NAZIONALE
13
1 N
17
77

X. 646-653

C. I
S. V
O. 2
N. I-10

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITT. EMANUELE

Digitized by Google


D. D. NICOLAUS RODRIGUEZ FERMOSINO HISPAN. EPISCOP. ASTURICENSIS CONSILIARIUS CONSILII SUPREMI SANCTÆ ET GENERALIS INQUISITIONIS ætatis ſuæ 56
J. G. Seiler Schafhus. ſculpſit

D.D. NICOLAI RODRIGUEZ

FERMOSINI,

HISPANI,

EPISCOPI AUSTURICENSIS,

OPERA OMNIA

CANONICA, CIVILIA,

ET CRIMINALIA;

IN XIV. TOMOS DISTRIBUTA.

D.D. NICOLAI RODRIGUEZ

FERMOSINI,

HISPANI,

EPISCOPI AUSTURICENSIS,

OPERA OMNIA

CANONICA, CIVILIA, ET CRIMINALIA;

QUORUM SERIEM SEQUENS INDEX EXHIBET.

EDITIO ALTERA,

NON SOLUM INTEGRA, EMENDATISSIMA, SED ET IN meliorem ordinem digeſta.

VOTIS DECISIVIS

CONGREGATIONUM ROMANARUM SELECTIS ET RECENTISSIMIS,

REPERTORIO GENERALI,

ATQUE VITA AUTHORIS AUCTA.

ARGUMENTIS, SUMMARIIS, QUÆSTIONUM, CAPITUM ET LEGUM NECESSARIIS INSTRUCTA.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumpt. HÆREDUM CRAMER & FRATRUM PHILIBERT.

MDCCXLI.

BIBLIOPOLÆ LECTORI.

TANTA inter Juriſperitos exiſtimatione floruerunt quæ nunc in unum Corpus coacta evulgamus Celeb. D. FERMOSINI *Auſturicenſis Epiſcopi* OPERA, ut cùm jamdiu diſtracta fuerint Lugdunenſis, quam pauci integram poſſident, Editionis Exemplaria, atque nonniſi immodico ſatis pretio reperiretur, ſpes ſit hanc non minori cum aviditate exceptam iri, Autoris quippe recentioris, quàm aliorum Hiſpanicæ gentis Juriſconſultorum, quos typis noſtris antehac recudendos curavimus. Ampliſſima hîc reperias in plurimas Summorum Pontificum Decretales non levis argumenti Commentaria, doctiſſimè elucubrata, utpote à Viro conſultiſſimo, ob ſingularem peritiam, quod ex ejus Vitâ mox legendâ perſpicuum eſt, ad ſumma Munera evecto. Lucubrationum ſuarum ordinem ipſe expoſuit in Præfatione ad Tractatum *de Legibus Eccleſiaſticis*, ubi & de pluribus aliis, quas tum meditabatur, præcipuè in Libros IV. & V. Decretalium; ſed proculdubio morte præventus non abſolvit: ita ut quoſcumque publicâ luce donavit Tractatus, hac in noſtra Editione contineri non dubitemus. Illos igitur juxta aptiorem ordinem, eundem nempe ab ipſo Autore, loco jam citato, indicatum, diſpoſitos Lector facilè judicabit: quod in priori Editione fieri non potuit, ſiquidem ſparſim & variis annis, non habito reſpectu ad Materias, in lucem prodierunt. Atqui non unico hoc nomine commendanda venit, quam Tibi exhibemus, quippe cui adjecta ſunt ſelecta XXXVIII. *Vota Congregationum Romanarum Deciſiva*, quæ quanti ponderis ſint, nemo neſcit, ideoque non parum conferre arbitramur ad illuſtrationem Operum Autoris noſtri, qui Romæ maximâ exiſtimatione atque auctoritate pollet, ac proinde parem, ubicunque viget Jus Canonicum, obtinere debet. Præterea, pro more noſtro, à Doctoribus approbato, ſingulos Materiarum cujuſvis Tractatûs Indices in unicum Volumen, ſub ſolito *Repertorii*

genera-

generalis titulo, compingi curavimus, quod non minimum ſane Lectoribus commodum adfert; eòque magis, quòd accuratè emendati ſunt omnes errores in locorum citationibus deprehenſi. Rerum etiam in *Votis* contentarum Indicem in eodem comprehendi opportunum exiſtimavimus. Inſuper habentur in fronte cujuſque Voluminis, cùm Capitum, tum Quæſtionum Argumenta, Legumque Citationes: Ita ut omni prorsùs numero abſolutam, optimèque digeſtam prodire hanc Editionem abſque jactantiâ dici queat. Si quis porrò alios Autoris noſtri Tractatus hic non obvios poſſidet, ut benignè ad nos tranſmittere velit, enixè rogamus, quos hiſce adjungendos curabimus. Si quis etiam ampliorem, illâ quam ex *Nic. Antonio* excerptam damus, Vitam nobiſcum communicabit, gratum pro beneficio teſtabimur animum, atque hàc ratione ſingularem ab illis, qui virorum Scriptis illuſtrium memoriâ laudibuſque delectantur, inibit gratiam. Publicam denique expectationem curis noſtris impleviſſe optamus, quâ in re conſultum fuiſſe fateberis, ſi ad chartæ typorumque nitiditatem attendas, nec non ad mendorum, quæ non pauca irrepſerant, præſertim in nominibus Autorum allegatorum, extirpationem, cui non vulgaris adhibita eſt diligentia. Eandem à nobis in poſterum expecta, laboribuſque noſtris magis ac magis fave.

VITA D. NIC. ROD. FERMOSINI

EX BIBLIOTHECA HISPANA

NICOLAI ANTONII

EXCERPTA.

D. Nicolaus Rodriguez Fermosino, *natus in Oppido* la Mota de Toro, *veteris Caſtellæ ac Diœceſis Tauro-Paletinæ, Salmanticæ ad S. Æmiliani, quæ Sodalium Studentium domus eſt, addiſcendo utrique juri navavit non indiligenter operam; quo ſtudio commendatus, primùm inter Aſturicenſes, Doctoralis, ut vocant, indeque apud Pincianos Pœnitentiarius Canonicus allegi promeruit. Fiſcalem Advocatum in eadem Pinciana Curia Fidei rerum exercuit; eodemque munere, apud ſupremos violatæ Religionis vindices, aliquot annis geſto, iiſdem pro merito doctrinæ, modeſtiæque tandem aggregatur. Aſturicenſis hinc Eccleſiæ infulis donatus* 5. *die Junii* 1662. (non 1672. ut mendosè apud *Antonium* legitur.) *Deceſſit* 22. *Januarii* 1669.

Scripta, quæ denuò eduntur, ſequens Index indicat, Lugduni primùm edita fuerunt ab an. 1656. ad an. 1670. ſed *Nicolaus Antonius* Opera Criminalia omiſit, omnia tamen & magis prolixè ab *Auguſtino Fontana* in Bibliotheca legali relata; de illis igitur nihil aliud habemus dicendum.

INDEX

INDEX TRACTATUUM

SEU

ORDO OPERUM OMNIUM

D. D. NIC. RODR. FERMOSINI,

HISPANI, EPISCOPI AUSTURICENSIS;

IN QUATUORDECIM TOMOS DISTRIBUTORUM.

TOMUS I.

De Legibus Ecclesiasticis, ad Quatuor Primos Titulos Libri I. Decretalium Gregorii Pontificis IX. De Summa Trinitate & Fide Catholica; De Constitutionibus; De Rescriptis, & De Consuetudine.

TOMUS II.

De Officiis & Sacris Ecclesiæ, ad Titulum XXII. Libri I. Decretalium Gregorii Pontificis IX.

TRACTATUS PRIMUS

A Titulo De Postulatione Prælatorum, ad Titulum De Officio Vicarii.

TOMUS III.

De Officiis & Sacris Ecclesiæ, ad Titulum XV. Libri I. Decretalium Gregorii Pontificis IX.

TRACTATUS SECUNDUS

De Sacra Unctione.

TOMUS IV.

De Judiciis et Foro Competenti, *Tractatus Duo* Ad Librum II. Decretalium Gregorii Pontificis IX. ſub quibus agitur *De Judiciis*, *ac Judicum competentia*, & de *Perſonis* ſpectantibus ad *Judicia* tam *Eccleſiaſtica* quam *Sæcularia*, & de aliis practicabilibus dubiis. Opus cui adjecta eſt duplex *Allegatio* pro tuenda Juriſdictione Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis quam exercet in ſuos Miniſtros & Familiares.

TOMUS V.

Tractatus XV. I. *De Libelli Oblatione.* II. *De Mutuis Petitionibus.* III. *De Litis Conteſtatione.* IV. *Ut Lite non conteſtata.* V. *De Juramento Calumniæ.* VI. *De Dilatationibus.* VII. *De Feriis.* VIII. *De Ordine cognitionum.* IX. *De Plus Petitionibus.* X. *De Cauſa Poſſeſſionis & Propriet.* XI. *De Reſtitutione ſpoliat.* XII. *De Dolo & Contumacia.* XIII. *De eo qui mittitur in Poſſeſſ. &c.* XIV. *Ut lite pend. nil innovetur.* XV. *De Sequeſtrat. Poſſeſſ. & Fructuum.* Ad Libr. II. Decretalium Gregorii Pontificis IX. In quibus agitur de modo petendi, de Cauſis litigandi, quo tempore, de ordine judiciorum uſque ad probationum ſtatum. Inſuper in Cap. de Libell. oblat. Quæſt. IV. per viginti quatuor §§. ſequentes, videbis & leges inſinuatam, maximè pro tyronibus Advocatis integram cujuſque Tribunalis praxim.

TOMUS

TOMUS VI.

De Probationibus, ad Titulum VII. Libri II. Decretalium Gregorii Pontificis IX.

TRACTATUS PRIMUS

Ad Titulos De Confessis, Probationibus, Testibus, & Testibus cogendis.

TOMUS VII.

De Probationibus, ad Titulum VII. Libri II. Decretalium Gregorii Pontificis IX.

TRACTATUS SECUNDUS

Ad Titulos De Fide Instrumentorum, De Præsumptionibus, & De Jurejurando.

TOMUS VIII.

De Exceptionibus, ad Titulum VI. Libri II. Decretalium Gregorii Pontificis IX. ad Titulos De Exceptionibus, uſque ad Titulum De Confirmatione utili vel inutili.

TOMUS IX.

Allegationes Fiscales, Ad Text. in cap. Vergentis X. de Hæret. de Confiſcatione Bonorum in S. Officio Inquiſitionis.

TOMUS X.

De Potestate Capituli Sede vacante, nec non Sede Plena: Et quid poſſint Epiſcopi per ſe, aut debeant unà cum Capitulo exequi, *Tractatus Tres.*

TOMUS XI.

Criminalium: *Tomus Primus*, ad Titulos De Accusationibus, De Calumniatoribus, De Simonia, ne Prælati vices ſuas, &c. Et De Magistris, Libri V. Decretalium.

TOMUS XII.

Criminalium: *Tomus Secundus*, De Infidelitate et Hæresi. Ad Titulos *De Judæis*, *De Hæreſi*, *De Schiſmaticis* & *Apoſtatis*, ſub Libro V. Decretalium.

TOMUS XIII.

XXXVIII. Vota Decisiva Congregationum Cameralium, & Particularium Curiæ Romanæ Selecta; tàm coram Eminentiſſimis S. R. E. Cardinalibus, cùm Cameræ Apoſtolicæ Decanis, & Clericis, Protonotariis Apoſtolicis, ac S. Rotæ Auditoribus ſuper Materiis tàm Civilibus quàm Canonicis, nunquam antea in lucem edita, ab anno 1684. ad an. 1738. Quibus *Opera Omnia Canonica*, *Civilia*, & *Criminalia* D. Nic. Rodriguez Fermosini, Illuſtrantur, Confirmantur, & Enodantur.

TOMUS XIV.

Repertorium Generale, ſeu Index abſolutiſſimus Rerum & Materiarum omnium, quæ in XII. Tomis *Operum* D. Nic. Rodr. Fermosini, nec non in *Votis Deciſivis* Congregationum Curiæ Romanæ, ea illuſtrantibus continentur. Eleganti ordine ac perutile methodo digeſtum; ut quicquid in Univerſo Opere notatu dignum facilè reperiatur Adjecto inſuper Verborum in hoc Repertorio contentorum Indice ſingulari.

D. D. NICOL. ROD.

D.D. NICOLAI RODRIGUEZ

FERMOSINI,

H I S P A N I,

EPISCOPI AUSTURICENSIS,

T R A C T A T U S

D E

LEGIBUS ECCLESIASTICIS,

AD QUATUOR PRIMOS TITULOS LIBRI I. DECRETALIUM

GREGORII PONTIFICIS IX.

DE SUMMA TRINITATE ET FIDE CATHOLICA,

DE CONSTITUTIONIBUS, DE RESCRIPTIS;

E T

DE CONSUETUDINE.

EDITIO ALTERA.



COLONIÆ ALLOBROGUM,

Sumpt. HÆREDUM CRAMER & FRATRUM PHILIBERT.

M D C C X L I.

Digitized by Google

ILLUSTRISS: AC REVERENDO. DOMINO

D. DIDACO ARCE
E T
R E Y N O S O,
EPISCOPO PLACENTINO,
INQUISITORI GENERALI.

CUM *animus prudens tribus diſpenſetur temporibus, ordinando ſcilicet preſentia, prævidendo futura, & recordando præterita, & valde inquam* ILLUSTRISSIME *ac* REVERENDISSIME DOMINE, *Tui tanta ſit in præfatis prudentia, ut omnes in Te conjiciendo ſoleant Te habere ut optimum vatem; eò quòd benè conjecturare noveris, quia in multis expertus cogitas multa, quæ dedicendo, narras intellectum, indèque cum Plinio unâ voce omnes Te gravem prudentem multis experimentis eruditum præconizentur, taliter ut poſſis ex præteritis providere futura; imò Te laudant Gubernatorem, cum habeas multarum rerum experientiam, noveriſque multorum hominum mores; quare cum Manilio de Te colloquuntur illud:*

In Epiſt. Tribunenſ. Concilii. Socrates *lib. 1. Eccleſ. hiſt. cap. 19.* Nazianz. *in Julianum, orat. 2.* Plin. *lib. 2. Epiſt.*

Per varios uſus artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante viam.

Manilius *lib. 1. Aſtronomic.*

His ergo & aliis dotibus Tuis obſtupefactus difficilem admodum aggreſſus aſſumptum, pluries ac ſæpiùs mente abſorpta, decrevi, nec progredi, nec protegi in Opere iſto, quod nunc à multis ante diebus non auſus ſilentio tutaveram verecundiâ, & metu perterritus cogitans potius de eo obtenebrando, quàm in lucem edendo: verùm quia nonnulli in Arte Legali Periti, & in dignitate conſtituti, vehementer concita-

tores exſtiterunt Editionis, tum præſentis Operis, tum aliorum. Et ſi Te undique Miniſtrum Juſtitiæ integrum recogitem; tamen quia quæris ignoſcendi cauſas, non puniendi occaſiones, uti proprium conſiderati Judicis, cum polleas ſapientiâ, generis proſapiâ, & virtutis potentiâ; ſic, ut nec erres gubernando, nec contemneris præcipendo. Ideò cum nihil ſit laudabilius, nihil magno, & præclaro Viro dignius placabilitate, & clementiâ, quâ Deus magis, quàm cunctis aliis rebus in unum delectatur, & Te ſimul cum rectitudine miſericordem admodum clament omnes nunc. Decrevi has Legum Eccleſiaſticarum Theſes *dirigere; adeò ut emendando, aut augendo, defendas, quas utiles eſſe perſpexeris, ut ſic pro doctrina, & praxi locum capiendo congruum ſtudioſi ſine vilipendii cenſurâ amplectantur, eiſque delectentur & perlegendo inſpiciant partitionem* ad quatuor Titulos lib. I. Decretalium *recollectam, brevi inquam, & claro modo tractatam; Imò & noviori, nondum in Scholis trito, cùm repetendo Jura, legent tractationem ad praxim pro litigantium patrocinio diſcutioni cauſarum aptam.*

Ammian. Marcel. lib. 29. Cic. lib. 1. Offic. Hacian. orat. ad Cives Naziane.

Eia ergo, Præsul Clarissime, *qui in ſingulis ætatibus pueritiæ, adoleſcentiæ, & maturæ probatus, meritò tam Reipublicæ Sæcularis, quàm Eccleſiaſticæ prævalueris, Cuſtos & Judex, recordare, ut recordor, Te ſtudioſiſſimum fuiſſe apud Salmantinos, dum ageres in Collegio majori D. Jacobi, Vulgò nuncupato* de Cuenca, *ubi continuò conſumpſiſti litteris navando, per unamquamque diem, horas ſaltim quatuordecim, quo labore, & acumine Ingenii feciſti in Univerſitate, Curricula talia; ut omnium conſenſu, & approbatione Juris Civilis exiſteres Primarius Anteceſſor; imò & Te novimus, multi ab Univerſitate rogatum, & ab ea tibi publico ſtipendio aſſignato ſtudentibus Scholaſticis publicas perlectiones dictaſſe, quod nunquam ibi cum aliis aſſuetum audivimus: deinde ſcitum eſt evolaſſe ad Senatum Regium Granatenſem, ubi per triennium Auditor inter alios Senatores extitiſti, illicò Regens, ſeu Præſes creatus pro Audientia Hiſpali, à qua poſt aliud triennium evectus in Conſilium Regium ſupremi Caſtellæ, intrà aliud triennium, Te Rectum Fortèmque monſtrando in adminiſtratione Juſtitiæ tunc temporis compertum habuimus Te invitatum ut evolares ad Epiſcopum Tudenſis Eccleſiæ, ad quam nominatus à Rege noſtro tranſiviſti, ubi per aliud triennium Spiritualis Moderatoris peregiſti tempus. Præterea pro Eccleſiâ Abulenſi Epiſcopus traſlatus, alio inquam triennio gubernaſti; indeque ad Eccleſiam Placentinam Epiſcopus ſelectus, illicò poſt aliud triennium à Rege noſtro* Philippo IV. *Inquiſitor Generalis pro regnis, etiam adjacentibus noſtræ Hiſpaniæ univerſali applauſu, & adhuc vivente alio Inquiſitore Generali anteceſſore, & Regis Confeſſario, nominatus fuiſti. Qualiter verò in his omnibus occupationibus Te habuiſti, ac geſſiſti, quâ integritate gubernares, Deum & cauſam publicam præ oculis habens, notiſſimum eſt; imò & ad quantum faſtigium evexeris proviſiones, proviſor pro regimine omnium Tribunalium ſanctæ Inquiſitionis quiſque alloquitur;*

quitur; imò inſpicit in hoc Curriculo ex Tuis, electos plures ad Epiſcopatus tranſvolâſſe & quotidie nominari, & ad Præſulatus Cancellariarum, atque ad ſummam Cardinalatus Dignitatem, ſic tuum Inquiſitionis Collegium ſublimaſti.

Etenim mirabiliter adimplendo Tui officii vigilias, non deſiſtis à pluribus aliis, quæ ſeſe offerunt pro Regnorum noſtrorum moderamine, cum publica vox ſit & fama, Regem noſtrum PHILIPPUM auſcultare à Te difficillima contingentia, & tali fiducia, quod exiſtimet optimè conſiderari, & in utilitatem ſubdictorum ſuorum feliciter porrigi. Jam ergo de Te, uti de PHILIPPO II. Prudentiſſimo Hiſpaniarum Rege jactabatur inter Equites Religionum Militarium vulgò por eſte habito que me diò Philipo ſegundo jactitatur inter gentes aliud ſimile

Cum verò bonum non niſi à Viri Bono videatur, debeamuſque deſiderare Virum idoneum probitate morum, & bonis Artibus præditum, qui noſtris obtutibus offeratur, & qui noſtro ordinetur arbitrio, ſequitur ut nullum Te exaltiorem capiamus, in quo & ſi vera Virtus quam tuis operibus præſtas ex præfatis, & aliis innumerabilibus ſilentio prætermiſſis; emicet tamen, ut melior procreareris ex melioribus Parentibus ortum trahis, ſicut à nemine dubitatur, progrederis ergo ab illuſtribus illis Familiis ARCE & REYNOSO in Regnis his Caſtellæ multum præclaris, nec abſconditis. Quibus effugimus illud Saxi lib. 3. Hiſtoriæ Danicæ. Ob inviſos Parentis mores ſuſpecta quoque Poſteritas erat: quare cum Beſi lib. 4. Reipublicæ dicatur virtutem Majorum, Tibi etiam Dignitatem attuliſſe; eò quòd reliquæ nobilitati vitæ integritas acceſſerit. Vale DIGNISSME PRÆSUL, & accipe libenter has oblationes tui Obſequentiſſimi Subditi, quæ & ſi à rudi ingenio dimanent oriuntur verò ab ingenuâ voluntate gratitudinis veræ, quo prætextu multa diſſimulare poteris.

Ariſtot. lib. 6. Ethicorum cap. 12. Ariſtot. lib. 4. polit. cap. 8.

D. D.

ANDREÆ GIRON,

MAXIMI SAN-SALVATORIS

APUD SALMANTICENSES OVETENSIS Collegii Chlamyde inſigniti, Phyſicorum Cathedræ in illa Univerſitate Moderatoris, in Alma Segobienſ. Eccleſia Canonici, Sacræ Scripturæ Interpretis, poſtea Abulenſis Eccleſiæ Canonici Magiſtralis, & in Illuſtriſſima, Sanctiſſimaque Conchenſi Eccleſia iterum Canonici Magiſtralis, nunc Epiſcopus Lucenſis, in laudem operis, & Authoris, ſibi multis titulis venerandi.

Exod. 28. *verſ.* 30.

Ælian. Var. Hiſt. *lib.* 14. *c.* 34.

PONTIFEX *ille, quondam inter Hebræos Summus Antiſtes admirabili operoſa veſtis cultu, præter alia intexta Emblemata pectore geſtabat* Urim, *&* Thurim.: *hoc eſt:* doctrinam, *&* veritatem. *Suffurati Hieroglyphicum Ægypsiorum Sapientes egerunt, & ipſi pariter, ut qui inter Sacerdotes, & Legiſeros maximus haberetur, imaginem ex Saphiro confectam foris in pectore portaret; monebant enim (ait Ælianus) Numini, & Legi mancipatos viros, utpotè populorum Magiſtros, & Judices eruditos in* Doctrina. *ſtudioſos, & fortes in* veritate *eſſe, oportere; ſapientiam, & conſtantiam, quam intus habebant in mente, eandem omnibus, foris oſtentarent in pectore.*

At tu (Præſul & doctor Clariſſimè) Doctrinam, *&* veritatem, *cæteraſque virtutes ita explicat, ut nedum in pectore ponas, ſed per totum orbem diſtribuas. Tractatus enim* de Ordine Judiciorum de Judiciis, & Foro Competenti ad lib. 2. Decretalium, *quos nuper prælo mandaſti, ita Doctiſſimorum Virorum arripuerunt admirationem, ut te apud omnes ſpectabilem reddiderint,* & *glorioſum Noſtra Patria commendaverint. Lætetur in primis illa, quæ tuo eſt ornata natalitio, & quam nativitate illuſtras, illuſtriorem tuis ſcriptis facias. Ortum habuiſti in illo oppido, vulgò* la Mota de Toro, *non ex celebrioribus noſtræ Hiſpaniæ, ſed poſtquam Te in filium meruit, Decore egregium, virtute Clarum, & Dignitate notum.* Tu ipſe præterea facis urbem, de omni genere virtutis benemeritam: Summis efferre laudibus, quæ ſane ob ſingulares virtutes, & res omnes ſapientiſſimè à te geſtas, opibus, authoritate, gloria, atque Dignitate in dies magis illuſtratur, & fulget. *Oriundus ex antiquiſſima, & per Illuſtri Fermoſinorum familia, actiones protinus deſignat nomen, & tamen ita Claras, ut ſatis glorioſam, & prolixam ſatis tuæ ſtirpis explicet panegyrim. Ex nobili illo, ac nunquam ſatis celebri Alonſo Perez Fermoſino, qui in mea Taurenſi civitate (cur non*

Epiſcop. Catharenſ. in Epiſt. ad Quo.

non etiam tua? Cum extent ibi Avorum tuorum glorioſa ſtemmata) ob tuendam Reginam D. Blancam Barboniam Petri cognomento Crudelis *Caſtellæ , & legionis uxorem ſanguinem fudit , vitam dedit , & ſe ipſum ſacravit (ita refert Hiſtoria ejuſdem Regis* anno 8. cap. 3. & 7. *quæ , etſi ſuppreſſa authoris nomine Typo mandata ſit , creditum tamen eſt apud omnes ſcriptam fuiſſe à Petro Lopez de Ayala ejuſdem Regis contemporaneo , quem poſtea ſequuti fuerunt , D. Rodericus Sanchez Epiſcopus Palentinus in ſua Hiſtoria Latina ; & D. Joannes de Caſtro Gieneuſis Epiſcopus , & alii.) O prodigium fidelitatis ! O rarum ingenium obedientiæ ! in omnibus ſine diſcreptione Principi obtemperare , ſpeciem habet adulationis ; propriæ reſiſtere voluntati , quando iniqua præcipit , eſt vere obtemperare , eſt fideliter ſervire. Admirabilis fidelitatis Tropus , facere non quod jubes , ſed quod imperare debes : effuſio ſanguinis , vitaque contemptus gemina laus , nullùmque ſtemma glorioſius , quàm uſque ad Aras defendere Innocentem , expungere adulationem , & diligere veritatem* , fideles exiſtiment eos (*ajebat Iſocrates ad Nicoclem.*) non qui quid , aut dicant , aut faciant , laudent , ſed qui delicta libere accuſent , *cui conſentit Tacitus , dum exigit Miniſtros à metu , & adulatione alienos , ut veritatem proferant , Juſtitiam , & Innocentiam defendant , ita M. Cato apud Suetonium , apud Briſonium Scævola , Valerius Meſſala apud eundem Tacitum. Q. Capitolinus apud Livium , qui nec Julii Cæſaris , nec Syllæ , nec Tiberii , nec populi graves communicationes timuerunt ; imo etiam cum offenſionis periculo juſtum , & verum conſtanter amarunt. Quibus addo Heluidium Priſcum ſummè ob hanc cauſam à Plinio Juniore laudatum , ſuaſque cum Veſpaſiano altercationes refert Arrianus in hunc modum.* Hic cum ad eum Imperator Veſpaſianus dixiſſet , ne in ſenatum amplius veniret. Penes te eſt reſpondit , ne me Senatorem patiaris ; quandiu autem me loco non moves , eſt in Buriam mihi veniendum. Age , at ingreſſus taceto , ait Imperator , ne me roga , & tacebo. At eſt mihi rogandum : & mihi dicendum , quod putavero rectum. Verùm ſi dixeris , accedam te. Quando ego dixi me immortalem eſſe? Tu tuum facies , ego meum , tuum eſt occidere , meum mori , mori non trementem. Tuum relegare , meum exire non triſtem : *ſatis de his ; nam de tui gentilitiis gloria , neque pauca ſcribere fas eſt , nec multa ad elogium neceſſaria.*

Hiſtor. D. Petri cognomento Crudelis à c. 11. anno 4. & anno 8. & 9. cap. 3. & 7. Æra 1358.

Iſocrates ad Nicoclem.

Tacit. lib. 1. annal.

Sueton. in Jul. Cæſ. cap. 14.

Briſon. 2. antiq. c. 1.

Tacit. 1. annal. liu. lib. 3.

Plin. Jun. lib. 4. epiſt. 21. Arrian. epiſt. lib. 1. cap. 11.

Immemorabor pauliſper tuis in geſtis , quæ , quo magis tua , & illuſtria reſplendent magis. Te autem quibus verbis indicem , quibus Caracteribus notem , quibus ſignis præfigurem ? patêre tamen nigris meis , litteris Nomen præclariſſimum obſcurari. Ea facis , quæ tibi laudabilis vita acquiſivit , non quæ fortuna , cæca generoſitate paravit , præbuit , & præbebit fortuna obſequium ; puderit enim ſe ipſam , ſi tam manifeſtis virtutibus non perhiberet tutelam. Vix tibi rationis illuxere crepuſcula , & jam ætate parvulus , prudentia grandeſcebas : & tua cana juventus impugnabat floridam ſenectutem. Sane præcurrit ætatis maturitatem , quis in adoleſcentia poſitus , ſenilem gravitatem adeptus , & juveniles annos veterana continentia regit , & fervorem virentis corporis ſedula inſpectione componit *gemina laude digniſſimus , & quia virtutum captivus , & quia vitiorum ſupremus , æque enim glorioſum eſt iſta viriliter ſuperare , & ab illis honeſte vinci.* Rarum omnino bonum , Dominum triumphare de moribus , & hoc conſequi in florida ætate , ad quod vix creditur Cana modeſtia pervenire : nulla erit acceſſu temporis difficilis clementia , qui annis puerilibus didicit ſervire pietati. *Præcipuum virtutis ſtudium , pietatis , religioniſque in Deum ornamentum* ſcias ſine Deo nullam mentem eſſe bonam *ajebat Seneca ad Lucillium , & Cicero Romana eloquentia Princeps* pietate adverſus Deos ſublata , fides etiam , & ſocietas humani generîs , & una excellentiſſima virtus , juſtitia , tollatur neceſſe eſt. *Et Æneas Silicius ad Ladiſlaum Ungariæ Principem , ut eam totis viribus aſſequi conaretur , his verbis hortabatur* : Hæc te primum ad Divinum cultum ; deinde ad jus hominum erudiet. *Tollitè medio Juſtitiam , cæteraſque virtutes , qui non amat ſervire pietati.*

Philo lib. 1. de Vita Moyſ.

Caſſiod. lib. 11. Var. ep. 2.

Seneca epiſt. 10.

Cicer. de nat. Deor.

Æneas Silv. lib. 1. de edu. cat. liberor.

Ex his facilè augurabatur , quod poſſides , ſuſpicatur facilè , quod poſſidebis : nam ut de Joſepho ait Gregorius magnus. Factum eſt , ut quia membra bene noverat regere , regendæ quoque omni Ægypto præeſſet. *Et Aurelius Caſſiodorus ita profert vaticinium.* Laborum tuorum longa ſervitia , & exploratæ fidei , multa documenta , hoc nobis Judicium tradunt , ut qui tuos animos moderatus es , nunc alienis moribus præferatis : & præſtes provinciis diſciplinam

Gregor. homil. 5. in Ezechiel.

Caſſiod. lib. 11. epiſt. 13.

nam, qui privatus amaſti continentiam. Is enim poteſt alios bene regere, qui ſe ſtuduit ſub decore tractare.

Pronunciavit inſoliti acuminis infantia diſertam pueritiam, hæc doctam juventutem, ex qua virilis ad miraculum, quam ſuſpicimus conjectabatur ſapientia. Sic per ſingulos ætatis gradus inter innumeros coævos, & non paucos ingenii feliciſſimi ad ſcientiam natos condiſcipulos, parum rariſſimum, aptiorem certe ſtudii nullum numeraveris. Indèque Gramatica, atque humanioribus litteris addictus, non tam diſcere, quàm reminiſci videreris. Impubes adhuc Juris prudentia vertices ingreſſus, ſic abdita penetraſti, ut diſcurſus tenebris, ſluctibuſque compoſitis, quieviſſe tibi antinomici æſtus putarentur. Rapiebas Salmantinas Athenas in ſtuporem, aut ex tempore, textus facilè concordans difficillimos: Vel in ſortito eductam Theſim Diecula unius ſpatio apparandam, per totam deinde horam ſic evolvens, ut niſi aliunde certo conſtaret, non majoribus, aut temporis, aut ſtudiis impendiis, diſputationem illam ſtetiſſe, Doctoribus menſe toto crederetur parata. Quidam ex hominibus egregiam ſortiti indolem, in ea, quæ tradi ſolent, perveniunt ſine longo Magiſterio. *in publicis diſputationibus toties victor, quoties pugnator; tot trophæa, quot diſcrimina.*

Hinc celeberrimum apud Salmanticenſes Collegium Divo Æmiliano dicatum, illius litterarii Emporii refertiſſima Apotheca, Te in Collegium ambivit; quia ſcilicet nobilibus ortus natalibus, & clariſſimo ingenio inſtructus, dare magis, quàm accipere beneficium noſcebaris; imo & majora Salmantina Collegia, & univerſitatis Cathedræ Te certatim in Magiſtrum depoſcerent, ſi alia negotia te aliò abire non facerent: non tibi defuit, quod jam merebaris, ipſa tamen te amiſerunt: nam omnis Dignitas ſuppetit, cum omnium Dignus appareas: nihil egregium tibi de Te poteris, dum tibi ipſi non defueris, & dum te ipſum habes, omne maximum habere neceſſe eſt.

Parum fuit mentem diſciplinis excoluiſſe, niſi, & prudentia ſingularis, rara quadam fama acciderit, ſatis prædicavi laudes, tacere de cætero poteram, cum prudentia imminere dixi; non enim vulgare, ſed Divinum eſt illud donum, gegeratur hoc primum quidem à ſincera voluntate, perfectáque mente: quod ſi qua nobis cum Diis intercedit communitas, eam maximè virtutis hujus gratia conſiſtat, & per hanc imprimis ipſis aſſimilamus. Denique ut paucis omnia complectar, gubernatrix eſt hominum, & omnis inter ipſos conſtitutionis Princeps.

Jamblic, cap. ad Apolium. *de prudentia.*

In obſervatione Juriſtæ æquanimiter tenax propoſitum habes, ut proprio neglecto cenſu, ſine invidia lucri, morum divitias referas. Judex integer omni tempore, à propria voluntate alienus, nec invidia victus, nec gratia revocatus, recto tramite ambulas, & Te omnibus æquabilem præſtas. Neſcit perſonas accipere, qui meram cogitat æquitatem, *ea vixiſti Conſtantia, ea claruiſti continentia, ut eadem inſtillares verbis, & doceres exemplis, iis virtutibus, eaque fama, non uno, aut altero es honore donatus,* nec tamen benignitas noſtra una remuneratione contenta honorem geminat, augmenta procurat, & cuſtodio dona reparat, quaſi debeat omne, quod præſtat. *Teſtes appello Eccleſias Auſturicenſem, & Valliſoletanam, in quibus uſque ad juſtitiæ invidiam, ſumma cum acceptionè, communique plauſu, in altera Doctoralis, Pœnitentiarius in altera es electus Canonicus, & jam Epiſcopus. Diſcretè Ennodius.* Taceo univerſitatis in tua electione conſonantiam, & diſcretarum nationum concordem ſententiam; ſtatuat iſta loco laudis, cui non ſuppetit, quod poſſit prædicari amoribus. *Ibi vices Epiſcopi gerens, pauperum Clamores non te invenerunt faſtidioſum, ſed experti ſunt benigniſſimum. Alii de aliorum facultatibus miſerorum levant comiſerati ærumnas. Tu de tuis etiam pauperum Solobaris miſerias. O Te felicem! cui ornatus, & menſa decenter parca, ut pauperum levamina ſint largiſſima; Deinde, retenta pœnitentiaria Canonia, functo officio Patroni Fiſci, Creatus es Inquiſitor Pintianus, Judex que bonorum confiſcatorum à Philippo IV. Rege noſtro electus.*

Caſſiod. *l.* 11. *epiſt.* 11.

Caſſiod. *lib.* 1. *epiſt.* 13.

Ennod. Orat. de Sancto Laurentio Epiſcopo

Pompa meritorum eſt regale judicium; quia neſcimus iſta, niſi dignis impendere, *qualiter te in his omnibus geſſeris, ille certius delineabit, qui expreſſius ideam optimi judicis, benignique ſacerdotii providerit; & quid mirum, immenſis ſufficiat laboribus animus tot viribus à natura inſtructus! Per hæc omnia diſtractus, ſingulis videbaris intentus: ita omnibus ſufficiebas, ac ſi cuilibet tantum addice-*

Caſſiod. *lib.* 1. *epiſt.* 12.

reris

veris labori. In Eccleſia Sacerdos Pius, in Tribunali Miniſter Rectus, reliqua pars dici Tribunali datur; ibi vero quanta religio æquitatis! quanta legum reverentia! ad hæc tam aſſiduus, ut labore refici, aut reparari videaris *pro cunctis laboras, ut omnibus in cunctis ſubvenias, tibi deficis, ne numeri tuo deficias.* Quod ni ego tuum otium aliorum negotiis antevertam: non enim te amœna littora, nec diſpoſiti ad tempus vices habuere ſeceſſus, ſed ſive tu in agris, ſive in oppidis tempus dabas, rem, & famam pariter augebas.

Secund. in Panegyr.

His animus non ſatiatus, ſed quaſi parvipendens ſolis præſentibus prodeſſe, etiam futuris vis eſſe proficuus, & quando ab occupationum vinculis, quibus ſemper aſtringebaris, vix poteras exolvi; ſi quid ſupererat temporis, ad honeſtum animi Laxamentum neceſſarii, id ut ingenii monumenta ſcriptis proderes conſumebas. Poſterorum negotium agit (*ajebat Hiſpanus Philoſophus*) illis ea, quibus poſſunt juvari, conſcribit, qui enim nihil agere videntur, majora agunt, humana, Divinaque ſimul tractant, *diſcerent profecto, à te nova Philoſophi, ſi viderent, & minora libris ſuis faterentur condita, quam tibi, cælitus agnoſcerent attributa. Credat ne ventura poſteritas, & præſtabit nobis tam glorioſam fidem, ut noſtro demum, jam jam fere perdito ſæculo annuat factum; quod tantis infra, ſupraque temporibus, nec invenerit æmulum, nec habuerit exemplum?*

Latinus Pacatus in Panegyrico Theodoſii. Epiſt. 8.

Quid ultra? quod ſequitur glorioſum magis, in generali, ſupremoque Sanctæ Inquiſitionis ſenatus (prius Fiſcus Promotor, nunc Inquiſitor exiſtis) perveniſti ad ſupremum, evolaſti ſuper elogium. En Generalis Inquiſitoris perſpicaciſſimos oculos, Hiſpaniam totam contemplantes. En celſam illius mentem omnium merita dimetientem: & tamen te praelegit, quia te prævidit omnibus ſuperiorem; potuit meliorem eligere. Ego autem te delegiſſe conſpicio, atque ideo tanto judicio lætare ſuſcepto, qui pro labore honoris tui, honorem alterum accipere meruiſti; quid enim de priore ſenſimus præmio, ſecundæ Dignitatis declaramus augmento nati ſunt faſces ex faſcibus, & naturam retinentes fœtus arborei, pullulaverunt iterum decenter abſciſſi: *prudenter (ut aſſolet) cenſuit Catholicæ fidei maximus propugnator: nam ſi annos tuos computemus, habes de Juventute efficaciam, de ſenectute Conſilium. Egyptii Senex Mercurium duplici fingebant ſpecie juvenili, & Cana pariter ætate: Arcanum rependit Syneſius:* ſi quis ipſorum præclarè ſacra ſit inſpecturus, eum, & Sagacem, & fortem eſſe oportere, quando alterum ſine altero parum adjumenti conferre poteſt. *Præter illam Clementia tua, pietatiſque famam, quæ communi apud omnes celebratur applauſu, in ipſo tuo vultu, factoque videntur omnium inſignia virtutum: in fronte gravitas, in oculis lenitas, in rubore verecundia, in verbis efficacia, in juſtitia integritas, & in operatione æqualitas. Vultus comprobat, quod ſama tuba percelebrat, facta teſtantur, quod omnium declaravere judicia, nec reſiſtis pietati, nec cedis perfidia; non minus glorioſum eſt, ſola pietate moveri, ſolis lachrymis vinci; quam nullis expugnari viribus, nulliſque immutari laboribus: in rebus fidei, ita conſtans, ut improborum frangatur audacia, & humiliter ſubjectorum erigatur pœnitentia; & quem perfidia non deterret, facilè expugnatur à lachrymis, magnificentia tua nulli negata, & nemini plene conceſſa, non de aſperitate verborum oſtentat Dominium, ſed de innata humanitate voluntarium ab omnibus extorquet obſequium.*

Caſſiod. Epiſt. 12.

Syneſ. Orat. de Regno.

Obliviſcor plurimarum virtutum, quas mirari omnes, referre pauci, & numerare poterit nemo. Ex pluribus inſinuavi aliquas, explicui nullas, citius à te impleta ſunt merita, quàm referantur elogia. Patere tamen, ut tecum in ſupremo Dignitatis faſtigio conſtituto loquar, uti cum Argolico ereato urbis Præfecto quondam apud Caſſiodorum loquebatur Theodoricus. Circunſpice quam magnum ſit, Canam Romam potuiſſe tibi committi, ut in illo ampliſſimo cætu judicis videaris eminere ſuggeſtu, ubi eſt arduum, vel ipſum obtinere Collegium. Stude ergo, ut à meritis tuis exigere poſſis, quod nos præſtitiſſe cognoſcis, avara fuge, Juſta ſequere, modeſta dilige, iracunda contemne. Quid erit Suavius, quàm in illa turba Summorum, nobile protuliſſe Judicium, ubi tot Patriciorum corda provocantur ad gratiam; Ubi bonum factum celebretur ore ſapientium. Nunquam majori laude res agitur, quàm ſi ſic Roma tractetur. *Amor erga Te, non exiguus hæc dictavit, delyrium eſt, fateor, amor enim ſolùm, cum delyrat, ſupremus: attamen non animadverto, ſed refero acta, & auguror futura.*

Caſſiod. Epiſt. 11.

D. Fermoſin. de Legib. Eccleſ.

Perge, Virorum Doctiſſimè, quia cœpiſti. O nnnquam à negotiis jam publicis ſtudia in Eccleſia utilitatem aſſumpta penitus intermittas; nihil his Chartis, nihil his libris, publicum magis unquam meditaberis. Perge inquam, multa tibi reſtant perſcrutanda; opple Chartas, fatiga prela, & opportuna omnino neceſſaria lectorlbus exhibe. Prodeant in lucem tractatus de Legibus Eccleſiaſticis, *&* de Officiis Eccleſiæ, *quos trutinatus es, ut omnes ex tam defæcatis Juris Eccleſiaſticè medullis, inſtar Apum, ſuaviſſimos queant decerpere ſuccos, ex quibus.*

Liquentia mella.
Stipent, & dulci diſtendant nectare cellas.

Et illa virtus, qua ſuum utriuſque reddit, tuis impendiis colluſtrata, jam ſibi Jus ſuum (ideſt juſtam, & pro Dignitate debitam enodationem) commendet aſſecutum, habeat dilucidatum. Et quid mirum! ſi ſic ad nodos facilis, ad obſcura perſpicuus, prudens in dubiis, ſolidus in accutis, & in omnibus Juſtiſſimus trutinator es viſus procedere; ita ut Juſiitia ab examine tuo Caſtigatiſſimo pendere jam deinceps videantur Bilances. Salve ſcriptorum neceſſariſſimè, nam nec fas eſt, ſpeciatim à te Collecta narrare, & unius philira brevitate diſcernere.

Lucan in carm. ad Piſon. Quod, ſi digna tua minus eſt mea pagina laude,
At voluiſſe ſat eſt; animum, non crimina jacto.

Faxit Deus optimus Maximus; vivas fauſtiſſima ſæcula, ut quam de te concipimus expectationem, impletam feliciſſimè gratulemur.

UTRIUS;

UTRIUSQUE JURIS STUDIOSIS IN OPUS EXIMII Doctoris, Dominique mei, & parentis Fratris D. Nicolai Rodriguez à Fermoſino ſanctæ ſupremæ Inquiſitionis Senatoris; Licentiati, & jam Epiſcop. Auſturicenſ. D. Nicolaus Rodriguez à Fermoſino apud Salmanticenſes Divi Æmiliani Collegii, Toga ornatus & condecoratus.

§.

JAM Pontificii Juris ſtudioſis coltores emittitur in publicam locem opos eximiæ eruditionis, indefeſſi laboris, penitioris litteraturæ, & polymatiæ refertum, Cambajos & Sabæos odorem affſans, Syntagma ſanè à nullo aote pro dignitate textum, imo nec extremis digitis (ut fertur) contactum; in quo noſter Nicolaus omnia jodicii poodere trutinat, examinat, & reſolvit, & ideam ſcholaſticæ diſputationis ad praxim revocat: ſententiaſque Doctorum noo tantum pervagatas, ſed reconditas mira methodo exponit. Multæ Canonicæ diſciplinæ partes ita tenebricoſæ & irritæ erant ut Oedipo egereot; ecce oovum Oedipum qui acumine ingenii, vigili perſcrutatione, & rara ſolertia omnia aperit, ut jam Pontificii Juria myſtæ abſque periculo naufragii Oceanum Canonicæ feliciter navigare & Scyllas, Charybdes, & Syrtes difficultatum vitare poteſtis, hic etiam propugnaculom multiplici telorum omnium genere vallatum, invenietis quem juvenili ætate alii viri in armis dexteritate pollentem aſpiciebant ſine aliorum iojuria, ut a majoribus auditur inter nos communi dicterio.

Sunt igitur tot ac tanta noſtri Scholiaſtæ volomina ut vix titulos poſſitis numero comprehendere, quod de magno Origine memoratur; O virum vere adamantium quem nec occupationum, nec negotiorum, nec ſtudiorum fluctus à conficiendis libris nec tantillum dimovere potuerunt, itaque neceſſum fuit in plures Tomos ſecari, in quibus de præcipuis Canonici Juris argumentis agitur.

Quod Horatius de Græcis ſcripſit, id optimo Jure poteſt ad noſtrom Auctorem accommodari; Nicolao ingenium? Nicolao dedit ore facundo Muſa loqui adde eſt illa mira facultas ex tempore dicendi, & in obſcuris magna dictionis perſpicuitas, nec deeſt brevitas nec aſcititiis ſententiis extendit volumina quod interdum multis accidit; nec gaudet verbis inuſitatis remorari lectorem res ipſa clamitat Nicolaum Pontificiam Diſciplinam ſic tractare ut nullomodo expeditius, apertiuſque tradi poſſit.

Horatius putat dandam veniam ſi operi longo ſomnus obrepat; verum Nicolaum tot dantem volumina nec uſquam ſentias dormitare; quamvis de illo omoium ſcientiarum fonte Homero dicatur aliquando bonus dormitat Homerus? Nicolaus vero ubique eſt alacer, ubique eſt vividus, ubique fervet; ſunt equidem hæc ſcripta noſtro Nicolao digna, & Nicolaus his ſcriptis, de cujus encomiis quis digne dicere poterit? licet (ut ait omnium Poëtarum parens Homerus.)

Non mihi ſi linguaque decem, ſint ora decemque
Vox infracta ſonet, rigeant præcordia ferro.

Nicolaus enim noſter omnium virtutum donis affloit; in qoo tanquam in viridario omnigena litteratura exculto, prudentia floret, Conſilium nitet, ſolertia fulget, modeſtia ſplendet, humanitas rutilat, urbanitas coruſcat, & religio radiat: de avita nobilitate quid dicam? imo nihil dicam, cum ſit Nicolaus noſter tot ac tantis dotibus propria virtute comparatis ornatus. Nam (ut inquit ingenioſus Poëta.)

Nam genus & proavos & quæ non fecimus ipſi
Vix ea noſtra voco &c.

Attamen hæc noſtro Nicolao non defuit de qua dicere non me decet cum utriuſque iidem ſint proavi, eademque ſtirps, & laus in ore proprio vileſcat, quod idem de Ariſtotele Valerius Maximus refert *lib. 7. c. 2* his verbis, Ariſtoteles *de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat quoniam laudare ſe, vani, vituperari, ſtulti eſſe* & Horatius ait *lib. 1. epiſt. 18.*

Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprehendes.

Tantum dicam ortum eſſe Motæ Taurinæ ex illuſtri antiqua Fermoſinorum progenie inter turdulos populos celeberrima. Eſt igitur noſter Nicolaus eximium totius Hiſpaniæ Decus, generoſum patriæ ſtemma, conſpicuom muſarum domicilium, quæ omnia in cauſa fuere, ut per complures & egregios honores tandem, & non denique ad ſupremi ſanctæ fidei tribunalis dignitatem merito eveheretur. Et ad Eccleſiæ Auſturicenſ. Epiſcopatum; Quapropter Pontificii Juris amatores his libris incumbite, invigilate, dieſque nocteſque operam navate: neque vos labor terreat, neque fatigatio perterrat neque difficultas confundat: quin potius conſiderate multiplices & florentes fructus, quos ex hac lectioone tanquam è limpidiſſimo fonte hauriretis. Ex his enim libris elegantiam, eruditionem, pietatem, præcipuéque Pontificiam diſciplinam aſſequimini; qua inſtructi haud contemnendum auxilium vobis, patriæ, & ſacræ religioni afferre poteritis; ex noſtro Salmantino Collegio Divi Æmiliani.

AD LECTOREM.

CUM ab anno præterito 1657. in quo edita fuerunt volumina tria, duo continentia tractatus ſuper ſecundo libro Decretalium, unum bipartitum, de judiciis (ſcilicet, & foro competenti) propriis ſuis titulis correſpondens; aliud verò de ordinatoriis Judiciorum, ſic intitulatum, quod claudat terminos Judicialis ſtyli, & litigantium proceſſus, uſque ad ſtatum probandi à titulo, nempe de libelli oblatione cum ſubſequentibus, uſque ad titulum de Sequeſtratione, poſſeſſionum, & fructuum, quorum theſes per aliquod longum tempus Typis mandare ſtupueram contra impulſum nonnullorum Doctiſſimorum, ſpectabilium virorum, qui ultimo victores (neſcio an me prolabi finerent, ut alienum) perſtiterunt continuo extero cordis Conſilio, ut cæteras lib. 2. Theſes elaborarem quaſi una cum jam publicatis, labor completus utiliſſimus foret practicis, atque ſcholarum cultoribus. Quare Curavi in aliis tribus voluminibus ſub duorum tractatuum contextura, more ſolito, ad cujuſque tituli Jura repetere, nec immemores deſiderantes aliorum librorum recollectiones uberes, ſimularunt appetentiam legendi alias ſuper primo Decretalium libro, quaſi à ſcriptoribus oblito. Quare cum à noſtris, & ab aliquibus exterorum Regnorum impellerer in animum revocavi inter tot Canonicalis inſtituti, & officii Sanctæ Inquiſitionis Vigilias, ut potui, repetere aliquos tractatus, & hunc tractatum De Legibus Eccleſiaſticis; item & alium, ſequentem De Officiis, & Sacris Eccleſiæ à titulo de Poſtulat. Prælator. uſque ad titul. de Officio Vicarii, ſuper materiis inter Canonum, & legum profeſſores, nondum ad unguem ad hunc lib. 1. Decretalium elaboratis.

Repeto (Candide Lector) in præſenti idem, quod in alia epiſtola ad lectorem in medium protuli de animi mei motu ad evigalandum ſuper omnibus quinque lib. Decretalium, ſub quibus ut tunc propalavi, & nunc ſentio, nempe contineri Jura aptiſſima ad divagandum per tramites ſcholaſticos, & practicos, etiam in foro poli, & fori ſi forte adeptatum finem integra, & abſoluta repetitio ad ſingulos titulos accederet, cujus partitio à me excogitata jam diu, eſt, ut ſubſequitur.

Tract. 1. De Legibus Eccleſiaſticis, à tit. 1. de ſumma trinit. ad tit. de conſuetudine incluſivè in duos tomos diviſus.

Tract. 2. De Officiis, & Sacris Eccleſiæ, à tit. de Poſtulat. Prælatorum, uſque ad tit. de offic. Vicarii incluſivè in alios duos tomos diviſus.

Tract. 3. De Judiciis, aliiſque Miniſtris ad Judicia neceſſariis, à tit. de officio, & poteſt. Judicis delegati uſque ad finem lib. 1. Decretal.

PRO LIB. II. DECRETALIUM.

Tract. 4. De Judiciis, & foro competenti, jam in lucem editus ſub duplici tomo, & ſuper ſuis propriis titulis.

Tract. 5. De Ordinatoriis Judiciorum, à titulo de libelli oblatione, uſque ad titul. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. etiam jam Typis mandatus.

Tract. 6. De Probationibus à titulo de confeſſis, uſque ad titulum de Jure-Jurando, ſub quibus omnium probationum ſpecies, explanantur, diviſus in alios duos tomos.

Tract. 7. De Exceptionib. Sentent. & Appellation. à titulo de exceptionib. uſque ad finem dicti libri 2. Decretalium.

PRO LIB. III. DECRETALIUM.

Tract. 8. De Perſonis, & beneficiis Eccleſiaſticis, à tit. de vita, & honeſtate Clericor. uſque ad titul. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.

Tract. 9. De Contractibus, & Teſtamentis, à tit. de rebus Eccleſiæ alien. vel non, uſque ad titulum de ſepulturis.

Tract. 10. De Religione, & Immunitate Eccleſiaſtica, à tit. de paraciis, & de decimis, uſque ad finem dicti lib. 3. Decretalium.

PRO LIB. IV. DECRETALIUM.

Tract. 11. De Sponſalibus, & Matrimonio, ut agitur in toto hoc libro.

PRO LIB. V. DECRETALIUM.

Tract. 12. De Delictis, & Cenſuris, Juxta partitionem contentam in dicto libro.

Quibus (ut ex fronte vides) digeſtis etſi res, per quam in actu exercito difficilis non ſic intricata tibi apparebit jactata propoſitio, & minus ſi conſideres ab initio excogitaſſe de elaborando, nondum, ſub aliis teſtibus, ac Juribus per me ſcriptum, ut repetitiones effugiam moleſtas; itaque (ut ex elaboratis recipies) poteris recogitare ſuper multitudine, & varietate quæſtionum, quæ ſub quinque contextura Jurium, tractantur, aſſignantur, atque moventur; & ſic ſuper omnibus

temtibus

textibus fieri tractationem integram, ſaltim reſumptivè, juxta cujuſque paraphraſim confectam, ubi aſſigno alia Jura, ſub quibus, ut in proprio loco ſedulo ſcripta ſunt, aut ſcribenda, contentus tali aſſignatione, & ſi tibi aliquando requiſitio revolvendo relata volumina, faſtidium generet, intolerabilius erit quod oritur ex faſtidioſa longitudine, & inculcata relectione, ubi nihil nobis reperitur, nec, ut tunc dixi, volui faſcinare cum expreſſione nominum multorum authorum, quæ in ſcriptis hodiernis, ipſi ſoli volumina componunt; præcipuè, ubi adeſt deciſio Jurium Clara, nec acriter impugnata, & quoties referendo fundamenta ad unguem utriuſque ſententiæ Doctorum; tunc enim à ſufficienti authorum numeratione, & eorum, qui crebrò in Scholis, & Tribunalibus allegantur, & qui alios plures referunt reſolutionem, præſto fundamentis contrariis reſpondendo; quo ordine tractatus ratiocinati breviores fiunt, & ſub dulciori metro comprehendetur, quia toti notæ quæſtiones, quibus, (ſi ſæpius, Loca Pontificum expoſcunt, repeterentur,) nimis, alteriuſque ſtudentis mens forte obtenebraretur; taliter, ut à perlectione deſiſteret. Nec notas me ſub unaquaque quæſtione principali alias inſerere, quæ etiam videntur principaliores; quia hoc facias, ne repetam ſæpius fundamenta, quæ tam uni, quàm alii ſolent deſervire, ut legens conſiderabit, quod fugando, ſolum pono Laconice quæ cuique quæſtioni propriiſſima ſunt. Inſuper præter uberem A. B. C. rerum, & verborum poſitum in fine cujuſque tractatus, in principio inſcribimus Quæſtionarium, ad quæque Capita ſub eo contenta, & aliud earum, quæ in aliis ex propoſito repetuntur; & denique aliud A. B. C. Capitulorum, & legum, etiam municipalium, quæ ſenſum verum recipiunt alias intricatum. Iterum, atque iterum precor, ut accipias benevolus has lucubrationes ſilentio omittens quid abſonum tibi ſonaverit, ita ſpero, vale.

DOCTOR D. NICOLAUS RODRIGUEZ

FERMOSINO.

Quidquid in hiſce libb. 1. & 2. Decretalium protuli, atque ſcripſi, & forte proferam in aliis, obteſtator obnoxia piiſſimæ Sacro-Sanctæ Matris Eccleſiæ cenſuræ.

IDEM DOCTOR.

ELENCHUS CAPITUM,

Quæ Repetuntur ſub his titulis de *Summa Trinitate*, & *Fide Catholica*, de *Conſtitutionibus*, de *Reſcriptis*, & de *Conſuetudine*.

Ad Titulum & Rubricam *De Summæ Trinitate, & fide Catholica*, cum 15. quæſtionibus. *pagina* 1.

AD Cap. I. Cum 12. quæſt. *p.* 27
Ad §. Una eſt fidelium dicti cap. 4. cum 2. quæſt. *p.* 40.
Ad Cap. Damnamus, fin. hoc tit. cum 7. *p.* 41.

Ad Rubricam *De Conſtitutionibus ante Rub. ſub Rubrica*, cum 46. *p.* 47.

AD Cap. I. cum 36. *p.* 124.
Ad Cap. Cognoſcentes II. cum 70. *p.* 149.
Ad Cap. Tranſlato III. cum 13. *p.* 154.
Ad Cap. Nam concupiſcentiam IV. cum 3. *p.* 174.
Ad Cap. Ne initaris V. cum 4. *p.* 180.
Ad Cap. Cum omnes VI. cum 13. *p.* 184.
Ad Cap. Quæ in Eccleſiarum VII. in ipſo, & ſub cap. 10. infra, & ibi q. 25. & 26. *p.* 201.
Ad Cap. Cum acceſſiſſent VIII. cum 4. *p.* 202.
Ad Cap. IX. cum 9. *p.* 208.
Ad Cap. Sanctæ Mariæ X. cum 312. quæſt. *p.* 224.
Ad Cap. Ex litteris XI. cum 22. *p.* 560.
Ad Cap. Ex parte Epiſcopis XII. cum 3. *p.* 578.
Ad Cap. XIII. Fin. hoc tit. de Conſtitutionibus, cum 4. *p.* 582.

TOMUS SECUNDUS.

Ad Rubricam *De Reſcriptis ante illam, ſub Rubrica*, cum 21. Quæſt. *p.* 1.

AD Cap. I. hoc tit. in ipſo, cum 11. *p.* 11.
Ad Cap. Ex parte II. in ipſo. *p.* 12.
Ad Cap. Cæterum III. *p.* 13.
Ad Cap. Inter cæteras IV. in ipſo, cum 23. quæſt. *p.* 22.
Ad Cap. Si quando V. in ipſo. *p.* 23.
Ad Cap. Cum ordinem VI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Eam te VII. io ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Ad Aures VIII. in ipſo. *p.* 24.
Ad Cap. Si autem IX. in ipſo. *p.* 25.
Ad Cap. Ad hæc X. in ipſo. *p.* 25.
Ad Cap. Ad Audientiam XI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Ex parte XII. in ipſo. *p.* 26.
Ad Cap. Sciſcitatus XIII. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Paſtoralis XIV. in ipſo. 27.
Ad §. Quoniam ejuſdem textus in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Sedes XV. in ipſo. *p.* 28.
Ad Cap. Ex tenore XVI. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Cum adeo XVII. in ipſo. *p.* 29.
Ad Cap. Cauſam XVIII. in ipſo. *p.* 30.
Ad Cap. Conſtitutus XIX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Super litteris XX. cum 31. quæſt. *p.* 31.
Ad Cap. Edoceri XXI. in ipſo. *p.* 71.
Ad Cap. Cum Dilecta XXII. in ipſo. *p.* 72.
Ad Cap. Plerumque XXIII. cum 1. *p.* 73.
Ad Cap. Cum contingat XXIV. in ipſo. *p.* 74.
Ad Cap. Olim XXV. io ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Dilectus XXVI. in ipſo. *p.* 75.
Ad Cap. Poſtulaſti XXVII. in ipſo. *p.* 76.
Ad Cap. Nonnulli XXVIII. io ipſo. *p.* 77.
Ad §. Sunt, & alii ejuſdem textus, in ipſo. *p.* 78.
Ad Cap. Dilectus XXIX. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Capitulum Sanctæ Crucis XXX. in ipſo. *p.* 79.
Ad Cap. Ad Audientiam XXXI. in ipſo. *p.* 80.
Ad Cap. In noſtra XXXII. in ipſo. *p.* 82.
Ad Cap. Ex parte Decani XXXIII. in ipſo. *p.* 83.
Ad Cap. Significante XXXIV. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Rodulphus XXXV. in ipſo. *p.* 84.
Ad Cap. Significavit XXXVI. in ipſo. *p.* 85.
Ad Cap. Ex inſinuatione XXXVII. in ipſo. *p.* 86.
Ad Cap. Mandatum, XXXVIII. cum 1. quæſt. *p.* 87.
Ad Cap. litteris XXXIX. in ipſo. *p.* 88.
Ad Cap. Abbatem XL. in ipſo. *ibid.*
Ad Cap. Ab Excommunicato XLI. in ipſo. *p.* 89.
Ad Cap. Si proponente XLII. in ipſo. *p.* 91.
Ad Cap. Cum nonnulli XLIII. fin. in ipſo. *p.* 92.

Ad Rubricam *De Conſuetudine ante*, cum 22. quæſt. *Rub. Rubrica*, cum 25. quæſt. *p.* 94.

AD Cap. I. In ipſo. *p.* 120.
Ad Cap. Ex litteris II. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. Ad Audientiam III. in ipſo. *p.* 124.
Ad Cap. Quanto IV. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. Cum inter V. in ipſo. *p.* 126.
Ad Cap. Cum olim VI. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. Cum Venerabilis VII. in ipſo. *p.* 128.
Ad Cap. Cum dilectus VIII. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. Cum Conſuetudinis IX. in ipſo. *p.* 129.
Ad Cap. Ex parte X. in ipſo. *ibidem.*
Ad Cap. XI. fin. hoc tit. de Conſuetudine, cum 22. quæſt. *p.* 130.

Sub his capitibus includuntur 743. quæſtiones, de materia earum 656. ex propoſito diſcuſſæ alia, ut jam tractata alibi tantùm ante Rubricas titulorum aſſignate. Et præter has inſinuantur in paraphraſi cujuſque textus alia plures tractata, aut tractanda.

SERIES

SERIES
CAPITUM, & QUÆSTIONUM,
Quæ in his Duobus VOLUMINIBUS *continentur.*

AD TEXTUM

De Summa Trinit. & ſide Catholica. pag. 1

AD RUBRICAM.

QUÆST. I. AN fides ſit virtus ſupernaturalis? Et an fides ſit habitus? Et quotuplex ille ſit. Et an habitus fidei ſit, in utraque potentia intellectus, voluntatis diſtinctus. Et quando habitus fidei homini infundatur. Et in quo intellectu, ſeu in quibus reperiatur fides? pag. 6

II. An fides etiam habitualis perdatur aliquando. An de ratione fidei ſit obſcuritas? An Cathecumeno ante baptiſmum infundatur fides? Et an adſit præceptum de fide, ſpe, & charitate? In qua ætate obliget? p. 10

III. An fides explicita neceſſaria ſit ad ſalutem de neceſſitate medii? Et an ſufficiat credere, ut credit Eccleſia? Vel an neceſſarium ſit neceſſitate medii, aut præcepti credere explicite myſteria fidei, & qualibet ad Doctrinam Chriſtianam expectantia, ſeu ſufficiat aliquos articulos fidei explicitè tenere, & alios profiteri, ſicut tenet Eccleſia? Et an omnes fideles adulti æquè ad id teneantur? p. 14

IV. An qui credit articulos fidei, qui continentur in ſimbolo Apoſtolorum, ſed quoſdam alios ab Eccleſia propoſitos ad credendum, diſcredit, Salvari poſſit? Et an fideles teneantur omni tempore exterius fidem Catholicam confiteri, ſeu quando: Ubi quid de negante eſſe Chriſtianum. Et an liceat aliquando omittere ſignum inſtitutum publica lege ad cognitionem veræ fidei? p. 20.

V. An liceat diſputare de rebus fidei? Et an dubius in fide exiſtimetur hæreticus. Et an qui aſſerit ſe dubitaſſe de rebus fidei, ſit puniendus, tanquam hæreticus. Et an infidelitas ſit peccatum? Et an infideles compelli poſſint ad ſuſceptionem Baptiſmi?

Ad Textum in Capite 1. hoc titulo de ſumma Trinitate, & ſide Catholica. p. 27

QUÆST. I. AN hodie ſit neceſſaria fides explicita Incarnationis, & ſanctæ Trinitatis? & quid de myſterio Circumciſionis? An Spiritus Sanctus æternaliter procedat à Patre, & filio? Et in quo die, & menſe Chriſtus ex Maria Virgine incarnatus, ac conceptus fuit, & quando natus? p. 28

II. An fidelis quilibet adultus, tenentur memoriter ſcire Sumbolum Apoſtolorum, articulos fidei, orationem Dominicam, præcepta Decalogi, Sacramenta Eccleſiæ, & doctrinam Chriſtianam, ut continetur in Cathechiſmo? Et an ignorantia Vincibilis Myſteriorum Dei, ſit ſpeciale peccatum? Et an præcepta Decalogi remitti, & ſolvi poſſint? Et an Papa, vel Eccleſia poſſit novum articulum fidei facere? p. 31

III An Chriſti Aduentus, & Incarnatio Verbi Divini fuerit potius convenientiſſima, quam quod Pater, aut Spiritus Sanctus? Et an Chriſtus ſecundum humanitatem, ſit caput totius Eccleſiæ militantis, & triumphantis? Et an negantes Incarnationem, Unitatem, Trinitatem, & Virginitatem S. Mariæ relaxandi ſint? Ubi aliquid de relapſis, hæreticis, & ſubverſis. p. 36

Ad §. una eſt fidelium dicti Capite 1. p. 40

QUÆST. I. QUid ſit Eccleſia Catholica, quid Cathedralis, ſeu Matrix Eccleſia: Et an Papa ſolo verbo poſſit facere Sacerdotes? ibid.

Ad Textum in Capite Damnamus fin. hoc Titulo. p. 41

QUÆST. I. AN Eccleſia Romana ſit omnium aliarum Mater, & Magiſtra: An ſola Eccleſiæ authoritas, ſufficiens ſit teſtimonium in his, quæ ad Religionem, & fidem pertinent? Et an Pontifex poſſit errare diffiniendo aliquid de fide extra Concilium generale: & quid in aſſignandis propoſitionibus, præter hæreticas? Et an Papa, ut perſona privata poſſit in fide errare: Et an de facto erraverit, & errare difiniendo aliquid circa mores extra Concilium: Et an in Canonizatione Sanctorum, ſeu beatificatione? p. 47

Ad

Google

Ad Titulum de Conſtitutionibus. p. 45

ANte Rubricam aſſignantur 46. quaeſtiones, quae ſpectant ad materiam de legibus jam tractata ſub lib. 2. Decretalium.

Ad Rubricam De Conſtitutionibus, & legibus. p. 47

QUAEST. I. AN legitime ſit proprie lex, & quae iſta ſit: Et an lex naturalis propriè ea dicatur, quae invenitur ſcripta, & mandata in omnibus praeceptis Decalogi: Et an iſta Divina dicatur, ſeu ſub aliqua differentia: Ubi quid ſit materia legis naturalis: Et an lex naturalis ſemper fuerit una: Et an Jus gentium pertineat ad legem naturalem, vel poſitivam humanam? p. 50.

II. An lex humana poſſit praecipere, quod praeceptum non ſit lege naturali, aut Divina: Et an debeat eſſe ſcripta, ut ei obtemperetur: Et quae ſint Juris civilis leges, aut Canonum: Et an legem condere, ſit meri, aut mixti imperii: Et penes quos poteſtas condendi leges, ſit tam in ſaecularibus, quam Eccleſiaſticis: Et quaenam conditiones debeat habere lex humana, ut ſi bona, & Juſta: Ubi an privilegium, ſit lex contraria? p. 56

III. An quemadmodum lex requirit cauſas, & quod non ſe extendat extra territorium legiſlatoris; ſic etiam procedat in privilegiis: Et an non ſolum Papa, & quilibet Princeps ſupremus, poſſint leges, & privilegia obligatoria concedere, ſed etiam alii inferiores? Et num promiſcue, vel tantum quilibet in ſuo territorio, & in ſuos ſubditos, & non in alienos: Et quae differentia inter legem, mandatum, & privilegium? p. 65

IV. Lex an condi poſſit à Papa, vel à Principe ſupremo ſine Conſilio Cardinalium, aut Procerum: Et an Regina haeres Regni; etſi nubat per ſe leges condere, leges humanae, tam Pontificiae, quam civiles, ut obligent, an requirant populi conſenſum, & acceptationem: Et an Jus civile obliget in Hiſpania? p. 67

V. An ſi non conſtet legem eſſe quoad uſum receptam, teneatur quis eam ſervare: Et an ſi quandoque non intelligatur uſu recepta, an vero abrogata: Et an lex, quae non eſt uſu recepta, ut non obliget, requirat, ut Princeps ſciat eam non eſſe uſu raceptam, & tolleret ipſius non uſum: Et quando & à quibus dicatur uſu recepta? ut obliget: Et cui incumbat onus probandi eſſe legem uſu receptam? p. 71

VI. An ſi lex acceptata fuerit à majori parte, ſi aliquis illam frangat, ſecluſo ſcandalo, peccet mortaliter: Et an quando conſtat de lege, & eſt dubium an obliget, in aliquo caſu liceat facere contra illam: An legem non acceptantes in principio, peccent mortaliter: An ſuperiores regulares, & alii excuſentur à poenis impoſitis in aliquibus Bullis Pontificiis, ratione ignorantiae, & bonae fidei, etiam in foro externo? Et an qui invincibiliter ignorat legem, incurrat in ejus poenam? p. 73

VII. An lex civilis, ſive Pontificia, ut liget, debeat publicari: Et an ſufficiat ut civilis publicetur in Curia, ubi legiſlator reſidet, aut debeat publicari in omnibus provinciis, & civitatibus Regni: & quid de Pontificia: Et an ſi quis ſciat aliquam legem eſſe Romae promulgatam, teneatur illam obſervare? Et quando dicatur lex ſufficienter publicata, ut obliget omnes ſubditos: quid ſi poſt publicationem eam ignoret? p. 76

VIII. An lex, ſeu conſtitutio, in qua adeſt decretum irritans, ut liget, egeat publicatione? An leges civiles, ſeu Pontificiae obligent illico, vel à die publicationis, vel poſt duos menſes ab ea? An Epiſcopi debeant curare, ut Pontificiae leges promulgentur in ſuis Dioeceſibus? An ſuperiores regulares poſſint pro ſuis ſubditis publicare Jubilaeum, non ſpectat à promulgatione Epiſcopi: An privilegium à Pontifice, ſeu Rege conceſſum, ut obliget, promulgatione egeat? Et an cum ad ſit clauſula *ex nunc*, videatur ut Princeps velit quod lex obliget abſq; publicatione, aliiſve modis. p. 81.

IX. An Epiſcopi, ſeu alii Praelati Juriſdictionem habentes, poſſint leges, aut conſtitutiones, ordinationeſve facere; ita ut ſubditi maneant obligati: Et an populi, ſeu alii Proceres, & poteſtates ſaeculares: Et an poteſtas legiſlativa ſit foeminae delegabilis: Ubi an mulier ſit homo: Ordinationes civitatum, ut obligent, an debeant prius à Rege confirmari: Et an Praelati Religionum poſſint facere leges ultra poſitas in prima fundatione? p. 85

X. Epiſcopi an poſſint ſtatuere, & conſtitutiones facere contra Canones: An Religio aliqua poſſit contra Jus commune ſtatuere? An ſtatuta Epiſcoporum ligent ſubditos ſuos delinquentes extra territorium? Et an Epiſcopus ſuis teneatur conſtitutionibus, ſicut ſubditi etiam ad cenſurarum poenam? Et ut ſtatuta condat, ſatis ſit, ut ſit tantum confirmatus? p. 92

XI. An capitulum ſede vacante debeat poteſtatem condendi leges pro tota Dioeceſi, aut factas abrogare? An eas condere poſſint in ſuis territoriis, Cardinales, Archiepiſcopi, Primates, & Patriarchae, & Abbates ſaeculares: quid de legato, & quid de Concilio, aut Concilio Cardinalium? p. 95

XII. An Regulae Cancellariae dicantur propriè leges? Et an declarationes Cardinalium vim legis habeant: Et an forma authentica alicujus declarationis S. C. conferat, & vim legis generalis: Et an ſint tantum Doctrinales, ſi emanaverint facto verbo cum Papa: Decretum Gratiani an habeat vim legis: Et an decretis Pontificum ſtandum ſit, clauſis oculis: Et in quo differant leges, conſtitutiones, ſtatuta, praecepta, edicta, diſpenſatio, reſcriptum, p. 99

XIII. An regulares teneantur obſervare feſta ab Epiſcopis indicta: Et populus ad adimplenda vota facta, & promiſſa à ſuis majoribus, & praedeceſſoribus: Et an Epiſcopus poſſit praecipere regularibus, ut interdicta ab Apoſtolica Sede, vel propria authori-

authoritate lata, populo denuncient? p.107

XIV. An leges, conſtitutiones, ſeu conſuetudines oppidorum, teneantur obſervari à peregrinis per modum tranſitus inibi commorantibus, quando eædem in ſuo Domicilio non obligant: Et an idem ſit de legibus communibus, ſi eæ alicubi deſuetudine ſint abrogatæ: Et an Peregrini per modum tranſitus, & hoſpitii confluentes teneantur, dum à proprio Domicilio abſunt, ſervare leges, & conſuetudines ſui Domicilii, ſi in eo loco, in quo reperiuntur non obligent: Et quæ mora in loco hoſpitii reddat Peregrinum obnoxium legibus, & conſuetudinibus illius: Et an Vagi teneantur ſervare leges locorum, in quibus reperiuntur? Ubi ſub n.70.fin. pono & aſſigno remiſſivè pluresquæſtiones hinc Rubricæ aptiores. p.111

XV. Lex prohibens, ſi utatur verbo *non poſſit*, an obliget: Et an Prælatus, qui per aliquod tempus exercet munus gubernationis, teneatur ſervare jejunia, vel dies feſtos illius loci: Et an conſtitutus in ætate anni 8. teneatur leges ſervare: Et an ſenes legibus teneantur: Et *Ubi de lege veteri, de abrogatione legis, de ceſſatione, irritatione, diſpenſatione legum, tractetur. Item ubi de ſtatutis, cum omnes legibus teneantur, etiam Papa, ac Princeps, quando, & quomodo legis obſervantia obliget ſub peccato; & item multa de lege pœnali; & quod Clerici legibus civilibus teneantur, vel non*, aſſigno cum habeant ſub Rubrn teſtus, ubi tractari valeant, non ſic jam tractatæ quæſtiones ſub hac Rubrica, p. 119

XVI. An lex humana poſſit alligere minus malum, ut majus evitat: An poſſit obligare cum periculo vitæ: Et an lex humana fundata in præſumptione, obliget in conſcientia, ſi eſt veritas in contrarium: Et an ſit obediendum legibus Principis Tyranni: & de aliis ad integram materiam ſpectantibus, remiſſivè. p. 122

Ad Textum in Capite I. hoc titulo De conſtitutionibus. p. 124

QUÆST. I. AN Jus Canonicum utroque foro ſervetur, & antecellat in ſui obſervatione, Juri civili: Et an omnia, quæ habentur in Jure Canonico, habeant vim legis: Et an verba imperativa poſita in canone, obligent ad peccatum: Et an lex civilis, canone deficiente, præferatur dictis patrum? p. 125

II. An lex lata ſub pœna mortis, obliget ſub mortali: Et an Principes ſæculares poſſint in ſuis legibus obligare tranſgreſſores ad peccatum mortale: Et an poſſit ſuperior obligare ſub veniale circa materiam gravem: Et an dignoſci poſſit, quando lex humana obliget in conſcientia, & ad mortale? p.128

III. An quando lex mandat virtute ſanctæ obedientiæ, aut ſub pœnna excommunicationis, fracto pariat peccatum mortale: Et quid quando Rectores univerſitatum præcipiunt aliquid ſub pœna præſtiti Juramenti: Et an legislator poſſit in materia levi imponere obligationem gravem: An ſuperior ratione circumſtantiarum, poſſit ſub peccato mortali præcipere materiam levem: Et an poſſit quis vovere in materia levi ſub mortali? p.133

IV. An ſi plures materiæ parvæ coaleſcant in unum, ut materia gravis ad mortale ſufficiens evadat: Et quando vovens cenſetur annectare obligationem ad diem, & quando non: An in eodem die violare plura vota de materia levi, ſit peccatum mortale: An præceptum ſub mortali impoſitum in materia levi, obliget ſaltim ſub veniali: Et an poſſit confeſſarius imponere pœnitentiam levem ſub mortali: Et an ſi in miſſa à Sacerdote gutta aquæ in vino non miſceatur, excuſetur à mortali ex parvitate materiæ: Et an parvitas materiæ excuſet à lege prohibente, ne extrahatur aliquid à Regno? p. 135

V. An decretum Cardinalium editum contra Religioſos accedentes ad colloquendum cum Monialibus, obliget ad peccatum mortale: An tranſgrediens legem ex contemptu, peccet mortaliter: Et an etſi Princeps legibus ſolutus ſit, peccet contraveniendo legi ſuæ: Et an ſtatutum particularis provinciæ, liget Principem? Et an Princeps poſſit compoſitionem facere de rebus illicite acquiſitis incertis? p. 138

VI An tempore neceſſitatis, & inopiæ, taxa frumenti, ſit ſervanda in conſcientia: Et quid de lege taxante res alias: Et an liceat vendere frumentum ſecundum pretium commune, & vulgare, ſeu liceat vendere vinum ultra pretium à lege impoſitum: Et an Dominus frumenti poſſit ſecure in foro conſcientiæ exigere Jura portionis: Et quid de farina, & pane cocto: Et an ſæpè lex ſit pœnalis tantùm? p. 141

VII. Statuta an recipiant interpretationem à Jure communi Quos cõprehendat ſtatutũ: Et an ſtatuta egeant confirmatione Regia: Et an ſtatutum ſecundum Jus commune, tollatur, ſublato Jure communi: & *de ſtatutis pœnalibus, ſeu contra libertatem Eccleſiæ*: remiſſivè. p.147

Ad Textum in Capite, Cognoſcentes II. hoc Titulo, p. 146

QUÆST. I. AN lex, vel conſtitutio reſpiciat ad futura ſemper; ſic ut nunquam extendatur ad præterita: Et an lex improbans conſuetudinem, intelligatur de præterita, tam ad futura, quam ad præteritum tempus commodè; Et an conſtitutio trahatur ad lites pendantes? ibid.

II. An incurrat pœnam motus proprii Sixti V. male promotus ad ordines, ſi ante revocationem illius proprii motus, per Bullam Greg. XIV. promotus eſſet; & ita incurriſſet irregularitatem Pontifici reſervatam, in eo inflictam? An confeſſarius, qui ſollicitavit puerum ante conſtitutionem Gregor. XV. vel fœminam extra confeſſionem, vel loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentales audiuntur, incurrat pœnam, & ſit denunciandus? Et an Juſtum ſit lege, vel ſtatuto aliquem ob alterius culpam puniri? 152

Ad Textum in Capite, Translato III. hoc Titulo. p.154

QUÆST. I. AN ſicut præcepta cæremonialia veteris legis teſtamenti, ceſſarunt, translato Sacerdotio; ſic & præcepta mortalia, ſive judicialia: Et quæ inter hæc differentia? Et an lex veteris teſtamenti, ceſſaverit à morte Chriſti, aut poſt Evangelii promulgationem: Et an ſit, & fuerit aliqua differentia inter legem ſcriptam, & Evangelium? p. 156

II. An lex nova differat à lege veteri teſtamenti in Sacerdotio, & in Sacerdotibus: Et an lex vetus potuiſſet dici aliquo modo æterna, & in quo ſenſu, ut differat ab æternitate legis Evangelicæ: Et an quemadmodum lex Evangelica adinſtar legum humanarum ſcripturam requirentium: Et an poteſtates noſtri temporis, comparentur antiquis Prætoribus? p. 162

III. An lex civilis, & Eccleſiaſtica poſſit mutari. Et an ceſſante legis cauſa in particulari, ceſſet ejus obligatio reſpectu talis: An legis antiquæ deciſio tolatur ex clauſula *non obſtante*: Et an Jura tranſgredi liceat ex cauſa, ubi aliqua de abrogatione legis humanæ: Et an Epiſcopus poſſit transferre feſtum alicujus ſancti: & quid de epycheia, ſeu legis interpretatione? p.167

Ad Textum in Capite, Nam Concupiſcentiam IV. hoc titulo. p.174

QUÆST. I. CUpiditas an ſit omnium malorum radix quid de concupiſcentia: An peccans, ſeu delinquens, naturaliter legi obligetur: Et an uno prohibito, prohibeantur omnia, quæ ſubſequuntur ex illo? p. 175

Ad Textum in Capite. Ne Initaris V. hoc Titulo. p. 180

QUÆST. I. AN prudentiæ ſuæ innisus, ſi certo ſciat, decidens, ut Judex, ſeu ut ſuperior, excuſetur id faciens, omittendo ordinem Juris: Ubi nonnulla de prudentia requiſita in Prælatis: Et an in dubiis, ut quis excuſari valeat, debeat conſulere peritos: Et an ſi Sanctorum dicta innitantur authoritate novi, vel veteris teſtamenti, credatur illis, magis, quam creditur Papæ? p. 181

Ad Textum in Capite Cum Omnes VI. hoc Titulo. p.184

QUÆST. I. AN Collegium poſſit facere legem. An ſtatutum quod vicini teneantur ire ad molendium alicujus vicini, & non ad molendinum alterius, validum ſit: An ſtatutum factum à majori parte in rebus Collegii, univerſitatis, vel communitatis, valeat: Et an univerſitate congregata ad aſſentiendum, vel diſſentiendum, tacentes conſentire videantur? p.185

II. An civitas, vel villa convocato Concilio publico, quod dicitur *Concejo abierto*, poſſit ſuo contractu, vel decreto, obligare ſingulos vicinos, qui ibi non interfuerunt: An abſentes Conſiliarii debeant vocari ad actus capitulares: & qui abſentes dicantur: Et an major pars ad condonandum Regi, ſufficiat: An aliquis poſſit ſe ſubſcribere determinationi à majori parte commitiorum; licet ipſe contrarium votum emiſerit: Et an quando in capitulo à majori parte certo ſcitur concludendum, ſeu ſtatuendum pro re aliqua injuſta, & iniquo donativo, poſſit aliquis pro illa die domi manere ſine periculo peccati mortalis, ac onera reſtitutionis? p.188

III. An ſtatuto ſtanta, ut homicida plectatur, niſi pacem ab hæredibus habuerit, ſufficiat habere à majori parte hæredum: Apellari an liceat à lege, vel ſtatuto: Et an Rubrica poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, ut lex: Et an ſi ſub nigro non contineatur, faciat legem? p. 197

Ad Textum in Cap. Quæ in Eccleſiarum VII. hoc titulo in ipſo, & ſub cap. 10. infra, & ibi q. 25. & 26. p.201

Ad Textum in Capite, Cum Acceſſiſſent. VIII. hoc titulo. p. 202

QUÆST. I. AN ſtatutum factum ſine Principis authoritate, queat revocari, etiamſi à Principe ſit confirmatum, quando potuit fieri ſine ejus authoritate: Et an Populi in Caſtellana Republica, poſſint judices eligere? Et an actus contraventionis Unicus, ſufficiat ut amittatur privilegium? Et an univerſitas oppidi poſſit conſumere officia Decurionatuum, & ſuper numeraria? p. 202

Ad Textum in Capite IX. hoc titulo. p.208

QUÆST. I. AN poſſint ultra numerum recipi per capitulum alii Canonici ſupernumerarii, quibus ſuccurratur ex fructibus menſæ. Et an quando numerus Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ augetur, medianta nova fundationa, cogantur Canonici antiquæ fundationis novos admittere, cum iiſdem conditionibus in nova ſundationa contentis; an vero alias adiicere poſſint? Et an Epiſcopus poſſit erigere Collegiatem cum novis Canonicis, vel addere numerum. Et an Canonicus ultra numerum receptus, amittat Canonicalia Jura, ſeu recipiat diſtributiones quotidianas? p. 209

II. An ut Canonici novi participent de emolumentis Capituli, debeant acceptare conſenſum antiquorum Canonicorum cum ſuis qualitatibus. Et an differant Canonici ſupernumerarii à Canonicis ex nova fundatione aggregatis. Et an novi Canonici concurrant in Laudemiis, & aliis diſtributionibus non antea diviſis, ſeu mortuariis, & ſimilibus cum Canonicis antiquis. Et quomodo amittatur facultas optandi; Ubi plura de optione? Et an Canonicus ſuccedat Canonico in honore, & onere, & in fructibus antiquo Canonico debitis? p. 215

Ad Textum in Capite Sancta Maria X. hoc Titulo. p. 224

QUÆST. I. Clerici an ſobiiciantur legibus Principum ſæcularium, quæ ſpectant ad Reipublicæ gubernationem, & pacem, nec cum ſacris Canonibus, & ſtatu Clericorum pugnant. Et an Eccleſiaſtici ſint exempti à legibus civilibus, quatenus cum libertate Eccleſiaſtica non pugnant. Et an Clerici teneantur leges ſervare propter commune bonum. Et an quando ſtatutum fundatur in publica utilitate, etiamſi faciat mentionem de Clericis, ſit invalidum, & lædat immunitatem Eccleſiaſticam. Et an ſit validum ſi tollat Clericis ea, quæ tanquam civibus ſibi competunt? p.225

II. Clerici an teneantur vi directiva ad leges civiles. An ſtatuta laicorum etiam favorabilia Clericis, ſint valida. Statuta laicorum, an, & quando dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam? An Judex laicus, ſive ejus Miniſter inveniens Eccleſiaſticos aſportantes pecuniam, frumentum, & equos &c. à Regno contra legem, poſſit talia auferre ſine fractiooe libertatis Eccleſiaſticæ, & timore excommunicationis? Et an ſi Princeps ſæcularis ſtatuat, ne ſuis privilegiis potiantur hi, qui ſubditi non ſunt, faciat contra libertatem Eccleſiaſticam; & Clerici illis non poſſint uti? p.229

III An ſi Princeps in caſu particulari ſtatuat per publicam ſcripturam, nè aliqui debitores, inter quos nominat quendam Sacerdotem, poſſint frui privilegio, quod habeant civitates quædam? ut qui ad eas confluunt habitationis cauſa, non poſſint per quinquenium ab eorum creditoribus conſtringi, tale ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam? Lex invalidans donationem factam à Patre filio Clerico, an ſit contra immunitatem? Statutum præferens in ſucceſſione agnatos cognatis; an locum habeat in hæreditate Clerici. Statutum laicorum prohibens generaliter impreſſionem librorum abſque illorum licentia an comprehendat Clericos: & de aliis? Et an ſtatutum prohibens alienationem in non ſubditos, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? p.234

IV. An ſtatutum Principis ſæcularis pro obligandis Epiſcopis ad reſidentiam in ſuis Epiſcopatibus, ſit validum? An ſtatutum factum, ut vicini eant molendum triticum ad propria molendina civitatis, aut populi, queat præjudicare molendinis Clericorum, & Eccleſiarum? Ao facto præconio per laicum contra omnes ad aliqua onera teneantur Clerici: & quid de edictis ad comparendum? p. 239

V. An ſtatuta laicorum condita ob bonum publicum, Jure Canonico non reprobato, includant Clericos poſt dicta ſtatuta factos? Statutum excludens fœminas propter maſculos, an comprehendat moniales, & Clericos? An queant Clerici vendere vinum ad minutum, ſeu adducere vinum extra fines alicujus oppidi collectum ubi quid de nonnullis ſtatutis circa hoc? An ſtatuta ad bonum publicum condita, non facta mentione Clericorum, eos obligent? p. 241

VI. Clerici an obligentur ad leges taxæ panis, & num ſub peccato teneantur ſervare legem Regiam prohibentem illos aut nobiles vendere panem coctum? An tempore Careſtiæ poſſint compelli ad triticum vendendum? Et an Judex eos compellat ad aliquid faciendum tempore peſtis? Lex Regia pro bono Reipublicæ edita de tritico non emendo ad revendendum, ao obliget Eccleſiaſticos? Statutum laicorum prohibens pro abundantia civium Collecti frumenti de poſſeſſionibus Eccleſiarum, aut Clericorum extractionem, an liget Eccleſiam, aut Clericos, quando extrahitur frumentum ad uſum neceſſarium Eccleſiarum, & Clericorum? p.246

VII. An pragmatica ſuper Cartam vulgo *de el papel ſellado* obliget Eccleſiaſticos, ſeu violet immunitatem Eccleſiæ? An Empyhteuta Eccleſiæ poſſit collectari, vel teneatur ad tributa? An Clerici obligentur ſtatuto edito ſuper Jure congrui vulgo *retractus*: Vel quid de ſtatuto compromittendi? An ſtatutum, quod intra tantum tempus Eccleſia teneatur vendere res ſibi relictas, ſit validum? Et an ſtatutum ſæculare, quo cavetur, ne bona immobilia transferantur io Eccleſiaſticas perſonas, ſit validum ſine Regia facultate: Ubi de ſtatuto Innocentii prohibente Eccleſiæ relinqui poſſeſſiones. Et an Clerici ſint Vaſalli Principum laicorum? p. 249

VIII An leges amortizationis ſint contra immunitatem Eccleſiaſticam, quod eſt interrogare; an ſtatuta, quod bona immobilia non perveniant ad Eccleſiam, ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate ſine licentia Principis, quam *amortizationem* appellant, ſint contra libertatem Eccleſiaſticam; Et an idem ſit de ſtatuto vetante, ne res de novo acquirantur Eccleſiis, ſeu Monaſteriis; Et quæ bona ad prædictum effectum dicantur immobilia; Et an Clerici teneantur ſolvere collectam certam, & invariabilem impoſitam per ſtatutum ſuper aliqua bona, priuſquam ad eos perveniſſent; Et quid ſi poſt ab illis empta, aut illis donata, aut alio titulo adjudicata; Et an ſit contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatutum, ne immobilia non alienentur in extraneos, prohibendo expreſſè, ne alienentur in perſonas Eccleſiaſticas? p.259

IX. An Principes poſſint ſtatuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant panem; vel ne exhibeant aliqua ſervitia, & obſequia; Et an principes poſſint imponere gabellas ſuper bonis patrimonialibus Clericorum: & quid ſi Clerici ſint in minoribus conſtituti, aut ſi non habeant requiſita Tridentini Concilii; Et ao poſſint eas exigere principes ab Equitibus Divi Jacobi Alcantaræ, & Calatravæ; Et ſtatuendo an poſſint eas imponere ſuper bonis novitiorum Religionis: Ubi de oblatis ſe, & ſua, & de converſis, & de tertiariis fratribus; Et an contra Clericorum bona, qui aſſumpſerunt habitum ſine intentione Clericandi, ſed tantum in fraudem Collectarum? p.266

X. An Princeps laicus poſſit imponere gabellas ſuper bona Eccleſiaſticorum, propter reparationem Pontium, fontis, putei, mororum, ſeu aliis Reipublicæ cumunnibus. De quibus infra *q.46.verſ.ad ſecundam*; & an Princeps, ſeu alius ſuperior laicus ſine conſenſu

Cleri poſſit imponere gabellas ex aliqua publica neceſſitate, peſtis, belli &c. Et an Clerici teneantur ad gabellam, quæ impoſita eſt pro manutenendo exercitum in partibus inimicorum, ut tutius confinia Regni conſerventur, Et an poſſint cogi per judices ſæculares, ſeu teneantur ad reparandam viam ante domos ſuas: *& ab hac quæſtione cum aliis ſequentibus ego de intellectu cap. 2. cap. adverſus, cap. non minus 7. & aliis ejuſdem metri de immunit. Eccleſ. infra, & lib.* 6. loquentibus de gabellis, & tributis? p. 270.

XI. An Clerici teneantur contribuere cum laicis ad occidendam agrorum locuſtam, vel ſi Graculi, aut vermes meſſes comedunt, ſeu bruchi naſcuntur in vineis, & meſſibus alicujus Clerici? Et an compellantur à laicis? Et an teneantur ſolvere gabellam pro introitu Regis; An Principes imponentes gabellas; licet Juſtas ſuper bona Eccleſiaſticorum, incurrant excommunicationem Bullæ cœnæ: Et an in caſu, in quo collectæ, ſeu gabellæ Juſtè Clericis imponuntur, poſſint imponi in conſulto Romano Pontifice: Et an ſi dictæ gabellæ excedant octavam partem rei valoris, ſint injuſtæ? p. 276.

XII. An Clerici teneantur ſolvere gabellas, ſi in conſulto Romano Pontifice, Clerus, & Epiſcopus tantum conſenſerunt: An Clerici teneantur ad ſubſidium patriæ, & onera communia; Vel ferre ſubſidium pro communi, & mixta utilitate Reipublicæ, in conſulto Romano Pontifice: Et quænam conditiones de Jure ſint neceſſariæ, ut concurrant ad hoc, ut Clerici teneantur contribuere cum laicis: Et quando facultates laicorum cenſendum ſit, non ſufficere ad hoc ut Clerici cum conſenſu Epiſcopi, & conſulto Romano Pontifice contribuere teneantur: Ubi de monitu Laconico ad Principes imponentes tributa. p. 280.

XIII. An rectè Rex noſter Philippus IV. in menſe Junii anni 1656. in conceſſione unius aſſis in qualibet libra Carnis pro uno millione ad ſublevandas Regni neceſſitates ex cauſa multiplicis belli, Flandriæ, Italiæ, Angliæ, Cataloniæ ac Portugaliæ, ſimul cum Conſilio Regni congregati hic Matriti in publicis comitiis, vulgo *en cortes*, poſſet ad hanc contributionem obligare Clericos: Et quia renuebat ſtatus Eccleſiaſticus prædictam contributionem licentia, brevique Pontificio, ſtatim Rex noſter Philippus liberando ſuam Schedulam Regiam ſub data 19. menſis Julii ejuſdem anni ad favorem Cleri, ut quilibet Regis Adminiſtrator in quolibet territorio, ſeu civitate redderet ad æqualitatem, aut in fine cujuslibet anni, ſeu dimidii, aut in fine cujuslibet menſis quidquid minutatim quotidie Clerici in Macello Carnis emiſſent pro ſubſtentatione ſua, ac ſuorum ſervitorum, ac cognatorum adſtantium ſuis expenſis in propriis Clericorum domibus, gravetur aliquo modo Clericorum immunitas ex illa præſtatione anticipata: Vel an conſentiente Epiſcopo, & Clero ſine licentia Pontificis, rectè, & abſque ſcrupulo aſſentiri valeant. *De quo videbis praxim infra q.* 39. Et quid ſi Clero alicujus civitatis retinente, Epiſcopus, aut Prælatus ſuperior præciperet quod Clerici ſic contribuerent: Et an ſi iſti Prælati ſint negligentes in hoc exequendo, poſſit Judex laicus compulſionem facere: Et cum dicitur ut collecta Clericis imponatur, neceſſarium eſſe conſenſum Epiſcopi, & Cleri: quid nomine Cleri intelligatur: Et an ſi Princeps, vel aliqua Reſpublica propter aliquam Juſtam cauſam, augeret tantillum pretium carnis, vini, olei &c. ut illud plus convertatur in illam cauſam, non quidem in gravamen Clericorum, hoc faciens principaliter, generaliter in gravamen omnium incurrat excommunicationem Bullæ, ſi talem gabellam à Clericis exigat: *& de exhortatione ad Principes, Regioſque Conſiliarios, ſeu ſcriptores limitantes immunitatem Eccleſiaſticam: remiſſivè; quia ex propoſito* infra ſub quæſt. 17. verſ. *ad quartam*: Ubi de variis exemplis, & quæſt. 12. præced. verſ. *ad ultimam* à n. 66. p. 289.

XIV. An Clerici ſic lege naturæ teneantur ad contributionem, ut membra Reipublicæ, ſicut cæteri concives laici: Et an exempla ex ſacris litteris, aut ex aliis factis Regum, poſſint juſtificare, ut Sacerdotes, Evangelici, & Eccleſiæ teneantur ad contributionem ſine licentia Papæ, aut Epiſcopi in caſu nimis urgenti: Et an poteſtas exequendi tributorum ſolutionem poſſit reſidere in Principe eo imponente: Et an eſto quod Eccleſiaſticæ perſonnæ non teneantur contribuere de propriis fructibus Beneficiorum, aut de patrimonialibus; teneantur vero de illis venditis per eos, qui ratione tributi laicis impoſiti pluris valent: & ex ea cauſa lucrum reportant, Et an Reges poſſint aliqua lege obligare Eccleſiaſticos, ut regiſtrationem faciant coram Eccleſiaſtico, & laico judice, aut ſolum coram laico, ut ex vino, pane, ſeu aliis ſpeciebus tributariis venditis, ſolvatur Regi gabella. Ad alias quæſtiones videbis infra quæſt. 29. verſ. *ad primam*, & verſ. *ſecundam*; Et num ſit delationi locus per viam recurſus à ſententia gabellarum lata per Eccleſiaſticum ad Regia tribunalia? p. 298.

XV. An liceat Capitulo Canonicorum facere Macellum Carnium, Vini, aut aliorum comeſtibilium: Et an poſſit laici perire Tabernas, in quibus ſine onere vectigalis confluere poſſint Clerici: An ſi Princeps laicus Juſtè ſtatuendo pretium legitimum vini, vult poſtea ſuper emptore imponere gabellam, quam extra pretium legale Juſte dandum venditori, debeat ipſe emptor tribuere pro bono, & neceſſitate publica, talis gabella ſit contra immunitatem: Et an Clerici teneantur ſolvere vectigal in extractione frumenti, vini, & ſimilium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo carius vendant: Et an Clericus negoriator ante trinam monitionem, teneatur ſolvere gabellas, & laicus Princeps queat illas licitè ab eo exigere? p. 309.

XVI. An ſtatuta prohibentia extractionem annonæ extra territorium, ut conſervetur abundantia in civitate, comprehendat Clericos extrahentes fructus à ſuis prædiis collectis, ſeu alia bona: Et an ſtatuta prohibentia introduci in civitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium, obliget Clericos: An Clericus, qui falſa menſura triticum, vinum,

vinum, vel oleum vendidit, poſſit puniri à judice ſæculari: Et an Clericus vendens vinum, frumentum, aut alia extra taxam à Principe impoſitam, poſſit juſtitia ſæcularis dicta victualia ei in pœnam tollere, ut eſt per legem conditum: An Principes laici conſuetudine poſſint acquirere Jus collectandi Eccleſiaſticos: Et an conſuetudo immemorialis probet extitiſſe privilegium faciendi aliquid contra immunitatem Eccleſiaſticam? p. 315.

XVII. An poſſeſſio antiqua collectandi Eccleſiaſticos, faciat Jus in præjudicium ordinis Clericalis: An cenſuræ Bonifacii VIII. impoſitæ contra Principes collectantes Clericos in cap. Clericis de immunit. Eccleſ. adhuc durent: An Eccleſiaſticorum immunitas à collectis, & legibus laici competat eadem, ac à Juriſdictione de Jure Divino, aut humano. Et qualiter debeant Principes, Magiſtratus, & litterati ſe abſtinere ab impoſitione collectarum in Clericos, & Eccleſiaſticos: & quid debeant timere? p. 319.

XVIII. An Clericos teneatur ad contributionem, ut oppidum quod Rex vendere volebat, ſed redimeret: An Clerici ſi fraudem efficiant quoad pondera, & menſuras vel quoad pretium rerum venalium, poſſint puniri in mulctis pecuniariis impoſitis à lege per judicem laicum: Et an ſi aliqua terra alicujus Domini vendatur comeſtibilia tantum in ejus Taberna, vulgo *Bodechen*, poſſint adhuc Clerici apetire Tabernas, & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis: Et an ſit neceſſaria publicatio, acceptatio legum loquentium in materia immunitatis Eccleſiaſticæ? p. 334

XIX. An ſtatuta, quibus cavetur, ne quis apprehendat poſſeſſionem alicujus rei Eccleſiæ, vel Beneficii ſine facultate Principis, vel ſuorum Miniſtrorum, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam: An Principes poſſint ſtatuere, ſeu prohibere, ne annatæ in ſuis Regnis ſine eorum conſenſu, ſolvantur Summo Pontifici: An Principes ſi per aliqua ſtatuta diſponant de his, quæ ad funera, & exequias pertinent, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam, & ſint excommunicati: Ubi de ſtatuto, quo funeris pompa minuatur, vel reſtringatur Clericorum, vel cereorum numerus: An Reges poſſint ſe intromittere, quando ab aliquo Epiſcopo non obſervatur aliquod Tridentini decretum? p. 337

XX. An Principes ſtatuentes, ne in eorum ſtatu poſſint ædificari de novo Eccleſiæ, & Monaſteria ſine eorum conſenſu, ſint contra libertatem Eccleſiaſticam: Ubi quid de edicto de non habendis cœtibus Religioſorum ſine licentia Principis: An aliqua civitas, vel Princeps poſſit exigere tributa Clericis; quia per conſuetudinem immemoriabilem, ita ſemper factum eſt: An ſtatuta prohibentia alienationem ſtabilium in non ſubditos, ligent Eccleſias, ſeu Hoſpitalia: An ſtatutum reſtringens, vel impediens diſpoſitiones ad pias cauſas, valeat, ſeu ſit contra libertatem Eccleſiæ: An Principes poſſint ſtatuere irritando aliqua Juramenta apponi ſolita in contractibus: Seu an poſſit Princeps condere ſtatutum abrogans aliud ſtatutum ſuum, quod Clericorum privilegium continebat: Seu an per aliquod privilegium ſit in aliquibus Regnis derogatum Eccleſiaſticæ libertati? p. 342

XXI. An Principes laici quoad ſuos ſubditos, poſſint inducere impedimenta dirimentia matrimonium: An ſtatutum diſponens mulierem extra territorium nubentem cum ſua familia, privandam eſſe hæreditate, etſi ei ſit quæſita, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam. An lex, ſive ſtatutum, quod aliquis adiens hæreditatem, non facto inventario, teneatur ultra vires hæreditarias, comprehendat Clericos: An valeat ſtatutum, in quo cavetur, ne filia, vel filius poſſint contrahere ſine conſenſu patris; & quod alias cadat ab hæreditate: An Princeps ſæcularis poſſit ferre aliquam legem adverſus filios contra Juſtam parentum voluntatem nubentes: An Princeps laicus poſſit facere leges circa matrimonium: Et an poſſit legitimare filium Clerici, ſi ipſe filius ſit Clericus? p. 348

XXII. Si Princeps Chriſtianus de facto apponeret aliquod impedimentum dirimens matrimoniale, an non obſtante hac reſervatione, factum teneret, & matrimonium cum tali impedimento contractum, validum eſſet; quamvis ipſe peccaret faciendo contra reſervationem ab Eccleſia factam: Et an Princeps laicus poſſit imponere pœnas, ne matrimonia inter conſanguineos contrahantur, & illas exigere, etiam impetrata à Pontifice diſpenſatione: An ſtatutum prohibens fieri matrimonia Clandeſtina, & ponens pœnam aliter facienti, ſit nullum: An ſtatutum, ut quis qui nondum habet Jus in re bonorum, quæ poſſeſſurus eſt, Dominus ſit, non ingrediatur Religionem; ſin vero amittat, ſit illicitum, & contra libertatem Eccleſiaſticam: Et an queat Princeps ſtatuere, ut Regius Judex cognoſcat ſuper recuperanda è Clerico poſſeſſione beneficii, à qua eſt dejectus per vim, vel ut retineat illius poſſeſſionem, in qua ab alio turbatur? p. 356.

XXIII. An Principes laici poſſint ſtatuere, ne beneficia Eccleſiaſtica exteris conferantur. Et an habeant Jus convocandi Epiſcopos propter aliquod negotium Reipublicæ, vel bonum ipſarum Eccleſiarum: Et an Princeps laicus poſſit ſtatuere, ut Eccleſiaſticus uſurpans Juriſdictionem ſæcularem, aut alia Regalia, poſſit probari bonis temporalibus à Judice laico: Et an Princeps poſſit prohibere ne inhibitoriæ, quæ Magiſtratus Regios mittuntur, ab Eccleſiaſticis promulgentur prius, quam ipſi Principi offerantur, ut de ejus facultate publicentur: An ſit licitum Principibus laicis, & Magiſtratibus diſcutere facultates, & poteſtates alicujus nuncii, qui in illam provinciam à Pontifice mittitur: Et an Principes, ſeu Magiſtratus Regii faciendo litteras hortatorias ad Epiſcopos, ut ab aliqua mala determinatione deſiſtant, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam, & incurrant in Bullæ cœnæ cenſuras? p. 359

XXIV. An Princeps ſæcularis poſſit ſtatuere, ut puniatur Clericus delinquens ratione officii ſibi ab ipſomet Principe commiſſi: Et an perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ commiſerunt crimen Læſæ Majeſtatis poſſint Principis ſtatu-

to puniri ab ejus Judicibus laicis: An Princeps, ſeu Judex laicus poſſit ſtatuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipſis Concubinis factis, extendendo ſtatutum ad Clericorum Concubinas: Et ſtatuta, ſeu edicta de non paſcendis animalibus in paſcuis univerſitatis, niſi ſoluta certa pecunia, ſub pœna comprehendat animalia Clericorum: Et an eſto quod Clericis permittatur habere Macellum publicum, vel non queant depaſcere ſua propria pecora in paſcuis communitatis: Et an pœnæ ſic impoſitæ, aut ex alio capite poſſint exigi, & exequi per laicos Judices: Et an ſint caſus, in quibus queant laici pœnis coercere Eccleſiaſticos; id eſt an ſtatuta pœnalia Clericos obligent? p. 361

XXV. An laicus Princeps poſſit illo pacto ſtatuere ſuper utili Domino rei Emphyteuticæ: Ubi de intellectu text. in cap. quæ in Eccleſiarum 7. hoc tit. An ſtatutum laicorum ſuper feudis in præjudicium Eccleſiæ valeat. Seu an liber feudorum Clericos liget? quid de novis ſtatutis: Et an Eccleſiæ feudataria Regis, teneatur ſolvere relevium indictum per conſtitutiones Regni, & per conſuetudines: Et an Epiſcopi feudatarii Regis, debeant in aliquibus caſibus potius parere Regi, quam eorum ſuperiori. An abolitio delictorum generaliter à Principe facta Clericos comprehendat? p. 366

XXVI. Statutum quod finita linea non fiant inveſtituræ ſtantibus hæredibus defuncti, an comprehendat Eccleſias: Et ſtatutum de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem, etiam in feudalibus, & Empyteuticariis, an habeat locum in bonis Eccleſiæ? Statutum, vel conſuetudo præferens Primogenitos in ſucceſſione feudorum, an comprehendat etiam Clericos: Ubi quid in Majoratibus Hiſpaniæ: Et quid de ſtatutis excludentibus Clericos, vel Religioſos à ſucceſſione: Et an ſtatuta, & conſtitutiones circa ſolemnia teſtamentorum, comprehendant teſtamenta Clericorum: Ubi an teſtamenta Clericorum ſubjaceant diſpoſitioni Juris communis in cauſa præteritionis, ſive exhæredationis filii ingrati active, & paſſive: Et an laici Principes queant alterare voluntates teſtatorum? p. 373

XXVII. Statuta circa ordinationem litis, an comprehendant Clericos litigantes coram Judice ſæculari, quando non concernunt Jura ipſorum: Et quid de ſtatuto loquente, ut inſtantia ſervetur, Clerico litigante, coram laico, an debeat eſſe juxta Jus Canonicum, aut civile: Vel num Clericus laici hæres queat ſtatuto obligari inſtantia ſui actoris, etiam in cauſa executiva: Vitium litigioſi, an liget Eccleſiaſticos, etiam quoad pœnas: Et an valeant ſtatuta laicorum impedientia exceptionem declinatoriam fori Eccleſiaſtici: Et an edicta monentia quencumque ad comparendum coram Judice laico, ſi ſua putaverit, intereſſe, liget Clericos? aut valeat ſententia contra ipſos lata, ut in contumaces? p. 378

XXVIII. An ſtatutum quod Clericus ſpoliator laici, cognoſcatur per judices ſæculares, valeat, imponens pœnam conſanguineis Clericorum, an valeat intuitu eorum: Et an ſtatutum de compromiſſis faciendis inter conjunctos, liget Clericos: An ſtatutum obligans filium ad debita patris cedentis, comprehendat filios Clericos: Et an ſtatutum, quod maritus lucretur dotem, excluſis filiis primi matrimonii, comprehendat filios Eccleſiaſticos factos: Statutum prohibens venationes, & piſcatores, an comprehendat Clericos: An ſtatutum, quod occidens Clericum, puniatur in pecunia, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam: Et an ſtatutum quod occiſor non ſuccedat occiſo, comprehendat Clericos, perpetrantes homicidium, etiam cum qualitate: aut poſſit inferre præjudicium fiſco Eccleſiæ? p. 382

XXIX. An Eccleſiaſtici teneantur, recipere, milites in earum Domibus, aut Monaſteriis, vigore ordinum laicorum, ſive tempore neceſſitate, belli, ſive adventus Principis: Et quid quando Princeps invaditur? Et an Eccleſiaſtici teneantur ad præſtandum homagium Principibus, aut Prælatis ſuperioribus, ratione ſpiritualitatis: Et an repræſſaliæ poſſint concedi contra Clericos per laicos Judices, aut Eccleſiaſticos: An Jura diſponentia de præſcriptione mobilium, vel immobilium, aut actionum, ut breviori quadraginta annorum præſcribantur, comprehendant Eccleſias, & Eccleſiaſticos: Et an aliqua præſcriptio currat contra Eccleſiam ſuper bonis alienatis ſine ſolemnitate Apoſtolica: Et an Princeps poſſit impedire Presbyterum à miniſterio Sacramentorum tempore peſtis: Et an poſſit Princeps laicus ſtatuere corrigendo, vel minuendo Jus Divinum? p. 389

XXX. An ſtatutum quod laici æquales ſint Clericis, etiam in Judiciis, ſit contra libertatem Eccleſiæ: Statutum quod non poſſit haberi recurſus ad Papam, an ſit contra libertatem Eccleſiæ: Et an ſtatutum negans audientiam non ſubdito, niſi præſtet fidejuſſionem, liget Clericos actores coram Judice ſæculari: Statutum quod in foro ſæculari non opponatur exceptio excommunicationis, an valeat: Et quid de ſtatuto ſuper probanda excommunicatione per inſtrumentum: Et an ſtatutum de exceptione inſtrumenti, etiam ſecundum formam Guarentigiæ, habeat locum contra Clericos, & etiam in foro Eccleſiaſtico: Statutum quod mandata, ſive ad lites, ſive ad negotia, quando non eſt adjectum tempus, durent ſolo quinquennio, an comprehendant, mandata, quæ ſiunt ab Eccleſiaſticis: Et an ſit licitum ſtatutum quod Eccleſiaſtici litigantes in foro ſæculari in omnibus cauſis, teneantur Jurare de calumnia Et an reſpondere poſitionibus, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam: Et an leges civiles de Jure Jurando in litem, Clericos comprehendant? p. 397

XXXI. Statuta diſponentia ſtandum eſſe Juramento damnum paſſi, an juvet Clericos: Statutum ut notarius non matriculatus in Collegio, nequeat inſtrumenta conficere, an Clericos comprehendat: Statutum, quod Banniti poſſint impune offendi, an Clericos comprehendat: Statutum quod libri mercatorum faciant fidem, an admittatur contra Clericos: An ſtatutum, quod

quod ſi locator, vel conductor noluerit continuare reconductionem, teneatur alteri denunciare per duos menſes ante finem temporis contractus, comprehendat Clericos: Statutum, quod ſolutio debiti non poſſit probari per teſtes, an afficiat Clericos litigantes in foro laico? Quid de Eccleſiaſtico venditore in evictione? p 402

XXXII. Privilegium patriæ ne incolæ trahantur ad judicium extra patriam, an comprehendat Eccleſiaſticos? An teſtator poſſit Monaſterium, vel Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus, Monachus fuerit factus? An ſtatutum quod maritus poſt mortem ſuam, non poſſit relinquere uxori ultra centum aureos,. comprehendat caſum, quando reliquit uxori multo majorem quantitatem pro eleemoſyná facienda pauperibus diſtribuenda per ipſam? Et an legatum factum uxori, donac caſta vixerit, & lectum vidualem ſervaverit, debeatur etiam ingreſſæ Monaſterium, non obſtante quod communis uſus loquendi contrarium intelligeret? An teſtator poſſit præjudicare ordini Eccleſiaſtico per conditionem *ſine liberis*, quæ non excludit Eccleſiaſticos, nec Monaſterium ante profeſſionem, etiam ſi alter filius ſit ſubſtitutus? p. 406

XXXIII. Statuta laicorum an ſint ſervanda in Curia Epiſcopi: Et an ſi Comes, aut Dux, ſive Marchio creatus fuerit Cardinalis, queat ſtatutu admittere Caſtrum, quod obtinuerat vigore primogenituræ; Et an quando civitas, ſeu univerſitas gravatur per numerũ ſocularioꝛum vigore ſtatuti de damno dato, comprehendantur etiam Clerici, & computentur in numero ipſorum: Et an ſi ſtatuta laicorum confirmentur per Pontificem, comprehendant Eccleſiaſticos, & ejus ſucceſſores? p. 409

XXXIV. An debeamus opinionem, quæ favet Eccleſiæ amplecti, quando ſumus in dubiis, ſi aliquod ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam: Et quid ſentiendum ſit de aliquibus Juſtiniani Imperatoribus conſtitutionibus, præſertim 3. 5. 6. 7. & 5. 8. Et an ſi Conſiliarii vulgo *de Camara*, in his Regnis Hiſpaniæ ex propoſito deſinant conſultare ad pinguiores Epiſcopatus Epiſcopos exiſtentes in minoribus, ut ſic non expediantur tot Bullæ, ut ſolent in iſtis translationibus, expediri in Curia Romana, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam: Et quid debeant facere Epiſcopi, dum judices laici, aut Principes edunt aliquod ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ: Et an teneantur defendere ex officio Clericos tributis gravatos? & quomodo: Et an Judices ſæculares ſtatuentes in Clericos, ſeu eos trahantes ad Tribunal ſæculare, & perſonas Eccleſiaſticas extra caſus à Jure permiſſos, poſſint examinari, & puniri in Sancto Inquiſitionis Tribunali? p. 411

XXXV. An poſſit Rex ſua authoritate confinare in aliquo loco Eccleſiaſticum. Sive Eccleſiaſticos: Vel debeat illos remittere ad proprium Judicem Eccleſiaſticum, ut ab eo condigne puniantur?

XXXVI. An Principes ſtatuere poſſint, ut homines liberi, qui alias Prædones, ac viarum Graſſatores ad Eccleſias confugerunt, abſtrahantur ab eis: Et an ſi incarcerati petant, ut Eccleſiæ, à qua abſtracti fuerint, reſtituantur, poſſint Judices, ſive ſupremi, ſive inferiores Stygmata illos in facies ſignare, & ex poſt facto illos Eccleſiæ reſtituere, ut eo modo apud omnes habiti ſint fures, ac graſſatores, ſiva ut delinquentes ſic inſigniti? p. 420.

XXXVII. An decretum Regis noſtri Philippi IV. quo ſtatutum fuit, ut filii Equitum, nondum perfectæ pubertatis, ſeu impuberes; eo quod perſonaliter ad debellandum ire non poſſunt, ſuis expenſis, vel parentum ſuorum, ſubrogent militem ſubſtitutum, vulgo *uno Montado de acavallo*, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam: Et an Principes, Imperatores, ſive Reges, qui in Epiſcopatibus Eccleſiis, Patroni eſſe dicuntur, poſſint aliquomodo compellere Epiſcopos Scandaloſos ad renunciandum Epiſcopatum? p. 423

XXXVIII. An edictum Principis, ſive Præfecti pretium taxativum imponens victualibus, comprehendat Clericos, etiamſi viliori pretio taxata fuerint tempore Careſtiæ: Et an propter dicta victualia vendenda à ſæculari, vel ab Eccleſiaſtico Judice, ſint compellendi dicti Clerici? p. 428

XXXIX. An ſtante conceſſione Pontificia, ut etiam Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur contribuere in illa communi collectas ſpecierum carnis, ſcilicet, vini, aceti, & olei &c. quæ fuit impoſita vulgo *para falta de los 19. milliones y medio*, in comitiis publicis hic Matriti anno 1632. poſſint Clerici compelli ad ejus ſolutionem juxta legem à ſupremo Conſilio Caſtellæ diſpoſitam, in qua fuit aſſignata forma pro exactiona prædictorum milliorum: Et an ſi aliquis Epiſcoporum in ſuo territorio mandet ſub cenſuris latæ ſententiæ, aliiſque pœnis pecuniariis, ut nullomodo pro vendendis ſuis fructibus petant ab adminiſtratoribus Regiis licentiam, nec fidejuſſionem petitam à laico præſtant, ordinans, ut ſi propter hæc, dicti adminiſtratores illos moleſtaverint, Judices Eccleſiaſtici accipiant informationem, eámque prædicto Epiſcopo remittant ad procedendum contra illos, queat conſilium ſupremum procedere contra talem Epiſcopum pœnis pecuniariis, aut illum vocando ad hanc Curiam? an ſi prædicta gratia Pontificia ſit prorogata per aliquod aſſignatum tempus; dum tamen Princeps, ſiva ejus Conſiliarii, aut adminiſtratores non excedant modum exactionis cujuslibet ante acti anni, poſſint nihilominus eum augere; & ſic integra millionum contributio perſolveretur, ne egeret alia prorogatione Pontificia forte neganda? Et an ſi ceſſante tempore à Pontifice aſſignato, reſtet adhuc exigenda aliqua contributionis prædictæ, pars, queant Rex, Conſiliarii, ſive adminiſtratores prædictorum millionum proſequi eandem exactionem contra Eccleſiaſticos, ſaltim ſub ſpe, quod Pontifex iterum prorogabit conceſſionem repetitam aliis vicibus? Et an ſi de facto Epiſcopis, & Clero conſentientibus adminiſtratores recaudeant, & proſequantur prædictam collectam in perſonas Eccleſiaſticas, ſit in hoc puncto practicandum idem, quod ſupra adduco ſub q. 13. & 14. de novo eſſe impoſito in qualibet

libra

libra carnis Juxta Schedulam Regiam 19. menſis Julii 1656. Et an quia in anno 1657. in comitiis publicis fuit alia Regni conceſſio facta trium millionum de uno aſſe, ſuper vino & carne &c. Nec adſit conceſſio, ſive licentia Pontificia, ut à Clericis exigatur, debeat idem in praxi obſervari? Ubi de concordia cum Archiepiſcopo, & Eccleſia Toletana: Et an belli oppreſſione Reges aſſumere ab Eccleſiis aurea & argentea. p.431

XL. An ſtatutum laicorum puniens damna data in agris per beſtias comprehendat damna data per beſtias Clericorum? Et an cuſtodes animalium Eccleſiæ, ſive Clerici coram ſæculari judice poſſint accuſari? p.443

XLI. An Reges condendo legem, ſive ſtatutum, ut familiares laici, Epiſcopi, Clerici, ſeu alterius Dignitatis, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ, non gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam? Et an famuli laici legati nuncii pro tempore exiſtentis in his Regnis Hiſpaniæ, & in hac Curia Matritenſi, ſic debeant gaudere, ut in quocumque delicto debeant Judices ſupremi, vulgo *Alcaldes de Corte*, ſeu Prætor, vel ejus locum tenentes remittere delinquentes, conſtito de tali famulatu; etiam ſi idem nuntius legatos, nec petant ad ſe remitti delinquentem ejus famulum, nec relatos Judices ſæculares inhibeat: Ubi quid de famulis Cardinalium, inquiſitionis, Epiſcoporum, ſive Clericorum? p.445

XLII An liceat Regibus condere pragmaticam prohibentem laicis prorogationem alienæ juriſdictionis? Et an liceat eam condere, ſive ſtatutum, ne laici conductores bonorum Eccleſiaſticorum, poſſint conveniri coram Judice Eccleſiaſtico? Et an queant ſtatuere, ne contractus Jurentur, ut ſic nunquam Eccleſiaſtici judices queant de contractibus Juratis inter laicos cognoſcere? Et an ſtatuere Principes valeant, ut Epiſcopus ſtare debeat proceſſui facto à Judice laico, ſi reus remittendus ſit, vel ne? An Inquiſitores poſſint cogere Dominos, & Magiſtratus, qui fecerunt aliqua ſtatuta, & decreta impedientia rerum Juriſdictionem, ut illa revocent? Et de duobus notabilibus pro integra materia? p. 454

XLIII. An Eccleſiaſtici teneantur revereri laicis judicibus, taliter ut ſi contra faciant, eos verbis, ſive facto injuriando, queant ipſi laici Judices injuriare, incarcerare, aut diffamare Eccleſiaſticos? p. 458

XLIV. An Principibus liceat concedere hæreticis libertatem conſcientiæ ſine conſenſu Summi Pontificis? Et Synagogas Judæorum permittere? Et quid ſi in utroque caſu inſtet periculum? Et an ſufficiat tacitus Papæ conſenſus? Et an ad tempus tantum licita ſint pacta cum hæreticis, eſto quod in perpetuum, nunquam liceat? Et num queat Imperator, ſive Rex aliquis legem ferre, qua diſponatur, ut nullus milles deſerat bellum, ut ſequatur vitam religioſam aut religionem ingrediatur vel ordines recipiat? Seu facere legem, qua prohibeat dotare Capellanias, beneficia Eccleſiaſtica, & anniverſaria, ne bona temporalia ſpiritualiçata immunia reddantur à tributis, Collectis, & gabellis? p. 460

XLV. An Eccleſiaſtici poſſint carcerari vel banniri, ſaltim ad tempus, vel per oſtraciſmum diſcolarum, aut ſaltim correctione politica, ſi non contentioſa: An ſtatuta de retractu Patrimoniali habeant locum quoad Equites Sancti Jacobi: Et an ſtatui poſſit quod ſi Eques militenſis, civem offendat, & arma geſtet, queat puniri à Magiſtratu laico, vel capi, remittendus ad ſuum Judicem? p. 465

XLVI. An poſſit Princeps laicus decernere gabellam ab Eccleſiaſticis quoque perſolvendam cum promiſſione eiſdem reſtituendi: An ſtatutum de ſolvendo taxam, vel concedens favorem ſervandum ſit ab Eccleſiaſticis: Et quomodo teneantur Clerici contribuere: Et an Princeps poſſit ſubditis prohibere, ne ad hanc, vel aliam Eccleſiam accedant, etiam ad peccata expianda? p.469

XLVII. An emptio facta à Principe, ne Eccleſiaſticus emat, violet libertatem Eccleſiaſticam: An conſtitutio, ob quam redditus Archiepiſcopi minuuntur, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam: Et an Eccleſiaſtici poſſint conqueri de ſtatuto imponente gabellam vendentibus rem immobilem? An lex Luſitana poſſit juſte aliquid Clericis ſtatuere? Et an excommunicentur in Bulla cœnæ exigentes gabellas à Clericis ſponte ſolventibus: Ubi aliquid de gabella Carnis? p 470

XLVIII. An ſicut libertas Eccleſiaſtica violatur legibus, & ſtatutis laici legiſlatoris, violetur etiam, & actionibus: Et an hoc diſtinguatur ex onere impoſito actui venditionis, aut omnino ſeparato: Et cui horum teneantur Clerici, quando tributum imponitur: Et qualiter ad tributum pro ſale: Et an grave peccatum ſit frangere immunitatem Eccleſiaſticam, etiam ſi per plures annos, aut tempore immemoriali Clerici ſponte gabellam ſolventes in fine contradicendo, ad ejus ſolutionem cogerentur: Ubi de decreto Regio ſuper Regiſtro vulgo *de Coches*? p.475

XLIX. An Magiſtratus ſæcularis poſſit concedere ſalvum conductum Clerico bannito ab alio Magiſtratu laico contra Sacros Canones: Et an Baro mortaliter peccet, ſitque obligatus ad reſtitutionem, ſi certo ſciens agrum ficto eſſe Clerico donatum (quod tamen probare non poſſit) ut auferat Colonos, Carceret illos prætextu fiſcalium, quos tamen certo ſit eſſe pauperrimos, & omnino impotentes: Et an Gabella poſita Lanionibus, ut pro ſingulis bobibus ſolvant duos aureos, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam; eo quod indirecté illa gravantur Clerici, qui carius emunt: Et an ſtatutum cogens Clericos ad vinum vendendum, ſit contra Eccleſiæ libertatem: Et an laici ementes vinum à Clericis teneantur ſolvere gabellam: Et an Coloni Eccleſiarum pro ſua portione Colonica, teneantur ſolvere gabellam: Ubi de Emphyteuta? p.481

L. An peccet Clericus ſolvens vectigal, aut renuncians franchitiam, ne fraudetur ſolutione ſuorum redditunm ſibi debita à Rege, & an ſit danda franchitia Clerico alterius expenſis viventi: Et an Clerico abſente ſtudiorum cauſa, debeatur ejus familiæ franchitia, ſeu immunitas à gabellis: Et an ſtatutum dicatur contra immunitatem, eo ſolum, quod

quod circunſtantiis appareat Principem indirectè habuiſſe intentionem extorquendi à Clericis : Et quid ſit indirectè, & per accidens gravare Clericos : An gabella dicatur pars pretii : Ubi an ad incurrendam excommunicationem Bullæ cœnæ Domini, ſufficiat actus attentatus : Et an ſi ſeptem v. g. Conſiliarii conſuluerunt contra immunitatem Eccleſiaſticam, quintus, ſextus, & ſeptimus incidant excommunicationem ? p. 486

LI. An gabella impoſita ſuper rebus, quæ ad uſum familiæ neceſſarium emuntur, vel advehuntur, ſit injuſta ; ſicut Princeps eam imponens, incidat in Canon Bullæ cœnæ : Ubi quid reſpectu Clericorum : Et an ſtatutum laicorum præcipiens, ut falſis menſuris, vel corrupta ſubſtantia, vel ſuprà taxatum, pretium vendentes, ſerico utentes, victualia, vel pecuniam extrahentes, arma in certa ſpecie, vel in certa hora prohibita geſtantes &c. pœna aliqua pecuniaria afficiantur, vel rebus ipſis, ta[illegible]am in commiſſum ceciderint, ſpolientur, etiam, ſi tales Clerici fuerint, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam ? An ſtatutum invalidans donationem ultra quingentos aureos Eccleſiæ factam, ſi non adſit inſinuatio, ſit contra Eccleſiæ immonitatem ? Et quid ſi invalidet donationem omnium bonorum, vel majoris partis à patre filio exempto (utpote Clerico) factam ? Et an ſtatutum laicum diſponens ſuper utili dominio rei Emphyteuticæ Eccleſiæ, ſeu ſuper directo, ſit contra immunitatem. p. 490

LII. An quando Clerus conſentit cum conſenſu Pontificis, & aliis ſolemnibus in aliquam contributionem, ad quam non tenebatur afficiat etiam Eccleſiaſticos ſucceſſores ; An ſtatutum laicorum prohibens, ne Clerici patiantur privilegiis, quæ aliis civibus conceſſa ſunt ſit contra libertatem Eccleſiaſticam : Et an poſſit Dominus apponere conditionem rebus, Caſtris, & ſimilibus, ut hæc ſubſint oneribus à Principe imponendis, in quaſcumque manus devenerint : Et an Eccleſiaſtici ſint immunes, non ſolum quoad onera imponenda, ſed etiam quoad impoſita prius quam bona ad ipſos perveniſſent ? p. 494

LIII. An ſtatutum quod laici venditores vini Eccleſiaſticorum, teneantur præſtare fidejuſſionem de ſolvendis pœnis, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam : Et an ſtatutum laicorum privans Clericos, ſi Juriſdictionem ſæcularem declinaverint, officiis ſæcularibus, & bonis à Rege conceſſis, ſit contra immunitatem Eccleſiæ : Et an ſtatutum laicorum diſponens, ut mortuo Epiſcopo, inventarium bonorum pro ſpolio fieri poſſit à judice ſæculari, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam : Vel illud quod diſponit, ut licet Epiſcopus legata pia exequatur contra hæredem, non tamen exequi poſſit contra laicum tertium poſſeſſorem ? p. 496

LIV. An ſtatutum laicorum invalidans, vel relaxans Juramenta etiam ob Juſtam cauſam v. g. quia metu, vel injuria extorta ſunt, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam : An ſtatutum laicorum prohibens ne Clerici è laicis erigant decimas, quæ per conſuetudinem ſolvi non ſolent, ſit contra libertatem Eccleſiæ : An ſtatutum laicorum ſaltim ſi ſit confirmatum à Summo Pontifice, præſertim ex certa ſcientia, obliget Eccleſiaſticos : An conſenſus Pontificis expoſtulandus ſit, ut Eccleſiaſtici gabellas ſolvant, ſi ſtatutum æque principaliter Clericos, ac laicos concernat : Et an Epiſcopi debeant executioni mandari ſtatim licentias Pontificum ſuper ſolvendis tributis : Et an exigens gabellas ab Eccleſiaſticis, etiam cum animo reſtituendi ſimul cum intereſſe in fine anni, quod interim exactum fuit, fiat contra immunitatem Eccleſiæ ? p. 498

LV. An ſtatutum laicorum præcipiens, ne vocentur Religioſi, niſi prius vocati fuerint Parrochiæ Clerici, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam : An ſtatutum laicorum diſponendi crimine hæreſis infligendo pœnas in illud committentes, ſit contra immunitatem Eccleſiæ : Seu an laicus poſſit condere ſtatuta, quibus præſcribatur modus procedendi, vel puniendi hoc crimen diverſus ab eo, quem Eccleſia præſcribit : An Principes ſtatuentes, ut non poſſint familiares ſanctæ Inquiſitionis gaudere privilegio fori in aliquo delicto faciant contra immunitatem Eccleſiæ? Et an in omnibus cauſis, in quibus infringi valet libertas Eccleſiæ, excludi poſſint per Principes laicos appellationes ad Papam. Ubi de Bulla, quæ vocatur aurea ? p. 502

LVI. An Reges, & Principes ſupremi poſſint imponere gabellas ſuper ejus Juribus Regalibus, ſolo aſſenſu populi laici, inconſulto Clero ? Et an ad ſolutionem earum teneantur Eccleſiaſtici ſola conceſſione Parlamenti laici abſque privilegio Papæ ? Et quæ dicantur Regalia ad prædictum effectum : Ubi de nonnullis conceſſionibus retro actis temporibus in his Regnis Hiſpaniæ : Et quid in præſenti intendatur, tam ex parte Regis, quam ex parte ſtatus Eccleſiaſtici : Et an Clerici teneantur ad gabellam earum, à quibus abſtinere poſſunt : Et in quibus queat exemplificari : Et an ſi Clericus ſupplicat Principi, teneantur ſolvere taxam ſupplicantibus impoſitam : Et quid operetur in delictis ſalvus conductus ? p. 505

LVII. An Epiſcopi, aliive Prælati teneantur ex vi legis Regiæ ire ad debellandum inimicos Regni ſimul cum aliis laicis, ſeu ſervire cum tot militibus ſuis expenſis, vulgo *ſervir con lanças* ſive Papæ conſenſu ex eo ſolum quod Vaſſalli ſunt, aut ex eo quod terras, aut Juriſdictiones acceperunt à Regibus cum tali, aut ſine tali penſione, & onere ? Et an poſt mortem Epiſcoporum ſit obnoxium ſpolium eorum ad dictam ſolutionem, etſi cedat in præjudicium Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ ? Et quid ſi exigantur à laicis Miniſtris de fructibus Epiſcopatuum, qui medio tempore à morte unius Epiſcopi ad electionem, & confirmationem alterius acquiruntur, etiam Reverendæ Cameræ ? p. 512

LVIII. An leges Regiæ, & Valentiæ, quæ probibent vulgo *las piſtolas, y Tercerolas* quibuſcumque exemptis, & etiam Familiaribus ſancti officii inquiſitionis, poſſint eſſe Juſtæ, ſi inde Miniſtri inquiſitionis non valerent tute præſto eſſe incarcerationibus reorum ſancti officii ? Et an lex Regia, quæ mandat delictum Polygamiæ cognoſci à Judicibus laicis, ſit contra libertatem ſancti officii inquiſitionis ? p. 519

LIX. An foris Aragoniæ in favorem Baronum, ſeu dominnrum de vaſallis, ut queant furoa ſuſpendere Lamias, Segas, & ſtriges, vulgo *alas Brujas*; eo quod illis imputantur infanticidia, deroget in aliquo foro ſancti officii inquiſitionis: Et an lex, forus, aut concordata, quæ prohibet, ut rei ſancti officii prius apprehenſi, & incarcerati à Judice Regio; non tradantur Inquiſitoribus illos petentibus, ut reos Inquiſirionis, niſi dicant expreſsè illos petere ex cauſa fidei, offendant in aliquo modum procedendi cum ſecreto in Tribunalibus Sanctæ inquiſitionis: Et an Valentiæ forus, ſeu concordata, quæ Schedulis Regiis prohibet ne creentur Familiares ſancti officil, niſi homines privati cives, non inquam Barones, Proceres, ſeu Vaſſallorum Domini, infringat in aliquo libertatem, ae privilegia ſancti officii, vel ſi jam creatos privet à foro, & indultis ſancti officii, quibus debent gaudere, ex eo quod bannira dicantur: Et an ſi familiaris defidatus vulgo *retado* ab alio illum in defidatione occidat, non proditorie, ſed facie ad faciem. Cum enſe, privari poſſit à foro virtute legis Regiæ Caſtellæ bo. tit. 4. lib. 4. Recop. p. 529

LX. An tributorum, & collectarum leges Regiæ ferantur ſuper farina, tritico, ordeo &c. in pecunia numerata pro ſingulis fanecis, vel quod da centum fanecis Regi ſolvantur quinque, quæ vocatur dimidia decimatio, poſſint eſſe Juſtæ in noſtris Regnis Caſtellæ, etſi in aliis Regnis ſolvantur: Et an ſi Juſtæ fuiſſent reſpectu laicorum ratione cauſæ publicæ poſſent, & conſtringere Eccleſiaſticos ſina aſſenſu Pontificio? p. 542

LXI. An Reges Chriſtiani valeant convertere in alios uſus, etſi pios monetam ſibimet conſignatam ſuper redditibus primi anni Epiſcopatus, aliorùmve beneficiorum, ſi in Brevi Pontificio conſignationis, exprimat Pontifex velle quod talis peeunia non expendatur in alios uſus, quam Catholicæ religionis, defenſionis, & propagationis, necnon obedientiæ erga Romanam Eccleſiam conſervationis: Et an Principes decernant quod ſententiæ in prima inſtantia latæ in cauſis ordinariis, illico executioni mandentur; ſic ut appellatio tantum habeat locum quo ad devolutivum effectum queant obligari Tribunalia Eccleſiaſticorum, & ſanctæ Inquiſitionis, ut in cauſis externis, & civilibus extra fidem, idem decretum practicetur ſine beneplacito Papæ, Epiſcopi, aut Inquiſitorum? p. 554

Ad Textum in Cap. ex Litteris XI. *hoc titulo. De Conſtitutionibus* p. 560

QUÆST. I. AN legiſlator habent poteſtatem obligandi ſuis legibus ad culpam, & pœnam ſimul, & ad pœnam ſolvendam tantum: Et an lex humana obligare poſſit ad ſui obſervantiam cum periculo vitæ: Et an leges pœnales queant ad pœnam obligare ſolvendam ante judicis ſententiam: Et an poſſit dignoſci quando leges pœnales continent ſententiam ferendam, & quando latam: Et an requiratur monitio, ut quis incurratus legis pœnam? p. 561

II. An lex pure pœnalis in materia gravi obliget in conſcientia: An lex pœnalis mixta obliget ſub peccati mortalis: An lex pœnalis ex identitate rationis ſit extendenda ad alios caſus: An qui per legem pœnalem privatur ipſo facto voce activa, & paſſiva, teneatur in conſcientia hanc pœnam ſubire ante judicis ſententiam? p. 565

III. An lex pœnalis v. g. excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, irregularitatiſque obliget ſub mortali: An lax prohibens aliquid ſub pœna mutilationis, carceris perpetui, damnationis ad triremes, confiſcationis bonorum, aut ferre ſclopetum, vulgo *eſcopeta* ſub pœna capitis, obliget ſub pœna peccati mortalis: An qui eſt cauſa, ne quis condennetur ad pœnam Juſtam, impoſitam à lege, teneatur pœnam reſtituere: Et an lex pœnalis privans à bonis, obliget non ſolum in conſcientia, verum quod delinquens teneatur in ſe ipſo exequi pœnas à lege impoſitas: Ubi quid de lege imponente privationem bonorum ex cauſa hæreſis: p. 568

IV. An quando dubium eſt, nunquid lex etiam pœnalis, obliget ſub veniali, vel ad mortala, intelligatur de mortali: An ignorans excuſetur a pœna legis: Et tranſgreſſor legis pœnalis poſtquam à Judice ſit condemnatus, teneatur ipſa in ſe ipſum exequi pœnam, ſeu teneatur ſpectare exactionem juſtitiæ: Et an Judex teneatur imponera pœnam à lege preſcriptam; & qualiter aliud faciendo peccet? Et quid de Judice minuente, val remittente pœnam ante, vel poſt pronunciatam ſententiam? Et an fraudantes tributa, dicantur peccare in legem pœnalem, An lex pœnalis Pontificia obliget, & ignorantes, non publicata? p. 573

Ad Text. in Cap. Ex parte Epiſcopi XII. *hoc titulo de Conſtitutionibus.* p. 578

QUÆST. I. AN Præbendarum ſuppreſſio requirat cauſam, & conſenſum, ſicut, & augere numerum Canonicorum in Cathedralibus? Diſpoſitio ultima, ut primæ deroget, an procedat, ſi prima Jurata ſit? An derogatio, in ampliſſima forma privilegiorum Societatis JESU, & Clericorum regularium, valeat, ac præjudicet, ſi non fuerit dictis religionibus intimata & inſinuata? ibid.

Ad Textum in Capite, fin. hoc titulo. De Conſtitutionibus. p. 582

QUÆST. I. AN Jubilæum grande Pontificis, quo Cavetur ut confeſſarius queat abſolvere à quibuſvis reſervatis in bulla cœnæ peccatis, & cenſuris, extendatur etiam ad hæreſim, ſi ſpecialiter de peccato hæreſis reſervato, non fiat mentio in Jubilæo? num ſi fiat mentio poſſit nihilominus abſolvere ab hæreſi occulta, & num Confeſſarius abſolvens hæreticos in foro conſcientiæ poſſit puniri à Dominis Inquiſitoribus, vel an Confeſſarius poſſit abſolvere virtute Bullæ Cruciatæ à caſibus contentis in edicto Inquiſitorum, hæreſi tantum excepta. ibid.

Tom. II.

Ad Titulum De Reſcriptis

AD RUBRICAM & ſub ea *à n. 1. aſſignantur quæſtiones 21. tractatæ jam in lib. 2. decretalium.* p. 71

Qu. I. AN impetrans teneatur narrata in reſcripto verificare? An verba narrativa Papæ inducant probationem? Et quid de verbis inferiorum: Et an ſola ſupplicatio probet titulum: & quid de aſſertione ſupplicationis? An, & quomodo valor in materia beneficiorum probetur; Ubi de regula Cancellariæ, quæ loquitur de valore exprimendo? Et quomodo valor de fructibus beneficiorum probetur? p. 3

II. An Epiſcopus poſſit diſpenſare, quoties facultas non admittitur? Et an Epiſcopi poſſint diſpenſare in lege Pontificia approbando pœnam pecuniariam? Et an diſpenſatio à Pontifice conceſſa, & aſſignata, valeat in foro conſcientiæ? p. 9

Ad Textum in Cap. I. hoc titulo De reſcriptis, in ipſo. p. 11

Ad Textum in Capite, Ex parte II. hoc tit. De reſcript. in ipſo. p. 12

Ad Textum in Capite, Cæterum III. hoc titulo. p. 13

QUÆST. I. AN impetrata diſpenſatione duplici ad eandem rem, poſterior cenſetur ſubreptitia, niſi mentionem faciat prioris? Quid quando eſt quædam diſſonantia partialis, & contrarietas: Ubi de clauſula *motu proprio*? Et an quando prius reſcriptum, ſeu privilegium ſunt irrita, ſit neceſſarium facere in poſteriori de illis mentionem? Et an reſcripta Principis, quæ generalia ſunt, poſſint vincere municipalem conſuetudinem ſepeliendi mortuum in civitate? ibid.

II. An pluribus reſcriptis à Pontifice impetratis præferatur poſterius, ſeu eorum aliud? Et an quando poſterius eſt impetratum ad primi augmentum, debeat facere mentionem de primo? Et an ſi poſterior diſpenſatio ſubreptitia ſit; eo quod prioris ſtrictioris non ſit facta mentio, valeat, aut utraque irrita ſit? p. 17

III. An facultas ſecunda ad alienanda bona Majoratus valeat, ſi in ea non fuit facta mentione de prima? Et ſi affirmativam profitemur, videndum eſt qualiter id procedat: Et an ſemel conceſſa facultate ad rem Majoratus hypotecandam, ſit neceſſaria nova facultas ad eadem vendendam, die adveniente ſolutionis? Et an ſi teſtator prohibuerit alienationem rerum Majoratus, ſit neceſſaria hujus prohibitionis mentio, cum Princeps concedit facultatem alienandi bona Majoratus? p. 19

Ad Textum in Capite, Inter Cæteras IV. hoc titulo in ipſo. p. 22

Ad Textum in Cap. Si quando V. hoc titulo in ipſo. p. 23

Ad Textum in Capite, Cum Ordinem VI. hoc Titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Eam te. VII. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Ad Aures VIII. hoc titulo, in ipſo. p. 24

Ad Textum in Capite, Si autem IX. hoc titulo, in ipſo. p. 25

Ad Textum in Capite, Ad hæc X. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Cap. Ad Audientiam XI. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Ex parte XII. *hoc titulo, in ipſo.* p. 26

Ad Textum in Capite, Sciſcitatus XIII. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Paſtoralis XIV. *hoc titulo, in ipſo.* p. 27

Ad §. Quoniam ejuſdem textus. ibid

Ad Textum in Capite, Sedes XV. *hoc titulo, in ipſo.* p. 28

Ad Textum in Cap. Ex Tenore XVI. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Cum adeo XVII. *hoc titulo, in ipſo.* p. 29

Ad Textum in Capite, Cauſam XVIII. *hoc titulo in ipſo.* p. 30

Ad Textum in Capite, Conſtitutus XIX. *hoc titulo, in ipſo.* ibid.

Ad Textum in Capite, Super Litteris XX. hoc titulo. p. 31

QUÆST. I. AN taciturnitas veri, aut falſi expreſſio æquè reſcripta vitiet: Et ao omnis axpreſſio falſi, reſcriptum vitiet, ſeu diſpenſatiooes, ac cæteras gratias? Et an taciturnitas veri reddat diſpenſationem nullam, quando tacetur aliquid quod ſecundum Stylum Curiæ, eſt neceſſario declarandum: Ubi quid de conſuetudioe? p. 34

II. An omnis cauſæ finalis taciturnitas, vitiet reſcriptum: Et an quando cauſa demooſtrationis, vel taxationis, aliqua qualitas aſſignatur? Et an ſi plures cauſæ proponantur, quarum utraque eſt inſufficiens per ſe, ſed junctæ integrant, & aliqua earum eſt falſa, corruat diſpenſatio: Et an ſicut in reſcriptis, & gratiis à Principe conceſſis, ſubreptio operatur; ſic & im conceſſis ab Epiſcopo, ac alio judice ordinario? p. 42

III. An vitium inexprimenda cauſa impulſiva, vel ea tacenda contingens, noceat Principis conceſſioni? Et an litteræ ad beneficium, quod oon habet curam animarum, hoc expreſſo, valeant? An ſaſus beneficii valor in litteris expreſſus noceat ſemper? An impetrans à Principe indulgentiam homicidii, teneatur mentionem facere prioris veniæ conceſſæ alterius homicidii: Et an petens à Rege licentiam conſtituendi Majoratum, teneatur mentionem facere filiorum omnium, quos habet, eorum numerum exprimens? p. 47

IV. An quando ſubreptio fuit facta doloſè, & per malitiam, vitiet reſcriptum, etiam ſi ea non fuerit cauſa totius reſcripti, ſed ſolius formæ ſpecialis? Et an ſi ſubreptio contingat in quadam reſcripti parte, totum illud vitiet, tam ſi cauſa ſit impulſiva, Quan finalis? Et an doloſa reſcripti ſubreptio in parte tantum illius, inducat ipſo Jure irritationem: qoid de diſpenſatione in foro conſcientiæ: Et an clauſula *motu proprio* in gratiis, & diſpenſationibus appoſita, ſuppleat ſubreptionis vitium; ſic ut validum ſit reſcriptum? p. 51

V. An in dubio præſumatur dolus, & fraus in impetratione reſcripti, gratiæ, ſeu diſpenſationis? Et an io dubio præſumatur valida diſpenſatio? Et an ſi contingat reſcripti ſubreptio ex dolo Curialis, ſit nullum? Et an taciturnitas ex ignorantia probabili, excuſet à ſubreptione in foro conſcientiæ? p. 58

VI. An ſubreptitia ſit diſpenſatio voti, tacito Juramento, vel è contra, vel ſi falſo proponatur votum, cum ſit Juramentum? An in votorum diſpenſatione taciturnitas veri, & expreſſio falſi, irritet vota? Et an ſi impetrans diſpenſationem ponit unam cauſam, quæ falſa eſt pro alia vera non poſita, ut facilius conſequatur diſpenſationem, dicatur diſpenſatio nulla ex tali mendacio? Et an diſpenſatio in uno vinculo abſque mentione alterius ſit valida: Ubi quid quando io eadem perſona duo ſunt impedimenta? p. 62

VII. An pœna falſitatis puniatur impetrans à Papa, ſeu à Principe reſcriptum obreptitium, vel ſubreptitium: Ubi quid de Curiali mutante narrativam: Et quid ubi narrativa fieret dubitativè: & aliquid de reſcripto *perinde valere & de gratia ſi neutri,* ac de aliis, quæ ſi oon exprimantur, reddant, ſive non, gratiam ſubreptitiam? Ubi ao de lite debeat fieri mentio, ac de ſtatu proceſſus? p. 67

Ad Textum in Capite, Edoceri XXI. hoc titulo, in ipſo. p. 71

Ad Textum in Cap. Cum Dilecta XXII. hoc titulo, in ipſo. p. 72

Ad Textum in Capite, plerunque XXIII. hoc titulo. p. 73

QUÆST. I. AN reſcripta ad lites, ſint perpetua. Ao aotem aono expirent? ibid.

Ad Textum in Capite, Cum contingat. XXIV. hoc titulo, in ipſo. p. 74

Ad Textum in Capite, Olim XXV. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Dilectus XXVI. hoc titulo, in ipſo. p. 75

Ad Textum in Capite, Poſtulaſti XXVII. hoc titulo, in ipſo. p. 76

Ad Textum in Capite, Nonnulli XXVIII. hoc titulo, in ipſo. p. 77

Ad §. ſunt, & alii textus noſtri. p. 78

Ad Textum in Capite, Dilectus XXIX. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Capitulum. Sancta Crucis XXX. hoc tit. in ipſo. p. 79

Ad Textum in Capite, Ad Audientiam XXXI. hoc titulo, in ipſo. p. 80

Ad Textum in Cap. In Noſtra XXXII. hoc titulo, in ipſo p. 82

Ad

Ad Textum in Capite, Ex Parte Decani XXXIII. hoc titulo, in ipſo. p. 83

Ad Textum in Cap. ſignificante XXXIV. hoc titulo. in ipſo. ibid.

Ad Textum in Cap. Rodulphus XXXV. hoc titulo, in ipſo. p. 84

Ad Textum in Cap. Significavit XXXVI. hoc titulo, in ipſo. p. 85

Ad Textum in Capite, Ex inſinuatione XXXVII. hoc titulo. in ipſo. p. 86

Ad Text. in Cap. Mandatum XXXVIII. hoc titulo. p. 87

QUÆST. I. AN proviſus à Papa de aliquo beneficio, præferatur proviſo à legato, vel ordinario : Ubi quid de poſſidente prius. ibid.

Ad Textum in Capite, Litteris XXXIX. *hoc titulo, in ipſo.* p. 88

Ad Textum in Cap. Abbatem XXXX. *hoc. titulo, in ipſo.* ibid

Ad Textum in Cap. Ab excommunicato XXXXI. *hoc titulo, in ipſo.* p. 89

Ad Text. in Cap. Si proponente XXXXII. *hoc titulo, in ipſo.* p. 91

Ad Text. in Cap. Quia nonnulli XXXXIII. *fin. hoc titulo, in ipſo.* p. 92

Ad Titulum, De Conſuetudine. p. 94

In præmiſſo à n. 1. aſſignantur quæſtiones 22. de hac materia jam tractatæ in lib. 2. Decretalium. ibid.

AD RUBRICAM.

QUÆST. I. AN quilibet uſus inducat conſuetudinem : Ubi quid de actibus facultativis? Et an deſideretur longus, & continoatus, ot ea induci poſſit? Et an ut fundetur conſuetudo requirat frequentiam diverſurum actuum; & quod confirmetur judicio contradictorio? Et an per ſolum unum actum contrarium interrumpatur conſuetudo? p. 97

II. An ut conſuetudo introducatur, actus debeant eſſe omnino voluntarii, & ex intentione introducendi eam, & qualiter hoc cognoſcatur? Quinam eam introducant; in qua ætate, & adverſus quos introducatur? Et an non uſus queat introducere conſuetudinem : Ubi quid in Religioſis? Et an conſuetudo contra regulam, & conſtitutionem Religionis excuſet ſubditos? p. 103

III. An conſuetudo particularis attendenda ſit, ubi adeſt univerſalis? Et an conſuetudo unius communitatis, obliget alteram? Et num conſuatudo poſſit exteodi de loco ad locum : Et an conſuetudo immemorialis, cenſeatur revocata per Clauſulam generalem revocantem. Conſuetudines? p. 109

IV. An conſuetudo nondum præſcripta valeat introduci in aliquo caſu, accedente Principis voluntate : Et an, ot conſuetudo legitimè introducatur, debeat adeſſe à principio, & ſemper bona fides ſicut in præſcriptione : Et an ut conſuetudo bene procedat, requirat quod actus, quibus ea conſtat, careant omni malitia : Et num conſuetudo poſſit in actu ſolemni reſtringere teſtium nomerum : Et an in materia præcedentiæ attendatur conſuetudo? p. 111

V. An Conſuetudo, ut legem vincere queat, ſeu ut ſuſtineatur, tanquam lex, debeat eſſe rationabilis : Et quando dicatur talis : Et an ſit tantæ vis, ut utique vincat legem poſitivam cootrariam : Et quam vim habeat conſuetudo ſemel introducta : Et an qui dicit debeat eam probare : Ubi qualiter probetur conſuetudinem extare : Et quid dicendum quando adeſt dubium, num conſuetudo ſit rationabilis? 113

VI. An Stilus Judicialis in quibuslibet tribunalibus faciat Jus conſuetudinarium : Et an probetur ſicut conſuetudo : Et an ab uno advocato, ſive Doctore, aut gloſſa? p. 118

Ad Textum in Capite I. hoc titulo, De Conſuetudine, in ipſo. p. 120

Ad Textum in Cap. Ex Litteris II. hoc titulo, in ipſo. Ubi remiſſivè de pluribus modis acquirendi Dominium & poſſeſſionem. ibid.

Ad Textum in Cap. Ad Audientiam III. hoc titulo in ipſo. p. 124

Ad Textum in Capite, Quanto IV. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Cum inter V. hoc titulo, in ipſo. p. 126

Ad Textum in Capite, Cum Olim VI. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Cum Venerabilis VII hoc titulo, in ipſo. p. 128

Ad Textum in Capite, Cum dilectus VIII. hoc titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, Cum Conſuetudinis IX. hoc titulo, in ipſo. p. 129

Ad Textum in Capite, Ex parte X. hoc Titulo, in ipſo. ibid.

Ad Textum in Capite, fin. hoc titulo, De Conſuetudine. p. 130

QUÆST. I. AN conſuetudo diuturna in peccando, augeat peccati pœnam? An pœna ſit minuenda, ubi à patratn ſcelere, multum temporis interceſſerit? p. 131

II. An conſuetudo delinquendi augeat pœnam delinquenti, quaodo, & quomodo: Ubi quid in minimis? Et quando dicantur delicta pluries commiſſa: Et quando, vel unica, vel pluribus pœnis puuiantur? Et an conſuetudo peccaminoſa, vincat legem. p. 134

III. An conſuetudn poſſit vincera legem naturalem, ſeu legem Divinam aliquando? Et quid de lege poſitiva? Et an conſuetudo poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem contrariam? Et an detur conſuetudo aliqua, quæ ex præciſa legis poſitione, nequeat abrogari: Ubi de Epiſcopo abrogante conſuetudinem ſui Epiſcopatus? p. 141

IV. An ſi lex improbet conſuetudinem per verba generalia, intelligatur non ſolum de conſuetudine præterita, ſed etiam de futura? An conſuetudo legitime præſcripta poſſit abrogare aliam conſuetudinem: Et an conſuetudo poſſit lege abrogari: Et an conſuetudo prior maneat abrogata, ſi in ipſa non efficiatur mentio de conſuetudine in contrarium? p. 148

V. An utique verum ſit, quod ut conſuetudo introducatur, ſive abrogetur, & debeat concurrere, ſaltim tacitus conſenſus Principis, ſeu ſufficiat uſus ſolius Populi, Provinciæ, ſeu Regni: Et an ut una conſuetudo abroget aliam contrariam, requiratur tempus idem, ac eſt neceſſarium ad introducendam conſuetudinem adverſus legem: An conſuetudo poſſit abrogare pœnam legis, ejus obligatione manente: Et an queant abrogare legem quoad culpam, manente obligatione, quoad pœnam: Et quoſnam alios effectus pariat conſuetudo: Et in quo differant deſuetudo, uſus, & contraria conſuetudo: Ubi de ritu? p. 157

VI. An conſuetudo immemoriabilis contra Sacros Canones à Græcis introducta durante ſchiſmate, ut diſpenſandi in Pontificiis legibus, aut ſimilis, valida ſit, & excuſet à peccato. p. 156

QUÆSTIONES HIC INSINUATÆ, TRACTARI poſſent ad longum occaſione litteræ cujuſvis textus, quos hic explanamus. Sed quia, vel non multum aptæ ſunt principali Pontificis deciſioni, aut alibi jam comodius tractatæ, tractandævc; ideo repetitiones fugiendo, & ut dc facili poſſis, & tu pervagari, ac inquirere, earum inſinuatione poſita in ſinguli præmiſſo textus, contentus ſum, ut ibi leges.

Ante Rubricam. De Summa Trinitate, & fide Catolica.

FESTIVITAS *ſpecialis ſanctiſſima Trinitatis an congrue celebretur, ſiquidem eam ſæpe ſæpius orantes repetimus?* p. 4

Et an *congrue celebretur in Dominica Octava Pentecoſtes?* Dixi in cap. quoniam 2. infra lib. 2. de feriis. ibid.

Ad Cap. I. De Conſtitutionibus.

O*Pinio ultima, an prævaleat antecedentibus? Quid in opinione minus probabili.* Et quam *opinionem debeat ſequi Judex.* Dixi in cap. Capellanus de feriis quæſt. 4. p. 124

Æquitas non ſequenda ſit in conflictu opinionum? ibid.

Et *quid debeat Judex facere in dubio pari ac de dubiis?* in cap. 2. de re Judic. quæſt. 3. ibid.

Litigandum non eſt ad libitum, ſed juxta actiones Judiciales, & legales, à quibus judices non recedunt. Dixi ſub cap. dilecti 6. de Judic. ibid.

Ad Cap. tranſlato III. De Conſtitutionibus.

A*N nexorum, & connexorum, an eadem eſt diſpoſitio.* Dixi in Rub. de appellat. q. 6. verſ. *ad tertiam*, ubi egi de quæſtione, an appellatio unius proſit aliis? p. 155

Negans unum ex duobus illatis, ſeu propoſitis, an cenſeatur alterum affirmare, vel negare? in cap. nonne bene 5. de præſump. q. 1. & ibi de connexis, ſeu ſeparatis Capitulis à n. 13. ad 36. ibid.

Sabbati ſignificandi præceptum, qualiter ceſſarit

leg

lege Evangelica, & *alia præcepta veteris legis cæremonialis.* Dixi in Rub. infra de feriis, & alia ſub illo tit. ibid.

Ad Cap. Quæ in Eccleſiarum VII. eodem.

L*Aicus de facto rei ſpiritualis, an cognoſcere poſſit, ſeu diſponere.* Dixi in cap. fin. de Judic. q. 1. & 2. p. 201

Pauperum, & *paupertatis*, nonnulla dixi in cap. ſi qui teſtium 8. de teſtibus q. 5. p. 202

Laicus, ut poſſit eſſe Judex inter Clericos feudatarios, latiſſimè dixi in cap. cæterum 5. de Judic. ibid.

Feudi datio de re Eccleſiæ, plura ſub tit de rebus Eccleſ. alien: vel non. ibid.

Ad Cap. Cum Acceſſiſſent VIII. eodem.

E*Lectiones*, & *nominationes*, *quæ fiunt in Republica de officialibus, an ſint tantum annales, vel poſſint eſſe perpetuæ.* Dixi in cap. fin. de Judic. q. fi. aliqua infra ſub Rub. de elect. in fine, & q. 7. p. 203

Inſtrumenta, & *inſcriptiones antiquæ, qualiter probent?* Dixi in Rub. & tit. de fide inſtrument. & in c. cauſam 13. de probat. ibid.

Ad Cap. Cum M. IX. eodem titulo.

C*Lauſula aſſueta poſita ſubintelliguntur in inſtrumentis.* Dixi ſub tit. & Rub. de fide inſtrument. q. 1. verſ. *ad quartam*, num. 9. p. 209

Amicus pro amico, an ſine mandato ſpeciali admittatur ad agendum? infra de procurator. ibid.

Et quod quilibet amicus poſſit, reſcriptum impetrare, infra in cap. 8. de reſcript. n. 6. Et *quod Canonicus ſine mandato agat*, infra in cap. 21. de reſcript. n. 7. ibid.

Ad Cap. Ex parte XII. eodem.

N*Umerum miſſarum*, & *anniverſariorum*, *quis reducere poſſit?* Dixi in cap. conqueſtus 16. de foro comp. ſub q. 3. à n. 8. p. 560.

Ad Cap. fin. Eodem.

D*Ubia privilegia*, & *leges quis valeat interpretari.* Dixi in cap. cum veniſſent 12. de judiciis q. 1. & 2. p. 582

Tom. II.

Ad Titulum De Reſcriptis. Ad Cap. I.

A*Ppellatio, an taliter ſit inducta de Jure naturali, ut Princeps nequeat ejus remedium auferre.* Dixi in Rub. de appellat. q. 1. à num. 1. p. 11

Appellatio, & *recuſatio*, *an ita æquiparentur, ut delegata cauſa appellatione remota, intelligatur etiam ſublata recuſatio.* Et *quando utraque verificetur?* Dixi in cap. 4. de foro comp. q. 41. ibid.

Clauſula (appellatione remota) *an operetur tertium non eſſe admittendum ad impediendam executionem.* Dixi in cap. 17. de ſent. & Judic q. 1. verſ. *ad tertiam.* Ibid.

Clauſula (appellatione remota,) *poſita in principio, aut in medio, an tantum operetur, ac poſita in fine.* Dixi in cap. inquiſitioni 71. de appellat. q. 1. Et *quos effectus operetur* ibi verſ. *ad ſecundam.* ibid.

Proteſtationis materia, latè diſcutitur, infra in cap. fin. de appellat. ubi leges, occaſione gloſſæ verb. *mandatum* ibi *niſi proteſtatio*, aliquid ſupra de conſtit. in cap. cum M. & infra hic in cap. 13. p. 12

Matrix Eccleſia, an intelligatur Cathedralis, dixi in cap. 1. de præſcript. q. 4. verſ. *ad ultimam*, & in cap. 1. §. 1. ſupra de Summa Trinitate. ibid.

Ad Cap. ex parte II. De reſcriptis.

P*Er Jura qualiter puniantur, ad verba* hic (quod ſi conſtaret de perjurio eſſe conjunctum) Dixi in c. brevi 17. de Jure Jur. p. 12

Perjurus Clericus, an ipſo Jure amittat beneficium, aut poſt ſententiam? Dixi in cap. cum non ab homine 10. de judic. q. 28. ibid.

Juramenti neceſſitas ad corroborandas teſtium depoſitiones, dixi latè in cap. quoties 4. de Teſtibus. ibid.

Renunciatio quam amittere beneficium, latè dico infra in tit. de renunciat. aliquid in cap. 2. de reſtit. ſpol. q. 1. & 2. ibid.

Pracum examinandorum Juriſdictio qualis. An cognitione Judiciali, vel ſola extrajudiciali, facit quæſtio (an executor cognitionem habeat) de qua dixi in cap. de cætero de ſent & re judic. à q. 3. ibid.

Ad Cap. inter Cæteras IV. eodem.

S*Acerdotis filius, an dici poſſit ille qui natus eſt ante patris Sacerdotium?* latè expendo infra ſub. Rub. & tit. de filiis Presbyterorum per verba hic (filius Sacerdotis.) p. 23

Ad Cap. Si quando V. eodem.

C*Onſultatio ad Pontificem facienda eſt ſuper dubiis privilegiorum*, ut dixi latè in cap. cum veniſſent 12 de judic. quæſt. 1. & 2. ibid.

Præceptum aliquod non teneatur prætermittere propter vitandum ſcandalum: Dixi in cap. 2. de præſcript. quæſt. 1. verſ. *ad tertiam.* ibid.

Executor quam cognitionem habet circa quædam reſcripta. Dixi in cap. de cætero de re judicata. ibid.

Ad

Ad Cap. Eam te VIII. eodem.

C*Ommiſſio quando ſit realis, quando perſonalis, & qua tranſeat ad ſucceſſorem in Dignitate.* Dico infra in cap. quoniam Abbas 14 Ubi DD. de officio delegati. Et applicabis plura quæ dixi in cap. quia v. 11. de judiciis per plures quæſtiones. p. 24

Pontifex, ſeu Epiſcopus nondum conſecratus vere dici, non poſſit, DD. per verba hic (nec eſſet adhuc in Epiſcopum conſecratus) quare adjunges quæ laté dixi in c. 15. de electione, & in cap. 6. de temporib. ordin. & alibi circa *neceſſitatem conſecrationis ad poteſtatem ordinis* ibid.

Judæi an teſtes eſſe poſſint, dixi in cap. Judæi 21. de teſtibus, an ad *Sacerdotium, & honores admitti, ac nobilitari, per* verba hic (pro eo vere quod Judæus extiterit ipſum dedignari non debes) ideo adjunges quæſtion. ibid.

Ad Cap. aures. VIII. eodem.

P*Robare an quilibet debeat fundamentum ſua intentionis.* Dixi latiſſimè in cap. fin. §. 1. de Jure Jur. de qua regula nonnulli agunt per verſ. (intentionis.) p. 25

Ad Cap. Ad hæc X. eodem.

R*Ecuſationis judicium, materiam* latiſſimè tractavi in cap. 4. de foro comp. de qua hic poſſet repeti per verba ibi (ſed ad unum judicem, vel plures delegatos ſibi proprios, & parti adverſæ ſuſpectos decurrant.) ibid.

Ad Cap. Ex parte XII. eodem.

A*Ttentorum revocatio laté diſcutitur* infra, in cap. Bonæ 51. de appellat. remiſſivè ubi in cap. 1. de qua hic poteſt agi per verba revocatis in ſtatum priſtinum omnibus, quæ poſtea appellationis ipſius inveneritis attentata.) p. 26

Vocationis in Jus materiam per verba hic (cumque authoritate Judicis in Jus eſſet vocatus) expendes per illa, quæ dixi in Rub de Judic. & ſub cap. 1. eodem, in cap. penult. de foro comp. & ſub cap. 1. de cauſa poſſeſſion. ubi & q. 6. egi de quæſtione (actio de in Jus vocando quæ continere debeat, cui, & contrà quem competat) & an tit. de libelli oblatione. ibid.

Fatalia appellationis, quo tempore clauduntur. Dixi latiſſimè, in cap. 4. 5. & 8. de appellat, de quibus hic poſſet diſputari per verba (cum biennium à tempore appellationis, jam fuiſſet elapſum) Et applicari valent quæ dixi de inſtantia perempta, vel non, in cap. venerabilis 20. de Judiciis. ibid.

Expenſarum condemnationis materiam, per egi in cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, de qua hic poſſet agi per verba (memorato S. impenſis neceſſariis condemnantes.) *Et quæ dicantur expenſæ neceſſaria, vel voluntaria,* dixi latiſſimè in cap. gravis 11. de reſtit. ſpoliat. ſub q. 2. & ibi q. 4. & 5. Ubi *de retentione rei ratione expenſarum, & q. 7. de compenſatione expenſarum.* ibid.

Ad Cap. Siſcitatus XIII. eodem.

J*Udex excommunicatus facit actum nullum, Juxta* quæ laté ſcripſi in cap. ad probandum de re Judic. de quo hic poſſet agi, per verb. (infamem, & gloſ. ibi, *ſi medio tempore,* applicando etiam quæ dixi de teſtimonio infamium, in cap. 1. de except. & laté in cap. teſtimonium ex teſtibus. ibid.

Ad Cap. Paſtoralis XIV. eodem.

S*Ententia revocationis materiam tractavi* infra in cap. ſub orta 21. de re Judic. quæ poteſt applicari ad verba ibi (quando de revocatione litterarum ambigitur.) p. 27

Competentia Jurisdictionis materia poſſet applicari, quia hic Judices non concordarunt, de qua latiſſimè in toto tit. de foro comp. dixi. ibid.

Ad Cap. Sedes XV. eodem.

M*Ultitudo effrenata* (etiam teſtium) *eſt vitanda,* laté actum eſt in cap. ſignificaverunt nobis 36. de teſtibus; quæ materia poteſt applicari ad verba hic: *quidam alii, & res alia,* per quas clauſulas docent hic DD. non includi effrenatam multitudinem. p. 28

Loquutio generalis non comprehendit magnas perſonas, applicabis quæſtiones quas adduxi. Sub cap. cum veniſſent 12. de judiciis, in fine; ubi *de Papa, & Principe.* & in c. 1. de probat. in 2. p. & *quod Epiſcopus non comprehendatur in generali cenſura.* ibid.

Ad Cap. Ex tenore XVI. eodem.

P*Oena temere litigantium eſt perdere cauſam,* ut dixi in cap. fin. de Juram. Calumniæ, q. fin. & §. poena. p. 29

Actor recuſans ſubire Juramentum calumniæ, adita cauſa; quæ poſſunt hic applicari per verba decernimus, ut ipſe commodo careat utriuſque.) ibid.

Ad Cap. Cauſam XVIII. eodem.

C*Lauſula præcedens, an quandoque determinet ſequentia,* dixi in cap. inquiſitionis 71. de appellat. quæſt. 1. movet gloſſa hic quandoque.) p. 30

Ordo ſcripturæ, an ſpectetur, per verba hic, nec ordo ſcripturæ ſpectatur,) & ſic applicabis quod dixi infra in Rub. de fide inſtrum. n. 47. ibid.

Ad Cap. Conſtitutus XIX. eodem.

J*Uramentum quos corroboret actus,* dixi laté ſub tit. de Jure Jur. in cap. 1. 3. 7. cum aliis, & laté in cap. cum contingat, & proprius ad materiam in cap. penult. Ubi de ſtatutis Juratis, quæ hic poſſunt applicari per verba (firmatus Jure-Jurando.) p. 31

Ad

Ad Cap. Edoceri XXI. eodem

PRalati an poſſint eſſe Judices, teſtes, procuratores in cauſis Monaſterii, hic valet diſputari per verba (cum ex officio ſuo teneantur congregationum ſuarum negotia procurare, niſi forte Abbatis, & conventus negotia eſſent omnino diſcreta.) Et ſic applicabis quæ dixi in cap. tertio loco de prob. in cap. nuper 6. cap. inſuper de teſtibus, & in cap. 4. de foro comp. q. 31. & in cap. 7. de probat. q. 2. verſ. *ad ultimam*, & in cap. 9. de Judic. à q. 1. & in cap. dilecti 8. de except. applicando etiam quæſt. de qua dixi in cap. fin. de Juram. calum. q. 5. Ubi, an ſi *Abbas, & Monachi recuſent ſubire Juramentum calumniæ, Eccleſia mulctetur, in cauſa amiſſione.* p. 71

Ad Cap. Cum dilecta XXII. eodem.

FOrma non obſervata defectus, qualiter faciat actum infirmari, notabis præter hic dicta quæ notantur in cap. 21. de offic. & poteſt. Judicis deleg. p. 72,

Monachus quando poſſit agere in Judicio, dixi latè in cap. 9. & in cap. 16. de Judic. à quæſt. 1. applicabis dicta in cap. quæ. fin & in cap. ex litteris q. 1. & 2. de fide conſt. ibid.

Judicium non proſequendum, nondum ſpoliato reſtitutio. Latiſſimè dixi in cap. 1. & 2. de ordine cognit. & ibi cap. fin. & in toto tit. de reſtitut. ſpoliator, de quo hic poteſt agi per verba (reſtitutis) p. 73

Ad Cap. Plerumque XXIII. eodem.

TRiennalis, & annalis poſſeſſionis effectus, *tractavi* infra in Rub. de cauſa poſſeſſion. q. 1. Ubi de triennali, & annali (ad cap. cum contingat 24. eodem) ibid.

Judex pronior debet eſſe ad ſolvendum, quam ad condemnandum. Dicunt DD. per gloſſam (tunc litterarum verſ. *pronior*) quare applicabis quæ latè dixi in cap. fin. § de Jure-Jur. *niſi vertatur animæ periculum*, juxta quæ latiſſimè dixi in cap. litteras de reſtit. ſpoliator, & in cap. cum conſanguinei 11. de re judicata. p. 73

Ad Cap Olim XXV. eodem.

CItatus nolens venire ad judicium, quibus mulctatur pœnis. Dixi in in cap. 1. de Judic. per plures quæſt. Raſura qualiter debilitet inſtrumentum, dixi ſub cap. 3. de fide inſtrum. & ibi dicta poſſunt adjungi ad verſ. (hic nos in tantæ, & ibi quidem, & ibi an de articulo tantum raſuræ) p. 75

Falſificans litteras Apoſtolicas, an ſit ipſo Jure beneficiis privatus? Dixi in cap. cum non ab homine 10. de Judic. q. 3. ibid.

Articulus præjudicialis ad cauſam, an prius ſit definiendus. Latè dixi in cap. tuam de ordine cognition & alibi ſub Rub. de excep. quæ poſſunt hic applicari in verſ. (an de articulo tantum raſuræ) ibid.

Ad Cap. Dilectus XXVI. eodem.

JUdex poſtquam definitivè pronunciavit, tanquam functus officio, poterit in appellatione defendere ſuam ſententiam rationibus. Ad quod applicabis quæ dixi in cap. 17. de appell. de quibus poteſt hic agi ex verſ. *quodcumque.* p. 76

Spolio reſtitutio quando impediatur, adjunges quæ dixi in cap. fin. de ordine cognit. & in cap. cum ſuper de cauſa poſſeſſ. q. 2. & in cap. conquerente de reſtit. ſpoliat. q. 4. & in cap. ad Sedem 15. eodem tit. q. 1. verſ. *ad ſecundam.* De quibus, & *an habeat beneficiarius amotus à beneficio Jus retentionis propter melioramenta*, de qua dixi in cap. gravis de reſtit. ſpoliat. q. 5. Poteſt agi hic per verba gloſſæ *excommunicationis* ibi) quod ſpoliato non ſit privilegiata) ibid.

Ad Cap. Nonnulli XXVIII. eodem.

DIeta an computanda ſit à fine Diœceſis, vel à loco, in quo res ſita eſt, in cap. ſane 3. de foro comp. Et quibus Leucis conſtet in cap. 5. q. 12. à n. 28. & Laicus in cap. ex parte 15. eodem q. 18. à n. 8. verſ. *ad tertium.* p. 77

Leuca qualiter computentur, dixi in dicto cap. ex parte q. 18. ibid.

Ad Cap. Dilectus XXIX. eodem.

APpellationis Judex quando de cauſa cognoſcat; dixi in cap. 4. 5. 9. & 22. & in cap. 17. de appellat. de quo per verſ. hic *cumque*, & *vos in cauſa.* p. 78

Domicilium an contrahatur ratione beneficii; Dixi latè in cap. 14. de foro comp. Et quibus Leucis conſtet in cap. 5. q. 12. à n. 28. & Laicus in cap. ex parte 15. eodem q. 18. à n. 8. verſ. *ad tertium.* p. 77

Leucæ qualiter computentur, dixi in dicto cap. ex parte q. 18. ibid.

Ad Cap. Dilectus XXIX. eodem.

APpellationis Judex quando de cauſa cognoſcat; dixi in cap. 4. 5. 9. & 22. & in 17. de appellat. de quo per verſ. hic *cumque*, & *vos in cauſa.* p. 78

Domicilium an contrahatur ratione beneficii? Dixi latè in cap. 14. de foro comp. p. 1. & qualiter aliis modis, in cap. ex parte, & in cap. fin. & in cap. 17. eodem, & in cap. ſane 3. ibi: de quibus per verba hic (*quaſi ex hoc Domicilium*) ibid.

Spoliato Judicis authoritate, an incumbat onus probandi injuſtitiam ſpoliationis? Et quid ſi Judex conſtituat ejus adverſarius? Dixi in cap. conquerente de reſtit. ſpoliator q. 4. ibid.

Spoliatus quid debeat probare, ut reſtituatur, latè in cap. cum olim 17. eodem. Et an debeat probare aliquando ſe poſſediſſe, in cap. cum an ſedem 15. eodem, verſ. *ad ſecundam. Spoliatus à judice nulliter procedente, non ſervato ordine Juris an ſit ante omnia reſtituendus*, dicto cap. conquerente eodem. De quibus poteſt hic

agi, ut DD. nonnulli ſentiunt in verſ. *ſed dictis Judices.* p. 76

Ad Cap. Capitulum Sanctæ Crucis XXX. eodem.

C*Enſura lata poſt appellationem interpoſitam, an liget nihilominus appellantem?* Dixi latiſſimè in cap. paſtoralis §. verum de appellat. dictaque ibi poſſunt ampliari hic occaſione verſ. (qui poſt appellationem &c. p. 79

Ad Cap. ſignificavit XXXVI. eodem.

S*Uccesſor an teneatur ad perſolvenda onera, & debita prædeceſſoris, ſi ſuccedat in regno, vel comitatu, plene* dixi in cap. quia V. de Judiciis per quæſtiones, & per textum hunc. p. 85

Succeſſor an poſſit præſcribere nomine defuncti, vel præſcribere quartas à prædeceſſore mala fide poſſeſſas, vel poſſit incipere præſcribere rem vitioſam defuncti, de quibus in tit. de præſcript. & ibi c. 4 q. 2. & in cap. 17. quæſt. 2. verſ. *ad ſextam*, & ad aliam in cap. quamvis, 25. q. 5. p. 86

Ad Cap. Ex inſinuatione XXXVII. eodem.

M*Onitorii materiam late tractavi, & ejus effectus* in cap. ad noſtram 20. de Jure Jur. aliqua in cap. 1. de Judic. & in cap. novit. eodem in 2. p. ubi *de monitione præmittenda ad correctionem fraternam*, quæ poſſunt hic applicari adverſ. *quo circa mandamus quatenus ſi nulla monitoria &c.* p. 86.

Executoris officium in exequendo commiſſionem ſibi datam, latè diſputatur infra in c. de cætero de re judic. Et hic applicari poteſt ibi dictum propter verſ. (alioquin executionis.) ibid.

Ad Cap. Nonnulli Quia XXXXIII. & fin. eodem.

A*Gens ad unam rem aliam probans, an debeat obtinere.* Et an *actio propoſita, quæ verò tempore litis non competebat, an valida efficiatur ex Jure ſupervenienti?* Dixi in cap. dilecti 6. de Judic. q. 13. & alibi. p. 93

Leges, & conſtitutiones novæ, an ad futura, ſeu præterita reſpiciant. Laté in cap. 2. & c. fin ſupra de conſtit. quæ poſſunt applicari in verſ. hic (ad futuras trahunt controverſias ibid.

Continentia cauſæ, quare dividi non debeat a latè dixi in cap. fin. de Judiciis, de qua hic poteſt agi per verba in verſ. coram diverſis Judicibus) ibid.

Citatus ad unam cauſam, an ſit obnoxius reſpondere ſuper aliam, quia illam movet. Barboſa hic n. 7. ideo videbis me latè infra in cap. 1. q. 7. de cauſa poſſeſſ. & propriet. p. 94

Judex qui contemnet victum in expenſis, & quando latiſſimè, dixi ſub cap. finem litibus de dolo, & contum. de qua materia latè DD. hic in verſ. (& adverſariis immoderatis expenſis, ac damnis &c. ibid.

Ad Titulum. De Conſuetudine.

Ad Cap. Ex Litteris II. De Conſuet.

I*Nterdictum retinendæ, an competat contra quamlibet inquietatem, vel moleſtiam; licet non aſſerat, non contendat ſe poſſidere.* Dixi in cap. audita 4. de reſtit. ſpoliat. & de aliis, noto hic à n. 7. & 8. p. 121

Poſſeſſoria remedia quæ, & qui dicantur poſſidere. Latiſſimè egi ſub tit. de reſtit. ſpoliat. & in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. ubi in Rub. *de differentia Dominii, & poſſeſſionis*, quæ omnia valent diſceptari hic, ut ſigillatim noto ex n. 7. p. 122

Servitutum traditio qualiter contingat. Dixi ſub cap. de quarta de præſcript. & ſub cap. fin. q. 4. ibid.

Poſſeſſio quibus modis probetur. Dixi latè in cap. licet 9. de probation. ibid.

Fictionis materiam tractavi infra in cap. præterea 40. de appellat, de quibus hic agi valet per verb. in princip. (ſi vero aliquis, poſſeſſiones, & ibi modicum terræ, & ibi *cum hujuſmodi ſignum &c.*) p. 123

Ad Cap. IV. Eodem.

N*Eceſſitas an careat lege.* Dixi latè in cap. licet de feriis, quæ hic poſſunt adduci propter verba (quæ legem non habet) p. 125

Ad Cap. Ex parte X. eodem.

P*Rodigi pœna* latè tractatur infra in cap. veritatis de dolo à quæſt. 4. per tres quæſtiones, de quibus hic agi valet occaſione gloſſæ ibi (prodigalitas, & ibi prodigus eſt, & ibi avarus, eſt, & ex verbis textus hic ibi prodigalitatis vitio.) p. 129

INDEX CANONUM,

LEGUM, ALIORUMQUE JURIUM, & Locorum, quæ in his duobus voluminibus, lib. 1. Decretalium explicantur obiter à titulo *de Summa Trinitate*, & *Fide Catholica*, ad Titulum *de Conſuetudine*.

Ex Decretalibus.

Cap. 1. D*E hæret. in Rub. de fide cath. q. 5. à n. 27. t. 1.* p. 24
Cap. 1. *De treuga, & pace, in cap. 20. de reſcriptis quæſt. 6. num. 40. tom. 2.* p. 66
Cap. 1. *De adulteriis in cap. tranſlato de conſtit. q. 1. n. 33. t. 1.* p. 159
Cap. 1. *De homicidio:* ibid.
Cap. 1. *De injuriis:* ibid.
Cap. 1. *De ſponſat. impub. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. q. 21. n. 54. t. 1.* p. 354
Cap. 1. *Verſ.* piſcationis *de Clerico venatore: ibi q. 28. n. 45. t. 1.* p. 387
Cap. 1. *De pœnit. ibi q. 41. à n. 13. t. 1.* p. 448
Cap. 2. *De immunit. Eccleſiar, in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. à q. 1. Uberius à q. 10. t. 1.* p. 229
Cap. 2. *De conſuet. ibi & in cap. fin. q. 3. n. 12. & 15. t. 2.* p. 143

A

Cap. A*bbate de verb. ſignif. in Rub. de conſuet. q. 1. n. 44. t. 2.* p. 102
Cap. *Accedens de crimine falſi in cap. 20. de reſcript. q. 5. n. 14. t. 2.* p. 59
Cap. *Adverſus de immunit. Eccleſiar. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. à q. 10. num. 32. & ante, & q. 12. num. 17. tom. 1.* p. 275
Cap. *Ad aures de reſcript. ibi, & in cap. 20. eodem q. 5. n. 37. t. 2.* p. 62
Cap. *Apoſtolicam de ſimonia, in cap. fin. de conſuet. n. 56. & quæſt. 48. t. 2.* p. 146

C

Cap. C*onſilium de obſerv. jejunii in cap. 3. de conſtit. quæſt. 3. num. 67. t. 1.* p. 174
Cap. *Cum cauſa 14. de ſent. & re Judic. in cap. cum dilecta 22. de reſcript. num. 11. tom. 2.* p. 73
Cap. *Cum eſſes de teſtam. in cap. tranſlato 3. de conſt. q. :. n. 17. & in Rub. de conſuet. q. 4. n. 17. t. 1.* p. 58.
Cap. *Cum eo de cenſibus, in Rub. de conſuet. q. 3. n. 12. t. 2.* p. 110
Cap. *Cum olim de conſuet. ibi, & in Rub. q. 3. dicto n. 12. t. 1.* ibid.

D

Cap. D*ilecta 10. de except. in cap. ſuper litteris 20. de reſcr. t. quæſt. 7. n. 48. 49. & 50. & in cap. dilectus 26. eodem n. 2. t. 2.* p. 71

D. Fermoſin. de Legib. Eccleſ.

Cap. *Debitores 7. de Jure Jur. in cap. Eccleſiæ de conſt. q. 61. n. 27. t. 1.* p. 558

E

Cap. E*ccleſiarum ſervos de ſtatu Monachor. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. q. 50. n. 12. t. 1.* p. 444
Cap. *Eos: ibi n. 12.* ibid.
Cap. *Ex tuarum de authorit. & uſu Pallii, in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. q. 96. n. 38. tom. 2.* p. 66

F

Cap. F*IN. de conſt. in cap. 2. eodem quæſt. 2. n. 15. t. 1.* p. 154
Cap. *Fin. de conſuet. ibi, & in Rub. q. 1 n. 35. tom. 2.* p. 101
Cap. *Fin. de feriis, in Rub. de conſt. q. 13. n. 4. t. 1.* p. 108
Cap. *Fin de officio Archidiacon in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. p. 41. n 13. t. 1.* p. 448
Cap. *Fin §. ſane de depoſito in d. cap. Eccleſia. q. 61 t. 1.* p. 558

G

Cap. G*ravamen 53. de ſent. excommunic. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. 40. n. 13. t. 1.* p. 444

I

Cap. I*N ſingulis §. ad hoc de ſtatu Monachor. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. q. 40. n. 12. t. 1.* ibid.

N

Cap. N*OVIT. de his quæ fiunt à prælato ſine conſ. cap. in Rub. de conſtit. q. 9. ſub n. 12. t. 1.* p. 87
Cap. *Niſi cùm pridem de renunciat, in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. q. 27. n 34. tom. 1.* p. 428
Cap. *Noluerit. de ſent. excommunic. in Rub. de conſtitut. q. 8. n. 9. t. 1.* p. 83
Cap. *Non minus 7. de immunit. Eccleſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. à q. 10. n. 8. & q. 12. n. 19. & 60. t. 1.* p. 272
Cap. *Novit ne ſede vacante in Rub. de conſtit. q. 11. n. 12. t. 1.* p. 98

Digitized by Google

P

Cap. P*Er venerabilem qui filii ſint legitimi, in cap. fin. de ſumma Trinit. & fide Cathol. q. 1. n. 22. t. 1.* p. 45
Cap. *Paſtoralis de privileg. in cap. ſuper litteris 10. de reſcript. q. 6. n. 39. t. 2.* p.66
Cap. *Pen. de præſcript. in cap. caterum 3. de reſcriptis à n. 1. 9. & 13. & q. 2. n. 14. & 15. tom. 2.* p.14
Cap. *Pervenit de teſtibus cogend. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. q. 40. n. 12. tom. 1.* p.444
Cap. *Poſtulaſti de reſcriptis, ibi & in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. quæſt. 6. num. 29. tom. 2.* p.66

Q

Cap. Q*Uanto de his quæ ſunt prælate ſine conſenſ. c. in Rub. de conſt. q. 9. ſub n. 12. t. 1.* p. 87
Cap. *Quanto de conſuet. ibi, & in cap. fin. q. 3. n. 56. t. 2.* p. 146
Cap. *Quemadmedum de Jur. in c. fin. de conſuet. q. 3. n. 39. t. 2.* p. 145
Cap. *Quoniam de vita, & honeſt. Clericor. in cap. Cum M. ferrar. 9. de conſt. q. 1. num. 27. tom. 1.* p. 203

S

Cap. S*Ignificante de reſcriptis, in ipſe. & in cap. ſuper litteris 20. eodem tit. q. 2. n. 12. t. 2.* p. 44
Cap. *Similiter de ſtatu Monachor. in cap. Eccleſia ſancta maria de conſt. q. 40. n. 12. t. 1.* p. 444
Cap. *Si proponente de reſcript. ibi, & in c. 20. eodem quæſt. 5. num. 15. & num. 37. tom. 2.* p.59
Cap. *Suam de ſimonia, in cap. fin. de conſuetudine q. 3. ſub n. 56. t. 2.* p. 146
Cap. *Super eo de cognit. ſpirituali, in Rub. de conſuet. quæſt. 3. num. 6. 9. 12. & 17. tom. 2.* p.109

V

Cap. V*Erum de condit. appoſitis, in cap. Eccleſia S. M. q. 61. n. 9. tom. 1.* p.569

Ex Sexto Decretal.

Cap. V*ERS.* nec obſtaret *de conceſ. præbend. in Rub. de conſt. q. 8. n. 28. t. 1.* p. 84
Cap. 1. *De injuriis, in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. q. 29. à n. 41. t. 1.* p.394
Cap. 1. *De reſcriptis, in cap. ab excommunicato 41. eodem à n. 5. t. 2.* p. 90
Cap. 1. *De except. ibi n. 7. remiſſivè.* ibid.
Cap. 1. *De conſtit. in cap. fin. de conſuetud. q. 3. n. 77. t. 2.* p. 147
Cap. 2. *De filiis presbyteror. in cap. cæterum 3. de reſcript. q. 1. à n. 2. 5. 8. & 13. q. 3. n. 5. tom. 2.* p. 14
Cap. 3. De *conſuet. in Rub. eodem q. 1. n. 35. & 36.* p.101

C

Cap. C*Lericus de immunit. Eccleſiar, in cap. Eccleſia de conſt. quæſt 17. à num. 23.* p. 324

Cap. *Cui de non ſacerdotali de præb. in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. q. 2. ſub n. 14. 25. & 26. t. 2.* p. 44
Cap. *Cum illis de præb. in dict. cap. 20. q. 4. n. 33. 34. t. 2.* p. 54
Cap. *Cumana de elect. in Rub. de conſuet. q. 1. n. 35. & 36. t. 2.* p. 102

E

Cap. E*Tsi de præbend. in cap. ſuper. litteris 20. de reſcript. q. 4. n. 21. & 32. t. 2.* p.54

F

Cap. F*Undamenta de elect. §. decet in cap. fin. de ſumma trinit. q. 1. num. 22. tom. 1.* p. 45
Cap. *Fin. de immunit. Eccleſiar. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ 10. de conſt. q. 1. n. 31. & ſub quæſt. 10. & aliis ſequentibus tom. 1.* p.229

G

Cap. G*Ratia de reſcript. in cap. ſuper litteris eodem q. 5. n. 37. 41. & 45. tom. 2.* p.61

I

Cap. I*S, qui tacet de regul. Juris, in cap. cum omnes 6. de conſtit. q. 1. n. 24. tom. 1.* p.187

Q

Cap. Q*Uicumque §. inhibemus de hæreticis, in Rub. de ſumma Trinit. q. 5. à n. 1. t. 1.* p.23
Cap. *Qui tacet de reg. Jur. in cap. cum omnes 6. de conſtitutionibus quæſt. 1. num. 24. t. 1.* p. 187
Cap. *Quamquam de cenſib. in cap. Eccleſia 10 de conſtit. q. 12. n. 3. t. 1.* p. 281

S

Cap. S*I civitas de ſent. excom. lib. 6. cap. 6. de conſt. q. 2. à num. 35 latè t. 1.* p.192
Cap. *Si motu proprie de præbend. in cap. ſuper litteris de reſcriptis quæſt. 2. numer. 63 t. 2.* p.41

V

Cap. U*Nico de Clericis non reſident. in cap. quanto de conſuet. n. 4. & in cap. fin. q. 4. t. 2.* p. 149
Cap. *Ut animarum de conſt. in Rub de conſt. 56 à n. 25. & in cap. 4. eodem 51. à n. 30. & antea à n. 17. t. 1.* p. 75

Clem.

C*LEM. ne Romani de elect. in Rub. de conſtit. q. 11. n. 31. & 33. t. 1.* p. 49
Clem. exivi de reb. ſignif. in cap. 1. de conſtit. q. 2. n. 30. t. 1. p. 134
Clem. 2. *De officio ordinarii in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. q. 2. ſub num 40. 41. & 42. t. 2.* p. 46

Clemen.

Clementinæ.

Clem. UT de ætate, & qualit. ordin. in c. 9. de conſt. q. 1. n. 213. t. 1.
Clem. 1. de immunit. Eccleſ. in c. 10. de conſt. q. 17. à n. 24. t. 1. p. 324.

Ex Decreto.

CAp. 1. 15. q. 1 in cap. 4. de conſtit. q. 1. n. 33. & 34. t. 2. p. 176
Cap. 1. Diſt. 95. in cap. fin. de conſuet. q. 3. n. 57. diſt. 1. & 2. ſummarum: declaratur in dict. cap. fin. de conſuet. dict. q. 3. n. 65. tom. 2. p. 147

A

Cap. ALiter 30. quæſt. 1. in cap. Eccleſia Sancta Maria de conſtit, q. 21. n. 54. t. 1. p. 354

C

Cap. COnſuetudinis diſt. 2. in Rub de conſuetudine q. 5. n. 19. t. 2. p. 115
Cap. Contra morem diſt. 100. in Rub. de conſt. q. 2. n. 14. t. 1. p. 59
Cap. Cum quibus 36. 24. quæſt. 3. in Rub. de ſumma Trinit. quæſt. 5. à num. 8. & 14. t. 1. p. 24.

D

Cap. DE libellis diſt. 20. in cap. 5. de conſt. in præmiſſo n. 8. t. 1. p. 181
Cap. Dicenti §. præſcriptione, in cap. ſuper litteris 20. de reſcriptis numer. 13. tom. 2. p. 33.
Cap. Dominus noſter 23. quæſt. 3. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſt. 26. n. 46 t. 1. p. 394

E

Cap. ECcleſiarum ſervos 12. q. 2. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt. q. 41. n. 13. t. 1. p. 448
Cap. Erit autem lex diſt. 4. in cap. translato 3 de conſt. q. 3 n. 13. t. 1. p. 169.
Cap. Epiſcopi 26. q. 5. in cap. Eccleſia, S. M. de conſtit. q. 59. n. 16. & 20. t. 1. p. 132

F

Cap. FIn. diſt. 3. in cap. translato de conſtit. q. 1. n. 23. t. 1. p. 159
Cap. Fin. 32. q. 2. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtitut. q. 21. n. 54. t. 1. p. 354

H

Cap. Honorantur 32. quæſt. 2. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt. q. 21. num. 54. t. 1. p. 354
Cap. Lex 3. diſt. 1. in Rub. de conſt. quæſt. 2. num. 8. & 13. t. 1. p. 85

M

Cap. HUmanum diſt. 1. in Rub. de conſtit. in princ. num. fin. & q. 1. num. 17. tom. 1. p. 52
Cap. Marchion. 1. q. 1. in cap. translato 3. de conſtitut. q. 1. n. 31. t. 1. p. 159

N

Cap. NOn omnis 32. q. 2. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſt. q. 21. n. 54 tom. 1. p. 354
Cap. Noſtrates 30. q. 1. in cap. Eccleſ. Sancta Maria de conſt. q. 21. n. 54. t. 1. ibid.
Cap. Noverit 49. diſt. ibi quæſt. 4. num. 12. tom. 1. p. 444

P

PRincipum diſt. 5. in cap. translato de conſtitut. q. 3. n. 5. p. 169. diſt. 3. Nicolai Papæ dictum 161. n. 17. t. 1. p. 170
Cap. Per Baptiſmum de conſecrat diſt. 4. in cap. 4. de conſtit. q. 1. à n. 12. & 16. tom. 1. p. 177.
Cap. Princeps ſæculi 23. q. 5. in cap. Eccleſia S. M. de conſtit. q. 4. n. 27. t. 1. p. 468

S

Cap. SI eo tempore de reſcript. in cap. 20. eodem q. 4. num. 17. 21. 23. & 32. tom. 2. p. 53
Cap. Si in morte 23. q. 8. in cap. Eccleſiæ S. M. de conſt. q. 57. num. 2. 39. 40. & 45. tom. 1. p. 513
Cap. Si quis ſuadente 17. q. 4. in cap. Eccleſ. S. M. de conſt. q. 35. n. 34. t. 1. p. 419
Cap. Si quis omnem 1. q. 7. in Rub. de conſuet. q. 5. n. 25. t. 2. p. 116
Cap. Si tributum 11. quæſt. 1. in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſt. quæſt. 12. n. 13. t. 1. p. 283
Cap. Statutum de reſcript in cap. ſuper litteris 20. eodem q. 2. n. 14 & 23. & q. 4. n. 38. tom. 2. p. 44
Cap. Si pro Clericis de præb. in dict. cap. 20. q. 4. n. 37. t. 2. p. 55
Cap. Si motu proprio de reſcriptis, in dicto cap. 20. eodem quæſt. 5. n. 37. t. 2. p. 61
Cap. Si quis deinceps 16. q. 7. in cap. 2. de conſuet. n. 22. t. 1. p. 122

T

Cap. TRibutum 23. quæſt. 8. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt. 12. num. 13. & quæſt. 17. n. 13. ibi de exterioribus Eccleſiæ. t. 1. p. 323

V

Cap. UNum §. in nomine diſt. 25. in cap. fin. de conſuet. q. 2. n. 93 tom. 2. p. 138
Extravagans antiqua de voto in c. 2. de conſt. q 2. n. 3. t. 1. p. 153

Ex Tridentino.

Cap. 4. SESS. 23. in Rub. de conſt. q. 12. n. 54. t. 1. p. 106
Cap. 12. ſeſſ. 25. de regularib. in Rub. de conſt. q. 13. à n. 2. & à n. 28. t. 1. p. 107
Trid. Canon. 5. ſeſſ. 5. in cap. 4. de conſt. q. 1. n. 13. & 16. t. 1. p. 177
Cap. 4. Seſſ. 22. de reformat. in c. 9. de conſt. q. 1. n. 35. t. 1. p. 213
Cap. 6. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. in cap. Eccleſia ſancta Mariæ de conſt. q. 41. n. 4. t. 1. p. 446.
Cap. 7. Et cap. 16. ſeſſ. 23. in Rub. de conſuetudine q. 3. n. 19. t. 2. p. 110
Cap. 19. Trid. ſeſſ. 25. de reform. in c. Eccleſia S. M. de conſt. q. 59 n. 93. & 99. t. 1. p. 542
Cap. 2. Trid. ſeſſ. 21. in d. cap. Eccleſia q. 61. n. 22. & à n. 13. 14. t. 1. p. 557

Concil. Florent.

DE *baptiſmo, & confirmatione in cap. tranſlato 3. de conſt. quæſt.* 1. *num.* 49. *tom.* 1. p. 161

Ex Sacra Scriptura.

PAULUS *ad Rom.* omne quod non eſt ex fide peccatum eſt *in Rub. de ſumma trinitate n.* 22. *t.* 1. p. 4
Exodi cap. 15. *in cap. tranſlato* 3. *de conſt. q.* 1. *n.* 27. *t.* 1. p. 165
Pſalmo 4. ſignatum eſt ſuper nos lumen, *in Rub. de conſt. q.* 1. *num.* 13. & 23. *tom.* 1. p. 53
Proverb. cap. ibi legem ponebat aquis &c. *in Rub. de conſt. q.* 1. *n.* 3. & 7. *t.* 1. p. 51
Proverbior. cap. 8. *ibi quæſt.* 3. *n.* 14. *t.* 1. p. 169
Paulus ad Rom. 7. lex quidem ſancta &c. *in cap.* 3. *de conſt. q.* 1. *n.* 3. *t.* 1. p. 157
Deuteronomii cap. 22. non arabis *in cap.* 3. *de conſt. q.* 1. 27. *t.* 1. p. 159
Matthæi cap. 5. *in cap.* 4. *de conſt. quæſt.* 1. *n.* 10. *tom.* 1. p. 176
Reg. lib. 1. *cap.* 22. *ibi* non habeo laicos panes, *in cap.* 10. *de conſt. q.* 14 *num.* 21. *t.* 1. p. 303
Paulus ad Roman. 6. *ibi num.* 12. & *cap.* 7. *ibi n.* 25. *in fine. t.* 1. p. 176
Cap. 2. *Lib.* 3. *Regum, in cap Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſt. quæſt.* 35 *n.* 31, & 32. *tom.* 1. p. 419
Eſdræ lib. 2. *cap.* 2. *in d. cap. Eccleſia q.* 14. *n.* 25. p 304.
Paulus ad Galat. cap. 4. *dicitur ſervum, & Clavo ſignatus Chriſti in dict. cap. Eccleſia q.* 35. *n.* 14. *t.* 1. p. 422
Job dictum ibi : quæ præcipit ſoli, & non oritur, qui claudit ſtellas, quaſi ſub ſignaculo, *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ de conſtit. q.* 36. *n.* 10. *t.* 1. p. 421
Loci plures ſcripturæ adducti ſub dicto cap. q. 14. *a n.* 17. *declarantur juxta doctrinam ibi jactam t.* 1. p. 303
Cap. 47. *Geneſ. verſ.* 24. *in c. Eccleſia S. M. de conſt. q.* 60. *n.* 42. & *n* 57. *t.* 1. p. 551
Cap. 8. *Ezechiel. in cap. fin. de conſuet. tom.* 2. p. 132.
Cap. *q.* 1. *à num.* 13. *levitici in cap. Eccleſia S. M. de conſt. q.* 61. *n.* 15. *t.* 1. p. 557
Job cap. 2. dæmones contremiſcunt & credunt, *in Rub de ſumma trinit. quæſt.* 1. *ſub n.* 22. *t.* 1. p. 9
Matthæi cap. 18. Angeli eorum ſemper vident faciem Patris *ibi n.* 27. *t.* 1. p. 93
Matthæi cap. 18. *in ore duorum vel trium ſtat omne verbum in cap.* 3. *de conſtit. quæſt.* 1. *à n.* 12. *t.* 1. p. 158

Conſtitutiones Pontificum.

EXTRAVAG. *quod olim de immunit. Eccleſ. in cap.* 10. *de conſt. q.* 17. *à n.* 25. *tom.* 1. p. 324
Bulla Pii V. poſita in principio inſtalis, in Rub. de conſt. quæſt. 12. *num.* 55. & *alia ejuſdem in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. q.* 59. *t.* 1. p. 106
Conſtitutiones aliquot Pontificum explicantur in Rub. de conſtitut. q. 9. *n.* 54. *t.* 1. p. 92
Regula 50. *Cancellariæ Gregorii XIII. in Rub. de reſcript. t.* 2. p. 5
Greg. XV. Pauli V. Sixti V. & Clem VIII. in c. 2. *de conſt. q.* 2. *num.* 3. & *num.* 13.

Gloſſæ.

GLOSSA *in cap. noli diſt.* 9. *verſ.* in iſtis *in Rub. de conſtitut. quæſt.* 12. *n.* 44. *t.* 1. p. 104
Gloſſa in cap. mulier 18. *q.* 3. *in cap.* 2. *de conſuet. n.* 42. *t.* 1. p. 123
Caſſiodorus epiſtol. 38. *cap.* 5. *in cap. fin. de conſuet. quæſt.* 1. *n.* 17. & 38. *t.* 2. p. 132

Rotæ.

ROTA *in novis deciſ.* 47. *in cap.* 3. *de reſcript. q.* 1. *n.* 23. *t.* 2. p. 16

Ex Digeſtis.

L. 1. §. HUJUS *ſtudii ff. de juſtitia, & Jure in Rub. princ. de conſt. num.* 16. *tom.* 1. p. 49
L. 1. §. *Jus gentium ff. de Juſt. & Jure, in Rub. de conſt. q.* 1. *à n.* 51. *t.* 1. p. 56
L. 1. *ff. de officio Præf. Prat. in Rub. de conſtitut. q.* 2. *n.* 27. *t.* 1. p. 59
L. 1. *ff. de conſt. Princip. ibi n.* 36. *t.* 1. p. 60
L. 1. §. *Denique in verſ. eos ff. de poſtul. in c.* 9. *de conſt. q.* 1. *n.* 18. *t.* 1. p. 178
L. 1. *in fine ff. de doli exceptione, in cap. cum omnes* 6. *de conſt. q.* 3. *n.* 13. *t.* 1. p. 199
L. 1. §. *cum dicitur ff. ſi cui plus quam, in cap. fin. de conſuet. q.* 2. *n.* 41. *t.* 2. p. 139
L. 2. §. *mutui ff. ſi certum petatur, in cap. Eccleſia S. M. de conſtit. q.* 61. *n* 8. *t.* 1 p. 556
L. 3. §. *Divus Adrianus ff. de ſepulchro viol. in cap.* 3. *de reſcript. q.* 1. *à num.* 33. *tom.* 2. p 17
L. 4. §. *hoc judicium ff. de damno infecto, in cap.* 20. *de reſcript. q.* 1 *n.* 54. *t.* 1. p. 40

A

L. ALiud §. *refertur ff. de reg. Juris, in cap. cum omnes* 6 *de conſtit. quæſt.* 11. *n.* 82. *t.* 1. p. 196

C

L. CUm de conſuetudine ff. de legib. in Rub. de conſuetud. q.* 1. *n* 46. & 55. *t.* 2. p. 102

D

L. DE quibus ff. de legibus, in Rub. de conſuetudine q.* 1. *n.* 34. & *in cap. fin. q.* 5. *n.* 4. *t.* 2. p. 101
L. *Diuturna ff. de legib. in Rub. de conſuetudine q.* 1. *n.* 34. *t.* 1. ibid.

I

L. JUs civile ff. de Juſt. in cap. fin. de conſuet. q.* 3. *n.* 49. *t.* 2. p. 146
L. *Jus ſingulare ff. de legibus, in Rub. de conſtitut. q.* 2. *n.* 75. *t.* 1. p. 64

M

L. MAnumiſſiones ff. de Juſt. & Jure, in cap fin. de conſuet. q.* 3. *n.* 49. *t.* 2. p. 146

N L. Nam

N

L. NUnquam plura delicta ff. de privatis delictis, in cap. fin. de conſuet. q. 2. & à n. 52. t. 2. p. 134

O

L. OMnes ff. de Juſt. & Jure, in Rub. de conſt. q. 2. n. 24. & 26. t. 1. p. 59

P

L. PRinceps legibus ff. de legibus in cap. 1. de conſt. q. 5. à n. 8. p. 139

Q

L. QUamvis ff. ut in poſſeſſ. legator. e.ɩtur, in cap. fin. de conſuet. q. 2. num. 41. tom. 2. p. 139

L. Quod major ff. ad municipal. in cap. cum omnes 6. de conſtit. q. 2. n. 82. p. 196

L. Quod non ratione ff. de legibus, in Rub. de conſuet. q. 2. à n. 1. & 5. t. 2 p. 104

R

L. REligatorum 7. §. fin. ff. de interdictis, & releg. in cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtit. q. 35. n. n. 3 30. & 51. tom. 1 p. 415

L. Res bona ff. de contrahenda empt. in cap. fin. de conſuet. quaſt. 2. à numer. 41. t. 2 p. 134

S

L. SEja 42. ff. de donat. cauſa mortis, in cap. fin. de conſuet. q. 3. n. 14. t. 2. p. 143

L. Si Diuturno ff. de pœnis, in cap. fin. de conſuetudine q. 1. à n. 19. 23. 24. 30 & 34. t. 2. p. 132

L. Si proprietarius verſ. eadem ff. de damno infecto, in cap. fin. de conſuet. q. 2. n. 41. t. 2 p. 139

L. Si pupillorum §. Prætor ait ff. de rebus eorum, & ibi in §. ſi pupillus in cap. cæterum 3 de reſcriptis quaſt. 3. numer. 10. t. 2. p. 22

L. Si quis abſentis ff. de acquir. poſſeſſ. in Rub. de conſt. q. 8. n. 31. t. 1. p. 84

L. Si alia §. 2. ff. quemadm. ſervit. amit. in Rub. de conſuet. quaſt. 1 n. 45. & 54. tom. 2. p. 102

L. Si quis 38. §. qui abortionis ff. de pœnis in Rub. de conſt. q. 9. n. 51. t. 1. p. 91

L. Scio ff. de in integr. reſtitut. in cap. fin. de conſuet. q. 2. n. 41. t. 2. p. 139

L. Si oleum ff. de dolo ibi dict. q. 2. n. 41. ibid.

L. Suo victu 18. ff. de operis libert. in cap. Eccleſia S. M. de conſt. q. 57. n. 6. à n. 40. p. 513

Ex Codice.

L. QUÆ ſit longa conſuet. in Rub. de conſuet. q. 1. n. 34. & q. 5. à n. 20. & in cap. fin. ibi q. 4. n. 8. t. 2 p. 101

L. 2. Cod. de Epiſcop. & Cleric. in cap. Eccleſia S. M. q. 41. n. 13. & 47. t. 1. p. 448

A

L. AD inſtructionem Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. in cap. Eccleſia Sancta Maria de conſt. quaſt. 12. à num. 6. & 12. t. 1. p. 182

L. Ad portus Cod. de operibus publicis, in cap. Eccleſia S. M. de conſt. q. 12. à num. 6. & 12. t. 1. ibid.

E

L. EX præſtatione Cod. de vectigalib. in cap. Eccleſia S. M. de conſt. quaſt. 11. n. 36. t. 1. p. 280

F

L. FIn. de uſu & habit. in cap. Eccleſia S. M. de conſtit. q. 61. n. 24. & n. 8. tom. 1. p. 558

L. Fin. Cod. depoſiti ibi n. 23. & l. fin. Cod. de cinerenſ. 161. t. 1. ibid.

L. Formam. Cod. de officio Præfect. Prætor. in Rub. de conſtit. q. 2. num. 22. 26. & 27. t. 1. p. 59

L. Jubemus Cod. de Epiſcop. & Cleric. in cap. Eccleſia 10. de conſt. q. 12. num. 13. tom. 1. p. 283

N

L. NEmo Cod. de ſumma Trinit. in Rub. de ſum. Trinit. quaſt. 5. à num. 8. & 14. t. 1. p. 24

L. Neminem Cod. de ſacroſ. Eccleſ. in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. q. 12. à n. 6. & 12. t. 1. p. 282

L. Neminem Cod. de Angariis, ibi q. 29. n. 13. tom. 1 p. 391.

L. Nullus penitus Cod. de curſu publico in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. q. 29. n. 12. t. 1. ibid.

P

L. PReſcriptione Cod. ſi contra Jus, vel utilit. public. in cap. ſuper litteris 20. de reſcript. n. 13. t. 2. p. 33

Q

L. QUiſquis Cod. ad leg. Jul. Majeſt. in Rub. de conſtit. q. 9. n. 47. & 28. t. 1. p. 91

S

L. SI quis Curialis Cod. de Epiſcop. & Cleric. in c. Eccleſ. S. M. de conſtit. q. 20. n. 31. t. 1. p. 346

V

L. VOluntariè Cod. de excuſat. tutor. in c. cum acceſſiſſent. 8. de conſtit. q. 1. n. 24. t. 1. p. 206

L. Unica Cod. de periculo ſucceſſorum, in cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtit. quaſt. 37. n. 16. t. 1. p. 426

Authenticæ.

AUTH. Ut nova facta §. 1. 6. in Rub. de conſtit. q. 8. n. 7. t. 1. p. 82

Auth. ex complexu Cod. de inceſtis nuptiis, in cap. fin. de conſuet. quaſt. 3. num. 9. tom. 2. p. 143

Cap. 1. Nova forma fidelit. in cap. Eccleſia S. M. de conſt. q. 57. n. 6. & 49. t. 1. p. 513

Cap. 1. Hic finitur lex in principio cap. 57. & d. n. 6. & à n. 40. t. 1. ibid.

Cap. Licet ſi de feudo contentio ſit in d. q. 57. n. 6. & à n. 50. t. 1. ibid.

Inſtitut.

§. EX non ſcripto de Jure naturali gentium, & civil. in Rub. de Conſtit. q. 2. n. 17. t. 1. p. 59

§. Conſtat eodem dict. q. 2. n. 15. t. 1. ibid.

§ Sed quod Principi placuit dict. q. 2. n. 36. t. 1. p. 60

§. Reſponſa prudentum d. q. 2. n. 40. & 41. t. 1. p. 61

§. Sed. & naturalia de Jure naturali, in cap. 3. de conſtit. q. 3. n. 35. p. 169

§. Pen. inſt. de Jure naturali, in cap. fin. de conſuet. q 4. n. 13. t. 2 p. 150

Partitæ Regiæ.

L. 12. TIT. 1. p. 1. in Rub. de conſtitut. q. 9. n 38 t. 1. p. 91

L. 5. Tit. 2. p. 1. in Rub. de conſuet. q. 1. n. 9. 47. & 56 t. 2. p. 98

L. 54. Tit. 6. p. 1. in cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtit. q. 24. n. 29. Et ante q. 10. n. 42. t. 1. p. 465

L. 52. Tit. 6. p. 1. in cap. Eccleſia S. M. de conſt. q. 57 n. 3. & 40. t. 1. p. 513

L. 27. tit. 28. part. 3. in d. c. q. 61. n. 7. t. 1. p. 556

Ordinamenti.

L. 11. TIT. 1. lib. 7. ordinam. in Rub. de conſuet q 1. n. 9 t. 2. p. 98

L. Leſi-

L. *Luſitana lib.2.ordinam.§.2.in cap. Eccleſia S. M. de conſt.q.47.n.30.t.1.* p.473
L.1.*tit.13.lib.4. ordinam.in d.cap.Eccleſia S.Mariæ q.57.n.5.*& 41.*t.1.* p. 513

Recopilationis.

L.59. TIT.4.*lib.2.recopil.in cap. Eccleſia S.M. de conſt.q.11.n.10.t.1.* p. 277
L.11.*Tit.3.lib.1.recopil.ibi d.q.11.n.19.t.1.*p.278
L.11.& 12.*tit.1.lib.4.recop.in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.q.42.n.12.tom.1.* p. 456
L.12.*tit.13.lib.10. recopil.in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt.17.quæſt.17.num.67.t.1.* p. 330
L.11.*tit.13.lib.1.recop.in cap.Eccleſia ſanct. Mariæ de conſt.q.24.n.29.t.1.* p. 365
L.12.*tit.3.lib.1.Recop.ibi q.40.n.2.*&11.*t.1.*p.443
L.16.& 17.*tit.23.lib.8.Recop.in.cap.Eccleſia S.M. de conſt q.58.n.2.*& *à num.16. tom.1.* p. 528
L.12.*t.lib.6.Recopil.in d.q.58.n.2.*&*n.à* 16.*t.1.*ibid.
L.10.*tit.8.lib 8 recopil.in d.cap.Eccleſia q.59.n.95.* 100.& 102.*t.1.* p. 541
L.5.*tit.22.d.lib.8.Recop.d.q.59.* 103. & 104. *t.1.* p. 542
L.14.*tit.1.lib.4.recop.in dict.cap.Eccleſia q.41. n 2.* 43.& 44.*t.1.* p. 446
L.1.& 2.*tit. 1.lib.7.recop.in Rub. de conſuet.q.1.n.* 9.*t.2.* p. 98
L.35.*tit.3.lib.1.recopil.in cap.Eccleſia S.M. de conſt. q.44.n.34.t.1.* p.465

Conſtitutiones, Edicta, Mandata, Ordinationes, Schedulæque Regum.

C

CONSTITUTIO *Joannis Regis, in cap. Eccleſia S.Mariæ de Conſtit.q.27.n.22.tom.1.* p. 381
Caroli V.decretum in dict.cap.q.42.n.24.t.1. p.458

E

E*dictum Caroli V. de armis,in cap.Eccleſia Sanct. Mariæ de conſt.q.27.n.23. t.1.* p. 381

M

M*Andatam Caroli V. tempore communicatum in his Regnis Caſtellæ in cap. Eccleſia* S. M. *de conſt.quæſt.35.n.19.tom.1,* p. 418

O

O*Rdinatio Cancellariæ Granatenſ.ibi q.31.n.3.* & 11. *t. 1.* p. 447

S

S*Chedula Regia, ac pragmatica ſuper* millionibus *in Eccleſiaſticos ſimul cum laicis in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt.q.13.*& 14.*cum aliis ſequentibus,* & *ante,* & *ibi q.* 39.
Schedula Regia D. Ferdinandi, & *Eliſabeth Caſtellæ Regum, in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionibus q.41. n.3.* & 44. *tom.* 1. p. 446

Doctores.

A CCURSUS *in l.* 1. §. *hujus ſtudii ff. de Juſt.* & *jure in cap. cum omnes* 6. *de conſtit. in præmiſſo n.* 6. *t.* 1. p. 184
Baronii dictum, ne ſtatuant Principes in Eccleſiaſticos, in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. q. 42. *n.* 25. *t.* 1. p. 458
Cicero lib.1.de finibus,ibi legum Judiciorumque pœnâ obligantur, in cap.4.de conſt.q.1.n.28.t.1. p.178

APPROBATIONES DOCTORUM.

EGo infra Scriptus Doctor Theologus perlegi quæ compoſuit *ad Titulum De Legibus Eccleſiaſticis* &*c. D. D. Nicolaus Rodriguez Fermoſinus* Hiſpanus &c. nec in iis reperi aliquid à fide diſſonum, & quod publicationem impediat, datum Lugduni. Hac die prima Julii anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi.

P. I. ROBE.

IDem cenſeo ego infra ſcriptus facultatis Pariſienſis Doctor Theologus. Hac die prima Julii anni currentis 1662.

Fr. Cyrillus Morel Carmeli Lugdunenſis Prior.

LICENTIA.

VIſa Doctorum aprobatione per nos ſicet Typis mandari Librum, *de Legibus Eccleſiaſticis DD. Nicolai Rodriguez Fermoſini*, nam nihil continet contra bonos mores, fidemque Catholicam Lugduni Die Tertia Julii 1662.

DE NEUF-VILLE VICARIUS GENERALIS.

D.D. NIC.

D. D. NICOLAI RODRIGUEZ FERMOSINI, HISPANI,

IN TRIBUNALI VALLISOLETANO

Sanctæ Fidei Inquiſitoris,

AD RUBRICAM ET TITULUM *DE* SUMMA TRINITATE, & Fide Catholica.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Fidei Catholicæ materiam, qui tractarum* in Rub. de ſumm. Trinitate, & Fide Catholica, *an.* 1. & 4. & *ejus profeſſione n.* 5.

2 *D. Paul. ad Roman.* omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, *ibid.*

5 *Profeſſio fidei à quibus, & quando fiat: ubi nimn excommunicationem incurrant, eam non facientes.*

6 *Symbolum nil aliud eſt, quam brevis collatio credendorum facta ab Apoſtolis, quale datum fuerit Armenis cantandum in Miſſa, & quare.*

7 *Chriſti caro ejuſdem eſt ſpeciei cum noſtra, in quo duæ ſunt naturæ, integræ, & perfectæ, Divina ſcilicet, & humana; in eoque fuit etiam unica perſona, ſeu ſubſtantia, n.* 8. *item quòd ſint in eo confitendæ duæ voluntates Divina, & humana, n.* 9. *fuiſſeque in eo intellectum creatum, n.* 10.

11 *Relapſus in hæreſim cenſetur negans ſanctiſſimam Trinitatem: & unitatem Divinæ ſubſtantiæ, vel* JESU CHRISTI *Divinitatem, vel ejus de Spiritu ſancto conceptionem, vel mortem ejus in cruce, vel perpetuam Beatæ Mariæ Virginitatem. Ubi qui dicantur relapſi.*

2 *Relapſos quare Eccleſia non recipit iterum ad pœnitentiam.*

3 *Fides Catholica ſumitur quatuor modis: ubi an hoſti ſit ſervanda in bello? Et an liceat uti inſidiis in bello, & frangere promiſſum?*

14 *Fides ſumitur pro conſcientia, & pro fide humana, & pro fide Divina; diciturque ſubſtantia, ut n.* 15.

15 *Fides dicitur fundamentum, ſuper quod ædificatur ædificium noſtræ juſtificationis.*

16 *Fides eſt argumentum rerum non apparentium; id eſt, medium efficax quo probantur myſteria non apparentia, quæ non ſciuntur mediis humanis, id eſt, certiſſimus aſſenſus eorum, quæ ſunt à Deo revelata, & dicitur etiam habitus mentis, quo inchoatur vita æterna in nobis, n.* 17.

17 *Fides inter alias ſumptiones ſumitur pro credulitate, qua credimus aliorum dictum, & eſt*

duplex, una, quæ nititur in revelatione, quam Deus fecit rerum noſtra fidei, qua vocatur fides Chriſtiana, & qua credimus ſupernaturalia, Divina, quæ Deus revelavit, ut n. 18. & dicitur etiam virtus Theologica, ut n. 20. in fine, & n. 21.

18 *Fides Divina, quæ vocatur objectum fidei, quæ credimus revelata, in quibus libris contineatur, & n. 29.*

19 *Fides alia eſt humana, quæ tantum nititur humanis teſtimoniis earum rerum, quas non vidimus.*

20. *Fides accipitur pro veritate, pro fiducia, quæ vocatur à Theologis, miraculorum fidei.*

21 *Fides dicitur virtus Theologica, quia reſpicit Deum immediate, ſicut charitas, & ſpes.*

22 *Spes reſpicit vitam æternam, gratiam Divinam, aliaque bona*

22 *Charitas diligit Deum, ut amicum per ſe ipſum, & alios per ipſum Deum. Theologales virtutes, in quo differant ab aliis diſt. n. 23.*

24 *Fides quare dicatur à Deo infuſa, & dicitur donum Dei, & qua firmiter aſſentimur, n. 25. ubi de aliis.*

26 *Fidei objectum formale, eſt veritas prima, ut revelans; id eſt, Deus ipſe in quantum revelat. Ubi quod ſit ratio prima credendi, & Eccleſia tantum conditio, ſine qua non, & cauſa proponens, & ibi, & n. 27.*

27 *Spiritus ſancti motio impellens nos ad credendum, eſt cauſa efficiens.*

28 *Fidei objectum materiale, ſunt res à Deo revelatæ propoſite ab Eccleſia, ut credendæ, quæ continetur, in libris Canonicis, n. 29.*

30 *Traditio eſt doctrina fidei, vel morum, verbo non ſcripto, quaſi per manus acceptæ à majoribus, quarum traditionum aliæ Divinæ, aliæ Apoſtolicæ; aliæ Eccleſiaſticæ. Et qualiter differant, n. 31. & 32. Et in quibus exemplificentur, ibi n. 33.*

34 *Lex credendi in Deum, dicitur æterna poſitiva, & in quibus verificetur præceptis.*

1 AUGUSTINUS Barboſa hic ſub n. 2. congeſſit Doctores antiquos, & modernos agentes de hac Rubrica quibus addo Andream Valenſem, Joannem Baptiſtam, Vanagel, Franciſcum Cypeum *in ſua Annalitica Juris Pontificii* noviſſime, & utiliter agentes de hac Rubrica, & quæ ad propoſitum poſſunt adiungi ex titulis infra *de Hæreticis, Apoſtatis, Schiſmaticis, ſortilegiis, de maledicis, & de frigidis, & maleficiatis*, ubi plura ad fidem Catholicam, & ortodoxam ſpectantia abunde dico, & ſub aliis juribus.

2 Et quia idem Barboſa ad gloſſam Rubricæ hic, verbo *fidei enim*, expendit Apoſtoli Pauli authoritatem *ad Rom.* ibi *omne quod non eſt ex fide peccatum eſt*, quaſi diceret id non ſolum eſſe peccatum, quod eſt contra conſcientiam, ſeu fidem; qua creditur aliquid eſſe peccatum, ſed etiam quod non procedit ex fide, id eſt judicio, quo actu, vel virtute putat id licere probans ex Navarro, Azorio, & aliis: ideo ad hoc applicabis plura, quæ dixi *ſub cap. fin. & tit. de præſcript.* & ibi *quæſt. 1. in verſ. ad ultimum n. 33.* ubi egi de dubio, quid in propoſito illius textus, *ſit conſcientia.*

De ſumma Trinitate præter Theologos, ſcholaſticos uberrime agentes videbis Patrem Hoſtienſ. *in oratione 1. & 2. de feſto ſanctiſſimæ Trinitatis.* Et applicabis quæ ſcripſi late *in c. 2. de feriis*, ubi egi *q. 4. an feſtivitas ſanctiſſimæ Trinitatis congrue celebretur, cu eam ſæpe orantes repetamus:* & an congrue celebretur in Dominica poſt Pentecoſten: & quod hoc nomen *Trinitas*, non ſit in ſacra Scriptura expreſſum, ſed quod evidenter deſumatur ex duobus locis novi Teſtamenti; ex illo ſcilicet *Matth. ult. 1. n. 19. Euntes.* & ex 1. *Epiſt. Joan. c. 5. Tres ſunt qui teſtimonium:* & ſic meritò Patres & Doctores dicunt proſeminatores dogmatis de Trinitate, fuiſſe Chriſtum & Apoſtolos: quamobrem S. Baſilius *in ſerm. contra Sabi. & Arr.* ita ait, *Dominus ſic decuit, Apoſtoli prædicaverunt, Patres conſervarunt, Martyres Trinitatis confirmat:* & ſtatim addit, *hanc conjunctionem declarat Baptiſmi traditio, & fidei in eo confeſſio.* 3

De fide, & ejus objecto præter ſcholaſticos cum magiſtro ſentent. *in 3 diſt. 32. uſque ad 26.* & cum D. Thom *2. 2. q. 1. uſque ad 16.* &c. Doctores Canoniſtas in noſtro titulo *hic*, & *in 6. decret. ad Cod.* ubi Legiſtæ, & Summiſtæ, verbo *fides*, & verbo *hereſis*, agunt Gaſpar Hurtado, & Petrus Hurtado de Mendoſa, ambo è ſocietate JESU, de fide, ſpe, & charitate, Azor. *tom. 2. inſtit. moral. lib. 8. per totum*, Ledeſma *p. 2. ſummæ, tract. 1.* Toletus *lib. 4. à c. 1.* Reginaldus *to. 2. lib. 17. tract. 1.* Thomas Sanchez ſuper præcepta decalogi *lib. 1.* Villalob. *in ſumma p. 2. tract. 1.* & alios poſt eos referens, agit Ægidius Trulench. *in opere moral. 1. p. c. 1.* cum aliis ubi de fide, & ejus objecto: ad noſtrum titulum plura adducens & reſolvens noviſſimè P. Franc. Valente *de concordia Juris Pontificii, p. 1. per totam* legendus ubi exponit plura jura ſexti clementinarum & decreti conducentia ad tractationem hanc. 4

De profeſſione fidei Pius IV. & fortia relatus *epithome 83. & 85.* Et qui teneatur emittere fidei profeſſionem, & intra quod tempus à collatione, & poſſeſſione præbendæ, ac beneficii, ſeu officii id requirentis, dixi latè *in c. 4. de jurejurando, q. 4. per totam.* Et ſic hic in loco breviter dico juxtam prædictam Bullam Pii IV. ad prædictam profeſſionem fidem teneri, non ſolum volentes retinere, aut aſſequi ordinarias lecturas Theologiæ, legum, Canonicarum, & civilium Medicinæ, Philoſophiæ, & humanarum litterarum, de quibus fit ibi mentio, ſed etiam docentes prima rudimenta Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ & aliarum liberalium artium principia, licet publicam ſcholam non aperiant, ſed tantùm in propriis domibus doceant, ut declaravit Eminentiſſ. Cardinal. Congreg. ſuper Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 12.* ut docent idem Cortia, *theorem. 206.* cum Hieronymo Sorbo Capucino in compendio privilegiorum mendicantium, verbo *profeſſis fidei* in fine, Sanchez *lib. 2. decalog. c. 5. n. 4.* Et licet dubium eſſet, an non facientes, excommunicationem incurrant, verius per dictam Bullam, ſolum comprehendi promoventes, & permittentes promoveri, promotos inquam præter peccatum contrahere nullitatem promotionis, & gradus. Et quamquam in Napolitana Provincia Synodus extenderit cenſuram ad prædictos; imo Rodriguez, dixerit *q. regul. tom. 2. q. 73. art. 2.* ſine diſtinctione promoventes, & promotos incurrere: tamen prædictæ cenſuræ non eſt Papæ reſervatio, quam 5

Epiſco

Epiſcopus abſolvere poterit, ut probat ſcortia
relatus, qui ex Sanchez refert Pii I V. Bullam
non fuiſſe receptam ubique, & quod Pius V.
ut ubique obligaret, revocaverit facultates Co-
mitum Palatinorum & aliorum.
Et quia Barboſa. *hic n.4.* ex gloſſa *unde dicitur*
Symbolum, expendit à quo dicatur Symbolum,
aſſerens Symbolum nihil aliud eſſe, quam brevis
collatio credendorum, facta ab Apoſtolis, cum
6 in univerſum mundum Chriſtum crucifixum
prædicaturi vellent ire à Spiritu ſancto miſſi,
ibi referens qui agant de Symbolo, ideo illia
addo quæ refert Scortia *epithome* 34. ad conſti-
tutionem 19. Eugenii IV. editam anno 1439.
incipit *exultate*, ibi *Theorem* 95. ubi agit de
Symbolo Concilii Conſtantinopolitani primi,
quod datum Armenis in miſſa decantandum,
cùm explicatione particulæ, *Filioque*, fuit una
ex cauſis remotionis Græcorum ad Eccleſia La-
tina, circa annum 1054. & ſi etiam anno 430.
ſemina jacta fuerunt à Theodoreto, & meri-
ta, ait Scorcia quod addita eſt prædicta expli-
catio, quod neceſſarium ſit ad ad ſalutem non
credere Spiritum ſanctum à ſolo patre proce-
dere, cùm ſit error contra ſcripturas, & dicat
Athanaſius in ſine Symboli ſui *hac eſt fides Ca-*
tholica, quam miſſi, &c. ut infra dico *ſub q.* 1.
hujus Rubricæ; ob idque debuerit, hæreſi or-
ta, adhibere remedium per explicationem,
ut tolleretur error. Tum quia ad Romanum
Pontificem Eccleſiæ Paſtorem. & Doctorem
ex Joan, *c.ult. paſce oves meas*, pertinet deſinire
res fidei.
7 Duaſque eſſe in Chriſto naturas integras,
& perfectas, Divinam, & humanam deſinit
idem Papa Eugenius in relata conſtitutione §.6.
ſub qua cum multis, & ex Conciliis, ac Pa-
tribus, & ratione probat Scortia *dicto epitho-*
me 34. *theorema* 96. ubi *num.*1. probat carnem
Chriſti, ejuſdem eſſe ſpeciei cum noſtra, im-
brobans *in nu.*2. quod addebat Euthyces, nem-
pe in Chriſto naturas eſſe permixtas, ſeu ipſam
Divinitatem in humanitate & converſam, vel
hanc in illam, vel ex utraque factam eſſe ter-
tiam, improbans, quia falſum dictum eo-
rum, qui ſentiebant etiam Divinitatem na-
tam, paſſam, mortuam, cum Divinitas ſit im-
mutabilis, *num.*23. *Malach.* 3.1. *ad Thimot.*1.
nec Chriſtus ſit natus, paſſus mortuus, niſi
ſecundùm carnem, *Rom*, 1. *qui factus. Rom.* 9.
ex quibus eſt Chriſtus, Petri 4. *Chriſto igitur*
in carne paſſo 2. *Corint.* 13. *& ſi crucifixus eſt ex*
infirmitate, ſed vivit ex Trinitate Dei, & ex aliis
probat ibi *ſub n.*3.
Item deſinit etiam Eugenius IV. *dict. conſt.*
8 19. §.6. quod unica ſuit perſona, ſeu ſubſtantia
in Chriſto, & contra Cherintum, & Neſto-
rium aſſerentes unam increatam filii Dei, alte-
ram creatam Filii Mariæ, quæ purum hominem
genuerit; optimè veritatem noſtram Catholi-
cam probat ex multis locis ſacræ Scripturæ
idem Scortia *dict. epithome* 34. *theorem à* 97. ex
conciliis, ex ſanctis patribus, & ratione, *uſque*
ad n. 4. omnino legendus, ubi ex Auguſtino
tract 27. *in Joannem*, addit unam tantùm perſo-
nam eſſe Chriſtum Deum, & hominem, non
duas, alias fides noſtra quaternitatis eſſet, non
Trinitatis, non inquam prorſus homo fuiſſet
idoneus, ut ſua paſſione nos redimeret,
pretiumve penderet, quod contractum debi-

tum Adamiæ injuſtitiæ exæquaret, ut docet
Concil. Epheſin. *tom.* 6. *cap.* 7. Leo *ſerm.* 1.
& 4. *de nativit.* Baſilius *in Pſalm.* 28. *Pater*
non redimit, Athanaſ. *libr. de Incarnat. Do-*
mini.
Et quod duæ pariter ſint confitendæ in 9
Chriſto voluntates, Divina ſcilicet, & huma-
na deſinit dictus Eugenius I V. *in dicta con-*
ſtit. 19. §. 8. id probans ex multis: idem
Scortia *dict. epithome* 34. *theorem.* 68. ex Da-
maſceno *lib.*3. *de fide*, *cap.* 14. & *libr de dua-*
bus Chriſti voluntatibus, ſanct. Thom.3. *parte*,
quæſt. 13. *artic.* 1. *& ſequent.* Alphonſ. & Caſtr.
verbo *Chriſtus, hæreſi* 9. & probat ex ſacræ Scri-
pturæ locis, Joannis 6. ibi *deſcendi de cœlo,*
non ut facerem voluntatem meam, ſed ejus, qui
miſit me Patris, Lucæ 22. non mea, ſed tua
voluntas ſuit, & *Matth.* 26. item ex Conci-
liis, & argumentis, & ex multis patribus con-
tra Menothelitas, Macharium Epiſcopum
Antiochenum, & alios, contra quos diſpu-
tant Damaſcenus, D. Thomas, Alfunſ. de Caſtr.
jam relati.
Imo D. Auguſtinus *lib.*83 *quæſtionum quæſt.*8. 10
& *libr. de hæreſibus. cap.*55. D. Thom. 3. *parte*,
quæſt. 5. *artic.* 4. Caſſianus *libr.* 4. *de Incarnat.*
cap. 2. docent fuiſſe in Chriſto intellectum
creatum contra Apollinarem, cùm ſit etiam
pœna naturalis naturæ humanæ, & dicatur
Matth. 8. *audiens Jeſus miratus eſt*, & poten-
tias ſenſitivas animæ ex eodem Divo Thom.
ſuprà *artic.* 2. Etenim axioma Agatonis *in*
Epiſtola ad Imperatorem, & ſynodum ſextam,
ad eaque approbata acta 4. & 8. ſic alloquens,
duas ejus (Chriſti) *naturas prædicamus, Divi-*
nam ſcilicet, & humanam, in quibus, & ex
quibus etiam poſt admirabilem, atque inſepa-
rabilem unionem ſubſiſtit, & unamquamque ejus
naturam, proprietatem naturalem habeat, confi-
temur, & habere Divinam, omnia quæ Divina
ſunt, & humanam, omnia quæ humana ſunt, abſ-
que ullo peccato.
Item Paulus IV. in conſtitutione quarta, 11
olim ſeptima, edita anno 1555. quæ incipit
cum quorumdam ſtatuit *in* §. *tertio*, ut qui-
cumque Chriſtianus, qui ſanctiſſimam Tri-
nitatem, & unitatem Divinæ ſubſtantiæ,
vel JESU CHRISTI Domini noſtri Di-
vinitatem, vel ejus de Spiritu ſancto conce-
ptionem, vel mortem in Cruce, ut nos re-
dimeret, vel perpetuam Beatæ Virginis Ma-
riæ virginitatem negaverit, habeatur pro re-
lapſo in hæreſim; & ut talis tradatur ſæcula-
ri Curiæ, à qua relapſorum pœna puniatur.
Hanc conſtitutionem renovavit, & perpe-
tuò confirmavit Clemens VIII. *Bulla nonage-*
ſima ſeptima, quæ incipit *Dominici gregis*, an-
no 1603. die 3. Februarii, quam juſſit publica-
ri ab ordinariis in propriis locis, expendit cum
multis conciliis, & Patribus, idem Scortia *epi-*
thome 67. *theorem* 1654. ubi ex Pegna. Zanchi-
no, Bernardo, Comenſi, Simanca. Azore, dicit
quod relapſi dicuntur quaſi iterum lapſi in hæ-
reſim, poſt ſolemnem, tamen & judicialem ab-
jurationem ex Ancharano *in cap. accuſatus, de*
hæret. libr. ſextò, qui etiam pœnitentes tra-
duntur brachio ſæculari ſine ulla audientia, ani-
madverſione debita puniendi, *ex cap. ad abolen-*
dam, de hæreticis.
Sed cur Eccleſia miſericordiâ non iterum 12

recipiat relapſos, docet concilium Narbonenſe *cap.* 11. in ſequentibus verbis, *& illos, qui poſt alienationem erroris, ſeu purgationem deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim reincidiſſe, ſecúlari judicio, ſine ulla penitus audientia, relinquatis, animadverſione debita puniendos, cum ſufficiat tale per ſalſam converſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe.* Non enim qui ſecundo labitur præſumitur prius bene converſus, ut tradit Scortia *dict. Theorem.* 174. *in fine*, uberius 36. de quo latiſſimè noto infra *in Rubrica, & Juribus, de hæreticis*; imo videbis quod dixi de hæretico conburendo, qui poſitus in patibulo pænitentiam petiit, infra, *in cap. quoad conſultationem, de ſentent. & re jud. quæſt.* 5. *ſub. verſ. ad quartam* in verbo *unde infero* 13. & de ſententia lata contra hæreticos, an debeat exequi appellatione remota, dixi *in dict. cap. & quæſt.* 5. *verſ. ad tertiam,* ubi etiam *quæſt.* 1. *num.* 30. *quibus teſtibus probetur hæreſis.* Ad alias quæſtiones de hæretico *ſub cap.* 10. *de judiciis quæſt.* 26. *& in cap.* 14. *de foro comp. quæſt.* 11. *& alibi*, diverſis in locis, videbis quæ dico infra. *in c* 1 *q.* 2. *à verſ. ad tertiam.*

13 Unde jam fidei catholicæ ſuppoſito fundamento, cujus Chriſtus eſt, & à quo nos Chriſtiani, & fideles nomen accipimus, fatentes, & retinentes myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, trium Divinarum perſonarum, & unus Deus, de quo, & de ejus profunditate conſulendi, & legendi Theologi ſcholaſtici, & ſancti Patres ſacrarum ſcripturarum cultores, ad quos te remitto. Ideò nunc breviter pro rubrica *de Fide catholica*, dico fidem ſumi quatuor modis.

Primo pro fidelitate, & conſtantia in ſervandis promiſſis, de quo infra de pactis, & Cicero de officiis, *lib.* 1. ibi *ad fidem redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere.* Unde ut noviſſime advertunt Becanus *de fide cap.* 16. & Pater Franc. Bordonus *de officio inquiſitionis*, & alii Theologi quærunt de dubio an hoſtibus ſit fides ſervanda, de quo ego dixi *in cap.* 3. *de jurejur. quæſt.* 2. *verſ. ad ſecundam, num* 14. ubi egi etiam de dubio, an uti liceat inſidiis in Bello, & promiſſum Frangere, *in verſ. ad tertiam, num.* 19.

14 Secundo fides ſumitur pro conſcientia, ut expendi ſupra, *n.* 2. exprudens Pauli locum *Rom.* 14. ubi dicit, *omnes quod non eſt ex fide peccatum eſt,* id eſt quidquid facit homo, putans ſe facere contra rationem, eſt peccatum. Unde addit Bordonus *ſuper cap.* 1. *ſub num.* 1. ut dicatur poſſeſſor bonæ fidei, qui quod poſſidet, rationabiliter putat eſſe ſuum, ſicut poſſeſſor malæ fidei, qui alienum ſcienter habet, quod ritè, & rectè expendes ſi legas quæ longiſſime ſcripſi infra *ſub tit. de præſcript.* ibi, *in c.* 1. 5. 17. *in fin* & in aliis juribus illius tituli.

Tertio ſumitur fides pro fide humana, qua credimus eſſe vera quæ narrentur ab homine, unde dicitur *habeo tibi fidem*, id eſt credo: ſic Bordon. ſupra: & ad hanc partem exiſtimo reducenda omnia, quæ ſcripſi ſub tomo *de probationibus à fide humana ſubortis,* qualis eſt ea, quæ datur confeſſioni, ſeu declarationi alicujus in judicio, vel extra, item teſtibus, nunciis, judicibus, aut aliis privatis hominibus ſimplici fide aut cum juramento deponentibus, negendo, ſeu affirmando.

Quartò, ſumitur pro fide divina, qua creduntur eſſe vera quæ à Deo revelata ſunt, de qua dicitur, *ad Hæbreos cap.* 11. *fides eſt ſperandarum ſubſtancia rerum argumentum non apparentium:* de quibus acceptionibus ultra DD. & Layman. *lib.* 2. *ſum. cap* 1. & gloſſa 11. *in cap. neque. cap. movet* 16. 22. *quæſt.* 10. ubi de aliis. Et hanc acceptionem, de qua in titulo noſtro agimus expendens, dicendo. ut fides ſit ſubſtantia, id eſt, quod ſubſtat ſpirituali ædificio, quod ſine illa nequit eſſe; ob idque S. Bernardin. Seneſ. *ſerm.* 2. *de fide*, dixit *aperte fidem eſſe ſubſtantiam, dici quaſi ſubſtus ſtantem, quia per eam totum ſpirituale ædificium ſuſtentatur*: quare Concil. Trid. *ſeſſ.* 6. *c* 8. dixit bene, ut fides ſit fundamentum, ſuper quod ædificatur ſpirituale ædificium noſtræ juſtificationis. Et num Apoſtolus ait *Hæbr. cap.* 11. ut impoſſibile ſit homini juſtificari, & placere Deo ſine fide; ideo dixi quia fides eſt ſtabile, & certum fundamentum noſtræ ſalutis, quod importat verbum *ſubſtantia*: ſic Bordon. *quæſt.* 2. *dict. cap.* 1. & leges Ægidium Trulenc. *lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 3. Jorre *Blanca de jure ſpirituali, lib.* 14. *c. n.* 17. & *c.* 6. *n.* 9. 15

Dicit etiam Apoſtolus *ut ſit argumentum rerum non apparentium,* id eſt, medium efficax, quo probantur myſteria non apparentia, id eſt, quæ non ſciuntur mediis humanis. ſed tantùm Divina authoritate dicente S. Petro Chryſologo, initio, *ſerm* 58. *qui fidem quærit, qui Divinam poſtulat ſupponit humanam,* & Auguſtin. *tract.* 49. *in Joanem, quid eſt fides niſi credere quod non vides*; & ſic concludit Bordon ſupra *ſub dict. quæſt.* 2. quod fides eſt ſubſtantia cum ſit certiſſimus aſſenſus eorum, quæ ſunt à Deo revelata, & eſt argumentum, hoc eſt fideliſſima probatio myſteriorum non apparentium, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. 16

Cùmque fides inter alias ſumptiones ſumàtur pro ea credulitate, qua credimus aliorum dictum, de qua dicimus, quod *fides eſt credere quod non vides*, advertes quod hæc eſt duplex, una Divina, quæ nititur in revelatione, quam Deus fecit rerum noſtræ fidei, quæ vocatur fides Chriſtiana, quia facit homines Chriſtianos, ut Trid. definit *dict. ſeſſ.* 6. *cap.* 15. & *can.* 18. ut tradit Villalobos *in ſum. p.* 2. *tract.* 1. *diff.* 1. *n.* 1. *in fine*, concludens, ut illa ſine charitate ſit mortua: nam Chriſtianus, qui fidem habet, non autem charitatem, etſi Chriſtianus ſit, eſt malus Chriſtianus, & de hac fide loquutus fuit Paulus *dict. c.* 11. *ad Hæbreos*, cujus definitionem poſuit D. Thomas in forma, dicens, quod *fides eſt habitus mentis quo inchoatur vita æterna in nobis faciens intellectum aſſentire non apparentibus,* & expendens Villalob. ſupra *n.* 2. *q.* 4. *art.* 2. ait ut illud quod Apoſtolus vocavit *ſubſtantia* non ſit dicere quod fides ſit de illo prædicamento, quod logici vocant ſubſtantiam, ſed quod ſit illius ſimilitudo eo quod ſit fundamentum totius, quod ſperamus in vita æterna.† Et cum D. Thoma ſupra 81 ait *n.* 3. hac fide credi ſupernaturalia Divina, quæ Deus, qui eſt prima veritas infallibilis revelavit; hæcque vocari à Theologis objectum materiale fidei; ad quod reſpicit fides, & ea credere, quia Deus revelavit, vocavit objectum formale, quæ eſt præciſa ratio, qua credimus revelata, quæ ſunt in libris, quos vocamus Canonicos, 17

nicos, qui continentur in Biblia, & ſanctum
Concil. Trid. *ſeſſ.* 4. *c.* 1. declaravit ibi quales li-
bri eorum ſunt, ut Canonicis habendi. Item, &
in traditionibus Divinis, quas Apoſtoli accepe-
runt ab ore Dei, ſeu quas docuerunt ſpiritu ſan-
19 cto dictante. † Alia inquam eſt fides humana,
quæ tantum nititur teſtimoniis humanis earum
rerum, quas non vidimus; ut pote cùm credi-
mus libris hiſtorialibus, aut quæ nobis alii ho-
mines dicunt.
20 Item etiam accipitur fides pro veritate, de
qua loquutus eſt D. Paul. *ad Rom.* 3. *numquid in-
credulitas illorum fidem evacuavit abſit.* Item &
pro fiducia, quæ idem eſt, ac ſpes firmiſſima, de
qua locutus eſt D. Jacob. *in epiſt. c.* 1. cùm dicit
poſtulet in fide nihil hæſitans, hoc eſt cum magna
fiducia, & ſpe conſequendi quod petit, de qua
intelligitur D. Paulus *ad Corinth.* 13. dum dixit
ſi habuero tantam fidem: ita ut montes transferam,
& de hac dixit Chriſtus *Matth.* 13. & *Lucæ* 17.
*ut qui habuerit tantam fidem, ut ſynapis granum,
faciet miracula magna*: ſic Villalob. *dict. n.* 1. qui
addit hanc vocari à Theologis *miraculorum fi-
des*; & quod hæc non ſit fides quam catholi-
cam vocamus, nam ſi ita eſſet omnes Chriſtia-
ni facerent miracula. Alia dicit videnda Egi-
dius Trulenc. *in præcept. decalogi, præcept.* 1. *lib.*...
c. 1. *dubio*... ubi *ſub. n.* 2. dicit quod poteſt etiam
fides definiri, ut ſit *virtus Theogica, à Deo infu-
ſa, qua firmiter aſſentimur veritatibus à Deo reve-
latis, & ab Eccleſia propoſitis*: ſic eum Doctori-
ex D. Thoma, ſupraquàm adducit Azor. *tom.* 1.
lib. 8. *moral. c.* 2. *q.* 3.
21 Itaque hujus definitionis partes explanando,
dicendum eſt, ut dicatur *fides virtus Theologi-
ca*, quia reſpicit Deum immediate, ſicut Chari-
tas, & ſpes; & ſic eam appellat Villalob. *dict.
def.* 1. *ſub. n.* 4. ut ſit una virtus ex his, quæ vo-
cantur Theologales, ſic vocatæ, quia objectum,
& finis earum eſt Deus, cum fides reſpiciat ad
22 res in quantum revelatas à Deo. † Spes inquam
reſpicit vitam æternam, gratiam Divinam, alia-
que bona, quibus homo ſperat pervenire ad
23 tam æternam, in quantum promiſſa à Deo. †
Charitas, inquam, diligit Deum, ut amicum
per ſe ipſum, & alios etiam per ipſum Deum, ad-
ditque has virtutes differre à moralibus, quæ
tantum habent pro objecto mores componere,
quarum principaliores ſunt prudentia, juſtitia,
fortitudo, temperantia, de quibus ait D. Thom.
1.2. *q.* 65. *art.* 1. ſic eſſe inter ſe connexas, ut ne-
queant eſſe una ſine alia, quod intelligunt, Sco-
tus, Riccardus, Bonaventura *in* 3. *dist.* 36. & alii,
nempe, ut licèt unus horum habituum poſſit
eſſe ſine alio, ſed non obtinet virtus ſtatum
perfectum, & abſolutum, niſi hæ omnes virtu-
24 tes ſint adjunctæ. † Secundò dicitur *à Deo infu-
ſa* ad ſignificandum caſam efficientem illius,
qui eſt Deus. Paul. *ad Epheſios* 2. Diciturque *do-
num Dei* à Trid. *ſeſſ.* 6. *c.* 7. tum étiam quia non
25 acquiritur humanis viribus. † Dicitur tertio *qua
firmiter aſſentimur*, quia fidei aſſenſus, & firmus
& infallibilis, quo diſtinguitur ab opinione, quæ
eſt aſſenſus cum formidine, & quarto dicitur *ve-
ritatibus à Deo revelatis*, & ab Eccleſia propoſi-
tis, quia reſolutio fidei, vel cauſa, propter quam
credimus, eſt quia Deus revelat, Eccleſia pro-
ponit.
26 Unde jam bene eum D. Thoma 22. *q.* 1. *art.* 1.
& eum Egidio Truleno *dict. dub.* 1. *n* 3. Caſtr..

Pal. *in opere morali, tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 1. *n.* 1. & 2.
dicendum eſt quod objectum formale fidei, ſeu
forma, & ratio principalis; ob quam credimus
veritatibus à Deo revelatis, eſt veritas, prima
ut revelans, id eſt, Deus ipſe in quantum reve-
lat v. g. hunc articulum *Deus eſt Unus & Trinus*,
quia ſicut ratio formalis videndi colores eſt lu-
men; ita ratio formalis credendi eſt veritas
Divina prima, revelans, Eccleſia in quam,
non ſit ratio formalis, ſed tantum condi-
tio, ſine qua non, & cauſa proponens, ac ma-
nifeſtans nobis credibilia; & ob id ſi quis cre-
deret Deum eſſe trinum, & unum, non quia Deus
revelat, ſed quia ita à parentibus accepit, non
eſſet fidelis. † Motio autem ſpiritus ſancti mo- 27
vens nos, & impellens ad credendum, eſt cauſa
efficiens, & ſic reſolutio in genere cauſæ forma-
lis, fiet in primam veritatem, & revelantem, in
genere cauſæ efficientis in ſpiritum ſanctum mo-
ventem, & impellentem. In conditionem verò
ſine qua non, in Eccleſiam proponentem, de
quibus latè Doctores cum D. Thom. ſupra. † Et 28
idem Trulenc. ſupra *n.* 3. addit, ut objectum ma-
teriale fidei ſunt res à Deo relevatæ, propoſitæ
ab Eccleſia, ut credendæ, quæ à Doctoribus 29
ad tria capita reducuntur, nempe, ut jam dixi, ſa-
cra ſcriptura, & omnes libri canonici, quos ap-
probat. Trid. Synodus *dict. ſeſſ.* 4. ſecundum,
ſymbolum fidei, de quo dico aliqua infra, ter-
tium traditiones Divinæ ad fidei doctrinam
pertinentes, de quibus bene loquutus eſt Can.
lib. 12. *de locis Thelogicis, à c.* 7. *uſque ad* 12. Filiu-
tius breviter earum ſeptem propoſuit gradus,
tract. 22. *c.* 1. *q.* 2. *n.* 6.
Etenim etſi aliquam de traditionibus jam at- 30
tinxerim, nunc verò dico traditionem eſſe do-
ctrinam fidei, vel morum verborum ſcripto,
quaſi per manus à majoribus acceptam, ex qui
bus aliæ ſunt Divinæ, aliæ Apoſtolicæ, aliæ Ec-
cleſiaſticæ, & ſi hæ aliquando confundantur.
Divinæ ſunt, quas ab ipſo Chriſti ore Apoſtoli
acceperunt, vel quas Apſtoli, ſpiritu ſancto
dictante, vel Chriſto promulgante, dictarunt,
quales ſunt hæ virginitas perpetua B. Mariæ
Virginis, deſcenſus Chriſti ad inferos, purga-
torium eſſe. † Apoſtolicæ ſunt, quas Apoſtoli 31
tanquam Eccleſiarum Prælati, & Rectores in-
ſtituerunt, qua ratione condiderunt canones,
qui dicuntur Apoſtolorum, & jejunium qua-
drageſimæ quartæ, & quintæ feriæ inter Paſcha,
& Pentecoſtes eſſe à jejuniis abſtinendum, ora-
re ſtando, Crucis in fronte ſignatio, ore, &
pectore, & ſymbolum, quod dicitur Apoſtolo-
rum. † Eccleſiaſticæ vero ſunt, quas ipſa Eccle- 32
ſiæ mos uſque obſervat, ut conſecratio altarium
& reliquarum rerum, quæ ad Miſſæ ſacrificium
peragendum ſpectant, religioſorum ſtatura ap-
probare, votorum relexatio, & diſpenſatio in
matrimonio rato tantum, & concludunt Docto-
res quod ex his traditionibus, Divinæ ſolæ ſunt
de fide. † Nam Apoſtolicæ & Eccleſiaſticæ eam 33
ſolam vim habent, quam Apoſtolorum, & Ec-
cleſiæ ſtatuta, ut late proſequuntur Filiucius
dict. tract. 22. *q.* 4. *n.* 11. & ante eum Azor. *inſt.
moral. dict. lib.* 8. *c.* 4. leges eundum Filiucium
ibi, *c.* 1. *n.* 4. & poſt eum Trulenc. *ſupra n.* 4. ſcri-
bentes ſupra quinque eſſe neceſſaria ad aſſen-
tiendum fidei pro ut eſt in nobis, ſcilicet præ-
dicatio aliqua rei credendæ, motiva externa,
qualia ſunt miracula, ſanctitas prædicantis, &

ſimilia, inclinatio voluntatis, & præcipua quædam affectio ad credenda: quarto lumen fidei habitus nimirum ſupernaturalis, reſpectu actuum, qui ſunt ab homine jam fideli, vel auxilium ſupernaturale reſpectu primi actus, qui eſt diſpoſitio ad habitum fidei, quando fides habetur per proprium actum, ut in adultis: quintum, ut ſoleat præcedere aliquis aſſenſus humanus circa res credendas, ut quod hoc, vel illud ſit ab Eccleſia determinatum, ut propoſitum ad credendum ipſum, tamen articulum deinde credimus fide Divina: alia Doctores tradunt.

34 Ex his jam poſſemus incipere ad tractationem hanc, quam hic de legibus facimus afferendo diſtinctiones, quas Doctores ſolent adducere inter leges æternam ſcilicet, Divinam, naturalem, & humanam; ſed quia de humanis dico *ſub tit. infra ſequenti, de Conſtitutionibus*, item & de naturali lege, ac Divina *ſub cap. fin. de Conſuetudine*; ideò quatenus Doctres communiter ex D. Thoma *q. 93. art. 1.* dicunt quod lex æterna, eſt ratio Divinæ ſapientiæ, ut eſt directiva actuum omnium ad ſuos fines ob commune bonum, quia ſicut Deus eſt author omnium rerum, ita & gubernator: unde ſicut ratio, qua Deus omnia arte facit, dicitur ars, exemplar, ſive idæa, Similiter ratio qua Deus gubernat movendo omnes res in debitum finem, dicitur lex, & quia in Deo eſt ab æterno, dicitur lex æterna, & quia in Deo in æternum invariata manebit. †

35 Ob quod inquam poſſumus etiam dicere legem Divinam de Fide, Spe, & Charitate, imperantem hominibus Chriſtianis, & fidelibus ad credendum in Deum ſummum bonum, æternum, in eo ſperandum, eumque diligendum, æternam vocari, Divinam poſitivam: ſed quæ propriè ſit à natura dico infra *in Rub. de conſt. q. 1. ann. 1.* ut ab æterno decretum Chriſtum filium Dei in mundum venturum mortem ſubiturum, inſtituturum ſacramenta Eccleſiæ, per quæ homines regenerati fidem Chriſti Dei, myſteriique toties ſanctiſſimæ Trinitatis, debeant taliter habere, ut nullo unquam alio modo queant æterna Beatitudine perfrui. Et hæc videntur comprobari ex Trid. concilii verbis, ubi ejus expoſitores, & Barboſa *dict. ſeſſ. 6 c. 1* & ubi agitur de naturæ, & legis ad juſtificandos homines imbecillitate, & *in c.* ubi Chriſtum veniſſe comprobatur & *c. 3* ubi quod per Chriſtum homines juſtificantur, & ibi, *c. 4. & 5.* fieri juſtificationem per Baptiſmum, item & per converſionem mentis in Deum, *c. 6. & 7.* de modo præparationis, & impii juſtificatione, & *in c. 8.* intelligit qualiter impius per fidem, & gratis juſtificetur, aliaque definit in aliis ſubſequentibus capitibus pro fide catholica.

36 Sed quia noſtri tituli, & Rubricæ, ut de fide, & ejus obligatione, nos obligat tantum ſcribere; ideò ad inſtitutum accipies dubia, quæ ſubſequuntur, cum poſſis, ad cætera, quæ ſpectant ad preceptum de Charitate, & diligendo Deum legere Doctores cum Magiſtro ſentent. *in 3 p. diſt. 27. uſque ad 72.* & cum Divo Thoma 2 2. à *q. 2.* ubi latè ejus expoſitores, Summiſtæ verbo *Charitas*, & verbô *Amor de Dios*, Azor *tom. 1. li. 9. à c. 3.* & *tom. 2. lib. 12.* Ledeſma *in ſumma 2. part. tract. 3.* Navar. *in manuali.* Sanchez *in præceptis decalogi, lib. 2. c. 35.* Villalob. *in ſumma dict. 2. p. tract. 3.* & cum multis Ægidius Trulenc. *in opere morali dict. p. 1. lib. 1. c. 5. à dub. 1.*

37 † De veritate ſpei in Deum, ejuſque præcepto agunt Doctores ſcholaſtici cum Magiſtro ſentent. *in 3. diſt. 26.* & cum D. Thoma 2. 2 *q. 17.* ubi late ejus expoſitores Summiſtæ verbo *ſpes*, Thomas Sanchez *in opere morali, circa præcepta decalogi, lib. 2. c. 33.* Pater Petrus de Ledeſma *in 2 p. ſummæ, tract. 2.* Azor. *tom. 1. inſtit moral. lib 9 c. 2.* Toletus *lib. 4. ſumma c. 7.* Villalob. *dict. p. 2. difficult. 1.* & alii communiter, & infra dico de ætate, à qua tenentur fideles emittere actum fidei, ſpei & charitatis aliqua dicam *ſub. q. 2.* de ſpe & charitate.

QUÆSTIO I.

An fides ſit virtus ſupernaturalis: Et an fides ſit habitus, & quotuplex ille ſit & an habitus fidei ſit in utraque potentia intellectus, & voluntatis diſtinctus: & quando habitus fidei homini infundatur: & in quo intellectu, ſeu in quibus reperiatur fides.

SUMMARIUM.

1 *Fides ſemper eſt virtus, ſive formata charitate, vel non, quæ eſt ſupernaturalis diſponens, & inclinans homines ad credendos articulos fidei, & inſuper ſpes, & charitas ſunt etiam virtus n. 2.*

3 *Fidei virtus, in quo homine dicatur inveniri, & quale debeat eſſe ſubjectum illam diſponens, n. 4.*

5 *Fides eſt initium, quo primum homo de non Chriſtiano, fit Chriſtianus, quæ dicitur ſupernaturalis.*

6 *Fides eſt donum ſupernaturale, quæ prima eſt, non ſolum in ordine numerationis ſed in ordine originis, cum ſit radix omnis juſtificationis: ubi quare anteponatur ſpei*

7 *Actus ad gratiam habitualem, ſeu ad juſtificationem diſponentem, debet eſſe ſupernaturalis, ſeu ex gratia elicitus.*

8 *Fides eſt habitus ſecundum quod habetur, & habilitat illam habentem.*

9 *Potentia naturalis de ſe nullum ſupernaturalem actum elicere poteſt niſi per actum fidei.*

10 *Habitus fidei, num ex pluribus actibus fiat ſicut alii, & eſt duplex, unus in intellectu, alius in voluntate, ut n. 15.*

11 *Actus fidei duplex eſt, unus à Deo infuſus, alter acquiſitus ex actibus frequentibus.*

Baptizati parvuli Deo placent; ſi habitum acquiſitum non habeant ex ſola fide infuſa eis Quid de adultis, ibi

12 *Fides infuſa non ſufficit ad eliciendos actus Dei ſine fide acquiſita.*

13 *Adultus ſola fide infuſa, non poteſt aſſentiri articulis fidei, niſi prius inſtruatur.*

14 *Fides infuſa, & fides acquiſita, qualiter differant inter ſe.*

16 *Intellectus, & voluntas qualiter verſentur in credendo?*

18 *Habitus fidei quando homini infundatur?*

19 *Baptiſmus bene vocatur à ſanctis Patribus, ſacramentum fidei.*

20 *Fides non reperitur in Beatis, nec quoad actum, nec quoad habitum, & quare.*

21 *Spes non reperitur in beatis, cum jam non ſpectent gloriam, nec beatitudinem.*

22 *Fides naturalis non reperitur in Dæmonibus, ac damnatis. Ubi de illo* Jacob.c.2. Dæmones contremiſcunt, &c.

23 *Fides manet in purgantibus, eo quod credunt liberari a pœnis, & conſequi vitam ateraternam.*

24 *Fides Dei reperitur in viatoribus fidelibus, qui contra fidem nullum commiſerunt peccatum.*

25 *Fides de Deo fuit ante adventum Chriſti, ex quo catholici fidem babent eo, & de abſconditis myſteriis fidei.*

26 *Adamus creatus fuit gratia; & ſic cum fide, quæ gratiam conſequitur.*

27 *Angeli habuerunt fidem de Deo, quia tam boni, quam mali fuerunt in via. Et de illo* Math. c.18. qui habuerunt eam infuſam. *Et de aliquibus myſteriis, n.28.*

29 *Patres ſancti veteris teſtamenti credebant Chriſtum venturum, de eo fidem habendo.*

30 *Chriſtus Dominus non habuit fidem; etſi de eo ſit fides miraculorum, & donorum, n. 31.*

32 *Beata Virgo habuit fidem de Deo, quæ fuit Baptizata, n. 33. quam fecit Deus Magiſtram fidei, n. 34*

34 *Fides fuit in Bata Virgine perfectiori modo, quam in qualibet alia creatura.*

35 *Beata Virgo ab initio ſuæ conceptionis, habuit uſum rationis, & fidem habitualem, & quod fuerit à principio inſtructa plene, & cœlitus myſteriis omnibus.*

36 *Hæretici, nec fidem, nec ſpem habent. Et quare, qui fuerunt diviſi in diverſas ſectas,*

39 *Articulis fidei interrogatus, quare credat, reſpondebit:* ſcio quia Deus revelavit, Eccleſia propoſuit, & ſpiritus ſanctus me movet.

AD primam quæſtionis partem cum Magiſtro ſent. *lib.* 3. *diſt.* 23. *litera B.* dicat ut fides ſit virtus, quâ creduntur quæ oon videntur, reſpondetur ut ſive formata charitate, ſive non, ſemper ſit virtus, & quidem ſupernaturalis homioem diſponens, & inclinans ad credendos articulos fidei, & quod ſit virtus patet, quia ſecundùm Philoſophum ea eſt diſpoſitio perfecti ad optimam operationem, nempe ad credendum revelata à Deo, jam enim bene credit homo peccator, quam juſtus regulando ſuum aſſenſum per fidem, ergo fides in utroque virtus eſt. † Tum quia ut jam dixi communiter ab omnibus Theologis aſſignantur tres virtutes Theologicæ inter ſe diſtinctæ, Fides, Spes, & charitas ergo ſingulæ io ſeipſis virtutes ſunt.

Quare etſi D. Thomas 2.2. *art.* 5. neget rationem virtutis fidei io homine malo cum ipſo Magiſtro, quia non eſt debite perfecta ex parte voluntatis, cum careat charitate, ſine qua informis dicitur; ob idque, ut fides ſit virtus requirat unum ex parte intellectus, nimirum, ut pendeat à Divina revelatione, alterum ex parte voluntatis, quod ſcilicet ordinetur per charitatem ad altimum finem, ac proinde ſit meritorius actus illius, & carens hoc poſteriori, virtus non ſit.

Tamen cum ad virtutem ſufficiat, ut ſubjectum illàm diſponat ad optimam operationem, ſive deinde meritoriam, ſive non, parum referre, quia meritum nou eſt de ratione virtutis, ut ſic, Igitur fides ſioe charitate adhuc virtus eſt, etſi informis, id eſt, ſine forma charitatis, ex cujus defectu actus fidei meritorii non ſunt.

Et quod fides ſit ſupernaturalis virtus probatur, quia fides eſt initium, quo primum 5
homo de non Chriſtiano, ſit Chriſtianus, dicente Apoſtolo, *accedentem ad Deum oportet credere*; & cum excedat vires naturæ, & per ſolum Dei auxilium poſſit homo credere Divina myſteria, & per hoc differat à fide humana, ut jam ſupra io principio dixi, quia illa habet principium medium, & finem ab humanis cauſis; Catholicà autem fides pendeat à Deo revelante ſecundùm totum ſuum eſſe, quatenus eſt prima veritas infallibilis, ſequitur ut fides ſit virtus ſuperoaturalis, cùm naturæ bumanæ ex ſe debita oon ſit, ſed ſupra illius conditionem; quæ ideo gratis, & non ex juſtitia à Deo homini confertur.

Eſt enim fides donum ſupernaturale à Deo 6
homini infuſum per quod ſit habilis ad eliciendos ſupernaturales actus myſteriorum à Deo revelatorum; & quidem ex communi Theologorum, dicit Bordonus *cap.* 1. *de fide, tract. de inquiſit. num.* 5. ut ſit prima ex virtutibus, non ſolum in ordine enumerationis, ſecundùm Apoſtolum 1. *ad Chorint. cap.* 13. *num.* 13. ſed etiam ordine originis, cùm ipſa ſit initium, fundamentum, & radix omnis juſtificationis, ex Trident. *dict. ſeſſ.* 6. *cap.* 8. ubi dicitur parum referre, ut quis ſperet, & diligat ſine fide, quia ſine hac impoſſibile eſt placere Deo, Paul. *ad Hebreos cap.* 12. *num.* 6. fides enim antepooitur ſpei, quia hujus eſt ſubſtantia, & fundamentum, præponitur etiam charitati, *quia juſtus ex fide vivit, Roman. cap.* 1. *num* 17. & ſic Trulenc. *dict. lib.* 1. *Decalog. cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 3. quem ſequitur Barboſa *in dict. cap.* 8. *Trid. ann.* 2. ex Augſtino *Serm.* 13. *de verb. Apoſt.* & *lib.* 2. *de pecc. mort. & remiſſ. cap.* 1. & *lib. de correctione, & gratia*, & ex Ambroſio in Lucam *cap.* 3. Hieronymum *in cap.* 1. *ad Epheſ.* dicit ad actiooes quibus ad Deum, convertimur activè converti, cum auxilio Dei ſupernaturali. † Imo & D. Thom. *part.* 2. *quæſt.* 109. 7
art. 6. Bonavent. *in* 2. *diſput.* 28. *art.* 2. *quæſt.* 1. Dried. *de captiv. & red. gener. human. tract.* 4. *cap.* 2. *part.* 2. & *lib. de concordia cap.* 3 Veg. *lib.* 6. *in Trid. cap.* 3. *cum ſequent.* & *in opuſculo de juſtification. quæſt.* 8. dicunt actum ad gratiam habitualem, ſeu ad juſtificationem diſponentem, debere eſſe ſupernaturalem, ſeu ex gratia elicitum, cum homo ad Deum non poſſit venire, & ſe præparare ſuis viribus.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondetur ut fides ſit habitus, ſecundùm quod habetur, & ſecundùm quod habilitat fidelem illam habentem; & probatur, quia de ratione habitus, eſt perficere eam potentiam, cujus eſt, ut errare non poſſit in ſuis operationibus, ſed per fidem Divinam homo errare non poteſt in eliciendo aſſenſus de rebus fidei; ergo fides habitus eſt. † Deinde probatur quia potentia na- 9
turalis de ſe nullum ſupernaturalem actum elicere poteſt, cum ſint actus ſupernaturales altioris ordinis; ergo erit neceſſe quod

elevatur, & ſiat proportionata illis, ſed hoc
contingit per actum fidei inhærentis, & in-
10 formantis fideles, ergo eſt habitus. † Nec ob-
ſta dicere ſecundùm Ariſt. & veritatem, ut cùm
habitus fiat ex frequentibus actibus, cùm ſine
actu aliquo infundatur in parvulis incapaci-
bus actuum, quia reſpondetur hoc eſſe verum
accipiendo habitum pro qualitate dicente
promptitudinem, & facilitatem ad operandum.
Et in hoc ſenſu fides à Deo infuſa homini, non
ſit habitus, cùm non ſit acquiſitus ex frequenti-
bus actibus; ſecus cùm ſumitur pro habilitate,
cujus potentia elevatur, & ſit proportionata ad
eliciendos actus ſupernaturales credendi, ut pri-
mo modo dixi.

11 Ad tertiam quæſtionis partem, quotuplex
actus fidei ſit; reſpondeo eſſe duplex, unus à
Deo infuſus, alter acquiſitus ex actibus frequen-
tibus: de hoc intelligitur illud Apoſtoli *ad
Rom.* 10. *fides fit ex auditu, auditus autem per ver-
bum Dei.* de primo loquitur etiam Apoſtolus
ad Hæbr. 11. dum decit *ſine fide impoſſibile eſt
placere Deo*; etnim parvuli baptizati Deo pla-
cent, qui tamen fidem nondum habent acqui-
ſitam, quia non audiunt; ergo eſt in eis fides
infuſa; ſed utriuſque neceſſitas colligitur ex
eorum differentia, & conveniunt in eo, quod
ſunt qualitates inhærentes, & permanentes in
potentia, quæ non introducuntur in ſubjectum,
niſi prius diſpoſitum, in parvulo attenditur di-
ſpoſitio penes Eccleſiam, quæ pro ipſo ſupplet
credendi actus, juxta textum *in c. illud 6. diſt. 4.
de conſecrat.* qui dicitur baptizatus in fide paren-
tum, quia Patrinus pro infante recitat articu-
los fidei, & nomine ipſius fidem profitetur;
quo fit, ut per ſuſceptionem Baptiſmi infunda-
tur parvulo habitus fidei. Adulti inquam acce-
dentes ad Deum ſe ipſis diſponuntur, creden-
do antequam Baptiſmum ſuſcipiant, de qui-
bus tradit alia Bordonus *de inquiſitione, dict.
cap.* 1. *ſub. num.* 8. & dico infra *ad titul. de Ba-
ptiſmo.*

12 Quod ſit ut ſi dubites an fides infuſa ſufficiat
ad eliciendos actus fidei ſine ſide acquiſita, re-
ſpondeo, ut requiratur etiam fides acquiſita ex
eo quia fides infuſa in exercitium prodire ne-
quit, niſi per notitiam acquiſitam de verbis fi-
dei, juxta illud Joannis 15. *num.* 22. *ſi non ve-
niſſem, & loquutus non fuiſſem eis, peccatum non
haberent, intellige incredulitatis*; & ſic dicendum
eſt quod credulitas fidei non habetur ſine fide
acquiſita per auditum, de quo ſunt videndi
Doctores cum D. Thoma 22. *quæſt.* 6. *art.* 1. &
13 Durand. *in* 3. *diſt.* 25. *quæſt.* 3. † Et patet quia ſi
non eſſet neceſſaria etiam fides acquiſita, ſeque-
retur quod parvulus baptizatus factus adultus
ſine miniſterio parentum, & auditu magiſtri
aſſentiretur articulis fidei, & diſſentiretur il-
lis, ſed falſum eſt adultum ſola fida infuſa poſſe
aſſentiri articulis fidei, niſi prius inſtruatur;
ergo illi neceſſaria eſt fides acquiſita per inſtru-
ctionem, & auditum, non enim per fidem infu-
ſam aſſentitur baptizatus magis uni, quàm alteri
propoſitioni de fide, cum ad omnes ſit indiffe-
rent, ut experientia certa ſic vidimus.

14 Quæ vera ſunt etſi inter ſe differant fides
infuſa, & fides acquiſita primo quia natura-
lis habitus, id eſt acquiſitus ſupponit in po-
tentia virtutem adæquatam ad actum, non ſic
ſupernaturalis, & infuſus, qui complet vir-
tutem activam potentiæ, illamque conſtituit
proximè potentem ad actus ſupernaturales:
unde ſit, ut acquiſitus non det poſſe, ſed ſup-
ponat, infuſus vero det ſimpliciter poſſe. Se-
cundò quia infuſus ideò dicitur, quia per actum
ejus, cui infunditur, non producitur, ſicut
acquiſitus. Tertio ſupernaturalis, & infuſus
habilitar, & conſtituit potentiam in eſſe po-
tentiæ, cum talis non ſit de ſe ad actus ſuper-
naturales; ita Bordonus ſupra *dict. cap.* 1.
num. 8. *in fine*, videndus *num.* 9. qui infert ex
D. Marco *cap.* 9. *num.* 23. ibi *adjuva incredu-
litatem meam*, quod habitus acquiſitus illam
fidem infuſam ſuppoſitam, facilitat ad ope- 15
randum. † Et addidit Bord. *dict. cap.* 1. *num.* 10.
cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 4. *art.* 2. quod habi-
tus fidei eſt duplex, unus in intellectu, alter
in voluntate, quia cum ad utramque ſpectet
producere actus fidei ſupernaturales; eo quod
unaquæque potentia debet eſſe proportionata,
& perfecta ad prædictos actus fidei ſuperna-
turales, qui ſcribunt in eo diſtingui; nam vo-
luntas imperat actum credendi intellectui, in-
tellectus dicitur elicere actum fidei per præſti- 16
tum aſſenſum. † Tum quia voluntas imme-
diate verſatur circa aſſenſum, & actum creden-
di intellectus verò immediate circa res à Deo
revelatas, & etiam quia volutas per habitum
fidei movet. & determinat intellectum ad eli-
ciendos actus fidei, quia cùm ſit indifferens
propter obſcuritatem quam habent articuli fi-
dei, indiget moveri, & determinari à voluntate
informata ab habitu fidei, qui in ea dicit primam
affectionem erga credenda. 17

Ad quartam partem difficultatis reſponſum
præbui *ſub. n. præcedenti.* 18

Ad quintam quæſtionis partem quandonam
habitus fidei homini infundatur, de quo Theo-
logi cum D. Thoma *part.* 3. *quæſt.* 68. *art.* 8. &
quæſt. 69. *art.* 9. Scotus *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 5. Bor-
donus cum aliis de inquiſitione *dicto cap.* 1. *à
num.* 17 Suarez *in part.* 3. *D. Thom. dicta q.* 69.
diſp. 28 *ſect.* 3. *§. una ſuper eſt.* Late exponentes,
& declarantes; ſed breviter dices quod in
paruulis ſemper infunditur fides cum reliquis
virtutibus, & ſimiliter in adultis non ponen-
tibus obicem in ſuſceptione Baptiſmatis, ſive
ſit luminis, ſive flaminis, ſive ſanguinis in
ponentibus obicem, fides infunditur, remoto
impedimento. Quod in parvulis, & adultis ſic
fiat per ſuſceptionem Baptiſmi aquæ, apparet ex
Trident verbis *ſeſſ.* 6 *cap.* 7. ibi *unde in ipſa ju-
ſtificatione cum remiſſione peccatorum, hæc omnia
ſimul infuſa accipit homo per* Iesum Christum, 19
cui inſerit fidem, ſpem, & charitatem. † Et ob id
ſacramentum Baptiſmi bene vocari à Sanctis Pa-
tribus ſacramentum fidei *in cap. nihil.* 74. *diſt* 4.
de conſecratione, quia Baptiſmus omnibus con-
fertur in fide Chriſti, & Eccleſiæ. De Baptiſ-
mo ſanguinis, & flaminia probant, quia hæc
duo ideò vocantur Baptiſmata, nam præſtant
eoſdem effectus, quos producit Baptiſmus aquæ,
quando hoc recipi non poteſt, ſecundùm quæ
dicam infra *ad titulum de Baptiſmo*: videbis *cap.
cathecum n.* 35. *diſt.* 4: *de conſecrat c. majores, de Ba-
ptiſmo*, ubi Doctores & *in cap.* 1. *de ſacra unctione*
plura alia ſcribũt pro hoc dubio D.D. Theologi. 20

Ad ſextam, & ultimam quæſtionis par-
tem in quo intellectu, ſeu in quibus reperia-
tur fides Ad primum reſpondeo cum Bonacina

tom. 2.

to 2. *diſp.* 3. §. 2. *punct.* 1. *n.* 7. Caſtr. Pal. *in opere moral. tract.* 4. *diſp.* 1. *puncto* 7. *n.* 4. & communi Dorum cum D. Thom. 2. 2. *q.* 5. *art.* 2. ut fides non reperiatur in Beatis, nec quoad actum, nec quoad habitum, non quoad actum, quia ea, quæ nunc in via videmus per ſpeculum, & ænigmate. ut ait Paul. 1. *Chorint.* 13. tunc facie ad faciem, & clare vident, ac cognoſcunt Beati, non quoad habitum, quia ubi non eſt poſſibilis actus fruſtra datur habitus.

21 Imo, & ait D. Thomas nec in Beatis reperiri ſpem, nam ij, jam non ſpectant gloriam, & Beatitudinem, ſed ea infallibiliter perfruuntur, illamque ſecuriſſime poſſident, explicat bene Bord. ſuprà, *dicto c.* 1. *n* 49 cum Fab. *lib.* 6. *metaph. diſp.* 14.

22 Imò & Bonacina ſuprà Trulenc. *in opere morali, p.* 1. *lib.* 1 *dict. cap.* 1. *dub.* 1. *n.* 9. & omnes cum D. Thom. *dict. q.* 5. *art.* 1. dicunt, ut nec reperiatur fides ſupernaturalis in dæmonibus, ac damnatis, quia peccant contra fidem per actum infidelitatis, per quod peccatum deſtruitur fides. Et illud *Jacob* 2. *Dæmones credunt, & contremiſcunt*, noo obſtat quia intellegitur non de ſupernaturali, ſed de naturali fide, & hanc fieri in iſtis, nec reperiri, ſpem, & ſic Bordon *dict. c.* 1. explicans *num.* 50. D. Jacobi locum, ait, loqui de credulitate naturali, & acquiſita, quam retinent etiam damnati in eorum confuſionem, non autem de ſupernaturali, quæ in ſolis baptizatis Catholicis eſt, dum ſunt in via, & dicit ex eorum fonte in damnatis non manere fidem, quam habuerunt in vita, quia damnatus nihil ſperare poteſt cùm ſit deſperatus, & in inferno
23 nulla ſit redemptio. † In purgantibus inquam è contra dicit debet, quia iſti credunt liberari à pœnis, & conſequi vitam æternam, cùm adhuc ſint in via, & conſequenter credant ſidei myſteria: iſtæ enim animæ juſtæ quamvis non mereantur, ſperant tamen æternam Beatitudinem: ſic etiam Trulenc. ſuprà *dict. dub.* 1. *n.* 11. cum eodem Bonacina *n.* 9. *verſ. hinc patet.* probans ex eo quia ſpes ſupponit fidem, & quia fides in viris juſtis ſola viſione Dei evacuatur juxta illud 2. *Corinth.* 13. *Cum autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.*

24 Eſt igitur concludendum reperiri fidem Dei in viatoribus fidelibus, qui contra fidem nullum commiſeruot peccatum, ut docent relati, quæ eſt vera fides, quia cum una tantum ſit fides, juxta illud Apoſtoli *ad Epheſ. cap.* 4. *n.* 5. ibi *unus Dominus, una fides, unum Baptiſma*, in quo conveniunt non ſolùm Catholici, ſed etiam hæretici, & una fides apud Catholicos tantum conſervatur, ut conſtat, quia iſti conveniunt in credendo omnia, quæ ſunt de fide, ſed fides iſtorum non defecit, nec deficiet, ut colligitur ex illo *Matth. cap.* 16. *n.* 18. *Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* & ibi *cap. fin. in verbis extremis: Ecce vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi.* & ex illo *Lucæ* 22. *n.* 23. ibi. *Ego autem rogavi pro te Petre, ut non deficiant fides tua*: ſic communiter Doctores docent, & patet ex dictis, & ex his, quæ tradit Bordon. *dict. cap.* 1. *de inquiſit. an.* 122. ergo.

25 Hinc colligitur fuiſſe de Deo fidem ante adventum Chriſti, ex quo Catholici fidem habent de eo, & de abſconditis myſteriis fidei, ut dixi, quia ſi reſpicimus ad ſanctos Patres, antiquos Patriarchas & Prophetas Legis antiquæ, & ſcriptæ, videmus illos habuiſſe fidem de Deo, & Chriſto venturo, ut patet ex illo *Geneſ. cap* 15. *num.* 6. ibi, *credidit Abraham Deo & reputatum eſt illi ad juſtitiam*, & ex eo, quod ſcribit Job. *cap.* 2. *num.* 18. ibi, *quoniam filii ſanctorum ſumus, & vitam illorum expectabamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant*
ab eo. † Imo probatur ante prædictam legem in 26
perſona Adami tempore legis naturæ, quia creatus ſuit cum gratia; ergo & cum fide, quæ gratiam conſequitur; item quia ab initio fuit amicus Dei, & illi placuit; ergo habuit fidem, ſiquidem, ut jam dixi, impoſſibile eſt placere Deo ſine fide. Cui non obſtat dicere quod cum fides ſit ex auditu, & Adam, à nullo audiverit fidem, non potuerit habere fidem de Deo, quia reſpondeo quod fides infuſa eſt à ſolo Deo, à quo fuit etiam naturalis per internam locutionem Dei, ſicut & Angelis, in quo differunt reliqui homines, qui actualem habent exauditu,
& inſtructione humana. † Alia tradit videnda 27
idem Bordon. *dict. cap.* 1. *an.* 53. ex Divo Thoma, & Magiſt. qui *& n.* 52. *&* 53. probat quod Angeli etiam habuerunt fidem de Deo, quia tam boni, quàm mali fuerunt io via; & ſic communis Theologorum probat *ex Epiſtola* 1. *Petri cap.* 1. *num.* 12. ibi *in quem deſirant Angeli proſpicere*, ex eo docentes quod Angeli ſumuntur pro ut ab initio ſuerunt viatores cum fide & ſpe conſequendi beatitudinem Dei in ordine ad quod creati fuerunt: quare *illud Matth. cap.* 18. *n.* 10. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris*, intelligunt Doctores de Angelis bonis in termino conſtitutis, qui ſemper, id eſt in deficienter, & ſine iotermiſſione, atque permanenter
vident Deum. † Etenim Theologi cum Divi 28
Thoma 2. 2. *dict q* 5. *art.* 1. Suarez *tom.* 1. *de Incarnat. diſp.* 42. *ſect.* 1. dicunt qood Angeli habuerint finem infuſam, & etiam actualem de aliqui-
bus myſteriis, alias addeos Bord. *dict n.* 52. † 29
Qui *ſub. n.* 41. dicit quod ſancti Patres veteris legis credebant Chriſtum venturum de eo fidem habendo ſic; nunc vero fideles tenentur credere Chriſtum veniſſe jam.

Unde poſſes dubitare an Chriſtus Dominus 30
habuiſſet fidem, de qua loquimur, item, & Beatam Virginem Mariam. Et de Chriſto dicendum ut nunquam fuerit in eo fides, ſive ſecundum habitum, ſive ſecundum actum, quia fides eſt de rebus obſcurè revelatis à Deo ſed Chriſtus in inſtanti ſuæ conceptionis habuit claram, & intuitivam cognitionem, & viſionem eorum, quæ ſunt Dei; ergo in Chriſto nullus actus, nullus habitus fidei extitit, cùm conſtet Chriſtum à prædicto inſtanti habuiſſe claram viſionem; ergo conſtat caruiſſe fide: ita DD cum D. Thom. *p.* 3. *q.* 7. *art* 3. Bordonus ſuprà *an.* 41. † Ubi adducit de Deo fidem miraculorum, & donorum, & quod licet voluerit Baptizari à Joanne, *Matth.* 3 *n.* 16. *Marci* 1 *n* 10 hoc
tantum fuiſſe, non quia teneretur lege. † De 31
Beata Virgine affirmant communiter Theologi quod habuerit fidem, ſic probantes ex prologuio Elizabeth. *Beata, quæ credidiſti quoniam perficientur in te quæ dicta ſunt tibi à Domino.* Et quod eam habuerit tempore ſuæ Aonunciationis, cum illam plenè Angelus ſalutaverit plenam gratiæ, ergo & fidei, quia ut patet ex Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 7. & ut docent ſancti Patres hæc cum

cæteris

cæteris virtutibus illam conſequitur : unde D.
Auguſt.*libr.de S.Virg. cap.*3. dixit, *Beatior fuit*
Virgo percipiendo finem Chriſti, quam concipiendo
33 *Carnem Chriſti.* † Fuit ergo baptizata ſecun-
dùm communem Doctorum opinionem cum
D.Thoma *p.*3.*q.*38.*art.*6. Scoto *in* 5.*dict* 4.*q.*6.
34 *in reſponſ. ad primum.* † Imo quod fides fuerit
in ea perfectiori modo, quàm in qualibet alia
creatura teſtantur ſancti Patres, nam D. Ambr.
*lib.*3. *de Virgine*, dicit, quod fecit eam Deus
magiſtram fidei, à qua Apoſtoli, & alij multi
didicerunt myſteria fidei, ſanctus Anſelm. *de*
*excellent. Virg. cap.*7. dicit *licèt ipſi Apoſtoli per*
revelationem Spiritus ſancti edocti fuerint in om-
nem veritatem incomparabiliter, tamen eminen-
tius, & manifeſtius ipſa per eum ſpiritum veritatis,
illius veritatis profunditatem intelligebat, & per
35 *hoc multa eis per hanc revelabantur.* † Etenim ſanct.
Bernardin.de Sen.*ſerm.*4. Cajet. *p.*3.*q.*27.*art.*3.
& ex illis Suarez *tom.*2.*de Incarn. diſp* 4.*ſect.*7.
dicunt habuiſſe uſum rationis ab initio ſuæ con-
ceptionis, ergo tunc habuit fidem, tam habi-
tualem, quam actualem ex ſingulari privilegio;
& ſic dixit S. Bernard. *homil.*4. *ſuper miſſus eſt,*
quod à principio myſteriis omnibus plenè, &
cœlitus fuit inſtructa : alia refert Bordon. ſuprà
cum Fabro, *diſp.*13. *ex n.*46.

36 Sequitur ergo ex his breviter congeſtis quod
fides non reperitur in hæreticis, quia hæreſis
ex diametro opponitur fidei, eamque tam quo-
ad actum, quam quoad habitum deſtruit, tum
quia hæreticus non credit propter Divinam auc-
toritatem, tanquam propter rationem forma-
lem credendi; tum quia regula infallibilis pro-
ponens, rei fidei eſt Eccleſia; atqui hæreticus
recedit ab ipſa Eccleſia; ergo. Sic Doctores cum
D.Thom, 2.2.*dicta q* 5.*art.*2. Ægidius Trulenc.
in opere moral. dict.lib. 1.*cap.*1. *dub.*1.*n.*20, ubi
idfert nec reperiri in ipſis ſpem, quia ſperamus
quæ credimus, & ſpes non poteſt eſſe ſine fide,
ut benè docet D.Auguſtin.*in Enchiridio c.*7.& 8.
cur ergo jam dixerim veram fidem conſiſtere in
unitate juxta illud Pauli, *unus Dominus, una fi-*
des, ſequitur quod cum hæretici non conſer-
ventur in hac unitate fidei, quod illi fidem non
habeant; illi inquam utuntur variis doctrinis
adverſus Domini prohibitionem, Paul.*ad Hæbr.*
13.*n.*9. ibi, *doctrinis variis, & peregrinis nolite*
abduci, & *in Epiſtol.*1. *ad Corint. cap.*14.*n.*33.
37 ibi, *non enim diſſensio, eſt Deus, ſed pacis.* † Sed
Hæretici in diverſas doctrinarum ſectas diviſi
fuerunt, ut conſtat ex Arrianis, Calviniſtis, &
Lutheranis; imo, & de ſectia Euthichianorum,
Anabaptiſtatum, Novitianorum, & aliorum
Hæreticorum, quorum ſectæ non tantum fue-
runt diverſæ; imo etiam extinctæ, ut refert Car-
ranca *in ſum. concilior.* ex Athani.*in Epiſtola ad*
Ephieſ. plura inquam alia Bordon. *dicto cap.* 1.
de inquiſi. à *num.* 222. ubi ſatis fundans unita-
tem, & durationem fidei in Catholicis, quæ
non defecit, nec deficiet ex relato loco *Matth,*
*cap.*16. probat fundamentia pluribus hæretico-
rum ſectas deficere, plures, & alias eſſe varias,
quod eſt totum contra prædictam durationem,
& unitatem, quia fides noſtra Catholica, ut
patet ex ſanctis Patribus, & ex Trident. *dicta*
*ſeſſ.*6.*cap.*7.8.& 13.eſt vera quæ in hoc ſæculo
nunquam deficit, nam eſt fundamentum æternæ
ſalutis, & medium per quod pervenitur ad vi-
tam æternam.

Plures alias quæſtiones poſſem hic adjunge- 38
re, quæ quia ad ſacræ Theologiæ arcana pluri-
mum ſpectant; non tracto, de quibus videbis
Theologos jam ſuprà relatos, quare in quæ-
ſtionibus ſequentibus tantùm ſcribo, quæ
cum Canoniſtis, & juriſperitis, ſeu Theolo-
gis moralibus habent communionem. † Unum 39
tamen ſcies ſi ab aliquo ſciſciteris, quare cre-
dis aliqui fidei articulo, & reſpondebis mo-
do ſequenti : Scio quia Deus revelavit, Eccle-
ſia propoſuit, & Spiritus ſanctus me movet,
ut docent Caſtr.Pal *in opere morali*; *tract* 4.*diſ-*
*put.*1.*punct.un. n.*3. Ægidius Trulenc. *in opere*
*moral. dict. c.*1. *dub.*1. *in fine.*

QUÆSTIO II.

An fides etiam habitualis perdatur aliquando : an de ratione fidei ſit obſcuritas, an chatecumeno ante Baptiſmum infundatur fides; & an adſit præceptum de fide, ſpe, & charitate; in qua ætate obliget.

SUMMARIUM.

1 *Fides habitualis perditur per infidelitatem, & hæreſim ſupervenientem : & qualiter pecca-to mortali, n.*2.

3 *Hæreticus, etſi credat aliquos fidei articulos, dicitur mendax in aliis deficiens contra fidei unitatem, n.*4. *&* 5.

4 *Veritas fidei pendet ab unica formali veritate Dei revelantis abſque diſcrimine.*

5 *Hæreticus tenet, aliquos fidei articulos, ut alii Catholici, ſed cum differentia; credit enim ſola fide humana.*

6 *Obſcuritas eſt de ratione fidei Catholicæ, & quare n* 7.

8 *Cathecumenus inſtructos in fide nondum habet habitum fidei infuſum, niſi per Baptiſ-mum.*

9 *Fidei præceptum adeſt, quæ fuit neceſſaria in omni ſtatu, & omni tempore adultis; quod eſt partim naturale, & Divinum, & ex par-te Eccleſiaſticum. an.* 10 *&* 15.

13 *Deus qualiter velit omnes homines ſalvos fieri, & num.* 12.

16 *Spei eſt præceptum, cum ſit neceſſaria ad con-ſequendam vitam æternam. & veniam pec-catorum. n.* 17.

18 *Charitatis adeſt præceptum, quod perfectè im-pletur in gloria; non ſic in hac vita.*

19 *Præcepta fidei, ſpei, & charitatis, non ſunt Decalogi præcepta, ſed tantum præambulum ad illud, & an.* 20.

23 *Ætas ſeptem annorum obligat ad emittendum actus fidei, ſpei, & charitatis: fallis in rudi-bus, n.* 24. *&* 25. *cum aliis.*

29 *Dilectio Dei in vivente habet ſpem fruitionis ipſius, cujus præceptum eſt ejuſdem rationis, ac pœnitentia, n.* 31.

32 *Puer cum ad uſum rationis pervenerit, tenetur convertere ſe ad Deum. Et quæ peccata com-mittat è contra, n.* 34.

33 *Fateri tenentur omnes omiſſionis peccatum: ſed qua praxi accipiatur, an.* 38.

35 *Fidei, & ſpei præceptum obligat, quando ſum-mum*

Google

mus in aliqua gravi tentatione odii Dei, aut
ſub periculo.
37 *Præcepta fidei ſpei, & charitatis ſunt affirma-*
matıva, quæ obligant ſemper, negativa con-
traria his proſemper.
43 *Pueri ad confeſſarios accedendo, quæ diſcunt.*

1 AD primam quæſtionis partem abunde
reſpondetur ex dictis *ſub verſ. ſequi-*
tur ergo, q. prae. quia certum eſt ut fi-
des etiam habitualis perdatur per infidelita-
tem, & hæreſium ſupervenientem ex eo;
quia fides, & infidelitas, ſeu hæreſis ex dia-
metro pugnant ad invicem in eodem ſubjecto,
ergo adveniente hæreſi neceſſe eſt quod deſ-
truaturfides: ſic D. Thom. 2. 2. *q.* 5. *art.*
3. & ſcolaſtici cum eo, & probatur auctoritate
ſacræ Scripturæ 1. *ad Thimot. cap.* 1. *num.* 19.
habens fidem, & bonam conſcientiam, quam
quidem repellentes circa fidem naufragaverunt: &
confirmatur extremis verbis ejuſdem Epiſtolæ,
depoſitum Cuſtodi devitans profanas vocum novi-
tates, & oppoſitionem falſi nominis ſcientiæ;
quam quidem promittentes circa fidem excide-
runt; ſed hæreticus ſe perdit cum fide, ad
inſtar naufragium facientis, qui in mari ſeip-
2 ſum, aut ſaltem merces proiicit, ergo. † Et
confirmatur ex Trident. *dict. ſeſſ.* 6. *cap.* 15.
in illis verbis *aſſerendum eſt non modo infideli-*
tate, per quam ipſa fides amittitur, ſed etiam
quocumque alio mortali peccato, quamvis non
amittatur fides, acceptam juſtificationis gratiam
amitti.
3 Nec obſtat dicere, ut licèt hæreſis ſit error
contrarius fidei non ei totaliter opponi, ſed ex
parte; cùm ergo hæreticus credat aliquos fidei
articulos tam facilè, & firmiter, quàm quili-
bet fidelis, ſequi inde, ut hæreticus non oppo-
4 natur ex diametro fidei Catholicæ. † quia re-
ſpondetur quod cum fides noſtra conſiſtat in
unitate, & in diviſibilitate credendi articulos fi-
dei, & ex quo aliquis hereticus diſcedit etiam,
in parte reddatur mendax, fallax, & inconſ-
tans, ſequitur, ut quemadmodum qui in uno
offendit, factus ſit omnium reus, non ſit ma-
jor ratio credendi unum articulum, quam reli-
quos omnes, cùm veritas pendeat ab unica
formali veritate Dei revelantis abſque diſcrimi-
ne, ergo deficiens, ut hæreticus in uno perdit
5 fidem conſiſtentem in unitate. † Et ſic fieri ut
etſi hæreticus teneat aliquos fidei articulos,
ut alii fideles tenent, & profitentur, hoc non
eſſe ab habitu infuſo, ſed ab illa naturali
propria induſtria, & labore acquiſito: quare
Bordonus *de inquiſit. dict. cap.* 1. *num.* 25.
videndus, ait quod hæreticus ſola fide humana,
non Theologica credit reliquos, ut facit
Cathololicus, qui fide infuſa propriè dicitur
credere, & operari ſecundum fidem, mediante
acquiſita uti inſtrumento moto per habitum fidei
infuſæ.
6 Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondetur
ex traditis ſupra ex definitione fidei, quod ob-
ſcuritas eſt de ratione fidei ex parte utriuſque
objecti, ut petet ex definitione, ibi tradita ex
doctrina Apoſtol. *cap.* 11. *ad Hab. quia ex quo*
fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum,
non apparentium; ſequitur ut ſit obſcurum ar-
gumentum rerum, quæ creduntur, & non vi-
7 dentur. † Ratio eſt quia illa cognitio eſt ob-
ſcura, quæ caret evidentia, ſed cognitio per fi-
dem habita eſt hujuſmodi: de quo puncto latè
explicato videbis D. Thom. 22. *quæſt.* 1: *art.* 4.
Scotus *in* 3. *diſt.* 24. Bordon. *de inquiſit. dict. c.* 1.
num. 26. & 27. Et ſic Diu. Thomas Apoſtolus
unum agnovit, id eſt Chriſti humanitatem vul-
neratam, & alterum credidit, hoc eſt Divinita-
tem ſub humanitate coopertam: quare Diu.
Thom. ex lectura Eccleſiæ in feſto Corporis
Chriſti, dicit, *quod non capis, quod non vides,*
animoſa firmat fides, & facit illud Apoſtoli *ad*
Corint. cap. 13. n. 12. *videmus nunc per ſpeculum*
in ænigmate, tunc facie ad faciem: ita ut prima
viſio ſecundùm fidem obſcura ſit in via, ſecun-
da in patria clara erit.
Ad tertiam quæſtionis partem an Cathecu- 8
meno ante Baptiſmum infundatur fides: Re-
ſpondetur quod Cathecumenus inſtructus in fi-
de nondum habet habitum fidei infuſum, niſi
habeat Baptiſmum flaminis, aut ſanguinis, &
ratio quia fides nulli infunditur à Deo, niſi per
Baptiſmum flaminis, & aquæ ex natura Sacra-
menti ſuſcepti in re, vel in voto; ſed Cathecu-
menus, etſi inſtructus nondum habet fidei ha-
bitum, etſi fidei primum rudimentum accepe-
rit; ergo cùm nondum ſit in Eccleſia, nec di-
catur membrum Chriſti; ut bene Bordonus
probat, *de inquiſit. c.* 4. *n.* 61. ſequitur ut quamvis
credat in Deum, Deus tamen ſe illi non credet,
quia nondum habet habitum fidei, quæ eſt ſi-
gnum mutuæ credulitatis inter Deum, & ho-
minem: videbis textum *in cap. ante* 52. *de conſe-*
crat. diſt. 4. & ibi *ſub. c. deinde* 68. Bordonus *dict.*
cap. 1. *n.* 22.
Ad quartam quæſtionis partem an adſit præ- 9
ceptum de fide, ſpe, & charitate, reſpondeo
dicendo, ut ſit, & fuerit præceptum de fide, &
actu ſupernaturali ipſius Divinæ fidei; & ratio
eſt quia credere cum fide ſupernaturali, eſt me-
dium neceſſarium ad conſequendam ſalutem
ſpiritualem, quæ conſequi nequit ſine ſpe, ut
Trident. Concil. definit ſeſſ. 6. cap. 6. non enim
poteſt eſſe ſpes ſine fide, ut conſtat ex illo Paul.
ad Hæbr. 11. ibi *accedentem ad Deum oportet cre-*
dere, ubi illud verbum *oportet* neceſſitatem di-
cit docent Doctores cum Diu. Thom. 2. 2. *q.* 16.
art. 5. Villalobos *in ſum. p.* 2. *tract.* 1. *diſ.* 1. *n.* 1. &
quod detur præceptum de fide concors eſt Ca-
tholicorum ſententia, ut colligitur ex illo Marc.
verſ. 16. *qui crediderit, & baptizatus fuerit ſal-*
vus erit, qui vero non crediderit condemnabitur.
Quæ verba continent præceptum, ſicut illa
Joannis 3. verſ. 5. ibi *niſi quis renatus fuerit ex*
aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in re-
gnum Dei, & alia Joan. 6. verſ. 54. *niſi manduca-*
veritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſangui-
nem, non habetis vitam æternam. † Et eſt ratio 10
quia id quod neceſſarium eſt ratione medii, eſt
etiam neceſſarium ratione præcepti, ergo cum
fides ſit medium neceſſarium ad conſequendam
vitam æternam juxta illud jam ſupra relatum
ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, & conſequen-
ter erit fides in præcepto: ſic Ægidius Trulenc.
In opere moral. dict. cap. 1. *lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 2. *n.* 3. & la-
tè agens probat Bordonus videndus de inquiſi-
tione *dicto cap.* 1. *an.* 57. ubi ſic probat tam in
infantibus, quam in adultis. † Et quod fides 11
tam actualis, quam habitualis fuit neceſſaria
in omni ſtatu ab Adam uſque ad finem mundi
ex dicto loco eſt Paul. ad Hæbr. 11. *num.* 6. &
ex

Digitized by Google

ex illo, ad Roman. cap. 1. num. 17. *juſtus ex fide
vivit*, & ſic Athanaſius in Symbolo dixit *qui-
cumque vult ſalvus fieri oportet ut teneat Catholi-
cam fidem*, & ex aliis locis ſcripturæ videbis
D. Thom. *in* 3. *diſt*. 25. *quaſt*. 2. ubi Scotus,
Durandus, & alii Becan. *cap*. 12. *de fide quaſt*. 1.
Sanchez *lib*. 2. *in præcept. cap*. 2. & multos alios
penes ipſos.

Et quod omni tempore fides actualis adultis
12 neceſſaria fuerit, probatur ex dictis, & ex illo
Paralip. *cap*. 20. *num*. 20. ibi, *Credite in Domino
Deo veſtro, & ſecuri eritis, credite Prophetis ejus,
& cuncta evenient proſpera* ex alio Judith. *cap*. 14.
n 6 *Tunc Achias videns virtutem, quam fecit Deus
Iſrael, relicto generalitatis ritu, credidit Deo, &
circumcidit carnem præputii ſui*: & ex illo Eccleſ.
13 *cap*. 2. n. 2. *crede Deo, & recuperabis te*. † Et pro-
batur ratione, quia Deus licèt velit homines
ſalvos fieri, tamen id non vult ſine præ-
paratione ejuſdem hominis, qui debet ſe diſpo-
nere ad ſalutem per media neceſſaria, inter quæ
14 potiſſimum eſt fides actualis. † Et confirmatur
quia non ſufficit Deum credere, ut eſt cauſa pri-
ma, & auctor naturæ, ſed requiritur cognitio
ſupernaturalis, quæ conſiſtit in actualibus fidei
actibus: ſic Bordon. ex D. Thom. *diſt*. 25. Scoto
q. 1. Bonaventura *q*. 2. *art*. 1. ſancto Auguſt. *ſermo-
ne* 38. *de tempore* qui etiam dicunt, ut paruu-
lis ſufficiat habitualis fides infuſa per Baptiſ-
mum aquæ vel ſanguinis, ut jam ſupra dixi
ſub q. 1.

15 Hoc verò præceptum ex parte eſt naturale,
& Divinum, ex parte Divinum poſitivum, &
ex parte Eccleſiaſticum; naturale, & Divinum
quatenus refertur ad ea objecta, quorum fides
eſt neceſſaria ratione medii. Divinum poſiti-
vum reſpectu objectorum, quorum fides eſt
tantùm neceſſaria ex præcepto Dei, qua, & ha-
bent vim obligandi ex præcepto Dei, & mera
ipſius voluntate; & prætereà circa actus interio-
res, ad quos non ſe extendit præceptum Eccle-
ſiaſticum. Et eſt etiam Eccleſiaſticum præce-
ptum reſpectu ſcilicet obligationis, qua fideles
tenentur memoriter addiſcere Symbolum, de
quo infra docent Trulenc. *in opere mor. lib*. 1. *dict.
c*. 1. *dub*. 2. *num*. 3. *in fine*. Filliucius *tract*. 22 *c*. 2.
quaſt. 7. *num*. 48. & qualiter contingat inferius
patet.

16 De præcepto ſpei probatur communi opi-
nionem Doctorum ſenſu, & patet ex illo David
Pſalm. 4. *ſacrificate ſacrificium Juſtitiæ, &
ſperate in Domino*. Et *Pſalm*. 71. ibi, *ſperate
in eo omnis congregatio populi*: & ita D. Auguſt.
ſuper illud Joann. 5. *hoc eſt præceptum meum, ut
diligatis*, dicit, *de fide nobis quam multa mandata
17 ſunt, quam multa de ſe*. † Et probatur etiam
quia ſpes eſt neceſſaria ad conſequendam vitam
æternam; cùm ſit neceſſaria ad conſequendam
veniam peccatorum, ut dixit Trident. Concil.
dict. ſeſſ. 6. *cap*. 6. ibi, *ad conſiderandam Dei miſe-
ricordiam ſe convertendo in ſpem eriguntur fidentes
Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore*, & c. do-
cet Villalob. ſupra *in ſumma, tract. parte* 2. *tra-
ctat*. 2. *num*. 2.

18 D. præcepto charitatis, id eſt diligendo
Deum, patet ex primo decalogi præcepto &
Matth. 22. quod eſt ſupernaturale præceptum,
quod impletur perfecte in gloria, quia ſolùm
Beati ſunt, qui perfectè diligunt Deum, ut di-
cit S. Thom. 2. 2. q. 44. *art*. 6. cum D. Auguſt. *in
lib, de perfect. juſt*. in hac verò vita imperfectè
impleri, & hoc cum auxilio ſupernaturalis Dei.
Alterum ergo eſſet impoſſibile; imo D. Thom.
1. 2. *q*. 100. *artic* 10. *ad* 2. vega *de juſtificatione q*.
Sotus *lib*. 1. *de natura, & gratia, cap*. 22. Villalob.
in ſum. dict. p. 2. *tract*. 3. *diffinitione* 2. *n*. 1. & 2. di-
cunt ut homines diligant, etiam ſic fore neceſſa-
rium, ut ſint in gratia.

Unum tamen dices de prædictis præceptis fi- 19
dei, ſpei, & charitatis, non eſſe decalogi præ-
cepta, ſed tantùm præambulum ad illud, ut do-
cent Azor. *tom*. 1. *inſt. moral. lib*. 8. *cap*. 1 *q*. 1 &
2. Sanchez *in ſum. li*. 2. *in proæm*. Navarr. *in ſum. c*.
11. *n*. 5. etſi reducantur ad illud cum his tribus
virtutibus, ut dixit Auguſt. *in enchirid. c* 2. Deum
amemus, & honoremus in verbis *ſi quæritur quo
colligitur Deus, reſpondeo fide, ſpe, & charitate*.
† Et quod præceptum fidei non ſit primum de- 20
calogi, probat Villalob. *dict. tract*. 1 *dif*. 2. *ſub dict.
num*. 1. quia illud decalogi ſolùm continet ſum-
mum cultum Latriæ Deo debitum, ut patet
Exod. 20. ubi fuit poſitum ibi, *ego ſum Deus tuus,
non habebis alios Deos contra me*.

De præcepto ſpei quod non ſit in decalogo, 21
ſed reducatur ad illud probat Diu Thom. 2. 2.
q. 22. *art*. 1. & alii cum eo. † De præcepto cha- 22
ritatis itidem probat Villalob. *dicta tract*. 3. *dif*. 2.
num. 1. Et ſi videatur directè ad primum perti-
nere præceptum Decalogi. Multa etiam alia de
ſpe, & charitate Doctores in principio Rubri-
cæ adducti, & alii tractant, quæ cùm non ſpe-
ctent ad tractationem, de qua nunc; ideo tan-
tum de his duobus præceptis in dubio ſtatim ſe-
quenti in verſ *ad ultimam* ago de ætate in qua
fideles debent in Deo ſperare, eumque diligere,
ſicut & fidem de eo tenere.

Ad ultimam quæſtionis partem in qua nem- 23
pe ætate aut tempore debeat quiſque fidelis
emittere actus fidei, ſpei, & charitatis. Ad pri-
mum de fide dico, quod etſi F. Eman. 1. *tom.
ſumm. in* 2 *edit. cap* 88. a. 1. Ludou. Lopez 1. *p.
inſtructarii cap*. 41. *col*. 2. *verſ. veniale eſt*, puberes
tantum obligari dicant, hoc eſt maſculos poſt
decimum quartum annum, fœminas poſt deci-
mum ſecundùm: tamen verius illico poſt uſum
rationis homines, & fœminas obligari, qui
communiter advenit à ſeptennio ut infra dico
de deſponſ. impub. aliqua infra *ſub tit. de ætate, &
qualit. ordin*. ita docent DD. cum D. Thoma, vi-
delicet Bonavent *in* 3. *diſt*. 25. *art*. 1 *q*. 3. Angelus
verbo *fides*. Navarr. *in ſum*. Hiſpan. *cap*. 18. & in
Latin. *n*. 11. Azor *inſtit. moral. tom* 1. *lib*. 8. *c*. 7.
q. 7. Philiarc. *de officio Sacerd. tom*. 1. *p*. 2. *lib*. 3. *c* 9.
Sanchez plures referens *in ſum. lib*. 2. *cap*. 2. *n*. 3.
& 4. *q* 12. ait latere ſibi fundamentum. Cui opi-
nio Eman. & lopez nititur, cùm omnia, ſive
legis, ſive Eccleſiæ præcepta ſtatim à ſuſcepto
uſu rationis, ipſo ſeptennio elapſo obligent.

Quod fallit in adeò rudibus, & hebetibus 24
ingenii, ut fidei myſteria, vel illorum ſenſum
comprehendere nequeant, non enim credibile
eſt, ut ait Ianerus, *in* 2. 2. D. Thom. *diſp*. 1. *q*. 7.
dub. 2. *n*. 49. Deum à quo tam exigere majorem
cognitionem, quam per vim intellectus ipſe
conſequi poſſit: videbis Hieronym Perez *in ſum.
Theolog mandamiento* 1. Dianam *p*. 3. *reſp*. 46. Miſ-
cel. *tract*. 5. Narbonam *in annal ann*. 7. *q* 13. dum
agit de præcepto fidei, & credulitatis eorum;
quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, Villalob. abſo-
lutè docens *dict. p*. 2. *tract*. 1. *difficult*. 2 a. 3. & ſic
probat

probat Ægid. Trulenc. *in opere morali dict. lib.* 1. c. 1. *dub.* 2 *n.* 3. omnibus rationis uſum habentibus quocunque tempore ad gratiam, & gloriam conſequendam fuiſſe neceſſarium credere explicite neceſſitate medii aliquod ſupernaturale fidei objectum: ſi cum D. Thom. & Doct. 2. 2. *q.* 2. *art.* 3. & ex Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 8. quia ſine dilectione Dei, nemo juſtificatur, ſed ad dilectionem Dei, requiritur cognitio, quæ fit per fidem; ergo. Et quod rationis uſus accedat regulariter ſeptennis probat abunde idem Narbona *dict. anno* 7. *q.* 4. & 7. cum multis.

25 De præcepto ſpei etiam dicendum eſt hoc præceptum obligare communiter à ſeptennio per fundamenta jacta de præcepto fidei, cum ergo ſpes ſit virtus ſupernaturalis infuſa, qua ſperamus conſequi veniam peccatorum, & gloriam à Deo, ut omnes colligunt, ex D. Thom. 2. 2. *q.* 17. *art.* 1. & 2. Villal. *in ſum. p.* 2. *tract.* 2 *diſ.* 1. *n.* 1. dicens ut per hanc ſperamus principaliter vitam æternam, minus principaliter alia bona, quæ ordinantur ad illam, ut ait D. Thom. *d. art.* 2. *ad* 2.

26 † ſequitur dicendum exordiri cum rationis uſu præceptum ſpei, nam cum illico ab ipſo rationis uſu adſit obligatio convertendi ad Deum, quod ſine ſpe nequit fieri, ut dicunt Bannez. Areg. & alii cum D. Thom. 2. 2. *d art.* 1. docent etiam Lorca *in* 2. 2 *ſect.* 2. *diſp* 18 *n.* 10. Petrus de Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 2. *c* 4. *concl.* 3. ſequitur Narb. *d. an.* 7. *q.* 12. illud. de jure confirmans *n.* 4. ex ſententia ſingulari Conſulti *in l. ſervo,* 65. §. *ſi pupillo, ff. ad Senat. conſult. Treb.* ibi, *nec pupillus id deſiderare poſſit cum fari non poſſit;* ergo cum ſpes ſit deſiderium pertinens ad appetitum iraſcibilem, reſpiciensque bonum abſens arduum ex Philoſop. & deſiderium etiam ex prædicta virtute ſpei in ordine ad Deum appetat quilibet fidelis, ſequitur, ut à prædicto uſu rationis ille ſupervenire debeat. Noſtram etiam opinionem tenet Hurtado de Mendoza *in* 2. 2. *q.* 188. *ſect.* 2. §. 19.

27 Nec turbari debemus ex dicto Suarez *diſp.* 2. *de ſpe. ſect.* 1. *n.* 3 dum exiſtimat nullum eſſe tempus determinatum, in quo hujuſmodi præceptum obliget, ſed prudentis arbitrio menſurandum eſſe, nec permittendum longo tempore differri: & Villal. *d.* 2. *p tract.* 2. *diſ.* 1. *ſub n.* 3. ubi dicit, tempus hujus præcepti, non eſſe determinatum, & quod aliquoties eſt ratione alterius præcepti, nam quando quis debet pœnitentiam agere, debet ſperare, quia non poteſt eſſe pœnitentiæ actus ſine ſpe, nam reſpondetur ex dictis.

28 De præcepto autem charitatis, & dilectionis Dei, non eſt leve dubium cum Valentia. *l.* 2. *diſput.* 6. *q.* 19. *punct.* 3. Vaſ. 1. 2. *q.* 89. *art.* 6. *diſp.* 186. *toto c.* 2. Suarez 4. *tom. in* 3. *p diſp.* 11. *ſect.* 2. *n.* 14. & 15. Azor. *inſtit moral tom.* 1 *lib.* 4. *q.* 1. Philiarc. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. Thom. Sanch. *in ſumm lib.* 3. *c.* 35. *n.* 7. Caſtr. Pal. *tom.* 1. *tract.* 6. *diſput.* 1 *puncto* 4. *n.* 2. Villal. *d p.* 2. *ſumm. tract* 3. *diſ.* 2. *ſub n.* 5. id tenentes, quia ſuavitati legis Divinæ non videtur conſonum, ut præceptum tam arctum obliget ſub peccato mortali in tam tenera ætate ad ſtatum implendum eo, vel maximè quod univerſi pueri invincibili ignorantia illius præcepti laborent: quippe nec rationem dubitandi, nec inquirendi de illo habuerint: alia refert Narbona, *anno* 7. *quæſt. undecima, à num.* 8.

29 Alii inquam docuerunt ab uſus rationis tempore, hoc obligare præceptum, ſeu paulo poſt D. Fermoſ. *de Leg. Eccleſ.* uſum rationis quando quis jam advertit, & ſecum reputat rationes, quas habet amandi Deum, & de ipſo cogitat, de ejus bonitate: & excellentia, ac beneficiis; & eſt ratio quia dilectio Dei inhibitam habet ſpem fruitionis ipſius, juxta Proſperum *libr. de contemplat.* vita relatus *in cap. charitas* 5. *de pœnitent, diſtinct* 2. ubi ait, *quid eſt Deum diligere, niſi illi copulari, animo concipere fruendæ viſionis ejus effectum.* † Et 30
facit illud Job. *cap.* 31. *verſ.* 37. ibi *per ſingulos gradus meos pronunciabo illum, & quaſi Principi offeram eum,* ut habetur *in cap. ſanctam, dicta diſtinct.* 2. *de pœnitent.* quæ verba expenduntur, id eſt, per ſingulas ætates, quæ gradus ſunt vitæ humanæ, quibus ad finem gradimur; igitur dici videtur, ut in primo gradu, etiam qui ſeptennio conſtituitur, completo quilibet teneatur, & pronunciare Deum, & ut Principem agnoſcere, & amare. † Et facit quia ejuſmo- 31
di præceptum eſt ejuſdem rationis cum præcepto pœnitentiæ, ut ſupponit Lorca 2. 2. *ſect.* 3. *diſp.* 18. *num.* 8. Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tractat.* 3. *cap.* 5. *poſt.* 6. *concluſ.* Hurtado de Mendoza *in* 2 2. *quæſt.* 74. *ſect.* 6. §. 27. *quæſt.* 26. ſed præceptum pœnitentiæ obligat ſtatim poſt lapſum ſeptennii, in quo ſupponitur regulariter rationis uſus, ex textu *in cap. omnis, utriuſque ſexus, de, pœnitent.* Trident. *ſeſſ.* 14. *can.* 5. & ſic quia in ea ætate præſumitur regulariter rationis uſus, docent multi, ut obligatio confitendi peccata, ſacramentaliter incipiat ab ea ætate, ut docent Galta *in cap. ad limina,* §. 5 *num.* 130 *quæſt.* 1. Sanchez *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12. *n* 6. Salas *de legibus, diſput.* 14. *ſect.* 13. cum aliis Diana *p.* 3. *tract.* 6 *reſp.* 87. & *part.* 5. *tract.* 3. *reſp.* 68. Torreblanca *juris ſpiritual. lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 59. & cum aliis Narbona *dict anno.* 7. *n.* 1. & 12.

Et in terminis docent hanc ſecundam ſenten- 32
tiam Sotus *lib.* 2. *de juſt, quæſt.* 3. *art.* 10 *colum.* 6. *verſ. reſponſio horum,* Toletus *lib.* 4. *ſumm. cap* 9. *num.* 9. Navarr. *in ſumm. cap* 11. Hiſpan. *num.* 6. & Latin. *num.* 8. Eman. Rodriguez 1. *tom. ſumm. in* 2. *edit. cap.* 11. *num.* 3. Silvius cum D. Thom. Lorca, & aliis *in* 2. 2. *quæſt.* 44. *artic.* 6. *verſ. quæritur tertio,* Diana *p.* 5. *tract.* 15. *reſp.* 105. Bannes 20. *dict. quæſt.* 44. *artic.* 1. *dubio* 1. *ad* 3. & alii diſcipuli Div. Thom. dicentes, ut hæc ſententia ducit originem ex eo, *quæſt.* 89. *art.* 6. & *diſt.* 41. *qu.* 1. *art.* 5. *ad* 7. & *de verit. q.* 28. *art.* 3. *ad* 4. Ubi aſſerit teneri ſub mortali puerum, cum ad uſum rationis pervenit, convertere ſe ad Deum, & in ipſum, tanquam in ultimum finem ſuum ordinare. † Et hoc procedere in tantum dicunt 33
Cajet. ibidem *artic.* 2. Navarr. *in capit. quanto, cap. tertio, num. decimo ſexto, & decimo ſeptimo,* ut præciſe omnes teneantur omiſſionis peccatum fateri in dubio, an omiſerint eum actum facere, necne, & facit illud D. Auguſt. relatum *in cap. tolle charitatem, de pœnit. diſt.* 2. in illis verbis *creatura namque rationis capax, & liberi arbitrii, juſtitiæ, & innocentiæ ſine charitate, particeps eſſe non poteſt,* & tradunt Doctores ex aliis fundamentis, imo, † & Bannes 2. 2. *q.* 22. 34
art. 2. *dubio* 2. dixit eum, qui poſt uſum rationis, non convertitur ad Deum committere tria peccata, unum contra fidem, alterum contra ſpem, tertium vero contra charitatem; ergo ſi ſecundum dicta uſus rationis regulariter accedat poſt ſeptennium, ſequitur ut præceptum charitatis ex tunc obliget.

35 Utcumque tamen ſit, & velit ſequi primam
opinionem, & ſecundum eam etiam decernere
in præfatis præceptis fidei, & ſpei, notabis in
hic, omnibus pro couſtanti hæc præcepta obli-
gare, quando ſumus in aliqua gravi tentatione
odii Dei, aut in periculo cadendi in eam, nam
tunc patiens tenebitur reſiſtere cum actu contra-
rio, ut docent Thomas Sanchez, Villal. *dict.* 2.
p tract. 3. *diſ.* 2. *n.* 7. de charitatis præcepto, & de
fidei præcepto. Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *c.* 7. *lib.* 8.
q. 6. Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 1. *cap.* 8. *concl.* 8.
36 Villalob. *dict.* 2. *p tract.* 1. *diſ.* 2. *n.* 4. † De præce-
pto ſpei, ut ſi occurrat in ſimili periculo deſpe-
rationis; nam debet impugnari cum actu con-
trario ſpei, docerit Bannes, & Aragon. cum D.
Thom. ubi ſupra 2. 2. *q.* 22 *art.* 1. & alii Villalob.
dict. 2. *p. ſumm. tract.* 2. *diſ* 1. *ſub n.* 3. *in fine.*

Cumque hæc præcepta fidei, ſpei, & chari-
37 tatis ſint affirmativa, & obligent ſemper, ſequi-
tur ut negativa præcepta his contraria obligent
ſemper, & pro ſemper, ut dicunt relati, ut ſunt
de non eundo contra fidem, ſpem, & charita-
tem, ſic relati.

38 Et quia poſſent ex prædictis eſſe homines fi-
deles non parum anxii, ſi primo inſtanti ratio-
nis uſus, non emitterent actus fidei, ſpei, & cha-
ritatis, & ex hac omiſſione forte peccaverint,
adverto cum Mendazo, *de fide n.* 22. D. Thom.
diſp. 174. *ſect.* 5. §. 24. ut non debeat quis ſe tor-
quere, an huic præcepto ſatisfecerit, quia quan-
do poſitivo, & probabili argumento non me-
minit ſe hoc præceptum omiſiſſe inculpate
ſemper ſuadet ſe contra illud non peccaſſe, vel
quia Deum dilexit, vel quia illum inculpate
prætermiſit. † Imo & addit Diana *p* 5. *tract.* 14.
39 *reſp.* 15. & cum eo Narbon. *d. q.* 11. *à n.* 7. *à n.* 12.
nempe ut præfata ſecunda ſententia, non ſit ita
ſtricte accipienda, quaſi peccemus ſtatim mortali-
ter, habita ſufficienti Dei cognitione, ſi non eli-
ciamus actum dilectionis, quia hoc eſſet ſatis gra-
ve; ſed quod ſecluſa omni ignorantia, & inad-
vertentia ſine gravi peccato, nequeamus eum val-
de differre, utputa per annos quoſlibet, aut ſal-
tem per unum veluti ſentit Coninx. *diſp.* 24. *n.* 50.
40 † Et amplius addit Diana quod, etſi certo quis
ſciat huic præcepto, non ſatisfeciſſe, poſſit ſe-
qui opinionem negativam; nempe non adeſſe pro
illo tempore tale præceptum, quod inquam po-
teſt etiam extendi ad præcepta de fide, & ſpei,
juxta opinionem aſſerentium non illico illa ſta-
tim à ſeptennio obligare, quia nondum ex parte
41 uſus rationis communiter advenerit. † Et ſic mi-
hi videtur, ut ſi actus de fide, & ſpe aliquo tempo-
re morali, poſt ſeptennium, non emitteretur, ceſ-
ſante contemptu, aut periculo gravi credendi
contra prædicta præcepta, non incurrat omittens
in peccato gravi, cum videamus etiam in præce-
pto de confitendo ſacramentaliter, & communi-
cando; non illico in praxi ab eodem ſeptennio
42 practicari. † Et ſic videtur ut conſiderat ex aliis
Narbon. *d. à n.* 7. *q.* 7. *n.* 3. & 12. arbitrio pruden-
tiſſimi confeſſoris relinqui, qui cognita pueri
qualitate, perpenſis moribus, & cum ad inter-
rogata ordinate reſpondeat, an malitiam dete-
gat, aut peccata cognoſcat, judicabit an ſit doli
capax, necne, vel habeat ſufficientem diſcretio-
43 nem, ut præcepto teneatur. † Ad quam ſcruta-
tionem opus eſſe ait ibi *num.* 16. cum D. Anto-
nin. 2. *p. n.* 9. *c.* 8. §. 2. Victor. *in ſum q.* 139. Zambr.
tit. de caſibus occurrentibus, articulo mortis, cap. 4.
dub. 1. *num.* 12. ut quacumque licet ætate exigua
pueri ad confeſſarios accedant, non ſolum ut
ab ipſis inſtruantur, & confeſſioni aſſueſcant, ſed
etiam, ut interrogationibus aliquibus factis ap-
pareat, quando ex ſufficienti uſu rationis hoc
præcepto confeſſionis ſint obſtricti; quæ con-
ſideratio plurimum juvat, quod circa præce-
ptum ſpei, & charitatis notatur in hoc corol-
lario etſi ſit caſus diſſimilis.

QUÆSTIO III.

An fides explicita neceſſaria ſit ad ſalutem de neceſſitate medii: & an ſufficiat credere, ut credit Eccleſia, vel an neceſſarium ſit neceſſitate medii, aut præcepti credere explicite myſteria fidei, & quælibet ad Doctrinam Chriſtianam ſpectantia, ſeu ſufficiat aliquos articulos fidei explicite tenere, & alios profiteri ſicut tenet Eccleſia & an omnes fideles adulti æq; ad id teneantur.

SUMMARIUM.

1 *Credenda ſunt explicite ea, quæ ſunt neceſſaria, & hoc præcepto juris Divini; & quæ per Miniſtros Eccleſiæ debent omnibus prædicari.*

2 *Fides adultis eſt explicite neceſſaria; & ſic homini eſt neceſſaria cognitio fidei unius Dei.*

3 *Salvari per ſolam fidem ſine operibus nemo poteſt, nec juſtificari; licet contra ſub* n. 5.

4 *Converſio mentis in Deum, per quam homines juſtificantur, debet eſſe ex actibus ſupernaturalibus.*

5 *Salvari hominem ſine fide ſolo modo naturali, ſi fidem ignoret, aliqui ſenſerunt,* n. 6.

7 *Cornelius Centurio, quia erat vir timens Deum, fuit illum inatus per Angelum,* n. 17.

8 *Credere, ut credit Eccleſia, qualiter à fidelibus debeat accipi, ut ſalvetur ab hæreſi,* n. 9. & 10.

11 *Credendi actus non ſufficit in actu ſignato, ſed exercito.*

13 *Natura rationalis nequit ad rem ſuper naturalem ordinari, niſi motu ſupernaturali.*

15 *Fides Chriſti ſemper fuit neceſſaria neceſſitate medii poſt Adami peccatum, & lapſum,* num. 15.

15 *Fides Dei, ut Auctor ſupernaturalis, ſemper fuit neceſſaria in majoribus: explicita, implicita in minoribus, & rudioribus, etenim credendo eſſe Deum remuneratorem, habebant fidem in Chriſtum Redemptorem.*

16 *Articuli fidei, num omnes debeant explicite credi, ſeu tantum quos ſolemniſat Eccleſia,* n. 17. 18. 19. & 20. *Etenim neceſſitate medii, ſive præcepti,* à n. 17. ad 29.

30 *Curati, & Clerici, ſive rudes, quomodo debeant credere fidei articulos.* n. 31. 32.

33 *Fides explicita Chriſti, intelligitur ex eo quod eſt verus Filius, verus homo, Redemptor, quod mortuus,* &c.

34 *Fideles, & ſi explicite teneantur credere fidei articulos, vel eorum aliquos, ſed non ſic expli-*

explicite, quæ continentur in ſacra Scriptura, vel ab ea per Eccleſiam deducuntur, ſeu determinantur, cum ſufficiat implicite ea credere.

35 *Fideles non tenentur explicite, credere & ſcire myſterium Circumciſionis, Adventum Magorum, & Miſſionem Spiritus ſancti, nec ſanctorum Communionem, nec creationem mundi fuiſſe in tempore, & non ab æterno, n.* 36.

37 *Fideles tenentur explicite credere Beatam Virginem ſic manſiſſe poſt partum, credere ſanctam Matrem Eccleſiam, & ſcire articulos fidei; prout in Symbolo, n.* 38. 39. *& num* 40. *ubi qualiter rudes eos ſcire teneantur, & quos, & n.* 41.

42 *Fideles tenentur credere, & recipere ea, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, ut ſacramenta omnia, omnibus, Baptiſmus ſcilicet, Pœnitentia, Euchariſtia, & Confirmatio, ac diſcere, quando ſumenda ſunt.*

43 *Sacramentorum notitia redducitur ad ſextum articulum, nempe ad ſalvatorum.*

44 *Præcepta Decalogi omnes tenentur ſcire, cum quilibet teneatur ſcire legem, in qua vivit, & alia Eccleſiæ, n.* 45. *& n. fin.*

46 *Fideles tenentur ſcire* Pater noſter opera miſericordiæ, *ubi qualiter, & ſe munire ſigno* Crucis, *n.* 47.

47 *Per ſignum Crucis profitentur fideles Trinitatis myſterium.*

48 *Traditiones Eccleſiæ, ut ſcire* ſalutationem Angelicam, Salve Regina, ſumere aquam *ad ingreſſum Eccleſiæ, qualiter obligent fideles, ut ea ſciant.*

49 *Fidei articulos ignorantes, orationem Dominicam, & Sacramenta quæ ſuſcipiunt, peccant mortaliter.*

50 *Fideles non æque tenentur ſcire articulos, & alia præcepta Eccleſiæ, ſed cum differentia inter rudes, & habiles, inter Laicos, & Clericos, inter Curatores, & religioſos, quibus ex officio incumbit, aut non, n.* 51.

52 *Epiſcopi, & Magiſtri in Theologia quomodo debeant ſcire articulos fidei, & alia præcepta Eccleſiæ ad docendum.*

54 *Pontifices plus tenentur, quam Abbates, & Inquiſitores, quam Magiſtri ſcire fidei materias.*

54 *Epiſcopus quali ſcientia debeat pollere circa quæſtionis fidei?*

1 AD primam, & alias difficultates, ut reſpondeam, præmitto ultra jam dicta: quod præceptum credendi, & ſciendi explicite ea, quæ ſunt neceſſaria ſit de jure Divino, & ratio eſt quia omnes tenentur jure Divino amplecti, & explicite ſummam doctrinæ Evangelicæ credere, juxta illud Marci ultimo verſ. 16. *Prædicate Evangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit;* igitur evenit ut quæ per miniſtros Eccleſiæ, debent omnibus prædicari, debent etiam explicite credi: ſic docent Ledeſma *tom.* 2. *ſumm. tract.* 1. *caſ.* 2. *concluſ.* 5. Reginal. *lib.* 28. c. 2. *ſect.* 1. *num.* 17. verſ. *item*, Sanchez *in ſumm. lib.* 7. c. 3. *n.* 13. Trulene, cum Azor. *in præcepta decalog. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 3. *num.* 12. ubi alia tradit.

2 Unde ad primam difficultatis partem reſpondebis ex dictis, ut adultis ſit explicite neceſſaria fides, ut patet ex dictis ſupra *ſub q* 1. & 2. & eſſe neceſſariam juxta authoritates ibi relat. Pauli *ad Hebr. cap* 11. *n.*6. Marci *c.* 16. *n.*16. quia nemo tendit in finem, niſi ejus, & mediorum neceſſariorum, ad illius conſecutionem habeat cognitionem, & ſic fit ut homini ſit neceſſaria cognitio fidei, unius Dei, ſi vult tendere in ipſum uti ſalutis Auctorem, & Datorem, & ſic fatentur omnes Catholici, tanquam de fide omnino credendum, cum D. Thom. *in* 3. *diſt.* 25. *q.* 2. ibi, Scotus, Durand. & alii, Beccan. *cap.* 12 *de fide. q.* 1. Sanchez *d. lib.* 2. *c.* 2. Bord. *de inquiſit. lib.* 1. c. 1. *à n.* 59. † Ubi 3
n. 60. per ſolam fidem ſine operibus hominem non juſtificari, nec ſalvari poſſe, *quia fides ſine operibus mortua eſt,* Jacob. *cap* 2. *num.* 26. & prius *ſub c.* 1. *n.*22. & ſic Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 9. declaravit, ut nullus ſola fide ſine operibus poſſit ſalvari.

Et licet ſcolaſtici putent poſſe hominem ſe 4
ſufficienter per actiones naturales diſponere ad obtinendam gratiam, ut ſunt Durand. *in* 2. *diſt.* 28. *q.* 5. Gabriel. ibi, *q. unica*, & 24. *diſt.* 14. *q.* 2. *art.* 2. contrarium eſt aſſerendum, nam converſio mentis in Deum, per quam homo juſtificatur, debet eſſe ex actibus ſupernaturalibus, ut patet, ex Conc. Melivitan. *can.* 4. Araue. *can.* 723. & 25. Irenæo. *libr*... 2. *c.* 28. Ciprian. *lib.* 2. *Epiſt.* 2. & *lib.* 3 *ad Quirin. cap.* 4. Auguſtin. *lib. de prædeſtin. ſanct. cap.* 3 Ambroſ. *lib.* 2. *in Lucam cap.* 3. Hieronim. *cap.* 63. *in Iſaiam*, refert. Barb. *dicta ſeſſ.* 6. *c.* 5. *n.* 2. 5

Et ob id ſi nonnulli ex Catholicis conveniant cum hæreticis ſuſtinentibus cognitionem fidei de aliquo objecto ſupernaturali non eſſe neceſſariam, ſed hominem adultum poſſe ſalvari ſine fide modo naturaliter cognoſcat, & amet Deum, ſi invincibiliter ignoret fidem Catholicam, ſic probantes ex illo *Rom. cap.* 2. *num.* 13. *Non auditores legis, ſed factores juſtificabuntur apud Deum*, *Matth.* 19. *num.* 16. ibi *Si vis ad vitam ingredi ſerva mandata*, quaſi afferentes, ut ad ſalutem ſufficiat obſervatio legis ſine ulla fi- 6
de. † Confirmantes ex eo; quia in ſtatu legis naturæ ab Adam, uſque ad Moyſem, & in ſtatu legis ſcriptæ ab ipſo uſque ad Evangelium, ex quo incepit ſtatus gratiæ, ſola cognitione naturali Dei, & obſervatione mandatorum ſalvarentur homines. Dicendum eſt in omni tempore fuiſſe neceſſariam fidem, ut jam ſupra probavi, *q.* 2. *ex c.* 20. *paralipom. Judith. c.* 14. *dict. cap.* 11. *ad Hebr. num.* 6. *& Eccleſ. cap.* 2. *num.* 6. Et ſic quiſquis ſervat præcepta naturæ & bene vivens conſequetur itidem per Deum ipſum viam ad cognoſcendum ſupernaturaliter, juxta illud Joan. *cap.* 1. *n.* 9. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;* Item, *Deus vult omnes homines ſalvos fieri:* ergo præbet illis media neceſ-
ſaria. † Ut contigit Cornelio Centurioni illumi- 7
nato per Angelum, quia erat vir timens Deum *actor. Apoſtol. cap.* 10. & Eunucho per Philippum inſtructo Baptizato *actor. cap.* 8. & educatum in ſylvis fore illuminandum; ſi bene viveret, docent Magiſter *in* 3. *diſt.* 25. Beccan. *cap.* 12. *de fide, q.* 1. *n.* 18. Tabiena, verbo *credere, num.* 5. Faber. *de pænit. diſp.* 26. *num.* 36. & 41. Cordub. *lib.* 2. *q.* 4. Bord. *d.* c. 1. *n.* 60. qui alia adducunt. Imo bene Berricel. docet *de miſſionibus Apoſtol. p.* 2. *de t.* 1. *de fide, q.* 6. cum ſuis lectionibus, de quibus neceſſario ſit inſtruendus adultus baptizandus, ſeu quæ explicite credere teneatur, ex neceſſitate præcepti & ibi *ſect.* 6. an ex præcepto ſit neceſſaria fides explicita Sacramentorum.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem an ſufficiat credere, ut credit Eccleſia, & quod ſufficiat ſic credere, videtur colligi ex eo quia ſunt multi rudes,& hebetes ingenii,qui cum explicitam fidem elicere neſciant, credunt tamen eo aſſumpto, dicendo, *credo, aut credimus quidquid Eccleſia credit:* alias,in quam ſi diceremus eſſe hæreticum credere, ut credit Eccleſia, fieret injuria quam pluribus Doctoribus aſſerentibus ſufficere rudibus ad ſalutem; quod credant implicite articulos fidei credendo, nimirum quidquid credit Eccleſia, quos
9 refert Farinac.*q.*17 *de hæreſi,n.*71. † Adhuc vero dici debet ſecundum omnes fere docentes ad ſalutem ſufficere credere quidquid credit Eccleſia: tamen affirmant nihilominus eſſe credendos aliquos explicite articulos; & ſic quod ſit prima propoſitio hæretica, aut erronea docent Sanch. *dicto lib.*2 *ſum.c.*3.*n.*3. quem ſequitur Laym *c* 8. *de fide*, cum multis Farin. *dicta q.* 179.*n.*70.& 71. Bord. *de inquiſit d.c.*1.*n.*78. putans tam eſſe hæreticam, tam reſpectu medii, quam præcepti, nam auctoritas jam relata, quæ dicit oportere accedentem ad Deum credere, refertur ad neceſſitatem medii, reliquæ ad neceſſitatem præcepti: & quod nomine actus credendi venit fides actualis, & explicita.

10 Et confirmatur ex eo quia hæreticum eſt dicere quod aliquis adultus ſalvari poſſit ſine ulla cognitione alicujus articuli; de fide maxime, cum illi proponitur; ergo erit quoque hæreticum dicere quem ſalvari poſſe cum hac ſola credulitate *credo, quidquid credit Eccleſia*, ſi ulterius non procuret quid in particulari credat Eccleſia.
11 † Et ratio eſt quia ſic credere, eſt habere fidem tantum in actu ſignato, quod non ſufficit ad ſalutem in adultis, qui actus revera non eſt credere, ſed tantum habere illum univerſalem conceptum credendi quod credit Eccleſia. Etenim requiritur in actu exercito per notitiam prædictorum articulorum fides exercita, ut docent relati, & Bannes 2.2 *q.*22.*art.*2.*concl.* Eymeric. *p.* 3. *directorii inquiſit. q.*10.*hæreſi* 8. & erroneum vocat illud primum Valentia 2. 2. *diſp.*1.*p.*4. Ledeſma *tom.*2.*tract.*1.*c.*2. quos pro ſe citat Sanchez *dicto lib.*2.*ſumm.c.*3.*n.*3.

12 Et quamvis nonnulli dicant ut poſſit dari caſus, ut juſtificetur quis ſine fide explicita Chriſti poſt promulgationem Evangelii, ut exemplificant DD. nonnulli ex caſu Cornelii jam relato *Actor.* 10. qui erat vir juſtus timens Deum, cujus tempore jam erat promulgatum Evangelium in ea Provincia, & non habebat fidem Chriſti explicitam, inter quos Richard. *in* 3.*diſt.*25.*art.*3. *q.*1 Sotus *lib.*2.*de natur.* & *grat.c.*11.& 12.& *in* 4.*diſt.*5.*q.unica art.*2. Vega *lib* 6.*in Trid. c.*17.& 20. & Villal 2.*p.ſum. tract.*1. *diſ.*3.*n* 6.& 7. Tamen dicendum eſt, ut ſit talis fides explicita neceſſaria, quia Theologi communiter docent *in* 3. *d.*25. omni tempore debuiſſe homines adultos habere fidem aliquam explicitam ſupernaturalem, ita ut contrarium dicant eſſe erroneum, Bannes 2.2.*q.*2.*art.*8.*dub.*1. Cann de Sacra *p.*2.*q.*2.*concl.*1.
13 † Et reddit rationem D. Tho. 2.2.*q.*2.*art.*3. quam ſequitur Villal. ſupra, *n.*3. quia natura rationalis nequit ad rem ſupernaturalem ordinari, niſi motu ſupernaturali applicans relatum Pauli locum *ad Hebr.* 11. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt,* & *inquirentibus ſe Remunerator ſit.*

14 Et confirmatur ulterius, quia poſt Adami peccatum ſemper fuit neceſſaria fides Chriſti neceſſitate medii, ſaltem implicite ad conſecutionem gratiæ, & gloriæ, cujus fides commendata eſt, ut patet ex locis Paul. *ad Ro.*3.4.& 5.*ad Galatas* 2.& 3.& 1.*ad Corinth.* 10. ſic Villal. *ſupra n.*4. qui probat hoc dictum *ex illo Actor.* 4. ubi Apoſtoli dicunt, *nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri:* docent Sanch. *lib.*2.*d.c.*2.*n.*7. Filiuc. *tom.*2.*tract.*22. *cap.*23. Bonac. *tom.*2.*diſp* 3.*q.*2 *puncto* 2.*propoſ.*2. *verſ. obſervandum*, Caſtr. Paino cum aliis *tract.* 4. *diſp.*1.*p.*9.*n.*2. † Expendit Ægidius Trulenc. videndus *in opere moral. lib.*1.*cap.*1 *dub.*2.*a n.*4. ubi probat quod fides Dei, ut Auctoris ſupernaturalis ſemper fuit neceſſaria, & *n.*5. quod poſt Adami lapſum, & ante Evangelii promulgationem, fides Chriſti fuit neceſſaria in majoribus explicita, in minoribus implicita, & ſic intelligit D. Thom. 2.2.*q.*2.*art.*7. dum ſcripſit, fuiſſet in quam multis ſanctis Patribus veteris teſtamenti fides Chriſti explicita, & quod per conſequens ii tenebantur explicite credere in Chriſtum præcipue illi, quibus hoc myſterium fuit revelatum, ut tenent Durand *in* 3.*diſt.*25.*q.*1. Albert. Magn. ibi, *art.*2. Richard. *in* 3 *q.*1.& 2. Marſil *q.* 4. ſed in minoribus, & rudioribus, quibus non erat myſterium Incarnationis revelatum, ſufficere in ipſum implicite credere. Etenim credendo eſſe Deum, & eſſe Remuneratorem donorum ſpiritualium, implicite habebant fidem in Chriſtum Redemptorem; & minores quidem, ut docet D. Thom. *ſup. artic.*6. & 7. non tenebantur habere notitiam tam claram, & diſtinctam, ſicut majores, aliquid dicam infra *q.*5. *verſ. ad tertiam, in fin.*

Ad tertiam quæſtionis partem, cui ſatisfieri 16
poteſt ex dictis *n. præc. à verſ ad ſecundam*, video Doctorum quadruplicem ſententiam; prima nempe aliquorum Canoniſtarum dicentium ſufficere ſatis eſſe implicite articulos fidei credere credendo nimirum quidquid credit Eccleſia; ſed ut jam dictum eſt videtur erronea ſententia hæc, quam Eimer 2. *directorii inquiſit. q.*10. *hæreſ.*8. refert de mandato Pontificis inter hæreſes ab Aragoniæ inquiſitoribus damnatas. † Secunda ſen- 17
tentia docet teneri omnes explicite credere, & conſequenter ſcire omnia fidei myſteria in Symbolo Apoſtolorum contenta ſic multi inter quos Bannes, Aragon. Valentia, relati à Sanch. *in ſum. c.*3 *lib.*1.*n.*4. Bonac. *tom.*2. *diſp.*3 *q.*2.*puncto* 2 *propoſ.*3.*n.*3. *verſ reſpondeo* 2. Filiucius *tract.*22. *c.*2. *n.*34. probantes primo ex Concil. Colonien. dum agitur de Symbolo, & Catechiſmo Romano, & colligunt ex D. Auguſt *lib. de fide*, *c.*1. *tom.*3.*p.* 6. & *ſerm.* 191. *de temp. tom.*1.*pag.*347. & Leon *ſerm.* 11. *de paſſione*, & D. Cyrillo Catech. 5. dum dicunt Apoſtolos compoſuiſſe Symbolum, ut ſtatuerunt quæ eſſent à fidelibus credenda, ſicque ſupponitur in multis decretis, quæ colligit Gratian. *de conſec. d.* 4. Et quia ea omnia publice circumferuntur ab Eccleſia, quaſi explicite credenda, & ſcienda; & quia ejuſmodi articuli dicuntur rudimenta fidei. † Tertia inquam ſententia do- 18
cet non teneri omnes explicite credere omnes articul. fidei, ut in puerorum Catechiſmo continentur, ſed eos, quos Eccleſia ſolemni ritu celebrat, quaſi velit ſolemniter omnibus proponere, ut vel ſic facile eos intelligant, ac explicite credant: ita Bonav. *in* 3.*d.ſt.*25.*art* 1.*q.*3. Sot. ibi, *q.*1. *ſed poſit.* Angel. *verbo fides*, *n.*7. Sylv *eodem verbo*, *q.*3. Navarr. *c.*11.*n* 22 *verſ.*6.*peccat.* & *lib.*5.*conſ.*5. *de pœnitent.* & *remiſſ.* in 1.*edit. conſ.*6. *quaſi.* 1.*in* 2.

conſ.

conſ. 10. *q.* 1. dicens ſub diſtinctione teneri omoes ſcire duodecim, vel quatuordecim articulos fi-
19 dei. † Quarta ſententia dicit teneri omnes explicite credere, & ſcire omnes quatuordecim articulos fidei in Cathechiſmo puerorum contentos; hujus ſententiæ ſunt Eymeric. 1. *p. directorii q.* 3. *n.* 3. Pegna *in comment.* 30. *verſ. quantum.* & 2 *p. q.* 10. *conſ.* 35. *verſ.* 8. *hæreſis*, Vaſquez 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *diſput.* 121. *c.* 2. *n.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. c. 6. *q.* 2. 3. & 4. & c. 7. *q.* 3. quibus in locis ait teneri fideles explicite credere omnes fidei articulos, quam exiſtimant probabiliorem Caſtr. Pal. *de fide art.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 10 *n.* 3. cum Sayr. *in clavi Regia lib.* 2. *c.* 9. *n.* 15. Suarez *de fide diſp.* 13. *ſect.* 4. & aliis, eamque videntur amplecti, ut communiorem, Sanch *dict.* c. 2. *oper. mor. lib.* 2. c. 3. *n.* 4. Vill. *in ſum. p.* 2. *d. tract.* 1 *difficult.* 8. *n.* 3. ex doctrina D. Tho. 2. 2. *q.* 2. *art.* 5. *ad finem corporis*, ubi hæc ait: *Quantum ad credibilia, quæ ſunt art. fidei tenetur homo explicite credere, ſicut tenetur habere fidem, quantum vero ad alia credibi-*
20 *lia ſatis eſt implicite.* † Et Ægid. Trul. *in opere morali*, alia in comprobationem prædictarum ſententiarum adducens *in opere moral. p.* 1. *lib.* 1. c. 1. *dub.* 3. *à n.* 6. tres poſteriores ſententias probat ibi *n.* 10. & ſuum judicium proferens in medium, eligit tertiam jam relictam, dicens ſatisfacere huic præcepto quemlibet ordinarium fidelem, ſi explicite credat fidei articulos, quos Eccleſia ſolemniſat ex D. Thom. *dict. q.* 2. *art* 8. ibi. *poſt tempus autem gratiæ revelatæ, tam majores, quam minores, tenentur habere fidem explicitam de myſteriis Chriſti, præcipue quantum ad ea, quæ communiter in Eccleſia ſolemnizantur, & proponuntur*, & docet expreſſe Eymer. *d.* 1. *p. direct. inquiſit. q.* 4. *n.* 4. *pag.* 63. ibi *ſufficit enim laicis ſimplicibus habere notitiam explicitam articulorum, de quibus Eccleſia feſtivat.*

21 Ex his incidimus in dubium, an hæc ſint credenda neceſſitate medii, aut præcepti, & videntur, ut credi debeant neceſſitate medii, ſicut jam dixi de fide habenda Dei in omne lege, item & Chriſti venturi poſt Adami peccatum in lege naturæ, & lege ſcripta implicite, & in lege gratiæ explicite, & eſt ratio, quia, ut jam dixi, cognitio Dei eſt neceſſaria, & cum myſteria ſanctiſſimæ Trinitatis, Incarnationis Verbi ſint ſcitu neceſſaria neceſſitate medii ad ſalutem, ut tenent Gabriel. *in* 3. *diſt.* 25. *q. unica, art.* 2. *concl.* 2. Valent. 2. 2. *q.* 2. *p.* 4. & 5. Molina *p.* 1. *q.* 1. *art.* 1. *diſp* 2. Malder. 2. 2. *q.* 2 *art.* 8. Becan. *c.* 12. *de fide, q* 2. Bonac. *p.* 2. *de fide. n.* 5. & 6. ſequitur idem dicendum de cæte-
22 ris Symboli myſteriis. † Et confirmatur quia in lege veteri fides implicita de Trinitate, & Incarnatione, neceſſaria erat ad ſalutem neceſſitate medii; ergo lege Evangelii poſt ſufficientem promulgationem ejus, fides utriuſque myſterii, eſt explicite neceſſaria, cum antea illa eſſent ſub nube, & in figura, nunc vero in luce, & in reali manifeſtatione omnibus promulgata.

23 Nihilominus video ut plerique commentatores Magiſtri, *in* 3. *diſt.* 25. ubi Scotus poſt recenſitos articulos, Tromb. *§. de nobis*, Ricardus *art.* 4. *q.* 1. Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *q.* 1. *lib.* 2. *de natura*, c. 12. Bartholom. Medina *lib* 4. *de recta in Deum fide*, c. 10. Vega *lib.* 6. *ſuper Trid.* c. 17 & 20. Sa verbo *fides*, *n.* 3. Turrian. *in* 2. 2. *diſp.* 27. *dub.* 4. & 8. Layman, *de fide c.* 7. *§. contraria*, Bord. *de inquiſit.* c. 1. *n.* 63. doceant prædicta myſteria explicite credi, non eſſe de neceſſitate medii, quia de hac neceſſitate ſolum eſt medium neceſſarium fides explicita unius Dei Remuneratoris, juxta allegatum lo-

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

cum D. Paul. *ad Hæbr. c.* 11. ibi, *credere oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & quia inquirentibus ſe Remunerator ſit*: ex ea ratione, quia licet initium noſtræ ſalutis à Deo ſit, tamen non ſalvat nos, niſi ad eum accedamus per fidem, cognoſcentes illum, uti ſupremum Dominum omnium bonorum, non ſolum naturalium, ſed etiam ſupernaturalium largitorem. † Et quod cætera myſteria 24
Trinitatis, & Incarnationis credenda non ſunt neceſſitate medii; ſed tantum implicite cum cæteris articulis, probant. quia hujuſmodi præciſa obligatio nullibi reperitur expreſſa in ſacris Literis, nec in conciliis à Sanctis Patribus definita, alias, inquiunt, jugum Chriſti non eſſet ſuave, & onus leve, ſed rigidum, & grave. atque ideo multi innocentes adulti perirent: & ſic amplectuntur hanc opinionem, uti favorabiliorem.

Nec dicunt obſtare fundamenta contrariæ 25
ſententiæ ex dicto cap. Pauli *ad Hæbr* 11. ex quo colligunt duo, nempe de neceſſitate medii credenda eſſe explicite, nempe quod Deus ſit, & Remunerator, & Trinus, & Incarnatus, & de myſterio Trinitatis probant ex illo *Matth* 18. *n.* 15. *Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus ſancti.* De Incarnatione ex illo *Joannis c.* 1. *n.* 12 *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus.* Item *cap.* 3. *n.* 15 *& omnis qui credit in ipſum, habeat vitam æternam*, & ibi, *n.* 28 *Qui credit in eum non judicatur, qui autem non credit jam judicatus eſt, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei, & actor. c.* 8 *n.* 37 *ſi credis ex toto corde, licet & reſpondens ait, crede filium Dei eſſe Jeſum Chriſtum*; cum ergo Chriſtus ſit fundamentum totius ſalutis noſtræ, ut patet ex Symbolo, ibi, *qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis*, ſequitur ut ſine explicita cognitione ipſius, nullus ſalvari poſſit; nec enim Philippus baptizaſſet Eunuchum Reginæ Æthiopum, ſi non credidiſſet explicite illa quatuor
contenta in ſua fidei profeſſione. † quia reſpon- 26
dent Doctores ſecundæ relatæ ſententiæ in prædictis, & aliis Scripturæ locis ſolum eſſe ſermonem de neceſſitate præcepti, non medii, cum ſupponant accedentem ad Deum inſtruendum eſſe in fide Chriſti, qui jam edoctus ſi noluit credere myſteria Trinitatis, & Incarnationis, jam judicatus eſt, quia caret fide, quæ eſt fundamentum ſalutis; ſed non judicare hujuſmodi myſteria ita eſſe neceſſaria ſcitu, ut invincibiliter ignorantes ſalvari non poſſint, cum per hujuſmodi ignorantiam non dicantur accedere ad Deum, ut trinum, & incarnatum, nec ſic tenendo implicatur hæc doctrina ex adductis ſupra *ſub verſ. ad ſecundam, cum aliis*: & videbis dicta infra, c. 1. *q.* 1.

Unde jam reſpondebis ad aliam prædictæ 27
difficultatis partem, ut quod licet articuli fidei noſtræ debeant ſciri à fidelibus Chriſtianis, in quibus doctrinæ Chriſtianæ cumulus continetur, ſed hanc fidem non eſſe neceſſariam explicitam neceſſitate medii, ſed præcepti divini; imo & hoc modo dicta fore explicite neceſſariam in omnib. artic & præceptis fidei, cum ſufficeat in
nonnullis fides implicita. † Etenim fideles mi- 28
nores, quibus non incumbit ex officio alios docere, ſufficit, ut ſciant articulos ſecundum ſubſtantiam, v. g. in articulo Trinitatis ſatis eſſe, ſi intelligant Patrem; & Filium, Spiritum S. eſſe unum Deum, non plures Deos, non vero ſit neceſſarium, ut quilibet percipiat unam eſſentiam eſſe in tri-

29 bus perſonis. † Et in credendo myſterio Incar-
nationis Chriſti, ſufficiat ſcire Chriſtum eſſe
Filium Dei verum Deum, verumque hominem
non autem opus ſit intelligere eſſe unam perſo-
nam, & duplicem naturam; quod multi, & for-
ſan Docti non percipiunt: videbis Sanch. *tom.* 1.
*ſum.lib.*2.*c.*3.*num.*16.& 17.Azor.*inſt.moral lib.*8.
*tom.*1.*cap.*6.*quaeſt.*5. Filiuc. *tom.*2.*tract.*22.*cap.*2.
*num.*38.Petrum Ledeſma *tom.*2.*tract.*1.*cap.*2.*con-
cluſ.*8. Caſtr. Palao, & alios, quos citat Trulenc.
30 *in ſum. moral.dict. c.*1. *dub.*3. *num.*15. † ubi cum
multis, quos citat Sanchez *n.* 8. & Villalob.
*dict.*2. *p.ſumm. tract.*1.*dif.*3.*num* 6. & cum Filiu-
cio *ſup. num.* 39. dicit eſſe tenendos, & ſcien-
dos etiam à ſimplicibus Chriſtianis fidei ar-
ticulos explicite; quod ſi oimia rudes ſint, te-
neantur tunc alios articulos ſcire, oimirum
myſterium Trinitas, & Incarnationis, quia
horum ſcientia eſt neceſſaria neceſſitate medii,
videlicet, Deum eſſe trinum, eo modo, quo ſi-
gno Crucis exprimitur, Dei Filium eſſe incar-
natum, & mortuum, à quorum ſcientia nemo,
etſi rudiſſimus, ſi uſum rationis habeat, excu-
31 ſari poſſe videtur, † cum videamus bujus modi
homines etiam rudes mandare memoriæ canti-
lenas aliquas, ſcire contractus, arborum vitia,
& animalium, & alia inutilia; imo & nociva ani-
32 mæ: † qui & *an.* 16. multis comprobat quod me-
diocres ut Clerici, præſertim Curati, confeſſa-
rii. Concionatores, ac omnes Religioſi, quorum
eſt verbo, vel facto de credendis, vel agendis, ſim-
plices erudire teneantur, explicite credere quem-
libet articulum ſigillatim, & ad aliqualem de-
clarationem articulorum, oon æqualiter, ſed ſe-
cundum magis, & minus, prout congruit eorum
officio, quia ad plus tenentur Curati, quam non
curati, & plus religioſi, & clerici, quibus in-
cumbit verbum Dei clero & Populo prædicare,
& confeſſiones audire quam religioſi, & clerici,
quibus hoc non incumbit, & docent Ledeſma
2.*tom.ſumm tract.*1.*c.*2.*concluſ.*6. Eymericus 1.*p.
director. q.* 12.*n.* 4. & alii, & videbis quæ dixi *in-
fra in cap.pen.& fin.de ætate, & qualit.ordin.*& Vil-
lalob. *ſupra tota dif.* 4.

33 Qui dicta *dif* 3 *n. fin.* dicit eum Sanchez *ſupra
dict.cap.*2 *n.*9. Valencia 2.2. *diſp.*1. *q.*2. *puncto* 4.
Bannes 2.2.*q* 2.*art.*8.*dub fin.concl.*3.*n.*101. intel-
ligere per fidem explicitam Chriſti, ut ſit cre-
dendum quod eſt verus Dei filius, verus homo
Redemptor generis humani, quod mortuus fuit
pro nobis, quod reſſuſcitavit, & per fidem ex-
plicitam Trinitatis, ut credamus tres perſonas,
Patrem, Filium & Spiritum ſanctam, & unum
verum Deum, non tres Deos. Sed ut vides ex
adductis ſupra hoc dubio *in* verſ. *nihilominus*, &
verſ. *ſequenti*, hæc videntur non eſſe oeceſſaria,
ut ſciantur explicite de neceſſitate medii, ſed
præcepti.

34 Ad quartam quæſtionis partem dicendum eſt
ut cumque explicite teneantur fideles ſcire arti-
culos fidei, vel eorum aliquos, ut dictum eſt,
ſed non teneantur credere explicite cætera, quæ
continentur in ſacra Scriptura, vel ab ea per Ec-
cleſiam deducuntur, & determinantur, ſed ut
ſufficiat implicitu credere, oimirum, credendo
quidquid credit Eccleſia Catholica, ut docent
D.Thom.2.2. *quaeſt.*2.*art.*5. Eymericus *de inqui-
35 ſit.pag.*78.*n* 7. † Et ſic ut fideles communiter, &
per ſe loquendo non teneantur explicite crede-
re, & ſcire myſterium Circumciſionis, Adven-
tum Magorum, & miſſionem Spiritus ſancti;
Suarez *tract.de fide, diſp.*13.*ſect.*4.*n.*3.& alii. Nec
ſanctorum communionem, ut exiſtimant Vill.
D.Thom.2. *dif.*4. *n.*3. cum Azor. Thom. Sanch.
& aliis, quia hujus rei ſcientia non videtur ſic
neceſſaria ſcitu, & videtur habere majorem ſub-
tilitatem, cum etiam docti diſputent in quibus
rebus hæc communio conſiſtat, quibus addo
Conink. *dub.*10. *in* 2.2. D.Thom. *diſp.*14.*n.*189.
Villalob. *in ſum.p.*2.*tract.*1.*dif.*4.*n.*3. Dianam *p.*3.
*tract.*5. *miſc.*1.*reſ.*48. verſ. *quoad*: licet affirmati-
vam ſententiam doceant Jannerus 2.2. *diſp*, 1.*q.*7.
*dub.*3.*n.*70. Turrianus *in* 2.2 *tom.*1.*diſp.*28.*dub.*1.
aliquid dicam iofra *in c.*1. *ſub q.* 1. *verſ. ad ſecun-
dam.* † Et quod nec teneantur fideles explicite 36
credere creationem mundi fuiſſe in tempore, &
non ab æterno, Suarez *ſupra n.*6. Ægid. Trulenc.
*ſupra. dicto c.*1. *dub.*3. *n.* 18. † Ubi cum aliis non 37
excuſat à peccato mortali eos, qui explicite non
ſciunt, & credunt B. Mariam Dei Matrem poſt
partum, ac perpetuo manſiſſe Virginem, quia
hæc veritas eſt valde communis apud omnes;
ſed Suar. *ſub.* 9. oppoſitum exiſtimat probabi-
le. Diana ſupra, alios refert. † Villal. inquam *ſu-* 38
*pra d. n.*3. *in fin.* dicit ut credere explicite ſanctam
Matrem Eccleſiam, ſit res clara, quia eſt quæ pro
ponit ea, quæ credenda ſunt: videbis quæ con-
geria Bord. *de inquiſit. c.* 1. *n.* 79.

Ubi ait cum multis, ut omnes teneantur ſcire 39
articulos fidei prout in Symbolo Apoſtolorum
continentur, quia illud eſt fundamentum, & ba-
ſis noſtræ ſalutis, & univerſale principium, in
quo omnes fideles conveniunt; & ſic ut ſit neceſſa-
rium, ut addiſcatur à fidelibus adultis, ne dicantur
ignorare principium, & fundamentum ſuæ ſalu-
tis: & in Concilio Agatenſi juſſum fuiſſe præ-
dicari in Eccleſiis ut omnes illud addiſcerent, *c.
Symbolum* 54. *diſt* 4. *de conſecr.* quod adulti ante-
quam baptizentur, debent addiſcere *ex cap. ba-
ptizandos* 56. *cap. non liceat* 57. *eadem diſt.* † ſed 40
limitat ut intelligatur juxta capacitatem uniuſ-
cujuſque, quia Deus non obligat ad impoſſibi-
lia, nec ad ea, ad quæ quis pervenire non poteſt
per ſuam capacitatem, ubi excuſat rudes, ſi tan-
tum inconfuſo ſciant, modo ſciant principalia,
de exiſtentia, providentia, Trinitate, & Incarna-
tione, quod Chriſtus ſit de Maria Virgine, paſ-
ſus, mortuus, & quod reſurrexit propter no-
ſtram ſalutem; † eos excuſatos ſi ignorent my- 41
ſteria Circumciſionis, Epiphaniæ, Pentecoſtes,
quia non exprimuntur in Symbolo ex Doctori-
bus citatis à Diana *p.*3.*tract.*5. *reſp.*48. item arti-
culos deſcenſus ad inferos, communionis San-
ctorum ex eodem, & Sanch. *in ſum. lib.*2. *c* 3. *n.*7.

De Sacramentis Eccleſiæ dicunt, ut fideles 42
adulti debeant recipere illa, quæ recipere de-
bent, eo quod ſunt de neceſſitate ſalutis *ſeſſ.* 7.
*Trid.can.*4. & ſic prius ſcire, ut addiſcant diſcer-
nere ſpiritualia à temporalibus, ne dicatur de illis
nolite projicere margaritas ante porcos, quorum
præcipua ſunt Baptiſmus pro adultis, Pœniten-
tia, Euchariſtia, etiam Confirmatio, quæ ſunt
communia omnibus fidelibus; & quod ſufficiat
ea addiſcere, quando ſumenda ſunt: ſic Docto-
res cum Suarez *diſp.*13.*de fide, ſect.*4. *n.*12. Diana
alios citans *p.*3.*tract.*5.*reſp.*48. Becan. *c* 12. *de fi-
de n.*12. Bonacina *c.*2 *de fide n.*13. Sanchez *lib.*2.
*c.*3.*n* 9. Bord. ſupra *n.*80. cum aliis Trulenc. *dicta
p.*1.*ſum.mor.c.*2.*dub.*3.*n.*19. † Ubi dicit quod no- 43
titia Sacramentorum reducitur ad ſextum arti-
culum,

culum, nempe ad ſalutem, cum ſalvemur à Deo per Sacramenta: ſic Azor. *lib.8.mor.c.6.q.3.* De cæteris, in quam Sacramentis dicit Reginald. *lib.27. cap 2. ſect.1.n.19.* Trulenc. *dicto num.* 19. Ut qui vult ea ſuſcipere, teneatur ea ſcire, quod ſint ſacramenta, & non eſſe in peccato mortali ſuſcipienda.

44 Cumque quiſibet debeat ſcire legem, in qua vivit, ut eam integram, inviolatamque ſervare poſſit, ut dicit Sanchez *dict. cap.* 3. *n.* 10. ſequitur dicendum, ut teneantur fideles ſcire præcepta. Decalogi, & Eccleſiæ non eo ordine quo in Catechiſmis proponuntur, ſed quoad ſubſtantiam, v. g. ut ſciat reſpondere non eſſe perjurandum, occidendum, furandum, quorum ſubſtantia conſiſtit ut multis probat Villalob. *part.2.tract.*1. *dif.*4. *num* 22. *in fine,*ut ſciat
45 prædicta.†Et ſacrum non audire in diebus feſtis, non jejunare, & ſic peccatum mortale, & comprobat, quia ſunt multi habentes obligationes plures de regula, ac de officio, quas memoriter non referent.

46 Tenentur etiam Fideles ſcire orationem Dominicam *Pater noſter:* opera miſericordiæ, & patienti neceſſitatem animæ, aut corporis, quandoque ſubvenire, ſed non ordinatim ſcire, non erit peccatum, ex prædicta cauſa ſufficiet, ut ex oratione Dominica intelligant, ut omnia bona animi, & corporis ſint à Deo petenda, eorum auctore: ſic Sanchez, Villal. *ſupra,* Azor. *lib.* 8. *mor. tom.* 1. *cap.* 7. *q.* 5. Sylveſter verbo *ſcientia,* Navarrus *cap.* 11. *n.* 22. *verſ. ſeptimo peccat,* Tru-
47 lenc. *ſub dicto n.*19. † Ubi inſuper ait ut teneantur fideles ſe munire ſigno crucis, & exiſtimat Sylveſter *ſupra,* quod hæc obligatio eſt ſub mortali; verum Azor *ſup.* Sanchez *n.*14. & idem Trulenc. dicunt id non ſcire eſſe peccatum veniale grave; eo quod tranſgreditur Apoſtolicam traditionem, & quia per ſignum crucis profitentur Fideles Trinitatis myſterium: ſed Villalobos inclinat *dict. n.* 12. & exiſtimat peccare moraliter neſcientes ſe munire crucis ſigno, cum hoc ſit primum, quod docetur parvulis fidelium; & quia qui hoc neſciunt, cenſentur nihil ſcire, & ſi Trulenc.*dict.n.*19. non audeat ſub
48 mortali condemnare, † quia non omnes traditiones Apoſtolicæ obligant ſub mortali, ſicut nec ſalutatio Angelica, ſumere aquam benedictam ad ingreſſum Eccleſiæ, quæ ſunt traditiones Apoſtolicæ; & ſic nemo teneatur ſcire ſalutationem Angelicam, *ſalve Regina.* quamvis bonum, & laudabile ſit ea ſcire, & de aliis in doctrina, Chriſtiana & Catechiſmis puerorum contentis; idem dicit Trul. cum multis adductis à Caſtro
49 Palao.†Unum poſt alia dicens *n.*9. ut ignorantes fidei articulos, Symbolum, Decalogum, Orationem Dominicam, tum etiam, & Sacramenta, quæ ſuſcipit modo ſupra explicato, peccant mortaliter, eſſeque communiter ab abſolutione rejiciendos; de quo puncto ipſe ex propoſito agit cum multis ibi *toto dubio* 4. ubi videbis. Quibus addo Bonacinam *part.*2. *de fide n.*13. *&* *item,* Becan. *p.*4. *caſu* 1. ubi multa ſcribit, Laym. *lib.*2. *tract.*1.*cap.*9.*n.*4. Bordonus *dicto c.*1. *n.*81. & 82.

50 Ad ultimam quæſtionis partem, an ad ſcienda prædicta æque teneantur omnes adulti fideles; ad quod reſpondeo diſtinguendo, ut jam diſtinxi inter adultos, rudes, Hebetes ingenii, laicos habiles, Clericos, Religioſos, Parrochos, & prælatos; nam inter iſtos debet eſſe non minima differentia, quia, & ſi jam ſupra dixerim, quod laici adulti, ſeu hebetes, aut rudes non teneantur ſcire rudimenta fidei, niſi modo dicto, nec obligentur ſcire quæſtiones, ſeu difficultates, quæ ſolent inter doctos occurrere circa intelligentiam omnimodam tam de articulis fidei, quam de ſacramentis, ſed tantum quoad ſubſtantiam illorum, ut docent Sanchez cum aliis *in ſumm. lib.*2. *cap.*3. *num.*9. Villalobos *dicta difficult.*4. *tract. n.*4. cum aliis Diana *p.*2. *tract.*5.
miſcel; dicta res, 48. † Tamen excipiuntur do- 51
cti, ut ſunt Clerici, Religioſi, & alii, quibus ex officio incumbit adminiſtrare, & docere, veluti Parrochi, & inter iſtos eſt magis, & minus, quia ad plus tenentur Curati, quam non Curati, & ad plus Clerici, & Religioſi, quibus ex officio incumbit verbum Dei Clero, & populo prædicare, & confeſſiones audire, ut jam dixi, cum Ledeſma, Eymerico, & Trulenc. *dicto dub.* 3. *n.* 16. ubi dicit quod ii teneantur ſcire articulos fidei ſecundum declarationem, quæ communiter habetur in Catechiſmis, præſertim Romano, qui ad Parrochos eſt directus, ut docet Filiucius *tract.* 22. *c.* 2. *n.* 35.

Item majores prædicti, ut ſunt Epiſcopi, Præ- 52
lati, Magiſtri ſacræ Theologiæ, & Doctores, debent ſcire expreſſe articulos ſecundum difficultates, quæ communiter fieri ſolent circa illos ut docet Ledeſma *in ſumm.*2.*tom. tract.*2.*c.*2.*concluſ.* 7. ubi dicit Epiſcopos teneri explicitè ſcire tria ſymbola cum ſuis omnibus difficultatibus, & ſubtilitatibus. † Tenentur enim non ſo- 53
lum minores, ſed etiam mediocres docere, ut ait Petrus, *Rom.*1. *epiſt. c.*3. *verſ.* 15. ibi *parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe:* ſic etiam tenent Filiucius ſupra *n.*36. Eymericus *de inquiſit.*1.*p.direct.q.*12. *n.* 4. *pag.* 77. & 78. *n.* 6. Trulenc. *dicto dub.* 3. *n.* 17. & videbis Trid. *ſeſſ.* 7. *cap.* 2. & *ſeſſ.* 22. *cap.* 5.

Et ob id dici debet ut ad plus teneantur 54
Pontifices, quam Abbates, & ad plus pravitatis hæreticæ inquiſitores, quam magiſtri, & Doctores cum ſint fidei judices † & plus quam omnes 55
ſummus Pontifex, ad quem pertinent ea, quæ ſunt fidei ſententialiter determinare in confuſa fide, & ad quem ſunt majores, & difficiliores quæſtiones fidei, ad Eccleſiæ deducendæ, ut habetur in decreto *diſt.*44. & colligitur hæc doctrina ex *S.Thom.*2.2.*q.*2.*art.*6. ubi docet non omnes teneri æqualiter ſcire, & expreſſe credere, & concludit majores homines, ad quos pertinet alios erudire, teneri habere pleniorem notitiam de credendis, & magis explicite crede-
re. † Et Caſtr. Palao de fide *tract.*4. *diſp* 1. *pun-* 56
cto 10.*n.*11. advertit bene, non eſſe opus Epiſcopum ita eſſe doctum, ut ex tempore poſſit omnes difficultates adverſus fidem inſurgentes ſuperare, ac diſſolvere, ſed quod ſufficiat adhibito ſtudio, & conſilio peritorum id facere poſſe, de quo videbis Suarez *de fide diſp.* 13. in fine, &
Egidium Trulenc *in opere moral. in* 4. *præcepto* 57
*cap. unico n.*3.†quid dicto *lib* 1 *cap.*1. *dub.*3.*n.*16. in fine dicit quod unuſquiſque tenetur ſcire, ea, quæ ad ſuum officium recte obeundum, ſunt neceſſaria, & hæc applicabis ad ea, quæ dico infra in *cap. pen.* & *fin. de ætate,* & *qualit. ordin.* Videbis quæ dico infra *in cap.* 1. *quæſt.* 3. *verſ. ad primam.*

QUÆSTIO IV.

An qui credit articulos fidei, qui continentur in ſymbolo Apoſtolorum, ſed quoſdam alios ab Eccleſia propoſitos, ad credendum diſcredit, ſalvari poſſit Et an fideles teneantur omni tempore exterius fidem catholicam confiteri, ſeu quando: ubi quid denegante eſſe Chriſtianum & an liceat aliquando, omitte reſignum inſtitutum publica lege ad cognitionem veræ fidei.

SUMMARIUM.

1 *Credere ad ſalutem neceſſarium eſt quidquid Eccleſia proponit de fide credendum.*

2 *Hæreticus, niſi ſuam hæreſim abſcidat ſalvari non poteſt, quamvis alias ſit vir bonus.*

3 *Confeſſio fidei externa eſt ad ſalutem neceſſaria propter Dei honorem, aut proximi & in quibus caſibus ibi obliget explicite ſub n. 4.*

5 *Dei honor, aut quando cenſeatur auferri, aut utilitas proximi non confitendo fidem re-*miſſive.

6 *Rogatus de fide, & tacens, an peccet contra præceptum confeſſionis fidei. An liceat, quibus fugere tempore perſecutionis fidei, & ſeu liceat catholico ad ſe occultandum uti veſtibus infidelium, ſeu eſſe in hoſpitiis infidelium, ſimulando fidem, carnes comedendo, &c. ſeu commoranti inter hæreticos adire eorum templa, intereſſe conventibus n.* 7. 8. 9. & 10. remiſſive.

11 *Interrogatus de ſua fide à publica poteſtate, tenetur etiam cum periculo vitæ directe reſpondere eſſe Chriſtianum; ſecus ſi à privata perſona interrogetur n.* 12. *Quando ſe excuſet quis à tali confeſſione fidei, vel non num.* 17.

13 *Fidelem ſe negans, ſive Chriſtianum, peccat mortaliter; ſecus ſi negaret ſuam nationem.*

14 *Negans ſe Clericum, vel Religioſum, non peccat contra fidem, nec eſt illicita veſtium Clericalium depoſitio inter infideles, nec Pilei Hæbraici geſtatio ad vitandam mortem, nec ſimulare ritus alienos in præſentationibus, nec carnium commeſtio ad evitandam mortem.*

15 *Papiſtam ſe negans interrogatus coram hæreticis peccat mortaliter, niſi interrogaretur in bello, & qui negant poteſtatem Romani Pontificis.*

16 *Idolum adorare, externe eſt peccatum mortale, nec licet illud fabricare, nec aſſiſtere concionibus, nec fabricare ſynagogam Hæbræis, aut agnum.*

18 *Signum publica lege inſtitutum ad dignoſcendam fidem ſecundario, veluti coloris in veſtibus licet omittere, non ſic quando primario ob fidei religionem poſitum eſt à lege, ſi periclitatur Dei honor, & proximi utilitas.*

20 *Servus Chriſtianus tenetur obſequium Domino præſtare in templis infidelium, dum non colat ibi idolum, &c.*

21 *Sectam falſam nequit quis ſimulare verbo, vel facto, etiam ſi non inſtet præceptum confeſſionis fidei, ſi ſerio fiat non ſi joco, & n.* 22.

22 *Genua flectere coram Idolis ad ſimulandam adorationem ac illicitum.*

AD primam difficultatis partem, & ſi vi- 1
detur quod illi tantum ſint neceſſarii ad ſalutem, & de aliis Eccleſiæ non ſit curandum, tamen cum neceſſarium ſit ad ſalutem credere quidquid Eccleſia de fide proponit credendum propter ſymbolum Apoſtolorum, in quo continentur quatuor jam dicta *ſub q. præcedenti*; ideo credendi ſunt, & reddit rationem Bordonus *de inquiſitione cap.* 1. *numero* 83. quia qui negat pertinaciter non ſolum plures articulos; imo etiam unicum, quicumque ille ſit, ſtatim fit hæreticus formalis carens omni fide, ut jam adduxi ſub di-
cta *q.* 3. † Ergo niſi ſuam hæreſim abſcidat ſalva- 2
ri nequibit, cum iſte fide careat, & ſit extra Eccleſiam Dei, extra quam nullus poteſt dicens, ut de hoc nulla ſit difficultas, quamvis alias ſit vir bonus, & totam Dei legem ſervaret, quia id nil ei prodeſt ad ſalutem; ſic ut verificetur de eo illud Jacob. *cap.* 2. *n.* 10. *quicumque totam legem ſervaverit, offendit autem in uno, factus eſt omnium reus*; id eſt, quod ſalutem animæ: alia tradit videnda Bordonus *à n.* 84. ubi de dubio, an detur ignorantia invincibilis fidei, tam in genere, quam in ſpecie: & cum multis Trulenc. *in opere moral. p.* 1. *cap.* 1. *dubio* 5. ubi reſolvit cum Caſtro Palao, Azor, Filiucio, & aliis: & *dubio* 6. quando obliget actus fidei internus, de quo jam ſupra adduxi.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an fideles 3
teneantur omni tempore exterius fidem catholicam confiteri, ſeu quando. Et ut reſpondeam præmitto dicendum hanc confeſſionem externam eſſe ad ſalutem neceſſariam, propter Dei honorem, aut proximi, ut omnes docent, cum D. Thom. 2. 2. *q.* 3. ex illo Pauli *ad Roman.* 10. *n.* 9. *ſi confitearis in ore tuo Dominum Jeſum, & in corde tuo credideris ſalvus eris & num.* 10. ibi *corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, & in art.* 2. *dicta q.* 3. dicunt cum eo omnes ut obliget ea confeſſio in prædictis caſibus honoris Dei, & proximi utilitatis, quia cum fides periclitatur, vel in ſe, vel in proximo, tunc adeſt obligatio illam confitendi, & docendi, ut debitus honor Deo reddatur, & proximus ſublevetur à miſeria, & cæcitate infidelitatis; fides enim ponitur in diſcrimine; nam cum quis interrogatus an habeat fidem, an fides Chriſti ſit vera fides, tacet, cum tunc fidem confiteri teneatur, ſequitur ut tunc quando quis creditur dubitare de fide, aut eſſe negaturum, teneamur tunc confeſſione fidei illum edocere, & dirigere in viam ſalutis: ita Bordonus *de inquiſit. cap.* 1. *num.* 95. Trulenc. *in opere morali lib.* 1. *dub.* 7 c 1. *num.* 4.

Et his duobus caſibus addo alios, in quibus obligat hoc præceptum, primus quando tenetur aliquis res fidei, & religionis Chriſtianæ docere alios. Secundus quoties nobis periculum negandæ exterius fidei imminet. Tertius quandocumque ita obligamur, ut religionis actum præſtare oporteat, hoc eſt debitum cultum Deo tribuere, quia tunc eo ipſo tenemur fidem ſaltem implicite profiteri ſive verbo, ſive facto, ſive ſigno;

ligno; nam ipſius actus eſt quædam fidei impli-
cita confeſſio: ſic colligit Azor *lib.* 8. *moral.* c. 7.
quos caſus reducit Sanchez ad primos duos
jam *num. præcedenti* relatos; nam primus redu-
citur ad poſteriorem, nempe ad proximi utili-
tatem, & duo ultimi ad priorem, nempe ad Dei
honorem, in quibus etiam continentur illi, qui
adducuntur à Caſtro Palao *de fide tract.* 4. *pun-
cto*, 13. Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. & recolligens
Villalobos cum pluribus ab eo relatis aliquos plu-
res caſus *dicta* 2. *p. ſumm. dif.* 5. concludit n. fin.
eos eſſe reducendos, & alios ſimiles ad prædi-
ctos duos honores Dei, ac proximi, & alia di-
cens Trulenc. *in opere morali dicta p.* 1. *lib.* 1. *c.* 1.
n. 4. expendit *à n.* 5. 6. 13. 16 22. 26. difficultates
5 ſequentes. † Prima quando cenſeatur honor
Dei, aut proximi utilitas auferri, non confiten-
do fidem, de qua Sanchez *ſupra n.* 4. Filiucius
6 *tract.* 22. c. 3. *n.* 72. † Secunda an rogatus de fide
catholica, & tacens peccet contra præceptum
confeſſionis fidei, de qua Sanchez *dicto lib.* 2.
oper. mor. cap. 4. *n.* 6. Filiucius, *dicto tract.* 22. c. 3.
n. 63. Suarez *de fide diſp.* 14. *ſect.* 3. *n.* 6. Caſtr. Pa-
7 lao *dicto tract.* 4. *part.* 1. *puncto* 14. *n.* 2. † Tertia
an & quibus liceat fugere tempore perſecutio-
nis fidei, de qua Palao *ſupra punct.* 15. *num.* 3.
Suarez *diſp.* 14. *ſect.* 3. Filiucius *dicto tract.* 22.
8 *cap.* 3. *n.* 75. & 76. *cap.* 3. † Quarta an liceat ca-
tholico ad ſe occultandum uti veſtibus infide-
lium, aut hæreticorum, de qua Cajetan. 2. 2. *q.* 3.
art. 2 Sanchez *dict. lib.* 2. *oper. moral. cap.* 4. *n.* 17.
Filiuc. *dicto tract.* 2. *cap.* 3. *q.* 6. *n.* 79. Villalobos
dicta dif. 5. *num.* 16. Azor *lib.* 8. *inſtit. moral lib.* 8.
cap. 27. *q.* 4. Suarez *dict. diſp.* 14. *ſect.* 5. *n.* 7. Palao
9 *puncto* 17. *num.* 3. & alii. † Quinta an liceat ca-
tholico eſſe in hoſpitiis infidelium ſimulando
fidem, comedendo carnea diebus vetitis: de qua
Sanchez *dicto cap.* 4. *n.* 24. Azor *cap.* 27. *quæſt.* 3.
Filiuc. *ſupra n* 84. Caſtro Palao *n.* 10. Villalobos
10 *n.* 13. † Sexta an liceat catholico commoran-
ti inter hæreticos adire eorum templa, intereſſe
eorum conventibus, & concionibus, de quo
Azor *ſupra cap.* 27. *q.* 5. late Sanchez *ſupra dict.*
cap. 4. *n.* 26. cum aliis Caſtro Palao *n.* 12. & ad
plures caſus cum iſtis relatis, & præter hos Bor-
donus *de fide dict. cap.* 1. *à n.* 96. ubi aſſignat 17.
quæſtiones eas reſolvendo, quas poteſt quilibet
peritus ex regula adducta diſſolvere, quare eas
non tranſcribo & an ſit præceptum de confeſ-
ſione, fide externa & quando obliget late cum
infantes, & per plures ſectiones Berricelus *de miſ-
ſione Apoſtolic. p.* 2. *tit. de fide*, *q.* 8. *ibi q.* 9. agit de
quæſtione an grave peccatum ſit ultronea con-
feſſione abſque juſta cauſa provocare fidei
hoſtes.

Ad tertiam quæſtionis partem an interroga-
11 tus de ſua fide teneatur aperte reſpondere ſe eſſe
Chriſtianum. Reſpondeo quod ſi interrogatur à
publica poteſtate, tenetur fateri etiam cum pe-
riculo vitæ directæ reſpondere ſe eſſe Chriſtia-
num, quia certum eſt extare præceptum de fide
confitenda: ergo maxime in hoc caſu; nam in
terrogato tacente, vel diſſimulante, coram in
fideli, Turca, vel tyranno fides Dei ponitur in
magnum diſcrimen: quare dici debet, ut tunc
maxime obliget hoc præceptum: docent San-
chez *dict. lib.* 2. *ſumm. cap* 4. *n.* 6. Mald. Valencia,
Azor apud Bonacinam *quæſt.* 3. *de fide num.* 7.
Becan. *cap.* 9. *de fide q.* 4. Etiam cum periculo
vitæ, quia non obſtante periculo vitæ, fides ne-
gari non poteſt, nec diſſimulari, quando urget
præceptum; Bordon *dict. n.* 96. † Aliud autem 12
ent ſi à privata perſona interrogaretur, quia per-
ſona privata nullum habet jus, nec præſumptum
interrogandi alium, de his, quæ ad eum non
pertinent, ita præcitati.

Unde ſi quis neget ſe eſſe fidelem, ſeu Chri- 13
ſtianum peccat mortaliter, quia hoc modo ne-
gat fidem, quam profeſſus eſt, & mendacium
dicit; nunquam enim licet negare religionem
Chriſtianam ſumendo in hoc ſenſu nomen
Chriſtiani; ſecus ſi quis negaret ſuam natio-
nem, reſpondendo ſi eſſet Gallus, non eſſe Ca-
tholicum, aut ſi eſſet Hiſpanus non eſſe Chri-
ſtianum, quia diſſimulat hoc modo nationem,
ne cognoſcatur ab hoſtibus, &c.

Et ob id de caſibus ſupra enumeratis aſſigno 14
breviter ſequentes nempe, ut negans ſe Cleri-
cum, vel Religioſum, non peccet contra fidem;
& quod veſtium clericalium depoſitio eſt licita
inter infideles; & nec quod illicita ſit pilei Hæ-
bræi geſtatio ad vitandam mortem, & quod
in præſentationibus liceat ſimulare ritus alienos,
item & quod carnium comeſtio, licet ad vitan-
dam mortem, & quod poſſunt immolata co-
medi in externis; & licet de unoquoque caſu
poſſit ratio ſingularis aſſignari, ea eſt præcipua,
& generalis, quia in his non fit aliquid directe
contra fidem, cum liceat ſimulatio aliquorum
præceptorum humanorum, ut evitetur mors, ſeu
aliud periculum grave honoris amittendi.

Sed quod peccet qui interrogatus coram hæ- 15
reticis negat ſe eſſe Papiſtam, patet, quia eſt ne-
gare religionem Chriſtianam ab uno Romano
Pontifice, qui eſt verus, & legitimus Chriſti Vi-
carius, ut colligitur ex eo articulo, *& unam ſan-
ctam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam*, in quo
includitur caſus iſte contra hæreticos, qui ne-
gant poteſtatem Romani Pontificis; ſic San-
chez *dicto lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 10. Bordonus *dicto c.* 1.
n. 103. id limitantes, ſi alibi interrogaretur, ut
contingit in bello, quandoque inter Eccleſia-
ſticos, & laicos; nam tunc hujuſmodi mendа-
cium, non eſt contra fidem, ſed veracitatem,
cum nomen Papiſtæ tunc ſumatur pro factione;
non pro vera religione ſub Romano Pontifice.

Et ex hoc ſequitur quod adorare idolum ex- 16
terne eſt peccatum mortale, & quod nec licet
concionibus infidelium intereſſe, ſic ut nec
Principi ſit obediendum in hoc, nec licet ven-
dere, & fabricare idolum, ſynogogam Hæbreis,
aut agnum. De quibus caſibus videndi ſunt
Bardonus *ſupra à num.* 106. Bonacina Becan.
Sanchez, & alii ſupra; & eſt ratio, quia tunc pro-
cederetur contra fidem, ritus ei contrarios fa-
ciendo, & ex his caſibus poteris ad alios reſpon-
dere de quibus Villalobos *dict. difficult.* 5. &
Trulenc. *dicto dub.* 7. cum multis ab eo relatis, &
ibi *à n.* 6.

Unum tamen eſt advertendum, ut quando 17
ex publica fidei confeſſione, nulla utilitas ſpe-
ratur, ſed ſola infidelium perturbatio non eſt
laude digna, ut docent S. Thom. 2. 2. *q.* 3 *art.* 2.
ad 3. imo vituperio eam eſſe dignam merito,
ut cenſent Sanchez, *dict. lib.* 2 *cap.* 4. *n.* 3. *in ſum-
ma*, & Trulenc. *dicto cap.* 1. *p.* 1. *ſum. n* 4. *in fine
dubii* 7. cum Sylveſtro, Taviana, Armilla, &
Toleto, & Villalobos *dicta dif.* 5. *num.* 7. ſic
colligens ex eodem D. Thom. & ex illo *Matth.
cap.* 7. ibi *nolite ſanctum dare Canibus*, *nec mar-*
garitas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

garitas veſtras mittatis ante porcos, nec converſi dirumpant vos: ſecus autem ſi ſperaretur utilitas fidei, aut occurreret neceſſitas eam confitendi publice, nam tunc non ex turbatione ventura, id eſt, derelinquendum; ſic etiam probans idem Villalobos *dict. num.* 7. *in fine* ex eo quia, quando diſcipuli Chriſto dixerunt, quod Phariſei ſcandalizabantur, audientes ſuum verbum, reſpondet Chriſtus *Matth.* 15. in verbis ſequentibus *ſinite illos* (*ſcilicet turbari*) *cæci ſunt*; & *Duces cæcorum*, fidem ergo negare nunquam licet ut patet, quia omne præceptum affirmativum includit negativum actus contrarii, ut præceptum amandi Deum, quod includit præceptum nunquam Odiendi eum, probant communiter omnes DD. & patet ex illo *Matth.* 10. ibi *qui autem negaverit me coram hominibus negabo eum coram Patre meo, qui in cælis eſt*, & probatur ex *cap. non ſolum. cap. exiſtimant cap. nolite timere* 11, *quæſt.* 3. Et pro complemento adjunges quæſtiones ſequentes quas tractat Berricelus ubi *ſupra de fide diſt. tertia*, *q.* 10. ubi de illo qui dicit ſe eſſe Turcam ad convertendos infideles concinnando & *q.* 12. 12. 13. 16. ac de aliis.

18 Ad quartam quæſtionis partem, an liceat aliquando omittere ſignum publica lege inſtitutum ad cognitionem veræ fidei, v.g. ut ſi Turca legem indiceret, aut conſuetudine ſit indicta, ut omnes fideles in eo Regno habitantes utantur certa veſte, aut ſigno, quibus fideles eſſe cognoſcantur, & reſpondent Doctores cum diſtinctione, quod ſi hujuſmodi ſignum non ſit primario inſtitutum ad diſcernendam religionem, ſed ob finem aliquem politicum, ut ſignum rubeum Judæorum Romæ liceat omittere abſque peccato, quia tunc hujuſmodi omiſſio, nec habet vim negationis fidei, nec obligat talis lex, ſi juſta ſit cauſa eam transgrediendi: ita Cajet. 2.2. q. 3. *art.* 2. *dubio* 1. Sanchez *dict. lib.* 2. *oper. moral.*
19 *cap.* 4. *n* 28 & alii. † Quod ſi primario ſit inſtitutum ad diſcernendam religionem ob fidei profeſſionem, tunc ſi hujuſmodi lex ſit in viridi obſervantia probabiliſſime exiſtimat Cajet. non licere illud omittere, quia hujuſmodi lex, & obſervatio efficit ut habeat vim interrogationis publicæ factæ de fide; & quod talis omiſſio ſit quædam fidei negatio, quod ego intelligo verum quando ſcilicet periclitatur Dei honor, & proximi utilitas modo jam dicto, alias ſecus, ut docent Sanchez cum aliis *dicto n.* 28. Trulenc. *dicto dub.* 7. *n.* 31. Filiucius *tract.* 22. *c.* 4. *n* 90. Caſtro Palao *de fide tract.* 4. *c.* 17. *puncto* 18. Suarez *de fide diſp.* 14. *ſect.* 5. *n.* 10.

20 Ex his dubium eſt an Chriſtianus ſervus queat in templis infidelium apud eos habitans præſtare obſequium Domino ſuo, & reſpondetur quod ſic, dummodo non colat idolum, vel alia ratione videatur communicare cæremoniis infidelium: ſic Azor *lib.* 8. *inſt. moral.* c. 27. *q.* 7. Filiucius *ſupra cap.* 3. Trulenc. *dicto dub.* 7. *n.* 32.
21 ubi exemplis exornat. † Qui *n.* 33. cum Sanchez *dicto c.* 3. Valencia 2.2. *diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 2. *dub.* 4. dicit ut facto, vel verbo nequeat quis ſimulare falſam ſectam, etiamſi non inſtet præceptum confeſſionis fidei; eſt enim illicitum coram ido-
22 lis genua flectere ad ſimulandam adorationem. † Et eſt ratio quia ſicut omnino non licet adhærere falſæ ſectæ, ita nec verbo, nec facto illam profiteri quia utrumque eſt præceptum negativum incluſum in affirmativo aſſentiendi veræ fidei, & confitendi illam externe, quod intelligit, quando ſerio, & ex propoſito falſa ſecta ſimularetur, nam ſi loco, & recreationis cauſa fieret, ut in comædiis non item, quia hoc modo licet, ut ſupra ſignavi: ita omnes & an uſus veſtium infidelium aliquando liceat. Berricelus *ſupr. ex c.* 14. ubi per ſectiones agit de quatuor generibus veſtium & *c.* 15. an liceat carnibus veſci ad occultandam fidem qui plures Doctores Theologos noſtri temporis refert, & *q.* 16. ubi de Idolothitis, quando comedere ea ſit licitum, & *quæſt.* 16. an Eccleſiaſtica lege prohibitum ſit edere immolata & *q.* 18. an ex graviſſima cauſa liceat ſimulare ritus falſæ ſectæ ceſſante ſcandalo, & non urgente præcepto manifeſtandi fidem & *q.* 19. quando liceat hæreticorum & infidelium templa adire & *q.* 24. an in gravi perſecutione ſit licita & ex *c.* 25. an ex ſupra moriens ſit inter martyres annumerandus & *q.* 34. ibi de cooperatione ad peccata infidelium ac de aliis infinitis quærit cum Lugo & Suarez, Conink D. Thoma & Theologis cum illo ubi videbis.

QUÆSTIO V.

An liceat diſputare de rebus fidei & an dubius in fide exiſtimetur hæreticus & an qui aſſerit ſe dubitaſſe de rebus fidei ſit puniendus tanquam hæreticus & an infidelitas ſit peccatum & infideles compelli poſſint ad ſuſceptionem Baptiſmi.

SUMMARIUM.

1 *Cap. quicumque* §. *inhibemus de hæret lib.* 6. & *num. ſeqq.*
Diſputare cum hæreticis, qui ſunt erroris Magiſtri, non licet, quia ſunt obſtinati in cauſis fidei, cujus pœna eſt arbitraria juxta qualitatem perſonæ diſputantis, & cum qua diſputatur, ut n. 2.
3 *Laici diſputare non poſſunt de fide ſub pœna ferendæ excommunicationis; & ſi Docti ſint, & num. ſeqq.*
4 *Laici inter Religioſos Conferentes cauſa exercitii, queunt diſputare de fide; & contra n.* 5. & 6. *expende n.* 7. *ubi quod poſſunt diſputare laici Docti cum hæreticis, quando non adeſſent Eccleſiaſtici Docti, qui fidei partes ſuſceperant.*
8 L. nemo Cod. de ſumma Trinit. & n. 14. cap. cum quibus 36. 24. q. 3. & n. 14.
9 *Clerici, & ſi in minoribus, item, & religioſi queunt diſputare de fide, ſed quando, & quomodo n.* 10. 11. 12. 13. 14.
15 *Diſputare de fide; & ſi liceat viris Doctis, ſolent tamen eſſe peccatum, ut ſi fiat cum pertinaci, vel ſi timeatur aliqua perverſio, vel ſi fiat à parum docto, vel à dubitante de fide n.* 16. 17. 18. 19.
20 *Fides Catholica eſt certiſſima; & ideo non licet de ea diſputare.*
21 *Diſputare proprie ſumitur pro diſcutere in utramque partem. Eſt enim diſputatio venenum veritatis, & de re dubia n.* 22.
23 *Diſputans de fide poteſt ab inquiſitoribus puniri, ſi diſputat contra prohibitionem.*

24 *Diſpu-*

24 *Diſputatio cum infidelibus non licet, nec cum fidelibus, quando naſceretur ex dubio quod diſputans haberet de rebus fidei.*

25 *Infideles diſputans, ut magis inſtructus addiſcat fidem, non damnatur* & num. 26. *ubi explicatur.*

27 *Diſputatio de fide triplici capite eſt illicita, ex parte diſputantium, audientium, & ex fine.*

28 Cap. de hæret. *qualiter intelligatur*, & num. ſequentibus.

29 *Dubius in fide non dicitur hæreticus, ſed tantum infidelis privative*, & n. 30. *contra multos dicentes, ut ſit hæreticus* n. 32. *ſed qualiter dicatur hæreticis* à n. 33. *Et qui diſputent de* hoc n. 46.

31 *Hæreſis proprie dicitur electio pertinax doctrinæ contraria veritati fidei* & num. 47

33 *Hæreticus proprie dicitur dubius in fide qui hæret, & reflectit ſe ſupra cogitationem dubiam, eligens judicium erroneum circa res fidei cum plena advertentia intellectus, ut* num. 34. *ſecus ſi intellectus ſit perditus*, à n. 35.

36 *Dubius in fide in judicio exteriori, punitur, ut hæreticus. Et quando excuſetur* à n. 37.

41 *Dubitans in fide ex ignorantia, vel ſimplicitate non dicitur hæreticus, ſi ſuam opinionem non defendat.*

42 *Hæreſis non eſt ea dubitatio, quæ provenit ex ſubreptitia, & inopinata tentatione, aut Diabolica illuſione, ſi in ſe reverſus captivat intellectum ſuum in obſequium Chriſti, & deliberat credere quod credit Eccleſia.*

43 *Dubitans, an Pater ſit prior tempore filio, ignorans de fide eos eſſe coæternos, non eſt hæreticus, ſi ſit paratus corrigi edoctus, nec qui dubitat, an ſit de fide actus, quo ipſe credit* num. 44. *nec qui dubitat ſe eſſe hæreticum* num. 45.

48 *Dubius in fide mentalis poteſt abſolvi à quolibet confeſſario, non ſi exterius protulerit.*

49 *Dubius in fide plena deliberatione, & cum pertinacia punitur hæreticorum pœnis, abjurans ut formalis hæreticus* n. 50. 51. & 52.

53 *Hæreticus quando dicatur qui res fidei eſſe dubias credat ut puniatur, tanquam hæreticus, ſeu excuſetur* n. 54.

55 *Fidem implicitam habens, id eſt credendo quid Eccleſia credit, non peccat; & ſi naturali ratione ductus, aliquid falſo opinetur; dummodo non defendat.*

56 *Infidelitas dicitur duplex, alia negativa pure, alia contraria, & hanc dividunt Doctores in tres ſpecies, in hæreſim nempe, Judaiſmum, & paganiſmum* n. 57. *inter quas majus peccatum eſt hæreſis* n. 58.

59 *Hæreticus erit Cathechumenus, qui apoſtataret à fide; & ſi ab Eccleſia nequeat puniri.*

60 *Infidelis pure negativus, dicitur qui nullam de fide habuit notitiam, & talis non peccat* n. 61. *& ſic excuſationem habent illi, quibus Chriſtus prædicatum non eſt à peccato; nempe quod in Chriſtum non crediderint* n. 62. *Et qualiter accipiatur*, n. 63.

64 *Infidelis negativus, ſi nulla peccata fecerit ſalvabitur illuminatus.*

65 *Infideles compelli nequeunt ad fidem recipiendam, etiam, ſi ſubditi ſint Principum Chriſtianorum.*

66 *Chriſtus committit Apoſtolis prædicare Evangelium, dedit eis poteſtatem faciendi miracula, ut ſic blande allicerentur ad credendum.*

67 *Chriſtiani poſſunt armis pacificare infideles, non admittentes eos prædicare Evangelium.*

68 *Reges noſtri D. Ferdinandus, & D. Eliſabeth potuerunt expellere Judæos ab his Regnis Caſtellæ, ob vitandum periculum ſubvertendi fideles Chriſtianos.*

AD primam quæſtionis partem, de qua D. D. per textum *in cap. quicumque* §. *inhibemus de hæret. lib. 6.* Reſpondendum eſt cum diſtinctione; & enim regulariter loquendo illicita eſt diſputatio de fide cum hæreticis, præſertim cum his, qui aliquo modo fuerunt magiſtri erroris, quia tales obſtinati eſſe ſolent, & ita impudentes, ut communiter neceſſaris ſit aliqua circumſtantia neceſſitatis ad ſubveniendum ipſis, ut diſputatio ſit licita: ſic Sanchez *in opere morali* cum multis *lib. 2. c. 6, num. 22. valencia* 2. 2. *diſp* 1. *q.* 10. *puncto 4 in fine*, Caſtro Palao *de fide tract. 4. diſp. 2. puncto* 4. Souſa *in aphoriſmis inquiſit lib. 2. cap. 29. ubi num. 9.* cum Pegna *ad legem nemo Cod. de ſumma Trinit. & fide Cathol. in 1. p. direct.* & Farin. *de hæreſi quæſt.* 178. §. 5. *n.* 114. aſſerunt pœnam diſputantium de fide eſſe arbitrariam, quæ eſt imponenda juxta qualitatem perſonæ diſputantis, & cum qua diſputatur, loci etiam, temporis, & diſtantium imponenda; Villalobos ait *p. 2. tract. 1. dif. 7. num. fin.* ideo procedere quia tales hæreſis Magiſtri ſunt admodum obſtinati, quibus cum loqui eſt nimis periculoſum. 1 2

Unde dicendum ex *dicto* §. *inhibemus*, prohibitum eſſe laicis diſputare de fide ſub pœna ferenda excommunicationis, & Sanchez cum multis *dict. cap. 6.* quem ſequitur Ægidius Trullenc. *in opere morali p. 1. lib. 1. cap. 1. dub. fin.* dicunt hanc diſputationem publicam, aut privatam prohiberi, ſic ut liget Laicos etiam doctos, & quod ſi Laicus dictæ prohibitioni contraveniat, peccet mortaliter, quia id graviter, & ſub excommunicationis pœna prohibetur, Sanchez *ſupra n.* 3. 3

Advertunt vero Cajet. 2. 2 *q. 10. art. 7.* Bannez, & Aragon *ibi*, ut poſſit Laicus admitti ad diſputandum de fide, quando inter religioſos conferentia habetur; & ſic exercitũ cauſa, quia ea eſt tantum materialis; imo probabiliter addunt idem Cajet. *ſupra dubio* 1. Bannez *ibi* Ledeſma *in ſumm. tom. 2. cap. 5. concluſ.* 13. poſſe Laicos Doctos admitti ad diſputandum formaliter de fide; ſicque eſſe receptum uſu, ex eo quia talis legis prohibitio ſolum tendit contra Laicos ordinarios indoctos; & quia Albertus Pignius, & Henricus VIII. cum eſſent laici ſcripſerunt in materia fidei. † Tamen Dominic. *in dicto* §. *inhibemus n.* 1. & 2. Sylveſter, *verb. diſput. n.* 2. Navar. *conſ.* 24. *de hæret n.* 2. Caſtr. *de juſta hæreticor. punit.* Villalobos *in ſumm. dict. 2. p. tract. 1. dif. 7. n.* 4. hoc non admittunt, eo quod ratio legis generalis non ceſſat ex cauſa particulari. 4 5

Et quia ſi ex eo quod aliquis laicus doctus poſſet diſputare de fide, cæteri præſumentes idem de ſe etiam ſi indocti eſſent ſumerent audacter occaſionem diſputandi de ea, contra prohibitionem legis; & cum pluribus admittere videtur 6

tus Barboſa *in dict. §. inhibemus cap quicumque*
*n.*13. & expreſſius *n.*17. cum Valencia 2.2. *diſp.* 1.
*quæſt.*10. *puncto* 4. *poſt* 2. *concluſ.* Azor *inſt. moral.*
part. 1. *lib.* 8. *cap.* 26. *q.* 1. Farinac. *de hæreſ. q.* 178.
n. 112. Sanctarelo *de hæreſi cap.* 8. *num.* 6. Sanchez
dicto lib. 2. *ſumm. cap.* 6. *n* 5. & cum aliis, quibus
etiam addo Caſtro Palao *diſp* 2. *tract.* 4. *de fide*
puncto 4. *num.* 5. & Trulenc. *dicto dubio* 9. *num.*
1. *in fine.*

7 Exiſtimo autem ut ceſſet hæc prohibitio in
caſu magnæ neceſſitatis, vel utilitatis, dummo-
do laicus ſit doctus, & in fide bene inſtructus
ut ſi hæreticus eſſet, fideles pervertens, & non
adeſſent Eccleſiaſtici docti, qui fidei partes ſu-
ſciperent, quia tunc in iſto caſu talis laicus te-
neretur, ut conſuleret ſaluti plurimorum ſpiri-
tuali, docent Sanchez *ſupra n.*7. Filiucius *tom.*2.
*tract.*22. *cap.*3. *à num.* 101. Bonacina *tom.*2. *diſp.*3.
*q.*2. *punct.* 4. Trulenc. *ſub dicto n.* 1. *verſ. ceſſaret*
Villalobos *dicto dubio* 7 *n.* 4. *in fine*, Suarez *in*
tract. de fide diſp. 20. *ſect.* 1. *n.* 11. Sanctarelus *di-*
cto cap. 8 *n.* 7 Becanus *de fide cap.* 15. *quæſt.* 7. *n.* 6.
Turrian. *in eodem tract. cap.* 15. *q.* 7. *n.* 6. qui etiam
excipiunt diſputationem materialem, ut tradit
cum aliis Barboſa *ſupra n.* 16.

8 Dubium vero eſt, an clerici in ſacris, ſeu tan-
tum primæ tonſuræ comprehendantur ſub præ-
fato prohibitione *dicti §. inhibemus*, & videtur
quod ſic *per textum in dicta l. nemo Cod. de ſumma*
Trinitate & fide Cathol. ibi nemo Clericus, vel mi-
litaris, vel alterius cujuslibet conditionis de fide
Chriſtiana publicetur bis coadunatis, & audientibus
tractare conetur, & de jure canonico videtur pro-
bar *ex cap cum quibus* 36. 24 *q.*3. *ibi canonum ma-*
giſtris, atque cuſtodibus nobis nullum fas eſt inire
certamen cum hominibus communionis alienæ.

9 Sed nihilominus dicendum eſt non compre-
hendi ſub dicta prohibitione Clericos cujuſ-
cumque ordinis, aut religioſos, niſi eſſent mere
laici, ut docet Farinac. *dicta q.* 178. *n.* 111. cum
centum Doctoribus, quibus addo Bordon. *de*
inquiſit. cap. 1. *n.* 118. *in fine*; Sanchez *ſupra dicto*
cap. 6. *n.* 6. ſubdens, ut deciſio *dicti §. inhibemus*,
procedat in mere laicis, ſecus in Clerico primæ
tonſuræ Sanctarelus *dict. q.* 8. *de hæreſi n.* 5. Bar-
10 boſa *ibi n* 14 *in fine* † Qui *n* 15. cum Becano *dict.*
diſp. 15. *n.* 7. Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *c.* 26.
q. 1. Sanchez *dicto cap.* 6 *num* 8. Sanctarelo *dict.*
cap. 8. *dub* 2. *n.* 8. docet ut in dicta prohibitione
non includatur Clericus, quamvis indoctus, ſi
de rebus fidei diſputet, ſed peccata contra legem
naturalem, eo quod ſi exponat periculo erran-
di, in multis Villalobos *ſupra dicta diſ.* 7. *n.* 5. †
11 qui idem dicit de Religioſis Chriſtianis, & ſi or-
dinati non ſint, bene expendit Ægidius Tru-
lenc. in opere moral *dict. c.* 1. *dub. fin. n.* 2. quæ di-
ſputatio eis permittitur, ſi cauſa adeſt, & docti
12 ſint, alias erit otioſa. † Monet vero ut ea non
habeatur coram hominibus rudibus, & ſimpli-
cibus, etiam ſi fiat cauſa exercitii, quia imminet
periculum ut in fide titubent, & dubitent, quia
ſimpliciores fere ſemper vim argumentorum
13 percipiunt, & rariſſime ſolutionem; † ſed limi-
tat niſi quando Doctor eſſet excellens qui ſe ac-
commodaret captui ſimpliciorum, vel ſi ſimpli-
ciores ab hæreticis ſollicitarentur, quia tunc ut
de laico dixi, teneretur ſuccurrere neceſſitati
14 eorum. † Et nec obſtat *dict. l. nemo* quia eſt tem-
peranda ad caſus dictos; quæ cum ſit diſpoſitio
ſæcularis legiſlatoris, non debet ligare *ex Reg.*
c. 7. & 10 *de conſt.* & *c.* 2. cum aliis de judiciis. Nec
textus *in dicto cap. cum quibus*, quia nullum ver-
bum habet de Clericis [illegible]

Unde dico quod eſſi licitum ſit viris doctis di- 15
ſputare de fide contra hæreticos, & infideles in
ſcriptis & viva voce defendendo fidem catho-
licam, quando opus eſt, & ea laceraretur, quia
hæc eſt diſputatio defenſiva omnibus permiſſa.
† Tamen poſſet talis diſputatio eſſe peccatum 16
ſequentibus modis, veluti ſi diſputatur cum hæ-
retico pertinaci, à qua nulla ſperatur utilitas. † 17
Vel ſi dubitatur de aliqua perverſione, vel ſini-
ſtra opinione Catholicorum ignorantium di-
ſputationi præſentium, ut dixi *n. præced.* † item 18
indoctus, vel etiam Doctus diffidens de ſua ſuf-
ficientia, quia iſte non debet ſe exponere pericu-
lo, ne ab hæretico illudatur. † Ultimo ſi diſpu- 19
tans dubitaret de fide, quia tunc parum differret
ab hæretico, ut dico in verſ. *ad ſecundam:* do-
cent Sanchez *dicto lib.* 2. *ſumm. cap.* 6. Becan. *dicto*
cap. 15. *de fide q.* 7. Farinac. *dict. q.* 178. §. 5. San-
ctarel. *dict. cap.* 8. Eymericus director inquiſit.
part. 1. *q.* 10. ibi Pegna *comment.* 25. Bordonus *de*
inquiſit dict cap. 1. *ſub. n.* 16. † quia *ſub n.* 17. ait 20
prohiberi diſputationem de fide, quia hæc cer-
tiſſima eſt, cujus myſteria ſatis per ſe eluceſcunt,
hoc eſt certa, & infallibilia ſunt, eo quod pro
ſe Deum primam veritatem habent, quæ fallere,
aut falli non poteſt.

Et pro majori intellectu, notabis quod di 21
ſputare ſumitur proprie pro diſcutere in utram-
que partem ad colligendum, num una earum ſit
vera, vel magis appropinquet veritati; eſt enim
diſputatio [illegible] veritatis, ut docet Coſta *in*
tract de falſa. [illegible] 64 *cent.* 2. *num* 14 apud
Laza. [illegible] *quæſtione de opinione eligen-*
da n. 35. † [illegible] diſputatio eſſe de re dubia 22
ſe [illegible] Na[illegible] *tom* 3 *de lege pœnali n.* 28. §. *tum*
per textum in l. ancilla Cod. de furtis. † Ex quo fit 23
quod cum de fide diſputatio ſit prohibita modo
jam dicto, poſſit diſputans contra prohibitio-
nem puniri ab inquiſitoribus, quia illorum pro-
prium eſt punire violantes interdicta, & alias
prohibitiones, quæ concernunt myſteria fidei,
& fidem ipſam: ſic Bordon. *de inquiſit. dict c.* 1.
n. 119. † ubi *n* 120 addit *ex textu in cap.* 2. *de hæ-* 24
reticis, quod non ſolum diſputatio de fide facta
cum hæreticis, & infidelibus, eſt prohibita, ſed
etiam facta cum fidelibus quod intelligo cum
Villalobos *dict. diſ.* 7. *ſub n.* 2. Bannez 2. 2. *q.* 10.
art. 7. Valencia 2. 2. *diſput* 1. *quæſt.* 10. *puncto* 4.
quando naſceretur diſputatio ex dubio, quod
diſputans habere de rebus fidei, eo quod non
habet animum his non aſſentiendi, ſi fundamen-
ta, & rationes cum non convincant. † Exci- 25
piunt tamen infidelem diſputantem, qui cum
non ſit ſufficienter inſtructus, intendit hac via
inquirere veritatem, & amplectuntur Sanchez
dicto lib. 2. *operis moral. cap.* 6. Ægidius Trulenc.
dicto dubio fin. num. 3. cum D. Valencia † qui id 26
dicit advertendum eſſe pro his, qui parentibus
hæreticis nati incipiunt primo circa fidem inſtrui.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an dubius 27
in fide, hæreticus ſit, diſputant Doctores per tex-
tum *in cap.* 1. *de hæreticis*, ubi alia plura adverto.
Sed quia hic congruit diſcutere ex jam addu-
ctis, nam cum dicat Trulenc. *dict. num.* 3. quod
triplici capite diſputatio de fide eſt illicita, ex
parte ſcilicet diſputantis, ut ſi Laicus ſit, ex par-
te audientium, ut dictum eſt de Rudibus, item
ex

ex fine, quia habet animum aſſentiendi, ſi contra-
riæ rationi argentiores ſint; & ſic dubius in fide
dicatur infidelis † ideo nunc qualiter texi *in d.*
c. 1. intelligatur, eſt ad vertendum: etenim Diana
p 2 tract. 16. & 2 *miſcel. reſ.* 53. *can de locis lib.* 12.
c. 9. Sa, verbo *hæreſis n.* 1. Sanchez *in ſumm. tom.* 1.
lib. 2 *cap.* 7. *n.* 12. Tannero *in* 2.2 *diſp.* 1. *q* 8. *dub.* 6.
n. 109. Portel. *in addition. ad dubia regul.* verbo *hæ-*
reſ. n. 4. & Puteano *in* 2.2. D. Thom. *q.* 11. *art* 2
dub. 2. dicant dubium in fide, hæreticum non eſſe,
quia de ratione hæreſis eſt effectio erroris con-
tra fidem non dum aliquis diligit, ſed manet in
29 dubio, & in ancipiti: ergo non eſt hæreticus. †
Deinde quia hæreſis eſt error fidei contrarius,
ſeu aſſenſus contra fidem, at dubitans nullum
fert aſſenſum pro, nec contra; hoc eſt enim du-
bitare, id eſt nec aſſentiri, nec diſſentiri: ergo ſi
nullum habet aſſenſum, nullum errorem habet
contra fidem, nec proinde hæreticus eſt.

30 Et ſic tenendo explicat textum *in d. c.* 1. dum
aſſerit dubium in fide, infidelem eſſe, ut proce-
dat privativè: quia ſcilicet privatur certitudine
aſſenſûs neceſſariâ ad habitum fidei retinen-
dum, non autem eſſe verum contrariæ, quaſi ha-
beat actum fidei contrarium, cum revera non
habeat; & quod talis dubius in Fide ſolùm di-
31 catur infideles, quoad forum exterius. † Eſt enim
de ſuſtantia hæreſis electio pertinax doctrinæ
contrariæ veritati fidei, ut patet *ex c. hæreſis*, &
c. hæreticus 24. *q.* 3. Cajet. & victor. 2.2. *q.* 12 *art.* 2.
Caſtro *de juſt. hæret. punit. lib.* 1. *cap* 9. Albertin *de*
hæret. q. 3. *n.* 7. in fine, Driedus *de libert. Chri-*
ſtiana tit 48. *ſub. n.* 7. & alii, ergo cum dubitans
eam electionem nondum habuerit, videtur non
ſit hæreticus.

32 Verùm quòd dubius in fide ſit hæreticus af-
firmant multi, inter quos Conink. *de actibus ſu-*
pernaturalibus diſp. 18. *dub.* 7. *n.* 102. Lara *in* 2.2.
quæſt. 11. *art.* 3. *diſp.* 42. *n.* 5. Gaſpar Hurtado *de*
fide diſp. 10. *dif.* 3. 5. & Faber *de ſacramento or-*
dinis, dict. 25. *q.* 5. *diſp.* 3. *c.* 4. *n.* 112. Homobo-
nus *de examine Eccleſiaſtico p.* 2. *tract.* 12. *c.* 4 *q.* 16.
Moiſes *in ſumm. tom.* 1. *tract.* 8. *tit.* 8. *c.* 44. Villa-
lobos *in ſumma dict. tract.* 1. *difficult.* 10. *num.* 3.
cum Joanne Andrea, & Canoniſtis *in dict. cap.* 1.
Angelus verbo *hæreſis*, Sylveſter verbo *hæres* 1.
q. 3. Caſtr. *lib.* 1. *adverſ. hæres cap.* 10. & *lib.* 1. *de*
juſt. hæreſ pun. cap. 9. *Reg.* 1. Simancas *de Catho-*
licis inſtit. tit. 31. *n.* 4. Cordubo *in quæſtionibus lib.* 1.
q. 17. §. 7. Pena *in director. inquiſit.* 2. *part. tom.* 1.
Sylvius *in* 2. 2. D. Thomæ *q.* 11. *art.* 1. & alii
apud Sanchez ubi ſupra quorum eſt ratio, quia
iſte dubitans reverà erat in fide, tenens ut in-
certum, aut dubium, quod certum eſt, & hoc
eſſe hæreticum, & Barboſa *in dicto cap.* 1. *num.* 1.
cum multis dicit ex illa deciſione Stephani Pa-
pæ quòd dubius in fide, eſt infidelis, & quòd non
ſit credendum, ei, qui veritatem ignorat.

33 Ego autem cum videam infinitos de hoc du-
bio inquirere, præter jam relatos, quos conge-
rit idem Barboſa *in dicto cap.* 1. *n.* 2. addens *ſub*
num. 3. in fine, quòd alii textum ibi intelligunt,
quando dubitans reflectitur ſupra ſuum actum
id eſt, ut tradit idem Diana *d reſ.* 53 in verſ. *ad au-*
thoritatem dici. dubium in fide infidelem ex men-
te Pontificis, quotieſcumque hæret, & reflectit
ſe ſupra cogitationem dubiam, & elicit judi-
cium erroneum, circa res fidei; ita ut de facto
putet illas eſſe tantum probabiles: ſic ut qui hac
34 ratione dubitat, ſit verà fidelis. † Exiſtimo ſic
diſtinguendum, quoties dubitans habet plenam
advertentiam intellectus, & perfectam delibe-
rationem voluntatis, ſciens & advertens dubi-
tans cum pertinacia de rebus fidei id ſciens Ec-
cleſiam illud amplecti, tamquam de fide, eſt ve-
rè hæreticus, & pœnis hæreticorum puniendus
quia in *dicto cap.* 1. *de hæret.* dicitur dubius in fi-
de, infidelis eſt & eſt ratio quia aſſenſus fidei eſt
certiſſimus, & infallibilis, nullam dubitatio-
nem, nec ſuſpicium admittens, ac proinde hic
pendulus exiſtens, & in neutram partem incli-
nans, verè, & formaliter errat, & quia ſic credit
Eccleſiam non eſſe infallibilem in proponen-
do: videndi ſunt Suarez *de fide diſput.* 19. *ſect.* 4.
n. 10. Bonacina *de cenſuris q.* 5. *punct.* 1. *n* 3. Bar-
boſa *de poteſt. Epiſcopi allegat.* 40. *n* 16. Caſtro
Palao *de hæreſi, tract.* 4. *diſp.* 3. *puncto.* 2. *num.* 9. Et
eſt communis Doctorum ſententia, quos San-
chez citat, *d. c.* 7. *n.* 11. & amplectitur Ægidius
Trulenc. *in oper. moral. lib.* 1. *c.* 2. *dub.* 4. *n.* 6. con-
tra eundem Sanchez *n.* 12. Filliuc. *tom.* 2. *tract* 22.
cap. 7. *q.* 2. *num* 159. cum Cano *lib.* 12. *de locis*
cap 9. *col.* 9. à verſ. *converſantur autem*, qui textum
intelligunt de dubitante reflectendo ſupra ſuum
actum, judicatque ſimul res fidei eſſe dubias,
ambiguas, vel ſub opinione, quia ſic judicit res
fidei non eſſe certas, quòd eſt aperta hæreſis † 35
Non ſi intellectus utriuſque partis, rationibus
perpenſis, pendulus eſt, nullumque judicium
format, & neutri parti aſſentitur quia metaphy-
ſice loquendo, ut ipſi ajunt, iſte non eſt hæreti-
cus, quia, non habet aſſenſum contrarium fidei,
ſed revera ait Trulenc. moraliter loquendo in
praxi in tali dubio, ſemper adeſt error, error
ſit ut in judicio exteriori quantumcumque ſe
excuſet, punitur, ut quotidie practicatur
in ſancta inquiſitione, & in hac Valiſolitana
video.

In judicio autem interiori conſcientiæ, ubi 36
qui dubitans de rebus fidei, pendulus adhuc
fuit, ſatis probaliter dicunt Diana *dicta reſ.* 53.
in fine, Portel. *ſupra in addition. ad quæſt. regul.*
verb. hære. num. 4. quemdam dubitantem an
Chriſtus Dominus verè eſſet in Euchariſtia, ex-
cuſavit quidam excellens Theologus ex eo quia
intellectus talis dubitantis, dubius, & pendulus
fuit, & nullum judicium formavit, dicens Diana
ut hæc doctrina ſit valdè notanda à Con-
feſſariis, quòd ego intelligo procedere quan-
do, qui dubitat, eſt ſine plena advertentia in-
tellectûs, & deliberatione voluntaria, quia tunc
nec eſt hæreticus, nec peccat mortaliter. † Nam 37
ſi eſt motus primo primus, nullum eſt pecca-
tum; ſi autem primo ſecundus, ſolum eſt pecca-
tum veniale, quia in nullo eorum datur volun-
tarius fidei aſſenſus.

Quòd ſi dubitet cum plena deliberatione igno- 38
rans tamen id, quòd dubitat eſſe contra fidem;
ita tamen quod ſi ſcieret, neutiquam dubitaret,
eſtque corrigi paratus, non erit hæreticus, ratio
eſt quia non adeſt pertinacia ad hæreſim neceſ-
ſario requiſita.

Et enim ut docent Bannez 2.2. *quæſt.* 11. *art.* 2. 39
Trulenc. *dict. dub.* 2. *cap.* 2. *in opere, moral.*
num. 6. *in fine*; ille qui dum ſentit ſe in fi-
de tentari, ſuſpendit omnino judicium, non
eſt hæreticus, quia verè non dubitat, nec
habet erroneum aſſenſum; imo quod ſi eſt
ſcrupuloſus bene facit ne labatur. † Non enim 40
da dubitationem aſſenſus, vel diſſenſus ſuſpen-

D. Fernoſin. de Leg. Eccleſ.

ſio ſufficit, ſed requiritur inſuper judicinm, quo
judicetur objectum illud dubium eſſe, & incer-
tum, indignum certa credulitate: ita Trulenc.
cum Caſtro Palao ſupra citato *dict. n. 9. in fine*:
Videbis Ledeſma *tract. 1. de fide concl* 3. *dif.* 3 *c.* 6.
41 Unde evenit ut ſi dubitatio provenit ex ſim-
plicitate, vel ignorantia non faciat dubitantem
hæreticum, ſi ſuam opinionem non defendat, ſed
Eccleſiæ ſubjiciat, Abbas *in dict. c.* 1. *de haret n* 2.
Socin. *n.* 9. verſ. *prædicta tamen* Felin. *n.* 2. Cotta *in
memorabilibus* verbo *hæreticus non eſt*, Clarus
lib. 5. *in praxi* §. *hæreſis n.* 2. verſ. *tertius* dicit Si-
mancas *de cathol. inſtit. tit.* 31. *n.* 9. Gabriel *conſ* 178.
42 *in.* 10. *lib.* 1. Decian. *tract. crim. lib.* 5. *c.* 18. verſ. 38.
& 39. † Nec erit hæreſis dubitatio proveniens
ex ſubreptitia tentatione, quando ex inopinata
quadam tentatione, aut diabolica illuſione quis
incipit indeliberate dubitare circa fidem, ſed in
ſe reverſus captivat intellectum ſuum in obſe-
quium Chriſti, & deliberat credere, quod credit
Eccleſia ita Aug. de Ancona, *de poteſt. Eccl. q.* 28.
art. 1. *in reſol.* Joannes Andreas *in q. c. de haret.*
n. 2. Butriu *n.* 1. Ancharrao. *n.* 1. verſ. *& hoc verum.*
Henric. *n* 2. Gabriel *in* 1 *oppoſitione*, Anan. *n.* 1. So-
cinus *à n.* 7. Abbas *n.* 1. Felin. *n.* 1. verſ *primo dum-
modo*, Barboſa *n.* 4. & 5. Albertin. *de haret. q,* 6. *n.* 3.
Rojas *in eodem tract. p.* 1. *n.* 172. & *ſingul* 56. *n.* 5.
Clar. *dicto* §. *hareſis n.* 2. *in fine* Jacobus *de graſiis
aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 2. *tit. de haret. c.* 8 *à n.* 10. Bannez
2 2. *q.* 11. *art.* 1. *verſ. ex his ſequitur*, Decianus *ubi*
43 *ſupra c.* 17. *verſ primo quando dubitatur.*
Itaque Ledeſma *ſupr. dict. tract.* 1. *de fide cap.* 6.
concl. 2. *dif.* 3. Ægidius Trul. *d. c.* 2. *dubio* 2. *ſub n.* 5.
dicunt quòd ſi quis dubitat an Pater ſit prior
tempore Filio, ignorans tamen eſſe de fide eos
eſſe coæternos, ſitque corrigi paratus, dum doctus
44 fuerit, non ſit hæreticus, quia non errat formali-
45 ter. † Nec ſit hæreticus qui dubitat an ſit de fide
actus, quo ipſe credit. † Vel qui dubitat ipſum
eſſe hæreticum, quia non tenetur tamquam de
fide quis credere ſuum aſſenſum eſſe de fide, vel
46 eſſe Chriſtianum.
Et an quando dubius de fide ſit hæreticus,
præter relatos tractant Navar. *in man. c.* 11. *n.* 17.
& *in c. ſi quis autem n.* 18 19. & 49 *de pænit. diſt.* 7.
& *in c. inter verba concl* 6. *corolar,* 19 *n.* 55. *Lucerna
inquiſit.* verbo *dubius in fide* Hieron. de la Rua *in
controverſ* 7. *ſcholaſtic.* verſ. *nec ſumm. immemor ex
pag.* 291. Petrus de Arag. 2 2. *q* 11. *art.* 2. verſ *ſecun-
dum dubium* Toletus *in tract. conſcient lib.* 4. *c.* 4. *in
fine*, Barboſa *in Rub. ſoluto matrimonio p.* 2. *n.* 23.
Pegn. *in direct. inquiſit.* 2. *comment.* 1. Zevedus *ad
decret. col.* 66. *n.* 1. Suarez *de fide diſp.* 19. *n.* 10 San-
ctarelus *de hæreſi c.* 1. *à n* 13. Torres *de Trinitate
q.* 32. *art* 4 *p.* 3. *comment. aſſert* 5 Valerius Reginal.
in praxi fori pænit. dubio 17. *n.* 49. *ubi de intellectu*;
Azorius *inſt. mor p. lib.* 8. *c. q.* 9. 5. Anton. Ricio. *in
tract. de jure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſt.
lib.* 5 *capit.* 4. Monochius *conſ.* 145. *num.* 48. & *à
n.* 53. Perez *in leg.* 1. *titul.* 1. *lib.* 1. *ordinam. pag.* 16,
& *l.* 3. verſ. *ex quo requiſito tit* 4. *l.* 8. *pag* 83. Aze-
vedus *in l.* 1. *à n.* 74. *tit.* 3. *lib.* 8. *recop.* Farinac. *in
praxi crim. p.* 5. *q.* 124. *à n.* 114. *optimè* Sanchez *d.
47 lib.* 2. *c.* 7. *à n.* 11. Zerola *in praxi p.* 1. verbo *caſus*
verſ. *dubii.* † Ubi intelligit dubium in fide eſſe
hæreticum, ſi ſit in dubio pertinaciter; ita quòd
non ſit paratus corrigi ad mandatum ſuperio-
ris: cum aliis agit Carena de officio *inquiſit p.* 2.
tit. 1. †. 3. *n.* 16. Leonard. Duard, *ad Bullam cœna
Domini lib.* 2. *can.* 1. *q.* 23. & Barboſa *in cap.* 1. *hujus*
tit. 4. tradit concluſionem *dict. c.* 1. *de hæreticis*
& *ex c. omne* 2. 2. *q.* 1. dicens oportet fidem eſſe
firmam & ſine dubitatione quia dubius in fide
eſt infidelis, & ſecundum prædicta videtur etiam
diſtinguere Thom. Delbene, *dubitat.* 4 *ſect.* 31.
ſub Corollario cum Sanchez *lib.* 4 *moral. c* 7. *n.* 12.
Suarez *de fide* Sanctæ *diſp.* 19. *ſect.* 4 *n.* 10. & *ſeqq.*
Ad tertiam quæſtionis partem cujus reſolutio 48
pendet à dictis *ſub* verſ. *ad ſecundam*; iterum ex
Suarez *d diſp.* 19. *ſect.* 9. *n.* 10. Bonac. *de cenſuris
q.* 5. *punct.* 1. *n.* 3. Caſtrus Palao *de hæreſi tract.* 4.
diſp 3. *puncto.* 2. *n.* 9. & communis Doctorum, quos
citat Sanchez *lib.* 2. *operis moralis cap.* 7. *dict n.* 11.
Trul. *dicto dubio* 2. *c* 2. *n* 6. & Barboſa plures refe-
rens *dict. allegat.* 40 *in paſtorali num.* 16. ubi dicit
quod dubius in fide mentalis poteſt abſolvi à
quolibet ſacerdote confeſſario ab ordinario ap-
probato, ſecus ſi dubitationem exterius protule-
rit, quia in excommunicationem, & alias cenſu-
ras, & pœnas jam incidit, eo quod dubius in fi-
de, eſt hæreticus, ut juaaffirmat *in d. c.* 1. *de haret.* † 49
Et ſic citati tenent, ut qui cum pena advertentia
intellectus & perfecta deliberatione voluntatis
ſciens, & prudens dubitat de rebus fidei, cum
pertinacia ſit ſubjectus omnibus hæreticorum
pœnis. † Et ait Cæſar Cerena *de officio inquiſit.* 50
dicta p 2. *tit* §. 3 *n.* 17. cum Pegna, Ricciolo *ſupra*,
& Farin. *d. q.* 178 *n.* 107. ut merito contra dubi-
tantes de rebus fidei voluntarie, & cum pertina-
cia procedat ſupremum Tribunal ſanctæ inqui-
ſitionis teſtibus, Pegna *in director. inquiſitor. ad
comment. d c.* 1. *de haret. p.* 2. verſ. *cum itaque* † Et 51
quòd tales abjurant uti hæretici formales, Fari-
nac *ſupra*, & Ricciolus † quos idem excuſant ex 52
ſimplicitate, vel ruſticitate, circa fidei credibilia
dubitantes; nam tunc non, ut Hæretici, ſed ut
ſuſpecti tantummodo cogantur abjurare pro ſu-
ſpicionis tantummodo.
Et licet Sanchez cum multis *in opere morali* 53
t 1. *l.* 2. *c.* 8 *n* 13. idem abſolutè teneat dicens eſſe
hæreticum, qui res fidei eſſe dubias credat, ſi di-
cat de rebus fidei ſe dubitare, quamvis non deat
eſſe dubius, adverſus quem Eccleſia externè præ-
ſumens eſſe talem, poſſit procedere ac contra hæ-
reticum. Tamen de hac opinione valde dubitat
DèelCaſtillus *de ſacram. tom* 2. *tract.* 8 *diſp.* 10. *du-
bio* 5. *n.* 57. ſequutus alios contra tenentes, ut non
ſit hæreticus vnré ille dubitans de rebus fidei, nec
ut ſubjaceat pœnis hæreticorum, ad quod pro-
bandum refricat fundamentum jam ſupra relata,
nempe ut dubitare, non ſit proprie habere aſſen-
ſum in alterutram, qui neceſſarius eſt, ut quis hæ-
reticus dicatur: & ſic Diana noviſſimè videndus
referens verba Sanchez, & Deel Caſtillo mul-
tum inclinat *p.* 11. *tract.* 9. *miſcel. reſ.* 47. ut talis
dubitans non ſit externus hæreticus, quia illa
verba ſolùm ſignificant animum pendulum: non
verò animum habentem judicium contra fidem:
nam ex eo quòd Eccleſia poſſit præſumere con-
tra illum, non inde cenſeri illum ſufficienter ex-
ternum hæreticum, nec ſe videre ait cur debeat
puniri pœnis veri hæretici, & alia repetens ex
Deel Caſtillo concludit exiſtimando cauſam, ſic
de rebus fidei dubitantis, attentè, & maturé
eſſe perpendendam in facti contingentia à Do-
minis inquiſitoribus, & eorum conſultori-
bus. † Sed ego in dubitante externe, & per- 54
tinaciter, ſi peritus eſt, exiſtimo nullo modo eſſe
excuſandum à pœnis, quia talis pertinaciter du-
bitando, quamtumvis quoad ſe internè pendu-
lus

lus maneat in aſſenſu : tamen quoad Eccleſiam,
& forum extemum juſtè ſuſpicatur verus hære-
ticus, ita ut puniri debeat pœnis omoibus, qui-
bus punitur hæreticus formalis, niſi ut jam dixi
ſimplicitate, aut ruſticitate excuſetur. Et in illis
quatuor, quos refert Felinus *in dict. cap.* 1. *de hæret.* & Azevedus omnino videndus *in l.* 1. *tit.* 3.
lib. 8 *recopil n.* 75. de quibus jam dixi.
55 Et Barboſa *in cap.* 1. *hoc tit. num.* 7. ex cotta
immemor. ab. verbo *hæreticus* ait, quod non peccat
qui habent fidem implicitam, ſcilicet quod cre-
dit quidquid Eccleſia credit, licet naturali ra-
tione motus aliquid falſo opinetur, dummodo
nec defendat, nec credat, quod adiunges ad tra-
dita *ſup. addicta q.* 3. *verſ. ad ſecundum*, & *verſ. ad quartam.*
56 Ad quartam quæſtionis partem, an infideli-
tas ſit peccatum; ut reſpondeam, adverto di-
cendum quod à Doctoribus conſtituitur duplex
infidelitas, alia negativa purè, altera contra-
ria, quæ eſt carentia fidei in eis, qui audierunt
de fide, vel eam ſuſceperunt, ſed tamen, vel con-
temnunt illam, vel contra dicunt, ut ſunt hæ-
retici, Turcæ, Judæi, & multi Gentiles, qui-
bus fides Chriſtiana ſufficienter promulgata eſt.
Et ſic D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 5. Suarez *de fide diſp.* 16. *sect.* 4. *diſput.* 18. *dub.* 6. Bonacina
diſp. 3. *quæſt.* 2. *puncto* 2. Caſtrao Palao *de infidelit.*
57 *tract.* 4. *puncto* 1. *num.* 2. & Doctores alii. † Di-
cunt prædictam infidelitatem contrariam dividi
in tres ſpecies, nempe in hæreſim, Judaiſmum,
& paganiſmum; & de hac dicunt cum D. Thoma
art. 8. ut ſit graviſſimum peccatum ex illo Joan-
nis 3. verſ. 18. *qui non credit jam judicatus eſt*, &
Marci *ult.* verſ. 16. *qui vero non crediderit con-*
58 *demnabitur.* † Et inter has ſpecies eſſe majus pec-
catum, hæreſim, quia licet in omni caſu malum
ſit adverſari fidei, peſſimum tamen adverſari fidei
ſuſceptæ in manifeſta veritate, quòd faciunt hæ-
retici cum Judæi ſolùm adverſentur fidei ſuſce-
ptæ in figura, & pagani nullo modo ſuſceptæ,
docent D. Thom. *ſupr. art.* 6. Suarez *diſp.* 16. *de fide ſect.* 4. *num.* 14. Caſtro Palao *de infidelitate*
tract. 4. *dicto puncto* 1. *num.* 11. Ægidius Trulenc.
in opere morali alia adducens *lib.* 1. *cap.* 2. *dubio.* 1.
num. 7. ſic, colligens *ex illo* 2. Petri 2. verſ. 21.
melius illis erat non cognoſcere viam juſtitiæ, quàm poſt cognitionem retrorſum converti ab eo, quod illis traditum eſt, Villalob. *par.* 2. *tract.* 1. *dif.* 8. alia di-
59 cens *à num.* 3. † Et ibi *num.* 5. *in fine*, ubi *num.* 6.
cum Bañez 2. 2. D. Thom. *art.* 5. *quæſt.* 10. dicit
quòd erit hæreticus Cathecumenus qui apoſta-
taret à fide, ſiquidem eam recipit, quamvis Ec-
cleſia nequeat illum punire, ut talem, eo quòd
nondum ſit baptizatus.
60 Infidelis verò negativus purè, eſt ille qui ha-
bet carentiam fidei quique nihil de ea nunquam
audivit, ſive puer ſit, ſive adultus, hi dicuntur
habere infidelitatem purè negativam, quæ nul-
lum admittit peccatum. Sic Theologi cum D.
Tom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 1. colligentes ex illo Joan-
nis, 15. *ſi non veniſſem, & loquutus eis fuiſſem, peccatum non haberent.*

Etenim adulti infideles, qui nullam fidei noti-
tiam habent, & illius habent ignorantiam in-
vincibilem, non peccant, nec propter illam infi-
delitatem condemnabunt, ſed propter alia pec-
cata. † Et ſic D. Aug. *tract.* 89. *in Joannem, tom.* 9.
pagina 188. dicit eos, quibus Chriſtus prædicatus
non eſt, habere excuſationem, non de omni pec-
cato, ſed de hoc peccato, quod in Chriſtum non
crediderunt, † Tamen D. Thom. 2. 2. *dict. art.* 1. 63
q. 10. dicit quod & ſi non ſit peccatum infideli-
tas in eo, qui invincibiliter ignorat fidem, ſit ta-
men pœna peccati in pueris quidem peccati
originalis, in adultis peccati actualis, quia non
faciunt id, quod in ſe eſt, quia ſi id facerent Deus
paulatim perduceret eos ad fidem: videbis D.
Auguſt. *epiſtol.* 105. *ad ſixtum tom.* 2. *pag.* 178.
Valenciam 2. 2. *dict. q.* 10. *art.* 1. *diſp.* 1. *punct.* 4. Be-
car. *in ſumm. Theolog. p.* 2. *c.* 12. *q.* 1. alios, quos ſe-
quitur Vaſquez 1. 2. *diſp.* 120. *c.* 3. Trul. *ſupra dicto*
dubio 101. *c.* 2. *n.* 3. Villalobos *dict. dif.* 8. *ſub. n.* 2. † 64
ubi ait quòd ſi infidelis talis negativus nulla pec-
cata faceret, ſalvabitur, eo quòd ad Deum ſpectat
illum illuminare; & ſi tunc ſit illuminatus, ſal-
vari merebitur: alia de hac quæſtione videbis
ſub *tit. de Judæis, & Sarracenis, & de hæreticis.*
Ad ultimam quæſtionis partem an infideles 65
queant compelli ad fidem recipiendam. Re-
ſpondeo negativè quemadmodum viſum eſt
practicari in Eccleſia, quæ nunquam infideles,
qui non habuerant fidem, etiam ſi ſubditi ſint
Principum Chriſtianorum, compulit ad fidem
recipiendam † & probatur ex eo quia quando 66
Chriſtus miſit diſcipulos prædicare Evangelium
Lucæ 10. & Matth. 10. dedit eis poteſtatem fa-
ciendi miracula, ut ſic homines blandè allice-
rentur ad credendum in eum ſubjicientes, & ca-
ptivantes intellectum infidelium ſua doctrina:
ita docent D. Thom. 2. 2. *dict. q.* 10. *art.* 8. Baſinez,
& Aragon ibi, Durandus, & Picardus *in* 3. *diſt.*
6. *q.* 1. *art.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 5. *q. unica art.* 10. quòd
verum eſt, etſi alii ſentiant contrarium. † Sed hæc 67
doctrina non obeſt, ut quando Chriſtiani appe-
tunt prædicare Evangelium, & infideles eos non
admittunt, poſſint armis eos pacificare ut tales
infideles admittant prædicationem Evangelii,
ad quem Chriſtiani jus habent juxtà illud *prædicate Evangelium omni creaturæ* Villal. *in ſum.* 2. *p.*
dif. 9. *n.* 4. & *de Bello tract.* 5. † qui *in d. dif.* 9. *n.* 3. 68
dicit potuiſſe Reges, Ferdinand. & Eliſabeth ex-
pellere Judæos à Regnis Caſtellæ ob vitandum
periculum ſubvertendi fidelis Chriſtianos: alia
tradit à *n.* 5. ex Aug. *epiſt.* 38. *contra Vincentium*, &
epiſtol. 50. *ad Bonifac.* & *ſerm.* 6. *de verbis Domini*,
ex Chryſoſt. homil. 32. *ſuper Matth.* 19. de quo *infra de conſtitutionibus*, cum ago de dubio an Princeps
Chriſtianus poſſit ſuis legibus obligare infide-
les ſubditos.

AD TEXTUM

in capite primo.

HOC TITULO.

De ſumma Trinitate, & Fide Catholica.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Myſteria fidei ſunt credenda abſquè involucro verborum.*

Digitized by Google

1 AD textum hunc poſſunt applicari *dicta ſupra in Rub.* nam quatenus hic explicantur articuli fidei, quos credere debemus circa ſanctiſſimam Trinitatem, & alios, *ut ſub q.* 3. dixi, *& in* verſ. *firmiter*, verſ. *ſimpliciter*, quod ſine dubitatione, & ſimpliciter ſunt credenda fidei myſteris abſque involucro verborum, ultra quæ tradit hic Barboſa *à n. 4. leges dicta*, *dict. q.* 3. & in aliis Rubricæ & ultra ibi dicti adjunges quæ longè ſcribit Thomas Sanchez *lib. 2. moral tom.* 1. *cap.* 1. 2. 3. 4. & 5. ubi explicat circa quæ debet habere fidelis fidem explicatam, Azor *lib.* 8. *moral. c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. Theologi cum D. Thoma 2. 2. *q.* 2. *art.* 5. Villalobos *in ſumm.p.2.tract.1.difficult.* 4. Ægidium Trulene. *in opere morali lib.* 1. *c.* 1. *dubio* 3. & plures à prædictis adductos, quos jam retuli ſub Rub.

QUÆSTIO I.

An hodie ſit neceſſaria fides explicita Incarnationis, & ſanctæ Trinitatis. Et quid de myſterio Circumciſionis. An Spiritus ſanctus æternaliter procedat à Patre, & Filio; & in quo die, & menſe Chriſtus ex Maria Virgine incarnatus, & conceptus fuit, & quando natus.

SUMMARIUM.

1 *Articuli fidei explicantur in noſtro textu.*
2 *Adulti hodie debent habere fidem explicitam Incarnationis Chriſti, & ſanctiſſimæ Trinitatis ſed qualiter procedat in rudibus pro ſolatio confeſſariorum, etiam circa alios articulos* n.3.4 5.6.7.8. & 9.
10 *Myſteria Circumciſionis, Adventum Magorum, & Miſſionem ſpiritus ſancti ignorantes, non peccant moraliter.*
11 *Spiritus ſanctus à Patre, & filio procedit, tanquam ab uno principio, & unica inſpiratione.*
12 *Græci plures ſenſerunt Spiritum ſanctum à ſolo Patre, procedere qui improbantur* num. ſequentib. 1 n. 20.
13 *Spiritus ſanctus à Patre, filióque procedit æternaliter ſecundùm eſſentiam, ut pluribus conciliis definitum eſt, & probatur ex ſacra ſcriptura locis*, n.14. 15.16.17.18. & 19 *cum aliis*
17 *Chriſtus dixit de Spiritu ſancto* de meo accipiet, & annunciabit vobis.
20 *Symbolum Apoſtolorum, conſentientibus Græcis cum additione* filioque *ter Latini, & Græcè cantatum eſt.*
21 *Annunciationis Beatæ Mariæ feſtum ubique celebratur, cujus dies fuit veneris* n. 22. *& in Menſe Martio* n. 24.
23 *Adam terreſtris, ſicut creatus fuit ſexta feria; & ita ſecundus cœleſtis.*
24 *Aquæ Diluvii in menſe Martii ceſſerunt, & liberatio populi ex ægyptiacâ ſervitute* n. 35. *Et quid ſignificent.*
26 *Mundus creatus fuit in menſe Martio, & in eodem per adventum Domini reparandus.*
27 *Hora qua fuerit, in qua Chriſtus incarnavit.*
29 *Dies natalis Domini ſecundum aliquos hæreticos fuit* 21. *aut* 25. *Aprilis, alii Septembri, ſeu æquinoctio autumnali, & Ægyptii aliqui dixerunt die* 5. *Januarii; Eccleſia autem die* 25. *Decemb.*

AD primam quæſtionis partem quia ſub hoc textu explicantur articuli fidei, veluti quòd Deus ſit unus in eſſentia, omnipotens, æternus, & creator omnium corporalium, & incorporalium, ſit Trinus in perſonis; ita ut pater à nullo ſit, ſed ſit ſemper generans & ſpirans, filius à ſolo Patre ſit genitus, ſed ſemper ſpirans, & Spiritus ſanctus ab utroque procedens; & quòd filius à tota Trinitate incarnatus, & Spiritûs ſancti cooperatione ex Beatiſſima Virgine Maria conceptus, ex eâque natus, ſecundùm carnem paſſibilis, & impaſſibilis autem ſecundùm divinitatem pro noſtrâ, omniumque ſalute mortuus ſit, & reliqua prout in ſymbolo colligunt ordinarii hic, & Barboſa n. 1. ideò applicabis quæ dixi ſupra *in Rubr. q.* 3. præcipuè ſub verſ. *ad tertiam &* verſ. *ad quartam*, ſed quibus dixi tam de neceſſaria fide explicita Incarnationis, quam ſanctiſſimæ Trinitatis; & quia caſus noſtri dubii ſolet admodùm affligere cõfeſſarios circa homines rudes; ideò repeto modo ſequenti. 1

Etenim Lorca 2.2.*q.*2.*art.*8. *diſp.* 22. *membro* 2. *n.*4. Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2 c.2. *concl.*6. Valent. *tom.* 3. *q.*2. *puncto* 4. & 5. Molin. *in* 1. *part. q.* 1. *art.* 1. *diſp.* 2. Malderus *in* 2.2. D. Thom. *q.*2. *art.*8. Acoſta *de procur indor. ſal lib.* 5. *c.* 5. *n.* 3. & 4. Becc. *in* 2. 2. *c.*12. *q.* 3. *concl* 3. Tannerus *in* 2.2. D. Thom. *diſp.* 1. *q.*7. *dubio* 3. *n* 4. Layman. *in Theologia morali lib.* 2 *tract* 1. *cap.* 8 *n.* 5. Sylvius *in* 2. 2. *art.* 7. *q.* 2. *concl.* 6. docent hodie neceſſariam eſſe fidem explicitam Incarnationis Chriſti, & ſanctiſſimæ Trinitatis in adultis ex eo, quia alioquin ſequeretur poſſe nunc temporis aliquem ſalvari in lege Moſaica, ut ſi Judæus invincibiliter ignoret fidem Evangelicam, & ſervet legem Moſaicam, quæ implicitè continet fidem Chriſti. Et ſic cum communi exiſtimo ſentiendum, ut jam dictum eſt *ſub dict. b.* 3. verſ. *ad tertiam*, ubi dubitatum fuit an hæc explicita fides in præfatis duobus articulis, ſit neceſſaria de neceſſitate medii, aut præcepti, ut ibi explicui *ex verſ. ex his incidimus* 2

Tamen quia ibi princ. d. verſ. *ad tertiã* retuli ſententiã quorundam (quæ cõmuniter improbatur) dicentiũ ruſticis ſatis eſſe implicitè articulos fidei credere, credendo ſcilicet articulos fidei, ut credit Eccleſia; ideo non reticeam quod in quæſtione noſtra multi ſint Doctores, qui abſolutè docent ut ſufficiat eos implicitè tenere, ut ſunt, ſotus *in* 4. *diſt.* 5. *q. unica tract.* 2. Villal. *in ſumma tract.* 1 *tom* 2 *difficult.* 3. *n.* 6. & 7. Medina *inſtruct. lib.* 1 c 14. §. 2. Sa. verbo *fides n.* 1. Turrianus 2.2. *tom.* 1. *diſp.* 27 *dub.* 4. & 8. Gaſpar Hurtado *de fide diſp.* 8. *à diſ.* 8. ex ea ratione quia inter Chriſtianos inveniuntur homines adeò rudes, ut myſteria Incarnationis, ac ſanctæ Trinitatis vero conceptu non apprehendant explicitè. † Quòd idem ſolet evenire cum mutis, & ſurdis à nativitate, à quibus vix credibile eſt, ut hæc duo myſteria vero conceptu apprehendantur, & credantur, niſi ad miracula confugiant. † Quare Azorius *lib.* 8. *tom.* 1. *mor. c.* 6. *q.* 6. ait quòd ſi quis ob ingenii levitatem Trinitatis articulum nequeat percipere, ſatis eſſe, ſi credat explicitè alios clariores, nimirum Chriſtum filium Dei natum ex Virgine, paſſum, crucifixum. Et hanc ſententiam docent etiam ut probabilem Tanetus ſupra, & Layman. Diana *p.* 3. *tract.* 5. *miſcel.* 1. *reſ.* 56. 3 4 5

Ita-

Digitized by Google

6 Itaque Sylvius 2. 2.*q.*2. *art.* 8.*concl.* 8.aſſerit,
ut ſi quis adeo ſit hebes, ut hujuſmodi myſteria
retinere non poſſit, excuſetur à præcepto, & ſi
credat quo modo poteſt ea, quæ neceſſaria, ſunt
7 neceſſitate medii, ſalvus eſſe poterit. † Item &
Hoſius *in confeſ. fide c.* 1. aſſerit diſtinctionem
perſonarum, & unitatem ſubſtantiæ, ſi qui ſunt
rudiores, quamvis comprehendere poſſint, non
eſſe adeo neceſſarium ad ſalutem omnibus ex-
plicite credere, ut ſi quis minus fuerit aſſequn-
tus, de ejus ſalute dubitandum ſit.

8 Imo & ſtando in prima ſententia, Tannerus
ubi ſupra 2 2. *diſt.diſp.* 1.*quæſt.* 7*dubio* 2.*num* 49.
tenendo fidem explicatam, nunc poſt promul-
gationem Evangelii eſſe neceſſariam, neceſſitate
medii, ait quod ſi aliqui ſunt adeo rudes intel-
lectu, ut ea myſteria ſub aliqua propria notione
concipere nequeant: tunc ſupra dicti Rudes
qui ad hanc rem cum infantibus, ac ſatius com-
parandi ſint, quia non eſt credibile Deum à quo
quam exigere majorem cognitionem, quam per
vim intellectus ipſe conſequi poſſit. Unde ap-
paret quàm bonus Deus iis, qui recte ſunt cor-
de: videbis Sanchez *in ſummar. dicte tom.* 1.*lib* 2.
*c.*3.*num.* 18 & 23 † ubi docet quomodo dica-
9 tur Rudes explicità credere, etiam ſi ſubſtan-
tiam articulorum percipere nequeant. Sic tem-
perantes primam communem ſententiam, jam
vides quantum ad conſolationem confeſſario-
rum proficiant, ut à multis ſcrupulis immunes
ſint; item ut multorum confitentium conſcien-
tias ſedent, præcipuè in locis remotis, ut ubi
non ita ut hic Caſtellæ inſtructi ſunt in doctrina
Chriſtiana fideles, ut ego Canonicus Pœniten-
tiarius, qui in Cathedrali, Valeſoletana ut ex
officio audivi confeſſiones expertus ſum & quai
de noſtra quæſtione & aliis noviſſimè longe
diſſerit Berricelus *de miſſionibus Apoſtolicis* §. 1.
tit. de fide q 4. *cum ſuis ſectionibus* ideo amplius
non ago cum ipſe Doctores agentes referat ibi
etiam *q.*5 agit de quæſtione an nunc explicita
fides myſterii Trinitatis ſit neceſſaria neceſſitate
medii ad ſalutem.

Ad ſecundam quæſtionis partem an fideles
10 ordinarii teneatur explicitè ſcire & credere
myſterium Circumciſionis. Reſpondeo ex dictis
ſupra in rubrica ſub dict. *q.*3. verſ *ad quartam.* ubi
dixi, cum Suarez ut non teneantur explicite illud
credere nec adventum Magorum, & Miſſionem
Spiritûs ſancti, & nunc addo Suario, Dianam *p* 3.
*tract.*5.*miſcel* 1.*reſ* 48. ubi ſic docet quidquid te-
neant Lorca in 2.2.*quæſt.* 2.*art* 8 *diſp* 33.*memb.*1.
n 1. Sylvius 2.2 *q.*2.*art.* 8.*concl.* 8. cum aliis con-
cludens, ut ignorantes prædicta myſteria, non
peccent mortaliter, ut docet Conink. *in* 2 2.
diſp 14.*dubio* 10.*n.* 109. & videbis à dicto verſ.
etiam de multis aliis, ac etiam de ſacramentis.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Spiritus
11 ſanctus æternaliter procedat à Patre, & filio,
quàm ex propoſito affirmativè docens Greg. 10.
in generali concil. Lundun. dicens, ut procedat à
patre, & filio tanquam ab uno principio, & uni-
ca inſpiratione, ſicut antiquitus profeſſa, & ho-
die tenet Eccleſia Latina, & Græca, ut patet ex
textu *in c.* 1.*hoc.tit.lib.*6. ubi damnat, & reprobat
omnes, qui negare præſumpſerint æternaliter
Spiritum ſanctum ex Patre, & filio procedere,
ſivè etiam temerario auſu aſſerere, quòd Spiritus
ſanctus ex Patre & Filio, tanquam ex duobus
principiis, & non tanquam ex uno procedat do-
cent Theologi *q.*1 *q* 36.*art.*2 & 4.*lib* 1.*diſt.* 11.
& 12. cum multis ex antiquis, Barboſ. *in diſt.c.* 1.
n. 1. ſed quia congruè ratione tituli, & mater ài
poteſt hic in textu noſtro tractari, imo & per
verba ibi *pater generans, filius naſcens, & Spiritus*
ſanctus procedens; ideo accipies quæ ſequuntur. 12

Unde & ſi quam plures Græci per mille annos
ſenſiſſent contra prædictam aſſertionem, & Ne-
ſtorius, & Aſſeclæ in ſuo ſymbolo, ut videre eſt
in actis concilii Epheſini converſis à Theodoro
Pelletano *tom.* 2.*c.* 37. ſenſerant Spiritum ſanctum
à ſolo Patre procedere; Eundemque errorem po-
ſtea docuiſſet Theophilactus *in c* 3. *Joann.* & cir-
ca annum 1054. Michaël Patriacha Conſtanti-
nopolit. ut patet *ex epiſtola Leonis* 9. *ad Conſtanti-
num Menachum*, Sigiberto *in chronico* & S. Anto-
nino 3.*p.hiſtor tit.* 22 c. 13. §. 11. quorum error vi-
guit uſque ad annum 1439. Bene non ſolùm à
Greg. 10 verùm ab Eugenio Papa in ſua *conſtit*
quæ incipit *definiuntur* articuli, in quibus Græci
à Latinis diſſidebant nempè de noſtro, & per
alios *ſex.* && de aliis idem Eugenius 4. † Sic no- 13
ſtrum definit articulum *Spiritum ſanctum à Patre,
filioque æternaliter ſecundum eſſentiam procedere*:
quæ conſtitutio fuit edita in concilio Florentino
§. 1. docent Theodorus in refutatione quàm
fecit *anno* 432 *c.* 9. contra Cyrillum Alexandri-
num, qui Authoritate Apoſtolica præfuit Conci-
lio Epheſino.

Et hæc veritas ſic definita ab Eugenio con- 14
ſentientibus Latinis, Græcis in concilio Flo-
rentino; fuit anteà etiam ſtabilita in Concilio
Romano ſub Damaſo *anno* 372. quàm etiam pa-
tres Concilii Conſtantinopolitani confirmàrunt
per Euſebium & Priſcianum Epiſcopos, ut col-
legitur ex epiſtola orientalium Patrum ad Da-
maſum excuſantium ſe, quòd tunc Romam ve-
nire non poſſent, & ex Epiſtola Damaſi, quæ
approbat Conſtantinopolitana decreta, & actis
utriſque Concilii, nec non Caſſiodoro *lib* .9.
c 16. † Iterùmque *anno* 400 in concil. Tolet. 1. 15
c. 21. & in Concilio Alex. ex quo Cyrillus Alex.
epiſtolam ad Neſtorium ſcripſit *ann.* 431. Et in
Concilio Chalcedon. *ann.* 451. in Concil. Con-
ſtantinopolit. 2. *ann.* 619. In Toletano 4 *c.* 1. *ann.*
633. in Tolet. 8. *ann.* 653. in Tolet. 11. *c.* 1 *ann.* 675
in Conſtantin. 3. *ann.* 681. ubi approbata eſt epi-
ſtola Cyrilli in qua dicitur *ſpiritus appellatus eſt
veritatis, & veritas Chriſtus eſt: unde ab iſto ſimiliter
ſicut à Patre procedat.*

Comprobatur ex ſynodo ſeptima ſeu Nicena 2. 16
actione 7. *ann.* 789 cum recitatur ſymbolum cum
additione (*filioque*) ut ex antiquo codice docent
Patres Concil. Florentini *ſeſſ.* 5. & 7. & ex D. Aug.
in enchirid.c. 3. & *lib.* 5 *de Trinit. c.* 8. cum ait *Spi-
ritus ſanctus à patre, & filio non factus, nec creatus,
nec genitus, ſed procedens*, & recitatur cum eadem
particula (*& filio*) in Concil. Tolet. 4. & Baſilius
lib 3. *contra Eunomium*, cum ait ipſum eſſe ſecun-
dum à filio, cum ab ipſo eſſe habeat, & omnino
ab illà cauſà dependeat (hoc eſt principio ori-
ginis.(& Greg. Nyſſenus *cum homil.* 4. *in oratio-
nem Dominicam* ait *Spiritum ſanctum, & ex patre
dicitur, & ex filio præterea eſſe oſtenditur.* Chryſoſt.
homil. 1. *de ſymbolo tom.* 5 *inquit eſt ſpiritus de pa-
tre, & de filio procedens, & homil.* 2. *Spiritum ſan-
ctum dicimus Patri & filio coæqualem, & proceden-
tem de Patre, & filio*, & Epiphanius *hæreſi* §. 9.
*quoniam unus eſt Spiritus Dei Spiritus ex Patre
procedens, & de filio accipiens.*

17 Colligunt Patres hanc veritatem *ex Joanne*
14.15.16. quia ſicut *Joannis dict.* c. 14. dicit *quem*
Pater mittere in nomine meo: ſic *in dict.c.* 15. dicitur
quem ego mittam vobis a patre; perſona enim di-
vina non mittitur, niſi ab ea à qua procedit, ut
docet Athanaſius *in epiſtol. ad Serapionem*, S.
Thom. *in opuſculo contra errores Græcorum.* Aug.
lib.4.de Trinit.c 20. Tum quia Chriſtus dixit de
ſpiritu ſancto *de meo accipiet*, & *annunciabit vo-*
bis, de meo accipiet, ait. quia non accipit filiatio-
nem, ſed ſolùm eſſentiam, cum tamen in Chriſto
ſit utrumque; at una per ona non accipit ab alia,
18 niſi procedendo. † Tum quia Spiritus ſanctus
dicitur Spiritus veritatis, id eſt Chriſti, ut *ad*
Rom. 8. ſpiritus Chriſti, *ad Galat.* 4. ſpiritus filii
ſui *act. c.* 16 ſpiritu Jeſu *ſicut Matth.* 10. *dicitur*
19 ſpiritus Patris. † Tum quia Chriſtus dicit *omnia*,
quæ habet Pater mea ſunt, *propterea dixi vobis quia*
de meo accipiet. Filius ergo omnia habet, quæ Pa-
ter paternitate excepta: ſed Pater habet eſſe
principium Spiritûs ſancti, ergo & filius cum
Patre Spiritum ſanctum producit, ut argumenta-
tur Cyrillus *in reſponſ.* 9. *anathematiſmi.* Aug.
lib.5.de Trinit. c. 14. Ambroſ. *lib.* 2. *de ſpiritu ſancto*
*c.*12. & Anſelmus *de proceſſione Spiritus ſancti.*
Alias ſi Pater eſſet ſpirator, & non filius, Pater,
& filius non diſtinguentur, ſolis relationibus
oppoſitis, paternitatis, & filiationis, ſed etiam
ſubſtantia, quæ eſt hæreſis Arrii.

Eſt ergo dicendum, malé Græcos ex eo quòd
20 dicatur Joan 14. *Spiritus ſanctus, qui à Patre pro-*
cedit, inferre à ſolo Patre procedere, quia nec
ibi, nec alibi additur dictio excluſiva, ut nota-
runt Patres *in Concil. florent* & Bellarmin. *lib.* 2.
*de Chriſto c.*23 videbis alia tradens Joan. Baptiſt.
Scortiam *in conſtit ſummor. Pontif. epitome* 33.
theorema. 89. Joan Naucerum *tom.* 2. *generatione*
38. *ad annum* 1137. & ex Patribus Græcis, an
præter ſuos complexus eſt noſtram veritatem
Athanaſius *in epiſtola ad Serapionem*, & *in ſymbo-*
lo, quòd etiam citat Nazianzenus *de laudibus*
Athanaſii t & eſt etiam definitum in Concilio
apud Barrum, cui interfuit ſanct. Anſelmus ce-
lebrato à Latinis, & Græcis ſub Urbano II.
anno 1090. in concil. lateran. ſub. Innocent. III.
cap. 1. anno 1215. cui etiam Græci interfuerunt,
& c. 4. in relato Concil. Lugdun. *anno* 1274.
ſub dicto Gregorio X. de quo *in dict c.*1. *hoc tit.*
lib. 6. in quo etiam conſentientibus Præcis ſym-
bolum cum additione *filioque*, ter latinè, & græ-
cè cantatum eſt; & denique in Trid. Concil.
ſeſſ. 3. *anno* 1563 ubi ſymbolum Apoſtolorum
ad litteram repetit: ex Latinis Tertulian. *lib.*2.
contra praxeam, Hilarium *lib.* 2. *de Trinit.* Ambr.
lib. de ſpiritu ſancto c. 10. Aug. *lib.* 15. *de Trinit c.* 17.
26.27. Hieron. *epiſt.* 1. *cap.* 1. Proſper. *de vita con-*
templat. c. 18. Fulgentius *lib. de fide ad Petrum* c 2.
Boëtius, *lib.* 1. *de Trinit.* c. 12. Gregor. *lib* 1 *moral.*
c. 8 *lib.* 2. *Dialog. cap. ultimo*, quos etiam Græci
in ſuam linguam tranſtulerunt, & abraſerunt
particulam *filioque procedit*, ut docet Joannes
Bıconus *in ejus vita lib.* 4. c. 75. Anſelmus *lib. de*
proceſſione Spiritûs ſancti S. Thomas *in opuſculo*
de erroribus Græcor. & *quæſtionib. de potentia q.*10.
*art.*4 §.p 1. *quæſt.* 36 *art q.*2 Magiſter ſententi *lib.*1.
diſt. 1. & eges text m *in c. ult. de conſecrat. diſt.* 5.
ubi explicans illud Joan. 14. & 16. ait *non enim*
loquetur à ſemetipſo. quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre
& *me eſt*; *hoc enim ipſum quod ſubſiſtit.* & *loquitur*
à Patre, & *me illi eſt* ubi Didimus *lib.*2 *de Spiri-*
tu ſancto contra Errores Græcor. Videbis Cirill.
Alex. *lib.* 3 *theſauri c* 2. ubi ait ex filio naturali-
ter, & ſubſtantialiter ſpiritum ſanctum, ſicut ac
patre provenire credimus.

Ad quartam quæſtionis partem per verba 21
textûs noſtri provenit diſputare in quo die men-
ſe, & anno Chriſtus Dominus ex Maria Virgi-
ne natus ſit *ibi* in verſ. & *tandem unigenitus Dei*
filius à totâ Trinitate communiter incarnatus ex
Maria ſemper Virgine Spiritus ſancti cooperatione
conceptus eſt &c. Eugenius IV. in ſua *conſtit.* 19.
quæ incipit *continet in* § 19 dicit *feſtum Annun-*
ciationis ubique celebrandum eſſe 25 *die Martii.* &
Hoſtienſis *in cap Pontif epithome* 34. *Theor.* 100.
Scortia, *in conſtit. Pontif. epithome* 34 *Theor.* 100.
ait Annunciatio celebretur vere, & quòd ſic
merito habet Eccleſiæ traditio; & ut integri
ſint menſes 9. uſque ad 25 diem Decembris, in
quâ natus eſt Jesus Christus. † Et quòd il-
la dies fuerit veneris colligunt D. D ex Aſtro- 22
nomicis ſupputationibus, cum litteris Domini-
calis fuerit B. & dies veneris G. † Et id magno
myſterio, ut ſcilicet Adam terreſtris crea-
tus eſt ſextâ feriâ ita ſecundus cœleſtis ſextâ
item conciperetur; atque ut ille ſexta quoque
Di:in Paradiſo voluptatis collocatus eſt, ita &
hic ſextâ die in Virginis uterum virtutum om-
nium, atque chariſmatum Paradiſum deſcen-
deret.

De menſe autem communis ſententia docet 24
fuiſſe Martium, tum quia menſe martio, aquæ
Diluvii, quæ cœperant menſe Aprili præceden-
tis anni, & undecim menſes durârant imminutæ
ſunt ad ſignificandum colluvionem peccatorum
Domino veniente in martio finiendam. † Item 25
quia liberatio populi ex Ægyptiaca ſervitute,
quæ noſtram liberationem à tyrannide Dæmo-
nis, docet martio quoque facta cenſetur. † 26
Denique quia decuit, ut quo menſe creatus eſt,
mundus, eodem ad eundem reparandum veniret
Dominus, is autem Martius fuit ex Athanaſ.
q.9. & 19. *ad Anthiocum Auguſt in cap. veteris*
*teſtam. c.*8 & *in q ex utroque teſtamento q.*106,

De horâ autem diei, non ſic DD. conveniunt 27
cum Athanaſius. *Serm de Deipara* ſentiat ſalu-
tatam ab Angelo, & concepiſſe oriente ſole, alii
autem ſtatim poſt mediam noctem, juxta illud
ſapient 8 *dum medium ſilentium tenerent*, & *nox in*
ſuo curſu medium iter haberet omnipotens. &c. Idque
magis figuræ congruit, quòd poſt mediam no-
ctem juſſu Domini venerit Angelus occidere
primogenita Ægyptiorum, & de ſervitute libe-
rare populum Iſraël *exod. c.* 12. ut eum in terram
patribus promiſſam deduceret: tradit Scortia
ſupra videndus ibi † ad plura quæ ſeſerunt
D. D. de die nativitatis, Domini, Circumciſio- 28
ni, Epiphaniæ, & Præſentationis in templo, de
quo aliqua *infra in cap. tranſlato de conſtit.* & *in*
*c.*1. *d purificatione poſt partum.*

De die autem nativitatis Domini quidam hæ- 29
retici apud Clem. Alex. *lib* 1. *ſtrom.* voluerunt fuiſ-
ſe diem 20. aut. 25. Aprilis, & Matthæus Beroal-
dus Hæretic. *in chron* p 4. c 1. & 3 menſe Septem-
bris, ſeu æquinoctio autumnali, & Ægyptii aliqui
apud Epiphan. *hæreſi* 51. die 5. Januarii, ſed Eccleſiæ
ſiæ communis traditio docet natum Dominum
8. Kalend. Januaria, id eſt, die 25. Decembris
quando jam incipiunt dies creſcere; & die Do-
minica Synodus 6 *gener. c.* 8. multis comprobat
Scotica *ſuprà.*

QUÆST.

Digitized by Google

QUÆSTIO II.

An fidelis quilibet adultus teneatur memoriter ſcire Symbolum Apoſtolorum, articulos fidei, Orationem Dominicam, Præcepta Decalogi, Sacramenta Eccleſiæ, & doctrinam Chriſtianam, ut continetur in Catechiſmo. Et an ignorantia vincibilis myſteriorum Dei, ſit ſpeciale peccatum: & an præcepta Decalogi remitti, & ſolvi poſſint & an Papa, vel Eccleſia poſſit novum articulum fidei facere.

SUMMARIUM.

1 *Fideles præciſè, & ſub peccato morali, non tenentur recitare memoriter* Symbolum, articulos fidei, Orationem Dominicam, præcepta Decalogi, Ave Maria Sacramenta Eccleſiæ, & doctrinam Chriſtianam, *ut continetur in Catechiſmo*, n. 2. 3. 4. 5. & 6. *& eſt veniale, ſi ex purâ negligentiâ ea ſcire omittant.* n. 7.

8 *Ignorantia vincibilis myſteriorum fidei, eſt ſpeciale peccatum explicandum in confeſſione; etſi contra alii teneant relati* n. 9. *& cujus fuerit præcepti, eſt explicanda,* n. 10.

11 *Ignorans vincibiliter plures artic. fidei, non committit plura peccata ſpecie diverſa; ſecus ſi ignorat plura præcepta decalogi, vel Eccleſiæ.*

12 *Ignorans Vincibiliter plures articulos fidei, non committit plura peccata ſpecie diverſa.*

13 *Ignorans vincibiliter plures articulos fidei, non tenetur numerum articulorum, quos ignorat, explicare in confeſſione*

14 *Præcepta Decalogi remitti, & ſolvi non poſſunt; ſunt enim naturalia, jura indiſpenſabilia omninò, etiam à Deo ut* n. 16.

15 *Præcepta naturalia ſunt, quæ ſolo naturali lumine, & facillimo diverſo cognoſcuntur eadem apud nationes benè inſtitutas*

17 *Deus non poteſt facere, ut id, quod erat conveniens naturæ rationali, ſit poſteà diſconveniens, vel contra manentibus eiſdem circumſtantiis quibus præceptum obligat.*

18 *Præcepta prima legis naturalis non poſſunt mutari, etiam in caſu particulari. nec pugnant dicta,* num. 19. *quæ explicantur, à* n. 20. & 21.

22 *Sabbatum non violatur per operationem ſaluti humanæ neceſſarium, quia ex parte, quâ præceptum eſt cæremoniale diſpenſatur, non ex qua mortale.*

23 *Abraham conſenſit in homicidium filii ſui, non abſolute, ſed Dei præcepto.*

24 *Præcepti quinti materia, non eſt abſolutum homicidium, ſed commiſſum propria authoritate extra propriæ vitæ defenſionem.*

25 *Jurans non tenetur juramento, ſi poſtea caſus occurrit, vel majoris boni impeditur.*

26 *Oſeas ad mulierem, accedens, Dei mandato, non peccavit.*

27 *Præcepta Decalogi obligant cum certis circumſtantiis, quibus ſublatis, jam non obligant,* num. 28.

29 *Furari licet in non nullis caſibus, veluti ne quis fame pereat.*

30 *Leges duæ naturales ſi concurrant, inferior flectit ſuperiori.*

31 *Papa diſpenſat tantùm in Rebus Divini juris, quæ pendent a voluntate humana, ut in voto, & juramento,* n. 32 33. *& in jure naturali, quoties caſus dependent à voluntate hominum, quod propriè non eſt diſpenſare, ſed declarare, &* n. 34. 35.

36 *Ignorantia legis naturalis circa principia prima dari nequit, quæ ſit inculpabilis: fallit in aliquo rariſſimo caſu pro aliquo breviſſimo tempore.*

37 *Præcepta quæ colliguntur, facta diligentia, ex Decalogo, queunt ignorari inculpabiliter, etiam permultum tempus.*

38 *Lex naturalis quo ad prima principia, eſt omnibus nationibus communis; non ſic quoad concluſiones deductas: indeque licet mutari in aliquibus caſibus non in omnibus.*

39 *Scripturæ Canonicæ dicuntur quæ fuerint ab Eccleſia approbatæ, & receptæ in Canonem divinarum Scripturarum.*

40 *Pontifex, & Eccleſia verius eſt, ut nequeant facere novos articulos fidei.*

41 *Scripturæ quæ ſint Canonicæ, & authenticæ, pendet declarandum ab authoritate Eccleſiæ.*

42 *Eccleſia non poteſt dare authoritatem; & virtus divina Scripturæ, ei quæ divina non eſt.*

43 *Scripturæ ſacræ ſolent eſſe interpretationes plures; quarum neutra eſt hæretica, donec Eccleſia definiat.*

44 *Abbas Joachim excuſatus fuit ab hæreſi in textû noſtro; & quare.*

45 *Hæretica multa cenſetur, quæ hoc nomine minimè notabantur.*

46 *Errores plures Lactantii, & Originis, & aliorum, qua ratione excuſentur ab hæreſi?*

47 *Eccleſia non poteſt facere, ut propoſitio in ſe vera, modo ſit falſa, vel è contra.*

48 *Eccleſiâ Catholica Romana, qualiter diſpoſuerit ſcripturas recipi Divinas.*

49 *Libri qui recepti fuerint in Eccleſia? Et quæ Opuſcula ſanctorum?* remiſſivè

AD primam quæſtionis partem, viſis quæ adduxi *ſuprà in Rubr. quæſt.* 3. 1
verſ. *ad quartam*, facilis erit reſponſio, & habitâ diſtinctione Perſonarum, de qua ibi; num verò dubium eſt, an fidelis, qui memoriter non ſciunt Symbolum, & alias orationes doctrinæ: peccent mortaliter; & Farinacius *de hæreſ. quæſt.* 179. *num.* 8. quem ſequitur Naldus *in ſumm.* verbo *Chriſtianus*, dixit ut tales doctrinam ignorantes memoriter, peccent mortaliter, tum ex uſu præcipuarum urbium, in quibus confeſſarii, & periti omnes rerum Eccleſiaſticarum in dubie reputant hujuſmodi præceptum obligare ſub mortali, & propterea abſoluto Sacramentalis ſolent pſis denegari, qui prædicta memoriter non retineot, præcipuè Symbolum, articulos fidei, decalogum, & Orationem Dominicam. † Et in pleriſque diœceſanis conciliis Caveatur, ne prædicti ad- 2
mittantur ad matrimonium, nec ad lèvandos pueros de ſacro fonte Baptiſmatis: ita de Sym-

bolo docuerunt Sylvius 2. 2. *q.* 2. 8. *concl.* 8. Joannes de la Cruz *in direct.p.*1.*art.*2.*dub.*1.*concluſ.* 1. Palacios *in* 4.*diſt.* 5.*diſp.*9. Niderus *in ſumm. præcep.* 1.*c.* 3. & alii.

3 Ego tamen exiſtimo dicendum, quòd ſi quis diligentiam adhibeat ut diſcat memoriter, & ob defectum naturalem, vel incapacitatem, verba retinere nequeat, ordinatim, facilè poſſit ab omni culpâ excuſari. Eſt enim certum non eſſe gravem obligationem retinendi memoriâ verba Symboli, vel præceptorum; ita ut ſit peccatum mortale hoc omittere, ut docent Azor. *in ſumm.lib* 8.*moral.c.*7.*quæſt.*5.Sanchez *in ſumm. tom.*1.*lib.*2.*c.*3.*num* 19 cum multis Doctoribus ab eo relatis: quibus adjungo Bonacin. *in tract. de legibus diſp.*3. *quæſt.*6 *punct.*2. *num.*14. Gaſpar Hurtado *de fide diſp.* 8. *diſ.* 11. Suarez *de fide diſput.*12.*ſect.*5.*n.*8.Diana *p.*1.*tract.*19.*miſc* 2.*reſ.*14. ex eo quia de præcepto non ſatis conſtat, cum nec ab aliquo Pontifice, nec ab aliquo Concilio generali latam inveniatur, vel quia alii canones qui de hoc loquuntur de ſubſtantia myſteriorum ſufficienter intelliguntur, vel certè quia materia iſta levis eſt ſi præciſè in verbis, vel in eorum ordine ſiſtatur, Diana *p.* 3. *tract.* 5.*mi-*
4 *ſcel* 1.*reſ.*48. in verſ. & *tandem.* † Ubi dicit non peccare mortaliter, ſed tantùm venialiter adultos Symboli Apoſtolici formam ſub verbis præceptivis memoriâ non tenentes.

5 Et idem dici debet de decalogo, de Oratione Dominica, dummodo eorum ſubſtantiam ſciant & intelligant, & à fortiori de *Ave Maria:* ſic Layman. *in Theologia moral lib.*2. *tract.*1. *c.*9 *num* 4. Suarez *dict.ſect d.num* 8. Tannerus *in* 2. 2.*diſp.* 1. *quæſt.*7 *n.*67 Conink *in* 22. *diſp.* 14. *dub.* 10.*num.* 194. † Et etiam non eſſe peccatum
6 mortale, ſed veniale neſcire, ſe ſignare ſigno Crucis, docet Sanchez *dict.lib.*2 *cap.*3.*num.*14. tamen contrarium tenent Angelus, Armilla, Tabiena, Sylveſter, quos ſequi videtur Villalobos *in ſumm.tom.*2.*tract* 1.*diſ.*4.*num* 12 ſed de hoc dices, ut ſub d. verſ. *ad quartam.* 5 *dict. quæſt.*3. *Rubricæ* ſub verba *tenentur* & ſic concludes cum prædicto Diana *dict. reſ.* 48 *in fine*, ut non obſtante quòd præfata ſint probabilia, debeant ſuaderi fideles, ut ea omnia explicitè ſciant, & memoriâ retineant: legendus eſt Gaſpar Hurtadus *dict. diſp.*8. *de fide diſ.* 10. qui minus ſcrupuloſè loquitur quòd præcepta decalogi teneantur ſcire omnes fideles ſecundùm ſubſtantiam, noviſſimè docet Berricelus, *de miſſionib Apoſtol. p.* 2 *tit.*1. *de fide quæſt.*6. *ſect*7. Cardinal Lugo *de fide diſp.* 13 *ſect.* 5.*n.* 126. poſt Suarez & Sanchez, cum aliis.

7 Dubium eſt tamen quid dicendum ſi ex purâ negligentiâ quis omittat prædicta memoriter ſcire, & eſt probabile non carere aliquâ culpâ, ſaltem veniali, quia præter Canones, qui hoc inſinuant juxta communem uſum Eccleſiæ, talis negligentia cenſetur aliquo modo culpabilis, & in aliis aliquando ſcandalum generat: videbis citatos & in ſuper Vincentium Filiucium *in quæſt.moral.tom* 1.*tract.*22.*c.*3.*n.*37. citatem Navarr. *in manuali.c.*11.*n.*22.*de Sacramentis*, & alias dixi *ſuprà*, in loco citato.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an igno-
8 rantia vincibilis myſteriorum fidei ſit ſpeciale peccatum in confeſſione explicandum, affirmativè docuerunt Vaſquez 2.2.*diſp.*119.*c* 3. Gaſpar Hurtado *de fide diſp.*8.*diſ.*17. Tanner. *in p.*2. *diſput.* 4.*quæſt* 9. *dub.* 1.*n.* 12 Sanch. *in ſum tom:*1. *lib.*1.*c.*17.*n.*11. Filiucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.*10: *nu.*365.Enriquez *lib.*5.*c* 6.*num.*3.in gloſ. *lit. F.* Curiel. *in* 12.*quæſt.*76. *artic.*2.*dub.*2. §. 4 † Qui 9
docet ignorantiam vincibilem articulorum fidei habere non ſolùm malitiam peccati, cujus periculo ſe exponit v. g. omiſſionis actûs fidei tempore, quo obligat præceptum credendi, aut aſſerendi, aliquid contra fidem, ſed etiam diſtinctam ſpecie conſiſtens in negligentiâ addiſcendi articulos, quæ opponitur virtuti, ſtudioſitatis. Diana *p.*3. *tract.* 4. *de Sacram.reſ.* 165. qui hanc dixit probabilem opinionem; imò cum Marulus *diſp* 1.*c.*2 *difficult.*3 *n.*167 contrariam ſententiam tueatur ex multis rationibus, dicit ut prima opinio videatur probabilior, & omninò tenenda.

Et quatenus ad confeſſionem dicit cum eo- 10
dem Marulo *num.* 730. eſſe neceſſarium explicare cujus præcepti decalogi fuerit ignorantia, ſecùs verò in ignorentia myſteriorum fidei id deſumens ex diverſitate præceptorum decalogi, vel Eccleſiæ; eò quod ita vindicabiliter ignorans exponit ſe periculo admittendi peccata ſpecie diverſa ſecundùm præceptorum diverſitatem: quòd ſecùs accidit in ignorante vindicabiliter myſteria fidei, qui non ſe exponit committere peccata ſpecie diverſa, juxta diverſitatem myſteriorum, ſed ſemper peccatum eſſe ejuſdem ſpeciei, cujuſcumque myſterii ſit ignoratio, quia opponitur eidem præcepto, ac virtuti.

Unde infertur ignorantem vincibiliter, plu- 11
res articulos fidei non committere plura peccata ſpecie diverſa, & diſtincta, ſecus vero ſi ignoret plura præcepta Decalogi, vel Eccleſiæ.

Dubium tamen eſt an ignorans vindicabiliter 12
plures articulos fidei admittat ſaltem plura peccata mortalia numero diſtincta, & affirmativè reſpondet Marullus, ubi *ſupra* ſed Suarez *tract de fide c.* 15 *ſect.* 1.*num.*7. negativam contrariam ſequitur exemplificans *in præcepto recitandi horas Canonicas*, dicens ut peccatum omiſſionis illarum non multiplicetur numero juxta multiplicationem horarum, ſed unum tantùm numero eſſe. † Ob idque Diana *dicta reſ.* 194. *ſub* 13
verſ. *ſed difficultas*, infert ignorantem vincibiliter plures articulos fidei non teneri numerum articulorum quos ignorat explicare in confeſſione & alia adducens dicit probabilem eſſe ſententiam Marulli *ſuprà* dicentis eſſe ea explicanda in confeſſione.

Ad tertiam quæſtionis partem ex verbis tex- 14
tûs noſtri verſ. *in commutabilis*, notat Barboſa *hic num.*8. & 9. cum Azo. *inſtit. moral. p.*1.*lib* 6. *c. quæſt.* 3. præcepta decalogi remitti & ſolvi non poſſe, quia ſunt jura naturalia, & ſic indiſpenſabilia; ut docent Navarrus *in tract. de ſpoliis Clericor.* §.2.*num.* 3. *in tract. de reditibus Eccleſiæ quæſt.*3.*n.*2. & 3. Azor. *inſtit. moral p.*3.*lib.*1. 3.1.*col.*12.*in fine* Marta *de juriſdict.p.*4.*caſu* 93.à *num* 6. Sayrus *in clavi Regia lib.*3.*c.*2.*num.*12. faciunt textus, ubi DD. *in* §.*ſed naturalia inſtit. de jure natural.gent.* & *civil.* & *in* §.*minus inſt. de rerum* qualitate, & differentia, & utrobique Pichardus, & alii repetentes, idem Pichard. longà; *in leg* 3. & 7. *Cod de muri legul lib.* 11. ex *num.*4. & *de jure Regio, leg.* 5. *titul.* 24. *p.*4. *l.* 34. *p.* 7.

Et enim

Digitized by Google

15 Etenim ut dicit Sanchez *lib. 7. de matrim. di-*
ſput. 51. *num* 4. naturalia præcepta ſunt, quæ ſolo
naturali lumine ſine aliquo diſcurſu, aut ſaltem
facillimo dignoſcuntur, & apud omnes natio-
nes benè inſtitutas, ſunt eadem, habentque e-
andem rectitudinem, & hæc quidem aut prohi-
bere rem ita intrinſecè malam, ut nullâ ratio-
ne, in nulloque eventu cohoneſtari poſſit, qua-
le eſt mentiri, au fornicari, vel rem ſemper
malam, & apud omnes, talem tamen, ut ra-
tione extremæ indigentiæ excuſari poſſit ut eſt
furtum.

16 Quare cum prædicta, & alia præcepta natura-
lia contineatur in decalogo ſequitur dicendum,
ut præcepta decalogi ſiut omninò indiſpenſabi-
lia; ita ut nec ab ipſo Deo diſpenſari poſſint;
quia hæc cootinent ordinem intrinſecum ho-
minis ad Deum, & hominis ad hominem: ſed
fieri non poteſt quin homo ad Deum, & ho-
minem debitè non ordinetur: ergo ſecundo,
quia hæc præecpta prohibent quòd intrinſecè
ex ſe, & ex ſuà naturà eſt malum, & non quia
præceptum: ſed implicat ut aliquid, quòd ex
ſua naturà eſt bonum, ſit malum, vel bonum
alteri: ergo non poſſunt hæc præcepta diſpen-
ſari, nec licentia credi, ut aliquia manente le-
ge naturali quoàd alios ipſe contra legem ope-
retur.

17 Noo enim poteſt Deus facere ut id, quod
erat conveniens naturæ rationali, ſit poſteà di-
ſconveniens vel contra, manentibus iiſdem cir-
cumſtantiis, quibus præceptum obligat: do-
cent Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 6. *n.* 14. Na-
varr. *conſ.* 4. *de diſpenſ. impuber. n.* 16. Suar. *de legi-*
bus lib. 2. *c.* 14. *num.* 5. *c.* 15. *num.* 2. & 26. Covarru.
in regul. peccatum p. 2. *cap.* 6. §. *num.* 6. Caſtr. Pal.
tract. 3. *de legib. diſp.* 6. *punct.* 2. *n.* 5. Trulenc. *in ope-*
re moral. præludio. 5. *p.* 1. *num.* 5. Barboſa *de jure Ec-*
18 *cleſ. p.* 1. *c.* 2. *num.* 122. † Ubi dicit cum Balduino
in dict. §. *ſed naturalia*, Fortunio *in l. velut n.* 25.
l. manumiſſiones n. 8. *ff. de juſtitia, & jure*, ut nec
in caſu particulari prima principia, ſeu præce-
pta legis naturalis, poſſint mutari, quia ſem-
per firma menent, nec ullam mutationem ad-
mittunt, ſive in communi, ſive in particulari:
videbis D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 8. ubi ex-
poſitores.

19 Dices autem quòd Deus de facto diſpenſavit
in tertio præcepto cum Machabæis, conceden-
do eis licentiam ut operarentur in Sabbato, etiam
in quinto cum Abraham, ut filium ioterficeret,
& in ſexto cum Oſea, ut ad mulierem ſornica-
riam accederet, & in ſeptimo eum Hebræis, ut
vaſa prætioſa ab Ægyptiis acciperent, ergo na-
turalia decalogi præcepta diſpenſabilia ſunt, &
confirmatur, quia & ſi eàdem naturà inſitum
ſit, ne quis cum alieni jactura locupletetur,
l. nam hoc natura, ff. de condit. indebiti, l. 17. *tit.* 34.
p. 1. ſed lege civili inducta fuit uſucapio, qua
quis rei alienæ, invito Domino, Dominium
nanciſcitur, juxta quæ latiſſimè ſcripſi *infra ad*
tit. de præſcript. & patet *ex tit. ff. de uſucapion.* cum
aliis ibi ſequentibus, & *inſtit. eodem*: ergo vide-
mus, ut alio jure inferiore jus naturale abroge-
tur, etiam illud primævum, quod conſiſtit in
eo ſcilicet *malum fugiendum, bonum amplecten-*
dum, quòd tibi vis, alteri fac, quod tibi non vis,
alteri non feceris: de quibus dicunt Doctores
cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. Ægid. Tru-
lenc. *in opere moral. lib.* 1. *c.* 1. *dub.* 5. *n.* 3.

Sic hæc eſſe communiſſima, & prima prin-
cipia ut nequeat de illis dari ignorantia, quia
hæc principia ſuot evidentiſſima, & ſe ipſis
conſtant; & ob id nec poſſit dari ignorautia
inculpabilis præceptorum, quæ in decalogo
continentur, cum hæc præcepta ſunt de jure na-
turæ, quæ facillimè colliguntur ex jam relatis
primis principiis.

Adhuc verò dicendum eſt naturalia jura, quæ 20
continentur io deculogi præceptis, ſemper fir-
ma, immutabilia, ac diſpenſabilia eſſe ex di-
ctis in principio; ſicque non obſtant relata, *num.*
præcedenti in principio. Quis reſpondeo ad pri-
mum de tertio præcepto cum Machabæis, ut
opperarentur in Sabbato quod Deus non di-
ſpenſavit cum eis ſed declaravit tantùm non
violari Sabbatum per operationem ſaluti hu-
manæ neceſſariam, quia tertium præceptum
quoàd temporis determinationem, tunc erat de
jure Divino, ac propterea potuit à Deo diſpen-
ſari breviter: ſic reſpondet Ægidius Trulenc.
ante *princ. operis moralis, dict. præludio* 5. *num.* 7.
in verſ. & *dico* ex D. Thom. 1. 2. *dict. quæſt.* 100. *ar-*
tic. 8. qui ad alios caſus reſpondet. † Sed qua- 21
liter hod contingat, & ut latius explices. Leges
plura, quæ adduxi *ſub Rub.* & *tit de feriis*, ubi
in d. Rub. expendi præceptum de obſervandis
feſtis, partim eſſe Morale, partim cæremonia-
le, ut de Sabbato in *l. veteri*, & il i *à num* 26. de-
claravi, ut tale præceptum ex qua parte mora-
le eſt, eſt oaturale, cum per ſe pertineat ad Deum
colendum; & ſic indiſpenſabile, non ſic ex qua
parte fuit cæremoniale, ut feſtum obſervare in
die feſto, quia hæc temporis mutatio eſt alte-
rius, juris, & ſic diſpenſabilis, ut viſum eſt;
cum jam dies Sabbati non obſervetur, ſed dies
Dominica. De quo videbis etiam quæ ibi dixi
ſub c. 3. & alia quæ dico *infra in c. translato de con-*
ſtit. q. 1. & 3.

Non obſtat illud adductum quòd Deus di- 23
ſpenſavit cum Abraham, ut filium ſuum inter-
ficeret, quia reſpondent Trulenc. & D. Thom.
ubi *ſupra* quòd Abraham conſenſit in homici-
dium, non abſolutè, ſed Dei mandato, qui vi-
tæ, & mortis Domious eſt. Et ut clariùs per-
cipias: addo quòd non omnia præcepta deca-
logi adhuc ſunt immutabiliter permentia, ut
& ſi indiſpenſabilia ſint (ut dixi) deſignant, ob
id admittere aliquam interpretationem, nempè
ut in boc, aut alio caſu obligent. Juxta ea, quæ
latiſſimè dico *infra ad tit. de homicid.* & ibi *in c.* 1.
per textum ibi, ubi pro defendendâ vitâ, hono-
rem, & bona licet invaſorem occidere, ſi adſit 24
moderamen inculpatæ tutelæ. † Etenim materia
quinti præcepti decalogi, non eſt abſolutum
homicidium; ſed homicidium commiſſum pro-
priâ authoritate, extra propriæ vitæ defenſio-
nem, Ægid. Trulenc. *dict. præluд.* 5. *ſub num.* 6. in
verſ. *materia.* † qui etiam aliter exemplificans 25
dicit quòd qui juravit, non tenetur juramento,
ſi poſteà caſus occurrit, vel in eo, qui facit ju-
ramentum majoris booi impeditivi, ex quo vi-
des non frangi præceptum decalogi: & de hoc
ultimo leges plura, quæ adduxi ſub *tit. de jure-*
jur. & ibi *in c. quemadmodum* 25.

Non inquam obſtat illud relatum ſub d. verſ. 26
dices factum à Deo, cum Oſeas, ut ad mulie-
rum fornicariam accederet, quia tunc ille acce-
debat ad eam, quæ ex Dei mandato ſua erat,
qui eſt auctor inſtitutionis matrimonii, atque
ita,

ita, non peccavit ad mulierem fornicariam
(id eſt quæ talis exiſtimabatus) accedendo: ſic
dicit idem Trulenc. *diſt. præłud.* 5. *num* 7. cum
D. Thom. & poteris applicare deciſiocem tex-
tûs *in cap. inter opera de ſponſalibus*, ubi probatus
intes opera charitatis, quæ ad peccatorum remiſ-
ſionem deſerviunt ſit ducere in ſponſam eam,
quæ meretrix eſt.

27 Quartum de diſpenſatione facta à meo cum
Hebræis non obſtat, quia iſti Dei præcepto ab
Ægyptiis ſpolia acceperunt, & fortè in præ-
mium ſuorum laborum, tranſtulit enim Deus
ab Ægyptiis in Hebræos bonorum dominium,
nam Deus omnium rerum Dominus eſt; & ſic
Bonacina cum multis *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 2. *n.* 9.
& 10. *tom.* 2. quem ſequitur citatus Trulenc. *d.*
num. 7. *in fine*, dicunt quòd in nullo ex prædictis
caſibus diſpenſavit Deus, ſed tantùm materiam
præcepti mutavit, quod dicunt valdè conſide-
randum, quia, ut dictum eſt legis naturalia præ-
cepta obligant cum certis circumſtantiis, qui-
bus ſublatis, jam non remanet materia legis;
ſecùs cum manent, nam tunc nec à Deo di-
ſpenſari poſſit: videbis, quæ dixi infrà *in* c. 12.
de judiciis.

28 Unde ad argumentum *ex l. nam hoc natura*, *ff.*
de conditione in debiti, & *materia præſcriptionis*,
quæ cum alterius jactura eſt introducta adver-
sùs jus naturale, videtur, ut illud faciat corrue-
re: quia reſpondeo uſucapionis, & præſcriptio-
nis jus, etſi quantum admodum, & tempus ſit
introductum jure civili, ſed quoàd ſubſtantiam,
ipſo jure naturali dictante, ne ſcilicèt manendo
in incerto? rerum dominia amitterentur; ut latè
29 dico *ſub tit. de præſcript.* † Quo fit, ut quemad-
modum etiam infrà *in tit. de furtis.* probo dari
caſus, in quibus licèt furari, ita jure naturali
dictante, veluti ſi quis fame pereat: quia tunc
30 omnia fiunt communia, ſic & in prædicto caſu
præſcriptioni. † Eſt enim regula ut quoties
duæ leges naturales concurrunt, inferior flecti-
tur, ſuperiorique cedit ob commune bonum,
& publicam ſalutem Reipublicæ. Ut expendit
Richard. *in dict. §. ſed naturalia num.* 5. ubi addit
tunc non tolli legem naturalem lege civili, ſed
alteri potentiori lege naturali, *arg. textus in l.*
ſtichum, *§. naturalis*, *ff. ſoluto matrimonio.* ibi, *nam*
vinculum æquitatis quo ſolo ſuſtinebatur, con-
ventionis æquitate diſſolvitur, ipſe hanc rem
illuſtrat optimis exemplis *in d. l.* 3. *Cod. de muri*
leg. lib 11. *à num.* 73. item, & *id d. §. num.* 2. & 4.
ubi quòd ſervitus eſt introducta contra liber-
tatem naturalem, item & quòd ex hæredat.o-
ne poteſt tolli legitima filiis debita: quæ con-
tingunt alio naturali jure diſtante.

31 Hic poſſem alia applicare de Pontifice diſpen-
ſante, aut interpretante jus naturale, & Divi-
num, de quo non ago, ſed videbis cum multis
Barboſam *de jure Eccleſiaſtico ſuprà à num.* 119.
cap. 2. *p.* 1. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *diſp.* 6. *n.* 1.
& *in præcept. decalogi tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 37. *à num.* 5.
Sotum *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt* 1. *art.* 5. & *diſt.* 21. *quæſt.* 2.
art. 2. & *lib.* 5. *de juſt. q. ultim. art. ult.* Sayrum *in*
clavi Regia cum aliis *cap.* 10. *num.* 8. Suarez *de re-*
ligione tom. 2. *tract. de voto lib.* 6. *c.* 6. *art.* 15. Seſſe *de*
juſt. lib. 2. *c.* 46. *à num.* 98. qui loquuntur de voto,
32 in quo Papa poteſt diſpenſare. † Sed reſpon-
dent citati, & Trulenc. cum illis *dict. præłud.* 5.
num. fin. hoc differre, quia pertinet ad jus natu-
rale ſecundarium, & Divinum, quòd non eſt

ſic in præceptis decalogi, quæ dicunt intrinſe-
cam malitiæ, vel bonitatis rationem; & ſic, ut
implicet in eis diſpenſatio. † Vel melius cum 33
Villal. *in ſumma p.* 1. *tract.* 2. *de diſpenſatione leg.*
dif. 51. cum aliis, ubi ait ut Papa poſſit diſpen-
ſare in rebus Divini juris, quæ pendent à vo-
luntate humanâ; & ſic in votis, & juramentis,
niſi ab ipſo jure Divino prohibitum ſit. † Et 34
quòd ſi aliquando in caſu aliquo juris naturalis
diſpenſet ex urgentiſſimâ cauſâ, ut fieri poteſt
ſecundùm gloſſam, *in cap. à nobis* verſ. *eſſentus*
de decimis, & ibi Abbas Joaces, *de matrimon.*
Regis Angliæ, *dub.* 2. *num.* 22. Sanchez *de matrim.*
lib. 8. *dicta diſp.* 6. *num.* 5. Fortunius Garcia *in l.*
Gallus, *§.* & *quid ſi tantum n.* 310. *ff. de liberis*, &
poſth.. † Quòd ego intelligo quoties caſus pen- 35
deut ab ipſa hominum voluntate, ſeu ut alii di-
cunt, & ſecuriùs id non eſſe diſpenſare, ſed tan-
tum declarare legem naturalem in hoc, vel illo
caſu non obligare. Ita D. Thom. *quotlibeto* 4.
art. 3. Sotus *diſt.* 18. *art.* 5. *ad* 2. *q.* 1. & *lib.* 1. *de juſt.*
quæſt. 7. *art.* 3. *ad tertium*, Valentia 12. *diſp.* 7. *q.* 4.
punct. 6. & 2. 2. *diſp.* 10. *q.* 3. *puncto* 4. Barboſa *Rub.*
ff. ſoluto matrim. 2. *p. n.* 104. Convarru. *in* 4. *decre-*
tal. 2. *p. c.* 6. §. 9.

Unde cum poſſit dubitari, an poſſit dari igno- 36
rantia legis naturalis, ſivè decalogi, & Docto-
res firmiter dicant, non dari reſpectu præcepto-
rum quæ ſunt prima principia communiſſima,
& univerſaliſſima, qualia ſunt, malum fugien-
dum, bonum amplectendum, & alia, ut jam
dixi, & quod ſic communiter loquendo ne-
queat dari ignorantia, quæ inculpabilis ſit præ-
ceptorum decalogi: quia ſunt præcepta de jure
naturæ, & quæ facillimè colliguntur ex illis
principiis, *quod tibi vis, alteri fac*, *quod tibi non*
vis, alteri ne feceris, &c. Tamen admittunt D D.
cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 76. *art.* 2. poſſe dari in
aliquo rariſſimo caſu pro aliquo brevi tempo-
re, quia, ut ipſe ait *quæſt.* 94. *art.* 4. Ledeſma 2.
tom. tract. 1 *c.* 3. *concluſ.* 8. 9. & 20. Ægid. Trulenc.
in opere moral. c. 1. *dub.* 5. *ſub num.* 3. certa gentium
natio ſine ulla ratione exiſtimabat furtum non
eſſe peccatum. † Verùm docent quòd præce- 37
pta, quæ ex decalogo facta, diligenti inquiſi-
tione colliguntur, poſſunt ignorari inculpabi-
liter etiam per multum tempus, nam etſi ex de-
calogo per evidentem conſequentiam colligan-
tur, requiritur tamen diligens inquiſitio cum
aliqua [illegible] alitate; & ſic gentes aliquando pu-
taſſe licitum, habere plures uxores, & homines
poſſe falſis diis ſacrificare, ſed inter Chriſtia-
nos vix poſſe dari talem ignorantiam, quia ſæ-
piſſimè prædicatur, & docetur eſſe peccatum
mortale.

Ex quo deduco, ut etſi lex naturalis, quan- 38
tum ad prædicta principia communia, eadem
ſit apud nationes univerſas, ſed quoàd conclu-
ſiones particulares, quæ de illis deducũtur, non
eadem ſit ex eo, quia & ſi homines conveniant
in illis principiis univerſalibus communiſſimis,
ſed ex ignorãtia, aut ex malis moribus homines
diversè ſentiunt de prædictis concluſionibus, &
àliter quam de dictis principiis. Et ſic expen-
dendo D. Thom. 1. 2. *q.* 94. *artic.* 4. quem ſequi-
tur Villalob. *in ſumm. p.* 1. *tract.* 2. *de legibus dif.* 4.
num. 5. & 6. ait legem naturalem reſpectu illa-
rum concluſionum poſſe mutari, non in omni-
bus, ſed in aliquibus caſibus, idemque accide-
re in rebus ſpeculativis dicit Villalobos, quia
prima

prima principia, ut quolibet eſt, vel non eſt, omne totum eſt majus ſuâ parte omnibus ſunt
nota, ſed non concluſiones, quæ ex illis dedu-
cuntur.

39 Ad quartam concluſionis partem, an Papa,
vel Eccleſia poſſit novum articulum fidei face-
re, & ut reſpondeam ſuppono Canonicas Scri-
pturas dici, quæ fuerunt ab Eccleſia probatæ,
& in Canonem Divinarum ſcripturarum recep-
tæ, ut habetur in *Trid ſeſſ.* 4. *c.* ubi recenſen-
tur, de quibus Covarruv. *lib* 4. *variar. c.* 14 *poſt.
num.* 2. à *verſ. ordo veteris teſtamenti*, Paulus Fuſ-
cus *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 31. Jod. de Cou. *tom.* 1. *ſui
theſauri Catholici lib.* 6. *de ſacris ſcripturis.* Azor.
inſtit. moral. p. 1. *lib.* 8. *cap.* 1. Et ut cognoſcatur,
ſeu diſcernatur, quæ ſit Scriptura Canonica, le-
gas Auguſt. *lib. unico contra Epiſtolam Matthai*,
quæ dicitur fundamenti, ſic alloquentem, & .
ponentem regulam ibi *cap.* 5. Ego *vero Evange-
lio non crederem, niſi me Catholica Eccleſia, com-
moneret authoritas*, & tradit idem ferè *lib.* 18.
contra fauſtum, *cap.* 4. quibus verbis, ut expen-
dit Covarr. Legendus, *lib.* 4. *variar. c.* 14 *ſub. n.* 1.
ſatis dicet Auguſtinus nullam ſcripturam eſſe
authenticam, aut Canonicam, ſine authoritate
Eccleſia, cujus membra fuere Canonici ſcripto
res, nec aliunde poſſit quis ſcire ſcripturas eſſe
divinas, aut canonicas, quam ex Eccleſiâ, quæ tra-
ditionibus Apoſtolicis magiſterio Spiritûs S.
ejuſdem lumine edocta decrevit, & profeſſa eſt.

Unde jam aliis omiſſis, videtur dicendum, ut
40 Papa, ſeu Eccleſia poſſit novos articulos fidei
facere, & conſtituere, ut voluit Abbas *in cap.
cum Chriſtus de hæreticis*, cujus opinionem, etſi
Maximo conatu rejiciat Alfonſus à Caſtro *lib* 1.
de hæreſi cap 8. Joannes arboreus *lib.* 5. *Theoſophiæ
c.* 10. Tamen non ex toto improbat legendus
Covarru. *d. lib.* 4. *c.* 14. *variar. num.* 2. ſed adhuc di-
cendum eſt ut non poſſint Eccleſia, & Pontifex
novos articulos fidei facere, ut communis Do-
ctorum Patrum tenet, quia eſt verum, & potiſſi-
mè obſervandum propriè, ac ſimpliciter, nec
Canonicam ſcripturam authoritatem ſumere ab
Eccleſia nec Eccleſiam à cannnicis Scripturis,
quia utriuſque authoritas eſt à Chriſto, cujus
ſpiritu dictatæ ſunt ſcripturæ, & efficax eſt Ec-
cleſia. † Atque quòd dictum eſt nullam ſcili-
41 cet ſcripturam eſſe authenticam, aut Cannni
cam, ſine authoritate Eccleſia intelligi penes
Eccleſiam Catholicam eſſe jus hoc declarandi,
ac denunciandi, quæ ſcripturæ ſint Canonicæ,
authenticæ, & Divinæ, dictatæ & Spiritu
ſancto, ſicque ſcripturam Canonicam eſſe te-
ſtimonium Eccleſiæ ex Spiritu ſancto teſtifi-
cantis, de quo uberrimé tractat Michael Me-
dina *lib.* 7. *de rectâ in Deum fide c.* 18.

Ex quibus dicendum eſt non poſſe Eccleſiam
dare authoritatem, & vires Divinæ ſcripturæ,
42 ei quidem ſcripturæ, quæ Divina non eſt; habe-
mus enim ab Eccleſia, ut ſciamus quæ ſit ſcrip-
tura Divina, teneamur eam ſcripturam Divi-
nam cenſere, quam Eccleſia Divinam eſſe de-
finierit, quæ tamen quamvis certo definiat, nec
nec falli poſſit ſua definitione non efficit illam
ſcripturam eſſe Divinam, nam ideo illam
Divinam profeſſa eſt, quia verè Divina erat
quòd ſi Divina ſcriptura non eſſet, Eccleſiam mi-
nimé Divinam eſſe pronunciaret, comperto
enim ex teſtimonio Eccleſiæ, quæ ſcripturæ
ſunt Sacræ, & Divinæ ex ſe ipſis, habent Divi-
ni, ac Canonici libri, ut per omnia eis credere
teneamus.

Jam ergo non obſtat Abbatis fundamentum 43
in dict, cap cum Chriſtus de Hæreticis, quem ex-
plicat Covarr. *dict c.* 14. *lib.* 4. *variar. num* 2. & ſi
illum impugnent Caſtro, & Arboreus jam re-
lati, quia fortaſſis dicit Covarru. dictum Ab-
batis eum habuiſſe ſenſum ab authore, quo ve-
ré poſſet cenſeri; poteſt enim eſſe aliqua de fide
aſſertio, quæ & ſi Catholica ſit, tamen quia
non conſtat manifeſté ex ſacrâ Scripturâ, nec
eſt ab Eccleſia definita interim dum latet, non
efficiat eum hæreticum, quia contrariam aſſe-
veraverit, donec ab Eccleſia ſit definitum illam
aſſertionem eſſe veram, & de eâdem jam ſolent eſſe
plures in interpretatione Scripturæ ſacræ opi-
niones, quarum nulla hæretica eſt, donec Ec-
cleſia Divino auxilio contrarium ex reconditis
ſacræ Scripturæ ſenſibus probaverit. † Ut be- 44
ne longè agens expendit Covarr. *toto d. num.* 2.
legendus, comprobans excuſationem Abbatis
Joachim, quem Pontifex ab hæreſi excuſit *in
cap damnatus* ſtatim *ſequent. hoc tit. concludens*,
ut Abbatis opinio ratione, & cauſa prædictæ
declarationis ex quâ hæreticus poſt Eccleſiæ defi-
nitionem cenſetur, qui priùs non poterat nomi-
ne hujus criminis notari, poſſit admitti cum Ec-
cleſia poſſit modò, & noviſſimè declarare ali-
quid eſſe de fide & Catholicum ad effectum, ut
nihil ea de re controverſum ſit, abſque hæreſia
labe; quòd tamen priùs erat occultum.

Ob idque ſanctus Thomas 1. 2. *artic.* 4 *q.* 32. 45
ſcribit multa nunc cenſeri hæretica, quæ prius
hoc nomine minimé notabantur, propterea
quòd nunc ex Eccleſia definitione magis ma-
nifeſtum ſit, ea eſſe contraria fidei, aut ex eis
aliquid fidei contrarium neceſſario deduci, quòd
idem ibi annotavit Cajetanus. † Et hoc pacto 46
ſolent excuſare plures Lactant. Firminiani erro-
res, & Origenis, & aliorum veterum Patrum,
nam quamvis tunc verè fuerint errores contra
Catholicam fidem eorum auctores ab hæreti-
corum nomine plerùmque eximi, quòd nondum
eo tempore admodum manifeſta erant. Quæ
poſteà de fide Eccleſia Catholica definivit, &
in publicum tradidit.

Hinc Covarr. *ſub. dict. n* 2. *circa finem*, expen- 47
dit Cardinalem Turrecrematam, dum ſcripſit
lib. 4. *de. Eccleſia c.* 3. *ſecundæ partis* aſſeverans Ec-
cleſiam non poſſe efficere de propoſitione non
hæreticâ hæreticam, referens etiam Alfonſi à
Caſtro *dict. nn. lib.* 1. *de hæreſi cap.* 8. & Alpertini
Rub de hæreticis, *quæſt.* 1. *num.* 23. quod Eccle-
ſia non poteſt in his, quæ ad fidem pertinent
facere aſſertionem aliquam falſam modo eſſe,
quæ prius vera fuerit, nec ex contrario, cum
ab Eccleſia Catholica ſit omninò alienum; quod
enim poteſt facere Eccleſia, ut docet D. Tho. *d.
art* 4. eſt nempe efficere eis in re olim ambigua,
& controverſa definitionem aliquam aut aſſer-
tionem, modo hæreticam eſſe cenſeri, quæ prius
non erat, nec cenſebatur hæretica. † Igitur ut
ait itidem Covarr. *d cap* 14. *lib.* 4. *variar. num.* 1. 48
in fine, Catholica, ſanctaque Eccleſia Roma-
na Divinis ſcripturis, non tantum teſtimonium
exhibuit teſtis, qui cogere non poteſt officio
functa, & teſtificata illas eſſe Divinas, ſed &
judiciali judicavit authoritate illas debere reci-
pi, idque feciſſe cum magiſterio Spiritûs ſan-
cti, quo pollebat per traditionem erudita, Et
pars

patet ex *Trid decreto ſeſſ 4 c.1.* & hæc adjunges ad aliquid, quod dixi *ſuprà in Rub. ſub. q. 3. verſ. ad quartam*

Pro complemento hujus quæſtionis, ac poſtremi dubii, ut percipias libros, & opuſculos ſanctorum patrum, quæ in Eccleſia Catholica recipiuntur, leges Gelaſium Papam relatum *in cap. ſancta Romana* 15. *diſt. Cano de locis Theolog. lib. 2. cap.* 5. Cardinal. Bellarmin *tom. 1. lib. 1. de verbo Dei c. 4.* cum ſequentibus Jacobum Gretſer. *in defenſor.* Bellarm. *tom. 1. lib c 4.* Barboſam. *in collect. ad text. in d. cap. ſancta Romana, diſt. 5.* qui de Canonibus Apoſtolorum egit *in cap. Canones diſt. 16. & de canon. ſextæ Synodi*, & Tiulenc. *ad cap ſextum. eadem diſt.* longiſſimè Covarr. videndus *à dict. cap. 14. lib. 4* variam cum tribus aliis ſequentibus, ubi quam plura ſcribit, & ego alia conducibilia de Papa diſponente in rebus fidei ac de Eccleſiâ dico *infra in dicto capite damnamus.*

QUÆSTIO III.

An Chriſti Adventus & Incarnatio Verbi Divini fuerit potiùs convenientiſſima, quam quòd Pater, aut Spiritus ſanctus. Et an Chriſtus ſecundùm humanitatem ſit caput totius Eccleſiæ militantis, & triumphantis: Et an negantes Incarnationem, Unitatem, Trinitatem, & Virginitatem Mariæ S. relaxandi ſint. Ubi aliquid de relapſis hæreticis, & ſubverſis.

SUMMARIUM.

1 *Filius Unigenitus Dei à tota Trinitate traditur incarnatus. verus homo, factus ex animâ rationali. & humanâ carne compoſitus, una in duabus naturis perſona.*

2 *Chriſtus venit in mundum ad tollenda peccata, ſeu ad redemptionem generis humani, tanquam ob cauſam primariam.*

3 *Homines omnes in prævaricatione Adæ perdiderunt innocentiam, & facti fuerunt immundi.*

4 *Chriſtus fuit terminus principalis Incarnationis proveniens ex unione; prout eſt perſona Divina ſubſiſtens in duabus naturis, Divina, & humana*

5 *Incarnatio Verbi potius fuit convenientiſſima quam quòd pater, aut Spiritus ſanctus incarnarent, ut qui erat Filius Dei ab æterno, fieret filius hominis tempore: & aliis de cauſis.*

6 *Incarnatio, id eſt unio cum natura humana fuit magis conveniens ad redimendum genus humanum, quàm unio cum natura Angelica.*

7 *Chriſtus Dominus ſecundum humanitatem habuit ampliſſimum Dominium ſpirituale in omnes Creaturas, cœleſtes, ſublunares, & terreſtres. Et num. exercuiſſe vel tantum habuiſſet in habitu Dominium temporale,* n. 12. remiſſivè.

8 *Chriſtus caput eſt Eccleſiæ totius, tam militantis, quàm triumphantis,* n. 9. 10. 11.

19 *Eccleſia tota dicitur unum corpus myſticum per ſimilitudinem, ad naturale corpus hominis.*

11 *Chriſtus Dominus influit, vel ſaltem virtutem habet univerſalem influendi gratiam in omnia Eccleſiæ membra.*

13 *Chriſtus aſcenſurus ad Patrem præfecit Petrum Paſtorem univerſæ Eccleſiæ & Principem.*

14 *Chriſti quare reputavit neceſſarium ſibi in terris relinquere Vicarium?*

15 *Pontificum poteſtas qua?* remiſſivè.

91 *Relapſandi ſunt curiæ ſæculari negantes Incarnationem, Unitatem, Trinitatem, B. Mariæ Virginitatem, &* n. 17. *ſeu negantes quinque fidei articulos relatos* n. 17. vide n. 22: *ubi quod negans ſimplicitatem in Deo, non comprehenditur &c.*

19 *Hæreticus ſubverſus, & Relapſus pro eodem, accipitur cum aliqua diſtinctione.* n. 20.

21 *Relapſi ſunt quaſi iterum lapſi in hæreſim poſt ſolemnem tamen abjurationem judicialem; qui etſi pœnitentes, nihilominus traduntur Brachio ſeculari, ſine ulla audientia, animaverſione debita puniendi, & vide à* num. 34

22 *Bullæ Pauli IV & Clementis VIII intelliguntur, quæ nec excuſant ignorantes articulos,* n. 26. *& ubi habeat effectum D. Pauli Bulla* n. 27 *nec comprehendi Imperatores, Cardinales, & Reges,* n. 29.

23 *B. Mariæ Virginitatem vult ſubvertere qui dicit eam fuiſſe cognitam à Joſeph, & ſubdetur pœnis Bullæ Pauli IV.*

24 *Beatam Mariam habuiſſe poſt Joſeph alium Maritum non negat ejus Virginitatem, ſed dicitur hæreticus, ultimo ſupplicio puniendus,* n. 25.

29 *Articuli plures dicuntur acceſſorii ad quinque relatos,* num 16. & 17. *De quibus ſingulis, & quibus adhæreant eorum,* num. 30. 31 32. & 33.

34 *Relapſi ex quibus articulis, etiam acceſſoriis tales appareant,* n. 35. 36. & 37.

48 *Eccleſia cur tamen hæreticis ſemel indulgeat, cum dixerit Chriſtus:* dimittendum eſſe petenti veniam ſeptuagies ſepties, & num. 30.

EX verbis adductis textus noſtri, licèt 1
de his duobus inquirere Canoniſtico modo relinquendo Theologis diſputare de prædictâ convenientiâ. Et enim tradit Innocentius III. tractans *de Trinitate, & ipſius operibus, de fide, & articulis fidei* Unigenitum Dei Filium à tota Trinitate communiter Incarnatum, ut apparet ex verſ. & *tandem*, ubi quòd verus homo factus ex animâ rationali, & humanâ carne compoſitus, una in duabus naturis perſona viam vitæ manifeſtus demonſtravit: quare non ſine fundamento hic de hoc pertinet ſcire.

Conſtat etenim ex multis locis ſacræ Scripturæ veniſſe Chriſtum in hunc mundum ad tollenda peccata, ſeu ad redemptionem generis humani, tanquam ob cauſam primariam, & proximam; & quòd ob id Verbi æterni Incarnatio facta fuit *Luc.* 19. ibi *venit filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat*, Joan. 3. *in hoc apparuit filius hominis, ut diſſolvat opera diaboli. Miſit Deus filium ſuum in mundum, ut ſalvetur mundus per illum:* Apoſtol. *ad Galat. 4. miſit Deus Filium*

filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant redimeret. Et 1. ad Thim. 1. Chriſtus Jesus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, & ex Symbolo Nyceno, qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis. Itaque Suarez p. 3. tom. 1. de Incarnatione diſp. 5. ſect. 6. Becano de Incarnat. c. 1. q. 9. Tannerus tom. 4. diſp. 1. q. 1. dubio. 3. num. 90. dicunt veniſſe, ut tolleret peccatum originale, peccata actualia, mortalia, ſive venialia probantes ex illo Iſaiæ 53. ibi vulneratus eſt propter peccata noſtra, attritus eſt propter iniquitates, & ex illo Apoſtol. ad Timoth. 1. qui dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate; & ex eo quia Chriſtus in mundum venit, ut faceret Populum acceptabilem, ut dicitur per Apoſt. ad Titum. 2. & ad Epheſ. 5.

3 Et cauſa fuit quia cum omnes homines in prævaricatione Adæ perdidiſſent innocentiam, & facti fuerint immundi, ut inquit Apoſt. ad Romans. 5. & 1. ad Corinth. 15. natura filii iræ, & uſque adeo ſervi peccati, & ſub poteſtate diaboli, ac mortis; adeo venerit Beata illa plenitudo temporis, ut Judæos, qui ſub lege erant redimeret, & gentes, quæ non ſectabantur Juſtitiam apprehenderet, ut patet ex Trid. c. 1. & 2. ſeſſ. 5. ubi de naturæ, & legis ad juſtificandos homines imbecillicitate, & diſpenſatione, & myſterio adventus Chriſti, ibique multis Barboſa, & alii ſcriptores comprobant, aliis ſacræ Scripturæ locis. † Et addunt Tannerus d. diſp. 1. q. 3. dub. 2.

4 Vaſquez de Incarnat diſp. 14. cap 2. num 2. Bellarminus lib. 3. de Chriſto terminum principalem incarnationis provenientem ex Unione eſſe Chriſtum, pro ut eſt Perſona Divina ſubſiſtens in duabus Naturis, Divinâ, & humana, quas duas integras, & inconfuſas remanſiſſe in Chriſto poſt incarnationem, ut expreſſè definitum eſt in Concil. Calcedon. art. 5. ibi confitemur in noviſſimis diebus Filium Dei Unigenitum in duabus naturis inconfuſè, immutabiliter, indiviſè, inſeparabiliter agnoſcendum nunquam ſublatâ differentiâ naturam, propter unionem, & ex pluribus aliis conciliis.

5 Unde jam ad primam difficultatis partem breviter reſpódeo convenientiſſimum fuiſſe potius Verbum incarnari, quam Patrem, aut Spiritum ſanctum, ut qui erat Filius Dei, ab æterno efficeretur filius hominis tempore; ſecundò ut qui erat Filius Dei naturalis, efficeret nos Dei Filios adoptivos. Tertiò ut media perſona inter Patrem, & Spiritum ſanctum mediator fieret inter Deum, & hominem. Quartò ut illa perſona aſſumeret naturam, perquam genus humanum inſtruendum erat, & Verbum Divinum, juxta illud Sapient. 1. fons ſapientiæ Verbum Dei in altiſſimis. Quintò ut homo qui Deum offenderat appetendo ſimilitudinem Dei, reconciliaretur Deo per veram imaginem, & ſimilitudinem Dei. Sextò ut creatura uniretur illi, per quem tanquam per exemplar omnia facta ſunt; nam quæ ſimilia ſunt, convenientius uniuntur, juxtà vulgare dictum ſimile ſimili eſt amicum. Ille autem, per quem omnia facta ſunt, eſt Verbum Divinum Eccleſ. c. 17. & Joann. 1. & ſic ſolam perſonam Filii, aſſumpſiſſe naturam humanam, probatur ex textu noſtro, ut adducit Barboſa de jure Eccleſ. p. 1. cap. 1. num. 4. adducens verba Concil. Tolet 6 ibi ſolus filius aſſumpſit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in unitate naturæ, id eſt in eo quod eſt proprium filii, non quòd eſt commune Trinitati: Videndus eſt D. Thom. de Incarnat. quæſt. 5. art. 4. ubi artic. 3. loquitur contrà Sabelijànos, alioſque hæreticos vocatos Patri-paſſianos exiſtimantes totam Sanctiſſimam Trinitatem Incarnatam fuiſſe; eò quòd arbitrarentur Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum non eſſe tres perſonas, ſed unam, quæ ratione diverſorum officiorum vario nomine nuncupantur: videndus eſt etiam Beccanus de Incarnatione capit. 4. num. 4.

Imp idem Beccanus cap. 1. quæſt. 5. num. 5. Tanner d. diſputat 1. quæſt. 1. dub. 1. à num. 38. Suarez. p. 3. tom. 2. de Incarnat. diſputat. 4. ſect. 2. concluſ. 4. dicunt ut hæc quidem Filii Incarnatio, id eſt unio hypoſtatica cùm naturâ humanâ fuit magis conveniens ad redimendum genus humanum, quàm unio cum naturâ Angelicâ, quia hoc pacto dignitas humana magis extollitur; & quia hinc major confeſſio dæmoni ſequitur, quòd ab eâdem naturâ vincatur, quam ipſe vicerat. 9

Ad ſecundam quæſtionis partem. ſuppoſitis quæ latè dico in cap. novit. de Judiciis quæſt. 2. & quæſt. 3. ubi egi de quæſtionibus an Chriſtus Dominus omnia potenter ſciat, & nemo alius extra eum: & an Chriſtus Dominus in quantum homo habuerit Dominium temporale hujus mundi, nunc breviter reſpondeo quòd Chriſtus Dominus ſecundùm humanitatem habuit ampliſſimum Dominium ſpirituale in omnes creaturas; tam cœleſtes, quam ſublunares, & terreſtres; ita, ut illis uti poſſet ad finem ſpiritualem, quoties ei viſum fuiſſe. † Item & quòd eſt caput totius Eccleſiæ tàm militantis, quàm triumphantis. Prima pars probatur ex illo Matth. cap. 28. data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, Joan. 18. tu dicis quia Rex ego ſum, Apoſtol 1. ad Corinth. 15. omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, 1 ad Timoth. 6. Beatus, & ſolus potens Rex Regum, & Dominus Dominantium, Joannis Apocalypſis 1 Princeps Regum terræ, cap. 17. Rex Regum, c. 14. habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum Rex Regum, & Dominus dominantium, & ex illo Daniel, 7. dedit ei poteſtatem, & honorem, & Regnum Zachar. 9. ecce Rex tuus, venit tibi juſtus, & Salvator, Iſaiæ 9. factus eſt Principatus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus admirabilis Conſiliarius, Deus fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis, & Pſalm. 7. ego autem conſtitutus. Sum. Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus. 7 8

Secunda pars probatur, quia apertè conſtat. Ex ſacrâ Scriptura, in quam nomen capitis ſæpè tribuitur Chriſto, ut patet ex ſequentibus Paul. capitibus ad Epheſ. 1. omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & c 4. creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, & c. 5. vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus Eccleſiæ, & ibidem nos ſumus Chriſti, & ad Chryſoſt. 2. ipſe eſt caput Corporis Eccleſiæ. † Probatur etiam quia in Chriſto requiruntur omnes conditiones requiſitæ ad caput Eccleſiæ myſticum. Nam ſicut tota Eccleſia dicitur unum corpus myſticum per ſimilitudinem ad naturale corpus hominis, quod juſta rationē diverſorum membrorum diverſos actus, & officia exercet: ita Chriſtus dicitur mortale, ſeu Myſterium caput Eccleſiæ, deſumpta ſimilitudine ab hu- 9 10

11 mano capite. † Et ſicut humani capitis proprium
eſt influere in reliqua membra, illàque per
intellectum, voluntatem, & alios ſenſus in
ipſo capite reſidentes dirigere, & gubernare, ne
in ſuis functionibus errent: ita Chriſtus influit,
vel ſaltem virtutem habet univerſalem influendi
gratiam in omnia Eccleſiæ membra, juxta
illud Joan. *de plenitudine ejus, nos omnes accipimus,
& gratiam pro gratia, quia lex per Moyſen data
eſt gratia, & veritas per Jeſum Chriſtum.*

Quod ſi dubites an tantum in habitu, ſeu
12 etiam in actu Chriſtus exercuiſſet dominium
temporale hujus mundi, recurres ad ea, quæ
dixi *in d. cap. novit de Judiciis tota quæſt.* 3. ubi expendo.
† Cum volens Chriſtus Dominus aſſen-
13 ſurus ad Patrem Petrum univerſæ Eccleſiæ Paſtorem
præficere, qui vices ſuas viſibiliter in
terris ſuſtineret ad denotandam myſterii magnitudinem,
& gravitatem ter repetitis verbis
illis *Simon Joannis diligis me plus his*: ab eodem
reſponſo accepto *etiam Domine tu ſcis, quia amo
te*, bis Chriſtus illi dixit *paſce agnos meos*, &
tertiâ vice *paſce oves meas*, Joann. 21. & 22. &
Marc. 16. per quæ verba ipſum Petrum in ſanctitate
quidem præſtantem, in paupertate eximium,
in humilitate maximum, in virtute ſupremum
non faſtu, ſed ſimplicitate, pedibus
nudis ambulantem, præſentibus aliis Apoſtolis,
Principem conſtituit, & eligit Chriſtus,
ut eſſet paſtor totius Eccleſiæ Militantis, Parens,
Magiſter, Gubernator, caput & Dux;
& ſic factus fuit ſuper inviſibili fundamento
Chriſto, & ipſi viſibili fundamento Eccleſiæ;
& ideo Dyoniſ. *cap. 3. de Divinis, nom.* vocavit
ipſum Petrum *ſupremum, & antiquiſſimorum
Theologorum faſtigium*, S. Ignatius *Epiſtol. ad
Romanos Eccleſia præſidentem*, S. Clem. *Epiſt.* 1,
fundamentum Eccleſiæ, alia tradit videnda Barboſa
dict. lib. 1. de jure. Eccleſ. cap. 1. num. 12. & 13.
14 † Qui *num.* 11. benè ponit quare Chriſtus reputarit
neceſſarium aliquem Eccleſiæ à ſe in terris
conſtitui præſidem, relinquere qui ejus vicariam
poteſtatem retineret, de quo ſcribunt eleganter
Oſſorius *lib. 1. contra Obdonen.* verſ. *ſed ut
aliquid pag.* 87. Seraphinus de Freytas *de juſto
Imperio Luſitanorum aſiatico cap 6. num.* 3. & 4.
cum ſequent. Bocc. *Epo. tract. de Hyerarch. n.* 18.
& inter rationes plures eſt una nempe, quia ſicut
Rex à Regno diſcedens ſi diu abfuturus
ſit, alium in ſui locum ſufficere, ſubrogare,
ſolet: ita pax fuit, ut Chriſtus cælum conſcendens,
alium ſubſtitueret. † Ex quo jam poſſes
15 deſcendere ad tractationem de poteſtate, quam
habuit ſanct. Petrus ut Chriſti Vicarius in terris,
& cæteri poſt ſe Pontifices Maximi. Sed
qui dixi latè *in dicto cap. novit. de judiciis quæſt.* 5.
ubi egi de ea, *an Petrus, & Pontifices eorum ſucceſſores
ſint & fuerint Domini univerſi orbis*; &
ad alias quæſtiones conducibiles de poteſtate
Eccleſiaſticâ; ideo hic non ago, etſi aptè poſſet
ex lecturâ textus noſtri, & *capit. 1. hic*
ubi ago de poteſtate Papæ diſponendi in rebus
fidei.

16 Ad tertiam quæſtionis partem an negantes
Incarnationem, Unitatem, Trinitatem, &
Beatæ Mariæ Virginitatem ſint relaxandi. De
quâ cùm ad fidem ſpectet, & inſuper per verba
textûs noſtri poſſit, imò & debeat tractari
ſi attendas ad omnia verba dicti verſ. & *tandem,
& ad alia*; ideo etiam breviter reſpondeo quantum
ad propoſitum ex Bulla Pauli Papæ IV.
quæ incipit *quorundam*, incluſa in ſubſtantia,
in alia Clem. VIII. incipit *Dominici Gregis* extenſa
apud Quarantam in verbo *hæretici* Bariolam
in calce, Flores *director. Inquiſitor.* Dianam
p. 4. ad finem, ubi ponit alias Bullas ſpectantes
ad ſanct. Tribunal inquiſitionis, de
quâ agentes refert plures Farinac. *de hæreſi quæſtione
193. num. 36.* & poſt tractat, Scortia *epithom
68. theorema 174.* ubi inſerens verſ. & 3.
ejuſdem Bullæ, refert ſubſequentia verba
*ut quicumque Chriſtianus qui ſanctiſſimam Trinitatem,
& Unitatem Divinæ ſubſtantiæ, vel*
Jesu Christi *Domini noſtri Divinitatem, vel
ejus de Spiritu ſancto conceptionem, vel mortem
ejus in Cruce ut nos redimeret, vel perpetuam
Beatæ Mariæ Virginis Virginitatem
negaverit, habetur pro relapſo in hæreſim; &
ut talis tradatur ſæculari Curiæ, à quâ relapſorum
pœnâ puniatur.* de quo & ſi dixerim *ſupra
in principio Rubricæ*, nihilominus latius
hic repeto.

Ratio autem quare ſic factum, ea nempe eſt, 17
quia in pœnitentes, alii de cæterò errantes
in aliquo, ex his articulis atrociter peccantes,
legitimè relapſorum pœnis ſubjiciuntur, cum
repugnent præcipuis dogmatibus Catholicæ
Religionis latiſſimè explicatis in Divinis
literis, in Symbolis Apoſtolorum, Conſtantinopolitano,
& Athanaſii Concil, Lateranen.
ſub Innocentio III anno 1215. in Concil.
Vienenſi ſub. Clem. V. anno 1311. in Concil.
Florentin, anno 1439 ab Eugenio IV. inſtructione
Armenorum, & Jacobitarum à Patribus,
ut Leone *Epiſto.* 13 Hieronym. *titul.* 9.
Roman. *impreſſionis Epiſtol.* 19. Auguſtino *de fide
ad Petrum*, ac cæteris à Theologicis Scholaſticis
libris ſententiarum, Juris Canonici Interpretibus,
& ex textu noſtro, & *cap.* 2. & ex
Clem. 1. *eodem*, per quæ jura Doctores, & in
ſingularium Eccleſiarum particularium Catechiſmis.

Igitur Doctores jam ſupra citati, ex aſſi- 18
gnatis Bullis Pauli IV. & Clementis VIII. enumerant
articulos quinque, quos negantes, tradendi
ſint Curiæ ſeculari, ut Bordonus deducit
in explicatione earum *de inquiſit cap.* 13 *num.* 2.
primùm de Trinitate perſonarum in Divinis,
ſecundum de Divinitate Jesu Christi. Tertiùm
de ejuſdem conceptione de Spiritu ſancto.
Quartùm de ejus morte pro noſtra redemptione.
Quintùm de maternitate, &
perpetuâ Virginitate B. Mariæ ſicut omnes eos
negantes, aut unum ex illis, ſint tradendi Curiæ
ſæculari. † Concludens *num.* 13. ut pro 16
eodem accipiatur hæreticus ſubverſus, & relapſus,
quia qui ſemel negavit unum ex prædictis
articulis, quamvis propriè non ſit dicendus
relapſus; nam non bis, ſed ſemel lapſus
fuit, ſi inſpiciamus vim vocabuli, nihilominùs
Legatorem ſtatuiſſe hunc connumerari,
& haberi inter relapſos in ordine ad ſubeundam
pœnam relapſorum quæ eſt, ut Curiæ ſeculari
tradatur ad ultimum ſupplicium, & hoc
faciendum eſſe irremiſſibiliter, & ſine audientia
colligens ex *capit. ad abolendam 9. de hæreticis.*
† Cum immanitas, & atrocitas talis deli- 20
cti exigat, ut hujuſmodi improbi & perverſi
homides fidem Catholicam ſubvertentes irrevocabiliter,
ultimo ſupplicio plectantur, ut
alii

alii perterriti ſanctam fidem totis viribus, &
corde proſequantur.
21 Relapſi inquam ſunt, quaſi iterùm lapſi in hæ-
reſim (poſt ſolemnem tamen abjurationem ju-
dicialem ex Aocharrano *in c. accuſatus de hæreti-
cis lib. 6.* Caſtro *lib. 2. de juſta hæret. punit. c. 2.* Si-
mancas *tit. 57 n. 2.* Scortia *d. epit. b. 68. verſ. relapſi*;
& alii cum Carena, & Bord. *ſupra c. 9. dub. 8.*)
etiam pœnitentes traduntur brachio ſæculari,
ſine ulla audientiâ, animadverſione debitâ pu-
niendi *ex d. cap. ad abolendam de hæreticis*, ex eâ
ratione, quòd qui ſecundò labitur, non præſumi-
tur priùs bene converſus, ut docet Concil. Nar-
bonenſ. *c. 11.* in verb. ſeqoentibus, *& illos, qui poſt
alienationem erroris, ſeu purgationem, deprehenſi
fuerint, in abjuratam, hæreſim reincidiſſe ſæculari
judicio, ſine ulla penitus audientia, relinquatis, ani-
madverſione debitâ puniendo, cum ſufficiat tales per
falſam converſionem ſemel Eccleſiam decepiſſe*: leges
jam relatos, & Eymericum *p. 2. director. q. 58.
num. 6.* & ibi Pegna, Zinchun, *de hæret. capit. 16.
& 17.* Bernard Comenſ. *in lucerna inquiſit.* verbo
relapſus, Azor. *tom. 1. moral. c. 14 lib. 8.* multis aliis
etiam, Scortia *epithom. 18 theorem. 36. inconſtit.
Innocent. III. cum adverſus* anni 1243.
22 Unde circa veram intelligentiam dictæ Bullæ
Pauli IV. & Clem. VIII. ſolent excitari quæſtio-
nes nonnullæ, quibus ſigillatim, & breviter re-
ſpondet citatus Bord. *de inquiſit. d. cap. 13. à n. 3.
& 4.* Primò quia qui negat unum ex illis articu-
lis acceſſorium, ut ſi neget ſimplicitatem in
Deo, & in hoc caſu negat *n. 4.* ſi ut nõ ſubjaceat
pœnæ d. Bullæ, quia per hoc non negat Unita-
tem, Trinitatem, Incarnationem, Maternitatem,
aut Virginitatem, non enim id eſt contra inten-
tum principale prædictæ Bullæ, quæ intendit,
ut tales articuli intacti remaneãt & ab omnibus
credantur, propoſitis pœnis; dictæ Bullæ; & quia
pœna locum habet, ubi non eſt violatio princi-
palis ex Gloſſa fin. *textus in c. ſignificantibus de*
23 *officio deleg.* & per jura ibi adducta. † Et *n. 5.* ſubdit
ut credens quòd B. Maria cognita fuerit à Jo-
ſeph, ſubditur pœnis dictæ Bullæ, quia vult
ſubvertere virginitatem B. Mariæ perpetuam an-
te, & poſt partum, de qua latè Suarez *tom. 2. de*
24 *Incarnatione diſp. 5.* ubi *de Virginit. B. Mariæ.* † Sed
non incurreret, ait *n. 7.* cum, qui negaverit B. Vir-
ginem poſt Joſeph. habuiſſe alium maritum,
cum quo tamen perpetuo ſervavit Virginitatem,
ſicut cum Joſeph. quia per hoc non negat Vir-
gitatem perpetuam B. Mariæ ex ſuppoſitione
quòd neutrum virum cognovit, ſed ait quòd eſt
hæreticus, quia nullum ſponſum, nullum vi-
rum habuit Beata Virgo, præter Joſeph. Matth.
c. 1. n. 18. 19. & 20. Lucæ *1. n. 27.* de quo viden-
dus eſt D. Thm. *p. 3. q. 29. art. 2.*
Tamen concludit Bordon. quòd propter hoc
25 ſit graviſſimè, & ſine remiſſione ultimo ſuppli-
cio puniendus, quia malitiosè, & artificiosè ni-
mia detrahit integritati intactæ ſemper Virginis.
† Et iterum addit *n. 8* quod dicta Bulla non ex-
26 cuſat ignorantes prædictos articulos per verba
ibi *nulla illis ignorantia ſupradictæ conſtitutionis;
excuſatione ſuffragante.* † Et *n. 10.* ex verbis illius
27 etiam addit quod prædicta Bulla habet etiam
effectum in illis locis; ubi ejus publicatio im-
peditur, juxta ea; quæ dico *infra ſub Rub. de con-
ſtit.* etiamſi allegent non receptionem ejus. † Ta-
28 men *num. 9.* excipit ab incurſione pœnarum ejus
Cardinales, Imperatores, & Reges, quia in om-

nibus cenſentur excepti eo quòd non compre-
henduntur ſub illis clauſulis, *cujuſcumque dignita-
tis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant*, quæ
communiter ſolent inſeri in Bullis abſque ex-
preſſione aliâ particulari, ut alibi dixi.
Inquires autem qui ſint articuli acceſſorii ſu- 29
pra quinque relatis, & reſpondet Bord. breviter
d. c. 13 n. 3. dicens, ut ſub primo de unitate, &
Trinitate exprimantur ſequentes, Deus eſt in-
compoſitus, Deus eſt ſubſtantia, una, & indivi-
ſa, Deus eſt ſubſtantia ſimplex: quos dicit com-
prehendi ſub primo principali, quod ſcilicet
Deus eſt unus, & trinus. † Et ſub ſecundo de Di- 30
vinitate Jesus Christi, qui eſt verus Deus?
continere, quòd eſt ejuſdem ſubſtantiæ cum Pa-
tre, & Spiritu ſancto. † ſub tertio de conceptio- 31
ne Jesus Christi in utero Virginis de Spiritu
ſancto; contineri, quòd non eſt ex ſemine Jo-
ſeph conceptus. † ſub quarto de morte Chriſti: 32
contineri quòd fuit mors Crucis, quòd mortuus
eſt, ut nos redimeret, à peccatis, & à morte
æterna, atque ut nos reconciliaret Patri ad vi-
tam æternam. † Sed quòd reliqui duo de mater- 33
nitate, & perpetuitate virginitatis, ambo ſint
articuli principales, cum illis nihil addatur, &
de iſtis acceſſoriis loquens dici non compre-
hendi ſub teriore prædictarum Bullarum ad hoc
nempè, ut earum pœnis plectantur illos ne-
gantes.
Item etiam inquires ex quibus relapſi tales 34
appareant: & reſpondetur tale nomen poſſe ſu-
mi pro eo, qui convictus in judicio abjuravit, &
iterùm incidit. † ſecundò pro eo, qui ut vehe- 35
menter ſuſpectus in eodem judicio abjuravit, &
de novo labitur. † Tertiò pro eo, qui una infe- 36
ctus hæreſi coram judice ſimpliciter, & gene-
raliter abjurat omnem hæreſim, & deinde inci-
dit in aliam longè diverſam. † Quartò qui dam- 37
natus eam abjurat coram judice, & deinde hæ-
reticos alloquitur, inviſit, veneratur, cum eis
exercet commercia, *c. accuſatus de hæreticis lib. 6.*
ubi pluribus Barboſa Eymericus *in direct. p. 2.
q. 40.* ubi Pegna *comment. 65.* Sylveſter, verbo *hæ-
reſis n. 15.* Simancas *tit. 17.* Azor. *tit. lib. 8. cap. 14.*
Scortia *d. theor. 36. verſ. relapſi n. 1.*
Iterum dubitabis cur tamen Eccleſia ſemel 38
tantùm indulget cum Chriſtus Dominus Matth.
18. dixerit dimitteodum eſſe petenti veniam ſe-
ptuagies, ſepties & reſpondent D D. cum D. Tho.
2. 2. q. 11. art. 4. quia jure præſumunt priorem con-
verſionem fuiſſe falſam, & iterum reverſurum ad
vomitum; & ob id damnantur, ut incorrigibi-
les, ultimo ſupplicio: quia eſt plus periculi ſpe-
ctando novam converſionem, quam exequendo
pœnam. † Et quòd dictum Domini pertinet ad 39
indulgentiam in foro animæ; & dimiſſionem
injuriarum, non ad dimiſſionem in foro exter-
no, maximè in crimine læſæ Majeſtatis Divinæ,
quale eſt hæreſis, refert idem Scortia *ſupra in fi-
ne*, ubi iterum memor eſt conſtit. Pauli IV.
jam adductæ:

AD

§. UNA EST FIDELIUM dict. capitis primi.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Sacramentorum ſingulorum materia, quibus in titulis, & locis decretalium tractetur ex propoſito?* remiſſivè n. 2. & 3.

4 *Sacramentum non poteſt ab alio, quàm à Chriſto inſtitui.*

5 *Eccleſiæ unitatem qui tractent, ac ſuffragiorum communionem ex textu noſtro,* num 6. & 7.

1 HIc agitur de Sacramentis Eccleſiæ, præcipuè de Euchariſtia, de Baptiſmo, & de Pœnitentia, de quibus latiſſimè *infra in cap. cum Martæ de Celebratione Miſſar.* & in aliquibus juribus illius tituli, & *in tit. de Cuſtodiâ Euchariſtiæ, & in tit. de Baptiſmo, & de Pœnitent. & remiſſ.* ideo hîc nihil repeto circa generalia de materia, & forma horum Sacramentorum, quæ ſolent hîc tractare Doctores: de aliis inquam Sacramentis Eccleſiæ dico *infra ſub tit. de temporibus ordin. & de ætate. Et qualitate Ordinand. de ſacra Unctione in eo tit.* ubi, & *in cap. quanto de con-*
2 *ſuet.* † Et *in tit. de Sacrament.* non iterandis, ago de Sacramentis Ordinis, Confir-
3 mationis, & Unctionis. † Et *in toto lib. 4. decretal. de Sacramento Matrimonii, & de Sacramentis in genere infra hoc lib. dict. tit. de Sacrament. non iterandis*, & præter notata hîc à Barboſa *ex num.* 14. videbis Eugen. Papam *per* 19. ꝑ. ꝑ. *in conſtitut.* 19. *edita anno* 1439. quæ incipit *exultate*, de quâ Scortia *Epithome* 34. *theorem.* 99. ubi recenſet omnia Sacramenta, & aliam ejuſdem, quæ incipit *cantate*, quæ eſt 23. *edita anno* 1441. *de Concodia Jobitarum cum Eccleſia Romana*, & in Concil. Conſtantin. *ſeſſ.* 13. Trident. *ſeſſ.* 13. & *in cap. ad abolendam de hæret.* DD. cum Sanct. Thom. 3. *p. quæſt.* 60. & *ſeq.* & *lib.* 4. *contra gentes*, Scholaſtici *in* 4. *diſtinct.* 4. & 2.

4 Et quòd Sacramentum ab alio, quam à Chriſto inſtitui non poſſit dico *infra ſub dicto tit. de Sacram. non iterandis*, & colligitur ex verbis hîc ibi *in qua idem ipſe Sacerdos eſt ſacrificium* Jesus Christus, &c. docent DD. cum D. Thom. 3. *p. q.* 72. *art.* 1. Covarr. cum aliis *lib.* 1. *variar.* c. 10.
5 *n.* 3. † Sed quæ hic ut ſpecialia poſſint longius tractari, ſunt quæ ſubſequuntur in ſequenti quæſtione per prima verba hic *una eſt fidelium uni-*
6 *verſalis Eccleſia, extra quam nullus ſaluatur.* † Et enim de Eccleſiæ Unitate ed dit librum S. Cyprianus, quem refert hic Barboſa *n.* 13. & *in Pa-*
7 *ſtorali p.* 1 *tit.* 2. *gloſ.* 17 *n.* 19. † Et hic applicabis quæ Covarr. adduxit *in c. alma Mater* 1. *p.* ꝑ. 6. *à n.* 1. & ante de ſuffragiorum communione adducens textum noſtrũ, qui initio dicti *c.* 1. *n.* 2. agit de triplici communione inter Chriſti fideles.

QUÆSTIO I.

Quid ſit Eccleſia Catholica; quid Cathedralis, ſeu Matrix Eccleſia: Et an Papa ſolo verbo poſſit facere Sacerdotes.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſia Catholica fundata eſt in Scripturis ſacris, & Canonicis, & ad quid* n. 2. *quæ una fuit in utroque teſtamento,* n. 5.

3 *Catholica Eccleſia dicitur, ut univerſalis, quòd protendit palmites ſuos in qualibet loca, & tempora continuat ſub. uno Duce inviſibili Deo in Unitate fidei, & Religionis, ac de aliis epithetis, &* n. 4. *& quia ubique dicitur una ſuper omnia* n. 6.

7 *Eccleſia conſideranda eſt, ut complectitur omnes, qui habent communionem fidei, & doctrinæ, ubi Chriſtus præcipit de audienda Eccleſia, vel Patres poſt Apoſtolos, &c. quæ oportet eſſe cognoſcibilis, & a Deo viſibilis,* n. 8.

9 *Mali in Eccleſia Dei ſunt, non ſecus, quàm Palea in frumento.*

10 *Peccatores, & juſti ad Eccleſiam, ejuſque unionem, quæ fide conſtat, pertinent, expenditur ex* Trid. n. 11.

12 *Eccleſia quæ dicitur Cathedralis, ſeu Matrix?* remiſſivè.

13 *Papa ſolo verbo non poteſt facere Sacerdotes. Et num dare ſimplici Sacerdoti licentiam ordines conferendi* remiſſivè.?

ETenim quod Eccleſia Catholica 1
fundata ſit in Scripturis ſacris ab ea Divinis, & Canonicis declaratis; denunciatis, ac definitis per gratiam Spiritus ſancti, quibus eadem utitur ad probandum probatione irrefragabili ea quæ ad fidem, & religionem Chriſtianam attinent, & ad evertenda quæ hæretici quotidie adverſus Catholicam unionem, ejuſque Canones, ac decreta Comminiſcuntur, tradit
Covarr. *lib.* 4. *variar. c.* 14. & ibi *n.* 11. † ad- 2
ducens ex Nicephoro Græco Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Auctore *lib.* 2. *c. fin.* ea ratione divinas Scripturas propter irrefragabilem, ac Sacroſanctam authoritatem principia, atque elementa pietatis ac religionis noſtræ dici ju-
ré optimo poſſe, † tradens quòd Catholica 3
dicitur, id eſt univerſalis, quòd protendat palmitea ſuos in quilibet loca, & tempora continuata ſua uno Duce inviſibili Deo in unitate fidei, & religionis; & quod ea ſocietas ſemper in orbe fuit, & erit uſque in conſummationem ſæculi teſtante S. Matthæo *c.* 14. *prædicabitur Evangelium Regni in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet conſummatio*, ut & comprobatur etiam Lucæ *c.* 24. & Azor. *c.* 1. erit enim, & fuit Catholicæ, & univerſalis Eccleſiæ per totum orbem, omneſque gentes diffuſæ unus thalamus Chriſti, una inquam fides, unum baptima, unus Deus, unum caput Chriſtus, (ut jam ſuprà dixi ſub Rubrica, & *in quæſt.* 2. *hic*)
† ex quo totum corpus compactum & conne- 4
xum per omnem juncturam ſubminiſtrationis

nis ecundum operationem in menſura uniuſ-
cujuſque membri, augmentum corporis facit
in ædificationem ſui in charitate teſte Paulo *ad*
Epheſ. c 4
5 Eſt ergo manifeſtum, ut uteris, & novi Teſ-
tamenti unam, eandemque Eccleſiam eſſe fun-
datam ſuper fundamento Prophetarum, &
Apoſtolorum, hoc eſt *Chriſto*, qui utriuſque teſ-
tamenti, & utriuſque populi, fundamentum
eſt, & lapis ille Angularis, quo uterque Po-
pulus connectitur, juxta Pſalmiſtam *Pſalm.* 117.
6 † imo dicitur Eccleſia Catholica, & univerſalis,
quia ubique una, atque una ſuper omnia, ut
agnoſcit Patianus Barchinonenſis *in Epiſt.* 1. *ad*
Sempronianum, ſed & piè, atque eleganer eam
depingit nobis Vincent. Lirenenſ. in eo lib.
quem adverſus hæreſes eruditiſſimè ſcripſit, &
ante eos optatus Milevitanus *lib.* 2. & Cypria-
nus *de unitate Eccleſiæ* idem. & D. Auguſtin. do-
cet, *lib. de vera relig c.* 7. *& de utilit. credend. c.* 7.
& lib. 2. *contra adverſarios legis c.* 12. & aliis ple-
riſque locis, præſertim *Epiſt.* 49 qua de re tractat
latè Franch. Baldum in hiſtoria collationis Afri-
canæ ad optatum.
7 Cæterum, ubi Chriſtus de audienda Eccle-
ſia præcipit, vel Patres poſt Apoſtolos de au-
thoritate Eccleſiæ dixerunt, Eccleſia conſideran-
da eſt, ut complectitur omnes, qui habent com-
munionem fidei doctrinæ, & aliorum, quæ his
adhærent ex unione per fidem. per quam omnes
fideles ſunt Grex ſub uno Paſtore, ut ſit juxta
hunc ſenſum Eccleſia Populus in unam profeſ-
ſionem fidei cohærens, ſaltem ſecundùm unio-
nem profeſſionis, & viſibilem quandam Chriſ-
tianæ fidei formam, in quo cætu, & bonos, &
malos dicimus eſſe permixtos, qui ſi non ſint
colligati, omnis unitate Spiritûs, & vinculo
charitatis colligati: tamen ſunt ſecundùm unio-
nem ſignaculi fidei, & corporaliter conjuncti,
ſecundum viſibilia pietatis Sacramenta.
8 Hanc enim Eccleſiam, quæ audienda eſt, &
cujus authoritas ſequenda nobis, oportet eſſe
cognoſcibilem, atque à Deo viſibilem; hæc
enim eſt illa Eccleſia, quæ apud Math. *cap.* 13.
comparatur ſagenæ miſſæ in mari, & ex omni
genere piſcium congreganti, & apud eund. de-
cem Virginib. *cap.* 25. è quibus quinque erant fa-
9 tuæ, & quinque prudentes; † ſunt ergo mali
in Eccleſia Dei, non ſecus, quàm Palea in fru-
mento ex Auguſt. *in lib. de baptiſmo cap. eſt unitas*
de conſecras. diſt 4. eodem Auguſtin. *de fide ad*
Petrum, cap 43. & repetit idem auctor hanc
ſententiam ſæpe adversùs Donatiſtas, & *in lib.*
de vera relig cap. 6. & præcipuè in *libro uno con-*
tra Epiſt. Petiliani de Eccleſia unitate. Synodus
etiam Conſtantienſ. adversùs Joan. Hus er-
10 rores *ſeſſ.* 15. ubi definivit bonos, malos pec-
catores, ac juſtos ad Eccleſiam, ejuſque unio-
11 nem, quæ ſine conſtat pertinere, † & Synodus
Trident. *ſeſſ. cap.* 15. *& can.* 28. *contra Lutherano-*
rum hæreſes, pronunciavit per peccatum mor-
tale: fidem non amitti, eamque tunc quamvis
mortua ſit, nec viva dici poſſit, veram tamen
eſſe fidem, quæ ſufficiat, ut quis verè dici poſſit
Chriſtianus. Qua de re tractavere Alphon-
ſus à Caſtr. *lib. de hæreſibus*, verbo *Eccleſia* Dom.
Soto *lib.* 2. *de natura, & gratia cap.* 7. & 8. & præ-
ter hos Concilium Colonienſ. *in expoſitione*
Symboli, & ad pl[illegible] quid ſit Eccleſia quæ ejus
cauſalitas ad fidem Divinam; & quæ ſint ejus
D. Fermoſ. de Leg Eccleſ.

prærogativæ, quæ ejus auctoritas in propo-
nendis rebus de fide credendis num ſit infalli-
bilis, quave neceſſitate, quave cauſalitate Eccle-
ſiæ auctoritas ad aſſenſum fidei concurrat P.
Franc. Vallente *in concordia Juris Pontificii tom.*
1. *q.* 4. *ſect* 1. 2. 3 *&* 4. ubi latè & cum multis.
Quid tamen Cathedralis, ſeu matrix Ec- 12
cleſia ſit, dixi infra *in c.* 1. *de præſcription. quæſt.*
4 verſ. *ad ultimum*, & noto infra *in c.* 1. *de reſ-*
criptis num. fin.
Ad ultimum dubium de quo idem Barboſa 13
ex gloſſa verbo *claves* ex verbis notat *quòd non*
poteſt conficere corpus Chriſti, niſi fuerit ordinatus
in formà Eccleſiæ, cenſena Papam ſolo verbo non
poſſe facere Sacerdotes, ex multis comprobans
n. 22. hic non tracto, cum de ea latè dico infra
ſub *Rubr. de ætate, & qualitate ordin. q.* 1. verſ.
ad quartam, Et an poſſit amplici Sacerdoti, &
aliis dare licentiam ordines conferendi, dixi in
eodem *tit. in cap. cum contingat quæſt.* 4. ubi non-
nulla de Papæ facultate: alia dico in cap. ſtatim
ſequenti.

AD TEXTUM

in capite damnamus fin.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Abbatis Joachim. dictum de Trinitate, & Al-*
marici doctrinæ: Et quis fuerit, & quo dono
prophetiæ. n. 2. &. 3. *Et quare illum non*
damnaſſet Eccleſia, ſed ejus errores, n. 4.
3 *Hæreticus non dicitur corrigi paratus, nec*
ut talis Curiæ ſæculari traditur, nec qui
ſua ſcripta, & opera ſubjicit Papæ.
5 *Proteſtatio ſub correctione Eccleſiæ facta à*
quolibet ſcriptore cum relevat antecedens,
ſeu ſubſequens ab hæreſi.
6 *Libri omnes hæreticorum damnantur, & pro-*
hibentur.
7 *Opiniones plures eſſe ſolent ſacræ ſcripturæ,*
quarum nulla hæretica eſt, donec Eccleſia
Divino auxilio contrariam ex reconditis ſa-
cræ Scripturæ ſenſibus probaverit. Et quare,
num. 8.
8 *Hæretici quare non dicatur, qui ante defini-*
tionem Eccleſiæ dixerunt aliquam aſſer-
tionem fidei contrariam, & n. 9.
9 *Eccleſia poſt declarare dubias opiniones; &*
aliquam eſſe Catholicam aſſertionem, & pro-
nunciare eam ad fidem pertinere.

HUjus textûs materia extendi valet tam 1
ex dictis ſuprà *in Rubr.* quàm *in cap.*
1. *hoc tit.* nam cum Abbas Joachim exiſ-
timaret unitatem Trinitatis non eſſe veram,
ac propriam, ſed quaſi collectivam, & ſimi-
litudinariam, & ejus doctrina damnetur, re-
cipiaturque alia Petri Lombardi; dum aſſerit,

quòd quædam ſumma res, (ideſt Natura) eſt
Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, & illa res non
eſt generans, genita, vel procedens, ſed Pater
eſt, qui generat, Filius qui gignitur, & Spiri-
tus ſanctus, qui procedit. Et quamvis alius ſit
Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus, ſed id
quod eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus,
idem omnino eſt.

2 Item & doctrina Almarici, tanquam hæreti-
ca, & inſana damnatur; ideo bene occaſione
hujus deciſionis de hoc ſacratiſſimo, & recon-
dito myſterio poſſet hîc agi, de quo ſunt con-
ſulendi ſcolaſtici jam ſupra citati in Rub. ubi
ſatis pro canoniſtis, de ejus myſterio, fideque
3 tenenda dictum eſt. † Quis enim fuerit ille Joa-
chim, & quo dono prophetiæ præditus ſatis
inſinuat hîc Barboſa *num. 2. qui num.* 3. infert ex
littera quod ſi aliquis cognoſcens errorem ſe
corrigat, vel corrigi paratus ſit, non poſſit hæ-
reticus dici pertinax, nec ut talis curiæ ſæculari
4 relaxari. † Et ob id *num* 4. ait quòd & ſi Ab-
batis Joachimi errores per multos damnavit
Eccleſia, ejus autem perſonam non utique, eo
quòd ſuis litteris (ut hîc habetur) omne per-
verſum damnavit dogma, ſeque illam tenere
confeſſus eſt, quam tenet Romana Eccleſia; &
ſic licet opinio fuiſſet erronea, nihilominus ex
quo eam ſubjecit Eccleſiæ, fides eſt eadem quam
habet Eccleſia, non ergo ipſe Auctor damna-
tus fuit à Concilio Lateranenſi ſub Innocent.
anno 1215. Nec alia ejus opera, maximè
cum ipſe Abbas Joachim omnia ſcripta ſua Pa-
pæ aſſignari mandaverit, Apoſtolicæ Sedis Ju-
dicio approbanda, ſeu etiam corrigenda: vi-
debis Capucin. *in compend. de Concil. gener.* ubi
de Concil. Later. 4. *pag.* 259. Ægid. Roman. ſu-
per hunc textum *p. 2. in fine*, Cardinal. Tuſchum
tom. 1. *litt. A concluſ.* 3. *n.* 24. Auguſt. *triumph.
de poteſt. Eccleſ quæſt.* 10. *art.* 5. Anton. Poſſevin.
in apparatu ſacro tom. 1. verbo *Joachimus*, Bla-
5 ſius Uregas *in Apocalyp. cap.* 3. *ſect.* 3. † Alia addit
Barboſa ſub *dicto n.* 2. qui *n.* 5. ab hinc deducit ex
Concilio Doctorum, quantùm expediat ſemper
proteſtationem antecedere, aut ſubſequi diſpu-
tationem, aut aliquam compoſitionem; juvat
namque illa diſputantem, aut ſcribentem, exi-
mitque ab hæreſi, ut ſcribunt Rojas *de hæret.
p.* 1. *n.* 62. Navarr. *conſ.* 6. incipit. *hypoteſis n.* 14.
de hæretic. Decianus *conſ.* 8. incipit. *gratia ſunt
n.* 128. *volum.* 1. Albertin. *de aſſertion. Cathol. q.*
12. *n* 10. *& quæſt.* 29. *n.* 13. Zabarella *in Clem.*
1. *§. porro n.* 5. de Summa Trinitate, Bartol. Be-
rona *cancel.* 155. & in comprobationem; ſic ſu-
per rebus, & controverſiis humanis facies argu-
mentum de multis, quæ adduxi de proteſtatio-
ne, quæ interponitur ad evadendos alios, juris
aliquos effectus.

6 Et quia ex gloſſa (Florenſi Monaſterio) à
n. 9. Barboſa hîc notat, quòd omnes hæreti-
corum libri, ſunt prorſus vitandi abſque ullo
delectu, & quòd authoris damnati, ejus quo-
que libri damnari cenſentur, ſive boni, ſive ma-
li, & ſive libri circumferantur impreſſi, ſive
manu ſcripti per textum *in cap. noverit de ſententi.
excommunic.* Et cum de hac materia late agam
ſub *tit. de hæreticis.* ideo ad ibi dicta te remitto,
videbis Covar *variar. lib* 4 *cap.* 17. *&. legend. à
c.* 14. Anton. Riciul. *in tract.* de jure perſonar ex-
tra gremium Eccleſiæ exiſtentium, *lib* 5. *cap.* 21.
& cap. 23. *n.* 1. Albert. q. 2. *de hæret.* Pegna *in di-
rector. inquiſit. p.* 2. *comment.* 3. verſ. *damnato*, Ro-
jas *ſingul.* 124. Torre Blanca *de magia lib.* 3. *de
crim. punit. capit. decimo quinto, n.* 5. Farinac. *de
hæreſ. quæſt.* 180. *n.* 3, Sanchez *in decal. lib.* 2.
c. 10. noviſſimè Dianam Carenam, & Bordonum,
& alios per eos.

Etenim Covarruvias textum noſtrum expen- 7
dens juxta quæ adduxi ſuprà *in cap.* 1. *hoc tit. ſub
quæſt.* 2. ad finem, agens de quæſtione Eccleſia,
num poſſit novum articulum fidei facere, dicit
ex noſtro textu *dict. lib.* 4. *variar. cap.* 14. *ſub. n.*
2. ſic Abbatem Joachim non fuiſſe damnatum;
nec cenſeri hæreticum, licet ejus dogma ex ſa-
cris Scripturis ab Eccleſia damnetur, eo quòd
ſoleant eſſe plures interpretationes ſacræ Scriptu-
ræ opiniones, quarum nulla hæretica eſt, donec
Eccleſia Divino auxilio contrariam ex recondi-
tis ſacræ Scripturæ ſenſibus probaverit. † Quia 8
licet Eccleſia non poſſit facere quod quædam
aſſertio ſit hæreſis, quæ prius hæreſis non erat,
poſſit tamen efficere, ut nobis per ſuam cenſu-
ram pateat, illud eſſe hæreſim, quod antea non
latebat; an meritò hæreſis dici poſſet, & ea ra-
tione fieri, ut verè poſſimus aſſeverare aſſertio-
nem iſtam, quæ modo ab Eccleſia, tanquam fi-
dei Catholicæ contraria improbatur, & hæreſis
cenſetur ante definitionem Eccleſiæ etiam hæ-
reſim fuiſſe Tametſi priuſquam Eccleſia hoc de-
finiret ejus opinionis aſſertores hæretici minimè
dicebantur, quia nos latebat an eſſet ea opinio
contraria fidei Catholicæ; ſed quòd modo di-
cantur poſt Eccleſiæ definitionem hæretici
quicumque eam ſententiam probaverint, & re-
ceperint, non quod eorum opinio prius falſa,
non fuerit Catholicæ fidei contraria, hæreſis.
Sed quia nomen hoc hæreticorum infame qui-
dem, & ad crimen illud graviſſimum pertinens,
exigit pertinaciam, & rebellionem quandam
diſcedentem à Catholicæ fidei definitionibus.
† Et hæc inquam dici ſic non poterat eo tempo- 9
re, quo dubium erat, nec Eccleſia definierat. Et
ab hinc cum dicat Covarru. & jam diximus loco
citato poſſe opiniones dubias ab Eccleſia defi-
niri, evenit ut penes Eccleſiam, talis ſit pote-
ſtas declarandi Catholicam eſſe aliquam aſſer-
tionem, & pronunciandi eam ad fidem, perti-
nere ad eum affectum, ut poſt Eccleſiæ defini-
tionem manifeſtè ſic de fide ſit ea aſſertio, ut
planè hæreticus pertinax ſit cenſendus, qui
contrariam ſequutus, ab ea diſceſſerit. Tametſi
ante Eccleſiæ definitionem, licet veriſſima fue-
rit, & Catholica ea aſſertio, propter dubiam
ejus rei, & controverſam, diſputationem, hære-
ticus jure dici non poterat, qui contrariam pro-
baſſet, & ſequutus fuiſſet.

QUÆSTIO I.

An Eccleſia Romana ſit omnium aliarum
Mater, & Magiſtra. An ſola Eccleſiæ
authoritas ſufficiens ſit teſtimonium
in his, quæ ad religionem, & fidem
pertinent Et an Pontifex poſſit errare
definiendo aliquid de fide extra Con-
cilium generale. Et quid in aſſignandis
propoſitionibus præter hæreticas: Et
an Papa, ut perſona privata poſſit in fi-
dè

de errare, & an de facto erraverit, & errare de finiendo aliquid circa mores extra Concilium & an in Canonicatione ſanctorum, ſeu Beatificatione.

SUMMARIUM.

1 & 2 *Eccleſia Romana & aliarum mater, & Magiſtrata, primatum ſuper aliis tenens non ab Apoſtolis, & conciliis, ſed à Chriſto* n. 3. & *eſt aliarum caput*, n. 4.

5 *Eccleſiæ authoritas potiſſimum eſt accipienda in his, quæ ad fidem, & Religionem pertinent.*

6 *Eccleſia habens Dei Spiritum, nequit errare in Divinis teſtimoniis interpretandis.*

7 *Eccleſiæ authoritas eſt primum principium rerum ad fidem pertinentium, ut traditiones univerſalis Eccleſiæ.*

8 *Innocent. III. in concilio Generali quæſtiones fidei ſtabilivit.*

9 *Pontifex poteſt, ut ſupremus judex, & univerſalis Eccleſiæ Paſtor habere infallibilem authoritatem in definiendis quæ ſunt fidei ita ut in publico fidei judicio minimè errare poſſit.*

10 *Judicium difficile, & ambiguum jubebat Dominus adferri ad ſacerdotes levitici generis, & judicem qui fuerit illo tempore.*

11 *Hæreticum non eſt, nec peccatum tenere oppoſitum, ſi Papa, & major pars Eccleſiæ aliquid ſentiret.*

12 *Pontificis decreta ſunt infallibilia, etiam emanata extra concilium. Plures enim Pontifices damnarunt varios errores abſque concilio generali.*

13 *Concilia Provincialia eo, quòd à Pontifice approbentur, ſunt infallibilis veritatis.*

14 *Papa conſideratus ut homo, facilè errare poteſt, non ſit ponatur in eo divina Providentia, & Chriſti promiſſio* n. 16.

15 *Papa, & ſi peccare poſſit, & in alia vitia incidere; non tamen errare in decretis, quæ tanquam Pontifex edit.*

16 *Decreta Pontificum dicta è Cathedra, quandò dicantur habere infallibilitatem*, & n. 21.

17 *Papa in aſſignandis cenſuris propoſitionum, præter hæreticas, errare non poteſt. Et quid quando definit, ut probabiliorem aliquam opinionem, quondam probabilem, ſeu approbandum opinionem falſam, ut probabiliorem* n. 18. remiſſivè.

19 *Declarationes Pontificum in Decretalibus, poſſunt eſſe falſa in decretis harum rerum, quæ ad mores pertinent. Vide* n. 23.

20 *Papa in approbatione, vel reprobatione Religionis non poteſt errare* contra canonem, *nec in approbatione, vel reprobatione alicujus contractûs.*

21 *Pontificum decreta dicta è Cathedra, ſunt infallibilia, etiam non adhibito Concilio Cardinalium, vel Theologorum. Refertur contraria ſententia per dicta* n. 22. *ubi quòd de honeſtate debet requirere conſilium eorum.*

22 C. per Venerabilem qui filii ſint legitimi, & c. fundamenta § decet de electione lib. 6.

23 *Papa definiendo aliquid contra mores abſque concilio, errare non poteſt; aliter ſi diſputet, ut Doctor privatus* n. 24.

25 *Papa num in facto poſſit errare, veluti errando, qualia ſint Oſſa ſancti, quem Canonicat, aut Beatificat.* remiſſivè.

HÆc, & aliæ quæſtiones, quæ ex litte- 1
ris textûs noſtri hic valerent ad longum
tractari, juxta diverſos dicandis modos Doctorum, ſunt hic, quaſi obiter reſolvendæ,
quia fortè de nonnullis propoſitis, latios videbis *in tit. de reliquiis, & veneratione ſanctorum.*

Ad primam ergo difficultatis partem, de qua 2
Barboſa hic *num* 6. cum multis ab eo relatis, ex
verſ. *quam Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorum
Mater eſt, & Magiſtra:* ait ſic definitum in
Concil. florent. ſub Eugen. IV. plura adducit
ipſe de officio Epiſcopi *p.* 1. *tit.* 3 *cap.* 2. *num.*
14. † Et quod primatum ſuper aliis Eccleſiis Ro- 3
mana accipit non ab Apoſtolis, & Conciliis, ſed
ab ipſo Domino: videbis *in cap. ſacroſancta diſt.*
20. *cap. quamvis diſt.* 21. *cap. rogamus* 24. *q.* 1.
c. per venerabilem qui filii ſint legitimi, cap. fundamenta de elect. lib. 6. imo dicta ſupra in præmiſſo hujus textûs, & *in dict. cap.* 1. *ſub. q.* 2.
verſ. *ad quartam* de ea intelliguntur, & faciunt
Deciſiones Pontificis *in cap. ad audientiam* 13.
& *in cap. cum vobis* 14. *de præſcript.* ubi adverſus Romanam Eccleſiam deſideratur centenaria
præſcriptio, quando adverſùs alias, ſufficit
quadragenaria per textum *in cap. de quarta*,
& aliis ejuſdem titoli. † Quòd ſit caput aliarum 4
tradit Barboſa definitum *in Bullario* verbo *Eccleſia Romana, ex Innocent. IV. in approb.
legum Federici Imper conſt.* 1. incipit *cum adverſus* 2. Kalend. Novemb. 1243. & quod ſit
norma reliquarum Eccleſiarum ibi ex Eugenio IV. *conſtitut.* 15. incipit *mediocri* de anno
1439.

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſola Ec- 5
cleſiæ authoritas ſufficiens, ſit teſtimonium in
his, quæ ad religionem, & fidem pertinent; &
quia hæc ſatis expenditur ex dictis in dicta *q.* 2.
verſ *ad quartam*, & ſub hoc textu *in præmiſſon. fin.*
& ex notatis *in* §. *una à n* 1. *dicti cap.* 1. ideo nunc
breviter reſpondeo, ut ſacro ſanctæ Eccleſiæ
authoritas eſt potiſſimum accipienda in his, quæ
ad fidem, & religionem pertinent: nam quoties
ſive de Scripturis; ſive de veritate quavis alia
ad Catholicam fidem ſpectante controverſia
aliqua ad ſit, ſufficiens eſt ipſius Eccleſiæ poteſtas judiciaria ad eam dubitationem diſſolvendam, penitúſque reſcindendam, quando quidem
nullus penitus rectius Scripturam aliquam interpretabitur, quam is, qui ſpiritum, & mentem
Scriptoris habet. † Eccleſia enim Spiritum Dei 6
habens, errare nequit in Divinis teſtimoniis interpretandis: quippe quæ ab ipſo Chriſto ejus
Sponſo regatur, & doceatur, eam enim Chriſtus dilexit, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam
ſanctificaret Paul. *ad Epheſ.* 5. *idem ad Tim.*
3. *Eccleſia Dei, quæ eſt fundamentum, & columna veritatis,* & Math. cap. 28. *ecce enim
vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſumma-* 7
tionem ſæculi. † Eſt ergo Eccleſiæ authoritas primum principium rerum ad fidem pertinentium, at
traditiones univerſalis Eccleſiæ in pertinentibus
ad fidem, non minoris authoritatis ſint, quàm ipſa
Sacra Scriptura, etiam ſi ejus teſtimonium deſit
ad probationem, ejus, quod Eccleſia tradiderit,
ut præter alios ſatis eruditè tradunt Roffenſis

contra Eutterium tertia verit. † Joannes Tried.*lib.*
4.*de Eccleſ. dogm. cap.* 2. Albertus Pighius, *lib.*
1. *de Eccleſ. Hierarch. & lib. cont. cap.*3.Alſonſ.
à Caſtro *de hareſibus cap.*5. *& lib.* 1. *de juxta hares. punit. cap.*4.Covarr,alias dicens *variar. cap.*
10.*lib.* 1. *cap.* 2. applicabis quæ notavi ſupra *in*
*c.*1.*ſ.una & n.*11.in fine cum P.Franc. Vallen.
8 Ad tertiam quæſtionis partem, & ad cœteras
ſequentes an Pontifex poſſit errare in definiendis rebus circa fidem, ſive cum Conſilio, ſive
ut privatus, anſam præbent deciſiones textus
noſtri, & *dicti cap.*1.ubi Pontifex *Innocent. III.*
in Concilio generali,quæſtionea fidei ſtabilivit; &
quia noviſſimâ de illis omnibus diſſerit, ac diſputat longè Diana omnimo legendus *part.*1t.*in*
duobus tract. finalibus, quos ibi inſeruit *unum de*
adoratione ſummi Pontificis, alium ſecundum
ſcilicet *de infallibilitate Decretorum Romani Pon-*
9 *tificiis extra Concilium.*† Ego ſic ſtatuto breviter,
ut Pontifex poſſit, tanquam ſupremua judex,
& univerſalis Eccleſiæ Paſtor in definiendis iis,
quæ ſunt fidei, habere infallibilem authoritatem; ita ut in publico fidei judicio minimè errare poſſit: ſic probant Doctores, & antiqui
Patres authoritate Chriſti Domini Lucæ 22.
ubi ad Petrum inquit *ego rogavi pro te, ut non*
deficiat fides tua, & tu converſus confirma fratres
tuos: quibus verbia aliquid ſpeciale pro Petro
ſolo Chriſtum Dominum impetraſſe extendenter illam authoritatem, etiam ad ejua ſucceſſorea, ut explicat S. Leo *in cap. ita Dominus diſt.*
19. ubi illam Matth.16 *tu es Petrus &* extendit
ad ejua ſucceſſores in Pontificatu, quia ex illa
Joann.21. *paſce oves meas* omnis poteſtas neceſſaria ad rectam Eccleſiæ gubernationem ſignificavit modo per officium Paſtoris, quòd ex maxima parte conſiſtit in Pabulo veræ doctrinæ
ſpiritualis exhibendo modo per aliam metaphoram ligandi, & ſolvendi, ſeu clavium tollendo ſcilicet impedimenta, quæ clauderent in-
10 greſſum Regni cœlorum †Et ex illo *deuter* 17.
ubi difficile. & ambiguum judicium jubet Dominus deferri ad ſacerdotes levitici generis, &
judicem, qui fuerit illo tempore, & addit *qui*
judicabunt tibi judicium veritatis, faciunt textus
in cap. majores de baptiſmo in princ. ibi *ad Petri*
ſedem referendas & cap. per venerabilem verſ.
rationibus qui filii ſint legitimi; & ſic definivit
Papa Leo X. ut patet ex *tom.*2.*Concil. pag* 706.
in Bulla condemnationis Lutheri, art. 18.dicen-
11 tis, & proferentis illum errorem. † Quod & ſi
Papa, & major pars Eccleſiæ aliquid ſentiret,
non eſſe peccatum, nec hæreſis oppoſitum tenere, & Sixtus IV. qui meritò damnavit alios
errores Petri Oxomens; ut tradit Bañez 2 2.*q.*
1. *art.* 10. *dub.* 2. *concl.* 5.
12 Unde infertur Pontificis decreta eſſe infallibilia, etiam emanata extra concilium, ut tenent
D. Thom.2.2.q.8. *art.*10.*& q.*11.*art.*2.*ad* 3. *&*
4. *contra gentes cap.*79.& *in opuſcule* 1. *contra errores Græcor.cap.*33.*& à cap.* 65. *uſque ad* 70. &
ejus expoſitores, & cum infinitis probat Diana
ſupra dicto tractatu de infallibilit. reſ. 2. ex dictia
ſacræ Scripturæ locis, ac Pontificum definitioni-
13 bus. † & ex eo quòd Concilia Provincialia eo
quod à Papa approbentur ſunt infallibilis veritatis; & quia plurimi Pontifices varioa errores abſque ullo generali Concilio condemnarunt, quorum condemnatio à tota Eccleſia accepta eſt, &
fuit: plures alios refert, & ſequitur Barboſa *lib.*
1.*de jure Eccleſ.cap.*2.*part.*1.*de poteſt, Papæ à n.*
38. qui ſub.*n.* 39. verſ. *non obſtat.* † Et Diana à 14
*reſ.*3.longè reſpondens fundamentis plurimorum
Doctorum contrarium tenentium quibus favere
poterat deciſ. textus noſtri, ubi errores Abbatis, Joachimi, & Almaini in rebus fidei cum
Concilio ab Innocent. III. fuerunt condemnati omnibus uno verbo ſatisfit quia ſi ſola perſona Papæ conſideretur, ut homo eſt facile ut
errare poſſit, non ſi ponamus in eo Divinam
providentiam, & Chriſti promiſſionem, ſecundùm quam Eccleſia, & ejus ſupremus Princeps
Spiritua ſancti aſſiſtantiâ ita dirigitur, ut in decretis ſtatum Eccleſiæ totiua reſpicientibus, errare minimè poſſit.† Et ſic Albertinus *de aſſer-* 15
tionibus cathol. q. 9. *à num.*12. Bellarm *de Pont.*
*lib.*4.*cap.*7.verſ. *ultima ratio* dicunt ut etſi Papa
peccare poſſit,& in alia vitia incidere,non ob id
errare in decretis, quæ tanquam Pontifex edit,
quia ſcilicet pro hoc oravit Chriſtus; non ita
pro illis: & ex noſtris cum infinitis leges Covarruvias. *variar. lib.*1.*c.*10.*n.*11.*&*12.ubi bene
reſolvit cum agit ibi de ſacram. confirm.
Unde etſi dubium hic poſſit eſſe, an Decreta 16
Pontificum, quæ continentur in eorum decretia
dicta, ex Cathedra habeant infallibilitatem; reſpondeo ſecluſis nonnullia dicendi modis; nempe ut ea omnia quatenus ſpectant ad deciſionem, & concluſionem, infallibilitate potiantur,
non ſic quatenus contineot rationes plurea in
comprobationem quia in iſtia non tàm ſuſtinet
perſonam judicis, quàm Doctoris conſilium
dantis,aut diſputantis:benè reſolvit Diana *ſupra*
*reſ.*9.relati ab eo Grenad. *in* 2.2 D.Thom. *cont.*
1. *tract.*7. *diſp* 2 *ſect.* 1. *n.* 3. Joann. Bagotius *in*
Apologetico fidei tom. 1. *lib.*4.*cap.*2.*n.*7.Cant *lib.*
5. *cap.* 1. *ſ. illud damus*, Valent. *tom.* 3.*diſput.*
punct. 7. *ſ.* 39.
Ad quartam quæſtionis partem, quæ ex dictis 17
infertur, etiam breviter reſpondeo ut Papa in
aſſignandis cenſuria propoſitionum præter hæreticas, non poſſit errare, ut Diana retinet videndus ſupra *reſ.* 10. poſt multa, quæ dicunt
Turriano *in* 2.2. *tom.* 1. *diſp.*55. *dub* 5.Conink
de actibus ſupernat. diſp. 8. *n.* 135. Lugo *de fide diſp.*20. *n.* 109. Oviedo *de fide controver.* 4.
puncto 9. *n.* 124. Malderin.2.2. D.Thom *q.*11.
art. 2. *memb.* 5. ubi diſtinguit Bañez *in* 2.2 D.
Thom. *q.*10. *art* 2.†Et idem Diana ibi ex Tur- 18
riano *tom.* 1. *diſp.* 55. *dub.* 5. & aliis proponit
alias duas difficultates, quid quando Pontifex
definit aliquam opinionem quondam probabilem, ut probabiliorem, ut fecit *in Clem. unica*
hoc tit. Et an poſſit Pontifex opinionem falſam
approbare. ut probabiliorem: *& in* 1. *difficult.*
ſine dubio reſolvit non errare; imo & *in* 2.idem
tenet; quæ tamem difficilior videtur; leges Lugum
ubi ſupra *de fide diſp.*20 *ſect.*3 *à n.* 155. Salazar.
*de Concept. c.*43.*&*.1.*&* 4. Vaſquez 1.2. *diſp.* 86.
Et ſic puto cum Turriano *in* 2. 2. D. Thom.
*diſp.*16. *dub.*1. Diana *dict. reſ.* 9. *in fine*, contra 19
Medinam admittentes declarationes Pontificum
in decretalibus, poſſe eſſe falſas in decretis harum rerum, quæ ad mores pertinent, & contra
Canum, qui putavit poſſe Pontificem errare in
approbatione religionis: de quo dubio diſputat
Barboſa *dict. cap.*2. *à num.* 45.† Et Diana ſupra 20
*reſ.*25.qui & *reſ.*26.dicit Papam non poſſe errare
in approbatione, vel reprobatione alicujus contractus, ubi agit de Montepietatis.

Item

21 Item ſi dubitaſſes an decreta Pontificis loquentis ex cathedra ſint infallibilia, etiam non adhibito conſilio Cardinalium, vel Theologorum, & licet negativè reſpondeat Aravio in 2. 2. D. Thom. q. 1. *de Pontifice art.* 10. *dub.* 5. *num.* 14. Gravina *in controverſiis fidei tom* 2. *part.* 2. *art.* 9. *fol.* 144. ubi quam plures relati à Diana *ſupra*, inter quos Bordonus, Grenadus, Valentia. Caſtr. Palao, Bañez, del Caſtrillus Caſpenſis, Tannerus, Pinaloſa, Paludanus, & Suarez, quos ipſe refert, expendunt, & ipſe reſolvit, ut ſi forte Pontifex ſine ſufficienti dilligentia definiret, non erraret, quia creditur Spiritum ſanctum ei aſſiſtere, ſed nunquam Pontifices adſque maturo conſilio definire.
22 † Itaque etſi obſtes ex textu in *dicto cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi*, & *cap. fundamenta §. decet de elect.* 6. quibus probatur in decidendis cauſis fidei, aliiſque arduis debere Papam petere conſilium Cardinalium, reſpondet Barboſa *dict. n.* 39. *in fine*, & ibi *dict. n.* 1. *de jure Eccleſiaſtico lib.* 4. *de dignit.* & *privilegiis Cardinalium* illa jura, & ſimilia procedere de honeſtate, non de neceſſitate, & Diana ibi *reſ.* 11. cum multis ponit modum, quo Spiritus Sanctus aſſiſtat Pontifici, quando aliquid de fide determinat.

Ad cæteras quæſtiones an poſſit Pontifex er-
32 rare definiendo aliquid circa mores, abſque Concilio, de qua Barboſa *ſupra dict. cap.* 2. *n.* 40. Diana ſupra *reſ.* 13. cum multis reſpondeo non errare ex jam dictis † an ſit ut privatus ſolus, tan-
24 quam Doctor diſputando habetur frequenter, ut poſſit errare non verò difiniendo aſſumendo partes judicis † an in facto, veluti errando, qua-
25 lia ſint oſſa ſancti, quem canonizat, aut beatificat Barboſ. cum multis relatis ſupra *à num.* 41. Covarr. *dict. c.* 10. *lib.* 4. *variar. n.* 13. Diana longè ſupra *reſ.* 15. meo videndus, de quibus infra *in tit. de reliquiis*, & *venerat. ſanct.* quæ ego hic non tracto, ut finem imponerem huic tractationi in feſto ſancti Petri noſtri Patris & applicabis quæ dico infra *in cap. ne innitaris, de conſtitut. quæſt.* 1. verſ. *ad tertiam* ubi *an plus credatur ſanctorum dictis quàm Pontificis.*

AD TITULUM DE CONSTITUTIONIBUS.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Scriptores de Conſtitutionibus qui fuerint, & ſint.*
2 *Conſtitutionum, & legum materia porrigitur ad mandata, edicta, & extravagantes, deciſiones Rotales, Declaratione Cardinalium, & Decreta qualibet eorũ, & regulæ Cancellariæ de quibus ſigillatim infra ſub Rub. loquor, & ſub n. 3. & 4 & ſub dicto præmiſſo referuntur quæſtiones 46 jam ex propoſito tractatæ ſub lib. 2. Decretalium, quas ibi leges pro materia de legibus, & Conſtitutionibus,*

1 SUPER hanc Rubricam ſcripſerunt Doctores antiqui, & moderni, quos congerit Barboſa hîc, quibus addo Doctores Theologos agentes de legibus, & conſtit. in 3. *dist.* 37. & cum D. Thom. 1. 2. *q.* 96. Caſtr. *de lege pœnali lib.* 1. Autonin. *part.* 1. *tit.* 17. Azor *tom.* 1. *moral. lib.* 5. Suarez, & Salas fuſe *in tract. de legibus*, Soto de juſtitia *lib* 2. & 2. Summiſtæ, verbo *lex*, Canoniſtæ hîc, & *lib* 6. *decret.* eodem legiſlæ tit. de legibus, & ſenatus conſultis, & de conſtit. Princip. Anguianus de legibus, Villalobos in ſumma *p.* 1. *tract.* 2. Diana *p.* 1. *tract.* 10. de legibus Principum, Mathillus de Magiſtratibus *lib.* 3. *cap.* 3. de optima leges Revardus *lib.* 3. *conject. cap.* 20. & ad plura erit videndus Ricciua *collect.* 2022. & 2025. ubi ſcripſit ſuper Rubrica *de conſtit princip. item* & *collect.* 2119. & 2136. 2137. 2138. item Salcedus de lege Politica.

Cumque ſub hac Rubrica agi valeat de legi- 2
bus, conſtitutionibus, de mandatis, de edictis, & quam vim habeant extravagantes inſertæ, ſeu non inſertæ in corpore juris; item & deciſiones rotales ad cauſarum deciſionem in judicio decidendarum, & ſecundum quem ordinem poſſint judices decernere rites, *de quo dixi in cap. in cauſis* 15. *q.* 1. & ibi *in n.* 16. de tribus, & in Rub, & *tit. de libelli oblatione*, & alibi; ideo nunc ſub hac Rubrica nonnullas quæſtiones tractabo, quæ ſub nulla litera textuum hic commodè tractari valent, alias agitandas in corpore cujuslibet textus. † Et quia ad hanc Rub. ſpectant 3
quælibet decreta, declarationes Cardinalium, & regulæ cancellariæ, idem de earum vi agam. Prius adjiciendo ſummatim hic omnes quæſtiones ad hanc tractationem pertinentes, de quibus occaſione aliquorum jurium *lib.* 2. *decretal.* in repetitione eorum ſcripſi, ne moleſta repetitione contra noſtrum inſtitutum procedamus. † 4
Item adjunges quæ ſcripſi infra *in cap.* 1. *de re jud.* ubi de ſententia lata contra jus, legem, conſtitutionem, extravagantem, deciſiones, & conſuetudines, ex quibus poteris inducere nonnulla de vi, & valore, ac poteſtate earum in cauſis & negotiis decernendis, item & de legislatoris poteſtate & quæ dixi *in cap.* 2. *de re judicata*, & *in cap.* 12. *de judiciis* an rigor ſeu æquitas & epychela in legibus ſit ſequenda; & quia noviſſime plura ſuper hunc titulum & ſuper textus decreti Gratiani de hac materia loquentes ſcribit P. Franc. Vallente Ulliſipon. ſocietatis Jeſu ideo ſi quæ deſunt, in noſtra tractatione de vi & natura legis apud ipſum leges *in p.* 2. *concordiæ juris Pontificii.*

QUÆSTIONES in lib. II.

Decret tractatæ ſunt ſequentes.

SUMMARIUM.

1 *Canones, & leges qualiter inter ſe adjuventur in cap. Clerici* 8. *de judiciis* remiſſivè *q.* 11. *Et qualiter procedant circa impartiendum brachium ſeculare, dixi in cap. cum non ad homines eodem tit. à q.* 33.
2 *Lex improbans conſuetudinem, an poſſit alia conſuetudine tolli, dixi in d. c. Clerici q.* 14. remiſſive *infra ſub c fin. de conſuet. q. penult.*
3 *Reges, & Principes an poſſint revocare exemptionem, quam ſemel Clericis præſtiterunt: & quid de rebus donatis: quid de concordatis cum Pontifice, dixi in c.* 2. *eod. tit. de judiciis q.* 15. negativè

4 *Rex*

4 *Rex an poſſit ſtatuere, ut familiares ſanctæ inquiſitionis non gaudeant fori privilegio in aliquo delicto ſine conſenſu inquiſitorum in dict.c.2.q.22.* dixi quod non.

5 *Reges an in aliquo caſu ſint judices exemptorum* ibi *q.26.* pro affirmativa ſex caſus.

6 *Reges executores Concilii Tridentini, an poſſint compellere Clericos ad ejus obſervantiam, vel ejicere Epiſcopum ſimoniacè ordinatum ab Epiſcopatu, aut ejicere à Regno Clericum turbantem Rempublicam in dicto c. 2. q. 26.* & ibi *q. 14. Et ad alios caſus conducibiles ſub illo textu*, ad primos duos negavi, ad tertium caſum cum diſtinctione ſed nego infra *in c. Eccleſia ſancta Mariæ q. 35.* ubi quod nequit Clericos confinare in aliquo loco.

7 *Reges Hiſpaniæ, & Franciæ an ſubſint in aliquo Imperatori Romæ, aut Papæ in temporalibus* dixi *in cap. 13. de judiciis quæſt. 6.* & negavi.

8 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem, aut Papa, an poſſit eſſe judex in cauſa ſua, & inter ipſum, & ſubditos*, affirmavi *in cap. cum veniſſent 12. de judiciis q. 6. & ſecum diſpenſare cap. 1. de prob. q. 10.* & *in d. c. 12. de judiciis* affirmavi *q. 9.*

9 *Pontifex an poſſit ab aliquo judicari: & quid de foro interno in dicto cap. cum veniſſent q. 8.* & *in hæreſi, & ſchiſmate in foro externo* affirmavi; *& in foro interno quoad peccata.*

10 *Pontifex aut quilibet alius Princeps ſupremus, vel Prælatus an poſſint ſeipſos judicare aut ſecum diſpenſare* ibi *q. 9.* affirmavi.

11 *Pontifex quare potuit cognoſcere contra Regem Francorum dixi in cap. novit de judiciis q. 1.*

12 *Princeps ſæcularis an poſſit de juramentis cognoſcere, & an poſſit excommunicare* ibi *in dicto cap. novit. q. 9.* ubi negavi.

13 *Principes an teneantur facere ut lex Eccleſiaſtica præciſè obſervetur* ibi *q. 11. & de conc. Trident.* affirmavi.

14 *Papa an poſſit in totum revocare Clericorum exemptionem*, negavi *in cap. ſi diligenti de foro comp. quæſt. 1. à num. 7.* verſ. *de Pontifice* & *n. 11. quod nequit Clericorum cauſas in univerſum ſubjicere Judici ſæculari.*

15 *Poteſtas ferendi cenſuras, an poſſit conſuetudine, vel præſcriptione acquiri*, dixi *in cap. 13. de foro comp. q. 3.* ubi affirmavi.

16 *Princeps, qui non exhibet ſubditos ſuos malos Principi confinanti, cujus ſubditi, & bona à prædictis in dies vexantur, an peccet*, dixi *in cap. 14. eodem tit. q. 17.* affirmavit.

17 *Statum loquens in perſona, an extendatur forenſem*, dixi *in cap. ſane 3. de foro compet. q. 8.* affirmativi.

18 *Statum præferens in ſucceſſione Agnatos, an locum habeat in hæreditate Clerici*, dixi *in c. quod Clerici de fori comp. q. 5.* ubi negavi.

19 *Mandatum quando dicatur certum, quando verò incertum*, dixi *in cap. 9. de judiciis quæſt. 5. 6.*

20 *Edicta ſanctæ inquiſitionis, quæ percipiunt denuncianda delicta an juſtè ad alia delicta, præter hæreſim extendantur*, dixi *in cap. novit 13. de judiciis q. 32.* & antea *ſub. q. 31.* ubi affirmavi.

21 *Edicta, ſeu mandata, aut monitiones generales, an poſſint dici ſtatuta*, affirmavi & *quanto tempore durent, ut quis ex eorum obligatione denunciare teneatur*, dixi ibi *q. 39.* eſt videnda *quæſt. 38.* & *quod ſunt perpetua lata per modum legis ſi ab ordinariis per modum viſitationis.*

22 *Mandatum, an non tantum ſit ſervandum in ejus forma, ſed etiam in ejus qualitate, cap. Pyſan. 19. de reſtit. ſpol. quæſt. 1.* ubi affirmavi.

23 *Principi aſſerenti ſe ex juſta cauſa procedere ſine citatione, an adhibeatur fides, in c. 1. de cauſ. poſſeſ. & propriet. q. 8.* affirmavi.

24 *Princeps an poſſit mandare cauſam poſſeſſionis, & proprietatis, ſimul cognoſcendam, c. 2. de cauſ. poſſeſ. q. 1.* affirmavi.

25 *Reges Hiſpaniæ, Galliæ, & Poloniæ, an poſſint procedere ad proviſionem aliquorum beneficiorum inferiorum* dixi *in cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis q. 3.* verſ. *ad ſecundam*, & negavi *niſi fiat ex Papæ conceſſione.*

26 *Reges an poſſint mittere Præſides, ut aſſiſtant electionibus regularium in dicto cap. cum Eccleſia q. 3.* verſ. *ad tertiam* negavi *in ratione pacis conſervandæ.*

27 *Edicta, ſeu monitoria, an legitimè ſub cenſuris à judicibus Eccleſiaſticis expediantur ad effectum revelandi ſecreta in cap. ad noſtram 20. de jurejur.* ubi ſub qua forma: & an *qui audierunt edictum, antequam publicetur teneatur* ibi in verſ. *ad quartam* hoc negavi.

28 *Lex improbans conſuetudinem, an improbare cenſetur præteritam etiam immemorialem, vel futuram ſimul in cap. 2. de probat. q. 3.* verſ. *ad ſecundum à n. 3.* de quo infra dico *ſub cap. fin. de conſuet. q. penult.*

29 *Lex an poſſit prohibere ne contractus jurentur*, dixi *in Rub. de jurejur. q. 1.* verſ. *ad tertiam n. 14.* & *juramenti vires infringere & infra in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ ſub q. fin. & antea.*

30 *Papa an teneatur ſtare contractibus cum ſubditis, quemadmodum alius quilibet Princeps ſæcularis ſupremus* dixi *in cap. 1. de probat. q. 9. à n. 9.* & affirmavi.

31 *Pontifex an poſſit judicare Imperatorem, & Regem, & in quibus iſti ſubſunt, Pontifici in dicto cap. 1. q. 11.* de quibus etiam ſub *cap. novit de judic. q. 6.* ubi affirmavi in concernentibus peccatum.

32 *Princeps vendens rem, tanquam propriam, cum aliena ſit, an ad aliquid teneatur in dict. c. 1. q. 10.* verſ. *ad tertiam* & dico quod infra quadriennium tenetur reficere damnum.

33 *Reges, & Principes alii ſupremi, quare cum ſubditis contrahant, cum legibus ſint ſoluti in dict. c. 1. q. 8. à num. 1. qualiter obligentur, & an ex bono, & æquo* ibi verſ. *ad ſecundam, n. 18. & an teneantur ſuas leges ſervare* ibi verſ. *ad ultimam*: ubi *quid de legiſlatoribus, & quid de Papa q. 9. de quo etiam infra ſub hoc tit.*

34 *Reges alienantes bona, an obligent ſuos ſucceſſores*, in dicto *cap. 1. de probat q. 9. n. 7.* verſ. *ad ultimam* ubi affirmavi *& quod promiſſiones factæ à Principe ſuperiore revocentur poſt ejus electionem in cap. intellecto 33. de jurejur à n. 4.*

35 *Lex ubi excludit præſcriptionem, numquid cenſeatur*

ſeatur excluaere præſcriptionem 10. vel 20. annorum, in cap.4. de præſcript q.3.verſ. ad ſeptimam ubi in rebus ordinariis, ſed in rebus Eccleſiæ percipi ad quadragenariam.

36 Lex ipſa an ceſſet legis ratione ceſſante, in cap. cum ceſſante 60. de appellat. quæſt. 1. à n. 1. affirmavi in generali, non ſic in caſu particulari, applica dicta ſub cap. tranſlato hoc tit.

37 Leges diſponentes tempus minus 40. annorum contra Eccleſiam, an Valeant, negavi in c. illud 8.de præſcript.q. 1. verſ. ad tertiam.

38 Leges an ſint correctæ jure canonico, quæ mala fide præſcriptionem inducunt in cap. fin.de præſcript.q.7.à n.1.ubi affirmavi.

39 Papa an poſſit ſine cauſa aliquem beneficio privare, in cap.fin. de confirmatione utili, q. 1. verſ. ad tertiam & negavi in cap.7. de reſt. ſpol.39.

40 Mandatum Principis quod aperiantur carceres ad quid porrigatur dixi in cap. cum te 23. de re judicata quæſt. 3. verſ. ad quintam ubi quod tantum operatur reſtitutionem quoad pœnam.

41 Leges, & canones, an invalident ſententias latas contra ipſos, dixi late, & ad plures caſus in dicto cap. 1. de re judicata ubi ſi ſint contra jus legis ſecus ſi contra ſus litigatoris.

42 Papa, ſeu Princeps ſupremus an poſſint à quibuſlibet avocare cauſas, latè in cap. ut noſtram 56. de appellat.à q.3. ubi affirmavi.

43 Principes an teneantur ad obſervantiam contractuum cum ſubditis, vel an ſint legibus ſoluti, in c.1.de probat.q.8.infra in c.1.q.5. verſ.ad tertiam, & verſ. ad quartam ubi affirmavi ſed qualiter ibi.

44 Papa an ſtare teneatur contractibus cum ſubditis. quemadmodum alius quilibet Princeps: & an alienationis rei Eccleſiaſticæ prohibitio comprehendat Pontificem in dicto c. 1. q.9. & ibi affirmavi.

45 Leges interpretari qui poſſit, dixi latè in cap. cum veniſſent 12. de judiciis q. 1. & 2.cum aliis & ibi q. 3. an epycheia, & interpretatio eadem ſint, & quo pacto circa leges intelligantur.

46 Statutum civitatis quo cavetur ut niſi intra certum tempus creditor petierit debitum excludatur an valeat & ſervari debeat in cap. fin.de præſcript. q. 9. verſ. ad ſecundam ſub diſtinctione ut ibi.

AD RUBRICAM

de Conſtitut. & legibus.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 Tituli inſcriptio de conſtitutionibus, idem eſt, ac ſi inſcriberetur de legibus humanis, ſed non refertur ad æternam naturalem. ſeu ad eam, quæ ſit juris Gentium primævi.

2 Decretum Pontificum, Epiſcopatuum, & Religionum communi nomine vocantur conſtitutiones, uti & leges nuncupantur, leges municipales civitatum & locorum.

3 Conſtitutio, ut jus, ſive lex dicatur, debet aliquid in jure permittere, ſive vetare contra Patium, & punire: leges etiam ſunt aliæ, quæ vocantur teſtamentorum, ibi.

4 Jus nihil aliud eſt, quàm conſtitutio naturæ vel civitatis; quod etiam dicitur lex: ubi ad quid porrigatur verbum jus, quod per excellentiam intelligitur de jure Romanorum.

Reſponſa veterum, & ſpecialiter reſponſa Principum, Conſtitutiones appellantur. d. n. 4.

5 Legis virtus tota conſiſtit in duobus, in imperio ſcilicet, & executione. Et in quibus hæc conſiſtant.

6 Lex apertè permittet, cum quid concedit, quod prius jure non videbatur, exemplis declaratur.

7 Juris definitio Bimembris, ſive trimembris datur in Naturale, Gentium, & Civile explicatur à n 8. 9.& 10. cum aliis.

11 Jus Naturale quid ſit apud juris conditores, quòd in brutis n. 12. & qualiter dividatur n.13.14 &15.

16 Jus Naturale in brutis, eſt pro ratione impetus in homine pro ut impetus ratio, ipſa illa filios procreant ex impreſſione naturæ tantum, homo ex ea ratione orta.

L. 1. §. hujus ſtudii ff. de juſtitia, & jure à num. 11.

17 Lex Æterna, Naturalis, Divina & Humana, etiam Eccleſiaſtica, quæ dicatur n.18.19.20. & 21.

22 Jus naturale, qualiter dicatur à Gratiano eſſe id, quod in lege, & Evangelio continetur.

NEMO eſt, qui ignoret, ut titulus noſter intitulatus de Conſtitutionibus ſit idem, ac ſi de legibus inſcriberetur, ut patet ex ipſa legis definitione; quam Juſtinianus deſcribit, in l.§ lex eſt inſtit.de jure naturali gentium, & civili; probans legem eſſe quo Populus Rom. ſenatorio Magiſtratu interrogante conſtituebat, de cujus legis ferendæ, more. Latè Connan lib.1. cap 13.num.2. Micerio lib.2.opin..c.13.Ant. Aug. lib. ſingul. de legibus. & Senatuſconſultis cap.1 cum ſequent, & eſt commune de cauſa efficiente legis, de materia, de forma, de cauſa finali ſcribit Uveſembech ff. de legibus, ubi num. 6 ait quod legis effectus eſt, ut omnes obliget ad ſcientiam l. leges Cod. de legitim. tutor. tit. de juris, & facti ignorantia ad obedientiam l. Dillus 7. ff. de jure patronat. aut ad pœnam l. 2 ff. eodem, excepto Principe, qui eum jus rogandi, abrogandique juris habeat, legibus ſolutus eſt l. Princeps 31. ff. eodem etiam ſi legibus, ſicuti par eſt vivat §. fin. in fine Inſtituta quibus modis teſtam. infirmentur, de quo dixi ſub cap. 1. de probat. & dico infra, ſed hæc inſcriptio, quatenus lex idem ſit, quod Conſtitutio, exiſtimo referri ad leges, & conſtitutiones humanas, civiles, & canonicas, non ſic ut ſpectat ad legem æternam, naturalem, aut ad eam, quæ ſit juris gentium primævi.

Et ſic quantumvis titulus iſte, & alii Pontificum inſcribantur de conſtitutionibus; imo & decreta Pontificum in multis Bullis ſcriptis, ad ſtabilem gubernationem, Eccleſiæ conſtitutiones appellantur; item & decreta Epiſcopatuum, & Religioſorum, quæ ſunt propriè leges, quibus ſubdun-

ſubduntur ſubditi, & quibus gubernator com-
muni nomine, vocantur conſtitutionis ſynoda-
les, conſtitutiones Religionum, uti poſſunt ap-
pellari Leges municipales civitatum,& locorum
ſit, ut leges nuncupentur.
3 Debet ergo conſtitutio, ut jus, ſive lex dica-
tur aliquid in jure permittere, aut vitare; hæc
enim eſt legis virtus, *l. legis virtus ff. de legib.*
etenim Julius Pacius *cent.* 1.*c.*1.*antinomiarum*, in-
juſtè putavit conſtitutionem aliquid permitten-
tem, impropriam legem eſſe, qui proculdubio
deceptus fuit: nam ut advertit Antonius Faber
in dicta l. legis virtus, lex cum permittit aliquid
imperat; dat enim permiſſionem verbis impe-
rativis hujuſmodi; ergo ſunt leges teſtamento-
rum; nam quis audebit dicere legem illam 12.
tabularum uti quiſque legaſſet ſuæ rei ita juſto, le-
gem non eſſe, quidam addunt legis etiam virtu-
tem eſſe punire, & præmia deſignare, *l.*3.§.1 *ff.de*
Juſt. & jure: notat Mattheatius *de via, & ratione*
juris c. 32. *num.* 7. *&* 8.
4 Unde conſtat ut jus nihil aliud ſit, quàm Con-
ſtitutio naturæ, vel Civitatis. *ut in l. omnes populi*
ff. de juſtitia, & jure, & hoc modo uterum re-
ſponſa conſtitutiones dicuntur, ſpecialiter ta-
men Principum reſponſa Conſtitutiones appel-
lantur, *l.* 1.*ff.de conſtit. Princip.* §. *ſed & quod Inſt.*
de jure naturali, gentium, & civili, non quia ver-
bum jus alias juris partes, non comprehendat,
ſed quia verbum, quod commune eſt contrahi-
tur ad hanc ſpeciem per autonomaſiam, propter
excellentiam conſtituentium, ſicut, & jus civi-
le intelligitur per excellentiam de jure Roma-
norum. Jus etenim generaliter appellatur lex, ut
notant Mynſing *in* § *ſed jus quidem Inſtit.* de jure
naturali gent, & civili. Marcel. *dict.lib.* 1. *opinion*
c. 3.& ita jus naturale, lex naturæ dicitur, *l. lex*
naturæ ff. de ſtatu hom.
5 Etenim tota legis virtus conſiſtit in duobus,
in imperio ſcilicet, & ejus quod juſſerit execu-
tione imperium in illis tribus conſiſtit, de qui-
bus ſit merito in dicta *l. legis virtus.* Executio
verò in pœna exigenda, nam ſi quis quidquam
contra legem fecerit, jubet lex nonnulla, ut
Deum colere, prohibet alia, ut homicidia, La-
trocinia, adulteria. Permittit etiam omnia, quæ
non prohibet, ut *in l, mutus* §. 1. *ff. de procurator.*
*l.*1.*in fine ff de teſtibus*: nam, ut rectè Buretus *in*
*dicta l.*7.*ff. de legibus*, notat vetantur mala, impe-
rantur bona, permittuntur quæ facere, & omit-
tere liberum eſt † apertè tamen tunc lex aliquid
6 permittit, cum quid concedit, quòd prius jure
non vibebatur, ut advertit Donellus *lib.* 1. *con-*
*troverſ. c.*5.v.g. quando actionem præſtat in his
cauſis, in quibus antea non erat, ut bonorum
poſſeſſionem, emancipationem, & in integrum
reſtitutionem minoribus, item & majoribus ex
juſta cauſa: alia exempla refert Canon. *lib.* 1.
*commentariorum c.*9. *n.*8. Et quamvis hæc tria in
jure diſtinguantur, ut fertur uno generali verbo
continentur, ut præter Canon; ubi proxim, pro-
bant Otoman. *lib.*1. Oſvad. *c.*1. Anton. Faber *in*
*d.l.*7.*ff.de legib.*1. Curtius *lib.*1.*conjecturar.ad fra-*
trem c. 1.
Jam ergo venit diſcutiendum de diviſione ju-
7 ris, legis, aut conſtitutionis, in quo puncto ſo-
let dici, ut ſit bimembris, ut probant Donellus
lib. 1. *comment. c.* 6. copioſè Meodoça *de pactis*
*lib.*3.*c.*1.*q.*1 *num.* 4. non eo quòd jus naturale ſit
concedendum, ut rectè Ulpianus dicit *in l.*1.§.1.
ff.de juſtitia, & jure. Juſtinian, in principio *In-*
ſtitut.de jure naturali. Sed quia omne jus gentium
eſt naturale, & omne jus naturale gentium eſt, &
conſtat primum ex definitione Caii in dicta *l. om-*
nes populi, dum docet jus gentium eſſe quod na-
turalis ratio inter omnes homines conſtituit,
quæ melior videtur definitio, quam illa Ulpia-
ni *in l.*1.§. *fin.ff. de juſtitia, & jure*, dicentis, jus
gentium eſſe, quo Gentes omnes utuntur, ut
notat Richard. *de Juſt. & jure cap.* 5 Matthea-
tius *de via, & ratione juris lib.* 1. *cap.* 12
*num.*4.
Alii inquam quod videtur practicabilius, di- 8
cunt recipi diviſionem Ulpiani in naturale Gen-
tium, & Civile, nam omne jus, vel natural, vel
poſitivum, vel commune omnium, id eſt gen-
tium, vel proprium, vel civile dicitur, ut re-
ctè advertit Madera *lib. animadverſ. cap.* 1. ex
D. Thom. 1.2.*q.*95. *art.*4. Suarez *de legibus lib.*1.
*c.*19. *à n.* 3. Ulpiani trimembris diviſio accom-
modatur triplici hominis ſtatui, quia jus natu-
rale pertinet ad hominem, ut animal, jus Gen-
tium ad illum, ut homo eſt; jus civile, ad cum
pertinet, ut Civis, notat Otomanus *in epitome de*
juſtitia, & jure n. 9. & ſic teneo.
Nec obſtat prima Donelli ratio, nam etſi jus 9
gentium naturale dicatur, & natura procedat,
hoc tamen diverſimodè ſit; nam jus naturale
eſt à natura pro ſe; jus vero gentium à natura,
ratione dictante; ut notat Madera, ubi ſupra ve-
lut declarat Reynald, Corſus *lib.* 1.*indagat.à na-*
tura creat. id eſt, à ratione hominis.
Nec obſtat etiam ſecunda Donelli ratio, dum 10
negat jus gentium eſſe, quo omnes utuntur, cum
nunquam conſtet gentes in unum conveniſſe,
quia ut reſpondet Gentilez, *lib.* 1. *de jure Belli*
non eam eſſe Ulpiani mentem, at verbum *om-*
nes gentes intelligatur de omnibus gentibus om-
nium nationum, ſed quod ſucceſſivè placere
omnibus viſum eſt id totius ordinis decretum
feciſſe exiſtimetur; imo etiam ſi quid ab omni-
bus populis receptum ſit, juris tamen Civilis
eſſe poſſit, ſi ratione non naturali, ſed Civili di-
ctatur, ut vſus teſtamentorum, & ſtipulationum
ſic Canonus *lib.* 1. *comment c.*5. *n.* 8. Faber *lib.*1.
Juriſprudentiæ c. 2.*principio* 4. *illatione* 1.
Sed ut appareat nullam eſſe differentiam in re 11
ipſa inter Ulpian. & Cajum oportet videre quid
jus naturale ſit apud juris conditores, ut ſic faci-
lè poſſit inducere ad cœteras leges, & conſtitu-
tiones, quæ ab eo originem trahunt, & ſi civiles
& canonicæ ſint. Igitur ut Ulpianus definit *jus*
naturale, eſt, quòd natura omnia animalia docuit;
eo quòd hoc jus non humani generis pro-
prium, ſed omnibus animalibus commune eſt:
ſic *in l.*1.§.*hujus ſtudii ff.de juſtitia, & jure, & in*
dict.l.l. 2. *tit.*1.*p.* 1. adducit enim Ulp. in exem-
plum viri, & fœminæ conjunctiorum, libero-
rum procreationem, & educationem: ſed quali-
ter intelligatur explicant Forcatul. *dialog.* 37. *&*
in aviario cap. 2. Corras *lib.* 6. *miſcel. c.*25. Ray-
nucius Corius *lib.* 1. *indagationum c.* 10. Canon
*lib.*1.*c.*4. *&* 5. Pinetus *in Rub.de reſcind.vendit.*1
*p.n.*11. *&* 19.Roſcius *lib.*2.*memor.c.*6. *& ſequens*
cum alia Pichard. *in princ. Juſtit. de Juſt. & jure.*
Ubi bene reſpondet argumentis, quibus proba-
tur non dari brutis animalibus jus naturale,
ut patet ex textu *in cap. naturale* 1.*diſt.* ubi jus
naturale ſolis hominibus, non animalibus at-
tribuitur.

Et

12 Et ſic optimè videntur Ulpianum reprehendere Laurentius Bela *lib. 4. elegantiar.* eo quòd dixerit jus naturale eſſe in brutis animalibus Conan *lib. 5. comment. cap. 6.* Molina *de juſt. & jure tract. 1. diſp. 6* Vaſquez 1. 2. *tom. 2. diſp.* 157. Azorius *lib. 1. juſtit. moral 3. p. c. 2. q 2.* & relati Oſvaldo ad Donel. *lib. comment. c. 6. litera* 5. ex ea ratione non ſicut bruta non poſſunt habere Dominium, ita nullum jus, ſive in re ſive ad rem, ſed Donellus *dict. c. 6.* Equinarius, & Corraſius *in dict. l. 1. de juſt. & jure*, & ibidem latius §. 2. *n.* 24. & alii interpretes abuſivè dicunt *jus naturale eſſe, quod natura omnia animalia docuit*, non quia revera juris peritia ſint bruta, ſed per quandam ſimilitudinem, ut rectè Cicero *in Lælium* ubi cum de hoc naturali jure loqueretur, & de brutis, habito reſpectu ad fœminæ, & maris conjunctionem, educationem liberorum, aut id facere cum deſiderio, & cum quadam ſimilitudine amoris humani.

13 Quod ſi conſideres liberorum educationem eſſe non juris naturalis, ſed civilis *ex l. ſi quis à liberis 5. ff. de liber. agnoſcend l. 1. Cod de alendis liberis, cap cum haberet.* 5. de eo, qui duxit in matrimonium; item quarundam rerum acquiſitionum *§. ſingulorum Inſtitut. de rerum diviſione, pactorum obſervationem, l. 1 ff de pactis l. 1. ff. de conſtit. pecuniæ*; item antidorotalis obligatio, *l. ſed etſi lege 28 §. conſuluit ff. de petit. hæred. c. cum in officiis 7 de teſtam.* videtur Ulpiani doctrina nullo modo admittenda uno nec Ponclii explicatio.

14 Quibus difficultatibus oppreſſi Doctores advertunt nonnulli jus naturale bifariam in noſtro jure accipi, primum in largiſſima ſignificatione, & hujus generis eſſe illud, quod natura ſolo inſtinctu omnia animalia docuit ſola inclinatione naturali, tàm hominibus, quàm cœteris animantibus commune, *ut ſeipſum diligere, ſe conſervare, declinare ea, quæ nocitura videntur vim vi repellere, quærere, & parare, ad vitam neceſſaria, ſui ſimile procreare, & id generis alia.*

15 Secundum jus naturale, & ſolis hominibus proprium in ſola naturali ratione, conquieſcens, à cœteris animalibus bruta homines diſtant, *eſt erga Deum religio, amor parentum, & patriæ, obligatio antidorotalis, pactorum obſervatio honeſte ut vivamus, alterum ne lædamus, ſuum cuique ut tribuamus.* Et ſic reſpondendo objectionibus adductis, docent ad hoc jus ſecundarium eas pertinere, ad juris naturalis primævi, cujus ſunt prima relata exempla. quæ potius ſunt ipſius naturæ affectus, impetus & inclinatio, quam jus, ut declarant Laurentius Valla *lib. 4. elegantiar* Minſing. & Pichard *in dict. princ. Inſtit. de jure naturali, & in § jus gentium*: notantes ibi quoad nos homines jus naturale unicum eſſe non duplex, illudque tantum commune hominibus, & conveniens quidquid alii Craſſâ Minervâ, doctrinæ gratia admiſerint jus imbellius appellantes, quod ſolo inſtinctu, & affectione fit.

16 Et ſi forte ex prædicto explicandi modo in dubium aliquod arripiaris, ego ſic cum Seneca *lib. 2. de Ira cap.* 16 expendo ut animalibus eſt pro ratione impetus, homini verò pro ut impetûs ratio ipſa, & ſic, ut non detur propriè in brutis naturale jus, ſicut nec datur injuria, ut in *l. 1. §. 3. ff. ſi quadrupes pauper fecisse dicatur*, ob idque Præceptores relata Ulpiani verba *jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit*, intelligunt non quòd ſignificent jus naturale omnibus animalibus eſſe commune, ſed quaſi, dicat id, quod natura omnia animalia docuit, id eſt impreſſit illud eſt jus naturale in hominibus, & quando dicit *omnia animalia ejuſdem juris perita cenſeri*, veluti ad liberorum procreationem, vel educationem referri debeat ad rem ipſam, vel factum; nam cœtera animalia, ſicut & homo filios educant non ex ratione, ſed ex expreſſione naturæ, homo autem ex ratione orta ex impreſſione naturæ; ideoque rectè Ulpianum dixiſſe *hinc deſcendit maris, & fœminæ conjunctio, quòd matrimonium appellamus*, ad denotandum non omnem maris, & fœminæ conjunctionem juris naturalis eſſe illam ſolum, quæ matrimonium eſt.

Adhuc poteris dubitare dicendo propriè 17
jus naturale eſſe, quod in lege, & Evange-
lio ſcriptum eſt, ut patet ex Gratiano in *cap.
humanum genus diſtinct.* 1. ſed quia ab omnibus
communiter dicitur eſſe quatuor modos legum,
Æternæ ſcilicet, naturalis, Humanæ, & divi-
næ dicentes cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 91. *art.* 1.
Suarez *de legibus lib.* 2. per quatuor Capita † ut 18
lex æterna ſit illa Divina providentia, cum qua
gubernat omnes mundi res, † naturalis, quam 19
Deus poſuit, ſeu impreſſit in corde omnium ho-
minum, quæ ſic vocatur, quia eſt data ab ipſa
natura, & quia dirigit homines ad finem natura-
lem. † Lex humana ſit quam homines po- 20
ſuerunt deducendo eam à lege naturæ per diſ-
curſum rationis bonæ quæ alias vocatur civi-
lis, vel Eccleſiaſtica, eo quòd civilis dicitur
ea, quam impoſuerunt homines ad gubernan-
dum Cives laicos. Eccleſiaſtica ſive canonica,
de qua propriè agitur ſub tit. noſtro, quam po-
ſuerunt ad gubernationem Eccleſiæ, & rerum
ad eam ſpectantium. † Lex Divina dicitur ea, 21
quam Deus ipſe ordinavit dirigens homines
ad finem ſupernaturalem, & hanc Deus reve-
lavit in ſacra ſcriptura, tàm veteris, quàm no-
vi teſtamenti, à qua ratione optima deducitur
lex ipſa Eccleſiaſtica. Ab hinc etiam deducen-
tes legem *fomitis*, quæ eſt ipſa inclinatio ap-
petitûs ſenſitivi ad ſuum proprium objectum,
non ſit propriè lex, juxta ſuperius adducta de le-
ge naturæ in brutis.

Quo fit ut licet Gratianus *in dicto cap. huma-* 22
num diſtinct. 1. dicat jus naturale eſſe, quod in
lege, & Evangelio continetur, quaſi confunde-
ret legem utramque naturalem, & Divinam.
Sed cautiſſimo Gratianum ibidem deſcripſiſſe le-
gem naturalem, quæ deſcendit à jure natura-
li, ut ipſe oſtendit in lege ſcripta in Evangelio
quatenus continet præcepta Moralia Decalogi,
in quibus tota continetur lex naturalis, ut no-
tat Turrecremata *in dicto cap. humanum num.* 8.
Azor. 3. *pars. moral lib. 1. cap. 2. quæſt.* 1. non enim
poſuit Gratianus illa verba, tanquam definitio-
nem naturalis, ſed ut explicaret ubi eſt lex natu-
ralis, ut advertit ſuàrez *de legibus tract. 14. diſp. 2.
ſect. 2.* quod clarius expendo in difficultate ſtatim
ſequenti. Vide infra *ſub. q. 1. verſ. ad ſecundam* in
verbo *ſed iterum.*

QUÆSTIO I.

An lex æterna ſit propriè lex, & quæ iſta ſit & an lex naturalis propriè ea dicatur, quæ invenitur ſcripta, & mandata in omnibus præceptis decalogi & an iſta Divina dicatur ſeu ſub aliqua differentia: ubi quid ſit materia legis naturalis & an lex naturalis ſemper fuerit una & an aliquo modo poſſit mutari & an jus gentium pertineat ad legem naturalem, vel poſitivam humanam.

SUMMARIUM.

1 *Lex aterna in Deo qualiter dicatur explicatur* num. 2 3. 4 & 5. à n. 6. & d. n. 1. *ubi de definitione legis.*

2 *Lex Naturalis eſt radix, & origo aliarum legum, ſupponens legem quandam aternam in Deo. & eſt quadam participatio ejus ut* n. 12.

3 Proverb. c. 8. legem ponebat aquis, ne tranſiret fines ſuos *n.* 4 5. & 6.

5 *Regula eſt in Deo rerum faciendarum, qua vocatur;* idea *& non eſt propriè lex, cum non ſit regula humanarum actionum.*

6 *Legis ſtatu duplex eſt, alius, quem habet lex ipſa in aterna diſpoſitione, alius, quem habet exterius conſtituta &* n. 7.

8 *Legis, aterna promulgatio non eſt neceſſaria, cum decretum aternum ſit immutabile.*

9 *Lex naturalis, quatenus à lege aterna derivatur. qualis dicatur.*

10 *Natura rationalis duo continet, unum eſſe ipſam naturam, quatenus fundamentum convenientia vel diſconvenientia actionum humanarum ad ipſam naturam; aliud vim quandam ipſius, quam habet ad diſcernendum. Et qualiter ii modi in ea explicentur* n. 11.

12 *Conſcientia nihil aliud eſt, quàm dictamen rationis naturalis in cordibus ſcriptum, qua habet vim legis naturalis Pharao lege natura ſtimulatus ſua cognovit crimina.*

13 Pſalmo 4. ibi: ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. & n. 23.

Habitus ad cuſtodiam legis, qualiter à lege natura derivetur, d. n. 13. *ubi de ſynderesi ſynderesis quid ſit.* d. n. 13 *n.* 23. & 29.

14 *Decalogi omnia Pracepta ſeu principia moralia, pertinent ad legem Naturalem, ut* n. 15.

16 *Pracepta Decalogi legis Naturalis ſunt, & non omnia continent principia per ſe nota:* exemplificatur ibi.

17 Cap. humanum genus diſt. 1. ex diſtinctione Gratiani.

18 *Principia moralia habentia evidentem honeſtatem, & oppoſita moralem malitiam, ſunt juris naturalis, cum qua manifeſtantur lumine naturali, ad legem naturalem pertineant.*

19 *Virtutum actus conſiderati, inquantum boni ſunt legis naturalis; ſi tamen ſecundum ſuas ſpecies, alis ſunt legis humana.*

20 *Lex naturalis, num Divina dicatur*, semiſſivè.

21 *Naturalis legis materia, circa quam eſt bonum honeſtum per ſe, & malum illi contrarium.*

22 *Bonum aut malum omne, qualiter cadat ſub lege naturali*

23 *Jus naturale proprium hominibus eſt lex à natura ſingulorum mentibus indita ad bonum, & malum eligendum, quod vocatur ſynderesis, qua hominum animos inſtigat ad bonum faciendum, & malum vitandum & quid ſit* num. 24.

25 *Naturalia Pracepta ſunt in duplici differentia, vel prima principia, vel concluſiones & qua ex illo deducuntur.*

26 *Lex naturalis eſt una, & eadem, omnibus mortalibus, & quare impugnatur* 28. *ſed reſpondetur à* n. 30.

27 *Furtum extra civitatem apud Germanos, non erat iniquum, adulteria à Licurgo probata Perſa filiarum ſuarum matrimonio utebantur; & aliqui dixerunt, quòd juſtum, & honeſtum non à natura, ſed ab opinione hominum proveniebat* n. 28. & 29. *Adulteria à Licurgo probata Perſa utebantur matrimonio filiorum ſuarum* d. n. 28 & 29.

30 *Dictamen rationis eſt unum apud omnes, & ſi non ſit quoad uſum & cognitionem.*

31 *Legis natura id eſt in ea nonnulla ſunt, qua ignorantur à multis, & multa, qua à nemine poſſunt ignorari &* n. 32.

32 *Lex quatenus eſt ipſum dictamen, & lumen intellectus, eſt eadem apud omnes, & una in ſtatu natura humana ſi tamen conſiderantur in actu aliconditiones, & judicia, & ſit una quoad prima nota principia, non ſic quoad alias qua ignorari poſſunt, ut expenditur* num. 33. 34. 35.

34 *Gentes aliqua quare potuere introducere leges contrarias legi naturali.*

35 *Lex naturalis conſideratur ab aliquibus diverſa in natura integra ante peccatum, & poſt, ut* num. 36.

37 *Naturalium praceptorum exiſtentia eſt una, non ſic eorum exercitium, & quare jus naturale, ſemper complectitur eadem pracepta ibi* dict. num. 37

38 *Lex naturalis, num aliquo modo poſſit mutari,* remiſſivè.

39 *Jus gentium quo pacto pertinet ad jus naturale, & num ſequentibus, quod duplex eſt ſecundum aliquos, primævum & ſecundarium, ut exemplificatur etiam* num, 40. *quam diſtinctionem impugnat alii* n. 41 *ſed quid* n. 42.

42 *Jus gentium, aliud proprie naturale, aliud inquam propriè humanum ut* n. 43. & 44.

45 *Jus gentium eſt profectum ex naturali ratione, non ſimpliciter, & ab initio, ſed ita exigente neceſſitate humanâ, cujus eſt duplex caput, ut expenditur.* n. 46.

47 *Jus naturale eſt nobis datum à natura, jus gentium illud, de quo omnes gentes utuntur* n. 48.

49 *Jus civile eſt, quod ordinatur à gente, vel à populo.*

50 *Juriſta aliquando jus Gentium comprehendunt ſub lege naturali, aliquando ſegregant dicentes pertinere ad civile.*

Jus Gentium & medium inter jus Naturale, & Civile, ut expenditur d. n. 50.

Princeps poteſt in aliquo particulari caſu facere omnia communia, ibi d. ct. n. 50.

51 *Violentia propulſio eſt juris naturalis primavi, ſed non contractus inventi illo jure quoad pœnam, & modum obligandi* n. 52.

Ad

1 AD primam difficultatis partem, de qua Doctores cum D. Thoma *ſup.* 1. 2. *quæſt.* 192. Suarez *de legib. jam. relatus lib.* 2. per quatuor capita omnino videndus, ubi *cap.* 4. *num.* 9. Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 91. *art.* 1. dicunt legem æternam non eſſe propriè legem, ex eo, quia cum de ratione legis ſit, ut alicui imponatur, quia lex eſt actus imperii, ut jam adduxi ſub Rubric. & patet ex illa Ciceronis definitione. *lib.* 1. *de legib.* dum dixit *lex eſt ratio ſumma in natura inſita, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria*, vel ex alia ſancti Iſidorii *lex eſt conſtitutio populi, qua majores natu, ſimul cum plebe aliquid ſanxerunt*, ſeu ex alia poſita in *l. Græca ff. de legibus lex eſt ſancti o ſancta, jubens honeſta, prohibenſque contraria*, ſeu ex alia D. Thomæ 1. 2. q. 90. *art* 4. *lex nihil aliud eſt, quàm quædam rationis ordinatio, & præceptio in commune bonum ab eo, qui curam Reipublicæ gerit promulgata*: ergo quantumvis definitiones relatæ videantur loqui de lege civili, cum de ratione legis ſit imperare, ſequitur ut ſi non ſint ſubditi, quibus per eam imperetur, ut lex quælibet aliter lata, non ſit propriè lex. Deinde quia de ratione legis eſt promulgatio de cujus neceſſitate dico infra *quæſt.* 7. ſed ab æterno non potuit eſſe promulgatio, cum non eſſet aliquis, cui promulgaretur, ergo.

2 Alii inquam cum D. Thoma, explicent legis naturalis vim 1. 2. *quæſt* 91. *art.* 1. quæ eſt radix & origo omnium aliarum legum, ſupponunt legem quandam æternam eſſe in Deo, quæ talis eſt per eſſentiam, cœteras enim leges tales eſſe per participationem illius putantes hanc eſſe pluſquam legem naturalem, nam obligat etiam Angelos: eſt enim ut ait D. Thomas ſupra, dictamen rationis Divinæ, qui eſt etiam legendus *dict.* 1. 2. *quæſt* 93. *per totam*. ubi omnes Theologi ex doctrina Auguſtini; *lib de vera religione cap.* 30. *& lib.* 1. *de libero arbitrio cap.* 5. *&* 6. *& lib.* 22. *contra Fauſtum cap.* 27. cujus etiam meminit Plato *dialogo* 10. *de legibus*, ex ea ratione inquit D. Thom. nam cum neceſſe ſit in Deo aliquam legem concedere, quæ non poteſt eſſe, niſi æterna, neceſſe etiam erit in mundo legem æternam eſſe, nam cum Deus habeat providentiam, neceſſario ſupponitur in eo æterna quædam ratio practica gubernationis univerſi, juxta illud Boëtii 3. *de conſolat. ô qui perpetuam mundi rationem gubernas*, quæ ratio Dei æternam habet rationem legis veram; ut oſtendit D. Aug. ubi ſupra, quia omnis lex humana mutabilis eſt; ergo ſupponit aliquam immutabilem, per quam reguletur, nam omnis lex, quæ per participationem eſt lex ſupponit legem per eſſentiam, quæ non poteſt eſſe niſi æterna.

3 Et licet Suarez, Vaſquez, & cœteri, qui legis æternæ proprietatem negant reſpondendo ad illum locum *prover.* 8, ibi *legem ponebat aquis ne tranſirent fines ſuos*, quo ex D. Thom. dicta q. 91. *art.* 1 Medina, & alii Thomiſtæ probant poſitam fuiſſe legem illam creaturis ab æterno, inquantum coexiſtunt cum Deo in ſua æternitate; eo quod hæc lex eſt ab æterno ex parte Dei promulgata verbo, & ſcripto *verbo* in *verbo Divino* quod eſt æternum, *ſcripto* in *libro vitæ*. Dicentes illud omne eſſe improprium, & falſum, quia illa non eſt propriè lex, nam aquæ, & creaturæ irrationales, non ſunt capaces legia, & quod ſolum eſt Divina providentia; cum qua gubernat omnia; & quod nec creaturæ non exiſtunt in æternitate, & nec coexiſtunt.

Minúſque procedere adductum illud de promulgatione, quia verbum æternum producit 4
Pater æternus, & promulgatio deberet eſſe à tota Trinitate ſanctiſſima, nec videri qualiter in verbo divino hæc lex ſit promulgata, librúmque vitæ eſſe ſcientiæ Dei † ideo concluden- 5
tes in Deo eſſe regulam rerum faciendarum, quæ vocatur *idea*, quæ non eſt propriè lex, ſed impropriè, cum non ſit regula humanarum actionum, quam homines, dum degunt in hac vita, cognoſcere nequeunt, niſi per aliquam participationem illius legis, quæ eſt naturalis lex, aut per revelationem, quæ invenitur in Divina lege.

Tamen adhuc diſtinctione loquendo dico Præ- 6
dictam legem æternam eſſe propriè legem, quòd ut explicem adverto duplicem eſſe legis ſtatum, alius eſt, quem habet lex ipſa in æterna diſpoſitione legiſlatoris, quatenus in ejus mente jam illa lex deſcripta eſt, & abſoluto ejus decreto ſtabilita.

Alius autem eſt legis ſtatus, quem habet ex- 7
terius conſtituta, & ſubditis propoſita. Primo modo certum eſſe dari in Deo legem æternam. Poſterior autem modo certum eſſe hanc legem hunc ſtatum non habuiſſe ab æterno. Quo fit ut facile reſpondeatur ad primum quòd cum lex ſit actus imperii, debet dari perſona cui imperetur, eo quod lex, & imperii ſunt ab æterno in Deo, juxta priorem ſenſum, non juxta poſteriorem.

Nec obſtare reſponſum Suaris de promul- 8
gatione, qui plura reſponſa refert *dict. lib.* 1. *de legibus*, *cap.* 1. quia reſpondetur ex doctrina D. Thomæ promulgationem actu factam ſubditis, non eſſe de ratione legis æternæ, in qua hoc eſt ſingulare, nam cenſetur conſummata, & perfecta eo ipſo quòd in mente legiſlatoris ſtabilita eſt, alias inquam leges non conſummari, donec promulgentur ex ea ratione; nam decretum Dei æternum, immutabile eſt; ſecus autem decretum hominis, unde quandiu non promulgatur, non habet legis rationem in hunc ſane ſenſum intelliges quæ noviſſimè de hac lege ſcribit Archiepiſcop. Tapia in *ſumm. lib* 4. *p* 1. *q*. 2 *art.* 1. & quæ dicit *Part. Franc. Valente in concordia juris. Pontificii p.* 2 *q* 4. *ſect* 1. & 2.

Ad ſecundum quæſtionis partem, ut reſpon- 9
deam, repetes hic quæ ſupra adduxi *in Rubrica de fide catholica*, præcipuè ibi *ſub quæſt.* 3. *&* 4. quatenus dixi de neceſſitate, quam habet fidelis ſciendi inter alia ad fidem ſpectantia Decalogi Præcepta, in quibus tota lex naturalis conſiſtit; item & quæ ſupra in hac Rubrica explicuit à verſ. *jam ergo*, ubi ex Ulpiano, & aliis dixi quid ſit jus, aut lex naturalis, & in quibus verificetur; igitur lex naturalis quatenus à lege æterna derivatur, putarunt multi nihil aliud eſſe quàm ipſam naturam rationalem, ut copioſè defendit Albertus Bolomonetus *de jure, & æquitate cap.* 3. *num.* 25. Gabriel Vaſquez 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 3. quam ſententiam rejiciunt Doctores relatis à Salas *de legibus tract.* 14. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 2.

Quare omiſſis variis ſolutionibus, alii & me- 10

lius videtur reſpondere duo diſtinguenda eſſe in oatura rationali, onum eſſe ipſam naturam, quatenus eſt fundamentum convenientiæ, vel diſconvenientiæ actionum humanarum ad ipſam naturam rationalem. Aliud vim quandam illius oaturæ rationalis, quam habet ad diſcernendum inter operationes convenientes, & diſ-
11 convenientes rationi naturali. † Priori modo dicunt naturam rationalem fundamentum eſſe legis naturalis. Poſteriori modo legem ipſam naturalem dici, quæ humanæ voluntati præcipit vel prohibet, quod agendum eſt ex jure, & naturali ratione, ut ſentire videtur D. Thom. 1.2. *quæſt.*94 *art.* 1.& 2.& *in* 4.*diſt.* 33.*quæſt.*1. *art.*1. & adducti à Soto *lib.*1. *de juſtitia, & jure quæſt.* 4. *art.*1. comprobantes ex Apoſt. verbis ad *Romanos* 2. ubi cum dixerit *gentes quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt hujuſmodi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex*, & ut declaret Paulus ſtatim dixit. *Oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddentes illis conſcientia ipſorum.*

12 Cumque conſcientia nihil aliud ſit, quàm dictamen rationis naturalis, quod in cordibus ſcriptum eſt, quæ habet vim legis naturalis: ideo, ut docet D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 91. *art.* 2. ea ratione dixiſſe Paulum hominem ſibi ipſi legem eſſe. Eſt enim lex naturalis quædam participatio naturalis æternæ legis, quod idem docuit D Thom. *quæſt.* 93.*art.*4. ex Baſilio, ubi legem naturalem vocat ſynderesin, id eſt dictamen rationis, Hieronym. epiſtol. 151. ad Algaſiam quæſt. 8. vocat hanc legem intelligentiæ: & ideo docet Pharaonem lege naturæ ſtimulatum ſua cognoviſſe crimina *exodi c.*9. quod & Paulus dixit in illis relatis verbis *teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum.*

13 Et comprobatur ex illo *Pſalm.* 4. ibi *ſignatum eſt ſuper nos, lumen vultus tui*, ex quo loci Doctores dicunt legem naturalem impreſſam, & ſculptam eſſe in cordibus noſtris, de qua ſecundùm D. Thom. 1. 2. *diſt. quæſt* 94. ait Villalobos *in ſumm. part.* 1 *tract.* 2. *diſ.* 4 *num.*1. quòd hæc lex non eſt habitus propriè loquendo, ſed tantùm actus inſtar habitus ſequutus Doctorum communem, quia. ut dictum eſt iſta lex eſt dictamen rationis, quod præſtat faciendum, aut fugiendum; ut *non furari, non occidere, &c.* Et hoc non eſſe habitum, etſi revera in nobis ſit habitus inclinans ad bonum, odiens malum, & inſtigans ad cuſtodiam legis, qui vocatur ſynderesis, de qua lege dicunt naturaliter impreſſam, non obſtante, quod actus impreſſi non ſint; eo quod apprehendens terminos boni. vel mali, ſtatim intellectus, virtute ſynderesis judicium format, amplectendi bonum, & fugiendi malum: ex quo contra aliam explicationem Vaſquez 1.2.*d.q.*94.*art.* 1.*diſp.*90.*cap.*31. intelligitur quod volumus dicere, ut ſit actus inſtar habitus, quia quamvis talem actum non formemus, eſt tamen in nobis radix ad illum formandum cum termini apprehenduntur.

14 Unde etſi Sotus *lib.* 1. *de juſtitia quæſt.*5.*art.*4. exiſtimet præcepta decalogi non contineri ſub lege naturali, ſed ſub jure gentium, ut refert Turrecremata *in cap. jus naturale diſt.* 1. *num.* 3. propter modum loquendi Juriſconſultorum, quia illos actus, quos ratio dictat per diſcurſum juris gentium eſſe dicunt, ut in *l.* 1. 2.& 3.& *in l. omnes populi ff. de juſtitia, & jure l. bona fides ff. depoſiti*, & quod jus gentium eſt diſtinctum à naturali, tamen verius eſt nec D.Thom. *dict.q.*94. nec Sotum in ea fuiſſe ſententia, ut ipſe oſtendit *lib.*3.*de juſt.& jure quæſt.* 1. *art.*3. † Et ſic di- 15
ci debet omnia præcepta decalogi, ſeu principia moralia pertinere ad legem naturalem per dicta ſupra in *Rub. de fide Catholica ſub. dicta q.*3. & 4. ubi dixi tamen de primis principiis naturalibus, *ut honeſtum faciendum, & malum vitandum, quod tibi non vis, alteri ne facias*, de quibus nullum eſt dubium ad illam pertinere, quam de aliis magis determinatis, & particularibus principiis, ut juſtitiam eſſe ſervandam, Deum eſſe colendum, & ſimilia, de quibus nulla dubitatio eſt ad legem naturalem pertinere. Item & de aliis, quæ ſunt, veluti concluſiones, quæ per evidentem illationem ex principiis naturalibus deducuntur, & non niſi per diſcurſum cogooſci poſſunt, inter quas quædam facilius à pluribus cognoſcuntur, ut *adulterium, furtum, homicidium*, & ſimilia, quæ etiam proculdubio dicunt Doctores ad legem naturalem pertinere, & idem de aliis, dummodo certum gradum evidentiæ
attingant. † Præcepta enim decalogi legis natu- 16
ralis ſunt, & non omnia continent principia per ſe nota, ut apparet in præceptis probibentibus uſuram, vindictam propriâ autoritate deſumendam, & ſimplicem fornicationem; quæ omnia ſecundum doctrinam Catholicam ſunt de lege naturali. Et idem de præceptis affirmativis, veluti ſervare, docere, dare eleemoſynam, parentes honorare; quæ præcepta ſunt naturalia, non tamen concluduntur ſine diſcurſu. Et comprobant ita ex eo, nam omnia, de quibus loquimur percipiantur, quia honeſta ſunt, & prohibentur, quia mala, ergo pertinent ad legem naturalem non ad poſitivam.

Sed iterum ultra adductum ex Gratiano ſupra *in Rubricam ex dict. cap. humanum genus diſt.* 1. *verſ. adhuc*, videtur eſſe opponendum, cum ibi dicat legem naturalem eſſe, quæ in lege, & Evangelio continetur. Et ſic colligi non ſolum quæ dicta ſunt, ſed etiam quæ lege per Moyſem Deus præcepit, vel Chriſtus juſſit in lege evangelica ad legem naturalem pertinere. 17

Cui objectioni non obſtante gloſſæ ſolutione ibi dicentis Gratianum vocaſſe jus naturale, jus Divinum etiam poſitivum, cum Gratianus loquatur de jure naturali commune omnibus nationibus, quod nequaquam jus Divinum comprehendit, verè reſpondetur Gratianum non dicere jus naturale complecti omnia, quæ ſunt in Evangelio, & in lege, ſed ſolùm affirmare hoc jus naturale in lege, videlicet quoad præcepta moralia, & etiam in Evangelio. quatenus in eo confirmatur, & exemplificatur præcepta decalogi, vel quatenus virtute, totum continetur in illo principio Matth. 7. *quæcumque vultis ut faciant vobis homines. & vos facite illis:* ſic notat D.Thom. 1. 2. *d.q.*94.*art.*4.*ad* 1. & cum eo omnes Theologi ibidem: videbis eundem *q* 95. Salas *de legibus diſp.*5.*ſect.*5. Suarez *de legibus lib.* 2 *c.*7. & quos Covarr. refert. *in reg. peccatum* 2.*pars.* §.11. *n* 4. Pinelus *in Rub. de reſcind. vendit.* 1.*p.c.*1.*n.*7. dicentes etiam omnia præcepta. ſeu principia moralia, quæ evidentem habent honeſtatem, ut oppoſitam moralem malitiam evidenter contineant eſſe juris, & legis naturalis, colligentes ſic ex ſententia Ariſt. *l.*5. *Ethycorum c.*7. Iſidori *lib.*5. 18

etymo

etymologiarum c. 3. Auguſt. *lib.* 1 *de libero arbitrio cap.* 3. ubi docet adulterium eſſe contra legem naturalem, quia omnia, quæ lumine naturali man feſtantur pertinant ad legem naturalem. Et pro intellectu videbis Barboſam *in.d.c. humanum genus*, ubi refert quatuor dicendi modos pro explicatione textûs illius, & inclinat in jam relatum, quem ſequimur.

Hinc provenit dicendum ea D. Thoma 1.2. *dict. quæſt.* 91. *art* 3. quòd ſi virtutum actus conſiderantur inquantum boni ſunt, etiam ipſius legis naturalis, ſed ſi conſiderantur ſecundum ſuas ſpecies, in quibus ponuntur, non ſint omnes legis naturalis; eo quòd multi eorum pertinent ad legem humanam: ſic tradunt ejus expoſitores, & Villalobos *in ſumma dict. part.* 1. *tractat.* 2. *difficult.* 4. *num.* 4. probans primam concluſionis partem, quia eſt homini proprium naturale vivere, ſecundum rectam rationem, & actus virtutum ſunt ſecundùm rationem, utpote actus vitiorum ſunt contra eam. Secundam probans, quia res quæ ſunt neceſſariæ, ut homo conſequatur finem vitæ, aliæ ſunt claræ, vt non occidere, non mentiri, non adulterare, aliæ non ſic claræ, quæ agunt declaratione, ut dicere talis contractus eſt uſurarius, quæ omnes ſunt legis naturalis; & quod ſint res aliæ, quæ pertinent ad legem ipſam naturalem, & ad ejus finem, ſed mutatur temporum varietate, & has non eſſe legis naturalis, ſed poſitivæ humanæ civilis, aut Canonicæ, ut v. g. vivere temperatè eſt legis naturalis præceptum. Sed circa materiam hanc jejunii, & abſtinentiæ norum, vel illorum alimentorum non eſſe præceptum naturale, ſed tantum humanum, ut omnes communiter docent & ſecundum hæc intelliguntur quæ noviſſimè ſcribit de Archiepiſcop. Tapia *in ſumm. part.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 2. 3. 4. 5. & 6.

20 Ad tertiam quæſtionis partem, an prædicta lex naturalis, Divina dicatur, ſeu ſub aliqua differentia reſpondebis ea dictis ſupra in hac quæſtione in verſ. ſed iterum pro intellectu Gratiani *in dict. cap. humanum genus diſt.* 1.

21 Ad quartam quæſtionis partem quæ ſit legis naturalis materia, ſatis reſpondebis ea adductis; & ſic breviter dico materiam, circa quam lex naturalis verſatur eſſe bonum per ſe honeſtum, & malum illi contrarium, illud ut præcipiendum, hoc ut vitandum: ſic docent Doctores relati, & alii poſt eos.

22 Dubium vero eſt an omne bonum, vel malum cadat ſub lege naturali, in quo dixerunt quidam ſolùm generalia principia per ſe nota, eſſe materiam legis naturalis, *ut bonum eſt faciendum, malum vitandum, quod tibi non vis, alteri ne feceris*, non tamen concluſiones, quæ ex illis principiis deducuntur, ut depoſitum eſſe reddendum, uſuram vitandam; pro qua ſententia allegant D. Thom. 1. 2. *quæſt* 94. *art.* 2. Sotum *lib.* 1. *de juſtitia quæſt.* 5. *art.* 4. ſic ut exiſtimet præcepta decalogi non contineri ſub lege naturali, ſed ſub jure gentium, ut refert Turrecremata *in dict. cap. jus naturale diſt.* 1. *num.* 3. Sed jam ex dictis in toto verſ. *ad ſecundam*, ſatis patet qualiter omnia præcepta decalogi ſunt materia juris naturalis, & ſic non immoror, quæ enim pertineant ad jus naturale primævum, aut ſecundarium, benè ſcribit legendus Barboſa *in cap. jus naturale diſt.* 1. ubi latè explicat, & exemplificat cum Gratiano.

Ad quintam quæſtionis partem, ut reſpondeam, omiſſo primo capite legis naturalis, quod omnibus animantibus commune eſt, ut jam dixi ſub Rubrica & in hac quæſtione adverto jus naturale hominibus proprium deſcribi, quod ſi lex à natura ſingulorum mentibus indita, & conſonat textus *in cap. jus naturale diſt.* 1. ibi *inſtinctu naturali*, de qua Doctores cum D. Thoma 1. 2. *quæſt* 91. *art.* 2. intelligunt vulgarem verſum *pſalm.* 4. *quis oſtendet nobis bona; ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*, quaſi Deus totius naturæ auctor mentibus noſtris lumen impreſſit, quo poſſimus bonum eligere, & malum reprobare, quamvis aliter verſum illum intelligant D. Auguſt. Hector Pinctus in Danielem *cap.* 2. & alii, quos refert Barboſa *in dicta cap. jus naturale num.* 8. ubi dicit quod ad hanc pertinet relatum ſupra locum Pauli, *gentes quæ legem non habent* (ſcilicet ſcriptam) *naturaliter quæ legis ſunt, faciunt, &c.* Et quod hæc eſt illa ſynderetis, quæ hominum animos inſtigat ad bonum faciendum, & malum vitandum, & ad hoc unicum præceptum redigi omnia legis naturalis ſecundum D. Thomam *ſupra quæſt.* 9 *art.* 2. & 1. *part. quæſt.* 79. *art.* 12. & Sotum, *lib.* 1. *de juſtitia quæſt.* 4. *art.* 1. Barboſa ſupra † ubi dicit manifeſtius fieri, ſi advertas 24
jus hoc naturale nihil aliud eſſe, quàm collectionem quamdam plurium præceptorum naturalium, ut docet juriſconſultus in dicta *l.* 1. §. *hujus ſtudii* ibi *collectum eſt enim dict. ff. de juſtitia, & jure.*

Addit que Barboſa ibi *in dicto cap. jus n.* 10. eſſe 25
in duplici differentia, vel dici prima principia per ſe nata, vel concluſiones, quæ ea illis deducuntur exemplificando, ut jam feci, & ob id non repeto.

Quare jam ad difficultatem propoſitam di- 26
cendum eſt, quòd prædicta lex naturalis. eſt una; & eadem omnibus mortalibus, ut docet Iſidorus in *dicto cap. jus naturale diſtinctiône* 1. ibi *omnium nationum, & conſultus in l. omnes §. quod vero ff. de juſtitia, & jure* ibi *apud omnes gentes*, Juſtinian. *in §. ſed & naturalia Inſtit. de juſtitia, & jure reſolvunt* D. Thomas, & Socus, & alii Suarus *lib.* 1. *de legib. cap.* 2. *num* 10. tum multis Barboſa *ſupra num.* 11. D. Thomas, *dict. quæſt.* 94. *art.* 39. & cum eò etiam Villalobos *dict. part.* 1. *tract.* 2. *difficult.* 4. *num.* 2. probantes ex eo, quia lex naturalis habet unum principium, nempe naturalem rationem, & unum finem, quod eſt ſequi generaliter bonum.

Sed videtur quòd prædicta doctrina non ſit 27
certa, quia cum hæc lex nihil aliud ſit, quàm dictamen rationis, ex quo voluntas obligatur ut jam dixi, ſequitur ut cum apud omnes gentes, nunquam fuerint eadem, ſed diverſa dictamina, ut non ſit eadem lex naturæ probatur ex D. Thom. 1. 2. *dict. quæſt* 94. *art.* 4. Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali, cap.* 14. Soto *dicto lib.* 1. *de juſt. quæſt.* 4. *art.* 4. Azorio *tom.* 1. *moral. lib.* 6. *cap.* 60. Solino *lib* 45. *c.* 43. † qui ex multis bonis autho- 28
ribus refert apud Germanos furtum olim extra civitatem non fuiſſe iniquum, cui addo quod Cilices ex rapto olim vivebant, non damnantes furtum, Adulteria quoq; fuerunt à Licurgo probata,

ut refert Plutarch. in vita illius, cui addo quòd Maſſagetæ, & Lacedæmones communes habebant uxores, de quo meminit textus *in cap. dilectiſſimis*, verſ. *denique* 12. q. 1. licet inepti gloſſa verbo *conjuges* quam ſequuntur Doctores, communiter interpretentur non quoad carnis uſum, ſed alia obſequia. Perſæ etiam filiarum ſuarum matrimonio utebantur, ut latè proſequitur cœlius Rodiginus *lection. antiquar. lib.* 10. c. 18. & latiſſimè Tyraquell. *l.7 connubial. part.* 7. *Gloſſa* 7. à *n.* 32. Alii etiam alia deteriora legi naturæ eſſe contraria non intellexerunt, de quibus Paul. *ad Roman. c.* 1. & proſequitur Caſtrus *de lege pœnali dict. cap.* 14. *poſt. princip.* Conan. *lib.* 2. *comment. t.* 1. *n.* 3. & poſt alios Sairus *d. c.* 2. *n.* 11. quibus addo Giraldum *in hiſtoria Deorum c.* 13.

29 Imo nonnulli, teſte Auguſtino, *lib.* 13. *doctrina Chriſtiana c.* 14. dixerunt nihil eſſe ſua naturâ juſtum & honeſtum ex diſpoſitione alicujus legis univerſalis, ſed juſtum eſſe quòd diſpoſitum, aut conſuetudine populi receptum eſt, & de antiquis Philoſophis refert Cicero *lib.* 1. *de legibus*, Ariſtotel. *lib.* 5. *ethicorum c.* 7. exiſtimaſſe nullum eſſe jus naturale, ſed omnes jus opinione hominum, & conſtitutionibus conſtare.

30 Adhuc vero non eſt recedendum à jam relata concluſione, quam ut expliccem: dico cum D. Thoma hanc naturalem legem quoad ſubſtantiam in omnibus hominibus eſſe unam, & quoad obligationem; eſt enim dictamen rationis unum apud omnes, ut ex Ciceron. & aliis notat Tertulianus *lib. de corona milit. & in apologetico c.* 4. ſed quod uſum, & cognitionem non fuiſſe ſemper unam apud omnes gentes, ut Oſtendit Soto *diſto. lib. de juſt.* 1. *quaſt* 4. *art.* 2. Vaſquez 1. 2.
31 *diſp.* 127. *c.* 2. Bellarmin. *lib* 1. *de matrimon. c.* 27 † & Auguſt. *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana cap.* 14. docuit nonnulla eſſe in lege naturæ, quæ à multis ignorantur; multa verò, eſſe, quæ à nemine ignorari poſſunt; ideo dixit Paul. *ad Rom.* 2. *qui ſine leg. peccaverunt, ſine lege peribunt, vel ſine lege ſcripta contra legem naturalem.*

32 Sed pro majori declaratione ſciendum eſt legem conſiderari poſſe quatenus eſt ipſum dictamen rationis, & lumen intellectûs, & hoc modo conſtat eſſe eandem apud omnes, ſeu ut vertunt D. Thomas, Sotus, & Salas *ſup num.* 10. Barboſa *in dicto cap. jus naturale num.* 11. diſtinguendum eſt inter prima principia, & ſecunda; illa enim ubique eadem eſſe, non ſolùm quoad rectitudinis veritatem, ſed etiam quoad cognitionem; quia nullus, ſi capax rationis eſt, adeo ſtupendus eſt, qui non approbet omnia illa præcepta, (bonum eſt faciendum,) & ſimilia. Et ſic in hoc ſenſu, aut caſu certum eſt dicere hanc legem naturalem eſſe unam in omni tempore, & ſtatu naturæ humanæ, ut inquit Ariſtotel. ubi ſup. ibi *ubique, & ſemper eadem*, Cicero apud Lactantium ibi *omni tempore*, & omnes gentes, & eſt ratio quia hæc lex non ſequitur ex aliquo
33 ſtatu naturæ, ſed ea ipſa natura rationali † vel poteſt conſiderari in actuali conditione, & judicio, & hoc modo una, & eadem eſt apud omnes ex aliqua parte, videlicet quoad prima, & univerſalia principia, quæ ignorari non poſſunt, veluti in exemplo dicto bonum eſſe ſequendum: quomodo dixit D. Thom. 1. 2. *dict. q.* 94. *art.* 6. legem naturalem à cordibus hominum deleri non poſſe; & in hoc caſu nunquam habent locum exampla pro objectione poſita.

Tamen quia ſunt alia particularia præcepta le- 34
gis naturalis quia ab hominibus ignorari poſſunt, potuerunt; ideo potuerunt aliquæ gentes introducere leges contrarias legi naturali; nunquam tamen ab illis habitæ ſunt, ut naturales, ſed ut poſitivæ utpote conſtat ex exemplis adductis in argumento, quia ſcilicet viſionis nubibus excitati homines luminis naturalis radios non percipiunt, aut perſpiciunt, vel ob pravam conſuetudinem non recte applicant communia illa præcepta actionibus perticularibus, ut ſcribit Paulus *ad Roman.* 1. ut cernitur in gentibus amplectentibus quæ legi naturali manifeſtiſſimè ſunt contraria, & ab ipſis. & populis admittuntur, tanquam licita, ac approbantur, ut de germanis Civilibus, Maſſagetis, Lacedæmonibus, & aliis dictum eſt, in hoc ſenſu, poteſt dici legem naturalem non eſſe unam; quod tamen verùm eſt quod etſi revera naturalis lex eſt una, tenet tamen præcepta plura, ut ex D. Thom. *d. art.* 39. advertit Villalob. *ſupra dif.* 4. *d. n.* 2.

Alii Doctores etſi abſolutè teneant legem 35
naturalem eſſe unam, quoad relata prima, & univerſalia principia legis naturalis, ſed quoad alia, quæ ſunt veluti concluſiones, diſtinguendum aiunt inter duplicem naturæ ſtatum, videlicet integræ ante peccatum originale, vel corruptæ poſt illud; & ita ſecundùm hos diverſos naturæ ſtatus, arbitrantur legem naturalem variari, nam in naturæ integræ ſtatu petebat lex naturalis libertatem omnium hominum, & Dominia eſſe communia † at in natura corrupta po- 36
tit ſervitutes, rerum diviſionem, & ſimilia *l. manumiſſiones ff. de juſtitia, & jure*, quia conſtat poſt naturam lapſam, legem naturalem obſcuratam eſſe, ut oſtendit Pereira *ad Roman.* 2. *diſp.* 11. 12. & 13.

Sed non eſt recedendum à præcedentibus di- 37
ſtinguendi modis, quia ut benè advertit Suarez diſtinctio proximè relata *num. præced.* non eſt cur admittatur: ſic ille *lib.* 1. *de legibus cap.* 8. *num.* 9. ex eo quia illa exempla, quæ afferuntur, & ſimilia non pertinent ad jus naturale, ſed ad jus gentium, ut infra dico in verſ. *ad ultimam*, cum de illo jure ago. Præcepta etenim naturalia æque communia ſunt utrique ſtatui. Diverſum vero eſt loqui de exiſtentia præceptorum, diverſum etiam de actuali obligatione, ſeu exercitio illorum, quamvis ergo hic, vel ille naturæ ſtatu poſtulet unius præcepti uſum, potiuſquam alteriùs; jus tamen naturale ſemper complectitur eadem præcepta, quod patet ea ratione, nam in lege naturali omnia præcepta, ſive affirmativa, ſive negativa continent rationem æternam, & inſtabilem; ergo in omni naturæ ſtatu ſemper erunt una, & eadem præcepta abſque ulla mutatione. Et alia dicendo videtur ſequi Barboſa *in cap. jus gentium* 1. *diſt. ſub. num.* 2. in verſ. *quæ etiam ratione*, ubi improbat diſtinctionem numeri præced.

Ad ſextam quæſtionis partem an lex naturalis 38
poſſit aliquo modo mutari, dico infra *in c. fin de conſuetudine*, occaſione illius textus ibi an mutari queant ea, quæ ſunt juris gentium, & quæ illa ſint.

Ad ſeptimam quæſtionis partem an jus Gen- 39
tium pertineat ad legem naturalem, vel humanam, reſpondebis ſi primo advertas ad ea, quæ in eo jure explicando Doctores diverſè docent, & quidam dixerunt quod duplex ſit jus gentium primævum, alterum quod ſtatim cum ipſo humano

genere

genere incœpit, veluti obſervatio fidei datæ,
erga Deum religio, & ſimilia, de quibus in *l. ve-
luti ff. de Juſtitia*, dicentes hoc pertinere ad jus
40 naturale. † Alterum verò ſecundarium, quod
non cum ipſo humano genere incœpit, ſed de
inde homines, & univerſæ gentes ſibi conſti-
tuerunt, ut bella, ſervitutes, & ſimilia, de quibus
in leg. ex hoc jure, ff. de Juſtitia: & hoc reſolvunt
propriè humanum eſſe, Bart. *in leg. ſi id quod n. 2.
ff. de condit. indebiti*, quem ſequuntur Jaſon. &
alii: rectè Pinelo in *Rub. de reſcindad. vendit. ca-
41 pit.* 1. *num.* 11. † ſed Gonanus *lib.* 1. *commenta-
riorum cap.* 5. *num.* 3. & 8. & poſt. Aretinum
Forentum, & alii, quos refert Pinbelus *dicto c.*
1. *n.* 12. & Velaſcus *d. jure emphiteut. quæſt.* 3. *à
num.* 6. recedentes à relata diviſione, dicunt nul-
libi in jure noſtro prædictam juris gentium divi-
ſionem reperi; & ex eo quia dilinquere jus gen-
tium per ætates, nihil aliud eſt, quàm dicere
hoc eſt de jure civili antiquo, hoc de noviori, nec
ex ea diſtinctione oriri duplicem ſpeciem Juris
civilis: addentes fortius quod ex illa differentia
juris gentium, quod cum ipſo humano genere in-
cœpit, vel alterius, quod poſlea introductum
eſt, non efficitur quod minus utrumque ad jus
naturale pertineat, ſi recta ratio per proximas
conſequentias ex primis legis naturalis præce-
ptis deducta id juſtum eſſe, & adæquatum hu-
mano generi dictaverit.

42 Sed ego conſiderata cum Juſtiniano princ.
Juſt. de jure naturali gentium, & civili, definitio-
ne Juris gentium ibi *in §. Jus gentium, &* dicen-
tis, *Jus gentium eſt quod naturalis ratio inter om-
nes homines conſtituit uſu exigentes. humanis neceſ-
ſitatibus poſtulantibus*, ut etiam definiunt Jure con-
ſulti *in lege.* 1. *§. Jus gentium, l. manumiſſiones* 4.
l. ex hoc jure 5. *leg. omnes populi* 9. *ff. de juſtitia,
& jure*, cum quibus Conat. *lex* 2. verſ. *orroſi jus gen-
43 tium tit.* 1. *p.* 2. † Ex quis Doctores deducunt jus
gentium duplex eſſe, aliud propriè naturale, quod
ſcilicet naturalis ratio abſque aliqua conſtitutio-
ne apud omnes gentes conſtituit: ſic dictum jus
gentium, eo quòd ſolis gentibus proprium eſt non
autem reliquis animantibus commune, ut expreſſit
Conſult. in dict. leg. 1. *cum ſequent. ff. de juſtitia.* Et
hoc in ſenſu dici jus naturale, quia cum à pri-
mis principiis juris naturalis proximè, & imme-
diatè deducatur; ita ut facili negotio, & ſine
longiori diſcurſu concluſioni ex illis principiis
deductæ aſſentiamur, ut ſunt omnia præcepta
Decalogi; ideo ad legem naturalem tale jus re-
44 duci. † Aliud inquam propriè humanum, quod
ſcilicet non naturalis ratio conſtituit inter ho-
mines, ſed homines ipſi, & gentes, neceſſitati-
bus exigentibus ſibi conſtituerunt, de quo Juſ-
tianus *in dict. §. jus gentium*, ubi ut ſentit Bar-
boſa *in cap. jus gentium diſt.* 1. per textum ibi ait
quod Juſtinianus ſic exemplis explicuit probans
hoc ex verbis ſequentibus illius *§. gentes huma-
næ, jura quidem ſibi conſtituerunt juncto §. jus au-
tem civile, ibi naturalis ratio inter omnes homines
conſtituit*, de quo poſteriori dixerunt optimo
Covarruv. *in regula peccatum p.* 2. *§.* 11 *n.* 4. Sotus
de juſt. lib. 1. *quæſt.* 5. *artic.* 3. quem ſequuntur eum
Laudantes Velaſcus *dict. q.* 3. *n.* 2. Sayrus *in clavi
Regia lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 7. non ita proximè, & im-
mediatè deduci, ut primum a primis principiis
naturalis legis, ſed indigere majori ratiocina-
tione. Ut ex naturæ principiis concluſio refe-
ratur.

Et ab hac explicatione non diſtat Pichardus 45
in dicto §. jus gentium, dum ibi *num.* 3 ut ſatisfa-
ciat nonnullis difficultatibus ibi per eum addu-
ctis *num.* 2. dum obſervatius gentium eſſe ex natu-
rali quidem ratione profectum, non tamen
ſimpliciter, & ab initio, ſed ita exigente neceſ-
ſitate humana, & per diſcurſum aliquem pra-
cticum; nam cum paulo poſt mundi creationem,
quo tempore ſolum jus naturale neceſſarium
fuit tanta eſſet hominum improbitas, ut non
poſſet omnes conſervari ſuadebat ipſa natura-
lis ratio ad ejuſdem naturæ conſervationem, &
exigebat neceſſitas publica, ut è medio tolle-
rentur, qui alios læderent, & publicam homi-
num ſocietatem turbarent. Et hinc ortum fuiſ-
ſe primum caput juris gentium, videlicet *puni-
ri ſontes*, ſub quo comprehendi bella, captivi-
tates, ſervitutes, pœnas Magiſtratus, & judicia.
† Sed quia poſt propter corruptam hominum 46
naturam, eveniebat ut potentiores alios prohi-
berent à multarum uſu, & fructu naturali ratio-
ne factum eſſe, ut cuique homini aliquid pro-
prium aſſignaretur; & hoc derivatum eſſe ſe-
cundùm caput juris gentium: quippe res divi-
dere ſub quo diſcretæ gentes, rerum Dominia
diſtincta, Regna condita, agris termini poſiti,
ædificia collocata, commercia, conventiones,
obligationes, & contractus omnes derivata
ſunt: & ſi poſteà in ſuis actionibus jure civili in-
formata, ut brevius evinci poſſent.

Et amplius ex D. Thom. 1. 2. *quæſt* 91. *artic.* 2. 47
dico jus naturale eſſe nobis datum a natura, *ut
viri, & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio,
ſucceſſio, educatio, communis omnium poſſeſſio, &
omnium una libertas acquiſitio eorum, quæ cœlo,
terra, marique capiuntur; item depoſitæ rei, vel
commodatæ reſtitutio, violentiæ per vim repulſio,
& cætera hujuſmodi.* † jus gentium illud, quo 48
omnes gentes utuntur, ut patet ex *dict. cap. jus
gentium diſt.* 1. ubi ponit exempla *rerum diviſio,
ſtipendiorum modus, dignitatum gradus, & alia.*
† Civile verò jus quod ordinatur à populo, vel 49
à Regno. † Additque Villalobos *in ſumma di-* 50
cta 1. *paract.* 2 *reſ.* 5. *num.* 2. quod Juriſtæ aliquan-
do comprehendunt dictum jus gentium ſub jure
naturali, aliquando illud ſegregant ab eo di-
centes pertinere ad jus civile, & ſanct. Thomas
2. 2. *quæſt.* 57. *artic.* 3. videtur affirmare, ut perti-
neat ad jus naturale, & 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 4. divi-
dit poſitivum jus in jus gentium, & civile, ſed
ſalon *de juſtitia quæſt.* 57. *art.* 3. verſ. *ad intelligen-
tiam* ſequutus à Villalobos dicit hoc jus gen-
tium eſſe medium inter jus naturale, & civile,
nam convenit naturali, quia utrumque eſt com-
mune omnibus hominibus, quorum nullum in
ſcriptis habetur, nec ſcitur de tempore ſuæ in-
ſtitutionis, convenit juri civili, quia utrumque eſt
mutabile, jure alio poſitivo: nam poteſt Prin-
ceps in aliquo caſu particulari juſtis de cauſis
omnia communia facere, ut fecit Eccleſia in
initio ſuo, ut patet *actor, cap.* 4. aeque ratione
pertineat potius ad jus civile; item quia res, quæ
ſunt juris naturalis bonæ ſunt intrinſecè, ſed
non res, quæ juris gentium ſunt; nam rerum
diviſio poſt aliquâ cauſâ eſſe mala, & in ne-
ceſſitate extrema omnia ſunt communia, & aliis
de cauſis: qui modus dicendi non diſtat multum
à jam relatis dividendo jus gentium in duo ca-
pita, ut explicui.

Unde jam ex dictis patet reſponſio ad textum 51

in dict. l. 1. §. jus gentium. ff. de Juſt. & jure, quâ conantur Doctores probare id, quod naturali ratione apud omnes gentes admiſſum eſt, non ejus gentium, ſed naturale appellari debere, & ad exempla, quibus utitur Conſultus, & Juſtinianus *in dict. §. jus gentium*, quæ ex ipſo jure naturali videtur, ut patet in violentiæ propulſione, quæ juris naturalis eſt *l. 1. § cum arietes. ff. ſi quadrup. pauper fecisſ. dicatur, dict. leg. ut vim, ff. de juſt. & jure l. 1. Cod. unde vi*, quia hæc omnia ſpectant
52 ad primum caput relatum juris gentium. † Et quatenus alii volunt dicere jus gentium eſſe juris civilis; eo quod aliqui contractus ſunt inventi à jure civili, ut *verborum obligatio §. de conſtituta infra de actionibus, litterarum obligatio §. 1. Inſtit. de litter. obligat*, & alibi contractus, emphiteuſis, contractus ſponſalitiæ largitatis, pœna, quæ apponitur ſcilicet pecuniaria, quia iſti, ſicut cæteri contractus in origine obligandi pertinent ad ſecundum caput gentium jam relatum; & ſi quoad formam obligandi, & actiones, quibus informantur, imo & nonnulli quoad inventionem ſint juris civilis: præter alios relatos videbis Forcatolum *dialog.* 30. Roſcium *lib. 2. memor. cap.* 8 Ferendum *lib. 2. explicat. cap.* 4. Conſtantium Landum. *lib. ennaration. cap.* 18. & *c.* 23. Pinelum *in Rub. de reſcind. vendit. 1. p. cap. 1. n.* 3. & alios plures, quos refert Petrus Broſeus *in notis ad jus civile ad l. 4. 5 & 9. ff. de juſt. & jure*, & quæ res ad hoc jus ſpectent, & an mutationem recipiant, dico infra *ſub cap. fin. de conſuet.* ubi latius, quàm hic.

QUÆSTIO II.

An lex humana poſſit præcipere, quod præceptum non ſit lege naturali, aut Divina: Et an debeat eſſe ſcripta, ut ei optemperetur: Et quæ ſint juris civilis leges, aut Canonum. Et an legem condere ſit meri, aut mixti imperii: Et penes quos poteſtas condendi leget ſit tàm in ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis; & quaſnam conditiones debeat habere lex humana, ut ſit bona, & juſta: ubi an privilegium ſit lex contraria.

SUMMARIUM.

1 *Leges Divinæ naturâ conſtant, humanæ vero moribus.*

2 *Conſuetudo ejuſdem eſt pœna, ac lex cum eadem poteſtate nitantur lex humana, & conſuetudo.*

3 *Lex humana poteſt præcipere aliquid, quod mandatum non ſit lege naturali, aut Divinâ.*

4 *Lex humana dupliciter poteſt contingere, ut derivetur à lege naturali.*

5 *Lex humana ſpecialiter ſignat pœna, & flagitii formam contra malefactores, & præmium bonis.*

6 *Lex humana ex eo principio pax & ſervanda, ſignat arma, quæ poſſunt deferri, & in quo tempore: quomodo derivatur à lege naturali*, dicto n. 5. & 6.

7 *Lex ut valeat, num debeat eſſe ſcripta. num; ſequentibus, affirmant relati*, n. 80. *negant alii à* n. 11. & 12.

8 *Scriptura eſt neceſſaria in privilegiis ſecundùm aliquos, alii contra*, num. 12. *& melius* num. 14.

9 *Jus Civile partitur in ſcriptum, & non ſcriptum, illud ex legibus, & plebiſcitis &c. hoc ex conſuetudine, & uſu explicatur*, n. 15.

11 *Gratia ad ejus valorem non requirit ſcripturam, cum ſtatim, ac conceſſa eſt, recipiat valorem in ſubſtantia.*

13 Cap. lex eſt. 3. 1 & a n. 7.

15 §. Conſtat de jure Naturali, Gentium, & civili, in Inſtituta.

16 *Scriptura non requiritur ad valorem, & eſſentiam conſuetudinis.*

17 Ea non ſcripto Inſtit. de jure Naturali, Gent. & Civili.

18 *Conſuetudo, mos, & uſus in quo differant per jus.*

19 *Mos eſt longa conſuetudo, &* n 20.

20 *Uſus tàm de frequentia actuum, quàm de ſingulis dici poteſt, quòd non eſt ſic in more.*

21 *Leges juris civilis quæ ſint* remiſſivè:

22 *Legem condere eſt in primo gradu meri imperii, cum pertineat ad utilitatem publicam principaliter*, n. 23. *& ſub* n. 41.

24 *Leges condendi poteſtas, qualiter inferioribus competat?* n. 26.

25 *Imperium merum nequit exerceri extra territorium, ſecus poteſtas condendi Legem.*

26 L. omnes populi, ff. de Juſtitia, & jure, l. prohibere, § planè ff. quod vi, aut clam lag. ut gradatim, §. & ſi legem, ff. de minoribus, & à *n.* 24.

27 Leg. 1. ff. de officio Præfecti Prætorio, & à num. 25.

28 *Imperii primus gradus, quàm prærogativam habeat.*

29 *Legis condendæ voluntas pendet à Principiis arbitrio, qui tantum honeſtate cogitur ad leges condendas neceſſarias: & ſi in illis condendis profiteatur ſe legibus alligatum.*

30 *Romulus propoſuit, civilium legum initium, edictis, & legibus Curiatis.*

31 *Numa plura legibus addit, quæ Romuli deerant Legibus, qui & urbem reduxit ad meliorem formam.*

32 *Reſpublica num gubernetur latius legum præceptis, aut optimo Principe?*

33 *Legis ratio eſt ordinationis ratio, ſicut jus dicitur juſtum, quia ſemper eſt juſtum, & æquum; & quòd leges plures fuerunt in populo Romano, Plebiſcita, Senatus Conſulta, Conſtitutiones Principum, &c.*

34 *Legum ſpecies ſex juris civilis continentur appellatione generali juris civilis.*

35 *Gubernationis ratio omnis, vel eſt Monarchia, vel Ariſtocratia, Democratia, vel Regimen ex prædictis commixtum. Et ad quas leges civiles hæc ſpectent à* n. 36.

36 *Leges, & Principum conſtitutiones pertinent ad Monarchiam.*

Leg 1. ff. de conſtit. Principum, §. ſed quod Principi placuit Inſtit. de jure Naturali, Gentium, & Civili.

37 *Senatus Conſulta pertinent ad. Ariſtrocratiam, & Reſponſa Prudentum, & quæ ſint*, num. 40.

38

38 *Plebiſcita pertinent ad Democratiam, & quæ ſunt* n. 39. remiſſivè.

40 *Reſponſa prudentum, de quibus intelligantur.*

41 §. Reſponſa prudentum Inſt. de jure Naturali, Gentium, & Civili.

42 *Plures erant, quibus de jure reſpondere permiſſum erat* : remiſſivè.

43 *Decem viri qui fuerint?* remiſſivè.

44 *Leges duæ ſpeciales fuerunt in jure, Papia, & Popea; item, & lex Satyra, aliæ etiam ita dictæ ab his, qui eas condiderunt, ut Conſulares, Tribunitiæ, Juliæ, Corneliæ, & quando primæ duæ inſtituta, & ad quid, &* num. 45.

45 *Cælibatus pœnæ quæ per legem Papiam.*

46 *Suetonius, & Lampridius fuerunt ſuffecti Conſules.*

47 *Lex Satyra eſt, quæ de pluribus ſimul rebus loquitur, dicta à copia, & quaſi à ſaturitate.*

48 *Leges aliæ dantur, quæ nomen accipiunt à ſuis conditoribus, ut leges Navalium commerciorum ab inſula Rhodo, lex Aquilia, lex fuſia Canina.*

49 *Poteſtas neceſſaria eſt in Legiſlatore ad eam condendam, quæ eſt penes naturam, & populum, & qualiter,* n. 50.

50 *Populus inferior ſolas leges municipales poteſt ſtatuere.*

51 *Homines habent poteſtatem condendi leges, & ſtatuta, quæ obligant in foro conſcientiæ*

52 *Divinæ legis ſtatuendæ poteſtas immediatè fuit data à Chriſto Domino, in lege Evangelica Petro reliquis Apoſtolis.*

54 *Moyſes fuit qui primò explicavit leges de rebus Divinis, & ſacris, &* n. 54. *ubi a quo datum fuit ei.*

55 *Legiſlatores, qui fuerunt primi aliquarum nationum.*

56 *Poteſtas Principum in ferendis legibus, & obedientia earum per ſubditos refertur ad jus Divinum.*

57 *Leges dicuntur Divinitus promulgatæ per ora Principum.*

58 *Apoſtolorum præcepta, & Sanctorum. & ſucceſſorum, firmiſſimè tenenda ſunt.*

59 *Canonicum jus plerumque appellatur jus Divinum, cujus origo procedit, nedum à Papa, ſed à Chriſto,* n. 60.

61 *Xaxoniæ Dux Decreta Patrum, & ſanctiſſimos Canones igne non dubitavit publicè concremare.*

62 *Jus Canonicum componitur ex Pontificum decretis, vel conciliorum, legatorum, Abbatum, aliorum. & ex dictis ſanctorum Patrum.*

63 *Decreta Pontificum habent ſimilitudinem cum conſtitutionibus Principum &* n. 64.

65 *Perſonæ Eccleſiaſticæ quænam poſſint condere leges?* remiſſivè.

66 *Lex ut juſta ſit quas conditiones debeat habere,* num. ſeqq. n. 68. 69.

67 *Paganorum leges contra Religionem Chriſtianam, ſunt injuſtæ iniquæ, & malæ.*

Lex humana debet eſſe conformis legi Divinæ, ac naturali, & utilitati humanæ.

69 *Lex debet eſſe poſſibilis ſecundùm naturam, & conſuetudinem terræ, & loci, ac temporis, alias non obligabit, ut* n. 70. & 71.

71 *Lex imperans jejunium per totam Quadrageſimam in pane, & aqua, non obligat, vel ſi juberet, ut æquali honore tractarentur Ruſtici, & Nobiles.*

72 *Lex non debet in privatum commodum alicujus conſtitui, ſed in commune.*

73 *Privilegium, quòd revera eſt lex, cedi in privatam utilitatem, ſed non dicitur, ut careat juſti, & honeſti, & cedi in cauſam publicam, ut* num. 74. & 76. *qualiter accipiatur,* num. 82.

75 Leg. jus ſingulare, ff. de legib. n. 77. & 78. *uſque ad* 81.

78 *Lex generaliter lata ſolet etiam reſpicere, ut lata in caſu particulari, quæ debet eſſe clara, non obſcura,* n. 83.

79 *Privilegii, & legis differentia quæ?*

80 *Jus ſingulare ex vi nominis, ſignificat quidquid ſpecialiter conceditur.*

82 *Privilegia, quæ neceſſitatem important, ſicut, & leges.*

83 *Privilegia debent continere juſtum, & honeſtum, & alias conditiones, ſicut, & lex, & eſſe clara,* 84. *in fine.*

84 *Lex dubia ſibi ipſi parat inſidias, nec quæ habet multiplicem intellectum, poteſt alligari ad deciſionem cauſarum.*

85 *Prædicata de genere, debent prædicari de ſingulis ſpeciebus, & in legibus, & privilegiis.*

IN præcedenti quæſtione dixi de lege naturali, & Divina, nune autem proprius accedendo ad inſtitutum noſtræ Rubricæ, & tituli. Incipio agere de lege humana, ac de ejus conditoribus, cumque de lege Divina, & quotuplex illa ſit, & quando cæperit obligare ſcribant latè valent, *tom.* 2. *diſputat.* 6. *q.* 6. *puncto* 1. & 2 & *quæſt.* 8. *puncto* 1. *cum ſequent.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. cap.* 13. *de quo infra hoc tit. in cap. translato*; & definiat Gratianus *in cap. omnes leges* 1. *diſt* Divinas leges naturâ, humanas vero moribus conſtare ex ſancto Iſidoro *lib.* 5. *ethymologiar, cap.* 2. & de multiplici ſpecie legis humanæ agant Azor. *inſt. moral p.* 1. *lib.* 5. Joannes Salas, Franciſcus Suarez, Martinus de Bonacina *in ſpeciali tractatu de legibus* † Et dicat Navarrus *de ſpoliis clericor.* §. 14. *num.* 7. quod conſuetudo ejuſdem eſt pœnæ, cujus eſt lex, quia eadem poteſtate nituntur lex humana, & conſuetudo, ut infra dico de conſuetudine, & ibi *in cap. fin.* ideo nunc, & ſi non latiſſimà ne tamen metas inſtituti tranſcendam pretelando quæſtiooes more ſolito hanc tractationem expendam. 1 2

Ad primam ergo quæſtionis partem communiter Doctores reſpondent ut lex humana poſſit præcipere aliquid, quod mandatum non ſit lege naturali, aut Divina probantes ſic ex legibus juris utriuſque ex illo Paul. 1. *ad Corint.* 7. quod verum eſt, etſi, ut jam dixi ſupra lex humana derivetur à lege naturali, ſic ut alio in quam modo non diceretur lex; & ut hæc doctrina intelligatur adverto cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 95. *art* 3. dupliciter poſſe contingere, ut lex humana derivetur à lege naturali. Primo ut inferatur à principiis naturalibus, ut concluſio, ut v. g. hoc principio *non eſt faciendum malum* inferri non eſſe occidendum. † Secundo modo, 3 4

nam

nam ſunt aliæ leges quæ dicuntur derivari à lege naturali, quia ordinant ſpecialiter, & in particulari, quod lex generaliter præcipit illud aſſignando, ut v. g. ex hoc principio naturali *virtus digna eſt præmii, & maleficium flagitii*; lex humana ſpecialiter ſignat pœnæ, & flagitii formam contra malefactores, & præmium bonis.
5 † Et ex eo principio *pax & ſervanda*, ſignat lex humana arma, quæ poſſunt deferri, & in quo tempore. Et hoc ſecundo modo lex humana derivatur à lege naturali, non tamen primo modo, quia leges, quæ ita fuerint, ſi ſint veræ naturales obligant, antequam leges humanæ eſſent conſtitutæ; refert, & tenet Villalobos *in tract.* 2.
6 *p.* 1. *dif.* 9. *num.* 2. † Et comprobatur ex adductis ſupra *quæſt. præcedent.* præcipuè cum egi in verſ. *ad ultimam de jure gentium, ex quo dixit* Pichardus *in* §. *autem gentium Inſt. de jure naturali gent. & civili*, & omnes cum eo quod, etſi illo jure gentium omnes ferè contractus fuerunt introducti; ſed quia informes erant fuerunt tamen poſteà datæ juribus municipalibus, & civilitatum formæ, & actiones, quibus utiliter in rebus perficiendis applicarentur ſecundum hoc expenditur, Archiepiſcop. Tapia. *lib. ſumma q.* 6. *lib.* 4.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem an lex debeat eſſe ſcripta, ut ei obtemperetur, & ſuppoſitis quæ dixi, & notavi in *Rubr. de ſent. & re jud. quæſt.* 4 à *n.* 1. ubi de ſententia in ſcriptis redigenda, ut pronuncietur nunc in terminis noſtri dubii, video plures docere Doctores ad legem neceſſariam eſſe ſcripturam, ſic probantes, tum *ex cap. lex eſt.* 3. *diſt.* 1. ibi *lex eſt conſtitutio ſcripta*, item ex gloſſa verbo *in ſcriptis cap.* 1. *de cenſibus lib.* 6. ubi referens plura, quæ deſiderant ſcripturam, ut valeant, de quibus *ſub c. quoniam contra falſam de probationibus.*

8 Ponit quod in privilegiis eſt neceſſaria ſcriptura, argum. textûs in *c. contra moram diſt.* 100. ubi *ſcriptis privilegiis*, de quibus dubium non eſt ut ſint quædam leges privatæ; eo quod in pri-
9 vato ferantur *cap privilegia* 3. *diſt.* 3. † Deinde ex ſententia Juſtiniani *in* §. *conſtat* 4. & §. *non ineleganter* 12. §. *lex eſt* 5. *Juſtit. de jure naturali* gentium, & civili, videtur partiri jus noſtrum civile in ſcriptum, & non ſcriptum ex *l. jus civile* §. 1. *cum ſequentibus*, *ff. de juſtitia. & jure*, ut exornat Cicero *lib. topicorum*, & ad eum Petrus vel ejus §. 19. *num.* 22. ſcriptum quod ex legibus plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis Principum, Prætorum edictis, & reſponſis prudentum venit. Jus non ſcriptum quod ab uſu ſine ſcriptura eſt approbatum, quia diuturni mores, conſenſu utentium comprobati legem imitantur, deſcendens ex Lacedæmonibus ſicut jus ſcriptum, & Athenienſibus, juxta quæ docent communiter Doctores *in dictis* §. §. Et de non ſcripto quod pertinet ad conſuetudinem, & præſcriptionem longævi uſus, dico infra de conſuetud. & dixi *ſub. tit.* de præſcriptionibus.

10 Et quod de eſſentia legis ſit ſcriptura docet communis opinio ſecundum Saliceum *in l. humanum Cod. de legib.* proſequitur latè Albas hîc *n.* 3. ubi Decius *in* 1 *lectura n* 26. Berous *num* 72. cum infinitis Zenedo *collect.* 1. *in decreto num* 4. Fuſ us *de viſitatione lib.* 1. *c* 33. *n.* 8. Belluga *in ſpeculo Principum Rub.* 47. *n.* 9. Menochius de arbitrar *in caſu* 420. *num.* 25. Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *col* 110. Humada *in l.* 4. *tit.* 1. *p.* 1. *gloſſa* 1. Burgo de Paz, *in l.* 3. *tauri num.* 278. quos refert Zevallus *in pract. q.* 584. imò & de conſuetudine faſſus eſt communem opinionem, Rochius *in Rub. de conſuet. n.* 2. & tenent alii citati à Sebaſt. Medicis *in tract. de legibus p.* 3. *q.* 11.

Verùm ſunt etiam infiniti dicentes ſcriptu- 11
ram non requiri ad legis ſubſtantiam ex illo Ariſtotel. *lib* 10. *ethicor cap* 9. dum inquit *ſcriptæ ne ſint leges, aut non ſcriptæ nihil referre videtur*, & ex textu *in cap. inſtitutionis* 25. *q.* 1. in illis verbis, *ſive quæ ſcripto decrevimus, ſive quæ in noſtra præſentia videntur eſſe depoſita.* Ex quibus infert Barboſa non eſſe neceſſariam ſcripturam ad ſubſtantiam, & valorem gratiæ, ſed ſtatim, ac conceſſa eſt per verbum *fiat* valida ſit in ſe, & perfecta quoad ſubſtantiam, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 29. *n* 1. Molina *de juſtitia, & jure tom.* 3. *diſp.* 599 *n* 1. Gutierez *conſ.* 9. *n* 6. Maſcard. *de probat. concluſ.* 845 *n.* 20. Ludovicus Gomez *in regul. Cancel. de non judicando extra formam ſupplicationis q. n.* 8. Caſtillus *in l* 4 *tauri.* 4. Anton Gomez *ibi n.* 2. Avendannus *in l.* 43. *tauri gloſſa* 1. *n.* 1. Azevedus *in l.* 2. *num.* 11. & 12. *tit.* 7. *lib.* 6. *novæ recopilat.* Matienc. ibi *gloſſa* 3. *n.* 1. Molina *de primogeniis lib.* 2 *c.* 4. *n* 15. & alii. Et in terminis noſtri dubii ultra Abbatem, & Felinum in hac Rubrica hanc ſententiam communem appellantes docent Burgos de Paz. *in l.* 3. *tauri n.* 378 Menoch. *de arbitrariis caſu* 426. à *n.* 25. Moral. in *emporio juris p.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 8 Suarez *de legibus lib.* 1. *c.* 11. *num* 9 *n* 64. Bonacina *de legibus diſp* 1 *q.* 3. *num* 2. Valentia *diſp.* 6. *c.* 1 *puncto* 2 Beccan *p* 2. *tract.* 3. *c.* 1 *q* 3. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 13 *n.* 166. & alii, quos refert Barboſa *in dict. c. lex diſp.* 1. *n.* 2.

Et comprobatur ex eò quia ad eſſentiam & 12
ſubſtantiam privilegii non pertinet, nec eſt neceſſarium, ut ſit ſcriptum, ſeu per bullam, aut per breve conceſſum; ſed ut ſufficiant verba ut patet ex clementina dudum verſ. *nos etenim de ſepult. gloſſa* 1. *per textum* ibi *in dicto cap. inſtitutionis* 29. *q.* 2. Panormit. *in cap. in noſtra de reſcriptis.* Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *diſp* 16. *q.* 2. Navarrus *conſ.* 1. *n.* 1 *de privileg.* Bon c *dict. punit* 4. *n.* 51 Barboſa *n* 5. *ſuprà in c. erit. autem lex diſt.* 4. *n* 19. Et quod ſcriptura non ſit neceſſaria ad legis eſſentiam D Thom. *quod libeto* 1. *art* 19 Menochius *de arbitrar caſu* 420. à *n.* 25. Maſcard *de probation concluſ.* 421. *n.* 4. Flamin. *in reſignation. tom.* 2. *lib.* 10 *q.* 1. *n* 5 Suarez *de legibus lib.* 1. *c.* 11. *n* 8. Azor *inſtit. moral p.* 1. *lib.* 5. *c.* 2. *q.* 4. Camill. Borell. *in ſumm. omnium deciſion. titul.* 13. *num.* 10. & 11. Barboſa *in cap.* 1. *de poſtulat. præl. num* 8. Zenedus cum pluribus ex antiquis ad decretum *collect.* 1. *n.* 4

Qui reſpondent ad fundamenta primæ ſen- 13
tentiæ ad textum in dict. cap, lex ibi non affirmari ut ſit neceſſaria ſcriptura quaſi de ratione legis; ſed quia lex, ut plurimum, & regulariter loquendo in ſcripturam redigitur, ut perpetua memoria inviolata perſeveret: ſic Paulus Layman. *in Theologia moral. tract* 4. *de leg. c.* 22. *num.* 2. Bonacia *dict p.* 4. *n.* 51. *in fine*, quod ſi alia deſideras pro complemento hujus dubii leges quæ noviſſimè late ſcribit P. Franc. Vallente *de concordia juris Pontificii p.* 2. *aſſ.* 351. & ipſe in fine *lib. ſect.* 6 *f.* 375. ubi de dubio in qua lingua debeat conſtitutio ſcribi & promulgari & quòd ſit idiomatè eorum ad quos dirigitur ex *leg.* 1. *circa finem Cod. de veteri jure enucleando cap. Rector* 44. *diſt.* 1.

Google

diſt. 1. *& ibi* ℘ *fin.cap.oportet* 1, *quæſt.* 7. *authentic. Juſtin. de non alienand. rebus Eccleſiæ* §. *nos igitur verſ. hanc,*

14 Ad ſecundum de privilegio patet ex dicta
clem. dudum non requiri ſcripturam, nec obſta-
re textum *in dict. cap. contra morem diſt.* 100. ibi
ſcirptis privilegiis, quia ut reſpondent Molina
lib. 2. *de primog. cap.* 8. à *n.* 8. Avend. *in l.* 31. *tauri*
gloſſa 2. à *num.* 24. illud eſt intelligendum quoad
15 probationem. † Ad tertium deductum ex dicto
§. *conſtat. de jure naturali*, quatenus lex, & con-
ſuetudo in eo differunt quòd conſuetudo eſt jus
non ſcriptum; lex vero ſcriptum inferendo, ad
eſſentiam legis requiri ſcripturam, reſpondent
Bonacina *dicto puncto* 4 *n.* 51. verſ. *objicies*, Valer.
Reg. *in praxi fori pænit lib.* 13. *n.* 166. Beccanus
p. 2. *tract.* 3 *c.* 1. *q* 3 *num.* 3. ideo prædictam con
ſtitui differentiam inter conſuetudinem, & le-
gem, quod conſuetudo introducitur uſu, & non
ſcripturâ: lex verò ut plurimum introducitur
ſcripto, ſed non ſemper, ac proinde ut non li-
ceat inſerre ſcripturam neceſſariam ad legis
eſſentiam.

16 Ex quo infero fortius ſcripturam non requi-
ri ad valorem, & eſſentiam conſuetudinis, ut
de communi docent Bartol. *in l.* 2. *n.* 1. *Cod. quæſit.*
longa conſuetudo, & eſt textus expreſſus *de jure*
Regio in l. 4. *tit.* 2 *p.* 1. *ibi coſtumbre es de rego, o fue-*
ro que no es eſcrito, el qual an uſado los hombres
luengo tiempo: & licet Rocus in *Rub. de conſuet.*
jam citatus *n.* 2. dixerit de communi negativa,
17 non eſt admittendus. † Imò nec admitiit Ze-
vallos in *pract. q.* 621. comprobationem noſtræ
ſententiæ ex doctrina textûs in dicto §. *ex non*
ſcripto Inſt. de jure naturali gent, & civili: nam
ille textus non loquitur in conſuetudine, ſed in
uſu, in quo eſt differentia, quia uſus ſonat fa-
ctum, & conſuetudo jus, ut tradit Gregor. *in*
præm. titul. 2. *p.* 1. per illum textum; fateor tamen
communiter DD. intelligere textum illum de
lege, conſuetudine introducta.

18 Et ſic poſſes dubitare an ſit aliquà differentia
inter morem, conſuetudinem, aut uſum. Ete-
nim ſecundùm Varron. *mos, & conſuetudo* diffe-
runt, quia mos eſt in judicio animi conſtitutus,
quem ſequi debet conſuetudo, qui ſcilicet om-
nium judicio firmo, & certo comprobatur, uſ-
que adeo, ut conſuetudinem judicat, id eſt ab
omnibus, cum res poſtulat uſurpetur, itaque
mos animi ſit, voluntatis; conſuetudo autem
actionis ille præcedat, hæc ſequatur, & non
tàm brevi tempore perficiatur, quàm mos ipſe,
ut per Couan. *comment. juris civilis lib.* 1. *cap* 10.
n. 6. *ad finem*, Rochus *de conſuet ſect.* 1. *num.* 23.
Rebuffus *ad leges Gallicas tom.* 3. *in præfatione tit.*
de conſuetud num 38. Barboſa *in cap. mos eſt diſt* 1.
19 † Eſt autem *mos longa conſuetudo*, ut probat Gra-
tianus ibi ex Iſidoro *lib.* 5 *ethymolog. c.* 3. & Joan-
nes de Salas ait *de legibus diſput.* 19. *ſect.* 1. *num.* 4.
hanc eſſe apud Latinos uſitatiorem moris acce-
ptionem, quæ non diſtant à Juſtiniani mente
in *dicto* §. *conſtat, & dict.* ℘ *ex non ſcripto*, ut patet
20 ex litera ibi. † Et idem Suarez *de legib. lib.* 7.
c. 1. *n.* 3. *ad finem* tradit uſus, & moris differen-
tiam affirmans, ut uſus, tam de frequentia
actuum, quam de ſingulis actibus dici poſſit,
mos autem non poſſit dici propriè de uno actu,
ſed de frequentia actuum ſimilium, & quæ
nam conſuetudo requirat, ut valeat: tradit
Gratianus *in capit. fruſtra* 6. *diſtinct. octava*, ubi
Barboſa cum multis de quo dico infra ejus
titul.

Ad tertium quæſtionis partem, quæ ſint le- 21
ges juris civilis, aut Canonum, expendo infra
ſub hac Rubrica, & *in c.* 7 *&* 10 *hoc tit.* ubi in qui-
bus, & in quos, & per quos impetent tales leges
de quo in hac quæſt. verſ. *ad quintam.*

Ad quartam quæſtionis partem, an legem 22
condere ſit meri, aut mixti imperii, & ſuppo-
ſitis quæ dico infra *in tit. de officio judicis*, ubi
ago *de his, quæ ſpectant ad merum & mixtum im-*
perium, 1. *officium judicis nobile.* Videtur dicen-
dum, ut legem condere, ſit in primo gradu me-
ri imperii, ut teſtatur Bart. *per textum* ibi *in l.* 1.
ff. de conſtit. Princip. quatenus ibi dicitur ſoli
Principii competere dicens hoc eſſe primum gra-
dum, & ſupremum meri imperii, comprobans
ex textu in l. non ambigitur cod. de legibus l. formam
cod. de officio præfect prætor, quatenus ibi data
eſt iſtis ſolis poteſtas condendi leges: cum qui-
bus concordat textus *in l. fin Cod de legibus.* † Et 23
confirmatur quia id pertinet ad utilitatem pu-
blicam principaliter *l* 1. *ff. de legibus, cap erit au-*
tem lex diſt. 4. Conſiſtit ergo Bartol. fundamen-
tum in hoc, quod cæteri Magiſtratus inferiores,
non habent poteſtatem legis condendæ; & teſ-
tantur communem jactam concluſionem Bo-
lognetus *n.* 68. Rimnald. junior *n.* 400 Valaſ-
cus 149. ut refert, & ſequi videtur Faquineus
lib. 13 *controverſ. cap* 22. ubi in fine ait quod & ſi
hæc communis concluſio remaneat ſalua ab im-
pugnationibus, quas adducit, & ſolvit, negari
non poſſit, quin magis propriè hæc poteſtas
condendi legem dicatur eſſe de reſervatis Prin-
cipi in ſignum poteſtatis ſupremæ. Et quia in-
tentio Juris-Conſulti in *dict. leg.* 1. fuit loqui
de mero imperio, prout convenit Magiſtra-
tibus.

Objectiones tamen plures videntur labefa- 24
ctare prædictam concluſionem, primo quia po-
teſtas condendi leges competit etiam inferiori-
bus *l. omnes populi, ff. de juſtitia, & jure l. prohibe-*
re §. *planè. ff. quòd vi, aut clam, l. ut gradatim.* §. *&*
ſi legem, ff de minoribus. ut in dicto verſ *ad quin-*
tam, latè dicitur, ſiquidem ut ibi refero ad alios,
præter ſupremos Principes competit. † Et ex 25
eo quia merum imperium nequit exerceri extra
territorium, *l. ult. ff. de conſtit. Princip.* ſed pote-
ſtas condendi legem, ſicut cætera, quæ ſunt vo-
luntariæ juriſdictionis exerceri valent extra ter-
ritorium, ut notant Cagnolus *in dicta l. ultima*
num. 28. & Decius ibi *in dict l.* 1. ait quod legis
condendæ poteſtas pendet ab arbitrio Princi-
pis libero; & ob id dici non poſſit merum im-
perium, quia merum imperium eſt juriſdictio,
juriſdictio habet neceſſitatem in ſe, ſecundum
gloſſæ definitionem *in l.* 1. *Cod. eodem tit.* & ex eo,
quia Princeps legibus ſolutus eſt, *l. Princeps, ff.*
de legib. ergo merum imperium debet eſſe libe-
rum in Principe, quod non convenit poteſtati
legis condendæ, quia lex debet eſſe rationabi-
lis, *dict. cap.* erit autem lex *diſt.* 4. alias inquam
objectiones quinque tradit Decius, quas refert
idem Faquineus.

Verum illis omnibus non obſtantibus, rece- 26
di non debet à concluſione propoſita, nec im-
plicat prima objectio ex *dicta leg. omnes populi*,
cum aliis, cum Bartol. loquatur de lege genera-
li, non de lege particulari; & licet Præfectus
Prætorius; de quo ait Bartol. ut poſſit condere
legem

legem generalem, qui eſt Principe inferior: ta-
men ille condit ex facultate Principis, non ſua,
ut notant Alciatus *lib. 2. paradox. cap. 9.* & alii,
quos citat Cagnolus *in dict. l. 1. ff. de conſtit. Prin-*
27 *cip n. 122.* † ſic intelligentes textum *in dicta leg.*
formam Cod. de officio Præfect. Prætor pro quo, ut
ſentit Faquin ſupra verſ. *huic* alia tradens di-
cere facere textum *in l. 1. ff. de officio Præfect. Prat.*
28 † Non ſecunda quia reſpondetur gradum pri-
mum meri imperii eam habere prærogativam,
ut ſcilicet imitetur naturam voluntariæ jurisdi-
29 ctionis. † Non tertia quia reſpondetur volunta-
tem condendi leges pendere à Principis arbi-
trio, ſed tantùm honeſtate Principem cogi ad
condendum leges neceſſarias, juxta textum *in l.*
humanum Cod. de legibus. Conſtat enim quod &
ſi Princeps ſolutus ſit legibus, profitetur tamen
ſe legibus alligatum, *leg. digna vox Cod. eodem.*
Quare non obſtat textus *in dicta leg. Princeps,*
ff. de legibus, & in dicto cap. erit autem lex; quia
reſponditur, ut dictum eſt: nam in conden-
dis legibus profitetur maximè Princeps ſe le-
gibus alligatum ex *d. l. humanam*: ſic Faquineus
qui aliis objectionibus etiam reſpondet *d. lib. 13.*
comment. cap. 22. quibus ex dictis de facili poteſt
ſatisfieri.

30 Ad quintam quæſtionis partem penes quos
ſit poteſtas condendi leges Eccleſiaſticas, &
civiles, ut de civilibus loquar præmitto dicen-
dum quod Romulus propoſuit legum initium
eductis ſcilicet legibus curiatis, quarum memi-
nit Jure Conſultus *in l. 2. in princip. ff. de origine*
juris, & explicat Alex. ab Alex. *lib. 1. dier. ge-*
nial. cap. 17. Petrus Gregorius *Syntagm. Juris*
31 *lib. 18. cap. 13. num. 2.* † Sed quia deinde Numa
urbem novam conditam vi, & armis, jure, Le-
gibuſque, ac moribus, de integro condere pa-
rat, ut inquit Livius *lib. 1. decade. 1.* multaque
addiderit, quæ legibus Romuli deerant, ut
ſcribit Alicarnaſ. *lib. 1.* urbemque ipſam ad me-
liorem reduxerit formam, commulatiſſime ſa-
tisfaciendo optimæ Reipublicæ gubernationi,
ut proſequitur Carolus Syginius, non imme-
rito, ut refert Barboſa *in cap. Moyſes diſt. 7. n. 2.*
ex Iſidoro Numa fuit Auctor legum Populi Ro-
mani.

32 Cumque inter veteres Philoſophos fuerit an-
tiqua diſcrepatio, an expediret magis Rempu-
blicam optimis legum præceptis gubernari,
an optimo Principe, & prævaluerit eorum ſen-
tentia, qui pro bonis legibus pugnabant, ut do-
cuit Ariſtoteles *lib. 3. politicor. capit. 11. & 12. &*
ethicor. 5. cap. 4. quem deinde alii conſtanter ſe-
quuntur, ut conſtat ex Franciſco Patritio *de*
Regno lib. 2. in principio Soto *de juſtitia lib. 1. q. 5.*
art. 1 ad quartum. Caſtrus, Valent. & alii, ex
quibus communem comprobat Sayrus *in clavi*
Regia lib. 3. c. 3. num. 3. uniuſcujuſque partis, ra-
tiones afferunt, quamvis alii in contrarias abje-
33 rint ſententias. † ideo etiam cum de ratione legis
ſit, quod ſit ordinationis ratio, ut omnes tenent
ex D. Thoma 1. 2. *quæſt. 9. art. 1.* & jus dicatur
juſtum, quia ſemper eſt juſtum, & æquum
l. 1. in princ. ff. de Juſtitia, & jure, l. pen. eodem, fa-
ctum fuit, ut in Republica Romana plures
eſſent leges civiles, ſi quidem Papianus *in leg.*
jus autem de juſtitia, diviſerit jus civile ſcriptum
in quinque partes, in leges, ſcilicet Plebiſcita,
Senatus Conſulta, conſtitutiones Principium;
reſponſa prudentum, addens etiam Prætorum
edicta, veluti jus, diſtinctam ſpeciem à jure ci-
vili, quia ſcilicet juris civilis adjuvandi, ſup-
plendi, vel corrigendi cauſa introductum eſt
jus prætorium de quo & decretis Principium
per Epiſtolas, aut inter loquendo quando vim
legis habeant noviſſimè cum multis juriſtis Pa-
ter Franc. Valente *p. 2. in concordia Juris Pontifi-*
cii cap. 3. ſect. 6. fol. 132. ubi *componit. leg. 2. Cod.*
de legibus, cum l. 1. & fin. l. non poſſunt. 12. & de
legibus, cum aliis ipſum leges quia bene loquitur
& diſtinguit.

Sed melius videtur ut hæc ſex juris civilis 34
ſpecies, appellatione generali juris civilis con-
tineantur à Juſtiniano *in dicto §. conſtat Juſt. de*
jure naturali gentium, & civili, ſequutus à Gra-
tiano *diſt. 2.* ubi ſingulas explicat uterque & poſt
eos Doctores communiter, & ultra communes
ſcribentes in prædictis locis Conan. *comment.*
juris civilis lib. 1. cap. 13. cum ſequentibus, An-
tonius Auguſtinus *de legib. c. 5.* Vibaldus in Can.
de labro aureo p. 4. c. 9. n. 3. Sayrus in clavi Regia
lib. 3. c. 4. n. 9.

Unde cum communiter Theologi ex D. Tho- 35
ma. 1. 2. *q. 95. art. 4.* quem ſequuntur Sotus *de ju-*
ſtitia. lib. 1. quæſt. 5. art. 3 ad ſecundum, Azor. *inſtit.*
moral p. 1. lib. 5. cap. 19. q. 5. verſ. 3. prædictæ divi-
ſionis in ſex membra rationem expoſcant, di-
cunt ut quemadmodum omnis gubernationis
ratio, vel eſt Monarchia, quando civitas, aut
Reipublica ab uno gubernatur, ut hæc noſtra
Hiſpania, Gallia, & alia quamplura Regna, vel
Ariſtocratia, quæ eſt regimen optimatum, vel
Democratia, quæ eſt omnium, vel multorum, ſeu
populi gubernatio, ut de Venetiana Reſpublica,
Locana, & in aliis provinciis patet. Vel denique
eſt regimen ex prædictis commixtum, veluti ex
Principe, & optimatibus: ſicque etiam juxta hos
varios modos gubernandi, variat diſtingui præ-
dictas juris civilis ſpecies.

Ob id ad ultimum modum referri legem, 36
quæ nihil aliud eſt ut Juſtinianus definit *in di-*
ctis §. lex, & Gratianus *dicto c. 1. diſt. 2.* ut quam
ferebat populus Romanus Senatorio Magiſtra-
tu interrogante *Principii inſtit. de jure natural.*
gent. & civil. Ad Monarchiam pertinere conſti-
tutiones Principum, de quibus *in dict. l. 1. ff. de*
conſtit. Princip. & Juſtinian. in § ſed & quando Prin-
cipi juſt. de jure naturali; quæ jura, ut præter or-
dinarios docent D. Thomas 1. 2 *q. 90. art. 1. ad 3.*
Sotus *de juſtitia lib. 1. quæſt. 1. art. 1 colum. penult.*
Riberia *lib. 1. obſervat. cap. 37* quatenus dicunt,
ut quod Principi placuit legis vigorem habeat,
intelligi non de quacúque Principis voluntate,
ſed tantum de deliberata, & ſecundum rectam
rationem regulata juxta quæ dico infra in hac
quæſtione verſ. *ad ultimam.* † Ad Ariſtocratiam 37
pertinere Senatus Conſulta, quæ erant illa,
quæ Senatus jubeat, & conſtituebat *§. Senatus*
Conſultum Inſt. de jure naturali, Gratianus *in cap.*
Senatus conſultum 2. diſt. de quibus quo ordine fie-
rent aliquid dico ſtatim *num. ſequenti.* Et ad ean-
dem reduci reſponſa Prudentum, de quibus *in*
§. reſponſa Prudentum Inſt. eodem tit. & Gratianus
in cap. reſponſa d. diſt. 2. † Ad Democratiam ver- 38
pertinere plebiſcita, quæ ſcilicet plebs plebeio
Magiſtratu interrogante conſtituebat, de qui-
bus in *d. § plebiſcitum Inſt. de jure naturali*, ex-
plicant Conanus *lib. 1. comment. c. 13. à n. 5.* Petrus
Gregor. *Syntagmat. lib. 43. c. 34.* à Princip. junctis
reſolutis per Gallium noſtrum athicar. *lib. 10.*
c. 20.

c.20. Alex.ab Alex. *dierum Genial. lib.6.c.23.* ubi
late proſequitur Tyraquell. explicantes quomodo
in his terminis Populus à plebe, quæ plebiſcitum conſtituebat diſtinguatur.

39 His ſic aſſignatis jam ounc opo tebat uberius
diſſerere de plebiſcitis, Senatus-conſultis, conſtitutiooibus Principum, & reſponſis prudentum; quæ cum Juſtinian. *in relatis* §.§. *Juſt de jure naturali*, & Ordinarii ibi, & Gratianus *in c.* 2.
3. 4. & 5. *diſt.*2. ubi Doctores, & infiniti, quos
refert Barboſa, inter quos ex propoſitio Conanus *dict lib.* 1. *comment.c.* 13. 14. 15 & 16. Pichardus, Decianus, & Vaſquez 1.2. *diſp.* 157. *c.* 5. *n* 36.
& *à n.* 38.

40 Ideo ſolum adverto de reſponſis, & authoritate Prudendum diverſo modo ſenſiſſe aliquos
DD. exiſtimantes intelligi de reſponſis omnium
Juriſconſultorum; alias vero aliter controvertere, ut per Conan *d.lib.* 1. *c.* 15. *à num.* 3. Corraſ.
Epiſt.quæſt.c 6. Petr. Gregorius *lib.* 18. *c.* 11. *à n* 2.
late Cavedus *diverſ. juris argumentorum lib.* 2. *c* 1.
ſed verum eſſe ſolum fuiſſe permiſſum certis
quibuſdam Juriconſultis à Cæſare, ut contra
juris rigorem, aliquid poſſent ſtatuere; cæteris
vero ſolum modo, ſecundum jus commune licuiſſet reſpondere, ut docet Conſultus *in l.* 2. §.
primus junctis præcedent. ff. de origine juris. ſic Barboſa ſub *d c.* 1. *diſt.* 2. *n* 7. dicens ita intelligi *dict.*
41 §. *reſponſa prudentum Juſt. de jure naturali*, ibi *quibus permiſſum erat jura condere*; & Pichardus ibi,
ait quod reſponſa prudentum, vim legis habebant. litibuſque, & contentionibus finem imponebant. Sed hoc de illis prudentibus ſcriptum
intelligi quæ Principes probabant, quia nemini
licebat de jure conſulentibus reſpondere, niſi
quibus ipſe Princeps permiſiſſet. Ex quibus patet dictum ſupra verſ. *ad quartum*, ut poteſtas legis ferendæ, ſit meri imperii, quæ nullo modo
quis ſtare in inferioribus abſque Principe, aut
42 Republica permittente juxta modos *n præcedendi*
relatos.

Advertes inquam plures fuiſſe, quibus jus publice reſpondendi datum fuerat. quos ex profeſſo commemorat. Pomp. *in d.l.* 2. §. *iuris civilis ſcientiam. ff. de origine juris*, & proſequitur Canonus
43 *ſupra d.lib.* 1 *comment. d. c.* 15. *n.* 14. Tiber. Decian.
in tract. crimin. lib. 2. *c.* 31. *à n* 6. ubi videbis.

Quare poſſes hic adjungere quæ de decem viris, & qui fuerint ſcribit Maranta de ordine Judicior. *p.* 3. *n.* 20. de quibus facit mentionem Gratian *in d.* §. *Moyſes d.* 7. *poſt n fin item quæ legib.* 12.
tabularum ordinata fuerint, de quibus ſit mentio
in diverſis partibus juris civilis. *ff.* & Gratian. loquitur *in c. fuerunt* 2. *d diſt* 7. ſed ut tu ſcias leges
Canon *lib.* 3. *de jure civili c.* 11. *n.* 2. verſ. *quo tempore*, Alexand. ab Alex. *lib.* 6. *dierum Genial. c.* 10. *in
princ.* verſ. *ex his* Azor. *inſt moral. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 63.
44 per totum, Decian. *ſupra crim. n* 2. *c* 26. Ant. Aug.
de legib. & Senat. conſult. pagin. mihi 227.

Itaque nunc tantum tibi aſſigno duas leges juris ſpeciales in jure, quæ appellantur lex Papia,
& Poppeia, & lex Satyra, de prima ſcribit Gratianus *in cap. quædam* 6. *d.* 2. ubi dicens quod ſunt
quædam etiam leges, quæ dicuntur ab his, quæ
eas condiderunt, ut conſuleres tribunitiæ, Juliæ
Corneliæ: ſic & lex Papia, & Poppea qui ſuffecti
conſules Papius, & Poppæjus ſub Octaviano Cæſare legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papia, Poppea, quæ continet Patrum præmia pro ſuſcipiendis liberis; & de illis refert Alciatus *lib.* 3 *diſp. c.* 3. quod in tabulis capitolinis
anno urbit. 761. ex Kalend. Julii, quod ſuffecti
conſules numerentur Marc. Papius, & Poppæus,
& ſuper hoc ex Dione *lib.* 56. advertit Covarr. *de
ſponſ. p.* 2. *c.* 8. *in initio n.* 4. legem hanc latam fuiſſe
ſub Auguſto à Marco Papio, & Quinto Poppæo
ea parte anni conſulibus, qui & uxoribus, & liberis carebant, referens plura hujus legis capita,
quorum unum erat ut ſi vir, & uxor filios non haberent, quos alter alteri reliquiſſet, decima pars
fiſco adjudicaretur, qua in parte dicta lex ſublata per *legem fin. Cod. de infirm. pœn. cælib.*

Et erat quippe etiam in dicta *l. Papia* ſancitum 45
ad puniendos Cælibes ut qui à vigeſimo quinto
anno uxorem non haberent, nihil ex teſtamento lucrarentur, niſi ipſi teſtanti generi proximi
forent; qui vero filios non habuiſſent medietatem relictorum ſibi ut et amittebant, ut ſcribit Sizomen *lib* 1. *triſtor. tripart c* 10. dicens à Conſtantino bis cælibatus pœnas ſublatas fuiſſe prout
illum refert Covarr. ſupra *n.* 5. Barboſa *in d. cap.
quædam*, qui & idem Covarr. *ſup. c.* 7. *p.* 2 *de ſponſ.*
§. 8 *n* 2 & 3. Lypſius *in comment. ad tertum annal.
Cornelii Taciti, pag.* 136. Conanus *lib* 8. *juris civilis
c.* 1. *à n.* 5. dicunt legem Papiam, & Poppeam à
Papiniano primum rogatam, poſtea à Poppæo
Sabino ſub Auguſto emendatam auctam, & ab
eodem latam. † Quod ſi dubites quinam eſſent 46
ſuffecti conſules de quibus Gratianus mentionem facit in dicto *cap. quædam*, reſpondebis ex
S. Iſidoro, Suetonio, & Lampridio, quos tradit,
& ſequitur Briſon. *de verb. ſignif fol* 17. verbo *ſuffectus conſul.* Alciatus *lib.* 3. *diſp. c.* 2. *dici illos*, qui
pro aliis ſuſtituebantur.

Lex inquam Satyra, ut definit Gratianus *in* 47
cap. Satyra diſt. 2. de qua (& ſi nihil habeatur in
jure, ſed tangatur tantum *in l. unica in principio
Cod de Latina libert. & in proœmio, ff.* §. *& antea*)
ait ut ſit lex, quæ de pluribus ſimul rebus loquitur dicta à copia rerum, & quaſi à ſaturitate:
unde & ſatyram ſcribere ſit poëmata varia condere, ut Oratii, Juvenalis, & Perſii, & in aliquot Gratiani manu, ſcriptis Codicibus, & uno
Iſidori legitur *ſatura*, de qua ita feſtus *ſatura eſt
cive genus, & variis rebus conditum, & eſt lex multis aliis conferta legibus*; & ita in ſanctione legum
adſcribitur *neve per ſaturam abrogato, aut derogato*: & alia quædam in hanc ſententiam, de lege ſatyra, meminit Lucilius Poëta dum ait.

Per ſatyram ædilem factum qui legibus ſolvat.

Et de ea agunt Joannes Baptiſta in præfatione ad Perſium referens etiam Lucilium, textumque allegat, & explicat Anton. Auguſt. *de legib. & Senat. conſult. pag.* 185. item & referunt verſum dicti Lucilii Poëtæ Chriſtofor. Landinus
*in præfatione ſermon ad Horat. & Dyoniſ Laubin
in Horatio lib.* 1. *ſatyra* 1. & meminit etiam Saluſt.
in Jugurtha prout refert Joan. Britannic. *in præfatione ad Juvenal.*

Iſtis inquam addo alias dari leges accipientes 48
nomen à juris conditoribus, ut leges Navalium commerciorum ab inſula Rhodo cognominatæ. in qua antiquitus mercatorum uſus fuit,
de qua *ff. ad legem Rhodiam de jactu & in cap. fin.
diſt.* 2. item *lex Aquilia ſic dicta ab Aquilio,
de qua ff. ad legem Aquiliam, & princip Inſtit. eodem*; item lex Fuſia Can. *in princ. inſtit. de
lege Fuſia*; item & ſib tam relato Imperatore

Octaviano Cæſare falcidius Tribunus, legem fecit, ne quis plus extraneis in teſtamento legaret, quam ut quarta pars ſupereſſet hæredibus, ex cujus nomine lex falcidia nuncupata eſt: ſic Gratian. *in d. c. quædam* in verſ. *ſub eodem dict. diſt.* 2. Juſtin. *Inſt. eodem & in ff. ad legem falcidiam*, & aliæ leges hujus generis.

49 Unde jam ad difficultatem propoſitam reſpondeo ad legem condendam neceſſariam eſſe conſtituentis poteſtatem, & penes quos ea ſit patet ex jam adducta diviſione juris in naturale gentium, & civile, de qua *in Rub. de fide Catholica ſub q.* 3. & ſupra in princ. hujus Rubr. & *ſub q.* 1. igitur penes naturam & populum, natura hanc poteſtatem in omnes habet, dicimus enim naturam legem dediſſe tacitam, populum vero ea in poteſtatem non habere in omnes, ſed in ſubditos, *l.* 2. *ff. de legibus*, nec quem libet populum eam habere authoritatem, ſed qui ſuperio-
50 rem non habet, *l. fin. §.* 1. *Cod. de legibus.* † Populus enim inferior ſolas leges municipales ſtatuere poteſt, ut oſtendit ex proſe Menchaca *lib.* 1. *illuſtrium c.* 47. *num.* 9. & ſic Doctores communiter docent, ut cum penes duos ſolum ſit hæc poteſtas legiſlativa, naturam ſcilicet, & populum recte factum eſſe juris diviſionem in naturale, & humanum, ut colliges juxta dicta locis citatis.

51 Et quo dicendum venit de fide eſſe, ut homines habeant poteſtatem condendi leges, & ſtatuta, quæ obligent in conſcientiæ foro, quod talem habeant poteſtatem patet definitum in Concilio Conſtant. *ſeſſ.* 8. *& ultim. in Trid. ſeſſ.* 7. *&* 8. & ex conſenſu Patrum, & traditione Eccleſiæ, & ex verbis Chriſti Matthæi 16. ibi *tibi dabo claves Regni Cælorum quodcunque ligaveris, &c.* & ex Paul. *ad Corinth.* 11. ibi *laudo vos quia præcepta mea tenetis*, & ad Rom. 13. ibi *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, &c.* De quo latiſſime ſcribunt Caſtro *de hæreſ.* verſ. *lex Eccleſ. hæreſ. & lib.* 3. *de lege pœnali.* 6. Driedus *de libert. Chriſt. à cap.* 1. *præſertim cap.* 9. Ros *contra Luther. A.* 2. *Turr. lib.* 2. *ſumm. c.* 4. Sotus *lib* 2. *de juſtitia q.* 6. *art.* 4. Medina *in præfatione de legibus*, Vaſquez 1. 2. *diſp.* 252. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 1. contra plures hæreticos tenentes contrarium, ut fuerunt Vvichleph, Joan. Hus, Luther. & alios: patet etiam ex proxime dictis legum Romanorum in noſtro verſ. *ad quintam.*

52 Itaque faciendo gradum poſtquam dixerim ſub *quæſt.* 1. *de legiſlatore legis naturalis*, quodque contineantur in præceptis decalogi, & aliis primis principiis; nunc cum jam etiam dixerim in noſtro verſ. *ad quintam* juris civilis originem provenire à Romano populo diverſas leges ſtatuente, ut ſcripſi quoad jus Divinum, & legem Eccleſiæ, dico quod poteſtas leges condendi immediate fuit data à Chriſto Domino in lege Evangelica Petro, & reliquis Apoſtolis, ut comprobat Barboſa *in cap. facta ſunt* 1. *diſt.* 4. ex illo Chriſti Joan. 21. *paſce oves meas*, Matthæi 10. *ſi Eccleſiam non audierit*, Joan. 20. *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos*, & ex aliis, late Cardinalis Bellar. *lib.* 4. *de Rom. Pontif. c.* 16. & leges textum *in c.* 1. *de majorit. & obedientia cap per venerabilem qui filii ſint legitimi.*

53 Dubitabis quis enim primus explicaverit leges de rebus Divinis, & ſacris, & reſpondetur ex ſancto Iſidoro relato *in cap. Moyſes diſtinct.* 7. Moyſen fuiſſe, qui primo eas explicavit, ut comprobat late Polydorus Virgil. *de inventoribus rerum lib.* 2. *cap.* 1. ubi oſtendit ipſum Moyſen qui fuit ante Cererem, Solonem, Lycurgum, & alios, qui primum legum Authores traduntur, explicaſſe legem quam Deus latam à ſe, ipſi Moyſi tradidit, de quo eſt legendus D. Tho. 1. 2. *q.* 98. *art* 1. 2. *&* 3. Modic. *in §. lex eſt Inſtit. de jure naturali dub.* 1. *mem.* 7. Navarrus *in princip. de pœnit. diſt.* 5. *n.* 7. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 180. *c.* 3. † Quod ut obſer- 54
vant Pet. Huræ. *lib.* 1. *de ſpirituum apparitionibus c.* 5. *lib. de apparit. viſibil. c.* 24. *& lib.* 2. *de apparit. vocali, c.* 15. *& lib.* 3. *de apparit. imagin. c.* 15. Molina *p.* 1. *q.* 51. *diſp.* 1. verſ. *quod attinet*, Martin. Delrio *diſquiſit. magicar. lib.* 4. *c.* 1. *q.* 1. Valentia *tom.* 1. *diſp.* 4. *q* 2. *puncto* 2. Ribeira *in c.* 1. *Epiſt. ad Hebræos a n.* 3. Pereira *in c.* 3. *Geneſis diſp.* 1. *& in c.* 3. *Exodi diſput.* 6. Pineda *in c.* 1. *Job. verſ. ſexto in fine*, Barradas *tom.* 1. *concord. lib.* 1. *c.* 15. Lorin. *in cap.* 7. *Actor. n.* 30. Suarez *de Angelis lib.* 6 *c.* 20 *à §.* 25. & de Levis *lib.* 9. *c.* 2. intelliges datam Moyſi, non per Deum immediate, ſed per Angelos et dediſſe, & antiquis Patribus apparuiſſe, ne dicas Moyſen tuliſſe Hebræis legem ex D. Thom. Vaſquez, & aliis relatis.

55 Nec huic doctrinæ obeſt dicere inter antiquos docentes præcepta juſta legum gentes fuiſſe, vel Cererem, ut referunt quidam ex Ovid. *metamorph.* 15. Virgil. 4. *Æneid.* ubi explicat Pierius *Hyerog. lib.* 27. vel Caïn, & Nembrotit, ut ex Geneſi *c.* 1. colligit Iſidorus relatus *in cap. ult. ad finem diſt.* 6. vel Pharoneum Grecis primum dediſſe leges, Solonem Athenienſibus Lycurgum Lacedemoniis, ut docent idem Iſidorus *in dicto cap. Moyſes diſt.* 7. & alios aliis, uti proſequuntur Alexand. ab Alexandro *dierum Genial. lib.* 6. *c.* 10. & Caſaneo *in Cathol. gloriæ mundi p.* 19. *conſ.* 10. & inter Romanos Romulum (ut jam diai) ei tribuit Pompon. *in dicta l.* 2. *ff. de origine juris*, quia hæc locum habent reſpectu legum civilium à legiſlatoribus gentibus Deum non cognoſcentibus.

56 Jam ergo concludes ex Covarr. *cap.* 1. *practicor. n.* 6. bene examnante Principum poteſtatem in ferendis legibus, & obligationem ſubditorum in obediendo eorum præceptis, referri ad legem Divinam, quia ſcilicet Deus ipſe mediante lumine naturali Principibus hanc poteſtatem conceſſit. Proverbior. *cap.* 8. ibi *per me Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt.* ut expendit Auguſtin. *in c. quo jure* 8. *diſt.* videndus dict. Paul. *ad Rom.* 13. relatus *in cap. qui reſiſtit.* 11. *quæſt.* 3.
† Etenim leges promulgatæ dicuntur divinitus 57
per ora Principum, ut *in cap. fin.* 16. *q.* 3. docet Barboſa *in d. cap. Moyſes diſt.* 7. *n.* 6.

58 Hinc bene induces ad præceptorum antiquitatem, quæ à principio naſcentis Eccleſiæ, ab ipſis Apoſtolis tradita ſunt ut conſtat *actor. c.* 15. ibi *ut abſtineat*, & ex multis aliis, quæ late proſequitur Martin. de Ayala *de traditionibus p.* 3. *titul. de antiquitate Sanctorum Canon. Apoſtolor* & Thomas Boſſius *de ſignis Eccleſiæ lib.* 18. *cap.* 15. & confirmat Cardinal. Baron. *Annal. Eccleſ. tom.* 1. *anno Chriſti* 53. *à capit.* 4. quæ Apoſtolorum, & ſequentium ſucceſſorum præcepta firmiſſima retinenda, & obſervanda comprobat Gregor. relatus *in capit. præceptis diſtinct.* 12. Damaſ. *in cap. violatores*; Urbanus *in cap. ſunt quidam* 25. *quæſt. prima*, Nicolaus *ſi quis dogmata*, Gregorius *in cap. inſtitutiones* 25.

q. 2. & ex aliis multis capitibus illius cauſæ, & quæſt.

59 Quare beoe inferendo dieo ad noſtrum jus Canonieum, plerumque jus Diuinum appellari ut adveitii Ludovicus Gomez *in repet. c. ut animarum de conſt. lib.* Michael Cano ex Jure-Con. ſultis id explicans de locis Theologicis *lib.* 5. *c.* 5. verſ. *tertio vero*, tum quia ejus Canones ſunt conſcripti, Spiritu Sancto ſuggerente *cap. igitur dict. cap. violatorer, c. ideo.* 25. *q.* 2. Thomas Ferrar. *cautela* 19. *n.* 2. *in fine*, Franc. Arias *in repet. cap. porro n.* 62. *de ſententia excommunicationis*, Barboſa *in c.* 2. *diſt.* 3. *num* 8. *qui n.* 6. & Franc. Copſcius in noſtra Rubrica *num.* 3. Hypolit. Riminald *in c.* 1.
60 *n.* 43. *hoc tit. dic ut.* † quod origo juris Canonici, nedum à Papa, ſed à Chriſto Domino procedit, & in tantum juris Divino inhærere, & in ratione naturali fundari, quod plerumque jus divinum appelletur, quod eſt tenendum firmiter, quidquid aliqui novatores, & deperditi homines juris Canonici authoritatem, & dignitatem labefactare tentaverint, ut patet ex his, quæ referunt Boërius *deciſ.* 19. *incipit percutiens num.* 3. & Adrianus Papa VI. *in brevi ad Federicum Saxoniæ Ducem adverſus Lutherum incipit ſatis ac pluſquam* verſ, *Sacroſanctis in tom.* 5.
61 *Concil. pag.* 29. † Dum hic ſanctiſſimorum Patrum decreta, & Eccleſiaſticos Canones igne publice eoocremare non dubitavit, alter vero Ferrarienſis, videlicet in ſua practica civili (criminaliter tamen) ſcribere auſus fuit, quod jura Canonica ad placitum ſint, & ſine tatione conditæ.

62 Cumque jus Canonicum componatur ex decretis Pontificum, vel Conciliarum, vel Legatorum, Abbatum, & aliorum prælatorum inferiorum, vel tantum ex dictis ſanctorum Patrum, ubi in contrarium nulla adeſt Canonica authoritas juxta textum *in cap. Regula diſt.* 3. *cap. annis ſingulis* 18. *diſt* & *cap. ſuper his de majorit.* & *obedientia*, & *in c. fin. de officio leg. c. Sancta* § *jam nunc*, & *in cap. de libellis* 15. *diſt.* jam de facili ad complementum noſtræ quæſtionis proproſitæ *in d.* verſ. *ad quintam* poſſemus hic ſigillatim diſſerere de ſingulis Prælatis Eccleſiaſticis, quibus jus eſt faciendi leges, Conſtitutiones; & Canones pro regimine ſuarum Provinciarum.
63 † Et ſic ſolum breviter hie dieo, quod cum deereta Pontificum habeant omnimodam ſimilitudinem cum conſtitutionibus Principum (de quibus à prineipio hujus verſiculi dixi) quia quemadmodum illæ leges habent vigorem, ſive Princeps edicto deereverit, ſive per Epiſtolam ſtatuerit, vel etiam cognoſcens fuerit interloquutus, juxta textum *in dict. l.* 1. *ff. de conſtit. Princ. juncta l. fin. Cod. de legibus.*

64 Ita etiam quidquid Pontifex, vel cum Cardinalium Conſilio, ſeu per ſe ſtatuit (argumento eorum, quæ dixi in rebus ſidei, ſuper *cap. fin. de ſumma Trinitate*, & *fide Catholica penes finem*) lex ſit, firmamque habeat authoritatem, ut videmus in conſtitutionibus in Bullis; ac Epiſtolis, quas vocamus Deeretales de quibus *in cap. quidam cum ſequentibus* 25. *quæſt.* 1. & *in cap.* 1. & *quibus* 19. *diſtinct. junctis reſolutis per Vivald. in candelabr. aure. p.* 4. *cap.* 8. *à num.* 28. & 33. Barboſa *ſupra num. quarto*, & *quinto*; & ſuper relatis juribus cum aliis Doctoribus.

65 Et quænam perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſæculares condere leges poſſint, videbis ſub nonnullis quæſtionibus in hac *Rubrica in cap.* 1. *c.* 7. & *c.* 10. *hoc tit.* ubi ad quod ſubditos ſe extendant; & ſic non protendo amplius hoc dubium leges d. Archiep. Tapiam *in ſum. lib.* 4. *q* 3. *art* 2.

Ad ultimam quæſtionis partem quas condi- 66
tiones debeat habere lex humana, ut ſit juſta, breviter reſpondeo juxta verbo Gratiani *in cap. erit autem lex* 2. *diſt.* 4. quæ talia ſunt; *erit autem lex honeſta, juſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum Patriæ conſuetudinem, loco, temporique conveniens, neceſſaria, utilis, manifeſta quoque, ne aliquid per obſcuritatem in captionem contineat, nullo privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcripta.*

Ex quo patet Paganorum leges contra reli- 67
gionem Chriſtianam eſſe injuſtas, iniquas, & malas, quia non conveniunt veræ religioni: bene explicant omnes prædictas legis conditiones D. Th. 1. *q.* 95. *art.* 3. Caſtro *de l. pænali lib.* 1. *cap.* 1. *col.* 3. Sot. *de juſtitia lib.* 1. *q.* 3. *art.* 3. Molla *in emporio juris in præludio num.* 42. & 43. Sayrus *in clavi Regia lib.* 3. *cap.* 3. Azor. *Inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. Bonacina *de legib. diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 4. Paulus Layman *in Theologia moral. tractat.* 4. *cap.* 1. *à num.* 3. Navarrus *in Manuali capit.* 23. *num.* 48. Villalobos *in ſumma p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 11. qui omnes colligunt ex dicto *Iſidoro lib.* 3. *etymolog. c.* 3. relato *in cap. conſuetude* 1. *diſt ab omnibus recepto*, ubi dicit *lex erit quod rationi Conſtiterit, dumtaxat quod religioni conveniat, quod ſaluti proficiat*, quia lex humana (ut jam dixi) debet eſſe conformis legi Divinæ, ac naturali, & utilitati humanæ, & Riccius ultra relatas conditiones in *collect.* 461. ad textum *in d. cap. erit autem lex*, addit ut ſic uſu recepta, & ut ſit publicata de quibus ultimis infra dieo in hac Rubrica noviſſime Archiep. Tapia. *de legibus lib.* 4 *ſumma q.* 3. *art.* 3.

Et ut explices prædictas conditiones legis 68
juxta relata verba *d cap. erit autem lex*, tunc, *honeſta* dicetur lex, cum ratione conſtiterit, religioni conveniat, diſciplinæ congruat; quæ omnia reſpiciunt ad materiam legis, ſecundum Iſidori *dictum in d. cap. conſuetudo*, de qua legia materia late agunt Layman. *d. c.* 4. Bonacina *dict. q.* 1. *puncto* 5. Suarez *de legib. lib.* 1. *cap* 9. *n.* 7. Salas *eodem tract. diſp.* 1. *ſect.* 9. *n.* 57. † *Juſta* ut ſit propo- 69
ſita ſubditis ſecundum eorum vires, & facultates, ſervata proportionis æqualitate, ut tradit D. Thom. 1. 2. *q.* 96. *art.* 2. Caſtro *de legibus lib.* 6. *diſp.* 10. Bonacina *dict. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 1. *cap.* 4. & *punct.* 4. *n* 4 Suarez *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 14. Sylveſter *in ſumma* ver. *lex q.* 5. † *Poſſibilis ſecundum naturam* 70
hoc eſt etiam poſſibilem ſecundum conſuetudinem terræ, & loci, ac temporis: nam in rebus moralibus quod nimis difficile eſt, judicatur impoſſibile; quia etſi lex eſſet de re honeſta, & juſta; non tamen poſſibili, vel de re difficili, quæ tamen ratione difficultatis loci, aut circumſtantiæ temporia, redditur impoſſibilis, & in honeſta non obligat.

Ut ſi v. g. jejunium in quadrageſima im- 71
peraretur per totam eam in ſolo pane, & aqua, vel ſi lex juberet ut æquali honore tractarentur ruſtici, & nobiles, explicant Molina *de Juſtitia tom.* 6. *tractat.* 5. *diſputatione ſexta*, Caſtro *de lege pœnali, cap.* 1. Conan. *comment. juris civilis lib.* 9. *num. tertio*, Bonacina, Salas, Suarez, Vaſquez, & alii relati, Barboſa *in dicto cap. erit*

autem n. 5. & 6. † qui *n.* 7. cum aliis multis expendit aliam illam conditionem, *nullo privato, commodo* id eſt ut non debeat in privatum commodum alicujus conſtitui, ſed in communi, ſive Reipublicæ utilitatem cedere: nam lex eſt commune præceptum, communis Reip. ſponſio *leg.* 1. *ff. de legibus*, D. Thom. 1. 2. *quæſt* 90. *art.* 1. & alii cum illo: applicabis quæ infra dico *in cap. cum omnes* 6. in principio præmiſſi, ubi de ratione illius.

73 Nec turbatur hæc conditio ex eo quod privilegium, quod revera eſt lex in privatam utilitatem, *cap. privilegia* 3. *diſt.* 3. ut infra dico & *ſub tit. de reſcriptis, & privileg.* videtur dicere conſtitutionem legis ordinationi juſtæ: argum. textus *in l. jus ſingulare, ff. de legibus*, quia, etſi privilegium communiter definiatur, ut ſi lex privata, ſeu jus ſingulare contra jus commune indultum, ut præter antiquos docent Azor. *lib.* 1. *moral. lib.* 5. *cap.* 22. *quæſt.* 1. Petrus Gregorius *de juris arte cap.* 7. *n.* 14. Henricus Caniſius *in ſumma lib.* 1. *tit.* 2. *§. duplex genus placitorum* Revard. *tom.* 1. *ad leges* 12. *tabul. cap.* 2. Salas *de legibus diſput.* 1. *ſect.* 7. *num.* 43. & *ſect.* 8. *num.* 44. Suarez *lib.* 8. *capit.* 1. *num.* 3. & alii relati a Barboſa *in dicto cap. privilegia num.* 2. Tamen non ob id dicitur, ut privilegium tanquam privata lex careat ratione juſti, & honeſti ad ejus Conceſſionem. † Quia
74 & ſi Cicero *lib.* 3. *de legibus*, videatur negare in illis verbis *majores noſtri in perſonas privatas leges ferri noluerunt, id eſt enim privilegium*; non ex eo abſolute negat poſſe concedi, nam quamvis privilegium alicui perſonarum generi conceſſum conſuleretur: ratione tamen aliorum, qui immunitatem perſonis privilegiatis ſervare tenentur, eatenus legis rationem habere cenſetur, ut adnotarunt Suarez *de legibus lib.* 1. *c.* 14. *n.* 8. Barboſa *in d. cap. erit. autem lex n.* 9.

75 Ex quo fluit intellectus ad textum *in dicta leg. jus ſingulare, ff. de legibus*, quia etſi Doctores non parum diſcordes ſint an jus ſingulare idem ſit, ac privilegium, affirmationibus aliquibus, aliis negantibus excitatis, qui docent jus ſingulare non eſſe indulgentiam illam, quæ contra jus commune conceditur, ſed eam juris partem, quam Juriſprudentes authoritate ſua conſtituerunt, de qua *in §. reſponſa prudentum Juſt. de jure naturali*, ut explicat Conanus *comm. Juris civilis lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 5. & partim conſentit Cujacus *lib.* 15. *obſerv.* 8. & *in leg. is, qui*
76 *pro emptore in princip. ff. de uſucap.* † Nec privilegium recedit ab eo, quod juſtum, & æquum requirit quælibet lex juxta textum *in l.* 1. & *pen. ff. de Juſtitia, & jure* cum illud, ut dixi dicatur lex.

Nec eſt contra hoc textus *in dicta leg. jus ſin-*
77 *gulare*, quia ut reſpondet eleganter ibi Alexand. Turramin. *à num.* 11. & Barboſa *in dicto cap. erit autem lex diſtinct.* 4. *num.* 25. conſultus ibi non dicit abſolute privilegia eſſe contra rationem, ſed contra tenorem rationis.

Quia duplex juris ratio conſiderari poteſt
78 illa, propter quam univerſaliter lex data eſt; quæ primo ſe offert aſpectui, & eſt de qua jure Conſult. *in leg. quod vero* 23. *ff. de legibus*. Altera vero quæ in caſu particulari occurrit, quam ipſi vocant poſtremam, ut in exemplis vulgaribus; ait enim lex generaliter depoſitum eſſe reddendum, & optima ratione, ne fidem fallas, & tamen firmior, alia ratio in caſu particulari poteſt occurrere ſi furioſus repetat eoſem depoſitum, ut damno Reipublicæ alios occidat, & in exemplo minorum, qui ætatis facilitate læſi ſunt, ut in *l. bona fides, ff. depoſiti*, & *in leg.* 1. *ff. de minoribus*, explicat Petrus Gregor. *ad Rubr. de reſcriptis c.* 1. *n.* 4. & 5.

Quare ut explicat Vaſquez 1. 2. *diſp.* 151. *n.* 19.
illud inter legem, & privilegium intereſt, quod 79
lex generali ratione immediate bonum commune reſpicit; privilegium vero ex ratione particulari remote, in illud dirigitur, & comprobatur: argum. textus *cap. quia circa in ſua deciſ. de conſanguinit. & affinitate.*

Sed inhærendo verbis ejuſdem legis, jus ſingulare 80
quatenus, vel deſert, aut ſumitur pro privilegio dicit idem Alexander Turramin. *in l.* 7. *jus ſingulare n.* 9. & 10. *ff. de legibus*, diſtinxi privilegium *à jure ſingulari* tanquam genus, à ſpecie, quia jus ſingulare ex vi nominis ſignificat quidquid ſpecialiter conceditur; ratione vero adjecti, vel privilegium erit in ſpecie, ſi contra jus commune conceditur, vel aliud, juxta qualitatem, quæ fuerit adjecta, ſic expendens verba *dict. l. jus ſingulare* ibi *contra tenorem rationis*, id eſt *contra jus commune.* † igitur & cum eo Barboſa *in dicta c. privilegia diſt.* 3. *num.* 3. & 4. ait bene, 81
ut loco generis ponantur illæ particulæ, differentiæ loco adjiciantur alia verba *contra jus commune*, ut per eam à reſcripto ſtricte ſumto, quod ad juris communis obſervantiam emanat, & à beneficio, quod præter jus conceditur diſtinguatur, ut explicant Azor *Inſtit. moral p.* 1. *lib* 5. *cap.* 22. *quæſt.* 5. Rebuffus *in praxi tit. quid ſit beneficium* Selba *de beneficiis* 1. *p. q.* 1. *num.* 4.

Aliis omnibus applicabis dicendo nullo modo 82
privilegium dici legem, cum omnis lex præceptum contineat *l.* 1. *ff. de legibus*, cujus eſt proprium neceſſitatem imponere *cap. fin.* verſ. *quod præcipitur* 14. *q.* 1. quod non convenit privilegio. Sed reſpondetur nihil concludere reſpectu privilegiorum, quæ favorem publicum concernunt, & quibus partes nequeunt renunciare, juxta textum, & quæ ibi dixi *in cap. ſi deligenti de foro compet.* imo etiam in aliis privilegiis, quæ privatum favorem reſpiciunt dicendum eſt aliquo modo, ſicut leges neceſſitatem importare, quia licet privatis, qui his conceduntur privilegia, præceptum impoſitum non ſit, ut illis neceſſario uti debeant: tamen aliorum reſpectu, ſive judicium, ſive privatorum neceſſitas, imponitur, quia ea obſervare tenentur, & conſequenter præceptum. Et ſic concluditur continere veram rationem legis, ut docet adducti à Suarez *lib.* 1. *de legibus cap.* 14. *num.* 8. & *lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 3. & *c.* 23. *à principio.* & omnino *a num.* 7. Barboſa ſupra, *in dicto cap. privilegia num. fin.*

Eſt ergo concludendum, ut quemadmodum 83
conditiones ſupra aſſignatæ pro ratione legis ſunt neceſſariæ ſic, & pro privilegiis, quæ debent continere honeſtum, juſtum in quod eſt poſſibile, & loco temporique conveniens; imo ut quemadmodum lex debet eſſe manifeſta, id eſt clara, ut paſſim jura proclamat *in l. leges Sacratiſſimas Cod. de legib. lege leonis* 10. ubi gloſſa *penultima, Cod. de pactis*, dicens quod legi in claritate nihil eſt proprius, & *in leg. tanta* 2. *§. hoc autem Codice de veteri jure enucleando*, ubi ſub pœna falſi prohibetur ne quis leges

leges per ſignorum obſcuritates auſus ſit conſcribere. & *in authent. de teſtam. imperf.* ubi gloſſa *claro collat.* 8. dum ait quod lex ideo debet fieri cum magna deliberatiooe, ut clara ſit *cap. Judicantem* 30.*q.*5. *cap. Abbate de verb. ſignif.* cum aliis citatis ab Emman. de valle de incantatione, &
84 Emſalm. *ſect.* 1. *c.* 5. *n.* 23. † Ubi ſubdit quod lex dubia ſibi ipſi parat inſidias, & *n* 24. ſubdit legem habentem multiplicem intellectum non poſſe allegari ad deciſionem cauſarum; imo & declaratione legiſlatoris per textum *in capit. ſi quando de reſcriptis*, & per ea, quæ dixi late, *in c.*22. *de judiciis, aliquid infra q.*3. verſ. *de cauſa*, ita ſimiliter procedere in privilegiis cum ſua proportione, quia privilegium, ut jam dixi, definitur quod ſit lex privata, ut notat Barboſa *in collect. ad Rub de reſcriptis lib.*6 *n.*3. cum multis. Eſt enim lex genus, ad quod reducitur privilegium.
85 Ergo cum ſecundum Philoſophos ſit certum principium, ut omnia, quæ prædicantur de genere, debeant prædicari de ſingulis ſpeciebus. ut notant omnes per textum *ibi in l. juris gentium* §. *ſed ſi fraudanti in fine, ff. de pactis*, & *in l ſi quid earum* 45. §. *interemptum, ff. de leg.* 3. cum aliis de quibus Everard. *in topicis legal. l.* 61. & ex Ariſtotel. Agricola *de invent. dialect. lib. cap.*6. ſequitur ut merito hanc reſolutionem firment Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 12. *in principio*, Barboſa *in d. cap. privilegia diſt.*4. *n.* 12. & latius patet ex dictis *quæſt. ſeq.*

QUÆSTIO III

An quemadmodum lex requirit cauſas, & quod non ſe extendat extra territorium legislatoris, ſic etiam procedat in privilegiis. Et an non ſolum Papa, & quilibet Princeps ſupremus, poſſint leges, & privilegia obligatoria concedere ſed etiam alii inferiores. Et num promiſſive, vel tantum quilibet in ſuo territorio, & in ſuos ſubditos, & non in alienos: & quæ differentia inter legem, mandatum, & privilegium.

SUMMARIUM.

1 *Leges, & privilegia requirunt, ut recte fiant quatuor cauſas, efficientem, materialem, formalem, & finalem.*
2 *Cauſa finalis legum, & privilegiorum, qualiter, conſidetur*, n. 3. 4. 5. & 6.
7 *Cauſa formalis legum, & privilegiorum, qualiter accipiatur*, & n. 8.
8 *Privilegiorum verba debent continere ſenſum manifeſtum; pro quorum interpretatione recurritur ad concedentem.*
9 *Cauſa materialis privilegiorum, & legum eſt remota, vel proxima.*
10 *Cauſa efficiens privilegiorum, & legum quæ dicatur?* & n. 11.
12 *Lex ſicut non obligat extra territorium conſtituentis, ſic nec privilegium intellectum cum diſtinctione. Vide* n. 22.
13 *Librorum prohibitorum lectio conceſſa in Luſitania, non porrigitur ad noſtram Hiſpaniam.*
14 *Leges condere Eccleſiaſticas in tota univerſali Eccleſia Romanus Pontifex ſolus poteſt.*
15 *Papa leges civiles nequit ponere, niſi tantum in provinciis ſibi ſubjectis in temporalibus, ſicut alii Reges; & quare ibi.*
16 *Lex Canonica prævalet ſæculari in materia peccati mutativa.*
17 *Imperatores poſſunt leges condere in terris ſui imperii, & omnes ſupremi Reges habent eandem poteſtatem.*
18 *Lex Civilis debet Canonicæ prævalere, quoties materia eſt temporalis, nec ratio peccati ſubſit.*
19 *Reges, qui ſubjecti ſunt Imperatori, leges condere nequeunt abſque ejus licentia.*
20 *Reſpublica qualibet non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus, poteſt leges facere.*
21 *Lex humana obligat ſubditos extra territorium; ſed vide ſupra* n. 12.

AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ dixi in fine quæſtionis præcedentis à verſ. *nec turbatur*, ubi de differentia, & in ſimilitudine legis, & privilegii, & illis addendo, reſpondeo ut quemadmodum in lege quatuor cauſæ requiruntur; *efficiens* ſcilicet à qua fit, id eſt publica legitime ſuperioris authoritas, *materialis* ex qua hæc dicitur, vel remota: ſcilicet ad quos dirigitur, & circa quos verſatur, vel proxima ſcilicet verba materialiter ſumpta: *formalis* per quam ſcilicet mens, ſententia legis; & *finalis* propter quam id eſt bonum commune; de quibus multa ſcripſerunt Ennius *de principiis juris lib.*4. Vveſembech. *in paratitlis, ff. de legibus* §. *cum ſequent.* Turamin. ad eundem titulum c. 3. cum ſequentibus, Suarez de legibus, *lib.* 1. *c.* 13. *cum præced.* Bonac. *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 5. cum ſequentibus, Layman *in Theologia mor. tract.* 4. *de legib. c.*4. ita etiam in privilegiis has quatuor cauſas requiri probant Doctores, & tenet Barboſa *in d. cap. privilegia diſt.* 4. *n.* 13. *in fine.* 1

Et incipiendo à cauſa *finali*, propter quam, id eſt bonum commune procedit, dico ut quemadmodum de intrinſeca ratione legis eſt quod ordinetur ad bonum commune; ita ut aliter lex non eſſet, ut jam dixit, & tenent communiter Doctores cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 90. *artic.*4. Panormit. hic, Filiucius *in cap cum omnes hoc titul.* Antonius Gomez *in leg.* 1. *tauri num.* 5. Suarez *de legibus cap.*6. *num.*8 probantes ex D Iſidoro relato *in dicto cap. erit autem lex, diſtinct.* 4. ibi, *nullo privato commodo, ſed pro communi civium utilitate conſcripta*, & *ex leg.* 9. *tit.* 1. *p.* 1. ibi *lex es pro communal. de todos* ex ea ratione optima, quia lex eſt opus proprium publicæ poteſtatis. 2

Ita etiam privilegium, quia licet illud certæ perſonæ concedatur, ac proinde lex privata, ſeu jus ſingulare dicatur, ut in definitione propoſita *in dicta quæſtione præcedenti*, quod legi non convenit, quæ in commune fertur, non in ſingulos, ut probat textus *in dicto cap. erit autem lex diſt.* 4. ibi *commune præceptum leg. jura* 8. *ff. de legibus*: tamen ſemper privilegium in commune bonum ordinatur, & in eo fundamentum debet habere, late dixi *in dict. quæſt.* 2. *præced.* & dicit in Barboſa *in d. cap. erit autem* quidquid dicant Sotus *de Juſtitia lib* 1. *q.* 1. *art.* 2. *ad* 2. 3

Caniſius *in ſumma lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum.*

4 Sed obſtat dicere ut cum lex non debeat inſtitui pro commodo privato, ad quod reſpicit privilegium, nullo modo debeat admitti relata doctrina, præcipue ſi conſideres, ut cum lex reſpiciat bonum commune, non obligat unum abſque altero, quia debet eſſe præceptum commune Regni, Provinciæ, aut loci, juxta textum *in l. 1. ff. de legibus l. Jura eodem tit. & cap. 1. de conſtit.* ibi *jura non ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituuntur*, & ex eo, quod dicit Jaſon. *in dicta leg.* 1. nempe ut nulla queat eſſe lex, quæ obliget unam Civitatis partem, & non aliam.
5 † Reſpondetur tamen, quia ut jam dixi *dicta q. præced.* præter quam quod ſunt aliqua privilegia, quæ conceduntur in commune bonum; illa vero, quæ perſonis particularibus conceduntur, & ſi ab eis queant renunciari, tamen dum durant obligant alios; & ſic generaliter dicitur
6 extendi, ut dixi. † Imo & conſideratio legis dictæ rigore certum etiam eſt quidquid Jaſon dicat poſſe dari caſum contrarium, quia ſi conveniret bono publico, ut una civitatis pars, aut Regni haberet arma talia, vel talia ædificia optime poſſet dari legem obligantem unos, & non alios, ut dicit Villalob. *in ſumm p. 1. tract. 1. dif. 1. n. 4.* verſ. *deſta.*

7 De cauſa vero *formali* quo ad mentem, ſcilicet, & ſenſum verborum dico etiam ut quemadmodum in lege mens verbis præſertur, *cap. intelligentia de verb. ſignif. leg. ſcire §. aliud ff. de excuſatione tutor.* Ubi Doctores, ſic etiam in privilegiis, præcipue ſit attendenda intentio, & verbis præferenda *cap. quanto 26. poſt princip. de*
8 *privileg.* † Et ex eadem cauſa formali infert Paulus Layman *dict. tract. 4. de legibus cap. 13. de interpretat. legum*, ut quemadmodum oportet quod ſenſus legis ſit clarus, ut ſupra dixi *dicta q. 2. in fine*, verſ. *eſt ergo concludendum*; ita ut ſi aliquod obſcurum irrepſerit ad ipſum legiſlatorem, non ad aliud ſit pro interpretatione recurrendum *l. 1. l. leges, l. fin. Cod. de legib.* cum aliis, de quo dixi *in cap. 12. de judic.* & agunt Doctores per textum ibi *in cap. ſi quando de reſcriptis*; ita etiam verba privilegiorum debent continere ſenſum manifeſtum, & pro eorum interpretatione non ad alium, quam ad concedendum, ſit recurrendum *per textum in l. Neratius, ff. de regul. jur. l. ex. facto. ff. de vulgari, dict. cap. 12. cum veniſſent de judiciis cum ſimilibus*; de quibus Anton. Gabriel. *lib. 6. comm. concluſ. titul. de regulis juris concluſ. 3. à num. 7.* Burgos de Paz. *in proœm. leg. tauri à num.* 307. Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſſa* 52. *n.* 53. Tamburin. *de jure Abbat. tom. 1. diſp. 26. quæſt. 6.* qui omnes tradunt hujus regulæ limitationes.

9 Et quod idem, ac de lege ſit dicendum in privilegio quoad cauſam *materialem*, quæ remota, ſeu objectiva dicitur, vel proxima, explicant Suarez *de legibus lib. 8. cap. 12. à n. 1.* Barboſa *in dicto cap. erit autem lex num.* 18. adducens textum *in cap. cum Capella 16. de privilegiis, cap. ſane 9. eodem*; tum quia ut jam ſupra dixi, nec ſcriptura ad privilegii eſſentiam requiritur ſicut nec ad legem.

Ad id adductum de cauſa efficiente etiam di-
10 cendum eſt, ut quemadmodum requiritur ad legem condendam poteſtas ſic & ad concedendum privilegium requiritur poteſtas proportionata, quæ cenſetur illa omnis, quæ legem facere poteſt ex regula vulgari, quod is demum qui condere poteſt, poteſt, & ſolvere *l. 3. ff. de re judic. l. ult. Cod. de legibus cap. verbum de pœnit. diſtinct. 1.* † Et ob id poterit ille ſolus, qui legem 11
condit, & concedere privilegium, ut in terminis docent Aſcanius, Tamburin. *de jure Abbat. tom. 1. diſp. 16. q. 1. n. 1.* Paulus Layman *in Theologia mor. dicto tract. 4. cap. 23. n. 14.* Salas *de legibus diſp. 17 ſect. 3. n. 17.* Suarez *eodem tract. lib. 8. c. 9. & 10.* Bonacin. *eodem tractatu diſp. 1. quæſt. 3. puncto 2. n. 1.*

Ex his etiam infertur ad ſecundam partem 12
noſtri dubii, ut quemadmodum lex extra territorium conſtituentis, non obligat *ex c. 2. hoc tit. lib. 6.* ubi Doctores, ita nec privilegium extra Epiſcopi concedentis Diœceſim, vel Principis extra ſuam provinciam prodeſſe poteſt, ut poſt Azorium notat Suarez *de legib. lib. 8. cap. 26.* ubi eleganti diſtinctione elegantem reſolvit materiam, vel enim Epiſcopus, aut alius ſuperior in ſuo territorio privilegium concedit ad faciendum actum, ſpeciali ſtatuto prohibitum ſolum in ſua Diœceſi, & tunc certum eſſe ait prodeſſe privilegium extra eam, ubi prohibitio non erat, ſecus ſi ſimilis prohibitio eſſet, etiam per alium ſuperiorem, quia tunc privilegium ad faciendum actum prohibitum, etiam in aliis provinciis non prodeſt. † Et exemplificat Barboſa *in* 13
dicto cap. erit autem lex n. 17. quatenus ait quod obtinens licentiam ab inquiſitoribus Luſitaniæ ad legendos libros prohibitos, ea uti non poſſit in Hiſpania. Et hæc de non extendendo legem ultra territorium præter ea, quæ abunde DD. dicunt *in dicto c. 2. hoc tit. lib. 6.* intelligitur ſatis ex dictis *à num. ſequenti*: de legiſlatoribus Eccleſiaſticis, ac Laicis.

Ad ſecundam quæſtionis partem ut reſpon- 14
deas adjunges plura, quæ ſcripſi *in c. novit de judiciis, ubi à q. 3. & 4.* cum aliis dixi de poteſtate, quam habent Pontifices, Imperatores, Reges, aut alii ſupremi Principes circa ſuos ſubditos, & ſic. Dico primo quod Romanus Pontifex tantum poteſt condere leges Eccleſiaſticas in tota univerſali Eccleſia, ut jam ſupra dixi *q. præced. & in Rub. & in c. fin. q. fin.* in fine de ſumma Trinitate. & fide Catholica, ubi probavi quod poteſt diſponere circa res fidei; ergo & melius circa alias politicas, ut Eccleſiæ Paſtor univerſalis, & Chriſti Vicarius in terris; aliter enim non diceretur habere capitis rationem totius orbis in ſpiritualibus, comprobatur ex Epiſtolis decretalibus, ut his quinque libris, & in contentis in lib. 6. tot extravagantibus, Bullis, ac conſtitutionibus Summorum Pontificum, quibus regitur univerſalia Eccleſia in ſpiritualibus, quod alia comprobatione non eget. † Ex quo infertur ut licet Papa poſſit in to- 15
ta Eccleſia ponere leges Eccleſiaſticas, ſed non civiles, niſi tantum in provinciis ſibi ſubjectis in temporalibus, ſicut cæteri alii Reges temporales, qui non recognoſcunt alium ſuperiorem temporalem, ex eo quia non conſtat ut quoad eas data fuiſſet à Chriſto, Petro, & aliis Pontificibus poteſtas ad gubernandum univerſalem Eccleſiam in temporalibus extendendo juriſdictionem ad laicos extra materiam peccati, aut ſpiritualitatis, ut late dixi ſub *dict. c. novit de judicis*, ſic docent Doctores communiter ibi, & Joannes Major *in 4. diſt. 24. q. 3.* Cajetan. *tom. 1. opuſculo 5. tractat. 2. c. 3. & 22. q. 43. art. 4.* Turrec. *in ſumm. de Eccl. lib. 2.*

cap.

cap. 113. Suarez *lib* 3. *de legibus cap.* 6. *à num.* 3. Bellarmin. *lib.* 5. *de Roman. Pontif. à princ.* plura Barboſa *de jure Eccleſiaſtico part.* 1. *cap.* 2. *ubi de poteſtate Papæ,* Villalobos *in ſumma part.* 1. *tract.* 2. *diſ.* 7. & 8. *n.* 1.

16 Et iterum bene cum multis idem Barboſa *in cap.* 1. *diſt.* 10. *n.* 3. ait quod lex canonica prævalet ſeculari in materia peccata nutritiva, non enim legi, aut Principi ſæculari competit poteſtas ulla in materia ſpirituali, & inter perſonas Eccleſiaſticas, ut docet idem Barboſa *dict. cap.* 1. *diſt.* 10. *n* 2. de quo late dico infra *in c.* 7. & 10.

17 Imperatores vero poſſunt leges condere in terris ſuis, quod eſt ſine dubio, cum Imperator ſit caput totius ſui Imperii, & patet ex toto jure civili, juxta adducta *ſupra q.* 2. Et ex eodem capite omnes ſupremi Reges non recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus, habent poteſtatem eandem quilibet in ſuo Regno, ut docent ſine ullo dubio Theologi cum D. Thoma 2. 2.
18 *q.* 50. & omnes legiſlæ, & canoniſtæ. † Et ſic quoties materia eſt temporalis, nec ratio peccati ſubſit, lex civilis debet canonicæ prævalere, & in ſuo foro inter laicos obſervari, juxta regulam textus *in cap. cum ad verum* 96. *diſt.* & *in dict. cap. novit. de judiciis*, ubi ego dixi de hac poteſtate condendi leges à Regibus noſtris Hiſpaniæ, & Franciæ abſque ordine ad Imperatorem: videbis Zevallos *in practicis in præfatione à num.* 50. & ad propoſitum exemplum adducit Caniſius *in tract. different. utriuſque juris different.* 10. *ex cap. delicti de judiciis*, quod expendit videndus Barboſa *dicta diſt.* 10. *cap.* 1. *n.* 4. & de quo dixi ſatis in
19 eo textu. † Alii inquam Reges Imperatori ſubjecti leges condere nequeunt abſque licentia Imperatoris. Villalobos *in ſumma dict. diſ.* 8. *n.* 1.
20 *in fine.* † Et quod quælibet Reſpublica non recognoſcens ſuperiorem in temporalibus poteſt leges facere, ut Venetorum Reſpublica, & aliæ: Villalobos *ſupra num.* 10. & de aliis infra *q.* 12. *in fine.*

21 Et quod lex humana omnes ſubditos obliget, etiam extra territorium tradit D. Archiepiſcop. Tapia *in ſumma lib.* 4. *part.* 1. *q.* 16. *art.* 1. & 2. ubi *ab articulo* 3. qualiter peregini & advenæ obligentur de quo fuſe ago infra *ſub q.* 14. nec facit contra hoc dictum ſupra *n.* 12. cum illud ſit reſpectu legiſlatoris in ſuo territorio & non extra ſed nunquid Epiſcopi obligent ſubditos ſuos extra territorium delinquentes dico infra *q.* 10. *n.* 21. verſ. *ad tertiam.*

QUÆSTIO IV.

Lex an condi poſſit à Papa, vel à Principe ſupremo ſine conſilio Cardinalium, aut Procerum & an Regina hæres Regni, & ſi nubat poſſit per ſe leges condere. Leges humanæ tam Pontificiæ, quam Civiles ut obligent an requirant populi conſenſum, & acceptationem. Et an jus Civile obliget in Hiſpania.

SUMMARIUM.

1 *Papa poteſt condere leges ſine Concilio Cardinalium.*

2 *Papa non tenetur conſulere ſuos fratres, nec Imperator.*

3 *Clauſula in Decretalibus epiſtolis ſolita poni:* de fratrum noſtrorum conſilio *decentiæ magis, quam neceſſitatis eſt.*

4 *Papa res arduas poteſt etiam ſine conſilio Cardinalium decernere, ſed non ſolet id facere,* ut n. 5. 6. & 7.

6 *Papa Urbanus reſpondit legatis Peruſinis, Pontificem non eſſe ſolitum negotia gravia in camera privata expedire, ſed in Apoſtolico conſiſtorio.*

8 *Papa licet aliquem cooptare in collegio Cardinalium ſine ipſorum conſenſu. Et num privare Cardinales delinquentes* remiſſive.

9 *Papa qui diſmembrare Epiſcopatum ſine Conſilio Epiſcopi, tamen requirit Conſilium Cardinalium ex vi directiva; non tamen coactiva.*

10 *Imperatores, Reges, & Principes, & ſi debeant leges expedire de conſilio Procerum, ſed non præciſe illud requirere* n. 11. & 12.

13 *Imperator Romanus non eſt Dominus condendi leges in univerſali Eccleſia.*

14 *Regina Regni hæres, ſi nubat, non ob id transfert totam poteſtatem ferendi leges in Maritum ſuum, qui tantum eſt caput quoad rem æconomicam familiæ* n. 16.

15 *Præſentationes, quæ competunt ad beneficia mulieribus, nequeunt fieri à Maritis ſuis, niſi conſenſu earum,* & n. 16.

16 *Leges condendi poteſtas non ſequitur titulos honoris, ſed Dominii jus, & Regni.*

17 *Regina Eliſabeth ſimul cum Ferdinando* el Catholico *plures leges recopilatas fecit ex amicabili concordia inter eos.*

18 *Legum conditarum obligatio eſſentialis non dependet ab acceptatione ſubditorum,* n. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. *ſolent tamen eas condere Principes cum ea conditione* à n. 23 & 25.

21 *Pontificis poteſtas in ferendo leges immediate dependent à Deo; plures tamen dicunt eas obligare, ſi acceptentur à ſubditis, ut* n. 22.

23 *Chriſtus dedit poteſtatem Prælatis non in deſtructionem, ſed in ædificationem.*

24 *Supplicatio à legibus Pontificis, ſuſpendit earum effectus.*

25 *Lege nulla cauſa nos tenent, quam quod judicio populi receptæ ſint.*

26 *Tridentinum Concilium non obligat in Regnis, & Provinciis, in quibus non fuit acceptum.*

27 *Bulla cænæ non obligat, ubi non eſt uſu recepta ſed ea per non uſum tolli non poteſt, cum quotannis publicetur* n. 28.

29 *Civile jus quando, & quomodo obliget in Hiſpania,* & n. 30. 31. & 33.

Judices tenentur ſervare leges civiles; quæ colliguntur ab ipſo jure naturæ, ut ſunt illa, quæ ſpectant ad conjecturandam mentem teſtatoris, & à n. 37.

30 *Leges civiles in Hiſpania ſervantur, quando deficiunt leges Regiæ ex conſuetudine, illiſque Cancellariæ & concilia admodum utuntur in definiendis litibus. Ubi quid in aliis Regnis,* & n. 36 37. & 38.

31 *Leges civiles pænales quatenus obſerventur in praxi.*

32 *Hiſpania antiquitus per legem damnabat ad mortem quoſcumque leges Civiles allegantes in judicio.*

33 *Leges civiles in Hiſpania obligant, non ut leges, ſed ut dictamina rationis.*

34 *Judex Eccleſiaſticus poteſt ſervare legem civilem fundatam ratione naturali, non quia lex eſt, ſed quia bona eſt* n. 35.

36 *Jus civile citra Imperium non obligat, niſi quatenus Princeps illorum Regnorum ſtatuerunt.*

39 *Leges civiles de mandato Regum Hiſpaniæ publice leguntur, & interpretantur in ſcholis.*

40 *Leges Hiſpaniæ quales fori leges non obligant, niſi uſu receptæ ſint; ſic ut eas allegans teneatur probare obſervantiam earum.*

41 *Juris civilis tranſgrediens leges, non punitur, niſi actus ſit contra jus naturale, vel Regni.*

42 *Contractus inter Hiſpanos non dicitur irritus, ſi tantum irritetur jure civili.*

1 AD primam quæſtionis partem jam dixi
ſub. q. 2. poſſe Papam leges condere
ſine conſilio Cardinalium; nunc vero ex propoſito agens idem eſſe tenendum affirmo ex
eo, quia poteſtas Papæ eſt maxima, & pleniſſima, *cap.* 2. *de præb. lib.* 6. *cap. propoſuit
de conceſſione præbendæ, clem.* 1. ut lite pendente, *cap. cuncta per mundum* 9. *quæſt.* 3.
ibi *ſine ulla ſynodo*, cumque poteſtas ejus ſit
libera *c. ſignificaſti in fine de electione*, ſequitur ut minime ipſe teneatur aliquem requirere, ut docet gloſſa *in clem. dudum de ſepulturis*: & ſic nec requirere conſenſum Cardinalium † Et ſic *gloſſa* 1. *in cap. Apoſtolicæ de re
2 judicata* dicit non teneri Papam conſulere
ſuos fratres, & promiſcue de Papa, & Imperatore loquentes docent Geminianus *in cap.
ſuper eo de hæreticis lib.* 6. ubi dicit hanc magis communem, & ſuſtentabiliorem, ſequitur Felinus in hac Rub. n. 2. ubi affirmat
eſſe communem Decius *in* 1. *lect. n.* 8. pro
qua facit *textus in l.* 1. *Cod. de legibus* ibi *ſoli Imperatori*, & ibi *ſolus Imperator*, & eſſe communem opinionem, & ex facto ſervari affirmat Albericus *in Rubrica Cod. de legibus.* †
3 ubi dicit clauſulam illam, quæ in decretalibus
epiſtolis inſeritur, ſcilicet *de fratrum noſtrorum
Conſilio* decentiæ magis, quam neceſſitatis eſſe,
dixit etiam communem opinionem Anania *in
cap. finiſſime num.* 4. verſ. *Papa de hæreticis*, &
Barbatia ſibi contrarius *conſ.* 1. *volum.* 1. *col.* 28.
paulo poſt medium eum ſequutus, & tenet Paulus *in l. humanum n.6.C.de legibus*, & in Papa tenent omnes, quos ibi adduxi *ſub. d. q.* 2.

Dubium tamen eſt an Papa poſſit res arduas
4 ſine conſilio Cardinalium expendere, & non
poſſe tenent Baldus *in l. pen. num.* 3. verſ. *cum ſit
Valde præciſa Cod. de bonis quæ liberis*, *Cardinalis
conſ.* 128. ubi generaliter tradit geſta per Papam,
quæ ardua ſunt ſine conſilio Cardinalium, quæ
ardua ſunt minime obligare ſucceſſores: eandem
ſequitur opinionem *in c. ex geſtis de Clericis.* non
reſidentibus, ubi etiam Imola *num.* 1. Abbas *in c.
quæ ſunt num.* 3. de his quæ fiunt *a majori parte
capituli*, ubi in hoc allegat duo jura textum *in c.
per venerabilem* ubi ipſe notat *num.* 1. *qui filii ſint
legitimi*, & *in c. fundamenta de electione lib.* 6. &
ſubjungit Abbas ibi hoc eſſe mirabile dictum
Archidiaconus *in c. ſunt quidem* 15. *quæſt.* 1. tenet
Francus *in c. ſuper eo n.* 2. *de hæret. lib.* 6.

Ubi refert ex Joanne Andrea *in cap. requiſiti
5 de teſtam.* quod inter Papam, & Cardinales eſt
quædam unionis identitas, ſequitur Baſil. *de
præſtantia Cardinal. q.*2. dicens eſſe ſuſtentabiliorem *n.* 11. & æquiorem *n.*24. nec contrariam eſſe
communem *num.* 28. imo hanc eſſe communem
& in ejus favorem fuiſſe obtentum, & judicatum olim.

Itaque Baldus *in l. fin Cod. de diverſ. reſcript.* 6
refert Papam Urbanum legatis Peruſinis ſupplicantibus expeditionem quorundam negotiorum
reſpondiſſe non eſſe ſolitum negotia gravia in
Camera privata expedire, ſed in Apoſtolico
Conſiſtorio, & ad hoc eſſe caſum, & multum debere notari, dicit communem Pariſius, *de reſignatione beneficiorum p.* 1. *lib.* 8. *q.* 5. *n.* 14. † Et ego
credo ſolidos eſſe Pontifices leges condere, & 7
alias res arduas cum conſilio ſuorum Cardinalium; ſed non ob id præciſe neceſſarium fore
ad ſubſtantiam, & validitatem; & ſi æquius,
honeſtiuſque ſit, quare fundamenta contraria
nihil aliud probant, quam quod de honeſtate, &
decentia, non de neceſſitate: & ſic procedere
in legibus condendis, quæ ſunt rei arduæ nimis.

Ex quo infero ut liceat Papæ aliquem in col- 8
legio Cardinalium cooptare ſine illorum conſenſu, licet ſit negotium arduum, ut determinat eleganter Joannes Andreas *in cap. ſane de converſione conjugator*, ubi idem ſequitur Antonius,
& Felinus ſupra, & in hoc Decius dicit ſe allegare gloſſam notabilem *in clem. Romani* verbo *poteſtatis* de elect. quæ nihil dicit; ſed noſtram opinionem docet Zevallos *in pract. q.* 645. *à n.* 1. ubi
*n.*6. diſputat an poſſit ſolus Papa Cardinales delinquentes privare, & ibi *n.* 11. an ſi Papa delinquat
quis poſſit eum punire, de quo adduxi aliqua
ſub c. 1. *de judic.* & uberius *ſub c.* 12.

Secund · quod Papa ſolus Epiſcopatus divi-
dit, ut docent Hoſtienſis *in c. cum contingat n.* 11. 9
de foro comp. ubi Butr. *n.* 11. verſ. *de conſuetudine*
Panormit. *n.* 18. Bellamera *n.* 15. verſ. *tamen cautum eſt*, Rota *deciſ.* 325. *n* 2. apud Farinacium
p. 1. *recent.* & ſic licet gloſſa *in c.* 1. *diſt.* 10. gloſſa
verbo *diviſis* & verbo *diviſiones* ibi *nec Papa invito Epiſcopo*, non tenetur ad hoc, quod Papa invito Epiſcopo non poteſt dividere Epiſcopatum, præterquam ex cauſa, ut præter Abbatem
in c. fin. ſub n. 12. verſ. & *vide de confirmat. utili*, &
in ſuas quæſtiones *q.* 1. *n.* 17. Felinus *in c. quæ in
Eccleſiarum n.* 42. *ad finem hoc tit.* Navarr. *de ſpoliis Clericor.* §. 3. *n.*2. † Tamen Loterius *de re bene-* 10
ficiaria contrarium merito dicit, ubi reprobat
lib. 1. *q* 11. *n* 33. & *ſequentibus* hanc gloſſam fundamentum Abbatis reſpondens, ac declarans doctrinam Abbatis *dicta q.* 2. *num.* 12. verſ. *conſilium
tamen collegii* exiſtimantis in nova conſtitutione
ſedis epiſcopalis, & diſmembratione, aſſignationeque Diæceſum requiri Conſilium collegii
Cardinalium, quod declarat, ut procedat reſpectu neceſſitatis directivæ, & intrinſecæ, non vero coactivæ neceſſitatis, & extrinſecæ, prout declarat etiam Cardinalis Paleotus *de ſacr. conſiſtor.
conſult. p.* 1. *q.* 3. *in reſponſ. ad* 3. *argumentum*,
Barboſa *in dicto c.* 1. *diſt.* 10. *n.* 8. *in fine*, & *n.* 7. qui
lib. 1. *de jure Eccleſiaſtico c.* 1. & 2. refert alia plura,
quæ Papa ſolus facit abſque conſilio procerum
in Eccleſia univerſali.

Jam ergo breviter ex eadem doctrina idem 11
reſpondendum eſt de Imperatore, Rege, aut quolibet alio Principe ſupremo, nempe ut licet regula ſit quod Principes debeant leges condere
ex conſilio procerum, ut probat textus *in l. placet in princ. Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, & gloſſa
verbo

verbo *ſanctiones in l. fin. C. de diverſis reſcript.* quia negotia ardua non expedit Princeps ſine illis, textus in auth. habita C. *ne filius pro patre*; ſed legem condere eſt res ardua, & maximum negotium, cum in eo conſiſtat ſupremus, & maximus meri imperii gradus, ut exiſtimat Bartol. *in l. imperium n. 7. ff. de juris domin. judicum.*

12 Tamen dicendum eſt ut prædicta requiſito procerum ad leges condendas non ſit preciſe neceſſaria, ut valeant, ſed tantum ex urbanitate, & fundamentis jam relatis de Pontifice: & facit in terminis textus *in l. bene à Zenone C. de quadrien. præſcriptis. l. deprecatio ff. ad leg. Rhod.* de. licta, quibus probatur Principes habere in temporalibus eandem libertatem; & ſic contra Bald. tenuit Hugolinus Doctor antiquus *in cap. in iſtis* ꝯ. *leges diſt.* 4. dicit communem Geminianus *in c. ſuper. eo n. 4. de haret. lib* 6. ubi dicit illam magis communem, & ſuſtentabiliorem, Decius *in* 1. *lectura num.* 8. ibi *ſoli Imperatori ſolus Imperator.* cum aliis Zevallos *dict. q. 645. n. 3. & 4.*

13 Quænam intelligea, ut leges Imperatoris non ligent non ſubditos, cum Imperator non ſit mundi Dominus, ut Doctorea communiter tenent, de quo bene ſcripſi ſub *de c. novit de judic. q. 4.* nec quod Imperator Romanus ſit Dominus condendi leges in univerſali Eccleſia, ut late probat legendus Suarez *de legibus lib. 3. cap. 7. & 8.*

14 Ad ſecundam quæſtionis partem an Regina hæres Regni, ſi nubat poſſit ſola leges condere, & de jure ſecundum Bald. *in cap. ſignificavit de reſcriptis*, Tyraquellum *de nobilitate cap.* 18. Alciat *l. 1. C. in jus vocando*, Gregor. Lopez, & alioa dicendum eſt ut licet Regina ſit Regi marito ſuo ſubjecta; imo & ejus maritus ſit vere Rex mediante matrimonio *l. 9. tit. 1. part. 2.* ubi Gregor. ſed non ideo quod Regi ſit ſubjecta in adminiſtratione domus, tamen non tranſtulit in eum per matrimonium cum eo contractum poteſtatem condendarum legum, & gubernandi,
15 quam ipſa Regina hæreditario jure habebat. † Et confirmatur nam præſentationes, quæ ad uxores pertinent non poſſunt fieri à maritis ſuia, niſi earum conſenſu; ob idque ſi Regina contra diceret potius ei obediendum foret, & non Regi; ſin vero non contradiceret, tunc Regi imperanti aliquid, in quo præſumitur id factum de conſenſu Reginæ: comprobat deciſum Villalobos *in ſumma p. 1. tract. 2. dif. 8. num. 9.* & ita tenendum eſt noviſſime cum Diana *part. 11. tract. 3. reſ. 25. in* verſ. *ſed ſi aliquis curioſus cum Præpoſito in part.* 2. D. Thom. *quæſt. 95. diſput. 1. dub.* 3. eo quod pertinet leges condere ad eum, cujus eſt
16 Regni Dominium. † Nec referre quod maritus vocetur Rex, & honoretur tanquam Rex, quia poteſtas leges condendi non ſequitur titulos honoris, ſed ſolum Dominii jus, & Regni, quod eſt penes Reginam ſolam. Nec referre quod ſi caput mulieres, quia hoc accipitur quoad rem œconomicam, & familiæ adminiſtrationem, ſed mulierem poſſe eſſe caput, quoad politicam adminiſtrationem, cum nullus negare poſſit, ut Regina ſit caput politicum civium, ſi maneat innupta, & applicabia quæ dico *infra q. 9.* verſ. *ad tertiam.*

17 Unde addo quod etſi ex pluribus, pragmaticis, ſanctionibus, ac proviſionibus, quæ exiſtunt ſunt libri novæ recopil. apud nos Hiſpanos, in quibus earum conditores in ſimul ſunt D. Ferdinandus, & Eliſabeth Regioa hæreditaria hujus Regni: tamen illud factum fuiſſe ex amicabili concordia talium Regum Catholicorum; ſin autem Regina per ſola vellet leges condere revera ex doctrina relata ea, non Rex maritus ſuus conderet ex præhabita ratione, & fundamentis.

Ad tertiam quæſtionis partem video Doctores diſcordare, quia multi docent non requiri populi conſenſum, ut obligent leges civiles & Pontificiæ; eo quod Legiſlatores legem imponunt jure præfecturæ, & dominii, quod ſubditos habent. Et quia obligatio legia oritur ex ſubjectione, qua ſubditi prælatis ſubſunt, & obedientia, quam illis præſtare tenentur. Non enim oritur obedientiæ vis à ſubditi acceptatione; etſi liberum eſſe populo diſſentire, & leges reſpuere, non eſſent ſubditi: nam voluntate, & non neceſſitate parerent, & fieret quaſi conventio quædam, & pactum inter Subditos, & Prælatum de obſervanda lege, nec ullum eſſe obedientiæ vinculum docent Puteanus *in p. 2. D. Thom. q. 95. art. 3. dubio unico concl.* 2. Granad. *in p. 1. contract 7. tract. 3. p. 1. diſp. 7. num.* 3. Vaſquez *in part. 2. tom. 2. diſp. 156. c. 5. num.* 36. Malderus *in p 2. q. 90. art. 3. dubio* 2. Lorea *in part. 2. tract. de legibus diſp.* 26. Suarez *de legibus lib. 3 c. 19. & lib. 4 c. 16.* Bart. *in expoſitione Bullæ Clement. 8. de largit. numer. p. 7. principali* Baſilius *de matrim. lib. 5. c. 7. n. 2.* & quod regea poſſint inſtituere leges pro gubernio ſuorum ſubditorum abſque illorum conſenſu docent Greg. Lopez *in l. 16. tit. 1. p. 1.* gloſſa 4. Calixto Ramirez Ceptatione *in lib. reglar.* §. 21. *n.* 21. *num.* 6. D. Juan de el Caſtillo *lib. 7. de tertiis c.* 41. *num.* 77. cum infinitis. Trentacinchius *lib. 2. var. tit. de judic. reſ. 8 num.* 1. Morlaz & Martinez *in Allegatione pro regno Arragoniæ* ille *num.* 52. *iſte à num.* 370. Caſtro Palao *tom. 1. tract. 3. diſp. 1. puret.* 3. Adam. concert. *lib. 4. politica c. 8.* ꝯ. 13. Marquez *in Gubernatore Chriſtiano lib. 1. c. 18.* §. 3. frater Juanes Martinez de Prado *tom. 1. ſummæ c. 3. q. 6. num.* 5. Araujo *tom. 2. q. 97. diſp 3. ſect.* 2. Archiepiſcop. Tapia *in Catena mira lib 4. art. 9. fol.* 323. Joann. Leonardo in *Parergon* poſt diſputationem de juram calumn. inter diſputationes Chriſtoph. Veſoldi. 18

Et confirmatur quia ſtando in principiis naturalibus, ut lex obliget, non eſt neceſſum ut à populo acceptetur uſu, cum alias daretur, ut populus eſſet ſuperior Principe; indeque procedere, ut poſſit Rex, ſeu Princeps populum compellere ad legis obſervantiam, & quod leges acceptet reſpective ut docent Suarez *dict. cap. 16. lib. 4 num. 2. 3. & 4.* Caſtro *de lege pœnali lib. 1. c.* 1. Turrecremata *in §. leges ſup.* † Etenim ut refert Diana *p. 1. tract. 10. de legibus reſ.* 1. niſi lex cogeret ſubditos, & obligationem induceret, abſque dependentia ab eorum approbatione, ſubditique poſſent diſſentire, eſſet bellum utrinque juſtum: nam legiſlator juſte exigit obedientiam, & obſervationem legia, & ſubditus juſte reſiſtit cum acceptatio legis ejus arbitria commiſſa ſit, ſic deſumens ex Lorea, ubi ſupra qui aliud fundamentum in confirmationem adducit. 19 20

Et licet reſpectu Pontificia ut veriorem prædictam ſententiam amplectat, quia ejus poteſtas eſt immediate à Deo, & non à populo, ſicque legem ejus non pendere quoad ejus obligationem à populi acceptatione, & per hoc peccare illam 21

non

non acceptando, quamvis per non uſum ſi eſt
abrogata non obliget amplius, ut tenet Diana
ubi ſupra in fine, & conſtat ex Chriſti verbis
ibi *quodcunque ligaveris*, & ibi *paſce oves meas*,
quæ abſque conditione dicta, nullam populi ac-
22 ceptationem deſiderant. † Tamen video quam
plures Doctores tenere reſpectu Pontificis, ut
acceptatio requiratur ad legum valorem contra
Dicardum in Bulla quæ *lib.* 1. *c.* 3. *q.* 6. *n.* 9. & alios
ab eo adductos, quia ita voluntas Pontificis in-
terpretatur, ut quandiu lex ipſius non eſt à po-
pulo recepta, velit ejus obligationem ſuſpendi,
ne detur peccandi occaſio: ſic docent Azor *mo-
ral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 4. Becanus, & Reginaldus ille
in ſumma Theolog. p. 2. *tract.* 3. *c.* 6. *q.* 8. *n.* 2. iſte
tom. 1. *lib.* 13. *c.* 16. *n.* 160. Villalobos *in ſumma
p.* 2. *tract.* 2. *dif.* 16. *n.* 6.

23 Et confirmant Doctores ex illo Pauli 2. *ad co-
rinth.* 13. ubi aſſerit Chriſtum dediſſe hanc po-
teſtatem Prælatis Eccleſiæ, non in deſtructio-
nem, ſed in ædificationem; & in præſumendum
eſſe Prælatos non velle uti ſua poteſtate contra
communem populorum conſenſum, quod eſſet
uti in deſtructionem, non ædificationem: ſic
24 docent etiam alii. † Quod ſi ſupplicaretur à le-
gibus Pontificiis, ut ſuſpendatur earum effectus,
docent Fulin. *inc.* 1. *de treug.* Caſtro *lib* 1. *de lege
pœnali c.* 1. Ancharran. *conſ.* 214. Suarez *de legi-
bus* 1. *p. lib* 4. *c.* 16. *n.* 6. ſic probantes ex *c. ſi quan-
do de reſcriptis*, Villalob. *dict. p.* 1. *tract.* 2. *diſ* 16.
num. fin. qui cum eodem Suarez *num.* 8. teſtatur
de conſuetudine, qua utuntur plures provinciæ
ſupplicandi ad ipſum Papam de legibus ſuis, cum
qua ipſe Papa tranſit; ſed an à lege appellari
queat dixi infra hoc tit. *in c.* 6. *q. fin.*

25 Quoad Principes vero ſæculares in practica
poteſt dici eorum leges conditas non habere
obligandi vim, niſi ex acceptatione ſubditorum,
quia leges promulgantur ſub tacita conditione,
ſi à populo acceptentur, eſſeque conforme be-
nignæ Principum, & legiſlatori voluntati: ne
nimis ſuis ſubditis oneroſi videantur, ſicut vi-
detur determinatum *in l. de quibus ff. de legibus*; eo
quod ibi habetur quod nulla cauſa leges non te-
nent, quam quod judicio populi receptæ ſunt
ibi in verſ. *nam quod ipſæ leges, & ex c. in iſtis dict.
§. leges diſt.* 4. ibi *leges confirmantur cum moribus
utentium approbantur*: ſic docent Villalobos, Be-
can. & Azor ſupra relati, Felinus *in c.* 2. *de treu-
ga, & pace à n.* 13. Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 16. Na-
varrus *conſ.* 1. *hoc tit. lib.* 1. *n.* 3 *& in manuali
c.* 23. *n.* 40. Rolandus *conſ.* 99. *n.* 6. Gregor. *in
l.* 16. gloſſa *an el pueblo tit.* 1. *p.* 1. Gutierrez *de
juram* 1. *p. c.* 38. *n.* 9. Sayrus *decenſ. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 8.
Vaſquez 12. *diſp.* 156. *c.* 5. *n.* 34. Tannerus *in p.* 2.
D. Thom. diſp. 5 *q.* 5. *dubio* 4. *n.* 130. Chochriez
de juriſdict. tom. 1. *q.* 50. *num.* 8. Valentia *tom.* 2.
diſp. 7. *q.* 5. *puncto* 2. Filius *tom.* 2. *tract.* 21. *c. ult.
n.* 429. Sanctarelus *in tractatu de hæreſi c.* 13. *n.* 21.
Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *c.* 22. *dubio* 13. *n.* 98. Regi-
nald. *tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 16. *n.* 160. Homobonus *de
exam. Eccleſ. p.* 2. *tract.* 11. *c.* 7. *q.* 17. Emanuel Sa
verbo *lex n.* 1. Miranda *in man. prælat. tom.* 2. *q.* 25.
art. 21. *concluſ.* 1. Barboſa cum aliis multis *in dicto
c. in iſtis diſt.* 4. *n.* 4. inter quos Sylveſter, Natta,
Menoch. Perez, Azevedus, Flamin. Bernard.
Gravæ, Stephanus Gratianus. Et videtur tenen-
dum ex dictis quæſt. ſequenti. † Et ex eo quod
26 tridentinum concilium non obligat in Regnis,
& provinciis, in quibus non fuit receptum, ut
eſt communis Doctorum placitum, de quo dixi
aliquid *ſub c. lib. de foro competenti q.* 31. aliquid
infra *q.* 5. verſ. *ad quartam* ex Barboſa legendo
ſub. n. 5. *&* 6. ob idque multi requiri populi ap-
probationem dixerunt per text. *in l. de quibus ff.
de legib. c. cui eſtis* §. 1. *diſt.* 4. Becanus *p.* 2. *tract.* 3.
c. 6. *q.* 8. Valle Dei houra *de Enſalmis & incan-
tationibus ſect.* 1. *c.* 15. *n.* 13. Salcedus *de lege Po-
litica lib.* 2. c. 1. *n.* 37. Gabriel Pereira *decij.* 95. *n.* 9.
& ambo cum multis aliis.

UndePuteanus *in c.* 2. D. Thom. *q.* 11. *art.* 4. *du-* 27
bio 2. Filiucius *tom.* 1. *tract.* 11. *c.* 1. *q* 5. *n.* 11. cum
Sanchez, & Azorio, Joannes Valerius *in diſerent.
utriuſque juris diſerent.* 30. *num.* 2. Becan. *in part.* 2.
tract. 3. *c.* 6. *q.* 8. *num.* 4. docent Bullam cœnæ, ubi
non eſt uſu recepta non obligare in conſcientia,
de quo ex dictis alii, & magis probabiliter con-
trarium aſſeverant, ut refert Diana *dicta reſol.* 1.
in verſ. *unde.*

Qui ibi in fine ait quod cum Bulla cœnæ quo- 28
tannis publicetur, non poteſt per non uſum tol-
li. Quid tamen erit quando lex aliquam iniqui-
tatem contineat, vel à majori parte populi non
recipiatur, dico infra *q* 5.

Ad quartam quæſtionis partem, an jus civile 29
obliget in Hiſpania ſuppoſitis quæ dixi *ſub c.* 15.
de teſtibus, quando deficiente lege Regia, ſeu ju-
re canonico judicetur, juxta leges civiles, &
quod judices tenentur ſervare leges civiles,
quæ colliguntur ab ipſo jure naturæ, quales ſunt
illæ, quæ pertinent ad conjecturandam ratione
optima teſtatoris mentem, eo quod ſunt pru-
dentiſſimæ conjecturæ, ut tradit Villalobos ſu-
pra *difficult.* 8. *n.* 4. tota difficultas eſt de aliis le-
gibus pœnalibus, aut diſponentibus ad bene-
placitum ipſius legiſlatoris.

Et pro affirmativa ſententia facit quod in no- 30
ſtra Hiſpania, deficientibus prædictis legibus,
recurritur ad jus civile Romanorum, ut docent
Burgos de Paz *in l.* 1. *tauri n.* 520. Anton Go-
mez *ibi n.* 10. Pinelus *in Rubrica C. de bonis mater-
nis p.* 2. *n.* 12. Ziſuentes *in l.* 3. *tauri num.* 3. & ad-
dit Villalobos *in ſumma dicta dif* 8. *num.* 6. ſic
conſuetudine eſſe introductum, nec procedere
ex vi legum Civilium, ut ſic aut crebro accidit
judicari per eas in Cancellariis, & judiciis ſupre-
mis, & ab Advocatis allegari; imo in ſenatu
celeberrimo Cancellariæ Pintianæ & in conſiliis
ſupremis hic Matriti vide & videbo ab hinc annis
multis uberrime uti legibus, & deciſionibus ci-
vilibus, per eaſque cauſas decerni, nec alias illo
jure non verſatos, haberi pro doctis, & taliter
videtur procedere hæc doctrina, quod exiſti-
ment Caſtr. Palaus *tom* 2. *tract.* 3. *diſp.* 1. Sanchez
de matrim lib. 7 *diſp.* 87. *num.* 29. ut extendatur ad
alia Regna, ubi deficientibus propriis legibus
recurratur ad jus civile, ſecundum cujus leges
judicent.

Nihilominus exiſtimo verius, ut juris civilis 31
legibus illis, nempe quæ pertinent ad delicta,
aut contractus, non debeat inviolabiliter judi-
cari in caſu prædicto, niſi in quantum earum ra-
tio locum habeat, ut docent Matienzus in *l.* 2.
recopil. tit. 5. gloſſa 1. *n.* 15. Gregor. Lopez, Vaſ-
quez 12. *tom.* 2 *diſp.* 153. *c.* 2 *à num.* 15. ex eo, quia
Imperator non eſt mundi Dominus, qui ſpecia-
liter in Hiſpanos nullam habet juriſdictionem
cum Rex noſter juxta quæ late dixi *in c. novit de
judiciis q.* 5. *&* 26. non ſit ſubjectus Imperatori,
& ſupremam habeat poteſtatem in his Regnis,
vindi

vindicatâ Hiſpania à Mauris, qun ſit ut Imperatorum leges nos non obligent, niſi velit Rex noſter Hiſpanos eis nos ſubjicere, & præter relatos docentSalas *de legibus tract.* 14 *diſp.* 7 *ſect.* 9. *n.* 18. Granad. 12. *contr. tract.* 3. *p.* 1. *diſp.* 3. *ſect.* 3. *num.* 3. ut contrariam ſententiam merito falſam putent, & docent Suarez *de legibus lib.* 3. *c.* 8. *n.* 5. Gurdon *in Theologia morali tom.* 1. *lib.* 2 *q.* 9. *c.* 3. *n.* 13. cum multis aliis conſultis, & Molina *de juſt.*
32 *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 30. † Imo, ut docent Palacios in *Rub. c. per veſtras de donat, inter virum & uxorem in initio.* Oldradus *conſ.* 69. antiquitus in Hiſpania fuit lex ad mortem damnans quoſcumque allegantes leges juris civilis in judicio.

33 Nec obſtat dicere allegari paſſim jus civile in his Regnis, & ejus leges, quia non concludit ut obligent ut leges, ſed tantum ut dictamina rationi Conſentanea (cum re ipſa talia fuerint)
34 & naturam contractuum optime explicantia. † Unde Panormit. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ hoc tit. n.* 1. Univerſe ait quod ubi lex civilis Imperatorum eſſet fundata ſuper ratione naturali poteſt judex Eccleſiaſticus illam ſervare non ratio-
35 ne legis, ſed ratione naturali. † Et Bald. *in c. fin. hoc tit.* teſtatur Franco uti lege Romana, non quia lex eſt, ſed quia bona eſt, Diana *part.* 5.
36 *tract.* 14. *miſcel.* 2. *reſol.* 69 † Ubi concludit cum Gordono *dict. q.* 9. *num.* 13. *c.* 3. jus civile in aliis Regnis citra imperium non obligare, niſi quantum illorum Regnorum Principes ſtatuerunt.

37 Nec ſecundo obſtat fundamentum primæ ſententiæ de conſuetudine hujus Regni, quia talis conſuetudo, & uſus non poteſt probari ex eo quod frequentius judicent judices per leges civiles, deficientibus propriis, quia id faciunt non obligatione, ſed imitatione, quia ſcilicet dictæ leges æquitati proximiores videntur: ita
38 Diana ubi ſupra. † Et Granadus *dicta diſp.* 3. *ſect.* 3. *num* 25. optime advertit, ut conſuetudo ſolum citandi leges civiles, ut in his, quæ ad jus naturale accedunt magni habendæ, eo quod optimis rationibus Juriſconſultorum reſponſa niti ſoleant.

39 Sed pro prima ſententia in Regnis adhuc fecit quædam lex Regia Eldifonſi Compluti facta, quam poſtea confirmavit Rex Ferdinandus Catholicus, ubi vult, ut in publicis ſcholis, & univerſitatibus legantur, & explicentur leges civiles, quia in illis ſunt plures res dictæ cum eruditione; & quod ſubditi habeant earum ſcientiam; imo & per illas honorentur, ſicque practicæ videmus in ſcholis ſalmanticis, & Pintiæ publice, & ſtipendiis Regiis doceri à plurimis viris eruditis conatu maximo, & concurrentium apparatu ſed reſpondetur id procedere, non ut obliget earum obſervantia, niſi in quantum ſit cum æquitate, & ratione, ut jam diximus.

40 Notandum vero eſt leges Hiſpaniæ non omnes obligare, niſi uſu receptæ ſint, ut ſunt fori leges, docent Gutierrez *de juram. part.* 1. *cap.* 38. Rodericus Suarez *in proœm. leg. fori*, expreſſe probat *lex* 1. *tauri*, qua cavetur, ut obſerventur leges fori in quantum ſint uſu receptæ, Villalobos *dicta diſ.* 8. *n.* 7. & addunt Suarez *ſupra n.* 2. Paz *in d. l.* 1. *ân.* 107. & 109. ut qui eas alleget in judicio teneatur probare eſſe obſervantiam; & uſum.

41 Secundo notandum eſt quod ſtando etiam in dicta 1. opinione ejus Doctores docere neminem eſſe puniendum propter legum tranſgreſſionem civilium, ſi actus non ſit contra jus naturale, vel Regni, † nec contractum fore irri- 42
tum, & ſi à jure civili irritetur, quia ſi hos effectus leges civiles haberent, obligarent Hiſpanos, ſicut propriæ, quod non eſt dicendum, ut tradunt Caſtr. Palaus *d. tom.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 1. Diana *d. reſ.* 69. *in fine.*

QUÆSTIO V.

An ſi non conſtet legem eſſe quoad uſum receptam, teneatur quis eam ſervare & an ſi quandoque lex ſervetur, quandoque non intelligatur uſu recepta, an vero abrogata an lex quæ non eſt uſu recepta, ut non obliget requirat ut Princeps ſciat eam non eſſe uſu receptam, & tolleret ipſius non uſum & quando, & à quibus dicatur uſu recepta, ut obliget & cui incumbat onus probandi eſſe legem uſu receptam.

SUMMARIUM.

1 *Lex lata obligat, ſi conſtat de ea, quando dubium eſt de ejus acceptatione. Præſumitur enim uſu recepta, ut* num 2. *Et quando fuit ſemel obſervata* num. 3. *videtur contra* num. 6.

4 *Lex ligabit ſi acceptata eſt in foro conſcientiæ; & ſi non conſtet de ejus acceptatione quoad forum exterius, quia remanet in ſua poſſeſſione.*

5 *Lex juſta, & ſufficienter promulgata ſtatim obligat contra quod dixit Caramuel* n. 1. *& ſubditi eam non recipientes peccant.*

7 *Lex partim uſu recepta, partim, non, quando obliget.*

8 *Lex ut deſinat obligare, qualiter in Principe requirat ſcientiam illius non uſus, & repugnantiæ ſubditorum* n. 9. 10. & 11.

12 *Lex dicitur uſu recepta, quando major pars communitatis illam recipit, non ſi unus, vel duo, & è contra ita dicetur non recepta.*

14 *Legem receptam fuiſſe, vel non probare quis num teneatur?* & n. 4. *ubi expenditur.*

15 *Lex non obligat antequam ſaltim recipiatur à majori parte populi, nec revocata in Decretis Tridentini.*

16 *Bullæ Romæ publicatæ obligant ſcientes illas publicatas.*

17 *Confeſſarius monere non tenetur pœnitentem ignorantem Bullam Papæ.*

18 *Doctor legens non tenetur docere legem, quæ non obligat Provincialem.*

AD primam quæſtionis partem negative 1
reſpondet Caramuel *fundamento* 18. *quæſt.* 3. *n.* 458 nam ſi dubitatur an ſit lex uſu recepta, ſequitur eſſe dubium an obliget, & per conſequens nemo teneatur eam ſervare, quia in hoc dubio poſſeſſio ſtat pro libertate: & ſic de Bulla Pii V. quæ loquitur de

pœna

Digitized by Google

pœna privationis privilegiis, clericalis officii, & beneficii dicit probabiliorem eſſe eam ſententiam, quæ aſſerit eam Bullam non eſſe uſu receptam quoad forum exterius: ſic ex Enriquez, Avila, & Sairo, ergo infert Caramuel non eſt cur ea lex obſervetur.

2 Adhuc tamen dicendum eſt ut quoties conſtat de lege lata dubium vero eſt de ejus acceptatione lex lata obliget, quia in pari dubio, cum lex ſit in poſſeſſione debet obſervari, juxta juris regulam melior eſt conditio poſſidentis in dubio pati, ut late probo *in cap. ad audientiam, c. ſignificaſti de homicidio*: ita Sanchez *in ſumma lib* 1. *c.* 10. *num.* 35. & probatur, quia Principes ſtatim, ac lex C. 8. Et ſufficienter promulgata puniunt transgreſſores; ergo ſignum eſt non requiri acceptationem populi ad obligationem legis; quod an ſit verum dixi jam *q.* 4. *præced.* ſub verſ. *ad tertiam*; & ſic in dubio non eſſe judicandum pro libertate ſubditorum, ſed pro ipſa lege, ac proinde quod præſumatur lex uſu recepta, docent Bartol. *in l. illa num.* 5. *ff. de verb. obligat.* Rolandus à Valle *conſ.* 90. *num.* 53. *volum.* 1. *&* *de lucro dotis q.* 59. *in fine*, Jaſon *in l. rem non novam C. de judic.* Alex. *conſ.* 132. *n.* 2. *&* 3. *volum.* 1. Decius *conſ.* 649. *columna pen. n.* 16. Pariſius de Put. *de ſyndicatu cap. ſtatutum col.* 1. Benint. *dec.* 13. *num.* 10. Marta *de juriſdic part.* 4. *cent.* 1. *caſu* 19. *num.* 18. loquens tantum de lege Principis. Cabale. *tract. de tutel. & curat. n* 42. Surdus *conſ.* 58. *n.* 2. Gozadinus *conſ.* 36. Maceratus *lib.* 1. *reſ.* 46. *num.* 2. Mareſcotus alios referens *tom.* 1. *variarum reſol. lib.* 2. *c.* 3 . *num.* 42 Curtius *conſ.* 129. *n* 11. Natta *conſ.* 575. *n.* 33. verſ. *non obſtat lib.* 3 Herculan. *de negativa num.* 26. verſ. *infertur* 28. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1332. *n* 2. Menochius *de
3 præſumptionibus lib.* 5. *præſumptione* 1. † ubi intelligit quando lex fuit ſemel obſervata, Layman. *in Theologia morali lib.* 1. *tract.* 4 *c.* 3. *n.* 6. Alexander Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.* 6. *à num.* 94. Cardin. Tuſchus *littera l. concl.* 257. *num.* 2 *&* 4 cum aliis Barboſa *in c. in iſtis dict.* 4. *n* 8. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 16. ubi reſolvit in verſ *ergo*.

4 Quod ſi conſtat de acceptatione legis, licet non conſtet de acceptatione quoad forum exterius, ligabit adhuc etiam in foro conſcientiæ contra Caramuel, quia lex remanet in ſua poſſeſſione, & vigore quoad obligationem fori interni, & externi, donec contrarium probetur, ſic probans ex dicta Bulla Pii V.

5 Nec obſtat fundamentum adductum à Caramuel, quia negatur antecedens, nam lex juſta, & ſufficienter promulgata, ſtatim incipit obligare, & exigit ut acceptetur, atque adeo ſubditi tenentur illam admittere, ut eam non recipientes, ſi eam tranſgrediuntur graviter peccent, licet tranſacto tempore, quod jus præſcribit, & poſita bona fide in ſubditis poſteris, hi excuſentur ſi legem illam non ſervent, nam ipſa tunc abrogatur per deſuetudinem, ut infra dico: ſic Diana
6 & Doctores jam relati. † Et pro ampliori enodatione noſtri dubii adjunges quæ ex Azorio *lib.* 2. *p.* 1. *mor. c.* 19. *q.* 11. Salas *de legibus part.* 2. *q.* 21. *tract.* 8. *diſp. unica ſect.* 18 *num.* 169. ibi contrario *quæſt.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 13. *ſect.* 5. *num.* 22. Bonacina *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *p.* 4. *num.* 31. tradit Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſ.* 2. ubi dum agit de quæſtione an quando dubium eſt, ſi lex ſit uſu recepta nec ne præſumatur eſſe acceptata, ubi etſi ſolus affirmet, Azor negat, & probabiliter tenet idem Diana, ut lex præſumatur non acceptata exemplificans in Bulla Clem. VIII. de largition mun. & in extravag. *ambitioſæ* Pauli I. *de rebus Eccleſ. non alien.*

Ad ſecundam quæſtionis partem Reminald. 7
Senen. *conſ.* 110. *num.* 19. *lib.* 1. Aretinus *conſ.* 11. *n.* 5. dicere videntur quod ſi lex in parte ſervetur, & in parte non, tunc non præſumatur uſu recepta, prout eos ſic dicentes refert, & ſequitur Cardinalis Tuſchus *dict. lit. l. concl.* 249. *num.* 27. *lib.* 3. ubi dicit iſto caſu attendendum eſſe id, quod frequentius fuit ſervatum Aldered. Maſcerd. *ſupra n.* 90. Barboſa *in dicto c. iſtis num.* 9. ubi refert, & ex Felin. *in cap.* 1. *hoc tit. dicente num.* 11. verſ. *quinta declaratio* in hoc attendendum eſſe quod ſervat major pars, de quo infra in verſ. *ad quartam.*

Ad tertiam quæſtionis partem videntur Do- 8
ctores eſſe diverſos; quia Præpoſit. *in dicto cap. in iſtis diſt.* 4. *poſt med. col.* 4. verſ. *vel quod, &* verſ. *tertia concluſio* & Doctores præcipue Bartol. *in in cap* 1. *de treug. & pace num.* 33. *in fine* Imola *col. pen. in fine n.* 9. Felin *poſt num.* 6. in verbo *lex nova, & n.* 13. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *ſub num.* 6. verſ. *quinto.* Capr. *concluſ.* 14. *n.* 2 *&* 8. Reginald. *in praxi fori p nit. lib.* 13. *n.* 164 Benin. detend. *deciſ* 13 *num.* 9. Sylveſter verbo *lex q.* 1. Puteus *deciſ.* 1. *n.* 4 verſ. *ergo ut detur contrarius uſus lib.* 1. Tuſchus *dict. litt. l. concl.* 257. *n.* 12 dicunt ut requiratur conſenſus Principis, ut lex non uſu recepta deſinat obligare, & quod Prin-
ceps ſciat eam non eſſe uſu receptam. † Verum 9
Azor *inſtit. moral part.* 1. *lib* 5. *cap.* 4. *q.* 2. Salas *de legibus diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 13. Suarez in eodem *tractatu lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 10. & alii, quos refert, & ſequitur Bonacina *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *n.* 45. dicunt ut ſufficiat tacitus conſenſus Principis, qui conſiſtit in tacita illa conditione, ſic acceptetur ſub qua Principem videri legem condere. Et de hoc dubio adjunges quæ ex Azor, Salas, Reginald. & Rodriguez ad diverſa tradit, Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſolut.* 4. componenda ex dictis.

In hac ergo difficultate verius eſt ſub diſtin- 10
ctione loquendum an Legiſlator populi repugnantiam ſciat, & conniveat, & hoc in caſu cenſeatur legem revocare, tanquam ſubditis difficilem, & incommodam, & comprobatur, quia ſi populus à lege lata ſupplicat, ſuſpenditur ejus effectus, non per appellationem, quia à lege non appellatur, juxta textum *in l. ſi rex ff. de appell. recip. vel non*, de quo dixi ſub *cap.* 3. *de appellat. ſub. q.* 3. verſ *ad tertiam*, ubi *an pena, vel mulcta legis appelletur*; ſed quia non recipitur cum ab ea appelletur, Villalobos *in ſumma part.* 1. *tract.* 2.
diff. 16. *n.* 4. † aut legiſlator ignoret an denique 11
ſciat, & ad legis obſervantiam per executores compellat in his caſibus legis obligationem durare; donec legitimæ præſcriptionis tempus decurrat, ſicut & durat cum Legislator in dicto ultimo caſu ad obſervationem promulgatæ legis compellat, tranſgreſſoreſque puniat, quia tunc ſinguli ſervare tenentur, ſi juſta ſit etiamſi major communitatis pars reſiſtat, & docent in terminis has tres diſtinctiones Layman in *Theologia morali dicto tract.* 4. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. verſ. *tertium* Navar. *conſ.* 1. *q.* 5. *hoc tit.* Barboſa *dict. c. in iſtis diſt.* 4. *n.* 13.

Ad quartam quæſtionis partem quando, & à 12
quibus

quibus dicatur uſu receepta ſuppoſitis quæ ſupra adduxi *quæſt.* 4. verſ. *ad tertiam*, an de ſubſtantia legis humanæ ſit populi acceptatio, de quo prætter ibi dicta cum multis ad utramque partem *in dicto cap. in iſtis diſt.* 4. legem n. 5. & 6. contra multos negativam ſententiam ſequitur: reſpondeo quod lex dicitur uſu recepta, quando non unus vel duo eam recipiunt, ſed major para communitatis eam recipit faciendo quod lex præcipit, aut eam approbando verbo, vel ſcripto, vel illam non rejiciendo, aut improbando, ac vice verſa dicatur uſu non recepta, quando populus, vel major pars illius proſequitur facere quod facere, conſueverat ante legis promulgationem, ſive ſciat legem promulgatam eſſe, ſive ignoret: ita docent Suarez *de legib.* 3. *cap.* 19. *n.* 9. & *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 9. Salas *de legibus diſp.* 13. *ſect.* 1. *n.* 9. Valerius Reg. in *ſup. dict. lib.* 13. *n.* 164. Azor *dict. cap.* 4. *q.* 1. Navar. *dict. conſ.* 1. *hoc tit.* 96. *num.* 31.

13 Ad quintam quæſtionis partem cui incumbat onus probandi legem eſſe uſu receptam, vel non præſuppoſitis quæ dixi in *Rub. de probat.* & *in cap. fin. de jurejurando*, ut ei, qui dicit incumbat onus probandi breviter nunc reſpondetur, nam quoties dubium eſt an lex recepta ſit, nec ne, & pro ipſa præſumendum ſit ut dixi: tunc qui in favorem ſuæ cauſæ illam allegat habeat intentionem fundatam, rejiciatque onus probandi contrarium in adverſariam, qui legem receptam eſſe negat; ſic docent Decius, Curtius Natta, Beneditand. Roland. Maſcard. Herculan. Menoch. & alii relati ſupra ſub verſ. *ad primam*, & cum eis Barboſa *dict*, *in iſtis diſt.* 4. *ſub num.* 8. quibus aſſentire videtur Diana noviſſimè *dict. part.* 11. *tract.* 1. *miſcel. reſ.* 16. in verſ. *ſed hac* cum Bard. *de conſcient. diſp.* 6. *cap.* 2. §. 2. *n.* 3. †

14 Et ait quod ſicut receptio eſt quid facti, ita etiam negatio ipſius receptionis; & id circo dum lex fuit promulgata, & incipit obligare onus probandi eam non fuiſſe receptam, & progreſſu temporis evanuiſſe, ſpectet ad illum, qui hoc affirmat: nam ſi hoc ſufficienter non probatur, lex remanebit in ſua poſſeſſionis, & vigore, donec contrarium non probetur: ſic etiam probans ibi in dicto verſ. *ergo* ex jam adducta Bulla Pii V.

15 Pro complemento noto cum Sairo *de conſtit. deciſ.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 14. Riccio *collect.* 1580. ad textum *in cap.* 2. *hoc tit.* quod lex antequam accipiatur à majori parte populi ſaltem non obligat ſive ignorantes, ſive ſcientes eam, nec obligat lex revocata etiam in decretis trident. quæ in locis ubi non recipiuntur fuiſſe

16 recepta, non obligant. † Et quod Bullæ Romæ publicatæ eum ligant, qui ſcivit illas publica-

17 tas. † Et hinc inferunt quod confeſſarius pœnitentem Bullæ Papæ ignorantem monere non

18 tenetur. † Et quod Doctor legens non tenetur docere legem, quæ provinciales ſuos non ligat & ex his intelliges quæ noviſſimè congeſſit Tapia Archiepiſcop. Hiſpalenſis *in ſumm. p.* 1. *lib.* 4. *de legibus c.* 3. *art.* 9. & alii ac jam dictis addo Dianam *p.* 7. *tract.* 1. *ſub reſ. fin.* ubi cum multis iterum agit de neceſſitate, acceptionis & publicationis legis civilis & ad curioſa pro uſu practico legis & conſuetudinis contrariæ noviſſimè Stephanus nathen. *de juſtitia vulnerata tit.* 9. *c.* 2. de quo infra *in c. ſub de conſuet.* & *in ſub q.* 3. *verſ. ad ultim.*

QUÆSTIO VI.

An ſi lex acceptata fuerit à majori parte ſi aliquis illam franget ſecluſo ſcandalo, peccet mortaliter: & an quando conſtat de lege, & eſt dubium, an obliget, in aliquo caſu liceat facere contra illam. An legem non acceptantes in principio peccant mortaliter. An ſuperiores regulares & alii excuſentur à pœnis impoſitis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione ignorantiæ, & bonæ fidei, etiam in foro externo. Et an qui invincibiliter ignorat legem, incurrat in ejus pœnam.

SUMMARIUM.

1 *Frangens legem acceptatam à majori parte, peccat mortaliter, etiam ſecluſo ſcandalo, ſecus aliter* n. 2. & 3. *contra Caramuel dicentem quod frangens ex non acceptantibus in particulari, non peccat* n. 4. & 5.

5 *Ordinandus non acceptans ſervare caſtitatem; & ſi non ligetur, non facit exemplum pro non acceptante legem, cum hæc obliget communitatem.*

6 *Legis latæ certus, dubius tamen num ea obliget in caſu particulari probabilius eſt ut teneatur legem ſervare* n. 7. & 8. *ubi idem de præcepto.*

9 *Dubitans an lex prohibens edere carnes in quadrageſima extendatur ad obligandum ratione neceſſitatis, tenetur petere diſpenſationem à ſuperiore; ſecus ſi dubium eſſet, an lex obliget, & ex alio capite eſſet dubium, ſi ex obſervantia adeſſet vitæ periculum* n. 10.

11 *Certus de lege, ſi dubitat, num ſit conſuetudo in contrarium, lege tenetur.*

12 *Legem non acceptantes in principio quando peccent, ſeu excuſentur à peccato,* n. 13. 14. 15. & 16. & *cum diſtinctione* n. 17.

18 *Præſumptio juris in contrarium facit, ut in dependentibus ex animo, conſcientia, & voluntate noſtra, nò ſtetur aſſertioni noſtræ cũ juramento,*

19 *Juramentum ignorantiæ non tollit præſumptionem habitam ſcientiæ in contrarium aliter videtur* à n. 21.

20 *Regulares ſuperiores, & alii excuſantur à pœnis impoſitis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione ignorantiæ, & bonæ fidei.*

22 *Ignorantia juris, aut facti imponentis cenſuras, & alias pœnas ſpirituales, ſi non eſt craſſa excuſat ab illis; quod de invincibili ignorantia videtur tantùm intelligi, etiam ſi prohibitio legis ſit de jure naturali, & Divino* n. 23. *non de vincibili* n. 24. n. 35. & 36.

25 C. ut animarum de conſtitutionib. lib. 6. numeris ſequentibus ad n. 36. ubi qui de intellectu agant.

26 *Leges pœnales conſiderantur dupliciter, vel ut imponentes pœnam in foro exteriori, vel ut mandantes aliquid, vel vetantes. Et quando ignorans excuſetur, aut non* n. 28.

29 *Conſtitutio Epiſcopi, vel alterius non obligat ignorantes probabiliter, niſi ignorantia fuerit craſſa, & ſupina; ſecus ſi excommunicatio ſit lata jure communi* n. 30

31 *Ignorantia probabilis, tam juris communis, quàm*

particularis, excuſat ab incurrendis cenſuris, etiam facti, aut qualitatis facti, ut n. 32.

33 *Ignorantia craſſa proprie datur in eo, qui ignorat quod omnes ſciunt, quam aliqui vincibilem appellant; alii verò dicunt diſtingui à craſſa, & ſupina*, ut n. 34.

35 *Ignorantia vincibilis, & culpabilis facti, vel juris, quæ craſſa eſt, & quæ non excuſat à culpa mortali, nec à cenſuris, quid ſi moraliter, eſt vincibilis, non tamen craſſa* n. 36.

37 *Ignorantia affectata non excuſat ab incurrendis cenſuris.*

1 QUÆSTIONE ſequenti late ago de legis publicatione ut obliget, quæ eſt alia nempe conditio legis obligantis, ſicut & jam adductæ legis acceptatæ ſub *q.* 5. & 4. cui conditioni cum concernant dubia, de quibus ibi, & deberetur loqui de lege promulgata quaſi ut antecedens; ideo nunc de prædictis dubiis ago.

2 Ad primam difficultatis partem reſpondeo ut qui in particulari ex ſubditis fregerit legem à majori parte acceptatam, peccet mortaliter etiam ſecluſo ſcandalo, quia eo ipſo quod lex eſt à majori parte accepta, uſuque recepta; obligat omnes, & ſingulos, ut communiter docent omnes, & in terminis Diana *p.* 5. *tract* 11. *miſcel* 1.
3 *reſ*. 23. † Sicut è contra ſi de facto major pars populi non ſervaret legem, poſſent alii ſine peccato majori parti conformari, & excuſari, quia ſupponitur talem legem non eſſe utilem Reipublicæ, & confirmatur ex dictis *ſupra q.* 5. *praced.* verſ. *ad quartam.*

4 Quare non eſt audiendus Caramuel *in regulam D. Bened. diſp.* 52. *n* 44. ubi dicens quod acceptata tali lege, poſſint tam acceptantes, quam non acceptantes cogi in communi ad obſervantiam legis taliter acceptatæ: verùm addit ut ſi aliquis ex non acceptantibus frangeret hanc legem in particulari, ſecluſo ſcandalo, non peccaret, ex eo quia ille acceptavit legem in communi, non in particulari, quod ſufficit, ut eam non recipiant plures opuſque eſſe ad illum effectum, ut ab ipſomet individuo recipiatur. † Et licet iſtius
5 ſententia poſſet juvari ex nonnullis, quæ dico ſub Rubrica *de ætate, & qualit. ordin. ac de tempor. ordin.* de eo, qui cum ordinatur in ſacris, reſiſtit expreſſa non ligari caſtitatis voto. Tamen caſus iſte etſi procedat ex lege ligat voluntarios, lex vero civilis ligat communitatem, qua acceptante pro majori parte habet neceſſe ligare, & compellere ſingulos cives ei reſiſtentes, alias nunquam grande diſturbium in Republica daretur.

6 Ad ſecundam quæſtionis partem an quando conſtat de lege, & eſt dubium, an obliget in aliquo caſu liceat facere contra illam: & in hac difficultate Joannes Salas 12. *tom.* 2. *tract.* 8. *diſp unica ſect.* 25. *n.* 159. dicit ut non obliget ſic, ut liceat facere contra illam, quia etſi conſtet de lege, vel præcepto, dubium tamen ſit an aliquo caſu ratione neceſſitatis eximatur, ſeu alterius circumſtantiæ occurrentes, ſic ut nec lex, nec votum poſſideat; voluntas enim ſuam libertatem poſſidet, & ſic alia addens quæ repetit Diana *part.* 4. *tract.* 3. *diſ.* 22. tenet contra recentiores. † Tamen ego
7 cum Medina 1. 2 *q.* 96. *art.* 6. Sanchez *de matrimonio tom.* 1. *lib* 2. *diſp.* 41. *num.* 37. cum multis, & ad plures caſus videndus Suarez *de legibus lib* 6 *c.* 8. *n.* 7. Nald. *in ſumm. verbo dubium n.* 22. Villalobos *in ſumm. p.* 1. *tract. diſ.* 21. *n.* 4. cum aliis & cum Joanne Sanchez *in ſelectis diſp.* 43. *num* 4. contrarium tenendum puto, ita ut quoties dubitatur, an præceptum ſit derogatum alio præcepto, vel conſuetudine, vel ſit diſpenſatum, non liceat contra præceptum facere, quia lex poſſidet. * Idem- 8
que dicendum conſtat de lege, vel præcepto, dubium autem ſit, an aliquo caſu ratione neceſſitatis, aut alterius circumſtantiæ occurentis, eximatur aliquis ab obligatione illius teneri lege, vel præcepto, cum lex poſſideat.

Ob id ſi quis dubitans an lex prohibens edere 9
carnes in quadrageſima ſe extendat ad obligandum ratione neceſſitatis, ſalutis ſcilicet aut alterius circumſtantiæ, tenetur petere diſpenſationem à ſuperiore: ita relati. Quod ſi dubium 10
eſſet an lex obliget, & ex alio capite eſſet dubium, ſi ex obſervantia legis adeſſet vitæ periculum, tunc revera legem non obligare ex epicheja, dicunt Villalobos, & Sanchez jam adducti, Henriquez *lib.* 8. *de Euchariſtia cap.* 45. *num.* 3. *in comment. lib. P.* * Quod ſi certus eſt de lege du- 11
bitat verò ſi eſt conſuetudo in contrarium, tunc teneatur lege.

Ad tertiam quæſtionis partem, an legem non 12
acceptantes in principio peccent mortaliter. Et pro affirmativa ſententia ſunt plures Doctores ex eo, nam qui à principio legem frangunt, nec obſervant ſine rationabili cauſa peccant, alias eſſet in dedecus Legiſlatoris abrogando ab eo poteſtatem legem condendi, juxta quæ adduxi ſub *q.* 4. ita docent Suarez *de legibus lib* 3. *c.* 19. *n.* 10 Moralla *tom.* 2 *diſp.* 4. *c.* 3 *dub.* 20. *n.* 169. Granad. *in* 1. 2. *contr.* 7. *tr.* 3. *p.* 1. *diſp.* 7. *n.* 6. & 7. Malderus 1. 2 *quæſt.* 90. *art* 3. *dubio* 2. *dico* 4. Caſtr. Pal. *tom.* 1. *tr.* 3. *diſp.* 3. *puncto* 14. *n* 11. Cordonus *tom.* 1. *lib.* 2 *c.* 8 *q.* 9. *n.* 30. Becanus *in* 1. 2. *tract* 3. *c.* 6. *q.* 8. *n* 8. *n.* 9. Vazquez *in* 1. 2. *D. Thom q.* 96. *art.* 4. *n.* 99. Villalobos *in ſum p.* 1. *tract* 2. *diſ.* 16. *n.* 5. cum Navarr. *conſ* 1. *de conſtit D. Thom.* 1. 2. *d. q* 96. Emanuel Rodriguez *tom* 1. *q. regular q* 6. *art.* 10. * Dicens 13
rationabilem cauſam dici ſi viderent majores ſuos, aut populi majorem partem legem obſervare, & hanc doctrinam jam ſequitur Diana *p.* 5. *tract.* 14. *miſcel* 2 *reſ.* 8. in fine quidquid ipſe docuerit *p.* 1. *tract.* 10. *reſ.* 2. in verſ. *ſed quidquid*, ubi alia adducit videnda.

Non tamen eſt reticendum Bonacinam, etſi 14
probabiliorem dicat relatam ſententiam, & negativam probabilem *in tract. de legibus diſp* 1. *q.* 1. *puncto* 48 *n.* 29. & *n.* 39. diſtinguere nam vel Legiſlator intendit obligare independenter ab acceptatione populi, vel dependenter, ſi independenter, tunc cenſeat Bonac. ſubditos peccare non acceptando, quia faciunt contra ſuperioris voluntatē obligantis ad legem acceptandā, hocque ſic procedere. * Etſi valentia *tom.* 1. *diſp* 5. *puncto* 15
5. & alii putent legem latam à Principe independenter ab acceptatione populi, & cum obligatione illum obligandi non eſſe validam, quia hujuſmodi lex magnam excitare poſſet in populo perturbationem, & conſequenter non eſſet juſta, nec lata propter bonum commune. * Si vero in- 16
tendit obligare dependenter à populi acceptatione, non videatur peccare, quia nondum purificata eſt conditio, ſub qua Legiſlator intendit obligare. Etenim ait Filiucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap. ult. n.* 429. leges feruntur cum ea tacita conditione, ſi populus recipiat.

17 Ego inquam etſi conſiderem ex jam ſupra di-
ctis *ſub q.4.* quod acceptio eſt conditio requi-
ſita ad legis obligationem, qua non acceptata,
non obliget & conſequenter non peccet qui il-
lam non acceptat, eo quod nondum eſt purifi-
cata conditio, nec Princeps intendat obligare
aliter; niſi exprimat ſi contrarium ſufficienter
ex conjecturis non conſtaret, ut in terminis do-
cuit Magala *in 2.2.lib 2.cap 6 q.3.n.*115.& 117.
& videatur ſic defendendum ex ſententia Lu-
dovici Monteſini inſignis Theolog. compluten.
12. *tom 2 tract.de legibus diſp.*23. *q.*80.*n.*137 in-
terrogatur peccent, nec qui in principio legem
non recipiunt, vel qui in cauſa dubii non reci-
piunt illam, ut obligatoriam in conſcientia, re-
ſpondentis non peccare, dummodo parati ſint
animo obedire, & recipere ut obligatioriam, ſi
legiſlator aliter tolerare noluerit, & dummodo
ex tali non receptione, non ſequatur contem-
ptus, aut vilipendium ſanctionum vel legum:
tamen multum pro prima ſententia eſto eum
difficile ſit, ut ſi lex eſt juſta quod in non acce-
ptante deſinat eſſe contemptus, niſi contigeret
ut juſta ratione non obediret acceptando: & hic
applicabis quæ etiam adduxi de acceptatione *to-
ta q.*5.

Ad quartam quæſtionis partem, ſuppoſitis
18 quæ dico infra in verſ. *ad quintam* de eo, qui legem
ignorat, & quæ adduxi infra *ſub. c.* 11. *de temporib.
ordin. q.fin* etſi per gloſſam *Inſt.de actionibus* Bart.
in l.inter omnes ℈.*recte n.*3. verbo *quæro circa volun-
tatem furis ff. de furtis*. Dicentem in dependenti-
bus ex animo, conſcientia, & voluntate noſtra,
non ſtari aſſertioni noſtræ cum juramento, ſi ad-
ſit Juris præſumptio in contrarium, ut ſequitur
Alexander *in addit* in verbo *tamen brevius*, iterum
idem Bartol, *in l. ſicuti* ℈. *eiſdem criminibus n.* 2.
& 3. verſ. *item dicitur* hic, & *verſ. ſequenti ff. de
accuſat.* quem ibi ſequitur Roman. *in addit* in
verbo *dicit ipſe*. † Quod ubi adeſt præſumptio
19 ſcientiæ juramentum ignorantiæ non tollit il-
lam præſumptionem præſumptivam ſcientiæ in
contrarium, ut eſt etiam de mente gloſſæ *in c.* 2.
*de tempor. ordin.lib.*6. & voluit expreſsè J. ſon *in*
℈. *ſed iſte n.*72. verſ. *ſecundo*, & *notabiliter*, & *n.*93.
verſ. *tertio.*

Nihilominus In caſu noſtro reſpondeo excu-
20 ſari ſuperiores regulares, & alios à pœnis impo-
ſitis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione igno-
rantiæ, & bonæ fidei, quod in foro interno ani-
mæ, videtur ſine dubio, nam quoties quis ex-
cuſatur à peccato, vel ob inadvertentiam, vel ob
juſtam ignorantiam. quia ubi non eſt peccatum,
ſeu culpa, non datur pœna; imo & in foro ex-
terno quod difficilius eſt per dicta *n. præced.* do-
cent Portel. *in reſponſis regular. p.*1. *caſu* 27. *n.* 3.
Navar. *lib.*1.*conſ.* 1. *hoc tit.q.*2. *n.*6. & 7. ubi po-
nit modos ad probandam ignorantiam. Et ſic
videntur comprobare Afflictus *in tract. de jure
protim* §.2. *num.*9. verſ. & *ſi præſumtio* Lucas de
Pœna *in l. ſuper ſervis col.* 3. verſ. *in prima gloſſa
C. qui militare poſſunt lib.* 12. † Ubi determinant
21 quod juramentum ſuper ignorantia excludit
præſumptionem juris in contrarium exiſtentem.
† Et confirmatur quia ut ait Diana *p.*5. *tract.* 14.
22 *miſc. reſ* 8. in fine ex eodem Portel, & Sanchez
ignorantia etiam vicibilia, ſive facti, ſive juris
imponentis cenſuras, & alias pœnas ſpirituales,
ſive factum illud fuerit peccatum mortale, ſi ta-
men non fuerit ignorantia craſſa, & ſupina, excu-
ſet ab omnibus illis pœnis, reſpondet contrariis
cum eodem Portel, & Navarro per doctrinam
textus, & gloſſam ibi in fine caſus, *cap cum intra
qui matrim. accuſare non poſſunt*, ubi habetur quod
præſumptio juris eliditur per juramentum in
contrarium: aliqua dixi *ſub tit. de præſumptionibus
& jurejurando.*

Sed hoc ultimum de cenſuris non eſt abſque 23
difficultate, cum communiter doceant Doctores
ſolùm ignorantiam invincibilem præcepti poſi-
tivi, cui eſt adnexa cenſura, ubi non adeſt pro-
hibitio juris naturalis, & Divini excuſari ab in-
curſu pœnæ, ut docent Anton *in c.à nobis el.* 1.*de
ſent. excommunic.n.*8. Abbas 9 Felinus *n.*5. Cor-
dub *lib* 1. *q.*13. *art.*1. Suarez *de cenſuris diſp.* 4.
ſect. 8.*n.*6. Azor *tom.*1.*Inſtit.moral.lib.*1.*c.*15.*q.*3.
Villalobos *in ſumma p.*1.*tract* 2.*diſ.*15 *num* 3.&
tract 16. *diſ.*12. *n.* 2. legendus idem tenentes,
etiam ſi prohibitio legis ſit de ipſo jure naturali,
& Divino, & ignoretur invincibiliter ejus pœ-
na, ut docent Henriquez *lib* 3.*ſummæ de excomm.
cap.*23. *num,*2. cum Hoſtienſi, Abbate Felino &
Caſtro, Thom. Sanchez *tom* 3. *de matrim. lib.*9.
diſ. 32. *n.*6. Zuncl. 1. *q.* 76.*art.*4. *diſp.* 3.*per ver-
ba textus in dicto cap. a nobis* ibi *nec aliquem & ſi
obligetur ad culpam, quia rem facit illicitam, dicam
obligatam ad pœnam, quia ad ipſam non adſtringi-
tur, niſi ſciens*; eo quod ille ignorans tantùm of-
fendit naturali juri, & Divino, ex quo pœna im-
poſita non eſt; & ſic tantum adſtringetur pœnæ
delicto eo juri correſpondenti, non aliis juris ci-
viſis, quas ignorat † ſed ſi ignorantia eſſet vin- 24
cibilis quem ea non excuſari tradunt Doctores
in foro externo, juxta regulam *ignorantia facti,
non juris excuſat de reg. juris lib* 6. cum in foro
externo, non præſumitur ignorantia juris, ut ad-
vertunt etiam Sylveſter verbo *ignorantia q.*8. Me-
din. *in C de reſt q* 17. Caſter. *de lege pœnali, c.*14.
Sanchez ſupra *n.* 10.

Ad quintam quæſtionis partem jam ex facili 25
reſpondetur per dicta hic verſ. *ad quartam*; ob
idque ex Suarez *de cenſ.diſp.*4. *ſect.* 5. cum Na-
varro, & Vilalob., & ex iis, quæ docent Do-
ctores, & Barboſa Uberrimè per textum *in c* 2.
hoc tit. ex verbis ibi, *ut animarum periculis obvien-
tur ſententiis par ſtatuta, quorumcumque ordinario-
rum ligari nolumus ignorantes.* † Etenim ut expli- 26
cent relati diſtinguunt dicentes dupliciter con-
ſiderari leges pœnales, quaſdam præſupponen-
tes prohibitionem, aſſignantes tantùm pœnam
in exteriori foro ut quæ imponitur Latroni, ac
aliis ſimilibus delinquentibus, alias aliquid
mandantes, aut vetantes, & imponentes pœnam
contra facientibus. † Et ſic primo affirmant 27
quod etſi quis ignoret pœnam à lege impoſi-
tam alicui peccato, ſit in foro externo punien-
dus, juxta eam ex communi Doctorum, & quo-
tidiana praxi, quia prædictæ pœnæ ſunt menſu-
ratæ delictis, niſi eſſent exhorbitantes. † Quod 28
ſi lex prohiberet, & in ſimul pœnam impone-
ret, tunc invincibiliter ignorantem legem, non
plecti, quia nullam culpam incurrit, & per con-
ſequens nec pœnam talis culpæ impoſitam; ve-
rùm ſi caſus daretur de ſcitu legis prohibentia,
& ignoraretur ejus pœna, tunc indicandum, juxta
terminos primi dicti ex his duobus.

Sed hæc dicta juxta veram intelligentiam *d.c.*2. 29
hoc tit. in 6. debent procedere; dicit enim textus ibi
quod conſtitutio Epiſcopi, vel alterius non ligat
ignorantes probabiliter, niſi ignorantia fuerit

craſſa, & ſupina, ut per Duen. *Reg.* 129. Azor.
inſtit. moral. p. 1. *lib.* 5. *c.* 3. *q* 9. Riccium *in collect.*
deciſ. p. 1. *col.* 1580. Farin. *infragm crim. part.* 1.
*lit.C.a num.*685. & *p.*4.*conſ.*65. *in addit.lit.*C. Et
ſic inferunt Navarr. *in man. c* 23. *n.*47. & *c.*27.
n 16. Covarr. *in c. alma p.* 1. *§.* 10. *num.*6 Ugolin
de cenſ.tabul. 1. *c.*9. §.8. Sanchez *de matrim. lib.*9.
30 *diſp.*32. *n.* 8. † Ubi ſecus dicit ſi excommunica-
tio ſit lata jure communi, latè Bonacina *de cenſ.*
31 *diſp.*1.*q.*2.*punct.* 1. *num.* 6. † Ubi ait ignorantiam
probabilem, tàm juris communis, quàm par-
32 ticularis excuſare ab incurrendis cenſuris. †
Et *à num* 8. reſolvit ignorantiam probabilem
facti, aut qualitatis facti excuſare à cenſuris in-
currendis.
33 Igitur ut ignorans incurrat juxta illum tex-
tum debet igorare craſsè, & culpabiliter: nam
quoties quis ignorat quod omnes ſciunt, in eo
proprie datur ignorantia craſſa, & ſupina, ut tra-
dunt Sanchez videndus *dicto lib.* 9. *diſp.* 32. *per
totam*, ubi plura de ignorantia, & ibi *n.* 32. de
hoc caſu, Cardos *in praxi judicum* verbo *igno-
rantia*: latè Farinac. *fragm. crim. p.*2. *littera I. à
num* 161. quam etiam ignorantiam vincibilem
34 appellat Suarez *dict. diſp.* 4. *de cenſ. ſect.* 8. *n.* 5. †
Tamen Henriquez *in ſumm. dict. lib* 13. *c.*23. §.2.
Avila *de cenſ. part.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 5. *lib.*8. Sanchez
*diſp.*32. *n.*32. Bonacina *dict. diſp.* 1. *q.*2. *p.* 1. *n.*4. di-
cunt craſſam, & ſupinam ignorantiam diſtingui
à vincibili, quia omnis ignorantia craſſa, & ſu-
pina eſt vincibilis, ſed non omnis ignorantia
vincibilis eſt craſſa, & ſupina: etenim ignorantia,
vincibilis, quatenus à relata diſtinguitur con-
tingit quando quis non adhibuit mediocrem di-
ligentiam morali, & humano modo ad ſciendum
id, quod ſcire tenetur; ſed craſſa, & ſupina dici-
tur illa, quæ procedit ex lata culpa ignorantis,
ſeu ex ſumma negligentia, ut accidit, quando-
quis nullam, vel modicam adhibuit diligentiam
ad cognoſcendum id, quod ſcire tenetur, poſt-
quam ſe de illo adhibuit aliquam cognitionem,
vel dubium.
35 Ex quo dicendum eſt ignorantiam vincibi-
lem, & culpabilem facti, vel juris quæ craſſa eſt,
& quæ non excuſat à culpa mortali, non excuſa-
re ab incurrendis cenſuris, ſic reſolvunt per tex-
tum *in dict.c.*2 *hoc tit. lib.*6. Molina *de Juſt. tom.*4.
*diſp.*53 *n.*4. Sanchez *dicta diſp* 32. *n.*31. Avila *ubi
ſupra*, Salas *de legib diſp.*15. *ſect.*9. *n.*111. Barboſa
*in d.c.*2 *n* 8. Bonacina *de cenſ. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 1.
36 *n.*10. † Qui etiam ait non improbabiliter defen-
di poſſe cum Sanchez, & Navarro cenſuram non
incurri quando ignorantia eſt vincibilis morali-
37 ter, ſed non eſt craſſa & ſupina † additque igno-
rantiam affectatam non excuſare ab incurrendis
cenſuris.
38 De materia, intellectu prædicti capituli 2.
quatenus ad prædictam primam, & ſecundam
partem agit latiſſimè Morol *tom.*1. *diſputat. in uni-
verſam Theologiam diſp* 1. *c.*2. *à n.*44 & *de ignoran-
tia*, applicabis quæ dixi *in c.* 10. *de præſcript. q.*2. *à
n.* 1. ubi an præſcriptio currat contra ignoran-
tem; item & ibi *in c.*17 *q.*2. ubi an ignorans titu-
lum poſſit præſcribere, & alibi. Et adjunges quæ
dico infra *in c. nam concupiſcentiam* toto verſ. *ad
ſecundam* ubi in fine expenditur cum Covarr. *d.
c.* 2. *hoc tit. lib.*6. applicabis aliquod dictum infra
in cap. ex literis hoc tit. quæſt. fin. verſ. ad ultimam
n. 37.

QUÆSTIO VII.

An lex civilis, ſive Pontificia, ut liget, debeat publicari, & an ſufficiat ut civilis publicetur in Curia, ubi Legiſlator reſidet, aut debeat publicari in omnibus Provinciis, & civitatibus Regni: & quid de Pontificiâ & an ſi quis ſciat aliquam legem, eſſe Romæ promulgatam, teneatur illam obſervatur & quando dicatur lex ſufficienter publicat, ut obliget omnes ſubditos: quid ſi poſt publicationem eam ignoret.

SUMMARIUM.

1 *Lex eſt proprium opus publicæ poteſtatis, vel primo, aut ſecundario, ut expenditur* n. 2.

4 *Publicatio legum eſt neceſſaria inter alias conditiones, cum lex ſit actuum humanorum regula, quæ debet eſſe nota omnibus.*

5 *Ignorantia datur probabilis legum non publicatarum.*

6 *Publicandarum legum in Provinciis, ſeu locis diverſi modi dicendi reſumptivè, & in ſpeciali* à n.6.

7 *Pontificiæ leges cum primum publicantur in Curia Romana, & in acie Campi flore ad Valvas Baſilicæ Apoſtolorum affixa ſunt, & in Cancellaria Apoſtolica pro publicatis habentur* n 44. *Alii dicunt, ut debeant promulgare in Provinciis* à n. 12. & *probabilius* à n. 13 à n.20. *reſpondentes primæ ſententiæ.*

8 *Bulla cœnæ Domini nullibi, niſi Romæ ſolet publicari, & de ratione* n.21.

9 *Pius V. leges Tridentini voluit, ut ubique obligarent à Kalendis Maij ann.* 1566. *poſt promulgationem Romæ factam,* & n. 14. & 22.

10 *Bulla Pontificia, ut obligent nullibi publicantur extra Romam, niſi aliud Pontificibus videatur, ut placuit Sixto V. in Bulla contra Aſtrologos; ſed explicatur* n 23.

11 *Decretales multæ Pontificum ex ſola promulgatione Romæ facta, obligant reſidentes in aliis Provinciis intelligitur* n.21. & 24.

16 *Pontificiæ leges ſolent non omnibus imponi, ſed certæ Provinciæ quando ſic expedit.*

17 *Publicatio Romæ facta legis Pontificiæ, non ſufficit, niſi aliter Papæ viſum ſit & quare* n. 18. & 19.

19 *Eccleſia eſt Regnum ſpirituale ampliſſimum per omnes Orbis partes diffuſum excedens latitudinem imperii Romani ſine comparatione.*

20 *Regulæ Cancellariæ ſunt notæ multum omnibus & præcipue Romæ litigantibus, & probabile eſt, ut non habeant vim obligandi extra Italiam* n. 37.

25 *Leges imperatoriæ, & Regum, item & Pragmaticæ verius eſt, ut obligent, quod debeant publicari, non ſolùm in Curia, ſed in Provinciis: ubi de praxi noſtræ Hiſpaniæ, &* à n.26. *niſi aliud explicent, ut* n.40.

Pragmatica quando obligent n. 26. & 40.

27 *Imperatores, & Reges habent in ſuo eſſe primævo in humanis a populo poteſtatem.*

28 *Promulgatam legem ſciens Romæ factam, num ſi exiſtat in Provincia, obligetur obſervare* num.29. & 30. & *negativa placet ſententia* n. 31.

Digitized by Google

n. 31. & exemplificatur n.32. & 33.34.35. 36.37.38. 39. & 40.

40 *Bulla Pii II.Sixti, & Clementis potius videntur facere pro promulgatione neceſſario facienda, etiam in Provinciis.*

41 *Lex ut dicatur ſufficiinter promulgata ſufficit ut ſciatur publicè, etſi aliqui eam ignorent, & à* num. 42.

42 *Publicatio legis eſt neceſſaria. etiamſi facta ſit in conſilio generali cum Papæ confirmatione.*

43 *Ignorans invincibiliter legem promulgatam, excuſatur à culpa; etſi non in foro externo.* & n.47.

35 *Lex publicata habet aliquos effectus, etiam reſpectu ignorantis eam.*

46 *Lex ab aliquo ſcita, dicitur promulgata, ſi à fide dignis audiverit.*

48 *Civitas tenetur obſervare interdictum, ſi promulgatam ſit in primaria Eccleſia, vel ſi ſciatur vicinos, & maximè Eccleſiam Metropolitanam illud ſervare.*

1 AD primam difficultatia partem reſſ. reſpondeo, ut quemadmodum de conditione legia eſt acceptatiò; ut in quæſtionibus præcedentibus adduxi, & quod ſtat rationi boni communis, & non particularis, ut dixi, & docent D. Thomas 1. 2. *q.* 90. *art.* 1. Felin. *in c. cum omnes hoc sit* Panormit. *in Rub. hic.* Ant. Gom. *in l. 1. tauri*, Suarez *tract. de legibus lib. cap.* 6. *numero* 8. & alii probantes ex dicto Iſidoro *in c. erit autem lex dict.* 4. ibi *nullo privato commodo, ſed pro civium utilitate conſcripta l.* 9. *tit.* 1. *pag.* 1. ibi loquena de lege *es pro comunal de todos*; eo quod lex eſt proprium opua
2 publicæ poteſtatis, † ſed hoc, vel primò, aut ſecundariò, ſit ut quando primò, & principaliter, hoc eſt immediate utilitas ad Rempublicam ſpectat in conſequentiam, & ſecundariò ad privatos; pro ut ſunt leges, quæ provident Reipublicæ ſtatui, vel lites exterminant, vel delicta puniunt, ſeu de rebus ſacris, aut de ſacerdotibus diſponunt, & omnes aliæ ſimilea, in quibus utilitas executionis immediatè confertur in Rempublicam, in conſequentiam
3 verò in privatos † ſecundariò conſiderantur quando continent bonum privatum primò, & immediatè, ſecundariò verò utilitas in Rempublicam dimanant; & ita reſpiciunt bonum commune mediante privato, ut ſunt leges, quibus conſervantur patrimonia ſingulorum, vel quibus conſulitur fragilitati minorum, vel mulierum imbecillitati, & ſimilea, ex quarum executione principaliter, & immediatè confertur utilitas in eoſdem privatos, qui bona ſua conſervant, & mediantibus illis in Rempublicam manat utilitas, cujus inter ſubditos eſſe locupletes, & ne quiſquam illorum ſua re male utatur auth. ut judices ſine quoquo ſuffragio §. *conſideravimus collat* 9. & ꝭ *fin. Inſt. de his, qui ſunt ſui*, ut colligitur prædicta diſtinctio ex *l.* 1. ꝭ. *hujus ſtudii ff. de & jure*, & tradunt Bartol. *in l. ſi quis pro eo ff. de fide juſſor. & in l. jus publicum ff de pactis*, Abbas *in c. cum contingat. n.* 5. & 6. *de jurejur*, explicant Navarr. *in c. cum miniſter. à n.* 8. 1. & 23. *q.* Covarr. *in c. quamvis pactum p.* 2. §. 1. *n.* 6. Barboſa *in l.* 1. *p.* 1. *à n.* 64 *ff ſoluto matrim.* Suarez *de legibus lib* 2. *c.* 26. *n.* 2. Quam concluſionem ſic intellectam docent præter ſupra relatoa Menchac. *illuſtr. cap.* l. 3. *n.* 26. Sayrus, quem citat Barboſa *in dict. c. erit autem*

dist. 4. *n.* 7. & D. Thom. *de regimine Princ. lib.* 3. *c.* Vaſquez 1.2. *diſp* 151. *c.* 2. & 3. Salas *de legibus diſput.* 1. *sect.* 7. Layman *in Theologia morali lib.* 1. *tract.* 4 *c.* 1. *n.* 5.

Ita enim ſicut prædictæ, & aliæ conditiones ad 4
bonam legem requiruntur, ſic etiam ut publicetur ſufficienter ex eo, nam cum lex ſit actionum humanarum regula, neceſſum eſt ut applicetur, & fiat omnibus nota per promulgationem, ut conſtat ex omnibus legibus; ſiquidem naturalis lex, ut dixi *q.* 1. ſufficienter eſt promulgata per lumen rationis, juxta illud *Pſalm.* 4. *ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.* Et quod in legibus humanis requiratur patet ex textu *in cap. in iſtis dist.* 4. ibi *leges inſtituuntur cum promulgantur*, & ex *l. leges C. de legibus* ibi *leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent*: docent latè Doctores ibi D. Thom 1 2. 90. *art.* 4. Sotus *de Inſt. lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 4. Gregor. de Valent. *tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 5. Caſtr. *de lege pænali c.* 1. *col.* 10. verſ. *hac tamen hac conditione*, Gab. Vaſquex 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 156. *c.* 1. Suarez *de legibus lib.* 1. *c.* 11. & *lib.* 3. 16. & 18 Sayrus *in clavis Regia lib.* 3. *c.* 5. *per tot & docens lib.* 1. *cap* 7. *num.* 3. Pater Emanuel Rodriguex *quæſt. regular. tom.* 1. *q* 6. *art* 3. Molina *de juſtitia tract.* 5. *diſp.* 70. *n.* 1. Paulus Layman *in Theologia morali tract.* 4. *de legibus c.* 2. Villalobos *p.* 1 *tract.* 2. *dif.* 1. *n.* 7. Bonacina *de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 4. *à n.* 6. Salas *de legibus diſp.* 12. *sect.* 1. & ex Juria aiu relatia Zenedo *collect.* 1. *ad decretal. n.* 3. Zerola *in praxi Epiſcop. p.* 1. verbo *pragmatica*, Nicol. Garcia *de benef p.* 5 *c.* 8. *n.* 14. Stephan. Gratia *deciſ. Marchiæ* 200. *à n.* 10 Farin. *in fragm. criminal. p.* 1. *litteræ, C. à n.* 653. & *p.* 4 *conſ.* 65. *lit.* Sebaſtian. Medicis *in tract. de legibus, & ſtatutis p* 4. *quæſt.* 34. Mexia *in tract. taxæ paris concl.* 7. *n.* 9. & 10. Menchaca *illuſt. quæſt. c.* 44. Joannes Gratian. *regula* 296. Burſades *conſ.* 299. *à n.* 102. *volum.* 2. Anton. Gab. *commun. lib.* 6. *tit. de legibus, & conſtit. concl.* 4. Azevedus *in l.* 1 *tit.* 1. *lib.* 2. *recop. à num.* 9. Azor. *inſtit moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3. *q.* 1. Riccius *collect.* 461. & quando dicatur ſufficienter promulgata dico infra in verſ. *ad quartam.* * & dicit 5
enim Riccius *in fine dict. collect.* 461. quod legum non publicatarum datur probabilis ignorantia ſic probans ex pulchra *deciſ. Card. Puteo dec.* 281. *p* 1. quod notat pro ornatu *textus* ꝭ. 1. *in auth.* ut factæ novæ conſtit, & quod ſit probabilis ignorantia extravag: non notæ, ut ait Caſſador. *in deciſ.* 12. *ſuper regul. Cancellar. & hic dicenda multum ſpectant ad materia textus in c.* 2. *hoc tit.* de promulgatione legia & ejus neceſſitate ſcribit cum aliis noviſſimè D. Tapia Archiepiſcopus Hiſpalens *in ſum p.* 164. *q.* 4. per quatuor articulos.

Ad ſecundam difficultatia partem video ut 6
reſpondeant Doctores, plura ſolent cumulare, aliqui diſtinguendo inter leges Pontificias, & imperiales, alii abſolutè docendo, ut debeant in Provinciia Imperii, aut Eccleſiæ publicari, alii ut ſatis ſit in Curia Romana, ſive Imperatoria, aut Regia publicari, alii abſolutè dicendo Pontificias ex ſola publicatione facta Curiæ obligare, imperatorias, aut Regias præter publicationem Curiæ faciendam eſſe in Provinciis, vel ſaltem in aliis Regnis legiſlatori Principi adiacentibus. Quare etſi hæc omnia longam diſputationem exigant, ego clariori quo poſſim modo expendam, ad partes primo de Pontificiis, deinde de Regiis, ac Imperatoriis.

7 Igitur de legibus Pontificiis aſſertio commu-
nis eſt ut habeant obligandi vim, quem pri-
mum in Curia Romana publicantur, & in acie
Campi floræ ad Valvas Baſilicæ Apoſtolorum
affixæ ſint, & in Cancellaria Apoſtol. pro pu-
blicatis babentur, ut docent Sylveſter verbo *lex*
q.6 verſ. 3. Gomez *in proœmio regul. Cancell. q.2.*
ante finem, Gregor. de Valent. *tom.2 diſp.* 7 4 5.
punct.4. dubio 2. Azor. *ſupra c.* 3 *q.*3. nec neceſ-
ſum eſſe in aliis Provinciis publicari, & Docto-
res ſic docentes ratiocinantur, ex eo quia om-
nes cauſæ, quæ ex toto terrarum orbe deferun-
tur, ad Curiam Romanam non definiuntur, niſi
juxta regulas Cancellariæ, & alias leges, quæ
8 tantum Romæ ſunt promulgatæ. † Secundò nam
Bulla cœnæ Domini nuſquam, niſi Romæ ſo-
9 let promulgari. † Tertiò quia Pius V. in ſua Bul
la, in qua confirmavit concilium Trid. voluit
ut leges dicti concilii, quæ pertinent ad refor-
mationem, & jus canonicum ubique inciperent
obligare Kalend. Maii anno 1566. poſt pro-
10 mulgationem Romæ factam. † Quartò quia
cum Pontificibus expedire videtur ut eorum
Bullæ promulgentur in ſingulis Provinciis id
ſpeciatim decernunt, ut patet in Bulla Sixti V.
contra Aſtrologos, & Vaſquez referendus dixit
nullam hactenus legem, vel Bullam Pontifi-
ciam plus quàm in Curia Romana fuiſſe publi-
catam.

11 Et confirmatur ex Sylveſtri ſententia ſupra
verbo *lex* dicentis conſequens inde fore quòd
multæ decretales Pontificis non obligarent; ſi-
quidem multæ in multis Provinciis non ſunt
unquam promulgatæ, in quibus tamen obligant,
& ſervantur, ut tenuit etiam Valentia *d. diſp.*7.
q. 5. *puncto* 5. ubi admittit Soti ſententiam con-
trariam, ut probabilem, & hanc defendunt An-
gutarus *de legib. tom.* 1. *lib* 4. *contr.* 1. *n.*27 & 28.
Caſtellinus *in tract. de elect. canonica prael* 1. *c.*10.
Graſis *in conſil. tom.* 1 *lib.*3. *conſ* 9. *num.*4. *de re-*
gular. Tannerus *in part.* 2. *diſp.*5. *dub. num* 118.
Pontius *de matrimonio lib.*5. *cap.*7. *num.*2. Lorca
in part. 2 *tom.* 2. *diſp* 18. *de legibus*, Rodriguez
*quæſt. regular. tom.*1. *q.*6. *art.*3. Malderus 2.2. *q.*90.
art. 4. *dubio* 3. Marius Anton. *lib.* 1 *reſol.* 22. *ca-*
ſu 1. Filiuc. *tom.* 2. *tract.* 2. *tract.*21. *c.*11. *n.*397.
Sayrus *in clavi Regia lib. cap.* 5. *num.* 7. *Corol.*
in Bulla cœnæ, ubi de abſolutione in fine
fol. 975 Granadus *in p.* 2. *controverſia* 7. *tract.* 3.
part. 1. *diſp.* 11. & *sect.*2. *num.* 17. Ugolinus con-
tra Venetos *cap.* 1. §. 1. *num.* 4. Suarez *de legibus*
*lib.*4. *cap.* 15. *num* 2. Salas *in eodem tractatu diſp.* 12.
sect. 2. *num.* 10. Valent. *tom.* 3. *dict.* 7. *quæſt.* 5.
punct. 5. Vaſquez *ſupra in* 2. *part. tom.*2. *diſp.*256.
cap. 2. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 3.
cum aliis Diana *part.*1. *tract.* 10 *reſ.*8. *in princ.* ubi
in fine poſt alia in contrarium adducta ait *ego*
puto non eſſe neceſſariam promulgationem, ut lex
Pontificia obliget, ubi etiam cum Moliſio, Duar-
do, & Villalobos, quibus addo Merollam *in*
diſput. Theolog. tom. 2. *diſp.*4. *c.*4. *dubio* 17. *n.*250.
Monteſinum *in* 1.2. D. Thom. *tom* 2. *diſp.* 20.
q. 4. *difficult.*3. *num.*96. Peſantiam *in* 12. *q.*108.
*art.*4. *diſp.*5. Averſum *in* 1.2. *q.*95. *ſection.*4. acer-
rimè multis defendit reſpondens contrariis,
Diana *p.*6. *tract.*6. *reſ.* 39. de quo infra hac quæ-
ſtione ſub. verſ. *ad tertiam.*

12 § Sed alii multi docent ubique neceſſariam eſſe
publicationem in Provinciis ut leges Pontificiæ
obligent ſubditos diſperſim in remotis habi-
tantes, & extra curiam Romanam, ubi fuerint
publicatæ ex ea ratione, quia nimis durum eſſe
ſi ſtatim, atque Romæ promulgatur aliqua lex
Pontificia, obligaret Chriſtianos per totum
mundum diſſipatos. † Deinde probatur quia ut 13
jam dixi *à q. 1 aſt.* 4 ut lex quæ uſu non recipitur
careat vi obligandi, quamvis Principis authori-
tate ſit conſtituta, & promulgata; quod etiam
indiſtinctè de legibus, tam Pontificiis, quam
civilibus docent Azor ſupra, & Valentia *d. q.*5.
puncto 5. ubi addit eſſe communem ſententiam
Juriſtarum, & Theologorum: & Tannerus de
pleriſque Pontificiis tenet. † Deinde facit quia 14
Trid. concilium pluribus in locis, unifor-
miter hucuſque ab omnibus obſervatur, fue-
rit publicatum, poſt publicationem Romæ fa-
ctam; imo Pontifex Pius IV. in Bulla, quæ in-
cipit *ſicut ſacrorum* ſatis ſignificat ſe quoque
motum diſpoſitione juris communis ad conce-
dendam juſtam temporis moram, antequam de-
creta concilii Trid. circa, reformationes incipe-
rent obligare, & ſortiri effectum; imo docent
Doctores hoc de æquitate, & benignitate Pon-
tificis præſumendum fuiſſe, nempe ut in ſuis no-
vis conſtitutionibus intendat ſe conformare di-
ſpoſitioni juris communis, quoad loca promul-
gationis, quemadmodum quoad tempus pro-
mulgationis.

Et confirmatur quia canones indicent mani- 15
feſtè Pontifices ſupponere leges, & conſtitutio-
nes ſuas per Ordinarios eſſe in Provinciis publi-
candas de quo loquor *q. ſequenti*, & ſi hoc non
exprimant, & tunc contraventores pœnis ſub-
jacere, ut colligunt evidenter *in c. cum infirmitas*
de pœnitentiis, & remiſſionibus, ubi ſi quis medico-
rum illam conſtitutionem, poſtquam per Prælа-
tos locorum fuerit publicata, tranſgrediatur tan-
diu ab Eccleſiæ ingreſſu arceatur, &c. † iterum 16
confirmatur quia licet fideles omnes ſint ſubjecti
ſummo Pontifici, tanquam Chriſti Vicario in
terris, & capiti univerſalis Eccleſiæ militantis;
nihilominus quemadmodum juxta publicatam
gubernandi rationem, non eædem leges ſemper
conveniunt omnibus populis, nec ubique ſunt
futuræ utiles: ita quoque frequenter poteſt acci-
dere quòd juxta regulas prudentiæ Chriſtianæ
judicetur expediens, ut aliquæ leges Eccleſiaſti-
cæ, quæ non ſunt de rebus admodum neceſſa-
riis, non imponantur certis provinciis, & popu-
lis, ſuper quibus ſancta ſedes libenter deſiderat
informari, quia novit ſibi datam poteſtatem in
ædificationem, non in deſtructionem.

Quare ego his, & aliis conſideratis exiſtimo 17
dicendum juxta juris regulas quod ut obligent
leges Pontificiæ; prærequiratur præter publica-
tionem Romæ factam, alia in ſingulis Provin-
ciis, ſive per Epiſcopos, aut nuncios à Pontifice
ubique Regnorum Chriſtianorum miſſos, ut
patet ex quotidiana, ſeu ſæpe repetita praxi,
& in tantum procedere, ut licet Doctores con-
trariæ ſententiæ dicant ſuam ſententiam commu-
niſſimam eſſe, niſi forte Pontifex velit ut lex à
ſe promulgata in Curiæ, promulgetur etiam in
Provinciis, hoc dictum intelligatur à contrario,
ſcilicet taliter eſſe in Provinciis promulgatio-
nem, quod niſi Pontifex aliud ſe velle declararit,
nempe ut publicatio ſola Romæ facta ſufficiat
pro obligando ſubditos univerſi Chriſtiani or-
bis ſemper ſit neceſſarium ut publicetur quali-
bet nova conſtitutio in omnibus Provinciis,
quod

quod probo ex *auth. dict. ut fact. novæ conſtitut.*
colat. 5. qua dicunt Doctores in puncto juris ita
tenendum.
18 Tum etiam quia ut ait Molina *de juſtitia tom.* 2.
diſp. 3. *q.* 5. *num.* 4. loquens de fallibutate con-
trariæ ſententiæ ſic loquitur *opinio illa quod Pon-*
tificiæ leges ſtatim poſt duos menſes à publicatione
Romæ facta obligent totam Eccleſiam, nec neceſſa-
ria ſit publicatio in ſingulis Provinciis, aut Diœce-
ſibus ad effectum quod nullus præſumatur illas igno-
rare profectò non eſt tàm certa, quàm certa ſupponi-
tur, quia potius contraria meo judicio eſt probabi-
lior: *ita ille*; & facit illa fortiſſima ratio, quam
inter plures alias hanc noſtram ſententiam de-
fendens longè tradit Joannes Vuigena 1. 2. D.
Thom. *quæſt.* 69. *art* 4. *à n.* 84. uſque ad *n.* 93.
Cujus verba, & ſi illum non ſequatur refert
Diana iterùm agens de noſtra quæſtione *part.* 5.
tract. 15. *miſcel.* 2. *reſ.* 25. ibi legendus in verſ.
19 *addi denique poteſt.* † quia cum Eccleſia ſit Re-
gnum ſpirituale ampliſſimum per omnis orbis
partes diffuſum, & ſine comparatione excedens
latitudinem Romani Imperii, evenit ut impoſ-
ſibile, quod leges Eccleſiaſticæ in Urbe Roma-
na publicatæ dumtaxat innoteſcant aliquo uſ-
que uniformiter per totam Eccleſiam, aut per
diverſa Regna, & Provincias, ubi promulgatæ
non ſint, quamvis ex occaſione poſſint aliqui
hic, vel illic de iis inaudiſſe, etenim velle ſic
longè per totum orbem diſperſos abſque alia
publicatione obligare; & ſi caſuſualiter de lege
publicata Romæ inaudirent, quis non videt
quod eſſet multos coniicere in varias animi an-
xietates, & ſcrupulos conſcientiæ, qui aliquid
de lege audiviſſent, quam tamen viderent paſſim
non obſervari, & Villalobos ubi ſupra, etſi con-
trariam ſequatur de ſtylo Rotæ, & Curiæ fate-
tur hanc in puncto juris eſſe fundatam, quam te-
nentur Sa. verbo *lex num.* 9. Angelus verbo *lex*
n. 13. Sotus *de juſt. lib.* 1. *q.* 1. *art.* 4. Ludovicus
Carbo *de legibus lib.* 3. *diſp.* 9. *diſ.* 9. Medina *in part.*
2. *q* 90. *art.* 4. *dubio* 1. *poſt.* 2. *concluſ.* & *dubio ul-*
timo concluſ. 5. Senarius *in ſuis opuſcul. Theolog.*
tom. 3. *diſputatione de legibus à num* 56. Conrad.
in part. 2. *q.* 90. *art.* 4. *ad* 2. Miranda *in manuali*
prælat. tom. 2. *q.* 25 *art.* 4. *concl.* 5. Victorelus *in*
notis ad manual prælat. Navar. *c.* 23. *n.* 40. qui-
bus addo Caſtellinum *in compendio Theologiæ mo-*
ral. tract. 3 *c.* 7. & *tract.* 8. *c.* 17. Du-Vallium 1. 2.
D. Thomæ tract de legibus q. 5. *art.* 5. & hanc ut
probabilem docent Layman *in Theologia moral.*
lib. 1. *tract.* 4. *cap.* 3. *n.* 3. Vaſquez cum Grando
ubi ſupra Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *cap.* 22. *dubio* 13.
n. 28. Homobonus *in examine Eccleſ. p.* 2. *tract.* 12.
c. 3. *quæſt.* 10. *in fine* Becanus *in ſumm. Theolog. p.* 2.
tract. 3. *c.* 6. *n.* 5. & 6. *in fine.*
20 Nec obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ,
non prima ratio de cauſis ex toto terrarum orbe
delatis ad Curiam Romanam, quæ definiuntur
juxtà regulas Cancellariæ, & alias leges Romæ
tantum promulgatas, quia præterquam quod
prædictæ regulæ ſunt nimis notæ omnibus tri-
bunalibus cum jam Romæ ſint promulgatæ,
ubi de cauſis delatis, tunc cognoſcitur quid mi-
rum, ut ibi ratione loci, & cauſæ comprehendat
21 litigantes, de his regulis *infra q.* 12. † Non ſecun-
da ex Bulla cœnæ, quia cum ea quotannis in
curia publicetur, & admodum ſit omnibus no-
ta, ac recepta habetur, ſicut cœtera Pontificia
decreta, quæ quia inſerta in corpore juris, ut
ſtatim dico ipſa ex ea inſertione omnibus nota
fieri. Non. 3. ex Bulla Pii *de publicatione Trid.*
quia præter adductum juxta eandem Bullam in
favorem noſtræ ſententiæ, reſpondeo omnia di-
ſpoſita, & ordinata in concilio fuiſſe publicata
in Provinciis quorumcumque Patrum, qui ac-
ceſſerunt, præſenteſque extiterunt, ut judices
conſultores eorum per monita, & epiſtolas; imo
& Pontifex tunc temporis à publicatione ritè
facta Romæ mandavit illa Trid. decreta ad im-
preſſionem tradi, quo commodius per Chriſtia-
ni nominis Provincias, & Regna divulgati poſ-
ſent, ut loquitur in Bulla confirmationis dicti
concilii, quæ incipit *Benedictus Deus.* † Et con- 22
firmatur ex Bulla Pii IV. ea de re edita, quæ in-
cipit *in Principis Apoſtolorum ſede*: ex qua per
multa decreta Trid decernitur ut ea quia dero-
gant privilegiis, & gratiis, publicentur in Pro-
vinciis, ut ſic nota à privilegiatis obſerventur. † 23
Non 4. quia etſi Pontifex aliquoties exprimat,
ut lex Romæ promulgata, publicetur in Pro-
vinciis, ut in exemplo Bullæ ib. relatæ Sixti, &
ex nonnullis juribus, & ex doctrina Vaſquez
ibi poſita ex eo inferentes, ut ſi nihil caveatur,
ſufficiat Romæ publicatio, ſatis reſpondetur ex
fundamentis noſtræ ſententiæ; non enim expreſ-
ſio Pontificis de publicatione facienda in Pro-
vinciis, auffert naturam legis deſiderantis fieri
notam omnibus per publicationem, ut excuſe-
tur ignorantia alleganda. † Quintùm non obſtat 24
adductum à Sylveſtro ex eo quòd multæ decre-
tales Epiſtolæ Pontificum, non fuerunt in Pro-
vinciis publicatæ, quia reſpondetur quod cum
prædictæ decretales, ſeu canones in corpore ju-
ris inſertæ ſoleant ubique ex pulpitis, & ex Ca-
thedris, item & in omnibus audientiis laicis, &
Eccleſiaſticis allegari, dictari, & doceri, ſatis eo
facto publicatas dici in omnibus Provinciis, ac
Diœceſibus uti longè alloquens docet Vuigers,
ubi ſupra, cujus verba ad longum refert Diana
dicta p. 5 *tract.* 14 *reſ.* 25. Jacobus Cordonus *in*
Theologia morali tom. 1. *lib.* 2. *quæſt.* 10. *cap.* 5. 2.
num. 14. Nicolas Beldellus *in diſp. Theolog tom* 1.
lib. 3. *diſp.* 18. *n.* 7.
† Ex quibus jam ſine dubio videtur dicendum; 25
quod etſi Doctores multi adducti, pro pri-
ma ſententia affirment legem Imperatoris, Re-
gis, aut alterius Principis ſupremi, non deſide-
rare, nec exigere, ut obliget omnes ſubditos
promulgationem in Provinciis præter factam
in Curia ex fundamentis relatis ſupra de lege
Pontificia, publicata tantùm in Curia Romana:
ut in terminis de legibus noſtris Villalobos *in*
ſumma part. 1. *dict. tract.* 2. *diſ.* 12. *n.* 6. affirmat
praxi obſervari, ut ſolùm Matriti Curia Regis
Philippi IV. promulgentur, quæ poſtea impreſ-
ſæ per cæteras adiacentes Provincias, & civitates
non iterum publicantur. † Tamen verius multis 26
ab hinc annis videmus ſanctiones pragmatica-
rum novas poſt factam publicationem Matriti
publicari in omnibus Provinciis, ac civitatibus,
quæ ſunt capita Regni, Provinciæ, aut territorii,
quod eſt juri conformiſſimum *ex d. auth ut fact.*
novæ conſt. collat. 5: & ex aliis. * Deinde cum Im-
peratores, Reges, ac cæteri Principes ſupremi
habeant poteſtatem in ſuo eſſe primævo in hu-
manis à populo juxta quæ addixi ſupra *q* 1 & 2.
ſequitur ut voluerit populus eam concedere po-
teſtatem condendi leges, abſque eo, quòd publi-
centur etiam in provinciis, ut ſic omnibus ſub-

ditia innoteſcerent, poſito quod de legibus Pon-
tificiis procedit ex jam adductis, qui habet po-
teſtatem tantùm dependenter à Chriſto Domi-
no, non à populo; ſed quando videatur Ponti-
fex, ſeu princeps velle, ut lex nova obliget abſ-
que publicatione, vel cum ſola ea, quæ fit in cu-
rio dico *q. ſequenti.*
28 Ad tertiam quæſtionis partem an ſi quis ſciat
aliquam legem eſſe Romæ promulgatam, tenea-
tur eam obſervare, poteris reſpondere ad utram-
que partem negativè, aut affirmativè, ſecundùm
ſententias traditas in præcedenti dubio ſub verſ.
ad ſecundam; igitur qui dicunt eſſe obligatum
poſſunt fundari præmiſſis jam adductis funda-
mentis in eo, quia nec naturali, nec poſitivo
jure aliqua alia publicatio requiritur, cum nec
lex ex natura ſua requirat publicationem, ſeu
promulgationem in ſingulis provinciis; & nec
ullo jure humano, ſeu Divino eſt jus aliquod
in legibus Pontificiis aliam promulgationem
requirat cum novella Juſtin. 66. pro imperiali-
29 bus legibus poſita ſit, non pro Pontificiis. † Ita
quia quoties aliqua lex Pontificia requirit pro-
mulgationem in provinciis, id exprimit quem-
admodum patet in conſtitutione Pij II. quam
addit contra clericos malè promotos anno 1461.
& vult ubique obligare poſt publicationem
Romæ factam, ſicut Sixtus V. eam, quam an-
no 1588. contra eoſdem fuit, & *Clem.* 8. aliam
contra eos, qui ad presbyteratûs ordinem non
promoti Miſſam celebrant, vel Sacramentum
Pœnitentiæ miniſtrant anno 1601. editam.
30 † Deinde quia Eccleſia eſt unum corpus politi-
cum, cujus caput cenſetur ſufficienter illud di-
rigere, dum ſolemniter Romæ ſuum declarat im-
perium, præſertim cum ſedes Pontificia Romæ
ſit fixa, & Pontifex non ſoleat vagari per pro-
vincias, ut ſolent Principes ſæculares. Et his,
aliis rationibus docet hanc ſententiam *p. 6.
tract.6. miſcel.reſ* 39. verſ. *dico*; ſic cum Doctori-
bus, quos ipſe retulit *p. 1.tractat 1. reſ.*8. & *p.5.
tract.14.reſ.*25.&cum Sylvio *in p.2.D.Thom.q.96.
art. 4. quæritur* 11. *concluſ. 3. in princ.* & Papa
Urban, VII. *in Bulla incipiens Romanus Pontifex*
die 5. Junii 1641. damnat omnia præjudicialia
contra immunitatem Eccleſiaſticam, etiam ſub
prætextu quod Bullæ Pontificiæ non fuerint pu-
blicatæ, vel uſu receptæ.
31 Verùm exiſtimo dicendum ex dictis ſub dicto
verſ. *ad ſecundam* à verbo *ſed alii multi*, ut non
ex eo quòd quis ſciat legem eſſe Romæ pro-
mulgatam, teneatur illam obſervare, ſi promul-
gata non ſit in provinciis, ubi degit: ſic in ter-
minis docet Joannes Præpoſitus *in p.2.quæſt.* 95.
diſput. 1. *dub.* 7. illationibus octo comprobans,
quas ad litteram ex eo idem Diana refert. Pri-
mò quem non obligari ſervare legem, quam
ſcit Romæ promulgatam, ſi non ſit promulga-
ta in provinciis, nbi commemoratur, & ſpecia
32 lis clauſula in lege non apponatur. † Secundò
pœnam legis oon incurri ab eo, qui in hujuſmo-
di loco fecerit materialiter contra legem v. g.
non incurri excommunicationem, ſuſpenſio-
nem, privationem beneficij.
33 Tertiò non incurri in conſcientia in habilita-
tem ad officia, beneficia, nec incurri irregulari-
34 tatem. † Quartò contractum non futurum inva-
lidum, & irritum, quodque aliqui non tenea-
tur in conſcientia abſtineri à tali contractu, qui
per legem irritatu nec illum reſcindere maxi-
mè ſi ex reciſione ſequeretur ſcandalum Reipu-
blicæ. † Quintò legem revocatoriam privilegii 35
non habere locum antequam in provincia pu-
blicetur.
Sextò legem, quæ revocat aliam irritatoriam 36
non habere vim in aliqua provincia, ſi in ea
non fuerit publicata exemplificans in caſu *cap 3.
de reform matrimon.ſeſſ.*24 † Septimò dicit pro- 37
babile eſſe regulas Cancellariæ non l a c e v m
legis extra Italiam, quia alibi non ſunt promul-
gatæ, & licet Romæ juxta illas in caſu exte-
rorum indicetur id fieri, quia Judicea in praxi
aliam ſententiam ſequuntur in foro externo, quo
non obſtante poteſt aliquis in foro conſcientiæ
ſeſe alteri ſententiæ conformare. * Octavò ut 38
pateat quid dicendum ſit in multis legibus Pa-
palibus, quæ ita emanant, nt tamen noo pro-
mulgentur in provinciis, quòd ſcilicet ſit veri-
ſimile non obligare eos, apud quos non ſunt
promulgatæ, neque quoad culpam, nec quoad
pœnam * Et quod ob id graves Theologi, in- 39
ter quos Leſſius *in conſultatione Romæ habita*
cenſuerunt diſparitatem cultus apud Chinenſes,
& Japones his initiis converſionis non eſſe im-
pedimentum dirimens; & his circumſtantiis
poſſe Epiſcopos ibi ſuſpendere legis promulga-
tionem.
Et ſic videtur neceſſariò ut publicatio legis 40
fiat in provinciis, tum ex ſupra adductis fun-
damentis. Nec obſtare fundamenta ex Bullis
relatis Pii II. Sixti, & Clem. quia potius vi-
dentur facere pro noſtra ſententia; etenim quo-
ties Papa, aut Rex exprimant legem à ſe latam
ultra curiam, non publicari concedimus publi-
cationem in ea factam ſufficere; quod ſi non ex-
primat neceſſariam foro, ut excuſentur dubia,
quæ inde valent excitari contra obſervantiam
ipſius legis; & ſic Pontificem ita prudentem,
alioſque ſupremos Legiſlatores eam promulga-
tionem in provinciis fieri non impedire, niſi
in caſu quo aliud ſibi videatur; etſi contrarium
Diana relatus teneat propter dicta pro ſua ſen-
tentia, & *ex Trid. in cap.* 1. *dicta ſeſſ.* 24. *de refor-
mat.* ad ſaturitatem quæſtionis an lex Romæ
publicata obliget eas provincias in quibus pu-
blicata non eſt infinitos referens pro negativa;
& etiam pro affirmativa juris peritis & Theo-
logis noviſſimè Berricclus *ex miſſionibus quarta*,
*p.2.tit.2.quæſt.*76. & 77. & non diſcrepat à no-
ſtra ſententia ibi de aliis quæſtiooibus circa pu-
blicationem legis.
Ad quartam quæſtionibus partem, quando di- 41
catur lex ſufficienter promulgata, ut obliget
omnes ſubditos. Cum reſolutio hujus quæſtio-
nis peodeat à jam adductis in hac quæſtione, &
referendis; ſic pro intellectu breviter dico
quod ut lex dicatur ſufficienter promulgata, ſuf-
ficit, ut ſciatur pubicè, licet aliqui eam igno-
rent, ut habetur in *dict. Auth. ut novæ conſtit.
collat.*5.*c.*1.*de poſtul prælator.* aliàs ergo nulla lex
eſſet ſufficienter promulgata, quia moraliter lo-
quendo caſus eſt impoſſibilis, ut leges humanæ
ab omnibus ſciantur † Etenim Riccius *collect.* 42
1580. *ad textum in c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. ſic tenet
poſtquam ex Sayro *deciſ.* 2. *eodem*, dicit quod
promulgatio eſt de eſſentia legis, etiam ſi ſit fa-
cta in Concilio generali cum Papæ confirma-
tione addens tunc legem non ignorari, ſi ſcia-
tur lex illa promulgata, ſcita, & recepta à ma-
jori parte populi, cujus ipſe pars eſt, nec enim
legit

Digitized by Google

legis ſcientia illa deſideratur ad ligandum quæ naſcitur ex notitia intuitiva alicujus ex quinque ſenſibus, nec ut ſufficiat quælibet auditio, & relatio, aut credulitas, quod illa lex in Curia promulgata ſit Sayrus *deciſ.* 3. & *deciſ.* 4. alia dico circa finem hujus dubii.

43 Notandum verò eſt ut etſi dicta lex humana ſit promulgata ſufficienter, nihilominus excuſetur à culpa eam invincibiliter ignorans, hoc eſt in foro conſcientiæ, non ſic in foro externo, quia qui in hoc allegat ignorantiam, tenetur eam probare, docuit Navarr. *conſ* 1. *hoc tit. de conſ.* Villalobos *in ſumma p.* 1. *d. tract.* 2. *dif.* 12. *num.* 1. & 2. ubi dicit nihilominus eſſe legi obligatum; aliudque eſſe ut ignorantia excuſetur à culpa, in hocque ſenſu intelligi gloſſam *in c.* 2. *hoc tit.* Abbas. Felin. & communem Juriſtarum dicentes *lege non affici ignorantes*, quod eſt dicere ut ignorantes non peccent contra illam, nec idem eſſe *non ligari*, ut dicit Sanchez *de matrimon. tom* 3. *diſput.* 32 *lib.* 9. *num.* 6. procedereque etiam ſi præceptum habeat annexam excommunionem.

44 Joannes verò Andreas ſuper data ſexti decret. Panormit. *in cap. noverit de ſentent. excommunic.* & alii dixerunt leges ſufficienter dici publicatas ſi ſolum in curia fieret, ad quod jam præbui reſponſum in toto verſ. *ad ſecundam*, & *ad tertiam.*

45 † Villalobos tamen *dicta dif.* 12. *num.* 4. ait legem publicatam habere aliquos effectus etiam reſpectu ignorantis eam, nempe quia ſi lex irritat contractum, & ſi promulgata, non valeat contractus factus cum ignorantia contra illam exemplificans in ducente uxorem cum aliquo impedimento dirimenti à ſe ignoranto, vel in vendente ultra taxam à lege promulgatam.

46 Et *num.* 5. addit tunc dici ab aliquo ſcitam eſſe legem promulgatam, ſi audiverit à perſonis fide dignis, quibus credere debeat uni, cui fides maxima communiter præſtatur, non ſi ab aliquo cui de facili non creditur, ne incurrat in illo *Eccleſ.* 10. *qui cito credit levis eſt corde*: alia de ignorante legem dixi *q. præc.* & dico infra, cum loquor de excuſando ignorantes à pœna legis promulgatæ.

47 Ad quintam quæſtionis partem quid ſi poſt publicationem, legem quis ignoret, reſpondebis ex proximè relatis, & in quæſtione præcedenti, & ex aliis in fine.

48 Addo pro complemento hujus quæſtionis quòd ut civitas obligetur ad obſervantiam interdicti, ſufficiat ut ipſum ſit pomulgatum in primaria Eccleſia, vel ſi ſciatur vicinos, & maximè Eccleſiam Metropolitanam illud ſervare: ita Valerius Reginald. *in praxi pœnit lib.* 32. *tractat.* 4. *num.* 21. in fine Barboſa *in cap.* 1. *de poſtul. prælat. n.* 7. & plura *de legis promulgatione* congerit ex multis noviſſimè ad titulum noſtrum Pater Franc. Valente 2. *p. in concordia juris Pontificij à fol.* 337. *per quinque ſectiones.*

QUÆSTIO VIII.

An lex ſeu conſtitutio, in qua adeſt decretum irritans, ut [illegible], negeat publicatione: An leges civiles, ſeu Pontificiæ obligent illico, vel à die publicationis, vel poſt duos menſes ab eâ: An Epiſcop debeant curare ut Pontificiæ leges promulgentur in ſuis Diœceſibus. An ſuperiores regulares poſſint pro ſuis ſubditis publicare Jubilæum, non ſpectat à promulgatione Epiſcopi: An privilegium à Pontifice, ſeu Bege conceſſum, ut obliget, promulgatione egeat: & an cum adeſt clauſula *ex nunc* videatur ut Princeps velit quod lex obliget abſque publicatione, aliiſve modis.

SUMMARIUM.

1 *Lex, ſeu conſtitutio, in qua adeſt decretum irritans, ut egeat publicatione poſt contrarias opiniones hic* & num. 2. *diſtinguitur*, n. 3. & 4. *ubi pro negativa, ſi agitur de indulto, ſeu conſtitutione aliqua particulari, ſecus in lege generali.*

5 *Leges Imperatoris non antequam poſt duos menſes à die publicationis habent obligare;* & n. 8. *Non ſic in Pontificiis* à n. 5. *nec* n. 10. & 11.

6 *Leges ſuâ naturâ obligant à publicatione niſi à legiſlatore ſignetur tempus obligandi*, *ut* n. 9. *quid Epiſcoporum* & *Magiſtratuum*, n. 9.

7 *Authentica, ut novæ factæ conſtitutiones*, §. 1. collect. 6. & n. 12.

9 Cap noluerit de ſ nt. excommunic.

10 *Lex etiam Eccleſiaſtica, num liget ante duos menſes à publicatione pro negativa*, *à* n. 11 12. 14. & 15. *ubi de foro interno, aut externo.*

13 *Papa dum intendit legem ſuam obligare, ſolet in ſua conſtitutione id exprimere.*

16 *Publicationem legis quando teneatur Epiſcopus facere in ſuis Diœceſibus*, & *n.* 17.

18 *Jubilæum promulgare ſuperiores regulares, non ſpectata publicatione, Diœceſani Epiſcopi, non poſſunt*, *ut* n. 19. & 22. & n. 2.

19 *Regulares ſuperiores non veniunt ſub nomine Prælatorum Eccleſiarum*, & *Ordinariorum, niſi quando ea nomina ſimpliciter exprimuntur*, & *materia etſi illis applicabilis, vel cum cavetur in juribus* n. 20. & 21.

22 Prælati Eccleſiaſtici *nomine veniunt tantum Abbates Præpoſiti*, & *alii Prælati ſæculares, ſed nomine* quibuſcumque ordinariis locorum in Bulla Jubilæi, *veniunt tantum Ordinarii ſecularium Eccleſiarum*

24 *Privilegia data per viam legis requirere publicationem videtur: alii Contra abſolutè tenent à* n. 26. ad 30.

26 *Privilegium ut valeat neceſſum eſt, ut veniat ad notitiam privilegiati ſecundùm aliquos; alii dicunt valere à die Data, ut n.* 29.

27 *Privi-*

27 *Privilegia particularia non publicantur, ſed tantùm judicibus intimatur, ut ea faciant obſervari, qui à tergo ſolent ſcribere, ut obſerventur, ſicut in illis continentur.*

28 Cap. 1. verſ. nec obſtaret de conceſ. præb. lib. 6.

30 *Legatum teſtamento relictum abſenti, etiam acquiritur, & libertas ſervo relicta.*

31 L. ſi quis abſenti ſervo ſcripſerit, ff. de acquirenda poſſeſ. reſolutivè.

32 *Lex in qua poſita eſt clauſula* ex nunc *illi eo ante publicationem obligat.*

33 *Conſtitutio non eget publicatione, ubi eſſet regiſtrata in Regiſtro Papæ, eſſetque publicè impreſſa, & palam venderetur.*

34 *Publicatio conſtitutionis facta in curia, facit ut ea obliget; & ſi non probetur uſus in locis, ubi non fuit facta, &* n. 35.

36 *Decretum irritans poſitum in conſtitutione generali, ſeu ſpeciali, nunquam ligat ignorantes quoad pœnam, ſed tantùm quo ad actus nullitatem.*

37 *Publicatio legis nunquam præſumitur, niſi probetur in lege nuper lata, non ſic in antiqua.*

1 AD primam quæſtionis partem, de qua Riccius *collect.* 1276. *ad textum* in jam relata *Auth. ut fact. conſ. novæ* §. 1. video Doctores diſſentire nam quidam docent quod conſtitutio, in qua adeſt decretum irritans ſine publicatione non ligat, ut docent deciſum Puteus *in deciſ.* 278. *lib.* 1. *Caſſad. in deciſ.* 3. *in princ. de conſtit.* Balbus *in deciſ* 29. Robulterius *in quodam diſcurſu ſuo relato inter impreſſas diverſ.* 578. *numero* 3.
2 *p.* 2. † Alii vero dicunt ligare abſque ulla publicatione virtute clauſulæ decreti irritantis, Theſaurus *in deciſion.* 154. *in fine*, Rubin. *in deciſ.* 69. Rota Romana *in una calagurit* beneficii ſanctorum Jacobi, & Andreæ 17. Maii 1593. coram Cardinali Blanqueto, quam refert Riccius, & ad litteram Barboſa *in cap.* 2. *hoc tit.* videndus *à num.* 4. ibi *à numero* 7. quibus addo Flaminium *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *à numero* 220. & *lib.* 11. *q* 4. *numero* 44. & *q.* 13. *numero* 86. Franc. Gellat. *in Margarita caſuum conſc.* verbo *clauſula*, Frater Emanuel *quæſt. regular. tom.* 2. *q.* 73. *artic.* 2. Farinac. *fragment. crimin. littera* C. *n.* 672. Zevallos *in pract. q.* 903. *num.* 13. Caldas Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q* 6. *n.* 30. & 31. Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 191. *n.* 12. & *de juriſd. p.* 4. *conſt.* 1. *caſu* 94. *à n.* 32. Barboſa cum multis *de clauſulis, uſu freq. clauſula* 40. *n.* 7 & 13.

3 Sed pro reſolutione diſtinguendum eſt, nam cum decretum irritans ſemper ſequatur naturam diſpoſitionis, ſuper qua apponitur, Cardinalis Puteus *deciſ.* 1. *lib.* 1. ideo dicit Riccius ſub *dict. collect.* 1276. quod iſtæ opiniones debent concordari diſtinguendo duos caſus. Primus quando agitur de indulto, ſeu conſtitutione aliqua particulari, & tunc procedat opinio illa, ſcilicet ut decretum liget ante publicationem: ſic Cardinalis Puteus *in deciſ.* 145. *n.* 1. ſicque ait tentum Riccius *in una calagurit beneficii 26. Februarii* 1607. coram litta, ex eo quia in iſtis conſtitutionibus ſpecialibus publicatio non requiritur, Baldus *in deciſ.* 7. & proptereà ſequi quod ſi habent decretum irritans, ſtatim ligent, & operentur etiam contra ignorantes, ut fuit in Rota reſolutum in una Pampilon. Archidiacon. 10. *decembr.* 1593. coram Cardinali Pamphilio. † Se- 4
cundus caſus quando verſamur in lege, ſeu conſtitutione generali, & tunc procedat ſecunda opinio, ut non liget, niſi facta publicatione: ita Riccius, & Anton. Faber. *deciſ.* 1. *Cod. de legibus*; eſt enim regula juris; ut ſupra quæſtione præcedenti adduxi quod leges non obligant, niſi facta promulgatione, ſeu publicatione, ut ibi adduxi: alii relati à Barboſa *in dicto c.* 2. *hoc tit. num.* 6. & *in d. c.* 1. de poſtul. Prælat. per textum *in cap. in iſtis* §. *leges*, ubi alii multi, quos refert Barboſa *diſt.* 4. & Doctores per textum ibi *in l. fin. Cod. de decret. ab ordine faciend. l. leges Sacratiſſimæ, Cod. de legibus*, & videbis dicta infra in verſ. *ad quintam* de privilegiis & ut exactè de lege irritante agas leges quæ noviſſimè ſcribit D. Archiepiſc. Tapia *in ſumm. lib.* 4. *q.* 12. *per.* 11. *articulos* & adjunges quæſtionem quam noviſſimè tractat Bericelus *de miſſionibus Apoſtolicis p.* 2. *tit.* 3. *de legibus q.* 78. ubi cum Abbate, Felino, & aliis *in c.* 2. *hoc tit. ſua reſ.* Sanchez, Salas, & aliis an lex Pontificia irritans contractum, matrimonium, abſolutionem Sacramentalem auferendo juriſdictionem, profeſſionem collationem, beneficii alioſque actus non publicatos in Provincia & ſtatim poſt publicationem in Romana curia habeat vim irritandi.

Ad ſecundam difficultatis patem Barboſa *in d. cap.* 2. *hoc tit. num.* 9. dicit juris exploratiſſimi 5
eſſe conſtitutiones Principis ſuperioris poſt duos menſes à die publicationis ligare ſubditos; & ſic ſentire videtur ut omni jure id admittatur, ſed licet de legibus Imperatorum civilibus ita caveatur *in d. auth. ut novæ factæ conſtit.* §. 1. *collect.* 6. Tamen de legibus Pontificiis multi id non admittunt, quin potius teneant à die publicationis obligare, ex eo qui Imperatorum leges nequeunt ligare ſubditos Pontificis docent de Pontificiis legibus Anguian. *de legib. tom.* 1. *l.* 4. *contr.* 2. *n.* 17. Tanner. *in p* 2. *diſp.* 5. *q.* 6. *dub.* 1. *num.* 7. Vaſquez *in p.* 2 *diſp.* 156. *c.* 3. *n.* 14. Homobonus *in examin. Eccleſ. p.* 2. *tract.* 9. *c.* 3. *q.* 3. Suarez *de legibus lib.* 3 *cap.* 18. *lib* 4. *c.* 15. *num.* 11. & *c.* 17. *num.* 5 Salas de legibus *diſput.* 12. *ſect.* 3. *n.* 20. Molina *de Juſtitia tract.* 2. *diſp.* 395. Malderus *in p.* 2. *q.* 90. *art.* 4 *dub.* 3.

Et comprobatur quia nullibi cavetur quod 6
illi duo menſes ſint aſſignati pro legibus illis Pontificiis. Deinde nam conſideratis legibus in ſua natura illico à ſufficienti promulgatione obligant, abſque eo quod obſtent Doctores dicentes tunc obligare à tranſactis duobus menſibus, quia eorum dictum fundatur in lege poſitiva id mandante, non in ipſa legis natura, ut cum omnibus defendit Villalob. *in ſumm. p.* 1. *tract.* 2. *diſ.* 14. *num.* 2. ubi *n.* 1. advertit quod in legibus, ac conſtitutionibus, in quibus Legiſlatores aſſignant tempus ad obligandum, nullum eſt dubium, ſed in noſtra difficultate nos loqui quando abſolute fuit publicata lex.

Et confirmatur quia ut infrà dico ſub hoc du- 7
bio leges Magiſtratus, inferiorum, & Epiſcoporum obligant ſtatim à facta publicatione abſque ulla præfinitione temporis, ut de legibus Magiſtratuum tenent in terminis Hoſtienſis *in ſumma hoc tit.* §. *quando*, Abbas, Decius, & alii *in d. cap.* 2. *hoc tit.* Turrecremata *in cap. in iſtis* §. *leges in medio diſt.* 4 Sylveſter *verbo lex q.* 6. ex ea ratione, ut ait Villalobos *ſuprà num.* 2. *verſ. de*

dondo

Google

donde, quia *dicta auth.* tantum loquitur de Imperatorum legibus, non de iſtis, Diana *p. 1. tract. 10. reſol. 9. in fine* verſ. *notandum*, ubi ſic tenet cum Soto *de Juſtitia lib. 1. quæſt. 1. artic. 4.* Reginald & Valentia ſentientes ut leges Magiſtratuum inferiorum cum illicò à publicatione obligent. Idemque ipſe Diana ibi, & Suarex *de legibus lib. 3. capit. 18. num. 9. & lib. 4. capit. 15. n. 15.* tenent de legibus ſeu conſtitutionibus latis ab Epiſcopis.

8 Et ab hinc videtur oltra ſentire Villalobos *dict. diſ. 14. num. 3. in fine* cum dicat leges Imperatorum tantum obligare nos Hiſpanos, quando deficit Regia lex, de quo jam dixi *ſub quæſt. 2.* & ita Anton. de Butrio, Decius, Paul. Eleacarus Francus, quos ſequuntur Navarrus *conſ. 1. hoc tit. num. 17.* Azor. *lib. 5. moral. tom. 1. cap. 3. quæſt. 8.* dicentes ut leges civiles ipſo facto non obligent, niſi à tranſacto tempore duorum menſium poſt publicationem *per dict. conſtit. auth. citatæ.*

9 Nec obſtat textus *in cap. noluerit de ſentent. excommunic.* quatenus aſſignat duos menſes pro monitione, ut qui fecerint ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam illa revocent intra duos menſes alioquin excommunicationem incurrerent. Quare reſpondent Doctores citati, ut refert Diana *dicta reſol. 9.* ex hoc non ſequi neceſſarium pro promulgatione tempus duorum menſium, ut omnis lex Pontificia obliget: nam ſunt aliquæ leges, quæ ex voluntate Principis, ſeu Pontificis non incipiunt obligare; niſi poſt certum tempus, facta promulgatione. Et ita videmus in multis pragmaticis, ſanctionibus hujus Regni exprimi, ut à promulgatione facta obligent poſt aliquos dies in qualibet aſſignatos plus, minúſve ad placitum Regis; imò Stylus Romanæ Curiæ eſt quod ibi à judicibus paſſim puniantur Tranſgreſſores legum etiam ante elapſum tempus duorum menſium.

10 Unde in eo dubio, an lex ante duorum menſium lapſum liget ſcientes pro affirmativa ſententia, reſponderunt Baldus *in dicto cap. 2. hoc tit. num. 5.* verſ. *ex prædictis* Panormitan. *num. 7.* verſ. *diſceptatio* Imola *num. 5.* verſ. *& adverte*, Felinus *collat. 4. num. 7.* Beroi. *num. 50.* & alii plures, ut per Federicum de Senſ. Franc. Dominic. Præpoſit. Panormit. quos referunt, & ſequuntur Rendina *in promptuar. receptar. ſentent. in fine tom. 1. in miſcel. num. 1.* Azor. *dicto capit. 3. quæſt. 8.* & Barboſa *in dicto cap. 2. num. 9.* quidquid contrarium velint ibi Butr. *column. 3. n. 17.* verſ. *puto de mente juris*, Decius *lect. 1. n. 16. collat. 6.* Menochius *de arbitrariis caſu 185.* Navarr. *d. conſ. 1. hoc tit. n. 8.*

11 Nihilominus ſunt multi Doctores dicentes leges Pontificias non obligare, niſi à tranſactis duobus menſibus poſt publicationem ex ea ratione quia leges non dedignantur ſacros Canones imitari; ita ut ſacrorum canonum ſtatuta Principum conſtitutionibus adjuventur, *c. 1. de novi operis nunciatione*; cumque de hoc nihil Pontificio jure ſit cautum, ſitque juri civili conſentaneum, ut niſi à duobus menſibus tranſactis *ex relata auth. §. ut nova conſtit.* ſequitur ut idem jure Pontificio; ac Regio noſtro Hiſpano debeat obſervari, præcipuè ubi materia caret à peccato: argumento eorum, quæ dixi *in cap. novit 13. de judic.*

Ergo cum *in dicta auth.* ſignatum fuit tempus duorum menſium, ne leges primo obligarent unos, quam alios, ut tradit Villalobos *dicta diſ. 13. num. 3.* item ut tolletur omnis confuſio & rixa & imparitas ſubditorum, ut ſtatim referendi docent, ſequitur hanc ſententiam multum eſſe probabilem, & ut talem ſequuntur Beccan. *in ſumm. Theolog. p. 2. tractat. 3. cap. 6. concluſ. 2. num. 3.* cum Sylveſtro, Panormit. Joanne Andrea. Valentia *tom. 2. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 5.* Navarr. *in manuali cap. 23. num. 24.* Emanuel Sà verbo *lex num. 8.* Mirand. *in manual. Prælat. tom. 2. quæſt. 25. artic. 4. concluſ. 5.* Tabiena verba *lex num. 51.* & verbo *conſtitutio num. 1.* Reginaldus *tom. 1. lib. 13. cap. 16. num. 152.* Diana *dicta reſ. 9. tract. 10. p. 2.* † Et facit quia 13
Papa dum intendit legem obligare ſtatim, ſolet in ſua conſtitutione id exprimere, ut videre eſt *in ſingula de præb. lib. 6. clem. 2. de hæret.*

Ego inquam hanc ſecundam opinionem ad- 14
mitterem in foro conſcientiæ reſpectu ignorantium, non inquam reſpectu quorum, qui jam ſciunt legem fuiſſe promulgatam, non ſic reſpectu fori externi, nam in eo foro non excuſaretur ab incurſu pœnæ, ſive legis fractione, qui eam non obſervaret illico à die ſcitæ promulgationis: ſic cum Azor. *p. 1. moral. capit. 3. lib. 5. quæſt. 7. in fine*, ubi dixit *ſic in foro conſcientiæ prædictam opinionem tutam eſſe, & poſſe ſervari.*

Verum ſecundæ ſententiæ relati Doctores, 15
ut refert: & ſequitur idem Diana, inferunt quod ſi aliquis ſciret promulgatam legem eſſe, non teneatur illam obſervare ante duos menſes elapſos, quia alioquin ut bene notant Beccanus, Valentia, & alii magna ſequeretur in Republica perturbatio; nam qui ſcirent promulgatam legem, tenerentur eam ſervare in utroque foro, alii in neutro tenetur, quod impugnatur *ex dictis in* verſ. *unde.*

Ad tertium quæſtionis partem an curare de- 16
beant Epiſcopi in ſuis Diœceſibus leges Pontificias publicare, poteris ex proximè adductis reſpondere: tamen in terminis Sylvius *p. 2. quæſt. 96. art. 4. quæritur 11. concluſ. 3.* dixit teneri ut obſervetur, quando videlicet Pontifex ſignificat ſe velle quod ſua lex ibi obliget etiam abſque alia publicatione alibi facta, ſed non teneri curare, ut publicetur, promulgative, niſi mandatum Pontificum ad eos dirigatur, vel rationabiliter judicet promulgationem in ſuis Diœceſibus eſſe neceſſariam.

Quod ſi Pontifex nec ſignificet opus eſſe alia 17
promulgatione, nec ſignificet non eſſe opus, nec etiam mandatum dirigat ad ordinarios, probabile ait eſſe quod ordinarii non tenentur legem Pontificiam promulgare, vel jurare ut obſervetur, niſi fructum aliquem notabilem ex talis legis promulgatione in ſuis Diœceſibus ſpectent; poſſunt enim in ejuſmodi caſu interpretari mentem Pontificis eſſe, quod lex, quam ipſe ex juſtis cauſis judicat Eccleſiæ univerſali eſſe utilem, in diverſis provinciis tunc obſervari, & promulgari curetur ab Ordinariis, quando illi exiſtimaverint ita eſſe pro ſuis locis expediens, & ad aliquem fructum notabilem utile.

Præpoſitus vero *in p. 2. Divi Thomæ q. 95.* 18
diſp. 1. dubio 9. num. 30. ait Epiſcopos, vel alios ſuperiores non peccare, curantes legem promulga

mulgari, vel recipi, quando ſummus Pontifex
id eis nnn committit, & Diana *p. 6. tract. 6. miſ-*
cel reſ. 38. poſtquam dixerit hunc caſum eſſe ni-
mis practicabilem, & qui aliquando non pa-
rum torquet Epiſcopos ibi in fine putat leges
Pontificias non agere publicatione in ſingulis
Diœceſibus; & ſic inferre quod eo ipſo quod
Romæ ſim publicatæ more ſolito obligent ubi-
que, nec earum obligatio pendeat exceptatio-
ne populi; & quod Epiſcopi ſubditos eas non
obſervantes poſſunt, & debeot punire. Ego
autem exiſtimo ſatis huic dubio reſpondert,
tum ex adductis in hac quæſtione, tum in præ-
cedenti.

19 Ad quartam quæſtionis partem Boſſius *de ju-*
bilæo ſect. 4. caſu 3. *num.* 7. Sà verbo *jubilæum n.* 2.
ut refert Pater Gregorius Gobar. *de jubilæo du-*
plici cap. 11. *num.* 67. affirmant quod ſuperiores
regulares poſſint pro ſuis ſubditis promulgare
jubilæum, non expectata promulgatione Epiſ-
copi Diœceſani, quia ut ait Henriquez *Prælatus*
Monaſterii, cenſetur ordinarius ut promulget
20 *ſuis ſubditis exemptis ab Epiſcopo.* † Tamen verior
eſt negativa ſententia, quam ſequitur Bordon.
miſcellaneis deciſ. 23. idem Pater Gregor. *dict.*
num 67. impugnans ſententiam Sà *dict. num.* 12.
Diana *p. 2. tract.* 14. *miſcel.* 4. *reſ.* 33. ex eo quod
ſub nomine Prælatorum Eccleſiarum, & ordi-
nariorum locorum, non veniunt ſuperiores re-
gulares, niſi quando ea nomina ſimpliciter ex-
primuntur, & materia eſt illis applicabilis,
quia ſic dicitur *Prælati Eccleſiarum*, id intelli-
gitur *de ſæcularibus ex cap. ſi quando* 8. *de officio*
de legati, cap. cum ordinarii 3. *de officio ordin.*

21 Etenim cum jura volunt comprehendere Præ-
latoa, vel Eccleſias regulares exprimunt ut vi-
dere eſt *in cap. nullis* 28. *cap. ſi poſtquam* 33. *cap.*
quia ſæpe 40. de electione *in 6. cap. ordinarii* 3.
cap. quamvis 8. *cap. fin. de officio ordin. lib.* 6.

22 Sub eo autem nomine *Eccleſiarum Prælatis*,
veniunt tantum Abbates, Præpoſiti, & alii
Prælati ſæculares nullius habentes propria ter-
ritoria, & ſubditos etiam laicos. Nomine vero
quibuſcumque ordinariis locorum in eadem Bulla
jubilæi veniunt tantum ordinarii Eccleſiarum
ſæcularium; nam illud verbum *locorum* reſtrin-
git nomen ordinarii tantum ad ſæculares cum
excluſione regularium, ut docent plures cum
gloſſa verbo *ordinarii in extrvag. 1. de præb.* Joan-
nis 22. quos pro ſe citat. Floron. *cap.* 5. *de caſibus*
reſervatis cap. 4. §. in contrarium: & ſic reſponde-
tur quod licet Bulla jubilæi tranſmittatur à
Procuratore ordinis, non inferri ſuperiorem ac-
quirere jus illud publicandi, quia id in Bulla
23 non exprimitur. † Nec ex eo quod Prælati re-
gulares accipiant jubilæum ab ordinario publi-
catum, ſubjici Epiſcopo dicantur, à quo ſunt
exempti, ſed tantum dicuntur Jubilæum Lu-
crari ab eo publicatum, non enim propter id
dicuntur cogi, nec facere aliquid ſibi odioſum,
nam lucrantur illud ſine læſione ſuæ exemptio-
nis; imo & in fine Bullæ jubilæi derogatur
Apoſtolicis conſtitutionibus, & privilegiis re-
gularium, in quantum poſſunt obſtare Bullæ ju-
bilæi, propter quam quod dici poteſt Papam
religioſos, volentes acquirere jubilæum, ſub-
jicere Ordinario, cum Summus Pontifex Præ-
latis tantum ſæcularibus præcipiat publica-
tionem jubilæi: ita alia tradens dicit relatus
Diana.

Ad quintam quæſtionis partem an privile- 24
gium ut obliget egeat publicatione, & ſuppo-
ſitis quæ *ſupra adduxi quæſt. 3. de differentia legis,*
& privilegii, & num *dicatur lex*, cumque ibi
dictum in quod privilegium revera ſit quædam
privata lex, videtur dicendum, ut quemadmo-
dum de perfecta ratione legis eſt quod ſit legiti-
mè promulgata; ſic & in privilegiis promulga-
tio ſit neceſſaria, ut probat textus *in leg. pen. ad*
finem ibi *ea die qua promulgata eſt Cod. de decurio-*
nibus lib. 10.

Et ego exiſtimo cum Barboſa *in cap. in iſtis* 3. 25
diſtinct. 4. num. 3. ut quoties privilegia dantur per
viam legis requirant promulgationem, cum ſe-
quantur ipſius legis naturam, notat *gloſſa* verbo
de cætero ad mod. in proœmio clement. & ſic ut pri-
vilegium valeat Doctores dicunt neceſſum eſſe
ut veniat ad notitiam privilegiati. † Nam ut do- 26
cent Bart, *in l. omnes populi, ff. de legib.* Abbas,
& Felinus *in cap. cognoſcentes hoc titul.* quemad-
modum privilegium conceditur perſonæ parti-
culari non ſit de Papa præſumendum velle illud
concedere, ſe eadem perſona illud, aut neſcit
aut non acceptat, & exemplificat Villalobos in
privilegio à Papa conceſſo, ut quis contrahat
cum cognata, & ille duceret eam in uxorem an-
tequam privilegium ſciret, quia nihil faceret:
ſic *in ſumm. diſt. 1. p tract. 2. diſ. 13. n.* 1.

Alii inquam abſolutè docent, ut privilegium 27
non egeat publicatione, quia iſta dantur in
privatum commodum; & ſic non dicuntur le-
ges ſimpliciter, ſed cum adjectione *privatæ*, ut
tenent citati per Barboſam *in Rubrica de reſcri-*
ptis lib. 6. idem refert *in dicto cap. in iſtis ſub n.* 2.
ubi in confirmationem allegat uſum aſſerens
nunquam vidiſſe, vel nos audiviſſe privilegia
particularia publicè publicari, ſed ſolum judi-
cibus intimari, ut ea faciant obſervari, qui à
tergo ſolent ſcribere, ut obſerventur, ſicut in
eo continetur; quibus rationibus in privilegiis,
quæ per ſe dantur, id eſt non per viam legit, re-
ſolvit Bartol. *in dicta leg. leges num.* 2. & noſtri
communiter *in dicto cap.* 2. *hoc tit.* Felin. ibi *n.* 7.
tertia limitatio, Salas *de legibus diſp.* 17. *ſect.* 5. *à*
num. 31. & 34. Azor. *p. 1. inſtit. mor. cap. 3. q. ultima,*
lib. 5. Frater Emanuel Rodriguez *quæſt. regular.*
tom. 1. q. 6. art. 7.

Er comprobatur ex textus *in cap.* 1. verſ. *nec ob-* 28
ſtaret de conceſſione præbendæ *lib.* 6. faciente
differentiam inter leges generales, & privilegia,
ſeu conceſſiones ſpeciales, quod in his ejus cui
conceduntur notitia ſufficiat in legibus non
ita, ſed aliorum cum quibus actus gerendus eſt,
notitia requiratur: ita Barboſa *in dicto cap. in*
iſtis diſt. 4. *dict. num.* 3. *in fine.* † Imò & Berojus 29
in dicto cap. cognoſcentes *hoc tit.* cum multis ab
eo relatis, & Azor. *dict. lib. 5. cap. 3. quæſt.* 5. di-
cunt, ut valeat privilegium ab ipſa conceſſione
Principis; & hanc partem ut probabiliorem ſe-
quitur ex communi Juriſtarum citans ad id Ro-
tæ deciſionem 14. *p. 2. num.* 2. ex eo fundamento.
† quia legatum teſtamento relictum, abſenti 30
etiam acquiritur, *ex l. legatum, & l. cum pater ff.*
de legatis 1. ſic & libertatem relictam acquiri
ſervo abſenti.

Nec facit contra hoc ultimum textus *in leg. ſi* 31
quis abſente, ff. de acquirenda poſſeſſione, quate-
nus ex ejus littera patet, *ut libertas per Epiſtolam*
datam ſervo & feratur in tempus quo ſervus cer-
tior factus fuerit, quia reſpondetur ibi conſul-
tum

tum ita voluiſſe, ut par eſt ex littera quod idem de valore privilegii venit dicendum juxta primam ſententiam ſi conſtat de mente dantis. † Quibus exemplis comprobat, & ex his intelligitur diſtinctio, quam ſupra in princ. hujus dubii adduxi ex Riccio *coll.* 1276. & ex Barboſa *in dict. c.2. hoc tit. à n.6.*

32 Ad ultimam quæſtionis partem, an cum adeſt clauſula *ex nunc* videatur ut velit Princeps quod lex obliget abſque publicatione; in dubio breviter reſpondeo, ut ex appoſitione prædictæ clauſulæ ſatis dicatur apparere, ut velit Princeps conſtitutionem obligare, etiam ante publicationem: ſic Riccius probat *in deciſ.* 12. idem *ſub. d. collect.* 1276 *in* verſ. *animadvertendum*

33 † Idemque dicit ut conſtitutio non egeat publicatione ubi eſſet regiſtrata in regiſtro Papæ, eſſetque publicè impreſſa, & palam venderetur, nam ex his oritur præſumptio; & publicationis, ut in terminis conſtitutionis felicis record. Pii Papæ IV. *ſuper ſocietatibus officiorum*, tenuit Rota *in cauſa Romana ſocietatum* 29. *Janu.* 1601. *coram Cardinali* ... *uellino*: alia inquam plura congerit Riccius omnino videndus in favorem Regularum Cancellariæ, probans ex pluribus deciſionibus ut ſi publicatio earum, ſeu conſtitutionis facta fuerit in loco reſidentiæ Principis, liget etiam in aliis locis: ſed de his regulis jam dixi.

Unum pro complemento notabis in publica-

34 tionis favorem factæ conſtitutionis in curia, quod ea ſufficiat, ut lex obliget, etiam quod non probetur uſus conſtitutionis in his locis, in quibus publicatio non fuit facta, quia ut Riccius refert *d. collect.* 1276. *circa fin.* quidquid dixerit Mohedan. *in deciſ.* 6. Rota ejus opinionem non ſervat, ſtante enim ejus publicatione in curia uſus præſumitur, donec doceatur de contrario, Creſcent *in deciſ.* 79. Mohedan. *in deciſ.* 90. Cardinal. Put. *in deciſ.* 281. *lib* 1. & fuit dictum *in una Brigian locationis* 5. *Decemb.* 1694. coram Penia.

35 † præſertim cum decretum irritans impediat non uſu uſum, Caputaq. *in deciſ.* 82. *lib.* 2. & iſta non uſus ita probandus, ut devenerit ad notitiam majoris partis populi, ut fuit dictum *in una Parmen. legati* 20. *Octob.* 1570. coram Cardinal. Seraph. ut patet in ejus deciſ. impreſſis.

39 Summopere Riccius ſupra dicit notandum cum Puteo *in d.* 178. *lib.* 1. & cum Rota diverſ. *in deciſ.* 19 *lib.* 1. quod decretum irritans ſive opponatur in conſtitutione generali, ſive particulari, nunquam ligat ignorantes quoad pœnam. ſed ſolum quoad nullitatem actus quod explicabis juxta *d. q. præced.* & *à n.* 1. hujus quæſtionis.

37 Pro complemento notabis, ut publicatio legis, nunquam præſumatur, niſi probetur, quia publicatio eſt quid facti, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2 *præſumpt.* 1. *n.* 2. & *præſ.* 2 *n.* 2. quam refert, & ſequitur Eman. de Valle de Mora de incantant, & Erſalmis *ſect.* 1. *c.* 5. *n.* 13. reprobans Nicolaum Garciam contrarium tenentem de beneficiis *p.* 2. *c.* 1. *n.* 44. tradit Barboſa *in c.* 2. *hoc. tit. c.* 11. & ego hanc admitto in lege recenter lata, non ob antiquo condita, de cujus diceptaretur publicatione.

QUÆSTIO IX.

An Epiſcopi, ſeu alii Prælati juriſdictionem habentes, poſſint leges, aut conſtitutiones, ordinationeſve facere ita ut ſubditi maneant obligati: Et an populi, ſeu alii proceres, & poteſtates ſæculares: Et an poteſtas legiſlativa ſit fœmina delegabilis, ubi an mulier ſit homo; Ordinationes civitatum ut obligent, an debeant prius à Rege confirmari, & an Prælati Religionum poſſint facere leges ultra poſitas in prima fundatione.

SUMMARIUM

1 *Epiſcopi poſſunt facere leges, & ordinationes pro bono regimine ſui Epiſcopatus obligantes ſubditos.*

2 *Clerici tenentur obedire Epiſcopo in negotiis pertinentibus ad ſtatum Eccleſiaſticum, alias poſſunt puniri.*

3 *Epiſcopi ſunt ordinarii ſuarum Eccleſiarum, habentque poteſtatem faciendi Ordinationes, & decreta, ſed an ſimul cum Synodo n.* 4 5. 6. 7. 8. 9 *&* 10 *ubi cum diſtinctione.*

7 *Ordinationes Epiſcoporum facta in Synodo ſunt perpetuæ*

8 *Epiſcopus ſine capitulo non poteſt aliquid ſtatuere, ſuper ſtatuta Eccleſiæ, ſed benè poteſt tollere conſuetudinem introductam contra reſidentiam, cum Eccleſia egeret Canonicis valdè n.* 9.

10 *Statuta, ſeu ordinatio pro regimine facta ab Epiſcopo, non requirit conſilium capituli.*

11 *Reſervati caſus ab Epiſcopo ceſſant per ejus obitum, item & exilium alicui ab eo injunctum.*

12 *Epiſcopus Conſilium capituli ſequi non tenetur in decernendo quæ viſa fuerint oportuna in Synodo: ubi quid in juriſdictionibus.*

13 Cap. quanto, cap. novit de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capit. & ante. n. 12.

14 *Epiſcopus non tenetur ſequi conſilium capituli, ubi ſine illo aliquid poteſt ſtatuere, nec illud requirere, n.* 15.

15 *Chriſtus poſuit in Eccleſia Paſtores, id eſt Epiſcopos, qualiterque dependeant à Papa, n.* 16.

16 *Pontifex ſolus creat Epiſcopos. & transfert, Diœceſeſq. dividit erigit, auget, minuit, ſublimat, & deprimit & extendere, & limitare juriſdictionem Epiſcopali muneri jure Divino cohærentem, ſed nequit abrogare ab Apoſtolis condita, n.* 17.

17 *Epiſcopi ſucceſſerunt Apoſtolis, & eorum juriſdictio eſt immediata à Chriſto Domino Apoſtoli habent à Chriſto poteſtatem ſubordinatam diſpoſitioni Petri, ut capitis. & Paſtoris: Et in quo differat eis data ab ea, quæ fuit data Petro, & ejus ſucceſſoribus.*

18 *Epiſcopi habent ſuam poteſtatem immediatè à Summo Pontifice, & ab eo dependentem, & ſic judiciarium extendi, vel limitari.*

19. *Epiſcopi omnes habent poteſtatem condendi leges Eccleſiaſticas in ſuis Diœceſibus cum ordine ad Papam.*

20 *Populi, & Reſpublica juriſdictionem habentes poſſint ſtatuta condere, & pro adminiſtratione, etiam ſi juriſdictione careant, n.* 21 *etiamſi*

ſtatutum comprehenderet præterea, & *conſuetudinem.*

22 *Leges municipales ſi ſunt in uſu debent omninò ſervari.*

23 *Statutum à populo factum contra Canones, ſi civitas ſubjacet temporali Eccleſiæ juriſdictioni, non valet, contra aliquos ſub* num.23.

24 *Statutum ferre nequit una populi pars ſine alia.*

25 *Statutum populi, num requirat confirmationem ſuperioris*, & *qualem*, n.26.27.28. & 29.

28 *Ordinationes populorum ſunt ferendæ ad conſilium ſupremum, ibi videndæ*, & *confirmandæ, ſic, ut aliter exequi nequeunt*, & n.52.

29 *Sententia lata juxta ordinationes non confirmatas, ſolent à conſilio improbari, à quo proviſiones dantur, adverſus earum uſum*, & *ut remitantur ad dictum conſilium.*

30 *Ordinationes populorum antiquæ*, & *in libris ſcriptæ habent legis vim, propter antiquam obſervantiam.*

31 *Ordinationes*, & *ſtatuta populorum, ut valeant, debent, in uſu eſſe, ſed leges communes ſolùm ex tacita, ſeu expreſſa populi receptione.*

32 *Judices inferiores poſſunt condere ſtatuta, quæ non niſi die publicationis ligare incipiunt.*

33 *Magiſtri alicujus artis poſſunt condere ſtatuta in concernentibus eorum officio*, & *pro tempore officii, etiam ſi juriſdictione careant*, num.34.

35 *Proceres, Duces, Comites*, & *Marchiones Regni noſtri Hiſpaniæ nequeunt leges, aut ordinationes perpetuas facere, nec temporales, aut pænales, nec eas interpretari, cum in eis non fuerit ſuprema poteſtas* n. 39. *contra aliquos* n. 37 & 39.

38 Leg.12.tit.1.p.2 vi que los Sennores ne puedan hazer ley, ni fuern nuebo ſin o torgamiento de pueblo.

39 *Domini populorum, ſicut populi*, & *civitates poſſunt facere animalia, mandata, ſeu ſtatuta ad regimen vicinorum*; & *ſuper comeſtibilibus aſſignando pretia ſuper repartitione aquarum ad rigandum*, & *ſupra taxa ſalarii famulorum*, & *ſuper aliis rebus.*

40 *Præconia vocari ſolent ſtatuta bonæ gubernationis, etiam à Prætoribus facta abſque eo quòd egeant confirmatione*, d.n.39.

41 *Mulier leges ferre poteſt. cum ei poſſit demandari poteſt juriſdictionis*, & *ferendi cenſuras* n.42. & 43. *quod ultimum dubium eſt, ut* num.45.

44 *Mulier diſpenſari poteſt, ut doceat, ſicut contigit cum ſancta Catharina*

45 *Mulier poteſt diſpenſari ut leges Eccleſiaſticas condat*, & *ut præcipiat aliquod feſtum, vel jejunium; non ſic ut confeſſiones audiat ſacramentales, vel ut exerceat actus ordinis.*

46 *Mulier an ſit homo? Ridicula videtur interrogatio. Sed an veniat fœmina appellatione hominis quoad juris affectus. aliud eſt cum maſculinum comprehendat fœmininum in jure, niſi in caſibus ſpecialiter exceptis* n. 48. 49. 50. 51. & 52.

47 L. quiſquis Cod. ad leg. Julian Majeſt. & num. 28.

49 *Diſpoſitum in pœnalibus regulariter extenditur ad fœminas.*

50 *Legatum relictum v.g. filiis Patri porrigitur ad ejus filias.*

51 L. ſi quis aliter 38. ſ. qui abortionis, ff. de pœnis *verſ.* qui abortionis.[1]

52 *Fœmina non continetur hominis appellatione, ubi eſt ratio diverſitas, ut* n.53.

54 *Prælati Religionis nequeunt novas ordinationes ultra poſitas in prima fundatione facere, ut* n.55. & 65. *niſi ad regimen.*

55 *Moniales tacitè, aut expreſſè profeſſæ Monaſteriis egredi non poſſunt, niſi conſtet laborare morbo gravi nocivo aliis.*

46. *Prælati nequeunt mandare ſubdito ſuo, ut ingrediatur aliam Religionem arctiorem.*

58 *Clauſura admodum congruit mulieribus*, & *earum caſtitati.*

59 *Prælati Religionis, S. Franciſci, qualiter poſſunt facere ordinationes, ſive conſtitutiones obligantes.*

AD primam difficultatis partem dicendum eſt poſſe Epiſcopos leges, 1 & ordinationes facere pro bono regimine ſui Epiſcopatus; ita ut ad earum obſervantiam obligent ſubditos: ſic D D. per textum *in c. 1. de conſecratione diſt.* 3. *in c. 2. de locato*, & *in c. 2. de majorit.* & *obedientia*, ubi expreſſè cavetur quod non obediens decreto Epiſcopi, eſt excommunicandus; & per textum *in cap. ut animarum hoc tit. lib.* 6. qui loquens ſpecialiter quod ſtatutum Epiſcopi, non obliget ignorantes, ut jam expendi *ſub q.*7. in fine, contra decernit, ut obliget non ignorantes. Et ſic Marcus Antonius Genuenſis *in practicab. Eccleſiaſt.q.*230.*num.*1. 2 Barboſa *in dict c.* 2.*de majorit. n* 3. notant in verbo ibi *ab Eccleſia*, quod in negotiis pertinentibus ad ſtatum Eccleſiaſticum, tenentur Clerici obedire Epiſcopo, alias poſſint puniri, prædictam concluſionem recipiunt communiter Canoniſtæ *in Rubrica hic*, & *cap. cum omnis hoc tit.* ubi Panormit. Decius, Hoſtiens, & alii *per jura relata.* Vaſquez 1.2 *tom.*2 *diſp.* 152.*c.*3. & *diſputat.* 153.*c.*1. Suarez *de legibus lib.*14. *c.* 4. *n.* 2. ſic colligentes ex verbis Chriſti Math. 18. *quæcumque ligaveritis*, quæ protulit loquens cum omnibus Apoſtolis, quibus ſuccedunt Epiſcopi, ut patet de jure *in cap. in novo diſt.* 21. *ex Trid.cap* 4. *ſeſſ.*23. ubi Farin. & Barboſa cum infinitis.† Imo 3 & ſic conveniſſe docent DD. eo quod Epiſcopi ſunt ordinarii ſuarum Eccleſiarum, quorum officio ſpectat habere poteſtatem, ordinationes, & decreta faciendi: vide quæ ex multis congerit Gratian.*regula* 433. * De quibus nonnullis *infra* 4 *q.* 18. & quia longa noviſſimè tractat Diana ad utramque partem *p.*11.*tr.*3.*q.*23. Caſtr. Mortorian *in collect. Theol. mor. tract.* 1.*c.* 8. *art.*3. qui referens DD. negantes, ut Epiſcopi nequeant leges condere, inter quos Medina *in* 2.*p.q.*96.*art* 5.*dub.* 2. Gallego *de cognat. ſpiritual. c.* 21.*n.*1.18. & F. Emanuel 1.*tom. ſumm. in* 2.*edit.c.*237.*n* 1. arbitrantes ut nequeant ſine Synodo, quia Epiſcopus habet ſe inſtar Decani cum ſuo capitulo ipſi Synodo Diœceſano; ita ut non ſit ei ſuperior, & refert affirmantem Thom Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſput.*33. qui alios citat ex eo quia ſolus Epiſcopus habet in Synodo Diœceſana ſuffragium deciſivum, cœteros vero ibi aſſiſtere ad præbendum conſilium, & hanc videtur amplecti plura congerens ibi videnda, ſed tu diſſolves modo ſequenti.

Dubium

5 Dubium autem eſt an ipſi per ſe poſſint tales leges diſcernere, ſeu debeat fieri cum conſenſu Capituli, aut Cleri, vel qualiter, & gloſſa *in dict. cap. ſi quis de majorit. & obedientia* 2. videtur velle, ut Epiſcopi nequeant leges facere ſine Synodo Diœceſana ibi verbo *decretum* docent Dueñas *regula* 245. Azor. *inſt. mor. p. 2. lib. 3. c. 47. q. fin.* ſed Villalobos *in ſumma p. 1. tract. 2. diff. 8. num. 6.* verſ *una gloſſa* contrariam ſententiam ſequitur dicens gloſſam non habere fundamentum ſufficiens, & ſuam dicit eſſe fere omnium Doctorum.

6 Ego inquam utramque ſententiam cum diſtinctione approbo, nempe ut licitum ſit Epiſcopo in Diœceſana Synodo condere ſtatuta, ſeu Ordinationes aliquas, prout ei fuerit viſum expedire ad retinendum clerum in diſciplina, vel ad tollendos abuſus ex dictis juribus Alexander de Nevo *conſ.* 60. *num.* 16. ubi etiam dicit quod poteſt Epiſcopus ſtatuta præparatoria, & pœnalia condere, Marcus Alterius *decens, tom. 1. lib. 5. diſputat. 12. cap. 2. columm. 5. littera D.* Sbaſtian. Medices de legibus *p. 1. quæſt.* 14. Suarez *in ſimili tractat. lib.* 4. Rotæ *de Synodo Epiſcopi p. 3. act. 18. num.* 104. Maſob *in ſimili tractatu capit. 4. dubio* 41. Puteus *deciſ.* 353. *lib. 1. in correctis*, Ciarlin. contr. Forens *lib. 1. cap. 1. n. 8.*

Et de his ordinationibus factis in Synodo
7 dico eſſe perpetuas, nec expirare morte Conditoris, gloſſ verbo *ſtatuto in dicto cap. ut animarum hoc tit. lib.* 6. Zerola *in praxi Epiſcoporum, p.* 1. verbo *edicta* §. Alcedus *de præcel. Epiſcop. dignit. cap. 1. num. 41. p.* 2. quæ quidem ſtatuta debet facere cum Concilio capituli *cap. Epiſcopus* 24. *dicta qui videtur res ardua*, licet ſequi non teneatur, ſatiſque eſſe conſilium perquiſiviſſe, licet poſtea diſſentiant, Quaranta *in ſumma Bullar.* verbo *Synodus*, verſ. *in privatis*, Franc. Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. p. 1. capit. 9. num.* 15. Ciarlin. cum Barboſa *diſt. c. 61. n. 11.* Bonacina *de legibus diſp. 1. quæſt. 1. punct. 3. num.* 24. Homobonus *de exam. Eccleſiaſt. p. 3. tractat. 15. c. 7. q.* 20.
8 *reſol. 5.* verſ. *unde.* † Non enim poteſt Epiſcopus ſine capitulo aliquid ſtatuere ſuper ſtatu Eccleſiæ *cap. quanto de his qui fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli*, Joannes Andreas *in c. unico num. 1. de Cleric. non reſident. in* 6. ubi Franc. §. *ſtatuimus*, Geminian *num.* 4. Felinus *in c. cum omnes num.* 9. *hoc tit.* ubi Decius *num. 7. in 2. diſput.* Abbas *in cap. ad audientiam de Clericis non reſident.* Lotter. *de re beneficiaria lib. 1. q. 21. à n.* 97.

9 Hoc ipſum limitantes in caſu quo Epiſcopus tollere vellet conſuetudinem ſuper non reſidentia Canonicorum, quia Eccleſia valde Miniſtris indigere poſſet Epiſcopus ſolus tollere hujuſmodi conſuetudinem, & ad perpetuitatem illarum legum, ſeu ſtatutorum pro Eccleſiæ regimine, requiritur ut decernat in Synodo, aut cum Concilio capituli. Quo in ſenſu exiſtimo procedere gloſſam *in dicto c.* 2. verbo *decretum de majoritat. & obedient* & ſic addit citatus Ciarlin. *eſſe intelligenda de ſtatuto Synodali* Barboſa *in Paſtor. p. 1. allegat. 93. n. 13. & 24.*

Quod ſi alia ſunt condita ab Epiſcopo extra
10 Synodum pro bono regimine Diœceſis, veluti edicta, banimenta, & gridi Epiſcoporum, in his non requiritur Conſilium capituli, ut ipſe Ciarlin. aſſerit ubi ſuprà *dict. c. 61. num.* 12. & ſic iſta eſſe temporanea, ejuſque obitu expirare docent Bald. & Doctores *in leg. 5. ff. de verb. ſignificatione* Bertachin. *in tract. de Epiſcop 2. lib. 4. quæſt. 15. deciſione Curiæ Neapolitan.* 149. *num. 1. p. 1.* & pro certo ſupponitur a Rota *deciſ. 79. n. 6. p. 1. recent.* & hanc partem ſequitur Sperell *in deciſ. fori Eccleſiaſt. deciſ. 24. n.* 21. contra Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol c. 1. ſub num.* 18. † Et ſic tuetur Sperell. ubi *num.* 22. 11
& num. 23. quod caſus ab Epiſcopo reſervat expirant per ejus obitum; & quod exilium alicui ab Epiſcopo junctum expirat per illius mortem; & in hoc caſu procedere exiſtimo contrariam relatam ſententiam, ut poſſit leges & ſtatuta facere Epiſcopus ſolus per ſe ſine Synodo aut Capitulo.

Hinc fit dubium an teneatur Epiſcopus ſequi 12
Conſilium capituli in diſcernendo, & ſtatuendo quæ viſa fuerint oportuna in Synodo, & Suarez *in tractat. de legibus lib. 4. c. 5. in dubio* 2. optimè loquens dicit ut ſequi non teneatur, ita ut quod ſcriptum legitur *in dict. cap. quanto*, *& cap. novit.* de his, qui fiunt à Prælat. ſine conſenſu capituli circa Conſilium requirendum per Epiſcopum veniat reſtringendum ad ſtatuta ſuper alienationibus bonorum Eccleſiæ, vel ad judicia, & ſic ad juriſdictionalia; non autem ad ea, quæ pendent à mero imperio, & jure ipſo Monarchicho, quale eſt facultas hujuſmodi concedendi ſtatuta, ut docet Bart. *in leg. imperium dum. 8. ff. de juriſdict.* omnium judicum, quam extirnat idem Suarez *de legibus, lib. 1. c. 7. à num.* 6. ſed juſtum merum imperium eſt in Epiſcopo, ut per Bald. *in Rubr. ſub num. 7. ad finem* verſ. *vel dic quod Epiſcopus de conſiſtit*, Imola *in cap. nam contingat* per textum ibi *de foro comp.* ac proinde ut prædicta poteſtas pendeat à jure Monarchicho conſtituto in ipſo Epiſcopo, & per conſequens in communicabili capitulo, aut cuivis alteri, & comprobatur *ex leg. 1. Cod de officio cujus, cui eſt mandata juriſdictio*: quæ omnia faciunt in favorem ſententiæ relatæ, quæ docet Epiſcopum per ſe poſſe facere leges, & conſtitutiones perpetuas.

Adhuc vero, & ſi in prædictis decretalibus 13
aliqui voluerint Conſilium, de quo ibi ... pro conſenſu, quæ fuit opinio Vincentii. & Gofredi, ut refert Barboſa *in Paſtor. allegat. quæſt.* 3. *ſub n.* 30. in fine contraria ſententia verior eſt ex dictis antea, cum nec in his capitulum aliud habeat quam ſimplex Concilium abſque ulla neceſſitate Epiſcopi illud ſequendi, ut *in dict. cap. quanto*, ſic præ cæteris docent Hoſtienſis ſub *num. 1.* verſ *vel dic quod cogitur* Abbas *in 4. & ſub num. 5.* verſ. *& eſt mihi indubitabile*, plures citat Mandoſius de inhibitione *quæſt. 192. n. 2.* & hanc eſſe communem ſententiam agnovit Rota apud Achiles *in deciſ. 57. alias 2. de officio ordin. ſub n. 7.* verſ. *communis tamen*, ubi *n. 2.* ait non reperiri textum aliquem, per quem probetur exigi conſenſum, & ſingulas rationes, & authoritas in contrarium diſcutit Puteus *diſp. 92. lib. 3. à n. 3.*
† Imò & quod Epiſcopus ubi ſine Capitulo aliquid ſtatuere non poteſt, non teneatur ſequi ejus 14
Conſilium: *ſcripſit ſacra Congregatio Patriarchæ Venticarum die 27. Aprilis* 1592. ut refert Puteus *in praxi Epiſcop. c. 2. n. 2.* Barboſa *dicta allegatione 93. num. 23. in fine*: videbis noviſſimè D. n. ita diſtinguentem *dict. p. 11. tract. 3. reſol.* 13. in verſ. *dico agitur* cum Bonacina, Salas, Vaſquez, Vadell. & aliis.

Poterit tamen dici ut Epiſcopus non ſolùm
15 non teneatur requirere conſilium ; imò nec illud ſequi; eo quod cum ejus poteſtas procedat, ac ſit de jure Divino Papæ ſubjecta, ut ſentiunt Caſtro *de justa hæret. punit. cap.* 24. Vaſquez 1.2. *diſput.* 152. *cap.* 3. Villalobos *dicta diſ.* 7. *n.* 6. verſ. *la difficultad*, ſitque inſtituta à Chriſto Domino ad effectum, ut Petrus, & ſucceſſores Eccleſiam ejus per Epiſcopos gubernarent, ut conſtat ex verbis Pauli *ad Epheſ.* 4. & 1. *Corinth. cap.* 12. dicentia *poſuiſſe Chriſtum in Eccleſia Paſtores*, id eſt Epiſcopos, & ex multis aliis adductis infra *de officio ordin.* ergo quemadmodum ſupra dictum eſt poſſe Pontificem valde leges condere ſine Conſilio, aut conſenſu Cardinalium: ſic etiam de Epiſcopo.

16 Sed quia Suarez *de legib. lib.* 4. *à num.* 5. docet cum multis prædictam poteſtatem ferendi leges, ſtatuta, ac conſtitutiones faciendi eſſe tantum de jure humano; ob id deſiderari capituli Conſilium utique dici debebit, ſaltem in lætis, & pertinentibus ad ſtatum Eccleſiæ; ideò ego exiſtimo quod etſi fateamur inſtitutionem Epiſcoporum eſſe immediatè à Chriſto, tamen earum poteſtatem ſpecialem eis provenire ab ipſo Summo Pontifice, cum ipſe ſolus ſit, qui per ſe, vel per alios ſua authoritate, & conſenſu creat Epiſcopos, & transfert, ut patet ex uſu Eccleſiæ Romanæ, & ex *titul. de tranſact. Epiſcopi*, ipſe eſt qui Diœceſes dividit, erigit, auget, minuit, ſublimat, & deprimit, ſive in totum, ſive in parte coarctando ſcilicet territorium, qui & poteſt extendere, vel limitare ipſam etiam juriſdictionem Epiſcopali muneri jure Divino cohærentem intrinſecè: plura congerit videnda Barboſa cum multis *in Paſtorali*, *p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *à num.* 24. per textum *in cap.* ita Dominus 19. *diſt.* & *in cap. quoties* 24. *quæſt.* 1. ubi *à* n. 29. reſpondet fundamentis in contrarium adductis *ex Trident. ſeſſ.* 23. *c.* 4. *in medio*, *cap. in novo* verſ. *ipſis*.

Ubi Doctores probent quod Epiſcopi ſuc-
17 ceſſerunt apoſtolis, quorum juriſdictio eſt immediata à Chriſto Domino jure Divino poſitivo ex c. *quorum vices* 68. *diſt.* imò nec poſſit Pontifex ex toto, vel in parte abrogare, & tollere aliquid eorum, quæ ſancti Apoſtoli condiderunt *cap. ſunt quidam* 25. *q.* 1. *cap. omnes* ibi, *cap. ſuper eo de Bigamis cap. à nobis eodem* dicens ibi, *à num.* 31. Apoſtolos à Chriſto habere poteſtatem ſubordinatam diſpoſitioni Petri, ut capitis, & Paſtoris, quorum poteſtas, etſi eſſet æqualis poteſtati Petri, concludens id eſſe reſpectu poteſtatis ordinis Epiſcopalis, ſed non alterius juriſdictionalis, quæ Petro fuit data non ſolum ut Apoſtolo, ſed ut Chriſti Vicario inſtituta, & perpetuo menſura in Eccleſia juxta illud *ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, & *tibi dabo claves Regni Cælorum*, juxta explicationem Soti *in* 4. *diſtinct.* 20. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *concluſion. quinta*, ante finem, & aliorum, quos refert Covarruv. *in regula peccatum*, *p.* 9. *p.* 2. *num.* 5. & 6.

18 Sicque conſtare Epiſcopum habere ſuam poteſtatem in particulari immediatè à Summo Pontifice, & ab eo dependentem; proindeque eorum poteſtatem judiciariam extendi, vel limitari ad plures, vel pauciores effectus, ex quibus procedere, etiam ab eo dependere poteſtatem Legiſlativam, quam habent Epiſcopi.

Alia videbis quæ dico infra *quæſt.* 10. de aliis
Prælatis dico infra *quæſt.* 11. Et hoc modo vi- 19
detur ſentire Diana *p.* 11. *tract.* 3. *dict. reſol.* 23. in verſ. *utrum* ubi reſoluit omnes Epiſcopos habere jure ordinario poteſtatem condendi leges Eccleſiaſticas in ſuis Diœceſibus cum ordine tamen ad Papam, quia eis poteſt limitare eam poteſtatem, ut expendit Arriaga *in curſu Theolog. tom.* 4. *diſput.* 18. *ſect.* 3. *num.* 39. expendens textum *in dicto cap.* 2. *de majoritat. capit.* 3. *hoc titul.*

Ad ſecundam partem quæſtionis, an populi, 20
vel alii proceres, ſeu poteſtates ſæculares poſſint leges condere, & ſuppoſitis quæ adduxi ſuprà *ſub quæſtione ſecunda*, quod leges condere ſit meri imperii, & an Reges ferant *populi conſenſu*, vel an Reſpublica legem non habens, nec quæ ſuperiorem recognoſcit, reſpondebis dicendo, ut liceat populis juriſdictionem habentibus condere ſtatuta juxta Barboſ. *in leg. omnes populi columm.* 4. *ff. de Juſtitia*, & *jure*, & *ex leg.* 14. *titul.* 6. *lib. recopilat.* multis comprobat Joannes Gratianus *regula* 434. quibus addo Riccium *collect.* 1011. *ad textum in leg. jus civile*, *ff. de Juſtitia*, & *jure* ubi dicens quod ibi ſedet ſtatuti materia, quælibet univerſalitas, ac populus juridictiooem habens poſſit ſtatuta condere, inferens cum Oſaſco *in deciſ.* 17. Franc. Marco *in deciſ.* 801. ut univerſitas in pertinentibus ad adminiſtrationem rei ſuæ libere poſſit ſtatuere.

Imò Bartolus *in dicta l. omnes* ibi Jaſon. *lect.* 1.
columm. fin. Matth. de Afflictis *in conſtitut. Regni* 21
Siciliæ in præluđ. quæſt. Petr. Nuñes *de exequend. mand.* 1. *p. capit.* 19. Tyraquell. *de jure primog. quæſt.* 16. *num.* 4. Nicolaus Bellon. *conſ.* 13. *num.* 5. Caſtillo *in leg.* 64. *tauri*, verbo *una ordenança*, Alciat. *in cap. quod ſedem de officio ordin. num.* 59. docent ut procedat etiam in populo, carenta juriſdictione, ſi ſtatuerit ſuper adminiſtratione rerum ſuarum: & Abbas in *capit. fin. hoc tit.* Doctores *in cap. quæ in Eccleſiarum*, Ancharran. *in cap.* 1. *hoc titul.* 32. *charta* verbo *ex cauſa etiam*, Socinus *conſ.* 288. *num.* 32. *lib.* 2. & *conſ.* 64. *num.* 6. *lib.* 4. ampliant etiam ſi ſtatutum comprehenderet præterita, etiam deciſa: & Joannes Faber in gloſſa ibi *in* §. *ex non ſcripto col.* 3. *ibi ſed numquid requiritur* in titul. de jure naturali gent. & civil. quam ſequitur Caſaneus *in conſuet. Burgundiæ in proæmio* verbo *auſquelz abonſa troie. n.* 1. ampliant etiam, ut procedat etiam in conſuetudine; eo quod poteſt populus introducere conſuetudinem ſine populi conſenſu, de quo infra *ſub tit. de conſuet.*

Quare optimè cavetur *in lege prima*, *tauri*
leges municipales (quæ ſcilicet ſunt Conditæ à civitatibus) ſi ſint in uſu, nec ſint adverſus leges Regni debeant omnino ſervari, Villalobos *in ſumm. parte prima*, *tractat.* 2. *diſ.* 8. *num.* 12. Quo fit ut ſi ſtatim fuiſſet actum circa res, ſeu perſonas Eccleſiæ non valeret, ut late dico infra *in capit.* 7. & 10. *hoc titul. per authent. ſtatuimus*, *Cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* & *in capit. ſi Judex laicus de ſententia excommunicationis libr.* 6. cum aliis Gratianus *dicta regula* 434. *num.* 5. ubi *num tertio*, tradit ex Abbate *in capit. quod Clericus de foro compet. circa finem*, & Carolo Ruino *conſ.* 166. *lib.* 4. *num.* 6. valere ſtatutum à populo factum contra Canones; ſi tamen talis populus, ſeu

civitas

civitas ſubjacet temporali Eccleſiæ juriſdictio-
23 ni, vel ſi ſit contra jus civile. † Sed revera
hoc non eſt admittendum præcipuè in hoc Re-
gno ut bene oſtendit Burgos de Paz *in d.l.1 tau-*
ri num. 346 & 347. cum aliis Gregorius Lopez
*in leg.*12. *titul.*2.*p.* 1. Villalobos *in antinomia ju-*
*ris in præm.n.*7. & ob id bene reſolvit Angelus
conſ. 90.*n.* 1. ut non valeat ſtatutum populi per-
mittens exercitium pravitatis uſurariæ Gratia-
nus, *ſub n.*6.

Dubium tamen eſt an pars una populi, aut
24 civitatis poſſit ſtatuere abſque aliis & an ut va-
leat populi ſtatutum debeat à Principe confir-
mari. Et quoad primum dubium breviter re-
ſpondeo, ut non poſſit una pars, ſine totius po-
puli conſenſu, ut docet Bartol. & alii *in dicta*
leg. omnes populi in 3. *quæſt. prima quæſtionis, ff. de*
Juſtitia, & jure, Joannes Oroſcius communem
oſtendens *in leg.* 2. *ff. de origine juris colum* 112.
25 *num.* 47. Gratianus *ſupra num.*7. † Quoad ſecun-
dum communiter docent Doctores, ut nec con-
firmatio ſuperioris requiratur, Bart. *in dicta l.*
omnes ff. de juſtitia, Ancharran. *in c.* 1. *hoc tit. ubi*
plura dico de ſtatutis, Barboſa *in Rubrica de rebus*
*Eccleſ. alien vel non n.*85. Corneus *conſ.* 783. *lib* 1.
affirmant communem Avendannus *de mandatis*
Princip.p. 1. *cap.* 19. *n.* 3. Salcedus multos referens
ad Bernard. Diaz *in regula* 555. qui afferunt ho-
die hanc opinionem confirmari ex *leg.*14 *tit.* 6.
lib. 3. *recop.*

26 Et videtur comprobari, qui cum hoc limi-
tent non procedere quando princeps eſt in civi-
tate, nam nunc non valere ſtatuta populi ſine
Principis confirmatione dicunt Bald. *in leg. hu-*
manum Cod. de legib. & in l. privatorum Cod. de
juriſdict. omn. jud. & in l. fin. poſt Cynum *eodem*
tit. Jaſon *in dicto leg. omnes in* 1. *lect. colum. pen.*
in fine: Bernardus Diez de luco *in dicta regu-*
la 555. qui tantum hanc limitationem huic re-
gulæ deſcripſit Gratianus cum Matienco *ſuprà*
dicta regulo 434. *n. fin.* ſequitur, ut ſi Princeps lon-
ge ſit, non egeant ejus confirmatione populi
ſtatuta.

27 Video tamen quod ait Matienc. *in l* 4. *tit.* 14.
*lib.*5. *recop. gloſſa* 4. *num.* 2. dicit *ex dict. leg.* 14.
tit. 5. *lib.*3. *recop.* prædictam opinionem bene con-
firmari; licet ex illa lege ſit neceſſarium, quod
talia ſtatuta, ſeu ordinamenta ad Principem
trahantur, ut confirmetur, quamvis interim
ſervanda ſint, etiam ſine Principis confirmatio-
ne, imo etiam video Gratianum *d. regula* 434.
num. 1. *in fine* dicentem abſolutè ut ex illa lege
contrarium videatur probari, imo quod nec in-
terim ſervanda ſint donec confirmentur, & hoc
jure hodie nos uti, niſi ſint ſtatuta annualia, quæ
ob bonum regimen populi ſolent quolibet an-
no fieri, & de populorum poteſtate, & com-
mendat videndus Budeum *in annotationibus ſuis*
ad pandectas in leg. fin. ff. de Senatoribus pag. 111.
multiſque adductis comprobat Caſtillus de Bo-
28 badilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 229. Ubi ait
quaſcumque Ordinationes reformatas, vel de
novo factas ferendas eſſe ad Regium concilium
ſupremum, ubi videndas, & confirmandas; ita
ut aliter exequi nequeant; & ita practicari do-
cet adverſus alios per textum *in dict. leg.* 14. *tit.*6.
*lib.*8. *recop. leg.*8. *titul.* 1. *lib.* 7. Paz *in leg.* 1. *tauri*
num. 348. Joannes Garcia *de nobilit. in inſcript.*
num. 10. & 11 *fol.*19. Afflictis *in prælud. Regni Si-*
cil. conſt. q. 3. Azeved. *in dicta l.*14. *num* 10. *in fine*

Humada *in ſcholiis ad gloſſam* 1. *l* 12. *tit.* 1. *p.* 6. *n* 6.
& ſequent. fol. 20. Gironda de Gabillis 2. *p.* §. 2.
*n.*18. Gutierez *lib.*3. *pract. q.*23. *à n.*9. *& per totum*
caput. idem *de juram. confirm.* 1. *p. c.* 38. *n.* 1. alios
referentes, nam ante confirmationem dicuntur
imperfectæ; Bald *in c.* 1. *hoc. tit. & facit. l,* 3. verſ.
y porque tit. 1. *lib.* 2.

Additque Bobad. ante Gregor. Lopez, Oro- 29
ſcium, Matiene, Mencha, & alios contrarium
ſententiam docentes ex eo etiam quia Civitas
Corduben habet proviſionem Regiam; verum
ipſe Bobadilla affirmat eſſe quotidianam praxim
in contrariam, taliter ut ſententiæ latæ in popu-
lis per ordinationes non confirmatas revocen-
tur in conſilio, à quo dantur Ordinariæ pro-
viſiones, ut non ſit earum uſus, & quod remit-
tantur ad Conſilium Originaliter, Aviles *in*
cap. 17. *prætor* gloſſa *prover. num.* 1. & 18. Aven-
dannus *in dict. cap.* 19 *prætor num.* 4. verſ. *apud nos,*
Gratianus *dict. regula* 434. quem magnopere
laudat idem Bobadilla vocans eum idoneum te-
ſtem practicæ, quia diu in hac Cancellaria, &
in ordinum militarium tribunali relator fuit;
& ſic teneo: iterum videbis eundem Gutierez
*lib.*4. *pract. quæſt.* 53. ad textum *in leg* 8. *tit.* 1 *lib.*7.
recipil. omnino legendus, *& de juram. confirmat*
1. *p. cap.* 38. *num.* 1. & 2. *expendit dict. leg.* 8. ut pote
quæ locuta eſt in alio caſu citra generalitatem
dict. leg. 14 *tit.* 6. *lib.* 5. *recop.* quam latè expendit
ſuprà lib. 1. *pract quæſt à* 23. *n.*9. & per totum, ubi
generaliter loquimur.

Notandum vero eſt quod ſi populi, aut po- 30
pulorum Ordinationes ſunt antiquæ, ut in plu-
rimis habent civitatibus, & locis, quas habent
ſcriptas in libris qui vocantur *de el becerro* earum
plures ſimplices; & abſque ulla authoritate, illas
inquam legis vim habere dicendum eſt, propter
earum antiquam obſervantiam, & conſuetudi-
nem, ſic ut omnibus tribunalibus obſervari
mandentur, ut videtur voluiſſe capitulum prætor-
rum, quod continetur *in d.l.* 14 *tit.*6. *lib* 3. *recopil.*
Avend. *in d.c.* 19. *n.* 3. verſ. *ſecunda concluſ.* Abiles
in d. cap. 17. Prætor. *gloſſa fin. in fine* verſ. *ſed quid*
Menchaca, quem refert Azevedus *in dict. l.* 14 &
Joannes Gutier. eos ſequutus *in lib* 3. *pract. q.* 23.
*n.*19. Caſtillus *in d.c.*16 *lib.*2. *polit. n.*130. dicens
à dicto capitulo Prætor. mandari, ut judices fa-
ciant obſervare ordinationes bonas; imò & com-
probatur ex *l.*2. *tauri, hodie l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *recop.* quæ
permittit ut obſerventur municipalea fori po-
pulorum in his, in quibus uſitati, & obſervati
fuerint, & non ſint contra leges.

Et tamen advertendum cum Joanne Gutierez 31
*de juramento confirm. p*1. *d.c.* 38 *num* 10. Villalob.
in ſumma dict p 1. *tr.* 2. *diſ* 8. *n.* 11. *in fine* eam eſſe
differentiam inter leges Regni communes, &
prædictas, leges Ordinationes municipales
populorum, quod leges Regnis poſt earum re-
ceptionem populi tacitum, ſive expreſſam debent
obſervari etiamſi non probatur in uſu eſſe, quia
lex ſemper eſt in viridi Obſervantia, ut exprimit
textus *in l. Arrian Cod. de heret.* ſed ſtatuta eſſe ne-
ceſſaria, ut ſint in obſervantia in populo, etiam
ultra receptionem eorum, quod intelligi debet
de legibus introductis, abſque Regis approba-
tione, ut dicit citatus Villalobos, & colligi-
tur ex dictis, quia ſi Rex eas jam approbaſ-
ſet, videri ut in eis procedat eadem praxis, quæ
in legibus generalibus propter eandem ratio-
nem.

Ex his inſero primo quod inferiores judices
32 poſſunt condere ſtatuta, quæ non niſi eo die pu-
blicationis ligare incipiunt; Franc. Marcus *in de-
ciſ 62.* Riccius *d. collect.* 1011. ad textum *in d.l. jus
civile ff. de juſt. & jure.*
Inſero ſecundo ut magiſtri alicujus artis con-
33 dere poſſunt ſtatuta, ut deciſum refert Franc.
Marc. *in dec.* 627. *p.* 2. quod intelligit idem Franc.
Marc. *in deciſ.* 794. *q.* 2. in concernentibus eorum
officia, & pro tempore officii ſequitur Riccius
ſuprà notans *eam deciſionem* ad textum *in l. magi-
ſteriæ, Cod de juriſdict. omn. judicum.*
Tertio colligitur etiam ſi juriſdictione ca-
34 reat, quod intelliges ex Riccio ſupra, & Cap-
pella Toloſana *dec.* 406. procedere ſuper his, quæ
ad ejus adminiſtrationem pertinent, ſed non
poſſe imponere pœnam ſtatuto, niſi de ſtatuen-
tium conſenſu procedat.
35 Dubium vero eſt an Proceres hujus Regni,
Duces, Marchiones: Comites, & Domini vaſ-
ſallorum queant condere leges, ſeu ordinationes
perpetuas in ſuis populis. Et in hoc dubio di-
cendum eſt quod etſi Reges queant leges facere
ſecundum jus, aut contra jus poſitivum *l.* 3. *l. di-
gna vox, l leges ſacratiſſimæ, & l. fin. ad finem* ibi,
*tam conditor, quam interpres legum ſolus Impera-
tor juſt. exiſtimabitur Cod. de legib. l.* 12. *tit.* 1. *p.* 1.
l. 40. *titul.* 2. *p.* 2. & ibi DD. Anton, Gomez
l. 40. *tauri num* 10. & alii jam citati ſuprà ſub
quæſt. 2. ſed prædicti proceres eas non poterunt
Ordinationes, aut leges facere perpetuas, nec
temporales, nec pœnales, nec eas interpretari,
etiamſi ſit cum populorum conſenſu, multoque
minus poſſint eas facere legibus derogando ge-
neralibus: ſic docent jam relati Angel. *in* §. 1.
n. 4 *in fine inſtit. de diviſ. ſtipul. & in leg. imperium
col* 3. verſ. *ex prædictis*, & ibi Barb. in additione
ad Bart. *num.* 8. *ff. de juriſd. omnium judicum*, Avi-
les *in dicto cap.* 17. Prætor gloſſa *proverb. num. fin.
verſ ſed contra hoc*, Gregor. *in dict. l.* 12 *tit.* 1. *p.* 1.
gloſſa 2. *in medio* verſ. *item alii inferior*, & verſ. *&
forte* Gomez ubi ſuprà Azeved. *in Rubr. titul.* 1.
lib. 2. *recop. à num.* 7. Humada in [illegible]choria ad gloſ-
ſam 2. *l.* 12. *tit.* 1. *p.* 5. *num.* 5. † Et ratio ea nempe
36 eſt quia non fuit ſuprema poteſtas; in eis & ſic
apud nos Hiſpanos cautum videtur *in dict. l.* 12.
tit. 1. *p.* 2. ut advertit etiam Villalobos *in ſumma
p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 8. *num.* 11. in princip, cum Ca-
ſtillo, & Azeved.
Nec contrarium eſt tenendum etiam ſi videa-
37 tur à nonnullis approbatum, Bart. *in dict. l. om-
nes populi num.* 8. *ff. de juſtitia*, Angel. *in l. vecti-
galia, ſi nova vectigal impo. non poſ. col* 7. *quæſt.* 3.
ve ſ, item dico de legatis & idem *in l.* 1. *in princi-
pio ff. quod quiſque juris*, Roland *conſ.* 29. *lib.* 1.
& conſ. 3. *à num.* 18. *lib.* 1. Oroſcius *in dict. l. om-
nes populi*, & multi alii relati à Bobadilla *dict.
lib.* 2. *polit. capit.* 16. *num.* 128. *lit. A.* nempe ut
poſſint leges, & ordinationes facere cum con-
ſenſu, & voluntate populi, & ab eo factas con-
firmare, † Sic intelligentes *dict. l.* 12. *tit.* 1. *p* 2.
38 propter verba ibi *que los Sennores no puedan hacer
ley, di fuero nuebo ſin otorgamento de el pueblo*, ea
ſumentes arguendo à contrario ſenſu, ita ut
habentes à populo conſenſum poſſint eas face-
re, confirmare: tamen prædictus Caſtillo de
Bobadilla ſub *dict. num.* 128. *circa finem* intelli-
git eam legem procedere attento civili jure,
quod Dominis vaſſallorum permittebat ean-
dem poteſtatem, vel quod intelligitur proce-
dere cum Dominus liberis, non recognoſcentes
ſuperiorem alium, ut tenent DD. citati cum
aliis per eos relatis, Paul de Caſtro *conſ.* 34.
n. 4. *volum.* 2. Rolandus *conſ.* 91. *ex n.* 17. *volum.* 2.
Aviles *dict. cap.* 17. *Prætor.* gloſſa *proverb. num.* 18.
Avendannus *dict. c.* 18. *præt. n.* 5. verſ. *& reſpectu
ad finem.*
Hæc inquam non ſic abſolutè prohibentur à 39
proceribus fieri, nam quemadmodum jam dixi
poſſe populos, civitateſque facere annalia man-
data, ſeu ſtatuta ad bonum regimen vicino-
rum, & in quolibet anno; ut advertit Gratia-
nus *dicta regula* 434. *num.* 1. *in fine*, cum Rudeo
jam adducto, ita ſimiliter & vaſſalorum Do-
minos eas facere ordinationes ſuper comeſtibi-
libus aſſignando pretia, & ſuper repartitionem
aquarum ad rigandum, & ſuper taxandi ſala-
riis famulorum, aliiſve rebus; quæ quotannis
alterari, ac mutari ſolent, quæ ſtatuta vocari
ſolent præconia rectæ gubernationis, aliam à
Prætoribus facta; abſque eo quod egeant con-
firmatione Conſilii ſupremi, imò & imponere
pœnas tranſgreſſoribus: ſic Doctores practici
per dictam l. 14 *lib.* 5. *recopil. l.* 5. *tit.* 1. *& l.* 3. *tit.* 11.
& l. 15. *&* 16. *tit.* 17. *lib.* 7. *recopilat.* Bartol. *in
dicta l. omnes populi*, Gregor. *in dict. l.* 12 *tit.* 1.
p. 5. verſ. *otroſi*, Avendann. & Aviles ſupra, Bo-
badilla *in dict. capit.* 16. *polit. num.* 131. gloſſa
litt. C. ubi addit alios; & quod de conſuetudi-
ne ſolent Prætores ea facere per ſe abſque con-
ſilio populi.
Ad tertiam quæſtionis partem ſuppoſitis 40
quæ jam alibi dixi *ex cap. dilecta de majorit. &
obedientia* ſub *cap. novit. de judiciis q. à* 26. *& de
ſuprà q.* 4. verſ. *ad ſecundam* an *Regina hæres Regni
poſſit condere leges* dico ut negativam ſententiam
doceat Paſqualigius *in Theolog. tom.* 2. *diſput.* 50.
ſect. 25. *n.* 79. cum victoria & Soto, ex eo quia
ex inſtitutione Eccleſiæ mulier excluſa eſt ab
omni Eccleſiaſtico officio; ergo non poteſt illi
delegari poteſtas delegativa, probans ex illo
Paul. *ad Corinth.* 14. *mulieres in Eccleſia taceant*,
quibus non permittitur loqui, ſubditas eſſe *ſi-
cut lex dicit*, nam ſi quid volunt dicere Domini,
diſcere Domini viros ſuos interrogent, quia
mulieri turpe eſt in Eccleſia loqui, ſubdit enim
Apoſtol. *cognoſcant quæ ſcribo, quoniam Domini
ſunt mandata, &* 1. *ad Thim.* 2 *mulier in ſilentio
diſcat cum omni ſubjectione.* Nec enim poteſt
Pontifex invertere ordinem Eccleſiæ, cum ſit ta-
lis ex ordinatione Chriſti; ſi autem leges ferre
poſſet mulier egrederetur terminos ſubjectio-
nis, & Dominaretur in virum contra ſubjectio-
nem, quam præſtare debet viro ſuo ex Chriſti
inſtitutione.
Nihilominus dicendum eſt prædictam pote- 41
ſtatem ferendi leges eſſe mulieri delegabilem:
nam ut docent Diana *p.* 11. *tract.* 3. *miſcel. reſ.* 25.
Baldel. *in Theologia morali, tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 6. *n.* 11.
ex Bonacina, & Salas dum quærit utrum ſaltem
de potentia abſoluta poſſit mulieri delegari Ju-
riſdictio Eccleſiaſtica ad ferendas leges, quæ
obligent per ſe ad mortale, & ad præcipiendum
directe in virtute ſanctæ Obedientiæ, reſpondet
probabiliſſimum eſſe quod poſſit. † Quia & po- 42
teſt illi communicari poteſtas; & juriſdictio ad
ferendas cenſuras, ſicut & poteſt de potentia ab-
ſoluta communicari laico, ut docent Palud. *in* 4.
diſt. 19. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 5. Navarr. *conſ.* 73. *de ſentent.
excommunicat. lib.* 5. Soarez *decens diſput.* 2. *ſect.* 3.
num. 7.

*num.*7. Salas *de legibus diſput.* 8.*ſect.* 19. *num* 94.
Sayrus *lib.* 1.*theſaur. c.*5. *num.*17.& *lib.*4.*cap.*2.
num. 10. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 24 *num.* 1. &
comptobatur ex eo quia ut dixi *ſub dicta quaeſt.*4.
verſ. *ad ſecundam* Regina hæres Regni, etſi nu-
bat habet poteſtatem ferendi leges ratione Do-
minii. † Deinde quia cum muliere, quæ polleat
44 ſapientiâ, & ſanctitate poteſt diſpenſari, ut pu-
blicè doceat, ot de facto fuit diſpenſatum tum
ſancta Catharina Senenſi, quæ dicitur non ſe-
mel habuiſſe ſermonem ad Papam; & ad Cardi-
nales. † Sicque poſſe diſpenſari ut leges Eccle-
45 ſiaſticas condet, & præcipiat v.g. aliquod fe-
ſtum, vel jejunium etiam directe ſub mortali,
cum oppoſitum non ſit poſitive de jure Divino,
nec hoc ſit actus ordinis, ut eſt v.g. confeſſio-
des audire, & ſacramentaliter peccata abſolvere,
quod in *cap. nova de pœnit.* & *remiſſionibus dici-
tur abſonum,* & *abſurdum* ut fiat ab Abbatiſſis
eo quod claves Regni cælorum etiam nec Bea-
tiſſimæ virgini datæ ſint; quamvis alioqui di-
gniſſimæ ſuper univerſos Apoſtolos. Et ſic te-
neo etiam per ea, quæ adduxi infra *de ætate,* &
qualiter ordin. in Rubrica verb *ad ſecundam,* verſ.
eſt, ubi an mulier, ſeu Hermafrodita queat ordi-
nes ſuſcipere; & licet quod mulier juriſdictiona-
la exercere queat; dubito cum cenſuras poſſit
ferre, cum hoc dependeat à poteſtate ordinis per
ea, quæ dixi *in dict.q.9c .novit.*

Ad alteram partem an mulier ſit homo, quæ
46 prima facie videtur ridicula interrogatio video
quod in terminis ſic alloquitur Diana *dict. p.* .1 i
tract. 3. *miſcel. reſ.* 26. ſed ego cum illo, & aliis
expendendo dico idem eſſe quod interrogare an
quoad aliquos juris effectus appellatione ho-
minis fœmina contineatur, & cum *in l.* 152. *de
verb. ſignificat.* dicat Cajus hominis appellatione
tam fœminam, quam maſculum contineri, non
dubitatur ex eodem Cajo fœminam non minus
eſſe hominem; ac maſculum. Eſt enim regularis
maſculinum concipere fœmininum *leg. qui
duos* 60.*in fine ff.de leg.* 3. *l.* inter ſtuprum 101. *ff.
de verb.ſignif.* cum aliis adductis per Franc. Mo-
lin; de ritu nuptiar. *lib.* 3 *q.* 26. à principio, quod
alii ex propria ſignificatione, vel ex interpreta-
tione comprehenſiva venire tenent, ut per gloſ-
ſam *in l.* 1. *ff. de verb ſignificatione* Rimin. *jun.
conſ.*737 *num* 4.*lib.*6. Alex. *conſ.* 55. *col. fin.* verſ.
præterea illa verba lib 3. & *conſ.* 17. *col.* 3. verſ.
quarto quia lib. Bero. *conſ.* 113. *num.* 1. *lib.* 2.
*Cephal.conſ.*484. *num.* 32. Anguſc. *conſ.*64.*lib.*6.
num. 2. & Angel. *in* §. *interdum inſt. de hæredum
qualitate,* & *different;* atteſtatur ut fœminæ re-
gularitate utantur eodem jure, quo maſculi, niſi
tantum in caſibus ſpecialibus in jure expreſſis, &
in illis etiam, in quibus inter fœminam & ma-
ſculum diverſitatis ratio aſſignari poteſt, ut
exemplificat duobus in caſibus idem Diana ſub
verſ. *hinc* expendens textum † *in l.quiſquis C. ad
47 legem Juliam majeſt.* Cujus pœna de maſculo lo-
quens extenditur ad fœminas delinquentes
quoad puniendum ipſas delinquentes tantum;
ſecus quoad pœnam liberis infligendam, cum ir-
rationabile ſit, quod filius innocens propter de-
lictum patris plectatur.

Unde etſi regula relata procedat etiam in odioſis,
48 & pœnalibus, procedit vero ſi contineant ratio-
nabile odium, in quibus ſub maſculino compre-
henditur fœmininum, Tyraquel. *in tract. de utro-
que retract. p.* 1. §. 1.*gloſſa* 9. *num.*233. † etenim
49 ut docent Bald. *in l.ne paſſim.* 13.*Cod.de juris;* &
facti ignorantia Hypolitus de Marſil. *in l. ſi qui
viduam* 5. *de quaeſtionibus n.* 5. idem *in l.*1.*n.*261.
cum 8. *ſequent. Cod de raptu virg.* diſpoſitum in
pœnalibus de maſculis regulariter ad fœminas
extendi; uſque adeo ut pœna, *dict. l. quiſquis C.
ad legem Juliam majeſt.* habeat locum in fœmi-
nis, licet illa utatur termino maſculino gloſſa ibi
§. *ad filias* Jacob.But. Bald. Alberic. Oldrad. Pet.
Cynus, idemque docent Hieron. Gigas *crimine
læſæ majeſtatis Rub. de pœn. commit. crim. laeſ. Ma-
jeſt.quaeſt.*15. *num.* 7. & *Rub.de pœnis, quas filii in-
currunt Patr. commit. crim læſæ Majeſt.q.* 17. An-
gelus *de malef.* verbo; & *hæc tradita la tua patria;*
verſ. *advertendum eſt:* tamen in habentibus di-
verſitatem rationis; non ut diximus, & patet ex
adductis ab Oldrad. *in dicta l. quis ibi* Alex. de
Roſ. *num* 4. Salicet. *num.*9. Hieron. Gigas ſupra
dicta q 17.

Quæ regula in favorabilibus plus debet ha- 50
bere locum, quare interrogatus Diana à non
legato v.g. filius Petri comprehenderetur filiæ
fœminæ, reſpondet affirmative ex regula quod
nomine filiorum, filiæ etiam continentur ſic *in
dicta reſ.* 26. *in fine,* de quo poſſemus plura juri-
dice tractare. † Quare etſi Cajacius in puncto 51
noſtræ difficultatis dixerit appellatione hominis
fœminam non comprehendi, aut contineri, mo-
tus ex verbis textus *in l. ſi quis aliquid* 38. §. *qui
abortionis ff. de pœnis,* verſ. *qui abortionis* in verbis
ibi *quod ſi eo mulier, aut homo perierit ſummo ſup-
plicio afficiuntur,* ex ea oppoſitione inferens mu-
lierem non eſſe hominem, nec comprehendi ap-
pellatione hominis. Sed reſpondeo ibi homi-
nem non opponi mulieri; verum cum ibi con-
ſultus agat de duobus poculis, amatorio, & abor-
tionis ſubjici per relationem poculo abortionis
mulierem, quæ ſola abortire poteſt; poculo ve-
ro amatorio hominem utrumque ſexum com-
prehendentem, cum certum ſit utrique ſexui hoc
propinari, nam per hominem; intelligitur is qui
in utro eſt, de quo nondum conſtat an maſcu-
lus ſit futurus, an fœmina quique tam facile
poſſit naſci fœmina, quam maſculus, ut proin-
de hic ipſe textus, recte conſideratus ſententiam
noſtram perſpicue demonſtret, atque evincat, &
fœminam in jure hominem appellari: ita Diana
dict. reſ. 26. in verſ. *ad dictam l.* 38. Et patet ex
tradita diſtinctione; quod ubi eſt diverſitatis 52
ratio fœmina non continetur hominis appella-
tione, ut colligi videtur ex verbis dictæ legis ibi
*abortionis, aut amatorium poculum dant, etſi do-
lo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, hu-
miliores in metallum, honeſtiores in inſulam; amiſſa
parte bonorum relegantur.* Et pergens conſultus
ait quod ſi eo mulier, id eſt, cui ex proprium abor-
tire tantum; *aut homo perierit ſummo ſupplicio af-
ficiuntur* qui ſcilicet ſolo amatorio poculo, non
abortionis; quare conſultus uſus fuit illo lo-
quendi modo diſjunctivo, propter diverſitatem
rationis quoad aborſum reſpectu mulieris, &
non hominis, &c.

Ad quartam quæſtionis partem, aut ut ordina-
tiones civitatem obligent debeant prius à Rege 53
confirmari; plene reſpondebis ex his, quæ ſcripſi
in hac difficultate ſub verſ. *ad ſecundam.*

Ad quintam quæſtionis partem an Prælati 54
religionis poſſint leges, aut ordinationes facere
ultra poſitas in prima fundatione, & multi exi-
ſtimant poſſe conſtitutiones facere ex doctrina

textus *in cap. amico de ſtatu regular. lib.* 6. ubi cum multis Barboſa expendit, & refert *conſtitutiones Pii V.* incipit *circa paſtoralis ſubdat.* 4. *Kalend Junii* 1566. & aliam, quæ incipit *decori Kalend Februarii* 1579. Gregor. 13. incipit *Deo ſacris* 3. *Kalend Januar.* 1572. aliam ejuſdem *ubi gratia ſuæ Junii* 1. *deb* 1575. ejuſdem aliam *dubiis* 23. *Decemb.* 1581. aliam illius *ſanctimonialium* 5. *Januarii* 1589. aliam Pauli V. *facultatum*, de qua *in Bullario novo tom.* 3. *conſtitut.* 52. ejuſdem Pontif. aliam ejuſdem monialium ſubdata 29. *Junii* 1612.
55 Urbani VIII. † Morum proprium *ſacroſanctum Apoſtolatus* 27. *Octob.* 1624. quibus cautum eſt ut Moniales tacite, vel expreſſe profeſſæ è monaſteriis egredi non poſſint, niſi conſtet eas laborare tali morbo occidenti, quod non poſſint cum aliis abſque gravi periculo, ſive ſcandalo commorari, quod innovatum fuit per tridentinum *in cap.* 5. *ſeſſ.* 25 *de regularibus*, ubi Doctores, & poſtea Bullis jam adductis; ex quibus locis exiſtimant poſſe à prælatis conſtitutiones fieri, cum in prædictis diſpoſitionibus mandarunt Pontifices, ut Moniales, quæ clauſuræ non fecerunt, nec eam habent ex fundatione, nihilominus ſervent clauſuram.

56 Sed adhuc dicendum eſt non poſſe Prælatos religionis leges, aut conſtitutiones prædictas facere, etiam cum toto ſuo capitulo, quæ non pertineant ad cuſtodiam ſuæ regulæ, ſed poſſe facere tantum ad bonum religionis regimen, ac obſervantiæ ſuæ regulæ, ac legum in ea conten-
57 tarum. † Nam quemadmodum nequeunt mandare ſubdito ſuo, ut ingrediatur aliam religionem actiorem; ſic nec ut in propria ſua religione arctiorem vitam agat, ut tenent D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 104. 5. *ad* 3. & *quæſt.* 186. *art.* 9 & *quod lib.* 10. *art.* 10 Angel. verbo *religios n* 30. Sylveſter verbo *religios* 6. *quæſt.* 6. Panormit. *in cap. litteras de reſtit ſpoliator.* & *cap. ex litteris de ſponſ.* Villalobos *in ſumma part.* 1. *tract.* 2. *dif.* 10. D. Bernard. *late lib* 6. *de præcepto*, & *diſciplina*
58 *cap.* 8. † Nec obſtare contrarium dicendum eſt, quia clauſura congruit admodum mulieribus, & earum caſtitati, quam profeſſæ ſunt, quæ ſub claro periculo militabit, ſi exirent à clauſura Monaſteriorum, quo fine potuerunt Pontifices ad illam eas obligare. Nec eſt eadem ratio de prælatis religionum, cùm Pontifices ſint ſuperiores prælatis religionum, & eorum capitulis quibus non eſt limitanda poteſtas, cum à Chriſto ſit, & ita potuerunt ſic ſtatuere, non ſic prælati religionum, etiam cum ſuo capitulo, tum propter adducta in favorem primæ ſententiæ; tum quia prælatorum poteſtas dependet à Pontificia, quam ſine Papa extendere nequeunt arctius obligando ſubditos ſuos. † Nec diſtat à no-
59 ſtra concluſione Villalobos *in ſumma p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 7. *num.* 13. dum dicit quod ſuperiores religionum in ſuis capitulis poſſunt leges, & conſtitutiones facere, addens quod in ſua religione D. Franciſci nequeunt per ſe eas facere, etiam Generalis, ac Provincialis. ſed tantùm mandata ſuo tempore tantùm duratura; leges verò, quæ obligent tutam religionem fieri tantùm à diſcretorio generali, ubi colligunt ter Provinciales, & cuſtodi ordinarii, & confirmatur à definitione generali.

QUÆSTIO X.

Epiſcopi an poſſint ſtatuere & conſtitutiones facere contra canones. An religio aliqua poſſit contra jus commune ſtatuere. An ſtatuta Epiſcoporum ligent ſubditos ſuos delinquentes extra territorium & an Epiſcopus ſuis teneatur conſtitutionibus, ſicut ſubditi, etiam ad cenſurarum pœnam & an ut ſtatuta condat ſatis ſit, ut ſit tantum confirmatus.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus, & quilibet alius ordinarius poteſt facere ſtatuta, etiam pœnali ipſo jure, non contraria juri Canonico* n. 2. & 3.

4 *Epiſcopus nequit facere ſtatutum contra conſuetudinem introductam, & rationabilem* n. 5. & 6. & n. 17.

7 *Prælati ordinarii poſſunt inducere conſuetudinem contra jus & quare nequeat ſtatuta facere &* n. 8.

9 *Epiſcopus non poteſt facere ſtatutum, quod liceat pronunciare ſententiam ſine cauſa cognitione.*

10 *Statutum Epiſcopi non ſubſiſtit, quod aſſeverat ex pacto nudo actionem non oriri.*

11 *Epiſcopus nequit facere leges, aut ſtatuta, ſi diſponat contra Papæ leges vel ubi Papa ſibi reſervavit cauſas, aut aut materiam.*

12 *Epiſcopus non nullis in caſibus ex cauſa urgenti poteſt ſtatuere contra canones, vel ſi ſtatuat antequam promulgetur, vel contra jus ſuum, aut quarendum ſuæ Eccleſiæ, & hoc in caſu aliquo particulari, non ex ſtatuto generali, ut* num 13.

14 *Statutum Epiſcopi factum contra canones latos in favorem Clericorum, qualiter valeat. Et quando adderet juri communi imponendo pœnam* n. 16.

15 *Epiſcopus validè ſtatuit circa aliquod dubium juris ſtatuendo in alteram partem valituram.*

16 *Lex ſuperioris poteſt iuvari per adjectionem pœnæ ab inferiore.*

17 *Statutum Epiſcopi contra jus, & conforme conſuetudini valet.*

18 *Epiſcopus poteſt tollere ſuam conſtitutionem, & in pluribus caſibus diſpenſare* remiſſivè.

19 *Religio ulla ſine ſpeciali privilegio, nequit contra jus in commune canonicum ſtatuere.*

20 *Statutum tunc dicitur contra jus commune, cum diſponit contra aliquem Canonem, vel legem Pontificiam.*

21 *Statutum Epiſcopi non obligat ſubditos ſuos extra territorium exiſtentes vel delinquentes* n. 22. 23. 24.

24 *Cenſura lata per modum ſtatuti non obligat ſubditos extra territorium.*

25 *Epiſcopus num teneatur ſuis conſtitutionibus*, remiſſivè.

26 *Statutum Epiſcopi contra ludentes, nec illum adſtringit, nec eo ludentes* n. 27 28. & 29. *ubi quod actus ludendi eſt individuus.*

Ludendi actus eſt individivus dict.num.26.
Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis dict.n.26.
29 *Victoria unius in individuis prodeſt aliis.*
30 *Epiſcopus unica ſua conſtitutione poſſit ſtatuere pœnam excommunicationis contra negligentes exequi ultimam voluntatem.*
31 *Epiſcopus committens contra præceptum alterius Epiſcopi latum ſub excommunicatione, incidit in eam, exiſtens in illius territorio.*
32 *Statuta Epiſcoporum debent potius ſervari, quàm jus commune, ſi reverentur auctoritate Papæ, vel conſuetudine.*
33 *Statuta, ſive ordinationes facta in Diœceſi Diœceſana, ſunt perpetua, nec expirant morte concedentis.*
34 *Epiſcopus poſt confirmationem, & ante conſecrationem, poteſt leges condere.*
35 *Epiſcopus non tenetur mitere conſtitutiones ſynodales aut Provincialia ſtatuta ad Urbem ante publicationem.*

DE ſtatutis plura dico infra *in c.* 1.
& de legibus, & ſtatutis, quæ
fiunt contra Eccleſias, Eccleſia-
ſticaſve perſonas per laicos infra *in cap.* 7.
& 10. nunc verò pro Rubrica, & gene-
rali tractione de legibus, conſtitutionibus,
& ſtatutis, proſequor etiam cum aliis quæ-
ſtionibus ſequentibus.
2 Ad primam igitur quæſtionis partem, ſuppoſitis
quæ adduxi ſupra in principio *quæſt.* 9. præceden-
tis, reſpondeo ut cum certum ſit poſſe Epiſcopum,
& quemlibet ordinarium facere ſtatuta etiam pœ-
nalia, & ipſo jure pœnam infligentia, juri tamen
canonico non adverſantia, *cap. ut animarum* 2. *hoc*
tit. lib. 6. ubi gloſſa *carpan. ad ſtatut. mediol. in præl.*
num. 39. Fuſcus *de viſit. lib.* 1. *c.* 33. *num.* 3. Ugonin.
de officio Epiſcopi cap. 47. *num.* 2. Piaſec. *in praxi p.* 2.
cap. 2. *n.* 2. Bonacina *de legibus diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.*
3. *n.* 21. Ciarlin. *in controverſ. forenſ. lib.* 1. *c.* 61. *num.* 1.
3 † Ideo bene procedere, ut ſtatuta, quæ condit Epi-
ſcopus non debeant contraire ſacris canoni-
bus *c. ſtatuimus* 25. *quæſt.* 2. *clem. ne Romani*,
de elect. Abbas *in c. fin. de conſuetud. num.* 7. &
8. ibi Ruchus de Curtê, *ſect.* 3. *num.* 7. &
11. Henriquez Bott. *de ſynodo Epiſcop. part.* 3.
art. 1. *concluſ.* 8. *à num.* 36. Albertus de Ro-
ſatis *in tract. de ſtatutis p.* 1. *quæſt.* 7. verſ. *ſed*
quid ſi ſtatutum, Piaſec. & Bonac. ſupra, An-
guian. *de legibus lib.* 2. *contr.* 2. & 3. Lotter.
de re beneficiaria lib. 1. *q.* 21. *n.* 100. Sperel-
lus *deciſ.* 66. *num.* 3. Maria *de juriſdict. p.* 2.
c. 38. *num.* 18. & 19. Stephanus Gratianus
diſcept. forenſium c. 899. *num.* 14. & 15. Bar-
boſa *in paſtor. p.* 3. *allegatione* 93 *num.* 29.
cum aliis, quibus addo cum multis Gra-
tianus *regula* 433. ex doctrina Jaſonis, Fe-
lin. Panormit & ex aliis, etſi cum aliis
multis in principio dicat licere Epiſcopo ſtatu-
ta facere.
4 Quæ concluſio ampliatur ut nec poſſit Epi-
ſcopus facere ſtatutum contra conſuetudinem
introductam ex eadem ratione, quâ nec contra
jus ex eo quia conſuetudo legitimè introducta,
& rationabilis parem vim habet cum lege. *l. de*
quibus ff. de legib. §. *ex non ſcripto Juſtit. de jure*
naturali, cap. conſuetudo diſt. 1. Guido *ſingula-*
ri 803. Bernand. *Grava ad pract. cameræ imperial.*
lib. 1. *concl.* 36. & venit *appell. juris* Menoch. *il-*
luſtr. uſufrcq. quæſt. c. 3. *num.* 2. de quo dico infrà
ſub *tit.* & *cap. fin. de conſuetud.* † Deinde qui ſi 5
Epiſcopus poteſt ſtatuere contra jus confor-
mando ſe cum conſuetudine contra illud indu-
cta, ut reſolvunt Felinus *de majorit.* & *obedien-*
tia, num. 10. *in fine*, Butrius *in c. dilectus de con-*
ſuet. col. 10. verſ. *ex quo infertur*, Barboſa *dicta al-*
legat. 93. *num.* 29. & 36. cum aliis, ergo nullo
modo poterit ſtatuendo conformare ſe cum jure
contra quod inducta eſt conſuetudo illud abro-
gans † contraria, enim ſimul eſſe non poſſunt, *l.* 6
mutuis ff. pro ſocio, l. 1. *ff. de furtis*, quia tuoe ad po-
ſitionem unius, ſequitur remotio alterius, Surd.
deciſ. 24. *n.* 10. & *conſ.* 211. *n.* 16. & Doctores per
textum *in l. inter ff. de except. rei judic.*
Dubium tamen eſt quare prælati ordinarii 7
poſſint inducere conſuetudine contra jus, &
nequeant ſtatuta facere, in quo non parum la-
borant Doctores *in c. fin. de conſuet. per textum*
ibi, ſed Abbas *ibi num.* 8. *in fine*, Felinus *in dicto*
cap. quod ſuper his num. 3. dicunt quod conſuetu-
do contra canones, non tam aſſumit vires ex
tacito conſenſu virorum Eccleſiaſticorum,
eorumve poteſtate, quàm ex authoritate ſummi
Pontificis permittentis, & concedentis conſue-
tudinem contra canones *in dicto cap. fin.* cum ta-
men id non permiſerit in ſtatutis; imo expreſsè
prohibuerit *in Clementina ne Romani de elect.* &
& in aliis juribus, † & ſicut Epiſcopus contra 8
jus ſtatuere non poteſt, ita nec contra conſuetu-
dinem rationabilem, & legitimè præſcriptam;
ex eo quia conſuetudo parem vim habet cum le-
ge, ut jam adduxi & prædicta ratione, ex jam
adductis quæ ſunt *præced. à num.* 1. habet enim
Epiſcopus poteſtatem ferendi leges, etſi jure
ordinario, tamen dependenter à Papa, qui po-
teſt Epiſcopo eam cum limitatione concedere ex
adductis à Diana *part.* 11. *tract.* 3. *reſ.* 23. à verſ.
ad ſecundum.
Ex quibus infero ut Epiſcopus non poſſit 9
facere ſtatutum; quod liceat pronunciare ſen-
tentiam ſine cauſæ cognitione: ſic Baldus *in l.* 2.
charta 2. verbo *ſed quod de conſuetudine Epiſcopa-*
li ff. de jurejur. ſequendo Felin. *in cap. Eccleſ.* 10.
hoc tit. num. 26. Gratianus *regula* 433. *num.* 2. ubi
dicit non eſſe prætermittendam in hac materia
ſingularem theoricam Felini *in c.* 1. *de reſcriptis*
num. 5. verbo *quarto declara*, & *in c. de probat.*
num. 11. videndi. † Imo etiam infertur ex Pa- 10
normit. *in c. dilecti de judiciis col.* 4. Felino *in c.* 1.
num. fin. de pactis Gomez *in c.* 1. §. *ſtatuto n.* 2. *hoc*
tit. lib. 6. Gregorio Lopez *in l.* 12. *tit.* 1. *part.* 1.
gloſſa 2. *ad med.* quod non ſubſiſtit ſtatutum Epi-
ſcopi ex pacto nudo actionem non oriri aſſeve-
rans; etenim Petrus Dicenans *in regula* 245. ſe-
ptem ampliationes poſuit pro elucidatione
hujus regulæ, & duas limitationes. † Et appli- 11
cabis quæ recenſet Diana *dict. part.* 11. *tract.* 3.
reſ. 23. in verſ. *excipiuntur*, ubi ponit duos caſus
in quibus Epiſcopus nequit facere leges, & ſta-
tuta, veluti ſi diſponat contra Papæ leges, item
in caſibus ubi Papa ſibi reſervavit cauſas, aut
materiam; qui veri ſunt, etſi in alium ſenſum
explicet.
Hæc verò ſic dicta limitanda veniunt in non- 12
nullis caſibus, primo in cauſa urgenti non co-
gnita per canonem, ſi nimirum de facili ſupe-
rior conſuli non poſſit modo in hujuſmodi ſta-
tuto contra canones, ex urgenti neceſſitatis cau-
ſa, conditio exprimatur, propter quam conditur
ſtatutum;

ſtatutum. Abbas in dicto. cap. fin. de conſ. num. 10.
& ibi Curt. ſect. 3. num. 12. & 13. Felin in dicto
cap. quod ſuper his, num. 4. & in c. 10. num. 49. hoc
tit. Piaſec. in praxi Eccleſ. dicto c. 2. num. 7. verſ.
primo. Secundò ſi aliquid ſtatuat antequam ca-
non promulgetur, tenebit ſuum ſtatutum, & ſi
contrariatur canoni, cap. 1. de conſtit. lib. 6. Felinus
ſupra dicto num. 7. verſ. fallit Piaſec. verſ. tertio
Curt. ſupr. num. 19. ſect. 3. Tertiò ſi ſtatueret con-
tra jus ſuum tantum reſpectu juris ſibi quæren-
di, ſuæve Eccleſiæ, cap. cum dilectus juncta gloſſa
verbo conſtitutum de conſuet. Felin. in dicto cap.
quod ſuper his num. 4. Piaſec. dict. n. 7. verſ. quar-
to, quia in quærendis valet ſtatum in præjudi-
cium Eccleſiæ, quando non odio, ſed bono zelo
factum eſt, ut docent Covarruvias in regula poſ-
ſeſſor. part. 2. §. 4. num. 9. verſ. tertio, Mancha in
uſufreq. quæſt. c. 9. Menochius conſ. 350. num. 6.
Caldas Pereira de empt. cap. 8. num. 33. & 37. &
conſ. 48. num. 22. Zened. in pract. quæſt. lib. 1. q. 35.
num. 19. & 20. Et poteris hanc partem confir-
mare ex his, quæ adduxi in cap. 1. de præſcript. in
13 fine quæſt. 1. † quam reſolutionem exiſtimo ve-
ram quando in caſu particulari, aut particulari-
bus tempore diverſo renunciat jus acquirendum
ſibi, aut Eccleſiæ non ſi per ſtatutum generale
vellet renunciare extendendo illud ad omnes
caſus cum tale ſtatutum ſic in præjudicium Ec-
cleſiæ eſſet irrationabile, ut benè expendit Bar-
boſa cum Curt. dict. ſect. 3. num. 14. & aliis in
paſtorali dicta allegat. 93. ſub num. 34. † item pro-
14 cedere ſtatutum factum ab Epiſcopo ſi proce-
deret contra canones latos in favorem Clerico-
rum, & à Clericis illud ſit acceptatum, dummo-
do principaliter non fuiſſent conditi in favo-
rem publicum, vel Eccleſiæ, Curt. dict. ſect. 3.
num. 3. ſed propter ipſos Clericos, quia favori
ſuo quilibet poteſt renunciare de quo dixi in
cap. diligenti de foro comp. à quæſt. 1. in c. ad Apo-
15 ſtolicam de regular. † Quintò ſi Epiſcopus ſta-
tueret circa aliquod dubium juris, cum ſuper
dubio poteſt diſponere ſtatuendo in alteram
partem valituram Felin. in dicto c. ſuper his n. 10.
Piaſec. dicto num. 7. in fine, Curt. dicta ſect. 3. n. 24.
16 Butr. in dicto c. dilectus num. 10. verſ. ex qua. †
Sextò quando ſtatutum adderet juri communi
imponendo novam pœnam, gloſſa in dicto clem.
ne Romani verſ. tolli de elect. Curt. d. ſect. 3. n. 22.
Dueñas regula 251. Barboſa dicta allegat. 93.
num. 38. nam ut docent Sanchez de matrim. lib. 3.
diſp. 47. num. 12. Gutierrez practicar. lib. 2. q. 1.
n. 14. Fr. Molin. de ritu nuptiar. lib. 2. different. 7.
num. 73. Didacus Perez in l. 1. tit. 1. l. 5. ordinamenti,
lex ſuperioris poteſt jorari per adjectionem
17 pœnæ ab inferiore. † Ultimò ut jam dixi quan-
do ſtatutus Epiſcopi contra jus eſſet conforme
conſuetodini, quæ contra jus in illa Eccleſia in-
ducta eſt.

18 Addo etiam quòd poteſt Epiſcopus tollere
ſuam conſtitutionem, Joannes Andr. in reg. in
generali in mercurialibus, &, in reg. cui licet de re-
gulis juris lib. 6. Bernard. in reg. 242. ubi Saleed.
ubi congeſſit plures caſus, in quibus poteſt Epi-
ſcopus diſpenſare, de quibus latè Diana part. 7.
tract. 2. per totum, aliqua ego adduxi in c. 4. de
judiciis circa finem Gratianus regula 433. num. 6.
qui num. 7 ex pluribus ait quod contra conſtitu-
tionem concilii ſolus Papa diſpenſat: tamen plu-
res refert ibi dicentes poſſe ex cauſa.

19 Ad ſecundam quæſtionis partem an religio
aliqua poſſit contra jus commune ſtatuere ca-
nonicum, & breviter reſpondeo negando, niſi
decoretur privilegio hanc ei facultatem conce-
dente, ut apertè colligitur ex dicto cap. quod ſuper
his de majorit. & obedientia: tradunt frater Eman.
Rodriguez quæſt. regular. tom. 1. q. 10. art. 3. &
tom. 3. quæſt. 11. art. 1. circa medium, Miranda in
man. prælat. tom. 1. q. 19. art. 7. verſ. ſecundo præ-
mitto, Suarez de legibus lib. 6. cap. 26. n. 7. Duardus
in Bulla cœnæ Domini lib. 1. cap. 1. q. n. 7. Gregor.
deciſ. 267. num. 7. & 8. Barboſa dict. allegatio-
ne 93. num. 30. & colligitur ex adductis ſupra q.
præced. in ultimo dubio.

Quòd ſi dubites quando ſtatutum dicatur 20
contra jus commune, reſpondeo cum Rota
deciſ. 297. num. 1. p. 1. recent. tunc ſtatutum dici
contra jus commune canonicum, quando ali-
quid contra aliquem canonem, vel legem Ponti-
ficiam diſponit, ut v.g. ſtatutum excludens à be-
neficiis certum genus perſonarum dicitur contra
jus juxta textum in c. ad decorem de inſtit. de cujus
intellectu dixi aliqua ſub c. 16. de judic. q. fin. docet
Rota in terminis deciſ. 65. num. 7. p. 1. recent. & ex
multis aliis comprobari quit.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſtatuta Epi- 21
ſcoporum ligent ſubditos extra territorium exi-
ſtentes; ſuppoſitis quæ adduxit in cap. 3. c. 14. 17.
& fin. de foro comp. & aliqua ſupra in hoc tract.
breviter reſpondeo, ut ſtatum non liget de-
linquentem ſubditum ſtatuentis extra territo-
rium exiſtentem, Rota deciſ. 165. num. 3. & 4. in
novis, aliàs part. 4. diverſ. Barboſa d. allegat. 93.
num. 28. verſ. Epiſcopale, patet ex textu in cap. 2.
hoc tit. 6. cum concordantiis gloſſæ ibi in verſ. extra
ipſius Diœceſim. Et confirmatur ex doctrina Co-
varrujas in c. alma mater p. 1. §. 10. num. 3. Clarus
§. fin. q. 85. num. 4. Joseph. Ludovic. deciſ. Pe-
ruſ. 80. n. 15. Spino de teſtam. gloſſa 11. Rub. 51.
Cenedo collect. 8. ad ſextum decret. Suarez de cenſ.
tom. 5. diſp. 5. ſect. 4. num. 4. Bonacina de cenſuris
diſp. 1. q. 1. puncto 11. num. 6. Barboſa in d. c. 2. hoc
tit. num. 5. & 6. † notantes per gloſſam d. c. 2. hoc 22
tit. verbo extra ipſius Diœceſim, quod ibi ſimpli-
citer ſtatutum excommunicationem inflixerit
pro futuris culpis, minime eâ ligabitur ſubditus
ſtatuentis, delinquens extra ipſius territorium. † 23
Et addit Bonacina d. num. 6. contra Vaſquez in
tract. de excommunic. dubio 12. num. 21. & Joan-
nem de Salas de legibus diſp. 14. ſect. 7. num. 98. ad
finem, quod licet Epiſcopus intendat per ſtatu-
tum ligare ſibi ſubditos exiſtentes extra pro-
prium territorium revera non ligat: † Indeque 24
ſuperiorem, non poſſe ferre cenſuras, per ſtatu-
tum contra exiſtentes in alieno territorio: ita ut
delinquens extra proprium Epiſcopatum, vel
territorium incurrat cenſuram latam per modum
ſtatuti. Hæc etiam extendi valent ex his, quæ
alibi dico de judice extra territorium judicante: ap-
plicabis quæ dico infra c. 1. quæſt. 7. verſ. ad ſe-
cundam.

Ad quartam quæſtionis partem nunquid Epi- 25
ſcopus ſuis conſtitutionibus teneatur, in eiſque
diſpenſare valeat, uberrimè tractat Barboſa alle-
gatione 34. quem leges. Sed quia hæc difficultas
poteſt exactè intelligi, tum ex his, quæ dixi in
c. 1. de probat. in 2. p. quæſt. 8. verſ. ad ſecundam,
ubi an Princeps lege conſtringatur ibi in verſ.
ad ſecundam, de quo etiam ſub hac Rubrica ali-
quid addo, cum ago de quæſtione an Princeps
ſit legibus ſolutus. Et ad aliud num in ſuis con-
ſtitutio

ſtitutionibus diſpenſet, & conducibilia de hoc dixerim *in c.12. de judiciis à q.6.* & ibi *q.6.* ibi an poſſit ſecum diſpenſare, ſicut cum ſuis ſubditis ideo nunc nihil tracto, & ſic pergo ad alia conducibilia, videbis *ſub c.* 1.

26 An ſcilicet qui in ſuis conſtitutionibus, vel per edictum publicavit excommunicationem latæ ſententiæ ipſo jure incurrendam contra Clericos omnes, tam ludentes, quam ludum ſpectantes indicat in eam ipſemet, & qui cum eo aliqua die recreationis cauſâ luſerit. In quo dubio dicendum eſt Epiſcopum ludentem, non eſſe excommunicatum, quia ſermo generalis non comprehendit perſonam loquentis, *l. inquiſitio Cod. de ſolut. c. petitio*, ubi bona gloſſa *de jurejurando*, Guid. Pag *ſingul.* 479. & ab hac incurſione liberant Epiſcopum ſtatuentem omnes Doctores, quia etſi legiſlator ut directivâ legis teneatur ad ejus obſervantiam, ſed non vi coercitivâ pœnæ incurſus, ut dico infra, & dixi in præcitatis locis.

27 Majus dubium eſt an ſubditus cum Epiſcopo ludens, aut ſubditi incurrant cenſuram prædictam, & in hoc diverſi ſunt Doctores, quidam enim exiſtimant ut ludentes cum Epiſcopo, remaneant vinculo excommunicationis obſtricti, cum non ſit abſurdum ut in actu inſeparabili unus peccet, aliter minimè, unus puniatur, alter non *ex c. propoſito 32.quæſt* 5. ſic Joannes de Aoeharran *in c.1. hoc tit. num.* 183. quem ſequi-
28 tur Marc. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *diſp.* 10. *de cauſa excommunic lib.3.c.5. littera E* † ſed alii, & merito exiſtimant ut ipſe Epiſcopus cenſeatur diſpenſare cum eo ludentibus, cum ſit author, edicti: ſic Doctores *in cap. at ſi Clerici* §. 1. *de judiciis*, ubi dixi aliqua, quia exemptio uni conceſſa, extenditur ad ſocium *cap. licet de privileg. lib.* 6. & quia quando quis eximitur ab interdicto, intelligitur exemptus cum ſocio, *c. quod inter de pænit, & remiſ* † Tum etiam quia actus ludendi eſt individuus, qui non poteſt exerceri, niſi cum alio, ſed in individuis victoria unius prodeſt aliis *l 2 & 3. Cod. ſi unus ex pluribus*, ut de appellatione ab uno facta, proſit colligantibus, dixi ſub *Rubrica de appellationibus*; ergo Hanc ſententiam doceot Aloyſius Riccius *in praxi aurea reſ.*162. Barboſa cum Alcedo *p.* 1. *c.* 5. *n.*22. etiam *dict. allegat.* 93. *num.* 27. quibus addo quæ tradit Joannes de Neuizao. *lib 4. ſuæ ſilvæ nuptiali, n.*71. relatus à Gratiano *d. regula* 433 *n.* 1ε. ubi agit de quæſtione an valeat *Epiſcopi conſtitutio excommunicans ludentes ad ludos ſardicos*

30 Item eſt dubium an Epiſcopus propriâ conſtitutione poſſit ſtatuere pœnam excommunicationis contra executores negligentes ultimarum voluotatum executionem; ſed de hoc videbis apud Covarr. *in cap. ſi hæredes num.* 4. *teſtam.* Oroſcius *in l. omnes populi num.* 30. *ff. de juſtitia*, Joannes Matienc. *in l.*14. *tit.*4. gloſſa 1. *num.*56. *lib.* 5. *recopil.* Greg. Lopez. *in l.*12. *tit.* 1. *p.*1. gloſſa 2. in mediæ qui affirmant per textum ibi *in d. c. ſi hæredes*, & Covarr. cum aliis,

31 Unum tamen notabis quod Epiſcopus, qui commiſit contra præceptum io Diæceſi alterius Epiſcopi ſub pœna excommunicationis incidat in illam, quia reſpectu alterius Epiſcopi ſtatueotis intra ſuum territorium habetur, ſicut & alia ſubditi ſtatuentis, Riccius *in praxi aurea reſol.* 211. Barboſa *dicta allegat.* 93. *poſt. part.* 3. *num.* 28.

Pro complemento notabis ſtatuta, ſive conſtitutiones Epiſcoporum deb ere potius obſervari, quàm jus commune, ſummi Pontificis authoritate, vel præſcripta conſuetudine roborentur, ut docent Gutierrez *lib* 1. *canen. cap.* 33. *num.* 3. Cardinal. Mantica *de tacitis, & ambig. convent tom.*1 *lib.*3. *tit.* 8. *num.* 1. Nicolaus Garcia *de benef. part.* 1. *c.* 1. *num* 99. Valaſcus *de partitionibus c* 35. *à num* 9. Petr. Barboſa *in l. divortio part.* 2. *in princ num* 54 *ff. ſoluto matrim.* † & 33
Zerola, quem refert Barboſa *d. allegat.*93. *n.* 24. ait *in praxi Epiſcop.* 1. *p.* verbo *edicta*, verſ. *ad tertiam*, quod ſtatuta, ſeu ordinationes factæ io ſynodo Provinciali, ſeu Diæceſanâ, ſunt perpetuæ, & non expirant morte conditoris, de quo jam dixi *ſub.q.9 in princ.* Barboſa *in d.c.2. hoc tit. lib.* 6 *n.* 16. qu. *n.* 15. multis probat Epiſcopum poſſe facere ſtatuta.

Ad ultimam quæſtionis partem an ſatis ſit ad condenda ſtatuta, ut ſit confirmatus, oec 34
deſideretur conſecratio, breuiter reſpondeo poſſe Epiſcopum poſt confirmationem, & ante conſecrationem leges condere, quia poteſtas coodendi leges eſt juriſdictionalis, quam recipit Epiſcopus ab ipſa confirmatione, dicit io terminis Diana *d p* 11. *tract.*3. *reſ.* 23. inverſ. *eas verè*: & comprobatur ex his quæ abunde noto infra ſub *tit de elect* & *ibi c.* 9. & 15 cum aliis: & vide his quæ abundè ſcrito infra *ſub tit. de ætate & qualitate ordin.* & applicabis nonnulla, quæ dixi *de conſecrat. Epiſcop in cap.* 6. & 7. *de tempor. ordin q.* 1.

Pro complemento notabis quod non tenetur 35
Epiſcopus mittere coaſtitutiones ſynodales, aut Provincialia ſtatuta ad urbem ante publicationem, ut cenſuit ſancta Congreg, reſcribens Epiſcopo oſtienſi, teſte Quaranta *in Bullario* verbo *ſynodus Diæceſana* in fine, Barboſa *in paſtorali dicta allegat* 93. *n* 25.

QUÆSTIO XL.

An Capitulum ſede vacante habeat poteſtatem condendi leges pro tota Diæceſi, aut factas abrogare. An eas condere poſſint in ſuis territoriis Cardinales, Archiepiſcopi. Primates, & Patriarchæ, & Abbates ſæculares: quid de Legato, & quid de Concilio, aut Concilio Cardinalium.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum in ſede vacante, & ſi ſecundum aliquos, & uſum, leges non ferat; tamen verius eſt ex jure, ut eas, & ſtatuta pro ſuo tempore queat* 2.3.4.5.6 7.8.9.10.

3 *Capitulum ſede vacante ſuccedit in adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium totius Diæceſis, & præſtat omnia officia juriſdictionis*, num. 5. *Diſpenſat in irregularitate, & in aliis.*

ε *Capitulum, ſede vacante, poteſt corrigere pravas conſuetudines per legem pœnalem:*

8 *Præcepta ſimplicia tantum obligant Incolas, leges tamen, & ſtatuta obligant etiam Advenas, & Peregrinos,*

9 Capi

9 *Capitulum ſede vacante non ſuccedit in his, quæ ſunt ordinis, & n. 10.*

11 *Capitulum ſedet vacante poteſt abrogare leges latas ab Epiſcopo prædeceſſore, ſicut, & Epiſcopus, quas fecit capitulum, ibi.*

12 Cap. novit ne ſede vacante.

13 *Statutum factum à capitulo circa rem licitam, confirmatum ab Epiſcopo, eſt validum.*

14 *Capitula poſſunt condere ſtatuta in his, quæ univerſalem ſtatum ſuæ Eccleſiæ, vel intereſſe Epiſcopi non concernunt,* & n. 15.

16 *Capitulum ſtatuere nequit in arduis, & gravioribus cauſis, niſi accedente Epiſcopi conſenſu, veluti in concernentibus ſtatum Eccleſiæ, vel abrogando aliquas conſtitutiones, ſive alienando, aut vendendo bona* n. 17.

18 *Capitulum, ſede vacante omnia juriſdictionis facere poteſt, ſicut Epiſcopus niſi ſpecialiter ſint ei prohibita.*

19 *Capitulum, ſed vacante. poteſt condere ſtatuta, quæ etiam poſſunt durare, vivente Epiſcopo, ſi ſint juſta, & non in Eccleſiæ præjudicium.*

20 *Capitulum, ſede vacante, nequit facere ſtatutum, quo Charitativum ſubſidium ex parte minuatur in futurum.*

21 *Sede vacante, juriſdictio Epiſcopi devolvitur ad capitulum exercenda per vicarium ab eo aſſignatum.*

22 *Capitula Eccleſiarum Collegialium, aut aliarum inferiorum, nequeunt facere leges, ſede vacante, & ſi poſſint aliquas ordinationes ad regimen ſuarum Eccleſiarum adhuc vivente Epiſcopo, ibi.*

23 *Cardinales poſſunt in ſuis titulis condere leges cum ibi habeant juriſdictionalia.*

24 *Archiepiſcopi poſſunt leges, ſive ſtatuta, aut ordinationes modo, & in caſibus, quibus Epiſcopi in ſuis Diœceſibus.*

Primates, & Patriarchæ poſſunt leges, & ordinationes facere in ſuis Provinciis d. n. 24.

25 *Archiepiſcopus ſolus abſque concilio Provinciali nequit facere ſtatusa obligantia totam Provinciam*

26 *Abbates habentes juriſdictionem poſſunt ſtatuta facere, ſicut Epiſcopi in ſuo territorio ſubditos obligantia.*

27 *Legati à latere poſſunt in Provincia ſibi commiſſa à Papa, facere leges, qui poteſt eam poteſtatem moderare,* & n. 28.

Nuncius Hiſpanus nequit leges facere, quia non eſt à latere, ſed tatum legatus miſſus d. n. 27.

28 *Statuta legati Papæ ſunt perpetua, & durant etiam poſt ejus diſceſſum & finita legatione.*

29 *Concilium generale poteſt leges, & ſtatuta facere, quæ obligant ſi corroberentur, & confirmentur a Papa.*

30 *Concilium generale tempore ſchiſmatis, dum ſcitur quis ſit Papa, tantùm poteſt ordinare conducibilia ad pacem.*

31 *Cardinalium Concilium, ſede vacante, leges non facit; non enim exercet juriſdictionem Papalem &* num. 32. & 41. *& ſi contra plares,* oum. 49.

Clem. ne Romani de elect. dict. n. 31. & 33. *ubi quæ poſſit facere, & ibi* n. 84.

32 *Collegium Cardinalium nequit moderare conſtitutiones ſummi Pontificis, nec eis quidquam addere, vel detrahere præcipuè circa illa quæ de electione futuri Pontificis diſponunt.*

34 *Cardinalium cœtus, ſede vacante, poterit ordinare pro conſervatione rei, aut juriſdictionis Eccleſiæ, & pro coercendis ſeditionibus, & pro ſervanda quiete, & obedientia, imponendo pœnas, creando, & mutando ad eundem finem Officiales, etiam Gubernatorem urbis, & deputare adminiſtratores, & judicare Papam intruſum, dum vacant electioni, & in aliis caſibus* n. 35. 36. 37. & 38.

39 *Cardinalium cœtus ſede vacante Apoſtolica, poterit dare reverendas.*

PRo complemento legiſlatorum Ec- 1
cleſiaſticorum indiget, hæc tracta-
tio ut agamus de præhabitis quæſti-
unculis, in quibus breviter reſpon-
debimus.

Ad primam quæſtionis partem Doctores 2
ut reſpondeant, non ſunt accordes, cum ex-
iſtiment multi ut capitulum ſede vacante,
nequeant facere leges: ita ex Felioo, &
Malderno Pater Paſqualigius *in Theologia tom2.*
diſp. 150. *ſect.* 12. *num.* 63. Salas *de legibus diſp.* 8.
ſect. 15. *num.* 86. Arriaga *in curſu Theolog. tom.* 4.
diſp. 18. *ſect.* 4 *num.* 6. Alii inquam docent, ut
leges condere poſſint, ut poſt Felinum *in c. cum* 3
omnes hoc tit. num. 8. Panormit. *in c. cum olim n.* 54.
de majorit. & obedientia, Sylveſter verbo *capitu-*
lum quæſt. 60. Suarez *de legibus lib.* 4. 7. *num.* 14.
Bonacina *eodem tract. diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 3. *num.* 29.
Federicus *de ſen. conſ.* 16. Villalobos *p.* 1. *tract.* 2.
diſ. 7. *ſub. num.* 11. in verſ. *maſ.* Pavan *de poteſt. ſe-*
de vacante capituli ex ea ratione, quia capitulum
ſede vacante ſuccedit in adminiſtratione tempo-
ralium, & ſpiritualium rerum totius Diœceſis
d. c. cum olim de majoris & obedientia c. unico eodem
tit. lib. 6. *c. ſi Epiſcopus, & c. ultimo de ſupplenda*
negligentia prælat. in 6. *Trid. ſeſſ.* 24 *c.* 16. † Sed
adminiſtratio eſſe non poteſt ſine juriſdictione, 4
ergo ſuccedit juriſdictioni Epiſcopi, ergo, & in
poteſtate ferendi leges, quæ competit Epiſco-
pis, † & patet quia capitulum ſede vacante præ- 5
ſtat omnia officia juriſdictionis, quæ præſtat Epi-
ſcopus, niſi ei ſpecialiter ſit prohibitum. † Et 6
ſic diſpenſat in irregularitate, in deounciationi-
bus, matrimonialibus, in interſtitiis, in illegiti-
mitate ad ordines, & ad beneficium ſimplex, ut
ex propriis materiis tradunt Bonacina, Salas, &
alii relati, referendi, ſed poteſtas ferendi leges
eſt poteſtas juriſdictionis, ut jam de Epiſcopi
poteſtate dictum eſt; ergo cum ex alia parte non
ſit denegata capitulo, debet ei competere, ſicut
Epiſcopo: ita etiam tenent cum aliis fundamen-
tis Granatus *in p.* 2. *D. Thom. contr.* 3 *tract.* 3. *p.* 1.
diſp. 3. Baldellus *in tract. moral. tom.* 1. *lib.* 5 *c* 8. *à*
num. 7. qui hanc vocat communem Rocaful.
tom. 1. *part* 3. *lib.* 7. *c.* 7. *num.* 71. Merolla *tom.* 2.
diſp 4. *difficultate* 2. *num.* 147. Layman *in Theolo-*
gia morali lib. 1. *tract.* 4. *c.* 3. *num.* 12. Cardinalis
Tuſchus *tom.* 1. *litt.* C. *concl.* 57. *num.* 10. cum
multis ab eo relatis Caſtr. Pal. *tom.* 1. *tract.* 3.
diſp. 1. *puncto* 23. *num.* 22. Præpoſitus *in part.* 2.
D. Thom. quæſt. 95. *diſp* 1. *dub.* 3. Martinel. *in p.* 2.
quæſt. 91. *art.* 3. *dubio* 2. *concl.* 16. Antonius de
Eſcobar, & Mendoca *in Theolog. moral lib.* 5. *ſect.* 1.
c. 2. *num* 13.

Et confirmatur ex eo, quia poteſt occurrere 7
neceſſitas corrigendi aliquas pravas conſuetudi-
nes; ergo poteſt capitulum per leges pœnales
tali neceſſitati providere; ergo erunt de ſe per-
petua

petua, quia hoc eſt de ratione legis, nec in hoc
poſſe aliquod grave præjudicium eſſe commu-
nitatis, ſeu Epiſcopi, docent Doctores, quia
omnes fatentur poſſe capitulum generalia præ-
cepta ferre pro tota Diœceſi in ſede vacante, ſed
parum refert quod ea ferantur per modum legis,
habito reſpectu ad tempus vacationis Eccleſiæ,
cum poſtquam Eccleſia habuerit Epiſcopum,
poſſit ipſe revocare hujuſmodi leges, ergo nec
illi præjudicium fit, nec Eccleſiæ, cum per hunc
modum illi ſufficienter ſubveniatur, ſicut ſubve-
8 niretur per præcepta ſimplicia generalia † & ju-
vatur, nam per ſimplicia præcepta, non ita be-
ne ſubvenitur, ſicut per leges, ſeu ſtatuta, quia
ſimplicia præcepta obligant tantum Incolas, ſta-
tuta vero obligant etiam Advenas, & Peregri-
nos, ſic citati, quibus addo Dianam *p.* 11. *tract.* 3.
miſcel. diſ. 24. alias adducens rationes; & quia
non poteſt ſine manifeſto textu & ratione re-
ſtringi capitulo in ſede vacante poteſtas ferendi
leges, cum ea poſſit ex alia parte contineri in
generali adminiſtratione, ſervata verborum pro-
prietate.

9 Nec obſtat dicere quod adminiſtratio, quæ
reſidet in capitulo ſede vacante, non importat
poteſtatem legiſlativam, ſed tantum guberna-
tivam, cum hæc poteſtas non videatur in jure
expreſſa, nec uſu recepta; ergo cum juriſdictio
capituli ſedis vacantis, non ſit per modum ſta-
tus permanentis, ſed per proviſionem, donec
provideatur Epiſcopus, ſequitur ut Capitulum
nequeat leges condere perpetuas, præcipue ſi
conſideres juxta jus, quod Capitulum ſede va-
cante nihil novare poteſt, nec habeat plenam
poteſtatem Epiſcopalem, ut patet ex *cap.* 2. &
10 *tit. ne ſede vacante.* † Quia breviter his, & aliis
reſpondetur certum eſſe capitulum ſede vacan-
te ſuccedere de jure, in his, quæ ſunt juriſdictio-
nis, etſi non in his, quæ ſunt ordinis ut late
probo *in dicto tit. ne ſede vacante*, & juxta non-
nulla, quæ dico infra *de tempor. ordin. ac de æta-
te, & qualitate ordin.* Ergo cum hæc poteſtas le-
giſlativa nondum à jure ablata ſit, quantumvia
deſiit reſpectu capitulorum eſſe in uſu, & praxi,
ſequitur ut ea uti poſſint, etenim ut ſicut lex per
non uſum non ceſſat, ſic nec poteſtas leges con-
dendi, cenſetur ſublata aliqua præſcriptione
temporis, præcipue ſi conſideres, ut jam plura
adduxi quod poteſtas, quam habent Epiſcopi
in actu exercitio leges condendi, ſit dependenter
à Papa: & de ejus poteſtate plura ex multis no-
viſſime Diana *p.* 8. *tr.* 4.

11 Hinc ſequitur capitulum ſede vacante poſſe
leges latas ab Epiſcopo prædeceſſores abroga-
re, ſicut & Epiſcopus, quas fecit capitulum:
quæ etſi perpetuæ cenſeantur, ſicut & aliæ leges,
tamen abrogari poſſunt à condentibus, vel
12 eorum ſuperioribus, ſicut & aliæ abrogantur. †
Nec huic reſolutioni obſtat textus *in cap. novit*,
ne ſede vacante, quia ibi ſolum dicitur ne ſede
vacante aliquid de bonis pertinentibus ad Ec-
cleſiam, & dignitatem Epiſcopalem innovetur,
ſicut nec Epiſcopus Eccleſiæ vacantis ſibi ſub-
jectæ alienare poteſt, *cap. ſi quis Epiſcopus* 10 *q.* 2.
non enim ibi aliquid dicitur de innovatione le-
gum: & ſic Diana tenens *dicta part.* 11 *tractat.* 3.
reſolut. 24. in verſ. *ex his* ait quod immeri-
to mutavit Felinus nomen ſtatus Epiſcopi in
ſtatum.

13 Ex his infero primo quod ſtatutum factum
à Capitulo, circa rem licitam, & confirma-
tam ab Epiſcopo, eſt validum *cap* 2. §. *cæterum*,
& ibi gloſſa verbo *ſtatutum de verbor. ſignificat.
lib.* 6. Oldrad. *conſil.* 259. *num.* 4. *in fine*, Federi-
cus *de Senis conſil.* 100. *num.* 2. quos refert, & ſe-
quitur Rota in verſelem opinionis 28. Maji 1612.
coram R. P. D. Pirovano impreſſa per Farinac.
deciſ. 398. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Barboſa *dicta allegatio-
ne* 93. *n.* 31. *in fine.*

Infero ſecundo poſſe Capitula condere ſta- 14
tuta in his, quæ univerſalem ſtatum ſuæ Eccle-
ſiæ, vel intereſſe Epiſcopi non concernunt etiam
ſine Epiſcopi conſenſu, gloſſa verbo *ſtatutum in
cap.* 2. *de verb. ſignificat. lib.* 6. Calderin. *conſ.* 2. *n.* 2.
hoc tit. ubi catenus vult exigi conſenſum Epiſco-
pi, quatenus expreſſe requiritur, Butr. *in c. con-
ſtitutus num.* 25. *de reſcriptis*, Barboſa *in paſtor.
dict. part.* 3. *allegat.* 93. *ſub num.* 25. quod proce-
dit etiam ſuo Epiſcopo vivente † ea nempe ca- 15
pitula faciendo, quæ pertinent ad rectam, & or-
dinariam gubernationem Eccleſiæ, quia abſque
Epiſcopo in his rebus queunt capitula, procede-
re, infert Diana *d. p.* 11. *tr.* 3. *reſ.* 24. in verſ. *nota
ſignum* eſſe habere juriſdictionem in ſuis capi-
tularibus, atque ideo poſſe illis imponere leges,
ſeu præcepta nam gubernatio ſine vi coactiva
fieri recte non poteſt, ut colligit *ex cap. cum om-
ne: hoc titul.* ubi ſupponi videtur poſſe Ca-
nonicos irrequiſito Epiſcopo jus in ſe ipſos
ſtatuere, quia tamen jus, quod ibidem ſtatue-
runt, omnibus commune non erat, & ideo non
revocari.

Infero tertio quod capitulum nequit in ar- 16
duis, & gravioribus cauſis ſtatuere, niſi acce-
dente Epiſcopi conſenſu, veluti in concernen-
tibus ſtatutum Eccleſiæ, Capra *regula* 9. *num.* 1.
Seraphin. *deciſ.* 1446. *num.* 1. & 2. & fuit dictum
in Paduana ſedilium 18. Maji 1618. coram Car-
din. Sacrato, ubi etiam fuit adnimadverſum hoc
in caſu conſenſum Epiſcopi ex ſcientia, & tol-
lerantia ipſius, refert Lotter. *de re beneficiar.
lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 88. † Quales inquam ſunt 17
abrogatio aliquarum conſtitutionum, & aliena-
tio, vel venditio alicujus fundi; in iſtis enim eſt
neceſſarius Epiſcopi conſenſus, & ſæpe Pontifi-
cis, ut dicunt Suarez *l.* 4. *de legibus c.* 6 *num.* 11.
& 12. Bonacina *eodem tract. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *pun-
cto.* 3. *num.* 31. Salas *diſp.* 8. *ſect.* 16. *num.* 84. Syl-
veſter verbo *lex quæſt.* 4. ſic Doctores *ex cap.
cum acceſſiſſent hoc tit.* Panorm. *in dicto c. cum
omnes num.* 4. & Felin. *ibi num.* 8 gloſſa *in c.* 2. §. 2.
varbo *ſtatutum de verb ſignificatione.*

Cumque ut jam dixi capitulum ſede vacante 18
omnia facere poſſit, quæ ſunt juriſdictionis,
niſi ſint expreſſe prohibita, Pavin. *de officio,
& poteſtate ſede vacante cap.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 1.
à num. 3. Gutierrez *canon. lib. cap.* 11. *num.* 10.
Garzia *de benef. late part.* 5. *cap.* 7. *à num.* 4. *cum*
multis aliis Barboſa *in dict. part.* 2. *de ſede va-
cante, aliquid innovetur num.* 3. ubi narrat ca-
ſus 22. in quibus idem operatur, ac Epiſcopus in
juriſdictionalibus, præterquam quod in caſi-
bus, qui ſpecialiter de legatione Apoſtolica Epi-
ſcopis cognitio competit. † Ideo bene Pavinus 19
dict. part. 1. *cap.* 6. Azor. *inſtit. moral. lib* 3 *c.* 27.
quæſt. 11. Quaranta verbo *capitulum ſede vacan-
te* verſ. *quarto quæro.* Zerola *in praxi epiſcopali
part.* 1. verbo *capitulum* §. 15. Moneta *de diſtri-
but. quotid. part.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 24. Sbrocius
de officio vicarii lib. 2. *q.* 187. *num* 5. & 6. dicunt ca-

pitulum ſede vacante poſſe ſtatuta condere, quæ ad ſtatum Eccleſiæ pertineant, quæque durare debeant etiam tempore Epiſcoporum ſuccedentium, dummodo ſint juſta, & ſalubria, ſecus vero ſi in præjudicium Eccleſiæ, velEpiſcopalis meoſæ, ut dictum eſt, & intelligit Quaranta ſupra, Barboſa cum multis *allegat*. 87. *num*.4. & 14.

20 Et ob id non poſſe ſtatutum condere, quo charitativum ſubſidium io futurum ex parte minuatur, Barboſa *in dicto c*.3. *num*.13. Melius *in poſterali allegatione* 87. *num*. 13. Bellencin. *in tractatu de charitativo ſubſidio quæſt*.21. Azor. *inſtit. moral. part*.2.*lib*.12. *c*.14 *quæſt*. 5. verbo *item Canonicorum* etſi ſede vacante poſſit tale ſubſidium exigere gloſſa verbo *aliunde, in c. cupientes* §. *ad hæc de electione lib*. 6. ubi Joannes Monaſt. Archidiacon. & Dominic. Bellacin *ſupra quæſt*. 7. Azor *quæſt*. 5. verſ. *item collegium*, Beſſet. *diſquiſit. Clericor. part*.1. *tit. deClerico debitore* §. 12. *n*.38. idem Barboſa iterum io *d. c*. 2. *ne ſede vacante n*. 22.

21 Eteoim Vincentius Filicius *tom*. 3. *tract*. 41. *c*.2. *n*. 4. dicit ex antiquo jure tempore ſedis vacantis juriſdictionem Epiſcopi devolvi ad capitulum, quam facultatem nec mutaſſe, nec minuiſſe Concilium Trid. *ſeſſ*.24. *de reformat. c*.16. ſed ſolum præcepiſſe modum utendi illa, nimirum per Vicarium ab eodem Capitulo electum, cui, & juriſdictionem, & oſum committat, ob idque capitulum ſuccedere in juriſdictionem Epiſcopi, ſic, ut poſſit quæ Epiſcopus in caſibus juriſdictionalibus, quorum 22.referunt Doctores citati, & multi alii, alios.

22 Poteſt tamen eſſe dubium num Capitulum Eccleſiæ Collegialis, ſeu aliud inferius Clericorum queat ſede vacante, ſive vivente Epiſcopo facere leges, ſtatuta, ſive ordinationes: & io hoc puncto dicendum eſt prædicta capitula non poſſe facere prædictas leges, niſi tantum ordinare ordinationes aliquas ſuper rebus minimis pertinentibus ad ſuam gubernationem, in tantum quod ut prædictæ obligent, ut veræ leges debeant ab Epiſcopo confirmari, aut conſentiri, in terminis Villalobos *p*. 1. *ſumm. tract*. 2. *dif*.7. *num*.12. videndus *num* 11. & videtur docereButrius *in dicto c. conſtitutus num*.25.*de reſcriptis*, ubi facit differentiam inter capitula Cathedralium Eccleſiarum, & alia capitula collegialium inferiorum, Abbas *in c. cum acceſſiſſent.hoc tit.n*.14.& Decius *n*.8. Ferretus *conſ*.286. *n*.1.Barboſa *dicta allegatione* 93. *ſub n*. 25.

23 Ad ſecundam quæſtionis partem ao Cardinales in ſuis titulis per ſe poſſint leges, ac ſtatuta condere, de quo puncto videbis Bartol. *in l*. 1. *num*.1.*ff. quod quiſque juris*, Duennas *regula* 245. Alexander *in l. nemo poteſt col*.1. *ff. de leg*.1. & *in conſ*.144. *col*.2. *lib*.4. alios refert Gratianus *regula* 439.*ſub num*.9. & videtur pro parte affirmativa probari ex adductis de Epiſcopis, & ex eo, quia juriſdictionem habent in Eccleſiis ſuorum titulorum de jure communi, epiſcopaliaque jura ibi obtinere, *cap. quærelam de elect*. Alphonſus Alvarez, Guerrero *in ſpeculo Pontif. c*. 28. *poſt princ. verſ. de Reverendiſſimis pag*. 72. Leſſius Zechius *de Republica Eccleſiaſt. tit. de Cardinal*. & alii apud Homob. *de bonis*, *de humana vita ſtatibus cap*.15. *paulo poſt princip. p*. 1. Anaſtas. Germon. *de indultis Cardinat*. Marcus Anton. Chachus *lib*. 2. *inſtit. moral. tit*. 4.

De Archiepiſcopis idem dicendum eſſe, ac 24 de Epiſcopis idemque de Primatibus, & Patriarchis probatur eiſdem fundamentis, ac dictum eſt de Epiſcopis, ita in terminis Diana *d. part*. 11. *tract*. 3. *reſolut*. 23. in verſ. *quod verum dictum eſt de Epiſcopis, dicendum eſt de Patriarchis*, & *Archiepiſcopis*, loquutus à principio reſolutionis de eo dubio, an poſſint Epiſcopi condere leges Eccleſiaſticas in ſuo territorio, de qua jam dixi *ſub quæſt*. 9. & 10. *in princip. præced.* dicit enim poſſe Archiepiſcopos, & Patriarchas coodere leges, ſicut Epiſcopi in ſuis Diœceſibus particularibus, quia illarum ſunt Epiſcopi; extra illas vero non poſſe ait, niſi ſpeciali jure, aut præſcripta conſuetudine, vel privilegio Apoſtolico eis conceſſum ſit, ſicut ſumitur *ex can*. 1. uſque ad *can. conqueſtus* 9. *q*. 3. & *c. duo ſimul de officio Ordinarii*, ubi Doctores.

Ex quo infert Diana ſolum Archiepiſcopum 25 abſque concilio Provinciali, non poſſe ſtatuta condere totam Provinciam obligantia, & ſic puto, obſervandum, quia etſi cœteri Epiſcopi ſuffraganei in ſua Provincia inferiores dicantur, non tamen cootingit, niſi ut ad eos in cauſis per appellationem recurratur, non inquam, ut queant Archiepiſcopi diſpooere, ac ſtatuere intra territoria ſuorum Epiſcoporum ſuffraganeorum, ut ipſi Epiſcopi, ut longe adverto *in dicto c. duo ſimul de officio Ordinarii*, ſicut & dixi *ſub. cap*.7. *de appellation*. & alibi ſub *c*.2. *de foro comp*.

De Abbatibus habentibus juriſdictionem, 26 & territorium, ut poſſint, ſicot Epiſcopi facere leges, & ſtatuta obligantia ſuos ſubditos, niſi eis ſit ſpecialiter prohibitum, patet ex eadem ratione, ac dictum eſt etiam de capitulo ſede vacante, vel ſi de conſuetudioe, aut peculiari inſtitutione ad faciendas leges requirant communitatis vel capituli conſenſum ex ea ratiooe quia hæc poteſtas ferendi leges eſt juriſdictionis, ut jam ſupra dixi de Epiſcopo tantum confirmato, nondum conſecrato, quæ per ſe, ac jure ordinario conjuncta eſt cum juriſdictione Epiſcopali: ita in terminis Diana *dicta quæſt*. 11. *tractat*.3. *reſolut*. 23. in verſ. *idem de Abbatibus*, quod abunde comprobatur ex his, quæ dixi *de Abbatibus in cap*. 1. & uberius *in cap. cum contingat. de ætate*, & *qualit. ordinand.*

De Legato à latere in Provincia ſibi commiſ- 27 ſa à Papa, ut poſſit facere leges in Provincia ſua, docent Doctores per textum *in cap. fin. de officio deleg*. Sylveſter verbo *lex quæſt*. 4. Villalobos *in ſumma dicta part*. 1. *tract*. 2. *dicta difficultate* 7. *num*. 7. ubi quod cum hoc dependeat à Papa poteſt ſummus Pontifex hanc poteſtatem moderare, aut abolere ex toto, ſed natura officii, quia eſt juriſdictionis, revera, dum non prohibentur, poterunt leges ac conſtitutiones facere, exiſtimo inquam Hiſpaniæ nuncios, hanc poteſtatem non habere, qui tantum dicuntur Legati miſſi, non à latere, de quorum differentia ago infra *ſub dicto titulo de officio delegati*.

Etenim Pontifex *in dicto cap. fin*. ait quod ſta- 28 tuta Legati Papæ ſunt perpetua, & durant in Provincia, etiam poſt ſuum diſceſſum, & finita legatione: ſic multi relati à Barboſa ibi *num*. 1. & *num*. 2. ubi cum P. Eman. Rodriguez *quæſt. regul. tom*. 2. *quæſt*. 97. *art*. 1. *verſ. circa primam*

ais

ait Legatos Papæ facere poſſe ſtatuta perpetua addens ibi *num.* 3. quæ jam dixi de Epiſcopo, nempe, ut edicta, ſive ordinationes ab eo in ſynodo diœceſana ſint perpetuæ, & non expirent morte conditoris ex aliis probans ut jam adduxi: alia de indulgentiis addit ibi *num.* 5. & 6. cum multis, & ex gloſſa *dict. cap. fin.* verbo *ſtatuta*, de quibus late ago ſub *c. 5. de penit. & remiſſion.*

29 Concilium vero generale dubium non eſt ut poſſit leges facere, eo quod vel Papa ſtat præſens in concilio, ſeu poſtea illud approbat, itaque eo duplici modo poſſe contingere, cum illud Papa mandet congregari, ſed eas leges concilii non obligare, donec corroborentur confirmatione Papæ, docent Cajetanus *in opuſculo de comp. Papa, & concil.* Turrecrema. *lib. 2. ſumma cap.* 71. Navar. *lib. 1. conſil. 1. num.* 4. *hoc tit.* Suarez *de legibus lib. 4. cap. 6. num.* 21. Villalobos *part. 1. tractat. 2. dict. difficultate 7. num.* 8. addens ſic conſtare, ex perpetua Eccleſiæ traditione.

30 Dubium vero eſt quod ſi concilium congregetur tempore ſchiſmatis, dum non ſcitur quis Pontifex certus ſit, ut contigit tempore concilii conſtanienſis, quo in caſu concludunt Suarez ſupra *num* 4. & Villal. *num.* 8. verſ. *Laudanda* tunc tantum illud concilium habere poteſtatem ad operandum in pacem Eccleſiæ univerſalis ordinans quæque ad id neceſſaria, ſed non ut faciat leges univerſales pro Eccleſia.

31 De concilio Cardinalium ſede vacante, etſi aliqui teneant, ut poſſit leges facere *per Clem. ne Romani* de electione dicendum eſt ut non poſſit, ut contra illos concludit bene Suarez legendus ſupra *num.* 4. & 5. Etenim ut patet ex illa Clement. Cardinalium cœtus ſede Apoſtolica vacante juriſdictionem Papalem non exercet, niſi in quantum permittit Lugdunenſ. Concil. ut multa inferens legenda confirmat Julius Labor variar. lucubrat *tom. 1. tit. 3. de conclavi, & conclauſtris cap. 3. à n.* 10. Azo. *inſtit. mor. p. 2. lib.* 4. c. 3. *q.* 1.

32 Et ſic ut per collegium Cardinalium nequeant modificari, corrigi, vel moderari conſtitutiones ſummi Pontificia, nec eis quidquam addi, vel detrahi; præſertim circa illa, quæ de electione futuri Pontificis diſponunt, Labor ſupra cum aliis, Barboſa *in dicta Clem. num.* 3. 4. & 5. ubi alia congerit, ergo, & in terminis quæſtionis noſtræ docent Panormit. *in cap. cum ten. n.* 12. *& ſequent. de re judicata*, Felin. ibi *num.* 11. Anton. de But. & Imola *in cap. tranſlato hoc tit.* Sebaſtian. Medicis *de legibus part. 1. quæſt.* 10. Salas *eadem tract. diſput.* 8. *ſect.* 8. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap. 5. quæſt. 6. num.* 188. Baldellus *tom. 1. lib. 5. diſput.* 7. Sebaſtian. Cæſar. *in ſelect. de Eccleſiaſt. Hierarch. part. 1. diſp. 2. §. 6. num.* 1. Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 4. dub. 4. n.* 18. Azorius *tom 2. lib. 4. cap. 3. quæſt.* 3. *Lauderl. de Cardinal. quæſt.* 74. Campanil. *in diverſ. juris canon Rub. 7. c. 6. à num.* 76. Diana *part. 5. de poteſt. Cardin. tract. 2. reſ.* 9.

33 Sic omnes per dictam *Clementinam ne Romani*. quæ irritat, & decernit inane quidquid poteſtatis, aut juriſdictionis ad Romanum Pontificem pertinentis, dum vivit cœtus ipſe duxerit exercendum, ſolumque ibi excipi quæ *in c. ubi periculum de elect. lib.* 6. Cardinalibus conceduntur, ibi enim nihil eis concedi, niſi quæ ad electionem Pontificis, & quæ ad defenſionem Eccleſiæ, & quæ ad obviandum imminentibus periculis ſpectant de reliquis verſ. *potius* ibi dici quod ſe nequaquam de aliquo negotio intromittant.

Quare tantum poterit cœtus Cardinalium ſe- 34
de Pontificali vacante facere quæ ſubſequuntur,
primo quod ubi imminet periculum evidens
amiſſionis alicujus loci, vel juriſdictionis Eccle-
ſiæ, aut rei ſimilis collegium, conſentientibus
omnibus Cardinalibus, aut ſaltem duobus illorum
tertiis partibus per ſuffragia poſſit illi occurrere,
& facere quaſcumque proviſiones, & ordinatio-
nes neceſſarias † ſecundo ut pro coërcendis flagi- 35
tis, ſceleribus, & ſeditionibus ac ſervanda quiete,
& obedientia, poſſit imponere pœnas, tam cor-
porales, & temporales, quam etiam ſpirituales, ve-
luti anathematis, & ſimiles. † Tertio ut quoad eun- 36
dem finem poſſit confirmare, mutare, & de novo
eligere, & creare, quoſcumque officiales, etiam
gubernatorem urbis, tam ultra pontem, quam
citra, & alios miniſtros pro regimine ſtatus Ec-
cleſiæ. † Quarto ut poſſit etiam deputare Admi- 37
niſtratores, & facilius expediantur ea quæ immi-
nent pro electione. † Quinto ut poſſit etiam ju 38
dicare Papam intruſum, dum ipſi vacant ele-
ctioni legitimæ, quia hoc concernit negotium
ipſius electionis, & ab alio judicari non poteſt;
idemque dicendum eſſe de aliis caſibus ſimili-
bus, ut obſervans: hæc tradit Julius Labor *va-
riar lucubrat. tit. 3. cap. 3. à num.* 27. legendus
quia mens Pontifici in dictis conſtitutionibus
fuit non denegare neceſſaria ſignanter ea quæ
poſſunt retardare negotium electionis; videbis
quæ congerit Barboſa cum aliis *de jure Eccl. p.* 1.
cap. 4. n. 91. quem leges ad plura *de Cardin.* ibi toto
illo *capite. & c.* 3.

Hinc enim dicunt Diana *dicta reſ. 9. in fine*, 39
& Sanchez ex Majolo. & Salcedo *in opuſculo morali tom 2. lib. 7. c. 1. dubio 20. n.* 39. ut non videatur prohibitum Congregationi Cardinalium, ſede Apoſtolica vacante dare reverendas, quia Trid *ſeſſ 7 c* 10. non videtur illius ſedis vacantia juriſdictionem limitare.

Unde etſi quod concilium Cardinalium ſede 40
Apoſtolica vacante poſſit leges facere, aut con-
ſtitutiones tenent Archid. *in c. cum conſtitueretur 50. diſt. in fine*, Albanus *de Cardin. q.* 42. *in fine* Bartol *in l. ubi abſunt num. 3. de Tutor. & Curator*, Henriquez *lib. 14 ſumm cap. 18. n.* 2. in fine, Manfredus *de Cardinalibus deciſ.* 6. & generali ratione moti, de qua ſupra de Epiſcopis Patriarchis capitulo *ſede vacante*, & Abbatibus, nempe quia juriſdictio Pontificis, eo mortuo, remanet in concilio Cardinalium Probantes ex textu *in c. it, qui c. cum olim de majorit. & obedientia.* ubi probatur, quod mortuo prælato univerſa juriſdictio remanet penes collegium, & ex aliis, quæ con-
gerunt ipſi † tamen reſpondetur ex dictis per 41
dict. clement. ne Romani; ita ut nequeant alia conſtituere, quæ in caſu neceſſitatis pro regimine jam ſunt animadverſa ex Julio Laborio quæ repetit Diana ſup. io verſ. *nota tamen*, aliter non item, ut patet etiam ex conſtitutione Pii V. quæ incipit *in eligendis* dat. idibus Octobris anno 1580.

QUÆSTIO XII

An regulæ Cancellariæ dicantur proprie leges: & an declarationes Cardinalium vim legis habeant & an forma authentica alicujus declarationis S. C. conferat, ei vim legis generalis: & an ſint tantum Doctrinales, ſi emanaverint facto verbo cum Papa. Decretum Gratiani an habeat vim legis: & an decretis Pontificum ſtandum ſit clauſis oculis & in quo differant leges, conſtitutiones, ſtatuta, præcepta. edicta, diſpenſatio, reſcriptum, & privilegium.

SUMMARIUM.

1 *Regulæ Cancellariæ publicatæ obligant, ſicut lex* num. 2.

3 *Regulæ Cancellariæ communiter obligant in foro interiori.*

Epiſcopus donans extra infirmitatem, non incurrit pœnas Regulæ Cancellariæ d. n. 3

4 *Donatio inter vivos facta per Epiſcopum intra viginti dies ante ejus obitum eſt valida in foro conſcientiæ. Et ſi per regulam Cancellariæ de viginti in foro exteriori ſit nulla, &* num. 3.

5 *Declarationes ſacræ congregationis, ſunt leges deciſivæ ſecundum plures* n. 8. *non ſic ſecundum alios* à n. 9. *ſed quid* à n. 13.

6 *Decreta, & litteræ congregationis concilii, ſemotis litibus ſunt executioni mandanda.*

9 *Declarationes ſiunt ſuper declarandis dubiis legum, quæ non egent publicatione, cum confirmant jus antiquum* n. 10. *quæ ſæpe ſibi ipſis contrariæ ſunt ſub* n. 12.

10 *Declarationes ſacræ congregationis, etſi leges, non ſint, tamen magni ponderis ſunt, nec ab eis recedendum, niſi firmiſſimo fundamento; eſt tamen earum numerus infinitus.*

12 *Epiſtolæ Decretales Pontificum, quæ non ſunt clauſæ in corpore juris, non ſunt leges.*

13 *Declarationes ſacræ Congreg. & Cardinalium. ut ſi multum valeant ad deciſionem cauſarum. non habent vim, etiam impreſſæ, niſi concurrentibus tribus requiſitis, de quibus* num. 14.

15 *Declarationes Cardinalium, quando ſint tantum doctrinales, quando vero, ut leges obligent* n. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

23 *Authentica forma alicujus declarationis ſacræ congregationis, confert ei vim obligandi. Et quæ ſit ſub* n. 25. 26. 27. & 28.

24 *Declarationi ſacræ congreg. ſtandum in deſitientibus Doctorum opinionibus.*

25 *Declarationes ſacræ congreg. & Cardinalium, ut obligent tanquam leges, debent publicari eodem apparatu.*

30 *Declarationes Cardinalium ſunt deciſivæ, quando ſiunt conſulto Papa, & inſunt in eis aliæ conditiones relatæ* à 23. ad 28.

31 *Declarationibus duabus concurrentibus ſibi contrariis de eodem articulo, ſtatur ultimæ, niſi altera facta ſit conſulto Papa, alia vero non, etſi neutra, tunc erit danda optio* n. 32 33.

34 *Decretum Gratiani, num habeat vim legis, late diſcutitur* à n. 35. ad 45. *affirmative adict.* num. 36.

Gelaſius, & Eugenius III. Pontifices, dicitur, ut approbaverint omnia contenta in decreto, dicto n. 34 *negative* à n. 37. *ſed diſtingue* à n. 38.

Gratianus compilavit Decretum anno 1009. *ab eoque tempore legiſtas, & Canoniſtas Judicaſſe Decreti approbationem, traditur uſque ad tempus præſens* d. n. 34.

35 *Gregorius XIII. juſſit emendari decretum à Gratiano compilatum.*

37 *Decretum Gratiani continet ſanctorum plures authoritas, aliquas conciliorum Provincialium. nonnullas leges civiles.* n. 38.

Palea additionator Decreti, Gratiani ſuit diſcipulus, d. n. 37.

38 *Decreti Gratiani collatio reducitur ad quatuor ſpecies, nempe Patrum, Conciliorum Gratiani Paleæ, ac Juriſconſultorum.*

39 *Decreta Gratiani, & Paleæ, vim legis non habent, & dicto* n. 38.

40 *Leges Imperatorum quatenus compilatæ à Gratiano, non habent vim Clericos obligandi.*

41 *Sanctorum dicta compilata a Gratiano in Decreto ſecundum aliquos recipiuntur, ut deciſiva decreta* n. 42. *non ſecundum alios* à n. 43.

44 Gloſſa in c. noli diſt. 9. *verſ.* exiſtis, &c. ſancta Romana diſt. 15. & n. 45.

45 *Decretum Gratiani vim, & authoritatem legis non habet, niſi tantum in his capitibus, & deciſionibus, quæ ab aliquo Pontifice fuerint canonicatæ, vel inter decretales inventæ.*

46 *Conciliorum Provincialium decreta, non habent legum generalium vim, & extra territorium condentium.*

47 *Juriſdictio inhæret territorio, ſicut nebula in tota palude.*

48 *Conciliorum generalium decreta inventa in compilatione Gratiani, non ab eo compilatore, ſed à conditore eorum, habent vim legis obliganda.*

49 *Decreti Gratiani unicuique canoni eſt danda tantum ea fides, quæ authori ejus datur.*

50 *Gratiano referenti Papæ, ſeu concilii authoritatem eſt credendum, donec oſtendatur exemplar in contrarium; eo quod Pontifices paſſim tribuunt hanc fidem Gratiano.*

51 *Gratiani Decretum; verius eſt ut redacatur ad ſpecies ſeptem.*

52 *Gratianus, & Palea qui fuerint,* remiſſive.

53 *Pontificum decreta, quando, & qualiter ſint præceptiva, expenditur uſque ad* n. 60. *vel decretiva tantum ibi.*

54 Trid. Concil. ſeſſ. 23. c. 4. n. 55.

57 *Bulla Pii V. poſita in principio Miſſalis.*

61 *Leges, edicta, ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, præcepta, reſcriptum, diſpenſatio, & privilegium, qualiter diſtinguantur in modo, & latitudine obligandi ſubditos* à n. 62. 63. 64. 65. & 66.

67 *Diſpenſatio legis, & interpretatio, qualiter diſtinguantur.*

68 *Reſponſum Principis ad conſultationem ſeu relationem alicujus caſus ſpecialis, habet legis vim, item & Pontificis cum conſulitur* num. 69.

70 *Sententia ſupremi conſilii, legem non facit.*

AD

1 AD primam quæſtionis partem videtur af-
firmandum per id, quod ſcripſi ſupra *q.*
7. ſub verſ. *ad ſecundam* quatenus ex ſola publi-
catione in Curia regulam Cancellariæ pateat
obligatio eas obſervandi, & judicandi, ſecun-
dum illas, dubium ibi tractatum eſt, an ſuffi-
ciat ſolum publicari legem in Curia ut obliget;
ergo ſive ea, aut regula Cancellariæ ibi publi.
cata, aut in Provinciis, videtur ut ſit lex,
ſicut alia quælibet Pontificia ad obligandum
ſubditos, & comprobatur ex his, quæ dixit Ric-
cius, quem jam ſupra expendi ad alia addens *in*
collect. 1276. *ſuper* §. 1. *auth.* ut fact. novæ conſtitu-
tiones † dicens cum Sayro de conſtitutione
2 Principis publicata in loco reſidentiæ Principis
liget in aliis locis, ubi non fuit facta, ſicut fit in
regulis Cancellariæ, quæ publicatæ in curia ubi-
que afficiunt, Cappella Toloſona *in deciſ.* 40. &
refert deciſum per Rotam in terminis conſtitu-
tionis Pii V. 14. Maji 1584. & 15. Januarii 1598.
& in altera conſtitutione Pii; & ſic fieri, ut ſicut
conſtitutio publicata ligat, ſic & regula Cancella-
riæ, etiam publicata liget tanquam lex.
3 Dubium tamen eſt an regulæ Cancellariæ
obligent in foro interiori, in quo Joannes Vallo-
rus *in different. utriuſque fori* verbo *donatio diſ.* 6.
n. 2. ait quod in foro interiori prædictæ validæ
ſunt, & tenent, quia prædicta regula de viginti,
& aliæ regulæ Cancellariæ ſunt tantum pro foro
exteriori cum ſint judiciales per notata à Go-
mez *de regul. Cancell. in princip.* & trademus ver-
bo *poſſeſſio diſ.* 1. quod maxime procedit, cum
donatio facta fuit extra infirmitatem, cum ſcili-
cet ſanus eſſet Epiſcopus, adeo ut dicat Henri-
quez *in ſumma tit. de indulgent. c.* 30. §. 7. in gloſſa
littera R. prædictas donationes factas etiam pro-
pe, vel circa mortem validas eſſe in utroque fo-
ro, ut multi Jurepériti Salmantiæ Conſulti re-
ſponderunt, ſed præfecti collectores generales
nequaquam admittent, nihilominus tamen
quoad ſorum conſcientiæ tutus eſt donatarius:
unde poterit obſurdeſcere ſi forte publicetur
excommunicatio contra non revelantes bona
Epiſcopi defuncti, quod notat, quia eſt quoti-
4 dianum Vallerus huc uſque loquens. † Et ejus
ſequutus ſententiam docet Diana *p.* 1. *tract.* 10. *de*
legibus reſ. 43. dicens, reſpondeo negative infe-
rens donationem inter vivos factam per Epi-
ſcopum intra viginti dies ante ejus obitum eſſe
validam in foro conſcientiæ, licet per regulam
Cancellariæ de viginti in foro exteriori ſit nulla.
Pro contraria autem ſententia in hoc puncto fa-
cient quæ infra dico *à q.* 2. *c.* 1. an lex, ſeu conſti-
tutio obliget ſub peccato, & in foro animæ.
5 Ad ſecundam quæſtionis partem an declara-
tiones Cardinalium habeant vim legis cum
duabus ſequentibus exiſtimo reſpondendum
juxta quæſtionem, quam de hac nunc inquiri-
mus, in qua video admodum laborare Doctores
dicentes quoſdam habere vim legis, tanquam, ſi
ab ipſo Papa editæ eſſent, alios inquam non
item, ratio affirmativa eſt, quia declarationes
ſacræ congregationis, non ſunt doctrinales, ſicut
latæ à Doctoribus, & juriſperitis, ut aliqui
Theologi perperam dicunt, ſed eſſe declaratio-
nes definitas, ſeu deciſivas vim legis habentes,
& ut leges recipiendas, utpote latas ex commiſ-
ſione Papæ, à perſonis habentibus interpretandi,
& reſpondendi facultatem à Principe, ut apparet
ex Bulla Sixti V. quæ eſt *in p.* 2. *Bullarii* 7. in ordine;

Ubi habetur facultas dictæ congrationis, nem- 6
pe ut quæ ſcribuntur à Cardinalibus ſacræ con-
greg. nomine Concilii Trid. ſint ac ſi à Papa ſcri-
pta eſſent, & addit Garcia *de beneficiis p.* 1. *in præ-*
fatione, † ut decreta, & litteræ Congregationis 7
concilii ſemotis litibus, ſint executioni deman-
danda, nec ſuper his ſententia, nec decretum ali-
quod ſit faciendum, itaque ſtatim à Papa ſuper
declarationibus S. C. dari Breve, & ab auditore
cameræ monitorum in earum executione, quas
Rota abſque ulla controverſia, & diſputatione
amplectitur; ſuſcipit, & obſervat, ut praxis oſten-
dit. † Taliter ut eandem vim habeat declaratio, ſi 8
facta ſit ad inſtantiam partis, ſeu in caſu particu-
lari, quia facit etiam jus quoad omnes, & in uni-
verſum, & ſic habere vim legum generalium, do-
cent Salas *de legibus tr.* 14. *diſp.* 21 *ſect.* 12. Cho-
chier *in tract. de permut. benef. p.* 2. *c.* 80. Zipæus *in*
tract. juris canon. Epiſtol. ad Lector. Leon. *tract. de*
Jubilæo p. 2. *q.* 5. *n.* 207. Bellochius *de caſibus reſer-*
vat. p. 1. *q.* 2. *n.* 82. Rodrig. *quæſt. regular tom.* 1. *q.* 11.
art. 1. & 2. Gambarrupia *de caſibus reſervatis c.* 3.
n. 6. Lazarius *tract. de blaſ. q.* 10. *n.* 39. Miranda *in*
man. præl. tom. 2. *q.* 6. *art.* 11. Homob. *de examine Ec-*
cleſ. p. 1. *tract.* 1. *c.* 6. *q.* 29. Narbona *de appellat à Vi-*
cario ad Epiſcop. p. 1. *n.* 189. & hæc pars poteſt con-
firmari ex infradictis. † Negativam ſententiam 9
docentes fundant in eo, quia de ratione legis, ut
jam ſupra late dixi eſt ut ſit publicata, ſed dictæ
declarationes non publicantur, ergo non obligant
ergo cum declarationes fiant ſuper declarandis
dubiis legum, & conſtitutionum, vel ut novæ legis
ſequitur, ut quantumvis publicatione non egeant,
cum cadunt ſuper declarandam legem dubiam,
quæ jam erat publicata, ad eamque reducatur, ta-
men ſi ſtatuat ſuper caſu novo, tunc revera debeat
publicari, ut quælibet nova conſtitutio; imo etiam
Doctores hujus opinionis extendunt ad caſus,
cum declaratio explicat, & diſtinguit legem du-
biam, quia jam tunc eſt lex nova † ſolumque non 10
egere publicatione dicunt, quando confirmat jus
antiquum manifeſtum, & hanc tenent Jacob. Va-
ler. *de different. Juris utriuſque fori* verbo *abſo-*
lutio, different. 5. *n.* 2. Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 13.
§. 2. *n.* 7. Zipæus *in novo jure Pontifico lib.* 5. *tit. de*
pænit. & remiſ. n. 9. Serarius *in prolegom. Bibliacis*
c. 19. *q.* 11. Villal. *tom.* 1. *tr.* 2. *diſ.* 7. *n.* 5. Bonac. *de le-*
gibus diſp. 1. *q.* 1. *puncto* 8. *n.* 4. cum aliis Diana *p.* 1.
tr. 10. *reſ.* 29. † Ubi docet ſic procedere, niſi aliter 11
per ſedem Apoſtolicam declararetur cenſens non
habere vim legis, ſed eſſe nihilominus prædictas
declarationes magni ponderis, ab eiſque nulla
ratione recedendum ſine firmiſſimo fundamen-
to: videbis Sanch. *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *diſp.* 2.
n. 10. Ledeſma *in ſumma tom.* 1. *de ſacram. pænit. c.* 13.
diſ. 7. † Et faciunt ſequentia, quia ſicut Epiſtolæ 12
Decretales Pontificum, quæ non ſunt clauſæ in
Corpore juris non ſunt leges, nec ut illæ alle-
gantur in deciſionibus cauſarum, ut ait Roman.
conſ. 522. *n.* 13. ſic cum nolit Pontifex has claudi
in volumine juris; item quia non imprimuntur
authoritate Apoſtolica, nec eadem authoritate
ſunt in volumine eodem redactæ. Tertio quia
ſæpiſſime hæ declarationes ibi contrariæ ſunt ob
diſſidentes opiniones pro tempore Cardinalium,
quod non ſic procedit in legibus univerſalibus,
quæ ſibi contrariæ ſunt raro, niſi ex nova cauſa
antiquæ corrigantur, & hæ leges raro fiunt, illæ
ſæpe eſt enim earum declarationum numerus in-
finitus, quæ frequentius proderunt in caſibus par-

ticularibus, ob id non poſſe eſſe leges univerſa-
les, ſæpeque fiunt in conſulto Pontifice contra
Bullam Sixti V. ex quibus & aliis rationibus di-
cit Berricellus *in quæſtionib. mor. tract.* 2. *q.* 7. *n.* 21.
declarationes Cardinal. non eſſe leges, inferens
quod etiam ſi factæ ſint conſulto Papa non tol-
lant probabilitatem contrariæ opinionis, quia
nequit opinio, quæ erat antea probabilis, eſſe fal-
ſa, niſi aliis denuncietur.

13 Ego etſi videam pro prima ſententia alios in-
quam Doctores, Barboſam ſcilicet *de jure Eccle-
ſiaſt. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 81. ubi plures adducit etiam con-
trariæ, negativæ Hieron. Rodrig. *in compend q. reg.
reſ.* 18. *n.* 22. Monetam *de judicib. conſervat. c.* 6.
n. 66. & Dianam qui *p.* 5. *tract.* 2. *reſ.* 96. conclu-
dit ſe in neutram inclinare partem optantem de-
ciſionem Pontificam: tamen adhuc pro ſecun-
da ſententia negativa, exiſtimo eſſe pugnan-
dum in puncto juris, dicendo prædictas declara-
tiones Cardinalium eſſe magni habendas pro
cauſarum deciſionibus, ſic ut plus multum eis
fletur, quam aliis Doctoribus contrarium te-
nentibus; & ſic præter multa, quæ congerit Pe-
trus Ochogavia *de ſacram. tract.* 2. *de pænit. q.* 40.
n. 12. ad effectum ut poſſint in conſcientia obli-
gare, & Merolli *in diſputation. Theolog. tom.* 2.
diſp. 4. *c. dubio* 12. *num.* 137. Sanchez *in ſelectis
diſp.* 48. *n.* 1. Boſius *tract. de triplici jubil. ſect.* 3. *ca-
ſu* 2. & 7. *n.* 255. probantes tunc declarationes fie-
ri deciſivas, quando conſulto Romano Pontifi-
ce fiunt, ſecus autem ipſo in conſulto, nam in
14 tali caſu putant eſſe tantum doctrinales. † Ta-
men verius videtur loqui Torreblanca *in pract.
juris Eccleſ. ſpir. lib.* 14. *c.* 3. *n.* 19. dum veriſſimum
eſſe ait prædictas deciſiones, non ſolum manu-
ſcriptas, ſed impreſſas, nullam vim obtinere, niſi
habeant requiſita in Bullis Sixti V. Grego-
rii XIII. & Urbani VIII. ſcilicet primo fuiſſe
pronunciatas conſulto ſummo Pontifice. Secun-
do ut Domini Cardinales ſolum declarent, &
interpretentur, nec diſponant, aut diſpenſent,
aut reſtringant, aut amplient, ultra verborum
vim, & regulas juris. Tertio ut exhibeantur *in
auth.* forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione
Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac ſacrarii
ejuſdem congregationis, quibus addo Molfe-
ſium *in ſumma tom.* 1. *tract.* 9. *c.* 13. *n.* 43. Hurta-
dum de Mendoca *in* 2. 2. *D. Thom. vol.* 1. *diſp.* 84.
ſect. 2. §. 25. Layman *in Theologia morali lib.* 1.
tract. 4 *c.* 7. §. 8. *n.* 28. Coriolanum *de caſibus reſer-
vatis p.* 1. *ſect.* 1. *art.* 2 t. *n.* 5.

15 Ad tertiam quæſtionis partem an declarationes
Cardinalium ſint tantum doctrinales, etiam ſi
emanaverint, facto verbo cum Papa quam pote-
ris ex dictis reſolvere. Sed quia poſt dicta, ſunt
plures Doctores noviſſime de hac diſputantes,
inter quos Berricellus *in quæſt. moral. tract.* 2. *q.* 7.
n. 21. quatenus dicit quod ſacra Congregatio,
conſulto Pontifice declarans, non facit legem
generalem, quia de ratione talis legis eſt, ut obli-
get omnes, niſi expreſſe declaret ſe legem facere
generalem, quoad omnes eamque promulgari
mandet *l. leges ut generales C. de legib.* ibi *vel per
omnes populos judicum pragmaticis divulgari.* † Sic
16 omnes intelligentes textum in *l. fin. C. de legibus,
l.* 1. *C. de conſt. Princip.* ubi Jaſon, & Bruno, Caſaing.
de privilegiis regul. p. 1. *tract* 1. *c.* 1. *prop.* 3.

17 Dixit duobus modis Pontificem decreta Car-
dinalium confirmare, uno modo illa ſupponen-
do, tanquam conſilium ſibi à Cardinalibus da-
tum, ut cum in Bullis ſuis ſic loquitur, *de conſilio
fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium*, & poſtea
Pontifex decreta illorum in ſua perſona pronun-
ciat dicendo *volumus, & decernimus.* Altero modo
cum Pontifex illa decreta ſupponit, & exprimit
in ſuis Bullis, ut à dictis Cardinalibus edita, &
illa confirmat, & his probat *ex c. cum dilecta, &
c. examinata de confirmatione utili vel inutili*, ut
quoties declaratio jus antiquum confirmet, nul-
lo modo faciat legem; & ſic tenet ſatisfaciendo
argumento, quod poteſt opponi nempe ſolere
Pontificem in dictis Bullis confirmandis, eiſdem
decretis apponere illam clauſulam *inviolabilis
Apoſtolicæ firmitatis robur.* ac ſe velle dicta decre-
ta ab omnibus obſervari, quia ſatisfacit has clau-
ſulas adjici, non ut decreta, quæ ſimpliciter do-
ctrinalia ſunt, leges, aut canones fiant; ſed ut in
ſtatu doctrinali remanentia, majoricum reveren-
tia, & firmitate recipiantur, & obſerventur, quem-
admodum approbationes, & confirmationes do-
ctrinæ ſanctorum, Auguſtini, Thomæ, & Bona-
venturæ, à pluribus Pontificibus factæ, non illi
dederunt vim legis, ſed eam magis acceptabilem
Eccleſiæ Dei reddiderunt.

Bruni inquam, & Berricelli opinio relata, mul- 18
tum diſplicet Dianæ noviſſime *p.* 11. *tr.* 2. *miſcel.
reſ.* 42. qui poſt plura ab eo relata ſic concludit, &
ſi decem rationibus Berricellus, quas repetit
Diana comprobans ſuam ſententiam, concludit
probabilius ſibi videri eas declarationes non eſſe
leges. Quare etſi amicus noſter Pater Antonius
Eſcobar *in Theologia mor. tom.* 1. *lib.* 5. *ſect.* 2. *c.* 12.
problema 13. *n.* 94. cenſeat declarationes Cardina-
lium maximi ponderis eſſe, ab iiſque nulla ratio-
ne diſcedendum, abſque firmiſſimo fundamento,
attamen vim legis non habere, nec illis neceſſa-
rio ſtandum, niſi aliter per ſedem Apoſtolicam
declaretur: tamen etſi hæc reſolutio ſit vera, quam
& ſequimur † fallit vero quando declaratio Car- 19
dinalium aſt certa, & indubitata, ſignata ſigillo,
& ſubſcriptione præfecti Cardinalis; ac ſecreta-
rii ejuſdem Congregationis pro tempore exi-
ſtentium, ut requirit Urbanus VIII. & quod in
ipſa ponatur factum fuiſſe, conſulto Pontifice,
juxta Bullam Sixti. † Et quod in ſuis declaratio- 20
nibus Cardinalis tantum declarent, & interpre-
tentur, non vero diſpenſent, reſtringant, aut am-
plient, ultra vim verborum, & regulas juris, vo-
luit Greg. XIII. alias ſi ultra declarent, debeant
dicere id factum ex particulari commiſſione, aut
voluntate Pontificis. † Quarto ut prædictæ de- 21
clarationes conſtent notitia publica, qualis eſt
illa, qualem Epiſcopus poteſt præbere in ſuo
Epiſcopatu, declarando illas forma juridica, &
quæ oriri poteſt ex fama publica derivata ex
principio authentico, hoc eſt ſolito ſigillo, &
ſubſcriptione Cardinalis præfecti, ut dictum, ſic
ut non ſufficiat cujuſque alterius Cardinalis. † 22
Quinto quod ſcilicet publicentur id Doctores
aſſumendi à neceſſitate publicandi legem, ut
obliget; ita ut ex defectu hujus conditionis Do-
ctores aſſerant, ut declarationes Cardinalium
non obligent in conſcientia, aut foro exteriori,
ſic amplius docet Pater Hurtado, *variar. tom.* 1.
tract. 3. *c.* 6. *reſ.* 45. *à n.* 160. Pater Mendo *in Bulla
cruciata diſp.* 5. *c.* 6. *n.* 41. qui incidit Cardinales ſe
præceperunt pridie Auguſti anno 1631. juſſi Ur-
bani VIII. iterum ipſe Hurtad. *tom.* 2. *tract.* 12. *c.* 1.
reſ. 5. *n.* 54. Martin. de San. Joſeph. *in monit. confeſſ.
tract.* 20. *de pænis. n.* 18. Paſqualigus *in quæſtioni-*

bus

ber canonic. cons. 1. q. 6. n.24. Bonatus *rerum regular. tom. 1. tract. 8. q.4.* Garcis *in ſumma Theolog. mor. tract. 1. diſ 5 dub. 5.* Bordonus *in conſ. regular. tom 2. reſ. 73.* per totam, in qua multas quæſtiones circa materiam pertractat.

23 Ad quartam quæſtionis partem an authentica forma alicujus declarationis ſacræ congregania conferat ei vim legis generaliter obligantis in utroque foro. Et quia Delcaſtillus noviſſime *de ſacram. tom. 2. tractat. 8. diſput. 10. dubio 9. à num. 254.* Boſſius *de Jubil. ſect. 3 caſu 2. num. 225.* & contra hunc Diana *p. 5. tract. 12. de indulgent. ob Jubilao, reſ* 53. idem Diana noviſſime, & in terminis verba prædictorum recolligens, & expendens Bullam citatam Urbani VIII. *in p. 11. tract. 8. miſcel reſ. 53.* omnino videndus affirmat, ut in utroque foro declarationes Cardinalium
24 obligent. † putans in fine in repugnantes Doctorum opiniones, illam ſemper amplectendam, quæ magis favet authoritati Sacrarum congregationum, eum videbis longe alloquentem, quod intellige dum adſiut conditiones adductæ.

25 Dubitabis an promulgatio prædictarum declarationum debeat fieri illo eodem formulario, quo utitur io legibus ac conſtitutionibus Pontificis, & exiſtimo, ut debeant publicari illo apparatu, quo in legibus contingit, ſatque eſſe quod publica forma, quem formam nobis præſcripſit ſuo decreto ſummus Pontifex Urbanus VIII. ſcilicet ut dixi quod ſint exhibiræ ſolito ſigillo, & ſubſcriprione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, & Secretarii ejuſdem congregationis pro tempore exiſtentium qua forma poſira, & ſpeciali juſſu ſanctiſſimi Domini noſtri Urbani Divina providentia Papæ VIII. Congregatio mandat, & præcipit, tam in judicio, quam extra adhibendam eſſe fidem: hæc docent Hurtado *variar. tom. 1. & tom. 2.* & cæteri DD. jam relati, quod iterum videtur referre Diana *d. reſ. 53. tract. 8.*

26 Sed quia Boſſius *de Jubilao d. ſect. 3. caſu* 225. reſpondendo ad quaſdam declarationes ſacræ Congregationis in ea ſit ſententia, ſcilicet ut prædictæ declarationes, admodum legis obligent in utroque foro non ſufficere, quod ſint ſignatæ ſigillo ipſius Congregationis, ſed inſuper requiri, ut quod Papa det breve, quo jubeat illas conſervari, vel quod auditor Cameræ det monitorum in earum executionem, ſeu
27 ſub cenſura mandet ſervari. † Er addit Delcaſtillus *dict. dubio 9. ad num.* 254. (quidquid ſit de Boſſii ſententia) pro aliis caſibus particularibus, quod ut obligent per modum legis, debeat conſtare certo certitudine morali, quod eædem circumſtantiæ concurrant in illis caſibus, ac in caſu, in quo talis declaratio emanavit, cum prædictis circumſtantiis, nec quod debeant habere majorem vim, quam debeant reſcripta, & reſponſa Pontifica, quæ extant in corpore juris Canonici, aut extra illud corpus alioqui ſufficienti authoritate firmata ad faciendam fidem, ſed ad hoc, ut talia reſponſa Pontificia, aut reſcripta obligent in aliis caſibus debent eſſe ſimiles plane caſus in ſubſtantia, & circumſtantiis, propter quas id fuit reſponſum; ergo hoc ipſum debet conſtare in prædictis declarationibus.

28 Et licet contra dictum Boſſii inſurgat Diana, videtur quod ejus doctrinam defendat Del Caſtillus ſupra, non approbans Dianam contradicentem, putans, nec relatis à ſe verbis Congregationibus aliud intendere, quam quod verba ipſa ſonant, & probant ſonare quidem, adhibendam eſſe fidem illis, quæ in prædicta authentica forma, ſolito ſigillo, & multæ fuerint.
† Quod non negat Boſſius, ſed dicere, ut præ- 29
dictæ declarationes admodum legis obligent in utroque foro non ſufficiat, ut ſint ſignatæ ſigillo ipſius Congregationis, ſed inſuper requiri, vel quod Papa det Breve, quo jubeat illas ſervari, vel quod auditor Cameræ det monitorium in earum executionem, ſeu ſub cenſura mandet ſervari; itaque illam authenticam formam facere fidem talis declarationis, quod vera ſit, & quod ita judicaverit in illa occaſione pro caſu, de quo erat quæſtio, & ille ſit ſenſu congregatorum, alia addit ex Boſſius Del Caſtillus, quæ leges etiam *in dicta reſ. 53.* Dianæ *tract. 7. miſcel.*

Ex quibus jam vides tunc declarationes Car- 30
dinalium eſſe deciſivas, quando fiunt conſulto Pontifice, & inſunt in eis jam adductæ conditiones, quas exprimit Hurtatus in ſuis variis relatis; ſecus autem ipſo inconſulto, quia in tali caſu putant Doctores relati eſſe tantum do-
ctrinales. † Unde evenit quod ſi reperiantur 31
duæ declarationes, ſeu interpretationes contrariæ de eodem articulo, tunc ſi utraque eſt authentica, ſeu juridica, utpote facta conſulto Pontifice, potius ſecundæ, quam primæ ſtandum ſit, nam hujuſmodi interpretationes ita ſe habent, ac ſi ab ipſomet Papa factæ fuiſſent, ad inſtar duarum legum diſponendum in eodem caſu, quia parum poſteriori ſtatur, cum cenſeatur abrogata prima per Editionem ſecundæ *l. leges poſteriores cum vulgatis, ff. de legibus.*

Quod ſi altera facta eſt conſulto Pontifice, ei 32
ſtandum erit, ſi altera non; quod ſi neutra, tunc quia ſunt interpretationes doctrinales tantum, poſſit quilibet amplecti; ac ſequi quam maluerit, ſicut dicunt communiter Doctores, quando ſunt duæ opiniones probabiles contrariæ: ita docet in terminis Merolla *in diſput. Theolog.*
tom. 2. diſp. 4. dubio 12. *num.* 173. † Ubi addit ut 33
tunc apparet declarationem Cardinalium factam eſſe, conſulto Summo Pontifice, quando in ejus tenore id manifeſtatur per verba, conſenſum Pontificia ſignificantia, refert Diana *d. p. 5. tract. 2. reſ. 96. in fine.*

Ad quintam quæſtionis partem, ſuppoſitis
quæ ſupra adduxi, an decretum Gratiani habeat 34
vim legis, non eſt ſine diſputatione, ut affirmant aliqui, tum quod Gelaſius Papa approbaverit tale decretum, tum ut alii dicunt quod Eugenius III. approbaverit omnia contenta in decreto; & quod licet non conſtare expreſſe de hujuſmodi approbatione communiter: tamen Canoniſtæ, & Legiſtæ omnia contenta in decreto allegent, tanquam leges, ſicque illis utantur in deciſionibus cauſarum à tempore quo Gratian. anno 1009. compilavit decretum, à quo tempore ſemper Legiſtæ, & Canoniſtæ judicarunt adeſſe talem approbationem, uſque ad tempus præſens, & viſi ſunt, tanquam ſacris Canonibus, etiam dictis Sanctorum, quæ inibi inſeruit Gratianus, cumque hæc conſuetudo ſit antiqua, eaque det juriſdictionem, ut dico *infra de conſuetudine*, & poteſtas condendi leges ſit juriſdictionis actus, videtur, ut à tanto tempore de-

cretum Gratiani legis, & conſtitutionis vim habeat, docet in terminis Pater Molſeſius *in ſumma Theolog. tract. 9. tom. 1. c. 5. num. 73.* cujus verba refert Diana *p. 5. tract. 14. miſcel. 2. dif. 68. per gloſ. cap. noli diſt. 9.*

Et confirmatur primo, quia varii Summi 35 Pontifices juſſerunt emendationem decreti, ut jam ultimo loco Greg. XIII. juſſit illud emendari, & corrigi, facta collatione cum originalibus, ex quibus Gratianus deſumpſit omnia, & ſic emendatum juſſerunt excudi; igitur videtur, ut ſaltim ex illo facta, ac tacita approbatione Pontifica poſt emendationem vim legis habeant omnia contenta in decreto, aut ſaltem 36 compilata ab eodem Gratiano. † Et videtur ſic poſſe defendi, quia ſanctorum Patrum ibi collota ſi ſint concordia Patrum ex Doctorum Eccleſiæ ſententia, & circa fidem, & ſacram Scripturam, tunc ab omnibus ſint obſervanda, & omnino tenenda, ut intelligunt Corduba *in quæſt. Theol. lib. 4. q. 1. propoſ. 6.* verſ. *textum ſignum,* Suarez *de fide diſp. 5. ſect. 3. n. 13.*

37 Contraria inquam ſententia, quod decretum Gratiani vim legis, & conſtitutionis non habeat, docet ut veriorem Doctores alii, quia Canones ibi contenti, non ſunt legis Pontificiæ, nec alterius, qui poteſtatem condendi eas habuerit, ſolum enim patet ut fuerint recopilatæ à Gratiano dicta quædam ſanctorum Patrum, & aliorum, & in eo volumine poſita abſque eo ut conſtet volumine illud approbatum fuiſſe ab aliquo Pontifice, nec eſt authenticum, continet ergo decretum hoc ſanctorum plures authoritates, aliquas aliquorum Conciliorum provincialium, alias ejuſdem Gratiani, alias inquam Paleæ, qui fuit Gratiani diſcipulus, & denique continest etiam leges nonnullas civiles, quas ille ibi inſervit, & hæc omnia non habere plus authoritatis, quam habeant illi Patres; à quibus Gratianus tranſcripſit: ita docent, ac tenent Suarez *de legibus lib. 4. c. 5. n. 6.* Salas eodem, *tract. 14. diſp. 8.* Sanchez *de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 12. n. 5.* Granadus *in 1. 2. D. Thom. controver. 7. tract. 3. p. 1. diſput. 3. ſect. 2. num. 17.* Valentia *tom. 3. q. 6. diſp. 5. de voto punct. 6.* Sotus *de Juſtitia lib. 7. quæſt. 3. art. 1.* Cajetanus *in 2. 2. quæſt. 88. art. dub. ult. ad finem,* Major *in 4. diſt. 27. quæſt. ultima, ℓ. dubitatur an is* qui omnes reſpondent fundamentis contrariæ ſententiæ.

38 Ego inquam ut uberius expendam exiſtimo præfatam collationem decreti reduci ad quatuor ſpecies prædictarum, nempe ſanctorum Patrum, & conciliorum, Gratiani Paleæ, ac Juriſconſultorum, & licet libenter fatear, quatenus de decretis ejuſdem Gratiani, item & Paleæ, ad legum civilium, ut ea ſic poſita, & compilata nullam legis habeant vim, cum nec ſint ab aliquo Pontifice, nec fuerint aliquando approbata in ſpecie de authoritate ejuſdem Gratiani, quæ nunquam fuerit legiſlativa; probant Capta *in lib. comm. opinion.* verbo *decretor. pag. 493.* Coſta *in §. & quid ſit tantum p. 4. n. 196.* Paulus Laym. *in Theologia morali tract. 4. de legibus c. 3. n. 12. ℓ. 3.* Suarez *de legibus lib. 4. c. 5. num. 6.* Caniſius *in ſumma juris Canon. lib. 1. tit. 1. in annotat.* & alii infra referendi.

39 De decretis Paleæ concors eſt Doctorum ſententia, ut nullam authoritatem habeant, nec fidem faciant, quia ut fatentur Corſeus *in repet. Abbatis* verbo *liber decretorum*, Baptiſt. de S. Blaſio *in repet. Rubr. decreti, num. 42.* Sebaſtian. Medicis, *tract. de legibus, & ſtatutis p. 1. q. 3. n. 13.* Anton. Aug. *ad decretal. in præfat. ad Greg. XIII. pag. 3.* Cotta *in memoralibus*, verbo *juriſperiti §. deinde,* Fr. Eman. Rodriguez *quæſt. regula tom. 1. quæſt. 6. artic. 2.* verſ. *nam Palea,* Cardinal. Baron. *tom. 12. Annal. Eccleſ. anno Chriſti 1151. num. 6. in fine,* dicentes nonnulla adjeciſſe Paleam decretis ipſius Gratiani, ſeu poſuiſſe in margine, quæ poſtea fuerunt ab impreſſioribus incorporata, ut ſentit Barboſa alia adducens *in præfat. decreti num. 9.*

De legibus inquam Juriſconſultorum, & ſi per 40 ſe, quatenus conditæ à Principibus, ſeu Legiſlatoribus ſæcularibus, vim obligandi habeant ſubditos ſuos, ſed non eo quod à Gratiano ſint incorporatæ in decreto, ſuam vim queant extendere, ad obligandos Clericos, etiamſi talea leges ſint favorabiles Clericis, & Eccleſiis, ut infra dico *in cap. Eccleſiæ 10. hoc tit.* niſi prædictæ leges eſſent Canonicatæ, ac per aliquem Canonem Pontificum approbatæ; nam tunc ſuſciperent vim legis Canonicæ, ut advertit bene gloſſa *d. cap. vero tractat. ſingularis* Abbas *num. 9. in cap. 1.* de rebus Eccleſiæ, Sanchez *de matrimonio lib. 9. diſputat. 12. num. 3.* verſ. *fatentur*, & cum multis aliis Barboſa *in præfat. decreti num. 10.*

Et prædictis relatis tribus ſpeciebus eorum 41 decretorum, quæ ſub decreti volumine à Gratiano ſunt compilata jam vides ut ea ſingula nullam legis habeant authoritatem; tota vero difficultas reſidet: quid dicendum de recolectis capitilibus à Gratiano ex ſanctis Patribus, & Eccleſiæ Doctoribus, item & de Conciliis. † Et quatenus ſpectat ad Sanctorum dicta re- 42 ſpondent Archidiaconus *in cap. de his 2.* ſtatim in principio *diſt. 50.* ubi Domin. *num. 2.* verſ. *quæro numquid,* Præpoſitis poſt quintam quæſtionem, verſ. *redeundo ad textum* Turrecrem. ibidem *num. 5.* verſ. *de his,* qui dum inquirunt nunquid ſtandum ſit deciſioni illius decreti, eo quod non ſit Pontificis, nec Concilii generalis, ſed Rabani Archiepiſcopi ad Heribaldem, reſpondentque ſtandum eſſe, quia opus hoc decreti recipit Romana Eccleſia quoad capitula in eo contenta; & ſic idem Archid. *in cap. quis neſciat diſt. 9. ad fin.* ubi Domin. verſ. *quæro quid de volumine.* Abbas *in c. 2. num. 9. de reſcript.* ubi Felin. *n. 43.* verſ. *firmat.* & Papa *n. 8.* Turrecrem. *proœm. decreti art. 8. num. 25.* Thomas Canan. *in repetitione ejuſdem proœm. à num. 343.* Maranta *de ordine judicior. p. 3. quæſt. unica n. 36.* Anton. Cucbus *inſtit. moral. lib. 1. tit. 1. num. 5.* Medin. *de ſacrorum hominum continentia lib. 2. cap. 33. in fine,* Dyoniſius Paul. *de vera Patriarchal. ſedium erect. c. 4. num. 1.* Sanchez *de matrimon. d. lib. 9. diſp. 12 num. 3.* Frat. Emanuel. *quæſt. regular. tom. q. 6. art. 2.* docent ſanctorum Patrum teſtimonia, quamvis ex ſe vim canonum non habeant ad cauſarum deciſionem, at ex longa Eccleſiæ conſuetudine ſic acceptantis, & publice volumen decreti permittentis, quæ in eo ſunt Sanctorum dicta inſerta obtinere robur Canonici ſtatuti, dummodo in contrarium aliqua diſpoſitio Pontificia non appareat.

Verum quia abſolute pro negativa ſententia 43 jam Doctores adducti hanc partem non admittant; imo, & Diana ſic teneat *p. 5. tract. 14. miſcel. 2. reſ. 68.* improbans tum Barboſam, qui in dicto

dicto proœmio decreti ex relatis Doctoribus *num.* 7. dixit Sanctorum dicta vim legis habere, item & fundamenta Mulſeſii *dict. num.* 73. *cap* 5. *tract.* 9. & proxime dictorum Doctorum: ego duxi tranſcribere alia, quæ diſtinguendo adducunt alii Doctores: nempe ut cum ſint plura dicta Auguſtini, quibus contraria ſunt alia à S. Hieronymo dicta; quæ & recolligit in prædicto volumine decreti Gratiani, cujus occaſione Gratianus idem *in c. noli diſt.* 9. voluit oſtendere ſanctorum Patrum ſcripta non eſſe pro lege ſuſcipienda, ac neceſſario admittenda, quia ſunt etiam plura dicta in decreto compilata Sanctorum; quæ etſi ad religionem pertineant, & fidem; poſſunt in controverſiam deduci, ac examinari, an ſint contraria veritati, quæ eo tempore latebat, poſtea vero in lucem prodieris Eccleſia Catholica definiente.

44 Quare etſi gloſſa jam adducta *dict. cap. noli*, verſ. *in iſtis* dixerit Sanctorum dicta authentica cenſeri, ac pronunciari, & uſque ad ultimum jota neceſſario recipi per textum *in cap ſancta Romana* 15. *diſt.* ut patet inter concilia, & alia, approbaſſe Romanam Eccleſiam dicta Auguſtini, & aliorum Sanctorum, ex Gelaſio Pontifice, ſed eam interpretationem gloſſæ optimo jure improbant Alfonſus à Caſtro *lib.* 1. *de hæreſibus c.*7. Covarr *variar. lib.*4. *c.*16. *n.*6. in verſ. *item Epiſtolam* in fine Barboſa *d. cap. noli*, qui ibi addit poſſe expendi ſcilicet unius aut duorum Sanctorum auctoritatem in his, quæ ad ſacras Litteras, & doctrinam fidei ſpectant; probabile quidem argumentum ſubminiſtrare poſſe, firmum vero non eſſe, & in hoc ſenſu poſſe intelligi Caſtrum loco citato, ut eleganter tradit Cano *de locis Theolog. lib.* 7. *c.* 3. *concl.* 2.

45 Vel poteſt inquam dici ut refert gloſſa *in dicto cap. noli* verſ. *in iſtis* in fine, ubi poſtquam dicit Auguſtinum intelligi loquutum ſecundum illa tempora antiqua, dum in libri tertii prologo de Trinitate non vult ut in ſuis litteris quaſi Canonicis ſcripturis inſerviatur, Auguſtinum relatum in *dicto c. noli* verſ. *in iſtis* ideo dici quod major ſit authoritas veteris teſtamenti, quam ſanctorum Patrum, ut habetur *in cap. in Canonicis diſt.* 19. quare exiſtimo decretum Gratiani vim legis non habere, niſi tantum in his capitibus, & deciſionibus, quæ ab aliquo Pontifice fuerint Canonicatæ, vel inter decretales aliquando inventæ, nec aliqua conſuetudine etiam longiſſima, earum authoritatem ad vim legis tranſiiſſe; quia ut reſpondent Doctores negativæ ſententiæ non ſic decreto in ſcholis, ac in tribunalibus utimur, tanquam de lege decidente, ſecundum ſingula dicta ejuſdem, etiam ſi ſint Sanctorum, ſed tantum ut de ſententiis maximi ponderis, & non ſine maxima cauſa non ſequendis, juxta quæ dicta ſunt ſub hac quæſtione declarationibus Cardinalium.

46 Ad ultimum inquam de Conciliis provincialibus recollectis à Gratiano in ſuo decreto reſpondeo, quod etſi nonnulli dixerint eorum dicta recipi tanquam leges. Ego vero exiſtimo non ſic de iſtis Conciliis cenſendum quæ extra ſingulas provincias ſtatuentium, non potuerunt extendi ex adductis ſub quæſtionibus proxime præcedentibus de Epiſcoporum legibus Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Legatorum, quorum decreta ultra territorium cujuſlibet non porriguntur ex ibi dictis.

Et quia juriſdictio inhæret territorio, ſicut nebula in tota Palude, ut per Gregor. *in leg.* 1. *gloſſa fin. tit.* 4. *p.* 3. Caved. *Luſit. deciſ.* 10. *n.*9. *p.*2. Paril. *conſ.* 16. *n.*21. *volum.*4. Curtius Junior. *conſil.*41. *num.*9. & *conſ.* 158. *n.*24. & *conſ.*184. *n.*8. Octavian. Clorit. *reſponſ.* 3. *num.*9. & *reſponſ.* 10. *n.*50. Barboſa *in c.*2. *hoc tit. n.* 10. 47

In Conciliorum autem generalium, & aliorum ſummorum Pontificibus deciſionibus, quæ in corpore decreti reperiuntur, exiſtimo in hac parte tantum dicta ſub eo vim legis habere, non ex eo quod ibi inventa ſunt, & tranſcripta, ſed à vi, quam à conditoribus, & ſtatuentibus acceperunt, juxta quæ jam dixi *de legibus, & conſtitutionibus ſummorum Pontificum à q.*4. & in quæſtione præcedenti *de Conciliis generalibus*, quoad leges: ita docent Abbas *in dicto c.* 2. *de reſcript. n.*9. verſ. *& præpoſito*, Felin. *n.*43. verſ. *firmat etiam*, Sanchez *d. lib.* 7. *de matrimon. diſp.*12. *n.* 5. verſ. *præterea.* † Eſt enim Canoni unicuique; qui eſt in 48 49
decreto danda eadem *fides*, quæ auctori ejus datur Ripa *in l.* 1. *n.*69. *ff ſi certum petatur*, Cajetan. 2. 2. *quæſt.* 88. *ultimo dubio* 3. *ad primum dicitur*, ubi Aragon. *dub.* 1. *in ſolut. ad* 2. *in fine.* Sotus *de Juſtitia lib* 7 *quæſt.* 3. *art.* 2. verſ. *aut ergo ſunt*, Valentia 2 2. *diſput.* 6 *de voto puncto* 6. §. *hinc ſequitur deceptum*, Barboſa *in proœm. decreti* ſub *d. num.* 7. verſ. *ex quibus.*

Et quod Gratiano referenti authoritatem Papæ, ſeu Concilii, ſit credendum, niſi oſtendatur exemplar in contrarium, docent Felinus *in d c.*2. *de reſcriptis n* 47. ubi Decius *n.* 15. & Præpoſ. *in proœmio Gratiani num.* 4. Et eſt ratio quia paſſim Pontifices hanc fidem tribuunt Gratiano, ut patet *in cap. Apoſtolica de his, quæ fiunt à præl. ſine conſenſu Capituli*, & *in cap. per tuas de ſentent. excommunic.* & *in clem.* 1. *column.*4. *verſ. nos eodem mandato* ibi *ſecundum formam in decretis* de jurejurando: ita melius concludo ex *d. Sebaſtian. Medicis in d. tract. de legib.* 50

Et ſtatutis *p.* 1. *quæſt.* 3. *n.*13. reduci decretum ad ſeptem ſpecies; nempe ad dicta ſanctorum, ad alia ejuſdem Gratiani, & ad alia Paleæ, item & ad alia Juriſconſultorum legum civilium, item ad alia Conciliorum provincialium, de quibus dixi nullam legis authoritatem habere & poſtremo ad duas, ſcilicet dicta Conciliorum generalium, & ſummorum Pontificum, quæ ſub volumine decreti reperiuntur: de quibus certum eſt eſſe leges Canonicas, ſeu earum habere poteſtatem; eo quod ab habentibus poteſtatem ſunt condita, & tantum à Gratiano collecta in decreti volumine, qui de ſe nullam legis authoritatem habet ex adductis. 51

Quis fuerit Gratianus, & quis Palea recenſet Barboſa *in d. proœm. à num.* 1. & *à n.*9. aliqua dico infra *in c.* 1. *quæſt.* 1. verſ. *ad tertiam* hic applicanda, ut uberius intelligas auctoritatem dicti decreti à Gratiano compoſiti, & quam caute ſit legendus, eo quod ſua cum Sanctorum verbis ſæpius continet, leges quæ noviſſime ſcribit Franc. Valente *in concordia juris Pontificii, in proœmio c.* 7. per totum. 52

Ad ſextam quæſtionis partem: an clauſis oculis ſtandum ſit pontificis decretis, & eis neceſſario acquieſcendum: & ſuppoſitis quæ ſupra adduxi *in c.* 2. *de ſumma Trinitate, & fide Catholica, q.*1. & his, quæ late ſcribit Diana noviſſime *p.* 11. *circa finem tract.* 2. *de infallibilitate decretorum Romani Pontificis extra Concilium*, ubi per plures reſolu- 53

reſolutiones agit cum multis, non ſolum latè
agens circa res fidei, & circa mores, ſed & cir-
ca contractus. Unde jam breviter, etſi Cara-
muel. *fundamento* 13. *n.* 327. exiſtimet ex doctri-
na Dianæ aliæ decreta eſſe præceptiva, alia regu-
lativa, alia conſultiva: quare exiſtimo in Pon-
tificum decretis. Conſideranda eſſe ea, quæ di-
ſponuntur, & quoad rei gravitatem, & quoad
verba: ex hiſque cognoſci poſſit, ſi præceptiva,
vel directiva ſunt.

Ob idque cum in Trid. Concilio *ſeſſ.* 23. *c.*4.
54 *de re firmat.* dicitur *prima tonſura non initientur*
qui Sacramentum Confirmationis non ſuſceperunt,
quærunt Doctores an in bis verbis Pontifex in-
ducat præceptum ſub mortali, & reſpondent
plures non obligare ſub mortali, nec eum, qui
recipit, nec Epiſcopum, qui confert ordines, ſeu
primam tonſuram, ut præmitatur antea confir-
matio, tenent Suarez *diſput.* 38. *de ſacram. ſect.* 1.
Valent. *q.* 2. *puncto* 3. Conink. *hac quæſt. artic.*8.
*n.*90. & *de ordine diſp.*20. *dub.* 10. *n.* 103. Vivald.
*de Confirmat. n.*41. Victoria *de ordine n.*232. Avila
*de cenſuris p.*6. *diſp.*9. *ſect.*1. *dubio* 3. Navarr. *in ſum.*
*c.*32 *num.*9. Azor. *tom.*2. *lib.* 3. *moral. c.*48. *quæſt.*1.
Moneſius *tract.*4. *tom.* 1. *c.*2. *n.*21. Reginald. *tom.*2.
*lib.*28. *c.* 3. *n.*24. Diana *p.* 11. *tract.* 1. *reſ.* 15. Zam-
brana de caſibus occurrent tempore mortis *c.* 2.
dub. 2. *n.* 3. & alii aſſerentes, nec in decreto præ-
dicto Trident. nec in alio capite impoſitam eſſe
ejuſmodi obligationem ſub mortali.

Itaque etſi Caramuel videatur ex quadam
55 expoſitione, quam fecit Diana ad decretum
Clem. VIII. dicens decretum illud non eſſe la-
tum à Pontifice per modum præcepti irritantis
confeſſionem aliter factam, ſed per modum re-
gulæ, & Concilii, inferens Caramuel ut ſi il-
lud decretum ſic exponitur, quare non ſic ex-
ponantur cætera Pontificia decreta, ſicque man-
dare pauciſſima præcepta, quia cum decretum
ſic exponitur *Clem. cur non*, & *cætera Pontificum*
56 *univerſa decreta.* † Quod ſit ut Diana ſupra exiſti-
mat ſuam opinionem regulandam eſſe ab expreſ-
ſione verborum, quibus utitur Pontifex in ſuis
decretis, & circa quam materiam dicens (ut
nemo dicit) ut quod diſponitur in decreto
Clem. VIII. quod Lampas ſemper in dormito-
rio colluceat, ſit præceptum, & non potius
directio.

Et ſimili modo, quod diſponitur in Bulla
57 Pii V. poſita in principio Miſſalis de Miſſis non
dicendis, ut Rubricæ præſcribunt; & tamen cer-
tum eſſe ait ſecundum materiæ gravitatem ali-
quas ex illis præſcribi præceptive, aliquas dire-
ctive; itaque reſolvit contra Caramuel male
eum inferre hoc v. g. decretum Pontificis in
aliquo diſponit directive, vel non præceptive
ſub mortali; ergo alia decreta ita erunt expli-
canda. † Reſpondet enim Diana diverſimode
58 Pontificem in ſuis decretis diſponere ſecundum
gravitatem materiæ, & ſecundum verba; ideo-
que male ex uno ad aliud inferri; & ob hoc be-
ne creſcent in præſidio Romano *lib.* 3. *n.* 57.

59 Affirmans juxta eandem Clem. VIII. diſpo-
nentem aliquid circa curam Novitii religioſi;
non ex eo obligari Novitium ad peccatum; &
amplius ego confirmo ex infra dicendis, cum
ago: an omnis lex obliget ad peccatum mortale.
60 † Et veluti etiamſi Rector univerſitatis præcipit
aliquid ſub pœna præſtiti, num obliget ad pec-
catum mortale *de quo*.

Ad ultimam quæſtionis partem in quo diffe- 61
rant leges, conſtitutiones, ſtatuta, præcepta,
edicta, diſpenſatio, reſcriptum, & privilegium
ut reſpondeam præmitto repetenda hic quæ ſu-
pra ſcripſi *quæſt.* 2. in verſ *ad quintam*, ubi quid
ſit lex, quid Senatuſconſultum, quid Plebiſci-
tum, quid Principis conſtitutio, quid reſpon-
ſa prudentum, & alia, ut edictum præceptum,
& ibi in fine quid ſit privilegium, & in quo
conveniat, aut differat à lege: etenim de his
omnibus dixi quod vere leges, & conſtitutio-
nes ſint, etſi variis vocabulis decernantur in
jure. † Unde etſi Juriſconſulti nihil de ſtatuto- 62
tum vi, & inſimulque de ordinationibus popu-
lorum caverint clare, de quibus vocibus paſſim
Pontifices utantur; ideo exiſtimo quod etſi ſta-
tuta, & ordinationes ex vi vocabuli, non tan-
tum ſonent, quantum, leges univerſales; eo quod
ſtatuta potius, & ordinationes reſtringantur ad
leges municipales, hoc eſt privatas, cujuſque
ſingularis univerſitatis, nihilominus video ut
promiſcue, ſicut leges aſſumantur, juxta quæ
adduxi. *q.* 9. & 10.

Quæ vero ſint præcepta mandata, ſive edicta 63
ex dictis poteſtatis colligi ex his, quæ DD. do-
cent *in Rubrica*, & *tit. ff. de decretis ab ordine fa-*
ciendis, ubi Weſembechius probat decreta fieri
in utilitatem Reipublicæ, à communi, vel ma-
joris partis conſenſu *ex l.* 2. 3. 4. & 5. ubi *in l.* 1.
& 4. ponit conſultus exempla, ut de Medicis
conſtituendis, aut reprobandis, & de ſalariis
pro utili in communi opera ordinandis, & non
de aliis, quæ ſpectant ad ambitionem privatorum
dict. l. 4. † Quorum affectus eſt ut quod ordo 64
ſemel recte, ritaque decrevit, reſcindi non opor-
teat, niſi ex utilitate Reipublicæ *l.* 5. *eodem*: & ad-
dit Weſembech. quod decreta non ſunt leges
generales, nec à parte proponuntur, ſed fieri in
Curia ab ordine, & ſic non obligare ignorantes
ad pœnam, ſicut leges, quæ publice promul-
gantur ex *leg. leges Cod de legibus.* Sed tantum
ſcientes, *l. fin. eodem*, & faciunt textus *in cap. ut*
*animarum hoc tit. lib.*6. & quæ ſupra adduxi ex eo
de ſtatutis Epiſcoporum ſupra *q.*9. 10. & 11. &
ad naturam horum decretorum poteſt dici, ut
habeant vim obligandi præcepta, mandata, ſeu
edicta, quæ ſolent à ſuperioribus indici.

Privilegium eſt quaſi diſpenſatio, quia cum 65
ſit lex quædam particularis, ut ſupra adduxi
dict. quæſt. 2. *in fine*, & *q.* 3. ubi quæ differentia, &
ſæpius contra jus; ideo ſonat idem, quod di-
ſpenſatio, de qua plura dico ſub *titul.* & *c.* 20. *de*
reſcriptis: nonnulla adduxi *in c.* 4. *de judic. circa*
finem. † Et ut ait Sylueſter verbo *privilegium n.* 3. 66
aliquando accipitur pro qualibet conceſſione
facta propter jus, utpote cum Rex concedit ali-
cui res aliquas ſibi competentes, ut eſt legitima-
re aliquem.

Advertes inquam quod etſi D. Thom. 1. 2. 67
*q.*79. *art.*4. videatur dicere idem eſſe diſpenſatio,
ac interpretatio legis, de qua dixi late ſub *c.* 12.
de judiciis. Sed revera differunt, quia ſi idem eſſet
eveniret ut quemadmodum Doctor unus poteſt
interpretari, & legem declarare, etiam poſſet
in ea diſpenſare, ſed ad minus poſtquam ſemel
Papa diſpenſarit in caſu aliquo particulari cum
tali cauſa, ſi non eſſet plus, quam declara-
tio, poſſet quilibet in eodem caſu cum eadem
cauſa diſpenſare ſecum, aut cum aliis; & ita diſ-
penſare non ſit declarare ſed tantum dare alicui
faculta

facultatem, ut non obſtante lege, faciat hoc, vel illud, vel dicunt Scotus *in 3. diſt. 3. quæſt. unica §. ſed iſta* Sotus *lib. 1. de juſt. q. 7. art. 3.* & *lib. 7. q. 4. art. 1.* Covarr. *in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 1.* Vaſquez *1. 2. diſp. 176. c. 2. n. 11.* Villalob. *p. 1. tract. 2. difficultate 40. n. 3. in fine.*

68 Pro complemento breviter adverto, ut quoties conſulitur Rex in aliquo caſu ſpeciali, juxta aliqua, quæ dixi *ſub rub. de appell. à n. 26.* ubi de conſultatione, & relatione ad Principem ſuper dubiis, Regis reſponſum habeat vim legis *l. ultima Cod. de legibus.* Jaſon. *in l. 1. ff. de conſtitut.* Gomez *in principio Reg. Cancellariæ quæſt. 2.*

69 † Idem Procedere, cum Pontifex conſulitur *c. 1. diſt. 19.* Sanchez *de matrim. lib. 2. diſp. 14 num. 4.*

70 † Sed quod ſupremi Concilii ſententia legem non facit, Greg. Lopez *in l. 9. tit. 38. p. 3.* in aliis.

QUÆSTIO XIII.

An regulares teneantur obſervare feſta ab Epiſcopis indicta: Et Populus ad adimplenda vota facta, & promiſſa à ſuis majoribus, & prædeceſſoribus: Et an Epiſcopus poſſit præcipere regularibus, ut interdicta ab Apoſtolica ſede, vel propria authoritate lata Populo denuncient.

SUMMARIUM.

1 Cap. 12. Trid. ſeſſ. 15. *ibi* cenſuræ, & n. 5. 11. & ſeqq. *quod decretum non tribuit Epiſcopis majorem facultatem, quam habeant à jure,* n. 16.

2 *Regulares tenentur ſervare dies feſtos indictos in ſuis Diœceſibus ab Epiſcopis,* n. 6. *alias poterunt cenſuris immodari.* n. 7. 8. & 10.

3 *S. Benedicti Cœnobium vallis oleti ab Eugenio Papa IV. à feſtorum Diœceſis obſervatione, refertur relevatum.*

4 Cap. fin. de feriis, & n. 6.

8 *Regulares quando ad jejunia indicta ab Epiſcopis teneantur?*

11 *Regularium ritus ſemper manent in propriis Eccleſiis quoquomodo in contrarium aliquid præcipiatur ab Epiſcopo.*

12 *Regulares quoad conciones, & lectiones ad populum, debent ſe conformare Epiſtolis, & Evangeliis, quibus Clericus ſæcularis utitur, diebus feſtis, quibus utitur populus.*

13 *Regularis poteſt cogi quoad feſtum ad ejus obſervantiam, non quoad octavam, non ad officia feſtorum, ſed teneri ad feſtum de Patrono, non ad octavam, ibi.*

14 *Regulares non prohibentur, dies feſtos & jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare.*

15 *Epiſcopus nequit compellare regulares exercentes curam animarum in eorum Monaſteriis, vel aliis unitis, & ad intereſſendum Divinis officiis diebus Sanctorum protectorum civitatis in Eccleſia Cathedrali,* & n. 16.

17 *Populus tenetur ad obſervandos dies feſtos notatos à prædeceſſoribus, ſi adſuerit authoritas Epiſcopi* n. 18.

19 *Feſtos dies frangentes laborando, poſſunt à judicibus ſæcularibus puniri, niſi excuſentur licentia Epiſcopi.*

20 *Religioſi fratres tenentur ad obſervandos feſtos dies confirmatos ab Epiſcopo, quos populus voverat, ſed non ſunt obligati ad ſervandos feſtos indictos à Magiſtratibus, aliud ſi indicuntur ab Epiſcopo. Quid ſi tantum populus dies votivos voverit,* num. 22. & 23. *Qualiter obligantur ex vi talis voti,* n. 25.

25 *Regulares ſunt cives, & membra Reipublicæ participantes ad bona ipſius.*

26 *Regulares num præcipi poſſunt ab Epiſcopo, ut denuncient populo interdicta ab Apoſtolica Sede, ſeu propria authoritate lata,* num. 27. 28. & 29. *ubi pro negativa ſententia, ſed pro affirmativa à* num. 30. 31. 32. & 33. *quæ eſt tenenda.*

27 *Archiepiſcopus nullus, ſeu legatus ſine mandato ſpeciali, nequit compellere fratres Minores, aut ordinis Prædicatorum.*

32 *Regularis excommunicatus à jure poteſt de mandato Epiſcopi, publice denunciari, ut evitetur. alii contra* & n. 33.

33 *Epiſcopus num queat prohibere, ne regulares celebrent in locis interdictis, nec ut admittant ad Eccleſiaſticam ſepulturam, aut ad Divina excommunicatos, & mandare, ut Regulares ſervent Epiſcoporum interdicta? ubi pro negativa.*

34 *Privilegia Regularibus conceſſa in jure, ut poſſent celebrare tempore interdicti, & admittendos laicos ad Divina eodem tempore, ſi conceſſa ſint poſt Trid. Concilium, valent: ſint vero antea, revocata cenſentur,* num. 35. 36. & 37.

37 *Regulares in pluribus caſibus ſubduntur Epiſcopis* remiſſive.

38 *Regulares poſſunt puniri, & excommunicari, ſi delinquant in caſibus, in quibus ſubduntur Epiſcopo,* & n. 39.

AD primam, & tertiam difficultatis 1
partem, ut reſpondeam, duxi referre verba *Trid. in cap. 12. ſeſſ. 25. de reformatione* ibi *cenſuræ, & interdicta nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Epiſcopo à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſerventur. Dies autem feſtis, quos in Diœceſi ſua ſervandos ipſe Epiſcopus præceperit ab exemptis omnibus, etiam Regularibus ſerventur.* Ex qua diſpoſitione decreti videtur ut in utroque caſu regulares teneantur. † Verum quia 2
poſt tradita, & congeſta à Barboſa ibi *in d. cap. 12. Trident.* & ab aliis expoſitoribus, video noviſſime ut prædictæ definitiones ſint ſub lite mota ab aliquibus Doctoribus, & quoad primam partem quæſtionis, quæ eſt ſecunda, juxta Concilii verba ibi in verſ. *dies autem feſti* referam ſequentia.

Et quod ad dies feſtos indictos per Epiſ- 3
copum ſervandos, non teneantur probat Brunous *de privilegiis regul. p. 1. tract. 2. c. 3. propoſit. 5.* dicens, ut eos dies feſtos non ſervando, non peccent, quia inſtitutio illorum feſtorum eſt lex Diœceſana, quam non tenentur regulares ſervare ut expreſſe conceſſit Eugen. IV. Monachis ſancti Benedicti Congreg. Hiſpaniæ, ubi illi relevantur, niſi ab illis feſtis, quæ præcipue per univerſalem Eccleſiam obſervantur: & alia in confirmatio-

Google

tionem ſcribens, quæ ad litteram refert Diana noviſſime *p.* 1. *tract.* 2. *miſcel. reſ.* 20. reſpondet ad locum Trid. *in dicto cap.* 12. quod vult ut regulares ſervent illos dies feſtos; quoniam ſicut non habet vim, ubi receptum non eſt (arg. eorum, quæ ſcripſit *in cap. fin. de foro comp. q.* 30.) ſic etiam non obliget in illis decretis, quæ clauſulam revocatoriam non habent, qua caret illud decretum *d. c.* 12.

4 Et hanc partem videtur ſequi Hinojoſa *in tract. deciſion. regul.* verbo *feſtum* fol. 234. dum ait, licet jus commune *in cap. fin. de feriis* præcipiat fidelibus ſervare facta, quæ Epiſcopus cum Clero, & populo ſervanda ſtatuerit; non tamen hujuſmodi conſtitutionem factam per Epiſcopum ligare fratres mendicantes, quia conſtitutionibus Epiſcopi non ſubduntur, nec Papa præcipere per *dict. cap. fin.* fratribus illa feſta ſervare; alias ejuſmodi feſta eſſe de jure communi, ſicut dies Dominici; imo quod ipſimet Epiſcopi tenerentur illa jure communi ſervare, & negat quod per illud *cap.* detur Epiſcopis facultas ſtatuendi dies feriatos, quia ante illud non habebant jure Divino, & expendens textum illum, dicit quod ibi Pontifex limitavit poteſtatem Epiſcopis, ſeu quod dedit illis formam ſtatuendi obſervantiam feſtorum, ut ſcilicet non ſine Clero, & populo id faciant, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

5 Qui etiam ſatisfacit Trid. *in dict. c.* 12. verſ. *dies*, qui dicit non conſequenter loqui Doctores aſſerentes regulares ad illos dies feſtos ſervandos teneri, quia poſt illud nequeunt negare reſtitutionem ſuorum privilegiorum eis competere; & ſic tantum ratione ſcandali poſſe teneri ſaltem ad illos dies feſtos, ad quos non teneri regulares, ſecluſo ſcandalo, quia hujuſmodi votum eſt per-
6 ſonale. † Ego autem quia jam quam plura aptiora nimis dixi in *d. cap. fin. de feriis tota quæſt.* 1. & 2. ubi qualiter Epiſcopi poſſint dies feſtos inſtituere de jure, ubi longe videbis; nunc vero loquens, juxta novam Tridentini diſpoſitionem, dico cum communi Doctorum, ut omnes exempti, etiam regulares teneantur ſervare dies feſtos inditos, & præceptos ſervari ab Epiſcopo in ſua Diœceſi: ſic Lezana *tom.* 3. verbo *Epiſcopus n.* 21. Fuſcus *c.* 15. *num.* 63. Piaſecius *p.* 2. *c.* 3. *n.* 47. Campanillus *c.* 13. *ex num.* 91. cum aliis infinitis noviſſime Diana *p.* 11. *tractat.* 2. *reſ.* 20. ubi addit Merollam *tom.* 3. *diſp.* 7. *c.* 5. *dubio* 9. *num.* 152. Gavantum *in Manual Epiſcoporum* verbo *regularium cura ſub Epiſcopis, num.* 26. Machado *tom.* 2. *de perfecto confeſ. lib.* 4. *p.* 6. *tract.* 10. *docum.* 4. *n.* 2. ubi ait quod Epiſcopus poſſit obligare religioſos ad obſervandos dies feſtos, quos ipſe mandet ſervari in ſuo Epiſcopatu; ita ut ſi Religioſi contraveniant queat per cenſuras adverſus Religioſos repugnantes procedere, ſic probans ex dict. Trident. *in dicto c.* 12. cujus deciſionem vocat expreſſam, & ex eo quia per Canones ſacros *regimen Monaſteriorum, quoad celebrationem feſtorum ad Epiſcopum pertinet.*

7 Et quia idem Diana alios plures citat ſic ſentientes *dicta p.* 11. *tract.* 3. *reſ.* 6. inter quos Barboſam *in Paſtorali p.* 2. *allegat.* 105. *à num* 32. Lean. *de præceptis Eccleſiæ tract.* 1. *diſp* 3. *q.* 17. Zened. *in pract. quæſt.* 26. *n.* 16. Salgadum *de protectione Regia p.* 2. *c.* 9. *n.* 109. Thæmudum *tom.* 3. *deciſ.* 62. *n* 11. & *dec.* 63. *n.* 9. Gratia, Solorean, Rubeum, Navarr. Armendar. Salcedum, Franc. & alios etiam aſſerentes, ut regulares exempti quoad ea, quæ vigore Concilii Tridentini ſubduntur Ordinariis, vel ab illis vigore dict. Trid. Concil. poſſunt compelli, poſſint & excommunicari: videbis cum multis Merollam *tom.* 3. *diſput.* 7. *c.* 5. *dub.* 12. *n.* 10. Bordon. *tom.* 3. *reſ.* 7. *n.* 9. & plena manu aliis comprobat Barboſa *in d. c.* 12. *Trid. n.* 3. *ubi n.* 9. cum Sel. *in ſelectis c.* 2. *n.* 11. teſtante ita reſolutum in Hoſtunen. 31. Julii 1627. † dicit poſ- 8
ſe ab Epiſcopo compelli Regulares cenſuris ad obſervantiam feſtorum per illum cum approbatione populi indictorum.

Et expendens Leander ſupra *de præceptis Ec-* 9
cleſiæ tract. 1. *diſp.* 3. *c.* 17. dicens Regulares non teneri ad jejunia, teneri vero ad feſta ab Epiſcopo indita, addit ut licet Epiſcopis ſic præcipientibus dies feſtos, obedire teneantur regulares; illa tamen regulares, qui privilegium habent à Sede Apoſtolica, ne poſſint ab ordinariis obligari per cenſuras ab Epiſcopis impoſitas. † Unde Leza- 10
na *in ſumma tom.* 3. verbo *exemptio regularium n.* 11. Diana ſub *d. reſ.* 6. *tract.* 3. inferunt ut declaratio quædam ſacræ Congregationis, quam ex ſe illo in Selectis *d. c.* 21. iterum refert Barboſa *in collect. Bull.* verb. *feſtum*, in qua dicitur declaraſſe ſacram Congregationem in una Hoſt. 1627. regulares poſſe compelli per cenſuras ab Epiſcopis ad prædictam obſervantiam debeat intelligi (caſu quo illa declaratio ſit authentica, juxta quæ dixi quæſt. præced.) de regularibus non habentibus tale privilegium.

His ergo jactis jam pro declaratione Trid. *in* 11
d. c. 12. *diſt.* verſ. *dies*, advertes cum Barboſa *ibi n.* 9. Quaranta *in ſumma Bullar.* verbo *privilegia Regularium*; Piaſecio *in praxi Epiſcopali p.* 2. *c.* 3. *n.* 47. verſ. *dies feſtos*, Tamburino de jure Abb. *tom.* 3. *diſt.* 15. *n.* 15. *q.* 11. *ſub n.* 54. Ugolino *de officio Epiſcop. c.* 20. §. 3. *n.* 2. Laurent. de Perinis *in conſtitut. ſui ordinis Minimor. tom.* 1. *conſtit.* 28. Lec. 10. *a n.* 2. *dict. Trid. cap.* ita intelligendum ut regularium ritus illis feſtis ſemper permaneant quoad Miſſas celebrandas, & cætera Divina officia, tam publice, quam privatim ab ipſis Regularibus in eorum Eccleſiis perſolvenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo quidquam in contrarium eiſdem Regularibus præcipi poſſe; quod ſi de facto præceperint Regularibus, neutiquam Epiſcopis ipſis obedire teneri. † Verum quoad 12
conciones, & lectiones quas idem Regulares ad populum habuerint, debere ſe conformare Evangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſæcularis utitur illis diebus feſtis, ut referunt deciſum jam relati.

Iterum declarat Aldanus *in compendio Canonic.* 13
reſolut. lib. 1. *tit.* 31. *n.* 10. dicens deciſum fuiſſe die 21. Julii 1629 regulares poſſe cogi quoad feſtum ad ejus obſervantiam, ſed quoad octavam non poſſe: ſequitur Barboſa *in d. c.* 12. *Trid. n.* 8. ubi addit ſervandas eſſe Rubricas Breviarii, & decreta noviſſima ſanctæ Congreg. Ritium: ſed Gavan. *in man. Epiſc. verbo regularium cura ſub Epiſcopis dict. n.* 26. obſervat quod regulares non tenentur ad officia feſtorum ex declaratione ſanctæ Congregationis, teneri tamen ad officium de patrono, non autem ad octavam; & idem longe repetens dicta *reſol.* 6. *tractat.* 3. *p.* 11. addit ut quidquid ſit de prædicta noſtra quæſtione, eſto quod poſſint cogi Regulares ad obſervantiam feſtorum, non tamen quoad octavas, referens Aldan. jam allegatum. † Addit vero Barboſa *in* 14

dicto

d.c.12.n.5. Regulares non prohiberi, dies feſtos,
& jejunia in ſuis Eccleſiis annunciare per ſacram
Concilii Congregationem, de quo uberius dico
15 in verſ. *ad tertiam.* † Et *n.6.* refert deciſum ex Sel.
die 5. Decembr, 1626. ut Epiſcopus non poſſit
compellere Regulares exercentes curam anima-
rum in eorum Monaſteriis, vel aliis eiſdem uni-
tis ad intereſſendum officiis Divinis diebus ſan-
ctorum protectorum civitatis in Eccleſia Ca-
16 thedrali. † Imo & idem Sel in *ſelectis Canon.c* 17.
*n.*8. refert deciſum ſub die 15. Decembr. 1629.
hoc Trident. decretum non tribuere Epiſcopis
majorem facultatem, quàm habent à jure com-
muni.

17 Ad ſecundam partem quæſtionis: an Populus
teneantur ab obſervandos dies feſtos, quos ſui
prædeceſſores ſubditi, & cives voverunt. In quo
dubio DD. ſub diſtinctione reſpondent, nempe
vel fieri Epiſcopi authoritate, vel non; & ſi cum
ea non fiant non teneri Populum ad feſtorum
prædictorum obſervantiam, ex eo quia vo-
ti obligatio eſt perſonalis, nec tranſit ad ſuc-
ceſſores. Et ob id dixerunt Medina 1.2 *quaſt* 90.
*art.*3. Ledeſma *in ſumma p.*2 *tract* 3.*c.*3. ut Popu-
18 lus non teneatur hæc obſervare vota. † Quod ſi
ea fuerint ab Epiſcopo confirmata, ſucceſſores
obligari docent quia jam habens legis rationem:
ita Navarr. *in man c.*12.*n.*8. Vaſq. 1.2. *diſput.*167.
*c.*4.*num* 34. *& diſp.*177.*cap.*2.*n* 22. Fr. Eman. 1.
*p. ſumma c.*122.*n.*1. *& p* 2.*c* 99.*n.* 12. Henriq. *cap.*
25. *num.* 2. *in comment. littera B. & C.* quod eſt
commune.

19 Et ſecundùm hæc poteſt decidi dubium: an
judices laici, poſſint pænas imponere contra
non obſervantes dies feſtos: & reſpondetur
affirmativè quod ſi Epiſcopus dederit licentiam
alicui laboranti in die feſto, non poſſe propter-
ea judices dictos laicos punire illum; ut tranſ-
greſſorem feſtorum ſtante licentia obtenta ab
Epiſcopo, Aldanus *in compend Canon. reſolut.*
dicto titul. 31. *num.* 15. ubi ait ſic fuiſſe deciſum
die 9. Novembr. 1619. Barboſa *in d. Trid.c.*12.
num fin.

20 Item ea prædicta noſtra quæſtiuncula reſol-
vunt plures, juxta mentem *prædict. cap.*12. *Trid.*
ut ad prædictos dies feſtos, quos populus vove-
rat, non ſolùm teneantur cives præſentes, cum
ſint tales feſti confirmati ab Epiſcopo, ſed etiam
Fratres Religioſi ex tradita ratione, ut in ter-
minis docet Fr. Emanuel. ex jam adductis ſu-
pra *per. dict. cap.*12 *Trident.* Villalobos *in ſumma*
21 *p.* 1. *tract.*2.*reſ.* 32. *in fine.* † Et idem ibi *diſ.*31.
in fine ait ut non ſint obligati ad feſtos indictos
à Magiſtratibus ſæcularibus, ut ait Azor. *p.* 2.
inſtit. manual lib. 1.*c.* 29. *q.* 5. ſed eſſe obligatos,
quoties indicuntur ab Epiſcopo per Trid. & ex
quadam declaratione Cardinal. Romæ tempore
Clem. VIII.

22 Iterum vero ſuper hoc dubio de Regularibus,
video in aliquo diſſentire DD. nam Diana *p.* 11.
tract 3 *dict reſol.* 6, *in dicto* verſ. *ſed quid*, dum
ex Naldo, & Navarro, jam ſupra relatis, dicit
ut quamvis Regulares obligentur ad conſervan-
tiam feſtorum ab Epiſcopis indictorum non
tamen obligantur ad feſta votiva populorum,
eo quòd Concilium loquatur de feſtis indictis
ab Epiſcopo, refert ibi limitandum, ſi feſta
votiva dicantur ea, quæ ex devotione obſer-
vantur à populo, ad illa quidem non teneri
Religioſos, niſi ex quadam decentia, ut vide-

licet populi confirmentur. † Si verò feſta voti- 23
va dicantur ea, quorum obſervantiam populus
vovit, aut promiſit probabilius eſſe ad ea teneri
Regulares; non ſolùm quando ea cum populis
obſervari voverunt, ſed etiam quando caſu dato
illis inconſultis populi cum Epiſcopo tale vo-
tum emiſerunt. † Sunt enim cives, & membra 24
Reipublicæ ſæcularis, participantque illius bo-
na, ac per conſequens debent conformari cum ipſa
in his, quæ pertinent ad communem utilitatem,
dummodo contraria non ſint Eccleſiæ libertati,
juxta quæ latè dico *infra in c.* 7.10. *hoc tit.* ſic re-
fert ex Vaſq. *in* 1.2.*d. diſp.*167.*n.*34. Sanch. *lib.*4.
*decalog.c.*15.*n.*21.

Sec idem Diana ibi in fine credit hæc vota 25
non obligare Regulares, qui ea non emiſerunt,
nec acceptarunt propria obligatione voti, quia
impoſſibile eſt aliquem obligari propria obli-
gatione voti, ſine propria voluntate, & conſenſu;
Suarez *de relig. tom.*2. *tract* 6 *lib* 4.*c.*9. & ut dicit
etiam Laym. *in Theol. mor. lib.*4. *tract* 8.*c.*1.*n.*5. nec
ex vi præcepti Eccleſiaſtici, Epiſcopi, vel Præ-
lati Eccleſiaſtici, cujus authoritate fiunt pro-
pter exemptionem regularium ab Ordinariis;
ſed ſolùm ex vi juris naturalis, quod præſcribit,
ut pars Reipublicæ conformetur toti corpori:
ex quibus omnibus quid ſit tenendum in hoc
dubio jam vides.

Ad tertiam quæſtionis partem an: Epiſcopi 26
poſſint præcipere Regularibus, ut interdicta ab
Apoſtolica Sede, vel propria authoritate lata
populo denuncient; & in terminis videtur reſo-
luta hæc quæſtio pro affirmativa ſententia in pri-
mis verbis *d.c.*12. *Trid. ſeſſ.*25. *de regul.* quæ retuli
ſupra in princ. hujus quæſtionis; in contrarium
vero ſtat *Brunus de privileg. regul. p.* 1. *tract* 2.*c.*3.
prop. 7. ex eo probans: nam regularis ab Epiſco-
porum juriſdictione legitimus, & præceptis exem-
ptus eſt; ergo & utique liber erit ab hoc præce-
pto, qua libertate expreſsè donatus eſt à Sede
Apoſtolica, cum ad obligatione recipiendi com-
miſſiones, etiam à Sede Apoſtolica interdicta
emanatas liberetur ex conceſſione Honorii III.
facta Dominicanis verbis ſequentibus *quieti ve-*
ſtræ providere volentes authoritate vobis præſentium
indulgemus, ut commiſſiones à Sede Apoſtolica, vel
legatis ejus, ſeu quibuslibet aliis vobis factas, non te-
neamini contra veſtram recipere voluntatem. † Sic 27
etiam comprobans ex mari magno ſingulorum
ordinum, & maximè ex illo poſſident minorum,
& Prædicatorum confirmatorum, quo patet ut
nullus Archiepiſcopus, ſeu legatus, vel Præla-
tus queat eos compellere, ſine ſpeciali ſedis
mandato, ad litteram referens verba, quæ etiam
repetit Diana *d.p.*11.*tr.*2 *reſ.*21. addens cum Bru-
no quod eo modo conceſſit etiam Paul. III. ſocie-
tati Jeſu, ut refertur in Compendio privil. ejuſ-
dem ſocietatis verbo *exempt.* † Et ad verba Trid. 28
*in d.c.*12. reſpondent illud decretum non habere
clauſulam derogatoriam privilegiorum, ac prop-
terea non ligare Regular. ut pote privilegio huic
decreto contrario gaudentem. Deinde quia hoc
privilegium poſt Trid. à pluribus Pontific. qui
confirmarunt motu, proprio, & ex certa ſcientia
privilegia Regularium confirmatum eſt; & quod
ubi Trid receptum non eſt, nullam prorſus vim ha-
bet objectio adverſus dictum privilegium † Et alia 29
adducens concludit, ut quod dictum eſt de cenſu-
rarum & interdictorum denunciatione, ad etiam
ſimiliter intelligendum de jejuniorum, & feſtorum

publicatione, ad quam faciendam regularis nullatenus obligetur, nec obligari poſſit ab Ordinariis, & in confirmationem poſſunt adduci tradita ſupra in principio de obſervatione feſtorum ab Epiſcopo indictorum, de quo, & ipſe Bruno.

30 Verum ut quemadmodum *ſub dubio* 1. in verſ. *ad primam* reſolutum eſt quod Regulares tenentur obſervare feſta ab Epiſcopis indicta in ſuis Diœceſibus, ſic & publicare cenſuras ab ipſis latas, juxta relata prima verba *d. trid.cap.* 12. ſic ut queant Epiſcopi compellere Religioſos nolentes publicare in ſuis Eccleſiis interdicta, & cenſuras ab Epiſcopis latas, & quas mandet ut publicentur, eo quod ad id ſint obligati de jure communi, & novo Tridentini, imò & procedere adverſus Religioſos, qui in ſuis Eccleſiis non obſervaverint interdictum, ceſſationem à Divinis impoſitum, vel à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinario, eo quod per *d.c.* 12. Trid. addit obligantur; & comprobatur ex Bulla Pii V. quæ incipit *etſi Mendicantium*, qua ſupponitur ut Regulares, debeant illa publicare. & ſervare; & licet Brunus relatus dicat prædictam Bullam nihil de hoc diſponere, de qua infra ſub verſ. *dubium*.

31 Attamen tum ex *d. c.* 12. Trid. tum ex dictis de obſervatione feſtorum à *n.* 1. exiſtimo, ut ad talem obſervantiam teneantur, quia cum Trid. ſub una contexture de utroque caſu idem reſolvat, ſit ut doctrina circa dies feſtos ab Epiſcopo indictos, & à Religioſis ſervandos, applicetur ad caſum noſtri dubii: & ita communiter tenent DD. quos ſequitur; & refert Barboſa *in d. c.* 12. *Trid n* 1. quos & repetit Diana *d.p* 11 *reſ.* 21. in verſ. *ſed ego*; qui ſunt Fuſeus, Eman Rodriguez, D. Joannes à Cruze. Franc. Leo. Paſeeius; Ugolinus, Campan. Riecius, Navarrus, Homobonus, Eraſmus, Cohier, Laurentius de Perinis, Machadus *de perfecto confeſſore d tract.* 10 *docum* 4. *num.* 3 Hieronymus *venero. y leyva dex amine Epiſcop. & Regular. q* 6. *verſ. quinto fallit*, quibus addo Garciam *in politica regular tom.* 1. *tract.* 8 *diſ.* 3. *dubio* 2. *puncto* 3 *n.* 21. Partem Andream Mendo. è Societate *in Bulla cruciata diſp.* 15. *c.* 1. *n.* 9. ubi ſic ait, *debent noſtri mandante Epiſcopo qualibet interdicta promulgata publicare, & obſervare. juxta decretum Trid. ſeſſ* 25. *c.* 12. *de Regul.* & ſic Garcia relatus idem dicit de interdicto poſito à Papa, vel ejus nuncio, ſeu ab Epiſcopo in tota Diœceſi, civitate, ſeu villa, de quo videbis Merollam *tom.* 3. *diſp.* 7. *c* 5. *dub.* 9. *n.* 153.

32 His pro majori explicatione *dict. c.* 12. *trid.* addo cum Sanchez *conſiliis moral. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 9. *dub.* 3. *n.* 10. Tamburino latè agente *de jure Abbatum tom.* 3 *q.* 11. *diſp.* 5. *n.* 53 Barboſa *de officio Epiſcopi p.* 3. *allegat.* 105. *n* 43. Laurentio de Franchis *ſub. q.* 20. quod ſi regularis ſit excommunicatus à jure, poteſt Epiſcopus mandare ipſum denunciari publicè, ut evitetur; Vulpejus verò *in praxi judic. fori Eccleſiaſt c.* 42 *n* 25. Navarr. *in lucerna regularium* verbo *interdictum, n.* 2. dicunt non poſſe Epiſcopum denunciare regulares incidiſſe in excommunicationem à jure vel ab Apoſtolicis
33 conſtitutionibus inflictam. † Et idem Laurent. de Franchis, quem ſequitur Barboſa *in Paſtorali d. allegat.* 105 *n.* 43. *in fine* ex doctrina text. *in cap. cum & plantare* §. *excommunicatos de priv cap. Epiſcoporum eodem tit. lib.* 6. & cum Covarr. *in c. alma p.* 1. § 1. *num.* 2. Ugolino *de cenſuris tab.* 2. *c.* 23 *in princ.* à *n.* 2. Sayro *eodem tract. lib.* 2. *c.* 11 *n.* 32. & ex textu *in c. is qui* §. *is vero de ſent excommunic. lib.* 6. dicit quod non modo poteſt Epiſcopus mandare, ut regulares ſervent Epiſcoporum interdicta, ſed etiam quod nec celebrare in locis ita interdictis faciant, nec excommunicatos ad Divina, aut Eccleſiaſticam ſepulturam admittere.

Dubium verò eſt an privilegia Regularibus 34
conceſſa *in d. cap quod & plantare* §. *quod ſi templarii, & in cap us privilegia de privilegiis, d. c alma mater de ſent. excommunic. cap fin de privileg lib.* 6. & alibi ad celebrandum tempore interdicti, & ad admittendos laicos ad Divina eodem tempore ſint revocata per decretum Trid. *in d. c.* 12. *ſeſſ.* 15. & per aliud generale decretum Trid. *in eadem ſeſſ. c.* 22. in quo dubio duplex eſt Doctorum ſententia, nam quod ſint revocata, docent Navar. *in man. c.* 26. *n.* 109. quem latè agens ſequitur Garcia *de benef. p.* 3. *cap.* 2 *ex num.* 278. qui etiam *p.* 5. *c.* 8. *n.* 87. verſ. *ad octavum* ait conſultos ab Epiſcopo Abulenſ. Illuſtriſſimos Cardinales Concil. Trid. interpretes ita reſpondiſſe per hæc verba *privil. ſi ante Concilium conceſſa fuerunt utique revocata exiſtunt*: & ita fuiſſe deciſum in alia cauſa, refert Armend. *in additionibus ad recop. legum.* Navarr. *lib.* 2 *tit.* 18. *lib* 7. *n.* 73. in ſequentia verba *privilegia regularium quod non teneantur ſervare interdicta aliquibus diebus tantùm, ſi ante Concilium conceſſa fuerunt revocata ſunt.* & ſequitur Barboſa *in dicto cap.* 12. *Trid. n.* 2. *& in dicta alleg.* 105. *n.* 44.

Et confirmatur ex conſt. Pii II. incipit *in Principis ſubdita* 13. Kalend. Martii 1565 quæ revo- 35
cavit privilegia, exemptiones, immunitates, facultates conſervatorias, indulta mare magnum, & alias quaſcumque ſimiles gratias in his; in quibus ſtatutis, & decretis ſacri Conc. Trid. contrariantur, † Et licet Pius V. in jam relata ſua conſt. 36
incipit *etſi mendicant.* ſubdata 17. Septemb. 1567. confirmaſſet privilegia Ordinibus mendicantium conceſſa, & alia de novo conceſſerit, ac Concil. Trid. ubi de his loquitur declaraverit; ſed poſtea Greg. XIII. eam Pii V. conſtit. revocavit, & reduxit ad terminos juris communis, & Conc. Trid. in ſua conſt. incipit *in tanta* ſubdata Kalend. Martii 1572. ita Barboſa in *d. c* 22. *trid. ſeſſ.* 25. *de regularibus n* 4.

Unde etſi Henriq. *in ſum. lib.* 13. *c.* 40 §. 1. Sayr. 37
de cenſ. lib 5. *c.* 13. *n.* 24. *&* 25. Et Eman. *in Bullam cruciata* § 5. *n.* 15. *& in addit n.* 13. *&* 35 *& quaeſt. regul. tom.* 1. *q.* 122 *art.* 1. Fr. Joann. de la Cruz *de ſtatu relig. lib* 2. *c.* 7. *dub* 2 *concl.* 2. Bon. c *de cenſuris extra Bull Cœna diſp.* 2. *q.* 8. *punct.* 4. *n.* 11. quos refert Barboſa *d. alleg.* 205. *n.* 44. *in fine, & in dicto c.* 12. *Trid. d n.* 2. in fine verſ. *contra* ubi add. t Ludovic. Mirand. *in man. prælat tom.* 2 *q.* 37. *art.* 12. Homob. *de bonis de examine Eccleſ. tract.* 11 *q.* 25. *reſ.* 1. dicant ut revocata non ſint, ego exiſtimo interpretandos de illis privilegiis conceſſis ſpecialiter poſt Trid. & alias conſtitut. Pontificias, eorum privilegia revocantes, non inquam aliter ex dictis *n. præced* Sunt inquam caſus plures, in quibus Regulares ſubduntur Epiſcopis, quos ex multis latè agentibus recenſet Barboſa videndus *d. alleg.* 105.

Igitur ego his omnibus addo, quod delinquen- 38
tes religioſi in quaſibus ex Conc. Trid. ſubduntur juriſdictioni Epiſcoporum poſſint excommunicari, & aliis puniri pœnis ab Epiſcopo, cum quoad contenta, in dicto Concil. ceſſent omnia eorum privilegia & exemptiones per textum in *d c. p.* 22. *ſeſſ.* 25.

ſeſſ. 25. *de regul.* & per conſtitutionem Pii IV. ex eo quis Concil. ibi mandat obſervari omnia decreta de Regularibus, non obſtantibus privilegiis, & deputat executores Epiſcopos: ſic docent Praſecius *in praxi Epiſcopali d.p.* 2. *c.* 3. *n.* 52. *verſ. delinquentes.* Genuenſ. *in pract. Archiep. Nea-*
39 *pol. c.* 59. *n.* 8. Barboſa *in d. c.* 22. *n. fin.* † Ubi hinc ſequi ait quòd cum nulla ratio privilegiorum ſit habenda, nec concilium reſtringat modum compellendi, remittitur arbitrio ipſius Epiſcopi, *ex leg.* 1. *ff. de jure deliberandi*, in terminis Aldan. *in compend. Canonic. reſol. lib.* 2. *tit* 18. *n.* 20. ubi in ſuna Liman. 19. Septembris 1625. refert deciſus licere Epiſcopo, etiam poenis & cenſuris Eccleſiaſticis in decretis eidem ſpecialiter commiſſis *in d. ſeſſ.* 25. *de regular.* regulares compellere ad eorum executionem.

QUÆSTIO XIV.

An leges, conſtitutiones, ſeu conſuetudines oppidorum teneantur obſervari à Peregrinis per modum tranſitus inibi commorantibus, quando eædem in ſuo domicilio non obligāt: & an idem ſit de legibus communibus, ſi eæ alicubi deſuetudine ſint abrogatæ: Et an Peregrini per modum tranſitus, & hoſpitii confluentes teneātur, dum à proprio domicilio abſunt ſervare leges, & conſuetudines ſui domicilii, ſi in eo loco, in quo reperiuntur, non obligent: & quæ mora in loco hoſpitii reddat Peregrinun obnoxium legibus, & conſuetudinibus illius: & an vagi teneantur ſervare leges locorum, in quibus reperiuntur? Et de aliis pluribus quæſtionibus *remiſſivè* ibi *n* 60.

SUMMARIUM.

1 *Peregrini, num tenentur ad leges loci, per quem tranſeunt* num. 1. *refertur Quadruplex ſententia, & pro affirmativa quod teneantur, quando reperiuntur per modum tranſitus, ſuadetur pluribus fundamentis*, num. 3. 4. 5. & 6. *& ſequentibus uſque ad* n. 15. & à n. 24.

5 *Conſuetudo Regionis ſervanda eſt in feſtivitatibus, & abſtinentiis, ad quæ Peregrini tenentur, ſi ibi moram faciant ſufficientem*, num. 8.

9 *Degens in aliquo loco tenetur obſervare feſta illius, ubi tunc degit, non autem feſta ſuæ Patriæ; idem, & de tranſeunte*, n. 12.

10 *Peregrini iter v. g. facientes per Hiſpaniam ſeu alii poſſunt veſci inteſtino; & ſi non veſcantur in ſua Patria; idem de lacticiniis, quæ non comeduntur in diebus jejuniorum* n. 11.

Quid de jejuniis num. 13. & 14. *& verùm à.* n. 15. *vide* n. 33.

12 *Interdictum locale debet obſervari à tranſeuntibus per illum locum.*

15 *Peregrini ſecundùm aliquos, nunquam tenentur, ſecluſo ſcandalo ad leges, & jejunia, aut abſtinentia loci tranſitus, niſi reſideant majori parte anni, vel ſint in animo permanendi* n. 23. *alii, & melius, teneri dicunt, ſi per triduum reſideant* à n. 16. 17. 18. & 19. & ſequentibus à num. 24. 25. & 26. *& reſponſum datur contrariis ſententiis*, num. 31.

20 *Tranſiens, aut brevi tempore divertens à loco, non dicitur moraliter permanere.*

21 *Unigenitus Salomon dictus eſt, quia uterinus alius filius ſtatim mortuus eſt, qui quaſi non natus reputatur.*

22 *Habitu regulari indutus, triduo indutus, exiſtimatur.*

Factum non dicitur, quod non durat, dict. n. 22.

27 *Epiſcopi puniunt Peregrinos tranſgreſſores dies feſtos, jejunia, & alias conſuetudines loci, per quem tranſeunt.*

Peregrinus ſi de mane accedit ad aliquem locum, ubi eſt dies feſtus, tenetur audire ſacrum; & ſi inde veſpere tranſeant, non ſic ad jejunandum, niſi ibi per diem integrum maneat.

28 *Forenſes quilibet, & Peregrini tenentur obſervare ſolemnitates requiſitas legibus, & conſuetudinibus, in quo contrahunt.*

29 *Forenſes contrahentes in loco hoſpitii tenentur ad gabellas illius, qui vendentes triticum v. g. in Caſtella, tenentur ſervare pragmaticam illius, & quoties tranſgreſſio legis cedit in damnum illius loci, veluti ſi eſt lex prohibens aliquid extrahi*; n. 30.

32 *Peregrini non teneantur ad obſervantiam legum communium, quæ non obſervantur in loco, per quem tranſeunt*, n. 33.

33 *Caſtellanus tranſiens per Luſitaniam, ubi inteſtina non eduntur, nequit ea edere, & ſi in Caſtella edi permittantur, & è contra*, num. 36. *etſi alii contra* num. 34. *&* 35.

37 *Peregrinus exiens à loco ſuo, ubi adeſt aliqua lex, vel conſuetudo ſpecialis, etſi ſecundùm aliquos teneatur adhuc obſervare abſens*, n. 38. 39. 40. *&* 41. *verius eſt ut non teneatur obſervare*, à n. 42.

42 *Fur delinquens extra territorium, non ligatur ſtatuto proprii Epiſcopi*, n. 43.

44 *Peregrinus non tenetur obſervare feſta, & jejunia, quæ non ſervantur in loco, in quo reperitur, etſi ex induſtria efficeret.*

45 *Fugiens ex propoſito in aliquem locum, ubi ſine Parrocho, & teſtibus poſſet matrimonium contrahi, licitè contrahit; non enim intervenit fraus, ſed fuga quædam obligationis, quæ etſi per ſe non ſit bona, non eſt tamen mala.*

46 *Tranſiens de proprio loco, ubi eſt dies feſtus cauſa laborandi ad alium, ubi non eſt feſtus, ſi in ipſo manè tranſeat, non tenetur prius audire ſacrum in proprio loco, &* n. 47.

47 *Obligatio audiendi ſacram, non obligat alibi perrecturum uſque ad meridiem, ſi à confinibus proprii loci exiret intra dictum meridiem.*

48 *Exiens à loco, ubi jejunatur, & accedit ad locum, ubi carnes eduntur, poteſt de eis Cœnare etſi tota die jejunaſſet; & ſic è contra*, num. 49.

50 *Feſtis diebus de præcepto Epiſcopi,poteſt quis laborare, & jejunia ejus non ſervare intra candem Diœceſim, ſi ibi ſit locum exemptus ab illius juriſdictione.*

51 *Excommunicatio Epiſcopi pro tota Diœceſi, non ligat ſubditos, qui commorantur in loco exempto circa eandem Diœceſim: ubi de reſponſo pro Panormitanis*, n. 52.

53 *Peregrinus etſi non teneatur ad legem Patriæ, tenetur ad aliam conſimilem loci, per quem tranſit ei ſe conformando.*

54 *Jentaculum poteſt ſumere exiens à loco, ubi jejunatur, ſi perventurus eſt ad locum, ubi venduntur carnes, non tamen ſumere illud carnibus* & o. 55.

55 *Græcus in Eccleſia Latina,vel Latinus in Græca, ubi eſt aliqua Græca inter Latinos, in quo pane celebret.*

57 *Scholares tenentur ad leges, ubi habitant.*

58 *Mora, quæ in loco hoſpitii ſit neceſſaria, ut peregrinus illius legibus ſit obnoxius, reſolvitur illa, quæ eſt Trid.*

59 *Vagi, & Advenæ, & ſi ſecundùm aliquos non obligentur legibus loci, ubi adſunt, niſi animo ibi permanendi*, num. 61. 62. & 63. *verius eſt, ut teneantur illas obſervare, ut à* n. 64. *ubi de ratione.*

62 *Vagi poſſunt percipere Sacramenta, ubique inveniuntur, item, & debent jejunare, & feſta ſervare.*

64 *Viatores, & Advenæ accipi pro vagis, tenentur ſicut iſti ſervare leges locorum, ubi adſunt.*

65 *Advenæ cum nullum habeant Domicilium, ſunt totius orbis qui tenentur ad jejunia, feſta aliaſque leges, & conſuetudines locorum in quibus reperiuntur, contra aliquos* n. 66. 67. & 68.

68 *Vagi diſtinguntur a Peregrinis in eo quòd nullam certam ſedem habent, Peregrini verò ſic.*

69 *Judæi num teneantur legibus, & conſuetudinibus loci, ubi commorentur?* remiſſivè. n. 70.

1 AD has quæſtiones exponendas, oportet ut videas quæ infra dixi ſub *c. fin. de foro comp.* ubi de domicilio, & habitatione, quis propriè Incola dicatur, & magis ad hæc dubia ea, quæ ibi dixi *ſub q.* 4. & 5. ubi an vagabundus conveniri poſſit, ubi inveniatur, & de eo, qui domicilium mutavit. Quibus ſuppoſitis, dico ibi quid ſit vagabundus, nunc jam ad præſentes difficultates, de quibus Doctores agunt occaſione textus *in cap illa diſt.* 12. *cap. quæ contra moras diſt.* 8. *c.* 1. *diſt.* 41. *cap.* 2. *de obſerv. jejunior.* Et adjunges etiam quæſtionem, de qua dixi *in c.* 14. *de foro comp.* ubi egi, an vagabundus ratione delicti, ſit remittendus ad locum ubi delinquit, *q.* 7.

2 Ad primam igitur difficultatis partem, ut DD. reſpondeant non parum laborant, cum quadrupliciter difficultatem expendant; nam quidam exiſtimant tunc Peregrinos teneri, quando ſedem figunt animo perpetuo ibi remanendi. Alii inquam exiſtimant Peregrinos præciſo ſcandalo, non obligari legibus, & conſuetudinibus particularibus locorum, ad quæ divertunt, niſi habeant animum, & intentionem manendi ibi pro majori parte anni, non autem pro minori. Alii verò docent abſolutè, ut peregrini, teneantur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo ſunt. Quarto alii diſtingunt dicendo duobus modis poſſe dici peregrinos, præcipuè eſſe in aliquo loco uno permanenter per aliquos dies, alio tranſeunter, & per modum hoſpitii, & in tranſitu prandendo, v.g. vel. pernoctando putantes in primo caſu peregrinos teneri ad ſervandas leges illius loci, in ſecundo minimè.

Igitur quando peregrini per modum trãſitus 3
reperiuntur in aliquo oppido, quòd teneantur abſolutè leges, & conſuetudines illius oppidi ſervare, docent plures ex ſententia D. Auguſtini, *Epiſtol.* 118. *c.* 1. & *Epiſt* 119. *c.* 18. ut refertur *in d. cap. illa diſt.* 12. per verba ibi *mater mea Mediolanum me ſequuta invenit Eccleſiam Sabbato non jejunantem, tunc conſului Ambroſium Epiſcopum; at ille ait cum Romam venio Sabbatum jejuno, cum Mediolani ſum non jejuno, ſic & tu ad quamcumque Eccleſiam veneris ejus morem ſerva*, ubi gloſſa verbo *ſocietate* ait inde ſumi, argumentum quemlibet teneri vivere ſecundùm conſuetudinem illorum: inter quos verſatur, indeque habuiſſe ortum verſum.

Si fueris Romæ, Romano vivito more;
Etſi ſis alibi vivito ſicut ibi.

Et gloſſa *l.* 3. verbo *debent. ff. de muneribus, & honoribus* ponit verſum ſequentem.

Terra ad quam pergis, cape mores, quos ibi cernis.

Et probatur ex eodem D. Aug. *lib.* 2. *conf* habi- 4
to *in d. c. quæ contra diſt.* 8. ibi *quæ contra mores num ſunt flagitia pro morum diverſitate ſunt vitandi ut pactum inter ſe gentis aut civitatis conſuetudine, vel lege firmatum nulla civis, aut peregrini libidine violetur: Turpis enim eſt omnis pars ſuo univerſo non congruens:* quod idem habeatur in *cap. quiſquis dicta diſt.* 41. *ibi quiſquis rebus reſtrictius utitur, quam ſeſe habent mores eorum, cum quibus vivit, aut intemperans, aut ſuperſtitioſus eſt*, ubi gloſſa verbo *vivit* inquit *quilibet conformavit ſe ſociis ſuis in cujus, & in moribus.*

Ex quibus videtur abſolute tenendum, ut pe- 5
regrini quoquomodo inveniuntur in aliquo, teneantur ad leges illius loci, ut videtur adſtrui, ex textu *in d. c.* 2. *de obſerv. jeju.* ubi dicitur in feſtivitatibus; & abſtinentiis ſervandam eſſe regionis conſuetudinem; ergo ſentit eam conſuetudinem reſpicere potius locum, quam perſonam. † De 6
inde *ex l.* 11. *fin. tit.* 14. *p* 1. ibi *quando alguno fueſſe à Eſcuelas, o à Roma, o à otro lugar ſedebe acordar en las Coſtumbres de aquellos, con quien vive*, ubi Greg. Lop. verbo *à otro lugar*, ait conformando ſe illis cum quibus vivit, ut *c. illa d diſt.* 11.

Hæc ſententia à pluribus habetur, quos recen- 7
ſet Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *ſub n.* 4. ubi nominat viginti tres DD. ita abſolutè docentes, quibus omnes addo Baſil. de Leon. *de matrim. lib.* 5. *c.* 7. §. 1. *à princ.* latè, & eleganter loquentem pro hac opinione, & reſpondentem fundamentis contrariæ. † Ubi *à n.* 12 diſputat quid dicendum 8
ſit de obſervantia feſtorum, & jejuniorum, à tranſeuntibus, & *n.* 14. reſolvit in hæc verba *tenentur peregrini ad ea præcepta ſervanda, ſi tempore, quo moram faciunt in eo loco accurat tempus obligationis ad implendi præceptum alias vero non unde ſi occaſio fueris comedendi tenentur à carnibus abſtinere,*

ſi

ſi in eo oppid abſtinetur ab illis; idem eſt ſi cum commorantur, inſtat occaſio audiendi Miſſam, qua videlicet dies feſtus eſt, quam etiam docent Suar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 2. *de diebus feſtis, cap.* 14. *n.* 2. Gabriel Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 184. *cap.* 3. *num.* 28. Salas *de legibus diſp* 16. *ſect.* 4. *col.* 4. Mexia *de taxa panis concluſ.* 5. *n.* 80. Malderus *in* 2 *p. quæſt.* 99. *art.* 5. circa finem Molfeſius *in ſumma Theolog. moral. tom.* 1. *tractat.* 10. *cap.* 1. *num.* 17. Joannes de la Cruz in *directorio conſcientiæ p.* 1. *præc.* 3. *artic.* 4. *diſp.* 9 *concluſ.* 1. per textum *in dicto cap.* 2. *de obſervationes jejunii*, & Navarr. *in manuali c.* 14. *n.* 5.

9 Ubi dicit quod qui degit in aliquo loco, tenetur ſervare feſta illius, ubi tunc degit non autem illa feſta, quæ in propria ejus patria obſervantur, &c. 23. *n.* 120. verſ. *tertio* tenet peccare, qui veſcitur carnibus, vel alio cibo vetito in aliqua regione eo tempore; quo liceret eo veſci in ſua, ſicut è contrario non peccare veſcendo eis in regione, per quam tranſit, vel in qua mora-
10 tur, licet in ſua ei non liceret † Et Baſilius Pontius. *d. lib.* 5. *matrimonio c.* 8. *n.* 2. reſolvit eos, qui per Hiſpaniam iter faciunt, quamvis ex eo loco oriundi ſint, in quibus non veſcuntur inteſtina die Sabbati, poſſe illis veſci, juxta Hiſpaniæ
11 conſuetudinem: † Item illos, qui ex illis locis ſunt, ubi Lacticinia non comeduntur diebus jejuniorum, ſecundùm jus commune poſſe veſci illis in his locis, in quibus etiam ſine privilegio ex conſuetudine adhibentur in cibum: alia congerit videnda Barboſa *in d. c.* 2. *de obſerv. jejunior. n.* 6. qui etiam repetit in *d. cap. illa num.* 2. & 3. cum Sanchez *ſuper. num.* 18. cum aliis Suarez *dict. lib.* 2. *cap.* 13 *num.* 2. Leſio *de juſtit lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 8. *eodem* Baſilio *dict. cap.* 8. *num.* 1. Fagundez *in ſeptem Eccleſiæ præcepta præcept.* 4. *lib.* 1. *cap.* 7. *à num.* 10.

12 Hujus ſententiæ ratio eſt, præter fundamenta juriſdica jam relata, quia illæ leges, & conſuetudines ſunt locales, taliter ut quemadmodum interdictum locale, debet obſervari à tranſeuntibus per aliquem locum; ſic, & teneantur illas obſervare leges. Secundo quia ſic eſt in praxi ab hominibus Deum timentibus, qui ſi die feſto ad ſunt in aliquo oppido exiſtimant ſe obligatos ad audiendum ſacrum: hanc ſententiam vocat probabiliorem Villalobos *in ſumma p.* 1.
13 *tract.* 2. *dif* 33. *à n.* 7. † Qui *n.* 8. cum aliis multis contrarium admittit, nempe, ut ceſſante ſcandalo, Peregrini non teneantur illis legibus, & conſuetudinibus oppidorum; & pro ea loquens, reſpondet proximè relatis fundamentis, dicendo textum in *dict. cap. illa* D. Auguſt. ibi loquutum eſſe de conſilio, ſeu de peregrinis commorantibus majori parte anni in oppido, ob vitandum ſcandalum. Et quod prædictæ leges locales tantum obligant vicinos, nec eſſe idem, quod interdicto, quia illud ſolùm eſt impedimentum loci, in quo probibentur celebrari officia Divina, aut mortuos ſepeliri, nec referre, ut homines timorati ita obſervent, quia hoc eſt eligere partem ſecuriorem, ſed non improbare contrariam ſententiam à pluribus infra referen-
14 dis ſequutam. † Quæ etiam reſponſiones, & ſolutiones amplectitur Diana *p.* 1 *tract.* 2. 9. *ref.* 2. *de jejun.* dum latè agens de quæſtione, an peregrini, quorum præſentia ſolùm eſt in tranſitu per duos, vel tres dies teneantur ad illius loci jejunia contra communem affirmativam, undecim Doctori-

bus comprobatam, & ex *d. c. illa* 12. *diſt.* & ex *d. c.* 2. *de obſerv. jejunior.* quo dicunt teneri peregrinos ad jejunia loci, per quem tranſeunt, & poſſe ad id compelli per Epiſcopum, reſpondet ad *d. c. illa* ut jam dictum eſt, & ad *d. c.* 2. quòd Epiſcopus punit illos peregrinos ratione ſcandali non ſervando jejunia, aut feſta, vel quod Epiſcopi id faciunt amplectendo contrariam ſententiam.

Verùm quia relatam primam ſententiam ri- 15
gidam nimia vocant DD. alii, ideo exiſtimant peregrinum præciſo ſcandalo, non obligari legibus, & conſuetudinibus particularibus locorum, ad quæ divertit, niſi habeant intentionem manendi ibi pro majori parte anni, non autem pro minori; hanc docent Sanchez *de matrim d. lib.* 3. *diſp.* 18. *à n.* 6. & 10. cum gloſſa *in d. cap. illa* verbo *veneris diſt.* 12. & *dicto cap. qua contra diſt.* 8. verbo *aut peregrini* cum 13. Doctorib. quam dicit probabilem Suarez 3. *p. q.* 74. *art.* 4. *diſput.* 44. *ſect.* 3. *§. illud vero*, quibus addo Villalobos ſupra Dianam *p.* 1. *tract.* 10. *ref.* 15. Granadum *in* 2. *p. D. Thom. cont.* 7 *tract. p.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 4. *n.* 23. & 25. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 17. *n.* 172. Azor. *lib.* 5. *moral. p.* 1. *c.* 11. *q.* 3. Fagund. *in præceptis Eccleſiaſt. tract.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 1. & alios penes Barboſam ſupra *in dicto c. illa*, quam dicit probabilem; etſi primam vocet probabiliorem in fine ibi, idem *in d. c.* 2. *de jejunio* cum eiſdem *d. n.* 6. *in fine*, & eum Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 6. *n.* 4. 9. & *diſp. fin. q.* 1. *puncto* 6. *n.* 6. ubi loquitur de
jejunio. † Itaque Barboſa ait veriorem eſſe ſen- 16
tentiam, quæ ait peregrinos, & forenſes non adſtringi legibus, & conſuetudinibus loci, per quem tranſeunt, vel in quo per modum hoſpitii reperiuntur ceſſante ſcandalo: & quando hæc non obligant in ſuo domicilio.

Declarat verò Azor. *ſup. lib.* 7. *c.* 19. *q.* 4 ad vitan- 17
dam offenſionem aliorum, veſci debere cibis, quibus utuntur Incolæ, ſi ibi prandeant, vel cænent, ad idque licet hujuſmodi viatores in his, quæ ad pœnas, odia, & onera pertinent, non obligentur conſuetudines gentis, per cujus loca tranſeunt in his tamen, quæ gratiam, favorem, & honorem continent, poſſe gaudere, & uti conſuetudine gentis, vel populi, per cujus loca tranſeunt, & de prædicta ſecunda ſententia leges quæ congerunt Hurtad. *de ſacrificio Miſſæ diſp.* 5. *dif.* 1. & *de cenſ. dif.* 9. Philiar. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 23. Medin. Complut. *Cod. de jejun. q.* 10. Medin. Salmant. *in p.* 2. *q.* 96. *art.* 4. Conink *de ſacram. q.* 74. *c.* 4. *dub.* 2. Sayr. *in clauſi Regia lib.* 3. *c.* 4. Laym. *in Theol. mor. tr.* 4. *c.* 12. per totum, faciunt quæ congerit Diana *d. p.* 1. *tr.* 9. *ref.* 2. ubi etiam in materia jejunii am-
plectitur hanc ſecundam ſententiam. † Hanc. ſe- 18
cundam ſententiam probans DD. relati ex Aug. *in d. c. de illa*, ubi reſpondet Ambroſ. Auguſt. conſuetudinem eſſe ſervandam, ad quamcumque Eccleſiam quis acceſſerit, ne aliis offenſio præbeatur: inferunt ergo ut excluſo ſcandalo, non teneatur peregrinus ſervare leges, aut jejunium, vel dies feſtos alicujus loci, per quem tranſeunt colligentes ex verbis illius text. ibi *alia, quæ per loca terrarum, regioneſq. variantur, ſicut eſt quod alii jejunant Sabbato, alii non*, &c. totum hoc genus verum liberas habet obſervationes, ubi gloſ. verb. *liber.* ait hoc dicit D. Aug. quod liberum eſt Sabbatum jejunare, quantùm ad extraneos, non quantùm ad illos,
ubi talis conſuetudo ſervata eſt. † Et ſic Leo IX. 19
Epiſt. adverſus præſumptiones Michaëlis Conſtantin. & Leonis Acridoni Epiſcoporum cap. 29. monet ut

unoſquiſque juxta Ecleſiæ ſuæ ritum, celebret, licet in alieno foro verſetur.

20 Et confirmatur ex doctrina textus *in l. hæres abſens §. proinde, ff. de judic.* ubi probatur viatores non ſortiri forum loci, per quæ tranſeunt ibi *duriſſimum eſt quotquot quis navigans, aut iter faciens delatus eſt tot locis ſe defendere*, quia qui tranſit, aut brevi tempore divertit ad locum, non dicitur mortaliter in eo eſſe *l. quæſitum 76. §. fin. ff. de leg. 3.* ibi *rebus, quæ in fundo ſunt, legatis, non accedunt quæ caſu illic fuerunt, & l. ſiſta 84. ff. eodem* ibi *nec quod caſu ibi ſit magis eſſe legatum.*

21 † Et *in cap. nam & ego de verb. ſignificat.* deſumpto ex D. Hieronymo, ubi quærens cur Salomon ſe unigenitum nominet cum fratrem uterinum habuerit, reſpondet quia cum ſtatim abjerit quaſi non natus reputatur; ubi gloſſa verbo *quaſi* ait *non videtur fuiſſe qui non duravit.*

22 † Et facit textus *in cap.* ad noſtram de regularibus, ubi qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitum induiſſe, quia, ut ait ibi gloſſa verbo *ſtatim*, non dicitur factum, quod non dura, ut ſequitur Speculator *titul. de inſtrument. edict.* verbo *compendioſè. n. 16.* Felinus *in cap. in præſentia de prob. n. 32.* ergo ſi tranſeuntes non dicuntur moraliter eſſe in eo loco, minime æquum eſſe dicunt, ut ipſius loci leges obſervare teneantur.

23 Iterumque videtur confirmari ex his, quæ dicunt Hurado *de ſacrificio Miſſæ diſp. 5. diff. 5.* Bonacins *de legibus diſp. 1. q. 1. punct. 6. n. 49. & diſput. ultima, q. 1. punct. 6. n. 6.* ex doctrina Sanchez *dict. diſp. 18. n. 9. & in ſumma tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 36.* aſſerentes dictos peregrinos ſecluſo ſcandalo non teneri ad jejunia, & dies feſtos; niſi habeant animum ibi manendi per majorem anni partem, ſequitur Diana *dicta p. 1. reſ. 2. tract. 9. 10 verſ. imo ego*, & ſi contrariam referat ex aliis.

24 Ego tamen in hac dubia quæſtione exiſtimo componendam, juxta diſtinctionem quartæ ſententiæ relatæ ſupra in principio ſub *num. 1.* quia ſi ſecundùm jam dictum, & relatum ad hoc ut peregrini obligarentur prædictis legibus deſideraretur animus permanendi in loco tranſitûs, qui non de facili agnoſcitur. cum animo conſiſtat, juxta quæ latè dixi ſub *cap. fin. de foro comp. à quæſt. 1. & in cap. quod Clerici 9. eodem tit. quæſt. 2.* ubi egi de ea: *ſola habitatione contrahat quis domicilium, ſaltem ad contrahendum*, eveniet utique ut peregrini, dum ſunt in tranſitu locorum, & oppidorum, nullis legibus, & conſuetudinibus teneantur, non oppidorum, quia ibi non permanent, nec de eorum omnino conſtat, non loci originis, & vicinitatis, quam dum peregrinantur conſervat, quia ibi tales leges non ſunt, juxta quo proponimus in quæſtione; ergo.

25 Quare dici debet quod ſi peregrini ſunt in aliquo loco permanenter per aliquos dies, hoc eſt duos vel tres integros; ita ut ille, in quo occurrit obligatio jejunii, ſeu obſervandi feſtum diem, maneat inquiete abſque apparatu ſe transferendi in alium oppidum, teneatur ad obſervationem, ſicut & cæteri Incolæ talis oppidi, ubi illa obligatio jejunii, aut feſti occurrit: ita docent Leſius *lib. 4. de Juſtitia c. 2. dub. 4. n. 51.* Suarez *de relig. tom. 1. lib 2. c. 14. n 8.* Filiuc. *tom. 1. tract. 27. c. 7. n 116.* & ſequenti Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract 2. lib. 1. c 8. n. 15. & 20.* qui & alij dicant quòd ſi tantùm ſint tranſeuntur, id eſt per modum hoſpitii, & tranſitu prandendo v. g. vel pernoctando, non teneantur illas leges ſervare. Quæ ſententia videtur vera, etſi ut rigida, non admittatur à Diana *d. p. 1. tract. 10. reſ. 15. in fine*, quemadmodum, nec admittit ex eo eodem jam adductam ex Baſilio Pontio, quæ docet abſolutè, & indifferenter ut teneantur legibus, & conſuetudinibus loci, in quo ſunt, ut voluerunt Diebus *de libert. Chriſt lib. 1. 17. q. una eſt.* Navarr. *in manual. c. 13. n. 5* Major. *in 4. diſt. 15. q. 5.* Ledeſma *p. 4 q. 15. art. 2. dub. 2.* Covar. *lib 4. variar. c. 20. n. 8. circa finem.* Lopez *in inſtruct. p. 1. c. 52. q. una quæque civitas*, quos refert Diana ſupra, & alios Sanchez *d. diſp. 16. n. 4.*

Et ſic in terminis de peregrinis, quorum præſentia eſt in tranſitu per duos, vel tres dies, ut teneantur ad jejunia illius loci, docens Suarez *de relig. tom. 1. lib. 2. c. 14 n. 8. & de legibus lib. 3. c. 33. n. 3.* Salas *in eodem tract. diſp. 14 ſect. 4. num. 415.* Ortiz *in ſumma c 19. mandan. 2. num. 12. in fine*, Joannes de la Cruz in *direct. conſcient. p. 1. præcepto 3. art. 4. diſput. 9. concluſ. 1* Mexia *in pragm. taxæ panis concluſ. 5. num. 8n.* Malderus *in p. 2. quæſt. 96. artic. 5. circa finem.* Molſeſius *in ſumm. tom. 1. tract. 10. c. 4. num. 17.* Santius *in ſelectis diſput 44. num. 31.* & alii probantes ex vi conſuetudinis, quæ obligat peregrinos ad jejunia, & feſta loci, ad quæ divertunt permanendo per aliquod breve tempus; & ſic omnes fideles obſervare ex apprehenſione, quod ad id teneantur, ut dicit etiam Filiucius *d. tom. 2. tract. 27. cap. 7. n. 16. & eodem tract. p. 6. c. 6. n. 106.* 26

Et ex eo quis Epiſcopi puniunt ejuſmodi transgreſſores peregrinos non obſervantes jejunia, & aliàs conſuetudines loci; & Leſſius *dict. lib 4 de Juſtitia cap. 2. dub. 7 num. 51.* dixit peregrinum teneri ad jejunium & ad miſſam audiendam, ſi integro die in aliquo loco permaneret: ex quo fit ut non teneatur ſi ſolum in aliqua parte diei permaneret tranſiens ex ea ad alium locum, & libenter admitto in obligatione jejunii, non ſic in obligatione audiendi ſacrum, ſi ad locum acceſſerit de mane ſtando ibi uſque ad meridiem, etſi reſpectu alterius laboris illius diei feſti excuſetur peregrinus ille qui ſtando per tempus ita breve, poterit illum diem feſtum non obſervare ex dictis: quod procedit juxta quæ refert Barboſa *in dicto cap. 2. de obſervat jejunii ſub n. 6.* ex Campanillo *ad finem diverſ. Juris Canon. in exhortatione num. 11. verſ. quia in re,* etſi Henriq. *in ſumm. lib. 9. c. 24. n. 5. in fine*, utrumque caſum æquet. 27

Quæ ſententia confirmatur ex ſequentibus, nam quicumque forenſes, & peregrini tenentur obſervare ſolemnitates requiſitas legibus, & conſuetudinibus loci, ſeu oppidi in quo contrahunt ex regula textus *in dicto cap. fin. de foro Comp leg. ſi fundus 6. ff. de eviction.* ibi *ſi fundus venerit ex conſuetudine ejus regionis, in qua negotium geſtum eſt pro evictione caveri oportet*: & hinc fieri contractum abſolutè initum cenſeri celebratum juxta conſuetudines, & ſtatuta loci in quo initur *leg. quod ſi nolit §. quia aſſidua, ff. de edilitio edicto.* † Item quòd forenſes contrahentes in loco hoſpitii, teneantur ad gabellas illius, quia ſunt onus conſequentium contractus; & ſic forenſes vendentes triticum Caſtella, tenentur ſervare pragmaticam illius, tum quia pretium pars contractus eſt, tum etiam quia quilibet tenetur pretium juſtum loci 28 29

veoditio

30 venditionis ſervare. † Item quoties legis
tranſgreſſio cedit in damnum illius oppidi, ve-
luti ſi eſt lex prohibens aliquid extrahi ea il-
lo oppido, & ne forenſes ibi commorentur, niſi
tot diebus in bonum illius oppidi, quos, &
alios caſus etiam ſtando in ſecunda jam relata
ſententia, probat, & excipit Sanchez omninò
videndus *d. lib. 13. de matrim. diſp. 18. n. 10. 12. 13.
& 14.* quemlibet multis comprobans, quos
etiam excipit ex eodem Sanchez Diana *diſt p. 1.
tract. 10 reſ. 15. in fine*, dum prædictam ſecun
dam ſententiam ſequitur cum his prædictis li-
mitationibus, quæ potius deſerviunt, vel pro
prima ſententia, & melius pro noſtra nuper ad-
ducta cum prædicta diſtinctione.

31 Ex quibus jam utrinque relatis facilis eſt re-
reſponſio ad fundamenta cujuſque ſententiæ pu-
gnantis adversùs diſtinctionem, quam admit-
timus, quâ ſuppoſitâ; Primo repellimus ſenten-
tiam Joſeph. Angles *in. 4 quæſt. 4. de jejunio ante
dub. 1. difficult. 2.* Sanchez *de matrimonio dicta
diſp. 18. lib. 3. de matrim. num* 8. & aliorum, quos
refert Fagundez *de præceptis Eccleſiæ tractat. 1.
lib. 1. cap. 8. num. 1.* dicentium tunc peregrinos
quando ſedem figunt animo ibi permanendi per-
petuò. Secundo repellimus dictum *in ſelectis
diſp. 14. n. 35.* quem ſequitur Diana *dict p. 1.
tract. 9. diſ 2.* 10 fine adverſus Sanchez in *ſumma
tom. 1 lib. 1. num.* 42 quod accidens ad aliquod
oppidum animo ibi habitandi ſi poſtea decer-
nant ſed brevi diſceſſurum lege jejunii illius loci
non tenetur.

32 Ad ſecundam quæſtionis partem quid dicen-
dum de legibus communibus, ſi hæ alicubi de-
ſuetudine ſint abrogatæ. ut v g. Mediolani, ut
fertur, licet ex conſuetudine veſci carnibus qua-
tuor primis diebus quadrageſimæ, quod jure
communi prohibitum eſt, & licet ad hanc dif-
ficultatem poſſimus reſpondere cum diſtinctio-
nibus, & juxta communes ſententias adductas
latè ſub toto verſ. *ad primam*: tamen quia ibi
diximus de peregrinis accedentibus ad oppida,
ubi leges, ſeu conſuetudines obſervantur, quæ
non utique ſunt impoſitæ, aut introductæ in
patria ſua; ideo hæc difficultas petit ſpecialem
cognitionem: & ſic cum hic loquamur de jure
communi, dubium eſt an obliget forenſes, ac
peregrinos quocumque inveniantur, etſi forte
in loco, ubi deſuetudine eſt abrogatum, ut in
caſu propoſito, & videtur dicendum, ut peregri-
ni, atque forenſes tranſeant, ac peregrinentur
cum obligatione obſervandi jus commune,
quod in patria ſua obſervantur, eo quod ſic pere-
grini dicantur habiti ut Incolæ ſuæ patriæ, ubi
jus commune obſervatur; & ſic in terminis am-
plectitur Medina *t. 2. quæſt. 96. art. 5. ad finem,
dubio pen.* qui dum dicit peregrinos non teneri
legibus civitatis, ad quam declinant, teneri ta-
men legibus communibus. Et eſt ratio, quia jus
commune omnes, & univerſos ex ſua natura
obligat, omneſque illi ſubduntur; etſi alicubi
ratione oppoſitæ conſuetudinis non obliget,
33 quia id erit tantùm locale. † Et ſic è contra fie-
ri, ut ſi Caſtellanus tranſeat per luſitaniam, ubi
inteſtina non eduntur die ſabbati, ſic nequeat il-
la edere, quemadmodum luſitani, quia id eſt
jus commune Regni Luſitaniæ; etſi conſuetudine
communi Caſtellæ in Sabbato comedantur: ita
docent Henriquez *lib. 2 de ſacrificio miſſæ cap. 25.
num. 2. fin. in comment. littera S.* & Fr. Emanuel.
ſuper Bulla cruciata §. 1. num. ad finem, & facit
quod jam adduxi ex Baſilio Pontio *lib. 5. de
matrim. cap. 8. num. 2.* de his, qui per Hiſpaniam
iter faciunt, qui poſſunt veſci inteſtinis die Sab-
bati, quamvis ex loco oriundi ſint, in quibus
non eduntur ea die, exemplificans etiam in lacti-
ciniis ut refert Barboſa *in d. c. 2. de obſervat jejun.
ſub. num. 6.*

Sanchez verò *de matrim. lib. 3. dict. diſp. 18.* 34
ſub num. 7. in verſ. *verum* ait ut quamvis negari
non poſſit in his præceptis juris communis, ma-
jorem latere difficultatem, Doctoreſque loquan-
tur de ſolis ſtatutis, ac conſuetudinibus ſpecia-
libus oppidi, idem eſſe credendum de præceptis
juris communis, quia ea non obligant ex præ-
ſcripta conſuetudine Incolas illius oppidi, cujus
hic peregrinus civis eſt; & licet videatur privi-
legium locale, ſoloque cohærens eſſe utique ta-
les in hoc ſenſu; ut eo gaudeant, non tantùm
ibi quoquomodo exiſtentes, ſed etiam qui in
jure habentur pro præſentibus ibique exiſtenti-
bus quales ſunt qui brevi tempore abſunt, ci-
toque reverſuri, eo quod illic domicilium ha-
beant. † Et ob id approbat Palac. *in 4 diſt. 15.* 35
diſp. 8. poſt. 6. concluſ. fol. 226. verſ. *at verò* cum
dixit Caſtellanum per Luſitaniam tranſeun-
tem poſſe more ſuæ patriæ veſci inteſtinis die
ſabbati, quæ in Luſitania non permittuntur, &
etiam refert ex Petro Ledeſma *de matrim. q. 45.
art 5. punct. 3. dub. ultimo fol.* 197. §. ſecundo ar-
guitur *& §. quibus poſitis* loquente de præcepto
juris communis, ut non contrahendi clandeſti-
nè de non edendis inteſtinis in die veneris, ſeu
Sabbati, quod exiſtens etiam per modum tran-
ſitûs in oppido, ubi hæc non obſervantur, non
teneatur obſervare, & explicat Medinam ut lo-
quatur non de peregrinis, ſed de advenis, quo-
rum eſt ratio diverſa. † Ego inquam exiſtimo ex 36
jam adductis pro noſtra ſententia, ut ſic tran-
ſiens teneatur facere, ſi Caſtellanus eſt, quod
faciunt Luſitani ex generali conſuetudine in
ſuo Regno, & ſi Luſitanus eſt tranſiens per Ca-
ſtellam, quod faciunt Caſtellani, juxta diſtin-
ctionem, qua ſupra compoſitæ ſunt opinio-
nes contrariæ, & quæ dico in verſ. *ad tertiam
ſtatim ſeq.*

Ad tertiam quæſtionis partem an peregrini, 37
dum abſunt à patria per modum tranſitûs, te-
neantur obſervare leges ſui proprii domicilii,
ſi in eo loco in quo reperiuntur non obligent;
& licet hæc difficultas ſit diſſimilis à proximè
præcedenti in ſuo caſu propoſito de legibus,
nempe juris communis per deſuetudinem, non
obſervatis in loco tranſitûs hîc autem fiat in-
quiſitio de peregrino tranſeunte, in cujus patria
ſunt leges ſpeciales, quæ in loco tranſitus poſitæ
non ſunt: tamen multum pendet à reſolutione 38
præcedenti. † Etenim qui docent ut ſic tran-
ſiens teneantur adhuc obſervare leges ſui domi-
cilii, fundantur primo quia quiſque obligatur
patriæ ſub legibus, quandiu patriam non deſer-
vit; & quia ſic peregrini adhuc patriæ cives
ſunt, in eaque eſſe dicuntur: arg textus *in l.
quæſitum 76. §. 1. ff de leg. 3.* ibi *legatis quæ in
fundo ſunt, accedunt etiam quæ tunc non ſunt, ſi eſſe
ſolebas* ubi Bart. ait quæ caſu abſunt ab eſſe
non dicantur † ſecundo quia alias hi exempti 39
eſſent ab omni lege, non enim tenerentur ad le-
ges loci, per quem tranſeunt, multi jam ad-
ducti ſentiunt, quos refert Sanchez *dict. diſp. 18.*

de matrim lib. 3. *num* 6. nec ad leges Domicilii,
40 ſi oppoſitam amplectamur ſententiam. † Tan-
dem qui ſentit onus, ſentire debet & commo-
dum, *c. qui ſentit de reg. juris lib* 6. ſed peregrini
ſentiunt commodum, ut non aſtringentur legi
bus oppidi tranſitus; ergo ſentire debent onus,
ut obligentur legibus loci, cujus Incolæ ſunt:
ſic docent Joannes Andreas *addit. ad ſpeculat.
tit. de inſtrument' edit. §. compendioſè num.* 16.
verbo *quæſituum*, Paludan 4. *diſt.* 16 *quæſt.* 4. *art* 3.
num 26. D. Antonin. 2. *part. tit.* 6. *cap* 2. *§* 2. Ro-
ſella verbo *jejunium num.* 16. Sylveſter. *ibi q.* 2.
dict. 2. *fin.* & vocat ſatis probabilem hanc ſen-
tentiam. Sanchez *dict. quæſt.* 18 *num.* 17. quorum
41 aliquos etiam refert Diana *p.* 1. *tract.* 10 *reſ.* 14. †
Diana inquirit de ea quæſtione, an peregrinum te-
neatur ſervare feſta, & jejunia proprii Domici-
lii quæ non ſervantur in loco, in quo reperi-
tur; in quo caſu idem dicunt Leſſius *de juſtitia
lib* 4 *cap* 2. *dub* 8 *n* 60. Revellus *de juſt p.* 1. *lib.* 2.
q. 7. *ſect.* 3 *n.* 16. Sayrus *in clavi Regia lib.* 7. *cap.* 3.
n 12 Rodriguez *in ſumma tom.* 2. *c.* 219. *n* 12 &
uterque Ledeſma relati à Sanchez ut refert
etiam idem Diana.
42 Et hi, & verius etiam in caſu quæſtionis
noſtræ reſpondent ex doctrina textus *in cap* 2.
hoc tit. lib 6. in verſ. *ſtatuto Epiſcopi*, ut quemad-
modum fur delinquens extra territorium non
ligatur ſtatuto proprii Epiſcopi, ſic & peregri-
nus exiens à propria patria, ubi adeſt lex ſeu
conſuetudo ſpecialis obligandi ſubditos, non
obligatur ad legem, ſeu conſuetudinem ſervan-
dam, quia ut ait Pontifex ibi *impune non pare-
tur extra territorium jus* dicenti; ubi gloſſa verbo
impune explicat non parentem extra territo-
rium, pœnam minimè pati (de quo aliqua dixi
ſupra q 8 cum egi de ſtatutis Epiſcoporum) ergo
licitum eſſe dicunt Doctores leges & conſue-
tudines oppidi extra illud ubi eæ non obligant
43 tranſgredi. † Deinde ex doctrina *d c. illa diſt.* 12.
ubi D. Auguſtin. ex doctrina Ambroſii monet
ut unuſquiſque legibus aut conſuetudinibus,
eorum, ad quos divertit ſe conformet, ut docent
Abbas *in cap, à nobis el* 1. *de ſentent. excommunic.
num.* 11. ubi Felinus Suarez *in* 3. *p. D. Thom q.* 74.
art. 4. *diſp.* 44. *ſect.* 3. *§. illud verò* Henriquez *lib* 7.
de indulgent. cap 13. *num* 8. *& lib.* 9 *de miſſa c.* 25.
num. 2. *fin.* Navarr. *in ſumma latin & Hiſp c.* 13.
lat. num. 120 *Hiſp.* 128. Covarr. *in* 4. *variar. c.* 20.
n. 8 *verſ fuit & in d. in fine.* & cum aliis undecim
Thom Sanch. *de matr. d. lib.* 3. *diſp.* 18. *n.* 18 ubi
idem dicendum ait, quamvis illæ leges ſint juris
communis, & obligent in patria peregrinos, non
autem in eo loco, in quo requiruntur, de quo
dixi in verſ. *ad ſecundam*; & confirmatur ex his
quæ adduxi in toto verſ. *ad primam.*
44 Ex quo inſero primò, ut peregrinus non te-
neatur ſervare feſta, & jejunia, quæ non ſervan-
tur in loco in quo repeiuntur, etiamſi ex indu-
ſtria efficeret, ut laboraret in alio loco, vel ibi
non jejunaret, ſed carnes comederet: ſic docent
45 Sanchez *in ſumma tom.* 1 *lib.* 1. *cap* 12 *num.* 35. *&
de matrimonio dict lib.* 3 *diſp.* 18 *num* 29 † Ubi
id probat de fugiente ex propoſito in alium lo-
cum, ubi ſine parrocho, & teſtibus poſſet ma-
trimonium contrahi, quia Tridentinum ibi re-
ceptum non eſt ut docuit ibi latè contra alios;
nam qui jure ſuo utitur, non poteſt dici frau-
dem committere, ut ea ratione effectus matri-
monii contracti impediatur, ex regula *nullius vi-
detur* 55. *paulo poſt. princip.* verſ. *is tamen ff de li-
bere homine exhibendo*, ibi *dolo malo, non videtur
habere qui jure ſuo utitur:* ſic ibi in verſ. *cæterum*,
ubi tradit alia ex Covarr. Soto; & Navarro, &
ut optimè advertit Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2.
cap. 13. *num.* 8 in fine in caſu noſtro non inter-
venit propria fraus, aut dolo, ſed fuga quæ-
dam obligationis præcepti; quæ tamen contra
præceptum non eſt; ita licet per ſe non ſit
bona, non eſt tamen mala, ut docent etiam Fa-
gundez *de præceptis Eccleſ. tractat.* 1. *lib.* 1. *cap* 7.
num. 7. Diana *p.* 1. *tract* 1. *reſ.* 14. ubi refert aliter
Villalobos *in ſumma part.* 1 *tract.* 2. *diſ* 34. *n.* 2.
ubi adducit caſum de Luſitano, qui cum eſt in
Caſtella, poteſt in ſabbato inteſtina comedere,
de quo ſupra, & ante eum cum aliis, præter jam
ſupra relatos adducit Sanchez *d. diſp.* 18. *n.* 19.
Inſero ſecundò quod ille, qui in die feſto pa- 46
triæ, ſe transfert ad alium locum, ubi dies feſtus
non eſt, laborandi cauſâ, non tenetur prius miſ-
ſam audire ſi in ipſo mane diei feſti exit, quia
talis homo, non tenebatur audire ſacrum, niſi
uſque ad meridiem; ergo ſi intra meridiem exeat,
ſacro non audito non peccat: ita docet Sanchez
d. diſp. 18. *n.* 21, ubi reſpondet fundamentis con-
trariæ ſententiæ, quam præter ab eo relatos te-
nuerunt. Sa verbo *feſtum num.* 8. Naldus *in ſum-
ma* verbo *feſtum num* 8. Sayrus *in clavi Regia
lib.* 7. *cap.* 12. Fernandez *in exam. Theolog. mor.
part.* 1. *cap* 7. *§.* 1. *n.* 14. Filiucius *tract* 27. *cap* 7.
num. 111. Suarez. *de relig. tom* 1. *lib.* 2. *c.* 15. *num.
pen.* & contra prædictos, præter relatos à San-
chez tenent ſentiendo cum Sanchez Malderus
part 2. *q.* 96. *art.* 5. Fagundez *de præcept tract.* 1.
lib. 1. *c.* 7. *num.* 13 Diana *dicta p.* 1. *tract.* 10. *reſ.* 14.
ſub. verſ. *ſcio*, ubi dicit cum Sanchez licere, non
ſolùm poſt factum, ut vult Naldus *in ſumm.*
verbo *miſſa num.* 17. & alii, ſed etiam ante fa-
ctum: & hanc vocat probabilem leſſius *lib.* 4.
de juſt. cap. 2 *dub* 8. *n.* 56 † Nec eſt impedimento, 47
quod jam ille, qui pergit ſummò mane ad
alium, ubi feſtus dies non eſt, intraverat cum
obligatione audiendi ſacrum, antequam egre-
deretur de patria; quia reſpondetur ex doctrina
Sanchez illam obligationem audiendi ſacrum,
non obligaſſe perrecturum alibi, uſque ad me-
ridiem, intra quem ſolet in populis ſacrum ce-
lebrari, ſicque proficiſcentem, adhuc fuiſſe in
poſſeſſione ſuæ libertatis dum tamen intra illum
meridiem exiret à confinibus ſui proprii loci,
ubi feſtus celebraretur, ſeu accederet ad locum,
ubi eſſet laboraturus.
Inſero tertio quod ſi quis exit à loco ubi je- 48
junatur, & accedit de nocte ad alium, ubi carnes
eduntur, poſſit ibi carne cœnare: ſic Villalobos,
ubi ſupra *diſ.* 35. *num* 2. latè Sanchez *de matrim.*
qui dicta diſp. 18. *num.* 22. videtur tenere, etiamſi
tota die ille jejunaret, cum poſſit ſe conformare
conſuetudine loci, ad quem pervenit; & facit
doctrina relata ſupra in verſ. *& alii.* † Et è con- 49
tra ſi exit è loco, ubi non jejunatur, carneſque
eduntur, poſſe mane eas edere, quamvis nocte
perventurus ſit ad domicilium, ubi carnibus ab-
ſtinetur, & jejunatur, quia extra Domicilium non
adſtringitur illius legibus: ſic Sanchez *d. diſp.* 18.
n. 23. ex doctrina jam adducta.
Inſero quarto cum Fagundez *de præceptis Ec-* 50
cleſia tract. 1. *lib* 1. *cap* 7. *num.* 8. nempe poſſe ali-
quem laborare diebus feſtis de præcepto Epi-
ſcopi, & jejunia ejus non ſervare intra eandem
Diœceſin

Diœceſim ipſius Epiſcopi, ſi ibi ſit locus exemptus ab illius juriſdictione, cum locus exemptus pro extraneo habeatur, ut aſſerunt Avila *de cenſuris part. 2. c. 3. dub. 5.* Henriquez *lib. 13. cap. 26.*
51 *num.* 1. & alii † dicentes excommunicationem Epiſcopi pro tota dioceſi, non ligare eos ſubditos quo commorantur in loco exempto, circa eandem diœceſim ipſius Epiſcopi qui cenſuram
52 fert. † Et ſic Diana concludit ſe probabiliter olim dixiſſe Panormitanos in diebus feſtivis ab illo Archiepiſcopo indictos poſſe laborare in Eccleſia ſancti Coraldi, quia eſt locus exemptus & ſubjectus Archiepiſcopo montis Regalis.

53 Quinto infert Fagundez ubi ſupra, & Diana cum eo *dict. reſ. 14. in fine tract. 10. part.* 1. quod ſi feſtum, vel jejunium ſervetur in patria, & in loco, per quem tranſit ex præcepto Epiſcopi utriuſque Diœceſis, tunc videatur peregrinus ad neutrum teneri, & obligari, quia peregrini non ſunt ſubditi Epiſcopi illius loci, ut eos obligare poſſit ſuo præcepto: & quia non tenentur abſentes ad leges patriæ, qui ut refert Diana hanc ſententiam putat probabilem, etiam quo ad caſus reſervatos, ſi tamen ipſe Fagundez contrariam ut probabiliorem confirmat, quam ego ſequor ex jam dictis, quia eſto peregrinus non teneatur ad feſtum, vel jejunium ratione legis ſuæ patriæ à qua eſt abſens, tenetur verò adimplere cum lege, aut conſuetudine loci, ubi peregrinando acceſſit.

54 Dubium tamen eſt an poſſit jentaculum ſumere illic, qui exiens à loco, jejunatur, perventurus eſt ad locum, ubi veſcuntur carnibus aliqui negant quia nondum extat cauſa excuſans, & poteſt mutatâ ſententiâ non proficiſci; & quod proinde cauſa non extabit. Verum Sanchez *d. diſp. 12. ſub num.* 22. putat probabilius poſſe, quando moraliter eſt certus de profectione, & acceſſu illa die ad locum, ubi jejunium non obligat: ſed quod nullo modo poſſit carnibus veſci, donec eo perveniat, & ponit diſcriminibus rationem, quia obligatio abſtinendi à carnibus eſt divina, & ſic toties illa utens in die vetito diſtinguat lethaliter quoties utitur. Unde infert ut dici poſſit illud præceptum pro parte obligare, pro parte non habito reſpectu ad mutationem locorum.

55 Nec obſtare ait cauſam nondum adeſſe, quia reſpondet ſatis eſſe cauſæ futuræ moralem certitudinem, ſicut iturus ad exercendum opus ſervi, poteſt antequam adeat cibos ſumere, non obſtante jejunii præcepto, quamvis cauſa nondum exiet, impedirique poſſit: ſic Thomas
56 Sanch. videndis etiam *d. diſp. 18. n. 29.* † dum agit de ea ſimili quæſtione, an Græcus poſſit celebrare in Eccleſia Latina in pane fermentato, vel Latinus in Græca in pane azymo: & quid ſi inter Latinos inveniatur Eccleſia Græca vel inter Græcos, Latina, & in primo caſu poſſit utcumque voluerit celebrare, in ſecundo debeat peregrinus ſi eſt templum ſibi aptum celebrare ſecundùm morem ſuæ patriæ, de quo late Suares *in 3. p. q. 74. art. 4. dicta diſp. 33. ſect. 3. §. illud verò:* alios caſus circa matrimonium contrahendum ponit, & reſolvit idem Sanchez *dict. diſput. 18. à n. 25. & n. 27.* ex pluribus Doctoribus agens.

57 Ad quartam quæſtionis partem quæ mora in loco hoſpitii reddat peregrinum obnoxium legibus, & conſuetudinibus illius: hanc quæſtionem tractat Sanchez *de matrimonio lib. 3. dict. diſp. 18. num 8. & 9.* ubi etſi aliqui per gloſſam *in dicto c. quæ contra diſt. 8. verbo aut peregrini* id reſolvant ab animo volentis perpetuò habitare: & ſic ſolùm perpetuò habitantes, & non ſcholares obligari legibus civitatis, in qua ſunt, niſi velint ibi habitare, ut tenuit Turrecremata cum Hugone *in cap. quo jure diſt. 8. art. 4. num. 8. §. dignitate*; & ſic viſos tenere, refert Sanchez, Metinam, Ledeſmam, Angl. Palud. Roſell. Sylveſtrum, & Palacios, quorum ſententiam ipſe *num.* 9. improbat, dicens valde rationi diſſonum eſſe ſcholares, qui triennio in loco ſtudii ſolent habitare non teneri illius legibus, & conſuetudinibus. Et ita Dominicum jure optimo *in dicto cap. quæ contra diſt.* 8. verſ. *cogitare tamen in eo,* & Fidelinum *in cap. quod Clerici* ſtatim in principio *de foro comp.* reprobare gloſſam allegatam comparantem peregrinis ſcholares, quia ut inquiunt, quamvis minimè ſcholares domicilium acquirant juxta ea, quæ longè dixi *in diſt. cap. quod Clerici q. 2. & in cap. ſi à eodem à quæſtione* 1. defectu animi perpetuò habitandi ſortiuntur: tamen forum ex qua ſola cauſa ait Sanchez ſufficere ut aliquis teneatur legibus & conſuetudinibus alicujus oppidi.

Unde licet ipſe expeſcat ut peregrinus ad contrahendum quaſi Domicilium, ratione cujus teneatur, ſi ſtandi majori parte anni ad legum, & conſuetudinum obſervantiam, ſic cum aliis probans. Tamen ego exiſtimo contra Sanchez hanc difficultatem ex loci ſatis juxta diſtinctionem, quam ſupra elegi, juxta quam explicavi difficultatem poſitam in toto verſ. *ad primam*: nam ſi peregrinus ſiſtit in loco triduo ſive die integra, teneatur ad leges, & conſuetudines loci, ubi tunc ſiſtit, quia aliud tempus eſt ſufficiens ad gaudendum in ſuo, & à fortiori velle videtur Sanchez ex proximè ejus adducta doctrina; non ſi ſi tantùm ſiſteret ut pranderet, aut dormiret. Et hoc idem reprobatâ prædictâ gloſſâ, videtur ſentire cum Felino, Barboſa *in dicto cap. quæ contra diſt* 8. in gloſſa *aut peregrini*, ubi etiam improbat aliquos volentes eam gloſſam intelligere de advenis, de quibus, dico in verſ. *ſtatim* ſequenti. 58

Ad quintam quæſtionis partem an advenæ, 59
ſeu vagi teneantur obſervare leges locorum, in quibus reperiuntur; igitur ſunt multi exiſtimantes ut quemadmodum peregrini non teneantur legibus, & conſuetudinibus loci, niſi habeant animum perpetuò habitandi ex dicta gloſſa *aut peregrini dict. c. quæ contra mores diſt* 8 ſecundùm quam docent Ledeſma 24. q. 17. *art.* 1. *fol* 204. *col.* 1. *§. tertio dico*, Angles *in floribus Theologicis part* 1. *quæſt* 4. *de jejunio ante dub.* 1 *diſ* 2 *fol* 386. Azor. *in tit mor part.* 2. *lib* 1. *cap.* 26 *quæſt.* 9 & alii relati à Sanchez *dicto lib. 3. de matrimonio diſp.* 18. *num.* 8 vel ſecundùm alios Doctores jam ſupra adductos, quos ſequitur idem Sanchez *num.* 9. ſi habitaturi ſint majores parte anni † ita ſimiliter non aliter obligari advenas le- 60
gibus locorum, in quibus morantur, docent in terminis Comitol. *reſponſ. moral. quæſt.* 57. *n.* 2. Suarez *tom* 1. *de relig. lib.* 2. *cap.* 24 *num.* 2. quibus addo Gregorium Sayrum *in clavi Regia lib* 3. *c.* 4 *num.* 8. Leonardum Leſſium *lib.* 4. *de juſtitia cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 49. Ubi ait (hæc ſententia eſt probabilis non ſolùm de peregrinis, qui alibi fixum domicilium habeant, ſed etiam de vagis, qui nunquam firmam ſedem obtinent) intelligi poſſe,

poſſe, nam eadem ratio in illis locum ha-
bet, nimirum quia non ſunt Incolæ, aut inha-
bitantes.
61 Imo Doctores generaliter loqui dicit Diana
part 1. *tract*, 10. *reſ.* 16. nec diſtinguere hoc loco
inter peregrinos, & vagos, ſed velle omnes alie-
nigenas, qui veniunt animo non manendi non
teneri: ſic ex Paludan, Antonio, Sylveſtro, &
62 Medina. † Nec obſtare ait quod poſſint percipe-
re ſacramenta, ubicumque inveniantur, quia il-
lud eſt privilegium, non obligatio, ad nullam,
enim in particulari aſtringuntur parrochiam,
niſi per majorem partem anni aliquo loco con-
ſiſtere decreverint, nec abſurdum videri debere
ait eum, qui nunquam ſiſtit nullis particula-
rium ſtatutis locorum teneri, ut tradit Leſſius,
& poſt illum Joannes Santius *in ſelectis diſp.* 54.
num 34. Paul Layman. *in Theologia moral, tract.*
4 *cap.* 12. *num.* 6. ob id ait Diana ſatis apparere
hanc opinionem probabilem, & iterum agens
in puncto jejunii, & obſervationis diei feſti, re-
fert Diana ex Leſſio, & Santio ſupra, *& ex clavi
Regia lib.* 3. *cap.* 4. *num* 8. *dict. part.* 1. *tractat.* 9.
reſ. 2 in verſ. *notandum* admittentes prædictam
ſententiam; non ſolùm in ordine ad viatores, &
advenas, ſed etiam ad vagos, etſi, aliquibus
63 non placeat. † Et idem Diana ibi in verſ. *no-
tandum eſt etiam*, ait quod etſi ſupra dixerit ad-
venas accedentes ad aliquem locum abſque in-
tentione ibi commorandi majori parte anni,
non obligari legibus illius loci: tamen dicit
excipi aliquos caſus, in quibus advenæ tenean-
tur ſervare leges locorum, quod affirmat referri
à Doctoribus, quos ipſe pro ſua opinione citat;
ſed ut jam retuli erunt præcisè caſus, quos jam
retuli in confirmationem ſententiæ, quam elegi
de peregrinis ſub dict. verſ. *ad primam*, præcipuè
in verſ. *ego tamen.*
64 Nihilominus his non obſtantibus, ſi viato-
res, & advenas accipias pro vagi, id eſt, qui
nullam certam ſedem, aut domicilium habent,
ſeu habuerunt, juxta quæ dixi de vagabundis
in dict. cap. 14. *ibi q.* 7. & *in dicto cap. fin de foro
comp. quæſt.* 4. *&* 5. exiſtimo ut non obſtante va-
rietate opinionum, quæ de peregrinis ſupra re-
latæ fuit à principio quæſtionis noſtræ princi-
palis, vagi teneantur ſervare leges, & conſuetu-
dines locorum, & oppidorum, per quæ tran-
ſeunt, quia cum iſti nullum peculiare habeant
domicilium, ſequitur ut illud quoad omnia ac-
quirant; ubicumque reperiuntur, item ex eo,
quia aliàs viderentur exempti ab omnibus ſta-
tutis, conſuetudinibus: ſic Sotus *in* 4. *diſt.* 18.
65 *quæſt.* 4. *art.* 2. verſ. *eſt hîc tamen.* † Sunt ergo
advenæ ut docent Azor. *part.* 2. *lib.* 5. *inſtit moral.*
c. 11 *quæſt.* 13 Suarez *de relig tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 14.
n. 20. Lorca *in p.* 2 *tom.* 2. *tract. de legibus diſp.* 25.
membro 4 in fine Hurtad. *de cenſuris, diſ.* 9. cum
nullibi habeant domicilium totius orbis accolæ;
& ob teneri ad jejunia, & feſta, aliaſque leges, &
conſuetudines locorum, in quibus reperiuntur,
alioquin immunes eſſe ab omnibus legibus, &
ſtatutis, quod dicere abſurdum eſſe refert ex
prædictis Diana *dict. part.* 1. *tract.* 9. *reſ.* 2. ſub
66 dicto verſ. *notandum verò.* † Et his omnibus ad-
do Fagundez *de præcept Eccleſ. tract.* 1. *lib.* 1. *c.* 8.
num. 4. Filiucium *tom.* 2. *tract.* 27. *c.* 7. *num.* 105.
Reginaldum *in praxi tom.* 1. *lib* 13. *c* 17. *n* 172.
Gaſpar Hurtado *de excommun. diſp.* 12. *difficult.* 2.
Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 2. *dubit.* 33. *n.* 1.

cujus verba refert Diana *dict. part.* 1. *tractat.* 10.
reſ. 16. ſic tenentes ex eadem ratione; quod vi-
detur tenere idem Barboſa cum Sanchez *in præ-
cepta decalog. tom.* 1. *lib.* 12. *ex num.* 19.
Henriquez, Deciano, Navarro, Bartolo, & alia
in dict. c. quæ contra mores diſt 8. in fine, qui dum
Suarez, & Comitolus jam relati viſi ſunt ex
gloſſa ibi innuere, ut advenæ non obligentur
legibus loci in quo morantur, ipſe Barboſa cum
præcitatis poſtquam de peregrinis viſus ſit ibi
ſentire, ut deſideretur in eis habitatio, ſaltem
majoris partis anni, ut illi legibus obligentur
locorum in advenis cum relatis Doctoribus,
contrarium verius eſſe ait.
Et præterquam quòd pro hac ſententia fa- 67
ciunt fundamenta textus in *dict. c. illa diſt.* 12. &
aliorum jurium, quæ retuli ſupra ſub dicto verſ.
ad primam, dum illis probatur peregrinos tri-
duo commorantes, & minus in aliquo loco, te-
neri legibus loci tranſitûs, etiam quòd domici-
lium alibi habent; ergo evenit, ut fortius dica-
mus hoc procedere in Vagis, Viatoribus, ſeu
Advenis nullam ſedem, ac domicilium habenti-
bus. † Et confirmo hoc ex doctrina Sanchez, 68
qui poſtquam acerrimè defendit *d. lib.* 3. *de ma-
trim. diſp.* 18. requiri ad hoc, ut peregrini legi-
bus, & conſuetudinibus oppidorum, per quæ
tranſeunt, teneantur, quod ſaltem habeant ani-
mum commorandi ibi majori parte anni: hoc ni-
hilominus ſequuto in puncto quæſtionis, poſt
quatuor limitationes, quas ibi ſcribit, quas jam
ego retuli ſupra ad fundandam in illo caſu noſ-
tram opinionem ibi *num.* 15. excipit ab illa ſua
ſententia vagos, ex jam adducta ratione, diſtin-
guendo illos à peregrinis: ergo ſi tantus Do-
ctor ſiſtens in contrarias ſententia, reſpectu pe-
regrinorum, quem nos non amplectimur, illam li-
mitavit in vagis; quid mirum ut hic abſolutè
teneamus vagos illico, ut inveniuntur tranſeun-
tes per loca, teneri ad obſervantiam legum, &
conſuetudinum oppidorum, per quæ tranſeunt:
ex quibus poteris reſpondere ad plures alios ca-
ſus, qui ſe ſe offerre poſſint de peregriois, adve-
nis, viatoribus; & vagis.
Ad quæſtionem aliam dico quæſtione ſequen- 69
ti in verſ. *ad ſecundam*, quæ his conſimilis eſt. † 70
Et an Judæi commorantes in aliqua civitate te-
neantur legibus, & conſuetudinibus illius, in-
fra dico *ſub c.* 1. ubi ago de quæſtione, an Judæi
legibus Romanorum ſint aſtricti & ad alias
quæſtiones, an lex Eccleſiaſtica dirimens ma-
trimonium, non publicata aut ignota Indis,
Chinenſibus, & Japonis noviter ad fidem con-
verſis, aut Mengrelenſibus ex Greorgianis ſchi-
ſmaticis aut aliis hæreticis habeat vim irritandi?
An Græcus poſſit tranſire ad ritum latinum, aut
obſervare ea quæ ſunt juxta ritum latinum, vel è
contra de Latino. Berricellus noviſſimè cum
Suarez, Salas, & aliis *de legibus, in tract. de miſ-
ſionib. Apoſtol. tract.* 3. *de legibus q.* 79. 80. 81. ubi
q. 82. *&* 83. agit de illis an liceitè Conſtantino-
politanæ mulieres Latinæ, nuptæ Græcis viris
comedant cardes die ſabbati atque obſervent ri-
tus græcos, & an Græci aliique ſubditi Patriar-
chalium Eccleſiarum Orientis teneantur ad ob-
ſervandas conſtitutiones Conc. Trid. aliaſque
noviter editas, ſi de ipſis nominatim non diſpo-
nant, & ibi *q.* 48. agit de illa cum Barboſa, Ana-
ſtaſio Germonio Jacob. Azorio & aliis, an ſub-
diti minorum Patriarcharum Orientis & Maro-
nitorum

nitarum, Armanorum, Çaldcorum, Aſſyriorum, Georgianorum ſeu Iberorum & Æthyopum ligentur novis pontificiis conſtitutionibus, latis pro tota Eccleſia. Et *quæſt.* 85. ubi, an conſtitutionis *ad evitenda*, de vitandis percuſſoribus Clericorum publicis & excommunicatis denunciatis extendatur ad Græcos, id ee, an Græcus teneatur evitare Græcum non denunciatum; *&* q. 89. an Patriarchæ Orientales habeant auctoritatem diſpenſandi in legibus univerſalibus Pontificum aut Conciliorum generalium: & q. 88. an fideles habitantes in terris quas Turcæ aliique infideles Principes tyrannice & ſine legitimo titulo poſſident, teneantur in conſcientia eorum legibus, præceptis ac ſententiis obedire: & num ſint propriè Tyranni quando à longo tempore terras fidelium poſſident ibiq. 19. *&* q. 20. an Fideles exiſtentes aut tranſeuntes per loca Principum Infidelium teneantur ad ſolvenda tributa, aliàs juſta?

QUÆSTIO XV.

Lex prohibens, ſi utatur verbo *non poſſit*, an obliget & an Prælatus, qui per aliquod tempus exercet munus gubernationis teneatur ſervare jejunia, vel dies feſtos illius loci: & an conſtitutus in ætate anni 8. teneatur leges ſervare: & an ſenes legibus teneantur: & ubi de lege veteri de abrogatione legis, deceſſatione, irritatione, diſpenſatione legum tractetur; item ubi de ſtatutis, num omnes legibus teneantur etiam Papa, ac Princeps, quando, & quo modo legis obſervantia obliget ſub peccato, & item multa de lege pœnali; & quod Clerici legibus civilibus teneantur, vel non, aſſigno cum habeant ſub rubro textus, ubi tractari valeant, non ſic jam tractatæ quæſtiones ſub hac Rubrica.

SUMMARIUM.

1 *Verbum* non poſſit *in lege prohibente poſitum, reddit actum invalidum, quia verbum* poteſt *negativè poſitum importat neceſſitatem, & actum contra geſtum reddit omnino nullum* num. 2. *ubi quòd inducit ſolemnitatem.*

3 *Verbum* poteſt *ſecundùm alios, cui additur negatione, ſolùm inducit neceſſitatem obligationis, non impotentiæ ad appoſitum actum. Hæc pars verior videtur* à n. 5. *&* n. 9.

4 *Facta contra bonos mores, nec facere nos credendum eſt.*

5 *Advena apud Indos nequeunt, & Agaſonibus probibetur emere Barraſauri, & argentei.*

6 *Negatio antecedenter poſita verbo* poteſt, *quid operetur.*

Verbum non poteſt *frequenter uſurpatur, etiam in rebus moralibus pro impotentia faciendi licitè, etiamſi ſit potentia valida, ubi exemplificatur* d. n. 6.

7 *Baptizatus nondum, nequit in Baptiſmate ſuſcipere in filiolum* 3. *aliqui tamen, ut non confirmatus ſuſcipiens, contrahat cognationem.*

7 *Abſolutio à ſacerdote facta, non ſatisfacta parte, juxta Bullam Cruciatæ valet.*

9 *Prælatus, & quilibet Magiſtratus, etſi ſecundùm aliquos, non teneantur ſervare leges, & conſuetudines loci, ubi exercens, cum animum habeant redeundi, ut* n. 10. 11. *verius, ut teneantur illico, ut alii cives,* à num. 12. 13. 14. 15.

12 *Præfectis, & officiales debent ſe ſubditis conformare, ſi velint hos obſervatores legum.*

13 *Capita debent ſe membris conformare.*

15 *Milites exiſtentes in propugnaculis, & præſidiis tenentur ad feſta, & jejunia, & ad alias leges ſicut Peregrini.*

16 *Pueri, & fœminæ ſecundùm aliquos, niſi proximi pubertati, legibus ſtatutis, & conſuetudinibus non tenentur* n. 17. 18. *verius tamen eſt, ut à ſeptennio, in quo judicantur rationis expertes teneri, ut à* n. 19.

20 *Infantes ob eorum ſtultitiam non computabantur in populum, nec legibus obligabantur ſatisfacis contrariis* n. 21. *&* 22.

23 *Senes poſſunt ex Concilio Toletano veſci carnibus in Quadrageſima, & liberantur ab obligatione legis, ſi ſint decrepiti, & ratione Carentes, non aliàs, ut* n. 26.

25 *Tempus quantumcumque longævum, non eſt modus tollendæ obligationis.*

AD primam quæſtionis partem, non parum laborant Doctores, ut reſpondeant, cum multi exiſtimant verbum *non poſſit* in lege prohibente poſitum ſic neceſſitatem importare, ut non ſolùm reddat actum illicitum ſed etiam invalidum, ut Doctores communiter docent ex regula textus *in c.* 1. *de Reg. juris lib.* 6. ubi Barboſa *num.* 7. probat, cum Aviles, Lanceloto, Gallia, Molina *de primogenitis*, Fuſco, Bernardo Diez, Tiraquello, Covarr. Hyppolito, Azevedo, Gutierrez, Caldas Pereira, Sanchez Zenedo, Franciſco Molino, & Rota verbum *poteſt* negativè poſitum neceſſitatem importare; ſic etiam ipſe Barboſa cum pluribus *tract. de dictionibus uſufrequent. diſt.* 267. *n.* 3. quibus addo Gomez *in c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. *§. ſtatuta num.* 24. Zevallos *in pract. q.* 404. *num.* 5. Sanchez præter ſupra relatum *de matrim. lib.* 6. *diſput.* 38. *num.* 20. etiam *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *num.* 38. Caſtr. Palaui *tom.* 4. *tract.* 10. *num.* 2. & alios dicentes verbum *non poteſt* negativè poſitum importare neceſſitatem, & actum contra geſtum omnino reddere nullum. † Unde Rebellus *de inſtit. obligationibus lib.* 2
1. *q.* 6. *num.* 42. ait ſic generaliter negatio præpoſita verbo *poteſt*, reddit ipſo jure actum inutilem, ſi fiat in contrarium; & ideo inducit, ſive ſolemnitatem formalem, ſic cum Tiraquello *de leg. connub. gloſſa* 4. & videtur comprobari ex §. 1. *inſtit. quibus alien. licet, vel non*, qui prohibet alienan dotem invitâ muliere à marito, utendo verbo *non poſſe*, *&c.* ex *l. juſjurandum §.* 1. *ff. de jurejurando & l. ſi juratorem* 3. *C. de in integrum reſtit.* ubi gloſſa verbo *non oportet*, quibus cavetur minorem impuberem non poſſe contrahere, vel etiam puberem,

berem, ſi habeant curatorem, & ex aliis fundamentis.

3 Alii inquam Doctores contrariam ſententiam amplectuntur, fundati in gloſſa *dict. cap. 1. de reg. jur.* quæ ſolùm dicit negationem additam verbo *poteſt* inducere neceſſitatem obligationis; non tamen inde fieri ut inducat neceſſitatem impotentiæ ad oppoſitum actum, quoad valorem ejus; unde cum in illo capite additur *non poteſt licitè* adnotari, quod illud verbum *licitè* ſuperabundet, quia idem dictum fuerat per verbum *non poteſt*: nam id poſſumus, quod jure

4 poſſumus. † Quia quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos credendum ſit, ut dicitur *in l. filius ff. de condit. inſtitut.* & ſic Suarez *de legibus lib. 5. c. 31. n. 14* Merolla *tom. 2. diſp. 4. c. 5. n. 178.* & alii exiſtimant doctrinam ſuperius poſitam de verbo *non poteſt*, vel *non poſſit*, non eſſe infallibilem, nec ſufficientem, ſi præcisè, & nuda ſpectetur, quia eſt verbum ambiguum.

5 Unde ego quia video multùm facere contra relata *num. 1. textus in l. obligari in principio. ff. de authoritate tutor.* ubi cum dicit obligari ex omni contractu ſine tutoris authoritate pupillum non poſſe, nihilominus dubium non ſit, ut pupillus ſine ea contrahens naturaliter, ſaltem obligetur, ut *in l. 1. in fine ff. de novation.* ubi id gloſſa notavit, & eſt Doctorum placitum quare acerrimè Granadus *part. 2. D. Thomæ controv. 7. tract. 3. p. 1. diſp. 10. n. 18.* contrariam ſententiam defendit adducens in comprobationem prohibitionem *leg. 6. tit. 8. lib. 5. recopilat.* ubi loquens *de los hijos Baſtardos*, dicit *no puedan heredar*, & *lex. 56. tit. 5. lib. 2. recopil.* quæ loquens, ut judices nequeant munera accipere per verba illa *no puedan recivir*, nihilominus verbum *non poteſt*, non ſignificare nullitatem actus, probans ex textu *in l. ſi quis de eo qui cognov. conſang. uxoris ſuæ. & l. 12. tit. 18. lib. 5. recopil.* dum dicit de campſoribus *no puedan negociar por ſi ni por tercera perſona*, & *ex l. 5. titul. 18. lib. 6. recop.* quæ prohibet advenis negociationem apud Indos, & Agaſonibus emere *Barra*, quas vocant auri, & argentei, addito verbo *non poſſint*, & tamen à nemine dici prædicta eſſe nulla: & ſic exiſtimo in hoc puncto eſſe procedendum cum diſtinctione, & juxta materiam ſubjectam.

6 Sunt ergo alia legis verba expendenda, ut inde præcipi poſſit, an negatio poſito antecedenter verbo *poteſt* inducat actus nullitatem; etenim ut eleganter expendit Arriaga *in curſu Theolog. ſect. 6. num. 68. tom. 4. diſput. 23.* Cujus verba refert Diana *part. 10 tractat. 12. miſcel. 2.* verbum *non poteſt* ſæpiſſimè, & frequentiſſimè uſurpatur etiam in rebus moralibus pro impotentia faciendi licitè, etiam ſi ſit potentia validè, ut paſſim dici ſolet non poſſum exire è collegio, non poſſum celebrare ſine paramentis, ſine patena, ſine calice, id eſt, licitè, ſed non invalidè, alia addens pro exemplo, & comprobat Diana cum Paludano; Avilo, Sanchez, Roſella, Sylveſtro, Soto, Navarro, Quintana Duennas, Leandro, Henriquez, Rodriguez, Hurtado,

7 Lezana, & aliis. † Nam etſi *in cap. in baptiſmate de conſecratione diſt. 5.* caveatur, ut non poſſit ſuſcipere in filiolum, qui non eſt baptizatus, ſeu confirmatus; nihilominus aſſerunt aliqui Patrinum non confirmatum contrahere cognatio-

8 nem. † Item de ſacerdote, qui non poteſt abſolvere, niſi ſatisfacta parte, quia etſi ſecundùm Sylveſtrum verbo *excommunicatio 11. q. 5. n. 6.* abſolutio ſit nulla, non ſatisfacta parte; nihilominus ſunt alii Doctores aſſerentes in tali caſu valere abſolutionem factam, virtute *Bullæ Cruciatæ*, etiam non præmiſſa ſatisfactione in caſu, quo commodè fieri poſſit, Sanchez *de matrim. lib. 3. diſp. 33. concl. 2. n. 3.* cum Rodriguez, & Henriquez, Hurtadus *de excommun. diſp. 14. diſ. 5.* Lezana *in quæſtionibus regular. tom. 3.* verbo *Bulla cruciata, n. 32* Ludovicus de la Cruz *in Bulla cruciata diſp. 1. c. 4. dub. 9. n. 9.* Fart. *in Bulla cruc. part. 2. tract. 6. c. ſect. 7. num. 64* Avilla *de cenſ. p. 2. c. 7. diſ. 3. dubio 9. concl. 2* † Et ſic Diana ſupra *dict.* 9
difficult. 7. in fine ex Quintana, Duennas *tract. 2. ſingul. 7. num. 4.* qui nominatim contra Sanchez impugnat verbo *non poteſt* nullitatem inducere, & Averſam *de ſacram. confirmat. quæſt. 72. ſect. 5.* ait ex omnibus dictis, & aliis, quæ ipſe refert apparere regulam illam, nempe legem prohibentem, ſi utatur verbo *non poſſint* annullare actum, non eſſe regulariter admittendam ſic abſolutè, & ſimpliciter intellectam, quia ut jam eſt dictum, hoc deſumitur, tum ex verbis legis prohibitivæ, & ex materia, quam prohibet.

Ad ſecundam quæſtionis partem, ut facilius 10
reſpondeas præmittes dicta ſupra quæſt. præced. quando peregrini, & advenæ teneantur legibus oppidorum, per quæ tranſeunt, aut commorantur: quare nunc brevi explanabo duas contrarias opiniones noviſſimas, prima Bernardi Barilis *tract. de lege municipali in advenas diſquiſit. 1. §. 4. n. 37.* aſſerentis cum Baldo *1. p. conſ 393.* incipient. *punctus talis n. 2. & p. 5. conſ. 156.* Bart. *in l. Cornelia lex § domum, ff. de injuriis, & famoſis libellis,* Farin. *in fragment. crim. p. 1 n. 215. lit. D. & praxis nova Epiſcop. n. 222.* Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. c. 151. n. 4. & 5.* Barboſa *de officio Epiſcopi allegat. 4. n. 29.* quod ſcholares, & Provinciarum gubernatores, oppidorum prætores, & præfecti, Caſtellani famuli ad tempus ſervientes, & ſimiles, qui ſemper cogitant de redeundo ad patriam, non ligentur legibus, & conſuetudinibus ejus loci, ubi temporaneam habitationem habent, quia non ſimplex habitatio, & bonorum emptio ſed habitatio ſimul cum animo permanendi perpetuò domicilium, & incollatum facit, ſic probantis *ex l libertus § 5. ſola ratio poſſeſſionis, & §. 13. ſola domus, ff. ad municipal*, & ibi Bart. *l. cum neque C eodem* fusè Craveta *conſ. 201. num. 10.* † Et ſic 11
infert Barilis plura ſcribens, & poſt illum Paſqualigus *in praxi de jejunio deciſ. 190 & 198* advenas, peregrinos, Hoſpites, extraneos, & ſimiles ad quemcumque locum confluentes, & ibidem per multos annos reſidentes, cum animo tamen ad patriam ſuam redeundi minimè ligari legibus, præceptis, & conſuetudinibus illius loci, & ſecluſo ſcandalo, non teneri ad jejunia, abſtinentias, feſta colenda, miſſamque audiendam, nec ad alia, ad quæ, vel vi legis, vel conſuetudinis illius loci aſtringuntur cives, atque omnes ibi perpetuò habitantes domicilium, & hoc ex defectu domicilii, quia per ſolam moram non contrahitur domicilium, licet longa ſit mora; & videtur ſic accipi ex his, quæ latè dixi *in c. quod Clerici 9 de foro comp. q. 2. & in c. fin. eodem à* quæſtione 1. 2. 3. 4. & 5.

Ego verò non difficulter exiſtimo quidquid 12
Diana videatur noviſſimè amplecti *p. 10. tract. 13. miſcel. 13. reſ. 21.* in fine repetens cum Fehno, & aliis, quos adduxit *p. 1. tract. 9. reſ. 2.* ſufficere ut

majori

majori parte aooi iohabitet ut de advenis am-
plexus eſt non audeos opinionem Barilis,& Paſ-
qualigi jam relatam damnare; imo & putans
utramque probabilem, reſolutionem petendam
eſſe ex his, quæ dixi in caſu præcedenus quæ-
ſtionis de peregrinis, & advenis;& ſic ut quem-
admodum jam ibi probavi peregrinos, & adve-
nas illieo à principio reſidentiæ in aliquo loco;
etiamſi tranſituri ſint ad alium teneantur ad le-
ges, & conſuetudines loci, ubi adſunt; imo, &
fortiori vinculo teneri iſtos prælatos, & judices
de quibus nunc inquirimus, qui, etſi habeant
animum diſcedendi à die ſuocti officii, tamen
revera tunc cenſentur habere ad minus quaſi
domicilium, ac longinris tranſeurſus, quam cæ-
terorum peregrinorum; eo quod jam ſint de po-
pulo, ubi inhabitant: ita præter quos ſupra ad
duxi docet in terminis Leandrus *de præceptis Ec-
cleſiæ tract.* 1. *diſp.* 3. *q.* 12. & 13. quia tale quaſi
domicilium ſufficit adhoc, quod prædicti, te-
neantur ad feſta, & jejunia particularia oppido-
rum, in quibus habitant, ut rectè probat ex Sua-
rez, Saochez, Valdello, & aliis.
13 Et coofirmatur quia cum præfecti, & officia-
les urbium exerceant regimen illarum neceſſe
eſt, ut ſe ſubditis conforment, ſi velint hoc ob-
ſervatores legum, & conſuetudinum Urbium,
14 *qualis enim rector civitatis, ita & populus.* † Item
quia abſurdum eſſet quod capita non ſe confor-
ment membris, ut habetur *in c. non decet diſt.* 13. &
c. nolite, diſt. 11. & alibi, ſed præfecti, & prætores
civiatum ſunt capita ſuæ communitatis; ergo.
eiſdem obligationibus debent ſubeſſe, ac ipſa
15 ſubeſt. Et quamvis idem Leandrus ſtatim ad-
dat, ut idem videatur ſentiendum de militibus,
qui ſtant in præſidiis, aut fortalitiis, & de pere-
griois, vel advenis diu degentibus Romæ, quia
tenentur ad feſta: & jejunia, & alias leges pro-
prias urbis Romæ, quaſi deſideret inhabitatio
temporis continui, quam expendit Diana ad
majorem partem anni, nibilomious ex dictis
dict. quæſt. præced. in hoc caſu exiſtimo a prin-
cipio reſidentiæ talium præpoſitorum currere
eis obligationem coonformandi ſe legibus, & con-
ſuetudinem oppidorum, ubi inhabitant, cum ſal-
tem debeant habere animom permanendi toto of-
cii tempore, imo etſi illum haberent illico migran-
di, ut peregrini, vel advenæ per fundamenta ibi
16 poſita. † Ad tertiam quæſtionis partem an cõſtitu-
tus in ætate anni 8 teneatur ad obſervantiam le-
gis, ſeu conſuetudinis populi, & nonnulli exiſti-
mant jura, & conſuetudines, niſi proximos puber-
tati non comprehendere maſculos ſcilicet poſt de-
cimum annum cum dimidio, & fœmioas poſt 9.
& alterius dimidium: ſic Antonius Gemez *lib.* 3.
variar. c. 1. *à n.* 37. Azevedus *in l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 2. *recop.*
dicentes poſitus in hac ætate & minoribus 25.
annis juris ignorantiam nocere *l. penult.* & *fin.*
tit. 1. *p* 7. & D. Ant. videtur ſentire *p.* 2. *tit.* 9. *c.* 7.
§. 2. non teneri pueros præcepto confeſſionis
uſque ad decimum, & dimidium annum, & ali-
quaotulum ultra, item & aliis legibus Eccle-
17 ſiaſticis, † Et agens Diana *p.* 3. *tract.* 6. *miſc reſ.* 88.
de ea quæſtione, an praxi ſtatim poſt uſum ratio-
ois teneatur præceptis Eccleſiæ, refert etiam
ſolum *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 11. ad finem, uſque ad
duodecimum auuum non teneri pueros illis Ec-
cleſiæ præceptis, nec confeſſionis; imo & Henriq.
lib. 7. *de Eucharistia c.* 42. *n* 4 cenſet eos non obli-
18 gari ſtatim, ac uſus rationem habent. † Et *lib.* 13.
D. Fermoſin. de Leg Eccleſ

de excomm. c. 49. *n.* 2. in gloſſa *littera N.* affirmat
dari pueris lacticantia, & carnes aliquo tempore
poſt uſum rationis io diebus jejunii. Et Ant. Gó-
nez *lib.* 3. *variar. c.* 1 *n.* 61. & Aviles *in c.* 51 *prætor.*
n. 9 dicunt minores 25. annor non ligari conſue-
tudinibus, nec ſtatutis municipalibus, aut eorum
pœnis, ſi contra ea feccrint, & delinquerint, ſed
potius reſtitueodos in integrum, ut liberentur. 19
Nihilominus juxta doctrinam tituli *de diſpenſat.*
impuberum, & eorum, quæ adduxi *ſub tit. de ætate*
& *qualitate ord.* exiſtimo verius eſſe dicendum
pueros ſtatim à ſeptennio, in quo de jure præſu-
muntur eis acceſſiſſe rationis oſum, teoeri ad ob-
ſervantiam legis civilis, ac præcepti Eccleſiaſtici,
item aliis ſtatutis, & legibus ligari municipalibus,
docent in terminis Pedraca 3. *præcepto in fine* §. 14.
Angles *q* 1 *q.* 6 *de jejun.* diſ. 6. Sanch. *in ſumm. tom.* 1.
lib. 1, *c.* 12. *n.* 9. Alter Sanciusin *ſelectis diſp* 41. *n.* 31.
Salas *de legibus diſp.* 14 *ſect* 13. Gaſpar Hurtado
de cenſ diſ. 7. & *de pœnit. diſp.* 7. *dif.* 9. Suarez *in* 3.
p. D. Tom tom. 4. *diſp.* 37. *ſect.* 2. *n.* 3. Azor. *tom* 1.
lib 7. *c.* 2 *q.* 1. & *c.* 40 *q* 6. Narbona *anno* 8. *q.* 3. pro-
bans ex doctrina Maſcardi, Cardori, Rabelii, &
aliorum, quia lex communis populi obligat cives
Reipublicæ, & ſubditos illius, ut ſunt etiam pueri;
eteuim conſuetudo conſtringere videtur illos, qui
ſunt populi. † Cumque ab hac legis obligatione 20
exeipiantur infantes ob eorum ſtultitiam, & fa-
tuitatem, ob quam non computabantur in popu-
lum, ut refert idem Narbona *n* 2. & Petro Bungo
de myſter n. 5000. ſequitur ut cum à ſeptennio ſint
pueri jam rationis expertes, niſi aliud probetur, ut
teneantur ad præcepta legis, & Eccleſiæ. † Nec 21
obſtare fundamenta contraria dicendum eſt,
quia propter nonnulla, quæ adduxi *ſupra* ſub
Rubrica de fide Catbolica, ubi egi à qua ætate
fideles ligentur præceptis fidei, ſpei, & charitatis
ubi etiam reſponſum præſui aſſignantibus aliam
ætatem præter ſeptennium, dixi illo completo
fideles obligari; & ſic exiſtimo idem procedere
in omnibus aliis præceptis, ſi aliter tempus an-
norum non aſſignetur. † Nec obſtant Ant Gom. 22
& Aviles jam relati, nam etſi poſſit eis ſatisfieri,
ut loquuntur reſpectu reſtitutionis ad excuſandam
pœnam, arg. aorum, quæ dico infra ſub tit. de de-
lictis pueror. ubi propter ætatis imbecillitatem
mitius puniuotur: tamen quomodolibet non po-
teruut à culpa liberari, cum faciant cootra con-
ſcientiam operantes aliter, quàm ſentiunt ſun ra-
tionis uſu. † Ad quartam quæſtionis partem, ſup- 23
poſitis quæ adduxi toto verſ. *ad tertiam* breviter
reſpoodetur; etenim qui liberant octogenarios, &
ſenes decrepitos ab obſervantia legum fundantur
in eo quod in ea ætate jam cooſtitui redduntur,
ut infantes, & pueri, qui nullis legibus tenentur,
tam Eccleſiaſticis, quàm Divinis, Valaſcus *de pri*
leg pauper q. 18. *n.* 11 Ludon. Vives *lib.* 2 *de anima.*
† adeo ut ex concilio Toletano 8. *can.* 9. & ac re-
lato Bellarm *contr tom.* 3. *lib.* 2. *c.* 9. & 10. dicat his 24
permitti veſci caroibus in Quadrageſima, quos,
aut ætas incurvat, aut languor extenuat Steph. de
Gaeta *in c. ad limina* §. 5. *n.* 207. Palac. Rubius *in c.*
omnis utriuſq; ſexus de pœnit dicunt tales ſenes, qui
jam diſcretione carent ot ſæpe numero octuage-
rii eſſe ſolent, nec tenentur præcepto annuæ con-
feſſionis, nec euchariſtiæ in Paſchate ex eadem
ratione incapacitatis: ſequitur Barbona *anno* 80.
q. 4. quibus accedo in his, quibus verè decrepiti
ſunt, ac debiles. † Alias obſtaret eis ratio text. *in l.* 25
obligationem ferre 44. §. *placet. ff. de action.* & *obligat.*
L qua

quà cavetur, quod tempus quantumcunque
longævum, non eſt modus tollendæ obligatio-
nis, Donellus *commentar. c. 8. lib. 16.* ibi, Oivald.
littera A, & alii de qua latè dixi ſub tit. de præ-
26 ſcript. † Tamen nos loquimur in ſene, qui ex
defectu virium, aut ex defectu rationis libera-
tur, non inquam de illo, qui in ea ætate conſti-
tutus poteſt leges obſervare, ne ſit contra nos
Guido Pap. *deciſ.* 113. dum exiſtimavit nullum
ſenem, etiam de licentia, & permiſſo Papæ extra
culpam, etiam in Quadrageſima carnea come-
dere poſſe, cujus doctrinam, ut falſiſſimam refel-
lit Roderic. à Culigna *in c. denique 6. diſt. 4. n. 4.*

Ad ultimum propoſitum in quæſtione re-
ſpondeo in fine quæſtionis ſequentis.

QUÆSTIO XVI.

An lex humana poſſit eligere minus malum, ut majus evitet. An poſſit obligare cum periculo vitæ: & an lex humana fundata in præſumptione obliget in conſcientia, ſi eſt veritas in contrarium: & an ſit obediendum legibus Principis Tyranni: & de aliis ad integram materiam ſpectantibus remiſſivè?

SUMMARIUM.

1 *Mali minoris electio à lege poteſt fieri, illud permittendo,* & n. 6. & 9. & n. 11. *ubi quod licet reſpectu legis humanæ* n. 14. *quando aliqui perplexus eſt, & dubitat.*

2 *Perplexitas ſecundùm quid, & quæ dicatur abſoluta,* remiſſivè.

3 *Præſcriptio cum mala fide parit peccatum, &* n. 15. *ubi qualiter.*

4 *Peccatum ullum, quantumvis minimum admitti, ac elegi poteſt.*

5 *Stupri ſuaſio filiarum facta à Loth impiis Sodomitis, ut majus malum evitaretur, ei vertitur ad culpam, &* n. 16.

7 *Malum minus vicem habet boni, ſi majori malo comparetur, nec reſpectu illius cenſetur malum* n. 8. & 10. *& licet conſuli minus, ut evitetur majus* n. 24.

10 *Peccata deſinunt illa eſſe, quæ propter vitanda graviora ſuſcipiuntur.*

11 *Permiſſio inter præcipuas legis virtutes connumeratur.*

12 *Deceptio contrahentibus, licet naturaliter intra dimidiam juſti pretii.*

13 *Plura mala in re publica permittuntur ad vitanda majora, ut cernitur in Meretricibus ad nefandam libidinem avertendam.*

16 Geneſis c. 19. *relatum* n. 5. *explicitur.*

17 *Lex humana regulariter non obligat ſubditos cum periculo vitæ, niſi quando immineret cauſæ publicæ periculum grave,*

18 *Dux in bello poteſt præcipere militi, ut facit vulgo,* centinela *cum periculo vitæ.*

19 *Lex poteſt præcipere cum periculo vitæ in cauſis fidei, & in bonum Religionis.*

20 *Prælatus poteſt Parro bo præcipere cum periculo vitæ, ut tempore peſtis non diſcedat à loco, ut ſic errat in infirmis.*

21 *Prætor poteſt præcipere Medico, ut curet infirmos, etiam cum periculo vitæ.*

22 *Lex fundata in præſumptione non obligat in conſcientia.*

23 *Hæres ſe immiſcens hæreditati ante factum inventarium, in conſcientia non obligatur plus ſolvere, quàm id, de quo hæres eſt; & ſi aliter in foro exteriori procedat: ubi quid de profeſſione præſumpta* remiſſivè.

24 *Tyrannus peccat judicium uſurpando.*

25 *Regi Tyranno obediendum eſt præcipienti juſtum, idemque procedit in Principe gubernante ex populi placitu, &* n. 26.

27 *Rubricæ de conſtitutionibus poſſent agregari ſignata hîc &* n. 28. & 29.

AD primam quæſtionis partem bre- 1
viter reſpondeo, quod ſi electio
minoris mali eſſet licita ſecundùm
quid alicui, qui eſt perplexus,
ſeu dubius in eligendo, ſanè e-
tiam liceat ipſimet legi humanæ civili e-
ligere minus malum ut majus evitet ex regula
legis fin. C. de fidejuſſor. & comprobatur ex con-
cilio 8. *cap.* 2. quod refert Gratianus *in c. duo ma-
la diſt.* 13. ubi colligitur illa concluſio, quod ac-
cidentaliter, & ſecundùm quid perplexus inter
duo, quorum alterum neceſſario eſt facturus, &
utrumque arbitratur eſſe peccatum, juſtè poteſt,
& tenetur eligere quod ſibi videtur minus, ut
majus evitet, ut patet etiam *ex c. nervi eadem
diſt.* ubi Barboſa latè ex multis declarat † quæ 2
ſit perplexitas ſecundùm quid, & quæ dicatur
abſoluta, videbis D. Thom. 1. 2. *q.* 19. *art 6. ad* 3.
ubi Medina *q.* 1. Corduba *in ſuo quæſtionario lib.* 3.
q. 4. ad finem Valentia 1. 2. *quæſt.* 14. *puncto* 5. *ad* 2.
Vaſquez *ad d. q.* 19. *diſp.* 60. *c* 2. *diſp.* 39. *ſub.* verſ.
ad quartum, & omnium ſententia Molina *de
juſtitia, & jure diſp.* 335. *ſub. n* 10.

Prædicta verò doctrina videtur impugnari, ex
eo quia ſi lege civili liceret eligi minus malum, 3
& conſequenter fieret ut illud eligere, non eſſet
peccatum; ſed ſic eſt quod illo jure præſcriptio
cum malè fide permiſſa ob publicam cauſam,
ne diu ſcilicet rerum dominia in incerto eſſent
adhuc canonico jure expuitur, ut latè *in c.
fin. c.* 1. & alibi *de præſcriptionibus*, eo quod eſt
contra conſcientiam, quæ debet eſſe ſine pecca-
to; ergo quantumvis illo publico fine præſcri-
ptio cohoneſtata, ut ſic inter homines, lites, &
jurgia removerentur, nihil debet fieri cum pec-
cato. † Præcipuè ſi conſid reſex textu *in c. ſuper 4
de uſuris, & in c. nuis arbitretur* juſtis ſequenti
bus; 2. *q.* 5. nullum peccatum quantumvis mi-
nimum admitti, ne eligi aliquando poſſe liberè
ſecundùm rectam rationem. † Et quod D. Aug. 5
c. 9. *contra mendacium* notat, ut legitur *in c.* 19. *Ge-
neſis*, quod ſuaſio ſtupri filiarum facta à Loth
impiis Sodomitis, ut majus malum evitaretur,
ei vertitur ad culpam.

Nihilominus verum eſt dicere electionem mino-
ris mali, ut evitetur majus ex relatis juribus, quia 6
cum quis eſt erroneè perplexus non poteſt dici
quod abſolutè & liberè vult objectum minoris
mali pro ut malum eſt, nec quod fertur in malum,
ut poſſibile vitatu mortaliter, ſed potius coactè. †
Et ſic Covarr. plura expendens videndus *de ſponſa- 7
libus p.* 2. *cap.* 7. § 2. *à n.* 9. dixit minus malum
vicem habere boni, ſi majori malo comparetur. †
Et Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *c.* 23. *n.* 21. inquid quod 8
minus

minus malum reſpectu majoris, non cenſetur
9 malum.† Et in textu *in c. inquiſitioni* 44. verſ. *verum de ſent. excommunic.* & *in c. Dominus* verſ. *ſi verò de ſecund. nupt.* & *in c. juvenis* 3. verſ. *quia igitur*,
de ſpooſalib. dicitur ut dubitantes invincibiliter
de utroque malo potuerint ſine peccato minus
malum eligere pro vitando majori, etiam ſtante
10 hujuſmodi dubio, & en non diſpoſito. † Et Turrecremata *in d. c. duo mala ſub n.* 1. dixit quòd minus malum in comparatione majoris mali, videtur habere quodammodo rationem boni, & deſinere eſſe peccatum, juxta verba Auguſtini dicentis *d. lib. contra mendacium* c. 7. & 9. quod illa deſinunt eſſe peccata, quæ propter graviora vitanda, ſuſcipiuntur multa omnino videnda, congerit Barboſa *in d. c. duo mala diſt.* 13. ubi pluribus exemplis, & cum Doctoribus comprobat, & *in d. c. nervi eodem.*

11 Et quod reſpectu legis humanæ; ita ut electio minoris mali ad vitandum majus, licita ſit, ipſe probat *in d. c. duo n.* 3. & 22. per alia, quæ congerit *in c. omnis* 4. *d.* 3. ubi cum Gratian. ex dicto Iſidoro ibi probet officium legis eſſe quadruplex, permittere ſcilicet, vetare, punire, & præcipere, & inter præcipuas legis virtutes connumeretur permiſſio ex *d. c. duo mala, d. c. nervi diſt.* 13. & *in c. hac ratione in fine* 31. *q.* 1. *l. legis virtus, ff. de legibus*, & ab hinc lege æterna, & naturali deducant Doctores cum *D. Thom.* 2. 2. *q.* 93. *art.* 3. & 22. *q.* 10. *art.* 11. Suarez *de legibus lib.* 3. *c.* 15. & 16. Sanch. Convarr. & alii, quos ſequitur Barboſa videndus
12 *in d. c. omnis à n.* 2. & 3. † Ubi *ex l. in cauſa* §. *idem Pomponius, ff. de minor.* & *l. item ſi pretio* 22. §. *ult. ff. locati l.* 2. *C. de reſcind. venditione c.* Penultimo, & de empt. ubi late dico, *in c.* 3. ait naturaliter licere contrahentibus ſe decipere, intra dimidiam juſti pretii, id eſt, ratione naturali dictante, ut jurgia, & lites vitentur adducens Pinel. *in d. l.* 2. ubi bene *n.* 35. reſpondentem textui prima facie neganti in *l. jure ſuccurſum* 6. *in fine* ibi *quia bono*, & *æquo non*
13 *conveniat, ff. de jure dotium.* † eodemque modo procedere plures permiſſiones malorum, quæ ut minora tollerantur paſſim in Republica ad vitanda majora, quarum altera maxime cernitur in Meretricibus ad nefandam libidinem avertendam, Covarr. *d. n.* 9. Navarr. *in man. c.* 17. *ſub n.* 195. Manchaca *q. illuſtr.* c. 48. *ex n.* 1. Zenedo cum multis ad *decret. collect.* 146. *n.* 2. exornantes hi, & alii text. *in c. inter opera de ſponſalib.* ubi plura adduco.
14 Unde dici debet ut punctum quæſtionis noſtræ debeat intelligi in lege permittente, non in lege præcipiente abſolutè, ſed ſecundùm quid ratione permiſſionis, & juxta rationes ſupra adductas de perplexo, & dubitante eligente minus malum, ob vitandum majus, quando aliter vitari nequit
15 utrumque. † Quo pacto non obſtant contraria relata de præſcriptione cum mala fide quia, quod de jure civili licebat, ſeu permittebatur, latâ po-
16 ſtea lege prohibente, deſinit procedere. † Et ad locum Geneſis de Loth. cum multis ſatisfacit Barboſa *in d. c. duo n.* 12. excuſans Loth. factum ex eadem ratione, vel quia ſuadendo Sodomitis uſum ſuarum filiarum, etiam ob vitandum majus malum, potuit peccare, quia id fecerat in præjudicium tertii, ſic ibi *n.* 13. legendus *à n.* 14. uſque in finem pro vero intellectu illius textus, & aliorum. Qui cum Suarez *de legib. lib.* 1. *c.* 15. *ex n.* 5. *uſque n.* 12. & *c.* 16. *à n.* 4. Salas *eodem tract. diſp.* 3. *ſect.* 4. *n.* 15. Vaſquez 1. 2. *q.* 92. *art.* 2. *n.* 9. ait *in d. c. omnis diſt.* 3. *n.* 5. *quod* permiſſio, de qua in illo

textu, non eſt permiſſio facti, quia talis non eſt effectus legis, ſed permiſſio juris, quæ regulariter attribui ſolet malis actibus, de illiſque maximè intelligi.

Ad ſecundam quæſtionis partem breviter re- 17
ſpondeo, regulariter legem humanam non obligare ſubditos ad ejus obſervantiam cum periculo vitæ: ſic fere Doctores omnes docent, quia hoc non eſt neceſſarium ad bonum commune Reipublicæ, ſed Cajet. 12. *q.* 91. *art.* 1. & 22. *q.* 125. *art.* 3. Adrianus *in* 4. *q.* 3. *de clavi*, Henriq. *tract. de ſynodo Epiſcop. poſt.* 3. *concluſionem*, docent contrarium, qui debent intelligi quando lex imperat taliter in Reipublicæ commodum, quod ſi ſubditus non obediret periculum aliud grave immineret cauſæ publicæ; & ſic multis modis exemplificant Cajet. *ſupra*, Sotus *lib.* 1. *de Juſt. q.* 6. *art.* 4.
Covar. *in c. alma mater p.* 1. §. 3. *n.* 9. & alii. † Poteſt 18
enim Dux in bello militi præcipere, ut faciat vulgò *centinela*, etiam cum proprio periculo vitæ, quia Reſpublica habet poteſtatem neceſſariam ad ſui conſervationem, & bonum commune ſuum, ad quod poterit præcipere cum periculo vitæ: de hoc videbis quæ congerunt præter
alios Villall. *in ſumm. p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 28. † Ubi ait 19
n. 3. quod in cauſis fidei, & in bonum religionis, ut dicit Vaſquez 1. 2. *diſp.* 161. *c.* 2. *n.* 8. poteſt lex
præcipere cum vitæ periculo.† Et quod ſic tem- 20
pore peſtis, poteſt Prælatus præcipere parrocho, ut non diſcedat à loco, ut ſuccurrat ſpiritualiter
infirmis, † vel prætor medico, ut eos curet, etiam 21
cum periculo vitæ, & quæ tradit cum multis Balboa *in c.* 2. *de except. à n.* 67. & *in c.* 2. *de jurejur. à n.* 140. expendens quando lex obliget ad culpam, de quo ago latiſſimè infra *ſub c.* 1.
Ad tertiam quæſtionis partem, an lex humana 22
fundata in præſumptione obliget in conſcientia, ſatis reſpondebis ex dictis infra ſub *dict. c.* 1. quando, & quomodo obliget ad culpam, & ſic reſpondeo breviter non obligare, ut exemplificant Sylveſt verb *lex q.* 9. *caſu* 2. Navarrus *in man. c.* 17. *n.* 284. Covar. *in c. cum eſſes de teſtam. n.* 9. & alii multi, & Villall. *d. p.* 1. *tra.* 2. *dif.* 21. in hærede, qui ſe immiſcuit hæreditati ante factum inventarium, qui & ſi videatur obligatus ad ſolvenda omnia debita prædefuncti, ſed in conſcientia, non obligatur plus ſolvere, quàm quod
ut hæres accepit † limitant verò prædictam con- 23
cluſionem, cum lex fundatur in præſumptione, ob ſolum aliquod morale periculum, quia tunc erit valida lex in conſcientia, eo quod metitur, juxta caſus ordinarios, non ſpeciales. Et ut latè agas adjunges quæ latè dixi *in Rub. de præſumpt.* ubi egi de quæſtione *q.* 1. verſ. *ad quinta*, an fictiones legum habeant locum in foro conſcientiæ *à n.* 3. & cum multis agit Diana *p.* 1. *tract.* 10. *reſ.* 27. ubi expendit etiam cum Sanchez locum Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 19. de præſumpta profeſſione poſt quinquennium, & prohibitionem Clem. 8. *de largit. muner.* & ex bulla Sixti V. quæ fundatur in præſumptione, & alia item videnda D. Tapia Archiepiſcop. Hiſpalenſ. *p.* 1. *lib.* 4. *de legibus q.* 13. *per.* 14. *art.* ubi de hac lege fundata præſūptione.
Ad quartam quæſtionis partem an legibus
Tyranni ſit obediendum, & licet dicatur Tyran- 24
num peccare judicium uſurpando, ob idque non eſſe ei obediendum. Tamen ut quemadmodum in toto verſ. *ad primam*, dictum eſt poſſe eligi minus malum, ut majus evitatur, & Cajetan. verbo *Tyrannus in ſumma*, Medina, quem ſequitur Villal-

lobos, dicant ut ſit licitum conſulere minus ma-
lum, ut evitetur majus, ut latiſſimè tractat omni-
no videndus ad plures caſus Barboſa *in d. c. duo
mal. a. c. nervi* 23. *diſt. d. c. omnis diſt.* 3. ſic & licere
juſtitiam petere à Principe Tyranni ad evitan-
dum aliud majus malum, nempe quale eſſet vi-
vere ſine juſtitia.

25 Unde dicit debet, ut quamvis proprius Rex,
& legitimus gubernet tyrannice ei ſit obedien-
dum, quoties juſtum ſit quod præcipit, ut patet
ex dicto Chriſti Domini *Matth.* 23. ibi *ſuper Ca-
thedram Moyſi, ſederunt ſcribæ, & ſacerdotes quæ-
cumque dixerint vobis facite, & ſervate*, & ex illo
D. Petri 1 c. 2, ibi *obedite Dominis veſtis, non ſolùm*
26 *bonis, ſed etiam diſcolis.* † Quod intelligunt Do-
ctores, & Medina 1. 2. q. 64. *art.* 4. & Vilall. ſupra
n. 2. idem procedere reſpectu Principis Tyranni
gubernantis, Rempublicam ex ſolo beneplacitu
populi, ſeu civitatis. Et quamvis eſſet adverſus
civium voluntatem, ſi juſta mandet; nam alias
Reſpublica peccaret vivens ſine legibus, & obe-
dientia. Et ſic videri comprobatum ex mandato
Chriſti *Matth.* 22. ibi *reddite ergo quæ ſunt Cæſa-
ris Cæſari*: nam quamvis Romam haberent op-
preſſum Judæorum Regnum violenter, præcipit
ut Judæi Romanorum legibus obedirent, de quo
dico infra *ſub c.* 1. *tit.* & hæc ſufficiant pro Rubri-
ca huic dubio adjunges quæſtiones ſequentes
quas tractat noviſſimè Berricelus *de miſſionibus
Apoſtolicis p.* 2. *tit.* 3. *de legibus q.* 88, 89. & 90. quos
infero ſupra *q.* 14. *num. fin.* in fine ubi fidelibus
obedientibus legibus tyrannorum etiam quoad
27 tributa. † His addo omnibus, quæ in fine præce-
dentia quæſtionis reſervavi hic aſſignare; igitur
de lege veteri, & ejus abrogatione, item & de ceſ-
ſatione, ſeu mutatione legis dico infra *hoc tit. ſub.
c. translato* 3. aliquid de irritatione, & de diſpen-
ſatione ſub *tit. de reſcript.* & ibi *in c.* 20. † De ſta-
28 turis dico ſub *d. c.* 1. & *in c.* 7. & 10. & ibi *in d. c.* 1.
quando, & quomodo lex obliget ſub culpa mor-
tali, aut veniali, num lex omnes obliget? etiam
Principes, & Cardinales ad culpam, ibi: de lege
pœnali quando, & quomodo obliget ad pœnam,
dico ſub *hoc tit. in c. ex literis.* An leges civiles,
ſeu municipales obligent Clericos, latiſſimè ago
in d. c. 7. & 10. *hoc tit.* Et cum his abſolvitur Rub.
die 31. Julii 1656. † de lege tributorum: agit
29 occaſione hujus tractus noviſſimè D. Tapia Ar-
chiepiſcop. Hiſpalens *in ſum. p.* 1. *lib.* 4. *de legibus
q.* 11. per totam & de tributis in Ecleſiaſticos
dixi infra *ſub c.* 10. *à p.* 1. & *q.* 8. & de juſtitia tri-
30 butorum in generali dico late *in c.* omnis anima †
de cenſibus nonnullæ aliæ quæſtiones pro exor-
natione hujus Rubricæ poterant his innecti ve-
luti utrum lex habeat ſemper pro materia præ-
ceptum, & utrum legis naturalis materia ſit
unum præceptum vel multiplex, & utrum om-
nium virtutum actus tam naturalis quam poſi-
tivi juris materia ſint, & qui actus in materia
unius cujuſque virtutis, aut vitii ſint quos hu-
mana lex præcipere poteſt aut vetare, utrum lex
humana externos tantum actus directe præcipe-
re poſſit, & utrum actus interior concomitanter
cum exteriori à jure humano præcipi aut prohi-
beri poſſit & num modus ſervandi legem natu-
ralem ſeu humanam ſub illius præceptione ca-
dat, & an eadem ſit materia conſtitutionis civilis
& Eccleſiaſticæ, & de aliis pro hac Rubrica cum
D. Thoma, Suarez Vaſq. & pluribus Frat F anc.
Vallente *p.* 2. in cõcordia juris Põtificii *p.* 2. *f.* 254.

AD TEXTUM IN CAPITE PRIMO.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Canonum ſtatuta ab omnibus ſunt cuſtodienda, etiam à Cardinalibus numero ſecundo & quarto.*
2 *Trangreſſores legis non dicitur non ſervantes legem uſu non receptam.*
3 *Leges ſuperiorum ſervare quilibet naturali, & Divina lege tenetur.*
4 *Oratio indefinita* remiſſivè.
5 *Judicare debet judex non ad libitum, ſed ſecundùm magis communem Doctorum opinionem.*
6 *Opinio communis non eſt præferendo illi, qui favet animæ & matrimonio*, n 7.
8 *Opinio à Præceptoribus recepta, poteſt ſequi, communi omiſſa, & probabilis in foro conſcientiæ* n. 9.
10 *Opiniones, quas quis debeat ſequi in conſulendo, patrocinando, docendo, & judicando* remiſſivè, & n. 11.
12 *Opinio ultima num prævaleat antecedentibus* remiſſivè.
13 *Æquitas num ſit ſequenda in conflictu opinionum.*
14 *Litigandum non eſt ad libitum, ſed juxta actiones legales, & judiciales, & quo ordine*, remiſſivè n. 15.
16 *Notabilia quædam pro materia noſtri textus.*

TExtus iſte generaliter ſtatuit ut 1
canonum ſtatuta cuſtodiantur ab
omnibus, docent cum multis Duen-
nas *regula* 79. Bernardus *regula* 383. Me-
nochius *de arbitrariis caſu* 380. Zenedus *ad
decretal. collect.* 84. *numero* 1. † ubi *numero* 2
2. addit quod non dicuntur legis Tranſ-
greſſores non ſervantes legem uſu non re-
ceptam, cum aliis Barboſa *hic numero* 1. &
2. ubi *numero* 3. ampliat cum Azorius *inſti-
tut. moraliter part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 5.
ut procedat prædicta principalis concluſio,
etiam in ipſis Cardinalibus, quorum omni-
um eſt ratio, quia tam jure Divino, quàm
naturali, † & humano eſt quilibet obliga- 3
tus, & adſtrictus ad ſervandas leges, &
conſtitutiones à ſuis ſuperioribus ſtabilitas,
& ſancitas, Caſtro *de lege pœnali lib.* 2. *cap.*
13. *concluſ.* 1. Navarrus *in Rubrica de judiciis
numero* 99. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2.
quæſt. 17. *numero* 4. Frater Emanuel *quæſt.
regular. tom.* 2. *quæſtio* 21. *art.* 3. Aldrete *de
religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 14. *numero*
2.

Unde quia hic Pontifex in verſ. *ad omnibus*,
videtur omnes infinite obligare ad canonum
ſtatuta, ideò præter plura, quæ ſub Rubrica jam

adduxi

adduxi conducibilia pro comprobatione prædictæ concluſionis, adjunges plura, quæ de oratione indefinita, & univerſali ſcribit melius, quam alii Covrr. *lib.* 1. *variar. c.*13. de quo infra *in cum omnes 6. hoc tit.* & idem Covarr. *num.* 8. & 9. legendus agit de vi, quam habet indefinita à lege prolata, vel ab homine.

5 Et quatenus etiam Pontifex *in* 2. *part.* verſ. *ſuo ſenſu*, dicit *ut nemo in actionibus, vel judiciis Eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum authoritate ducatur.* Cujus occaſione Barboſa *hic à num.* 7. in finitis, quæ ſequuntur comprobat, nempe ut judex non ad libitum, ſed ſecundùm magis communem, & receptum Doctorum opinionem debeat judicare facit lex Regia *6 tit 7 lib 2. recopil.* verſ. *otioſi* quæ refero refra *in c 2. de re judic. q.* 2.
6 *in fine.*

7 Et quod illa præſumitur verior opinio, quæ à majori parte Doctorum recepta exiſtit. † Et quod opinio communis non eſt præferenda illi opinioni, quæ favet animæ; Et quod in matrimonialibus cauſis propter illorum favorem,
8 poſſumus recedere à communi opinione. † Et quod opinio à præceptoribus recepta poteſt ſequi, communi omiſſa † & quod opinio proba-
9 bilis in foro conſcientiæ ſequi poteſt rel ctâ probabiliori; ideo poſſemus hîc innectere tractationem de conſcientia dubia, † & quas opinio-
10 nes debeat quiſque ſequi, ſive in patrocinando, docendo, conſulendo, judicando, & practicando, ſcribunt præter illa, quæ adducunt Doctores *in l.*1.§.*ſed nec C de veteri jure Enucleando*, Sanchez *de matr lib.*3.*diſp.*44. Azor. *tom.* 1. *moral lib* 2...3. Navarrus *in man.c.* 27.*à n.* 18. Villalobos *in ſumm.*
11 *part.*1.*tract.*1.*à difficult.* 4.† ubi *difficul.* 5. tractat de opinione, quam debet judex amplecti, congerit infinita cum pluribus videnda P. Franciſcus Lugo è Societate Jesu hîc vita functus Vallis oleti in ſuo libello, ubi eum modernis expendit. Et ut uberius agnoſcas, leges quæ ego latè ſcripſi *in c.Cappellanus 4. de feriis quæſt.* 4. ubi dixi
12 de dubiis, * & an ultima opinio prævaleat antecedentibus: ubi quid in opinione minus probabili: & quam opinionem teneatur ſequi judex. † Item adjunges quæ ego latè ſcripſi *in c.* 2. *de re*
13 *judicata*, ubi *quæſt.*2. dixi de dubiis: & an in conflictu opinionum ſit ſequenda æquitas: & quid debeat judex facere in pari dubio † item appli-
14 cabis pro ampliatione quæ latè dixi *ſub c dilecti 6.de judic.* ubi quod non ad libitum eſt litigandum, ſed juxta actiones judiciales, & legales, à quibus judices non recedunt.

15 Iterum ad prædicta verba *ut nemo ſuo ſenſu, ſed canonum authoritate ducatur*, applicabis quæ dico *in cap. ne initaris* 5. *hoc. tit.* ubi etiam aliqua annoto de ordine, quem debet judex obſervare in
16 judicando. † Quibus ſic breviter prælibatis, & conſideratis, leges quæ adducunt, & ſcribunt de materia textus noſtri, præter ordinarios, & quos hîc congerunt Barboſa, & Zenedo *dict.collect* 84. adjunges Azor. *lib.* 4 *moral. à cap.* 1. *de natura legis* Vaſquez 22. *quæſt.* 99. *art.* 1. *diſp.*140. per totum, & *art.*2 *diſp.*141.*per totam. de poteſtate condendi leges* idem *ubi ſupra quæſt.*95.*art.*1 *diſp* 152. *per totam*, & *diſp.* 153. & *art.* 3. *diſp.* 155. ubi *cap* 2. *diſp.* 156. *diſputat.an lex* obliget ante promulgationem: & an ut omnes obliget, debeat eſſe uſu recepti, Azor. *lib.*2. *moral.cap.*4. & 5. an obliget in conſcientia *c.*6.7. 8.9. & 10. Vaſquez 1.2.*q.*69. ante *art.* 4. *diſp.* 158. quid de omnibus legibus humanis idem Azor. *lib.* 5.*moral. c.*25. & quis poſſit facere leges poſitivas, Molina *de juſtitia tract.* 5. *tit.* 6. *diſp.* 68.69.70.&71. de quibus hîc non repeto, nec de aliis, quæ occaſione hujus textus poſſent tractari, cum ſatis ſupra in Rubrica ſint jam agitata: quare nunc agam de quæſtionibus, quas diſperſim offendi agitatas per Doctores, occaſione hujus Pontificiæ deciſionis & de materia textus noſtri noviſſimè P. Franc. Vallente *in concordia juris Pontifi.ii q.*2. *per totam.*

QUÆSTIO I.

An jus canonicum utroque foro ſervetur, & antecellat in ſui obſervatione juri civili: & an omnia, quæ habentur in jure canonico habeant vim legis: & an verba imperativa poſita in canone obligent ad peccatum: & an lex civilis, canone deficiente, præferatur dictis Patrum.

SUMMARIUM.

1 *Leges juſtæ quantumcumque humanæ juſtè ſtabilitæ, habent vim obligandi in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem, &* q.2. *num.*1.

2 *Jus canonicum obligat in utroque foro, quod innititur æquitati.*

3 *Canonicum jus ſervatur in materia præſcriptionis, vel ubi de matrimonio tractatur, aut agitur de rebus ſpiritualibus, vel Eccleſiæ immunitate in cauſis piis miſerabilium perſonarum, d. hæreſi, & de uſuris, &c.*

4 *Jus canonicum ſervatur, ubi tractatur de juribus feudorum, limitatur cum eſt abrogatum alio canone, & aliis modis* n.6.& 7.

5 *Canonis tranſgreſſor eſt deponendus, & ei contraveniens peccat, & veniens contra illum incurrit infamiam canonicam*

6 *Canonicum jus non ligat Judæos, & Paganos, &* num.7.

8 *Canonicum jus præcellit civili, quoties aliquid clarum eſt illud, dubium verò civile.*

9 *Canonicum jus ſervatur de jure civili, etiam ſi lex ſit in materia peccati contradicens, & etiam ſi ſolùm immineat veniale peccatum, & in materia malæ fidei* n. 10. *non tamen ſi ſumus in materia temporali, ut* n. 13. *& in materia legali* n.14.

11 *Opinioni Canoniſtarum ſtandum eſt in materia uſurarum, quoties inter illos, & Doctores legiſtas, ſunt diverſæ opiniones.*

12 *Canones ſunt obſervandi, cum deficit jus Regium* & n.14 *in fine.*

15 *Lex civilis ex cauſa poteſt jus canonicum moderare; ita ut lex ea obſervetur, ſi quod moderatur reperiatur aliquando permiſſum fuiſſe.* ut n.16.

16 *Homicidium lege Divina fuit aliquando permiſſum.*

17 *Lex civilis obſervabitur quando eſt ſcripta, & jus canonicum non ſed qua iter contingat non eſt facilis in praxi.*

18 *Legis vim non habent omnia, quæ reperiuntur in jure canonico, cum non omnia decreta compilata à Gratiano ſic obligent.*

19 *Canonicum jus componitur ex decretis Pontificum, Conciliorum, legatorum, Abbatum, &* *aliorum, vel ex dictis ſanctorum.*

20 *Verba imperativa poſita in aliquo canone, ſub lite eſt, num obligent, ut verba præceptiva, ſeu prohibitiva,* & n. 21. 22. & 23.

24 *Sanctorum dicta, deficiente jure canonico, ſunt obſervanda in materia ſpirituali, & non jus civile, ſecus in temporalibus, ut circa teſtamenta, hæreditates* n. 25.

25 *Leges Imperatorum loquentes de teſtamentis, hæreditatibus & alus dicuntur per verba eorum Divinitus promulgatæ.*

1 AD primam quæſtionis partem, reſpon-
deo quod cum leges juſtæ, quantum-
cumque humanæ à ſuperioribus juſtè ſtabili-
tæ, habeant vim obligandi in foro animæ
ad culpam mortalem, vel venialem, juxta
materiæ gravitatem, ut notant Doctores cum
D. Thoma *part.* 2. *q.* 99. *art.* 4. (de quo
2 dico infra) † ſequitur dicendum ut cum jus
canonicum ſit ſtabilitum magno cum conſilio,
& deliberatione, quod obliget in utroque foro,
ita ut in utroque ſervetur, juxta gloſſam hîc, &
per textum noſtrum communiter Doctores,
canonicum enim jus æquitati innititur, ut benè
patet per Alciatum *in Rubrica de præſcript. n.* 12.
Gratianus cum pluribus ampliationibus *regu-
la* 57. & faciunt quæ dixi *ſub c. fin. eodem tit. de
3 præſcriptionibus.* † Etenim jus canonicum, ut ibi
ſervatur in materia præſcriptionis, ut latè ibi
dixi, & explicat Arias Pinelus in *auth. niſi trice-
nale n.* 11. *C. de bonis maternis*, Govarr. *in regula
poſſeſſor de regulis juris lib.* 6. *p.* 2. §. 11. *n.* 3. & 4.
vel ubi materia matrimonii tractatur, ſeu agitur
de rebus ſpiritualibus, vel ſuper Eccleſiæ im-
munitate, & in cauſis piis, in cauſis miſerabi-
lium perſonarum, in materia hæreſis, juxta quæ
dixi de his omnibus, de rebus ſpiritualibus *in
c.* 2. 3. 4. & 8. *novit, & aliis, de judiciis, & foro
comp. de matrimonialibus in c. tuam, de ordine co-
gnit in c. litteras. de reſtit. ſpoliat, & in c. cum con-
ſanguinei* 11. *de ſententia, & re judic. de immunita-
te in dict. tit. de judiciis, & infra in cap.* 7. & 10. *hoc
tit.* & ad plura *in c.* 10. *de judic.* ubi etiam de hæ-
reſi, & de uſuris *in dicto c. tuam, de ordine cognit.
de cauſis piis. & viduarum in c.* 11. & *c.* 15. *de foro
comp.* de his omnibus breviter cum aliis Gratia-
nus *dict. regula* 58. *n.* 13. 14. 15. 16. 19. & 20. cum
Doctoribus, quos refert

4 Unde infero quod jus canonum ſervetur,
ubi tractatur de juribus feudorum, ut docent
Philippus Decius *conſ.* 131. *n.* 3. Curtius Junior
tract. feudor. 12. 1. *n.* 2. ubi alia ſingularia tradit
in materia, & Alex. *conſ.* 15. *n.* 3. *lib.* 5. Joan Oro-
ſcius *in l. de quibus num.* 15. *ff. de legibus col.* 175.
Joannes Nevizan. *in ſua nupt. lib.* 5. *n.* 69. Ma-
ranta *de ordine judiciorum* 3. *p. num.* 88. & faciunt
plura, quæ congeſſit *in c. cæterum de judic.* Et ad
dunt Hypolit *in l. unica, C. de raptu virg. n.* 195.
Decius *conſ* 452. *n* 6. & ubi *n.* 15. alia adducens, re-
gulam ampliari ut procedat maximè in terris
5 Eccleſiæ. † Et in tantum procedere docent Do-
ctores congeſti à Gratiano dicta regula 57. *n.* 2.
3. 4. & 5. ut contraveniens Canoni peccet mor-
taliter, maximè ex contemptu, ut infra *in c. ad
concupiſcentiam*, & quod Tranſgreſſor canonis ſit
deponendus ex gloſſa hîc verbo *inhibimus*, quam
dicit veram Felinus aliquibus concurrentibus,
de quibus ipſe *n.* 11. Item quod veniens contra
canonem incurrat infamiam cononicam, ſecun-
dum Abbatem *in c. illud. not.* 3. *de majoritate, &
obedientia*, per textum ibi: videbis Felinum *hic à
n.* 9. ubi ponit ampliationes alias.

Hæc tamen limitatur regula, quando jus ca- 6
nonicum eſt abrogatum per contrarium cano-
nem, vel contrarium uſum, gloſſa & Doctores
hic, benè explicat Petrus de Duennas *in regu-
la* 99. † Secundo, ut non procedat in Judæis, &
Paganis, quos jus canonicum non ligat ut eſt 7
textus *in c gaudemus de divortiis, & in c. in fidelibus
de conſanguinitate, & affinitate*: latè Socinus *con-
ſil.* 119, *n.* 24. *lib.* quas duas cum aliis octo limi-
tationibus tradit Felinus hic, & pro hac ultima
materia de Judæis, præter quæ dico *in tit. de Ju-
dæis. & Paganis*: applicabis quæ adduxi *in c. Ju-
dæis* 20. *de teſtibus.*

Ad ſecundam quæſtionis partem etiam dico, 8
quod jus canonicum præcellit Juri civili, quoties
aliquid eſt clarum de jure canonico, & dubium
de jure civili, tunc enim in utroque foro ſtatur
juri canonico, ut per Jaſon *in l.* 2. §. *genera n.* 22.
ff de acquirenda poſſeſſ. Socinus *conſ.* 33. *lib.* 1.
num 15. Joannes de Neviæ *in ſua ſilva nupt. lib.* 5.
num. 69. & dicit hanc eſſe communem Nicol.
Bellon. *in conſ.* 25. *num.* 8. Robert Maranta *de
ordine judicior.* 3. *num.* 83. † Etenim jus canoni- 9
corum ſervatur de jure civili, etiam ſi lex cano-
nica ſit contradicens in materia peccatum con-
cernenti, ut benè per Jaſon *in l.* 2. §. *ex pluribus
ff. de acquirendi poſſeſſione num.* 5. & 18. & *auth.
ſacram puber. C. ſi adverſ. vendit. num.* 24. & *in* §.
fuerat Inſt. de actionibus Gutierez *in l nemo poteſt,*
8. *de leg.* 1. *num.* 207. & Padilla *in l. ſi aquam, C.
de ſervit.* affirmat idem eſſe, etiam ſi ſolùm immi-
neat peccatum veniale, Alciatus *in c. cum. contin-
gat de jurejur. num.* 50. Burgos & Paz *in l.* 1. *tauri
num.* 457.

Hinc enim procedit ut in materia malæ fidei, 10
quia agitur de animæ periculo ſtetur in cano-
nico, ut bene tradit Joannes Oroſcius *in l. omnes
populi ff. de juſtitia, & jure n.* 70. & 71. *col.* 61 &
patet ex his, quæ latè dixi *in d. c. fin.* & *c.* 1. cum
aliis de præſcript. & in materia juramenti ſic
procedere docent Didacus de el Caſtillo *in
l.* 64. *tauri num.* 73. Bellon. *conſ* 15 *n.* 2. *ad finem*,
Matthæus de Afflictis *in deciſ. Neapol.* 381. *n.* 3.
& *deciſ.* 221. *n.* 5. & *deciſ* 263. *n.* 2. quod qualiter
intelligatur tradit benè Felinus *in c. Eccleſia ſan-
ctæ Mariæ hoc. tit à n.* 49. Socin. *conſ.* 77. *num.* 13.
lib. 1. & *conſ.* 80. *n.* 14. *eodem. libro*, refert hæc, cum
aliis Gratianus *dicta regula* 57. *n.* 6. 7. 8. & 9. &
faciunt quæ latè de hoc caſu juramenti, egi *ſub
c. ſi diligenti de foro competenti, & in c. de novit de ju-
diciis q.* 13. & *ſub. c.* 10. *q.* 28 & *in toto tit. de jurejur.*

Et procedit in tantùm quod ſi ſint opiniones 12
diverſæ in materia uſurarum inter Canoniſtas,
& Theologos, Canoniſtis ſtandum ſit, ut docent
Ancharranus *in diſput.* quæ incipit *antiquis, &
temporalibus col.* 10. Joannes de Neviz, alios refe-
rens in ſua *ſylva nuptiali lib.* 5. *num.* 65 *in medio*
Maranta *de ordine judicior.* 3. *part. num.* 77. † Et 13
ſic videmus in praxi quod deficiente jure Re-
gio, ſit ad canones recurrendum de quo dixi
ſub c. 15. *de Teſtibus*; in terminis Joannes Lupus *in*

repe-

*repetitione, cap. per veſtras de donat. inter virum.
& uxorum in princ. introductionis col.* 7. & allegat
Bald, quod ipſe optime declarat qualiter proce-
dat, & in rurſus *in repetit.col.* 174. verſ. *ecce quanta*
Burgo de Paz. latiſſime *in l.* 1.*tauri à n.*191.Grat.
d. regul 57.*n.* 10.& *n.*18.

Hoc autem videntur limitari, primo quando lex
13 civilis eſt contraria juri Canonico, & ſumus in
materia temporali, non ſpirituali, & concernen-
te pactum, evenit ut quælibet lex ſervetur in ſuo
foro, ut reſolvunt bene Robert. Maranta *de or-
dine judicior.* 3. *p. n.* 77. Felinus *in cap. in cauſis in
princ.n* 4.*de teſtibus*, ubi videbis quæ dixi, Decius
in l.culpa caret.in fin.ff.de regulis juris, Joan. Cam-
petius *tract.de dote* 5.*p.q.*69.*n* 6.

14 Secundo limitatur in materia legali, quia in
ea ſtatur Legiſtis, & in canonica Canoniſtis, ut
volunt omnes per textum *in c.*1. & *in* 2. *de novi
operis nunciat.* non enim ut ibi dicitur ſacri Ca-
nones dedignantur leges ſequi; cum ergo
decreta Pontificum habeant omnimodam ſimi-
litudinem cum conſtitutionibus Principum, ut
quemadmodum hæ leges habeant vigorem, ut
jam ſupra probavi *in Rubr.* ſic & illi; ſit enim ut
in cauſis decidendis utriuſque ſit opus, cum ea
tamen differentia in praxi, quod deficiente
noſtro jure Regio prius ſit ad Canones recur-
rendum, ut dixi.

15 Benè tamen verum eſt quod licet jus Cano-
nicum ſervetur in utroque foro: tamen ex cauſa
lex civilis poterit ipſum jus Canonicum mode-
rari; ita ut lex civiles obſervetur, docent DD. *in
l.fin.Cod.ſi contra jus, vel utilitatem publ.* ſed tunc
procedere dicendum eſt, quando id, quod mode-
ratur per jus civile reperitur aliquando fuiſſe per-
16 miſſum ut in præcepto *ne occidas* † Nam aliquan-
do lege divina permiſſum eſt occidere, ut *Mat.*19.
omnis qui occiderit gladio peribit: tradit videndus
Didacus Del Caſt. *in d.l* 1 *tauri gloſ. contra Dios*,
verſ. *ſed quæro* dicens et tunc poſſit homicidium
imponi per legem civilem, ſecus aliàs

Item jus civile obſervabitur, ut docent Socin.
17 *in regula* 215. Burgos de Paz *in d.l.*1.*tauri n.*625.
Mathienc, *in l.*8.*tit* 11.*gloſſa* 2.*n.* 17 *lib* 5.*recopil.*
Caſan. Rurgund. *Sub.*10 §.1. verſ. *lhomine ou fe-
mine num.*6. Gratian *d. regula* 57. *n.*24 25. & 28.
quando lex eſt ſcripta, & jus Canonicum non item:
de his n. duabus limitationibus, & qualiter lo-
cum habere poſſunt pro praxi poteſt aliquo modo
dubitari. Adjunges dicta infra in verſ. *ad ultim.*

18 Ad tertiam quæſtionis partem, an omnia, quæ
habentur in jure Canonico, habent vim legis:
& quia ſatis, & abundè reſpondi ſupra *in Rubr.
ſub.q.*12. in verſ. *ad quintam*, ad decretum Grat.
habeat legis vim, & ibi in verſ. *ad ſextam*, an
Pontificum decretis tantum ſit clauſis oculis;
ideo nunc breviter reſpondeo negativè, quia ut
ibi dixi corpus totius juris Canonici componi-
tur ex conciliis provincialibus, ex dictis ſancto-
rum Patrum, ut ex Auguſtino, Iſidoro, & ex
aliis, de quibus, ac de aliis decretis Gratiani ibi
dixi, ut non habeant vim legis. Quæ omnia præ-
cipuè habentur in corpore decreti, item & Pa-
leæ; imò etſi Gratianus aliquid referet tanquam
dictum ab aliquo Concilio, vel Papa, ſi aliunde
conſtaret non fideliter referri, aut eſſet res om-
nino dubiæ authoritatis: docent Granado *in
p.*2.*D.Thom.contr.*7.*tract* 3.*p.*1. *diſp.* 3.*ſect.*7.*n.*17.
Suarez *de legibus lib* 4.*c.* 5.*n.* 5. Greſſerus. *pro de-
fenſione. Bellarm. lib.* 2. *de Rom. Pontifice. cap.ultim.*

Rodrig. *in quæſt.regul.tom.*1.*q.* 6.*art.*2. Rodericus
à Cugna *in proœmio decreti, Gratiani n.*19. alii pe-
nes ipſum, Diana *p.*3.*tract.*6.*miſcel.reſ.*26 ut non
ſit obligatio illi parendi, ex quo fit, ut ſolùm ha-
beant legis vim, quod ſolus Pontifex approba-
vit, ſive per ſe, aut cum Concilio generali, quod
habet vim obligandi univerſam Eccleſiam. † Et 19
enim ut reſolvit Barboſa *in cap. regula*, poſtquam
*n.*3. dixit jus canonicum componi, vel ex decre-
tis Pontificum, vel Conciliorum, quæ ſunt uni-
verſalia, aut provincialia, ſeu Synodalia, vel ex
decretis Legatorum, Abbatum, & aliorum Præ-
latorum inferiorum, vel ex dictis ſanctorum Pa-
trum, & de decretis Pontificum, dicat habere
omnimodam ſimilitudinem cum legibus Prin-
cipum, quæ vim obligandi habent, & hæc de-
creta refert ad conſtitutionibus, Bullas, ac Epi-
ſtolas, quas vocamus decretales, de quibus *in c.
quidam cum ſequent.*25 *q.*1. & *in c.*1.§.9 *quibus* 9.
diſt. ſequitur ut jus Canonicum, quantum in illis
continetur obliget univerſaliter, non ſic cæteræ
leges, ut explicui ſub *diſt. q.*12.

Ad quartam quæſtionis partem an verba im- 20
perativa poſita in aliquo Canone Bulla, ſeu de-
creto Pontificio, obligent ad peccatum mortale
caſus iſte eſt admodum practicabilis, & quod
verba imperativa, præceptum ſub mortali non
indicent, docuerunt Cajetan. *in* 1.2 *q* 166. *art.* 9.
circa ſolut. ad 2. & alii & Rodrig. *in addition. ad
Bullam cruciatæ* § 9 *n.* 77. Ubi dixit quod leges 21
Canonicæ non obligant ad peccatum mortale,
niſi habeant verba præceptiva, aut prohibitiva,
etiam ſi ſint modi imperativi, eo quod non præ-
cipiens, ſeu prohibens Legiſlator rem aliquam,
videtur velle non obligare ad peccatum; & ob
id Petrus de Ledeſma *in ſumm. tom.*1. *tract de Eu-
chariſtia, c.*11. ante *concl* 9 Villal. *in ſumma tom.*1.
*tract.*7.*dif.*37.*n.*7. dicunt ut verba Trident. *in c.*5.
& 7 *ſeſſ.*13 ibi *ut Sacerdotes quàm primum confi-
teantur, ſi celebraverint ob inopiam Sacerdotis, abſ-
que confeſſione*, non contineant præceptum ſub
peccato mortali.

Sed quod verba imperativa poſita in decretis 22
Conciliorum, & Summorum Pontificum, judi-
cent præceptum ſub mortali, docent Vaſquez *in
p* 2.*diſp.*158.*c* 2.*n.* 24. Caſtr. Pal. *in opere morali*,
*tract.*3.*diſp.* 1.*punct.*9 *n.*3. Granad. *in* 1 2.*D Thom.
controv.*7.*tract.* 3.*p.*1. *diſp.*1.4. *ſect. n.*3. Bonacina
*tom.*2.*diſp.*1.*q* 1.*punct.*7.§.4 *n.*10. cum Sylveſtro,
Armilla, Suarez, Salas, & aliis docent relata con-
cilii verba indicere præceptum ſub mortali:
ſequitur Diana *p.*4. *tract* 4. *reſ.* 191. & *per clem.
exivi de verb.ſignif.* §.*item quia* verſ. *nos itaque*, &
per *cap. Clerici de vita*, & *honeſtate Cleric.* † Ex 23
eo quia lex verbo Imperativo condita regulari-
ter loquendo obligat ſub mortali in materia
gravi, niſi aliud ex conjecturis appareat; & li-
cet ego ſic fatear: video tamen in praxi rece-
ptum circa intelligendum Trident, in relatis ver-
bis, communiter Doctores docere non ea obli-
gare ſub mortali peccato. Et in terminis iterum
dixit Villalob. *in ſumma p.* 1. *tract.* 2. *dif* 18 *n.fin.*
ubi agit *n.*3. & 4 quando agnoſcetur; ut lex hu-
mana obliget in conſcientiæ foro. De quo, ac
de multis aliis occaſione textus noſtri dicen in
quæſtionibus proximè ſequentibus, & ex aliis
adductis *ſupra q.*5. & 6. *de acceptione legis.*

Ad ultimam quæſtionis partem reſpondeo 24
cum diſtinctione, per textum *in cap de libellis
diſt.*20. quod ſi deficiente Canonicum authori-

rote, reperiantur leges civiles contrariæ dictis ſanctorum Patrum, veluti, Hieronimy, Auguſtini & ſimilium reſolvitur, ut ſi igitur de materia ſp'irituali, & ad fidem ſpectante, ac de interpretatione ſacræ Scripturæ, præferantur dicta Sanctorum, ut ibi habetur.

Sin autem agatur de materia temporali abſo-
25 ſtrictè, veluti de teſtamentis, hæreditatibus, & ſimilibus, potius ſit ſtandum legibus civilibus, quia iſtæ à Pontifice approbantur in hujuſmodi materiis, & dicuntur per ora Principum Divinius promulgatæ, *cap. fin.* 16 *q* 3. Quam tamen approbationem non habent dicta, ſanctorum Patrum, *cap. noli*, *cap ego ſolis* 3. *diſt.* de quo latè ſunt videndi Lucas de Penna *in leg. Medicos Cod de profeſ. & medi.* & alii relati à Barboſa *in dicto cap. de libellis num.* 3 *diſt.* alia dico infra *in cap. nemitaris.*

QUÆSTIO II.

An lex ſub lata pœna mortis obliget ſub mortali & an Principes ſæculares poſſint in ſuis legibus obligare transgreſſores ad peccatum mortale: & an poſſit ſuperior obligare ſub veniali circa materiam gravem; & an dignoſci poſſit quando lex humana obliget in conſcientia, & ad mortale.

SUMMARIUM

1 *Lex lata ſub pœna mortis, mutilationis, exilii, triremium, vel ſub alia gravi probabilis eſt, ut obliget in conſcientia, & ſub peccato mortali*, num. 5. *non tamen eſt improbabile ſic non obligare, ut probatur exemplis*, num. 6. & 7.

2 *Tranſgredient legem præcipientem ſub pœna mortis, operatur in ejus contemptum, & num obligetur in conſcientia, ſecluſo contemptu*, num. 18.

4 *Lex quoties præcipit ſub pœna excommunicationis obliget ſub peccato mortali*, & q. 3. num. 3.

8 *Lex civilis obligat tranſgreſſores in conſcientia, ut à* n. 15. *contraria ſententia multis fundamentis roboratur*, n. 14 & 19. *ubi illis reſpondetur.*

9 *Leges civiles imponentes multas pecuniarias, dum aliquid prohibent, veluti ligna ſcindere, &c. non obligant in conſcientia ſecundum aliquos, aliter* n. 10. 11. & 12.

12 *Religionum conſtitutiones, quæ non exprimunt ad culpam obligare, non ſunt veræ leges, ſed monitiones, & concilia gubernii.*

13 *Legiſlator explicans ſe non velle obligare ad culpam, tunc legem frangens non peccat, aliter in dubio; & de ratione*, n. 16. 17. 18. & 19.

16 *Legiſlator homo ex natura rei habet poteſtatem obligandi in conſcientia.*

19 *Politica poteſtas, etſi dicatur mere temporalis ratione objecti, ratione tamen obligationis eſt ſpiritualis,*

Lex Divina minutiſſimè magis, id eſt firmius obligat propter ejus perpetuitatem, quæ non adeſt in lege humana, dict. num. 19.

20 *Superior poteſt obligare ſub veniali tantùm peccatum, etiam circa materiam gravem, ut* n. 21.

21 *Actus agentium non ſe extendunt ultra voluntatem eorum,*

Lex humana reſpectu ſui principii; & ſi quoad obligationem procedat à jure naturæ, nihilominus ſi ſuperior non vult non obligabit ſub mortali peccato d. n. 21.

22 *Vovens poteſt etiam in materia gravi ſe tantum obligare ad veniale, ſecus in juramento.*

23 *Confeſſarius poteſt pœnitentiam gravem imponere tantùm ſub veniali.*

24 *Lex humana ſi non exprimat obligationem ſub mortali, dignoſcetur ſub illo obligare ex gravitate materiæ, ut* num. 33. *non tamen ex verbis imperativis, præceptivis, ut alii dicunt hic, &* num. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32.

26 *Præceptum non mentiendi eſt verum etiam ſi obliget ſub veniali,*

27 *Verbum* oportet *in lege poſitum, num inducat obligationem ſub mortali? Et quid per verbum imperatum*, n. 28.

30 Clementinaexivi de verb. ſignific. num. 24. & 32.

31 *Materia gravis cenſetur illa, quæ, & ſi de ſe levis ſit, tamen ex circumſtantiis gravis eſt, vel reſpectu finis*, num. 32. 34. 36. 37. & 38.

34 *Miſſæ omiſſio imperata ſub præcepto, quare ſit peccatum mortale, etiamſi extet in aliqua Religione*, n. 35. *& non ſi ſit in collegio aliquo litterario*, n. 36.

37 *Parvitas materiæ in legibus prohibentibus aliquid cauſa vitandi damni ſolùm erit venialis.*

38 *Leges humanæ admittunt certas interpretationes, & conditiones, ſive civiles intelligentias.*

39 *Credens ex Legiſlatoris mente non obligari ſub mortali, non peccabit mortaliter contrarium illi operando, etiam quod eſſet cum aliqua ignorantia, dum craſſa non eſſet ſed revera aliqui in hoc falluntur debili fundamento, ut* n. 40.

40 *Excommunicatio poſita à Judice non eſt cur præſumatur ab aliquo ſine ſufficienti fundamento, ut poſita ſit ad terrorem tantùm.*

CUm ergo Barboſa hic *num.* 4. dicat quod leges juſtæ quantumcumque humanæ, à ſuperioribus juſtè ſtabilitæ habent obligandi vim, in foro animæ ad culpam mortalem, vel venialem, juxta materiæ gravitatem cum D. Thom. *p.* 2. *q.* 96. *art.* 4. Covarruv. *in regula peccatum, p.* 2. §. 5. *n.* 3. *& de ſponſalibus p.* 2. *cap.* 7. §. 7. *num.* 8. Caſtr. *de lege pœnali lib.* 1. *c.* 4. Suarez *de legibus lib.* 3. *c.* 21. *cum ſequentibus*, Sanchez *in ſumma lib.* 1. *c.* 1. *n.* 4. Vaſq. 1. 2. *diſputat.* 158. *capit.* 2. & 3. cum aliis pluribus etiam, & cum aliis refert Zenedus ad decretal. *collect.* 2. *num.* 2. ideo recta ratione ſupra in Rubrica reſervari de his hic diſputare 1

Ad

2 Ad primam ergo difficultatis partem an lex lata ſub pœoa mortis judicat obligationem peccati mortalis, videtur quod ſic. Primo quia tam gravis pœna judicat Legiſlatoris mentem, volcntis obligare ſub peccato mortali.
3 † Deinde quia ſic tranſgrediens legem ſub pœna mortis præcipientam, operatur in contemptum legis, & ob id peccat mortaliter ut omnes fatentur, & colligitur ex D. Bernardo *lib. de præcept. & diſpenſ. à c. 11.*

4 Tertia quia quoties lex præcipit ſub pœna excommunicationis, obligat ſub peccato mortali, Medina 1.2.*q.*96.*art.*5. Vaſquez 1.2.*q.*158. *c.6.num.*61. Cajetan. 1.2.*quæſt.*96.*art.*4. Covarr. *in cap. alma mater in initio n.*9. Navarr. *in man. c.* 25. *num.* 52. Gutierez *lib.* 1. *Canon. c.*7. & ex aliis docent D. Anton. 2.*p.tit.*4.*cap.*2.§.3. Roſella verbo *pedagium, n.*9. Sylveſter verbo *præceptum quæſt.*3. *in fine*, Armilla verbo *conſtitut. n.* 4. Sotus *lib.* 1. *de juſtit. quæſt.*9.*art.*5.*ad finem corporis*, Covarr. *in regula peccatum p.*2.§.5.*n.*3. Arag. 2.2.*q.*62.*art.*3. *paulo ante* §. *reſtat nunc*, Medina 1.2. *q.* 96.*art.*4. verſ. *denique indubitatum eſt*, Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.*5.*cap.*6.*q.* 6. *in fine*, Tolletus *in ſumma tract. de peccatis.*

5 Unde Merolla cum aliis *tom.*2.*diſp.*4.*c.*3.*dif.*4. *num.*286. Præpoſit. *in p.*2. D. Thom. *q.*95.*diſput.*3. *dub.*4.*num.* 25. dixerunt idem etiam procedere in pœna mutilationis alicujus membri, & in pæna infamiæ, flagellationis, de pœna exilii perpetui, vel tanti temporis, ut fere perpetuum reputaretur, idemque procedere quando lex præcipit ſub pœna carceris perpetui, amiſſionis omnium bonorum, vel maximæ partis bonorum, & ſimilium, quia omnes hæ pœnæ ſolent imponi ſemper ob rem gravem, in qua legis fractio, non eſt mirum ut obliget in peccato mortali.

6 Ego inquam ut infra refero multum pro hac ſententia pugnandum eſſe cenſeo, non inquam ſolent Legiſlatores pœnas ita graves imponere pro levibus culpis, quales ſunt jam ſupra relatæ; ergo eſt evidens indicium, ut eorum voluntas ſit ſub pœna lætalis culpæ obligare fractores, cum eos in foro exteriori in tam gravibus pœnis obliget, aliàs inquam Legiſlatores iniquè ſub tam rigoroſis pœnis leges ſuas conderent. Sic teneo cum prædictis, & cum Amico *in curſu Theolog. tom.* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 8. *n.* 297. cum aliis Diana *p.* 10. *tract.* 15. *miſc.*5.*reſ.*46. licet ſentiam probabiliter ut contrarium defendant late loquentes, Caſtr. Palao *tract.*3.*diſput.*1. *puncto* 15. *num.*12. volens multis exemplis probare nullam pœnam temporalem eſſe ſufficiens indicium obligationis ad mortale, quia ad impoſititiooem pœnæ quamtumvis gravis ſit, ſufficit ſi committatur culpa politica, & civilis, quamvis non committatur mortalis.

7 Probans exemplo Cuſtodis murorum in bello, cui imponitur lex de vigilia, ſub pœna vitæ, ſecundo in pœna impoſita in effractionibus carcerum, approbant Caſpenſis *in curſu Theologiæ tom.*1.*tract. de legibus p.* 3. *ſect.* 5. *num.* 43. cum Navarro, & aliis, acerrime Arriaga *in curſu Theolog. tom.*4.*tract. de legibus diſp.* 21. *ſect.* 4.*n.* 25. qui negat impoſitionem pœnæ mortis à lege ſtabilitam eſſe ſignum certum, ut abſolute Legiſlator velit obligare ſub peccato mortali, quia ſæpe poteſt eſſe pro coactione neceſſaria ea pœna, ut admittit Pater Suarez in pœna publicæ flagellationibus, quæ in Hiſpania infligi ſolet his, qui è carcere fugiunt, cum tamen ea fuga non ſit peccaminoſa, reſpondens quod non ideo lex, quæ ſub tali pœna obligat, non ſit imprudens, & ſi peccaminoſum non ſit eam frangere: quorum Doctorum verba refert relatus Diana *d. reſ.* 46. Sed ex dicendis in dubiis ſequentibus clarius percipies ex quo capite Legiſlator velit ad mortale obligare: aliquo dico infra verſ. *ad quartam*, verſ. *ſecundum relata.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an poſſint 8
Principes ſæculares obligare ſuis legibus tranſgreſſores earum ad peccatum mortale, & nonnulli diſtingunt inter Canonicas leges, & civiles, exiſtimantes ſæpius in iſtis nolle Legiſlatores ad culpam fractores obligare, & inter alios Præpoſitus *in p.* 2. D. Thom. *q.* 95. *diſput.* 3. *dub.*4.*num.*28. dicit quod multæ leges videtur eſſe tales, in quibus nec ex verbis præceptivis colligitur Legiſlatorem civilem voluiſſe obligare in conſcientia, nec ex gravitate pœnæ, nec ex conditione, & gravitate materia, quæ pertinent ad obedienda vitia, & evitandum magnum incommodum, ſi inquam ex his indiciis non colligatur Legiſlatorum obligare in conſcientia, præſumi poſſe legem eſſe mere pœnalem.

Dicens quod tales ſunt multæ, quæ ponunt 9
pœnam dupli, confirmationem rei, ſimilem pecuniariam, vel corporalem, non ita gravem, ut lex, ne merces extra Regnum, vel pecuniæ efferantur, ne ligna in ſylva communi ſcindantur, ne ab aliis, quam à certis mercatoribus merces comparentur, ne vinum in loco privilegiato ematur ab his, qui non habent privilegium, ne quis venetur in tali loco, ne piſcetur in flumine communi. Et ita de multis aliis quæ prudens Judicavit, quia ſufficit Principi, ſi tranſgreſſores ſolvant mulctam; ob quod prudentum Judicio tales leges non recipiantur ſub obligatione alia.

Ego inquam exiſtimo ut quemadmodum ne- 10
mo Catholicorum dubitat leges Eccleſiaſticas in conſcientia obligare ſubditos, quia cum tendant ad ſalutem animæ *ut jam ſub Rubrica dixi*, & ex natura ſua ad ſpiritualem hominum gubernationem ordinentur, eveniat ut magis directè obligent in conſcientia; & conſequenter magis apud ſubditos ſtrictam animæ obligationem ſignificent: ita fere etiam civiles leges obligent, cum tendant ad commune bonum Reipublicæ, cujus cauſa tranſgreſſores peccent.

Et in tantum procedat quod exiſtiment Sua- 11
rez reſpectu harum Civilium eſſe, *vel de fide, aut proximè illi de legibus*, *c.* 21. Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali*, *c.*4. Medina 1.2.*q.*96.*art.*4. Bellarmin.
*tom.*2.*lib.*3.*de Laicis c.* 11. † Ex quo infert Villa- 12
lob. *p.*1.*tract.*2.*diſt.*18.*n.*1.& 2. quod quando in conſtitutionibus religionum dicitur non obligare ad culpam, non eſſe veras leges, ſed tantum monitiones quaſdam, & concilia bonæ gubernationis, idemque procedere in quibuſlibet aliis legibus, in quibus Legiſlator declarat non eſſe ejus intentionem obligare ad culpam, & peccatum.

Et ſic prima conſtituitur regula, nam cum 13
leges habeant obligandi vim ex voluntate Legiſlatoris volentis obligare, fiet, ut ſi ipſe ſe explicavit, nolens tali ſtatuto obligare aliquem ad culpam, quod tunc temporis non obliget

conſtitu-

conſtitutio ex dictis, ut approbat Diana *d.p.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 45. *in principio.* Tota inquam difficultas erit quando Legiſlator mentem ſuam non explicavit, ſed tantum ex verbis, aut ex gravitate, materia concipienda eſt, de quo dico infra in verſ. *an quartam*, ubi in ſimul expendentur uno verbo, quæ dixit Præpoſitus relatus *in princip.* verſ. *ad ſecundam.*

14 Video tamen Almainum *de poteſtate Eccleſiæ quæſt.* 1. *c.* 10. defendere acerrime, quod lex civilis non habet vim obligandi in conſcientia ex eo quia poteſtas politica eſt mere temporalis; ergo nihil ei cum conſcientia. Deinde quia finis legum civilium eſt pax externa, non autem pax conſcientiæ. Tertio quia Princeps ſæcularis non judicat de internis, ſed tantum de externis. Quarto quia non poteſt infligere pœnam ſpiritualem; ergo nec ad illam obligare. Quinto non poteſt abſoluere in conſcientia; ergo nec ligare. Sexto non intendit ligare ſub peccato. Septimo quia alias idem peccatum bis puniretur, ſemel hic à Principe ſæculari, & ſemel à Deo poſt hanc vitam. Octavo quia magis obliget minutiſſima lex Divna, quam graviſſima humana, ſed minutiſſima Divina, qua prohibetur mendacium inofficioſum, ſolum obligat conſcientiam ſub peccato veniali; ergo graviſſima humana ſub nullo obligat. Et hanc partem videtur amplecti Philippus de la Cruz *in practica de decimis* ꝑ.2.*n.*5.*fol.*41. in verſ. *tengo porcierto*, qui non tantum dicit ullam civilem legem obligare ultra pœnas externas, ſed ut nec Eccleſiaſticæ leges ad aliud obligent, & hoc cum pœnæ eis legibus applicantur, & multa ad probandum adducens, dicit ita eſſe de mente Caſtri, Cajetani, & Navarri, cujus verba refert, ut ſingularia, quæ etiam refert Diana videndus *dict. p.* 10. *tractat.* 14. *miſc.* 5. *reſol.* 44. ſatis impugnans eum Arriaga *in curſu Theolog. tom.* 4. *diſp.* 16. *ſect.* 4. *ſubject.* 1. *num.* 55. & alii, & improbans etiam Marcant. *in tribunal. Sacram. tom.* 2. *tract.* 1. *tit.* 9. *q.* 1. *concluſ.* 3. plura de hoc dubio ſcribentem, & Machadum *tom.* 1. *lib.* 3. *p.* 4. *tract.* 3. *docum.* 6. *num.* 1. §. non obſtante, Valentiam *tom.* 2. *diſpu.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 6.

Etenim dici debet, ut dixi leges civiles obli-
15 gare in conſcientia per illud *ad Rom.* 13. verſ. 1. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt enim poteſtas, niſi à Deo, quæ autem ſunt* (poteſtas, ſive dominia gubernationis) *à Deo ordinata ſunt; itaque qui reſiſtit poteſtati Dei, ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt* (ordinationi, ac voluntati Divinæ) *ipſi ſibi damnationem acquirunt*, & ibi verſ. 4. & 5. *Dei enim miniſter eſt* (qui gladium portat) *vindex iram ei, qui malo agit; ideo neceſſitati ſubditi eſtote, non ſolum, propter iram, ſed aliam propter conſcientiam*, id eſt non ſolum timore pœnæ humanæ ſed etiam peccati evitandi cauſa, & ſanctus Petrus *Epiſtola* 1. *cap.* 2. videtur aperte probare in illis verbis, *ſubjecti igitur eſtote omni creaturæ humanæ*, ſupple quæ in authoritate conſtituta eſt, *ſive Regi*, &c. *quia ſic eſt voluntas Dei*, & ex illo *ſapient.* 6. *audite Reges*, &c. *quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis*, & 1. *Regum* 8. *non te objecerunt* (ait Dominus ad Samuelem) *ſed me.* Et comprobatur ultra alia, quæ adduxi *ſub Rubr.* ex illo, quod dixi ibi *ſub quæſt.* 16. & quod etiam Tyranno Legiſlatori eſt obediendum in conſcientia.

Etenim eſt advertendum neceſſarium non
eſſe, ut Deus ſpecialiter homini conferat pote- 16
ſtatem obligandi in conſcientia, ſed ex natura
rei, ita ſubſequi, ſuppoſito quod à Republica
eligatur in caput, ut aliis verbis comprobat
Arriaga *dicta diſput.* 16. *ſect.* 4. *ſubject.* 1. *num.* 55.
Diana qui benè loquitur ſupra à verſ. *confirmatur*: tunc *ex dicto loco* D. Paul. *ad Rom.* 13. ejus
verba ponderans addens ibi loqui de poteſtate
civili, & quidem cum Principes eſſent Ethnici, qui perſequebantur Chriſtianos, non tantum Apoſtolorum velle eis obedire propter iram, ſed propter conſcientiam. Deinde quia
hæc poteſtas videtur neceſſaria ad bonam Reipublicæ humanæ gubernationem: nam ſi non
eſſet obligatio in conſcientia, non poſſent ſufficienter per legem Reipublicæ provideri, quia
nemo eas curaret. † Et porrigit etiam hanc obli- 17
gationem ad minores communitates, in quibus
neceſſum eſt, ut ſubditi obediant ſuo capiti: &
alia tradens refert ex aliquibus jus naturale non
minus dictare obediendum eſſe legitimo ſuperiori juſta præcipienti, quam dictet fornicationem eſſe fugiendam, & mendacium eſſe malum.

Ex quibus dicendum eſt contra aliquos aſſe- 18
rentes non eſſe peccatum mortale non parere legibus civilibus, ſecluſo contemptu, ut docuerunt Imola *in cap. cum contingat de jurejur. col.* 17. cujus doctrinam commendavit Felinus valde *in c.* 1. *de ſponſal. num.* 19. Joannes Valerus *de different. utriuſque fori* verbo *ignorantia*, *differentia* 1 Tapia *in jure Regni Neapolitani lib.* 2. *tit. de legibus* §. *obſerventur num.* 18. item & contra alios aſſerentes peccatum contra legem Eccleſiaſticam, non eſſe mortale per ſe loquendo, ſolum quando fit ex contemptu legis, ut tenuerunt Collectarius relatus ab Angelo, verbo *in obedientia*, Felinus *ſupra num.* 18. & 19. Cajetanus *in ſumma* verbo *clericus* ꝑ. *verum*, & verbo *jejunium* ꝑ. *quod quartum*, quod non bene loquuti ſunt eo quod, & ſi non ex contemptu, ſed alio fine lex civilis, ſeu Eccleſiaſtica frangitur, ut patet ex dictis, & docent Amicus *in curſu Theologiæ tom.* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 8. *n.* 208. Præpoſitus *in p.* 2. D. Thom. *quæſt.* 95. *diſput.* 3. *dub.* 2. *num.* 6. Merolla *tom.* 2. *diſput.* 4. *cap.* 3. *dub.* 24. *num.* 221. & *dub.* 20. *n.* 279. Rocaful. cum Diana *in praxi Theologiæ moralis*, *p.* 7. *lib.* 7. *de lege Eccleſiaſtica*, & *civili c.* 5. *n.* 120. Arriage *in curſu Theolog. tom.* 4. *tract. de legib. diſput.* 20. *ſect.* 5. *n.* 25.

Jam ergo ſententia Almaiol, & Philippi de la 19
Cruz ſupra relata non impedit, nec obſtant fundamenta ab eis relata, quibus ſigillatim reſpondent Beccanus *tract.* 4. *c.* 6. *de lege humana quæſt.* 2. *num.* 9. Diana cum eo *dicta reſ.* 44. verſ. *ad argumenta*: nam etſi poteſtas politica dicatur mere temporalis ratione objecti, ratione tamen obligationis, erit ſpiritualis, cum obliget conſcientiam, vult enim Deus; ut etiam in actionibus externis, & ſæcularibus obediamus poteſtati politicæ; & ſic Divino jure potuit enim Deus Laico permittere, ut obliget ſubditos in conſcientia. Etſi non committeret, ut Judicet de internis, nec eſſe novum, aut abſurdum, ut idem peccatum bis puniatur, ſiquidem furta, & homicidia, non ſolum puniuntur à Deo, ſed etiam à Magiſtratu, & licet minutiſſima lex Divina magis obliget, intelligi debet, ideſt firmius propter ejus perpetuitatem, quæ non adeſt in lege humana, cujus fraternis peccatum erit morta-

mortàle, ſi concurrat gravitas materiæ, juxta quæ dico in verſ. *ad tertiam, & ad quartam*:& ſic præcepti Divini fractio in re minima non excedat peccati venialis metam: & ex his facile occurritur aliis.

20 Ad tertiam quæſtionis partem:an poſſit ſuperior obligare ſub veniali circa materiam gravem? & licet exiſtiment Vaſquez *in p. 2. tom. 2. diſp.*158.*c.* 3 *num.*17.& *cap.* 3 *à num.* 32. Beccanus *tom* 2.*tract.*3.*c.*6.*quæſt.*3 *num.* 10. Aragon 2.2 D. Thom.*quæſt.*62.*art.* 3. Mexia *in pragm. taxæ panis, concluſ.* 1 *num.* 111. Salonius *in* 2.2. *quæſt.*7.*art.* 1. *cont.* 8. Ochogavia *tract. fin de ſatisfactione Sacram quæſt.*8.*n* 6 & alii, ut non poſſit ita præcipere, quia voluntas ſuperioris ſolum requiritur ad imponendam obligationem, ſed poſtea qualis obligatio ſit, debeat ſumi gravitate, vel levitate rei.

21 Tamen dicendum eſt juxta illud axioma vulgare *actus agentium non ſe extendunt ultra voluntatem eorum*, de quo cavetur *in leg ſi quis,leg. non omnis, ff. ſi certum petatur*, quod cum obligatio legis dependeat ex Legiſlatoris voluntate, ut ſit in ejus poteſtate non obligare ad mortale, etiamſi lex ejus ſit ſub materia gravi, docent Leſſius *de juſtitia lib.* 2.*c.*41. *dub.*9 *num.*96. Suarez *lib.*3. *de legibus cap.* 27. *n.* 6 Valentia *tom.* 2. *diſp.*7 *quæſt* 5. *punct.*2. Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib* 6.*c.*4. *num.* 25. Salas *de legibus diſp.* 10. *ſect.* 7. *num.*33. Diana *p.*3 *tract.*6. *miſcel.reſol.* 91. quibus addo Cajet. & Vedinam, quos ſequitur Suarez, & etiam Caſtrum, & Villalobos *dict.p.* 1.*tract* 2. *diſ* 19. *num.* 4. dicens contra Vaſquez hanc legem poſſe ſic ponere Legiſlator, & extendere magis, aut minus juxta voluntatem: & ita procedere quantumvis ex jam adductis in hac quæſtione ſub verſ. *ad ſecundam* lex humana reſpectu ſui principii, quantum ad ejus obligationem procedat à jure naturæ, quia oritur ex illo principio ſcilicet *obediendum eſt ſuperiori*, & ſi ſuperior non vult ut ei ſubditi obediant ſub mor-
22 tali, non obligabit lex ad illud.

Ab hinc infertur poſſe voventem obligari ſe in materia gravi ad veniale, quia ſicut omnis obligatio à ſua voluntate ortum habuit, ita potuit ortum habere, limitato modo, & non ſecundum omnem capacitatem materiæ, Sanch. *ad matrim. lib.* 1. *diſput.* 9. *num.* 9. quod non admittit Diana *dict. tract.* 6. *reſol.* 91. ſub verſ. *hinc* in juramento, in quo Deum in teſtem rei promiſſæ, adducis; in hoc enim ait, ut non poſſit quis limitare obligationem ad veniale, ſi materia gravis eſt, quia non pendet à tua voluntate obligatio adimplendi promiſſum; & ad hoc applicabis nonnulla, quæ dixi *in cap. debitores de ju-*
23 *rejur.ſub.q* 2.& 4.

Secundo infertur poſſe confeſſarium pœnitentiam gravem imponere ſub obligatione veniali, quia eſt quædam lex & præceptum, & conditiones legis & præcepti humani ſortiri debet: ſic docent Suarez in 3. *p tom.* 4. *diſput.* 38. *ſect.* 7. *num.* 5. Medina *Cod. de confeſ. tractat.* 1. *quæſt* 48. & alii, ut ſequitur ſupra Diana contra Sancium *in ſelectis diſp.* 15. *num.* 15. Conink. *de Sacram, diſp.* 10.*dub.*8.*n.*65. Ochagav.*de ſatisfact. q.*8.*num.*7.

Ad aliam hujus dubii partem dico infra quæſtione ſequenti.

24 Ad ultimam quæſtionis partem, ut reſpondeas repetes aliqua dicta ſub dicto verſ. *ad ſecundam* dicta huc uſque habent locum reſpectu Legiſlatoris volentis declarare, ut licet condat legem ſub materia gravi; declarat tamen expreſſe; vel quod non obliget, niſi tantum ad pœnam, vel tantum ad culpam venialem: ſed quid dicendum eſt quando de voluntate ejus expreſſa non liquet. Unde exiſtimant nulli conjecturandum eſſe voluntatem obligandi Legiſlatorem ad peccatum mortale, vel tantum veniale: ex verbis; quibus legem Condit. nam ſi ea exprimit, ſeu ponit in lege, quæ conſiſtunt in præcipiendo, ſeu prohibendo, *ut præcipio, mando, jubeo, prohibeo, interdico*, vel aliis æquipollentibus loquitur ut *debeant, teneantur, neceſſario, neceſſe eſt, non licet, non poteſt*: hanc obligent ſub peccato, & conſcientia: quæ etiam verba ponunt Vaſquez 1. 2. *diſput.*158. *cap.* 3. & 4. Amicus *in curſu Theologiæ tom.* 5.*diſput.*5.*ſect.*8.*num.*203. Præpoſitus *in p.*2. D.Thom.*quæſt.*95.*dub.* 2.*num.*15.& *diſp.*4.*n.*26. Villalobos *dicta p.* 1. *tract* 2. *diſ.* 18. *num.* 3. qui videntur probare *ex clementia exivi de Paradiſo de verb. ſign.* ubi quidquid per verbum præcepti ſtatuitur, aut inhibitionis, aut alicujus æquipollentis præcepto, aut inhibitioni obliget ad culpam, quia Pontifex, ut in eo ea Clementina explicaret, an conſtitutiones fratrum minorum obligarent ad culpam mortalem, prædicta regula verborum uſus eſt, exiſtimans idem eſſe obſervandum in reliquis legibus, & non ſemper ſuadens eſſe peculiarem rationem in conſtitutionibus Fratrum Minorum, ob quam illa verba ad culpam obligarent, & non in aliis.

Sed Arriaga *in curſu Theolog. tom* 4. *tract. de le-* 25
gibus diſp. 16. *ſect.*5.*ſubject.num.* 64. ut jam ſupra notavi volens conſtituere differentiam inter Canones, conſtitutiones, & leges civiles, ut notavi ſub verſ. *ad ſecundam* credens poſtea, ut in materia etiam civili prædicta verba obligent ſub mortali, ſi materia gravis ſit, & de ſe capax obligationis lethalis, & talis, quod colligamus Legiſlatorem voluiſſe obligare quantum poteſt; dicit enim quod verba non ſunt in ſummo rigore explicanda, ſed potius, quam ſuaviter poſſint, dummodo vera, & propria ſignificatione retineatur; ergo cum juris regula ſit, ut favores ſint ampliandi, odia reſtringenda: & prædicta verba præceptiva, ſeu probibitiva queant adaptari etiam ad culpam venialem, ſequitur dicendum ut cum Legiſlator poſſit (ut jam in verſ. *ad tertiam* dixi) in materia gravi, obligare ſub veniali, quod etiam quando id non explicat ex natura verborum habentium ſenſum rigidum, vel mitiorem, potius debeamus iſtum eligere.

Ait enim quod præceptum v. g. non men- 26
tiendi, eſt verum, etiam ſi obliget ſub veniali; idemque eſſe ſi lex ſub his terminis proferretur *obligo ſub peccato*, quia non debeo dare ſummè odioſam ſignificationem ſub mortali, ſed ſufficere ſi intelligam de proprio peccato, licet veniali, & hæc videtur pulchrè tetigiſſe Navarr.*in man. c.*23.*n.*49.

Ad ſecundum relata verba ſolent hic dubita- 27
re nonnulli, an verbum *oportet* poſitum in lege, vel Canone indueat obligationem ſub culpa, & Navarr. *cap.*13. *num.* 53. exiſtimat ſaltem quoad leges Eccleſiaſticas tale verbum ſignificare obliga-

obligstionem præcepti; ſed Suarez *lib. 5. de legibus cap.* 15. *num.* 10. Vaſquez *dicta diſput.* 158. *cap.*3. & 4. tenent oppoſitum, dicentes quod ſi verba communia ſunt *ut ordinamus*, *ſtatuimus ſancimus*, conſtitutio, lex, vel ſtatutum, non habeat vim præcepti obligandi ad culpam.

28 Et addit Diana *dicta p.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 45. ſub verſ. *& tandem*, idem dicendum eſſe, quando præceptum ſolum per verbum imperativi, quia tam eſt præcepti, quam coofilii, ut recte notavit Cajetanus; ſed ibi etiam dicit has leges latas per verbum *imperativi*, aliquaodo obligare ad culpam, quando in volumine juris continentur ſimiliter; & quod inter Canones, & decreta Conciliorum, ſunt aliquæ leges hujuſmodi, quæ obligant in conſcientia, & quod in his ſit penſanda materiæ utilitas, vel neceſſitas, & de legibus verbo *imperativo* latis jam dixi ſub verſ. *ad primam.*

29 Unde quia prædictam ſecundam regulam nou abſolutè admittunt Doctores, tum ex conſideratis ab Arriaga ſupra, tum quia fundamentum *dict. clem. exivi de Paradiſo*, non ex integro eam ſequuta eſt, ut patet ex verbis ibi *habeant unam tunicam cum Capucino*, *& aliam ſine Capucino qui voluerint habere*: ex quibus colligit ut
30 ſit præceptum plus non afferre. † Ideò alii exiſtimant aliam regulam requiri tertiam ad cognoſcendum, quando lex præcipiat, ſeu prohibeat ſub peccato mortali, aut veniali, nempe ex gravitate, vel levitate materiæ: ſic docent Merolla *tom.*2.*diſput.*4.*cap.*3.*dubio.*25. *difficult.*2. *per totum.*

31 Ubi etiam ait, quod gravis materia cenſetur hic, non ſolum illa, quæ per ſe & abſolutè ſpectata ſemper, & in omni eventu talis eſt, ſed etiam illa, quæ licet ſecundum ſe preciſè conſiderata ſit levis: tamen ratione circumſtanriarum temporis, aut loci, &c. gravis evadit, quia in his, aut illis circumſtantiis plurimum confert ab bonum commune: ſequitur etiam Diana *dicta reſ.* 44. verſ. *itaque*, & Salas *de legibus diſp.* 10.*ſect* 10.*à n.*72. † Et & alii dedu-
32 cunt materiam quandam poſſe eſſe gravem reſpectu fiois unius Legiſlatoris, & levem reſpectu alterius, eo quod poteſt fini unius multum conferre; & ſic reſpectu illius erit gravis, & modicum fini alterius, cujus reſpectu ſit levis: exornat exemplis Merolla *ſupra n.*242.

33 Ego inquam conſiderans omnia prædicta, rectè conſiderata eſſe à Doctoribus ex omnibus exiſtimo cum Medina *b. 2. quæſt. 96. art* 5. & aliis non poſſe regulam conſtitui generalem, qua cognoſcatur diſtinctè, quando materia gravis, vel levis eſt; & ſic hoc eſſe relinquendum arbitrio prudentis, quo poſſit intelligi, quando illa gravis eſt, tendens ad bonum commune, ſeu ad utilitatem proximi in re gravi: & tunc revera materiam legis eſſe ſufficientem ad obligandum ſub peccato mortali, & dicit Covarr. *in regula peccatum p.* 2. §. *n.* 4. quod tunc lex obligabit ſub mortali, quando finis ipſius ad quem ipſa reſpicit lex, eſt utiliſſimus Reipublicæ, aut communitari, ſecus ſi non multum conducat, aut non valde repugnet: etenim docet Merolla *ſupr. dict. dub.*26.*col.*2. *dif.*24.*per totam*, quod ſpectandæ ſunt circumſtantiæ, quibus permotus eſt ſuperior, ad ferendum præceptum: nam res, quæ in ſe levis eſt aliquando fit gravis ratione finis, & circumſtantiarum.

Unde cum eo, & cum Salas ubi ſupra, & 34
Villalobo *dict.p.* 1. *tract.*2. *dif.*19. *num.*5. & Diana *ſub dicta dif.* 45. ſub verſ. *ex his* exiſtimo hoc breviter explicandum ſequentibus exemplis: nam v. g. ſi Eccleſia præcipit Miſſam die feſto intendens in hoc ſpirituali profectui cujuſcumque conſulere: nam tunc erit mortale, quocumque feſto omittatur, quia opus hoc conſideratum, ut medium ad ſpiritualem profectum, cujuſcumque eſt notabile, ac ſubinde gravis materia.

Idemque procedere exiſtente præcepto ad 35
culpam obligante religione, ut omnes ſingulis diebus ſacro interſint: nam tunc eſſet mortale aliqua die non audire, quia ad eundem finem id præceptum injungi videtur.

Tamen ſi in ſæculari collegio, vel univerſi- 36
tate litteraria idem præciperetur, non eſſet gravis materia, quia comparata cum Legiſlatoris fine, qui non eſt tam profectus ſpiritualis ſingulorum, quam bona collegii, & univerſitatis gubernatio, non videtur materia gravis.

Et ſic etiam deducunt Doctores aliqui par- 37
vitatem ſcilicet materiæ in legibus prohibentibus aliquid, cauſa vitandi damni Reipublicæ ſpectandum eſſe reſpectu ſolius hujus damni: atque ita hoc levi exiſtente eſſe levem, ſolum eſſe venialem tranſgreſſionem, quamvis quantitas in ſe ſit notabilis, & comprobatur ex aliquibus, quæ dico in quæſtione ſequenti in principio. 38

Pro complemento hujus dubii dico cum Diedro *de libertate Chriſtiana*, quod leges humanæ admittunt certas interpretationes, & conditiones, ſeu civiles intelligentias, juxta litteratorum omnium Judicium, ut contingit in præcepto audiendi Miſſam jejunii, à quibus excuſamur aliqua juſta cauſa.

Undeque fieri, ut ſi aliquis bona fide crede- 39
ret, quod ex Legiſlatoris mente, non eſſet obligatus ſub mortali, peccaret mortaliter operando contrarium illi, quod eſt in lege præceptum, & etiam quod fuiſſet cum aliqua ignorantia, dum craſſa non eſſet, ſeu ſupina, aut cum dolo, ut docent Navarr. *in man.cap.* 22. *n.* 59. D. Thom. *in 4. diſtinct.* 15. *quæſt.* 3. & 22. *quæſtion.*147.*art.*3. & ibi Cajetan. Cardin. *in cap.fin. de obſervat. jejunii*, Vaſquez 1.2.*diſp.* 158.*cap.*6. *num.*61.

Advertat tamen Villalobos *dict. p.* 1. *tract.* 2.
dif. 19. *ſub. num.* 6. verum eſt aliquos in hoc 40
falli debili fundamento, vel nullo, dicentes excommunicationem verbi gratia, poſitam à Judice eſſe ad terrorem, & alia ſimilia: nam id præſumi non debet cum de jure ex textu *in leg. labeo* verſ. *idem Tubero.* *ff.* de ſupellectili legata nemo præſumitur ut dicat quod non habet in animo; ob idque nimis neceſſarium fore, ut adſit fundamentum magnum ad putandum mentem Legiſlatoris, non tendere ad obligandum in conſcientia.

QUÆST

QUÆSTIO III.

An quando lex mandat virtute ſanctæ Obedientiæ, aut ſub pœna excommunicationis, fractio pariat peccatum mortale; & quid quando Rectores univerſitatum præcipiunt aliquid ſub pœna præſtiti juramenti: & an Legislator poſſit in materia levi imponere obligationem gravem: an Superior ratione circumſtantiarum, poſſit ſub peccato mortali, præcipere materiam levem: & an poſſit quis vovere in materia levi ſub mortali.

SUMMARIUM.

1 *Lex aliquid mandans ſub pœna ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, obligat ad mortale*, n. 3. *Et per quæ verba intelligatur, vel non* num. 2.

3 *Excommunicatio ſimpliciter prolata, intelligitur de majori, quæ non imponitur, niſi ſuppoſito mortali peccato. Quid de aliis pœnis*, num. 5.

4 *Excommunicatio minor obligat tantum ſub veniali.*

6 *Rectores univerſitatis præcipientes aliquid virtute juramenti, non obligant ad mortale, nec perjuri ſunt, non adimplentes illud, ſecus ſi rem gravem mandet, ut* n. 7.

8 *Lex civilis ſive Canonica in re levi verius eſt ut nunquam poſſit obligare ad mortale ut* n. 9.

10 *Superior in re de ſe levi verius eſt ut poſſit ex circumſtantiis, quibus apparet res gravis obligare ſubditos ſub mortali*, n. 11.

12 *Præcepta Religionum prohibentia virtute obedientiæ ingreſſum in cellas ob aliqua incommoda, obligant ſub mortali, ubi quid de Prælato aliquo Eccleſiaſtico præcipiente materiam levem.*

13 *Prælatus Religionis poterit præcipere ſub mortali ne Religioſus aliquis accedat ad Hortum communem Conventus, vel ad talem vicum, etiam ſi cum licentia ſua exierit, vel ne cum tali, aut tali perſona loquatur.*

14 *Præceptum Prælati de ſervando ſilentio hoc, aut illo tempore, aut de illo efficiendo, poteſt ſub mortali obligare.*

15 *Præcepta ſub mortali, & ſi ex jure humano difficulter ex ſola materia diſcernantur ſub mortali, tamen ex circumſtantiis ſic, & non tantum ex verbis, niſi clare conſtet de levi materia*, n. 16.

17 *Vovere quis non poteſt in materia levi ſub peccato mortali, ſive materia ſit totalis, ſive partialis voti*, n. 19. & 20.

18 *Votum eſt ad inſtar legis.*

20 *Lex non mentiendi, & non furandi materia levi, parit tantum veniale.*

21 *Vovens quotidie recitare* Pater noſter, *aut* Ave Maria; *& ſi per integrum annum orare deſinat, non peccat mortaliter: & quare etiam, ſi extenderet obligationem ad plures annos* n. 22. *verum diſtingues cum Sanchez, ut* n. 23. 24. & 25.

22 *Obligatio præciſa unius diei, eſt diſtincta ab obligatione alterius in eadem ſpecie.*

23 *Vota quotidie recitandi* Orationem Dominicam, *aut dandi parvam eleemoſynam facta ob honorem diei, & temporis, ſi frangantur per dies plures non fiet peccatum mortale; ſecus ſi dies tantum præfigatur, vel terminus, ne ultra illum voti executio differatur, cum deveniendo ex continua omiſſione ad gravem, materiam deficiat vovens in re gravi, ut* num. 24. & 25.

AD primam, & alias difficultates, præmiſſis, quæ dixi doctrinaliter *in proxima 2. quæſt.* breviter reſpondeo, ut quando lex mandat aliquid virtute obedientiæ ſanctæ, tum obliget ad mortale, ſi materia ſufficiens ſit; quibus verbis, ut ait Azor. *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 5. cap. 6. quæſt. 6.* utitur frequenter in jure, & inter religioſos frequentiſſime, qui etiam addit habere eandem vim verba ſequentia *ſtricte mandamus, injungimus, ordinamus, decernimus.* 1

Alter vero dicens ex jam adductis, ſi ſine adverbio *ſtricte* ponerentur in lege hæc verba communia *ordinamus, volumus, ſtatuimus, & ſancimus*, ex doctrina Vaſquez *dicta quæſt.* 12. *quæſtion* 158. *capit.* 3. & 4. quem ſequitur Diana *p.* 10. *tractat.* 15. *miſcel. reſolut.* 44. ſub verſ. *& tandem.* 2

Sic ſi lex, ſive conſtitutio aliquid præcipit ſub excommunicationis pœna, etiam obligabit ad peccatum mortale; eo quod pœna excommunicationis eſt gravis, quæ non imponitur, niſi ſuppoſito peccato mortali, quod intelliges de excommunicatione majori, quæ ſemper talis intelligitur, ſimpliciter prolata, juxta textum *in capit. 1. de ſententia excommunic. lib. 6.* & juxta quæ dixi *in capit. intelleximus de judiciis, capit. de except. capit. ad probandum de re judicata, capit. Paſtoralis, §. cæterum de appellat.* & alibi. 3

Quod non procedit ſi excommunicatio, quæ imponitur ſit tantum minor, quia hæc tantum obligat ſub veniali; ſic docent Medina 1. 2. *quæſt. 69. artic.* 5. Vaſquez 1. 2. *dict. quæſt.* 158. *cap. 6. n.* 61. Cajetan. 1. 2. *quæſt. 96. artic.* 4. Covaruv. *in dicto capit. alma mater in initio num.* 9. Navarr. *in man. cap. 25. num.* 52. Guttierez *lib. 1. Canonic. cap.* 7. dicentes hoc non tantum procedere, quando ſententia excommunicationis impoſita eſt latæ ſententiæ, ſed etiam ferendæ, quia tunc poteſt judex poſt contumaciam provinciare ſententiam excommunicationis, quæ neceſſario debet ſupponere culpam mortalem. † Quod de alis pœnis corporalibus, ut mortis, amiſſionis bonorum multi dixerunt, de quibus aliquid adduxi *ſub d. q. 2. in princ.* & dico infra *ſub c. ex litteris hoc tit.* cum ago de lege pœnali. 4 5

Ad ſecundam quæſtionis partem ex dictis ſupra in fine præcedentis quæſtionis, reſpondeo, ut quoties univerſitatis Rectores aliquid præcipiunt ſub pœna præſtiti juramenti, non obligent ad peccatum mortale, ita ut nec ſint perjuri illud non adimplentes, ex eo quia frequenter ſolent hæc juramenta præſtiti indicii in caſibus levibus, ob idque præſumi nolle Rectores tam rigide obligare, docent Medi- 6

na 1.2. *quæſt.* 95. *artic.* 4. Major. *in* 3. *diſt.* 39 *q.* 4. Covarruv. *in cap. quamvis pactum* 1. *p.* §. 7. *n.* 11. Azor. *tom.* 1. *moral. lib.* 1. *cap.* 8. *quæſt.* 11. exemplificantes etiam, veluti in præcepto aſſiſtendi in aliqua mira, aut orandi pro aliquo defuncto, atque dicentes Rectores in illis verbis ſolum prætendere memoriæ præparari juramentum à ſubditis factum obediendi Rectori.

7 Indeque ait Villalob. *p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 20. quod ſi ex contemptu non deſinant ſubditi obedire, nullum contrahant peccatum mortale; fatetur vèro, ut ſi rector præciperet rem gravem ſub pœna præſtiti, tunc obligare ſub læthali; eo quod verba dicta ex natura ſua obligant ſub mortali, ut ipſe etiam fatetur *dif.* 19. *num.* 7. *in fine* aſſerens, ut quemadmodum jam ſupra dixi *num.* 1. hujus difficultatis lex, quæ præcipit virtute Sanctæ obedientiæ, obligat ſub mortali, ſie lata ſeu latum præceptum, *ſub pœna præcepti juramenti*, obliget ſub mortali, tranſgreſſionem; etſi fatutur reſpectu Scholaſticorum frequenter, tantum obligate ad culpam venialem ex ratione adducta.

8 Ad tertiam quæſtionis partem, an Legislator poſſit in materia levi obligare ad mortale, & Gregorius Sayrus *in clavi Regia lib.* 3. *capit.* 7. *num.* 17. diſtinguit dicens quod reſpectu Legislatoris ſæcularis nullo modo lex in re levi obligare poſſit Tranſgreſſores ſub peccato mortali, ſecus autem quoad Eccleſiaſticum, ſic probans ex uſu Religionum, in quibus aliquando Superiores res leves prohibent ſub pœna excommunicationis.

9 Tamen dicendum eſt legem in re levi, ſive à Legislatore ſæculari, ſive Eccleſiaſtico nullo modo poſſe obligare ſub mortali; nec talem obligationem imponere, licet velit & intendat; quia talis intentio eſſet iniqua, & injuſta docent contra Sayrum, Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 4. *num.* 3. Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 7. Diana *p.* 3. *miſcel. reſolut.* 91. *in fine*; banceque eſſe ſententiam communem, & abſque controverſia ab omnibus receptam: docet Villalobos, *dict. p.* 1. *tractat.* 2. *diffinit.* 19. *num.* 3. idem ſub dicta *diffinit.* 20. Et ad fundamentum Sayri, quod robur accepit ex exemplis adductis de præcepto Miſſæ, & præcepto religionis obligante ad mortale, reſpondeo ſub dubio ſtatim ſequenti.

10 Ad quartam quæſtionis partem: an Superior ratione circumſtantiarum poſſit præcipere ſub peccato mortali materiam levem, & videtur quod non, tum ex dictis *num. præcedenti*, tum quia ut ait Duvallius *in* 2. 2. *D. Thom. tractat. de legibus quæſt.* 5. *artic.* 4. *concluſione* 2. *in fine*, ſolum Deum in levi materia poſſe ad mortale obligare, ut probatum eſt feciſſe erga Adamum, & Evam ratione fructus vetiti.

11 Sed nihilominus Monteſinus *in p.* 2. *tom.* 2. *diſputat.* 23. *quæſt.* 9. *num.* 161. Salas *de legibus diſputat.* 10. *ſect.* 6. *num.* 32. Medina *in p.* 2. *quæſt.* 96. *artic.* 4. *ad dub.* 2 Baldellus *tom.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 20. *num.* 8. Sayrus *ſupra capit.* 1. *num.* 14. Diana *p.* 5. *tractat.* 5. *reſolut.* 47. docent quod poſſit Superior ratione circumſtantiarum obligare ad peccatum mortale, quia ſæpe contingit ut materia præcepti ſit ſecundum ſe levis, & obligationis ſub mortali incapax, ſed ex circumſtantiis boni communis adjunctis, quas Superior intendit, ſit gravis, & cadat ſub obligatione ad mortale, ut ratione ſcandali vitandi, etiam ſi illud non eſſet ex ſe mortale, aut ratione jacturæ boni communis religionis periculi, etiam non proximi tranſgreſſionis votorum.

12 Ex quo inferunt Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 11. Caſtr. Pal. *tom.* 1. *tract.* 3. *diſputat.* 1. *punct.* 14. *num.* 13. quod Religioſorum præcepta prohibentia in virtute obedientiæ ingreſſum in Cellas ob aliqua incommoda evitanda; obligent etiam in caſu, in quo aliquis certo ſciat non adeſſe ibi periculum, ratione cujus præcepti impoſitum fuit, quia eſto non adſit periculum in iſto caſu, adeſt tamen generaliter, & hoc ſufficere, quia hæc fuit cauſa imponendi præceptum. Et ſecundum hunc dicendi modum, poteſt intelligi Sayrus adductus in principio verſ. *ad tertiam*, ut illum explicant Bonacina *de legibus diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 7. §. 4. *num.* 21. Sanchez ibi adductus *dict. cap.* 4. *num* 3. Diana *dicta p.* 3. *reſolut.* 91. *in fine*, qui *dict.* 5. *p. tractat.* 5. *reſolut.* 47. *in fine, poſt principium*, cum Caſtro *de lege pœnali lib* 1. *cap.* 5. *docum* 2. & Baldello adducto, impugnat ipſum Sayrum ſub *dict c.* 1. *lib.* 3. *num.* 17. *clavis Regiæ*, docentem poſſe etiam Prælatum Eccleſiaſticum obligare ad peccatum mortale, ſi materia præcepti ſit levis, etiam attentis circumſtantiis: quæ impugnatio mihi non arridet, ſi circumſtantiæ ſcandali, periculi, aut alterius incommodi ſtent ex dictis in hoc verſ. *ad quartam*, & ex proxime adductis.

13 Ex his enim ut dicunt Monteſinus, & relati, poterit ſimiliter Prælatus religionis præcipere ſub mortali, ne Religioſus aliquis accedat ad hortum communem conventus, aut ad talem vicum, etiam ſi cum licentia ſua exierit extra conventum, vel ne cum tali, aut tali perſona loquatur; quia licet hæc & ſimilia in ſe conſiderata, videantur parvi momenti comparata: tamen ad honeſtatem, & bonum nomen religionis, aut ratione ſcandali, periculi, vel alterius circumſtantiæ, efficiuntur res magni momenti; ideoque obligare ſub mortali.

14 Itaque bene dixit Valentia *tom.* 2. *diſputatione ſeptima*, *quæſtione quinta*, *puncto* 6. nonnullos decipi exiſtimantes, non obligare præceptum Prælati ſub mortali, de ſervando ſilentio hoc, aut illo tempore, aut de illo efficiendo, quod ex ſe non magni momenti appareat, cum fieri poſſit, ut circumſtantia aliqua ei materiæ gravitatem addat.

15 Et addit cum Cajetano verbo *præceptum* in ſumma, impoſſibile videri in jure humano ex ſola materia diſcernere præcepta ſub mortali, cum res, quæ levis videtur, ac ſit talis in ſe conſiderata: tamen attentis circumſtantiis, quas Superior ſpectat, & ſubditus ignorat, ſit magni momenti.

16 Quare dixit Suarez *diſputat.* 4. *ſect.* 6. *num.* 11. quem refert Diana *dicta reſolut.* 47. debere ſatis certo, & indubitanter conſtare eſſe levem materiam, ut Judicemus præceptum, quod alias ex verborum tenore ad mortale obligaret, non ſic obligare; & recte quidem dicere ait Diana, quia in dubio non eſt ſpoliandus Superior ſua poſſeſſione, nec quando non conſtet de injuſtitia præcepti.

17 Ad quintam quæſtionis partem, an poſſit quis vovere in materia levi ſub obligatione læthali, & Fagundez affirmativam ſententiam

adſtruit

adſtruit *in præcept.* 2. *lib.* 9. *capit* 3. *num* 15. Motus exemplo pœnitentiæ à Confeſſario impoſitæ leviter pro mortalibus, de quo dico ſub quæſtione ſequenti. Sed quia ut jam dixi Legiſlator nequit in materia levi obligare ſubditos ad mortale, niſi ratione circumſtantiarum ſequitur dicendum.

18 Ut quia votum eſt ad inſtar legis, uti docent Cajetanus 2.2.*quæſt* 88. *artic.*3. Sotus *de Juſtitia lib.*7 *quæſt.*2.*art.*1.Sanchez *in ſumma tom.*1.*lib.*4. *cap.*12.*num* 31. Valentia *tom.*2 *diſ.*6 *quæſt.*6. *puncto* 4 & alii non obliget in materia levi ad mortale, docent Sancius *in ſelectis diſp.* 15. *num.* 15. Vaſquez *in p* 2.*tom.*2 *diſp.* 158.*c.*4 *num.*34. Sotus *de Juſtitia lib.*7. *quæſt* 2. *art.*1. Ledeſma *in ſumma tom.*1. *tract.*10 *cap* 3. *dubio* 2. Diana *p.*5. *tract.*5. *reſ.*50.Reginald. *in ſumma tom.*1.*lib.*15.*c.*6.*n.*42. Sanch. *in ſumma tom.*1. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4.

19 Dicentis id verum eſſe, ſive materia levis ſit, totalis materia legis, aut voti, ſive partialis, quia eſt eadem proportio, & ratio, ſicut in lege naturali idem reperitur. † Dicunt enim
20 quod lex non mentiendi, & non furandi in materia levi, parit ſolum veniale, licet in priori lege materia totalis ſit levis, in poſteriori autem partialis inter quas ea eſt ſola differentia, quod in priori lege obligatio eſt per ſe ex genere levis, in poſteriori autem ſolum ea accidenti, & in tali individuo; ergo & in voto dici debet ex dictis.

21 Unde dubium eſt an ſi quis vovit ſe quotidie recitare Beatæ Virgini *Pater*, & *Ave*, vel unum *Salve Regina*, & per annum verbi gratia non recitet, peccet mortaliter, & licet affirmativam ſententiam doceant Zumel.*in p.*2.*quæſt* 88.*art.*3. *dubio penult* Sayrus *in clavi Regia lib.* 1. *ultim. num.*21. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *quæſt.*6.*puncto* 4. Malderus *in* 2.2.*tractat* 10.*cap.*5.*dub.*4.*quæſt.*1.*in fine*, Tannerus *in* 2.2.*diſp.*5. *dub.*3. *num.*38. quia hæc eſt una quædam unius voti materia, eaque grandis.

22 Tamen in prædicto caſu contrarium dicendum eſt, tum quia Legiſlator non poteſt ſe obligare in materia levi ſub mortali. Tum quia illa quotidiana promiſſio includit quotidie unam promiſſionem de re levi, quæ de ſe non inducit mortale contra non adimplentem; ergo cum illa obligatio unius diei ſit diſtincta ab altera alterius diei, & utraque rei parvæ, ſequitur ut cum plura peccata venialia ejuſdem ſpeciei non faciunt unum peccatum mortale, ſic & in caſu, de quo loquimur etiam, quod promiſſio orandi illa quotidie, extendatur ad plures annos, & ad totum viæ tempus promittentis: hanc ſequuntur Sotus *de Juſtitia*; *lib.*7. *quæſt.*2. *artic.*1. Aragon. *in* 2. 2. *quæſt.*88. *artic.* 3. Joannes de la Cruz *in director. p.* 1. *præcepto* 2. *artic.* 2. *dub.* 4. *conſ.*2. Villalob, *in ſumma tom.*2. *tractat.*34. *dif.*3. *num.*3. Diana ejus verba referens *p.*3. *tractat* 5. *reſol.* 24. Sanchez *in ſumma tom.*1.*lib* 4.*capit.*12. *num.*6. videbis Vaſquez *in p.*2. *diſp.* 146. *cap.*2. Azor. *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 11 *c.*5.*quæſt.* 3. Suarez *de religione tom.*2. *lib.*5. *c.* 5. *n.* 10.

23 Sed idem Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. diſtinguit in ea ſimili quæſtione, an ſi quis per plures dies omittat votum levis materiæ. Verbi gratia, *Orationem Dominicam*, vel dare parvam eleemoſynam, peccet mortaliter dicens quod ſi vota hæc quotidie recitandi modicum, aut modicæ eleemoſynæ erogandæ, quotidie ſint in honorem diei, & temporis, tunc non ſit mortale, etiam ſi vota hæc ſemper violentur; quia hoc in caſu ſingulorum dierum tranſitu, & lapſu extinguitur obligatio pro illis diebus, ac proinde materiæ illæ voti modicæ omiſſæ continuari nequeant.

Tamen ſi vota hæc non ſint in honorem diei, 24
ſed tantum dies præfigatur, ut terminus, ne ultra illum voti executio differatur: tunc licet ſingulis diebus ſit omiſſio venialis; tanquam rei modicæ omiſſio, at dum notabilem orationis, aut eleemoſynæ omiſſorum quantitatem attingit eſſe mortale ait quia obligatio materiæ omiſſæ non extinguitur, ſed ſemper tranſit in alium, & alium diem, donec votum impleatur. Et ſic quod materiæ illæ omiſſæ, tanquam adhuc debitæ continuantur, ac proinde cum materia magna omiſſa evaſerit, ſi culpa mortalis loquitur Diana *parte quinta. tractat.* 5. *reſol.* 53.

Ex quo videtur dicendum jam ſecundum re- 25
latam doctrinam limitari in caſu, quo voviſti ſingulis diebus dare parvam eleemoſynam: nam ſi pluries omittendo iſtam parvam eleemoſynam, deveniſti ad materiam gravem, teneris illam reſtituere: ſic Tannerus *in* 2. 2. *diſputat.* 5. *dubio* 3. *num.* 50. Joannes de la Cruz, Villalobos, & alii Doctores ibi relati, Diana *dicta parte* 3. *tractat.* 5. *reſolut.* 24. *in fine*: hæc etiam clarius pateot ea dictis *quæſt. ſeq.*

QUÆSTIO IV.

An ſi plures materiæ parvæ coaleſcant in unum, ut materia gravis ad mortale ſufficiens evadat: & quando vovens cenſetur annectere obligationem ad diem, & quando non; an in eodem die violare plura vota de materia levi, ſit peccatum mortale: an præceptum ſub mortali impoſitum in materia levi obliget ſaltem ſub veniali; & an poſſit Confeſſarius imponere pœnitentiam levem ſub mortali; & an ſi in Miſſa à Sacerdote gutta aquæ in vino non miſceatur, excuſetur à mortali ex parvitate materiæ: & an parvitas materiæ excuſet à lege prohibente, ne extrahatur aliquid à Regno?

SUMMARIUM.

1 *Materia poſtrema levis, quæ cum prima continuari nequit, non parit unquam peccatum mortale, ſecus quando moraliter, aut effectus continuantur*, n. 2.

3 *Jejunii die plures comeſtiones ſumens ultima comeſtione frangit jejunium, non ſic ſi in diverſis diebus, etiam ſi habuerit animum pluries comedendi ſingulis diebus cum unum jejunium cum alio non continuetur*, num. 4.

5 *Mortaliter non peccat qui in eodem die jejunii eſt in cauſa, ut plures modicum quid*

accipiant, vel ut in die feſto plures modicum laborent.

6 *Cibum intemperantem ſumens qui in ultima comeſtione agnoſcit ſibi grave damnum inferri, peccant mortaliter.*

7 *Laborans in feſto aliquoties, & ſi ſingulis vicibus parum tempus, peccat mortaliter, quando pervenit ad quantitatem notabilem, ut v. g. duarum horarum.*

8 *Peccatum mortale oritur in materia Juſtitiæ, cum ex multiplicatione parvæ materiæ magna, ac ſufficiens, ſit ut in pluribus furtis parvis in bonis unius.*

9 *Vovens cenſeatur annectare obligationem ad diem regulariter in votis perſonalibus, ſecus in realibus, niſi aliud pateat ex intentione voventis, ut exemplificatur.* num. 10. 11. & 12.

13 *Vota violare plura in eodem die in materia levi, & lathale ex Thoma Sanchez, non ſic ex Suarez, & ambo exemplis probant,* num. 14.

15 *Præceptum poſitum ſub mortali in materia levi, obligat ſub veniali, & confirmatur,* num. 16. & 17.

17 *Utile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*

18 *Pænitentia levis impoſita à confeſſario, ſi non impleatur à pænitente, verius eſt ut peccet tantum venialiter, ſecus ſi nollet, cum imponitur eam acceptare,* n. 19. & 20.

19 *Guttam aquæ deglutire ſecundum ſe eſt parva res, ſed poſt illam, Eucharistiam non ſumere, cadit ſub mortali peccato.*

21 *Gutta aquæ debet immiſceri cum vino in miſſæ ſacrificio, & non faciens peccat mortaliter, cum deficiat in re gravi in genere moris.*

22 *Parvitas materiæ frequenter excuſat à mortali, prohibitum extrahere merces ſub pæna contra aliquos, num. 24. & de ratione* num. 25.

24 *Leges pænales frequenter per ſe non obligant ad culpam, ſed ad pænam exteriorem.*

1 AD primâm quæſtionis partem, quæ eſt ut radix, ad propoſitas *quæſt. præced.* in verſ. *ad tertiam. ad quartam, & ad quintam*, docent Molfeſius *in ſumma tom. 1. tractat. 3. capit. 3. numero* 70. Caſtrus Palaus *tom. 1. tractat. 2. diſput. 2. punct. 9. §. 4.* Sanchez *in ſumm. tom. 1. lib. 1. capit. 4. numero* 9. Suarez *de legibus lib. 3. cap. 28. numero* 11. Reginaldus *tom. 1. lib. 15. capit. ult. numero* 67. & alii, ut quoties poſtremi venialis materia, nequit cum præcedentium materia mortaliter continuari; ita ut pro una reputetur, nec effectus relicti continuari moraliter poſſunt, tunc multiplicatio tranſgreſſionia præcepti in materia parva, non conſtituat materiam gravem, ac culpam læthalem.

2 Secus quando materiæ parvæ, aut effectus ab eis relicti moraliter continuantur, ita illa ex ea ratione, qui cum in priori eventu omnes hæ materiæ diverſæ ſunt, nec in unam coaleſcant, nec affectus ab eis producti, nequit ex illis gravis materia conflari, ſed ſingulæ diviſæ manebunt, & ita parvæ; at cum in poſteriori caſu materiæ, vel effectus uniantur, notabilis materia evadet.

Unde citati Doctores, & Diana cum illis *p. 5. tractat. 5. reſolut.* 52. illationes quatuor faciunt. Prima quia ſi tu ſæpius comedis in die jejunii, violas jejunium ultima comeſtione, quæ ad notabilem quantitatem pervenit, quia illa ultima comeſtio, etſi per ſe ſumpta leviter temperantiam læderet, ut conjuncta aliis, & illas ſupponens graviter lædit, quia mortaliter illis conjungitur, & quaſi ſi eſſet ſimul cum aliis reputari docet. 3

Secus dicendum, ſi diverſis jejunii diebus parum aliquid comedas, vel propoſitum habeas parum aliquid ſingulis diebus comedendi, quia unum jejunium cum alio non continuatur, nec comeſtio uno die facta cum alterius diei comeſtione. Et addunt Doctores allegati ut nec propoſitum feratur in omnes illas comeſtiones conjunctim ſumptas, ſed in omnes ſeparatas, & ſingulis diebus debitis, quæ prout debitæ, cum ſolum ſint debitæ ſub peccato veniali, nunquam eſt propoſitum de mortali. 4

Secunda ut nono peccet mortaliter, qui in eodem die jejunii in cauſa eſt, ut plures modicum quid accipiant, & in die feſto per breve ſpatium ſimiliter laborent, quia actiones cujuſlibet perſonæ cum actionibus alterius, nullo modo continuantur. 5

Tertia quia ſi intemperantem cibum ſumas, & in ultima comeſtione agnoſcas tibi notabile damnum inferri, peccas mortaliter, quia jam amplecteris objectum graviter diſſonum rationi, quod etſi ſecundum ſe grave non eſſet, & grave redditum eſt ob multiplicem præcedentem comeſtionem. 6

Quarta quia ſi laboras ſimiliter die feſto aliquoties, etſi ſingulis vicibus parvum tempus conſumas, peccas mortaliter, quando ſcilicet pervenis ad quantitatem notabilem, verbi gratia, duarum horarum, quia omnes illi labores mortaliter uniuntur, & quaſi in eodem tempore facti reputantur, ſiquidem verum eſt dicere te laboraſſe illo die feſto ultra duas horas; ſecus vero ſi per quadrantes ſingulis feſtis laborantes, quia tunc ſicut feſta diverſa ſunt, ita & labores ſunt diverſi, nec unum cum alio continuatur. 7

Ex quibus etiam prædicti dicunt quod ſemper in materia injuſtitiæ ex multiplicatione parvæ materiæ conſurgat magna, ac ſufficiens ad mortale, ut in furtis minimis accidit quando enim per eam ad notabilem quantitatem furto arreptam pervenitur ultimum rei parvæ, furtum eſſe mortale; quod ſatis intelliges juxta, quæ dico infra de furtis ſi ab uno in parva quantitate, & pluries furtum feceris. 8

Ad ſecundam quæſtionis partem quando vovens cenſeatur annectere obligationem ad diem, & quando non ſatis videtur explicatum ex jam adductis, etiam ſub quæſtione præcedenti à verſ. *ad tertiam*, & ultra illa agnoſces ex ſequentibus: nam quoties aliquod motivum in ſingulis diebus relucet, quale ſolet relucere in recitando quotidie calculo virgineo, nullo modo cenſetur vovens in diem ſequentem prorogare obligationem: ſic Caſtr. Palao *tom. 1. tractat. 2. diſp. 2. punct. 9. §. 4. n. 9.* 9

Et in votis perſonalibus ita ſemper intelligendum eſſe, dum aliud non conſtat: dixit bene

Sotus

Sotus *lib. 7. de Juſtitia quæſt. 2. artic. 1. columm. 4. verſ. concluſio ergo*, Aragon. 2. 2 *q. 88. art. 3.* paulo poſt princ. *concl.* 3.

11 Et idem Caſtr. Palao, Suarez *lib.* 5. *de voto cap.* 5. *num.* 12. & 12. & alibi dicunt raro contingere in votis perſonalibus obligationem factam pro uno die, in ſequentem prorogari. In votis autem realibus poſſe præſumi intentionem prorogandi obligationem; eo quod videatur non ſolum attendi religioſum ſervitium, ſed etiam neceſſitatis alicujus remedium, quod ſemper
12 habet eandem opportunitatem. † Qua propter Medina 1. 2. *quæſt.* 88. *art.* 4. *ad.* 4. Ledeſma *tom.* 2. *ſumme tract.* 10. *cap.* 3. *dubio* 1. & multis relatis. Garcia *de beneficiis p.* 3. *cap.* 1. *num.* 171. ſentiunt in votis realibus obligationem in ſequentem diem ſemper prorogari, quod credit Caſtr. Palao ſic præſumi, dum aliter non conſtat, conſtaret autem ſi in honorem Dei Genitricis promiſſa eſſet eleemoſyna danda ſingulis Sabbattis, vel ejus feſtivitatibus; tunc enim non ad ſequentem diem tranſiret, ſed eodem modo judicandum de tali eleemoſyna, ac de jejunio tuoe promiſſo. Quo pacto etiam Diana *dict. p.* 5 *tractat.* 5. *reſol.* 53. *in fine* dicit eſſe intelligenda quæ antea dixerat ſupra *p.* 3. *tract.* 5. *miſc. reſolut.* 24. de quibus jam ego dixi tam in hac quæſtione, quam in præcedenti ex dicto verſ. *ad tertiam.*

13 Ad tertiam quæſtionis partem: an in eodem die violare plura vota de materia levi, ſit peccatum mortale? & ſi ex jam adductis facile queas reſpondere; adhuc tamen adducam duos inter ſe contrarios Doctores graves, Thom. Sanchez *in ſumma tom.* 1. *lib.* 1. *capit.* 4. *num.* 16. exiſtimantem, verbi gratia, materias leves votorum multiplicium pro eodem die obligantium continuari mortaliter, & in unam coaleſcere, ac proinde culpam eſſe læthalem omittere notabilem quantitatem eo die, ſive materiæ ſint diverſæ rationis, ſive ejuſdem, ut ſi alterum votum ſit recitandi, alterum eleemoſynæ, quia omnes illæ promiſſiones numero diverſæ pertinet ad eandem Juſtitiæ obligationem: Eſt enim voti obligatio unius rationis, ac eadem ratione ad religionis virtutem ſpectat; etſi diverſa numero ſint vota, & ex aliis.

14 Suarez autem *de religione lib.* 5. *de voto capit.* 5. *num.* 11. & 12. dicentem quod ſi v. g. promiſiſti ſingulis horis elevare mentem ad Deum, vel quoties Miſſam audites, nihil leve ex illa omittere; & ſi toto die non elevares mentem ad Deum, & in pluribus Miſſis leve quid omiſeris, nunquam te peccaturum mortaliter, quia una materia cum alia non colligatur; ſecus vero ſi promiſiſſes recitare officium Divinum integrum, & in Prima omitteres Pſalmum, in Tertia, & ſic in ſingulis horis, quia omnes illæ horæ unum officium Divinum conſtituunt, & omnes illæ omiſſiones in unum adunantur, & uterque ſuam ſententiam fulcitur, aliis fundamentis contrariis ſatisfaciens, & Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 2. *punct.* 9. §. 4. *num.* 11. Diana *d. p.* 5. *tract.* 5. *reſ.* 55. utramque probabilem dicunt, & tu de facili quamlibet defendes ex ſupra adductis.

15 Ad quartam quæſtionis partem: an præceptum poſitum ſub mortali materia levi, obliget ſaltem ſub veniali? & reſpondeo affirmative, ut docent Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 6. Baldellus *in diſp. Theolog. tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 20. *n.* 9. Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *num.* 46. Diana *p.* 15. *tract. reſ.* 48. ex eo quia etſi revera, ut jam præcedenti quæſtione dixi Legiſlator in materia levi ſimpliciter nequit obligare ad mortale. Tamen quia obligatio impoſita ſub materia levi ex natura ſua obligat ad veniale ut dictum eſt *d. q. præc.* ſequitur ut ſub mortali eam præcipiens Legiſlator eam frangens, remaneat obligatus, ſaltem ſub veniali, juxta naturam talis præcepti materiæ levis.

16 Et confirmatur quia in hac re duo includit præceptum, rem ſcilicet præceptam, aliud ut ſit ſub tali obligatione, vel pœna; horum primum non eſt injuſtum, ut ſupponimus, quia ponimus materiam præcepti ſimpliciter eſſe honeſtam, & in ſuo gradu juſtam, & capacem præcepti. Unde licet ſecundum ſit injuſtum obligans ad mortale in materia levi, nihilominus valet primum ut juſtum; & quia eſt prius
17 natura, & ex ſe ſeparabile à ſecundo. † Deinde quia in his, quæ hujuſmodi ſunt, utile per inutile non vitiatur, juxta quæ dixi de confirmatione utili, vel; ergo cum intentio præcipientis ſimpliciter debeat concipi in id, quod poteſt non id, quod appetit, ſequitur; ut etſi appetat quod non poteſt, vult quod poteſt, præcipiendo ſaltem ſub materia levi, niſi manifeſte appareret, ut præcipiens appetens obligare ſub mortali, quod non poteſt in materia levi, excluderet obligare ſub veniali.

18 Ad quintam quæſtionis partem: an poſſit Confeſſarius imponere pœnitentiam levem ſub mortali? & licet Sancius *in ſelectis diſputat.* 15. *num.* 14 & 15. acerrime defendat, ut valeat ſic præcipere; eo quod talis pœnitentia impoſita, ſpectat ad unam partem integralem Sacramenti pœnitentiæ, ſcilicet ſatisfactionem, quæ in ordine ad Sacramentum eſt materia gravis, ita ut licet pœnitentia modica imponatur, poſſit Confeſſarius obligare pœnitentem eam adimplerere ſub mortali, probans nonnullis exemplis, inter, quæ illo nempe.

19 Quia diglutire guttam aquæ, ſecundum ſe modicum eſt, ſed poſt illius ſumptionem Euchariſtiam ſumere quid grave eſt, eo quod præceptum pronuncietur de non ſumendo Euchariſtiam poſt ſumptionem cibi, aut potius quantumvis exigui.

20 Tamen Suarez *tom.* 4. *in tertia parte, diſputat.* 38. *ſect.* 7. *num.* 5. Conink. *de Sacramentis diſputat* 10. *num.* 80. Reginald. *tom.* 1. *lib.* 7. *num.* 77. Henriquez *lib.* 5. *c.* 20. *num.* 4. *in gloſſa littera M.* Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *c.* 3. *dub.* 25. *num.* 273. in terminis aſſerunt non poſſe Confeſſarium pœnitentiam levem ſub mortali: & ſic communiter docent, & alii non implentem levem pœnitentiam pro ſolis venialibus, vel mortalibus jam confeſſis, delinquere tantum venialiter; quia quamvis integritas Sacramenti non ſervetur, tamen dicunt eſſe in re valde extrinſeca, & ſecundaria; & quid leve reputari ex hac parte; Sacramentum non integrare; aliud enim eſſe nolle acceptare pœnitens pœnitentiam levem ſibi impoſitam, aliud poſt ejus acceptionem eam non adimplere.

21 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſi in Miſſa à Sacerdote gutta aquæ vino non miſceatur, excuſetur à mortali ex parvitate materiæ; & li-

cet Hæretici noſtri temporis, ut refert Bellarminus *lib. 4. de Euchariſtia*, *capit.* 10. cenſeant commiſtionem aquæ cum vino pro conſecratione calicis eſſe indifferentem, & liberam. Sed veritas eſt quod etſi ad ſacrificium Miſſæ cum vino ſit aqua modiciſſima immiſcenda, quæ de ſe videtur materia parva: tamen quando illa in ordine ad ſignificationem eſt materia magna, ut contingit in ſignificatione bujus venerabilis facrificii, ſequitur ut gutta aquæ immiſcenda vino, & mittenda in Calicem, propter myſterium, & ſignificationem ab Eccleſia præcipiatur ſub mortali; hic enim adſunt aliæ circumſtantiæ aggravantes: ſic docent Lugus *de Sacramento Euchariſtiæ diſput.* 15. *ſect.* 2. *num.* 22. Diana *p.* 5. *tractat.* 5. *reſol.* 56. & communiter Doctores ex eo, quia etſi materia ſit parva, quæ ſecundum ſe non poſſit ab Eccleſia graviter prohiberi; ſed quia in hoc caſu eſt gravis admodum in genere moris, contrarium facientes peccabunt mortaliter.

22 Ad ſeptimam quæſtionis partem an parvitas materiæ excuſet à lege prohibente ne extrahatur aliquid à Regno, *infra ſub cap. ex litteris*, ubi loquor de lege pœnali, dico etiam de lege prohibente extrahere extra Regnum merces, arma & alia, & de pœnis, quibus ſic extrahentes puniri ſolent. Et ſuppoſita doctrina, de qua ſupra *in quæſtione ſecunda*, breviter reſpondeo cum Caſtro Palao, quem ſequitur Diana *p.* 5. *tract.* 5. *reſolut.* 49. & Granado *p.* 2. *contr.* 7. *tractat.* 3. *p.* 1. *diſp.* 4. *num.* 19. quod etſi leges non extrahendi obligent ſub mortali, quia tranſgreſſoribus imponitur pœna mortis, aut confiſcationis omnium bonorum, tamen dicunt à Doctis recentioribus notari, ut quando ex prædicta extractione non ſequeretur detrimentum, aut certe exiguum, ut ſolutione pœnæ compenſaretur, non fore peccatum mortale eas violare leges.

23 Quare etſi negativam ſententiam ſequatur Merolla *tom.* 2. *diſp.* 4. *capit.* 3. *dub.* 25. dicens non eſſe opus, ut fractio legis ex ſe valde utilis Reipublicæ, ſit mortalis, ſequi ingens damnum ex illa fractione particulari, ſed ſatis eſſe quantitatem in ſe magnam eſſe, ut etiam docet victoria *in tractat. de poteſt. civili num.* 19. affirmans mortalem eſſe extractionem pecuniæ à Regno contra legem, quamvis una extractio parum noceant, eo quod hic non ſpectatur quale damnum ſequatur, uno contraveniente ſe quale, ſi à multis, vel communiter fiat, alias enim finis legis fruſtraretur, & ſi nunquam quilibet, tamtam quantitatem extrahat, ut ex ea ſola ingens Reipublicæ ſequatur damnum.

24 Tamen teneo primam cum Granado, Diana, & Caſtro Palao, eo quod frequenter leges pœnales non obligent ad culpam per ſe, ſed ad pœnam exteriorem, ut ex frequentiſſima praxi viſum eſt in Regnis Hiſpaniæ, Portugaliæ, & Franciæ, ubi iſtæ extractiones contra leges prohibentes fiunt, quæ vocantur *contrabandos*.

QUÆSTIO V.

An decretum Cardinalium editum contra Religioſos accedentes ad colloquendum cum Monialibus obliget ad peccatum mortale: an tranſgrediens legem ex contemptu, peccet mortaliter: & an etſi Princeps legibus ſolutus ſit, peccet contraveniendo legi ſuæ; & an ſtatutum particularis Provinciæ liget Principem: & an Princeps poſſit compoſitionem facere de rebus illicite acquiſitis incertis.

SUMMARIUM.

1 *Religioſi accedentes ad colloquendum cum Monialibus contra prohibitionem Decreti Cardinalium, peccant mortaliter.*

2 *Tranſgrediens legem ex contemptu formali, qui provenit ab affectu animi, peccat mortaliter, veluti ſi contemnat ſuperiorem, ſe nollens ſubjici legibus ejus, ſeu ſe gerens tali modo, ut aliis præſtet exemplum, quominus legibus obediant* num. 3 & 4. *quod intelligitur in rebus magnis, non in parvis, ut* num. 6.

5 *Contemptus omnis Dei eſt peccatum mortale, nec æque judicatur de contemptu facto Legato, aut Imperatori.*

7 *Princeps legibus ſolutus eſt, quoad vim coactivam, non ſic quoad directivam, cum in conſcientia teneatur leges ſuas ſervare, circa quod referuntur varii modi Doctorum* n. 8. 9. *cum ſequentibus ad* n. 21.

8 Leg. Princeps legibus, ff. de legibus, *intelligitur variis modis à Doctoribus* num. ſequent. ad n. 21.

12 *Princeps ſuam legem, ſuppoſita lege naturali, ſervare obligatur in conſcientia ſi contingat, fractio in tertii præjudicium* n. 13. 14. & 15.

16 *Princeps ſecundum aliquos dicitur ſolutus à legibus mere civilibus, non ſi dependeat à lege naturæ*, n. 17.

18 *Voti obligatio non eſt orta ex lege, & ſic ea Princeps adſtrictus eſt*, n. 19.

20 *Peccata Principis ob non ſervatas ab eo leges proprias, ſunt ejuſdem ſpeciei*, n. 21.

22 *Princeps cum commoratur in aliqua Provincia, non tenetur ſub peccato ſervare leges à Provincia latas, ut ab inferiore.*

23 *Princeps confirmando leges latas ab inferiore, quando eas non ſervans peccat*, num. 24. & 25.

26 *Princeps quando poſſit, aut non compoſitionem facere de incertis injuſte acquiſitis: ubi de bonis inventis, ſeu Indorum. Et num ad Papam ſolum hæc compoſitio ſpectet*, num. 26. 27. 28. 29. & 30.

27 Capit. cum tu de uſuris, & num. ſequentibus.

1 AD primam quæſtionis partem breviter
reſpondeo, quod etſi nonnulli dixe-
rint tale Cardinalium decretum obli-
gare, cum ſit lex pœnalis tamen in puncto ju-
ris dicendum eſt ut obliget ad mortale, ut do-
cent Salas *in p. 2. diſp. 15. ſect. 1. concl. 2. num.*
16. ubi ſic ait *decretum Cardinalium editum contr.
Religioſos accedentes ad Monaſteria Monialium, ubi
eſt in uſu, obligat ad mortale, quia ponit pœnam
privationis officii, vociſque activæ, & paſſivæ*,
docet etiam Bonacina, *de tract. de clauſura mo-
nial. quæſt.* 3. *puncto* 4. *num.* 4. Peirinus *in privi-
legiis minorum tom.* 2. *conſt.* 6. Pii 5. *§.* 10. *num.*
36. Duardus *in bulla cœnæ lib.* 3. *c.* 8. *q.* 2. *num.*
45. *n.* 47. & Dianacum *eo tract.* 10. *p.* 1. *reſ.* 22.
referunt ab illuſtriſſimis Cardinalibus, ut tolle-
retur omnis difficultas declaratum fuiſſe ſub die
1. Julii 1604. ſupra dictum decretum obligare
etiam ad peccatum mortale in verbis ſequenti-
bus *ſancta Congregatio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinalium, negotiis regularium præpoſita cenſuit,
& declaravit regulares accedentes ad Monaſteria
Monialium contra formam decreti, quo hujuſmodi
acceſſus per ſacram Congregationem prohibetur ultra
pœnas privationis officiorum, & vocis activæ &
paſſivæ, incurrere etiam pœnam peccati mortalis*,
alia dico de lege pœnali *in c. ex litteris*: & an
lex pœnalis obliget ad mortale.

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, an Tranſ-
grediens legem ex contemptu, peccet mortali-
ter; & ſuppoſitis jam adductis *à q.* 2. breviter
qui ſententiam deducam ex modo opinandi di-
verſo Joannis Præpoſiti *in p. 2. D. Thomæ. q.* 95.
diſp. 3. *dubio* 2. *num.* 7. dicente, ut ſi quis tranſ-
greditur legem ex formali contemptu, peccet
mortaliter, & quod ac hoc requiritur, ut illa
tranſgreſſio procedat ex affectu animi, quo po-
teſtas Superioris parvi fiat, ſeu ut homo con-
temnat ſuperiorem, nolite ſubjici legibus
3 ejus; alia etiam pro explicatione dicente. † Item
& Patris Arriaga *in curſu Theolog. tom.* 4. *tract. de
legibus diſp.* 16. *ſect.* 6. *ſubject.* 2. *num.* 95. dicentis
quod etiam contemptus Legiſlatoris humani,
qua Legiſlator eſt, non videatur ſemper eſſe pec-
catum mortale, ut expreſſe dicunt Cajetanus *in
ſumm. verbo contemptus*, & Bartholomæus de
Medina 1. 2. *q.* 88. *art.* 4. *in fine*, quod eſt contra
Salas, & Suarez.

4 Sed referens idem Arriaga modos dicendi
prædictorum, & poſt cum illius verba referens,
& Præpoſiti, Diana *part.* 10. *tract.* 15. *reſ.* 33. addit
quod ſi contemptus talis ſit, ut vel judicet eſſe
indignum obedire Legiſlatori, vel illum non
habere jus ad imperandum, ideoque non eſſe ei
obediendum, aut certe licet interius id non ju-
dicet, exterius tamen coram aliis ita ſe gerit; ut
id aliis inſinuet, & quaſi aliis dando occaſio-
nem, ut talem contemptu forment de Legiſ-
latore ſemper ſit peccatum mortale, quia vel ju-
dicium illud eſt hæreticum, vel ſaltem erro-
neum, vel certe exterius graviter injurioſum ho-
mini; & ex ſe natum ad ingenerandum in aliis
animam univerſalem non obediendi ei Legiſla-
tori, imo nec agnoſcendum illum, ut legiſlatorem.
Qua in ſenſu admittit Diana abſolutiſſimam
ſententiam Salas, & Sanchez exiſtimantium,
quod cum Prælatus, ut Prælatus gerat vices Dei
5 peccet mortaliter quiſquis contemnit illum. †
Cum omnis contemptus Dei, ſit mortale, juxta
illud Lucæ 10. *qui vos audit. me audit. & qui vos
ſpernit, me ſpernit.* & juxta illud Bernardi *lib.* 10.
de præceptis, & diſpenſ. à c. 11. ſæpe repetentis
*contemptum mandatorum in omni ſpecie æque gra-
vem eſſe*; quia reſpondet Arriaga non æque in
homine militare, ſicut in Deo, quia contemptus,
aut minor æſtimatio facta Legato, non eſt tam
gravis, quam ſi Imperatori ipſi, cujus eſt Lega-
tus, facta fuiſſet; ergo licet omnis contemptus,
reſpectu Dei ſit mortale, non ſequitur ut fa-
ctus homini vice gerenti ſemper ſit mortale, niſi
modo dicto.

Quare ut notant plures authores ſecundum 6
Præpoſitum ſupra dici videtur bene quod ut
aliquis mortaliter peccet in caſu dicto, non ſuf-
ficiat, ut Superiorem parvi faciat, ſed etiam re-
quiri ut inde moveatur ad parvi faciendam ejus
legem, & violandam, & ſimiliter non ſufficere
ut contemnat in materia levi, ſed requiri quod
nolit ſubjici poteſtati legislativæ ſecundum ſe;
vel pro ut ſe extendit ad materias magni mo-
menti, alioquin ſi quis nolit ſubjici legi ſupe-
rioris in materia parvi momenti; exiſtimans
parvi momenti eſſe, in ſimilibus non ſubjici pa-
ratus parere, & ſubjici in rebus majoribus, non
peccare mortaliter, quia talis non contemnit
abſolute poteſtatem, ſed legem parvi momenti,
vel in parvis materiis. † Et ſecundum prædictam 7
diſtinctionem videtur amplectendum quod ab-
ſolute dixit Villalobos *p* 1. *tract.* 2. *dif.* 19. *n.* 1. ex
Divo Bernardo *c.* 11. *ſupra*, dicens eſſe ex omni-
bus, ut operans cum contemptu legis, etiam in
re levi peccat mortaliter, de quo ſupra *ſub q.* 2.

Ad tertiam quæſtionis partem, ut exacte re- 8
ſpondeas, applicabis quæ dixi *late in c.* 1. *de pro-
bat. quæſt.* 8. *art.* 9. ex quibus intelligas qualiter
Princeps legibus ſolutus ſit, quod uno verbo
hic *n.* 6. dixit Barboſa cum infinitis ab eo rela-
tis, affirmans, ut licet quoad vim coactivam, &
pœnas in foro exteriori, Princeps ſuis legibus
ſolutus ſit ex *l. Princeps ff. de legibus, l. digna vox*,
C. eodem: tamen ex jure, & æquitate naturali, ac
Divina, quoad vim directivam, teneatur leges
ſuas ſervare in conſcientia D. Thom. 1. 2. *q* 96.
art. 5. *ad* 3. Sotus *de juſt. lib.* 1. *art.* 7. *concluſ.* 3.
Corras *lib.* 2. *miſcel. c.* 25. Covarr. *inc. alma p.* 1.
§. 2. *num.* 3. & 4. Diana *reſol mor.* cum multis ab
eo relatis *tract.* 10. *reſ.* 10. Faquin. *lib.* 1. *contra-
verſ. c.* 2. Cujacius *lib.* 15. & cum aliis 26. idem
Barboſa.

Et præter illis addo alios plures; quos noviſſi- 9
me congerit idem Diana *p.* 11. *tract.* 7. *reſ.* 6. qui
excuſatio *dicto lib.* 15. *obſerv.* 30 dict. legem Prin-
ceps quam varie expediunt Doctores, refert
Græcos Interpretes eam accipere de legibus
pœnariis, ſed idem Cujacius eam de legibus
caducariis, ſeu odioſis, nempe julia, & Papia,
tantum interpretatur hoc argumento, quod de-
ſumpta ſit ex Ulpiano *lib.* 13. *ad l. Juliam, & Pa-
piam*, quæ de caducis erat lata, quod ex inſcri-
ptione ipſius legis appareat.

Et Gotifred. *in notis admoni.* 105. *c.* 2. *in fine*, in- 10
telligit Ulpianum, non quod ſit Princeps vere
legibus ſolutus, ſed quod ſolutus videatur:
argum. l. imperfecto, ff. de leg. 3. Guillelmus An-
ciacus *quæſt. Philoſoph.* 27. *num.* 4. opinatur Prin-
cipem de facto legum vinculis ſolutum, jure ve-
ro eſſe obſtrictum; Vultejus *ad §. ſed quod Prin-
cipi* 6. *inſt. de jure naturali gentium, & civili n.* 7.
& 8. Principem omnibus legibus, tam à popu-
lo Romano, quam ab ipſo, & Anteceſſoribus

ſuis ſatis ſolutum, & liberum; interim tamen legibus Divinis, & naturalibus, ut pote quæ Ulpiani regula non contineantur teneri, atque adſtrictum eſſe.

Joannes vero Præpoſitus *in part. 2. D. Thom.*
11 *quæſt.* 95. *diſp.* 4. *dub.* 1. *n.* 5. expendens prædictam legem, referens ex nonnullis ibi eſſe mentionem certarum legum, & non quod velit Imperator, ut Princeps ſolutus ſit omni genere legum, & ex aliis diſpenſatum eſſe ſolutum ſuam eligendo ſententiam, prorumpit in diſtinctionem in principio relatam ex Barboſa tribus fundamentis, & ex regula textus *in c. cum omnes hoc tit.* ubi dicitur quod quiſque juris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eo. Et quod licet Princeps non obligetur immediate ex efficacia legis illum adſtringentis, obligetur tamen tanquam ſub conditione ſine qua non, qua poſita lex naturæ obligat ad præſtandum id, quod ſua lege præſcripſit propter rationem dictam, quia ipſa ratio naturalis poſtulat, ut Princeps ſe aliis conformet docent Azor. 1. *p. mor. lib.* 5. *c.* 11. §. *hujus igitur*, Malderus *q.* 96. *art.* 5. §. *aliter tamen*, Lorco *diſp.* 25. §. *primum Princeps*, Tannerus, *diſp.* 5. *quæſt.* 6. *dubio* 2. *num.* 20. Gamachæus *q.* 96. *c.* 5. *in concluſione*, Diana *diſt. reſ.* 10. in verſ. *item in-*
12 *fertur*. † Quatenus ait legem à Principe latam reſpectu Principis, non habere vim, ac rationem legis per ſeloquendo, quia non eſt cauſa immediata, & proxima, à qua in conſcientia Princeps obligetur, ſed tantum eſſe conditionem requiſitam, qua poſita emanet jure naturali obligatio ad ſervandam ſuam legem: nam jus naturale dictat quod caput ſe conformet ſuo corpori, & membris, & quod patiatur legem, quam ipſe tulerit, quæ confirmatur ex doctrina, quam late poſui *in d. c.* 1. *de probat.* etiam *ſub q.* 1.

13 Unde infero *dict. l. Princeps* generaliter dicere Principem eſſe legibus ſolutum, quoad pœnam legum, non quoad conſcientiam; & ſic licet Azor. & Diana ſupra, Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia c* 35. *dubio* 5. Salas *de legibus diſp.* 14. *num.* 17. 19. & 21. Bonacina *de legibus q.* 1. *puncto* 6. Caſtr. Palao *de legib. diſp.* 1. *puncto* 24. §. 1. exiſtiment quod Princeps legem ſuam non ſervans, non peccet mortaliter; ſepoſito ſcandalo, quia illa naturalis æquitas non graviter obligat. † Tamen
14 id non intelligi quoties ex fractione legis ſine ſcandalo redundaret tertii præjudicium per dicta *in l. c.* 1. *de prob.* ubi Princeps tenetur adimplere contractum initum cum ſubditis; quod ſi non redundet admitto prædictorum dictum. †
15 addens cum eis quod ſepoſito ſcandalo Pontifex non legens horas canonicas, ſeu non jejunans, non graviter peccat. arg. eorum, quæ adduxi *ſub q.* 12. *de judic. à q.* 6. & circa hanc quæſtionem videbis etiam quæ noviſſime congerunt Amicus noſter Pater Ant. de Scobar ſocietatis Jesu hic Valliſoleti *in Theolog. morali tom.* 1. *lib.* 5. *sect.* 2. *c.* 5 *à n.* 36. Merollam *de legib. diſp.* 4. *c.* 3. *n.* 616. cum aliis.

16 Ex his jam vides quod relati modi dicendi ex Cujacio, Gofredo, & aliis, debeant reduci ad diſtinctionem ſupra recitatam, ad quam etiam reducuntur alii duo modi dicendi. Unus ex Beſoldo *lib.* 1. *polliticor. c.* 2. *num.* 32. *pag.* 82. & ex aliis, quos ipſe refert diſtinguentibus inter ordinariam Principis poteſtatem, & extraordinariam, quod ſecundum ordinariam Princeps ſit legibus ſubjectus, ſecundum extraordinariam

ſit ſolutus. † Alter ex pluribus etiam diſtin- 17
guentibus inter leges mere poſitivas, ſive civiles, juriſque ſolemnia, & inter leges naturales, ſive Divinas, atque gentium, ſicque eas, quæ reſpiciunt publicum bonum. Et concludunt Principem à primis eſſe exemptum, à ſecundis, quia incommutabiles ſunt, *ex* §. *ſed naturalia*, de jure naturali non item; ad quod applicabis quæ ſupra dixi *in Rub. q.* 1. *de lege naturali*, *l.* 1. *ff. de uſufruct. earum rerum, quæ uſu conſum. l.* 1. *ff. de pactis*, *l.* 1. *ff. de conſt. Princip. l.* 3. *C. de reſcind.* nam licet Populus Romanus lege Regia omne ſuum imperium, & poteſtatem in Principem tranſtulit, §. *ſed & quod Principi* 6. *eodem tit. inſt. de jure naturali*, *dict. l.* 1. *ff. de conſt.* ſed à naturalibus, & publicis non potuerit Principem liberare, qui nequit proprium contractum tranſgredi, etiamſi utatur plenitudine poteſtatis, nec aliquem ſuo proprio jure privare contra dicta jura, de quo *in d. c.* 1. *de prov.* & *in c. per venerabilem qui filii ſint legitimi.*

Item non eſt admittendua Valentia *diſp.* 7. *q.* 18
5. *p.* 4. *reſpondeo* quatenus quod ſi Princeps conditor legis vult, eum condit ea comprehendi; eo quod omnes alios vult obligare. Nam contrarium eſt probabilius, cum Princeps ſemper ſit lege ſuperior, cujus obligatio ad legem non oritur ex ejus voluntate, ſed ex ratione; ob idque ut non poſſit directo legi ſe ſubmittere. † 19
Et licet aliquis poſſit voto ſe obligare ad aliquid faciendum, facit pro valentia, quia præterquam quod votum reſultet ex promiſſione Deo facta, dicendum eſt quod voti obligatio, non eſt obligatio orta ex lege.

Ex quibus jam ad punctum difficultatis no- 20
ſtræ, an Princeps contraveniendo legi ſuæ, peccet, ſatis reſponſum eſt, ſolum poteſt eſſe dubium an omnia peccata, quæ à Principe committuntur ob non obſervantiam propriarum legum ſint ejuſdem ſpeciei. Ad quod reſpondeo affirmative cum Salas *de legibus diſp.* 14. *sect.* 2. *num.* 21. Diana *d. p.* 11. *tr.* 7. *reſ.* 6. verſ. *ex his* ex eo quia illud præceptum generale legis naturæ de ſervanda lege, non ponit actum Principis in eadem ſpecie, in qua eſſet actus ſubditi, qui directe, & immediate ſubditur legibus Principis, quæ ſpecialiter pertinent ad materiam talis virtutis, vel vitii; & ideo in eadem ſpecie vitii violationem legis humanæ conſtituere. † Quod 21
probant relati quia ratio formalis, propter quam dicimus peccare Principem non ſervando legem ſuam, eadem eſt in violatione omnium legum ſuarum, ſcilicet quia turpiter agit diſcordando à toto; ergo omnia peccata cenſentur ejuſdem ſpeciei: contrarium velle videtur Leſſius *dicto lib.* 2. *de juſtitia cap.* 35. *dubio* 5. Bonacina *q.* 5. *de legibus puncto* 6. ſed non ita æquo fundamento.

Ad quartam quæſtionis partem: an ſtatutum 22
particularis Provinciæ, liget Principem in conſcientia, breviter reſpondeo ut non teneatur ſervare ſtatuta, ſeu leges municipales Provinciarum ſibi ſubjectarum, quando in illis Provinciis moratur, vel in eis peregrinatur, quia etſi ex dictis ſupra, Princeps quoad ſuam propriam conſcientiam, non ſit ſolutus legibus, ne ut caput à membris diſcedat. Tamen quia in caſu, de quo loquimur ſtatuta ſpecialia, ſive leges municipales Provinciarum ſint latæ ab inferiori poteſtate & juriſdictione, ſequitur ut cum illæ

non

habeant vim obligandi Principem, ſic neque Princeps illas teneatur in conſcientia ſervare, cum Princeps in eodem loco habeat juriſdictionem ſuperiorem: ſic docent Felin. *hic num.* 30. Suarez *lib.* 3. *de legibus cap.* 35. *num.* 14. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 2. *à num.* 13. Bonacina *in eodem tract. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 6. *num.* 26. Ferdin. Caſtr. *in opere morali part.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 1. *punct.* 24. *§.* 1. *n.* 7.

23 Dubium vero eſt, quid ſi aliquod Provinciæ ſtatutum ſit à Principe confirmatum, an ad ejus obſervantiam teneatur in conſcientia, & videtur ex dictis affirmative reſpondendum, quia jam illi ſtatuto per ejus confirmationem præſtitit novum robur, ac ſi ipſe Princeps illud conderet de novo, cui tunc in conſcientia ſtare deberet per dicta in verſ. *ad quartam*: & ſic Merolla *de legibus diſp.* 4. *c.* 3. *à num.* 173. dicit, ut quoties Princeps ex certa ſcientia confirmat hoc modo ſtatutum latum ab inferiori poteſtate, videtur de novo ipſe idem & ſtatuere, ſeu illud facere ſuum: arg. text. *in c. de confirmatione utili, vel inutili, & c. ſi Apoſtolicæ de præbendis lib.* 6. & ſic ut teneatur tale ſtatutum ſervare eo modo, quo leges à ſe latas ſervare tenetur.

24 Suarez tamen *dict. lib.* 3. *de legib. c.* 35. *num.* 14. dixit, quod ſi talis locus eſſet, quaſi propria habitatio ipſius Principis, ut eſt v. g. Roma reſpectu Pontificis, tunc etiam Princeps videatur obligatus, quia ſpeciali habetur ratione, tanquam civis, & membrum illius loci, ſicut quilibet alius Princeps reſpectu ſuæ curiæ, cujus

25 confirmavit ſtatutum. † Extra hunc vero caſum, & quando confirmatio eſt in forma communi, non ex certa ſcientia, exiſtimo cum eodem Suarez, Salas, & Caſtro, jam relatis, quod videtur ſequi Diana *d. reſ.* 6. *in fine tract.* 7. *p.* 11. ut licet Princeps confirmet ſtatutum alicujus Provinciæ ſibi ſubjectæ, non obligetur ad illud, quia ex quo non confirmat illud pro tota ſua republica, nec ibi degeret cum confirmat, etſi poſtea inhabitet, nulla ratione ad illius obſervantiam teneatur, quippe quod tale ſtatutum ſit determinatum pro loco, ſeu Provincia ſpeciali, quod cogere non debet caput totius Reipublicæ, & Regni.

26 Ad quintam quæſtionis partem, quæ plurimum ſpectat ad poteſtatem legiſlativam, quam Princeps habet, quia etiam reſcripta concedit, & privilegia condonat ſecundum jus, præter jus, aut contra jus, juxta nonnulla, quæ dico infra *in tit. de reſcriptis*: & pro negativa ſententia videtur textus *in c. cum tu de uſuris*, ex quo apparet non poſſe Principes compoſitionem facere in-

27 certorum, ſed hoc ad Pontificem ſpectare † facit quotidianus ſtylus practicatus apud nos Hiſpanos in Bulla compoſitionis ablatarum rerum minutatim à Macellariis, Tabernariis, & aliis Reipublicæ officialibus, quæ à Pontifice dimanat, non à Rege noſtro Hiſpano his in Regnis, quibus conceditur illa bulla, & ex *d. c. cum tu* 5. qui expreſſe illud non dicit, contendit defendere Caſtr. Palao *tom.* 4. *tract.* 15. *puncto ultimo §.* 1. *n.* 5. ubi docet latam eſſe prædictam legem: & hanc in terminis docent Villalobos, Ludovicus la Cruz, Trulenc. & Rodriguez, quos refert Diana *p.* 11. *tract.* 8. *reſ.* 19.

28 Pro affirmativa ſententia ſunt Gaſpar Hurtado *de juſtitia diſp.* 9. *dif.* 9. *dif.* 6. del Caſtillo *de juſt. lib.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 9. *dub.* 14. *n.* 131. dicentes quod non ſolum Pontifex habet prædictam authoritatem ad compoſitionem faciendam ſuper debitis incertis, ſed etiam Princeps ſæcularis, dum Pontifex id non prohibeat aut præveniat, ut de facto prævenit applicando debita incerta, ſaltem aliqua pauperibus, imo & de bonis licite acquiſitis dixit etiam del Caſtillo relatus, & poſt Henriquez noviſſime acerrime defendit Pater Andreas Mendo *in Bulla cruciatæ diſp.* 32. *c.* 4. *num.* 34 ex eo quia etſi illa bona ſint injuſte acquiſita, dum Dominus eſt incertus, ſuccedit Reſpublica loco veri Domini, qui ſane non invitus eſſe debet in ea ſucceſſione, cum ſit filius, & membrum ejus Reipublicæ. † Nec ob- 29
ſtare ait quod Princeps non ſoleat talia componere bona, quia reſpondet hoc non probare incapacitatem in Principe, ſed convenientiam non exercendi illam poteſtatem publice, ac per leges, ſicut per leges eam exercent circa bona incerta juſte acquiſita, qualia ſunt inventa. Et ad comprobandum refert duos caſus, unum de Militibus injuſte aliquam urbem lædentibus, & accipientibus bona à vicinis ejus per vim, alium de Hiſpanis quibuſdam, & ejus ſucceſſoribus, qui apud Indos in juſto bello, contra Regis Catholici bona, obtinuerunt, aut retinent oppida, quibus per Principem, & Regem jam condonata ſunt, quia illa bona erant infidelium, quæ Papæ non ſubjacebant. † Ad primum ca- 30
ſum leges Sotum de juſtitia *lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 3. Cordubam *lib.* 1. *q.* 39. *& lib.* 5. *q. fin.* D. Henriquez *lib.* 7. *de indulgent. c.* 33. *num.* 3. *ad ſecundum*, eundem Henriquez, ac Epiſcopum Chiapæ *tract. de reg. confeſ. in die propoſ.* 3. qui negant, & Solorzanus *de jure indiarum*, ubi diverſis in locis probavit quod Rex ſuccedit in ea bona loco veri Domini, quia Rex eſt legitimus Indorum, & ut probabilem admittit noviſſime Pater At. de Scobar *in Theolog. morali tom.* 1. *lib.* 7. *c.* 38. *probil.* 118. *num.* 817. & prædictam negativam retinendo D. Pater Mendo, ubi ſupra (cui ego ex uſu contrario non multum aſſentio, cum per Pontificem hæc compoſitio contingat) ut ſuam ſententiam ſuſtineat, explicet *dict. diſp.* 32. *Bullæ cruciatæ c.* 2. *num.* 21. *&* 22. textum *in dicto c. cum tu*, qui ex ſua contextura non eſt difficilis intellectus.

QUÆSTIO VI.

An tempore neceſſitatis, & inopiæ taxa frumenti, ſit ſervanda in conſcientia: & quid de lege taxante res alias: & an liceat vendere frumentum ſecundum pretium commune, & vulgare ſeu liceat vendere unum ultra pretium à lege impoſitum: & an Dominus frumenti poſſit ſecure in foro conſcientiæ exigere jura portationis: & quid de farina, & pane cocto: & an hæc lex ſit pœnalis tantum.

SUMMARIUM.

1 *Taxa frumenti ſecundum quoſdam tempore magnæ neceſſitatis, aut ſterilitatis, non obligat*

obligat in conſcientia n. 9. *alii tenent contra* à num. 3. ad n. 10. *qui melius loquuntur, ut à* n. 11. ad n. 25. & n. 29.

7 *Taxæ tritici leges in caſu ſubitaneo nimiæ ſterilitatis, donec Princeps conſulatur ſuper ſua lege obligat, non ſic in Provinciis, ubi illæ non ſunt in uſu, aut recepta, ut in Gallacia.*

11 *Taxam panis excedentes peccant mortaliter.*

12 *Agricolæ taxa panis non obligantur hodie ad illam ſervandam ex lege Regia a Philippo III. lata Euoræ anno* 1619. num. 13. 14. 24. 25. & num. 32.

15 *Taxata res nequit ſine peccato ultra taxam juſtam vendi, quæ etiam procedit in omnibus contractibus.*

16 *Præſides, Prætores, ſeu alii Magiſtratus in ſuis Provinciis permittentes taxam tritici excedi ſine conſenſu Principis, etiam ob neceſſitatem, malefaciunt.*

24 *Taxa pendet à Principe conſtituente, non à venditorum voluntate.*

25 *Marchiones, & Domini vaſſalorum reddituus habentes in tritico, item & Eccleſiaſtici taxa obligantur.*

26 *Taxa pretii juſti & rigoroſi poſita, & ſignata in rebus vendendis, non eſt excedenda etiam à mercatoribus* n. 27. & 28.

30 *Taxa poſita vino collecto ex propriis vineis excedi non poteſt, niſi ex privilegio competat, ut Panormi.* & n. 31.

32 *Agricolæ ut fruantur privilegia legis Everæ quoad taxam tritici non obligantur, debent regiſtrare triticum collectum.*

33 *Agaſones vulgo* los tragineros *poſſunt ultra taxam recipere ſumptus transportationis tritici. Et quid ſi idem Agricolæ ſumptus fecerunt in introducendo triticum in Horreum* n. 34 35. 36. 37. & 38.

39 *Triticum minus valens quam taxatum à lege, non debet plus vendi ratione ſumptus transportationis, nec eſt excedenda taxa, quando venditur in ſubaſtatione* n. 40. *nec eo quod permutaverit, aut mixturaverit cum alio* n. 41. & *de aliis duobus caſibus* num. 42 43. & 44.

44 *Taxæ leges mero cum artificio factæ fuerunt.*

45 *Panis cocti ſunt nonnullæ pragmaticæ pro Panificis, qui taxam Præteris excedere nequeunt, ſed vendere juxta taxatum triticum in grano cum moderato tamen lucro ob laborem coquendi* n. 46 47. 48. 49. ad 53.

46 *Clerici, & nobiles prohibentur vendere panem coctum ſub peccato* n. 47. *fallit in Clericis cum vendunt panem coctum, quem habent ex oblationibus* n. 51.

48 *Taxato tritico in grano, non inde dicitur taxatus panis coctus.*

49 *Panis coctus cum habet taxas diverſas, poteſt vendi à Panifico, juxta majorem, etiamſi pretio minori triticum emerit.*

50 *Triticum ſuum dans Panificis, ut ejus nomine in pane cocto vendant, poterit aliquid plus ultra taxam accipere.*

51 *Triticum, aut panem vendentes illi, qui prohibiti ſunt, non tenentur reſtituere, & ſi peccent.*

52 *Panis coctus, ſeu triticum populi, non debet carius vendi, nec taxari, ſicut quod foris portatur, & exceſſus taxæ debet Domino reſtitui, ſeu pauperibus, eo deficiente.*

53 *Panis cocti taxa debet à judice fieri, conſiderata æſtimatione, ſeu pretio tritici poſiti in Horreo publico ſimul cum expenſis fieri ſolitis; quod etiam procedet in privato.*

54 *Taxa tritici Horrei, & Typhæ juxta Doctores quoſdam non convenit ob pluros rationes præjudiciales Reipublicæ hic relatas.*

55 *Taxa non damnatur, eo quod unis, ut Incolis ſit poſita, & non aliis, ut alienigenis, & quare* n. 36. vide n. 39.

56 *Uliſſiponæ habitatores fame perirent ſi taxa tritici, aut panis cocti ſignaretur.*

57 *Taxa tritici injuſta non eſt; eo quod non taxentur ſumptus famulorum, vinum & alia comeſtibilia.*

58 *Decimæ Eccleſiaſticæ debent ſolvi abſque deductione expenſarum factarum in cultura, & fructuum recollectione.*

59 *Taxa eſſet injuſta poſita infra pretium minus notabiliter, quam communiter triticum valet. Et quæ eadem poneretur, tam pro tempore egeno, quam fertili. Et quid ſi poſita eſſet ob ſuccurrendos Pauperes ibi.*

60 *Lex taxæ non tantum eſt pœnalis, ſed etiam mixta, & quæ ex parte obliget in conſcientia carius vendentem triticum* n. 61.

62 *Lex pure pœnalis, & ſi non obliget in conſcientia, obligat tamen ea, quæ eſt mixta.*

63 *Tritici empti, ut revendatur in ſpecie nonnullæ quæſtiones* remiſſive.

DE legibus taxæ frumenti ex propoſito 1
ſcripſit Mexia; ſed video duos graviſſimos Doctores acerrime inter ſe pugnare, qui ſunt Molina Theologus, *de juſtitia, & jure 2. p. diſp.* 364. & Joannes Gutierez *lib.* 4 *practicarum quæſt.* 61. quilibet pro ſua opinione fortiſſimas rationes, & authoritates adducens, comprobans Doctoribus ex propoſito diſputantibus, & poſt illos video pleroſque abundantius agere, præcipue Baſilius Pontius *in quæſtionibus ſcholaſticis diſp.* 1. *quæſt.* 2. *per totam c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Salas, Saconius, Valerius, Reginald. Leſſius, Suarez, Malderus, Bonacina, & alii referendi, tam pro negativa, quam affirmativa ſententia. Igitur Molina cum ſuis ſequentibus docet ut taxa frumenti à lege Regia non obliget in conſcientia tempore magnæ neceſſitatis tritici, & ſterilitatis io illis verbis *ſuperveniente ingenti ſterilitate Princeps vellet ut triticum eodem pretio venderetur, quo rationabiliter tempore abundantiæ vendebatur lex eſſet irrationabilis, & injuſta.*
2 † Addens non juſtificari taxam; eo quod redundet io bonum pauperum, & reipublicæ, quia æquitas, & juſtitia petitur juxta rei naturam, nempe ut pretium ſit majus, ne Dominus rei patiatur injuriam in tritico ex ſolo accidenti pauperum; & quia incolæ in anoo ſterilitatis amittunt fructus, & bona, cum triticum illis ſtet carius, quam à texa æſtimatur, & ex aliis fundamentis; quæ repetit etiam idem Gutierrez omnino videndus; docent cum Molina Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *c.* 21. *dub.* 3. *num.* 14. Navar. *in ſumma*, quid id voluiſſe videtur *cap.* 22. *num.* 88. Valerius Reginald. *in ſua praxi tom.* 2. *lib.* 25. *c.* 16. *num.* 270. hanc, etſi contrariam ſecuriorem vocet Villalobos *in ſumma p.* 2. *tr.* 21. *dif.* 11.

diſ. 11. ſequitur Robellus *de juſtitia p.* 2. *lib.* 9. *q.* 2.
ſect. 3. *n.* 14. dicens hanc amplecti communiter
Patres Societatis Jesu.

Alii inquam præter eundem Gutierez exiſti-
3 mant ſtandum eſſe taxæ frumenti in foro con-
ſcientiæ, ſic ut ultra eam vendentes peccent ex
fractione legis. Primo quia lex illa eſt Reipu-
blicæ utilis admodum maxima cum prudentia,
& maturo judicio lata. Et quia ſic ſtabilitur ex-
preſſe in ipſis legibus taxæ taxantibus pretia
frumento pro tempore neceſſitatis, & ſterilita-
tis in quo eſt opus ipſarum legum.

4 Et quia quoties aperte non conſtat de inju-
ſtitia legis, debet ſecundum illam judicari, *c. erit
autem lex* in verſ. *ideo* ad finem *diſt.* 4. Et quia
ſi aliud diceremus ſemper profecto, aut prope
ſemper erraretur in hoc æſtimando pro diverſi-
tate rationum hinc inde occurrentium pro legis
juſtitia, vel è contra; & ſic quilibet vellet arbi-
5 trari, corrigere, & deſtruere leges Regias. † Et
quia Princeps ex cauſa non ſemel auxit in his
Regnis propter ſterilitatem magnam tritici
taxam, et bene expendit *n.* 18. *&* 19. idem Gu-
tierrez referens incommoda variationis. Deinde
quia etſi plurimi ſint Agricolæ, qui tale dam-
num recipiunt, ſunt multo plures, qui Incolæ
non ſunt, egentes ſuſtentatione commoda, qui-
bus intereſt ut Reipublicæ major pars, quod
frumenti pretium taxetur: his, & aliis rationi-
bus hanc ſequuntur opinionem abſolute Joan-
nes de la Cruz *in directorio conſcientiæ p.* 1. *præ-
cept.* 7. *q.* 3. *dubio concluſione* 1. Salas *tract. de empt.
& vendit. dub.* 7. *num.* 3. Michaël de Palacio *de
contract. lib.* 2. *c.* 2. Petr. à Navarra *de reſt. lib.* 3. *c.* 2.
num. 2. Bartholomeus Solonius *de inſtit. tom.* 2.
q. 77. *art.* 1. Baſilius Pontius ubi ſupra *diſt. q.* 2.
ſcholaſtica c. 7. *in fine*, Petrus Ledeſma *in ſum-
6 ma tom.* 2. *tract.* 8. *c.* 32. *dif.* 19. † Quia quoties lex
eſt dubia, eſt Principi obediendum, & ſic con-
tingere in caſu noſtro, cum multi Doctores aſ-
ſerant taxam frumenti, etiamſi tempore ſterilita-
tis eſſe juſtam, & Ledeſma ait hanc eſſe Thomi-
ſtarum communem opinionem cum Medina,
Bannez, Orellana, & aliis, & quia alias taxa nun-
qum impleretur, cum inanis extra ſterilitatem
forte unquam frumentum venditur, juxta ta-
xam, ſed multo infra; ergo taxa, quæ vocatur
de 72. *Reales* eſt juſtiſſime impoſita, ut occurra-
tur anno ſterili, nec cum jactura populi tritici
venditores immoderatas divitias appetant cui
malo mederi, opus ſane neceſſarium, eſt &
fuit præcipue hic Caſtellæ veteris, & legionis Re-
gnis, ubi adeſt tritici, & hordei quotannis fre-
quenter fructus copioſus, ſeu medianus, & mi-
ramur omnes quando triticum præcipue vendi-
tur pretio taxæ.

7 Et quia idem Joannes Gutierrez *dicta q.* 61. *à
n.* 28. ſigillatim reſpondet fundamentis Moli-
næ, quæ ex propoſitis fundamentis, & rationi-
bus pro ejus ſententia ſatis diluuntur, cum etſi
in caſu nimis extremæ neceſſitatis, & quando
caſus eſt ſubitaneus, qui non pateretur moram
conſulendi Principem ex doctrina D. Thomæ
in alia ſpecie loquentis, vel quando prædictæ
leges taxæ uſu non eſſent receptæ, aut contraria
conſuetudine abrogatæ, ut reſpectu aliquorum
locorum, ſeu Provinciarum, patet.

8 Veluti in Regno Galliciæ in quo taxa non ob-
ſervatur: tamen ut cumque ſit extra prædictum
caſum Principis conſulendi in mora pateretur,
ſemper eſt ad illum recurrendum, quia ex quo
legem ejus dubiam poſſit nemo declarare, præ-
ter illum, ut dicit Gutierrez cum aliis à dicto
num. 28. juxta quæ ego dixi *in c.* 12. *de judiciis à
quæſt.* 1. & infra per textum *in c. ſi quando de re-
ſcriptis.*

Sequitur ut non ſit in voluntate vendentium 9
contra taxam pluris vendere, quantumvis ne-
ceſſitas ſterilitatis coërceret: nam potuit Prin-
ceps taxare triticum obligando illum cuſto-
diendes ad vendendum pretio juſto, & majori,
quale eſt taxatum pro tempore ſterilitatis; ergo
dum Princeps non permittit aliam tritici vendi-
tionem exceſſivam, evenit ut triticum habentes
nequeant illud pluris vendere, ſicut nulli ſub-
dito licet ſine juſtiſſima, & evidenti cauſa tranſ-
gredi jura alia ex jam dictis quæſtionibus præ-
cedentibus. † Et licet Corduba exiſtimet ſuffi- 10
cere tacitam Principis permiſſionem ſeu conſi-
lii videntis triticum carius ultra taxam vendi;
& diſſimulantis, nec Tranſgreſſores punientis,
ut late ſcribit: tamen eum, & alios maximope-
re impugnat Gutierrez *lib.* 2. *pract. q.* 180. omni-
no ibi videndus cum aliis de hac pragmatica. &
ibi *à num.* 21. dicens in verſ. *hæc tamen limitatio*
illud non eſſe admittendum, affirmando ſolere
frequenter Principem, & conſilium mandare
Gubernatoribus, ut diligenter videant, & in-
quirant, ut nullus Reipublicæ taxam excedat,
ubi negat Præſidi cujuſlibet Provinciæ, ubi
viget taxæ lex, quod poſſit dare licentiam pluris
vendendi triticum, niſi cum expreſſa licentia
Regis, & conſilii.

Eſt ergo dicendum taxam panis excedentes 11
peccare læthaliter abſque eo, quod obſtent fun-
damenta Molinæ, & doctrina Navarri, & Me-
dinæ, in qua etiam fundatur, quam bene expen-
dit idem Gutierrez *num.* 30. 31. 32. qui etiam re-
ſpondet *num.* 26. *&* 27. ad aliud fundamentum
Emanuel Rodriguez *in ſumm. p.* 2. *c.* 79. *in* 4. *con-
cluſione in impreſſ. ſalmant. anno* 1594. aientis ex
doctrina D. Thomæ 22. *q.* 66. *art.* 7. Soti *l.* 1. *de
juſt q.* 6. *art.* 4. ut quemadmodum licet furari ne-
ceſſitate urgente, aut propter frigus, & ſic licere
legem taxæ frangere: nam ſi Eccleſiaſtica lex
non obligat cum periculo vitæ, quare item lex
taxæ mere ſæcularis, & enim ultra generalita-
tem hanc, quam non admittit Gutierrez *dict.
num.* 27. conſidero hæc potius noſtram aſſertio-
nem confirmare, quia hæc potius militant ex
parte pauperum tritico egentium, quibus lice-
ret triticum furari ad ſe ſuſtentandum; non vero
militant pro venditoribus tritici, qui cum illud
habeant, & vendere, niſi ultra taxam nolint,
procedunt potius in ruinam pauperum egen-
tium, à quibus nolentes pretium juſtiſſimum
taxæ tritici conſulto, & prudenter ſtabilitum
pro annis ſterilitatis properant, non vendendo,
& neceſſitatibus ſubveniendo contra egentes il-
lo modo eorum mortem procurantes.

Unde ego etſi videam quod Villalobos *in di-* 12
cta def. 11. *tr.* 21. *p.* 2. poſtquam fatetur noſtram
relatam ſententiam eſſe ſecuriorem ſequatur po-
tius Molinæ ſententiam ibi *num.* 3. addens ideo
Philippum Regem III. Hiſpaniæ, dum eſſet
Evoræ apud Luſitanos anno præterito 1619. ut
terræ Cultores, & Coloni Laboratores tritici,
non ſint taxæ legi obligati; eo quod unius an-
ni ſterilitate, ſolent remanere oppreſſi egeſta-
te, cum inanis fertilitatis ſoleant etiam triticum
ven-

vendere pretio nimis Vili. Quia reſpondeo ex prædicta Regis lege, ſeu declaratione circa laborantes potius confirmari noſtram ſententiam, quia ex ea videmus factum fuiſſe per Legislatorem, ut laboratores vendentes ultra taxam tempore neceſſitatis, poſſent licite vendere, & remanere ſecuri io conſcientia.

13 Et probo ex eodem Villalobos ibi *d. tract.* 11. *part.* 2. *dif.* 19. ubi late, & apud plores caſus agens qualiter taxa tritici debeat obſervari, ait *num.* 6. quod Laborator nequit vendere triticum ultra taxam, etiam ſi triticum ſibi carius ſtet, ſic tenens cum Corduba Mercado Fr. Emanuel, Palaicos, & Gutierrez contra Mexiam *lib.* 4. *concl.* 4.
14 *n.* 29. *de taxa panis*: † iterum adducens quod jam hodie ſunt liberati per prædictam pragmaticam Philippi Regis III. Evoræ Latam dict. anno 1619. addens *n.* 8. cum Lopez, & Ledeſma taxæ legem procedere, etiam ſi triticum venderetur in publica ſubhaſtatione; & ſi loquens in noſtro caſu antea *in dif.* 6. dum agens late de alia generali quæſtione, nempe ſi licitum eſt vendere rem pluris, quam valet, ſeu emere viliori pretio, qnam æſtimatur (de qua late ago *ſub tit. de emptione, & vendit.* & ibi *c.* 3. ubi ad quam
15 reſtitutionem teneatur) † ait *n.* 6. ut quoties res eſt taxata, nequeat ultra taxam vendi, ſi taxata eſt juxta pretium rigoroſum, etiam ſi plus valeat, juxta communem æſtimationem, ex eo quia cum lex taxæ juſta ſit, non eſt cur paſſim mutetur declarans idem procedere io cambiis, permutationibus, ac aliis contractibus, ex textu *in l. ſtatu liberi ff. de ſtatu hominum*, *l.* 2. *C. de reſcindenda vend.* quarum legum ſpecies, etſi loquantur de emptione & veoditione, extenduntur per Doctores ad cæteros contractus, cum ſit aurum, quod pro auro æſtimatur, commendatque conſiderandum valde, quia tritici Domini venditores permutatione, aut Cambino ſolent facere, ut hoc modo tritici faneca, quæ pretio rigoroſo taxæ non excedit à decem, & octo dragmis, ut excedat dragmis viginti quatuor, & plus.

16 Et in confirmationem noſtræ ſententiæ loquens *de dif.* 6. *n.* 7. etiam de tritico, ait ut quamvis prætores, & judices juſte aliquoties permittant ut triticum ultra taxam vendatnr aliquo brevi tempore, ut aliqua magna neceſſitas ſuppleatur non ideo venditores tritici eſſe ſecuros in conſcientia, niſi ſcirent à Rege haberi licentiam, aut ab ejus conſilio ſupremo, quia prætores, ac judices, non ſunt pragmaticis ſuperiores. † Addens etiam quod ſi prætores, & judices per-
17 mitterent ultra taxam, ſine juſta cauſa tritici venditionem, peccarent mortaliter cum obligatione reſtituendi damnum, quia tenentur proprio ſuo officio hæc damna evitare; aliter enim non evitando, obnoxios eſſe reſtitutioni, ut ſi vidiſſent furto ſpoliari domum vicini, eamqne non defenderent.

18 Quid enim clarius poſſit ipſe Villalobos dicere, cum nulla ſterilitas anni poſſit eſſe in tali egeſtate, quam illa neceſſitas, quæ de repente ſolet in urbibus, aut populis contingere ſubveniendi famæ vicinorum quia ſunt oppreſſi, & oihilominus venditores non excuſantur taxam, excedentes; quod verum eſt, etiamſi revera reſpectu anni vera ſterilitatis eſſet; ita ut nec cauſaretur egeſtas populi, ex malitia vendentium triticum, qui ſolent in cuſtodia retinere, ut plu-
ris à lege taxatum vendant. † licet *num.* 8. ibi 19
cum Petro Navarra *de reſt. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 3. addat notanter ex Doctoribus, qnod leges debent variari, quoties notabiliter circumſtantiæ variantur; ita ut ſi Princeps: tuoc eſſet notabiliter negligens, jam lex inciperet eſſe injuſta, nec obligaret in conſcientia, ſed nihilominus, dicit ut non conveniat legis mutatio paſſim juxta alia, quæ idem Villalobos dixit *p.* 1. *tr.* 2. *dif.* 37. *num.* 2. & 3. de quibus dico infra *ſub cap. tranſlato* 3. *hoc tit.* ergo legitime ex his cooſequimur tritici taxam in anno ſterili, obligare in conſcientia in illis partibus, ubi taxæ lex eſt recepta, & in viridi obſervantia.

Nec juvant Molinæ ſententiam, Petrus de 20
Navarra *dict. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 2. Aragon. 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. *diſt.* 2. Salonius *de juſtit. tom.* 2. *q.* 77. *art.* 1. *n.* 10. dicentes quod ſi progreſſu temporis viderint aperte, & evidenter ipſi venditores mutatum eſſe pretium rerum, communiter apud omnes, quia variatæ ſunt revera circumſtantiæ omnes, & mercium, & temporum, & Emptorum nbique terrarum, duratque illa varietas, non uno aut altero annno, ſed plurimis; Nec propterea mutari pretia à lege, & Magiſtratibus: tunc liceat eis vendere tuta conſcientia res ſuas, non ſolum juxta legis taxationem, ſed etiam juxta communem uſum fori ad arbitrium prudentum,
† quia reſpondeo hic poſſe permitti in iſto ca- 21
ſu, oon tam ex cauſa ſterilitatis, quam ex communi hominum æſtimatione dantium aliud variatum pretium rebus taxatis, quarum taxa non forte obligat, ſicut ipſa tritici taxa edita ad obviandum fraudibus venditorum tritici, eaque taxa facta in pretio, non tantum ioſimo, aut medio, ſed nimis rigoroſo, juxta quod poteſt accidere anno ſterili, & rigoroſo.

Nihilnminus Suarez *in* 3. *part. tom.* 5. *diſp.* 4. 22
num. 5. *& ſequent.* Salas *de legibus q.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 13. noſtram ſententiam admittunt, quando juſtitia legis aquæ probabilibus nititnr rationibus, nam ſi oppoſitum ſit maniſeſte probabilius ſubditi poſſint ſe excuſare ab obſervantia talis legis: ſed addit Diana *p.* 1. *tract.* 8. *de contract. reſ.* 70. *in fine*, ita accidere in caſu noſtro ſterilitatis; ergo videtur ibi in fine
amplecti Molinæ opinionem. † Et ſic videtur 23
quod oppreſſus Molfeſius *in ſum. tom.* 2. *tract.* 11. *c.* 5. *num.* 86. dixerit opinionem Molinæ, & aliorum procedere, quando taxatio ſingulis annis efficitur. Opinionem vero Salas, & aliorum, procedere, quando taxatio efficitur univerſaliter, & uniformiter habendo ratiooem fertilitatis, & ſterilitatis: videbis Bonacinam *de contractibus diſp.* 3. *q.* 2. *puncto* 4. *n.* 8. Malderum 2. 2.
D. Thom. tract. 5. *dub.* 1. c. 2. † Ergo evidenter ex 24
dictis apparet ſtandum eſſe legis taxæ, cujus mutatio pendet à Principe tam juſte conſtituente non à venditorum voluntate, præcipue inquam ſi conſideres per *leg. d.* Evoræ Cultores, & laboratores non eſſe taxæ fructuum, quos colligunt obligatos, ſolereqne triticum cuſtodiri, & antecedenter emi à vulgo Revenditoribus, qui illud emunt in anno fertilitatis pretio commodiſſimo, ot in anno ſterili pretio nimis exceſſivo vendant abſque ulla compaſſione, & miſericordia pauperum, quorum hominum ſpecies pejor eſt locuſta extirpationis digna, & nimis Reipubublicæ nociva.

Pro aliis vero hominibus, utpote vaſſallorum 25
Domi-

Google

Dominis, Marchionibus, Ducibus, & Comiti-
bus, imo & Ecclefiaſticis habentibus in tritico
redditus ſuperabundantes quis non videt ut ſint
in omni tempore legi taxæ obligati utpote in
quibus non concurrunt circumſtantiæ ſum-
ptuum, & expenſarum, quæ in ipſis terræ culto-
ribus; & de illis ſolùm dici poteſtqund infra di-
co in verſ. *ad quintam*; imo & latè agens, & ex-
plicans idem Joan. Gutierr. taxam hujus Regni
contentam *in l.1.tit.25.lib.5. recopil.in lib.2.pract.
q.*180. 182.183. omnino videndus in *d.q.*180.
dictam pragmaticam taxæ *à n.*9. verſ. *his* contra
plura ſundamenta contrariæ ſententiæ prædi-
ctam taxam obligare etiam in locis vulgò *de
fierra*, ubi carius propter ſterilitatem ſolet triti-
cum bordeum; & typba, hoc eſt, *centeno* vendi:
ſic cum multis per relata jam fundamenta.
26 Ad ſecundam quæſtionis partem quid de lege
taxante res alias pro Reipub. commoditate jam
ſupra reſponſum præbui ſubdito verſ. *ad primam*
negando, ut queant ultra taxam vendi. Et juvatur
ea ratione, nam quando taxa eſt facta, juxta pre-
rium rigoroſum, ut pote contingit in tritici taxa,
non debet venditor excedere limites, quia
hoc genus taxæ, ut docet Vilall. *d.p.*2.*ſum.tr.*21.
*diſ.*6. *num.*13. tantùm ponit limitem ultra quem
probibet venditionem; imo ſi id aliquo anno, &
tempore contingat, ut minus valeat triticum, ſeu
aliæ res, nec vendi poterunt pro taxa, ſed tan-
tùm juxta communem æſtimationem illius tem-
27 poris. † Etliect mercatores poſſint aliquid plus
vendere merces, quàm valent communi æſtima-
tione quod ſibi competit ex officio, ſed non ex-
28 cedendo taxam. † Item ex abundantia, aut neceſ-
ſitate mercium, & mercatorum, vel temporis, aut
loci, aut modo venditionis, utpote ſi ſubhaſta fie-
ret vulgò *en al moneda*, vel ſi venditur minutatim,
vel ex deſiderio, quod habet aliquis ad rem, quæ
venditur, poſſit pretii communis æſtimatio exce-
ſi: tamen numquam taxa prætii rigoroſi, etiamſi
venditores exaggerando merces ſibi cariori pre-
tio extitiſſe, aut lucri ceſſantis cauſa, vel ſi dicant
rem vendendam eſſe magnæ æſtimationis; non
ideo his, & aliis rationibus eſſe excedendam
prædictam taxam, quantumvis aliquid propter
illas, excedere infra taxam à communi æſtima-
29 tione queant, † Ad tertiam quæſtionis partem an
liceat vendere frumentum ſecundùm pretium
commune, & vulgare, non eget aliâ doctrinâ,
propter relatam ſupradicto verſ. *ad primam*, &
proximè verſ. *ad ſecundam*.
30 Ad quartam quæſtionis partem, an liceat ven-
dere vinum ultra pretium à lege impoſitum, &
reſpondeo ex jam dictis; licet diſputans quæſtio-
nem Diana *d.p.*1. *tr.*8. *de contractibus & cambiis
reſ.* 38. videatur affirmare, quia reſpondeo illum
loqui de Panormitanis civibus, quibus datum
eſt privilegium, ut ſpe lucri allecti invigilent ef-
ficacius in vim earum cultivationem, quæ in ter-
31 ritorio civitatis Panormitanæ exiſtunt. * Sed
notanter ait non poſſe vendere aliud vinum em-
ptum ex aliis vineis: nam ſi contrarium facerent
peccarent, & tenerentur ad reſtitutionem, quia
privilegium hoc eis non concedit, ſed tantùm
loquitur de vino à propris vinea collecto, & di-
cit valde notandum, quod ſemper tenuit atque
defendit, & ſi ſint, nec defuerit Doctores con-
32 trarium affirmantes. * Unde ego infero ad intel-
ligentiam privilegii, quod ex jam adducta lege
Evoræ anni 1619. habeot agrorum cultores ven-
dendi triticum ultra taxam aſſignatam à pragma-
tica, quibus antea erant adſtricti, ſicut cæte-
ri cives, & populorum homines hodie adſtricti
ſunt, ut jam dixi ſub dicto verſ. *ad primam*, & *ad
ſecundum*, nempe ut debet tempore collectio-
nis fructuum regiſtrationem facere collecti triti-
ci, ex ſuis hæreditatibus propriis, ſive conductis
deducendo ſumptum neceſſarium pro propria
familia, & ad ſecundum in anno ſequenti, ut po-
ſtea ſine pœna taxæ poſſint vendere ultra taxam
triticum, quod ſupereſt: & ſic intereſt quoad fo-
rum conſcientiæ, ſi fraudem non fecerint non
peccabunt ſic argumento *l.Regiæ evoræ n. ſeq.* re-
latæ * Ad quintam quæſtionis partem dicendum 33
eſt occaſione legis Regiæ lata Ulyſſiponæ an-
no 1582. Septemb. 24 in ſequentibus verbis
*quenſi los Arrieros, y perſonas que compraren algun
trigo, çevada, o centeno o obras ſemillas de pan para
lo llevara vender à otras partes, como los Dueños, que
por ſi o por ſus criados, o obras perſonas imbiarem à
vender el dicho pan puedan llevar los portes de las
lequas al preçio taſado por leyes, y pregmaticas de
eſtos Reynos, tomando teſtimonio en la forma conteni-
da en la dicha prematica*, & expendens prædicta
verba Joan. Gutier. *d. lib.*4 *pract q.* 62. cum legi-
bus Regiis 2 *tit.* 25 *lib.*5. *recop.* & *l* 19. *tit.* 1 *lib.*
5. *recopil.* in illis verbis *per ende mandamos que lo en
eſta ley contenido noſe eſtiendo a los recueros, y a
otras perſonas que tienem portrato, y coſtumbre de
llevar mercaderias de unas partes, à otras, y en vetor-
no de ellas compran pan y tornan à vender, aialoſque
compraren paralo llevera vender de unos lugares
à otros para la provìſion y mentenimiento de ellos.* † 34
Et ipſe Gutierrez latè agens ait in propoſito
noſtræ difficutatis, ut non poſſit dominus fru-
menti in neutro vendere triticum excedendo ta-
xam ex cauſa ſumptus tranſportationis ad pro-
priam ſuam domum vel horreum, in quo illud
ſolet cuſtodire, etiamſi dicat illud triticum ſie
tranſportaſſa cum ſumptibus, ut illud venderet
in domo primo ex legibus Regiis generaliter
diſponentibus, ut nihil aliud ultra taxam exi-
gant pro frumento ſic vendendo, ut jam etiam
dixi. Secundo, & peremptoriè quia non habe-
mus legem etiam propter relatam Evoræ, an-
ni 582. cujus verba relata debent non porrigi ad
alios caſus, quam quos præfata littera claudit
ergo. † Nihilominus Fr. Emanuel Rodrig *in ſum.* 35
*tom.*2.*c.*79. *concl.*7. poſtquam dixi quod Clerici
poſſunt tutâ conſcientia ultra taxam ſumptus
factos in decimarum recaudatione, ſi patet ex fi-
de authentica vulgo *teſtimonio*, ut pragmatica
declarat dicti anni 1582. porrigit eandem opi-
nionem ad Dominos tritici ſumptus facientes in
recollectione prædicta ſuorum fructuum * & 36
Vilallobos *d. p.*2. *tr.*21. *diſ.*8. poſtquam approbat
prædictam pragmaticam in agaſonibus vulgo
tranſineros porrigit idem ad dominos tritici, dum-
modo non curreret pro ſua cura triticum illud
propriis ſumptibus ad horreum tranſportare,
etiamſi ejus conductores nihil à Domino triti-
ci pro tranſportatione exigerent, quia ſolent
Domini minori pretio locare, dum ipſi locato-
tes ſint in obligationo portandi triticum ad
horreum Domini, diminuto valore conductio-
nis. † Et addit ibi *n.* 10. cum Ledeſma *in ſumm.* 37
*p.*2. *tract.* 8. *diſ.* 22. quod ſi Domini triticum
tranſportarunt ad propriam Domum, vel hor-
reum, ut ſecurius cuſtodiretur, non inquam
pro utilitate Reipublicæ, non poſſint ſumptus

D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ. N. tranſ-

tranſportationis exigere, cum vendunt, quia juxta prædictas pragmaticas ſolum poſſunt illud percipere Agaſones vulgò *los Traxineros*, & aliæ
38 ſimiles perſonæ, quia ſerviunt communi bono.†
Quod ſi Domini triticum afferrent, ut venderent tunc dicit Ledſma ut poſſint, ſicut Agaſones percipere, prædictos ſumptus, quia deſerviunt etiam Reipublicæ.

39 Advertit verò Villalobos ibi *n.* 11. quod ſi
trititicum venditur infra taxam, eo quod minoris æſtimatur, nequeant venditores accipere ultra communem æſtimationem tranſportationis ſumptus quia tunc triticum, nihil plus valet in rei veritate; ita ut ſi aliquis emit alicubi eum ſumptibus tranſportationis, ſi poſtea, ubi venditur jam minus valet infra taxam, nullo modo ex eadem ratione poſſit illud vendere cum ſumpti-
40 bus tranſportationis ex eadem ratione. † Dicit
etiam *n.* 8. quod licet triticum vendatur in ſubhaſtatione; non ideo ſit excedenda taxa, nam alias omnes ſpectarent vendre ad illud tempus.

41 Item Ledeſma *d.p.*2. *ſum.tr.*8.*c.*32. *dif.*20. ait
quod ſi quis permutavit aliquod proprium triticum cum tritico horrei publici, quod ultra taxam emptum fuit, non poſſit illud vendere ultra taxam. Et itidem ſi aliquis empſit aliquod triticum ultra taxam, quod mixturavit cum alia quantitate tritici, poterit tunc ſolam partem quam empſit vendere ultra prædictam taxam recipiendo tranſportationis ſumptus; etſi cum ſuo fuerit mixturatum, nec poſſit diſtingui emptum à proprio, cui mixturavit, cum tunc non debeat attendi ad numerum, ſed ad menſuram mixtu-
42 ratam. † Et addit Villal. *d. dif.*9.*n.*13. *fin.* ut qui
paciſcitur cum aliquo rectore loci de emenda aliqua tritici quantitate pretio, quo empſerit ſimul cum ſumptibus tranſportationis, poſſit ultra taxam ſumptus etiam recipere computando item aliquid plus, pro bona diligentia, quâ
43 id fecit. * Tamen ſi in loco Correctoris, cum
qua pactus eſt, taxa non obſervetur, tunc Emptor poſſit à Correctore petere omne pretium,
44 quod ibi practicatur. † Et benè tractans Gutier-
rez cum infinitis explicans *d. l.*1.*tit.*25. *lib.*5 *recop.* quæ loquitur de taxa. ait *d.q.*180.*lib.*2.*pract.* *n.*28. leges Regias taxantes pretia frumenti magno, & miro modo artificii factas fuiſſe: alia omnino videnda tradens tota illa quæſtione 181. 182. ad ſaturitatem.

45 Ad ſextam quæſtionis partem quid de pane
cocto ſit dicendum; & quia idem Joannes Gutierrez *dict. lib.*2. *practicarum quaſt.*182. uberrimè agit explicans *dict. l.*1. *tit.*25. *lib.*5. *recopilat.* quæ loquitur de taxa. Et ut breviter reſolvam dico eſſe de pane cocto nonnullas pragmaticas. unam Valliſoleti anno 1558. in qua dicitur ut panis cocti venditio ſit juxta reſpectum tritici in grano cum aliquo lucro moderato, & juſto. Et idem repetitur in alia 1571. commendans, hoc Correctoribus, & juſtitiia, addens quod contrarium facere, ſit defraudare Rempubli-
46 cam. † Et ex alia pragmatica hic Matriti facta
anno 1668. in menſe Septemb. & alia dicto anno 1571. prohibent Clericis, & nobilibus vendere panem coctum, hoc permitteres, panificis, qui hoc ex officio habent. In ſequentibus verbis *que ninguna perſona de la que no ſon Panaderos, ni do los que à coctum bran amaſſa y vender pan çocido, ni ſon de qualidad que ayan de tenereſſo por trato, ni afficio, nopudieſen perſi, ni por medio de las dichas panaderas, ni otras perſonas, ai mediante ningun trato, ni pacto, partido, ni otra cautela, in modo venderel dicho pan çocido, ni uſar de ſemeiante trato, y grangaria,* ſub certis pœnis ibi contentis.

Latè vero proſequitur Joannes Gutierez mul- 47
ta adducens tractans eam quæſtionem, an ſi prædictæ perſonæ prohibitæ vendere panem coctum vendant juſto tamen pretio, & ut ſolet à Panificis vendi, peccent, & poſt longam diſputationem reſolvit peccare, ſed non teneri ad reſtitutionem quod etiam de nobilibus, & Clericis docent Lopez *inſtruct. negotia cap.* 15. *fol.* 54. Fr. Eman Rodriguez *in ſum* 2. *p.c.* 50. *n* 2. Ledeſma *in ſumma* 2. *p. tract.* 8. *c.*32. *dif* 26. & *dif.*
25. Villalobos *p.*2. *tract* 21. *dif.* 9. *n.* 3. * qui *n* 2. late 48
agens refert aliquos dicere quod taxato tritico in grano, etiam videtur taxatus panis coctus, ſed quod contrarium eſt probabilius, addens debere prætores, & judices illum taxare pro commoditate Reipublicæ abſque injuria panificorum. * Et *n.* 8. quod quando panis coctus habet 49
taxas diverſas, poſſit Panificus illum vendere uti communi pretio ab aliis in foro, venditur etiam ſi ille triticum empſerit alio minori pretio, ita *n* 8. & 9. cum Fr. Eman. Ledeſma, & aliis jam relatis, & cum Palacios *de contract. dubio* 2. *c.* 2. dicens procedere in Panificis pauperibus, ex officio competit contra Joan. Gutierrez, qui *dict. q.* 182. in fine id non amittit referens eundem Palacios.

Addentes etiam quod ſi quis dederit ſuum 50
triticum Panificis, ut illud reducant ad panem coctum, & vendant ſuo nomine, ſi id faciat dando granum in parva quantitate & non ſit Clericus, aut nobilis poſſit vendere accipiendo aliquid ultra taxam moderatè, dummodo id non fecerit negotiationis titulo, ſed cauſa tantùm ſubveniendi pauperibus Reipublicæ. Et quod vendentes juſto pretio non teneantur reſtituere, etſi peccent, quia ſunt prohibiti vendere † limi- 51
tant verò prædicti Doctores, & etiam Joannes Gutierrez, dum aſſerunt, ut Clerici, qui ex oblationibus parrochianorum habent panem coctum vulgò *vodigos*, qui in tali caſu poſſunt vendere cum non comprehendantur ſub dicta pragmatica, an & qualiter prædicta lex Regia poſſit Clericis probibere venditionem panis cocti, infra intelliges ex his quæ dico infra *in c.* 7. & 10. *hoc tit* 6. *a n.* 1. * Et idem Gutier. *d. q.* 180. *n.* 17 18. 52
19. & 20. ait quod panis coctus, ſive triticum populi, non debet ita carius taxari, nec vendi, ſicut quod foris portatur; & quod exceſſus taxæ debet reſtitui Domino, cui fuit ablatus, & in defectum ipſius pauperibus erogari. * Et quod judex 53
in taxatione panis cocti non tenetur, nec debet conſiderare, niſi pretium commune tritici, ut valet in horeo publico, & expenſas, quæ communiter fieri ſolent, & juxta id aſſignare pretium pani cocto cum moderato lucro; & quod idem debet ſervare privatus, quando à Republica taxatum non eſt pretium pani cocto, etiamſi data ſit omnibus facultas vendendi illud ut potuerint, hæc multis comprobans. * Pro comple- 54
mento quia video à Doctoribus dubitatum, an opporteret, ut nulla eſſet tritici horrei, & typhæ taxa; ponam hic breviter diverſes Doctorum rationes; igitur Navar. *in manual. cap.* 23. *n.* 88. *ad finem.* ait, raro ponendam foreſtrtici taxam, eo quod eſt occaſio ut vedatur triticum malum,

&

& corruptum, & quaſi in utile pro eodem pretio, ac triticum bonum, etiam ſit in tempore fertilitatis Secundò quia ſi ſupervenit egeſtas tritici magna tranſgreditur, aut abolitur taxa; quæ ſi non adeſt, jam tunc non eſt neceſſaria. Tertio quia nullus dives vult triticum mutuare, aut vendere ſub fidejuſſione, niſi pro taxa, tamſi ſit in tempore fertili. Quarto quia occaſionem parit multis peccatis mortalibus in illis, qui per vias multas, ac modos ipſam taxam defraudant, quorum unum ſolet eſſe ut nolint triticum vendere pro taxa, niſi ab ipſis etiam ematur vinum, aliave, res, quæ taxam non habet majori pretio, quam valet. Et ſic dixerit optime Medina *C. de reſt.q.*36 ut non liceat triticum vendi poſito à venditore gravamine ipſi venditori, quod pretio ſit æſtimabile, quia eſſet recipere plus valoris eum obligatione reſtituendi.

55 Et ob id Rebellus *de juſtitia, & jure 2.p.lib* 9. *q.*2. *ſect.*3. *num.* 14. qui poſtquam dixit non eſſe damnandam tritici taxam, ut injuſtam, eo quod uni ſit poſita, & non aliis: nam ſic poteſt eſſe
56 propter Reipublicæ commodum * ſed addit quod Ulliſiponæ habitatores fame perirent ſi tritici taxa obſervaretur. & approbans Villalobos *dict. def.*8 *n.*3. rationem præſtat, nam in fertili anno taxa non eſt neceſſaria, cum nunquam triticum ad eam in valore accedat plus, minuſve, valendo ſecundùm abundantiam illius, & in annis egeſtatis non obſtante taxa carius venditur, & aliis rationibus, & docet Ledeſma *in ſumm.*2. *p.tract.*8.*c* 32. *in* 1. *impreſſione*, ut quandò in uno oppido non eſt taxa reſpectu alienigenorum, ſed tantùm pro incolis, & vicinis poſſint alienigenæ ultra taxam vendere ibi, etſi vicini non poſſint, quia licentia iſtis præſtita ſit eo fine, ut abundantius Reſpub. ſuccurratur, & ne incolæ carius venderent, ſi ad populum alienigenæ non veniſſent, quod approbat Villal. dum ipſi alienigenæ vendentes non excedant juſtum pretium, & idem etiam permittit naturalibus, ſi ipſi ſicut alienigenæ tranſportarent triticum aliunde ex eadem ratione: ita Ledeſma *ſupra diſ.* 11.

57 Stando autem in obſervatione taxæ dicit Molina *de juſt. tom.* 2. *diſput.* 364. verſ. *dubium eſt*, quod tritici taxa injuſta non eſt, eo quod taxentur ſumptus famulorum, ſalarium eorum, item vinum, & alia comeſtibilia ipſorum cultorum, qui colligunt triticum, quia triticum eſt nimis neceſſarium in Republica, cujus æſtimabile pretium, non pendet à prædictis ſumptibus, quod eſſet nimis difficile ut deducerentur; imo videmus taxam conſulto factam ad omnes illos tacitè attendiſſe, cum videamus in annis fertilibus nunquam triticum pro illa vendi, nec cultores
58 curare unquam deducendis illis ſumptibus, † & addo nunquam potuiſſe oportere ad inſtar deciſionis Pontificiæ *in c. tua nobis 26. de decimis*, ubi diſponitur quod ſine deductione ſeminis, & ſumptuum, debent Dominus, & colonus decimam ſolvere.

59 Rebellus inquam ſupra *de juſtititia d.*2.*p.lib.*9. *ſect.* 3.*n.*14. dicit quod taxa eſſet injuſta, ſi intra eandem Rempublicam uni poneretur, & non aliis ſine cauſa juſta: & quod eſſet etiam injuſta, ſi poneretur infra pretium notabiliter minus, quàm communiter triticum valet, & addit quod eſſet etiam injuſta ſi poneretur ad idem pretium, tam pro egeno quàm fertili, etiam dixit eſſe nimia probabile quod eſſet injuſta, ſeu ad minus, quod non obligaret ad peccatum contra nbedientiam debitam Reipublicæ, aut proximi charitatem, ſi tantùm poſita eſſet ad ſubveniendum pauperum neceſſitatibus, quia juſtitia emptionum, & venditionum ſtat in æquilibrio, & æqualitate preti, & quod in hoc caſu hæc deficerent, & ſi non adeſſe reſtituendi obligationem ſed tantùm obſervandi ſuperioris præceptum fundatum in charitate, aut miſericordia; ob quod fruentes abundantia, tenentur egenis ſuccurrere. Et de peccato, quod obliget facilè colliges ex dictis in jam adductis quæſtionibus.

Ad ultimam quæſtionibus partem an hæc lex 60
taxæ ſit pœnalis tantùm, ut latè expendas, leges quæ infra ſcribo de lege pœnali, dum ago de quæſtione an lex pœnalis obliget, etiam ad pœnam, ſive mortalem, ſive venialem, de quo nonnulla dicta ſunt ſupra in præcedentibus quæſtionibus. Quare nunc breviter dico legem de taxa tritici, & panis cocti eſſe mixtam; etenim prædicta lex taxæ habet duas partes, altera eſt, quæ pretium frumento conſtituit, altera quæ jubet, ne quis frumentum carius vendat ſub certa pœ-
na ibidem contenta, † & reſolvit Gutierrez *d.* 61
*lib.*2. *pract. q.*180. *n.*26. *&* 27. ut quamvis harum legum violatores non teneantur in conſcientia ad hujuſmodi pœnam ante condemnationem (de quo dico *in d.c. ex litteris*) tenentur tamen in conſcientia frumentum carius non vendere, quam noſtris legibus taxatum eſt, juxta rationem naturalem, & divinam, inferens ut nulli dubium ſit quemque volentem ultra taxam triticum vendere, peccare mortaliter contra legem naturalem, & Divinam, illam nempe, quæ habet, ut nemo locupletetur alienâ jacturâ, *l. nam hoc natura de cond indebiti*, & contra illam non furtum facies. * Nec obſtare ait axioma illud vulgare 62
nullam legem pœnalem obligare ad culpam aliquam Tranſgreſſorem, quia ſatis eſt quod Tranſgrediens legem exponat ſe periculo pœnæ. Reſpondet enim quod ſi id verum eſſet procederet tantum in lege pure pœnali, non in mixta, qualis iſta taxæ eſt, de quo uberius dico *in d.c. ex litteris.*

Ad alias ſeptem quæſtiones circa triticum
emptum, ut revendatur in ſpecie, aut in pane co- 63
cto leges cum multis Zenedum *in practicis quæſt. à num.* 6.10.13.14 18.26.27.28.29. de quibus *ſub tit. de emptione, & vend.*

QUÆSTIO VII.

Statuta an recipiant interpretationem à jure communi. Quos comprehendat ſtatutum: & an ſtatuta egeant confirmatione Regia: & an ſtatutum ſecundùm jus commune tollatur, ſublato jure communi: & de ſtatutis pœnalibus, ſeu contra libertatem Eccleſiæ remiſſivè:

SUMMARIUM.

1 *Statuta ſunt interpretanda, ut quantùm fieri poteſt non lædant jus commune* n.2.

3 *Statutum corrigens jus commune, verius eſt ut debent interpretari juxta juris communis metas* n. 5. & 7.

5 *Statuta ſpecialia ſunt inſtar reſcriptorum, & privilegiorum.*

6 *Statuta non extenduntur ultra ſubditos ſtatuentes &* n. 7.

8 *Statutum diſponens contra perſonas non comprehendit forenſes.*

9 *Statutum non comprehendit forenſes extrahentes fructus bonorum propriorum prohibita extractione ab aliquo loco; ut conſervetur ubertas.*

10 *Statutum loquens de complemento legitimæ, non obligat forenſes.*

11 *Statutum excluſiuum fœminarium non comprehendit forenſes.*

11 *Satuta quando, & qualiter egeant confirmatione Regia* remiſſivè.

13 *Statutum latum ſecundùm jus commune ceſſat ſublato eodem jure communi: limitat Felinus duodecim modis* n. 14.

15 *Statuta pœnalia, quæ, & qualiter obligent* remiſſivè.

1 Cum plura de ſtatutis, & conſtitu-
tionibus ſive generalibus, ſive ſpe-
cialibus locorum, & de eorum vi
dixerim nonnulla ſub Rubrica, & hîc
in textu noſtro agam de ſtatutis ca-
nonum ab omnibus obſervandis, & dixerim
à quæſt. 1. qualiter ſtatuta canonica ſuma-
tur & obligent; ideo, & conſequenter oportet
pro complemento hujus textus de dubiis pro-
poſitis loqui.

2 Ad primam quæſtionis partem breviter re-
ſpondendo dico eſſe duas contrarias, ſeu diver-
ſas opiniones. Prima aſſerit ut ſtatuta ſint
interpretanda, quod in quantum fieri poſſit,
non lædant commune jus, ut docent Bar-
tolus *in l. omnes populi n. 56. ff. de juſtitia, &
jure*, & probat textus *in l. 2. C. de noxalibus.*
Et videtur eſſe regula generalis, ut tradunt
Aleiatus *in Rub. de præſcript. numero* 40. dixit
& communem Alex. *in l. 4. §. prætor ait col.* 4.
5. *ff. de damno infecto, & in l. fin. §. in computatione
ff. de jure deliberandi, & in l. ſi quis priore ff. ad
Trebell.* dixit etiam comunem Curtius junior
3 *conſ.* 105. *col.* 1. & *conſ.* 143. *n.* 5.* Indèque fieri
dicunt Romanus *in dict. l. ſi quis priore, &* Jaſon
in auth. noviſſima n. 24. *C. de inofficioſo teſtam.* ut
ſtatutum, ſeu diſpoſitio corrigens jus commune
recipiat declarationem à jure communi. Et hanc
dicunt communem opinionem Rabella *in alpha-
betico* verbo *legitima*] Alciatus *lib.* 1 *de verb ſignif.
colum.* 31. in parva impreſſione, Curtius Junior
4 *conſ.* 7. *n.* 8. * Secunda vero opinio dicit quod ſta-
tutum corrigens jus commune, non debeat ab
eo interpretationem, ſeu declarationem recipe-
re, tenent Baldus *in l. maximum vitium n.* 15. *C.
de liberis præteritis*, cui opinionem dixit commu-
nem Boërius *deciſ.* 188. *n.* 5. tenent citati per Ti-
raquellum *in tract. le mort.* 2. *præſumpt. n.* 2. refert
plures Paulus de Montepico *conſ.* 2. *n.* 4. qui pro-
bat ex textu *in l. qui ſepulchra C. de ſepulchro vio-
5 lato*, refert Zevallos *in pract. q.* 274. * Ego tamen
exiſtimo quod etſi ſtatuta habeant legum vim,
tamen cum proprie loquendo illa frequenter
condantur reſpectu rerum ſpecialium, ſeu ali-
quorum locorum exiſtimo aliquomodo eſſe in-
ſtar reſcriptorum, & privilegiorum, quæ debent
in dubiis interpretari juxta juris communis me-
tas, ſic ut illud ut quantum fieri poſſit non
lædant.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quos com- 6
præbendat ſtatutum facilis eſt reſponſio ex non-
nullis, quæ ſub Rub. dixi juxta intellectum *c.* 1.
hoc tit lib. 6. *q.* 9. & 10. ubi probavi ſatis ſtatuta
non extendi ultra ſubditos ſtatuentis. * Et ſic 7
bene Guid. Pap. *dec.* 373. dixit prohibitiuum ſta-
tutum non extendi ultra proprios ſtatutis ſub-
ditia, & ibi dictis nunc breviter addo ſequentes
concluſiones. † Prima quod ſtatutum diſponens 8
contra perſonas, non comprehendit forenſes;
ſic *deciſ. Rota diverſ.* 580. *p.* 1. * Secunda quod 9
prohibita extractione granorum ab aliquo lo-
co, ut conſervetur ubertas non comprehendit
forenſes extrahentes fructus bonorum proprio-
rum: ita *deciſ. Toloſ.* 152. Riccius *collect.* 650. *ad
Bartol. in l. cunctos populos n* 25. *C. de ſumma Trinit.
& fide Cathol.* * qui etiam addit quod ſtatutum 10
loquens de ſupplemento legitimæ, forenſes non
obliget: ita ex *deciſ. Rotæ diverſ.* 673. *p.* 3. * Ter- 11
tia quod ſtatutum excluſiuum fœminarum non
comprehendit pariter forenſes: ſic Ambroſ. Ro-
tæ Epiſcop. Peruſ.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatuta 12
egeant confirmatione Regia, ut reſpondeas le-
ges quæ ſupra ſcripſi in dicta Rubrica *hoc tit. q.* 9.
ſub verſ. *ad ſecundam* à verſ. *dubium.* & ſic etſi hic
latius poſſemus agere, ſed nihil in ſubſtantia ad-
dere.

Ad quartam quæſtionis partem an ſtatutum 13
ſecundùm jus commune tollatur, ſublato jure
communi, ſed quia hæc difficultas latè poſſit
diſputari ex his, quæ dico, & nota *in cap.
translato de ceſſatione legis*, & ex his, quæ dico *in
c. cum ceſſante de appellat.* ideo nunc breviter reſ-
pondeo, ut tale ſtatutum tollatur ex ca r tione,
quia tale ſtatutum cenſetur commune jus ſecun-
dùm Felin. *in c. paſtoralis n.* 1. *de fide inſtrument.*
Jaſon. *in l. Gallus §. ſi ejus n.* 14. *ff. de liberis &
poſth.* Catan. *in conſuetud. Burgundiæ Rub.* 2. §. 1. *in
princ. n.* 9. tradit multa in confirmationem Tiraq.
lib. 1 *de retractu* §. 9. *gloſſa* 2. *à num* 51. Caſtillo *in l.
tauri fol.* 22. verbo *na fueren contrarias.* Et in ter-
minis prædictam concluſionem tenent, Petrus de
Ancar *in c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Andreas Siculus, &
Card. *in c.* 1. *de reſcript.* Bald. *in d. l. omnes populi col.
fin. ff. de juſt. & jure, & in l. fin. C. quæſis. longa
conſuetudo, & in Rub. qui feud. dare poſſint*, Salice-
tus *in l. fin. ad fin C. ſi contra jus, vel utilitatem pro-
ximam*, Gratian. *reg.* 439.* Sed idem Felin. viden- 14
dus *in d. c.* 1. *de reſcript à n* 36. limitat dictam concl.
12. modis apud ipſum videndis, de qua erunt
etiam videndi Covar. *in pract. q.* 27 *n.* 4. Nicolaus
Everard *in ſuis topicis loco* 34. *pag.* 249. Caſſaneus
in conſuetudinibus Burgundiæ Rub. 1 § 5. verbo *cor-
porellement. n.* 4. Alex. *conſ* 30. *n.* 3. *lib* 5. Ludovic.
Gomez. *in c. ſi annuus de judiciis lib* 6. *n.* 11. &
melius *in d. c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *à n* 209. ubi hanc ob-
tinuiſſe ſententia refert.

De ſtatutis pœnalibus, & qualiter obligent 15
dico infra *in c. ex litteris hoc tit de ſtatutis contra
Clericos*, ſeu libertatem Eccleſiæ, propriè etiam
loquimur *in c.* 7. & 10. *hoc tit* etſi multi Docto-
res occaſione textus noſtri hic loquuti ſint de
illis.

AD

AD CAPITULUM
Cognoſcentes II. de conſtit.

PRO PRÆMISSO.

SUMMARIUM.

1 *Factum legitimè pœnam non meretur.*
2 *Peccata ſuos debent tenere authores.*
3 *Nemo privatur jure ſuo ſine culpa fallit numero quarto.*
5 *Pœna ſolet inferri abſque culpa ex cauſa Divino, & humano judicio.*
6 *Lex ut obliget ignorantes, qualia requiſita expoſtulet* remiſſivè.

1 VIDEO per textum noſtrum quod de tribus principaliter poteſt inquiri. Primo in verſ. *rem, quæ culpa caret. In damnum vocari non convenit*, cujus occaſione ex gloſſa hîc verbo *culpa* Doctores fatentur ut quod legitimè factum eſt, pœnam non meretur: nam pœna præſupponit culpam; & quia ubi non eſt culpa, non poteſt eſſe delictum, *cap. cum voluntate*, ubi Doctores *de ſent. excommunic.* & per conſequens, nec pœna, *l. ſi putator ff. ad leg. Aquil. cap. ſine culpa de regul. juris lib. 6.* comprobat hæc dicta Barboſa *hîc à num.* 12. ex plu-
2 ribus authoribus, † addens ex dicta gloſſa *ibi num.* 15. quod peccata ſuos debeant tenere au-
3 thores. † Et ex eadem gloſſa etiam probat quod
4 nemo privatur jure ſuo ſine culpa, † addens quod ex cauſa tamen, etiam abſque culpa Divino, & humano judicio pœna infertur, ut patet ex juribus, de quibus eadem gloſſa hic in verſ. *nemo*, nonnulla pro exornatione horum dico infra ſub quæſtionibus, ſed plenius infra *in c. ex litteris*, dum ago ibi de lege pœnali, & ejus effectibus.

5 Et in verſ. ibi *quoties novum quid ſtatuitur, ita ſolet futuris formam imponere, ut diſpendiis præterita non commodent.* Per hæc inquam verba Doctores agunt de concluſione illa principali, quod lex, & conſtitutio reſpicit præterita, & non futura, quam declaro breviori modo *infra n.* 1.

6 Et in verſ. ibi *ne detrimentum ante prohibitionem poſſint ignorantes incurrere, quod eo poſtmodum vetitos dignum eſt ſuſtinere*, Per hæc verba primo Doctores docent quod lex non obligat ignorantes, neceſſumque eſſe, ut lex publicetur. Sed quia de iſtis jam latè dixi ſub *Rubric. quæſt.* 5. & 6. ubi de acceptatione legis, ut obliget, & ibi *dicta quæſt. 6. in fine*: an qui invincibiliter ignorat legem, incurrat ejus pœnam, & *quæſt* 8. & 9. ubi multa de legis publicatione, & qualiter fiat, ut ſubditos obliget, nec queant excuſari ignorantia; Ideo hîc alia non repeto, & tantùm de duabus primis aſſertionibus erit loquutio incipiendo à ſecunda, ut pote principaliori ad noſtri textus deciſionem & de materia textus noſtri præter ordinarios leges P. Franc. D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ. Vallente *in Concord. juris Pontificii part.* 2. ad titul. noſtrum *à fol.* 142. & 174 *ſection.* 3. 4. & 5. ubi agit de quæſtionibus an conſtitutio de ſe futuri temporis perpetuitatem requirat, & quomodo referatur ad negotia futuri temporis, quando ad præterita expreſsè ſignificata extendatur, & quando nova conſtitutio ſimpliciter loquendo ad præterita tacitè extendatur; & ſcribit alia plura de extenſione & reſtrictione legum *à fol.* 297. *q.* 4. per ſectiones octo.

QUÆSTIO I.

An lex, vel conſtitutio reſpiciat ad futura ſemper, ſic ut nunquam extendatur ad præterita, & an lex improbans conſuetudinem intelligatur, de præterita, ſeu futura: & an præjudicium referatur, tam ad futura, quàm ad præteritum tempus commodi: & an conſtitutio trahatur ad lites pendentes.

SUMMARIUM.

1 *Lex non trahitur ad præterita, ſcilicet jam deciſa, puta per ſententiam, rem judicatam, tranſactionem, juramentum, ſolutionem, quittantiam præſcriptionem, & alia etiam, quod nominatim fiat mentio de præteritis* n. 2. 3. & 16.
4 *Lex non extenditur ad præterita jam perfecta, & non expectantia perfectionem de futuro, etiamſi effectus actus præteriti adhuc pendeat. Quid tamen quando nominatim de futuro, & pendentibus negotiis* n. 5 & 9.
6 *Lex ſicut non extenditur ad jus quæſitum de præterito, ſic nec ad jus conditionale; & ſi conſtitutio loquatur per verba præteriti temporis* num. 7. *limitatur regula ex voluntate Principis* n. 8.
10 *Lex declaratoria trahitur non ſolùm ad futura, ſed etiam ad præterita quid ſi imponat novam pœnam* n. 12. 13. 14. & 15. *ubi de limitatione.*
17 *Lex etſi ex natura ſua poſſit reſpicere ad futura, & aliquando ad præterita, ſed non ideo effici, ut quæ conditur, reſpiciat tantùm ad præterita, & non ad futura, & à n.* 18. *exemplificatur in caſibus, in quibus ad futurum non reſpicit.*
18 *Conſtitutio quæ habilitat illegitimos quoad Beneficia, non intelligitur de illegitimis futuris, nec valet tantùm id expreſſe continens.*
19 *Statutum ut Bannitus ſolvendo decem, extrahatur de Banno, non habet locum in eo, qui poſt fuerit Bannitus.*
20 *Lex improbans conſuetudinem, num intelligatur, de præterita, & de futura* remiſſivè.
21 *Præjudicium Romani dicebant quaſi præjudicatum, & quod præjudicium, erat quaſi prius judicare, &* n. 23.
22 *Præjudicium accipitur interdum pro judicio olim dato inter alios, & conſtituto.*

24 *Præjudicium alio modo accipitur quaſi præjudicandum, ſicque referri tam ad futurum, quàm ad præteritum tempus præjudicii.*

25 *Præjudicatum dividitur in res ex paribus cauſis judicatas, & prænuntiationem de eadem cauſa, & quomodo tranſeat in juris regulas* num. 27.

26 *Præjudicandum in judiciis ad aliquam cauſam pertinentibus, conſiſtit.*

27 *Præjudicium nomen ſuum obtinet, vel ut præjudicatum, vel quaſi præjudicandum.*

28 *Lex nova ſuperveniens, non pertinem ad litis ordinationem, ſed ad deciſionem, vel ad formam, & in excluſionem deneganda audienciæ, vel defenſionis in judicio, etiam in cauſa Reipublicæ non trahitur ad lites pendentes, etiam in prima inſtantia,* & n. 26.

29 *Lis nova ſuperveniens non trahitur ad lites pendentes.*

1 AD primam quæſtionis partem, præter antiquos comprobant Barboſa *hic num.* 1. 2. & 3. cum plus quinquaginta Doctoribus, inter quos uberrimè expendunt D. Rodericus à Cugnia *in commentoriis ad c. præterea* 7. *numero* 8. *diſt.* 28. & latius *in cap. ex antiquis diſt.* 28. ubi per concluſiones materiam benè diſponit, & exponit Joannes de Salas *de legib. quæſt.* 97. *tract.* 14. *diſp.* 21. *ſect.* 7. *à numer.* 17. Alderanus, Maſcardus *de interpret. ſtatutor. q. fin.* Burgos de Paz *in l.* 3. *tauri numero* 37. latè Morla *in emporio juris part.* 1. *tit* 1. *quæſt.* 6. per totam, videndus Azor, *inſt. mor. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 16. *quæſt.* 13. idem Barboſa cum multis *axioma* 136. verbo *lex num.* 22. 23. 24. quibus addo Medicis *in tract. de legibus p.* 4. *q.* 45. Burſatum *conſ.* 214. *vol.* 2. *à num.* 21. late Farin. *in fragm. criminal.* verbo *lex à n.* 25. ubi multipliciter ampliat & limitat Suarez *de legibus lib.* 3. *c* 14. Zenedum cum multis ab eo relatis *collect.* 1. ad decret. *pag.* 56. Bellarm. *tom.* 1. *controverſ.* 3. *lib.* 4 *c.* 15.

2 Et probatur ex textu *in cap. fin. hoc titul.* ex *l. leges Cod. de legibus, authent. de nuptiis in princ.* ¶. *duo igitur circa finem collation.* 4. & *in* ¶. *fin in auth. de hæred. ab inteſt. colum.* 9. de qua regula præter Doctores in his locis agentes, videbis alios *in l. jubemus Cod. de teſtam.* & Regnicolas *in leg. fin titul.* 4. *part.* 3. & *in leg.* 100. *ſtyli*, & *in l.* 8. *titul.* 4. *lib.* 2. *fori*, & *in l. titul.* 5. *lib.* 3. *ordinam*, & *in l.* 6. *tit.* 5. *lib.* 4. eodem affirmantes omnes ex prædictis juribus, & ex noſtro textu, quod lex oon extenditur ad præterita, ſed trahitur ad futura.

3 Ego inquam etſi non omnia à Doctoribus recollecta hîc repetam, dicam quæ ſubſequuntur, è quibus ſatis intelligitur prædicta concluſio cum ſuis ampliatiooibus & limitationibus. Igitur advertes primo ut dictum, quod lex non trahitur ad præterita, extendatur ad jam deciſa, ut puta per ſententiam, rem judicatam, tranſactionem, juramentum, ſolutionem quittantiam, præſcriptionem, & ſimilia, etiam quod in eadem lege nominatim fiat mentio, & expreſſe de præteritis, *l. cauſas. Cod. de tranſact.* Bartol. *in l. omnes populi num.* 41. verſ. *diſtingue*, ubi Crotus *num.* 137 *ff. de juſtitia*, & *jure*, Abbas *in cap. fin. num* 9. & Felin *num.* 3. verſ. *hanc fallentiam hoc titul.* Capra regula 6. *num.* 3. Alexand. *conſ.* 199. *num.* 4. verſ *ſecundo reſpondeo lib.* 6. Cardinalis Tuſchus *pract. concluſ. tom.* 5. *littera L concluſ.* 264. *n num.* 63. & *concluſ.* 265. *à num.* 13. Alderan Maſcardus *de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.* 13. *à num.* 16 Farinac. *in fragm. crimin. p.* 6. *litteral. à n.* 44. ubi ampliat duobus modis, & limitat tribus, Barboſa *hic ſub. n.* 2. *in fine.*

4 Secundo quia ut Magonus Lucenſ. *deciſ.* 88. *numero tertio*, decit legem non extendi ad præterita, jam perfecta, & non ſpectantia perfectionem de futuro, quod ampliat Menochius *conſ.* 240. *numero ſecundo.* & *quarto*, & *conſ.* 199. *num.* 21. etiam ſi effectus actus præteriti adhuc pendeat, licet aliàs ſecus, quando actus de præterito ſpectat perfectionem de futuro adnotata per gloſſam verbo *poſſeſſum in clem.* 2. *de ætate* & *qualit. ordin.* Felin. *in dicto cap. fin. hoc tit. in* 5. *fall. numero undecimo.* Magon. *dicta deciſ.* 88. *num* 12. Hieronym. Gabriel. *conſ.* 42. *n* 2. Hondcd. *conſ.* 16. *vol.* 1. *à n.* 19.

5 Et Rota in Sabinen. Caſtri Mootis Rotundi 8. Februarii ſtatim poſt princ. verſ. *quamvis* 1627. fatendo concluſionem, dicit ſecus eſſe, quando nominatim de præterito, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit.

6 Ex his etiam infero ad alias ampliationes, nempe ut ſicut lex non extenditur, nec trahitur ad jus quæſitum de præterito, ita nec ad jus conditionale: ſic Andreas Tiraquellus *poſt leges connub. num.* 42. cum Jacobo de Butrio, & Petro de Ancarrano, & dicit ootatu dignum Gratianus *reg.* 195. *n* 6.

7 Et idem Tiraquel. *in l. ſi unquam Cod. de revocand. donat.* verbo *revertatur num.* 250. & Hypolitus *in practica* verbo *aggredior. n.* 51. & 52. & alii, extendunt etiam ſi conſtitutio loquatur per verba præteriti temporis.

8 Et Paulus Caſtrenſ. *conſil.* 339. *in diſputationibus, ſeu allegationibus poſitis in fine conſilii lib.* 1. *numero ſecundo*, & *in conſil.* 34. *numero quinto, eodem lib.* Corſet. *in ſingular.* verbo *lex*, Guill. Benedict. *in repetit. cap. Raynucius de teſtam.* verbo *duas habens filias num.* 185. limitant prædictam regulam, ubi ex voluntate Principis aliud fieri poſſit.

9 Item & aliud poſſe eſſe in pendentibus affirmat.

10 Item quod lex declaratoria trahitur non ſolùm ad futura, ſed etiam ad præterita, ut *in auth. de filiis ante dotalia inſtrumenta natis*, & *auth. de rapt. mulier.* ibi *ſimquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet*: ſic Abbas *in dict. cap. fin. hoc tit. numero octavo*, ibi Felin. *numero quarto*, verſ. *fallit ſecunde* Caldas Pereira *de poteſt eligendi, cap.* 11. *num.* 30. Rota *deciſ.* 142. *numero ſecundo, part.* 2. *diverſ.* Morla *in emporio juris part.* 1. *tit.* 1. *dict. quæſt* 6 *à n* 11. Tuſchus *litt. l. concluſ.* 264. *num.* 45. & 51. & *concluſ.* 265. *num.* 4. Armendarus *in præmio ad leg.* Navar. *num.* 45. Alderan Maſcard. *de generali ſtatutorum interpret. concluſ.* 13. *num.* 41. Ribadeneira *in lib. pro defenſione Societatis JESU cap* 15. Chriſtophorus *de Pace in ſcholis ad leges ſtyli* 200. *numero ſecundo*, & 29. verſ. *oritur.* late Farinac. *dict. litteris l. in fragm. crimin. part.* 2 *à num.* 51. & cum Matienco Burgos de Paz, Loaces, & aliis ex antiquis, & Regnicolis, affirmat hanc limitationem Gratianus *dict. regula.* 295. *n.* 3.

Sed

11 Sed hanc limitationem non procedere docent
idem Tiraquellus *in d. l. ſi unquam Cod. de revo-*
candis donat. verbo *revertatur n.* 250. & idem Gra-
tianus *d. regula* 295. *n.* 8. quod lex declaratoria,
quando imponit novam pœnam, non trahitur
ad præterita, quando pœna imponitur ipſo ju-
re; ſecus autem ſi eſſet per Judicem imponen-
12 da. † Et Farinacius *d. litt. L. n.* 52. limitat præ-
dictam limitationem, ut non procedat quando
lex, ſeu conſtitutio uteretur aliquo verbo im-
portante promulgationem novi juris.
13 Et *n.* 53. quando eadem lege adderetur ali-
quid juri antiquo, ut puta ſi imponatur nova
14 pœna. † Et *n.* 54. quando in eadem lege adeſſet
aliquod verbum reſpiciens futurum, ut puta *de*
cætero in futurum, deinceps, & ſimilia, repetit Bar-
15 boſa *axioma* 136. *n.* 23. *in fine.* † Qui hic *n.* 3. com-
probat prædictam principalem limitationem
cum multis agentibus quando lex nova juris an-
tiqui declaratoria extendatur ad præterita; & ut
ipſe refert quadrupliciter limitat D. Rodric. à
Cugnia *in comment. ad c. ex antiq.* 9. *a n.* 7. *diſt.* 34.
16 Et præter relatos ampliantes, & limitantes
modo prædicto regulam textus noſtri, leges
Joannes de platea *in l. Divæ column* 2. *Cod. de decu-*
rion. lib. 10. ubi ſex modis limitat, Felinus limi-
tat decem modis *in d. c. fin. hoc tit.* ubi ampliavit
modis quatuor, Caſtillas *in lib.* 64. *tauri n.* 2. be-
ne per Alex. *conſ* 333. *col.* 3. & *conſ.* 7. *col.* 2. *volum.*
2. & *conſ.* 210. *ad finem*, Raphael. Cuman. *conſ.*
159. Franc Aretin. *conſ.* 8. & *conſ.* 104. *col. fin.*
Petr. Paul. Pariſ. ad Bartol. *in l. cauſas Cod. de tran-*
ſaction. Bartol *in auth. ut cum de appell. cognoſ à n.* 1.
& *in auth de his, qui ingrediuntur ad appell. n.* 18. &
in l. contractus 2. *ſect. n.* 6. *Cod. de fide inſtrument*, &
in l. ſancimus ad finem, Cod. de Sacroſanctis Eccleſ. &
in l fin n. 2. *Cod. de pignoribus*, & *in l. teſtium. n.* 4.
Cod. de teſtibus, & *in auth. ut Judices ſine quoquo*
ſuffragio, §, *interdicimus n.* 1. Bald. *in ſua Margarita*
in repertor. ad Innocent. verbo *conſtitutio*, Alexan-
der *in l. actorum verba n.* 4. *ff. de re judicata*, Angel.
de Clava *in ſumma* verbo *lex à q* 9. Paul. de Caſ-
tro *conſ.* 339. *in diſp. ſeu alleg.*
17 Verùm etſi ex prædictis limitationibus ſolùm
colligamus quod etſi lex, ſeu conſtitutio habeat
ex natura ſua reſpicere ad futura, & aliquando
etiam ſimul porrigatur ad præterita; non ideò
videmus quod lex, quæ conditur tantùm reſpi-
ciat ad præterita, & non ad futura, quare ut in-
telligas dicas dari caſus, in quibus nullo modo
lex. V. g. nunc lata tantùm reſpiciat ad factum
præteritum, non inquam ad futurum, illos aſſi-
gno modo ſequenti,
18 Primo nam ſi conſtitutio habilitat illegitimos
quoad beneficia, non intelligitur de illegitimis
futuris, ne detur delinquendi materia, nec va-
lere ſtatutum id expreſsè continens quod unum,
ut ſingulare, docent Ferdinandus Loaces ſuper
nova Paganorum converſione Regni Valentiæ
in 6. *declar. col.* 22. *num.* 5. ex Dominici doctrina:
bene tradit etiam Petrus de Dueñas *in regu-*
la 366. *ampliat* 1. ſequitur Gratian. *dict. reg.* 295.
num. 4. & comprobabis ex his, quæ dico infra
19 *ſub tit. de filiis Presbyt.* * Secundo nam ſi fiat ſta-
tutum quod quilibet Bannitus ſolvendo decem,
extrahatur de Banno, tale ſtatutum, non habeat
locum in eo, qui poſt ſtatutum conditum fuerit
Bannitus, ne detur materia delinquendi: ſic
docent, & tenent in terminis Petrus Dueñas
dict. regul. 136. Gratian. 145. *n.* 5. Hypolitus *in præ-*
cticis, §. *aggredior n* 43. dubiter Joannes Oroſcius
in l. cum lex, ff. de legib n. 3. ex quibus poteris ad
alios inferre caſus.
Ad ſecundam quæſtionis partem an lex im- 20
probans conſuetudinem intelligatur de præteri-
ta, & de futura, de qua hîc per textum noſtrum,
ſolent Doctores agere: tamen quia jam ego,
dixi *in cap.* 2. *de probat. quæſt* 3. verſ. *ad ſecundam*
à n. 3. ut etiam noto in infra ante Rubricam de
conſuetud. ideò ad ibi dicta, & ad Doctores,
quos ibi retuli, recurres, præcipuè Covarruu.
libr. 3. *variar. capit.* 13. *num.* 4. Gutierez *lib.* 3.
practicar. capit. 33. & Zevallos alios plures re-
ferentes.
Ad tertiam quæſtionis partem, an præjudi- 21
cium, tam ad futurum, quàm ad præteritum
tempus commodè referatur, & præjudicium ad
præteritum tempus relatum quàm diviſionem
recipiat ex Fabio, & ad futurum in quibus con-
ſiſtat. Igitur cum priſcis temporibus in litis
verba Prætore jus ſolemniter componente, fre-
quens præjudiciorum eſſet uſus, iſque non tam
varius, non tam obſcurus, ut certis quibuſdam
regulis tradi, vel contineri nequeat, quem, qui
rectè expoſuiſſe ſuot opinati, minimè intellige-
rent; ideò Revard. *de præjud ciis lib.* 1. *c.* 1. & 2.
de his duobus dubiis agens, conſtituit dupli-
cem conſiderationem præjudiciorum uno mo-
do quod Romani dicerent *præjudicium*, quaſi
præjudicatum, & quod præjudicatum erat, prius
judicatum quemadmodum præjudicare prius ju-
dicare in confirmationem adducens Cicerone
lib. 5. *Epiſt. ad Brutum* ibi *quod enim Senatus non-*
dum cenſuit, nec Populus Romanus juſſit id arro-
ganter non præjudico, nec revoco ad arbitrium.
Unde ipſe Revardus ait quod *præjudicium* ac- 22
cipitur interdum pro Judicio olim dato inter
alios, & conſtituto (ad quod videntur aliquo
modo pertinere practicabilia, quæ adduxi latè
in cap. cum ſuper 17. & *in c. pen de ſent.* & *re jud.*)
& ad hoc præjudicium, de quo loquimur allu-
ſiſſe viſus eſt Gellius dum *lib* 2. *c.* 2. ſcriberet ibi
abſque præjudicio (inquit taurus) *tu interea ſede,*
dum inſpicimus, quærimuſque utrum conveniat te
ne potius ſedere, qui pater es, an filius, qui Magi-
ſtratus eſt, ſic Revard.
Qui etiam ſit ut non incommodè hic poſſit 23
referri, quod Tacitus de moribus Germanorum
ita ſcripſit loquens de obſervatione quandam au-
ſpiciorum, qua bellorum eventus ſæpius explo-
rabantur. *Ejus Gentis, cum qua bellum eſt capti-*
vum quoquomodo interceptum cum electo popula-
rium ſuorum patriis quemque armis committunt, vi-
ctoria hujus, vel illius præjudicio accipitur, nimi-
rum ſi de juſta belli cauſa quæratur ex victoria
hoſtium captivorum patriis armis commiſſo-
rum, *tanquam ex præjudicio*, ideſt aut aliter,
quàm ſi judicium aliquod ea de re factum fuerit,
illa æſtimabitur; & ita dicit Revard. *præjudicium*
quam *præjudicatum* dici.
Altero inquam modo illud dici, quaſi præ- 24
judicandum, & ſic tam ad futurum, quàm ad
præteritum tempus, præjudicii vocabulum re-
ferri ait Revard. † Qui *dict. cap.* 2. ait quod præ- 25
judicatur dividitur, in res ex paribus cauſis ju-
dicatas, & præjudicatione de eadem cauſa
addens ut ait Fabius *inſt. Orator. lib.* 5. *c.* 2.
Præjudicandum in judiciis ad aliquam cau- 26
ſam pertinentibus conſiſtere, ejus verba refe-
rens ibi *præjudiciorum vis omnis tribus in generi-*

bus verſatur rebus, quæ aliquando ex paribus cauſis ſunt Judicata, quæ exempla rectius dicuntur, ut de reſciſſis patrum teſtamentis, vel contra filios confirmatis; Judiciis ad ipſam cauſam pertinentibus, unde etiam nomen deductum eſt, qualia in oppianicum facta dicuntur, & à Senatu adverſus Milonem, aut cum de eadem cauſa pronuntiatum eſt, ut in reis deportatus aſſertione ſecunda, & partibus centumviralium.

27 * Ex quo loco manifeſtè aut conſtare Revardus duplici ratione, ut dictum eſt nomen ſuum obtinere *præjudicium*, una quaſi *præjudicatum*, altero quaſi *præjudicandum* colligens ex his verbis, *unde etiam nomen ductum eſt*, addens ibi quod alio in loco dicet quomodo tranſeat præjudicatum in juris regulas; Indeque in conſuetudinem deveniat, &c. *c. 3. d. 1. lib. de prælud. & per totum lib.* 2. progreditur de judiciis ad aliquam cauſam pertinentibus; & ſic nos non incongruè hic hanc difficultatem in texendo advenimus ad eam, quæ ſubſequitur de judiciis in verſ. *quartam*, ſtatim ſequenti applicabis hic quæ de præjudicantibus except. dixi *in c. tuam de ord. cognit.*

28 Ad quartam quæſtionis partem an conſtitutio trahatur ad lites pendentes ſuppoſitis quæ jam ſcripſi in hac quæſtione verſ. *ad primam*, breviter reſpondeo quod lex nova ſuperveniens, non pertinens ad litis ordinationem, ſed ad deciſionem, vel ad formam, & in excluſionem denegandæ audientiæ, vel defenſionis in judicio, etiam in cauſa Reipublicæ, non trahitur ad lites pendentes, etiam in prima inſtantia, & maximè concluſas juxta textum *in auth. ut in medio litis non fiant ſacri juri §. ſuper hoc autem, & textum in auth. ut cum de appellationib. cognoſcitur*, cujus verba ponit quaſi de verbo ad verbum, Albe. de Roſat; *in l. leges la 2. Cod. de legibus.* Bartol. *in l. omnes populi, ff. d. Juſt & jure*: hanc reſolutionem docens expreſsè Caſtorian. *in c. fin. hoc tit.* ubi pro hac concluſione dicebat Felious rationem.

29. Quia paria ſunt, eſſe judicatum, vel concluſum in cauſa, & ſubdebat, quod ubi non eſt facta, relatio ſuperiori, & eſſet concluſum in cauſa, & poſt concluſum in cauſa ſervaretur quod probatio poſſet fieri, & Joannes de Imola *in d. c. fin.* dicit dictum Cardinal. procedere, quando eſſet concluſum in cauſa, & facta fuiſſet relatio ſuperiori. Et in terminis agens obſervat dictam concluſionem Afflictis *in deciſ. Neapol.* 396. ubi tractans de geſtis contra Dominum directum, quæ nocent Domino utili; de quo dixi *in d. cap. cum c. pen. de re judicata*, ubi de multis circa problema *res inter alios acta aliis non noceat*: in *n.* 11. affirmat quod lis nova ſuperveniens non trahitur ad lites pendentes modo jam relato: & ibi *n.* 13. declarat ſic Judicatum fuiſſe per multos Regios Conſiliarios, juxta novellam pragmaticam Ferdin. I. in Regno Neap. videbis etiam de hoc puncto agentes Bened. de Bened. *in juris regulis, regula* 6. Joan. Bolognet, *in d. l. omnes populi. ff. de Juſtitia, & jure à n.* 156. & ad propoſitum comprobanda doctrinam hanc adjunges quo dixi infra *in cap. ex parte de foro comp. q.* 9. ibi egi de quæſtione *an privilegium ſuperveniens poſt litem ceptam faciat præventam juriſdictionem ceſſare*, & *in cap. pen.* ibi *quæſt. 4. à num.* 15. & utrobique plura jura expendo.

QUÆSTIO II.

An incurrat pœnam motus proprii Sixti V. malè promotus ad ordines, ſi ante revocationem illius proprii motus per Bullam Gregor. XIV. promotus eſſet, & ita incurriſſet irregularitatem Pontifici reſervatam, in eo inflictam: an Confeſſarius, qui ſolicitavit puerum ante conſtitutionem Gregor. XV. vel fœminam extra confeſſionem, vel loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentales audiuntur incurrat pœnam, & ſit denuntiandus; & an juſtum ſit lege, vel ſtatuto aliquem ob alterius culpam puniri.

SUMMARIUM.

1 *Filius pro hæreſi Patris, aut ejus delicto læſæ Majeſtatis, ſeu alii innocentes, an poſſint puniri feudis, & Majoribus, &c.* remiſſivè.

2 *Conjungatus abſque debita licentia ad ordines minores aſcendens, pœnam non incurrit; ſecus ſi ad ſacros.*

3 *Extravagans antiquæ de voto.*

4 *Sixti V. proprius motus anno,* 1588. *die* 5. *Januarii; cum alio Clem. VIII. anni* 1595. *die ultima Februarii, &* num. 2. 6. & à num. 10.

6 *Conjungatus, ſi initiatus eſt minoribus ordinibus ante Sixti V. motus revocationem, num ſit ligatus ſuſpenſione; & num. ſequentib. contra primam ſententiam* à n. 10. *ſed pro prima*, num. 12.

8 *Votum omittens caſtitatis, nunc Papæ reſervatum, poteſt ab Epiſcopo diſpenſari, ſi Pontifex ejus reſervationem auferret.*

9 *Delinquens ante conſtitutionis revocationem, non punitur legis poſtea revocatæ pœna, ſi non impoſita ſit ipſo jure.*

11 *Pontifices ſolent per ſuas conſtitutiones revocatorias expreſsè auferre pœnas incurſas, non ſi taceant; & ſic fecit Clem. VIII. cum revocarit pœnas Sixti V. impoſitas in procurantes abortum.*

13 *Gregor. XV. conſtitutio cum aliæ Pauli Bulla de Confeſſario puerum ſollicitante &* n. 14. 15. 16. & 17.

14 *Confeſſarius ſollicitans puerum, aut fœminam ante Bullam Gregorii XV. non incurrit pœnas illius, &* num, ſequent. *& quare ibi.*

15 Cap. fin. hoc tit de conſtit.

Bullæ Pauli V. & Clem VIII. non includebant Confeſſarios ſolicitantes puerum, ſicut Bulla Greg. XV.

16 *Denuntiationes faciendæ* ex vigore Gregor. *conſtit. adverſus Confeſſarios ſolicitantes, incipiunt a die* 10. *Martii* 1624. *ſic ut à tempore antecedenti, non teneatur quis denuntiare.*

18 *Puniri quis poteſt ob alterius culpam humano, vel Divino judicio in quinque caſibus abſque criminis labe.*

19 *Inno.*

19 *Innocens, licet ob crimen alterius, non poſſit pœna corpori puniri; poterit tamen pecuniaria, ubi n. 20. aſſignantur* remiſſivè *nonnulla quæſtiones conducibiles.*

1 PRimæ duæ quæſtiones conducunt ad principalem concluſionem textus noſtri, ut quod lex reſpicit futura, non præterita, alia tertia ſpectat ad prima verba text. noſtri, jam ante ſub præmiſſo relata: & ad gloſſam hîc verbo *culpa*, circa quam de pluribus poſſemus inquirere, veluti an filius pro hæreſi patris, aut ejus delicto læſæ Majeſtatis, vel aliis ex cauſis, alii innocentes queant puniri bonis feudis, majoratibus, aut aliis privari. Et hic adjunctis quæ dixi *in c. cum ſuper 17. c. pen. de ſentent. & re judicata* ubi de jam adducta regula *res inter alios acta. &c.* in terminis ago latè *in c. 2. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli*, & Uberius *in c. vergentis de hæreticis*. Et ſic parum, aut nihil tangam hic etiam de inquiſitis à gloſſa hic in dicto verbo *culpa*, quæ cum ad legem pœnalem ſpectent, & ad ejus effectus, de quibus ago infra *in c. ex litteris*; ideò hic non inſiſtam etſi commodus eſſet locus, jam ergo ad quæſtiones hic propoſitas.

2 Ad primam quæſtionis partem, junctis quæ adduco infra *in c. 11. de temporibus Ordin. q. 11. de ſuſpenſione contracta ab ordinato, & ordinatore*, nunc ex regula textus noſtri Thomas Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp. 49. num.* 10. 11. & 12. agens de dubiis pro intelligentia motus proprii Sixti V. anno 1588. die 5. Januarii juxta alium Clem. VIII. revocantem illum anno 1595. die ultima Februarii, cujus verba referens *n.* 10. Et pro ſententia affirmativa, ac negativa expendens quæſtionem illam principalem *à num.* 1. nempe an conjugatus Ordines, abſque uxoris licentia recipiens ſit irregularis, & ſimiliter clericus in ſacris conſtitutus matrimonium iniens.

3 Et reſolvens aliud dubium ibi *à n* 9. dicendo, quod ſi conjugatus abſque debita licentia ad ſolos ordines minores promoveatur, quamvis peccet nullam irregularitatem aut cenſuram incurrat, quia jure antiquo nulla pœna erat ſtatuta conjugato, abſque uxoris licentia aſcendenti ad ordines, præter ſtatutum *extravag. antiqua, de voto*, quæ ſolum agit de conjugato aſcendere ad ordines ſacros; & eſt Joann. XXII. ubi Barboſ. cum multis ab eo relatis plures reſoluit caſus, & in terminis docent Simancas *de Catholic. inſtitut.* 40. *num.* 14. Salcedo *in addition. ad practicar. Bernardi Diez. cap.* 8. *§. ſed quia pœna punietur.*

4 Nec obſtat dicere hunc ſic Ordinatum eſſe ſuſpendendum, attento jure antiquiori, ut dixit Arcinnus *conſ.* 59. *n.* 8. referens ſic ex ſpeculatore *tit. de reſcriptor. præſentatione §. ratione n.* 35. verſ. *item ſi mulier*, quia nec eſt textus id probans, nec ſpeculator id dicit, cum prædicta *extravagam antiqua*, ſolùm de pœna irregularitatis loquatur, & de ſolo conjugato aſcendente ad ordines ſacros: ſic idem Thom. Sanchez. 5 * Qui etiam *n.* 10. reſoluet, quod & ſi poſſet dubitari, ut incurreret ſuſpenſionem, quam tulit Sixtus V. in dicto ſuo motu proprio jam relato ann. 1588. die 5. Januarij, in omnes illicitè ad quoſuis ordines promotos, cujus abſolutionem ſibi reſervavit. Sed reſpondet Sanchez id verum eſſe ſi ante ejus proprii motus revocationem ſit initiatus, quia Clem. VIII. in ſua conſtitutione anni 1595. die ultima Februarii revocavit eam Sixti conſtitutionem, quod malè promotos, & promoventes præterquam ſi ſimonia in promotione admittatur eam reducens ad terminos juris communis, quorum pœnas ſaluas voluit remanere; item & pœnas Pii II. & Concilii Trid.

6 Poſt hæc verò Sanchez *d. diſp.* 49. *n.* 11. & 12. egens de alio, dubio nempe an ſi initiatus eſt minoribus ordinibus, ante prædicti motus proprii Sixti V. revocationem, ac proinde ligatus eſt ſuſpenſione in eo lata, ac Pontifici reſervata, cum expreſſa derogatione Bullæ cruciatæ, ac facultatis conceſſæ Epiſcopis in Trid *ſeſſ.* 24 *c.* 6. *de reformat.* diſpenſandi in omnibus caſibus deſcendentibus ex delicto occulto, & utriuſque ſententiæ fundamenta referens ait *d. n.* 12. penitus ceſſaſſe reſervationem, quia reſervatio non ſe habet ad modum pœnæ ipſo jure incurſæ, ſed quòd tantùm eſt negatio facultatis Confeſſori, aut cuicumque inferiori abſolvendi reum illum; ac proinde ſi velut pœna tunc infligenda remittendo illum ut obtineat abſolutionem à ſuperiore. 7 * Quod eo tempore revocata ſit conſtitutio reſervans ceſſaturam eſſe reſervationem ait.

8 Sicut ſi quis emitteret votum caſtitatis, quod nunc eſt Pontifici reſervatum, poſſe ab Epiſcopo diſpenſationem obtinere, eo ipſo quòd Pontifex ejus voti reſervationem auferret. Et confirmat ex eo, quia delinquens ante conſtitutionis revocationem, non punitur legis poſtea revocatæ pœna ſi non impoſita ſit ipſo jure, ut docent Felin. *in d. c. fin. hoc tit. n* 14. & Dominic. *in c. fin. de elect. lib.* 6. *n* 9.

9 Acerrimà videntur huic reſolutioni obſtare ſequentia, quia jam peccatum, & cenſura reſervata Pontifici, incurſa erant, nec Clem VIII. conſtitutio ad jam incurſa extenditur, quia dum revocavit dictum motum proprium Sixti V. non explicuit ſe revocare quoad præterita. Et quia nec conſtitutio nova ad præterita extenditur, ſed ſola futura reſpicit, niſi in ea aliud exprimatur, ut dicitur in textu noſtro, & patet ex his, quæ jam dixi hîc *ſub quæſt.* 1. *à n.* 1.

10 Et videtur etiam comprobari, quia mos eſt Pontificum volentium per ſuas conſtitutiones revocatorias, auferri pœnas incurſas, id exprimere, ut patet *ex clementia unica de immunit Eccleſiarum* ibi *& quidquid ex eis ſequutum eſt, vel ob eas, penitus revocamus*, & *extravag.* 1. *inter commun. §. nos itaque de Schiſmatis*, ibi, *ita quod nec etiam pro præterito tempore poſſint ſuper eis aliquæ perſonæ impeti quæ incurriſſent eas*, & *extravag. unica Joan. XXII. de torneam, in fine*; & deinde Greg. XIV, revocans pœnas à Sixtò V. ſtatutas contra procurantes aborſum; id etiam explicuit in verbis ibi, *ad terminos juris communis, ac ſacrorum Canon. & Concilij Trid diſpoſitionem, tam quoad præterita, quàm quo ad futura perpetuo reducimus.* 11 † Sed nihilominus Sanchez his omnibus, quibus probatur negativa ſententia, adhuc uno verbo reſpondet *dict. n.* 12. *in fine*, quia id non eſt conſtitutionem extendi ad præterita, cum ea pœna potius ſit in poſterum imponenda. Nec obſtate ait Pontifices id aliquando explicuiſſe, eo quod id fecerunt gratia majoris claritatis: ſed

videtur

videtur ex dicendis ſtatim, etſi in alio caſu, impugnari Sanchez.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem de Confeſſario puerum ſolicitante ante conſtitutionem Gregor. XV. an ſit denuntiandus, quæ eſt ardua, & nimis difficilis, eo quod quærit an dicta conſtitutio Gregor. XV. ad facta præterita extendi poſſit. Et pro affirmativa ſententia loquens de Bulla Pauli V. docuit Rodericus à Cugnia *tractat. de confeſſar. ſolicitante quæſt.* 3. *num.* 10. ubi teſtatur ita reſpondiſſe Suarez, & Delmada viros doctiſſimos. Et in terminis præpictæ Bullæ Gregor. V. idem docent Sanctarellus *tractat. de hæreſi, capit.* 44. *num.* 11. & Bonacina in variis *tractat. diſputat.* 6. *punct.* 3. *n.*7. & pro ſententia horum poteſt applicari doctrina Sanch. jam relata in caſu præcedentis dubij in verſ. *poſt hæc*

14 Verùm adhuc in terminis dictæ conſtitutionis Gregorianæ, exiſtimo dicendum, quod Confeſſarius, qui ſolicitavit puerum, ante conſtitutionem Gregor. vel fœminam extra confeſſionem in confeſſionario, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones Sacramentales audiuntur, non eſſet denuntiandus ex textus noſtri ratione, quo probatum eſt jam *ſuprà quæſtione* 1. *à num.* 1. quod nulla lex extenditur ad præterita, nec ad punienda delicta facta de præterito, ſed ad facienda de futuro, *niſi* fortè lex ipſa claris verbis exprimat, ſeu etiam punire præterita, ut fecit Sixtus V. cum. illegitimis, & receptione religioſorum, & Concilium Tridentin. cum Ordinatis in minoribus.

15 Et comprobat Gregor. IX. *in dicto capit. fin. hoc tit.* ubi explicans quandam conſtitutionem à ſe paulo editam ſic aſſerit, *declaramus non ad præterita, ſed ad futura tantùm extendi, cum leges, & conſtitutiones futuris certum ſit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi, niſi nominatim in eis de præteritis caveatur.* Et ob hanc regulam ita juridicam, docet hanc ultimam ſententiam in caſu noſtro Diana *p.* 1. *tractat.* 4. *reſ.* 25. ubi aſſerit non eſſe Confeſſarios denuntiandos, ſi fecerint talia delicta ante promulgationem edicti, & Bullæ Gregor. XV. ubi determinat eſſe ſupradictos denuntiandos, quia dicta conſtitutio non extenditur ad Bullas Clement. VIII. & Pauli V. quæ etſi antea loquutæ ſint contra Confeſſarios ſolicitantes fœminas, non includebant Confeſſarios ſolicitantes viros, & quæ ſolùm includebant Confeſſarios ſolicitantes tantùm in ipſo Sacramento confeſſionis, vel ad plurimum eos, qui paulo ante, vel poſt, ſolicitabant pœnitentem, non autem eos, qui extra occaſionem confeſſionis in loco Confeſſarii, aut in loco quocumque, ubi confeſſiones audientur Sacramentales, ſeu ad confeſſionem audiendam, ſimulantes ibi confeſſiones audire.

16 Et ſic putat Diana quo ad denuntiationes faciendas ex vigore D. Gregor. conſtitutionis adverſus Confeſſarios ſolicitantes ineundas ſolùm eſſe à die 10. Martii 1624. ſic ut à tempore antecedenti, non teneatur quia denuntiare.

17 Quæ doctrina in puncto juris mihi videtur vera, quam etiam docuerunt Porte. *in additionibus ad dubia regul.* verbo *ſoluit fœmin. num.* 7. Fagundez *tractat.* 2. *lib* 4 *capite tertio, num.* 31. Chriſtophorus de Anguiano, *de legibus, lib.* 5. *controverſ.* 1. *à num.* 13. Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 25. *artic.* 20. iſti tres ultimi ſic affirmantes, loquendo *in Bulla Clem. VIII.* & Portel. *in Bulla Pauli V.* jam relatis, quia ut jam ſupra dictum eſt dictæ conſtitutiones non debuerunt ſe extendi ad priora delicta. Et ſic ex eadem ratione, nec ultima conſtitutio Gregor. XV. ad caſus, & delicta, non comprehenſa in dictis Bullis Clem & Pauli, adverſus quos de novo ſtatuit Gregor. ex noſtro textu, & *dicto capit. final. hoc titulo*, & ut docet Sylveſter verbo *lex quæſt.* 25. Malderus *p.* 2. *q.* 96. *art.* 3. *dubio* 4. & alii.

Ad tertiam quæſtionis partem, an juſtum ſit lege, ſtatuto, aliquem ob alterius culpam puniri ex relata gloſſa hîc Doctores diſputant Et quia longè ago *in dict. capit.* 2. *de his, quæ fiunt à majori parte Capituli*, & *in dicto cap. vergentis de hæreticis.* Ideò nunc quatenus ſpectat ad inſtitutum textus noſtri, dico breviter cum Covarruv. *lib* 2. *variar. capit.* 8. abundè de hoc diſputante in quinque caſibus, poſſe humano, vel Divino Judicio quem ob alterius culpam abſque criminis labe puniri, ut in crimine læſæ Majeſtatis, humanæ ſicut, & Divinæ Filii illegitimi, filii hæreticorum, & plerumque etiam interdicto Eccleſiaſtico ſubjiciuntur innocentes ob alterius culpam, &c. 18

Sed *num.* 7. ait ut quamvis ſtatuto, conſuetudine, vel lege innocens non poſſit pœna corporis puniri ob crimen alterius, poſſit tamen pecuniaria. ubi diſputat an Pater teneatur ſolvere pecuniaram pœnam, qua filius mulctatus: applica quæ latè ſcribunt Zevallos *in pract. quæſt.* 653. & Zenedus *quæſtione decima ſexta*, qui etſi loquantur de puniendis filiis hæreticorum ob delicta paterna conducunt ad hanc tractationem. 19

Et pro ampliatione hujus ultimi dubii poteris aggregare ſequentes quæſtiones. Prima an publicetur uſus fructus, publicatis ob delictum patris bonis, quem habet Pater in bonis filii jure patriæ poteſtatis. Secunda an bona futura comprehendantur in confiſcatione bonorum ob delictum ſequuta: & an ſtante ſtatuto, quo pater tenetur ex delicto filii condemnati, uſque ad legitimam portionem, procedat etiam cum filius in contumaciam condemnatus eſt, de quibus bene cum aliis Faquinus *lib.* 9. *controverſ. c.* 50. 51. & 52. ad alios ex *q.* 31. *ad* 36. 20

AD TEXTUM

in capite tranſlato III.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdotio veteris legis tranſlato, neceſſum fuit. ut legis tranſlatio fieret in Evangelicam*, n. 7. & 8.

2 Cono

2 *Connexorum ab uno fit extenſio, ad aliud, connexa dicuntur individua, & reputantur unum.* n. 3. & 7.

3 *Jus idem debet eſſe, ubi eſt eadem, & juris diſpoſitio*

4 *Lex eadem dicitur eſſe, ubi eſt eadem ratio, non extenſivè ſed comprehenſivè.* n. 5.

5 *Appellatio unius, num proſit aliis in annexis,* remiſſivè.

6 *Negans unum ex duobus illatis, vel propoſitis, num cenſeatur alterum affirmare, vel negare,* remiſſivè.

7 *Sacerdotis appellatione continetur omne Sacramentum, quo gratia confertur.*

8 *Sacerdotium tranſlatum fuit per quod legis tranſlatio facta eſt.*

10 *Præcepta Hæbræorum fuerint plura, ut ſcribunt DD. hic aſſignati.*

11 *Præcepta veteris legis, alia moralia, cæremonialia alia, & alia judicialia, & quæ iſtorum ceſſarunt lege Evangelica, remiſſivè,* & n. 12. & latè q. 1. à n. 1.

12 *Præceptum morale de obſervatione feſtorum, eſt indiſpenſabile, ſecus quoad temporis formam.*

1 EX littera hujus textus in prima ejus parte convenit, ut dicamus nonnulla de ceſſatione legis veteris teſtamenti, cujus Sacerdotio tranſlato neceſſè fuit, ut legis tranſlatio fieret in Evangelicam ſcilicet, & in Sacerdotium hujus novæ legis, de quibus ac etiam de lege veteri, & ejus Sacerdotibus nonnulla infra repeto. Item & de mutatione, & abrogatione, ſeu derogatione legis, & de ceſſatione legis humanæ.

2 Et quia ex verſ. *fin. hujus textus* in verbis ibi *quia enim ſimul, & ſub eadem, ſponſione utraque data ſunt, quod uno dicitur neceſſe eſt, ut de altero, intelligatur:* probant communiter Doctores illud vulgare axioma, quod ab uno connexorum, fit extenſio ad alterum per textum *in l. 3. §. Judicio contrario, de cent. action. tutelæ l. proinde, ff. ad legem Aquiliam, l. cum autem, ff. de negotis, c. præterea de officio delegati.* 3 * Quia connexa dicuntur individua, & reputantur unum, & ubi eſt eadem ratio debet eſſe eadem juris diſpoſitio, & idem jus, *l. illud, ff. ad legem Aquiliam, l. illud Cod. de Sacroſ. Eccleſiis, leg. ſi poſtulaverit, §. 2. ff. ad legem Juliam de adultor. l. quidam nummularios, ff. decedendo §. pari ratione. Inſtit. quibus modis patria poteſtates ſolvitur.*

4 Et ubi eſt eadem ratio, ibi dicitur adeſſe eadem lex, non extenſivè, ſed comprehenſivè, *dict. l. illud, Cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, §. ſatis etiam cautè putamus,* in quibus juribus longè Doctores agunt, & infinitis hæc omnia comprobat Barboſa *hic num.* 1 3. 4. & 5. videndus ad alia idem, *axiomate* 197. ubi alios congerit.

5 In cujus comprobationem addo quæ longè dixi ſub *Rubrica de appellat. quæſt.* 6. verſ. *ad tertiam*, ubi an appellatio unius proſit aliis ubi de annexis, & connexis, & *in cap. ſuper eo* 10. *q.* 1. & de intellectu hujus textus in hoc puncto dixi in *c. nemo bene* 5. *de præſumpt. q.* 1. & *n.* 16.

6 Item addo pro exacta ampliatione hujus dicti quæ adduxi per textum *ibi in cap. nemo bene* 5. *q.* 1. *de præſumptionibus.* Ubi egi de quæſtione illa an ex duobus illatis, ſeu propoſitis quis unum negat, cenſeatur alterum affirmare, vel negare, ubi *à n.* 13. *de capitulis connexis*, ſeu ſeparatis uſque *n.* 36. ubi de pluribus caſibus.

7 Igitur ex hac doctrina, quæ dictum eſt per textum noſtrum, quod extenſio fit ab uno connexorum ad aliud colligunt hic Doctores aliam illam concluſionem, quod tranſlato Sacerdotio, fit legis tranſlatio, ut cum multis probat idem Barboſa *hic n.* 1. ex dicto Paul. *ad Hibr. cap.* 7. quem explicant Sotus *de Juſtitia lib.* 2. *q.* 5. *art.* 4. & *quæſt* 6. *artic.* 1. Covarr. *lib.* 1. *variar. c.* 17. *num.* 1. Perez *leg.* 3. verſ. *quæritur deinde vigeſimo quinto tit* 4. *lib.* 8. *ordinam, pag.* 142. Petrus Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. p.* 1. *c. n.* 17. Caſtro *lib.* 9 *adverſus hæreſes* verbo *lex* alii, quos refert Zenedus *ad decretal. collect.* 83. *n.* 3.

8 Et addit idem Barboſa *hic num.* 2. cum Joanne Andrea. Auchar. & aliis & Anton. Ricciolo *in tract. de jure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.* 2. *c.* 1. *n.* 9. Sacerdotis appellatione contineri omne Sacramentum, quo gratia confertur. 9 * Unde quia ex hac Sacerdotis tranſlatione Doctores legitimè hic queant diſputare de legibus, & præceptis veteris legis, de ejus Sacerdotibus, & de Sacerdotio, & Sacerdotia noſtræ legis Evangelicæ, & in quod differant, item & de ceſſatione legis antiquæ per legem Chriſti, ac de aliis oportet aliqua, etſi non plura attingere ut ſic ſcias quod Sacerdotium tranſlatum fuit, per quod legis tranſlatio facta eſt.

10 Et ut ubertimè apprehendas quæ eſſent præcepta Hebræorum in lege veteris teſtamenti, leges Azor. *lib.* 5. *moral. c.* 3. *per totum* uſque *ad* 3. 2. ubi de preceptis Judicialibus, & de cæremonialibus, uſque ad *c.* 69. Malinam *de Juſtitia, & jure tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 50. *uſque* 55. 62. *ad* 67. 72. & 73. *de jure veteri,* Vaſquez 2. 2. *quæſt.* 8 *art.* 1. uſque *ad* 6. & *quæſt.* 99. *per totam,* & *quæſt.* 100. *de ceſſatione legis*, idem 1. 2. *quæſt.* 102. *diſp.* 180. *per totam, diſput.* 181. 182. videbis Salas *de legibus diſp.* 1. *ſect.* 12. & *diſp.* 7. *ſect.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & *diſp.* 8. per totam, & *diſp.* 22. & 23. & quæ dico, & quos adduco infra *lib.* 3. *de purgatione poſt partum.* Et noviſſimè leges Petr. Franc Vallente *de concordia Juris Pontificii p.* 2. *q.* 4. *ſect* 4. ibi an lex Moyſis verè divina ſit & *ſect.* 5. *quænam veteris legis præcepta ſint* & *ſect.* 6. quam promiſſionem, obligationem, ſeu pœnam induxerunt & *ſeq.* 7. quando mortua, & mortifera eſſe ceperit, & *ſect.* 8. num omnia ſint mortua: & *ſect.* 9. ubi dirimit controverſiam 53. S.S. Hieronymi & Auguſtini.

11 Et quia infra ſub hac Rubrica de feriis dum egerim de feſto Sabbati ſecundum legem veterum, & de feſto noſtro Dominicæ diei & qua ratione per adventum Chriſti feſtum Sabbati tranſlatum fuerit ad Dominicam diem, & ibi in ſimul declaraverim quæ ſint præcepta veteris legis, tam moralia, quàm Judicialia, ac cæremonialia, & quæ iſtorum ceſſaverint noſtra lege nova, ideò recurres ad ibi dicta *à n.* 17. ubi dixi quod præceptum de Sabbatis ſanctificandis partim eſt morale, partim cæremoniale, & qualiter ſignificetur. 12 † Et quod præcepta cæremonialia veteris legis ceſſarunt Evangelii promulgatione, non verò moralia, quia hæc ſunt juris naturæ, & quæ continentur in decalogo

logo, juxta quæ adduxi ſupra *in noſtra Rubrica quæſt.* 1. & *num.* 23. quod præceptum morale de obſervatione feſtorum, eſt indiſpenſabile, ſecus quoad temporis formam, in qua eſt tantùm cæremoniale; & ſic mutatum diem Sabbati in diem Dominicam à tranſlatione Sacerdotii, & ad textum noſtrum idem Pater Valente ibi *ſup. dict.* 2. *p. fol.* 28.

QUÆSTIO I.

An ſicut præcepta cæremonialia veteris legis teſtamenti, ceſſarunt tranſlato Sacerdotio. ſic & præcepta moralia, ſive judicialia, & quæ inter hæc differentia: & an lex veteris teſtamenti ceſſaverit à morte Chriſti, aut poſt Evangelii promulgationem; & an ſit, & fuerit aliqua differentia inter legem ſcriptam, & Evangelicam?

SUMMARIUM.

1 *Sabbati dies olim ex veteri teſtamento celebatur, ſicut hodies dies Dominicus, ſed Sabbatum hodie colitur in Eccleſia Græca, & quare* remiſſivè.

2 *Præcepta Judicialia veteris legis erant, quibus Judices jus ſuum unicuique tribuebant, veluti, quod in ore duorum, vel trium, ſtet omne verbum, moralia quæ pertinebant ad legem naturalem, veluti præcepta Decalogi, cæremonialia quæ ad cultum, & reverentiam Deo præſtandam,* & n. 3.

4 *Legis veteris aliqua erant concilia, vel mandata, quæ non obligabant ſicut præcepta veluti de votis emittendis, ubi ad quæ reducebantur.*

5 *Actiones humanæ inſtitui debent, vel in ordine ad Deum, vel in ordine ad hominem, vel in ordine ad ſeipſum, qualiter ex præceptis veteris legis.*

6 *Præcepta poſitiva ponebantur in lege veteri ad cultum Religionis, vel politicam gubernationem, quæ dicta ſunt cæremonialia, & judicialia, præter obligationes naturales.*

7 *Præcepta veteris legis multùm inter ſe differebant, cum moralia adhuc durent, & per legem Evangelicam perfectiora facta ſint, & hodie obſerventur, quaſi mera lex naturalis,* n. 8. 9. 10. 59. & 60.

11 *Præcepta judicialia promulgatione legis Evangelicæ ceſſarunt, & qualiter intelligantur,* n. 12. 13. 14. 15. 31. & 36.

12 *Matthæi* c. 18. in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, n. 13. 14. & 15. *ubi quod non eſt naturale.*

14 *Chriſtus Dominus in Evangelio nulla conſtituit præcepta, aut judicialia, aut cæremonialia, judicialia relinquens omnia humano arbitrio.*

15 *Lex Evangelica nulla alia continet, præcepta, præter juris naturalis, & Sacramenta, & fidei articulos.*

16 *Pontifices ſolent ad ſuadendum aliquid à ſe ipſis juſtè ſtatutum, leges veteris teſtamenti ſæpe adducere.*

17 Cap. cum eſſes de teſtamentis num. 18. 19. & ſequentibus.

18 *Teſtes in teſtamentis, quare duo hodie de jure Canonico juxta dicterium veteris legis, ut* in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, explicatur, n. 19. 20. & 21.

22 *Præcepta cæremonialia teſtamenti veteris, & Sacramenta illius legis ceſſarunt Chriſti adventu, & publicatione legis Evangelicæ, ſed adhuc durare, qualiter intelligatur* n. 23. 24. 25. 26. 27. 28. & 30.

23 Cap. fin. diſt. 3.

25 *Myſtica præcepta figuralia ſunt, quæ aliud ſignificabent, præter id, quod littera ſonat, quorum alia ſunt Sacramentalia, alia cæremonialia* n. 27.

26 *Lex veteris teſtamenti quoad moralia non fuit mutata, quantùm ad cæremonialia, & Sacramentalia ſic.*

27 *Myſtica interpretatio idem eſt, quod obſcondita, vel latens, per quam aliud, ſeu plus intelligitur, quam littera, & verba ſonant.*

28 Cap. innova 16. q. 7. cap. cauſam de electione, clem. 1 eodem.

29 *Caro porcina prohibebatur in lege veteri, quia animal illud Hieroglificum hominis laſcivi, & luxurioſi exiptus fuerit.*

31 Sap. Marchuta 1. q 1.

32 *Cæremonialia præcepta poſt Chriſti adventum mortua ſunt, & mortifera judicialia tantùm mortua,* n. 33. 34. & 36

33 Cap. 1. de adulteris, c. 1. de homicidio, c. 1. de injuriis.

Præceptum re decimis ſolvendis in veteri lege & quæ de cauſa in lege gratiæ renovatum, dict. num. 33.

34 *Cæremonialia præcepta poſt Chriſti adventum, ſi obſervarentur, præjudicarent veritati fidei,* n. 35.

35 *Cæremonias legis veteris obſervantes ſunt condemnandi, ut hæretici.*

36 *Cæremonalia præcepta quæ non figurabant adventum Chriſti, ſed ad devotionem, pertinebant licitè lege Evangelica retinentur, ut ſunt* templa veſtes, & altaria, &c. *ubi quo pacto, quid in judicialibus ibi.*

37 *Lex veteris teſtamenti, quando ceſſaverit, fuit controverſia gravis inter D. Auguſtinum, & Hieronymum,* n. 38.

39 *Lex veteris teſtamenti mortua fuit ſtatim poſt Chriſti mortem non tamen mortifera, niſi poſt ſufficientem Evangelii promulgationem ex D. Auguſtino* d. n. 37. *quæ conveniens fuit, ut cum honore aliquo illa lex ſepeliretur,* num. 41.

40 *D. Paulus poſt Chriſti paſſionem circumcidit Timotheum, ſe purificavit, & totondit more Nazareorum, qui reprehendit D. Petrum; eo quod ſe agentibus ſegregebat,* num. 42.

42 *Promulgatio Evangelii ſufficiens, quo anno facta fuerit.*

43 *Lex Evangelica in multis differt a lege veteris teſtamenti, quæ tantùm pro ſolo populo Iſraelitico data eſt, ſed Evangelica toto mundo, & aliis modis, ut* n. 44. 45. 46. & 47. *uſque ad* n. 70. & fin.

44 *Lex vetus ſenſibilia, & terrenum bonum ſuis cultoribus promittebat, Evangelica, bona ſpiritualia.*

45 *Lex vetus dicitur præcipere tantùm actus externos, non autem internos.*

46 *Sacramenta veteris legis, quæ dicebantur legalia, in quo differant à Sacramentis novæ legis Evangelicæ*, n. 47.

48 *Circumciſio erat Sacramentum veteris legis, qua dimittebatur peccatum originale, & differebat à cæteris Sacramentis veteris legis, fuitque inſtituta prius tempore Abrahæ ante, annis* 400. n. 50.

49 *Concilium Florentin. de Baptiſmo, & Circumciſione.* n. 50.

51 *Lex vetus ad tempus duratura erat, lex Evangelica in perpetuum, illa ſcripta fuit in tabulis lapideis, Evangelica in cordibus hominum*, n. 52.

53 *Lex Evangelica ab ipſo Deo Chriſto Domino ore proprio promulgata eſt, lex veteris teſtamenti fuit ordinata per Angelos, & Moyſis miniſterium promulgata, ad quos affectus*, num 54.

55 *Lex vetus onus grave, & incomportabile continebat, lex nova ſuave & quare ibi.*

56 *Præcepta legis veteris, nonnulla erant difficillima, erantque innumera, cum eſſent* ſexcenta tredecim.

Oſſa in humano corpore ſunt ſexcenta tredecim, d. num. 56.

57 *Chriſtus Dominus nulla poſuit præcepta judicialia, cæremonialia vero illa tantum, quæ continentur in ſeptem Sacramentis novæ legis.*

58. *Confeſſionis auricularis præceptum prima facie, videtur difficile.*

59 *Præcepta moralia, etſi nos obligent immutabiliter, ſed non, ut data à lege antiqua ſcripta, ſed quia ſunt legis naturalis.*

60 *Lex nova eſt ſervanda.*

1 AD primam ergo difficultatis partem, ut reſpondeam ſuppoſitis quæ longè, & latè ſcripſerunt de præceptis cæremonialibus, judicialibus, & moralibus Azor. Vaſquez, Molina, Covarr. & Salas, jam adducti, & alii poſt D. Thom. 1. 2. *q.* 104. *artic.* 3. Aragon. *de Juſtitia, & jure q.* 87. *art.* 1. & an obliget lex vetus, de quo D. Thom. & ejus expoſitores 1. 2. *q.* 38. ad quod adjunges quæ dixi *in c.* 3. *de feriis quæſt.* 1. dum agens de quæſtione illa, an Sabbati dies ex veteri teſtamento debet coli hodie, ut ex novo teſtamento obſervatur dies Dominicus dixi *à numero* 8. quod Sabbatum hodie colitur in Eccleſia Græca, & quare *à numero* 9.

2 Nunc breviter exponendo reſpondeo ex doctrina Gratiani *in c. non eſt diſt.* 6. & melius aliorum expoſitorum dicentium præcepta veteris legis eſſe in triplici differentia, quædam moralia, quædam judicialia, quædam cæremonialia; judicialia fuiſſe quibus Judices ſuum unicuique tribuebant veluti *quod in ore duorum ſtet omne verbum*, de quo dixi *in cap. novit. à quæſt.* 17. *de judiciis, & latè in cap. à nobis* 28. *de teſtibus.* Moralia dicit quæ ad dictamen legis naturalis pertinebant, veluti præcepta decalogi? cæremonialia, quæ autem ad cultum, & reverentiam Deo præſtandam.
3 † Ut ſignificat Paul. *ad Rom. cap.* 7. dum inquit *lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & juſtum, & bonum*, referens *ſanctum* ad cæremonialia, *juſtum* ad judicialia, *bonum* ad moralia, ut advertunt Theologi cum D. Thom. 1. 2. *q.* 99. *art.* 4. videbis Sotum *de Juſt. & jure lib.* 2. *q.* 2. *art.* 2. Sayrum *in clavi Regia lib.* 4. *c.* 1. *à n.* 6. latè Cornelium *de cornel. in fine comment. ad Penthateuc.* Balboam *in c.* 2. *de probat. n.* 48. Cov. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 1. † Et 4
quamvis in eadem lege veteri aliqua eſſent conſilia, vel mandata, quæ non obligabant cum tanto rigore, ſicut præcepta, veluti de votis emittendis. Hæc tamen, & alia ſimilia ad aliquod ex prædictis tribus membris neceſſario reducebantur, nam conſilium, & obligatio vovendi, quamvis in materia cæremoniali ſit, in ſe tamen morale eſt juxta illud *Pſalm.* 25. *vovete, & reddite*, de quo *in cap. magnæ de voto*, Barboſa *in d. cap. fin. diſt.* 6. *num.* 1. *in fine*, ubi dicit adæquatam eſſe prætatam in tria membra diviſionem ex Divo Thoma *d. q.* 99. *art.* 4. & aliorum.

Ubi etiam non admittit explicationem aliquorum dicentium convenientiam prædictæ 5
diviſionis conſiſtere in eo, quoniam cum humanæ actiones inſtitui debeant, vel in ordine ad Deum, vel in ordine ad proximum, vel in ordine ad ſeipſum aſſerentium per cæremonialia homines inſtitui ad cultum Deo exhibendum, per judicialia ad Juſtitiam, & æqualitatem cum proximo, per moralia ad actiones proprias in ordine ad ſeipſum, quia dicit Barboſa hoc non planè ſatisfacere ſi advertimus per moralia quoque ad Deum, & proximum homines in multis ordinari, ut apparet ex præceptis decalogi, cum ſint naturales obligationes, quæ verſantur circa actus vitiorum, & virtutum oſtendendo quomodo malum ſit fugiendum, & bonum ſit faciendum, juxta quæ dixi ſup. *in Rub. q.* 1. aliqua *ſub Rub. & tit. de ſum. Trin. & fide Catholica.*

Et quia ultra obligationes naturales, in leges 6
ponebantur alia præcepta poſitiva, & hæc vel ad cultum regionis, vel ad civilem, & politicam gubernationem ſpectabant, quorum prima dicta ſunt cæremonialia, ſecunda judicialia; ideò cum ex textu noſtro Sacerdotio tranſlato, fuit etiam legis tranſlatio, ſequitur ut nunc loquamur de differentia horum præceptorũ, & an omnia ceſſarint.

Et quoad primum dico inter hæc præcepta 7
magnam eſſe differentiã, nam præcepta moralia adhuc durant, & immutabilia ſunt, quia ſcilicet naturalia erant, & utilia hodie obligant, non verò quatenus legalia, ut probat Gratianus *in d. c. fin. diſt.* 6. & ibi Barboſa *n.* 8. † Et non ſolùm
non ceſſarunt per legem Evangelicam, quin potius perfectiora facta ſunt; eo quod declarata ſunt melius, ut conſtat ex illis verbis Chriſti *Matth. cap.* 5. *audiſtis quia dictum eſt antiquis non occides; ego autem dico vobis qui dixerit fratri ſuo Racha*, & Villalob. *in ſumma p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 3. *n.* 2. & alii communiter. † Ubi addit non ob id exiſti- 8
mandum moralia præcepta legis veteris hodie 9
nos obligare, ut talis legis præcepta, quia ut dixit D. Paul. *ad Epheſ. c.* 2. *Chriſtus Dominus legem mandatoris evacuavit*, ſed tantum nos obligare, eo quod ſint juris, & legis naturalis præcepta, cum illius legis veteris moralia præcepta ſint legis naturalis à Chriſto confirmata *Luc. c.* 10. qui quando legis peritus retulit ei verba *Deut. c.* 6. in quibus Deus mandabat diligere Deum, & proximum, ipſe ei reſpondit *hæc fac, & vives*: & hæc facilè percipiuntur ex his, quæ *ſub Rub. noſtri tit. d. q.* 1. & dico infra *ſub c. fin. de conſuet.* † Igitur præ- 10
dicta præcepta moralia legis antiquæ ſervantur

etiam hodie in lege Evangelica, quaſi mera lex naturalis, ut rectè advertit Caſtr. *de hæreſ.* verbo *lex* Sotus *de Juſtitia, & jure lib.* 2. *q* 5. *art.* 4. Balboa *in d c.* 2. *de probat. ſub n.* 4.

11 Præcepta verò judicialia communis eſt Doctorum ſententia, quod adventu Chriſti, & legis Evangelicæ promulgatione ceſſarunt juxta textum noſtrum, *& c.* 1. *de Purificatione poſt partum*, ut explicant ſancti Patres Pauli verba *ad Galatas cap.* 3. ibi *itaque lex Pedagogus noſter fuit in Chriſto, ut ex fide juſtificemur, at ubi venit fides jam non ſumus ſub Pedagogo*, ut docent de his expreſsè D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 104. *art.* 3. Covarr. *dict. lib.* 1. *variar. cap.* 17. Aragon. *de Juſtitia dict. quæſt.* 87. *artic.* 1. de quibus plura cumulat Azor. *dicto lib.* 6. *moral. capit.* 3. *per totum* uſque *ad* 23. Molina *de Juſtitia tom.* 6. *tractat.* 5. *diſp.* 50. *ad* 73. Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 102. *artic.* 4. *diſputat.* 183. & 183. & ad hæc ſane præcepta docent communiter Doctores pertinere illud *Deuteronomii*, cum aliis *cap.* 19. ibi *in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum*, de quo latè dixi ſub *dicto cap.* 28. *de teſtibus*, & notat Barboſa *in d. c.* 2. *de probat*, ſub *dicto num.* 48. & ſub *dicto capit. novit de Judiciis.*

12 Cui reſolutioni videtur obſtare quia prædicta verba Deuteronomii ſunt etiam hodie ſcripta in Evangelio *Matth. cap.* 18. ergo videtur ut obligent jure Divino Evangelico, ut aſſerunt Abbas *in cap. cum eſſes de teſtamentis num.* 8. Berojus *in dicto cap.* 2. *de probation. num.* 1. ergo non benè dicimus, nec Doctores dicunt præcepta judicialia omnino ceſſaſſe Chriſti adventu, & promulgatione Evangelii.

13 Hoc tamen non obſtante, etſi multis ſit viſum difficilè reſpondetur. Primo non conſtitui in Evangelio præceptum Divinum novæ legis, quoniam non præcepit omne verbum ſtare *in ore duorum*, pro ut in lege veteri erat, ſed potius explicans præceptum de fraterna correctione juſſit adhiberi unum, vel duos teſtes, ut ita in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum, id eſt exiſtat verbum, & fiat plene probatio, pro ut in lege veteri fiebat.

14 Et uberius quia Chriſtus Dominus in Evangelio nulla conſtituit præcepta, aut cæremonialia, aut judicialia, judicialia relinquens omni humano arbitrio; & licet aliqua præcepta judicialia explicuit; hoc fuit propter pravum Phariſeorum intellectum, & uſum, & authoritatem relatam *in ore duorum, &c.* de qua etiam *in c. licet* 23. *de teſtibus* cum aliis non referri quaſi à Domino innovatam in Evangelio; ita ut hodie habeat vim obligandi, ſed poſitam eſſe tanquam legem Divininam antiquam, & jam antiquatam.

15 Et confirmatur quia lex Evagelica nulla alia continet præcepta, præter juris naturalis, & Sacramenta, & fidei articulos, ut dixi. ſub *d. Rubr. de ſumma Trinitate, & fide Catholica*, & docent D D. cum D. Thom. 1. 2. *q.* 108. *artic.* 1. & 2. Sotus *de Juſt. & jure lib.* 2. *q.* 8. *art.* 2. Covarr. *in* 4. *p.* 2. *c.* 6. §. 10. *à n.* 1. Sed illud adductum Deuteronom. & Matth. *quod in ore duorum, &c.* non & præceptum natura, nec pertinet ad fides articulos, aut Sacramenta; ergo non erit præceptum Evangelicum. † Et facit quia in eodem ſenſu ſo-
16 lent Pontifices leges illas veteris teſtamenti Judiciales ſæpe adducere, quaſi ad ſuadendum aliquid à ſe ipſis juſtè ſtatutum, ut colligit Balboa *ſupra in d. c.* 2. *de probation. ſub n.* 50. *ex cap. parrochianos de decimis.*

His omnibus non parum videtur obſtare 17 textus *in c. cum eſſes de teſtamentis*, ubi Pontifex improbat conſuetudinem requirentem in teſtamentis majorem numerum teſtium, quam duorum, vel trium, tanquam à lege Divina alienam. Et licet variè reſpondent gloſſa *in d. c.* 2. *de probat.* relati à Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *q.* 80. Covarr. *in d. cap. cum eſſes n.* 3. Cano, *de locis Theolog. lib.* 6. *c.* 8. facile alii conantur reſpondere dicendo juxta jam adducta, textum illum loqui de lege, quæ olim Divina erat Hebræis, quæ jam hodie ceſſavit, ut advertit Fortunius *de ultimo fine n.* 240. Balboa *in d. c.* 2. *n.* 51. † Qui etiam adver- 18
tit quod & ſi textus ille talem improbat conſuetudinem ibi in verſ. *improbamus* quaſi legi divinæ repugnantem, ut ibi non improbatur conſuetudo; ex eo quod contraria ſit legi divinæ; ſed quia verbis legis divinæ antiquæ ſit contraria, & generali totius Eccleſiæ conſuetudini, quando duobus teſtibus in teſtamentis addebatur Preſbyter Parrochialis.

Et ibi verbum *alienum* ibi ſignificare, ideſt di- 19 verſum, & non conforme legi divinæ veteris reſtamenti. Verùm non inde ſequi illud eſſe injuſtum, & alieui legi divinæ contrarium obliganti; proptereaque adjeciſſe Pontificem eſſe alienum à ſanctorum Petrum inſtitutis, & Eccleſiæ conſuetudine; & ſic hæc omnia potuiſſe movere Pontificem, ut improbaret conſuetudinem, de qua mentio fit in illo textu.

Et addit Balboa, ex illo colligi apertè Pon- 20 tificem non ſenſiſſe, eſſe legem divinam obligantem, *quod in ore duorum, &c.* ut in veteri teſtamento ſcriptum erat, ſi quidem ultra duos, vel tres teſtes neceſſariò Parrochum requirit; & longe explicans Barboſa cum multis ab eo relatis *in dicto cap. cum eſſes* ita ſub *num.* 3. in verſ. *verum*, amplectitur, omiſſis interpretationibus gloſſæ penultimæ, ibi Menchaca *de ſucceſſionum creatione* §. 22. *a principio* Mantica *dialogo* 60. Zevallos *in practicu quæſt.* 319. Faquin. *controverſ. juri libr.* 6. *cap.* 47. & alia Conani *libr.* 9. *comment. juris civilis capit.* 2. *ad finem*, quem reprehendit Bartholom. Philippus *in tractatu del conſcio de Principes diſcurſu* 7. *privilegio* 24.

Et dicens Barboſa cum Azor. *p.* 2. *lib.* 5. *inſtit.* 21 *mor. c.* 4. *q.* 3. verſ. *quinto objicitur* verba textus ibi *quia vero à divina lege* intelligi ſcilicet de veteri judiciali, *quæ ait in ore duorum, vel trium*, quem morte Chriſti ceſſare, ſublatumque eſſe, & ſi vellet Pontiſ. Innoc. III. ibi quod in locis temporali Eccleſiæ ſubjectis, ſervaretur in teſtamentis, non abrogandn in totum leges civiles majorem numerum teſtium exigentibus, cum ſolùm loquatur de terris Eccleſiæ ſubjectis: alia plura videnda ſcribit ex aliis Barb. ſub *d. n.* 3. verſ. *patet*, & verſ. *ad illam*, qui *num.* 4. cum Menochio verba ibi textus noſtri *eſſe alienum*, explicat non quod omnino ei adverſetur, ſed remotum hoc eſſe ultra jus divinum.

Cæremonialia etenim præcepta legis veteria teſtamenti certum eſt etiam Chriſti adventu, & 22 legis Evangelica publicatione ceſſaſſe omnino, & Sacramenta illius legis, ut patet ex D. Paulo in relato loco *ad Epheſ.* 2. *Chriſtus Dominus legem mandatorum evacuavit*, & eodem *ad Hebr.* 7. juxta textum noſtrum, *translato Sacerdotio neceſſe eſt, ut legis fiat*; ob quod idem Paulus ad

Galat,

Galat. 5. dixit *ſi circumcidimini nibil Chriſtus vobis prodeſt*, docet Villalobos *in ſumma dict. p.* 1. *tractat.* 2. *diffic.* 3. *num.* 2. Covarru.;Azor. Vaſq. Salas, & alii jam relati, & omnes ex D. Th. 1.2. *q.* 103. *art.* 4. juncta *q.* 104. *art.* 3. & per textum noſtrum, & *dict. cap.* 1. *de Purificatione poſt. partum.*

Obſtat huic abſolutæ reſolutioni textus *in*
23 *dict.c.fin.diſtinct.* 6. *in* verſ. *bis itaque*, dum docet præcepta cæremonialia, veluti *de agno*, & *ſimilia*, licet quoad ſuperficiem videantur mutata, ſed ſecundùm mortalem intelligentiam, & myſticam interpretationem, mutabilitatem non recipere, ut nonnulli explicant ex doctrina D. Thomæ 1.2. *dict. quæſt.* 99. *artic.* 3. *ad* 2. quod præcepta cæremonialia aliqua ex parte ad legem naturalem pertinebant, ex alia vero ad cæremonias, ut Exemplo de Sabbato ſanctificando, quia quod Deus colatur præceptum eſt naturale; ſed quod Sabbatum ad Divinum cultum determinaretur, cæremoniale pertinens ad poſitivam legem, de quo latè dixi ſub *c. licet.de feriis*, & *in d. Rub* & *n.* 17.

24 Tamen etſi ex prædicto modo ſequenti videatur dicendum cæremonialia præcepta pro ea parte, qua jus naturale adhuc durare, ceſſaſſe autem pro illa, qua cæremonialia ſunt. Verum quia gloſſa optimè expendit *in d.* §. *bis itaque dicendo*, quod eorum, quæ continentur in lege, alia ſunt mortalia, quæ mores informant. ſic intelligenda, ut ipſa verba ſonant, ut *diliges Deum, non occides, honora Patrem*, de quibus notatur *in cap. quid in omnibus* 32. *p.* 7. Myſtica autem ſunt figuralia; quæ aliud ſignificant, præter id, quod littera ſonat.

25 Horumque alia ſint Sacramentalia, de quibus ratio reddi poteſt: quare ad litteram ſic fuerint præcepta, ut de circumciſione & obſervatione Sabbati de quibus agitur *in c maj. de baptiſ. in text. noſtro*, & *in d. licet de feriis*. Cæremonialia inquam, de quibus ratio reddi non poteſt, quare ad litteram ſint mandata, *ut non arabis, in bove*, & *aſino c. in nova* 16. *q.* 7. *non feres veſtem de lana*, & *lino con-*
26 *textam, non feres agrum diverſo ſemine.* † Concludens legem quantum ad moralia mutationem non recipere, quantùm ad cæremonialia, & Sacramentalia mutari, in quantum ad litteræ ſuperficiem, ſed non ob hoc dici mutatum naturale jus, quia in his non conſiſtebat.

Nihilominus autem Barboſa *in d.* verſ. his ita-
27 que *ſub n.* 7. verbo *ſed alius* ex Bruno, & Albertino dicit ut videatur alius illorum verborum ſenſus, ſi advertas myſticam interpretationem idem eſſe, quod abſconditam, ſeu latentem, per quam, aliud, ſeu plus intelligitur, quam littera, & verba ſonant ex *c.* 1. *in princ.* verſ. *ad exhibendum de ſacra Unctione*; & ſic ſenſum Gratiani *in d.c.fin. diſt.* 6. eſſe quod licet cæremonialia præcepta ſecundùm corticem litteræ ceſſaverint, & jam jam non obligent quoad mortalem tamen ſenſum, & myſticam interpretationem, quæ ſub illo verborum latebat, adhuc durent, & licitè ſervari poſſint, ac debeant, dicens ſic fieri manifeſtum exemplis, ut Deuteron. *c.* 22. ſcilicet *non arabis*, & *c. non indueris veſtimento ex lana, linoque contextum*: nam ſi ſolam verborum ſuperficiem conſideres, ceſſabit omnino præceptum, nec enim in bove, & aſino arare, nec ex lino, & lana lino contextas inducere vetamur in lege Evangelica, ſecus ſi myſticam interpretationem attendas, ſecundùm quam in illis verbis præ-

pipiebatur, ne homines diſparis religionis vel profeſſionis in ſimul ſociarentur.

Ut interpretatur *dict. cap. in nova* 16. *quæſt.* 7. & 28
cap. cauſam 27. *de electione* juncta *clem.* 1. *eodem titul.* Ex quibus conſtare ait ſecundùm hunc ſenſum præcepta illa non ceſſaſſe, ſed adhuc durare, vel ſi ſenſus ad hoc derivetur. quia in Chriſtiana Religione miſcent ritus Judaicos, & Circumciſionem cum baptiſmo, ut ſentit Pierius *Hierogl. lib.* 4. verſ. *verſi coloris*, & damnatum eſſe hæreſim inquit textus *in dict. cap. majores in princ.* verſ. *abſit de baptiſmo.*

Aliud vero exemplum adducit Albertinus *de*
hæreticis lib 6. *quæſt.* 1.2. §. 4. *à n.* 11. ſcilicet de non 29
edendis carnibus porcinis, & cum ex Barboſa *in dicto c.fin.ſub dict.n.* 7. *in fine*, ubi quod rectè procedat, ſi advertamus animal illud hominis laſcivi, & luxurioſi Hieroglificum Ægyptiis fuiſſe, ut ſentit Horatius *in Epiſtola*, dum inquit *Epicurei de grege porcorum* explicans Pieri *lib* 19. §. *luxurioſæ delitiæ.*

Et enim hæc omnia latius, aut clarius expli- 30
cata non diſſonant ab explicatione relata dictæ gloſſæ verbo *his itaque dict. cap.fin. diſt.* 6. ubi reſolvit quod lex quoad moralia non recipit mutationem, & quantùm ad cæremonialia, & ſacramentalia eam recipere, quantùm ad ſuperficiem litteræ, ſed non ob hoc dici mutatum jus naturale, quia in his non conſiſtebat jus naturale, quoad ſuperficiem litteræ, ſecundùm quam hæc ſunt mutata; ſed quo ad myſticam, intelligentiam ſecundum quam ſunt mutata cum myſticus
eorum intellectus non ſit mutatus. † Secundum 31
quod debet intelligi text. *in c. Marchion.* 1. *q.* 1. dum
ait quod lex non dicitur mutata. † Unde jam opere
pretium eſt breviter videre quæ differentia adſit 32
inter præcepta Judicialia, & cæremonialia veteris legis, cum jam dixerimus ea omnino ceſſaſſe modo dicto. Et breviter reſpondeo cum Covar. *d. lib.* 1. *variar.* c. 17 *ſub. n.* 1. & Barboſa *in d. c.* 2. *de probat. num.* 50. *in fine*, quod cæremonialia poſt Chriſti adventum, & mortua ſunt, & mortifera; ſed Judicialia inquam mortua, & non mortifera: nam hodie à Legiſlatoribus ſuſcitari poſſent, & obligabunt quaſi de novo ſtatuta, non vero virtute legis antiquæ.

Sicque procedere *textum in capit. de adulte-*
riis capit. 1. *de homicidio*, *capit.* 1. *de injuriis*, jux- 33
ta ſingulas eorum ſpecies, & ita etiam expendens Barboſa *in dict. cap. final. diſtinct.* 6. *num.* 4. ait quod etſi utraque per adventum Chriſti ſint evacuata, judicialia tamen mortua, cæremonialia etiam mortifera; illa enim etſi obligandi vim non habent, ſed non inconveniens eſſe ſuſcitari per legem humanam, ut contingit in præcepto de decimis ſolvendis, quod licet quoad congruam ſuſtentationem juris naturalis ſit quoad quotam tamen, id eſt decimam partem fructuum, hodie tanquam Eccleſiaſticum obligat, quia lex Canonica veterem illam legem renovavit, ut notant omnes per *textum* ibi in *d. c. Parrochianos de decimis* cum multis ibi adductis per Barboſam, & *in d.c.* 1. *de homicidio*, *c.* 1. *de injuriis*, *c.* 1. *de adulteriis.*

Sed prædicta cæremonialia, quà talia, & mor- 34
tua ſunt, non obligant, & mortifera quæ per legem humanam ſuſcitari non potuerunt: nam cum ex ea parte, qua cæremonialia ſunt principaliter, & per ſe inſtituta, ſint figuranda Chriſti

venturi myſteria, ſequitur ut eorum obſervatio poſt Chriſti adventum præjudicet veritati fidei, qua profitetur Chriſtum veniſſe, & myſteria omnia. quorum illæ cæremoniæ erant figuræ jam impleta eſſe.

Et ſicuti merito, ut latiſſimè proſequuntur Albertius *in Rub de hæret. lib. 6. q. 12 ₰. 4. à num.* 11. Brunus *de cæremon. lib. 4. c.* 8. & alii per textum *in c. 3 & in cap. contra Chriſtianos de hæret. lib. 6.* dixerunt tales cæremonias obſervantes condemnandos eſſe ut veros hæreticos: tradit Barboſa *in d. c. fin. n.* 5. ubi *n. 6.* ex doctrina Stephani, Durantii *de ritibus Eccleſiæ lib.* 1. *à c.* 2. & ex Divo Auguſt. *Epiſtol.* 86. dicit cæremonialia præcepta *quæ talia modo* dicto accipi. † ſed illa inquam, quæ non figurabant adventum Chriſti, ſed ad devotionem pertinebant licitè lege Evangelica retineri, ut ſunt *templa, veſtes, altera*, & ſimilia, quæ & rem, & nomen tenent, uſu tamen ſignificatione, & intentione differri poſt Chriſti adventum, ſic ex doctrina, etiam *textus in cap.* 1. *de conſecrat. diſt.* 1. ut latè proſequitur *in dicta Rubr de hæret. quæſt.* 12. § 4. *à num.* 11. videndus, & ut explicant Doctores cum Divo Thoma *diſtinct.* 87. *art.* 1. ſecus contingere in Judicialibus aliquibus præceptis, in quibus licet detur aliqua ſignificatio in futurum, quia tamen id erat in conſequentiam lege Canonica ſuſcitari non inconvenit.

Ad ſecundum quæſtionis partem, an lex veteris teſtamenti ceſſaverit à morte Chriſti, aut poſt Evangelii promulgationem, ſeu in quo puncto ceſſaverit, fuit antiquitus gravis admodum controverſia inter D. Auguſt. & D. Hieronym. ut patet ex Epiſtolis de uno ad alium alternativè ſcriptis, ut notat Villalob. *in ſumma dicta p.* 1. *tract.* 2. *dif.* 3. *n.* 2. *in fine*: agunt latè expoſitores cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 98. Suarez *de legibus lib.* 9 *à cap.* 10. Etenim de Auguſt. quem ſequitur D. Tomas 1. 2. *q.* 103. *art.* 4. & communis ſchola Theologorum docet legem veterem mortuam ſtatim fuiſſe per mortem Chriſti, non tamen mortiferam, niſi poſt ſufficientem Evangelii promulgationem: ita etiam Sotus *de Juſtitia lib.* 2. *q.* 5. *artic.* Albertin. *in Rubrica de hæret. lib.* 6. q 12. *dicto* ₰. 4 *à num.* 20. & multi quos latè refert Henriquez *lib.* 2. *ſumma cap.* 2. §. 4. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 27. *ſect.* 4. dicentes uſque ad illam licitum fuiſſe eis, qui Judæis convertebantur eam obſervare. Et pro hac Auguſtini ſententia, ſolet expendi Trident. *ſeſſ.* 6. *c.* 4. *ibi poſt. Evangelium promulgatum.*

Et licet validiſſimè D. Hieronym. dicat ſtatim poſt Chriſti Paſſionem, per quam omnia vereria legis conſummata ſunt, quando Joan. *c.* 14. dixit *conſummatum eſt*, & Sacerdotium tranſlatum fuit, in cujus rei ſignum velum templi ſciſſum fuiſſe interpretes adnotarunt, nec deinceps licitum fuiſſe in cæremoniis veteris legis ſpem ponere, juxta Pauli *ſi circumcidimini Chriſtus nihil vobis prodeſt*, ut refertur *in cap. majores de baptiſmo.* † Tamen exiſtimo nihilominus ſtandum eſſe ſententiæ Divi Auguſtini, tam authoritate Doctorum eam tenentium; tum quia in qualibet poſitiva lege ſit promulgatio neceſſaria, juxta quæ dixi *ſupra in Rub. q.* 7. & 8. ſequitur dicendum cum Auguſtino legem veteris teſtamenti non ex integro nempe uſu licito ceſſaſſe uſque ad ſufficientem Evangelii promulgationem.

Et confirmatur ex ſequentibus, quia ſi omnino illa lex cæremonialis, & Sacramentalis ceſſaverit. Paulus poſt Chriſti Paſſionem *actor*, *c.* 16. non circumcidere Timotheum, ut narrat feciſſe, nec ſe purificaret, nec retonderet ſe more Nazaræor. contra quod narrat feciſſe *act. c.* 21. Unde etſi Paul. *ad Gal.* 2. reprehendiſſet Petrum, ſe agentibus ſegregabat: tamen Patres ibi liberum eo quod reddunt Petrum à tali reprehenſione, ut optimè, & latè explicat Baron. *tom.* 1. *an. Chriſti* 41. *à c.* 23. ſequitur Barboſa *in d c. fin. diſt.* 6. *ſub n.* 8. addens conveniens fuiſſe tempus illud publicationem per diſpenſationem indulgeri, tum ut ſufficiens notitia novæ legis per promulgationem haberentur. Tum etiam ut lex vetus, & Synagoga religioſè, & cum honore aliquo ſepeliretur: ſic omnes cum D. Thom, ſupra latè, & benè Brunus *de cæremon* c. 8. *pag.* 3 40 41

42 Dubium verò hic eſſe poteſt, quo autem anno facta cenſeatur ſufficiens Evangelii promulgatio nonnulli exiſtimant ad Diem Pentecoſtes prorogatum fuiſſe ſic probantes ex illo *actor.* c. 2. quo habetur, ut Apoſtoli Spiritu ſancto repleti ſunt; & quod ſummus ille præco Petrus in Regia urbe Hieruſalem explicavit Evangelicam doctrinam ſummam, alii inquam Petrus, ut refert Barb. *in d. cap. fin. diſt* 6. *n.* 9. & eos ſequendo abundè enumerat Henriq. *d. lib.* 2. *c.* 2. *§.* 7. omnino videndus, cenſent ut probabilius fuiſſe tempus excidii Hieruſalem facti à Tito, & Veſpaſiano anno 40. poſt Chriſti Paſſionem, quo tempore mortui erant omnes Apoſtoli, atque etiam ultimus Joannes, qui per omnes orbis provincias diviſi in univerſam terram, evangelicam doctrinam prædicaverant, juxta illud *Pſ.* 18. *in omnem terram exivit ſonus eorum, juncta authoritate Pauli ad Coloſſ. Evangelium, quod audiſtis prædicatum eſt in univerſa creatura.*

43 Ad tertiam quæſtionis partem cum ſublata lege veteri lex ſucceſſerit evangelica, ut notum eſt, & patet ex his, quæ latè ſcripſi *in Rub. & tit. de ſum. Trin. & fide Cath.* ideò breviter reſpondeo differre in multis legem Evangelicam à lege veteris teſtamenti. Primo quod illa lex teſtamenti veteris pro ſolo populo Iſraëlitico data eſt, ut patet ex *Deuter c.* 1. *Exod. c.* 19. ibi *eritis mihi in populum peculiarem.* Et *Pſ.* 149. *non fecit taliter omni nationi.* Lex autem Evangelica univerſo mundo data eſt, & omni creaturæ, ut patet ex Verbis Chriſti Domini *Luc.* 26. ibi *euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ*, id eſt omnibus hominibus, ut videtur declaraſſe, *Matth. c. ult. in fine* ibi *docete omnes Gentes*, ut eleganter ibi explicavit Maldon. apud quem videbis quare Chriſtus *Mat.* 10. *mittens Apoſtolos* Præcepit *in viam generationis ne abieritis*, &c. & nunc dimiſerit eos in univerſam terram: videbis Sotum *de Juſt. lib* 2. *q.* 8. *art.* 2. verſ. 4. ubi notat hanc legis differentiam; & ſit de rationibus quare lex vetus pro ſolo populo Iſraëlitico, & non aliis latè, & benè tractant D. Thom. 12. *quæſt*· 98. *artic.* 4. & 5. & cujus expoſitores, Sotus *dicta quæſt.* 8. *art.* 3. & patet ex Populo *ad Roman.* 4. dum interrogans quæ utilitas Circumciſionis, reſpondet *multum per omnem modum, quia credita ſunt illis eloquia Dei*, & capit 3. *quorum adoptio, & Legiſlatio*, Et hac de cauſa multi exiſtimarunt Juſtitiam belli apud Indos, de quo ſupra dixi.

Secunda differentia quod lex vetus ſenſibile,
44 & terrenum bonum ſuis cultoribus promittebat, juxta illud *Iſaïæ c.* 1. *ſi volueritis*, *&* *audieritis me bona terræ comedetis*; at vero Evangelica bona ſpiritualia, ut conſtat ex initio prædicationis ipſius Chriſti *Matth.* 4. *pœnitentiam agite appropinquabit enim Regnum Cælorum*, & *Matth.* 5. *beati pauperes.*

45 Sicque hanc differentiam notando Sotus ſupra, Vibaldus *in Candelabro c.* 6. *à n.*23. *&* *c.* 7. *n.*4. Sayrus *in clavi Regia c.*1. *n.*4. *lib.* 4. Barboſa *in dicto cap. fin. diſt.* 6. *num.* 18 addunt quod lex vetus dicitur; externos tantùmmodo actus præcipere; non autem internos; & ob id Chriſtum dixiſſe *Matth. cap.* 5. *niſi abundaverit Juſtitia veſtra pluſquam ſcribarum*, *&* *Phariſæorum*, *non intrabitis in Regnum Cælorum:* quibus clariſſimè opponit verbis virtutem, & excellentiam legis Evangeli-
46 cæ legi veteri.

Tertia quæ hic provenit differentia eſt, quod cum Sacramenta veteris legis, quæ cæremonialia dicebantur, vel legalia, ut jam explicui, ceſſaſſe Chriſti paſſione, & legis Evangelicæ publicatione, ſequitur ut illa differant etiam à Sacramentis novæ noſtræ legis Evangelicæ, juxta Concil. Florent. *in decreto de uni Armenorum*, Trident. *ſeſſ.*7. *can.*6. 7. *&* 8. nam Sacramenta novæ legis continent gratiam, & condonant his, qui Sacramenta dignè recipiunt ex opere operato, ut Dei inſtrumenta, quia claudunt, & continent in ſe merita Paſſionis Chriſti ex ſua Divina Inſtitutione.

47 Tamen Sacramenta veteris legis, nec continebant gratiam in ſe, nec eam dabant, ſolùm Deus illam dabat, qua illa applicabantur Sacramenta: quare D. Paul *ad Galat.* 2. illa Sacramenta vocavit *egena elementa*, ob idque eſt de fide Catholica, ut non ſolum differant Sacramenta noſtræ legis Evangelicæ ab illis legis veteris; in eo quod ſint alii ritus, aliæ cæremoniæ, ut definitivi Trid. ſupra, *can* 2. ſed etiam in primo dicto, ut definivit Florentium ſupra: ita docent communiter Theologi, & Summiſtæ omnes illi; quos congerit Barboſa *in initio d. ſeſſ.*7. *n.*4. ubi pro doctrina *dict. can.* 2. *&* *n.* 8. 9. *&* 10. ubi pro doctrina dictorum *can.*6. 7. *&* 8. quibus hæc dicta fundantur infinitos agentes, refert
48 etiam juriſtas.

Dubium tamen de hac differentia poteſt eſſe, quia ut dictum eſt Circumciſio erat Sacramentum veteris legis, qua ut dixit Innocent. *in dicto cap. majores de baptiſmo*, dimittebatur originale peccatùm; & ſic videtur dicendum, ut ea conferret gratiam, cum ſine ea non dimitteretur. † Sic Circumciſionem differre ab aliis Sa-
49 cramentis veteris legis: nam ex gratia conferrebatur non obſtante quod Miniſter, qui illum adniſtraſſet eſſet malus, non ſic in cæteris, cum in illis daretur pro menſura devotionis Miniſtri. Et ſic quod non obſtet Florentium, in quo cavetur Sacramenta veteris legis gratiam non cauſaſſe; ſed tantùm conferendam præfiguraſſe.

50 Sed reſpondetur ultra quæ de Circumciſione dico, & de baptiſmo *infra in dicto cap. majores*, & aliqua ſub *quæſtione ſequenti*, vel quod Florent. Concilium non fuit alloquutum de Circumciſione, quæ non fuit inſtituta in veteri, ſed ante annos 400, tempore Abrahæ, vel quod circumciſio gratiam non præſtabat ex opere operato, ſicut noſtra Sacramenta, quia non continebat noſtræ redemptionis pretium ſolutum, ſed pretium ſolvendum, & pretium ſolvendum etiam ſi de eo adſit ſchedula, vel chirographum vim redimendi captivum; non habet *ex opere operato*, ſed tantùm ex æquo, & gratitudine admittentis ſcripturam, & ſchedulam obligationis; ob idque non eſſe dicendum Circumciſionem, contuliſſe gratiam ex opere operato, ſed tantùm, ut Scotus dixit *in* 4. *diſt.* 1. *quæſt.* 9. *per modum operis operat*: & latè declarans Suarez *in* 3. *p. diſp.* 10. *ſect.* 2. verbo *quo circa*, aliis verbis dicit contuliſſe gratiam præter opus operantis.

Quarta inquam eſt differentia quod lex vetus 51
ad templum duratura data eſt, Evangelica verò uſque ad finem mundi. † Quinta quod lex vetus
ſcripta eſt in tabulis lapideis, Evangelica verò 52
in cordibus hominum, de quibus dico latè quæſtione ſequenti.

Sexta eſt differentia, quia lex Evangelica ab 53
ipſo Deo Chriſto Domino ore proprio promulgata eſt *Matth.* 5. *aperiens os ſuum docebat eos:* quæ verba Barboſa ex aliis *dict. c. fin. diſt.* 6. *ſub. n.*14. non ad Pleonaſmum, ſed myſterium aliquod, & maximum continere notat ex Patribus, nam primo voluere Diu. Auguſt. & Gregor. quod Chriſtus, qui ante Prophetarum ora aperiebat, nunc ſuum os apperiens, docebat *Beati pauperes*, *&* *c.* ut videtur explicaſſe D. Paul. *ad Hebr.* dum inquit *olim Deus loquens in Patribus* *&* *Prophetis noviſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio*, ut explicat Sotus *d. lib.* 2. *de Juſtitia q.* 1. *art* 2. *concluſ.* 3. & plura referens Maldonatus *eo-*
dem cap. 5. verſ. 2. hoc non improbat. † Sed lex 54
veteris teſtamenti per Angelos fuit ordinata, & Moyſes Miniſterio promulgata ex dict. authorit. Pauli *ad Galat.* 3. ibi *lex data eſt per Angelos in manu Mediatoris.* & *act.* 7. *hic eſt, qui fuit in ſolitudine cum Angelo, qui accepit verba vitæ dare nobis*, & infra *qui accepiſtis legem in diſpoſitione Angelorum*, quod docuit D. Thom 1. 2 *q.* 98. *art.* 3. pertinere ad illius legis imperfectionem, cumque illa lex vetus eſſet ſervitutis, conveniens erat, ut daretur per miniſtros inferiores; ſed quod Deus verè immediate in perſona ſua hominibus loqueretur, eiſque legem daret, fuit, & eſt perfectio legis; quæ ſolùm Evangelicæ legi fuit reſervata,

Septima eſt differentia quia lex vetus onus grave & improbabile continebat. Lex inquam evan-
gelica nova, ſuave dicitur continere quia illa ve- 55
tus timore pœnarum noſtra autem ad opera inducit, & præcepta per charitatem, & majorem, ut proſequitur *tex. in c. hac autem* §. *in l.*23. *q.*4. & ſic eleganter D. aug. *lib. contra Adamantum* dicit *brevis differentia legis*, *&* *Evangelii, eſt timor*, *&* *amor*:
†Secundo quia legis veteris numera eſſent præ 56
cepta, & nonnulla difficillima, cum commemoret ex Rabinis Albert. Magnus, ut refert Barb. *d. c. fin. diſt* 6. *n.*19. *ſexcenta tredecim.* quia tot ſunt oſſa in humano corpore; ut etiam poſt illum notat Vibald. *in candel. d. c.* 6. Sed lex noſtra Evangelica pauciora habet præcepta.

Nam Chriſtus Dominus nulla poſuit præce- 57
pta judicialia, cæremonialia verò pauciora; illa tantùm, quæ continentur in Sacramentis novæ legis à Chriſto Domino inſtitutis; ſeptem videlicet, quæ omnia non ſunt omnibus neceſſaria;
ut tradimus *infra de Sacramentis in genere.* † In- 58
ter quæ vero quod prima facie videtur, difficile

eſt confeſſionis præceptum auricularis, de cujus utilitate, & fructibus dico latè infra ſub *tit. de pœnit & remiſ. ibi in cap. omnis utriuſque ſexus*: de hac inquam differentia ſcripſerunt Doctores cum D. Thoma 1.2.*q.* 108.*artic.*4. latè Albertin. *in Rubr. de hæret. dicta quæſt.* 12.§.4.*à n.*24. Saytus *in clavi Regia ſupra num.* 4. verſ. *denique* Sotus *d. lib.*2.*de Juſt. quæſt.*8.*art.*2. per totum Vibaldus *ſupra c.* 7. *à n.* 12. vides etiam quantus ſit differentiæ exceſſus illius veteris legis in tanto numero præceptorum cæremooialium.

Nam etſi præcepta moralia ſic ouue nos'obli-
59 gent immutabiliter, quemadmodum obligabant in illa lege, quia à paſſo Chriſto non expirarunt, eo quod ſunt naturalia, in perpetuumque permanſura, ut docent Gregor Lopez *in l.*32 *gloſſa* 3. verſ. *ut dixi ſuperius tit.* 9. *p.* 6. Rochus *in cap. fin. de conſuet. ſect.* 2. *num.* 1. Rebuffus *tom* 2. *ad leges Gallicas in præfat. titul. de conſuetud. n* 45. Navarr. *de datis, & promiſſis &c. octavo noto n.* 13. *poſt. princip.* & patet ex multis quæ dixi ſupra *in Rubrica q.* 1. *& ſub Rub & tit. de ſumma Tri-*
60 *nitate, & fide Catholica.* † Tamen illa præcepta moralia nos non obligant, ut data in lege antiqua ſcripta, ſed quia ſunt legis naturalis præcepta, quæ cootioentur in decalogo, ut ſæpè jam diximus. Etenim ut latè, & optimè docet Thena legendus lex nova eſt ſervanda, ut ſcribit *in Epiſtola ad Hebr. dif.* 1.*ſect.* 1.*&. c.*7. *dif.*6.*ſect.* 1. *&* 4. *& diffic.* 8.*cap.*8. *& diffic.*4. *&* 5. *per totam, & cap.* 1.*dif.* 1. *&* 2.

QUÆSTIO II.

An lex nova differat à lege veteris teſtamenti in Sacerdotio, & in Sacerdotibus: & an lex vetus potuiſſet dici aliquo modo æterna: & in quo ſenſu, ut differat ab æternitate legis Evangelicæ: & an quemadmodum lex vetus data fuit ſcripta ſic, & noſtra lex Evangelica, an inſtar legum humanarum ſcripturam requirentium: & an poteſtates noſtri temporis comparentur antiquis prætoribus?

SUMMARIUM.

1 *Lex Evangelica differt à lege veteris teſtamenti in Sacerdotio, & in Sacerdotibus.*

2 *Sacerdos eſt ille, qui eſt dedicatus Deo, & conſecratus, ut peragat, & celebret ſacrificia, fuitque inter Romanos, & varias nationes Sacerdotii nomen magni honoris, plus inter Chriſtianos* n 3. & 4.

Sacerdotes vocantur Angeli, & Dii, qui in antiquitatis obſervatione non eligebantur, niſi nobilitate, probitate, & prudentia præditi; ſicque extiterunt apud Romanos, Græcos, Ægyptios, aliaſque nationes in dignitate, n. 4.

5 *Sacerdos, & non alius præces pro populo, & ſacra offerebat, & talis qui intelligeret, doceretque quo pacto donaria diis, & ſacrificia eſſent offerenda; erantque Sacerdotes diverſi generis, ut Cicero ait ibi.*

6 *Sacerdotes habuit Dominus in omni ſtatu, tempore naturæ, legis, & gratiæ, & iſti perfectiores multò aliis. Ethnici enim non erant propriè Sacerdotes, & Judæi nulli nullum accipiebant ſpiritualem caracterem.*

7 *Sacerdotes in lege naturæ, & legis non recipiebant gratiam ex vi ipſius inſtitutionis, ut ſic recipit Sacerdos Evangelicus, qui & recepit etiam ſignum quoddam ſpirituale, caracterem ſcilicet,* o. 8.

9 *Sacerdotes in lege natura creabantur poteſtate humana, quorum Numa inſtituit genera quindecim, præter illos antiquiſſimos Pinarios, & Ponticos Herculis Sacerdotis, & Arvales fratres; item & Augures, Saleos, faciales, Patres patratos.*

10 *Reſpublica poteſtatem creandi Sacerdotes, quam abſtulit Dominus adveniente lege, dando eam cuidam populo, quam recipit in ſuum peculiarem,* Judæorum *ſcilicet ut* n. 11,

11 *Sacerdotes in lege veteri, & Dei præcepto, aſſumebantur tantùm ex una tribu de duodecim populi Judaici, & ex familia Aaron, ex reliquis uno familiis Leviticis aſſumebantur reliqui templi Miniſtri,* n. 12.

12 *Filii Sacerdotum eo ipſo quod erant filii eorum habebant jus ad Sacerdotium; non tamen uſum, niſi poſt conſecrationem, quæ fiebat per olei aſperſionem, non unctionem, hæc enim erat ſummi Sacerdotis.*

13 *Sacerdotes Evangelicos creandi authoritas Divina, eſt derivata à Chriſto Domino in Apoſtolos, & præter hos in Epiſcopos, qui non per generationem, ſed per conſecrationem ex qualibet Chriſtiana familia, poſſunt hominem in Sacerdotem eligere.*

14 *Chriſtus fuit verè, & propriè Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, explica, ut* num. 29. *Deus enim ut Deus non poteſt eſſe Sacerdos.*

15 *Sacerdotes Evangelici differunt ab aliis antiquis in poteſtate conficiendi corpus, & ſanguinem Chriſti, & in ſacrificio, quod offertur; quia illi, panem, & vinum, aut animalia Deo offerebant; noſtri autem Chriſtum Dominum Dei Filium ſub ſpeciebus panis, & vini æterno Patri offerunt,* n. 16.

17 *Sacerdotes Evangelici differunt ab aliis in poteſtate obſolvendi à peccatis, quam cæteri non habebant.*

18 *Judæi opponebant Chriſto, dicentes ſoli Deo competere poteſtatem abſolvendi à peccatis.*

19 *Sacerdotes antiqui conjugati erant, & ducebant uxores, Evangelici autem ſunt in ſtatu continentiæ, qui eſt perfectior, ubi qua ratione ſic factum, &* n. 20.

20 *Chriſtus primus Sacerdos fuit continens, quem debuerunt imitari cæteri Sacerdotes Evangelici.*

21 *Legis humanæ ratio eſt, quod ſit juſta, & recta & ſic permanem, perſtans & ſolida.*

22 *Circumciſio Geneſ.*c. 17. *& ritus Agni Paſcalis* Exod. 12.*fœdus æternum, & ſempiternus dicitur, explicatur,* n. 27. & 28.

23 *Fœdus novum promiſſum fuit in lege veteri dicendo,* novum vitavit prius.

Lex vetus fuit à principio poſita, & dato ad tempus, donec ſcilicet veniret ad ſemen, id eſt Chriſtus d. n 23.

24 *Euchariſtia Sacramentum inſtitutum fuit finita cœna legali, ſeu cæremoniali Agni Miſſa Sa-*

crifi

criſi prædictum eſſe à Malachia per verba ibi à ſolis ortu *d.n.*24.

25 *Cæremonialia in figura contingebant, quæ pro pueris data dicabantur, Evangelium pro viris jam perfectis.*

Evangelium pedagogum, legem vocat D. Paul. ad Galat. c. 3. *diciturque Evangelium, quaſi bonum optatum,ſeu factum offerens nuntium;* ut n. 37.

27 *Exodi* c.27.& n.28.

28 *Particula* io æternum, *non ſemper ſignificat æternam permanentiam uſque ad finem ſæculi, ſed aliquando durationem longævam, indefinitam.*

29 Cap.14.Geneſis, *ubi Melchiſedech panem, & vinum obtulit* & c.9. *Aaron animalia. Unde ſupra* n.14.

30 *Lex Evangelica ſcripta tantùm dicitur, quia eſt, & debet eſſe in cordibus hominum, cum in ea, quod conſiſtit eſt gratia Spiritus ſancti, quæ non ſcribitur exterius, ſed interius. in anima infunditur* num. 32. in fine 33 & 34.

31 *Spiritus ſancti adventus dicitur plenitudo temporis.*

32 *Evangeliam lex ſpiritus appellatur, & nos gratiæ legem appellamus antonomaſticè quia vetus pœnas, nova autem veniam promittit, & miſericordiam pœnitentibus.*

33 *Lex Evangelica, etſi videatur conveniens, ut ſcriberetur à Chriſto Domino; tamen cur non ſic, ſed verbo expenditur* n. 34.

35 *Lex naturalis fuit indita mentibus hominum,ſed cum qua differentia Evangelica indita tantum ſit explicatur n.* 36.

37 *Lex Evangelica ſucceſſit, ſublatâ lege veteri, quæ dicitur ſecunda legis Divinæ ſcriptæ ſpecie.*

38 *Filius Dei ſperandæ ſalutis noſtræ cauſa homo factus, morte ſua, peccata noſtra condonavit, ſolvit inimicitiam inter Deum, & hominem.*

39 *Poteſtates noſtri temporis, non ſunt ſicut Prætores antiqui, qui erant pars juris communis ut* o. 41. *ſed in quibus æquiparentur* n. 41. & 42.

40 *Prætores noſtri temporis faciunt edicta, etiam contra ſtatuta locorum, ſuadente publica utilitate, ſic cauſa ſuperveniat, poſtquam jurarunt in ſuo introitu ſervare ſtatuta civitatis, ſaltem quando copia Principis haberi* n.42

41 *Prætores noſtri temporis, qualiter, & in quo æquiparentur Prætoribus antiqui temporis* n.42.

43 *Prætores noſtri temporis recedere non poſſunt à jure ſcripto per viam decreti particularis niſi æquitas illud ſuadeat quæ ſit certa, ſecus ſi incerta, etſi verbo ejus ſunt præciſa.*

1 AD primam quæſtionis partem dicendum eſt ex noſtro textu legem novam Evangelicam differre à lege veteris teſtameoti in ſacerdotio, & in Sacerdotibus, & advertendo quod ſacerdotii appellatione continetur omne ſacramentum, quo gratia confertur, ut jam *ſupra q.* 1. notavi, & ut docent hic Joannes Andreas Ancharranus, & alii antiqui, & Barboſa *num.* 2 *in fine* ex Anton. Rieciulo *de jure perſonar. extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib* 2. c. 1. n.9. ſequitur dicendum ut cum Sacerdos ſit proprius Miniſter ſacramenti, quicquid de Sacerdotibus hîc dicatur novæ legis, pertinere etiam ad Sacerdotium tranſlatum in textu noſtro.

Eſt enim verum ut Sacerdos ſit ille, qui eſt 2
dedicatus, & conſecratus Deo, ut peragat, & celebret ſacrificia, & inter Romanos fuiſſe Sacerdotum ſortes varias, & licet apud nationes omnes fuerint in magno honore, ſed inter Chriſtianos merentur admodum revereri propter ſacramenta, quæ adminiſtraot † vocantur Angeli,
& Dii,ſic ex aliis dicit D. Hieronym. *de ſanabria* 3
in ſuo legicon. Eccleſiaſt. verbo *Sacerdos*: alia adducens, ubi qui dicantur Sacerdos. † Et erat
etiam antiquitate obſervatum, ut non eligeren- 4
tur ſacerdotes, niſi nobilitate, probitate, & prudentiâ præditi, & ſic extitiſſe apud Græcos, Ægyptios, Romanos, aliaſque nationes, hoſque
diverſi generis in dignitate. † Et ut ait Plato *in* 5
dialogo de Regno, non cuique licebat præces effundere pro populo, ſacra offerre, publica, ac privata ſacrificia procurare, vota ſuſcipere, religiones interpretari, atque omnem Diis cultum exhibere, ſed oportere, ut eſſet Sacerdos, & quidem talis, ut intelligeret, doceretque quo pacto donaria Diis, & ſacrificia eſſent offerenda. Item quâ ratione vovendum eſſet, quidve boni eſſet à diis petendum. Et ſic Cicero *de legibus lib.*2. dum dixit *Diviſque aliis, alii ſacerdotes omnibus,Pontifices ſingulis flamines ſumpto*, ut interpretaretur adjecit *deſcriptio Sacerdotum nullum juſtæ religionis genus prætermittit, nam ſunt ad placandos Deos alii conſtituti qui ſacris præſunt ſolemnibus ad interpretanda alii prædicta vatum, nec multorum, ne eſſet, infinitum, nec ut ea ipſa, quæ ſuſcepta publicè eſſent, quiſquam extra collegium noſcet* alia multa ex bonis Authoribus hic adjicienda tradit videndus Anaſtaſius Germon. *lib.* 1. *de ſacror immunit.c.* ubi *de vario ſacerdotum genere, eorumque neceſſitate.*

Unde jam poſſumus dicere quod Dominus in 6
omni ſtatu habuit ſacerdotes, & ſic tempore naturæ,legis & gratiæ ſed ut proſequitur Toletus *in ſumm. lib.* 1. *c.* 2. dum refert differentias ſacerdotum, legis, gratiæ ab aliis, ait quod iſti gratiæ ſunt perfectiores multo aliis omnibus, quorum perfectio ex his, in quibus ab aliis differunt,manifeſtaretur: nam ut Sotus *in* 4. *diſt.*24. *q.*1.*art* 4. præſcripſit, Ethnici non propriè erant ſacerdotes, & Judæi nullum accipiebant ſpiritualem characterem, & Andreas Victorelus Toleti Additionator multis comprobat, quod fuerint in omni ſtatu Sacerdotes aliquos legis naturalis, multos etiam ſcriptæ.

Et ſic primo differre quia in lege naturæ, & 7
legis per inſtitutionem non ſanctificabatur ſacerdos,nec recipiebat gratiam ex vi ipſius inſtitutionis, ſed ſacerdos Evangelicus gratiam recipit per ipſam inſtitutionem,quæ unum eſt ex ſeptem ſacramentis gratiam ex opere operato conferentibus. † Et non ſolùm gratiam recipit, ſed 8
ſignum quoddam ſpirituale, quo interius inſignitur dictus character, quod eſt ſignum, & poteſtas mirabilis, ut infra dico *de ſacramentis non iterandis.*

Etenim etiam differunt quia Sacerdotes in le- 9
ge naturæ creabantur poteſtate humanâ, quia

ut reſpublica habebat poteſtatem creandi hos
Judices, illos Duces, iſtos alterius muneris, ut
legimus de Numa, qui quindecim ſacerdotum
genere inſtituit, præter illos antiquiſſimos Pi-
narios, & Poticios, Herculis Sacerdotes, &
Arvales fratres, item, & Augures, Salios ſecia-
les Patres Patratos, ut refert Varo *lib. 4. de lin-
gua Latina*, inter quos à Numa quindecim no-
minatos ſingulis Diis flamines deſtinatos ex il-
lo, nonnullos exprimit Anaſtas. Germon *d. c. 3.*
10 *lib. I immunit. num. 6.* alia curioſa ſcribens. † Sic
etiam habebat reſpublica poteſtatem Sacerdo-
tes creandi: tamen adveniente lege Dominus
abſtulit hanc poteſtatem, & dedit cuidam po-
pulo, quem in ſuum peculiarem recepit ſcili-
cet Judæorum, cui ipſemet Deus Sacerdotes in-
11 ſtituit. † Præcipiens ut inter duodecim tribus
ex una ſola, ſcilicet levitica ſacerdotes aſſume-
rentur, quæ poteſtas erat Divina, & illi ſacerdo-
tes non ex quavis familia hujus tribus, ſed tan-
tum ex familia Aaron ex reliquis vero familiis
Leviticis aſſumebantur reliqui templi miniſtri
12 † taliter ut filii ſacerdotum; eo ipſo quod filii
ſacerdotum erant, jus ad ſacerdotium habebant,
non tamen uſum, niſi poſt conſecrationem, quæ
fiebat per olei aſperſionem, non unctionem
(unctio enim erat ſacerdotis ſummi); quæ po-
teſtas, ſeu authoritas creandi ſacerdotes, fuit
per modum generationis derivata ab Aaron,
quem creavit ſacerdotem Moyſes, authoritate
Divinâ.

13 Tamen authoritas creandi Evangelicos ſa-
cerdotes Divina eſt, non utcumque, ſed deriva-
ta à Chriſto Domino in Apoſtolos, & per hos
in Epiſcopos, qui non per generationem, ſed
14 per conſecrationem ex quavis familia Chriſtia-
na poſſunt hominem in Sacerdotem eligere. †
Fuit ergo Chriſtus verè, & propriè Sacerdos
ſecundùm ordinem Melchiſedech ut de fide eſt
definitum Trid *ſeſſ. 22. cap.* 1. Sacerdos inquam
Dei filius ſecundùm humanitatem, in qua ſu-
premi hujus, & præſtantiſſimi ſacerdotis mu-
nus exercuit hujus præſtantia, & virtus ex divi-
ni ſuppoſiti excellentia ac dignitate dimanavit
(Deus enim ut Deus) quo nihil præſtantius,
aut ſuperius, non poteſt eſſe Sacerdos, cum ſa-
cerdotis ſit ſacrificia ſuperiori offerre: alia re-
fert Victorellus apud Toletum *in dict. c.* 2. verſ.
Chriſtum.

Ex quo infertur ut etiam iſti ſacerdotes Evan-
15 gelii differant ab aliis in poteſtate conficiendì
Corpus, & Sanguinem Chriſti, cum poſſint vi-
num in Chriſti ſanguinem, panem in Corpus
convertere, quam poteſtatem in quo vicit no-
ſtrum ſacerdotium illud Aaronis, & Melchiſe-
16 dech. ſupra modum. † Item differunt in ſacrificio
quod affertur, quia illi panem, & vinum, aut
animalia Deo offerebant ſed noſtri ſacerdotes
Chriſtum Dominum Dei Filium ſub ſpeciebus
panis, & vini Æterno Patri offerunt, quo nihil
poteſt eſſe acceptius, nihil dignius, quod ſacri-
ficium prophetavit David *Pſalm.* 49. ibi, *num-
quid manducabo carnes taurorum, aut ſanguinem
hircorum potabo, ſacrificium laudis honorificabit
me, & illic inter quo oſtendam illi ſalutare Dei.*
17 Item infertur quinto ut differant mirabiliter
in poteſtate abſolvendi à peccatis, ad quam po-
teſtatem nullus Sacerdos aſcendit, alius ſit, ut
18 ullum peccatum veniale poſſet abſolvere. † Imo
& Judæi hoc ut ſoli Deo conveniens Chriſto op-
ponebant, quod peccata dimitteret, & vera dice-
bant, Chriſtus enim homo erat, & Deus, qui Deus
erat qui peccata dimittebat: unde ante ejus ad-
ventum nulli fuit conceſſa tanta poteſtas, donec
Deus homo fieret, ob quod natura ita ſublimis
remanſit, ut poteſtatem acciperet, quam nullus
ante ſortitus erat, quod cognoſcentes ſacerdo-
tum Principes Judæ pœnitenti, & peccatum
confitenti non demiſerunt, ſed dixerunt *tu vide-
ris*, quaſi ſe poteſtate dimittendi peccata carere
oſtendentes.

Differunt ſextà ratione ſtatus illi quippe con- 19
jugati erant, uxoreſque ducebant etiam poſt ſa-
cerdotium; at Evangelicus ſacerdos eſt in ſtatu
continentiæ, qui perfectior eſt, quam conjuga-
torum ſtatus, factumque fuiſſe, non ſine ratio-
nabili cauſa; nempe ad denotandum ſacerdotii
hujus excellentiam, quia ut ſuperat omnia offi-
cia, & munera civilia debuit reduci ad ſtatum
hominum perfectum, qualis eſt continentium,
& ad exprimendam munditiam ſacrificii in
hoc ſacrificio oblati, quia ut eſt Angelorum, &
Beatorum cibus, ita per manus puras, & ange-
licas debuit tractari, debet enim homo Sacer-
dos vacare aliis negotiis, quia magna ſunt, quæ
tractat † & cum primus Sacerdos Chriſtus 20
Dominus fuerit continens, debuerunt ad ſimi-
litudinem cæteri legis Evangelicæ eorum caput
imitari: multæ etiam aliæ cauſæ poſſent adduci.
Ex his patet quanta ſit differentia, & quam con-
veniens juxta textum noſtrum, ut tranſlato ſacer-
dotio, legis tranſlatio fieret.

Ad ſecundam quæſtionis partem, & ſi ex no- 21
ſtro textu, & ex jam latè adductis hîc, & *ſub.
quæſt.* 1. probatum ſit legem veteris teſtamenti
quoad cæremonialia, & judicialia, ut talia, lege
nova Evangelii ceſſaſſe omnino, nihilominus
facit dubium: nam cum de ratione legis etiam
humanæ ſit, quod ſit juſta, & recta, & quod ju-
ſtum eſt ſemel, ſemper tale exiſtat, ſequitur à ra-
tione ſuperiori, ut cum lex veteris teſtamenti à
Deo data ſit, qui immutabilis eſt, ut eam æter-
nam ſtabilierit, ut colligitur ex naturæ regula
qualis eſt lex, quæ ſecundum Ariſtotel. 5. *Ethni-
cor c.* 5. ſolida eſſe debet, & perſtans; ergo cum
lex antiqua regula fuerit videtur ut extiterit im-
mobilis, & æterna. † Confirmatur quia circum-
ciſio *Geneſ.* 17. & ritus Agni Paſchalis *exod.* 12. 22
fœdus æternum, & ſempiternus dicitur.

Sed dicendum eſt dictam veterem legem, 23
tranſlato Sacerdotio, omnino ceſſaſſe, tum per
longe dicta *ſupra q.* 1. tum ex adductis hîc à
num. 1. tum quia ſic probatur ex locis veteris
teſtamenti; ubi non in æternum ſe ad tempus
data fuit illa lex, primo ex illo *levit. c. 26. vetera
novis ſupervenientibus abjicietis*, item ſecundo ex
illo Malachiæ *c.* 1. *non eſt mihi voluntas in vobis
dixit Dominus, & munus non ſuſcipiam de manu
veſtra, &c.* & illo Hieremiæ *c.* 31. ubi pro-
mittitur fœdus novum, dicendo autem novum
vitatur prius, ut explicat Paul. *ad Hebr.* 8. Etenim
etiam probatur ex Paulo *ad Galatas* 3. ubi con-
ſtat, quòd prædicta lex vetus fuit à principio
poſita, & data ad tempus; donec ſcilicet veniret
ad ſemen id eſt Chriſtus, de quo proximè di-
xerat *ſemini tuo, qui eſt Chriſtus*, & illa authorit.
lucæ *cap.* 16. *lex. & Prophetæ uſque ad Joannem*;
imo Tridentium concil. *dict. ſeſſ.* 22. *c.* 1. ubi ex
illo *exodi* 15. loquutionem faciendo de novo
teſtamento: & quod ſacerdotes facerent ſacrifi-

cium

tium in Chriſti commemorationem ait, *nam
celebrato veteri Paſchâ, quod in memoriam exitus
ex Ægypto multitudo filiorum Iſraël immolabat,
novum inſtituit Paſcha, ſe ipſum ab Eccleſia per
Sacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum in
memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad Patrem,
quando per ſui Sanguinis effuſionem nos redemit,
eripuit de poteſtate tenebrarum, & in Regnum
ſuum tranſtulit; & hæc quidem illa munda oblatio
quæ nulla in dignitate, aut malitia offerentium in-
quinari poteſt, quam Dominus per Malachiam dict.
cap. 1. nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet
in gentibus in omni loco mundam offerendam præ-
dixit.*
Quo loco colligit Hurtado *de Sacramentis*,
24 *tom. 2. tract. de Euchariſtica diſp. 1. dif.* 10. verſ.
conveniunt Sacramentum Euchariſtiæ inſtitu-
tum fuiſſe finitâ cœnâ legali, ſeu cœremoniali
Agni, & ex prædictis verbis Trid. & ex veteri-
bus Patribus probant Azor. *inſtit. moral. part.* 1.
lib. 10. *cap* 18. *q.* 7. Ægidius Conink *de ſacram.
quæſt.* 83. *art* 17. Barboſa *in dic.* c. 1. Trid. *n.* 28.
& 30. ſacrificium miſſæ à Malachia *in dict.* c. 1.
25 prædictam eſſe illis verbis *à ſolis ortu*. † Et ſic eum
omnia cæremonialia veteris legis, quorum lex
umbra, & figura erat Chriſti ventur, quo om-
nia adimplerentur, juxta illud Paul. *ad Corinth.* 11.
his autem omnia in figura contingebant illis, ſicut
etiam, & idem Paul. *ad Galat.* 3. *Evangelii Pe-
dagogum legem vocat*, quaſi hæc pro pueris, &
infirmis, illud pro viris jam perfectis datum ſit,
ſatis ceſſaſſe conſtet; ſequitur ut nullo modo
lex illa vetus durationem æternam haberet.
26 Nec obſtant adducta ſupra, quia ad primum
reſpondeo infra in hoc textu, cum ago de quæ-
27 ſtione, *an lex humana mutari queat.* † Non addu-
cta de circumciſione, & ritu Agni Paſchali qui-
bus videtur indicari, quod illa lex data, ſit per-
petuò duratura: quia ut patet ex Nicolao de
Lyra *in exod.c.* 15. ut lex illa cenſetur perpetua,
vel in ſe, vel in myſteriis, quæ repræſentabat,
ſicut ritus Agni Paſcalis, durat in verò Agno
Chriſto, per illum repræſentato, ut expendit
idem Lyra *in ſimili de promiſſione bonorum tempo-
ralium.* † Vel, ut Abelenſis interpretatur *in
28 exod* c. 18. illam particulam *in æternum* non ſem-
per ſignificare æternam permanentiam uſque ad
finem ſæculi, ſed aliquando durationem longæ-
vam, & indefinitam. Unde in *exod. c.* 15. addi-
tum eſſe *in æternum*, *& ultra*; & ſic in æternum
ea præcepta, non impropriè dici conſtituta, quia
per tempus à Deo prædeſtinatum ſunt conſti-
tuta; intra quod nemo ea mutare poterat: ex
quibus ſequitur ſolùm legem noſtram Evange-
licam eſſe æternam perpetuò, & ſemper duratu-
ram ex jam longè adductis.
29 Nec obſtat iterum dicere, quod cum Chri-
ſtus Dominus inſtitueret Euchariſtiæ Sacra-
mentum, ſecundùm ordinem Melchiſedech à
Chriſto Domino inſtitutum, ut videtur conſta-
re ex adductis ſupra *ſub num.* 4. cum ſequentibus,
quia reſpondeo *c Geneſ.* 14. quod id probatur ſo-
lùm dicere, quod Melchiſedech panem, & vi-
num obtulit, ſicut Aaron animalia c. 9. & non
inde ſequi durare adhuc legalia veteris legis,
cum illa oblatio Melchiſedech is ſolùm extite-
rit in pane, & vino, durantibus ſuis ſpeciebus,
abſque tranſſubſtantione illa mirabili, quâ offe-
rendo Chriſtus Dominus primus Sacerdos, &
deinde cæteri Sacerdotes, ſecundùm ordinem
Melchiſedech ſit, ut nos Sacerdotes Evangeli-
cæ legis ſacroſanctum Dei Corpus, & Sangui-
nem ſub panis, & vini involucris conficiamus,
& offeramus, uti hæc clarê exponit Trid. *in
dict.c.* 1. *ſeſſ.* 22. ibi *quoniam ſub priori teſtamento,
teſte Paulo Apoſtolo ad Hebr.* 7. *propter Levitici
Sacerdotii imbecillitatem conſummatio non erat
oportuit Deo Patre miſericordiarum ita ordinante
ſacerdotem alium ſecundùm ordinem Melchiſedech
ſurgere Dominum noſtrum JESUM CHRISTUM,
qui poſſet omnes quotquot ſanctificandi eſſent, con-
ſummare, & ad perfectum abducere* Et ibi *quia ta-
men per mortem ſacerdotium ejus extinguendum non
erat in cœna noviſſima, qua nocte tradebatur*, & ex
Paul. *ad Corinth.* 11. *ejuſque memoria in finem uſque
ſaculi permaneret, atque illius ſalutaris virtus in re-
miſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur
peccatorum applicaretur, ſacerdotem ſecundum ordi-
nem Melchiſedech, ſe in æternum conſtitutum decla-
rans, Corpus, Sanguinem ſuum ſub ſpeciebus pa-
nis, & vini Deo Patri obtulit, ac ſub earundem re-
rum Symbolis Apoſtolis, quot tunc novi teſtamenti
Sacerdotes conſtituebat, ut ſumerent, tradit, &
eiſdem, eorumque in ſacerdotio ſucceſſoribus, ut of-
ferrent, præcipit per hæc verba* hoc facite in meam
commemorationem, *uti ſemper Catholica Eccle-
ſia intellexit, & docuit, &c.*
Ad tertiam quæſtionis partem ut reſpon- 30
deam præmitto legem veteris teſtamenti datam
fuiſſe populo ſcriptam in tabulis lapideis, ut
notum fuiſſe, & eſſe traditur, & ſic poteſt eſſe
dubium an etiam ſaltem ſi non lapideis tabulis
nova lex Evangelica ſcripta, atramento, nobis
data ſit per Chriſtum Dominum ad inſtar legis
etiam humanæ, quæ ut obliget ſcribitur, ſecun-
dùm aliquas, quæ ſupra adduxi. *Sub Rubrica q.* 2.
verſ. *ad ſecundam*. Tamen dici debet tantùm
ſcripta quia eſt, & debet eſſe in cordibus homi-
num, ut docet Paulus 2. *ad Corinth. cap.* 3. *& ad
Heb. c.* 8. adducens illud Hierem. 31. *dabo legem
meam in viſceribus eorum* ut explicant D. Thom.
1.2.q.106. *art.* 1. Sotus *lib.* 2. *de juſtitia quæſt.* 1.
art. 1. Vibaldus *in candelabro aureo*, multiplicem
ejus differentiæ rationem adducentes, inter quas
ut præcipuam illam adducit, ut refert Barboſa
in c.fin.diſt.6.num 12. ex D. Thoma, quod ſcilicet
res unaquæque, illud videtur eſſe, quod in ea
eſt potiſſimum, quia verò illud, in quod præci-
puè lex Evangelica conſiſtit, eſt gratia Spiritus
ſancti, quæ datur per fidem Chriſti ex authori-
tate Joan 1. *gratia facta eſt per JESUM CHRI-
STUM.* † Ob idque ejus adventus dicatur ple- 31
nitudo temporis in Trid. *ſeſſ.* 6. *cap.* 1. & 2. ubi
hanc utriuſque legis explicavit differentiam ex
Paulo *ad Rom. cap.* 8. & 9. & 2. ad *Galat.* 4. † 32
Ubi Evangelium legem ſpiritus appellavit, &
nos gratiæ legem antonomaſticè appellamus,
quia vetus pœnas, nova autem veniam promit-
tit, & miſericordiam pænitentibus, ut explicat
textus optimus *in c.hæc.autem*, *c. in lege* 23. *q.* 4.
cumque gratia non ſcribatur exterius, ſed inte-
rius in anima infundatur, merito dici debet, ut
lex Evangelica, non atramento, ſed in cordibus
ſcripta dicatur.
Et licet oportuerit, ut lex Evangelica ſenſibi- 33
liter, & exterius proponeretur; & ſic quod ſic
dari oportuit, ſcripto potius, quàm verbo dari
debuiſſet, eo quod ſcripturæ permanent, & cer-
tiores ſint, quàm verba, pluſque veritas fide oc-
culatâ, quàm per aures, animis hominum infi-
gatur,

gatur, ut Juſtinianus inquit *in §. fin. Inſt. de grad.* ubi gloſſa adducit illud Horatii *ſegnius irritant animos.* Junctis multis, quæ eleganter adducit Ferrand. *ad juris partes lib. 2. c. 86.* † Tamen non
34 inde ſequi reſpondendum eſt neceſſarium fuiſſe, ut ab ipſo Chriſto ſcriberetur; tum quia id, quod ſcribere oporteret, poterat ſufficienter fieri per ſuos miniſtros, Apoſtolos ſcilicet, tum quia per ſe, & abſolutè non erat neceſſarium, nam traditio Eccleſiæ cum interna, & ſpeciali gubernatione Spiritus ſancti, ſufficiens erat ad conſervandam memoriam hujus legis Chriſti verbo prædicatæ, & Sotus *d. art.* 1. explicat legem Evangelicam non conſiſtere in externis verbis, ſine gratia Spiritus ſancti, ut eleganter etiam dicit *textus in c. Marcion. 1. q. 1.* ſed in fide etiam & ejus dictamine, quod ab ipſo Deo mentibus imprimitur: & quia hæc fides, ut patet ex Trid. ſupra, viva eſſe debet per gratiam, quam confert efficaciter hæc lex, marito dici debet, ut hæc lex ſit cordibus inſita: leges etiam Chriſoſtom. *in prologo ſupra Matth.* ubi inquit vice librorum gratiâ Spiritus ſancti deberemus uti; ſed quia illam excuſſimus litteræ ſunt inventæ, ut refert
35 idem Sotus.

His ita ſic perpenſis offert ſe dubium quod ex eis percipitur, nempe nullam dari differentiam inter legem naturalem, & Evangelicam, cum utraque mentibus hominum ſit indita, ut de lege naturali, jam ſupra oſtendi ſub *Rubrica, & tit. de ſumma trinit. & fide Cathol. & ſupra in Rub. hujus tit. q. 1.* juxta illud *Pſalm. 4 ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui*, & Paul. *ad Roman. gentes, quæ legem non habent naturaliter quæ legis ſunt faciunt*, ut ibi ſatis & abundè expendi. † Ta-
36 men reſpondeo cum D. Thoma, & Soto *ad 2.* ubi ſupra, & ex Colonienſi concilio latius *in explicatione dialogi §. lex nova* verſ. *ex præcedentibus*, ut licet utraque ſit mentibus indita, differre in eo, quia lex naturæ, eſt notitia naturalis, quæ à natura ipſa animis noſtris indita eſt, & concreta, gentibus etiam non incognita, juxta præcitatam Pauli authoritatem *ad Rom.* 2. Evangelica verò non ſit notitia naturaliter nobis indita, ſed myſterium à ſæculis abſconditum ſupernaturaliter nobis per Chriſtum revelatum, juxta illud Joan. 1. *Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis.*

37 Ex his ergo omnibus de lege veteri, & Evangelica, & ex aliis plurimis, quæ adducunt Doctores cum D. Thoma, & Sotus *lib. 2. de juſt.* legendus, concludendum eſt juxta textum noſtrum, quod ſublatâ veteri lege, lex ſucceſſit Evangelica, quæ eſt ſecunda legis Divinæ ſcriptæ ſpecies, dicique *Evangelium* Græco nomine, quaſi *bonum optatum*, ſeu fauſtum afferens nuntium, † quid in eo nuntio Lætius? quo an-
38 nuntiatur filium Dei procurandæ ſalutis noſtræ cauſâ, hominem factum, morteque ſuâ, peccata noſtra condonari, ſolvi inimicitiam inter Deum, & hominem, ut inquit concilium Colon. ubi ſupra *in d. §. lex nova*, Maldonatus *in explicat. Evangelii c. 1.* refert. Barboſa *in d. c. fin. diſt. 6. n. 12.* dicens in eandem etiam coincidere plures alias acceptiones, & deſcriptiones, quas adducit Vibaldus *in candelabro aureo p. 4. cap. 7. à n.* cum quibus de caſſata lege veteri. non amplius hic ad luco, ut finem huic tractationi imponerem in die feſti ſolemniſſimi aſſumptionis B. V. M. ad cœlos legis Evangelicæ ita Coadjutricis.

Ad quartam quæſtionis partem, quæ etſi vi- 39
deatur deviare ab hac tractatione, multùm verè conducit ad ampliandam textus noſtri materiam, cum de poteſtatibus noſtri temporis ad antiquos Prætores referatur; & licet videam quod Baldus *Rub. C. qui admitti ſimpliciter*, dixerit poteſtates noſtri temporis æquiparari antiquis Prætoribus, ut ſequitur Aretinus *in §. 1. n. 4. Inſt.*
de bonor. poſſeſſ. † ex eo quia Prætores noſtri tem- 40
poris faciunt edicta, etiam contra ſtatuta locorum, ſuadente publicâ utilitate ad ſimilitudinem Prætorum abſque eo, ut obſtet ſi dicatur Prætores non poſſe recedere à forma ſtatutorum, quia in principio officii jurant illa ſervare, ut in *auth. jusjurand. quod excip. ab his in princ.* nam non obſtante juramento videntur poſſe facere ex cauſa ſuperveniente, quæ concernit publicam utilitatem, juxta doctrinam Innocent, *in c. 1. hoc. tit. arg. leg. ſi hominem, ff. de mand.* ſaltem quando Principis copia haberi non poteſt, aliàs enim debere Principem conſulere, juxta *l. Divus ff. de falſ. l. ad veſtias, ff. de pœnis.*

Sed qu[illegible]nc ſententiam ſic abſolutè dictam 41
impugnant Bulg. Bologuetus, Decius, Riminald. & alii decem fundamentis quæ adducit legendus Faquineus *lib. 13. controverſ. c. 30.* qui in hac quæſtione docet abſolutè non æquiparari, & nec generaliter, quia jus Prætorum, eſt pars juris communis, ſed Prætores noſtri temporis non faciunt jus commune, niſi ſpeciale, & particulare in loco, in quo jus dicunt, & reſpectu loci, in quo jus dicunt, an ſit dicenda vera prædicta æquiparatio, & reſpondet eſſe bonam, & veriſſimam æquiparationem, † quia Prætoria au-
thoritas conſiſtebat in tribus, in adjuvando ſci- 42
licet juri civili, in ſupplendo, & in corrigendo ex cauſa publicæ utilitatis, *l. jus autem civile § jus Prætor, ff. de juſtitia, & jure.* Primo quia Prætores noſtri poſſunt adjuvare jus civile, & illud exequi: imo tenetur, ut *Inſt. de off. judiciis.* Secundo quia poſſunt de arbitrio ſupplere in omiſſis à jure communi, *l. 1. ff. de jure delib.* Tertio quia poſſunt jus corrigere per viam edicti generalis ſervandi in loco ſubjecto eorum juriſdictioni, eo quod habeant talia edicta vim legis per poſterius ſi approbentur à populo, vel per prius
ſi Princeps juſſerit ea fieri. † Sed per viam decre- 43
ti particularis recedere non poſſe Prætores noſtri temporis à jure ſcripto, docet Faquineus ex *l. 1. ff. de feriis*, niſi æquitas illud ſuadeat quæ ſit certa, *l. in omnibus ff. de reg. juris, l. placuit. C. de judiciis.* ſin autem ſit incerta ſecus *l. 1. C. de legib.* item etiam ſecus ſi verba legis ſint præciſa *l. proſpexit ff. qui. & à quibus*, & hoc non poſſe etiam Prætorem facere, *l. non eſt ambigendum §. ubicumque ff. de bonorum poſſeſſ.* Applicabis aliqua, quæ dixi *in Rubrica ſub q 14. & ſub q 2.* ubi pono quos ſit poteſtas legis condendæ & ibi de Prætore. Sed ut amplius, aut exactius, aut longius intelligas in quo æquiparentur, aut non, leges, argumentationes, & reſponſiones, quas retulit ipſe Faquineus inter Bulgal. Decium, Cagnol. Riminald. Alex. Bolognet. & quas miro modo reducit Faquineus ad explicationem hic allatam.

Digitized by Google

QUÆSTIO III.

An lex civilis, & Eccleſiaſtica poſſit mutari: & an ceſſante legis cauſa in particulari, ceſſet ejus obligatio reſpectu talis. An legis antiquæ deciſio tollatur ex clauſula *non obſtante*. Et an jura tranſgrêdi liceat ex cauſa, ubi aliqua de abrogatione, & derogatione legis humanæ: & an Epiſcopus poſſit transferre feſtum alicujus ſancti: & quid de epycheja, ſeu legis interpretatione?

SUMMARIUM.

1 *Leges civiles, & Eccleſiaſtica poſſunt mutari, etſi juſtiſſimè fuiſſent condita* n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. *Reſpondetur fundamentis contrariis.*

2 *Scribi omnia accuratè non poſſunt in civili ratione, ſicut nec in aliqua qualibet diſciplina.*

3 *Rationi humana naturale eſt, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perveniatur.*

4 *Lex juſta poteſt per tempora juſtè mutari cum totâ Republicâ, & ejus ſtatus mutari queat* n. 6. & 7. *ubi benè exemplis.*

5 *Legis juſta officium eſt Reipublica utilitatem conſtituere, & ſtabilire.*

6 *Natura noſtra rationalis, id eſt diſcurſiva, & ſucceſſu quodam veritatis indagatrix, qui nequit, ſicut Angelus, ſubito omnia penetrare.*

7 *Legum latores primi quandoque imprudentes, fuerunt ruſtici, & vulgares.*

8 *Leges plures antiqua horrenda mutata fuerunt cum magna Reipublica commoditate.*

9 *Legislatores ſecundùm varia tempora, varias condunt leges, ac variis utuntur; quemadmodum Medici varia praſcribunt remedia ad corporis ſanitatem.*

10 *Leges humana ſub humana ratione, ſicut & catera artes excogitata, & inventa fuerunt* num. 11.

11 *Lex juſtè fertur, cum populus benè ſit moderatus, & gravis, communiſque utilitatis diligentiſſimus.*

12 *Legum mutatio juſta erit, cum ſtatutum novum, eſt magna utilitatis, & multo majoris, quam lex antiqua, & ex aliis cauſis, ibi.*

13 Cap. erit lex d. 4. c. 8. proverb, per me Reges regnant, &c. & n. 14.

14 *Rectitudo legis conſiderata, quoad communem utilitatem, cui non ſemper una, eademque res convenit, poteſt mutari, veluti, ſi cauſa, aut ratio legis mutaretur, ubi etiam aliter exemplificatur.*

15 Princip. diſt. 3. & §. ſed, & naturalia. Inſtit. de jure naturali, n. 16.

16 *Lex humana quia ex parte jus habet naturale, etſi mutari nequeat ſed quo caſu oſtendit temporum varietatem, & morum civilium mutari valet.*

Lex humana derivatur à naturali per rationem humanam trahentem genus ad ſpeciem dict. n. 16.

17 *Diſtinct.* 12. *ubi expenditur dictum Nicolai Papa.*

Traditiones, ſive ſanctiones antiquas Patrum infringere, niſi ex cauſa ridiculum eſt dict. num 17.

18 *Mutatio legis non ex qualibet cauſa, ſed ex ea, qua notorium bonum, & magnum ſecum afferat, quare aliàs diceretur, ut mutatio legis ſit natura mutatio* n. 19. *debetque in ea eſſe magna maturitas* n. 20.

20 *Reſpublica ſecundùm naturam apud omnes ubique una eſt, ſed varia leges in multis lata non eadem, ut* n. 22.

23 *Mutatio legis olim non ſinè pœna externa contigebat, ut* n. 24.

24 *Legem novam laturus eam ad populum, circumpoſito cervici laqueo ferebat, ut niſi ob eximiam ejus utilitatem probata foret lqueo tractus ſuffocaretur, & morte pertinet.*

25 *Breviarium unum, & eoſdem ritus Sotm deſiderabat in Eccleſia, non diverſos.*

26 *Lex humana, etſi abrogata à Principe, ſeu Papa, ſolet adhuc manere in vim legis naturalis &* n. 27. *ubi exemplificatur.*

28 *Legislator, etſi ex lege nova abroget antiquam, ſed non inde venit, ut nova ſemper obliget, niſi juſta ſit.*

29 *Papa nequit praceptum confeſſionis protelare ad decennium, nec reſtringere, ut quam primo quis conſcius ſit mortalis culpa confiteatur.*

30 *Lex cum ceſſat in aliquo caſu particulari, non inde ſequitur, ut ceſſet in communi* num. 32. & 33. *qui Doctores comprobent* num. 36.

31 *Tex tandiu ſervari debet, quandiu abſque peccato, aut gravi incommodo, aut alterius fortioris legis præjudicio ſervari poteſt.*

32 *Legislator poteſt obligare ſubditos ad ſervandam legem, quando in caſu particulari ceſſat ratio legis, modo non ceſſet in univerſum* n. 33.

33 *Lex quandiu per ſubſtractionem totius cauſa univerſaliter non ceſſat, præſtat bono publico ejus obſervatio ad effectus relatos* n. 34. & 35.

35 *Legis virtus eſt bonos efficere cives, qui frequenter ſe exerceant circa actus ejus, ut* dict. n. 33. 34.

37 *Legis ratio ceſſans negative, & contrarie ceſſat lex; ſed quod non ceſſat, ceſſante finali ratione legis, quando tractatur de lucro captando, ſivè quærendo, nec quod ceſſet, una ex pluribus ceſſante, niſi plures collectivè exprimantur.*

38 *Lex quando ceſſat in ſua generalitate, non tantùm ceſſat in uno, ſed etiam in omnibus.*

39 *Legis ratio ſecundùm alios, quando in aliquo caſu particulari ceſſat finis adæquatus, & totalis; & ſic ceſſabit in parte, ſi in ea ceſſet, ut* n. 40. 41. 42. & 43. *ubi reſpondetur fundamentis prima ſententia relata à* n. 32.

41 *Lex ita ſe habet in univerſali ad rationem acceptam in generali, ſicut lex in particulari ad rationem acceptam in caſu particulari.*

42 *Lex non ſolùm obligat omnes in generali, ſed ſingulos in particulari, & ſic e cont‧a, ſicut deficiente ea apud omnes illi m nent de obligat, ſic ſi apud unum ille ea non obligatur.*

43 Leges

43 *Leges licet condantur propter bonum commune, adhuc obligant ſingulos ſubditos in particulari.*

44 *Confeſſarii habent generalem regulam à ceſſante ratione legis in generali, ſive ſpecialiter ad tollendos ſcrupulos.*

45 *Conſtitutio non illa queat Tranſgreſſores, ſi finis non violatur, propter quem facta eſt, ut exemplificatur in fine jejunii, præcepti, ſeu diſputandi laicos in rebus fidei.*

47 *Legis virtus ex clauſa* non obſtante, *qualiter tollatur. Item ſi addita fuiſſent verba* etiam ſi de ipſa n.48.

49 *Clauſula* non obſtante, *non facit, ut conſeatur derogatum ſtatuto particulari.*

50 *Clauſula* oon obſtantibus *conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, num cenſeatur derogatum regulis Cancellariæ* remiſſivè.

51 *Tranſgredi jura, licet ex cauſa, & pœnas moderari,* n.52.& 54.56 & 57.

53 *Epiſcopus ex cauſa poterit ſtatuere contra jus.*

54 *Statuta jurata tranſgredi poſſunt ex cauſa.*

55 *Delinquens, niſi torquendus non ſit ex proceſſu informativo; benè tamen liceat in atrocioribus, ſed hoc in judicibus ſupremis, non in aliis.*

56 *Judex legem tranſgrediendo tenetur in ſententia exprimere cauſam tranſgreſſionis.*

58 *Abrogatio legis in ſua Latina ſignificatione, eſt idem, quod auferre, abradere, ceſſare ex toto legem aliquam, imperium derogare idem, quod aliquid legis auferre, &* num.60.

59 *Privilegii, ſeu reſcripti officium eſt aliquid ſpeciale facere, vel ſecundum, aut præter, aut contra jus.*

60 *Derogatio legis, in quo differat ab abrogatione vide* n.58.

61 *Irritare legem, eſt legem impedire, & caſſare, ne robur obligandi conſequatur, ut hic.*

62 *Epiſcopi poſſunt in ſuis Diœceſibus, quidquid poteſt Papa in univerſali Eccleſia.*

63 *Epiſcopi non poſſunt transferre feſtum in alium diem, ſeu aliquam vigiliam, alias diſpenſarent in lege Papæ inſtituentis, &* num. 65. & 66.

64 *Inferior nequit contra factum ſuperioris, etiam diſpenſando venire.*

65 *Epiſcopus quidam Italus auſus fuit feſtum Annuntiationis, quod tunc acciderat anno. 622. in diem Paraſceves, etiam quoad forum transferre & referuntur aliæ translationes* ibi, & n.66.

66 *Vigilia S. Matthæi in quibuſdam Epiſcopatibus Germaniæ transfertur in Sabatum antecedens, quando occurrit in feria tertia, vulgo* de carnes tolandas.

67 Cap. Conſilium de obſervatione jejunii. *Translatio feſti, & jejunii à jure in aliquo die eſt permiſſa ex conceſſione Papæ* d n.67.

68 *Epicheja, ſeu legis interpretatio quæ,* remiſſive.

1 AD primam difficultatis partem communiter reſpondetur quod leges humanæ, civiles, & Eccleſiaſticæ poſſunt mutari, & præterquam quod hæc aſſertio confirmatur, ſeu comprobatur ex doctrina, quam longè adduxi *infra in c. examinata* 15. *de judiciis à quæſt.* 4. ubi *de mutatione judicii, & variatione libelli, ſeu actionis.* Et in terminis conſtat apud omnes in Republica benè ordinata, ac ſanctè inſtituta poſſe juſſione mutari veteres leges, quæ & juſtiſſimè fuerunt conditæ, ut probant jura *in c. non debet de conſanguinitate, & affinitate, c. ſciendum* 29. *diſt. cap. quia ſacta §. verum* 63. *diſt. c. erit autem* 32. *quæſt.* 4. *c. quis ignoret, & c. objiciuntur, &* 23.*q.*8.*c. accidit, c. fin. de tranſact. c. ſuper eo de ſententia* excommunic. & aliis pluribus 2 † etenim Innocentius III. *in d. c. non debet,* optimam hujus aſſertionis reddit rationem in ſequentibus verbis, *non debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta, quandoque varientur humana; præſertim cum urgens neceſſitas, vel evidens utilitas id expoſcit; quoniam ipſo Deus ex his quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutavit in novo,* ut latè dixi *ſub quæſt.* 1. & 2. & probant textus *in c. novit Deus de pænit. diſt.* 1. & *in c. in commutabilis* 22.*q.* 4. & præter canones ſic probantes facit authoritas Ariſtotelis *lib.* 2. *polit. cap.* 6. ibi *in civili ratione non poſſe omnia accuratè ſcribi, ſicut nec in alia qualibet diſciplina.* 3 † Iterum ex eo quia humanæ rationi naturale eſt, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perveniatur unde qui primo Philoſophati ſunt quædam imperfecta tradiderunt, quæ poſtea per poſteriores perfectius fuere diſcuſſa, examinata, & tradita; ob idque mutationem legum juſtiſſimam eſſe ex parte rationis ipſius legis humanæ; & ſi oon ex parte hominum dicit debet.

4 Confirmatur authoritate D. Auguſtini *lib.* 1. *de libro arbitrio c.* 6. dum aſſerit legem etiam juſtam poſſe per tempora juſtè mutari, ſiquidem mutatà Republicà, & ejus ſtatu mutari debet, & lex, commutata tempora varias exigant leges, ut juſtè regatur Populus. 5 † Confirmatur ſecundo, nam juſtè legis officium eſt Reipublicæ utilitatem conſtituere, & ſtabilire; ſed hæc non poteſt practicè conſiderari, nec percipi, quam prius inſpectis, ac perpenſis temporibus locis, & gentium moribus, quæ quidem omnia ipſis non ubique pari tramite contingere ſolent; ergo non eadem lex ubique, & ſemper juſta eſt, nec omnibus moribus, locis, & temporibus aptari, aut convenire poterit: qua ratione legis mutationem neceſſariam omnino eſſe planè dicendum eſt.

6 Tertio confirmatur quia cum natura noſtra rationalis ſit, hoc eſt diſcurſiva, & ſucceſſu quodam veritatis indagatrix, nec poſſit, ſicut intellectualis Angelus, qui naturalia omnia ſimul novit ſubito intima veritatis penetrare, ſequitur ut quemadmodum in ſcientiarum ſpeculatione de fluxu quodam temporis Phiſolophi ex imperfecto ad perfectum ſcientias promoverunt, ut 1 *phyſic.* t. de anima, aliiſque libris Ariſtotelis, teſtimonium extat, 7 † & ſic ut in morum correctione ratio practica negotiatur, Philoſophorum antiquorum, tales ille Mileſius, aliique illius ætatis ſex ſapientes ſcientias hucuſque rudes, & incomptas contemplatione polire cœperunt, quas poſt, Plato, & Ariſtoteles expolivere; ita & Lycurgus, & Solon. & apud Romanos Numa Pompilius ſuas Reſpublicas antea Barbaras, & agreſtes politioribus legibus inſtituerunt; quæ deinceps temporum incrementis exactius ſunt, accuratiuſque, & emunctius cultæ. Et hæc, & alia tradit Sotus

de

de juſt. lib. 1. *q.* 7. videndus ad alia plura, etenim ut conſiderat Covarruvias *in c. alma mater p.* 2. *in princ. ſub. num.* 2. primi legum latores, quandoque imprudentes fuerunt ruſtici, ac vulgares, ſicque in diſciplinis ereviſſe, hominum vigore.

8 Et docet experientia plurimas antiquas leges horrendas, mutatas fuiſſe cum maxima Reipublicæ commoditate, ut latius notat ipſe Ariſt. *d. lib.* 2 *polit. c.* 6.

9 Quarto faciunt quæ dico *infra in. c. fin. de conſuetudine*, ubi abunde probatur legem civilem conſuetudine mutari poſſe; imo Plato *in dialogo 6 de legibus, & lib.* 16. *civilium, vel de Regno*, cujus verba refert Covarruvias in verſ. *nihilominus*, verbo *quarto ſunt*, qui legiſlatorem ſimilem facit; quoad Reipublicæ regimen medieo, & navis Gubernatori: nam ut hi non ſemper eadem præſcribunt, agenda eſſe ad corporis ſalutem, & ad navigationis tutelam; ſed varia præcepta excogitant, juxta morbi ſtatum ventorum locorum, & ſyderum pericula; ita Legiſlator, qui Rempublicam adminiſtrat, non eiſdem ſemper uti debet legibus; imo varia neceſſe ſit præſcribat præcepta, & inſtituta, ſecundùm temporum, rerum, & locorum vieiſſitudines, ſtatus, & qualitates; alioquin non rectè rem pro utilitate publica gerere valeat.

10 Alia plura in comprobationem poſſunt adduci, & Prætet juta relata probant prædictam concluſionem *textus in cap. erit autem lex diſt.* 4. *cap. ultimo diſt* 14. pulcher textus inibi annot.. .e Baldo *in l unica in princ. C. de caducis tollend.* legãter docet ſanctus Thomas 1.2 *q.* 97. *art.* 1. *& quaſt.* 104. *art.* 3. Sylveſter verbo *lex* §. 25. Franſciſcus Patritius *de inſtitut. Reipublica lib.* 1. *tit.* 5. Sotus & Covarruvias ſupra, Villalobos *in ſumma part.* 1. *tract.* 2. *difficult.* 37. Mantua *lib.* 1. *dialogo* 14. Tiraquel. *retract. tit.* 1. *§* 9. *gloſſa* 2. *num.* 52. Caſſaneus *in conſuetudinib Burg. Rub.* 3. *§.* 2. *in fine num.* 1 *pag.* 97. Perez *lib.* 2. *ordinam. tit.* 3. *pag.* 199. Bobadilla *in politica* cum multis *lib.* 1. *c.* 5. *num.* 8. Gregor. Lopez *l.* 11. verbo *mudar. tit.* 3. *part.* 3. Sayrus *in clavi Regia lib.* 3. *c.* 3. *num.* 7. *& cap.* 10. *num.* 12. Conradus *in templo omnium judicium lib.* 2. *§.* 4. *cap.* 1. verſ. 3. & alii multi.

11 Etenim ut conſiderat Sotus *dict. q.* 7. *& libro art.* 1. ratio expoſcere videtur, ut quoties melius quidpiam occurrit, toties lex humana mutetur, leges quippe humanæ ut ipſe art ſub humana ratione, ſicut & cæteræ artes excogitatæ & inventæ ſed reliquæ artes occurrentes; eo quod melius eſt, ſumuntur: ego idem dici debere in legibus, uti hoc juvatur ex Auguſtino *lib.* 1. *de libero arbitrio* dicente *quod ſi populus bene ſit moderatus, & gravis communiſque utilitatis diligentiſſimus Cuſtos rectè lex fertur, quia tali populo liceat creare ſibi Magiſtratus, per quos Reſpublica adminiſtretur. Porro ſi paulatim ille Populus de pravatus habeat venale ſuffragium, & regimen flagitioſis, ſceleratiſque committant, rectè adimitur populo talis poteſtas dandi honores, & ad paucorum bonorum reddit arbitrium*, refert Sotus dicto *art.* 1. verſ. *prior in fine*, Villalobos *ſupra n.* 1. in fine ex eodem Auguſtino *c.* 6.

12 Et ſic breviter dico quod cauſæ juſtæ murationis, legum ſunt, veluti ſi ſtatum novum eſt magnæ utilitatis, & multò majoris, quàm lex antiqua, ſeu quod iſta continet injuſtitiam, vel ſi ex ejus obſervantia paratur conſiderabile damnum, ſeu quod ejus obſervantia minus affert utilitatis, quàm ejus tranſgreſſio afferat damnum, quia ſicut lex vires non præſtat; imo potius occaſionem peccandi, ſi ex ejus obſervantia plus damni advertatur, quam utilitatis mutari debebit, & addunt Doctores quod eſt cauſa mutandi legem, eſt etiam quando ejus cuſtodia parum habet utilitatis: nam ſicut lex ſit ob bonum commune, *dicto cap. erit. autem lex diſtinct.* 4. cum vulgatis, ſit ut ne aſpernatur, debeat tolli.

Ex his apparet non eſſe impedimento non 13
nulla fortiſſima fundamenta, quibus videtur turbari relata, aſſertio, non primum *ex dicto cap. erit autem lex*, quo cavetur ut lex debeat eſſe juſta; ergo ſi lex vetus juxta fuit, & eſſe debuit, ut legis haberet vim, ſequitur ut ſemper fuerit juſtum conſtitutum in ea, & ejus contrarium injuſtum, Etenim authore Auguſtino *lib.* 1. *de libero arbitrio c,* 15. lex eſſe non videtur, quæ juſta non fuerit, imo ut patet ex illo *c.* 8. *proverb. Reges per Deum regnant*, & in id ſunt conſtitui, ut juſta decernant.

Quia reſpondetur ex D. Thom. 22. Covarru- 14
vias, & aliis, quod etſi revera rectum ſemper debet permanere, rectum per ſe, nec id mutari poſſit; ſed cum rectitudo, & legis juſtitia conſideretur quoad communem utilitatem, cui non ſemper una, eademque res convenit, ut patet ex jactis rationibus noſtræ concluſionis; idcirco fiet ut talis rectitudo mutetur, veluti ſi cauſa, aut ratio legis mutaretur, aut ea, quando lex condita fuit, talis inquam eſſet quod etſi legiſlator vellet aliam legem ferre, nón inquam vulneretur legis antiquæ ratio, utpote conſtituta in voluntate Legiſlatoris, quemadmodum v.g. contingeret in mutatione legis Regiæ, permittentis parentibus meliorationem erga liberos in tertia & quinta bonorum parte; quæ etſi juſta ſit, & fuerit, eo quod ex ejus diſpoſitione non Inſurgat gravis, & maxima inter liberos inæqualitas, nec juri Divino, aut naturali præjudicium fiat, nec Reſpublica lædatur: tamen etiam ſi lex iſta revocaretur, & tolleretur, nihil injuſtum fieret à Legiſlatore, cum filii æqualem partem ex parentum bonis obtinerent, juxta doctrinam *textus in cap.* 1. *de parochis*, ſecus enim eſſet ut infra dico *in c. ex litteris hoc tit.* quando lex etiam poſitiva eivili ſemper vigeret ratione recta, ut contingit in legibus cenſurarum Eccleſiaſticarum, & in aliis; ergo evenit ut quoties lex civilis, & Eccleſiaſtica quando in ejus conſtitutione fuit juſta, currente tempore, appareat injuſta, mutata cauſa, poſſit tolli alia nova juſtiori.

Nec obſtat ſecundùm fundamentum, quod 15
lex juſta, habet fundamentum à naturali ratione, quæ eſt, immutabilis, ut in principio *diſt.* 5. *& in §. ſed & naturalia. Inſt. de jure naturali*; ergo lex ſemel ſtatuta nunquam mutari valet; cum ſolida eſſe debeat, & perſtans, juxta Ariſtotel. *lib. ethicor. c.* 5. nam reſpondetur, ut & ſi quælibet juſta lex habeat, & habuerit originem à ratione univerſali naturali, quæ dictat ratione vivendum fore, nihil iniquum agendum, aut ſtatuendum, quod juris naturalis principium eſt univerſale, & immutabile; ut jam *dixi quæſtion.* 5. *Rubrica hoc titul. infra in cap. fin de conſuetudine*, ſicut & immutabilia ſunt,

ſunt, omniaque neceſſario ex hoc principio ſequuntur atque ita nulla lex unquam ferri potuerit nec poſſit quæ injuſta, ſit, & ideo contraria dicto priucipio juris naturalis.

16 Tamen quoad particulares actus, & leges ſpeciales conſtare aliquam legem olim Reipublicæ congruam, & juſtam modo non convenire communitati; & ideo injuſtam eſſe, ac revocari poſſe: nam etſi lex humana, qua ex parte jus habet naturale, ſcilicet ratione vivendum nequeat mutari, tamen quo caſu ratione vivamus oſtendit temporum mutatio, hominum, & morum civilium, oſtendunt eleganter D. Thom 1. 2. *quæſt.* 97. *artic.* 1. Covarruvias ubi ſupra *in dict. cap. alma mater in princ. part.* 2: *numero ſecundo*, in verſiculo *ad tertiam*, & conſtat ex adductis pro noſtra concluſione, & Sotus *dicto libro primo, de juſtitia quæſt.* 7. *artic.* 1. in verſiculo *reſpondere*, ait quod lex humana derivatur à naturali per rationem humauam trahentem genus ad ſpeciem; & quia ratio humana non ſatis omnia proſpicit, fiatque hac ex parte immutabilis, & ex ea parte, quod lex naturalis continet principia univerſalia, quæ abſtrahunt à ſingularibus: tamen quia leges humanæ nituntur fundamentis particularibus, quæ in actionibus contingentibus, & caducis ſita ſunt; quid mirum, ut ex hac parte queat mutari ſæpius, & ſic additum Ariſt. *ethico. dict. cap.* 5 reſpondet quod menſura debet eſſe immutabilia, quatenus fert natura materiæ: tamen menſura mutabilium rerum ſolidiorem non ſufferat perpetuitatem.

17 Ex his etiam reſpondetur ad aliud fundamentum ſolitum deduci ex Nicolai Papæ *dicto diſtinct* 12. dicentis ridiculum eſſe, & ſatis abominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus ſuſcepimus infringi patiamur, quia reſpondet Sotus ſupra verſ. *authoritas* poſt verſic. *ad tertiam*, alia uſque in finem adducens ridiculum eſſe citra cauſam urgentiſſimam Patrum ſanctiones infringere, ſecus dum cauſa adeſt legitima.

18 Unde infero non ob quamcumque cauſam, nec omnibus licere legem humanam mutare, etiamſi aliquid boni ſecum afferat, niſi quando bonum ſit ita magnum, ut cum illo damna recompenſetur, quæ ex mutatione ſolent crebrius oriri. Etenim ut poſt D. Thom. *dict. quæſt* 97. *art.* 2. omnes docent, addit Sotus *dict. art.* 1. *quæſt.* 7. quod mutatio ſuapte iugenio per ſe ipſam detrimentum affert.

19 Quia cum conſuetudo ſervandæ legis fuerit quodam pacto in naturam vera, & conſuetudo altera uatura dicatur, ſequitur ut mutatio ipſa legis, ſi naturæ mutatio, quo fieri ait, ut quæ contra conſuetudinem fiunt etiam dum gravia levia ſunt exiſtimentur, atque ob eandem cauſam veneranda legis canitiea amore retinendo humanos animos, ea extincta, quid invidiæ ſecum trahere.

20 Ob idque benè Ulpianus *in leg.* 2. *ff. de conſtitut. Princip.* dixit ut in rebus novis conſtituendis, debeat eſſe evideus utilitas, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt. Tamen ut ipſe proſequitur in mutatione legis, debet eſſe magna maturitas juxta convenientiam Reipublicæ modo dicto, ut conſiderat etiam Covarruvias *ſupra in dicto cap. alma num.* 3. ex Ariſt. *lib.* 5. *ethicor. cap.* 7. dicente *ſimili modo non naturalia, ſed humana jura, non eadem ubique ſunt.*

21 Nam nec Reſpublica apud omnes eadem eſt, ſed una tautùm; ubique ea eſt, ſecundùm naturam, quæ optima eſt id eſt quæ uaturali ratione ad communem utilitatem regitur: qua tamen ratione perpenſa (ex Michaële Epheſio Ariſtotelem optimè explanante) Covarruvias addit quod non eadem conveniunt omnibus Reipublicis.

22 Ex quibus concludendum eſt, quod cum variè in diverſis Reipublicis totius orbis ab ipſo condito, legum conditores Condiderint eas in utilitatem cujuslibet; quæ ſi fortè de una ad aliam conſiderantur viſu aliquas cenſeremus dignas, non ſic reſpectu propriæ Reipublicæ, in qua potius cenſeret neceſſarias ad modum, difficulter ad legum mutationem deveniendum eſſe, etſi non uegandum, poſſe mutari, quando ſeſe affert ratio noſtræ aſſertionis.

23 Et licet Sotus *dicto lib.* 1. *de juſtitia dict. q.* 7. *art.* 1. verſ. *cæterum* tractet quæſtionem an legislator, abſque ulla cauſa pro ſuo libito valeat commutare, & iu aliquibus caſibus concludat valere; tamen concludit ex omnium doctrina mutationem fieri poſſe.

24 Verùm ut Covarruvias refert olim non ſine pœna externa contingebat, quia ut docuit olim Zaleucus Lacrenſis Legislator eam legem, tulit ut ſi quis novam legem laturus eſſe eam ad Populum circumpoſito cervici laqueo ferret, ut niſi ob eximiam ejus utilitatem probata foret laqueo tractus ſuffocaretur, & morte periret: ſic etiam refert idem conſtare ex Demoſthene contra Timocratem, & Zerochle apud Stobeum *ſermo* 33. idemque ferre tradere Polybium *lib.* 22. & de Charondæ Thurii lege. Diodorus Siculus *lib.* 12. *Bibliotheca.*

25 Et ut hæc omuia in praxi clareſcant magis adverto breviter ex longè dictis à Soto *dict. lib.* 1. *de juſtitia quæſt* 7. *art.* 1. in verſ. *hæc ergo regula.* & verſ. *in reſponſione*, ne pro quacumque cauſa etiam ſi videatur egregia ratio perſolvendi officia Divina, & alia, quæ ad cultum ſpectant mutetur, cum fieri aliter poſſit abſque detrimento, & ſcandalo, Et quia populus oculus habet immerſos, & affectos animos reprehendit ipſe author diverſitatem breviarii pro diverſitate religionum, deſiderans ut in univerſali Eccleſia unico tantùm uteretur, eiſdemque cæremoniis, & cantu.

26 Et inſuper addit quod etſi legislator penes quem ſumma & poteſtas, legem tolleret ſine cauſa, & factum teneret, hoc eſt nullam deinde haberet vim legis, niſi quatenus vim retiueret juris naturalis, ſeu Divini. Tametſi lex Reipublicæ conduceret, grave crimen committeret.

27 Videlicet ſi Papa tolleret annuam confeſſionem, maneret jus tantùm Divinum confeſſionis, vel ſi Cæſar abrogaret legem ſuſpendendi fures, maneret ſaltem jus naturale, ut punirentur, firmat, ut res clara quia lex niſi vim habeat coercivam, non eſt lex, & quod hanc vim habet à Principe, vel à Republica.

28 Addit inquam ſecundo quod lex, quam novam conderet, vel inquam alteram mutaret, ſi non eſſet pro communi bono, vel eſſet intollerabilis, non haberet legis vim: nam etſi

quam

quam ipſe abrogaret revera eſſe abrogata, ſed
non tantùm legislatorem poſſe in legum latio-
ne, ut quam ipſe tulerit, ſtatim ſit firma, & vali-
da niſi juſta fuerit firmans hæc omnia, tam de
ſæculari, quàm Eccleſiaſtica poteſtate proce-
dere.

29 Addens aliud ſingulare de Eccleſiaſtica, nem-
pe quod nec Papa, concilium in his legum
poſitione, & mutatione, quæ familiæ Chriſtia-
næ neceſſariæ ſunt utpote quod Spiritu ſancto
reguntur, errare non potuerunt, juxta quæ ad-
duxi *in fine cap. 2 de ſumma Trinitate, & fide Ca-
tholica*; nunquam ſcilicet permittatur Divinitus
Papa aut Cunctas leges jejuniorum tollere, aut
legem confeſſionis in decennium protelare,
quia impedimento quam maxime hujuſmodi
leges Reipublicæ referunt, nec rurſus præcipe-
re permittatur, ut eum primùm quiſquis con-
ſcius ſibi fuerunt mortalis culpæ ad aures ſacer-
dotis confeſſurus advolet, quia lex eſſet intol-
lerabilis; ita ſolus.

30 Ad ſecundam quæſtionis partem, ao ceſſante
legis cauſa in particulari, ceſſat ejus obligatio
reſpectu talis. Ut reſpondeas, leges quæ ſcripſi
in c. cum ceſſante 60. de appellationibus q. 1 à n. 1.
& ex verſ. *ad ſecundam*, ubi dix alia, quæ hîc
poſſunt adjici doctrinaliter, nunc verò video In-
terpretes laborare admodum in ſedanda hac diſ-
ficultate; etenim ſunt multi aſſercntes, quod ut
obligatio legis ceſſet; requiratur ut ejus ratio, &
finis adæquatus, ceſſet in communi, & univer-
ſaliter, nec ſufficere, ut ceſſet in caſu particulari,
quia lex conditur propter bonum commune, &
ſic quamvis ceſſet in caſu particulari, retineat
31 adhuc obligandi vim. † Et confirmatur, quia ut
dixi ſupra hac quæſtione, & Rubrica lex fer-
tur propter bonum commune, & publicum, ſed
ad bonum publicum ſpectat, tandiu legem ſer-
vari quandiu illa abſque peccato, vel gravi in-
commodo, aut alterius fortioris legis præjudi-
cio ſervari poteſt; ergo ſervanda eſt cum lex om-
nis ſit medium ad publicum bonum promoven-
dum, conſervandumve.

32 Et confirmatur quia certum eſt poſſe legisla-
torem ſubditos obligare ad legem ſervandam,
etiam quando in caſu particulari ceſſat ratio le-
gis modo non ceſſet in univerſum ejus ratio, ſed
præſumendum eſt velle eo ſic obligare, quando
etiam ceſſat in particulari, modo non ceſſet cau-
ſa in communi, ergo.

33 Et conſtat major quia legislator poteſt ad
omne id ſubditos obligare prudenter faciens
ad bonum commune promovendum; ergo
cum ejus officium ſit per leges bonum com-
mune promovere, præſumi debet, ut quid-
quid ſuis legibus facit ad illud promoven-
dum, ſic a legislatore intendi; ergo dicen-
dum eſt, ut quandiu lex per ſubſtractionem
totius cauſæ univerſaliter non ceſſat, præſtet pu-
blico bono ejus obſervatio, tum ut cives per
obſervantiam aſſueſcant leges magis æſtima-
re, ac venerari, & ſuperioribus facilius obe-
dire.

34 Tum ut ne facilè occaſionem arripiant tranſ-
grediendi leges præceptu, quod catum caus à in
caſu particulari, ceſſet.

35 Tum denique quia cum omnis lex verſatur
circa aliquem actum virtutis, expedit bono pu-
blico, ut cives frequenter circa tales actus ſe
exerceant, cum legis finis ſit bonos efficere cives;

Hanc ſententiam docent Suarez *de legibus* 36
lib. 1. cap. 5. & lib. 3. cap. 23. lib. 5. cap. 25. Salas
*de legib. tract. 14. diſput. 10. ſect. 4. num. 19. diſp. 5.
ſect. 7. num. 14. & tract.* de cenſ. *dub. 8 num. 16.*
Anguianus *de legibus lib. 1. cont. 3.* Pontius *de
matrim. lib. 5. cap 5. num. 7. & 8.* Vaſquez *in p. 2.
tom. 2. diſp. 163. cap 3. num. 19. & opuſculo de reſt.
cap 2. §. 2. dubio 14. n. 5.* Molina *de juſtitia tom. 1.
diſp. 8 ad 3. argum. 2. ſententia*, Reginald. *tom. 1.
lib. 13. cap. 18 quæſt. 3. num. 180.* Sanchez *in ſum-
ma tom. 1. lib. 4. cap. 15. n. 37. & de matrim. tom. 1.
lib. 3. diſp. 3. num. 5. & 9.* Rebellus *de obligat. inſt.
p. 2. lib. 1. quæſt. 13. num. 7.* Conink *de ſacramentis
diſp. 7. dubio 9. num. 86. & diſp. 14. dub. 14 n. 144.*
Becanus *in ſumma Theolog. part. 2. tract. 3. cap. 6.
concluſ. 4. n. 5. in fine*, Villalobos *in ſumma tom. 1.
tract. 2. dub 36. n 6.* Miranda *in manuali prælato-
rum 2 p. q. 25. art. 23. concl. 2.* Sotus *de juſtitia, &
jure lib. 1. q. 6. art. 2.* Lorca *in p. 2. tom. 2. diſp. 26.
de legibus*, Aragon. *in 2. 2. quæſt. 62. art. 4. de do-
minio*, Medina *in part. 2. quæſt. 98. art. 6.* Salonius
*in 2. 2 tom. 1. quæſt. 5 art. 4 concl. 5. ad 1. argum. de
dominio*, Layman *in Theologia morali lib. 1. tract. 4.
c. 21. num. 3.* Bonacina *de legibus diſp. 10. quæſt. 2.
puncto 8. §. incidens n. 13 & de reſtitutione diſp. 3.
quæſt. 1. puncto 3. num. 2* Naldus *in ſumma* verbo
lex num. 3. idem Vaſilius Pontius *de impedim.
matrim. caſu 31. q. 2 & 5.* Pitigianus *in 4. ſentent.
tom 2. diſp. 15. quæſt 2. art. 3.* Fortel. *in addition.
ad dubia regularia* verbo *lex numer.* Vega *in ſum.
tom. 2. cap. 23. caſu 13.* Felicianus *de cenſibus to. 2.
lib. 1. cap 8. num. 6.* Sarmiento *ſelectar. interpr. lib.
3. c. 12. num. 8.* Covarr. *in 4. parte decret. c 6. §. 9. n.
8.* Malderus *in p. 2. quæſt 96. art. 5 & 6.* Sayrus *in
clavi Regia lib. 3. cap. 2. dub. 6. & cap. 7. num. 11.*
in fine, *& num. 13.* in fine Pater amicus rationi-
bus jam adductis contra Dianam *tom. 5. de juſti-
tia diſp. 7. ſect. 4. num. 30.* & alii relati à Barboſa
axioma 186. num. 9. per textum in l. in omni, ubi
Bartol. *ff. de adoption. l. quod dictum ff. de pactis.
l. fin. ff. ad Syllanian. l. ſi maritus §. ſcripſi. ff. ad
legem Juliam. de adulter. l. adigere § quamvis ff de
jure patronatus, cap. etſi Chriſtus de jurejur.* cum Pi-
chardo, & aliis.

Quod ceſſante ratione legis negativè, & con- 37
trariè ceſſat lex, & cum Robles quod ratione
finali legis ceſſantes non ceſſat lex, quando tra-
ctatur de lucro captando, ſive quærendo; &
quod una ratione legis ex omnibus ceſſantibus,
non ceſſat legis diſpoſitio, ut latè diſputat An-
guianus *dicta cont. 3.* ſed limitat ex *§. affinitatis.
Inſt. de nuptiis. l. librorum §. 1. ff. de his qui notan-
tur infamia*, ſi plures ſint rationes legis, quia una
ceſſante, lex non ceſſat, niſi plures cauſæ colle-
ctivè exprimatur in lege, quia una ceſſante, ceſ-
ſat lex, ſic cum Gujurba, Barboſa, Tiraquello,
Deciano, & aliis faciunt infra dicta in fine.

Alii etiam Doctores ex doctrina Scaciæ *tract.* 38
de commerc. §. 1. n. 511. exiſtiment, ut quando lex
ceſſat in ſua generalitate, tunc non ſolum ceſſet
in uno, ſed etiam in omnibus, & tunc reduci
ad non legem, quaſi tunc eſſet correcta ratio le-
gis, & ſic ipſa lex † & ita docent quod ſi in ali- 39
quo particulari caſu ceſſat finis adæquatus, &
totalis, & ratio legis ceſſabit, & ejus obligatio;
quia valet argumentum de toto ad partem, ſed
quando ratio legis ceſſat in totum, ceſſat etiam
lex; ergo quando ratio legis ceſſat in partem;
ceſſabit etiam in partem, ex authoritate legis;
quæ de tota. *ff. de rei vindicatione.*

40 Et confirmatur quia cum ratio legis adæqua-
ta ceſſat in generali, ſeu comparativè reſpectu
omnium perſonarum, ac temporum ceſſat in ge-
nerali obligatio legis, ergo cum ratio adæqua-
ta legis ceſſat in aliquo caſu ſpeciali, ſeu com-
paratione alicujus perſonæ, & temporis, ceſſa-
41 bit obligatio legis in particulari, † quia ita ſe
habet lex in univerſali ad rationem acceptam in
generali, ſicut lex in particulari ad rationem ac-
ceptam in caſu ſpeciali; ſed quando ratio legis
ceſſat comparatione omnium, ceſſat obligatio
legis, reſpectu omnium; ergo quando ceſſat
comparatione unius, ceſſabit obligatio legis
42 comparatione illius. † Et deinde quia lex non
ſolùm obligat omnes in generali, ſed ſingulos
ſo ſpeciali; ergo ſicut deficiente ratione apud
omnes, manent omnes deobligati, ita deficien-
te apud unum, manebit unus deobligatus:
hanc docent, & tenent Navarius *tom.4.comment.
in Rubrica de judiciis num.* 74. Henriquez *lib.* 11.
*c.*17.*n* 2.*in gloſſa litt. O. & lib.*10. *c.* 15. *num.*8.
in gloſſa littera R. Comitolus *in reſponſ. moral.
lib* 7.*quæſt.* 1.*num.* 10. Abbas *quia in inſulis de re-
gular.* Angelus verbo *lex num.* 4. *caſu* 7. Soſa in
Bulla Clem 8 *de largitation. muner. fundam.* 3. Sa,
verbo *lex num.* 1 & verbo *ludus num.* 1. Megala
in 2 *c.* 2.*lib.* 27. *quæſt.* 2. *n.*55. Granatus latè in
2.*p.D.Thom. controverſ.* 7.*tract.*3.*part.*1.*diſp.*15.
ſect. 2 Joannes Caramuel *in comment. ad regul.
S Benedicti. diſp.*5. *num.*50. & ut probabilem ad-
mittit Machadus *de perfecto confeſſario tom.* 1.
*lib.*3.*p.*4.*tract.*4.*docum.*4.*num.*2. & Diana *part.*7.
*tract.*10 *reſ.* 33. ubi licet negativam dicat pro-
babilem, & fortè probabiliorem, hanc ample-
ctitur, ut ſatis probabilem, & antea *p.*1.*tract.* 10.
reſ. 28. dicens nunquam ſe potuiſſe intelligere
diſtinctionem, legem tunc non obligare quando
finis ejus ceſſat in generali, ſecus autem in par-
43 ticulari, † reſpondens fundamentis primæ ſen-
tentiæ, ut licet leges condantur propter bonum
commune, adhuc etiam eas obligare, etiam ſin-
gulos ſubditos in particulari, & in ſingulis ha-
bere eam rationem, propter quam conduntur;
& ſic ut quando in aliquo particulari caſu ceſſat,
44 ceſſet etiam legum obligatio † deducens ex hac
concluſione, & reſolutione pro confeſſariis, &
reſponſoribus caſuum conſcientiæ, quod poſſint
tollere in praxi quotidianos ſcrupulos, difficul-
tates reſolvendo; iterum confirmat *p* 5.*tract.*14.
*miſcel.*2. *reſ.* 96.

45 Ego inquam exiſtimo utramque ſententiam
benè intellectam non eſſe diverſam, ſi conſideres
ea, quæ latè dixi *in c.* 12.*de judiciis ſub q.* 3. ubi
quando dicatur ut lex ceſſet negativè, quando
contrariè, dum ibi egi *de epicheja & legis inter-
pretatione*, & illa, quæ dixi *in d. c. cum ceſſante
q.*1 à.*num.* 1. juxta diſtinctionem, ſeu exemplum,
quod ibi retuli ex Faquio. ex quibus benè hæc
difficultas plenè intelligitur, & ex his, quæ do-
cent Guillelm. Zonius *conſ.* 14. *n.* 12. ubi affir-
mat conſtitutionem non illaqueare trangreſſo-
res, ſi finis non violatur, propter quem facta eſt, ut
viſum eſt, Hurtado de Mendoca 2.2.*to.* 1 *diſp.*64.
46 *ſect.* 3.§.26. † Ubi acutè obſervat Dueñas eſſe le-
gis interpretationes, altera quæ propter fine re-
motum præcipitationes, alioquin de ſe boneſtas,
quæ ſublato ordine ad finem remotum habent
ſpecialem honeſtatem, & ſunt materia virtutis,
ut jejunium, quod habet compeſcere motus tur-
pes, & præcipit abſtinentiam, quæ moderata
eſt per ſe materia temperantiæ, & laudabilis; &
ob id ſi quis abſque periculo turpium motuum
veſceretur contra legem jejunii, adhuc peccaret,
quia manet alius finis proximus legis, nempe
exercitium temperantiæ. Et ob id etiam carentia
periculi Luxuriæ, non excuſat à jejunio, ut po-
teſt confirmari ex doctrina, quam retuli infra *in c.
dilecti de dolo, & contumacia.* In aliis verò legibus,
quæ alium finem non habent, niſi vitare dam-
num ex aliqua actione, cujus omiſſio per ſe non
pertinet ad materiam alicujus virtutis, ut hæc de
non diſputando laico in rebus fidei, ut *in c. inhi-
bemus de hæreticis*, in laico dicto ceſſat, ob quam
poterit diſputare: ſic Diana *d.reſ.*96.*p.*5.*tract.*14.
ut ſupra dixi *in Rub.de fide q.*5.*à n.*1. ex his intel-
liges quæ ſcribit noviſſime Pater Valente *de
concordia juris Pontificii p.* 2. ad titulum noſtrum
*diſp.*3.*ſect.at* 194. dum agit de quæſtione utrum
ceſſet ratio ceſſante lege, vel è contra conſtitutio
intercedat ceſſante ratione.

Ad tertiam quæſtionis partem an legis anti- 47
quæ deciſio tollatur ex clauſula non obſtante,
ut reſpondeas leges quæ dixi infra, *in c. cæterum
de juramento calumniæ q.* 1. dum egi de illa, *an
clauſula non obſtante aliquo operetur, ut operatur
legis antiquæ deciſio*: & ibi dictis addo quæ no-
tabiliter ſcribit Barboſa *de clauſulis* cum multis
ab eo citatis, clauſula *non obſtantibus* 82.*ad* 88.
† qui dum *in d.* 82.*num.*4. dicit quod tollit om- 48
nia, quæ diſpoſitioni, in qua eſt appoſita obſtare
poſſunt, poſteà *à n.* 15. ut quamvis per clauſulam
generalem, ſeu aliam ſimilem non videatur de-
rogatum legi, ſeu conſtitutioni habenti clauſu-
lam derogatoriam, ad futuras tamen ſufficere,
ſi addita fuiſſent verba illa *etiamſi de ipſa*, vel de
ipſis oporteret facere ſpecialem mentionem, li-
cet non ſit nominata in individuo: latè ipſe
clauſula 83. † Et *num.* 16. dicit quod hæc clauſula 49
non facit ut cenſeatur derogatum ſtatuto parti-
culari, non enim præſumi ait Principem voluiſ-
ſe privilegio ſuo hac clauſula munito ſtatuta
tollere civitatis cum Menochio, Moneta, Felino
*in c. nonnulli de reſcript. n.*6.& 23.

Sed an per illam clauſulam *non obſtantibus* 50
conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,
cenſeatur derogatum regulis Cancellariæ. Fla-
minus *de reſignat. beneficiorum lib.* 3. *quæſt.* 7.
num. 176. negativè reſolvit, tractant Selva *de
benef. part* 4 *quæſt* 46.*col.*4. Sarnen. *in proœm. re-
gular. Cancellariæ quæſt.*5.& *quæſt.ultima*, Marta *de
clauſulis.clauſula* 79 *num.*14. Choehier *in proœm.
regular. Cancellariæ num.* 31. & poteris reſpondere
ex his. quæ dixi ſupra *de regulis Cancellariæ*
quam vim habeat *in Rub. noſtra quæſt.* 12. ubi
egi de quæſtione *an regulæ Cancellariæ dicantur
propriè leges.*

Ad quartam quæſtionis partem an jura tranſ- 51
gredi liceat ex cauſa, & reſpondent affirmati-
vè Innocentius *in c.* 1. *hoc tit.* Baldus *in l. etſi
ſeverior. Cod.de infam.* ibi Salicetus, idem Bald.
*in auth. ſed novo jure, C.de ſervis fugitivis, colum.
penult.* Felin. *in dicto.c.* 1. Jaſon *in leg.*1.*C.de præ-
cibus imperat. eſſerend* Decius, *in regula quoties
in principio, ff de regul. juris*, Abbas *in cap. inter
alia de immunitate Eccleſ.* Hypolitus *in l. is, qui
cum telo. ff.ad leg. cornel.de ſicariis num.*73. Joan-
nes Nevican *in ſua ſylva nupt. lib.*5. Matthæus
de Afflictis *in deciſ.Neapol.*391 *num.*10. Boërius
in deciſ. 259. *num.* 7. Catelan. Cotta *memorab.
juris* verbo *decretum majoris*, Gratianus. *regu-
lâ*

la 268. Julius Clarus *in pract. crim. lib.* 5. §. 1.
n. 10. Joannes Matthiencus in ſuo *dialog. p.* 3.
52 *c.* 64. *n.* 5. *&.* 6. † Et confirmatur ex nonnullis,
quæ duo infra *in c. ex litteris hoc tit.* dum ago de
quæſtione *an pœna à jure ſtatuta poſſit ex cauſa*
moderari, & ex nonnullis, quæ dico latè *in c.* 1. *de*
re jud. ubi *de ſententia contra leges, & jus lata.*
53 Ex quo infero primo quod licet Epiſcopus
non poſſit ſtatuere contra jus *Clem. ne Romani*
de electione, melius *in c. quod ſuper his de majorita-*
te, & obedientia, & in c. ut animarum 2. *hoc tit. lib.* 6.
Juxta quæ longè dixi ſupra *in Rubrica q.* 10. *à*
n. 1. Tamen ut ibi latè dixi ex cauſa urgenti, evi-
denti, & neceſſaria, poterit contra jus ſtatuere,
ut præter ibi relatos ſingulariter dixit Baldus
in l. omnes populi ff. de juſtitia, & jure col. 6. *per*
textum in l. hominem ff. mandati, Panormit. *in c.*
dilecti ad finem de appellat. & in c. fin. col. 2. *de con-*
ſuet. & in c. at ſi Clerici §. de adulterio 5. *col. de Ju-*
diciis, ubi exclamat pro Baldi doctrina, & ubi ego
dixi circa finem *de caſibus, in quibus ratione neceſ*
ſitatis diſpenſat Epiſcopus. Jaſon alios referens *in*
d. l. omnes populi n. 31.
54 Infero ſecundo ex eodem Baldo *in Rub. c. qui*
admitti, & ibi Ludovico Romano, & Jaſone *in*
dict. l. omnes populi n. fin. Cataliano Cotta *in me-*
morab juris verbo *armorum offendibilium*, verſ. *&*
notabis, quod etiam ſtatuta jurata ex cauſa poſ
ſunt tranſgredii ad quod applicabis plura, quæ
ſcripſi *in c. pen. de jurejurando.*
55 Tertio infero ad unum ſingulare, & practica-
bile nimis, quod licet ex proceſſu informativo,
non liceat delinquentem torquere: tamen in
atrocioribus benè liceat: ſic Clarus nullum
pro ſe allegans ſupra *in pract crim. lib.* 5. *§.* 1. *n* 10.
docent etiam Matthæus de Afflictis *in deciſione*
Neapol. 391. *num* 10. Gratian. *dicta regula* 268.
in verſ. *ex quo*, idem Latius *regula* 468. *torqueri*
prima limit. & quod licet id aliquando receptum
non ſit ab aliquibus viris gravibus, illi ait pla-
cere eorum opinionem ex prædicta communi
reſolutione, quam etiam tenet Angelus *de male-*
ficiis parte etiam veſtem num. 13. ubi dixi ſe ita
practicaſſe Caſaneus alios referens *in conſuetud.*
Burgundia. Rub. 1. *§.* 6 *gloſſa qui novos excede dix-*
bures n. 14. Bernardus Diez, & ibi Salced. *in ad-*
dition. regula 433.
56 Sed prædicta regula limitatur, ſive declaratur
ut procedat in judicibus ſupremis, & non in
aliis, ut docet idem Bernard. *dict. regul.* 433. ex
Jaſone, qui benè tradit *in l. qui juriſdictioni ff. de*
juriſdictione omnium judicum num. 4. & in § *ex ma-*
leficiis Inſt. de actionib. n. 15. Et aliter ſecundo li-
mitat idem Jaſon *in l. cum ſervus n.* 9. *ff. de condict.*
cauſa data, cauſ. non ſequuta, pluribus funda-
mentis Tiraquellus *de pœnis temper. cauſa* 49.
num. 16. Gratianus ſupra *num.* 1. in fine, qui
num. fin. cum Paulo, Felino, & aliis, dicit quòd
judex ad hoc ut excuſetur, tenetur exprimere in
ſententia cauſam quare leges tranſgreditur, jux-
ta quæ latè dixi *in c.* 1. *de re judicata*, & tenent
Abiles *in capitibus Prætor. cap.* 1. *gloſſa de recha-*
mente num. 9. Matienc. *in leg.* 1. *titul.* 11. *gloſſa* 2.
num. 53. *in fine lib.* 5. *recopil. & pro limit.* 1. faciunt
plura, quæ adduxi ſub *c. dilecti.* 6. *q.* 11. & 12. infra
de judiciis.
57 Hic adjunges quæſtionem, de qua ſupra, an
quando conſtat de lege, & eſt dubium an obli
get in aliquo, liceat facere contra illam ſupra
in Rubrica quæſt 6. verſ. *ad ſecundam*: & an tranſ-
grediens legem ex contemptu peccet mortaliter
ſupra *c.* 1. *q.* 5.
Ad aliud adductum de abrogatione, caſſatio- 58
ne, ſeu derogatione legis ſatis, ſuperque expli-
catum relinquitur in verſ. *ad primam* hujus
quæſtionis, ubi *de mutatione, ſeu variatione, &*
annullatione antiquæ legis; igitur abrogatio in
ſua rigoroſa ſignificatione latina, eſt idem quod
auferre, abradere, caſſare ex toto legem ali-
quam, aut imperium derogare, idem quod ali-
quid legis auferre, ut pote quod obliget in uno,
aut altero caſu, & in alio non item. † Huc per- 59
tinet privilegium, & reſcriptum, quorum offi-
cium eſt aliquid ſpeciale facere, vel ſecundum
jus aut præter jus, aut contra jus, ut infra dico
in Rubrica de reſcriptis, & diſtinguens Sotus *lib.* 1.
de juſtitia q. 7. *art.* 3. verſ. *quo hæc autem*, Azor.
lib 5. *inſtit. moral. c.* 15. ſtatim in princ. Thomas
Sanchez *lib* 8. *de matrim. diſp.* 1. *n.* 1. & omnes
per textum *in l. derogatur n.* 102. *ff. de verb. ſignif.* † 60
Dicentes quod abrogatio, & derogatio differunt
in eoa, quod abrogatio eſt legis jam obligantis
ſubditos omnino à legislatore, caſſatio, deroga-
tio, quæ tantum ex parte legem tollit.
Irritare vero legem, ſit impedire legem, & 61
caſſare, ne robur obligandi conſequatur, ut ſi le-
gem à civibus conſtitutam Principis confirma-
tione indigentem, ut obliget, Princeps minimè
confirmet, ſed caſſet: ſic citati, & alii, ex quo
jam vides qualiter irritatio differat ab abroga-
tione, & derogatione legis, & applicabis non-
nulla, quæ adduxi *in Rubrica* ſub *quæſt.* 15. *&* 16.
& alia, quæ ibi adduxi *de ſtatutis populi, & civi-*
tatis, quæ ad obligandum, regia confirmatione
egent.
Ad quintam quæſtionis partem an Epiſcopus 62
poſſit transferre feſtum alicujus ſancti in alium
diem, ſeu aliquam vigiliam; & licet accerrimè
Pater Gobat *in theſauro indulgentiar. part.* 2. *q.* 17.
c 7. *num.* 331. referens exempla, ut queant Epiſ-
copi ſic transferre, eo quod Epiſcopus poſſit
circa ſuos ſubditos quidquid poteſt Papa in
univerſali Eccleſia, niſi ipſi ſit ſpecialiter pro-
hibitum, ut ex communi Canoniſtarum docet
Sanchez, *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 61. cum multis
ab eo relatis; pro quo videntur facere quæ ad-
duxi *in cap. at ſi Clerici* circa finem de nonnullis
diſpenſationibus Epiſcoporum; non enim in
caſu hoc videntur Epiſcopi auferre feſtum
diem, ſed tantùm illum transferre in aliam diem
diſtinguendo, ſeu qualificando, ut advertit Ale-
xander *conſ.* 106. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. † Tamen 63
dicendum eſt id non poſſe, quia cum in lege ipſa
non tantum ſit feſtum, aut vigilia, ſed etiam
dies, in qua quotannis debet ſervari, ſequitur ut
ſi Epiſcopus poſſit transferre feſtum, quod ſal-
tim legi derogaret in una parte, quod ſibi non
licet, quia cum feſta, & vigiliæ pro ſanctis ſint à
Pontifice inſtituta, non poteſt Epiſcopus circa il-
la aliquid diſponere, cum ſit inferior, & nullam
habeat poteſtatem circa id, quod ſuperior de-
terminavit ex textu *in l. formam C. de officio Præf.*
Prætor. c. cum inferior de majoritate, & obed. Clem.
ne romani de electione, gloſſa verbo *figura in c fin.*
de hæret. lib. 6. *gloſſa.* verbo *mandamus in Clement.*
ſæpe de verb. ſignif.
Etenim inferiori non licet contra factum ſu- 64
perioris, etiam diſpenſando venire *l. pen. §. penul-*
timo ff de aqua pluvia: argum. legis ille à quo § tem-
peſtivum ff. ad Trebell. l. nam & Magiſtratus, ff. de

arbitris e. literas de reſtit ſpoliator. cap ſuper eo de uſuris, c ut noſtrum de appellat. Surdus *conſ.* 558. *num.* 2.

65 Sic docent Barboſa, quem refert idem Gobat teſtatus à congregatione eſſe vetitum, ne feſta aliter transferantur, quam permittant Rubricæ, & Gavant. *p.* 4. *tit.* 9. *num.* 24. mirantur de quodam Epiſcopo Italo, qui auſus fuit feſtum Annuntationis Deiparæ, quod tunc anno 1622. ceciderat in diem Paraſceves, etiam quo ad forum transferre, cum & hæc mutatio feſti univerſalis, excedat facultatem Epiſcopi· & ea mutatio Romæ, Laureti, aliiſque locis facta non eſſet. Et in terminis docent Leandrus *de præceptis Eccleſiæ tract.* 5. *diſp.* 10 *q.* 42. impugnans tranſlationem vigiliæ ſancti Mathiæ, quando incidit in feriam tertiam poſt quinquageſimam, contra ipſum Gabat, Paſqualigum *deciſ.* 180. *num.* 2. Homobonum *col.* 1. *conſil moral. pr.* 5. *p.* 2. *reſponſo* 67. & Eminentiſſimus Cardinal. Lugo, ut refert Diana *p.* 10. *tract.* 16. *reſ* 7. legendus fuit in voto annis præteritis ſanctiſſimi D N. Innocent. 10. non debuiſſe dictam vigiliam transferre in alium
66 diem. † Et pro hac noſtra opinione, non obſtante tranſlatione feſti S. Michaëlis Archangeli, quæ ſolet fieri in locis à Croniano vicinis, in Dominicam diem, ſeu alteram ſeptimanam, ne ceptâ vindemia impediatur; & quod quidam Vicarius Generalis anno 1636. feſtum S S. Philippi, & Jacobi, quod tunc occurrebat cum feſto Aſcenſionis ſuo decreto diſtulerit in feriam ſecundam proximè ſequentem. Sed cum has translationes nunquam audimus alibi factas, & revera ſint contra juridicam diſpoſitionem, ſequitur non permitti, ut ab Epiſcopis fiant in ſus Diæceſibus; etſi Gobat teſtetur uſu receptum in quibuſdam Epiſcopatibus Germaniæ vigiliam ſancti Mathæi transferre in Sabbatum antecedentem, quando occurrit in feria tertia, vulgò *dia de carnes tollendas* poſt quinquageſimam; ſic Diana, & facit doctrina Suarez *lib.* 6. *de legibus c.* 14. *à n.* 6.

67 Nec obſtat *textus in c. conſilium de obſervatione jejunii*, vbi propter occurrentiam alicujus feſti ab Eccleſia inſtituti permittit, addit, præcipit, quod jejunium in illa incidens transferatur nec quod Leo X. & Urban. VIII. inſtituiſſent translationem vigiliæ ſancti Joannis Baptiſtæ incidentis in feſtum corporis Chriſti, anticipendo illam in feria quarta antecedentis diei, quia hæc ſunt ſic facta Pontificia authoritate; ob quam cauſam uſus Eccleſiæ rectus eſt, dum videmus ſæpius quotannis vigilias ſanctorum, ſeu feſtorum incidentium in feria ſecunda jejunari univerſaliter in die Sabbati antecedenti, ne dies Dominica jejunetur.

68 Ad ultimum de epicheja, ſeu legis interpretatione, ut abundè reſpondeas adjunges hîc quæ adduxi latè *in c. cum. veniſſent* 12. *de judiciis à q.* 1. & in terminis *q.* 3. & ibi latè explicui, an inferior queat legem dubiam ſuperioris declarare: aliquid infra *in c. ſi quando de reſcriptis.*

AD TEXTUM IN capite nam concupiſcentiam IV.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Lex quæ uno malorum probibito, cætera exinde orientia prohibet, bona eſt,* & n. 2.
Probibitum omne à lege peccatum eſt, & omne illud, quod inde ſequitur d. n. 1. *explicatur late* q. 1. infra à n. 37.
3 *Legiſlator non debet premulgare legem punientem omnia crimina; non enim omne illicitum punitur, ſed idem tantùm, quod lex ſtatuit eſſe delictum.*
4 *Permiſſio inter legis virtutes connumeratur.*

HOc textu talis communis, concluſio deducitur, quod omne prohibitum à lege 1
peccatum eſt, & omne illud, quod ſequitur, id eſt lex, quæ uno malorum prohibito, cætera ex inde orientia prohibet, bona eſt, quod deſumitur ex D. Auguſtino *ſuper epiſtolam ad Rom. c.* 7. & refertur ab Antonio Auguſtino *collect.* 1. *decretal. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 7. & deducunt antiqui, & Moderni Doctores. † Ex 2
quo fit quod ut plenè agas, debeas hîc repetere alias, quæ adduxi ſupra *in cap.* 1. *q.* 2. 3. & 4. ubi qualiter lex ſub peccato prohibeat, ſive mandet, item quæ adduxi *in Rubrica ſub quæſt* 2. ubi *an lex bumana poſſit præcipere, quod præceptum non eſt lege naturali, aut Divina.* Et quas conditiones debeat habere lex bumana, ut ſit bona; & ibi *q.* 6. ubi an peccet frangens legem acceptatam.

Et in verſ. ibi *omnia*, quatenus notant Doc- 3
tores quod legislator non debet legem promulgare punientem omnia crimina, ſed quædam ſub ſilentio pertranſire, nam multa à legibus, & canonibus permituntur, quæ licet impunè fiant, non tamen carent vitiio, & dedecore, quia non omne illicitum punitur, ſed id tantùm, quod ſtatuti lex eſſe delictum *leg.* 3. *§. non perpetuo* verſ. *Divus, ff. de ſepulchro violato, l. militis, ff. de religioſ. & ſumptib. funer.* & ob id doceant Suarez *de legibus lib.* 1. *cap.* 15. *ex num.* 5. *ad* 12. & *cap.* 15. *num.* 5. & 8. Salas *eodem tract. diſp.* 3. *ſect.* 4. *num.* 15. Vaſquez 12. *q.* 92. *art.* 2. *n.* 9.

Et inter præcipuas legis virtutes connume- 4
retur permiſſio, ex *c. omnis diſt.* 3. *cum vulgatis*; ideo pro ambitione repetes hîc, quæ jam dixi ſupra *in Rubrica quæſt.* 16. *à num* 8. ubi egi *an lex bumana, poſſit eligere minus malum, ut majus evitet*, ubi egi *de lege permittente, & non omnia vetante mala, & in cap. inter opera de ſponſalibus.*

Et

Et quatenus etiam notant Navarrus *in cap. negotium à n. 7. de pœnit. diſt.* 5. Zenedus *ad decretales collect* 2 *num.* 2. quod præcepti tranſgreſſio eſt peccatum mortale, ut poſt Azorium, & Molinam ſcribunt Sanchez *in præcepta decalogi lib* 1. *c.* 1 *à n.* 4. Barboſa hic *n.* 4. idò iterum repetes *n.* 1. annotata ex *dictis c.* 1. *& ſub Rub. de peccato, in quod incurrunt legem frangentes*, & ſupra *cap. tranſlato* ſub verſ. *ad quartam, an jura tranſgredi liceat.*

QUÆSTIO I.

Cupiditas an ſit omnium malorum radix? quid de concupiſcentia: an peccans, ſeu delinquens naturaliter legi obligetur: & an uno prohibito, prohibeantur omnia, quæ ſubſequuntur ex illo?

SUMMARIUM.

1 *Concupiſcentia eſt vitium generale, unde omnia mala oriuntur: ſed num ſic dicatur de luxurioſo lapſu carnis*, n. 2. *ubi quod ſumitur pro cupiditate.*

3 *Cupiditas tripliciter ſumitur, quandoque pro avaritia; item pro ut eſt genus omnium peccatorum, quandoque amoris inordinati ad concupiſcendum bona temporalia inordinatè.*

4 *Avaritia dicitur radix omnium malorum.*

5 *Cupiditas non adaptatur ad concupiſcentiam, quatenus eſt lapſus carnis luxurioſus.*

6 *Concupiſcentia dicitur à concupiſco, & quod ſit appetitus delectabilis ſenſitivè, & ſubjectivè, & tam rei bonæ, quàm malæ*, num. 10.

7 *Peccatum non Poteſt eſſe, niſi voluntarium; & quod ſit voluntas retinendi, & conſequendi, quod Juſtitia vetat, & unde liberum eſt abſtinere.*

Peccati pœna appellatur vitium illud noſtræ naturæ per peccatum primi Parentis corruptæ, & ſolutæ à Juſtitia originali, dict. num. 7.

8 *Concupiſcentia eſt vitium carnis, quæ pœna dicitur, ut eſt originalis peccati, cum ſoluta originalis Juſtitiæ armonia.*

Concupiſcentia, ſeu lex peccati in membris noſtris dominans effrenes efficit vires, ſenſitivas, & hoc per tropum, n. 10.

Legem dicit Paulus ad Roman. capit. 7. aliam eſſe in membris repugnantem menti ſuæ, & captivantem eum in lege peccati, &c. *d. num.* 8.

9 *Peccatum nullum eſt in ſenſualitate ſine conſenſu voluntatis.*

10 *Matth cap.* 5. *prohibet concupiſcentiam viſa mulieris, ex quo homo luxurioſus dici ſolet.*

Concupiſco *verbum, non ſemper accipitur in malam partem, ibi* d. n. 10.

11 *Precepto* non concupiſces *non prohibetur carnis concupiſcentia, quæ in omnibus hominibus, etiam poſt baptiſmum manet, abſque eo, quod culpa ſit, ſed interior voluntas, affectus, & conſenſus ſuccumbens carnis concupiſcentiæ, qui verè peccatum eſt, & ad culpam pertinet.*

12 *Paulus ad Roman.* c. 6. *ibi*: nam regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiæ ejus, &c.

13 *Peccatum originale poſt Baptiſmum legitimè ſuſceptum in totum tollitur contra Lutherum ex Concilio Trid. & n.* 14.

14 *Concupiſcentia manet Baptizatis in Chriſto ad agonem, & certamen, atque ut eis exercitium ſit vincentibus ad coronam, quæ dicitur fomes peccati, qui relinquitur in renatos poſt Baptiſmum ad agonem, & pugnam, &c.* n. 15. *&* 16.

15 *Concupiſcentia, & fomes non remittitur in Baptiſmo. quæ alias vocatur à Covarruv. pœna peccati, ut* n. 14. *& ex D. Auguſtino, &* n. 16.

16 *Trid.* can. 5. ſeſſ. 5. & cap. per Baptiſmum de conſecrat. diſt. 4.

17 *Delinquens, & peccans, qualiter dicatur, ut naturaliter legi, & ejus pœnæ obligetur? latè* n. ſeqq. uſque ad finem.

18 *Delinquentes, quo in ſenſu dicantur legi conſentire?*

L. 1. §. denique *verb* honorari *ibi* eos qui virtutis. &c. ff. de poſtulando.

19 *Delinquens in legem, qualiter dicatur conſentire, & pœnam legis ignorantam, numeris ſequentibus uſque ad finem.*

20 *Delinquentis animo alienum dicitur in legis pœnam conſentire.*

21 *Obligatio contracta ex delicto naturalis eſt, quæ non inconvenit, ut oriatur abſque conſenſu*, n. 22.

23 *Obligatio in delictis, quare dicatur naturalis?* & num. 24. *Et quare, ut non oriatur ex conſenſu*, n 25.

26 *Membrorum ſuorum nullus dicitur Dominus.*

27 *Delinquens, et ſi pœnæ corporali non conſentiat in ipſo delinquendi actu; vult tamen delinquere: & ſe pœnæ ſubdere*, n. 28.

28 *Cicero* lib. 1. de finibus, *de his debilitati objecta ſpecie tradunt ſi libidinibus ibi*, Sæpè legum, judiciorumque pœnis obligantur.

19 *Pœnæ legali ignorans, num ſubjiciatur?* n. 30. 31. 32. *&* 33. *cum aliis*, & n. 36.

30 Cap. ut animarum hoc tit. de conſtit. lib. 6. n. 32. & 33. *cum aliis.*

34 Cap. 1. 15. q. 1. n. 35. & 36.

35 *Pœna peccati originalis nobis hæreditarii, quandoque dicitur peccatum.*

37 *Prohibito uno, prohibentur & omnia, quæ ſequuntur ex illo ſuppoſito, & per quæ pervenitur ad illud, in his ſcilicet per neceſſario pervenitur ad rem prohibitam, non ſi contingenter* n. 38. *&* 39.

40 *Prohibitum una via, non cenſetur alia permiſſum, & prohibitum directo, non poteſt fieri per indirectum*, n. 41.

42 *Prohibitum uni, aliis cenſetur conſenſum.*

43 *Prohibitum ad tempus poſt tempus videtur permiſſum, & è contra* n. 44. & 47.

45 *Prohibitum, quod non invenitur per legem, permiſſum cenſetur, nec debet ſuperſtitioſis præſumptionibus præſumi prohibitum*, num. 46.

37 *Permiſſum poſt tempus ante illud cenſetur prohibitum.*

48 *Permiſſum cenſetur omne, per quod pervenitur ad actum permiſſa actu.*

1 AD primam quæſtionis partem, quam benè expendit gloſſa hic in verbo *oriuntur*, etiam deducent à contextura, & littera, quatenus dicendo Pontifex in principio *nam concupiſcentiam neſciebam*, &c. ſtatim proſequens; hoc enim elegit Apoſtolus generale, unde omnia mala oriuntur, nam ut gloſſa exponit hîc verſ. *generale*, vitium concupiſcen-
2 tiæ eſt generale ad omnia mala. † Etenim ſi expoοas verbum *concupiſcentiam* de lapſu carnis luxurioſo, fortè poteris negare, ut ea ſi radix omnium malorum, nec cupiditati appropriari, quia ſi attendimus ad decretum Gratiani 43. *diſt.* dum ait opportere, ut Epiſcopus cupidus non ſit, quia ſic facilà à juſto deviaret.

3 Etſi ſecundùm quoſdam tripliciter cupiditas dici ſoleat, quandoque pro avaritia, ſecundùm quod eſt amor inordinatus habendi divitias. Quandoque prout eſt genus omnium peccatorum, ſecundùm quod importat in ordinatum appetitum rei temporalis, ſicut includitur in omni peccato. quatenus & converſio ad bonum commutabile; ſed ſic non eſt radix, ſed genus omnium peccatorum. Aliquando verò, ut dicatur quædam inordinatio animi ad concupiſcendum bona temporalia inordinatè. Et quod hæc ſit habitualis poſſeſſio, ſeu pronitas ad paſſionem ex originali peccato relicta, & non peccatum in actu, ſed radix omnium peccatorum.

4 Etenim avaritia dicitur radix omnium malorum, & D. Ambroſ. *ſuper Eccleſiaſt. c* 10. ibi *pecunia obediunt omnia* exponens ait avaritiam, quia omnia mala poteſt admittere; ideò radicem omniom malorum eſſe, cui accinit D. Petr. Chryſolog. 16 2. dum ait *avaritia fratres, ſicut dicit Apoſtolus, radix eſt omnium malorum, quæ cum radicari ceperit in corde, ſic morum diſſipat ornamenta ſicut arbor noxia feralibus radicibus noxa ſolvit & diſſipat monumenta majorum*, pluribus exornat Barboſa *in paſtorali p.* 1. *tit.* 2. *gloſſa* 15 *à n.* 1. ex ſancto Aſterio *homilia adverſus avaritiam*, S. Baſil. *homilia*, quæ eſt 21. *ex* 29. & ex D. Aug *ſerm.* 5. *de verbis Domini c.* 9. & ex D. Ambroſio 2. *officior. c.* 25. *& in Apoſtol. locum* 1. *ad Thim.* 6. verſ. *tertio*, & D. Joanne Chryſoſt. Valeriano, & Seneca.

5 En quod cupiditas non adaptatur ad concupiſcentiam, quatenus eſt carnis lapſus luxurioſus; nec ex ſequentibus, quibus cupiditas, avaritia appallatur. Nam ſi attendamus, & ad ſcripturam, dum ait *poſt concupiſcentias tuas non eas* exponit S. Leo *Epiſt.* 51. relatus *in cap. virum* 47. *diſt.* dum loquitur de Sacerdote, cui opportet nullo errore implicari, nec cupiditate violari, reddit rationem, quia mens potentiæ avida, nec abſtinere novit à vitiis, nec gaudere conceſſis, nec pietati adhibere conſenſum. Et S. Gregor *lib* 7. *Epiſtol.* 110. relatus *in cap. bonorum* 47. *diſt.* ait *bonorum Auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quæ omnium malorum radix eſt, abſcindamus.*

6 Unde cum Barboſa hic *num.* 2. afferat ex D. Thom. & aliis ut tradit Didacus Perez *in. leg.* 1. *gloſſa* verbo *Cobditia tit.* 2 *lib.* 8. *ordinam. pag.* 37. concupiſcentiam dici à concupiſco, & quo ſit appetitus delectabilis ſenſitivè, & ſubjectivè in appetitu ſenſitivo, ac omnium malorum radix, neceſſum eſt, ut altius, hoc eſt à recondita origine, quid ſit concupiſcentia, noſcamus, quæ ex dictis cupiditati jactatur. 7 † Et ſic oportet ex Augustino *in c.* 1. *cauſa* 15. *quæſt.* 1. cum dixiſſe peccatum non poſſe, eſſe, niſi voluntarium; & quod ſit voluntas retinendi, vel conſequendi, quod Juſtitia vetat, & unde liberum eſt abſtinere, addens de peccati pœna, & exponendo Covarr. *in cap. alma mater de ſent. excommunic. p.* 1. *§.* 10. *ſub. n.* 11. latè pœnam peccati ibi appellat, & intelligat vitium illud noſtræ naturæ per peccatum primi parentis corruptæ & ſolutæ à Juſtitia illa origioali quam primus homo in ſua creatione ſortitus erat.

Dicens ut hoc vitium carnia eſt concupiſcentia, 8 quæ pœna dicitur, ut eſt originalia peccati, nam ſoluta originalia Juſtitiæ harmonia, concupiſcentia, ſeu lex peccati in membris noſtris dominans effrenes, efficit vires ſenſitivas, ut jam ſenſus, & cogitatio hominis prona ſint ad malum ab adoleſcentia ſua, caroque concupiſcat adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem inveniatque homo aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ teſte Paul. qui *ad Romanos c* 7. inquit *video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.* † Etenim ut docet R. Franc. Arauxo. 1. 2. 9 *D Thom. q* 74. *art.* 2. *dub.* 3. *n.* 31. *pag.* 364. nullum eſt peccatum in ſenſualitate ſine conſenſu voluntatis.

Et Licet Matth. *cap.* 5. prohibeatur concupi- 10 ſcentia viſæ mulieris, quo homo luxurioſus vulgò dici ſolet, ut concupiſcat: tamen etſi revera concupiſcentia carnis, ſit pœna originalis peccati, ea verò ſic dicitur per tropum, & figuram peccatum: nam ſi ad proprietatem verbi attendas colliges ex authoribus linguæ Latinæ quod concupiſcentia nihil aliud eſt, quàm appetitus, & deſiderium, tam rei bonæ quam malæ. Etenim ut notat Valla verbum *concupiſco*, non ſemper accipitur in malam partem.

Nec per illud præceptum *non concupiſces*, pro- 11 hibita eſt carnis concupiſcentia, quæ in omnibus hominibus, etiam poſt Baptiſmum manet abſque eo quòd culpa ſit, & ejus imputetur in peccatum, ſed prohibetur interior voluntas, affectus, & conſenſus ſuccumbens carnis concupiſcentiæ, qui verè peccatum eſt, & verè ad culpam pertinet. † Nec itemm obſtat Paulus *ad* 12 *Romanos c.* 6. ibi *non regnet peccatum in veſtri mortali corpore, ut obediatis concupiſcentiæ ejus, nec exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato*; quia etſi Paulus præcipiat quod non regnet concupiſcentia, & ſic peccatum, & quod illi non obediamur, ſed non præcipit, ut non inhabitet peccatum in nobis: nam & ipſe *in dicta quæſtione ſeptima*, ſubjunxit *ſcio enim quod non inhabitat in me*; id eſt in carne mea bonum: ita Covarruv. *ſupra* ex Diu. Auguſtino multis in locis.

Et licet Lutherus dixerit poſt Baptiſmum le- 13 gitimè ſuſceptum, & ejus ſequaces eſſe veram culpam, morteque æterna dignam carnis illam concupiſcentiam, quæ & in Sanctis viris in quocumque vitiorum genere conflictatur cum ratione tamen Joannes Roſen. *in art.* 2. Joannes

Bunde

Bunderius *in compendio concertationum tit.* 1. *art.* 6. *& ſequentibus*, Alphonſus a Caſtro *de hæreſibus* verb. *præceptum* Dominicus à Soto *de natura*, *& gratia lib* 1. *cap.* 11. *& ſequentibus*, *& ſuper Epiſtol. Paul. ad Roman. dicto c.* 6. *&* 7. probant multis authoritatibus contra Lutherum poſt Baptiſmum legitimè ſuſceptum in totum tolli originale peccatum; ita ut in renato nullum remaneat contagii origioalis malum, quod veram habeat rationem culpæ; imo & Synodus Trid. *ſeſſ.* 5. *can.* 5. verbis ſequentibus ſic expendit, & damnat præfatum lutheranorum dogma, *ſi quis per Jeſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur reatum originalis peccati remitti negat aut etiam aſſerit non tolli totum id, quod veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud dici tantùm radi, aut non imputari, Anathema ſit. In renatis enim nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis iis, qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem, qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed veterem hominem exeuntes, & novum qui ſecundùm Deum creatus eſt induentes innocentes immaculati puri innoxii, ac Deo dilecti effecti ſunt hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ita ut nihil prorſus eos ab ingreſſu Cœli remoretur* (manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem) *hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit quæ cum ad agonem relicta; ſit nocere non conſentibus, ſed utiliter per Chriſti gratiam repugnantibus, non valet, quinimo, qui legitimè certaverit coronabitur*, (hanc concupiſcentiam quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat) (ad Rom *in d. c.* & 7 & ad Coloſ. *c.* 7.) *ſancta Synodus declarat Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum, ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat; ſi quis autem contrarium ſenſerit Anathema ſit.*

14 Et exponens Covarr. ſupra *ſub dict. §.* 10. *n.* 11. ait quod baptizatis in Chriſto manet concupiſcentia ad agonem, & certamen, atque ut eis exercitium ſit, vincentibuſque ad coronam, & M.P. Franc. de Arauxo, Epiſcop. Segoviens 1. 2. *D. Thom. q.* 74. *art.* 4 *dub.* 4 *n.* 33. *in princ. pag.* 266. concilium definire concupiſcentiam, ſive pravam inclinationem; appetitus ad malum non habere rationem culpæ, ſed appellari peccatum; quia eſt ex peccato ſcilicet originali, & inclinat in peccatum, ſcilicet actuale; & ideò dicitur fomes peccati, qui relinquitur in renatos poſt baptiſmum ad agonem; & pugnam, ut ei reſiſtendo magis mereantur. Videbis Hurtad. *de Sacram Baptiſmi diſp* 4. *dif.* 1. *in fine*, Henriquez *in ſum. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 16 § 2. & § 7. Ægid. Conink. *de Sacram quæſt.* 69. *art.* 3. *n.* 6. Jul Labor. *de indulgent. p.* 2. *c.* 3. *num.* 22. & 23. idem Covarr. dum dicit *per baptiſmum omnino tolli peccati culpam, nec illius maneat culpa reatus; & ſic tollatur peccatum illud originale, quod voluntate primi parentis voluntarium eſt, & nobis omnibus hæreditarium; manere tamen illius peccati pœnam poſt baptiſmum;* ſtatim addit; *& ſic carnis, concupiſcentia, & fomes ille peccati, quæ quidem concupiſcentia peccatum dicitur, modo quodam dicendi, & tropologice, quia, vel facta eſt peccato, cùm carnis concupiſcentia à peccato primi parentis, in pœnam illius proceſſerit, vel quia peccatum ipſa facit, ſi quis voluntate, & conſenſu ei ſuccumbat, verè autem ipſa fomes ipſe carnis concupiſcentia, peccatum non eſt, ut propriè peccatum dicitur culpa, & Dei offenſa, quam voluntas noſtra Dei præceptum tranſgrediendo committit.*

Ecce in quo ſenſu Covarruu. explicat, non remitti baptiſmo pœnam peccati: id eſt concupiſcentiam; & fomitem ad peccatum, ut ex Trid. patet, & ſatis comprobatur ex D. Auguſt. *lib. ad Bonifacium contra duas Epiſtolas Pelagianor. c.* 13. ubi ſic ait *dicunt etiam baptiſma non dare omnem indulgentiam, peccatorum, nec auferre crimina, ſed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quaſi raſorum in capite Capillorum, unde creſcant, reſecanda peccata quis hoc cum Pelagianis, niſi infidelis affirmet ſcilicet dicimus enim baptiſma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina, non radere: nam & iſtam ſimilitudinem comperit ſuæ illos adhibere calumniæ, tanquam hoc nos ſentiamus, atque dicamus. Sed de iſta concupiſcentia carnis falli eos credo, vel fallere, cum qua neceſſe eſt ut etiam baptizatus, & hoc ſi diligentiſſime profuit; & Spiritu Dei agitur, pia mente confligat; ſed hæc etiam ſi vocatur peccatum, non utique, quia peccatum eſt, ſed quia peccato facta eſt, ſic vocatur, ſicut ſcriptum, manus cujuſque dicitur, quod manus eam fecerit. Peccata autem ſunt quæ ſecundùm carnis concupiſcentiam, vel ignorantiam illicitè ſunt, dicuntur, cogitantur, quæ tranſacta etiam reos tenent, ſi non remittantur; & ita ipſa carnis concupiſcentia in baptiſmo ſibi dimittitur, ut quanquam tranſacta ſit à nocentibus, nihil noceat renaſcentibus*, Auguſt. hactenus ut refert Covarr. ita intelligens illud Pauli *ad Rom. dicto c.* 7. *ſi enim quod nolo malum, id ago, jam non ergo operor illud ſed quod habitat in me peccatum juncto alio c.* 6. cujus verba retuli. 15

Ex quibus jam ſatis apparet ut non contraveniatur Concilio Florentino, & Trident. *in dicto cant.* 5. *ſeſſ.* 5. & Auguſtino relato *in cap. per baptiſmum de conſecrat. diſt.* 4. nempe baptiſmo dimitti omnia peccata, non ſolùm quoad culpam, ſed & quoad pœnam, & omne dictum factum, aut cogitatum ex Chriſti inſtitutione. Et ob id Doctores inferant baptizatis non imponi pœnitentiam ſatisfactoriam operum. Nam intelliguntur de baptiſmo remittente ex vi Sacramenti peccata, & pœnas ſatisfactoria eorum, ſed non auferri peccati pœnam provenientem, ut diximus ex concupiſcentia, ſeu fomite ad peccatum, quod eſt aliud. 16

Ad ſecundam quæſtionis partem, an peccans, ſeu delinquens naturaliter, legi obligetur, & excitans celebrem quæſtionem Covarr. *in dict. cap. alma mater p.* 1. *§.* 10 *à num.* 9. an ſit quis puniendus pœna legis communis, ſive municipalis, aut ſtatuti particularis: & multis rationibus affirmans, dum delinquens certus eſt de lege, inſcius tamen de pœna, quia dùm ſit legem naturaliter ei eſt obnoxius, cum teneatur ad pœnam delinquens naturali quadam obligatione; quæ ex conſenſu delinquentis procedit per textum *in l. Imperatores. ff. de jure fiſci*, *l.* 2. *§. beſtias, ff. de poſtulando, authent. de non alienando, §. quia verò* Leonis Bartol. *in leg. ex hoc jure ad finem*, & ibi Jaſon, *ff. de Juſtitia, & jure, textus in l. ultima; Cod. de collat fund. patrimon. lib.* 11. Angel. Paul. & Jaſon. *in l. ſi tibi §. quadam, ff. de pactis*. Quorum omnium ſententia, ut ait Covarr. multa congerens ibi, & à *num.* 10. & 11. eo tendit ut obligatio, quæ ex delictis oritur, naturalis ſit; & conſenſu in legalem pœnam procedet, & quo partim expreſſè, partim tacitè id aſſeverent, ſic 17

ex

ex dictis authoritatibus deducentes, quibus conſenſus in pœnam ſignificatur obligationem ex delictis naturalem eſſe.

18 Et in hunc ſanè modum ex multis videtur amplecti Pichard. legendus *princ.inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur à num.* 3. uſque *ad* 6 *ex dicta leg. Imperatores* ibi *ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti* per legem Regiam 15. *tit.* 13. *p.* 2. & quæ ibi tradit Gregor. *gloſſa* 6. poſt medium uſque in finem, & *in l.* 5. *gloſ.* 4 *tit.* 3. *p.* 4. exiſtimantes quod ibi conſultus probat delinquentes eo ipſo in pœnam conſentire, uti probare videtur Accurſius *in l.* 1. *§ denique* verbo *honorari, ff. de poſtulando.* ut ſic illa verba Ulpianus ibi *eos qui virtutis oſtendendæ cauſa hoc faciunt ſine mercede, non teneri ajunt veteres niſi in arena paſſi ſunt ſe honorari*, *legens pro honorari, honerari*, quaſi cum primum maleficium committunt, ſponte patiantur vel ſe in arenam damnari. Si ergo conſentiant naturaliter ex conſenſu obligantur: unde periculi amatores ab Imperatore dicuntur *in Auth. de non alien. aut permut. rebus Eccleſiæ, § quia vero lenones collat.* 2. ſuaque mente puniri *in fin. Cod. ad leg. Jul. Majeſt. d. l fin Cod. de collat. fund. patrimon. lib.* 11. ſervoſque ex delictis naturaliter obligari, docet textus *in leg.* 14. ubi adnotavit Accurſ. *ff. de his, qui notatur infam.* & hanc opinionem ſic intellectam communem eſſe teſtatur Gomezius *in §. omnium* 1. *col inſt. de action contra gloſſam in §. jus autem. Inſtit. de jure naturali, gentium, civili*, quam tamen Angelus, & alii reprobant.

19 Huc uſque videtur dictum delinquentem in legem eo ipſo conſentire in pœnam legis ignoratam, ſed conſenſus in pœnam legis nequit procedere ab eo, qui ejuſdem pœnæ legalia ignorantiam habet, cum nihil conſenſui magis adverſetur, quam error, *l. per. errorem. ff. de juriſd. omn. jud. leg. error. Cod. de juris, & facti ignorantia;*
20 ergo reſolutio jam dicta, videtur eſſe falſa. † Et confirmatur quia nihil magis alienum eſt ab ipſius delinquentis animo, quam in legis pœnam conſentire, vel inde aliquam obligationem contrahere, cum nec de hoc cogitaverit; imo exiſtimaverit ſe à pœna, vel fuga, vel aliter immunem, & liberum fore, quia D Thomas *in* 4. *ſentent. diſt.* 18. *q.* 2. *art* 5. *ad* 2. *quæſtionem* inquit *pœna principium extra nos eſt, nec requiritur ad pœnam. quod ſit voluntaria; imo magis de ratione pœnæ eſt contra voluntatem eſſe*, & Bartol *in l. ſi tibi § quadam. ff. de pactis*, expreſſim aſſerit nullum adeſſe conſenſum huic obligationi, quæ ex delicto naſcitur; Socinus item *in l. certi conditio in princ. ff ſi certum petatur n.* 2. ſcribit dubium eſſe, quod obligatio naturalis in delictà conſenſu procedat.

21 Ex quibus, & aliis, quæ ex Angelo, Paulo, & Jaſone, refert idem Cavarr. *d. n.* 11. à verſ. *ſed & hoc* exiſtimo dicendum ex communi omnium ſententia definitum obligationem contractam ex delicto naturalem eſſe, ut notant Bart. & Doctores *in d. l. ex hoc jure, & in d. §. quadam*, Bart. *in l.* 1. *ff. de cond. indebiti.* Et quod hæc obligatio minimè procedat à conſenſu delinquentis, ut præter Bartol. & alios, probat optimè Fortun. Garcias *in l legitima. ff. de pactis n.* 19. Covarr. *d.*
22 *n.* 11. verſ. *ex quibus.* † Dicens quod non inconvenit obligationem naturalem oriri abſque conſenſu; cum id multis probetur, & manifeſtum ſit, quod Bartol. *in d. l.* 1. *n.* 10. adducit, & latius *in l. Julian. ff. de condict. indebiti n.* 62. cujus exempla ſint in ſpecie conſideranda.

Sed in delictis obligatio ideo naturalis dici- 23
tur quia æquitas: & Reipublicæ utilitas, quia ratione naturali conſideranda ſunt, dictant puniendà eſſe delicta per leges, quibus jure naturali tenentur obtemperare. † Ergo cum ubi ad- 24
eſt æquitas, & naturalis ratio imbi, & naturalis obligatio jure Conſtituatur, *l. Stichum, §. naturalis, ff. ſoluto matrimonio l. cum amplius, §. is natura debet, ff. de reg. juris*: ſequitur ut benè cum Fortunio inferat Covarr. ut ita ſit intelligenda opinio illa, quæ dictat ex delictis naturalem obligationem oriri.

Et id videtur amplecti Pichard. *in d. princ. In-* 25
ſtit. de obligat. quæ ex malef. naſcuntur à n. 7. dicens quod naturalis obligatio, non ſolùm ex conſenſu oritur, quia eo deficiente, oritur etiam ab eodem æquitate naturali multis juribus comprobans. † Sed quia nullus eſt Dominus ſuo- 26
rum membrorum *ex cap. contingit de ſent excommunic. liber homo. ff. ad leg. Aquil. l.* 10. *tit.* 29. *p.* 7. ſuperiorem doctrinam admittendam tantùm, quando ex delicto pœna civilis, & pecuniaria non corporis afflictiva imponenda eſt; dicunt Bald. & Paul. *in dict. l. ex hoc jure* ibi Jaſon. *n.* 75. *& in §. ſed iſta num.* 110. *de act. inſt.* Matheſil. *notab.* 47. Ant., Lara *in l ſi quis à liberis §. ſed utrum n.* 22. *ff. de liberis agnoſcendis.* † Quorum diſtin- 27
ctionem Pichardus ſuper *n.* 10. non probat, quia etſi pœnæ corporali quis non conſentiat in ipſo delinquendi actu, vult enim delinquere, non pœnam pati, ut conſideravit Paulus *in l. quam tuberonis. §. fin. ff de peculio, conſenſerat.* tamen (ait) dum rationis factus compos his vivere voluit legibus, quibus Reſpublica gubernatur.

Hia ſic adductis non oberunt contraria, quæ 28
ſunt accipienda, ut ipſo ſcilicet facto, & denique ipſius criminis actu delinquens cenſeatur ſe ipſum pœnæ ſubdidiſſe non quidem conſenſu proprio ad pœnam, ſed conſenſu ad delictum, quod legum ſeveritate, & civili diſciplina, ratione quidem naturali: pœna ſequitur, ſic Covarr. *d n.* 1. §. 10. *p* 1. *in d. cap. alma mater* verſ. *non oberunt*, ubi in hunc ſenſum expendit Ciceron. *lib.* 1. *de finibus* de his qui debilitati, objecta ſpecie voluntatis tradunt ſe libidinibus *ſæpe etiam* (inquit) *legum Judiciorumque pœnis obligantur*, & comprobat *ex l. à reo, §. quod vulgo ff. de fidejuſſor.* Quo in loco fit mentio hujus naturalis æquitatis, quæ ſuadet delicta puniri, ſi quidem, & præter alia æquum eſt non tantùm delinquentem obligari ad pœnam legis ſed & ad ſatisfactionem damni quod proprio crimine privato, vel Reipublicæ intulit *ex l non ſolùm. §.* 1. *ff. de injuriis. l. bona fides, ff. depoſiti:* & ſic S. Paul. *in dicta l. ex hoc jure n* 34. & 35. & Socinus *in Rubrica de verb. obligation. colum.* 2. exponunt rationem naturalis obligationis in delictis † Concludit ergo Co- 29
varr. non eſſe neceſſariam ſcientiam pœnæ legalis, ut delinquens ea juſtè puniri poſſit, ejuſque obligationem contrahat.

Sed quia huic reſolutioni videntur adhuc ob- 30
ſtare quæ ſupra *dixi in Rubr. q.* 6. in verſ. *ad quartam*, & uberius in verſ. *ad quintam*, ubi egi de illis quæſtionibus, *an ſuperiores regulares, & alii excuſentur à pœnis impoſitis in aliquibus Bullis Pontificiis ratione ignorantiæ: & bonæ fidei*, & de illa *an qui invincibiliter ignorat legem, incurrat pœnam*, & conetur Covarr. *in d. cap. alma d. §.* 10. *n.* 12. verſ.

hinc

hinc defendere ſuam doctrinam in tantùm procedere ex doctrina Bartoli, ut poſſit etiam ſtatuti municipalis, vel Epiſcopalis conſtitutionis, ille qui inſcius, & hujus pœnæ ignarus crimen lege Divina prohibitum, vel humana univerſali, commiſerit, cum juris Divini, vel humanis generalis conſtitutio ſpecialis, pœnam addiderit, ex Carolo, molineo, & Scoto contra alios in ſententia excommunicationis ſtatuto ſpeciali latæ, ſcilicet Abbatem, Anton. Felin. *in cap. in nobis de ſent. excom.* Sylveſtrum, & Joannem major, Dried. Adrian. & alios ex doctrina *c. 2. hoc tit. lib 6* quem pro eorum doctrina ipſe Covarr. non admittit aſſerens, ut non videat qua ratione poſſit excommunicationis pœna diſtingui ab aliis, cum non ſit neſſarium ad excommunicationem, quod qui ea ligandus eſt hujus pœnæ ſcientiam habeat; ſi quidem abſens, & ignorans excommunicari poſſit; & ſic ſatis eſſe, ut quis ſciat actum damnatum eſſe, ut juſtè ligetur pœnis jure ſtatutis: tamen ſi ſit omninò incertum quænam pœna ſit in eo jure ſtatuta, & contra opinionem Anton. Abbatis, & aliorum, ſequitur in prædicta ſpecie gloſſam *d. c. à nobis,*
31 quæ tractat de excommunicatione. † Et ut explicet textum *in d. cap. ut animarum hoc tit. lib. 6.* cum dividit in duas partes, quarum prior eſt generalis, & definivit ſtatutum minimè ligare ignorantes, qui probabili, & juſta affecti fuerint ignorantia; & quod in hac parte nequaquam ponit illa conſtitutio exemplum in ſtatuto prohibente, & puniente actum jure Divino damnatum; quò fieri ut congruà textus ille admittat diſtinctionem gloſſæ *in dicto cap. à nobis;* quia ubi actus aloqui illicitus ſtatuto Epiſcopi
32 punitur. † Ligantur ſtatuti pœna omnes, qui ſciunt, vel ſcire debent actum illum illicitum eſſe quamvis ignorent ſtatuti pœnam.

33 Sed quod pars poſterior illius textus, dum exemplum ſubjicit de ſtatuto Epiſcopi puniente furtum; & ſic actum jure divino, & naturali, illicitum, non de ignorantibus, ſed de non ſubditis loqvitur, qui puniendi non ſunt, nec quod ligentur pœna ſtatuti actum etiam illicitum punientis. Et concludit ita textum illum intelligendum, ut minimè refragetur opinioni gloſſæ *in d. c. à nobis.* Alia videnda expendit idem Covarr. *dicto §. 10. à n. 12.* quæ omnia benè intellecta non impugnantur ex his quæ dixi in præcitatis quæſtionibus *dict. q 6. Rubrica,* quæ hic adjunges pro intellectu *d. c 2. hoc tit. lib. 6.* & quæ dixi ibi *in dicta Rubrica q. 10.* verſ. *ad tertiam,* ubi *an ſtatuta Epiſcopi ligent ſuos ſubditos delinquentes extra territorium.*

34 His inquam dictis pro reſolutione quæſtionis propoſitæ hic in dicto verſ. *ad ſecundam,* videtur adjici D. Auguſtini doctrina *lib. 5. retract. c. 15.* cujus Gratian. meminit *in c. 15. q. 1.* ubi cum dixiſſet peccatum non poſſe eſſe, niſi voluntarium, ſecus ſubdit de pœna peccati, quaſi ea ab ignorante, & nolente contrahatur: quem locum ſic induxit Fortunius *in d. l. legitima n. 19. ff. de pactis,* ſed Covarr. *in d. cap alma mater. 1. p. §. 10. n. 11. in princ.* ut illum explicaret adjecerit plura ex aliis, quæ de cupiditate, & concupiſcentia ſupra expendi ſub integro verſ. *ad primam;* ideò volens ſententiam Auguſtini retrahere à doctrina noſtræ quæſtionis in hoc verſ. *ad ſecundam.*

35 Ait circa medium verſ. *hac obiter* Gratianum ex dicto Auguſtino *in deciſ. d. c. 1. 15. q. 1.* pertinere ad tractationem de pœna peccati originalis; quod voluntarium fuit ex primi parentis voluntate, & nobis omnibus hæreditarium, eam diſtinguens à peccato propriè, quod voluntarium eſt: tametſi fateatur pœnam iſtam quandoque dici peccetum; & idem propriè, ut jam explicui ſub dict. verſ. *ad primam;* & ſic concludit Covarr. non poſſe Auguſtinum, nec Gratianum commodè induci ad probationem concluſionis propoſitæ ſub, dicto verſ. *ad ſecundam;* ſi quidem longè alia eſt ratio eorum, quæ D. Auguſt. tractat.

Et ergo ſic intelligendo negare non poſſum 36
ex illo textu *d. cap. 1.* colligere Doctores, nempe Celſ. Bargal. *de dolo lib. 4. c 8. n. 23. fol.* 528. Marius Gujurb. *conſ. crim. 32. à num. 13.* Anton. Ricciulus *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib 9. c. 2. n. 32. & ſeqaentib.* Joan. Baptiſta Navarr. *quæſt. forenſ. lib. 1 q. 59. num. 12.* delicta ſine voluntate non committi, nec puniri commiſſa, quia à voluntate delicta pendent; quod intellign ex notatis *in dicta q 6. Rub.* dict. verſ. *ad quartam,* & *ad quintam;* nempe quando qui facit in legem, legem ipſam ignorat, & per conſequens ejus pœnam. Tota ergo difficultas eſt quando tranſgrediens legem ſcit, & pœnam ignorat, quod ibi diſtinctione compoſitum fuit inter ignorantem legis pænam invincibiliter, ſeu vincibiliter craſſè, aut ſupinè.

Ad tertiam quæſtionis partem an uno prohi- 37
bito, prohibeantur & omnia, quæ ſequuntur ex illo ſuppoſito, quod dixi ſupra *in præmiſſo cap. translato 3. hoc tit.* à verſ. *& quia,* quatenus dixi de alio vulgari axiomate, *quod de uno dicitur neceſſe eſt, ut de altero dicatur in connexis* ſcilicet; item quod dixi ſub *Rubrica, & tit. de ſumma Trinit & fide Catholica* ſupra, *& ſub quæſt. 1 de conſtit* ubi *de primis principiis naturæ, ac de aliis prohibitis ab ipſis principiis legis naturalis deductis.* † Reſpondeo 38
breviter ex Barboſa hic *n 5. &* ex gloſſa verſ. *inde,* ut uno prohibita, omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo; item & omnia, per quæ pervenitur ad illud ex textu *in l. oratio, ff. de ſponſalib. l. pupillus, §. ſed. ſi per interpoſitam, ff. de authorit. tutor, l. legem in fine. ff de naturalibus liberis, cap. cum quod prohibetur de reg. juris lib. 6.* cum aliis citatis à Maſcardo *de prob. concluſ.* 102. Surdo *conſil. 301. n. 75* Franc. Gallet. *in Margarita caſuum conſcientiæ* verbo *prohiber.* Vital. de Camban. *tractat. clauſular. pag. 293 n. 27.* Franc Leo. *in theſauro fori Eccleſ p. 1. c. 15. n. 20.* Petr. Barboſa *in l. 1. p. 1. num. 57 ff. ſoluto Matrim.* Menoch *conſ. 116. n. 15.* Joan Anton. Mangil. *de imput. q. 51. n. 30.*

Quod intellegitur receptum procedere in his, 39
per quæ neceſſario pervenitur ad rem prohibitam; non verò in illis, per quæ ad illam perveniri poteſt, contingentur, aut poſſibiliter juxta tradita per Bartol. *in l. ambitioſè, n. 21. ff. de decretis ab ordine faciendis, & in l. 2. ad finem, ff. de juriſd. omn. judic.* Et ſic eſt receptum communiter, ex multis, quos referunt Petrus Barboſa *in d. l. 1. p. 3. num. 57. ff. ſoluto matrimon.* Barboſa alter *axioma 193. prohibitum n. 3. & 4.* & faciunt quæ adducunt Anton. Gomez. *in l. 45. tauri n. 29. ante fin.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & advocator* verbo *alienatio n. 15.* Tiraquellus *de jure conſtituti p. 3. limit. 7. n. 24.*

Ex quo infertur quod prohibitum una via, 40
non

non cenſetur alia permiſſum *ex l. quod dictum, ff.*
de pactis l. cum hic, §. ſi cum iis. ff. de tranſact. l. Ath.
letas ꝰ. ait prætor. ff. de infamibus, l. ſi quis §. minor. ff.
qui & à quibus, l. illud, ff ad legem Aquiliam, cap.
cum quid una via 84 *de regulis juris lib.* 6. Scacia
de commerciis, *§. 1. quæſt. 7. p. 7. ampliat.* 11. *n.* 2.
Menochius *conſ.* 285. *num.* 41. Petrus Barboſa *in l.*
41 *ſi cum Prætor § fin, num.* 235 *ff. de judiciis.* † Item
infertur quod prohibitum directo, non poteſt
fieri per indirectum, *l. Sejus, & Angerius, ff. ad leg.*
falcid. l ſcire oportet, §. ſi mater. ff. de tutor, & cura-
tor. datis ab his, cap. cum quod, ubi Dynus *de reg.*
juris lib. 6. Belletius *diſquiſit. clericorum, & eorun-*
dem bonorum à munerib. §. 6. *n.* 6. Surdus *deciſ.* 21.
n. 4 Menoch *conſ.* 1105. *n.* 18. *de præſumpt. lib.* 4.
præſumpt. 189. *n* 82.
42 Tamen uni prohibitum aliis cenſetur conceſ-
ſum, & quod prohibitum de uno de alio cenſea-
tur promiſſum, & è contra agnoſcunt commu-
niter D D. *ex l. cum Prætor.* ubi Petrus Barboſa *in*
princ. n. 36. *ff. ſoluto matrim. & ex cap. nonne de præ-*
ſumpt. ubi adduxi *q.* 1. *& ex l. qui accuſare, ff de ac-*
cuſation. Joan. Anton. Mangil *de imputat. q.* 84. *n.*
1 Ugolinus *de officio, & poteſtate Epiſcopi, c.* 14. §.
43 9. *n.* 1. *in princ.* † Et conſequenter etiam prohibitum
ad tempus, poſt tempus videatur eſſe permiſſum
ex textu in l. Imperator, ubi Bald. *ff. de poſtulando*
l. ſi unus §. 1. *ff. de pactis, l. Epiſtola, §. fin. ff. eodem, l.*
pater filium, §. fundum, ff. de leg. 3 Tiraquell. *de re-*
tractu convention. §. 1 *gloſſ.* 2. *n.* 46. Surdus *deciſ.* 75.
n. 1. *conſ.* 294 *n.* 6. *& conſ.* 247. *num.* 18 Menochius
conſ. 274. *& conſ.* 80. *n.* 16. Brunor. à Sole *in*
locis communibus verbo *prohibito* 16. Gonzalez *ad*
regul. 8. Cancellariæ *gloſſa* 65. *n.* 8. Petr. Barboſa *in*
d. l. cum Prætor. ff de Judic. 45.
44 Et ob eandem rationem dicendum eſt, quod
prohibitum poſt tempus, cenſeatur permiſſum
ad tempus, ut docent Narbon. *in l.* 18. *gloſ.* 5. *n.* 9.
tit. 8. *lib.* 5. *recop.* Barboſ. *ad. axiom.* 163. *n.* 6. ubi n 7.
cum multis per textum *in leg. Gallus, §. ille ca-*
ſus, Cod. de jure dotium, dicit ut cenſeatur pro-
45 hibitum, quod non invenitur permiſſum. † Et è
contra prohibitum quod non invenitur, per le-
gem permiſſum cenſeri, *ex l. nec non* 28. *poſt princ.*
ſed ſi lex non prohibeat, ꝰ. quod eis, juncta gloſſa
verbo *prohibeant ff ex quibus cauſis major. l.* 1. *ff. de*
teſtibus l. mutus, ꝰ. quæritur, ff. procurator. leg. ab ea
parte. ff de probationibus, l. ſtatuas, Cod. de religioſ.
& ſumptibus funer. cap. omnes, & ibi *gloſſa* 3. *d. c.* 1.
de translat. ubi gloſſa verbo *non invenitur, cap. nu-*
per 29. verſ. *in ſecundo, cap. cum illorum* 32. *de ſent.*
46 *excommunic.* † Etenim ut ait Surd. *conſ.* 173. *n.* 72.
& conſ. 222. *n* 5. illud, quod non reperitur à lege
prohibitum non debet ſuperſtitioſis prætenſio-
nibus præſumi prohibitum, quia in abſolute pro-
miſſoriis, quod non reperitur à jure prohibitum
cenſetur permiſſum, *c.* 2. *de translat.* alia tradit ex
multis Barboſa axioma *permiſſum* 178.
47 Ubi *n.* 5. ait quod permiſſum poſt tempus, an-
te illud cenſetur prohibitum *ex l. promiſſor. ff. de*
conſtit. pecunia, & ex Tiraq. *de retractu convent.* §.
48 1. *gloſſa* 2. *n* 42. † Item quod permiſſum, cenſetur
omne id per quod pervenitur ad actum, permiſ-
ſo actu, *l. ad rem mobilem* 56. *ff. de procuratoribus,*
Sigiſmundus Scacia *de commerc. §.* 1. *q.* 7. *p.* 2. *am-*
pliat. 19. *n.* 108. prope finem.

AD TEXTUM IN cap. Ne innitaris V.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſtitutiones decretorum ſunt præferendæ ſingularibus opinionibus, &* n. 3.

2 *Prudentiæ ſuæ inniti dicitur, qui ea: quæ ſibi videntur agenda, vel dicenda præponit ſtatutis ſanctorum Patrum, vel etiam legibus.*

4 *Sanctorum exempla ſunt ſequenda, quorum dicta, habentur pro lege in deciſionibus cauſarum, ſed ut* n. 5. & 8.

6 *Pontifex ſummus major eſt omnibus ſanctis, qui non fuerunt Pontifices in deciſionibus cauſarum, &* n. 7.

8 Cap. de libellis diſt. 20.

9 *Prætor non debet intendere, ut ſit ſingularis in ſuo voto, & ſenſu, ſed potius communis, & gratus ſapientibus, & plebeis* num. 10. & 11.

10 *Amor ſui magnopere de[illegible] è Republica extirpari propter illud, fieri [illegible] olens* peſtis eſt ambitio, & appetentia laudis, & complacentia ſui ipſius, n. 11. & 12.

11 *Vota hominum ſunt abjicienda capitoſorum ſubtilium, atque alloquentium,* n. 12.

12 *Putantes de ſe, dant ſuis doctrinis robur vi ſuarum linguarum, ſeu intellectus confuſi.*

13 *Cato fecit abjicere à Roma homines Capitoſos ob periculum gravè ab ipſis parentum ſubverſionis, eo quod ſua oratoria perſuadent pro juſto injuſtum & pro vero falſum.*

EX hoc textu communis Doctorum col- 1
ligit concluſionem illam quod conſtitu-
tiones decretorum ſunt præferendæ ſingula-
ribus opinionibus per verba ſequentia *ne in-*
nitaris prudentia tua contra verba illa Salo-
mon *proverb. c.* 3. ibi *fili mi habe fiduciam in*
Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris
prudentia tuæ & ne ſis ſapiens apud temeti-
pſum. † Nam exponens D. Hieronym. præ- 2
dicta verba *ne innitaris prudentiæ tuæ,* dicit
illum inniti prudentiæ ſuæ, qui ea, quæ ſibi
videntur agenda, vel dicenda præponit ſta-
tutis ſanctorum Patrum, vel etiam legibus, ad
quod reſpiciunt ſequentia noſtri textus verba
ibi *prudentiæ ſuæ innititur, qui ea, quæ ſibi*
ſibi agenda, vel dicenda videntur, Patrum de-
cretis præponit, quæ ut gloſſa hic repetit in verſ.
prudentiæ dicit eſſe ejuſdem Hieronym. Et ite-
rum eadem gloſſa exponit verba *prudentiæ ſuæ*
in malo ſcilicet per textum *in cap. ſciendum* 8.
q. 1. *&* 3. *q.* 9. *cap. pura, & ex textu in c.* 1. *ſu-*
pra hoc tit.
Etenim ut notat prima gloſſa hic in fine, non 3
debet quis proprium intellectum præferre decre-
tis ſanctorum Patrum, id eſt conſtitutionibus,
quo

quomodo ait gloſſa verbo *decretis*, textum hunc pertinere ad titulum noſtrum. Quare pro exornatione gravi textus noſtri poteris hic adjicere dicta ſupra *in dicto c.1. hoc tit.* quatenus dicit Canonum ſtatuta ab omnibus obſervanda; ergo quantumvis quis ſibi ſapiens videatur, teneatur leges, & Canones obſervare, illiſque obtemperare, nec tranſgredi, ut jam ſub Rubrica, & in jam
4 adductis capitibus. † Quia ſanctor. Patrum ſunt ſequenda exempla, ut habetur in Trid. *ſeſſ.* 4. paulo poſt princ. ubi etiam quod ſint imitanda dicta Bernardi *regula* 658 & hic Felin. *n.* 2. Greg. Lopez *in l.6 gloſſa* 1. *tit.* 1. *p.* 1. Fr. Emanuel. Rodriguez *q. regula tom.* 1. *q.* 6 *art.* 2. verſ. *quo ad primam*, dicunt Sanctorum dicta haberi pro lege in deciſionibus cauſarum.

5 Sed quia D. Rodericus de Aculina *in commentar. ad c. Dominus* 15. *num.* 1. *diſt.* 39. dicit dicta Sanctorum haberi pro lege in deciſionibus cauſarum, niſi dictum unius Sancti dicto alterius non reperiatur, ut ex illo etiam tradit hic Barboſa *n.* 2. *in fine*. Ideo pro exacta interpretatione adjunges hic quæ adduxi ſupra *in Rubrica hoc tit. q.* 12. verſ. *ad quintam*, ubi dum egerim an decretum Gratiani habeat legis vim ibi illud dividendo in partes tractavi *de authoritate præſtita dictis ſanctorum Patrum*, de quo etiam aliqua ſupra *in dicto c.* 1. *q.* 1. verſ. *ad tertiam*, ubi in verſ. *ad ultimam*, egi breviter de ea, an lex civilis, Canone deficiente præferatur dictis Patrum verbis late infra ſub *q.* 1. in verſ. *ad tertiam*.

6 Cumque hic etiam Barboſa *n.* 3. dicat quod in deciſionibus cauſarum major eſt ſummus Pontifex omnibus ſanctis, qui non fuerunt ſummi Pontifices, ut fatentur, & tenent Abbas *in c. qualiter, & quando lib.* 2. *num.* 2. *de accuſat.* Ludovicus Gomez *in repet. c.* 1. *n.* 37. *hoc tit. lib.* 6. Maſcardus *concluſ.* 191. *num.* 11. Dionyſius Paulus *de vera qual. Patriarchal. ſedium electione c.* 16. *num.* 14. ideo de ratione, iterum repetes eadem quæ dixi ſub *dicta Rubr. quæſt.* 12. verſ. *ad quintam* ubi *de authoritate decretorum Pontificum, & Conciliorum generalium*, quæ eſt Superior ſanctorum dictis, ac aliis inferiorum leges ferentium. † Et pro efficaci fundamento etiam ad-
7 junges, quæ ſupra tractavi *de ſumma Trinitate, & fide Cathol.* circa poteſtatem Papæ ad definiendum, & declarandum ſuper rebus ſpectantibus ad Catholicam fidem, & ibi *in c.* 2. *ſub q.* 1. ubi aliqua breviſſime cumulavi.

8 Etenim textus *in cap. de libellis diſt.* 20. explicans quæ vim habeant ad cauſarum deciſionem, & referens ex Leone IV. ſcribente Epiſcopis Britanniæ Canones Pontificios, ac Conciliorum generalium addit iis nihil ſtatuentibus Sanctorum dicta magnanimiter eſſe retinenda; quæ cum vim non habeant ad cauſarum deciſionem, & non numeraverit inter Canones, quibus cauſa decidenda eſt, ſed interea, quæ dirigunt, & magni facienda ſunt, ut docet Sanch. *de matrim. lib* 9. *diſp.* 12. *num.* 6. ideo videtur ut Barboſa hic *dicto num.* 2. *in fine*, ex Felin. Greg. Lopez, & Fr. Eman. non apte referat dicta ſanctorum haberi pro ſide in deciſionibus cauſarum, ut etiam colligit ex *dict. cap. de libellis* Azor. *inſtit. moral. p* 2. *lib.* 5. *c.* 19. *in princ.* omnino videndus pro textus noſtri materia, *c.* 9. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.

9 Et ut plane de materia hujus textus agas leges quæ tradit Caſtillo de Bobadilla *in politica*, *p.* 1. *lib.* 2. *c.* 7. ubi agens de Capitulo illo, quod Prætor non intendat videri ſingularis in ſuo voto, & ſenſu, ſed potius communis, & gratus, ſapien-
tibus, & plebis: dicens quod amor ſui, quem an- 10
tiqui vocarunt *Philautia*, quo credit ſua nobilitate, ingenio, litteris debet aliis anteponi, & incitatur ſe plus cæteris æſtimarri magnopere debeat à Republica exitiari, propte illud ſeri in Matth. *c.* 18. *inſolens peſtis eſt ambitio, & appetentia laudis, & complacentia ſui ipſius.* Alia plura hac occaſione refert videnda de opinione, quam judex tenetur ſequi, de quo dixi in locis jam notatis.

Et idem Caſtillus *n.* 20. & 21. ait abjicienda 11
eſſe vota hominum Capitoloſorum ſubtilium, atque alloquentium ex doctrina Accurſii *in leg. damni l.* 1. *§. ſi is*, verbo *aliquas*, *ff. de damno infecto*, quos inquam Cicero reprehendit pro Aulb. Cæcyna *vociferantur ex æquo, & bono, non ex callido, verſutaque jure rem Judicari oportere, ſcriptum ſequi, calumniatoris, eſſe bonique Judicis voluntatem, ſcriptoriſque authoritatem defendere.*

Etenim hi ſic de ſe putantes dant ſuis doctri- 12
nis robur vi ſuarum linguarum, ſeu intellectus confuſi, ut fuit illi Barbaſii, & ille magni Rhetoris Zaſii, & in nonnullis illius laborioſi, & curioſi on del dorpii, & illius admodum ſubtilis, & eleganti Luſitani Emanuelis à Coſta, &
aliorum. † Quos ergo homines fecit Cato Ma- 13
jor abjicere à Romano ob periculum grave ab ipſis paratum ſubverſionis, eò quod ſua oratoria, perſuadent pro juſto injuſtum, & pro vero falſum, & ad textum noſtrum videbis quæ noviſſime ſcribit Pater Franc. Vallente *in concerd. juris Pontificiis p.* 2. *notat.* 2. *fol.* 230.

QUÆSTIO L.

An prudentiæ ſuæ innixus ſi certo ſciat decidens, ut Judex, ſeu ut ſuperior excuſetur id faciens omittendo ordinem juris, ubi nonnulla de prudentia requiſita in Prælatis: & an in dubiis ut quis excuſari valeat, debet conſulere peritos: an ſi Sanctorum dicta innitantur authoritate novi, vel veteris teſtamenti, credatur illis magis, quam creditur Papæ.

SUMMARIUM.

1 *Chriſtus Dominus omnia potenter ſcit, & nemo alius, præter illum.*
Abbas non fiat, qui ſibi ſapiens eſſe videtur, nec in ſuo ſenſu humilis, d. n. 1.
2 *Repelli ab Epiſcopatu poteſt aliquis, aut propter ſtolidam, aut ſtultam ſimplicitatem.*
3 *Homo bonus, eſſe non poteſt proprie bonus ſine prudentia, & abſque morum virtute prudens.*
4 *Prudentia eſt rerum, bonarum & malarum ſcientia poſita in delectu rerum expetendarum, & fugiendarum*, d. n. 3. *ubi quod ſit habitus perfectæ rationi copulatus, ad res gerendas aptus, &c.*
5 *Prudentiæ propriæ innixus obiicitur, ut ſtolidus, atque ſtultus.* & n. 6. *peccando ſcilicet in leges, & dicta Sanctorum*, n. 7. *alias non item* o. 7.
6 *Teſtis ad ſeriem geſtorum, nihil ex ſuo adjiciet.*

8 *Prudentia requiritur in Magiſtratibus, & Epiſcopis.*

9 *Epiſcopi debent eſſe* prudentes, ſicut ſerpentes, *id eſt, ut exiſtimant blandi, ac tractabiles, & vigilantiſſimi, & circumſpecti, ſicut ipſe ſerpens, qui ſemper collo, atque pectore erecto incidit, circumſpiciens undequaque, ne offendatur.*

10 *Peritos quis conſulendo, quis dicitur excuſari, nec peccat qui conſulens ſuperiorem, credens* Doctum, *errat.*

11 *Prætor debet ſequi peritorum conſilia, ut excuſetur.*

12 *Prælati & Epiſcopi, cæterique Magiſtratus debent non eſſe faciles ad determinandum in negotiis arduis, ſed ſumpto ſpatio ad cogitandum res diu, multoque expendendo,* num. 13.

13 *Prudentia eſt ne ſuperiores ſine aliorum conſilio ardua negotia decidant.*

14 *Prudentia ſua innixus, miſerabiliter ruit, & errat.*

Minimus eſſe incipit qui infimorum conſilia minime quærit d. n. 14.

15 *Superbus magis, quam ſapiens, Judicaturque de ſua, unius ſententia magna quærit.*

16 *Judex judicans ſecundum unam opinionem, quam tenent Doctores principales punitur in Syndicatu, ſi contraria opinio, erat communiter approbata, ſecus ſi neutra.*

17 *Opinionem eligens, quam reputat rationi conformem, ſatisfacit.*

18 *Doctorum conſulens, ubi ſunt diverſæ opiniones, tenetur illum ſequi.*

19 *Pontifex præfertur aliis ſanctis in explanandis dubiis circa verum ſenſum ſcripturæ, ut à* n. 22. *niſi ſcriberet, ſeu procedere, ut Doctor privatus,* num. 23. *Qualiter intelliguntur dict.* num. 20. & 21.

1 UT primam quæſtionis partem reſolvas præſuppoſita quæſtione, de qua infra ſcripſi *in c. novit de judiciis quæſt.* 2. ubi egi de ea *quod Chriſtus Dominus Deus omnia potenter ſcit, & nemo alius præter illum*; & quod ſic ullus de ſe ſuperbe debet ſentire quod putet ſcire omnia, ne incurrat in illo Divi Greg. *d. lib. 6. Epiſtol. Epiſtola* 40. *clero, & nobilib. Neapolit.* ſcribens *non fiat Abbas, qui ſibi ſapiens eſſe videtur,*
2 *nec in ſuo ſenſu humilis.* † Etenim utpatet ex textu *in cap. Petrus diſt.* 39. poteſt aliquis propter ſtolidam, aut ſtultam ſimplicitatem ab Epiſcopatu repelli, tradit Barboſa *in Paſtorali p.* 1. *tit.* 2. *gloſſa* 6. *n.* 7.

3 Unde cum Demoſthenes contra Theocrinem dixerit *tunc floruiſſe maxime Rempublicam, cum à prudentibus, & modeſtis viris regeretur*, & Ariſtotelis *lib. 6. Ethicor. c.* 13. dicat fieri *non poſſe ut ſine prudentia ſit homo proprie bonus, & abſque morum virtute prudens*, & Agatho apud Stobæum *ſerm. de prudentia, recta prudentia magnus eſt Deus*, & Democritus à Pythagora relatus *ſermone de legibus, imprudentibus* dicat *regi ſatius eſt, quam regere*, & Gregor. Valla *lib.* 41. *c.* 4. dicat etiam *prudentiæ proprium eſſe ut omnia ratione. atque conſilio agitentur, inde conſulta mature tranſigantur prudentiæ, proprium eſt etiam in conſilio res adhibere bona, malaque diſcernere, oportunitates per-*
4 *callere, rerum utilitatem habere prudentiam.* † Ex Laurentius Grimalius *lib.* 2. *de optimo Senatore* quod *prudentia eſt rerum bonarum, & malarum ſcientia poſita tota in delectu, & cognitione rerum expetendarum, & fugiendarum,* Et ut Ariſtotel. ſentit *habitus perfectæ rationi copulatus ad res gerendas aptus, atque in his occupatus, quæ homini bona, vel mala contingere poſſunt*, & D. Hieronym. *in Iſaïam c.* 1. quando dicit *quærite judicium*, oſtendit non eſſe omnium judicare, ſed eorum, qui prudentes ſunt; denique & Salomon. in viſione per ſomnium hoc à Deo poſtulavit, *ut accepta ſapientia juſte populum judicaret.*

Sequitur ut quoties quis propriæ prudentiæ 5
innixus voluerit diſponere abjiciatur, ut ſtolidus, atque ſtultus ex noſtro textu, quia ut gloſſa expoñit innititur prudentiæ ſuæ in malo ex doctrina textus *in cap. ſciendum* 8. *quæſt.* 1. *de præſumptionibus* ex D. Gregorio *lib.* 35. *moral. ad cap.* 42. Jacob. in ſequentia verba *ſciendum ſummopere eſt quod obedientia aliquando, ſi de ſuo aliquid habeat nulla eſt, aliquando autem ſi de ſuo aliquid non habuerit minima; nam cum hujus mundi ſucceſſus præcipitur cum locus ſuperior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit obedientiæ, ſibi virtutem evacuat; nec enim ſe ſub obedientia dirigit, qui ad accipienda hujus vitæ proſpera libidini pro-*
pria ambitionis ſervit, &c. † Et aggregantur 6
verba Ambr. *in lib. de Paradiſo c.* 12. relata *in c. pura* 3. *q.* 9. ubi cavetur, ut teſtis ad ſeriem geſtorum, nihil ex ſuo adjiciat. Ergo eum per textum *in c.* 1. *hoc tit.* omnes ad cuſtodiam, & obedientiam legum, & conſtitutionum teneantur, ſequitur ut ſi quiſquam eorum innixus prudentiæ ſuæ vellt procedere à malo, hoc appetat juxta expoſitionem gloſſæ noſtræ, & juxta ſequentia noſtri textus verba ibi *prudentia ſua innititur, ea quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, Patrum decretis præponit.*

Jam ergo videmus quo in ſenſu Pontifex hic 7
repellat illum, qui prudentiæ ſuæ innititur, ſcilicet peccando in leges, & ſanct. Patrum dicta quod eſt malum, & peccatum, ut ſatis percipitur ex dictis ſub *d. c.* 1. & ibi *à q.* 2. Ex quo fit ut licet ego late infra *in c. dilecti* 6. *de judic. à q.* 6. tractem an, Judex poſſit ex ſcientia ſua privata judicare, non attendens actis proceſſus, & ibi *à quæſtion.* 11. quod Judices ſupremi quærendo rei veritatem, juris diſpoſitiones poſſint omittere, modo ibi dicto, quod non debeant repelli, tanquam prudentiæ ſuæ innitentes, quia iſti ſic procedendo, nec ſuperbe agunt, nec ut ſtulti procedunt ex ibi dictis.

Alia plura de prudentia, quæ debet pollere 8
Judex, & Magiſtratus, congerit ex bonis authoribus Simancas *de repub. lib.* 5. *c.* 10. & de prudentia Epiſcopi multa congerit Barboſa *in Paſtorali* videndus *p.* 1. *titul.* 2. *gloſſa* 6. *prudentem*, ubi *num.* 5. ex Ariſtotele *de anima*, refert quo prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit, ſciens vero qui alterius judiciorum percipit; & quod prudens ideo debet Prælatus, *quia ars eſt artium, & regimen animarum*; circa quod multa percipies ex his, quæ infra ſcripſi *in cap. ars penult. & cap. fin. de ætate*, & qualit. ordin. † Inde- 9
que idem Barboſa *n* 6. addit Dominum docuiſſe Prælatos ipſos, dum dicit *eſtote prudentes, ſicut ſerpentes*, volens ut ſerpenti ſimiles in hoc exiſtant, ut nempe blandi ſint, ac tractabiles, omniumque naturæ ſe accommodent, utque vigilantiſſimi ſemper, ac circumſpecti ſint velu-

ti, ipſe ſerpens, qui ſemper collo, atque pectore erecto, incidit circumſpiciens undequaque, ut à repentino caſu quo offendi poſſit, malo, ſalvus conſiſtat.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem an in dubiis, ut quis excuſari valeat, debeat peritos conſulere, hic affirmat Barboſa cum Rubino *deciſ.* 99. addens quod conſulens ſuperiorem, credens illum habere ſufficientem ſcientiam, etiam ſi erret, non peccet; ita cum Sayro *in floreb. deciſion. ſub tit. de pænit. deciſ.* 10. Et occaſione textus noſtri hæc etiam dicit Riccius *colleſt.* 997. ad tex-
11 tum hunc alia congerens. † Etenim Caſtillus de Bovadilla *in politica* 1. *p. lib.* 2. *cap.* 7. ait quod Prætor. debet ſequi peritorum conſilia, ut excuſetur.

12 Cum ergo Epiſcopus, Judex, Prælatus, & alii Magiſtratus debeant non eſſe faciles ad determinandum in negotiis arduis, ſed ſumpto ad cogitandum ſpatio, debeantque diu, multumque res expendere, omnia circumſpicere, & conſiderare, juxta ſapientis dictum proverb. 4. *oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos*, & proverb. 93. *qui feſtinus eſt pedibus offendit*, & docet Paul. Apoſtol. *ad Timoth.* 1. *c.* 6. *nemini cito manum impenas, nec communices peccatis alienis.*
13 † Et à prudentia proveniat, ne ſuperiores ſine aliorum conſilio ardua negotia decidant juxta proverb. *c.* 27. ibi *non tranſgredieris terminos antiquos, poſuerant Patres tui*, & *Eccleſ.* 32. *ſine Conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis*, & ibidem *ante omnem actum conſilium præcedat te.*

14 Imo Tobias conſulverit filio *c.* 2. ut ſemper conſilium à ſapiente requirat, quia ut inquit ſapiens *proverb. c.* 3. *cum conſilio reguntur ſapientia*, ſequitur ut quiſquis innixus ſit prudentiæ ſuæ, mirabiliter ruat, ac erret, juxta illud Horatii *lib.* 3. *carmin. Od.* 4. vis *conſilii expers mole ruit ſua*, quia nemo adeo ſapiens, ut ſcite Symmacus ſcribit *lib.* 4. *Epiſtol.* 7. qui aliorum conſiliis non indigebat, nemo adeo magnus, qui ad infirmorum etiam monita demittere ſe non debeat, incipit eſſe minimus, qui infirmorum conſilia minime quærit.

15 Itaque D. Bernardus ad propoſitum textus noſtri videtur protuliſſe ſequentia verba *non abundes in ſenſu tuo, ſed alieno magis acquieſcas Conſilio. & Judicio, qui de ſua unius ſententia magna gerit* (aut levius) *ſuperbum hunc Judicabo magis, quam ſapientem*, & alibi *qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit extremi eſt ingenii*, proſequitur Barboſa *dicta p.* 1. *titul.* 2. *gloſſa in Paſtorali, num.* 10. & 11. referens ex eodem Bernardo ſequentia verba, *attende tamen à falſis Prophetis, id eſt conſultoribus, quorum conſilia Deo non ſunt odorifera.* Caute enim ait, ut ſint audienda eorum hominum conſilia, in quibus non conſtat vigere Dei timorem, aut qui affectibus carnis obnoxii ſunt.

16 Ex his ergo addo pro ampliori noſtri textus declaratione, quæ ipſe Riccius ſcripſit *dict. collect.* 977. ex Sayro *deciſ.* 12. *de pænit.* quod Judex, qui judicavit ſecundum unam opinionem, quam Doctores principales tenent, punietur in Syndicatu, ſi contraria opinio erat communiter approbata, ſecus ſi neutra. Quod ampliabis ex his, quæ dixi *in cap. Capellam* 4. *de feriis.* & *in c.* 2. *de re judicata*, ubi quas opiniones debeat in dubiis ſequi Judex.

Secunda quod qui elegit opinionem, quam 17
putat rationi conformem, ſatisfacit: ſic Sayrus *de pænit. deciſ.* 11. Riccius ſupra in verſ. *infero*
quarto. † Et ibi in verſ. *infero quinto*, ait ex eo- 18
dem Sayro *de pænit. deciſ.* 12. quod conſulens Doctorem, ubi ſunt diverſæ opiniones, tenetur ſequi quam Doctor definit. Quæ omnia juvantur ex his, quæ late dixi infra *in cap.* 4. & *cap. penultimo de probationibus*, ubi egi *de conſulendis matronis, obſtetricibus, medicis & aliis in arte peritis:* & applica nonnulla, quæ dixi *de appellat. ſub principio Rubricæ*, ubi *de relationibus, & conſultationibus factis ſuperiori, &c.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſi Sancto- 19
rum dicta innitantur authoritate veteris, aut novi teſtamenti, credatur illis magis, quam creditur Papæ, & præhabitis quæ dixi ſub *Rubrica, & Rubr. de ſumma Trinitate, & ibi cap. fin. quæſt.* 1. *de Papæ authoritate in decernendo ſuper fidei rebus*, & quæ dixi ſupra *in c.* 1 *hoc tit. quæſt.* 1. *in fine* verſ. *ad ultimam*, quatenus ibi probavi Sanctorum dicta præferri legibus civilibus, quoties agitur de materia ſpirituali ad fidem ſpectante, & de interpretatione ſacræ ſcripturæ, videtur ut idem ſit dicendum in noſtro dubio, ut in terminis docent Abbas hic *num.* 3. approbans gloſſam textus *in cap. de libellis diſtinct.* 21. verbo *illorum* ibi *quod verum eſt, niſi Auguſtinus juvetur authoritate novi, vel veteris teſtamenti.*

Reſolvens, & notans illam gloſſam ad hoc, 20
quod ſi ſanctus Auguſtinus, vel ſanctus Hieronymus dicat aliquid, & innitatur authoritate novi, vel veteris teſtamenti, illi ſit magis credendum, quam Papæ idem *in cap. certificari, num.* 3. *de ſepult.* & *in cap. qualiter el* 2. *de accuſation.* Afflictus *in præjudiciis de feudis num.* 102. Roman. *ſingular.* 228. Tiraquell. *de primogen. quæſt.* 6. *n.* 5. Gregor. Lopez *in l.* 6. *gloſſa* 1. *tit.* 1. *p.* 1. & ut refert Barboſa *in principio dicta diſt.* 20. videtur ſic tandem Gratiano, dum ibi videtur tenere, quod in explanando verum ſcripturæ ſenſum, præferuntur Doctores ſacri Judicio
Romani Pontificis † & quando debet præce- 21
dere dictum alicujus Sancti cum ratione mortali, aliis opinionibus tractant Gomez. *in proœmio regul. Cancell.* Geminianus *in cap. de quibus* 20. *q.* 1. *cap. ita Dominus* 19 *diſt.* & clarius Archidiacon. *in cap. ego ſolis diſt* 19.

Nihilominus in dubio hoc reſpectu Pontifi 22
cis, ut Eccleſiæ caput decernentis, ſeu deficientis dicendum eſt, quod ipſe etiam circa verum ſacræ Scripturæ ſenſum, & circa Judicium Eccleſiæ in vera fidei doctr. omnibus SS. Patribus eam exponentibus, ſit præferendus; quia ut jam dixi *in d. Rub. & tit. de fide Catholica* ad illum tanquam Eccleſiæ caput pertinet definire veros ſcripturæ ſenſus, cujus Judicium omnes fideles adſtringit, *cap per venerabilem qui filii ſint legitimi*, Trid. *concil. ſeſſ.* 4. *in decreto de edit. & uſu libror.* verſ. *præterea*, Albert. Pigh. *de Eccleſiaſt. Hierarch. lib.* 1. *c.* 4. *in princ. & lib.* 4. *c.* 2. *Can. de locis Theolog. lib.* 5. *c.* 2. *lib.* 12. *c.* 7. *concluſ.* 1. Bannez 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub* 6. *à conſ.* 5. Card. Bellarm *controv. Cathol. cont.* 1. *lib.* 3. *à c.* 3. & *controverſ. lib.* 3. *de Romano Pontifice, cap.* 1. *per totum*, Henriquez *in ſumma* 1. *p. cap.* 1. §. 3. Suarez *de defenſ. fidei lib.* 1. *c.* 11. *n.* 2. & applicabis quæ ſupra dixi *in Rubr. q.* 12. verſ. *ad ſextam*, an decretis Pontificis ſtandum ſit clauſis oculis,

& ibi verſ. *ad quintam* an decreta Gratiani habeant legis vim: ubi quid de dictis Sanctorum: quid de conciliis, & aliis.

22 Et ſic tenendo dico ſententiam contrariam Gratiani, & aliorum intelligi poſſe, ut loquatur de Pontifice, ut privato Doctore, ſcripturam explanante, quia tunc non habet omnino aſtringens Judicium ſecundum Bellarm. *d. controverſ. 1. lib. 3. c.* 10. verſ. 16. & verſ. *reſpondeo*, Barboſa *in d. princip. diſt.* 20. *n.* 2. ex Præpoſito Archidiacono, ibi agentibus de operibus Gregorii Papæ, quæ tanquam Doctor compoſuit, & de commentar. Innocent. IV. de quibus dicunt, ut non ſint præferendi aliorum Patrum ſcriptis, niſi quatenus fortiori ratione juvantur, referens etiam Gratianum dicentem *quo quiſque magis ratione nititur eo major eſt authoritas ejus*. & comprobo ex his, quæ dixi *in d. c.* 2. *de fide Catholica tota q.* 1. hæc in die 8. B. M. V. Auguſti 22. an. 1656.

AD TEXTUM IN CAP. VI. CUM OMNES.

HOC TITULO

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſtitutio Collegii auferens antiquam conſuetudinem, quæ redundat in damnum aliquorum, & commodum aliorum, ceſſante rationabili cauſa, non valet, & quare* n. 2.

3 *Lex privata, qualis eſt privilegium, propter bonum commune latum, habetur, ut lex. cum etiam dicatur ad commodum publicum ita pertinere, ut expenditur*, num. 4. 5. 6. & 7.

5 *Finis cujuſque diſpoſitionis dupliciter accipitur principaliter, nempe, vel quoad intentionem, vel quoad executionem, & dicitur principalis, qui proximior eſt in executione; etſi remotior in intentione legis.*

6 L. 1. §. hujus ſtudii, ff. de Juſtitia, & jure, *ubi Accurſius.*

Lex quædam, ut tendant ad favorem publicum ſecundario, & principaliter ad privatum, intelliguntur ſecundarie, non quoad intentionem, ſed quoad executionem, & n. 7.

7 *Lex quædam, etiam de privata utilitate tractans intentione, principaliter ad commune bonum ſpectat; ſed quæ principaliter diſponit de rebus publicis intentione, & executione ad commune bonum ſpectare videtur.*

8 *Indefinita oratio, in quo differat ab univerſali* remiſſive. & n. 9.

10 *Papa, & Princeps tenentur ſtare contractibus, cum ſubditis, & proprias leges ſervare* remiſſive.

11 *Canonici num reſidere teneantur, ſeu poſſint in abſentia percipere?* remiſſive.

Ex hoc textu ea eſt communis Doctorum 1
aſſertio, quod conſtitutio collegii antiquam conſuetudinem auferens, quæ
redundat in damnum aliquorum, & commodum aliorum, ceſſante rationabili cauſa, non
valet: ſic docent præter antiquos Alagona *in Compendio juris Canon. p.* 5. Iimnez *in concordia, p.* 1. & 7. & *vol.* 2. *repet. in jure Canon. ad* 1. *lib. decretal.* Joan. Baptiſta Ferret. Anton. de Burgos, Andreas à Vegca refertur ab Antonio Auguſtino *collect.* 3. *decretal. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 1. Vivianus *in rationali primi lib. juris Pontif. pag.* 19. remiſſive, Caſal. *in annotat.* Barboſa hic cum aliis *n.* 1. quibus addo late ſcribentem ad textum no-
ſtrum, Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 2. & 3. † Et 2
hujus deciſionis poteſt eſſe ratio, quia lex quælibet, ut jam ſupra dixi *in Rub. q.* 2. verſ. *ad ul-
timam* tendit in commune bonum. † Ubi etiam 3
expendi quare lex privata, qualis eſt privilegium, propter bonum particulare latum, ut lex
habeatur. † Igitur præter ibi dicta, & alibi ſub 4
dicta Rubrica, & in cap. 1. ego ſic expendo: nam cum quælibet lex in ſua diſpoſitione quacumque principaliter tendat ad commodum publicum, *cap. erit autem lex* ubi Archidiacon. *cap. fact. diſt.* 4. D. Thom. 1. 2. *q.* 90. *art.* 2. evenit dicendum, quod etſi aliqua jura dicantur in humanis legibus ad privatam utilitatem conſtituta fuiſſe; idcirco id dictum eſſe, quia hæc jura non diſponnot ſuper rebus publicis, & ad omnes in communi pertinentibus. Et tamen quia neceſſarium eſt quod particulares regantur ad regimen totius; ideo jura, quæ privatam utilitatem conſtituere videntur, juxta plura, quæ adduxi infra *in c. cum contingat de foro comp.* adhuc ſpectare ad commune bonum, ſic ut hic reſpectus ſit principalis, non ſecundarius docet Covarr. *in cap. quamvis pactum de pactis, p.* 2. §. 1. *num.* 6. poſt dicta Bartoli, & Fortunii Garcias *in l.* 1. §. *hujus ſtudii, ff. de Juſtitia, & jure.*

Et ut magis expendat in verſ. *hinc*, ait finem 5
cujuſque diſpoſitionis dupliciter accipi, principaliter nempe, vel quo ad intentionem, vel quoad executionem, & quod finis principalis communi ſignificatione dicitur, qui propinquior eſt in executione, quamvis remotior ſit in intentione legis. Lex igitur, quæ de privatorum rebus diſponit principaliter intendit commune bonum. Sed quia ex lege iſta prius bonum ad privatos defertur, dicit legem hanc principaliter favere privatis, principaliter inquam in executione, ſecundario
autem intentione. † Et inde interpretatur Ac- 6
curſ. dum dixit *in d. l.* 1. §. *hujus ſtudii de Juſt. & jure*, leges quaſdam tendere ſecundario ad favorem publicum, & principaliter ad privatam, quod intelligatur ſecundario, non quoad intentionem
ſed quoad executionem. † Qua ratione affirmat 7
ut quælibet lex etiam de privata utilitate tractans, intentione quidem principaliter ad commune bonum ſpectet; illa vero lex, quæ rebus publicis diſponit principaliter intentione, & executione ad commune bonum, & favorem publicum ſpectare videatur. Et ut concludunt eleganter Martin. ab Azpilcueta Navarr. *in cap. inter verba* 11. *q.* 3. *col.* 85. Bart. *in l. ambitioſa. ff. de decretis ab ordine faciend.* Priori ſane legi finis principaliter convenit quoad privatam utilitatem reſpectu executionis, atque item quoad commune bonum reſpectu intentionis.

His

8 His ſic præhabitis jam nonnulla notanda breviter ſcribo, ut illico aliquas quæſtiones proprias hujus litteræ tractem; igitur ad verba hic *omnes* poteſt, applicari illa univerſalis, de qua dixi *in cap.* 1. quatenus Canonum ſtatuta ab omnibus debeant cuſtodiri; & licet ibi obtulerim agere hic de quæſtione *an oratio indeſinita æquipolleat univerſali*, & *quæ utriuſque ſit differentia*, non tamen hic repeto, cum ſatis verbum *omnes* reſpectu legum omnes obligantium, jam ſatis actum videatur ibi, & *in dicta quæſt.* 2. *Rubr. dicto* verſ. *ad ultimam.*

9 Ubi inter conditiones legis, una eſt quod obliget omnes. Et ſic ad propoſitum de univerſali, & indefinita late agentem, leges Covarr. *lib.* 1. *variarum q.* 13. *per totam*, ubi *n.* 8. & 9. agit de vi, quam babet indefinita à lege prolata, vel ab homine.

10 Et in verſ. *quod quiſque juris*, & ibi *patere legem, quam ipſe tuleris*, poteſt agi quæſtione an Princeps, & Legiſlator debeat obſervare ſuas leges; ideo videbis dicta ſupra *in dicto c.* 1. *q.* 5. ubi egi *de ea*, *an etſi Princeps legibus ſolutus ſit, peccet contraveniendo legi ſuæ* ibi in verſ. *ad ſecundam*, & ibi verſ. *ad tertiam*, *an teneatur ſtatuto particulari populi*: & quæ etiam dixi infra late *in c.* 1. *de probat p.*2.*q.*8 & 9. ubi *an Princeps, ſeu Papa teneatur ſtare contractibus initis cum ſubditis*. Et de prædicto axiomate leges quæ ex bonis litteris & auctoribus abundantiſſime congerit noviſſime Solerjano Emblema 69. *Pareto legi quiſquis legem tuleris*, & ſcribit late de prædicto axiomate Pat. Franciſcus Vallente *p.* 2. *in concord juris Pontificii*, *pag.* 148. *notat.* 3. ubi cum Juriſtis explicat.

11 Et quia hic ſub contextura agi poterat de reſidentia Canonicorum, ac de fructibus ab ipſis percipiendis, in abſentia, vel præſentia, ut colligitur hic à verſ *treceuſes*; ideo recurres ad ea, quæ dico *ſub tit. de clericis non reſidentibus.*

12 Vocari an debeat abſens in actis Capitularibus dico *infra ſub quæſtionibus* & de materia hujus textus noviſſime ſcribit Pater Franc. Vallente ad titulum noſtrum *p.* 2. *de concordia juris Pontificii à fol.* 143.

QUÆSTIO I.

An collegium poſſit facere legem: an ſtatutum, quod vicini teneantur ire ad molendinum alicujus vicini, & non ad molendinum alterius, validum ſit: an ſtatutum factum à majori parte in rebus collegii univerſitatis, vel communitatis, valeat. & an univerſitate congregata, ad aſſentiendum, vel diſſentiendum, tacentes conſentire videantur?

SUMMARIUM.

1 *Collegium num poſſit facere ſtatutum?* remiſſive, & n. 12. & 19.

2 *Statutum, quod vicini teneantur ire ad molendinum unius vicini, relicto alio, ſeu publico, non valet; idem de coquendo pane in furno unius vicini, potius quam in alio* n. 3. 4. 8. & 9. *D. Formoſ. de Leg. Eccleſ.*

4 *Domini habentes juriſdictionem, ſed Principem ſibi ipſis ſuperiorem, nequeunt ſubditos jure communi cogere, quod ad Domini molendina, triticum molendum deferant, & non ad alia, nec id ſtatuto præcipere.*

5 *Statutum Domini temporalis non eſt admittendum in præjudicium molendinorum, & furnorum Eccleſiæ.*

6 *Statutum compellens vicinos ire ad molendinum, ſeu furnum particulare, ſi edit in commodum univerſitatis, & ſi ſecundario alii vicini utilitatem habeant, ſuſtinetur ſecundum quoſdam, etiam reſpectu Eccleſiæ*, n. 8. *ſed verius eſt, ut non valeat*, n. 8. & 9. *explicatur contraria ſententia*, n. 10. & 11.

10 *Statutum factum, ne quando urget neceſſitas propria civitatis, extrahatur ad alios populos, poſita pœna, valet, ut* n. 11.

12 *Statutum factum à majori parte in rebus Collegii, univeritatis, vel communitatis, validum eſt, &* n. 13. *& num limitetur in criminalibus, & arduis* n. 14.

15 *Electio ad beneficia, & Canonicatus, quæ eſt res ardua, valet facta a majori parte capituli.*

16 *Factum à majori parte non valebit in his, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis, etiam ſi eſſent mille, niſi omnes conſentiant, &* n. 17.

17 *Contradictio unius ſufficit in his quæ competunt jure ſingulari, &* n. 19.

18 *Citatio eſt neceſſaria illius, cujus principaliter intereſt, quando ſit ſtatutum, ſeu electio, non autem illius qui in conſequentiam lædi poteſt.*

19 *Collegii major pars poteſt ſtatuere, & decernere in præjudicium minoris partis, niſi vellet aliquid ſtatuere contra privilegium, vel exemptionem.*

20 *Congregati Capitulares ad diſſentiendum, vel conſentiendum, ſi tacent videntur conſentire*, num. 21.

22 *Conſentire videtur Capitularis, qui potuit actum contradicere, & non contradixit; item & pupillus*, n. 23.

24 Cap. is qui tacet, cap. qui tacet de reg. juris lib. 6. n. ſequent.

25 *Tacens, etſi in dubio conſentire videatur; non tamen confiteri, vel negare & quare* n. 26. 27. & 28.

27 *Dubia res, etſi efficiatur per partis negationem, ſed per ſolam taciturnitatem nonniſi aliud concurrat.*

AD primam quæſtionis partem an collegium poſſit facere legem, & ſuppoſitis quæ dixi ſupra *in Rub. à q.* 9. 10. & 11. ubi etiam dixi *an Capitulum ſede vacante, poſſit legem facere*; item & dictis ſupra *ſub c.* 1. *q.* 1. & *q.* 7. ſatis reſpondebis ex his; quæ dixi *in dictis locis, item ſub d. q.* 11. egi in verſ. *de Concil. Cardin.* de alia, quæ congerit. 1

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum, quod vicini teneantur ire ad molendinum unius vicini, & non alterius bene ex doctrina textus noſtri valet reſponderi: nam ut ait Covarr. *in reg poſſeſſor.* 2. *p.* §. 4. *n.* 7. & *ſub n.* 8. verſ *primum*, non poteſt ſtatuto Domini, aut populi ſubditus prohiberi, ut deferat triticum molendum, ad alia quam publica molendina, ſive id fiat in utilitatem Domini, ſive ut lucrum, communitati ex molendini reddita majus accedat, quia cum is actus meræ facultatis, & 2

voluntatis, ut dixi *in cap. cum non liceat* 12. *de*
præſcript q. 2. n. 17.

3 Ubi idem de quo quando pane in furno unius
vicini. potius quam in alio, in quo non admit-
4 titur præſcriptio. † Sequitur dicendum ut Do-
mini habentes juriſdictionem, ſed Principem,
ut ſuperiorem recognoſcentes, nequeant ſubdi-
tos cogere jure communi, quod ad Domini
Molendina, triticum Molendum deferant,& non
ad alia, ex eadem ratione, cum Domino per-
mittenda non ſit hæc violentia, taliter ut nec
ſtatuto Domini, aut populi id fieri poſſit; eo
quod tenderet in grave ſubditorum præjudicium
præſertim eorum, qui alia in eadem urbe, vel po-
pulo, ejuſque territorio molendina conſtruxe-
rint, vel ædificaverint, aut conſtruere vellent;
quod maxime obtinet quando ſtatutum fieret
ad privatam Domini voluntatem: ſic docent
Bartholom. Socinus *conſ.*272. *lib* 2. Joannes Ba-
ptiſta de ſancto Severino *in repet. l. omnes populi.*
ff de Juſtitia, & jure colum. 36. Signorol. *inter conſ.*
*Baldi conſ.*36.*li.* 3. & in ibi Bald.*conſ.*75. Anchar-
ranus *in cap. Canonum inſtituta hoc tit. q.* 11. Ripa
lib. 1. *reſponſ. c.* 11. Nicolaus Boërius *deciſ.* 125.
Baldus *conſ.*410. *lib.*5. & Jacob. *in tract. de feud.*
verbo *& cum molendinis*, q.1. Aymon.*in* 4.*p.de an-*
*tiquit tempor. cap. circa præmiſſa num.*4. Covarruv.
5 † Quid *n.*7. in fine aut ratione fortiori, nec idem
ſtatutum admittendum in præjudicium molen-
dinorum,& furnorum Eccleſiæ, de qua parte dico
*infra in cap.*7. & per alia adducta *in c.* 10. *hoc tit.*
Nec debet audiri Calderinus *tit. de conſt. conſ.*21.
expreſſim contrarium reſpondens; pro quo non
faciunt Conſ. Baldi 21. *inter conſ.* Ancarran. &
Aymon. Savilli *d. cap. circa præmiſſa* aliquot ra-
tiones aſſerentis, quas parum convenientes huic
tractationi dicit Covarr. ſupra *dict. num.* 8. verſ.
cæterum.

6 Dubium tamen eſt an ſi cederet lucrum in
commodum univerſitatis, & totius populi, va-
leret in hac ſpecie tale ſtatutum; & revera vi-
detur quod ſic quia jam tunc illud ſtatutum ſit
in utilitatem totius communitatis, à qua omnes
vicini commodum reportant. Etſi incidenter ad-
ſint alii ſingulares vicini, qui eo, quod molen-
dina alia, ſeu furnos habent in illo territorio,
damnum patiantur; & ſic videntur amplecti
7 Baldus,Jacob.& Aymoniam ſupra adducti. † Et
juvatur nam ſecundum Cardinalem, *conſil.* 144.
Joan.Crottum *in leg filius familiarias §.Divi,ff.de*
leg 1.*colum.*4. ibi Ferdin. Loazeſ. *n* 424. Federic.
*conſ.*35. incipienti *ſtatuto civitatis*, valet ſtatutum
ſi Reipublicæ, communitative conveniat, ma-
xime ad ejus tutelam, vel regimen, etiam ſi eo
ſtatueretur, quod res quædam in Eccleſiam, aut
clericos minime transferatur.

8 Nihilominus etſi non inficiamur, ut poſſit
contingere alia utilitas publica, cui prædictum
ſtatutum innitatur ex qua juſtificari valeat, quod
ex tempore, loco, & aliis judex diſcretus arbi-
trabitur: tamen dici debet, ut ſentit Covarr.
d §.4.*num.*7.*in fine*, adverſus eundem Baldum, &
Jacob. quod prima ſententia jam ſupra adducta
in verſ. *ad ſecundam*, ſit vera abſque ulla diſtin-
ctione, & quod procedat in prædicto dubio, ad-
dens contra prædictos Doctores non eſſe ratio-
nem juſtam hujus ſtatuti, quod lucrum acqui-
rendum, diſtribuendum foret in neceſſitati-
bus publicis ejuſdem communitatis, cum hæc
non ſit cauſa ſufficiens, ut iniqua lex fiat, cum
poſſit aliunde publicis oneribus, & expenſis
ſubveniri.

Quare, etſi videretur tale ſtatutum factum
pro utilitate univerſitatis; ſed cum revera liber- 9
tatem auferat, ut vicini eant ad molendina alio-
rum vicinorum, & inſimul ipſis convicinis mo-
lendina habentibus pro ipſa cauſa publica abun-
dantius curanda, fiat notabile præjudicium:
ſequitur illud ſtatutum, quantumvis prætextu
utilitatis publicæ factum iniquitatem obtinere
in prædictum: quippe omnium vicinorum
auferendo illis facultativi actus licentiam adver-
ſus quam, nec præſcriptio prævalet ex dictis in
dicto cap. cum non liceat 12. *de præſcript. q.* 1. & 2.
† Et ſic non obſtat adductum in verſ. *& juvatur*, 10
ex doctrina Ancharrani, Joan Crotti, & Loazes,
quia & ſentit Covarr. *ſupra n.* 8. verſ. *hinc deni-*
que, Calderini, & Baldi reſponſa non agere de
ſtatuto prohibente, ne quis triticum deferat
molendum ad alia, quam ipſius communitatis,
& Reipublicæ molendina: nam invalidum eſt
maxime in præjudicium Eccleſiæ, & dico in
*d. c.*7.

Sed actum de municipali lege, qua tempore 11
publicæ inopiæ, cum Reſpublica gravatur An-
nonæ penuria, ne triticum ipſius civitatis ad
exteros deſeratur vetitum fuerit, ne quis triti-
cum molendum extra civitatem deferat, niſi
duodecima pars tritici, quæ molendi ratione
dari ſolet in ipſius civitatis exitus portarum
dari ſolet nomine communitatis recipientibus
id pro molendinis, quæ extra urbem, Reſpu-
blica habet, ad quæ deferendum eſt triticum,
ut inibi molatur, quod admiſſum fuiſſe, ne Re-
ſpublica tota graviſſimum damnum patiatur,
cui aliter obviam ire non potuerit, cum ſtatu-
tum non fuerit factum ad augendos Reipubli-
cæ redditus, ſed ne triticum extraheretur à ci-
vitate tempore neceſſitatis, & ad extereos poſſet
deferri alios plures caſus reſpectu clericorum,
an legibus politicis obligentur, ſicut laici, dico
infra ſub *d. c.* 7. & *c.* 10. *q.* 13. ubi quid etiam
circa leges paſcuorum.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum 12
factum à majori parte in rebus collegii, univer-
ſitatis, vel communitatis, validum ſit. Et ſup-
poſitis quæ longe ſcripſi *in c. tertio loco* 5. *de pro-*
bationibus q. 11. & ibi *tota q.* 2. ubi etiam in verſ.
ad ſecundam, de quæſtione illa, *quando cauſa di-*
catur reſpicere commodum univerſitatis, vel ſingu-
lorum, & ibi verſ. *ad tertiam, an ſinguli de uni-*
verſitate conveniatur pro eo, quod univerſitas de-
buerit, & ibi *quæſt.* 3. *an civitas, vel communitas,*
ſeu villa convocato Concilio publico, poſſit ſuo con-
tractu, vel decreto obligare ſuos vicinos: & *an com-*
munis res mea dici poſſit, & alia *in fine præmiſſi illius*
textus, citatis *de teſtibus*, breviter reſpondeo, ut
valeat, quia cum negotia univerſitatis de facili
non poſſint expediri, ſi omnes de populo, ſcire
communitate, deberent conſentire.

Idcirco factum eſſe, ut quod à majori parte 13
agitur, ad univerſos referatur, docent Duennas *re-*
gula 296. Caputaquen *dec*192. & 193.*p.*3. Bucca-
ron. *de different. inter judicia civilia, & criminalia*
*n.*13. & 14. *differentia* 162. † Qui *n.*15. limitat 14
hanc doctrinam in criminalibus, & in arduis, in
quibus non ſufficere ait decurionum partem
majorem, ſeu Conſiliorum; imo & debere om-
nes conſentire. Quæ limitatio videtur incerta,
ſi attendas ad ea, quæ infra dico *de electione in*
cap.

cap. cum audiſtis 19. *c. cum in jure peritus* 23. *cap.*
15 *cum anna* 50. † Et in aliis illius tituli, ubi electio
ad beneficia, & canonicatus, quæ eſt res ardua,
ſufficit, ut à majori parte fiat, niſi majus dicere
re limitationem relatam, non procedere, quoties
in jure aliud cavetur determinatum. Et inſuper
adjungea quæ dico *infra ſub tit. de his quæ fiunt à*
majori parte capituli.
Verum factum à majori parte, non valebit,
16 niſi omnes conſentiant in his, quæ ſunt communia
nia pluribus, ut ſingulis etiam, ſi eſſent mille,
ut docent Duennas *reg.*295. Ant. Gomez *tom* 2.
variar. c. 3. *num.* 14. Azevedus ad curiam Piſanam
nam *lib.* 2. *c.* 14. Villadiego *in tractatu de rebus*
Eccleſiæ non alienandis lib. 1. *part.* 1. *c* 101. *num.*7.
& 8. & *c.*102. *num.*7. Diana *reſolut. mor. part.*1.
tract. 3. *reſolut.* 29. quod intelligit hic Barboſa
*num.*6. ex gloſſa ultima, textus *in c. quamvis pactum
ctum de pactis lib. 6. recepta communiter per Tiraquell.
raquell. *in tractatu res inter alios acta in princ.*
*num.*10. & 11. de ſingulis de quorum præjudicio
17 cio principaliter agitur, ſecus ſi ſecundario. † Et
ſic quod contradicto unius ſufficiat in his, quæ
competunt jure ſingulari, ut tenent Abbas hic
num. 7. verſ. & *dico,* Butrius *num.* 18. & Bern.
n. 58. Cardin. Cabeller. *deciſ.*134. videbis uberius
rius *q.* 2. *à n.* 1.
18 Unde Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion.*
*pagin.*285. *num.*4. Perez *in l.*1. *tit.*2. *lib.*2.*ordinamenti
menti pag.*93. Menochius *conſ.*311. *num.*24. Gama
*deciſ.*195. *num.*3. & *deciſ.*207. *num.*2. Hypolit.
*conſ.*113. *à num.*54. Surdus *deciſ.*256. *num.*1. *ut*
dicunt in ſimili ſit neceſſaria citatio ejus, cujus
principaliter intereſt, non autem illios, qui in
conſequentiam lædi poteſt, juxta gloſſam *in l. de*
unoquoque ff. de re judicata, & juvatur late nimis,
ex quæ dico *in c. pen. de foro compet. in c.*2. *de teſtibus,
bus, in c.*1. *de cauſa poſſeſſ.* & *propriet.* ubi de neceſſitate
ſitate citationis illorum, quorum intereſt in judiciis,
diciis, & alibi ſæpe.
19 Item notatur quod major pars collegii poteſt
ſtatuere, atque decernere in præjudicium minoris
ris partis, ut docent hic Felinus *num.*7. Barboſa
ſub num. 5. ſed limitant Abbas *in c. veniens n.*21.
poſt princ. de præſcriptionibus, ubi etiam Felin.
*num.*4. verſ. *dum allegat. idem num.*18. verſ. *fallit.*
ſecundo Eraſmus Cochier illos referens *de juriſd.*
*ordin. in exemptos p.*3. *q.*26. ſi collegium, vel capitulum
tulum vellent aliquid ſtatuere contra privilegium,
gium, ſeu exemptionem, nam tunc unus ſolus
poterit contradicere, ſeu illud impedire.
20 Ad quartam quæſtionis partem in univerſitate
tate congregata ad aſſentiendum, vel diſſentiendum,
dum, tacentes conſentire videantur. Difficultas
hæc multum pendet ab intellectu textus *in cap.*
qui tacet, & *in c. is qui tacet de regulis juris lib.* 6.
de quorum intelligentia bene dixi infra *in c.* 1.
*de judiciis quæſt.*15. *à num.*2. & *in c.*1. *de litis conteſtat.
teſtat. quæſt.* 2 *num.*2. Quo ſuppoſitu nunc breviter
ter reſpondeo hic ex Felino *num.* 17. Bartol. *in*
*l.*2. *num.*14. *C quæ* ſit longa conſuetudo, Petr. de
Ancharran. *conſ.*157. Panorm. *in c.*2. *de his, quæ*
fiunt à prælato ſine conſenſu capituli num. 9. Joanne
ne Baptiſta de ſancto Severino *in l. omnes populi*
charta 8. *ff. de juſtitia,* & *jure,* Felin. late *in c.* 1.
de maiorit & *obed.* Abbate *in cap. veſtra de locato*
*num.*6. Jaſou. *in l quæ dotis num.*82. *ff. ſoluto matrimonio,
monio,* ut congregata univerſitate ad conſentiendum,
tiendum, vel diſſentiendum tacentes videantur
21 conſentire. † Et quando tacens ſi ſit præſens
conſentire videatur, videndus Dynus, & ibi
Boërius *in addit. in regula qui tacet de reg. juris* &
Bartol. *in dicta l. quæ dotis,* & ibi Jaſon. ubi communiter
muniter reſolvunt. † Quod ſi potuit actum contradicere, 22
tradicere, & non contra dixit, cenſeatur conſentire,
tire, tradit Gratian. *ſub regula* 488. *num.* 1. etiam
ex Bart. *in l. adoptionibus num.* 1. *ff. de adoption.* Abbas,
bas, & alii *in cap nonne bene de præſumpt. num.* 1.
ibi late Felin. Alciatus *lib* 4. *parergon c.*7. Jaſon.
in §. *item ſerviana num.* 55. *Inſt. de actionibus,* latiſſime
tiſſime Didacus Covarr. *in c.*15. *practicar. num.*5.
Gregorius Lopez *in l.* 23. *tit.* 34. *part* 7 *gloſſa* 1.
& *in l.*1. *tit.*16. *p.*4. *gloſſa* 2. † Et quid in pupillo 23
ſi taceat, idem tradit *in l.* 1. *titul.*2. *part.* 1. *gloſſa* 2.
& regulam deſcripſit Felinus cum tribus limitationibus.
tionibus.
Dubium tamen eſt cur præſens, & tacens regulariter 24
gulariter videatur conſentire, ſed non fateri, vel
negare; & licet Doctores, & Francus *in dicto*
*c. is, qui tacet num.*1. inſolutum relinquant; nec
nodum diſſolvamus, ſi Doctores communiter
ſequamur, qui inter conſenſum, & diſſenſum,
inter confeſſionem, & negationem non diſtinguunt.
guunt. Et regulam *cap. qui tacet eodem tit.* ad noſtram
ſtram reducant; nihilominus dicendum videtur,
ut offendant manifeſte verba, & mentem utriuſque
que regulæ cum illa *is qui tacet* adverſative ad
primam *qui tacet* illum ſenſum faciat † quod licet 25
cet taceos in dubio conſentire præſumetur, ut
ſtatim dico; non tamen confiteri, vel negare,
quia cum conſenſus ſit actus voluntatis ex gentis,
tis, hæc datur, ubi quis cum poſſet verbis, vel
ſignis contradicendo contrariam voluntatem
oſtendere non contradixit; liberum enim erat
ei contradicere, ſed non præſumitur confiteri,
vel negare, cum liberum ſit alterom eligere eo,
vel maxime, quia is, qui conſentit in effectu fateri,
teri, ſeu approbare videatur. † Confeſſio ergo, 26
vel negatio in affirmatione veri, vel falſi conſiſtit.
ſtit. Sed qui abſolute, & ſimpliciter tacet, non
oſtendit, nec affirmat quodnam ſit verum, vel
falſum, cum nec ullum verbum, aut ſignum protulerit,
tulerit, aut falſitatis à ſe ſignificatæ: ita Barboſa
*in dicta regula is quis tacet num.*3. † qui ex Felino 27
in c ſuper eo num 2. *de teſt.* infert quod licet regulariter
lariter per partianegationem, res efficiatur dubia
bia *l.*3. ubi gloſſa verbo *dubium C. qui ad libertatem
tem proclam cum concord.* per ſolvam autem taciturnitatem,
turnitatem, niſi aliud concurrat, res non efficiatur
tur dubia ex *l. nego* 10. *C. de acquirenda poſſ.* Felin.
*num.*3. *in cap. fin. de probat.* qui *in dicto c.* ſuper eo,
poſuit prædictam regulam cum ſex limitationibus.
nibus.
Et quia ſatis longe idem Barboſa explicat 28
in dicta regula qui tacet 43. plura jora explicans
gloſſæ textus in cap. nonne 5. *de præſumptionibus* &
alia; ideo leges illum, & adjicies quæ dixi *late*
in d. c. nonne 5. quorum alia non tranſcribo, ut
parum pro nunc utilia ad pactum, de quo agimus
mus in verſ. *ad quartam.*

QUÆSTIO II.

An civitas, vel villa, convocato concilio publico, quod dicitur *conceſſo abierto*, poſſit ſuo contractu, vel decreto obligare ſingulos vicinos, qui ibi non interfuerunt. An abſentes conſiliarii debeant vocari ad actus capitulares. Et qui abſentes dicantur. Et an major pars ad condonandum Regi ſufficiat. An aliquis poſſit ſe ſubſcribere determinationi à majori parte comitiorum; licet ipſe contrarium votum emiſerit: & an quando in capitulo à majori parte certo ſcitur concludendum, ſeu ſtatuendum pro re aliqua injuſta. & iniquo donativo, poſſit aliquis pro illa die Domi manere ſine periculo peccati mortalis, ac onere reſtitutionis.

SUMMARIUM.

1 *Omnes debent approbare, quod eos tangit ut ſingulos, & à n. 6 ſed ſufficit ut major pars approbet, quando tangit in communi fallit, ut* n. 22.

2 *Concilium publicum poteſt ſuo contractu obligare ſubditos, qui ibi non interfuerunt, &* num. 3. *contra* n. 7. *quando agitur de re propria eorum.*

3 *Creditorum dilatio data à majori eorum parte, reſpectu quantitatis ſufficit, & valet.*

4 *Tutorum factum à majori parte, valet favore adminiſtrationis bonorum, etiam Eccleſiæ.*

5 *Præſentatio à majori parte Patronorum valet, etiam in jure Patronatus libertorum, &* n. 4. & 10.

7 *Villa, convocato concilio publico vulgo* Concejo abierto, *obligare non poteſt ſuo de reto ſingulos vicinos, quando agitur de re propria eorum principaliter, non ſi ſecundario* n. 8 & 9.

8 Tangit *verbum de quo* in c. quod omnes tangit, de reg. juris *per prius, & non per poſterius verificatur in his tantum, quorum principaliter detrimentum vertitur,* & n 9.

9 *Alienare volens fundum in emphyteuſim habitum à pluribus Dominis, nequit, uno eorum contradicente. cæteris etiam conſentientibus.*

10 *Decretum, ſeu actus majoris partis, valet etiam, ubi intereſt ſingulis, ſi aliud reperiatur expreſſum. Et quare.*

11 *Factum à majori parte in actibus neceſſariis valet, ſecus in actibus voluntariis.*

12 *Major pars nequit facere aliud in magnum præjudicium Eccleſiæ vel violando jura univerſitatis, vel laudabilem conſuetudinem; tunc enim prævalet minor pars contradicens,* & num. 13.

13 *Minor pars concilii contradicens non tenetur juſtificare ſuam repugnantiam coram cæteris de capitulo; eſt tamen conſulendus ſuperior communitatis, ut determinet decretum majoris partis.*

14 *Capitulares abſentes vocari debent in tribus caſibus, in electione Prælati, in Canonica, & in ceſſatione à Divinis facienda, & in actibus gravis præjudicii, ut* num. 15. & 26. *niſi aliter, conſuetudo ſit, ut vocentur, aut ſtatutum, quod tutius eſt in praxi* n. 6.

17 *Abſentes ſunt vocandi, quando negotium tractandum in eorum præjudicium cedit quorum conſenſus eſt requirendus.*

18 *Abſentes, ut nonnulli dixerunt, vocandi non ſunt ad actus Capitulares. Limitatur* remiſſive, *ut* n. 19.

20 *Abſentes de conſuetudine hujus Regni, non vocantur, etiam ſi ſint in civitate, niſi contingat caſus arduus, & tunc ſufficiet, ut vocantur Decuriones, qui ſunt in Civitate, vel Comitatu, ut* n. 21. & n. 23.

22 *Vocari debent omnes populi, ubi Decuriones non ſunt, & ſufficiet ſi duæ partes congregantur.*

23 *Abſentium citatio neceſſaria non eſt, etiam in* Capitulis *Eccleſiæ, ut* n. 24.

25 *Conſuetudo non vocandi abſentes ad actus capitulares, decem præſcribitur annis, etiam de jure* Canonico, *& etiam in caſibus à jure expreſſis, ſed in electionibus* remiſſive, *ut* num. 29.

27 *Abſentes qui ſunt vocandi in aliquibus caſibus, non vocabuntur, niſi qui ſunt intra Provinciam.*

28 *Collatio beneficii, quæ fieri cum conſilio Epiſcopi, debet fieri eo agente in remotis.*

29 *Abſentium vocatio in electionibus Eccleſiaſticis* remiſſive.

30 *Abſentes vocati, ſi contumaces ſint, poſſunt de benignitate ſpectari.*

31 *Voci ſuæ renuntians, poteſt illam reaſſumere reintegre, id eſt, antequam fiat electio: ubi quid in Papæ electione,* remiſſive.

32 *Citari debet ad electionem qui etſi abſens ſit tempore vacationis, tempore electionis faciendæ reverſus erat.*

33 *Vocatus non vocandus, ſi nec expectatur, non nocet electioni, & qualiter, ubi quod non poteſt agere de contemptu, qui non habet vocem in capitulo.*

34 *Abſentes conſiliarii, ſive votantes proprie dicuntur illi, qui non faciunt reſidentiam in loco. ubi eſt Eccleſia, & vel Concilium. & ſic qui in civitate non exiſtunt, & qui in Caſtris exiſtunt.*

35 *Abſentes, etſi ſecundum aliquos judicetur qui habitat in ſuburbiis ut* num. 36. 37. 38. 39. 40. & 41. *tamen verius eſt, ut ad effectum illum vocandi ad electionem, ſive ad actum capitularem judicetur præſens in civitate, ut* n. 42. *latiſſime* n. 36.

37 *Civitatis appellatione continentur quæ muro circumdantur, & non ſuperbia* n. 38. 39.

38 *Civitas, & urbs pro eodem capiuntur.*

40 *Suburbia in civitate continentur, ubi diſpoſitio inutilis redderetur, &* n. 41. *& ubi poteſt damnum, vel commodum verti,* à n. 42. & 43.

Cap. ſi civitas de ſent. excommunic. lib. 6.

43 *Civitatem videtur habitare qui eſt prope civitatem, ubi quod ſuburbia vocantur etiamſi media ſit via inter civitatem, & continentia ejus, &* n. 47.

44 *Abſentes, ubi non ſunt vocandi, ſi ſunt prope civitatem ſunt vocandi, & requirendi.*

45 Abſens dicitur ille qui non eſt in civitate, vel continentibus, aut ſuburbiis.

46 Cardinales quoad Papæ electionem, quomodo abſentes, ſeu præſentes judicetur. Conſiliarii Civitatum, & populorum, quando dicantur abſentes, quominus vocentur ad actus Capitulares, d. n. 46.

Canonici habitantes ultra mare, ſeu flumen civitatis dicuntur abeſſe, & ſic non vocandi, niſi in caſibus à jure expreſſis d. n. 46.

47 Suburbia comprehenduntur ſecundùm ſtatum, qualitatem, & conditionem loquentis, vel actus gerendi, aut non.

48 Habitator ſuburbanus, debet recipi ad officia civitatis.

49 Suburbia veriùs eſt, ut arbitrio judicis declarentur, circa quod multum operabitur conſuetudo n. 50. & 51.

51 Vacari ſolent in Cathedralibus abſentes ad actus capitulares, & electiones Canonicatuum per Miniſtrum Capituli, vulgo el Pertiguero: ubi qualis vocatio, ſive citatio ſufficiat. Et quid in praxi viderimus n. 52.

53 Citatio abſentium Capitularium, quando neſcitur, ubi inhabitent, fit per publicum edictum, vel in domo eorum, vel in loco, ubi inhabitare ſolet, vel in ejus Eccleſia, ſeu beneficio.

54 Vocati ſi intra aſſignatum terminum non venerint competentem, non ſunt de cætero citandi.

55 Electores poſſunt hora ſolita facere electionem de mane ſine illis, qui aſſignata diei citati non comparuerunt, dummodo non ſit plures abſentes, quam præſentes; tunc enim præſentes tenentur vocatos ſpectare ad finem termini dati ad eligendum.

56 Abſentes vocati ſpectandi ſunt, elapſo termino quando pauciores ſint, ubi abſque periculo, & incommodo ſpectari poſſent, & aliqua cauſa neceſſaria, vel probabili detinerentur, & ſuperior pro certo haberet non longe abeſſe, præſertim, cum nullum eſſet periculum in mora modici temporis.

57 Declamationi locus eſt, quando electores congregati dolo excludendi abſentes electionem accelerant.

58 Eligere minor pars poterit, quando major pars reſpondiſſet ſe nolle venire, nec eligere, nec electioni intereſſe, imo, & unus ſolus, aut pauciores non ſpectatis abſentibus, ſi finis termini immineret.

59 Procurator poteſt conſtitui ab electore impedito, & abſente, concurrentibus tribus cauſis n. 61. & 62.

60 Decuriones abſentes non citantur juxta praxim Hiſpaniæ, niſi in duobus caſibus, ut n. 71. & 62.

61 Abſens citatus ad aliquem actum univerſitatis, ſi venire non poteſt, valet committere vocem ſuam alteri, item ſi ſic practicetur in Curia, quod abſentes dent vocem per Procuratorem n. 62.

62 Extranei, & qui non ſunt de Capitulo, non poſſunt Curiam intrare per ſe, nec per alium.

63 Procuratoris conſtituti ad votandum in capitulo pro abſente, aliqua curioſa demonſtrantur per quatuor quæſtiones remiſſive.

64 Major pars ad Condonandum Regi ſufficit, in Parlamento Siciliæ debet concurrere etiam brachium Eccleſiæ num. 65. 66.

66 Major pars Procuratorum vulgo de Cortes hic Matriti congregari ſoliti in Comitiis publicis totius Caſtellæ concedunt Regi tributa, &c.

67 Regi jure ipſe naturæ debetur à ſubditis ſuſtentatio, quæ ſufficiat ad Dignitatem Regiam, decenter ſuſtentandam, & Regnum, vel Provinciam ab hoſtibus tuendam, & pacto tacito, cujus aſſignatio eſt in arbitrio, Regis.

68 Rex, vel Princeps ſupremus ultra poſſeſſiones, & redditus ſibi aſſignatos, poteſt exigere nova tributa, vel antiqua augere, quando Patrimonium ſibi aſſignatum non ſufficeret ſua congrua, & ſubditi providere tenentur, &c.

69 Donativa, quæ fiunt in Parlamento, debent eſſe in tanta quantitate, ut poſſit univerſitates ea ſolvere: ubi quæ debeant advertere Conſiliarii donatores, n. 70.

71 Tributa nova imponere Rex non debet, nec requirere donativa; imo minuere, vel ſuſpendere gratias, vel penſiones aliquibus aſſignatas, quoties cauſas publicæ utilitatis imminet & quare ibi.

73 Major pars ſufficit ad donativa Regi præſtanda ob cauſam neceſſariam, ut belli; non ſic in donativis voluntariis, quæ dantur Proregi.

74 Tributum impoſitum in his Regnis Hiſpaniæ, poſitum propter bella, & ſumptus, quos ſuſtinet Rex in aliis Regnis, eſt juſtum.

75 Tributum à Rege imponi poteſt, ſi Rex in egeſtatem devenerit, propter largitiones immoderatas, ludos, bella injuſta, & Regnum tenetur illi donativum præbere, non obſtante culpa, & peccato Regis & quare ibi.

76 Reges, & Principes tenentur omnes ſumptus parum neceſſarios excidere, & in poſterum ſe continere à prodigalitatibus.

77 Regi aſſerenti ſe eſſe in neceſſitate, poſſunt Credere conſiliarii, & Decuriones intrantes in Parlamento, & capitulo Comitiorum, niſi aliud de veritate in contrarium conſtaret n. 78.

79 Pars minor conſiliorum poteſt ſe ſubſcribere majori parti comitiorum, ſequenti opinionem probabilem, & tutam, etſi minor pars ſequatur tutiorem; ſecus quando major pars concludit rem injuſtam n. 80.

81 L. quod major, ff. ad municipalem, l. aliud §. refertur, ff. de reg. juris.

82 Conſiliarius, Decurio, ſive Capitularis, cujus oratoria poteſt perſuadere votantes in Capitulo, num ſine peccato ſubterfugere poſſit, ſi certo ſciat, ut major pars votantium, quid injuſtum ſequutura; & licet aliqui affirment, verius videtur, nec peccare, nec ad reſtitutionem teneri, ut n. 83. & 84.

85 Conſiliarii poſſunt non ire ad conſilium, quando adeſt major pars injuſta votantium non reducibilis, & quando inde perturbatio excitatur à potentioribus, ſi voto ſuo, nullum ſperent fructum n. 86.

87 Conſiliarii, ac Decuriones non poſſunt, nec debent abſentes eſſe, à capitulo, Concilio, ſive Parlamento, ſi concurrendo poſſent ſuo voto impedire injuſtam concluſionem faciendam.

88 Conſiliarii male faciunt qui ut rem injuſtam concludant, rogant aliquem ut ſe pro tali die abſentet, ſeu faciat, ut aliquis votantium exeat à comitiis, antequam votum ſuum præſtet, ut num. 89.

90 Conſiliarius, Decurio, ſive Capitularis, qui poſt aperta vota primo votantium rem injuſtam

ait

eis conſentit, peccat, & reſtituere tenetur, quando prima vota erant revocabilia, cum poſſet ſuo voto reducere ad juſtum primo votantes, alias non ſic, ut n. 91.

92 *Suffragium donativi injuſti primo præſtans, tenetur reſtituere; & ſi certo ſciat poſt illum votantes in eandem partem ituros, contra Salonium* n. 93.

94 *Decurio, ſive Conſiliarius poſt ingreſſum in Curiam, ſine licentia ante votum præſtitum, nequeunt ab ea exire, alias mulctari poterunt, per peram exeundo facere, cum poſſint ſuo bono conſilio avertere alios à malo* n. 95. *nec etiam cum licentia ſi ſuſpicientur aliquod grave negotium tractandum* n. 96.

97 *Conſiliarii, ſive Decuriones, aut Capitulares compelli poſſunt per judicem intrare conſilium, niſi infirmitas eos excuſet, & ſimiliter poſſunt compelli per Præſidentem capituli, qui non intrant, vel ſe excuſant.*

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſita differentia inter ea, quæ ad aliquos, tanquam ad ſingulos pertinent vel tanquam ad univerſos, vel in communi, veluti ad univerſitatem, collegium, vel communitatem, in quibus ſolum procedit juris regula, quod omnes tangit *lib. 6. & in l. 1. in fine C. de authorit. præſtanda, l. per fundum, ff. de ſervitut. ruſticor.* ſic ut in his, quæ reſpiciunt ſingulos, tanquam univerſos, ſufficiat major pars, & procedat regula textus *in l. quod major ff. ad municip. c.* 1. & per totum de his, quæ fiunt à majori parte capituli *gloſſa* 1. hic, ubi Decius *num.* 5. Felin. *à numero* 13. Padilla *in l. aquam num.* 3. *Cod. de ſervit.* Gomezius *tom.* 2. *variar. cap.* 3. *numero* 14. Duenoas *regula* 265. Balboa *in capit.* 5. *de probationibus ſub numero* 38. Dynus, & *gloſſa in dicto capitulo quod omnes*, Salcedus *ad Bernard. Diez regula* 449. Garcia 95. *numero quarto* Azevedus *ad Curiam Piſanam lib. ſecundo, capit. decimo-quarto, litt. B.* ſecus ſi tanquam ad ſingulos: ſic relati, & Barboſa *in dicta reg.* dixi ſupra *quæſt.* 1. verſic. *ad tertiam.*

2 Sed nihilominus videtur ut in puncto noſtræ
difficultatis, adhuc poſſit conſilium publicum
ſubditos ſuo contractu obligari, qui ibi non in-
terfuerunt † ex eo quia quoties agitur de dila-
3 tione debitori præſtanda, ſufficit conſenſus ma-
joris partis creditorum, reſpectu quantitatis ex
textu *in l. majorem, ff. de pactis, l. fin. Cod. qui bonis
cedere poſſint*, de quo late dixi *infra in c. fin. de fo-
ro compet. quæſt. 4. ſub* §. 4. ubi de hoc caſu & fa-
ciunt quæ dico *q. 3. ſequenti à n.* 1. ubi de ſtatuto
ut homicida plectatur, &c.

4 Item quia factum à majori parte tutorum, valet favore adminiſtrationis bonorum ejus, idem & in adminiſtrationibus bonorum Eccleſiæ, & itidem in jurepatronatus, & præſentandi, quod pluribus competit patronis. Nam facta præſentatio à majori parte, proculdubio obtinet gloſſa hic, quæ allegat *textum in cap. quoniam in quibuſdam, c. poſtulaſti de jurepatron.*

5 Idemque procedere in jurepatron. libertorum ex *l. ſi quis* §. *quoties, ff. qui, & à quibus*; quibus in caſibus videtur ut major pars faciat actum validum in præjudicium ſingulorum, qui non interfuerunt, quibus principaliter intereſt.

Verum quia ut jam ſupra dixi *q.* 1. ſub verſ. 6
ad tertiam, ſit firma, & recepta concluſio, quod
in his, quæ ſunt communia pluribus, ut ſingu-
lis minime valeat quod fit à majori parte, niſi
omnes conſentiant, ut communiter receptum
eſt per textum ibi *in l. per fundum, ff. de ſervituti-
bus ruſticor.* † ob id Avendannus *reſponſo* 34. Bal- 7
boa *in dicto c. 5. de probation. num.* 39. exiſtimant,
ut villa, convocato concilio publico, vulgo *Con-
cejo abierto*, non poſſit ſuo contractu, vel decreto
obligare ſingulos vicinos, qui ibi non interfue-
runt, quando agitur de re propria, quæ omnes,
ut ſingulos tangit, niſi interveniat omnium ap-
probatio. Scilicet de quorum præjudicio prin-
cipaliter agitur, non ſi ſecundario: nam in iſto
ultimo caſu non erit neceſſaria eorum approba-
tio: *argum. textus in l.* 1. §. *denuntiari* ibi *primo
gradu, ff. de ventre inſpiciendo*, docet *gloſſa Magi-
ſtra* 2. *in l. de unoquoque* 47. *de re judic. gloſſa ul-
tima in c. quamvis pactum de pactis lib.* 6. commu-
niter recepta per Tiraquel. *tractatu res inter alios
acta pag.* 2. Navarr. *in cap. ſi quando de reſcriptis
pagina* 77.

Tum etiam quia verbum *tangit*, de quo *in di-* 8
cto c. quod omnes 29. *de reg. juris*, per prius, & non
per poſterius verificatur tantum in iis, quo-
rum detrimentum principaliter vertitur, juxta
dict. l. de unoquoque, juncta gloſſa, verbo *ſingulo-
rum. in l.* 1. §. *hujus*, ubi Paulus, *ff. de juſtitia, &
jure*, Tiraquel. ubi ſupra *pag.* 5. verſ. *hinc.* † Et ſic 9
notabiliter conſuluit Oldradus *conſ.* 34. quem
ſequitur Balboa *d. n.* 39. quod ſi quis obtinue-
rit fundum in emphyteuſim à pluribus Domi-
nis, & voluerit alienare cum conſenſu Domi-
norum, unus tamen illorum contradicat, non
poſſit fundum alienare in præjudicium contra-
dicentis.

Quod ſi aliqua juſta cauſa adſit, & aliud ex- 10
preſſum reperiatur, exiſtimo etiam valere
actum, ſeu decretum majoris partis in caſu, de
quo loquimur, quia per illam jure indici poteſt,
ut major pars etiam in his ſufficiat, ut *in c. 2. de
jurepatronatus*, ibi *plurimorum*, in quo ſpeciale
eſt, ut in negotio præſentationis, quæ ad ſingu-
los patronos pertinet, ſufficiat major pars, ut ad-
vertit Barboſa ibi cum multis, ut eſt vulgare
Rochus de Curte *de jurepatron.* verbo *honorifi-
cum. num.* 91. vel quia alias ſequeretur abſurdum
aliquod, vel iniquitas, quæ vitari debent, *l. nam
abſurdum ff. de bonis libert.* vel quia exiguum eſt
præjudicium *l. ſcio ff. de in integrum reſtitut.* vel
tandem, quia utilitas, & bonum publicum ma-
xime urgent. *arg. l. Lucius* 11. *ff. de eviction.* Barbo-
ſa *in dicto c. quod omnes n.* 3. & 5. Quo pacto ſunt
intelligenda exempla poſita ſupra in verſ. *ſed ni-
hilominus.*

Ex his infero in actibus neceſſariis factum à 11
majori parte valere, ſecus in actibus volunta-
riis, qui fiunt, nulla cogente neceſſitate, in qui-
bus, ut dixi ſupra *quæſt.* 1. dict. verſ. *ad tertiam*
ex gloſſa hic communiter recepta, *gloſſa in dicta
l. per fundum, ff. de ſervitut. ruſticor.* neceſſum eſt
ut omnes conſentiant. † Nec procedat quando 12
major pars aliquid voluiſſe facere, in magnum
præjudicium Eccleſiæ, vel univerſitatis, violan-
do jura, & privilegia, aut laudabilem conſuetu-
dinem communitatis, quia in eo caſu prævalet
minor pars contradicens, ut expreſſe docent
Innocent. *in c. accedentibus de privilegiis*, Panor-
mit. *in cap. veniens de præſcriptionibus*, Barboſa *in*

dicto

dicto c. tertio loco 5. *de probat. num.*44. ubi addit ex
Alberico *in l. quod major, ff. ad municipalem,* quod
in eo caſu minor pars habet juſtam contradi-
cendi cauſam, qua unus ſolus poteſt contradice-
re, ne actus fiat. † Et quod minor pars contradi-
13 cens, non teneatur juſtificare ſuam repugnan-
tiam coram cæteris de capitulo, ſed quod ſit con-
ſulendus ſuperior communitatis, ut determinet
an decretum à majori parte ſit, ut iniquum re-
vocandum, vel non, notant DD. ex regula textus
in c. 1. *de his, quæ fiunt à majori parte capituli* ubi
notat Panormit.
14 Ad ſecundam quæſtionis partem, an abſen-
tes conſiliarii debeant vocari ad actus Capitu-
lares, & repetitis quæ dico infra *de electione*
c. 18. *c.* 42. §. 1. ubi *de vocandis electoribus, & ci-*
tandis. Et ſic ex ibi dictis juxta terminos noſtri
dubii; etſi ex generali regula cautum ſit, quod
in tribus caſibus ſit vocandus abſens, nempe in
electione Prælati, *c. quia propter de electione*, *in*
electione Canonica, *ut in c. cum Eccleſia de præben-*
dis lib. 6. & in ceſſatione à Divinis faciend. ut
in c. ſi canonici de officio ordinarii lib. 6. *& ex gloſſa*
celebri in c. præſentium de teſtibus lib. 6. quæ eſt
communis ſecundum Imolam in hoc noſtro
textu num. 8. Felin *num.* 22. Decium *num.* 7. Cor-
neum *conſ.* 181. *col.* 8. *vol.* 2. Ripam *lib.* 2. *reſponſ.*
c. 21. *num.* 4. ſervarique in practica, ſecundum
Alexand. *a l Bartol. in l. omnes populi, ff. de juſti-*
tia num. 15. & alios, quos refert Zevallos *in*
practicis q. 476.
15 Tamen alii Doctores ſentiunt quod præter
tres relatos caſus, ſint vocandi abſentes in acti-
bus gravis præjudicii *per gloſſam dicti capituli*
præſentium de teſtibus lib. 6. verbo *ipſorum*, Inno-
centius, & Joanns Andreas *in c.* 2. *de novi operis*
nuntiat. Anton. *hic col.* 3. *verſ. ex prædictis, & in c.*
cum humilis, c. licet ad evitanda col. 2. *de electione*,
& in c. 1. *de his, quæ fiunt à majori parte capituli.*
Dominic. *in dict. c. præſentium col.* 7. Abbas plu-
ribus in locis, Joannes Crotus *in dicta l. omnes*
populi col. 3. verſ. *ego alias* dicens eſſe veriorem
in puncto juris, dicit hanc communem Barba-
tia hic *col.* 11. qui conſulit pro hac ſententia
conſilio 1. *colum.* 13. *volumine* 1. *& conſ.* 17. *col.* 2.
& 3. *volum.* 2. quam communiorem, & de jure
16 veriorem vocat Zevallos ſupra. † Et additio ad
Curiam Piſanam *ſub num.* 1. verſ. *ſed an* idem re-
ferens ex aliis has contrarias opiniones ait, ut in
cauſis non expreſſis in jure, quantumvis arduis,
non vocabuntur abſentes ad earum expeditio-
nem, niſi aliud de conſuetudine, vel ſtatuto ha-
beatur receptum, quod tutius eſſe teſtatur ex
Imola *in c.* 1. *de his, quæ fiunt à majori parte capi-*
tuli col. 6. verſ. *& iſtam differentiam:* tractant Fe-
lin. hic *num.* 22. *additio ad Bartol. in l.* 2. *C. de de-*
17 *curion. lib.* 10. † Ubi dicit quod ſi negotium tra-
ctandum, reſultat in abſentium præjudicium,
ſunt vocandi abſentes ii, & conſenſus eorum re-
quirendus, ut hic in noſtro textu, & gloſſa, Be-
nedictus Capra in commun. ſuis opinion. verbo
Capitulum, additio ejuſdem Bart. *in l. nomination.*
C. de decurion. lib. 10.
18 Unde ad difficultatem à nobis propoſitam
reſpondendo plures dixerunt abſentes vocari
non debere ad actus capitulares, ſeu pro actis
capitularibus: ſic Baldus, & Felinus hic, Archi-
diaconus *in c. ea enim §. hoc jus porrectum* 10. *q.* 2.
communem tenuit Imola *in c. fin. col* 3. *de majorit.*
& obed. contra Innocent. *in c.* 2. *de novi operis nun-*
tiat. communemque eſſe vocat Zachia *in addit.*
ad Abbatem hic num. 6. Franc. de Ripa *lib.* 2. *re-*
ſponſ. 21. Catelian. Cotta *in memorab. juris* verbo
abſentes, ſentit Gratianus *regula* 490. † Felinus 19
tamen hic *num.* 22. limitat duobus modis, aliis
tribus modis limitat *gloſſa in c.* 2. *de teſtibus lib.* 6.
Bernard. Diez ubi bene ſalcedo *in addit.* limitat.
novem modis *in regula* 3. Andreas ab exea hic
num. 206. quem refert Petrus Duennas *in regula* 1.
ubi limitat quatuor modis, bene Capra *in ſuo*
tractatu reg. 3. *n.* 26.
Et videtur regulæ quod non ſint abſentes vo- 20
candi, conſentire. Curia Piſana *lib.* 2. *c.* 5. dum
ait *num.* 1. quod de conſuetudine hujus Regni
non vocantur abſentes, etiamſi ſint in eadem
civitate. † Si tamen contingat caſus arduus, & 21
importantiæ, tunc ait quod Magiſtratus poteſt
vocare eos, qui ſunt in Civitate, vel comitatu
ut optima ſit ſententia, quæ plurimorum con-
ſenſu confirmatur. † Et quod in locis ubi non 22
ſunt decuriones, debent vocari omnes; & ſuffi-
cit congregari duas partes. Et quod major pars
facit, debet valere, gloſſa, & ibi Doctores plene
in l. aliud §. refertur ff. de reg. juris.
Sed eadem Curia Piſana *dicto lib.* 2. *cap.* 7. *Cu-* 23
riæ, & Azevedus cum eo *ſub litt. A. in addit. c.* 5.
dicunt, quod in conſiliis Hiſpaniæ de conſue-
tudine, non eſt neceſſaria citatio abſentium,
quia jus univerſitatis remanet apud inter eſſen-
tes; & eis acreſcunt vocem abſentium ſecun-
dum Bertachin. *in tract. de Epiſcop. p.* 3. *lib* 1. *n.* 26.
licet alii ſint abſentes, & impediti; & hoc eſſe ve-
rum ait Azevedus.
Quia & in materia canonica, & Eccleſiaſti- 24
ca, & ſic in capitulis Eccleſiæ eſt idem ex textu
in c. cum Eccleſiis de præb. lib. 6. quem ad hoc di-
cit expreſſum Oldrad. *conſ.* 259. *impugnatur ele-*
ctio. † Ubi *num.* 6. ait quod conſuetudo non vo- 25
candi abſentes, etiam de jure canonico decem
annis præſcribitur, ut dixit Puteus *lib.* 2. *deciſ.* 12.
eo quod ſecundum juris diſpoſitionem, nun-
quam abſentes ſunt vocandi, niſi in caſibus à
jure expreſſis ex dicta gloſſa *ipſorum dicta c. præ-*
ſentium 2. *de teſtibus lib* 6. ibi Barboſa *num.* 10.
quem ſecundum Azevedum in dicta Curia totus
mundus ſequitur, & quotidie ad eam recurrit,
ut tenet Jaſon *in l. placet n.* 13. *C. de ſacroſanct.*
Eccleſiis.
Et idem Azevedus *in l.* 2. *num.* 36. *regula* 8. 26
tit. 1. *lib. recop.* ubi caſus jure expreſſos remiſſive
retulit, quorum quatuor ſunt principaliores,
nempe electione, ceſſatione, receptione, & col-
latione, ut jam dixi cum Zevallos, & alios, &
retulit Abbas *in c. fin. de majoritate, & obed.* Ol-
dradus ſupra ex ratione quam adduxi, & repe-
tit Abbas *in dicto cap.* 2. *num.* 10. *de novi operis*
nuntiatione, quia prædictæ cauſæ arduæ ſunt ſe-
cundum gloſſam *in c.* 1. *de his, quæ fiunt à ma-*
jori parte Capituli. & gloſſam hic; quam appro-
bat additio ad Curiam Piſanam ſub *dicto cap.* 5.
lib. 2.
Notandum vero eſt quod valeat conſuetudo 27
non vocandi abſentes etiam in caſibus jure ex-
preſſis, ut notant Franc. Marcus *deciſ.* 1032.
num. 7. *part.* 2. *Curia Piſana additio* ſub *dicto. n.* 1.
verſ. *Valebit*, etiamſi tantum ſit longi temporis;
imo & in caſibus, in quibus abſentes ſunt vo-
candi, non vocabuntur, niſi illi, qui ſunt in-
tra provinciam *ex c. coram de elect.* notat Alex.
conſ. 91. *lib.* 7. *n.* 7. *in fine*; dum tamen provincia non
ſit

ſit ſata ex textu *in cap. quia propter de electione.* Ri-
pa *remed. 29. electus à majori.* Franc. Marcus *dicta*
28 *deciſ* 1032. *num.* 6. † Et ſic notant Decius *in l.*
cum filius familias col. 2. ff. ſi certum petatur, quod
collatio beneficii, quæ debet fieri cum conſilio
Epiſcopi, debet fieri eo agente, in remotis ex
textu *in cap.* 1. *ne ſede vacante* aliquid innove.
lib. 6.

29 Et licet hic in textu noſtro *colum* 12. late Fe-
linus diſſerat de canonicis vocandis, & quando
ſunt abſentes, & in quo loco, & qua citatione
vocari debeant: & an ſit opponenda hora, in
qua debeat fieri electio, de quo Bertach. *de Epi-
ſcopo 3. p. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 9. *ad* 14. & *in quæſt.* 17. &
Curia Piſana, & ejus additio tractent, an ſuffi-
ciat vocatio generalis, vel ſpecialis requiratur,
de quo bene Azeved. *ad Curiam Piſanam dict.*
lib. 2. *cap.* 2. Tamen quia hæc magis pertinent
ad electionis materiam; ideo ſub *dicto cap.* 18.
& *quia propter* 42. & in aliis latius expendi-
tur, quibus ſic jactis inſero adnotabilia non-
nulla.

30 Primo quod ſi abſentes vocati ſint contu-
maces, poſſunt de benignitate expectari ex vo-
luntate præſentium, Bertach. *de Epiſc.* 3. *p. lib.* 1.
q. 18. *n.* 29.

31 Secundo quod vocis ſuæ renuntians, poteſt
illam reaſſumere juxta gloſſam, & Bald. *in cap.*
licet num. 11. & 12. *de electione*, quod intelligit
Azevedus *ſupra circa finem dict. c* 5. re integra, id
eſt, antequam fiat electio ſecus ea facta, & perfe-
cta, ex Archid. & textu *ibi in c. in cauſis de elect.*
& *in cap. ad Apoſtolicam de regularib.* quatenus
probant quod poteſt quis ſuæ voci renuntiare.
Quid in electione Papæ, quando Cardinales
ſunt abſentes, bene per textum & ibi gloſſam *in*
32 *c. ubi periculum. §. hoc ſacro de elect. lib.* 6. † Quid ſi
tempore vocationis, & citationis, quis non
adeſſet in loco, ubi citandus, & vocandus fo-
ret, electionis autem tempore eſſet reverſus, &
præſens in loco, ubi vocandus alias erat; & li-
cet ſpeculator *de elect. §.* 1. & *tit. de via ſcrutinii*
in princ. num. 4. dixerit ut non oporteret, citari
tamen Marcus Anton. Cuchus *de inſtit. canon.*
lib. 4. *tit.* 1. *de elect. num.* 51. & Azevedus *ad Cu-*
riam Piſan. dict. c. 5. *in fine*, contrarium, ut me-
lius docent.

33 Ubi reſolvit quod ſi vocatur, non vocan-
dus, nec ſpectetur, non nocet electioni: ſic *ex*
c. cum inter univerſas de elect. ſed gloſſa *ibi* verbo
aſſumatis, dicit ut expectari teneatur uſque ad ter-
minum præfixum, niſi ex tali expectatione præ-
judicium, & damnum, non expectatis his, qui
vocandi non erant, ſuſtinerent ibi Hoſtienſ.
num. 9. verſ. *numquid*, Joannes Andreas *num.* 18.
Butrius *num* 19. Panormit. *num.* 11. verſ. *in gloſ-*
ſa penultima. Barboſa *de jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19.
num. 99. videndus late *à num.* 88. *ad plures caſus*,
ubi cum Rendina. & cum Ragucio *de voce canon.*
in capitulo q. 11. *num.* 3. ſic tenens dicit procedere,
quia non poteſt agere de contemptu, qui non
habet vocem in capitulo: alia inquam dico *infra*
ſub titulo de electione.

34 Ad tertiam quæſtionis partem, qui proprie
dicantur abſentes conſiliarii, ſeu votantes. Et
primo dicendum eſt quod abſentes dicuntur
illi, qui non faciunt reſidentiam in loco, ubi eſt
Eccleſia, vel concilium, ſecundum Abbatem,
quem allegat Curiæ Piſanæ additionator *lib.* 2.
num. 2. *cap.* 5. verſ. & *qui dicantur*. Et ſic qui in ci-
vitate non exiſtunt, ut inquit Felinus *hic n.* 21.
Franc. Marc. *d. deciſ.* 1032. *n.* 2. *p.* 2. & Decius *hic*
col. 6. verſ. *tertia concluſio.* Et exiſtentes extra ci-
vitatem dicuntur abſentes, & per conſequens qui
in Caſtris exiſtunt, abſunt, ſecundum Franciſ-
cum Marcum *num.* 2. & addit ad Curiam Piſa-
nam ſupra.

Sed an qui vivit in ſuburbiis, vel prope civi- 35
tatem, putetur taliter abſens, ut vocari non de-
beat, vel an reputetur, ac ſi eſſet in civitate, ut
vocandus, & requirendus ſit. In quo dubio fuit
quondam perplexitas magna talis, ut in deci-
ſum relictum fuerit per aliquas, eo quod non
reperirent caſum determinantes † ſed quod re- 36
putentur abſentes ita quod vocari non debeant,
niſi in caſibus à jure expreſſis: probatur, nam in
hac materia abſentes dicuntur, qui non habitant
in civitate. † Secundo quia civitatis appellatio- 37
ne continentur, quæ muro circumdantur *ex l.* 2.
ff. de verb. ſignif. quam ibi Rebuffus inquit *pag.* 2.
ampliat. 2. procedere in qualibet civitate, ut mu-
ra etiam finiatur ſicut urbs, *ex c. ſi civitas de ſent.*
excommunic. lib. 6. † Et quod urbs, & civitas pro 38
eodem capiuntur, *l. ſingularum C. de ædificiis publi-*
cis, ubi Imperator primo nominat urbem, poſtea
civitatem. † Etenim civitatis appellatione pro- 39
prie non veniunt ſuburbia, ſed id ſolum, quod
muri ambitu terminatur, ut per Cottam *in me-*
morab. verbo *civitas pag.* 107. Barboſa *in dicto c.*
ſi civitas n. 4. Idem etiam facit textus *in l. præſcri-*
ptio. C. de operibus; Ex quibus Rebuffus ſupra plu-
ra infert, & tradunt Franc. Marcus *deciſ.* 365. Co-
varr. *in c. alma mater de ſententia excommunicat.*
lib. 6. † Nec contineri ſuburbia, niſi ubi diſpoſi- 40
tio inutilis redderetur *ex dict. c. ſi civitas*, juncto
communi ejus intellectu, quatenus probat quod
interdicta civitate, intelliguntur interdicta ſu-
burbia, ne ſcilicet contemnatur interdictum,
item etiam intelligantur interdicta, etiam con-
tinentia ædificia, ſicut Doctores docent *in d. c. ſi*
civitas. Frater Emanuel Rodriguez *tom.* 2. *q.* 108.
art. 1. Bonacina *de cenſ. diſp.* 5. *puncto* 1. *num.* 20.
Sayrus in ſimili tractatu *lib.* 5. *cap.* 3. *à num.* 3. ubi
explicat quid in hac materia continentium, &
ſuburbiorum ædificiorum nomine intelligatur
ubi plura addit circa materiam *dict. c.* † Item & 41
tertio quia non vocari utile eſt Eccleſiæ, ne diſ-
feratur agendi actus, & expediendi executio, ut
notat Oldrad. *d. conſ.* 259. *impugnatur electus*; in
his tamen, quæ non favorabilia eſſent Eccleſiæ;
appellatione civitatis, non comprehenduntur
ſuburbia ſecundum dictos, & Felin. *in c. Rodul-*
phus de reſcriptis, n. 7.

Verum quod appellatione civitatis ad effe- 42
ctum, ut conſiliarii, ſeu votantes, non repu-
tentur abſentes, exiſtentes in ſuburbiis, & con-
tinentibus: probatur, eo quod appellatione ci-
vitas ſuburbia continentur, *l. ædificia, qui conti-*
nentibus 147. *ff. de verb. ſignif.* Et quia in ma-
teria indifferenti, ubi poteſt verti damnum, &
commodum, ſuburbia continentur appellatio-
ne civitatis, ſecundum Felinum *in dicto cap. Ro-*
dulphus. † Deinde quia qui prope civitatem eſt, 43
videtur eſſe etiam in civitate *ex l. præſens cum ſe-*
quenti ff. de procurat. ſed ſuburbia vocantur etiam,
ſi media ſit via inter civitatem, & continentia
ejus, ſecundum Bald. jam relatum, quem ſequitur
Menoch. *de arbitr. judic lib* 2. *cent.* 2. *caſu* 155. *n.* 13.
igitur. † Imo Baldus ſingulariſſime *in d. l. præſens* 44
de procurat. infert ex ea, quod in materia, ubi ab-
ſentes

prope civitatem erunt vocandi, & requirendi, refert, & ſequitur Franc. Marc. *in deciſ. Delphin.* 365. *num.* 40. & hoc voluit *l.* 10. *tit.* 14. *p.* 3. *col. fin.* ibi *ſecendo en tallugar.* Et propius accedendo tenet ſic gloſſa *in pragm. ſanct. tit. de col-*
45 *lation.* §. *item voluit* in gloſſa *abſentia.* † dicens abſentem eſſe illum, qui non eſt in civitate, vel continentibus, & ſuburbiis ejus ex textu *in dict. l. præſens,* & *ex l. abſentem expreſſa ad hoc ff. de verb. ſignificatione* ibi, *ſed ſi forte extra continentia urbis ſit, abeſt; cæterùm uſque ad continentia non ad eſſe videtur, ſi non latitet,* & probat lex Reg. a 6. *tit* 33. *p.* 7.

46 Et confirmatur quia eodem modo dicuntur Cardinales abſentes, quoad Papæ electionem, qui ſcilicet extra civitatem ſunt, vel continentia illius ubi Papa mortuus eſt, ex textu *in c. ubi periculum,* §. 1. *de electione lib.* 6. notant Rebuffus *in dicta l. abſentes* verſ. *ſie abſentes,* ubi hoc applicat ad conſiliarios civitatum, & populorum, ut abſentes à civitate, vel continentibus ejus dicantur abeſſe; ita ut vocari non debeant, niſi in caſibus à jure expreſſis, & in verſ. *ad hac abſens* idem dicit quoad canonicos, niſi ſint habitantes ultra mare, vel ultra flumen civitatis; nam tunc non reputantur adeſſe in ſuburbiis, & continentibus civitatis; ſic Rebuffus in *dict. l. abſentem per textum* ibi Azevedus *in dicto c.* 5. *Cu-*
47 *riæ Piſanæ ſub dict. num.* 3. † Cum enim ſecundùm ſtatum, & qualitatem, ac conditionem loquentis, vel actus gerendi, ſuburbia comprehendantur aut non; Covarr. *in dicto cap. alma mater* 2. *part.* §. 1. verſ. 9. & mens diſpoſitionum, quod præſentes in civitate vocentur, detur tam circa vocationem eorum, qui in ſuburbiis civitatum degunt, & morantur; ſequitur ut tales ut præſentes debeant reputari; quia qui prope civitatem eſt, in eadem civitate adeſſe dicitur ex dicta *l. præſens ff. de procurat.*

48 Ex quibus idem Rebuffus *in dicta l. qui continentibus,* dixit quod ſuburbanus habitator poteſt ad officia recipi civitatis; quæ tamen tunc judicabuntur ſuburbia, vel prope civitatem: tunc adeſſe ſit arbitrio judicis relinquendum, ſecundùm gloſſam *in d. pragm. ſanct. tit. de collat.* §. *item voluit, d.* dicta gloſſa *abſentia*: arg. textus *in l.* 1, *ff. de jure deliberandi, l. continuus ff. de verb. obligat.* notat Hoſtienſ. *in c. relatum, de ſent. excommunic.* Archid. *in dicto c.* 2. *de teſtibus lib.* 6. † Quia
49 & quæ dicantur ſuburbia verius eſt ait Azevedus, ut judicis arbitrio relinquatur ſecundùm Covarr. *ſupra* verſ. *quæ verò,* Menochium *de arbitrar. dicto lib.* 2. *cent.* 2. *caſu* 155. *num.* 13. qui *caſu* 57. *num.* 30. *lib.* 2. *cent.* 1. & Balachio. *in repertorio* verbo *prope.* † Dicunt prope quem eſſe,
50 vel non, judicis etiam arbitrio relinqui ſic, ut bonus judex arbitrabitur an eſſe in tali loco, ut facilè poſſit adiri. Sed Franc. Marcus *in dicta deciſ. Delphin.* 365. *num.* 30. *ex dicto c. cum. in Eccleſiis* 33. *de prabend. in* 6. dicit quod conſuetudo multum circa hoc operetur, hæc Azevedus *ad Curiam Piſanam ſub dicto num.* 3. ubi dicens quod hæc multùm ſit Commendanda, ut à nemine dicta, addit quod ex his fundamentis, reſponſum patet ad fundamenta contrariæ ſententiæ.

51 Et huic ſecundæ opinioni ego aſſentior; quippe cum viderim in quampluribus Cathedralibus vocationem ad actus capitulares, imo & proviſionem Canonicatuum dari, eſſe ſolitum nomina vocationum, ut miniſter vulgò *El Pertiguero* citet, & vocet, quemque capitularem in ejus domo, ubi ſi non fuerit, ut dicat ejus ſervitoribus, quod capitulari denuntient capituli decretam vocationem; & hoc ſufficere, ut amplius non requirantur citationes ſive vocationes, requirendo abſentem à domo, vel civitate, quod ſic procedit circa res mediocres, veluti *de paciend.* † In electionibus verò canonicatuum, 52
& præbendarum, ſtatur juri communi; etſi etiam viderim in his, ut abſentes modo dicto non requirantur, nec citentur, niſi contigerit quod capitularis habitaret cum ſua familia in ſuburbiis, & continentibus civitatis, eſſetque aſſuctus ad Eccleſiam, vel ad concilium ire in diebus actuum Capitularium; tunc enim reputantur in civitate; & ob id debent requiri, & citari ſingulariter, & perſonaliter, ſi ſciatur ubi degant, & commodè, & ſine periculo fieri poſſit, *c. cum olim,* ubi gloſſa verbo *bibernia de dolo,* & *contumacia, c. venerabili eodem per literas,* ſcilicet, vel nuntium, niſi de conſuetudine aliud ſervetur. † Quod ſi neſciatur, ubi commorentur, 53
citatio erit facienda per publicum edictum in Eccleſia, vel ubi ſoliti ſunt commorari, vel legi debent litteræ citatoriæ capituli, capitulo præſente, & Clero, ut *in cap. fin. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſerv. l.* 4. §. *toties, ff. de damno infecto,* vel ſic citandus inveniri non poteſt, citatio de jure facienda eſt in ejus domo, *c. cauſam, c. Veneralis de dolo;* etſi domicilium non habeat, ſit facienda in loco, ubi habitare conſueverit, *d. l.* 4. §. *propter,* vel in ejus Eccleſia, ſeu beneficio, *cap. fin. de dolo, c. ex tua de clericis, non reſident.* quia ibi reſidentiam facere præſumitur, Maſcard. *de probationibus, concl.* 1271. *n.* 1. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell.* gloſſa 15. §. 2. *n.* 30.

Quod ſi vocati intra aſſignatum terminum
competentem, non venerint, non ſunt de cætero 54
ſpectandi, *cap. cum inter* 18. & ſequenti, *de elect.* Laurentius de Peyrinis *de privileg. regul. tom* 3. *in additam c.* 9. *n.* 13. *pag.* 446. † Ubi ait quod quando 55
eſt ſtatuta dies electionis, ſi aliqui electorum non compareant de manè, quando electio fieri ſolet, poſſint qui ſunt præſentes electionem Hora ſolità facere, Julius Labor. *variar. lucub. tit.* 4. *c.* 15. *num.* 25. ubi adverrit, quod non venientibus abſentibus, nec procuratorem conſtituentibus, poteſt fieri abſque eis electio, dummodò non ſint plures abſentes, quàm præſentes, vel notabilem collegii partem conſtituerent, quia tunc præſentes tenentur expectare vocatos, ſaltem uſque ad finem termini dati ad eligendum.

Item quod ſint ſpectandi etiam, elapſo termi- 56
no, quamvis pauciores ſint, ubi abſque periculo & incommodo ſpectari poſſent, & aliquâ cauſâ neceſſariâ, vel probabili detinarentur, putà pluviâ, & ſimili, & ſuperior pro certo haberet non longè abeſſe, præſertim cum nullum eſſet periculum in mora modici temporis, quia adhuc facultas eligendi durabat. † Et idem Laborius *dict.* 57
c. 17. *n.* 25. *cum Chucbo de elect. n.* 83. Fr. Eman. Rodriguez *tom.* 2. *regul. q.* 51. *art.* 5. ait quod ſi congregati ad eligendum, dolo potius excludendi abſentes vocatos, quàm alia legitima cauſa accelerent electionem in ipſorum præjudicium, ſit tunc locus reclamationi. † Sed ſi major pars ab- 58
ſens reſpondiſſet ſe nolle venire, nec eligere, nec electioni intereſſe, tunc poſſet etiam minor pars eligere. Et quod immo ſi finis termini immineret, poſſent pauciores, & etiam unus ſolus,

Digitized by Google

non expectatis, convocatis eligere, quia tempus
interpellat pro homine: alia tradit Barboſa le-
gendus *de jure Eccleſiaſtico d. p. 1. c. 19. à n. 90.* ubi
refert aliqua, etiam *à n. 10. de procuratore conſti-
tuendo ab eo electore, qui juſtè impeditus eſt juxta
regulam textus*, ubi Doctores *in c. ſi quis, in princi-
pio de elect. lib. 6.* idem Julius Labor. *d. tit. 4. c. 17.*
59 *n. 32.* † Rota *in calaguritan. beneficii de Moril-
lo* 13. Novemb. 1620. coram bonæ memoriæ
Uualdo, ubi ſuit dictum tria requiri ad hoc ut
votum abſentis per procuratorem poſſit ſuſtine-
ri, quæ ſunt ut quis ſit in loco unde evocari poſ-
ſit, & quod juſto impedimeoto detentus venire
non poſſit, & quod procurator babeat manda-
tum ad jurandum ſuper dicto impedimento, de
quo idem Barboſa *d. c. 19. n. 108.* & idem Labo-
rius *d. c. 17. n. 27.* ponit ſormam vocandi abſen-
tes, ſi in ſcriptis vocatio ſacienda eſſet: & *n. 28.*
ponit aliam ſormam pro abſentibus in electio-
ne prælatorum regularium vocandis de quo dixi
aliqoa *in c. quia propter 42. §. illud de electione.*
60 Et in terminis decurionum abſentium impe-
ditorum, an eorum quilibet poſſit committere
âlteri vocem ſuam juxta notata *in cap. quia pro-
pter de electione, & in c. pen. eodem. lib. 6.* in termi-
nis Curia Piſana *lib. 2. cap. 7. in princ.* ait in con-
ſilijs Hiſpaniæ prædicta jura non practicari, ubi
eſt conſuetudo, quod non eſt neceſſaria abſen-
tium citatio, & jus univerſitatis remanet apud
intereſſentes; licet alii ſint abſentes, & impedi-
61 ti † quod limitat eadem curia duplici caſu, ve-
luti ſi citetur abſens ad certum actum; quia tunc
ſi non poteſt venire, & eſt impeditus, poteſt
committere vocem ſuam ex ea ratione, quia ille
qui non debet citari citatur, citatus legitimatur
perſona ſua, & ſine ille actus non poteſt expe-
diri, ut notant Bald. & Doctores *in l. fin. C. de edi-
62 cto Divi Adriani tollend.* † Item ſi conſentiant il-
li de capitulo vel univerſitate, quod abſentes
deot vocem per procuratorem, quia prohibitio
eſt facta eorum favore, cui poſſunt renuntiare,
ſic ut poſſint admittere, non ſolùm conſiliarium,
ſed & quemlibet extraneum; etſi de extraneo
ſit dubitatio probabilis, quia extranei, & qui
non ſunt de capitulo, non poſſunt curiam in-
trare per ſe, nec per alium. Hæc & alia videnda
explicat uberius cum multis omnino videndis.
Azevedus *in d. cap. 7. ad dictam Curiam Piſanam*,
quibus adjunges Barboſam *d. cap. 19. à num. 102.*
Julium Labor. *d. tit. 4. tit. 4. c. 17. à num. 45.* & Do-
ctores qui tractant materiam textus *in d. cap. quia
63 propter*, ubi aliqua etiam dico. † Et addes quæ-
ſtiones, quas refert Diana *part. 1. tract. 3. de Par-
lamento reſ. 7. 8. & 9. & 10.* ubi de procuratore
conſtituto à pluribus univerſitatibus, ſeu Ba-
ronibus Regni ad effectum intrandi in parla-
mento, & concilio, & poſſit ſubſtituere procu-
ræ mandatum: & an procuratores, ſeu alii in-
trantes poſſint proponere aliquid in Parlamen-
to, licet non proponatur ab illo, qui eſt Parla-
meoti caput. Et an Baro, v. g. qui babet etiam
procuram univerſitatis, poſſit ſerre duo ſuffra-
gia in conſiſtorio, & Parlamento, unum ut Ba-
ro, videlicet reſpondendo affirmativè, aliud ut
procurator negativè, ubi cum aliis videbis. Et
*reſ. 88. an procuratores in Parlamento ſedere de-
beant*, ubi eorum Barones ſedere deberent, ſi in
Parlamento adeſſent, & reſpondet negativè cum
à Ponte *deciſ. 15. num. 1.* pluraque de procurato-
re conſtituens & quibus de cauſis admittatur
in materia electionis Canonicæ abunde cum in-
finitis Barboſa *de jure Eccleſ. part. 1. cap. 19. à
num. 100.* ubi leges eum multum faciant pro hoc
dubio & D D. *in c. ſi quis de elect. lib. 8.* per textum
n. 61. † Ad quartam quæſtionis partem an major 64
pars ad condonandum Regi ſufficiat; & ea dictis
affirmativè reſpondeo, ut docent à Ponte *in
tract. de poteſtate Pro-regis*, quem citat, & ſequi-
tur Valenzuela *conſ. 99. p. 1. n. 62.* Diana *dict. p. 1.
tract. reſ. 27.* † Ubi addit quod in Parlamento Si- 65
ciliæ, ſi non concurrat brachium Eccleſiaſti-
com, etiam ſi ex brachio demoniali, major pars
concurrat, oon ſufficiat ut donativum Regi tri-
buatur, ſemperque eſſe opus, ut brachium Ec-
cleſiaſticum concurrat. † Et in noſtro Caſtel- 66
læ, & Leon Regnis videmus quotidie uſitatum
in curriis, ut major pars decurionum concurren-
tiam ad Curiam Regiam, ex publicatione publi-
ca, ut contiogit in actu in curiis, quæ nunc ce-
lebrantur vulgò *cortes* Matriti, in quibus à ſola
majori parte nonoulla tributa condonata ſunt, &
conceſſa. † Ex quo inſero ad aliquot dubia ſeque- 67
tia. Primum ex Gabriel. Vaſq. *opuſculo de reſt. c. 6.
§. 1. dub. 1. num. 7.* quod Regi jure ipſo naturæ de-
betur à ſubditis ſuſtentatio, quæ ſufficiat ad di-
gnitatem Regiam decenter ſuſtentandam, & Re-
gnum, vel provinciam ab hoſtibus tuendam
ex pacto tacito inter Regnum, & Regem, &
niſi debitum ſit redactum ad certam ſummam
pecuniæ ex pacto inter Regem, & Regnum, ini-
to, manet arbitrio Regis, & ſupremi Principis,
qui illius Provinciæ curam gerit juſtam pecu-
niæ ſummam aſſignare, quæ neceſſaria ſit regi-
mino, & deſenſioni ipſius Regni, Diana *d. tr. 3.
reſ. 12.* † Secũdum quod poteſt Rex, ſeu Princeps
ſupremus ultra poſſeſſiones, & redditus ſibi aſſi- 68
gnatos, etiam ea pacto cum ſuis ſubditis à ſe, vel
ſuis primogenitoribus inito, exigere tributa no-
va, vel antiqua augere, quando patrimonium
ſibi aſſignatum non ſufficeret ſuæ congruæ ſu-
ſtentationi, ſecundùm dignitatem Regiam, vel
ſecundùm neceſſitatem publicam Regni, quæ
ſolent de novo accidere; & quod in his tenentur
ſubditi providere: ſic docent Molfeſ. *in ſumma
tom. 2. tract. 12. c. 22. n. 70.* Turrian. *in 2. 2. tom. 2.
diſp. 45. dubio 2. n. 8.* Vaſquez ubi ſupra, *dubio 2.
n. 27.* Gabriel. *in 4. diſt. 15. q. 5. art. 2. concl. 2.* Diana
d. tr. 3. reſ. 13. ubi dicit hanc doctrinam ſolùm ad-
mitti, quando vires Regni poſſunt hoc ſufferre,
ex his, quæ ipſe *reſ. 50.* Salas *de legibus diſp. 15.
ſect. 10. n. 120.* Salon. *de juſtit. in 2. 2. tom. 2. q. 77.
art. 3. cont. 6.* Molſaſ. *tom. 2. tract. 12. ſum. c. 22. n.*
36. Franciſcus à Ponte *in tract. de poteſt. Proregis
tit. 4. de Regal. impoſition. n. 45.* † Qui duo aſſerunt 69
& aliis donativa, quæ fiunt in Parlamento debere
eſſe in illa quantitate, ut poſſint univerſitate ea
ſolvere, aliter donatium eſſe injuſtum ex parte
cauſæ formalis, & idem è Ponte ſic ad conſilia-
rios donaturos ait *perpendant bene miniſtri Regis
omnia ex utraq; parte, quæ ſint cauſæ, quæ ſint neceſſi-
tates, quæ ſint Regni vires, in quas neceſſitates inex-
cuſabiles, pecunia ſit convertenda, ſi aliud adeſt expe-
diens, ne timeant faciem potentis dicant veritatem
coram Deo, & hominibus, quia de anima certant, &
de æternitate irrevocabiliter, in qua nihil poteſt Rex,
nihil Prorex, nullus favor, & nulla gratia.* † Alia con- 70
ſiderabunt etiã quæ notat Capiblancus *de officio
Baron. prag. 10. n. 6. & ideo videant in illis imponendis
quid faciant, & conſiderent etiã attente arbitria, quæ
proponuntur: nam ut bene obſervat Conſultor Matu-*

ta in reſponſ. contr. Meſam fol. 4. *in practica, ſunt difficilia, & non reddunt poſtea in fractione panis, quod in theorica promittunt.* Applicabis aliqua dicta *infra in cap.* 10.*quæſt.* 16. verſ.*ad*
71 *quartam.*

Unde adverto quod ſi Reſpublica Vaſſalli, & Populi ſunt multùm gabellis, collectis, & tributis onerati, & poteſt, imo debet Rex non imponere novum tributum, nec requirere donativa, ſed minuere, vel ſuſpendere gratias, vel penſiones aliquibus aſſignatas, quoties cauſa publicæ utilitatis imminet; & in ſpecie quando redditus Regni nequeunt incumbenti Reipublicæ ſubvenire, & ſuſtinere, aliter enim ingentia mala oriuntur inde populationem, & exterminationem Regni ex novis impoſitionibus, novis donativis, & innumerabilibus, & intolerabilibus angariis, & vexationibus: optime Franciſcus à Ponte *ſupra tit.* 5. *à num.*21. ſupra Valenzuela *conſ.*99.*punct.*7 *part.* 1.*à n.* 29. Diana *dicto tract.* 3. *reſol.* 14. ubi *reſ.* 15. agit de alia quæſtione, an pro imponendis tributis in Regno Siciliæ; ſufficiat tantùm cauſa neceſſaria de
72 jure communi.

Dubium verò eſt ex dictis *in principio hujus quæſtionis* 2. *& ſub* 1. an major pars ſufficiat conſultorum in donativis Regni concedendis; nam ut *ibi* dixi, quoties agitur de his, quæ ſunt ſingulorùm communia, & quando efficitur alicui præjudicium in ſingulari; tunc omnium conſenſus requiritur, ut *ibi* probavi, quibus addo Matrillum *de Magiſtrat tom.* 2 *lib.* 5. *cap.* 15. *num.*27. Cura Piſana *lib.*2.*cap.* 14. Villagutierr. *tract.de rebus Eccleſ. non alien. lib.*1 *part.* 1.*c.* 101. *num.*7. *&* 8. &*cap.* 102. *num.* 7. qui dicunt ex Caroli V. *c.* 165. & litteris Regalibus *ſub die* 20. *Octob.* 1620 tempore regiminis Marchionis Villenæ in Regno Siciliæ prohibitum eſſe donativa à Proregibus exigi. Imo etſi eis de Regis licentia permittantur non valere, niſi omnes conſiliarii votantes concurrant, ergo & ſimili-
73 ter videtur dicendum reſpectu Regis.

Sed quia donativa, etſi voluntaria videantur, tamen ſolent Regi crebrius donari; propter inſtantes in bello Domino adjuvando, ſuiſque neceſſitatibus publicis ſubveniendo; ad quod omnes tenentur ex adductis à Mario Gujurba *tom.* 1.*deciſ.*48. *à num* 10. Valenzuela, Velaſquez *dicto conſ.* 59. *punct.* 4. *num.* 61. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap* 17. *num.* 7. P. Molfeſius *in ſumma tom* 2. *cap.* 22. *dicto tract* 12. Bobadilla *in polit. tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 5. *num.* 4. Baſilius Potius *de impedim. cauſa* 31. *quæſt.* 2. § 12. & alii, quos ſequitur Diana *part.* 1. *tract.*3. *ſub reſ.* 1. ideo cum eo reſpondetur *dict. tract.* 3. *reſ.*29. *in fine*, quod inter Regnum & Proregem, eſt diſpar ratio, quia reſpectu Regis dicta donativa nomine ſunt voluntari, ſed revera neceſſario debita Regi; & ob id ſufficere partem majorum votantium, nec ſic reſpectu Proregis.cui donativa facta ſunt voluntaria, ex qua cauſa debent omnes Parlamentarii
74 conſiliarii concurrere.

Pro dubii hujus elucidatione breviter notandum eſt, primo quod juſtum eſt tributum, v. g. in his Hiſpaniæ, & Caſtellæ Regnis impoſitum, propter bella, & ſumptus, quos ſuſtinet Rex in aliis Regnis, & affirmant Turrianus *in* 2.2. *tom.* 2. *diſp.*46.*dubio* 1.*num.*5. *&* 6. Gaſpar Hurtado *diſput.* 15. *difficult.* 3. Gabriel Vaſquez acutiſſime loquens *in opuſculo de reſt. c.* 6.§. 3. *dubio* 10. *num.* 7. cujus verba ſequitur, & refert Diana *dicta part.* 1. *tract.* 3. Franciſcus à Ponte *in dicto tract.de poteſt. Proregis tit.* 4. §. 1. *num.* 4. qui intelligunt ſic procedere, dum concurrat forma, de qua jam retuli. Et in practica in his Regnis videmus uſitatum, pro ſuſtinendo bello in Regno Flandriæ, & in Regnis Italiæ; imo in aliis hic adjacentibus qualia ſunt Navarræ, Aragoniæ, & nunc temporis eſt uſitatum abhinc annis decem & octo pro debellando contra Regem Francorum, Cataloniæ Provinciæ partem magnam ab ipſo interpreſſam & Portugaliæ.

Notandum eſt ſecundo, quod Rex ſi culpâ 75
ſuâ, propter largitiones immoderatas, ludos, bella injuſta, & alia; in egeſtatem incidat, poſſit nihilominus imponere tributum, & Regnum illi donativum præbere, & id quod neceſſarium eſſet ad ejus ſuſtentationem, conſiderarâ ſuâ dignitate; nam quidquid ſit de peccato Regis totum hoc poſtulat bonum publicum eo quod inopia Regis vergit in perniciem totius Regni; ad quod malum providendum; licere tributa imponere, & de novo augere: ſic docent Medina *Cod. de reſtit.quæſt.* 3. Gabriel *in diſt.* 15. *q.*5. *art.*1.*concluſ.* 3. Maldera 2 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dubio* 4. Molina *de juſtitia tract.*2. 2.*quæſt.*667.*num.*4. Bartholom. à ſancto Fauſto *in ſpeculo confeſ. diſp.*33.*quæſt.*11. Molfeſius *in ſum.tom.*2.*tract.*12. *cap.*21. *num.*72. Gaſpar Hurtado *ſupra difficult* 3. Vaſquez *opuſculo de reſtit. cap* 6. *&*. 1. *dubio* 2.
num. 24. Diana *dicta part.* 1. *tract.* 2. *reſ* Leſſius 76
de juſtia lib 2.*cap.*33. *dubio* 6 *num* 48. † Ubi cum docet quod Princeps in tali caſu teneatur omnea ſumptus parum neceſſarios excipere; & in poſterum ſe continere à prodigalitatbus; quod ait Molina notandum maximè à Regum confeſſariis, & conſiliariis. Vide *infra in cap.* 10.*quæſt.*16. verſiculo *ad quartam* aliqua dixi *in fine illius textu*.

Notandum eſt tertio ut conſiliarii, & decu- 77
riones intrantes in Parlamento, & capitulo comitiorum poſſint credere Regi atteſtanti ſe eſſe in neceſſitate, quia credendum eſt Principi, quando atteſtatur de proprio facto, juxta quæ longè adduxi *in cap.* 28. *de teſtibus quæſt.* 3. eo quod in ipſo ſemper præſumitur juſtitia cauſæ, docent Petrus Corſetus *in propugn. veſtig. fol.* 46. *in allegat. pro eodem veſtigat. fol.* 5. Loderchius *conſ.* 145. *num.* 2. Thomas Gramatic. *deciſ.* 65. *num.* 30. *& deciſ.* 105. *num.* 6 Cardinal. Paris; *tom.* 1. *conſ.* 1 *num* 41. Rolandus à Valle *lib.* 2. *conſ.* 1. *num.*98. Oldradus *conſ.*258. Alex. *lib.* 2. *conſ.* 216. *num.* 1. Zevallos *in practicis quæſt.*578.
num. 26. Bobadilla *in politica tom.*2. *lib.*5. *cap.* 5. 78
num 11. alii penes ipſum, gloſſa, *littera* C. † Quæ intelligunt Menochius *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 10.*num.*31. & Socinus *lib.* 2. *conſ* 164.*vol.*5. Gloritius omnino videndus *in reſponſo pro civitate Meſanæ reſponſo* 1. *part.*1.*à num* 13. Diana *p.* 1. *tract.* 3.*reſ.*11. quando mortaliter aliud in contrarium noo conſtaret, quia ut ipſi docent recedendum eſt ab expreſſa aſſertione Principis, cum de veritate in contrarium conſtat, hæc ſufficiant
pro elucidatione hujus 4. dubii à verſiculo *ad* 79
quartam.

Ad quintam partem quæſtionis an poſſit ſe ſubcribere determinatiooi à majori parte comitiotum, licet ipſe contrarium votum emiſerit: & quid quando concludit major pars injuſtam rem in damnum Regni: in quo dubio

quoad primam partem Sanchez cum 17. Doctoribus *in opere moral. tom. 1 lib. 1. cap. 9. n. 14.* & præter illos Granad *in parte 2 controverſ 12. tract. diſput 14. ſect. 3. num. 23.* Becanus *in ſumma Theolog. part. 2. tract. 1. c. 4. quæſt 9. num. 15.* Salas *de legibus quæſt. 96 tract. 14 diſp 13 ſect 1. num. 5.* Lorca *in p 2. tom. 1. diſp. 39. membro 1.* Villalobos *in ſum tract. 1 difficult. 10. num. 2.* Bonacina *de legibus diſp 1. quæſt. 2. part. 9. num 4.* Reginald. *in praxi tom. 1. lib. 13. c. 10 ſect. 1.* Filiuc. *in quæſt. moral. tom 2. tract. 21. c. 2. num. 128.* Sanctalerus *variar. reſol. part. 1. q. 59 num. 4.* & alii diſtinguunt; quia ſi opinio majoris partis habet rationes probabiles; licet pro minoris partis ſententia habet probabiliores, poſſit in hoc caſu minor pars ſe ſubſcribere parti majori; quia in moralibus eſt licitum ſequi opinionem probabilem, probabiliori relictâ, etiam tutiori; etenim qui ſe tunc ſubſcribit relictâ probabiliori, ſequitur conſilium hominum ſatis rationabiliter prudentum, & agentium; ſed qui prudenter
80 agit non peccat, ergo † ſi enim teneretur ſequi in his negotiis probabiliorem, & tutiorem, intolletabile onus eſſet, & maximis ſcrupulis angeremur in inveſtiganda opinionum veritate, & probabilitate, ſic tenendum exiſtimo, ut non peccet, ſic ſe ſubſcribens, etiamſi in contrarium ſtet Cornitol. *in reſponſ. moral. lib. 5. q. 15.*

81 In ſecundo autem caſu quando pars major concluſit aperte rem injuſtam in damnum Regni, tunc non poſſit aliquis è parte minori, ſeu ipſa pars minor ſubſcribere ſuæ, relicto ſuo voto, pro voto majoris partis evidenter injuſto; ita ut aliàs peccet mortaliter, ſic Joannes Madariaga *in libro de ſenatu c. 3. §. 4.* ex ea ratione; quia ita ſe ſubſcribentes eſſent participes injuſtæ ſententiæ, & approbarent rem malam & injuſtam, contrarium conſcientiâ dictante, Bimius *tom. 1. toto conſ.* 105. Riccius *part. 3. deciſ. 277.* Valerius *in different. utriuſque fori*, verbo *ſuffragium, different. 2.* Zarmard. *in director. Theolog. part. 2. præcepto 4. q. 10.* Diana *d. part. 1. tract. 3. reſ 30.* à verſ. *difficultas*, Gaſpar. Hurtad *ſupra* qui interrogaus reſpondet *non licebit alicui ſe ſubſcribere injuſtæ ſententiæ aliorum etiamſi proteſtatur, & facit aliquem actum, & ſcripturam aſſerentem ſe contrarium votum emiſiſſe*, quod eſt contra alios à Madariaga relatos opinantes prædictâ proteſtatione, ſeu ſcripturâ, licere ſubſcriptionem etiam in hoc caſu.

82 Nec obſtant jura *in dicta l. quod major pars. ff. de municip. & in l. aliud §. refertur ff. de regul. juris*, ubi præcipitur quod totum id, quod fuit à majori parte concluſum, firmum, & validum teneatur ex dictis *ſupra in principio*, quia reſpondeo cum Morla *in emporio jur. tit. 12. quæſt. 9. n. 8.* Diana *ſupra* has leges approbare, quod factum eſt à majori parte, non quia factum eſt à parte majori, ſed quia præſumitur juſtum; verùm quando apparet à majori parte rem concluſam eſſe injuſtam, leges non illam approbare, ſed reprobare teneant jam adducti.

83 Ad ultimam quæſtionis partem an quando certo ſcitur, quod à majori parte in capitulo eſt concedendum donativum injuſtum, poſſit quis ea die ſubterfugere ſine peccato, & obligatione reſtituendi: in quo dubio exiſtimo quod illius, qui ſubterfugit authoritas in ratiocinando, & perorando in capitulo, ſive conſiſtorio, talis ſit, ut poſſit rationibus ſuis perſuadere votantes, ut dictamen mutarent, nequit ullo modo ſubterfugere à concilio, ut communis Doctorum copia exiſtimat, & patet ex multis, quæ adducit Cardinal. Paleotus *de ſacro concil. conſult. p. 5. q. 8.* & Molfel. *in ſum. tom. 1 tract. 6. c. 16. num. 118.* Joannes de Madariaga, *lib. de ſenatu, c. 2. §. 1.* qui etiam ſic videndus docere in caſu noſtri dubii, Azevedus *in Curia Piſana lib. 2. c. 8.* † Verum exi- 84
ſtimo nec peccare, nec reſtitutioni eſſe obnoxium, ut docent Petrus de Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tract. q. cap. 2. concluſ. 24.* Joann. Valerius *in differentiis utriuſque fori*, verſ. *ſuffragium different. 2. in fine*, Nicolaus Garcia *de beneficiis tom. 1. cap. 2. p. 2. num. 542.* Diana *part. 1. tract. 3. reſ. 18.* ex eo quia iſti nolentes venire ad concilium, certò ſcientes à majori parte injuſtum decernendum, nec receſſura eorum ſuffragiis auditis non ſunt cauſa damni efficaciter, cum nequeant
etiam eundo turbare dictamen partis majoris. † 85
Et addit Garcia *ubi ſupra*, ut poſſit eſſe talis & cauſa tanta, quod queat aliquis, ſeu aliqui valeant ex decurionibus non ire ordinariè, ad con- 86
cilia, certò ſcientes de injuſtitia majoris partis. * Item ſi in capitulis eſſet talis perturbatio, & perverſio potentiorum, ut qui vellet ſatisfacere ſuæ conſcientiæ, & illam exonerare non poſſet, ſine magnis moleſtiis, inquietudinibus, & occaſionibus, & periculo aliquando cadendi, aut ſine magna nota ſingularitatis, & proterviæ, maximè ubi vota feruntur publica, quod eſt perniciosum, & regulariter votum illius prodeſſe non ſperatur, quia omnia fiunt, ut volunt potentiores, & Præſidentes in capitulo Eſſet inquam durum obligare aliquem ad aſſiſtendum in capitulis, & conciliis canonicorum, & decurionum cum tanto onere incommodo, & periculo; & ad opponendum ſe, & facere reſiſtentiam torrenti capituli.

Quod ſi major pars non ſufficeret ad conclu- 87
dendum, exiſtimo, ut tunc non poſſit aliquis ex votantibus ſe abſentare à capitulo, concilio, ſive Parlamento, quia quando omnes tenentur concurrere cum ſuo voto, poteſt impedire injuſtam concluſionem faciendam, docet in terminis referendi *num. ſequenti*, Diana *part. 1. dict. tract. 3. reſ. 19.*

Ubi addit Joann. Maderiaga *d. lib. de ſenatu* 88
c. 28. §. & Azevedo *d. c. 8. Curiæ Piſanæ*, quod malè faciunt illi, qui, ut rem injuſtam concludant, rogant aliquem ut pro tali die ſe abſentet à Parlamento; itemque, ut ille ſe abſentando male faciat. * Idemque ſi dum pro injuſta ali- 89
qua re, & concluſione agitur, & ſunt in loco comitiorum, quis datâ operâ accipit occaſionem loquendi cum aliquo, & illum exire facit extra comitia, ut interim ſine ipſius voto, ſuffragio, & præſentia ſtatim res concludatur: nam ſic ambo facientes ex induſtria peccarent.

Ex quo dubium eſt an peccet, & reſtitue- 90
re teneatur, qui poſteaquàm numerus ſufficiens ſuffragatus fuit pro injuſto donativo, ſeu alia re, ipſe concurrat. Igitur dicendum eſt ex communi Doctorum placito, ut ſi v. g. agatur in civitate de faciendo donativo injuſto Domino Regi, ut plurima vota vincunt, & dum dantur vota aperta; tunc ſi aliqui ex noviſſimis videntes vota præcedentia viciſſe, conſentiant injuſto facinori ad humanum reſpectum, peccent mortaliter; non verò reſtituere teneantur,

quia

quia cum jam damnum totum eſſet integrè datum pee antecedentia ſuffragia, non fuerunt cooperati ad illud damnum, plenè jam antea datum per alios.

91 Quod ſi ſuffragia eſſent revocabilia, etiam ſi eſſet numerus ſufficiens, tunc etiam ad reſtitutionem teneantur ultimò votantes ſi ſuum ſuffragium non revocent, quando alii ex primo vocantibus ſuffragia ſua revocarent, ut rem facerent juſtam: ita docent Graſſis *de deciſ. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 127. *num.* 14. Tannerus 2. 2. *diſput.* 4. *q.* 6. *dub.* 14. *num.* 395. Layman. *lib.* 3. *ſect.* 5. *tract.* 2. *c.* 5. *num.* 5. Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 11. *dub.* 7. *num.* 8. Sylvius *in* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 62. *art.* 7. Megala *in* 22. *lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 32. Rebell. *de obligat. juſt. lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 19. *ſect.* 5. *num.* 30. Filiucius *tom.* 2. *tract.* 33. Diana cum multis aliis *dict. part.* 1. *tractat.* 3. *reſolut.* 16. Vaſquez *de reſtit. cap.* 9. §. 1. *dub.* 1. *num.* 16. & 17. adversùs Medinam *C. de reſtit. quæſt.* 1. *ad* 5. & Cordubam *in ſum. q.* 191.

92 Ex quo infertue dieendum ut qui prior tulit ſuffragium, antequam eſſet numerus ſufficiens donativo iniquo, ſuffragatus tenetue eeſtituere, etiam, ſi certo ſciat ſequentes in eandem partem ituros, quia qui primus dedit ſuffragium, dedit efficaeem damni cauſam, & poſitivè contulit ad
93 eam læſionem. † Nec valet dicere quod iſte non fuit cauſa ſine qua non; quia reſpondetur adversùs ſalonium contrarium aſſerentem *tom.* 1. *q.* 62. *art.* 1. *concluſ.* 3. ſufficere ut eſſet cauſa ſine qua non fuit factum; imo ſic ſuffragans cauſæ damnoſæ, aliquid confert, & eooperatur ſuo ſuffragio: docent Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *diſput.* 12. *dub.* 2. *n.* 3. Filiucius, & Sylvius *ſupra*, Villalobos *d. dub.* 7. *n.* 8. Petr. Navare. *de reſtit. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 36. Molina *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 732. *num.* 3. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *c.* 13. *dub.* 3. *num.* 23. ad alia bona dubia conducibilia, leges Dianam *d. p.* 1. *tract.* 3. *reſ.* 21. 22. 23. 24. & 25. de quorum aliquibus *infra in c.* 7. & 10.

94 Pro eomplemento poſſes dubitare, an decurio poſſit egredi curiam ſine licentia; quod ſi cum licentia egrediatur, non eſt cur externè mulctetur, ſecus ſi ei denegetur licentia; quia cum poſſent decuriones citati non venientes ad coocilium mulctati fortius eſt, ut poſſit detineri, ſi jam êſt in curia, cum facilius quid eonſervetur, quàm de novo acquiritur *l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*: ſic Curia Piſana *d. lib.* 2. *c.* 8. comprobans ex illo Sabelli *p.* 1. *lib.* 4. ibi *nec à curia abire licebat, niſi alter conſonum pronuntiaſſet, abite ſi placet, non amplius vos moramur Patres Conſcripti*: & ſic concludit, ut in honeſtè decurio recedat, ſine licentia, & non impune, ſi illa dene-
95 gatur. † Et Azevedus ibi addit perperam, & non ſine peccato decurionem facere non reſidendo in concilio, & à fortiori ab eo intempeſtivè exeundo, cum poſſet ſuccedere negotium, in quo ejus authoritas votum, & vox declinaret omnes alios decuriones à pravo, & illicito conſilio in ejus abſentia prelato, & concluſo, ut inquit in propoſitum Imola *in Clem. ne Romani num.* 47. *de electione.*

96 Et ob id ultra dictum Curiæ Piſanæ, nec cum licentia, ubicumque ſuſpicatur aliquod negotium grave tractandum, non debebit decurio exire à concilio, prout malè, & perperam aliqui faciunt honorem ſolùm ambientes, onus autem honorem recuſantea, credens in hoc graviter er-

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

rare, & conſcientiam gravare † ſic ut ex *d. clem.* 97
§. *porro*, compelli poſſint per judicem rei intrare conſilium, niſi infirmitas, aut alia juſta cauſa excuſet, & Villar. *p.* 7. §. 1. *in n.* 28. & 29. ait quod qui abſque cauſa exeunt, vel non intrant, compelli poſſunt per Præſidentea capituli, & mulctari *ſic lib.* 2. *de conjur. omn. judic.* & his applicatis quæ dixi *infra in c. Eccleſia ſanctæ mariæ q.* 45. *à num.* 14. *verſ. ſed dico.*

QUÆSTIO III.

An ſtatuto ſtante, vel homicida plectatur, niſi pacem ab hæredibus habuerit, ſufficiat habere à majori parte hæredum. Appellari an liceat à lege, vel ſtatuto: & an Rubrica poſſit allegari ad deciſionem cauſarum, ut lex: & an ſi ſub nigro non contineatur, faciat legem?

SUMMARIUM.

1 *Hæredum major pars, ne Homicida plectatur, qualiter, & quando proficiat delinquenti explicatur* n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.

2 *Statutum Cavens Homicidam non eſſe pæna mortis puniendum facta cum hæredibus defuncti, pace factum à majori parte hæredum, firmitatem obtinet; imo Albericus, dixit, ut ſufficiat conſenſus unius ex hæredibus explicatur* n. 3.

3 *Pacem inire laudabile eſt, & Chriſtianum.*

4 *Hæredes ſi recuſant pacem inire, ne amittant actionem injuriarum, nihil faciunt, cum actio injuriarum non tranſeat ad hæredem, aut ſi recuſant damna, & expenſas, & actionem; & hoc etiam nihil valet cum remittens injuriam, eas non remittat.*

6 *Hæredes ſi recuſant pacem, quia volunt necem vindicare, ne incidant in pænam, nihil ſit, cum jam accuſatio facta eſt, ut condemnetur Occiſor ad mortem, niſi pacem habuerit ab hæredibus defuncti; non enim iſti hæredes amittent hæreditatem.*

7 *Hæredes ſi recuſant pacem, ut occiſor capite plectatur, vel quia nolunt gratificare, non cedit in præjudicium eorum.*

Diſſenſus unius impedit ſervitutem conſtitui, vel aliud jus acquiri, cum res tangit omnes, & ſupra n. 1. d. n. 7.

8 *Factum à majori parte hæredum valet, & etiam in cauſa criminali ad excuſandam pænam mortis* n. 9.

9 *Tranſactio licita eſt in cauſis criminalibus.*

10 *Appellare, ſeu provocare à lege non poteſt quis, ut* n. 11. *ſive juſta, ſive injuſta, & quare* n. 12.

21 *Privilegium Principis in præjudicium tertii non valet, niſi concederetur ex publica aliqua neceſſiate, vel cauſa.*

Salus populi ſuprema lex eſt d. n. 11.

12 *Lex lata in præjudicium nominatim alicujus tertii, ſi plurimos obliget, valet ut Generalis conſtitutio, ſi juſta erit, intentio ergo legiſlatoris eſt extra rem.*

Judicis, Prava intentio non facit iniquam ſententiam, quæ alioqui juſta eſt d. n 12.

13 L. 1. in fine ff. de doli, & metu exceptione.

Dolus qualiter adverſus leges concipi dicatur, d.n.13.

24 *Conſtitutio canonicalis valet in vim pacti*, & *conventionis, non legis, ut in textu noſtro.*

15 *Capitulum, ſede vacante, facit leges*, & *ſtatuta, non ex ſe, ſed virtute juriſdictionis*, & *poteſtate Principis legislatoris condonatis.*

16 *Rubrica* quod quiſque juris in alterutrum ſtatum ipſe debeat uti *excitat quæſtionem, num legislatores ſua lege obligentur, de qua* remiſſivè, *qualiter accipiatur in textu noſtro* num. 24.

17 *Rubrica*, & *titulus* in ff. aut C. aut juris canonici, *quæ habet orationem perfectam allegari poteſt ad deciſionem cauſarum, ut lex: ſic ſunt intelligendi diverſi modi dicendi Doctorum* n.18.19.20.21.22.& 23.*ut* à n.24.

18 *Statutum imponens pœnam non ſolventi gabellam in tempore ſecundùm formam ſtatuti antiqui; ſi illud non reperitur, habet nihilominus locum ejus pœna.*

19 *Rubrica ponitur ad deſignandum quod in nigro continetur, habet querelationem ad nigrum, ut* n.20.

21 *Rubrica reperta in libro inſtrumentorum notarii defuncti in partes diverſas, nihil probat, quia res eſt imperfecta.*

22 *Rubrica ſi generalis ſit*, & *nigrum ſpeciale, attenditur nigrum, quia tota vis in eo conſiſtit aliter videtur* n.26.

23 *Rubricæ*, & *tituli aliqui generales ſunt, qui reſtringuntur per nigrum, ubi exemplificatur.*

25 *Oratione perfecta, percipitur ſenſus ad deciſionem.*

26 *Rubrica cum decidit plures caſus, ſed nigrum unum gratia exemplificatum videtur.*

Exempla ſi non reſtringunt regulam, alii caſus non excluduntur expreſſi in Rubrica n.26.

27 *Rubrica ponens plures caſus, quam nigrum, tunc nigrum declarari dicitur per Rubricam.*

28 *Lex cum habet plures intellectus, debet declarari per Rubricam, id eſt reſtringi ad illum, qui magis Rubricæ convenit.*

29 *Rubrica, quæ plus ſe extendit, quàm nigrum, debet prævalere, ut pinguior diſpoſitio. Referenti abſque relato ſtatur, quando referens habet certam determinationem* d.n.29.

30 *Cauſa præcedens habet majorem efficaciam ad influendum in ſequenti, quàm è converſo.*

31 *Rubrica ſi ſub nigro non continetur, ſed habet orationem perfectam, ampliat nigrum, ubi exemplificatur; etſi contra* n.34. *ſed explicatur* n.35.

32 *Statutum excludens totam, intelligitur ab hæreditate dotantis.*

33 *Patris proprium eſt filias dotare.*

AD primam quæſtionis partem,
1 negant Felinus hîc *col.* 10. *verſ. ſeptimo fallit*, ubi dicit ſententiam Bartoli communiter reprobari, Jaſon, Ripa, Alciatus, & alii *in l. 4. §. Cato, ultima quæſt. ff. de verb. obligat.* per textum *in l. per fundum, ff. de ſervitut. ruſticor. prædior. l. reſcriptum, ff. communia prædior. l. in cauſa ff. de verborum ſignificatione, cap. quod omnes tangit de reg. juris l. ſi autem plures, ff. de aqua pluvia arcenda* † affirmant Bartol. *in*
2 *dicto §. Cato*, Caſtrus *in l. 2. §. ex his, ff. de verborum, oblig.* Aretinus *in l. pro hærede §. ultimo ff. de acquirenda hæred.* ubi dicit communem eſſe ſententiam, ut ſufficiat major pars: alios citat Socinus junior *in dicto §. Cato*; quorum fundamentum eſt *in l.* & *ſumm.* cum legibus ſequentibus *ff. de pactis*, & *in l. ultima, C. qui bonis cedere poſſint*, & *in l. quod major, ff. ad municip.* docet enim Bartol. *in dicta l. 4. §. Cato*, quod ſi à lege, vel ſtatuto caveatur homicidam, non eſſe pœna mortis puniendum, facta cum hæredibus defuncti pace, factum à majori hæredum parte, firmitatem obtinere; imo Albericus eum ſequens notabiliter addit de ſtatutis, quod ſufficiet conſenſus unius ex hæredibus.

Nihilominus Faquin. *lib.* 10. *controverſiar. c.* 58. 3
in fine, Bartolum amplexatus, ait ejus ſententiam magis juri conſonam eſſe, niſi aliquod adſit præjudicium hæredis recuſantis pacem facere, poſtquam dixerit rem ſatis eſſe obſcuram, cum ex una parte verba ſtatuti omnium hæredum exigant conſenſum, ex altera pugnet æquitas, ut liberetur à pœna mortis occiſor; & ſic conſulto tractans dicit ut non videantur facere leges primæ ſententiæ quia hîc non agitur de hæredum præjudicio, ſicut quando ſervitus imponenda; imo pacem inire laudabile, & Chriſtianum eſſe. † Item nec leges pro ſecunda ſententia
urgere videantur, quia creditorum intererat, ut 4
hæreditas adiretur, ut quinquennalis dilatio concederetur; forſan enim eis aliter non poterat ſatisfieri, quare ait ut unius, vel alterius diſſenſus majori parte nocere non debeat juxta ea quæ dicam *infra in c. fin. de foro comp. q. 4. ſub §. 4.* aliquod dixi *in hoc c. 5. præced. 7. n. 3.*

Quare idem Faquineus ſub diſtinctione ita
quæſtionem concludit, aut hæredes occiſi recu- 5
ſant pacem inire, ne amittant actionem injuriarum; & hoc nihil eſſe ait, quia actio injuriarum non tranſit ad hæredem. *l. ſi eum §. injuriarum ff. ſi quis cautionibus*, aut recuſant damna, & expenſas, atque actionem ex *l. Aquilia amittant.* Et hoc etiam nihil valere ait, quia remittens injuriam, non videtur remittere damna, expenſas, & intereſſe, ut probat optime Antonius Gomez *lib. 3. variar. tit. de injuria n.* 13. † aut recuſant quia vo-
lunt necem vindicare, ne incidant in pœnam, 6
juxta *l. ultim. ff. ad Syllanian.* & *l. 1. C. de his, quibus ut indignis*: & illud etiam nihil movere poſſe, ait, quia jam accuſatio facta eſt, ut occiſor condemnetur ad mortem, niſi pacem habuerit ab hæredibus occiſi; itaque ait ut iſti hæredes nullum periculum incurrant amittendæ hæredi-
tatis. † Aut denique pacem facere recuſant, ut oc- 7
ciſor capite plectatur, vel quia nolunt ei gratificari; & iidem dicit hoc non obſtare; quoniam nullum præjudicium continet ipſorum hæredum: & ſic infert nos verſari extra cauſam legum allegatarum pro prima ſententia, in quibus unus diſſenſus ſufficit ut ſervitus impediatur conſtitui, vel aliud jus acquiri, propterea quod res illa omnes hæredes tangit, hoc eſt præjudicium ſingulorum continere videatur. † Ultimò
ergo ipſe Faquineus, ut ſententiam amplectatur 8
Bartoli, modo jam relato, concludit nos verſari in ſpecie non diſſimili ab ea, quæ continetur in legibus adductis pro affirmativa ſententia. Nam intereſſe hæredum, qui conſentiunt, ut pax fiat, videtur tolli prorſus inimicitiam ortam, omnemque odii anſam amoveri, & non impediri, quominus occiſorem pacem petentem à morte liberent. Et ex his, ſic pro Bartolo Faquin. reſpondet, niſi aliquod aderit præjudicium hæredis recuſantis.

Et

9 Et ego addo notabiliter ad praxim textus *in l.22.tit.* 1.*p.7.*ubi idem definitum eſt, quod Bartol. ſtatuit *in dicto* §. *Cato*, ut amplectitur etiam Balboa, *in c.tertio loco* 5. *de probation. n.42.argum*, *textus in l.quod major.ff.de pactis*, & *in l. fin.Cod. de ceſſione bonorum.* Nam ſi ex dictis legibus favore liberationis valet quod factum eſt à majori parte, à fortiori, valere ait in cauſa criminali ad excuſandam pœnam mortis; eo quod in his cauſis eſt licita tranſactio, *leg. tranſigere*, *Cod.de tranſactionibus.* Verùm concludit Balboa, ut adhuc ſi dubia Bartoli ſententia ex adductis à Felino *in noſtro textu limit.*7.

10 Ad ſecundam, & ſequentes quæſtiones, quæ ex verbis ſequentibus textus noſtri non piget tractare ex verſ. *cum igitur quod quiſque juris in alterum ſtatuit ipſe debeat uti eo*, & *ſapientis dicat authoritas patere legem, quam ipſe tuleris mandamus, quatenus antiquos Canonicos junioribus*, & *juniores in perceptione fructuum, tam præbendarum, quam vinearum coæquetis antiquis, ſecundùm priorem conſuetudinem, uſque ad tempus prædictæ conſtitutionis ſervatam, vel ſecundùm rationabilem inſtitutionem in poſterum obſervandum.* ex quibus Barboſa ad textum *hic in addit.p.6.ſub n.*1.*in fine*, ait veriſimile videri ſucceſſores Canonicos, quibus ex hac conſtitutione præjudicabatur appellaſſe Pontificem, quare ipſe incidit in quæſtionem propoſitam, an liceat appellare à lege, vel ſtatuto. Et videtur quod ſic, cum à pœna legis queat appellari, vel à mulcta, juxta quæ adduxi *infra in cap.* 3. *de appellat. quæſt.* 3. verſ. *ad quartam.*

11 Nihilominus dicendum eſt à lege provocari non poſſe ex textu *in l.* 2. §. *exactis*, *ff. de origine juris l.* 1. *ff. à quibus appllari non liceat*, *l. ſi qua pœna*, *ff.de verbor.ſignif.l.fin.ff.de appellat. recipiendis*, cum non ſi appellatio, niſi à ſententia *l.* 1. §. 1. *de appellat.* juxta quæ latè dixi *infra de appellat.* tum quia adversùs leges de dolo excipi non poteſt adnotata *in l.*1.§. *ſolent*, *ff. quando appell. ſit*, & *in l.ſi conſtet*, *ff. de appellat.* & *in l. ſi privatus*, *ff.qui*, & *à quibus*, & *in l. qui gravatos*, *Cod.de cenſibus lib.* 11. etenim ut ſcribit Lælius Mancinus *diſquiſitionum genialium*, & *anniverſariarum juris diſput.cent.*2.*c.*121.& cum eo Barboſa *num.*7.*hic.* Et ſi ſint caſus, in quibus lege, vel privilegio tertius lædatur, nunquam vero à lege admitti appellationem, quia quoties apparet, ut voluntas Principis fuerit ſuo privilegio præjudicare tertio; tunc privilegium non valeat, ſic conceſſum; præterquam ſi concederetur ex publica aliqua neceſſitate, vel cauſa; & tunc fruſtra eſſet appellatio, quod ſi valeret propter illud axioma *ſalus populi ſuprema lex*, tunc eſſet juſtum, propter commune bonum; & tunc nulla daretur provocatio, cum nihil non juſtum habeat diſpoſitio.

12 Et eodem modo ſi lata ſit ſpecialis aliqua lex in detrimentum privatæ alicujus perſonæ nominatim: tunc ſe ejuſmodi illa ſit, ut virtute plurimos obliget, negari non poterit, ut valeat tanquam generalis conſtitutio, ſi juſta erit; & ſic ab ea nequeat appellari, quod ſi injuſta non valebit, & ex eo non indigebit appellatione; verùm ſi generaliter ſcribatur lex, tamen Legiſlatoris animus privati alicujus hominis offenſionem velit: tunc nec ab ea poſſe provocari, ſi alioqui lex habuerit requiſita, *cap. erit autem lex diſt.*4.de quibus latè dixi *in Rubr.q.*4. verſ. *ad ultimam*, quia ut ait Mancinus Legiſlatoris intentio extra rem eſt, nec efficit legem, ſicut prava intentio Judicis ſententiam, quæ alioquin juſta eſt, non inficit.

Nec huic reſolutioni obſtat textus *in l.* 1. *in fine*, *ff. de doli except.* dum ait dolo fieri, tam in 13 contractibus, quàm teſtamentis, quàm in legibus, quaſi adversùs leges doli exceptioni locus ſit. Quia reſpondeo cum Barboſa *num.* 6. hic ſententiam Pauli *in dicta l.* 1. diverſam eſſe, cum non voluerit adverſus leges excipi de dolo poſſe (quod abſurdum eſt (ſed adversùs eum, qui doloſè verſetur, circa leges, ſcilicet ſi ſcriptus hæres in fraudem legis Juliæ, & Papiæ tacitam accommodaverit reſtituendæ hæreditatis, legative præſtandi ei, qui capere non poſſit, voluntatem, aut interpretationem legum, conveniat quis, *l. penult. ff. ad exhibend.* nec explicari aliter res poteſt, ut quod de legibus dicitur, conveniat ei, quod de contractibus, & teſtamentis præmittitur; & quidem in eum ſenſum, ut excipi de dolo adversùs eum poſſe, qui doloſè in contractibus, teſtamentis, legibuſve verſetur: ita etiam explicat Mancinus *ſupra.*

Nec etiam obſtat conſideratio relata ex jam 14 adductis verbis noſtri textus, nam ut etiam ait idem Mancinus *diſquiſitionum generalium cent.* 3. *c.* 222. *num.* 2. Canonicorum appellatio in textu noſtro ſtare non potuit, in veriſimiliuſque eſſe ſucceſſores Canonicos adverſus legem appellaſſe, cum nec poſſent legem veram condere, ſiquidem carebant juriſdictione, imperio, & nec habebant aliquam poteſtatem Legiſlativam; & ſic reſolvit, & cum eo Barboſa *num.* 5. pro textus noſtri intellectu, quod hæc conſtitutio Canonicalis valuerit in vim pacti, & conventionis, non legis ut ex ſe notum ſatis: & addunt. quod ſi vera fuiſſet lex: inutilis tamen fuiſſet, uti non habens veræ legis conditiones, de quibus S. Iſidorus *in dicto cap. erit autem lex diſt.* 4. & ego *ſupra in Rubrica dicta quæſt* 4. verſ. *ad ultimam*, inter alias requirens, ut ſit juſta, quæ hic ſic non erat, quin potius injuſta, cum abſentes percipere fructus deberent, non ſecundùm conſuetudinem, ut ibi. Et ſic fuiſſet etiam defectuoſa in aliis conditionibus, cum fuiſſet non neceſſaria, vel utilis, niſi per avaritiam; item fuiſſet tantùm pro privatorum utilitate contra aliam legis conditionem; nempe, ut ſit lex communi utilitate conſcripta.

Iterum non obſtat dicere capitulum, ſede vacante, & alios à Principe, vel Papa inferiores 15 poſſe facere leges, ſtatuta, aut conſtitutiones, ut addixi *ſupra in Rubric. quæſtion.* 11. & *ante* quia reſpondeo, ut ibi id fieri virtute juriſdictionis, & poteſtate à Principe Legiſlatore condonatis.

Ad tertiam quæſtionis partem, quæ jure optimo deducitur ex verbis textus noſtri jam re- 16 latis ibi *quod quiſque. Juris in alterum ſtatuit, ipſe debeat uti eo*, &c. Et præter quam quod notavi in præmiſſo hujus textus an Princeps ſolutus ſit legibus, aut eas ſervare teneatur, de quo dixi *ſupra ſub c.* 1. ut ibi aſſignavi. † Nunc occaſione 17 verſiculi proximè relati in dubium venit, an Rubrica cujuslibet tituli juris civilis, Canonici, aut Regii, apud nos poſſit allegari; ut lex, pro deciſione cauſarum, ergo ut explicaret Bolognetus, allegavit textus noſtri deciſionem; quemadmodum alii Doctores ex aliis juribus

conantur probare, tam pro affirmativa, quàm
pro negativa ſententia; & quod Rubrica gene-
ralior nigro poſſit alligari ad deciſionem cau-
ſarum, docent ultra Doctores *in l. 1. ff. ſi certum*
petatur; ibi idem Bolognetus *num.* Cagnolus
*à num.*23. Ripa *n.*13. primo ex textu noſtro, ſe-
cundo *ex Rubrica, Cod. ne Chriſtian. mancip.* ubi
Rubrum loquitur, de Judæo, hæretico, & pa-
gano. Nigrum autem ſolùm de Judæo. Tertio
ex titulo, & gloſſa *Cod. ne fidejuſſores dotium den-*
tur, ubi gloſſa magna in fine, ait argumentum
poſſe ſumi ex titulo. Quarto ex textu *in l. 1. &*
Rubrica Cod. de capit. civ. conſ. ex omn. lib. 11. ubi
gloſſa notat illum textum intelligi de omni ple-
be, quia titulus eſt generalis.

18 Quinto ex doctrina Bartoli *in l. admonendi co-*
*lumn.*4 *ff. de jure jurando*, ubi inquit quod ſi ſta-
tutum imponit pœnam non ſolventi gabellam
in tempore, ſecundùm formam ſtatuti, antiqui,
ſi illud ſtatutum non reperitur, nihilominus
locum habeat pœna hujus ſtatuti. Sexto ex ar-
gumentatione, quam facit Cagnolus *in dicta*
l. 1. ff. ſi certum petatur. num. 30. dicens ſi Rubrica
non poſſet allegari ad deciſionem cauſarum,
quando eſt generalior textu, fruſtra eſſet poſita,
tam generalis, quod intelligant quoties Rubrica
eſt generalior Rubro, id plus continet, quàm
leges poſitæ ſub ipſa.

19 Contrariam ſententiam videntur ſequi De-
cius *in dicta l. 1. in 4. notab.* ibi Alciatus, & Meno-
chius *de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 1. ex eo quia
actus agentium, non debet operari, ultra eorum
intentionem, *l. non omnis, ff. ſi certum petatur*;
ſed Rubrica ponitur ad deſignandum quod in
nigro continetur; ergo non diſponit, niſi qua-
tenus in nigro continetur: & ait Alciatus quod
titulus dicitur à *tuendo*; id eſt ab *indicando*,
quod in authore continentur; licet Rubrica di-
catur, quod rubeis litteris ſcribi ſoleat.

20 Secundo idem Decius movetur *ibi n.* 13. quia
Rubrica habet relationem ad nigrum ſecundùm
communiter accidentia, quandoque tamen ſe-
cus eſſe, ut quando Rubrica habet orationem
perfectam, quia tunc ſi plus contineatur in Ru-
brica, illi ſtandum eſt, quia Author videns ſa-
tis eſſe promiſſum per Rubricam, noluit ulte-
rius effundere verba; & quia Rubrica ſtat pro
textu in caſu iſto, ut dicebat Bolognetus.

21 Tertio adducit Decius Bartoli doctrinam *in*
*d. l. admonendi n.*33. *ff. de jurejurando ſcribenti*, ſi
in libro inſtrumento notarii defuncti reperi-
tur Rubrica, quæ dicit inſtrumentum vendi-
22 tionis, inter tales poſtea ſpatium eſt diviſum,
nihil probat quia res imperfecta eſt. † Quarto
movetur Decius, quia ubi nigrum eſt generale,
& Rubrica ſpecialis, attenditur nigrum, ut De-
cius notavit *n.*7. ergo è controverſo, ſi Rubrica ſit
generalis, & nigrum ſpeciale, debet attendi ni-
grum, quia tota vis in nigro conſiſtit. † Quinto
23 quia ut conſiderat Bolognetus ſunt aliqui tituli
generales, qui reſtringuntur per nigrum, ut eſt
titulus *ne quis eum, qui in jus vocat, ne quid in flu-*
men publicum, ne quid in loco publico, ne vis fiat
24 *ei; & alii ſimiles.*
Hæc, & alia ſunt fundamenta pro utraque
ſententia; & cum Decius *in dicta l. 1. in 4. notabi-*
li, Facineus *lib. 11. controverſ.* omnino legendus
qui hæc latius repetit, reſpondeant ad rem, non
facere textum noſtrum, dicendo, ut hic Ru-
brica *quod quiſque juris*, non allegatur, ſed re-
gula illius edicti, quæ eſt *in l. 1. & toto tit.* ſic ibi
verbum concordando cum nigro; igitur etſi
præfati, & alii Doctores, ut ſuas opiniones
diverſas protegant, fundamentis contrariis ſa-
tisfaciant.

Ego inquam exiſtimo ſine dubio dicendum, 25
ut ſi Rubrica habet orationem perfectam, poſ-
ſit allegari ad deciſionem, ut nigrum, & le-
ges ſub ea contentæ, quia ex oratione perfecta, 26
ſatis percipitur ſenſum ad deciſionem. † Secun-
do quia quando Rubrica decidit plures caſus,
nigrum autem decidit unum caſum, videtur hoc
facere gratia exempli, vel ponere illum caſum
magis dubitabilem; quo caſu, cum exempla
non reſtringant regulam *hactenus inſt. de grandi-*
bus non excluduntur alii caſus expreſſi in Ru-
brica, *gloſſa in l. emptor. verſ. ſuperfluum, ff. de rei*
vindicat, vel quia expreſſi ſunt in nigro caſus,
qui ſunt frequentiores, ideoque alii non cen-
ſeantur excluſi, gloſſa *in clem.* 1. in verbo *Præ-*
ſidentes de reſcriptis.

Item quia negari non poteſt, quin res du- 27
bia, ex quo nigrum non ponit omnes caſus, qui
ſunt in Rubrica; ergo debet declarari per Ru-
bricam; argum. textus *in l. Imperatores, ff. de in*
diem ad diction. & ibi notatis. † Item quia ubi lex 28
habet varios intellectus, debet declarari per
Rubricam; id eſt reſtringi ad illum qui magis
convenit Rubricæ ex doctrina Bartoli *in l. fin §.*
idem quæſit. ff. de condition. indebiti, gloſſa *in cap.*
bona de confirmatione utili, vel inutili. Abbas *in*
cap. ad audientiam de rebus Eccleſiæ non alien. &
alibi, ut per Bolognet. ſub *d. l.* 1. *n.* 16. † Ergo 29
cum in caſu, quo Rubrica ad plus ſe extendit,
quàm nigrum, debeat prævalere, ut pinguior
diſpoſitio, argum. textus *in l. ſi te ſolum, ff. de*
hæredibus inſtit. textus in dicta l. admonendi, ubi
gloſſa verbo *conſtitutiones*, & ibi Bart. *n.* 7 *ff. de*
jurejurando, ubi ſtatur referenti, abſque relato,
quando referens habet certam determinatio-
nem; ſequitur dicendum contra Decium, &
alios Rubricam poſſe, ut legem allegari, pro-
pter illud vulgare, plus dictum fuiſſe, & minus
ſcriptum, textus *in l. 1. §. ſi ex fundo, & l. quoties,*
§. 1 ff de hæred. inſtit vend. † Et quia cauſa præ- 30
cedens habet majorem efficaciam ad influen-
dum in ſequenti, quàm è converſo, Jaſon *in l.*
*pacta noviſſima num.*4. *Cod. de pactis*: & ſic minus
malum eſſe dicere, ut Rubrica valeat, ſicut
lex ad deciſionem, quàm dicere quod ſit malè
poſita.

Ad ultimam quæſtionis partem an ſi Rubri- 31
ca ſub nigro non contineatur, operetur idem,
ut ſupra, ut ſi v.g. Rubrica ſtatuti ita in concepta
erat *filia Dotata non ſuccedat*, & quæreretur an
generaliter intelligatur excluſa, etiam à bonis
patris, cum in nigro nihil diceretur, niſi de bo-
nis matris & Aviæ. Et in hoc puncto dico cum
Caſtrenſi *conſ.* 82. *lib.* 2. idem, ſe reſolutum eſt in
præcedenti quæſtione, quia Rubrica habens
rationem perfectam ampliat nigrum, & attendi
debet etiam in deciſionis cauſarum, maximè,
quia eſt eadem ratio reſpectu hæreditatis patris,
favor ſcilicet agnationis conſervandæ, ut bona
remaneant in familia, ut dicebat Menochius
lib. 6. præſumpt. 1. circa finem. Et quia ſtatutum 32
excludendo totam intelligitur ab hæreditate
dotantis, ut notant Bald. & Caſtr. *in l. 1. Cod. de le-*
gitimis hæred. † Quia ut refert Faquineus hanc 33
tanquam ſententiam *dict. lib. 11. controverſiar. c.* 68.
proprium

proprium Patris officium eſt dotare filiam juxta *l ult. Cod. de dotis promiſſion. l. qui libros, ff. de ritu nuptiar.* docent etiam Alexand. Socinus, & Decius *in d. l.* 1. *ff. certum petatur*, ubi Cagnolus *ſub n.*41. dicit communem, Bolognetus *n.* 18 magis communem vocal, Alban. *ibid. n.* 1. & ſecundùm Gozadinum. *n.* 4.

34 Et licet in puncto hujus difficultatis contrariam teneant ſententiam Jaſon. Jacobin. Lancelotus, Decius, & Ripa *in d. l.* 1. Gozadin *n.* 7. Albanus *n.* 22. Aleatus *lib.* 2. *paradoxorum c.* 17. per novem fortiſſima argumenta, quæ refert longè Faquineus viden *d cap.* 68. inter quæ illud, quia quando nigrum loquitur de eo, de quo loquitur Rubrum, tunc Rubrum reſtringitur per nigrum, gloſſa *in Rubrica, Cod. ne fidejuſſor dotium dentur*, gloſſa *in auth. ad hac Cod. de uſuris*; & in hoc caſu appareat, quod nigrum expreſſe loquitur de eo, de quo Rubrum ſequitur, ut Rubrum reſtringatur ſecundùm nigrum. * Sed quia jam ex dictis *ſupra*, & per gloſſam *in l.* 1 *Cod de capit. cui. cenſ. exig. nigrum*, & Rubrica loquitur de eadem re; & tamen nigrum extendatur propter Rubrum, ſecundùm

35 gloſſam *ibi* ex doctrina Jaſonis *ſupra*, evenit ut etiam in noſtro dubio, debeamus reſpondere, ſicut in proximè relato in verſ. *ad tertiam*; quod ſi hanc quæſtionem velis ampliare, leges tradita à Faquineo *dicta quæſt.* 68. benè reſpondet ſingulis fundamentis; & ſic ad propoſitum noſtri dubii ſat eſt dictum.

AD TEXTUM in Cap. VII. Quæ in Eccleſiarum.

HOC TITULO PRÆMISSUM.

SUUMMARIM.

1 *Statuta laicorum quod ipſis liceat feudum Eccleſiaſticum alienare, ſine legitimo Eccleſiaſtorum conſenſu, non valent, & venditio facta. & ipſo jure nulla* n. 2.

3 *Leges ferre laici in clericos non poſſunt, etiam ex vi conſuetudinis,* n. 9.

4 *Lex temporalis ratione directiva obligat clericos quatenus univerſaliter eos tangit, & bonum commune.* n 5.

7 *Juriſdictio laicorum non extenditur ad Eccleſiaſticos, etiamſi Epiſcopus, & Clerici conſentiant.*

8 *Laicus Judex de facto rei Eccleſiaſtica cognoſcere valet, ſed qualiter* remiſſivè.

9 *Lex civilis ſeu pœnalis, quando obliget in conſcientia* remiſſivè. & n. 10.

11 *Paupertas nocet, quæ culpa alicujus provenit.*

12 *Feudi alienatio valet ſine conſenſu Domini, quando unus vaſſallus in feudatalium, quod ipſe habet, & recognoſcatur a Domino;*

13 *Vaſallus filiæ non poteſt in feudum dare dotem ſine conſenſu Domini.*

14 *Feudum poteſt a vaſſallo renuntiari.*

15 *Laicus poteſt eſſe Judex inter Clericos feudatarios,* remiſſivè.

16 *Bona Eccleſiæ num poſſint dari in pignus, vel alienari ad redimendum à publicis carceribus eos, qui ob crimina, & ſcelera, in eum devenerunt ſtatum, ubi Covarr. ait non omninò pium eſſe, & fortaſſe impium,* n. 17.

18 *Filij naturales, & etſi legitimati in emphyteuſi Eccleſiaſtica, vel in feude ſumpto pro ſe, & ſuis filiis; an veniant,* remiſſivè.

19 *Principes quidquid faciunt in his, quæ ad religionem pertinent ex ſacrorum Canonum præſcripto, vel ſanctorum Patrum decreto. non poſſit legis vim obtinere.*

TExtus hujus materia, quæ in ſua generalitate terminatur ex deciſione *cap. Eccleſia ſancta Maria, infra hoc titul.* probat Clericos, & Eccleſiam non ligari laicorum ſtatutis, quatenus ex hac littera patet; ut 1 conſtitutio laicorum quod ipſis ob inopiam 2 liceat feudum Eccleſiaſticum alienare; facta ſine legitimo conſenſu Eccleſiaſticorum, non valeat * Et quod venditio facta ſit ipſo jure nulla Suarez *de legibus lib* 3. *c.* 34. *n.* 15. Joannes Garcia *regula* 292. Morla *in emporio juris p.* 1. *titul* 1. *q.* 16. cum multis Zenedus *collect* 2 *ad decretales*, Molina *de primogeniis lib.* 2. *c.* 10 *n.* 78. Petrus Barboſa *in l. Titian* 72. *ff ſoluto matrimonio* & Auguſtinus Barboſa *hic n.* 1. & 2. Caſtill. cum aliis *lib.* 2. *quotid. c* 5. *n.* 26.

Nec ex vi conſuetudinis poſſunt laici ferre 3 leges in clericos, propter incapacitatem, quam habent, quod intelligit videndus latè Suarez *d. lib.* 3. *c.* 34. *de legibus*, in conſtitutione particulari laicorum, diſponente circa bona clericorum, non ſic in generali, quæ non concernit perſonas principaliter, nec acceſſoriè clericorum, ſed bonum publicum totius communitatis ad eorum mutuam ſocietatem, & uniformitatem; quo in caſu ait omnes clericos obligari quoad vim directivam. † Quia lex temporalis 4 ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus univerſaliter tangit, & reſpicit bonum publicum, & commune laicorum, & clericorum, quia juſtum eſt, & rationi conſonum, ut pars ſubjiciatur conſervationi, & utilitati totius univerſi, prout eſt Reſpublica in communi, Marta *de juriſdict. p.* 4 *caſu* 7. *n.* 6. Carolus de Graſis *de effectibus clericor. effectu.* 2. *n.* 30. & *num.* 166. & *à n.* 165. Bobadilla *in politica lib* 2. *c.* 18. *à num.* 122. Vincent. de Franchis *deciſ.* 9. *num.* 3. Covarruv. *in regula poſſeſſor. p.* 259. verſ, 3 Menochius *conſil.* 800. & 100. Surdus *conſ.* 301. Hieron. Gabriel *conſ* 37. *lib.* 2. *n* 3.

Et licet *infra in cap. Eccleſia ſancta Maria* 10. 5 *hoc tit.*. latè per quæſtiones refero. an laicorum leges aliquando obligent Eccleſiaſticos; & qualiter tamen ad integritatem materiæ, quæ dependet à capacitate, vel incapacitate laicorum in rebus; & perſonis Eccleſiæ; adjunges hic quæ latiſſimè tractavi *in c.* 2. 3. 4 8. 10. 13. & 17. & aliis *de judiciis in c.* 1 2 5. & 8 & aliis *de foro competenti, cap. tuam de ordine cognit.* * Sic ut nec 6 conſuetudine aliqua licere queat, juxta quæ dixi

dixi *in d. c.8. de Judiciis*, item nec præſcriptione
etiam immemorali, ut *ibi*, & *ſub titulo de præſcri-*
ptionibus. † Et in tantùm procedere ut etiam
ſi clerici conſentiant, & Epiſcopus, nequeant
clerici conſentire in juriſdictionem laici, *ex d.c.*
7 *ſi diligenti 8. de foro*; & abundè *ſub tit. de immu-*
nitate Eccleſiaſt. c. 2. cap. non minus, cap. adver-
ſus, ubi abſque Pontifice non poſſint cæteri Ec-
cleſiaſtici conſentire in tribus pedagiis, & gabel-
lis à lege, & pragmatica Regia decretis. † Sed
8 quia de facto rei Eccleſiaſticæ, & ſpiritualis,
poteſt cognoſcere laicus Judex; ideò adjun-
ges quæ latè dixi *ſub cap.fin. de judiciis q.*1. & 2.
cumaliis.

9 Et quia in gloſſa *conſtituerunt* notat Barboſa
hic n 5. quod lex civilis juſta, obligat in foro
conſcientiæ, ſic dicens ab omnibus receptum, &
comprobans cum 37. DD. claſſicis, qui alios
referunt; ideò appellabis quæ dixi ſub Rubri-
ca, & *in c.*1.*hoc tit. à quæſt.* 2. Et quia *ibi* etiam
10 *n.*6. tractat de lege pœnali, & luitione pœnæ in
foro conſcientiæ, ante judicis ſententiam; ideò
leges quæ *infra dico in cap. ex litteris hoc tit.* ubi
late ago de lege pænali.

11 Et in verſ. *ad inopiam*, ubi gloſſa notat quod
paupertas nocet, quæ culpa alicujus provenit,
ut docet Tiraquel. *in leg. ſi unquam* verbo bona
*n.*5.*Cod. de revocandis donation.* Covarr. *lib.* 2.*va-*
riar.c 16. *n.*9. & *in practicis c.* 6. *n.* 13. *verſ ſed ſi*
quis, Zenedus cum aliis *dicta collect.*2.*n.*4. Petrus
Barboſa *in l maritum num.*37.*ff. ſoluto matrimonio*
Azeved.*in l.*7.*n* 4.*tit.*2.*lib.*2.*novæ recop.* Matienco
*in l.*15.*gloſſa* 3.*n.*2.& *tit.* 10.*lib.*5.& *l.*6.*gloſſa* 3.
*num.*32 *ad medium tit.*7.*eodemlib.* 5.*recopilationis*,
Barboſa *hic* cum aliis *n.*7. Ideò adjunges hic ad
uberiorem tractationem quæ adduxi latè *in cap.*
ſi qui teſtium 8.*de teſtibus q.*5. ubi *multa de paupe-*
re, & *paupertate.*

12 In gloſſa *alienandi feudum* notant Doctores,
quod feudi alienatio valet ſine conſenſu Domi-
ni, quando unus vaſſallus infeodat alium de
feudo, quod ipſe habet, & recognoſcitur à Do-
mino, Duennas *regul.* 50.verſ. *primo limita* clarus
*in §. feudum.q.*32. Valaſcus *de jure emphyt. q.* 13.
*n.*11.*col.*5. Caldeſ. Pereira *de renovatione emphy-*
teuſis q. 13. *n* 20 cum pluribus aliis Zenedo *d.*
13 *collect.*2.*ad decretal. n.*5. & Barboſa *hic n.*8.†Et in
eadem gloſſa ibi *dari poteſt in dotem*, quatenus
Duennas *regula.* 40. *ampliatione* 8. & per plures,
quos citat Camillus *in ſumma omnium deciſionum*
tit 34.*n.*73. *cum ſequentibus*, notant quod vaſſal-
lus filiæ ſuæ non poteſt feudum in dotem dare
ſine conſenſu Domini.

14 Et in eadem gloſſa ibi *renuntiare autem feudo*,
Tiraquel. *de retractu linag.* §.34. *gloſſa* 1. *num.* 6.
Capella Toloſana *deciſ.* 404. dicant quod feu-
dum poteſt à vaſſallo renuntiari, & alia inquam
15 poſſint notari, de quibus eadem gloſſa. * Ideò
quia non propriè ſunt de materia, de qua nunc
agimus, applicabis quæ *infra dico in c.* 2. & *toto*
tit de feudis lib. 3. & quæ fuſè adduxi *in cap. cæte-*
rum de judiciis, quatenus laicus poteſt eſſe Judex
inter Clericos feudatarios, & qua de cauſa; cum
leges in clericos nequeant condere, nec de aliis
eorum cauſis cognoſcere.

16 Hîc occaſione textus noſtri quatenus agit
de feudis poterit agi de dubiis ſequentibus: an bo-
na Eccleſiæ poſſint dari in pignus, & alienari
ad captivorum redemptionem, & ad pauperes
17 alendos?† Et an poſſint alienari ad redimendos
à publicis carceribus hos, qui ob crimina, &
ſcelera in eum ſtatum devenerunt, de quibus
infra propriè *ſub tit de rerum Eccleſiæ alien vel non*;
in terminis Covarr. *lib.*2.*var.c.*16.*num.*7.8.& 9.
quatenus ex gloſſa *hic* verbo *ad inopiam*, quam
communiter ſequuntur Doctores, ait non
omnino pium eſſe, & fortaſſe impium res Ec-
cleſiarum vendere, & pignori dari ad ſubve-
niendum his, qui in paupertatem, & in carce-
res ob propria ſcelera, & luxuriam inciderunt
† Item poteſt applicari alia quæſtio, de qua *hic* 18
Baldus *columna penultima*, & Gratianus cum in-
finitis *regula* 197. an filii naturales, etſi legiti-
mati in emphyteuſi Eccleſiaſtica, vel in feudo
ſumpto pro ſe, & filiis ſuis veniant, de qua etiam
Abbas, & Felinus *in cap. in præſentia de proba-*
tionibus; ſed de ea proprius agetur *in cap. tanta*
qui filii ſint legitimi.

De intellectu textus noſtri, præter relatos à 19
Barboſa videbis Balboam *in cap.* 2. *de judiciis à*
num. 85. & 88. ubi quando lex generalis civilis
obliget clericos Zenedus *collect.* 2. *ad decretales*,
Azor.*lib.*2.*moral.c.*25.Vaſquez *q.*9.5.*art.*5.*diſpu-*
tat 167. *c.*4. Picbardus *in princ. inſtit. officio judi-*
cis num 14.& ante. Anaſtaſius Germon. *de ſacro-*
rum immunit. † quatenus affirmat ut quidquid 20
ſtatuunt Principes in his, quæ ad religionem
pertinent ex ſacrorum Canonum præſcripto,
vel ſanctorum Patrum decreto, aut decernunt,
non poſſit vim legis obtinere, probans ex anti-
quitate, & conciliis: ad quæſtionem. Morla *in*
*emporio p.*1.*tract.*11.*q* 16.

Et quia de proprio caſu, & puncto hujus ca-
pituli ago *infra in dicto cap. Eccleſia ſancta Ma-* 21
riæ,10.*hoc tit.q.*25.*à n.*27. ideò ad ibid. recurres.

AD TEXTUM in Cap. VIII. Cum acceſſiſſent.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Capitulum ſtatuens, qualiter accipiatur?* remiſſivè

2 *Primiceriatus dignitas quæ?* remiſſivè.

3 *Capitulum, qualiter per ſtatutum poteſt de me-dio tollere* Dignitatem. remiſſivè.

4 *Beneficiorum unio, quando fieri poteſt* remiſ-ſivè.

5 *Statuentes poſſunt nuntiare, & agere contra ſtatutum in eorum favorem factum, etiam confirmatum per Papam, niſi confirmatio habeat clauſulam decreti irritantis, & decernentis irritum quid in contrarium actum fit.*

6 *Epiſcopi ſtatuentes non poſſunt diſpenſare contra conſtitutiones ſuas factas in bonum commune, ſi Pontificia poteſtate confirmatæ fuerint; nec ex parte tollere.*

7 *Inſtrumentum probat evidenter, de quo etiam* remiſſivè.

Hujus

1 HUjus textus materia quatenus agit *de capitulo ſtatuente*, juvari poteſt ex dictis *ſupra in Rubrica q.* 11. *à numero* 12. Ex ex bis, quæ dixi *ſupra in cap. cum omnes* 6. ſed quatenus agit de aliis ſpeciebus ad materiam legum non ſpectantibus, notabis quæ ſubſequuntur.

2 In verſ. *primiceriatum dignitas*, de hac ego latè *infra de officio primiceris.*

3 Et quatenus his textus agit de revocata dignitate de medio per ſtatutum capituli, expendi valet ex dictis *in cap. cum M.* 9. *ſtatim ſequenti*, ubi agitur *de diminuendo, ſeu augendo numero Canonicorum*, de quo etiam *ſub tit. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur.* † Item quia etiam Abbas, & alii per
4 textum noſtrum agunt de unionibus beneficiorum ſimiliter recurrea ad dictum titulum, ut Eccleſiaſtica beneficia, & ad ea, quæ tradit Covarr. *pract*, *c.* 36. *num.* 11. ubi breviter de unionibus, ſed ego late *in d.tit.*

5 Ibi in verſ. *niſi poſtea dicti Canonini contravenerint*, declarat Cov. *in c. quamvis pactū p.*2.§.2. *ante n.*6. *de pactis in* 6. quod ſtatuentes poſſunt renuntiare & agere contra ſtatutum in eorum favorem conditum etiam confirmatum per Roman. Pontific. ſed id non procedere, ſi confirmatio habeat clauſulam decreti irritantis, & decernentis irritum quidquid in contrarium actum ſit. † Et ite-
6 rum Barboſa *hic n.* 4. *in fine*, & Rotæ *de Synodo Epiſcopi p.*2.*art.*4. *num.* 12. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.*5.*c.*15.*q.*1. Sanchez *de matrimon. lib.*8.*diſp.*17. *n.* 30. etiam in principalem reſolutionem limitant, ſi ſtatuentes faciant in bonum commune, ut faciunt Epiſcopi conſtitutiones ſuas emittentes; quæ ſi Pontificia authoritate confirmatæ fuerint, non poſſint ipſi in eis diſpenſare, aut ex parte tollere. Cujus occaſiones poteris *hic* adnotare quæ *ſupra* ſcripſi *de mutatione, abrogatione, & irritatione legis in cap. translato hoc tit. q.* 3. & *quæſt. infra q.* 1.

Et in verſ. *propter quod evidenter apparet*, quātenus notatur ad hoc quod inſtrumentum probat evidenter, ut per Tiraquellum *de retractu linagier.* §.2. *gloſſa* 1.*n.*20. *cum. ſequent.* Maſcardus *de probationibus concluſ.*406. & 1326.*n.*7. Flaminius, Gonzalez, Matienco, Tuſchus, Mantica, & alii, quos ſequitur hic Barb. *n.* 3. ſed quia hoc dictum ſatis comprobatum invenies *infra ſub tit. de fide inſtrument.* ideò ad illum, & ejus Rubricam recurres, & ad ea, quæ dixi *in cap. cauſam* 13. *de probat.* ubi *qualiter probent inſtrumenta, & inſcriptiones antiquæ.*

QUÆSTIO I.

An ſtatutum factum ſine Principis authoritate queat revocari, etiam ſi à Principe ſit confirmatum, quando potuit fieri ſine ejus authoritate: & an Populi in Caſtellana Rupublica, poſſint Judices eligere: & an actus contraventionis unicus, ſufficiat ut amittatur privilegium: & an univerſitas oppidi, poſſit conſumere officia decurionatuum, & ſupernumeraria.

SUMMARIUM.

1 *Statutum revocari poteſt ſine Principis authoritate, quod ſine conſenſu ejus poterat fieri, & ſi à Principe ſit confirmatum, quia confirmans; nihil de novo dat; quod nihilominus vocatur ſtatutum Principis, ibi.*

2 *Princeps confirmans ſtatutum iniquum, nihil facit, quod limitatur ibi aliquibus modis,* & n.3.

3 *Statutum, quod per confirmationem translatum eſt in contractum, revocari nequit, & quande ſtatutum fieri non poſſet ſine Principis authoritate, ut* num. 4. *aliquando Princeps poneret clauſulam decreti annullativam ibi.*

5 *Clauſula decreti irritantis habet plures effectus,* remiſſive, *de qua dicitur* num. 6. *quod habet oculos retro, & operatur nullitatem ab ipſo initio, & afficit omnia, quæ ſequuntur.*

6 *Canonici, etiamſi in Eccleſia ſit ſtatutus numerus, & per Papam confirmatus, poſſunt modo in confirmatione non fuerit appoſita clauſula decreti irritantis, recipere aliquem voluntariè, ultra conſtitutum numerum.*

8 *Juriſdictio civilis, & temporalis in hac Republica Caſtellana, tota eſt apud Regem, ſic procedens conſuetudine gentilitiæ ſucceſſionis, ac Primogenii jure translata ab his annis,* 870. & n. 17.

Populi in hac Caſtellana Republica nullam habent poteſtatem conſtituendi Judices ordinarios, nec Magiſtratus creandi, quo Jus litigantibus reddere valeant, dict. n. 8. *fallit ut* n.10.

9 *Hiſpaniæ Reges vindicarunt Mauris totam Hiſpaniam captam.*

10 *Rex deferens multum, ſeu nolens Prætorem, ſive Magiſtratum nominare, poterit populus ipſe, & ejus nomine Collegium Decurionum conſtituere judicem in eodem loco.*

11 *Populus, etſi tranſtulerit ſuam poteſtatem in Regem, nihilominus habet in ſe jus naturale conſtituendi ſibi Rectorem, quoties contigerit neminem à Rege mitti,* & n.12.

13 *Reſpublica ipſa poteſt ſibi aſſumere Regem, aut Principem totius Regni, aut Provinciæ electione, quoties familia gentilia in quam tranſtuliſſet regnandi jus, jure ſanguinis defecerit.*

14 *Decuriones civitatis poſſunt interim, quo à Rege alius nominatur, Prætor, aut Rector nominare ſibi gubernatorem, quando Prætor à Rege nominatus, mortem obierit.*

15 *Rex, & Caſtellæ ſupremum conſilium ſolebant mittere Præſidentes vulgo* Correctores, *ſeu Prætores exerciturot Juriſdictionem ordinariam, abſque populorum expenſis, nec Regis. Et quare ſic olim ibi, niſi mitteretur Prætor ad petitionem populorum.*

16 *Juriſdictio locum tenentis Prætore mortuo, aut vicarii Epiſcopo mortuo, num expiret,* remiſſivè.

17 *Rex Caſtellæ ſic juriſdictionem omnium civitatum, villarum, & Caſtrorum ſui Regni fundatam habet, ut qui dixerit eam ſibi habere in aliquo oppido exercendam, debet probare,*

alioquin

alioquin ſuccumbet ex ſola præſumptione juris.

18 *Privilegia valent, ac tenent in eo, in quo uſitata fuerint, & obſervata.*

19 *Privilegia ob non uſum, amittuntur.*

20 *Privilegium non præſumitur, ſed ab eo qui allegat probandum eſt; ita ut qui illud allegat debeat integraliter, & originaliter Judici exhibere, nec ſufficiat, ut legatur quod intelligitur, ut* n. 21.

21 *Privilegium Judici debet in totum exhiberi, partim verò nonniſi tantum Capitulum, quod ad eum ſpectat juxta materiam ſubjectam.*

22 *Privilegium eſt exhibendum in totum ab exempto, quando non eſt notorium in titulo, & poſſeſſione.*

23 *Privilegium, num amittatur, ac eſſet ex unico actu contrario facto a privilegiato, & videtur quod non,* num. 24. 25. 26. 27. & 28. *diſtinguatur inter publicas, & privatas perſonas.*

24 L. voluntaria, Cod. de excuſatione tutorum.

26 *Privilegium habens non ſolvendi vectigalia, ſi patiatur ſe ſcribi in libro gabellorum, & ſimilium gravaminum; non inde cenſetur ſuo privilegio in futurum renuntiare, quamvis inducatur, quaſi poſſeſſio contraria.*

27 *Renuntiatio ex aliquo actu ſumi non debet de jure competenti, quoties alia poteſt ſumi conjectura; etenim ſemper renuntiatio præſumitur, ut minus præjudicet.*

29 *Actus contraventionis unus non operatur, ut privata perſona amittat ſuum privilegium, etiam in parte.*

30 *Privilegium, quod non habet tractum ſucceſſivum unico actu contraventionis videtur amitti.*

31 *Univerſitas oppidi poteſt conſumere Decurionatus ſuper numerarios in ea creatos, ut* n. 32. & 33. *cum aliis, & ponitur caſus oppidi loci* de Freſneda, *in Epiſcopatu Conchen.*

32 *Decurionatus de novo creati renuntiabiles, qui ſoluta pretio, retinentur in civitate, ſubrogantur loco Annalium,* n. 33.

34 *Decuriones alios ſupernumerarios Rex non creat, quando ſemel ab eo creatus in ſe populus reaſſumpſit, pretio ſoluto, &* n. 36.

35 *Princeps ſine juſta cauſa, non poteſt aliquem beneficio privare, quod per pecuniam fuit conſequutus.*

36 *Univerſitas populi retrahentis, non debet præjudicari ſupra numerum Decurionatuum, quos retraxerit.*

Decurionatus aucti in Republica, ubi erat certus numerus aſſignatus conſumi debent, cum vacant; donec reducantur ad antiquum numerum, diſtinct. num. 36. *ubi quid concordatum in Pragmatica Januarii* 21. *lata anni* 1602.

37 *Decurionatus perpetui empti, & reaſſumpti non ideò Annales redduntur, quod conſilium loci publicæ utilitati proſpiciendo retrahens pro tanto decreverit, ut eſſent Annales, vide* num. 39.

38 *Decurionatus retracti à populo non inde cenſentur auferri, quod Regia Majeſtas voluiſſet addere Decurionatus renuntiabiles.*

Officialis nova creatio, non derogat veteri, nec ejus juriſdictioni univerſali, d. n. 38.

39 *Numero debent reduci, qui erant ultra numerum, & reverti ad naturam Decurionatus Annalium, ſicut per prius eſſent in oppido.*

40 *Annalia officia magis congruunt Reipublicæ, quam perpetua; prohibent enim leges continuationem, reelectionem in officiis Reipublicæ, & quare Decurionatus civitatum perpetui creentur,* n. 41.

41 L. 29. tit. 7. lib. 7, recopilat.

42 *Numerus certus ſtabilitus à Principe, non poteſt in præjudicium incluſorum in eo augeri.*

AD primam quæſtionis partem, præhabitis quæ dixi *ſupra in Rubrica ſub quæſt.* 9. ſub verſ. *ad ſecundam*, & verſ. *ad quartam*, ubi ooto; etſi poſſet tentari, ut nulla revocatio admittatur eo quod ſuperior manum ſuam poſuit; argum. eorum quæ latè dixi *de vocatione cauſarum à Principe facta in cap. ut noſtrum* 56. *de appellation.* Tamen exiſtimo dicendum cum Abbat, Panormitano hic quod poteſt revocari ſine Principis authoritate ſtatutum, , quod ſine conſenſu, & authoritate ejus poterat fieri; etſi à Principe ſit confirmatum, quia confirmans nihil de novo dat, ut *in l. ſi donare* §. 1. *ff. de donat. inter virum, & uxorem, & in l. moræ, à. juriſdict. omnium Judic.* ubi Jaſon. *numero* 26. multa in corroborationem hujus regulæ tradit, quod qui confirmat nihil de novo dare videtur, & addunt Andreas Alciatus *in cap. cum contingat de jurejurando num.* 109. benè agens, & Joannes Matieneus *in l.* 3. *tit.* 10. *gloſſa* 17. *à n.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* aliquos confirmationis effectus adducentes, quod licet verum hujuſmodi ſtatutum confirmatum à Principe poſſit à condente revocari, vocetur nihilominus ſtatutum Principis. 1

Et confirmatur concluſio, quia Princeps confirmans ſtatutum iniquum; nihil facit, ut inquit Baldus *in cap. ea, quæ in fine de re judicata, & in cap. ad noſtram col.* 2. *de probat.* Felinus *in cap.* 2. *de reſcript.* qui limitant quadruplicitor. Et confirmatur etiam ex multis, quæ poteris hic applicare de dictis *infra in Rubr.* & *titulo de confirmatione utili, vel inutili*, Docent relatam ſententiam concluſionis adductæ, Jaſon. *latè in l. omnium colum.* 3. *Cod. de teſtam.* Baldus *in extravag. de pace conſtantiæ col,* 9. *& in l. explacito* 4. *colum. Cod. de rerum permutat*, Petrus de Ancharranus *in cap. cum aliquibus de reſcriptis lib.* 6. *& in cap. ſuggeſtum de decimis*, Angelus, & Joannes de Imola *in l. teſtamenti factio, ff. de teſtamentis*, Anton. de Butrio *conſ.* 43. Ludovicus Roman. *conſ.* 116. Cardinal. *conſ.* 130. in quadam Eccleſia Cathedrali, Lapus *alleg.* 86. *in quæſt. vertente col.* 3. Oldradus *conſ.* 259. *col.* 2. *in princ.* 2

Sed præter limitationes, quas adducunt relati, Felinus, & Baldus, limitatur primo, niſi tale ſtatutum per confirmationem eſſet tranſlatum in contractum, ut tradunt Panorm. *in cap. novit. n.* 15. *de judiciis*, ubi nonnulla ego dixi *à quæſt.* 1. *& in c.* 1. *de probat.* quæ hic valent applicari, Alex. *conſ.* 101. *viſis inſtrumentis lib.* 10. *& conſ.* 1. *colum.* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 79. *volum.* 4. Petrus de Ancharranus *conſ.* 261. Alex. 103. *vol.* 3. Roman. *conſ.* 253. Panormit. *in cap. dilectas de tempor. ordin.* 3

du. n.7. Jaſoo *in l.non amplius §. ſi certum n* 10. *ff.de leg.* 1. Joannes Oriſcius *in l omnes populi, ff.de Juſt. & jure à n.* 103.*col* 64. Gratianus *regula* 409. *n.*3. qui ex his omnibus dicit conſtare hanc eſſe
4 communem, † Quia *n* 4. limitit cum Panormitano *conſ.* 15 *lib.*2.*n.fin.* benè agente,& diſtinguente, niſi ſtatutum non poſſet fieri ſine Principis authoritate. Et item limitatur quando Princeps apponeret clauſulam decreti annullativam, ſcilicet *ſi ſecus actum fuerit* irritum ſit, & inane juxta textum *in cap. dilecto* ibi *niſi forte* depræhendis, per quem ita tenuerunt Antonius Imola, & Doctores, ibi Jaſon. & Imola *in l ex facto in princ.ff.de vulgari, & pupillari ſubſt.* Bern. Diez. de Luco *in reg.* 196. *in limis.* Grat. *d.reg* 409.*n.*5. Joan.Oroſc. *in d.l.omnes populi, ff.de Juſt. & jure n.*105. Paul de Caſt.*conſ.*3.*n.*5.*vol.*1. Felin *hic n.*9. ubi *a n.*4. refert alias tres limitationes, cum quibus ſunt decem. Covarr. *in cap. quamvis pactum de pactis lib* 6. 2.*p.*§.2.*n.*6. Boët *deciſ.* 109. *à n.*4. ubi multa tradit de iſta clauſula.

5 De clauſula decreti irritantis, & ejus effectibus plura cum infinitis ſcribit Barboſa *clauſ.*40. de quo dicunt Covarr. *in pract.c.*9. *n.*7. Rebufus *tom* 1.*ad leges Gallicas tract. de evocatione n.* 22. *pag. mihi* 264. Flaminius *de reſignat. lib.* 11. *q.* 4. *n.*44 & 49. alios refert Barboſa *in cap.*2. *hic, & in dicta clauſula* 40.*à n.*7. qui *n.*4. & 5. & *in dicto*
6 *cap.dilecto.*25. *de præ.ſub. n.*8. * Addit ex eodem Flamin. *dicto lib.*11.*q.*7.*n.*24. & 24. & *lib.*4.*q.*9. *n.*29. & 30. quod prædicta clauſula habet oculos retro, & operatur nullitatem ab ipſo initio, & afficit omnia; quæ ſequuntur; ita ut nec juris effectum, nec juris fomeotum habeant.

7 Ex quo infero ad caſum textus noſtri, & proprius *cap. ſequentis*, ex gloſſa *d. c. dilecto* verbo *hujuſmodi clauſula*, quod canonici, etiamſi in Eccleſia ſit ſtatus certus numerus cononicorum, & per Papam confirmatus poſſunt modo in confirmatione, non fuerit oppoſita clauſula decreti irritantes ultra conſtitutum numerum aliquem voluntariè recipere, & quod teneat receptio, quia poteſt tali favori renuntiare, ut docet Benedict. Capra *tom.*1.*comm.opin.lib.*1.*tit.*10.*n.*3. quem ſequitur Barboſa *in d c.dilect.*10.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem enm tota civilis poteſtas, & temporalis juriſdictio penes ipſum ſolùm Regem ſit in hac Caſtellana Republica; adeo ut apud populos ipſos nulla manſerit civilis juriſdictin per text. *in l.*2. 5.7. & 8. *titul.*3. & rurſus *in l.*9.*tit.*4.*p.*2.*l.*4.*lib.*1 *leg.* 1 *tit* 3. *lib.*3.*ordinam.* & *l.*1 & 2.*tit.*1.*lib* 2 *l.*1 *tit.*1.*lib.*3. *ordinam.* & *l.*1. & 2.*tit.* 1.*lib.*4.*recop.* Covarr.*lib.*1. *pract.c.*1.*n.*9. Avendañus *de exequendis mandatis latè ſcribens c.*1. & ſic procedere ex obſervantiſſima conſuetudine Gentilitiæ ſucceſſionis, ac primogenii jure tranſlata ab his annis 870. juxta computum prædictorum Doctorum, qui tunc aſſignarunt annos 800. idem Covrr. *c.* 4. *pract. n* 3. & *in regula poſſeſſor.*2.*p.*§.3. *n.*3. dicentes ſic penes ſolum Regem eſſe adeo ut apud populos & ipſos nulla manſerit civilis Juriſdicto; & ob id populos nullam habere poteſtatem conſtituendi Judices ordinarios, nec Megiſtratus creandi, qui jus litigantibus reddere valeant, ſicut de jure communi in populis non liberis Innocent. & Doctores *hic textu noſtro*, Felin. *in Rub. de appellat.n.*4. Alexand.*conſ.*16 *n.*13.*lib.*5. Covarr.*ſub d.c.*4. & *n.*3. *pract.* & ſpecialiter de hujus Regni populis tradunt Avend. *d.c. de exequendis, n.*8 & *l.*2.*tit.*4.*p.*3.*l* 1.*tit.*2.*lib.*7.*l.*1 *tit* 15.*l.*2. *ordinam.l.*11.*tit.*3 *l.*7. & *l.*1 *tit.*9 *l* 3.*recop.* * Et confirmatur ex his, quæ adduxi *ſub cap.* 9
novi de Judic q 1. Et quia Hiſpaniæ Reges, ut dixi, & *q* 6. vindicarunt à Mauris totam Hiſpaniam captam: item & in *c.* 2 *eodem ſub q.*15.

Sed hæc doctrina Juſtiſſimè limitatur in caſu, 10
quo Rex nolit, ſeu multum differat Prætorem, ſeu Magiſtratum nominare, quia cum de jure tota poteſtas primæva ferendi leges, & creandi Judices, fuerit penes Rempublicam, & populum, ut clare adduxi *ſub Rubr. hoc tit. q.* 2. ſequitur ut ex hac Regis negligentiâ, & omiſſione judices, aut Magiſtratus mittendi, & deſtinandi in civitates, aut populos, tunc poſſit populus ipſe, ejuſque nomine collegium decurionum conſtituere Judicem in eodem loco, ex claro Juriſconſulti reſponſo *in l.ubi adſunt, ff.de tutorib. & curatorib. datis ab his.* * Qua quidem lege tranſlata eſt 11
juriſdictio à populis in Regem, ut nihilominus apud ipſos populos, maneat illud jus naturale conſtituendi ſibi rectorem, quoties contigerit neminem à Rege mitti qui id muneris poſſit obtinere, vacantibus ipſis Magiſtratibus,

Et confirmatur manifeſta ratione abſq; ulla ju- 12
ris humani authoritate nam etiamſi nulla eſſet humana lex, quæ hoc probaret profecto id apparet; nam populus, qui omnino rectore indiget, nec ullum habet Magiſtratum à Principe ſibi conſtitutum jure naturali poteſtatem habet conſtituendi ſibi Magiſtratuit interim dum Rex ipſe non utitur poteſtate à populo in eum tranſlata, alioqui populus ipſe, ipſaque Reſpublica maximum obiret diſcrimen, & periculum, cui obviam ire non poſſet, quod eſt egregiè abſurdum, ut tradit Covarr. *d.n.*4.*pract.ſub.d.n.*3. * Ubi addit in verſ. *qua equi-* 13
dem poſſe Rempublicam ipſam totius Regni, aut Provinciæ Principem, & Regem ſibi electione aſſumere, quoties familia gentilitia, inquam conſenſu regnandi jus tranſlatum fuit jure ſanguinis, prorſus defecerit, quia reddit ſtatus Reipublicæ ad primum illud jus, quod ab initio omnes mundi populi obtinuerunt, juxta quæ longà tractat ipſe Covarr.*ſub d.c.*1.*pact.* * Ita proſequutus Co- 14
varr. *ſub.d.n.*3. in verſ. *ſic ſane*, addit etiam quod ubi alicujus civitatis Rector à Rege datus mortem obierit, interim dum Rex ipſe alium mortuo ſufficerit, ac ſubſtituerit decurionum collegium Magiſtratus ad regimen civitatis, poſſit creare, ne populus ipſe, Rectore magna cum ipſius jactura careat, ita ille. * Et idem Covarr. *ibi* in verſ. *tertio* 15
ſub *n.*5. plura dixerit, nempe in hoc Caſtellæ Regio Principatu ſolutos eſſe Regem, & ejus Caſtellæ ſupremum conſilium mittere præſidentes, vulgò *correctores*, ſeu Prætores exercituros juriſdictionem ordinariam, civilem, & criminalem, præcipuè in civitatibus, villis, ſeu oppidis Regiis, qui ex legibus Regiis 1. & 2.*tit.* 16.*lib* 8.*ordinam.* non ſunt mittendi populorum expenſi, ut adnotavit Lucas de Peña *in l annonas, Cod de erogat milit. lib.* 12. qui idem ſenſerat *in l.quicumque ad fin.Cod. de omni agro deſerto l.*11. quem ſequutus eſt Petr. de Avend. *d.c.* 1.*de exequendis lib.*1.*n* 6 quod explicat Cov. *d. n.* 5. dicens intelligi eo modo nempe ut olim minimè conſuetum eſſet mitti à Rege Rect. in civitates, villas, & oppida, nec ipſorum populorum, nec ipſius Regis expenſis, ex eo, quod ob veterem illam ſimplicitatem morum, & rerum publicarum quietem, ſatis idonei erant adminiſtrationi, & exequutioni Juſtititiæ, Judices ordinarii

ab ipſo decurionum collegio electi ad Regis confirmationem, qui *al caldes ordinarios* dicuntur: alia tradit videnda ex *l.* 1. & 3. *tit.* 5. *lib.* 3. *recopilat.* & longè apertius conſtare ait ex petitione data Regi Alphonſo II. in Legionenſi totius Regni conventu an 1387. & in petit 4. data Regi Henrico II. in Burgenſi conventu hora 1411. item ex alia petitione ablata Regi Joanni II. in Zamorenſi civitate anno 1422. à quibus deductæ fuere dictæ ordinationum conſtitutiones, & leges; quod ſi mitterentur à Rege Prætores ad petitionem populorum, ſalarium, & ſtipendium per populum eis ſit ſolvendum; alioqui ſi mittantur à Rege, non item, ut explicat Lucas de Peña *in d. l. amonas col.* 1. ex illius Cæſareæ conſtitutio-
16 nis, authoritate. * Alia inquam legenda tradit ipſe Covarr. *in toto illo cap.* ubi *n.* 4. explicat num expiret Prætore mortuo juriſdictio Vicarii ejus, hoc eſt locum tenentis, de quo latè dixi *ſub c.* 5. *de foro comp. q.* 12. ubi etiam *qui de Vicario Epiſcopi, mortuo ipſo Epiſcopo.*

17 Pro complemento noſtri dubii notabis, adeo eſſe certum totam civilem poteſtatem, & juriſdictionem apud Regem eſſe Caſtellæ, ab eoque in ſingulis totius Regni civitatibus villis, caſtris, & oppidis exercendam fore, ut qui dixerit ſe juriſdictione aliquam habere aliquo in loco civitate, vel villa exercendam id planè optimè probare debeat, ſi velit obtinere, alioquin ſuccumbat ex ſola præſumptione juris quæ Regi omnino ſuffragatur; quemadmodum probatur *in l.* 1. *tit* 1. *lib.* 2. *l.* 1. *tit.* 1. & *l. ultima tit.* 13 *lib* 3. *ordinamenti, l.* 2. & 8. *tit* 1. *p* 2. & *l.* 1. & 2. *tit.* 1. & *leg.* 1. *tit* 15. *lib.* 4. *recopil c* 1. & ibi Baldus, quæ ſint Regalia textus *in auth. de defenſoribus civitatum, l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam de jactu*: notant Joann. Lupus *in cap. per veſtras de donation. inter virum & uxorem in* 2. *notabili* §. 1 *n.* 43 Roderic Suarez, *allegat.* 7. *col* 2. *textus optimus in cap. cum perſonæ de privileg. lib.* 6. Baldus *in titul de pace conſtantiæ in princ. col.* 6. Covarr *in d.* 1. *practicar. ſub. dicto n* 9. & *in regula poſſeſſor.* ꝑ. 1. Afflictis *in conſtit. Neapolit. q.* 6. *præludiorum*; idem poſt Iſerniam *in ibi q.* 3. & alii communiter.

18 Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſito quod privilegia in eo valent, & tanent, in quo uſita, & obſervata fuerunt, ut docent Molina *de primogeniis, lib.* 2. *c.* 7. *n.* 17. Bovad *in politica lib.* 5 *c.* 10, *n.* 10. Girond. *de privil.* & *exempt. exemplicat. n.*
19 265. † Item & quod privilegia ob non uſum amitti dicant Felin. *hic n.* 25. Barb. *ſub. n.* 5. Surd. *n.* 30. Beret. *conſ.* 14. *n.* 10. Bald. *conſ.* 22. *n.* 38. Decius *conſ.* 638. *n.* 14 Socinus *conſ.* 164. *n.* 21. *vol.* 2. Decian. *conſ.* 25. *n.* 106. *vol.* 1. Tapia *in l. fin. p.* 2. *c.* 1. *n.* 5. *ff. de conſtit Princip.* Capic. *deciſ.* 134. niſi ob benè merita ſint conceſſa Hieron. Gabi. *conſ.* 151. *n.* 11. Surd. Beret. & Bald. *ſupra.*

20 Item ſuppoſito quod privilegium non præſumitur, ſed ab eo, qui allegat probandum ſit. Pariſ. *conſ.* 195. *n* 8. & 9 *vol.* 4. Rota *deciſ.* 145. *n.* 6. *p.* 2. *diverſ.* Tuſchus *de viſitat. lib.* 1. *c* 18 *à n.* 3. & *cap.* 20. *n.* 6. Maſcardus *de probationib. concl.* 1200. *n.* 36. Cardinalis Tuſchus *tom.* 6. *littera P. concluſ.* 762. Menochius *præſumpt. lib.* 6. *q.* 14. *n.* 15. Covar. *luſit. deciſ.* 93. *n.* 3. *p.* 2. Verallus *deciſ.* 306. *n.* 7. *p.* 1. & *deciſ.* 201. *p.* 2. Seraphin. *de privileg. deciſ.* 1067. *n.* 3. cum aliis ex antiquis Barboſa *in cap. cum perſona* 7. *de privil. lib.* 6. *n.* 2 multis *n.* 4. probans quod privilegium allegans, tenetur illud integraliter, & originaliter judici exhibere, nec ſufficiat quod legatur ex doctrina gloſſæ verbo *volo in-ſcriptis in c.* 1 *de cenſibus lib.* 5. Maſcard. *concl.* 578. Azeved. *ad leg* 22 & 23. *tit.* 14. *lib.* 6. *nova recopil.* Covarr. *in pract. c.* 20. *n.* 7. † ubi intelligit quando 21
agitur de privilegio exhibendo Judici, quia tunc oportet quod totum, præſente parte coram Judice legatur, & Judici petenti exhibeatur, ſubdens quod ſi agatur de eo parti exhibendo; illud tantùm Capitulum, quod ad eum ſpectat, & ſubjectam materiam tangens exhiberi oporteat juxta textum *in c. contingit. de fide inſtrument.* & longam diſtinctionem gloſſæ verbo *die*, & *conſule in l.* 1. §. *editiones, ff. de edendo*, & juxta quæ latè di-
xi *in c.* 1. *de probat.* † Et addit Henriq. *in ſumm.* 22
lib. 7. *c.* 25. § 6. *littera X.* & Barboſa *per verba dict. c. cum perſonæ* ibi *privileg. quidem exhibeant.* quod quando privilegium non eſt notorium in titulo, & poſſeſſione, teneatur exemptus illud exhibere. † Igitur jam ad difficultatem noſtram, an 23
unicus actus contraventionis, ſufficiat ut privilegium amittatur, de qua *hic* Barboſa *à n.* 6. Et videtur affirmativè reſpondendum ex textu noſtro, quatenus ex unico actu electionis deducit Pontifex canonicos amiſiſſe, ſeu renuntiare voluiſſe privilegio, quod habebant, ut non eſſet in Eccleſia Dignitas Primiceriatus, & ex doctrina textus *in l. voluntariè, Cod. de excuſationib tutorum*, dum probat tutelam voluntariè ſuſceptam, non derogare privilegiis quad munera ſuſcipienda, quia Suarez *de legib. lib.* 8. *c.* 35. *à n.* 12. ait contrarium uſum privatorum, non inducere amiſſionem privilegii quoad futurum tempus, quamvis inducere fateatur renuntiationem, quoad illum actum particularem, vel cauſam, in qua facit contra privilegium. † verùm quia Barboſa 24
hic contra Suarez exiſtimat non illud concludere, advertens textum in *d. l. voluntariè. agere* de eo, qui excuſationem habet à pluribus muneribus: nam ſi unum voluntariè ſuſcipiat, non proptereà excuſationibus, quas habet reſpectu aliorum, videatur renuntiare voluiſſe; & ſic reſolvit eum Menoch. *de præſumptionibus lib.* 6. *præſumptione* 41. *à princ.* Gutier. *de juramento confirmat. c.* 19.
n 21. † Affirmantes ex unico actu privilegio con- 25
trario, privilegium non amitti, ſive actus fiat privilegio directè contrarius à perſona habente ſufficientem poteſtatem ad renuntiandum) ſive privatus ſit, ſive Epiſcopus, aut monaſteriorum) nam etſi quoad illum actum, tacite intelligatur renuntiatum, ſed non in futurum, & ſimpliciter quantumcumque perſona ſit quæ libere poſſit privilegio renuntiare: ita poſt Bart. & alios *in d. l. voluntariè.*

Et ita Suarez *de legibus cap.* 35. *n.* 13. exem- 26
plum ponens in habente privilegium non ſolvendi vectigalia, ſi patiatur ſe ſcribi in libro gabellarum, & ſimilium gravaminum, ait, ut non impediatur in futurum ſuo uti privilegio, quia quamvis hæc potentia ſatis ſit ad conſtituendam quaſi poſſeſſionem, & inducendam præſumptionem contra eum ex regula textus *in leg. circa, ff. de probation.* ſed minimè hujuſmodi poſſeſſionem, ſeu præſumptionem ſufficere ad amittendum privilegium in totum, ſeu in futurum.

Et confirmatur ex regula textus *in capit. ſuper eo de renuntiation.* quo probatur, ut quoties in actu aliquo alia poteſt capi conjectura, quam renuntiationis, ea potius ſumenda ſit, ut docent Menochius, & Gutierez citati: deinde

inde quia renuntiatio ſemper præſumitur, ut minus præjudicet, & in noſtro propoſito Barboſa ait, ut recte capi poſſit ea conjectura, quod privilegio renuntiare voluerit, quoad actum præſentem tantum, non ſimpliciter, & in totum in futurum, ut in ſimili notat gloſſa verbo *partibus in clem.* 2. *de judiciis.*

28 Et ita tenendum eſt quantumvis Rebuffus *de decimis q.* 13. *num.* 212. Marc. Genuenſ. *in practicab.* 6. *Eccleſ. q.*134. *n* 2. Cardin. Tuſchus *tom.* 6. *litt. P. concluſ.* 656. *n.* 10 conentur diſtinguere inter privatas perſonas privilegiatas, ſe alias publicas, ad quas privilegium ſpectat, quatenus in privatis ex textu noſtro admittant illam renuntiationem ex uno actu, non ſic in aliis quæ liberè ſuo privilegio renuntiare non poſſunt declarantes in prælatis valere renuntiationem, quoad eorundem utilitatem, non quoad ipſarum Eccle-
29 ſiarum privilegium. † Ex quo Abbas, & communis exiſtimavit ex noſtro textu non agi principaliter de utilitate Eccleſiæ, ſed canonicorum; ideoque de eo cenſendum fuiſſe, ſicut de privilegio privatæ perſonæ; quem intellectum non admittit Barboſa *hic n.*8. ex quo ut diximus unus actus contraventionis, non ſufficit etiam in privata perſona, ut in totum privilegium amittat, nec partim, quia quod eſt habere Eccleſiam plures dignitates, vel certum earum numerum, vel canonicorum, videtur primo, & principaliter reſpicere utilitatem, & commune Eccleſiarum bonum.

30 Quare ut textum noſtrum intelligas, dices cum Bart. Gregor. Lopez & aliis, quos ſequitur Suarez *d. c.* 35. *n.* 17 & Barboſa *ſub d. n.* 8. hic privilegium, de quo in hoc textu non habuiſſe tractum ſucceſſivum, ſed unico effectu conſtitiſſe; & ideò per unicum actum contraventionis tolli potuiſſe, quia ſcilicet renuntiatio, quoad unum actum, improbat ſimplicem renuntiationem quoad totum privilegium: nam cum hic ageretur de extinguenda quadam dignitate, ut in ea Eccleſia amplius non eſſet; & ideò effici, ut canonici contravenientes iterum illam, videantur exigere; & inde ſicut extinctio Dignitatis unico actu perficitur; ita contraventio unico actu faciat, ut ea de novo exacta, & privilegium revocatum cenſetur: hic pro complemento poteris applicare quæ dixi in textu *cap. cum Eccleſia Sutrina*, ubi *quot actus fuerint ibi neceſſarii ad conſtituendum jus eligendi, ſeu ſufficeret unus tantum actus.*

31 Ad quartam quæſtionis partim an univerſitas oppidi poſſit conſumere officia decurionatuum, & ſupernumeraria: & quia uberrimè de officialibus ſupernumerariis egit Capiblanc. *ſing.* 176. *n.* 287. & de hoc dubio egerit Valenzuela cum multis ab eo relatis *conſ.* 61. *p.* 1. ſumens occaſionem de quodam Michaele Henriq. beneficiato loci de Freſneda in Epiſcopatu Chonchen. ubi decuriones erant annales, & ipſe obtinuit à Regia Majeſtate duos decurionatus renuntiabiles, quos poſuit in capite quorundam familiorum ſuorum, adverſus quem conſilium illius loci propter incommoda, quæ patiebatur retraxit, & reaſſumpſit pro eodem pretio in ſe nominando, ut prius decuriones annales, donec anno 1585. Alter D Franc. Henriq. fuerunt venditi duo decurionatus renuntiabiles, quorum unum poſuit in capite alterius; ex qua cauſa, & quia Marcus Melero, cui adjudicavit ille D. Franciſ. unum, mortuus fuit non facta illius renuntiatione decurionatus, concilium dictæ univerſitatis prætendit; quod cum hæc duo officia ſint aucta, & ſupernumeraria, dictum officium remanſit extinctum in beneficium conſilii, &c † Et in hac 32
facti ſpecie dicendum eſt potuiſſe illius oppidi univerſitatem conſumere illa duo officia decurionatuum aucta: ex quo quia cum dictum concilium retraxerit dictos duos decurionatus, ſoluto pretio dicto D Michaeli, ut ei permittebatur per *leg.* 23. *tit.* 3. *lib* 3 *recop* remanſit ſubrogatum in illius locum, cum privilegiis, & prærogativis *l.* 1. *§. hac actio, ff. ſi quis teſtamento liber eſſe juſſus fuerit, l decernimus*, ubi Bartol. *Cod. de aquæ ductibus lib.* 11 *l. comperimus, Cod de proxim. ſacror. ſacr. in lib.* 12. *l major §. pen.* ubi Bald *ff de procurat.* Giurba *conſ.* 99. *n* 13 Valaſcus *conſultatione* 132. *n* 26. Mantua *ſin.* 12. *n.* 2. Tiraquell *de retractu linag* & alii.

Deinde quia eo ipſo quod vice decurionatuum 33
annalium fuerunt creati duo renuntiabiles, ceſſarunt primi, quaſi tranſlati in ſecundos *l. dicere §. fin. ff de receptis arbitris l. ſancimus, Cod. de teſtamentis, l præcipimus, Cod. de appellat.* Oldrad. Zaſius *conſ* 9 *n.* 23 *vol* 1. Pariſ *conſ* 151 *n.* 25. *lib* 4. Azevedus *conſ.* 40. *n.* 30. † Quia ut inquit Lapus 34
allegat 88 *n.* 8. officio mutato eſt, mutata ejus poteſtate: & tunc nova forma ſit ſequenda *l. cum plures, §. lege dicta, ff. locati*; ergo cum univerſitas populi primos illos duos decurionatus à Rege emptos perd ictum D. Michael. Henriq. retraheret, ac aſſumeret in ſe pretio ſoluto ipſi Michaeli: ſequitur id feciſſe, ut alii ſupernumerarii non crearentur, ſi quidem illos duos renuntiabiles retraxit, ne populi communitas læderetur ex ſuper exorreſcentia decurionatuum; non enim præſumendum eſt, ut voluerit Regia Majeſtas præjudicare juri, quod dictum conſilium habet in decurionatibus retractis ex dictis per gloſſam verbo *præjudicare in c. cum olim de conſuetudine*, Felinus *in cap. cauſam quæ de reſcriptis*, Ludovicus Gomez *in reg. de jure quæſito non tollendo q.* 1. verſ 28 & 43. Aymon. Craveta *conſ.* 308. *n.* 1. Meſſia *ad legem Toleti* de los terminos *p.* 2. *fundamento* 17. *n.* 31. cum propria pecunia re habuerit dictos decurionatus. † Quo caſu 35
ut ſcribit Valenzuela *dicto conſ.* 61. *numero* 8. ex reſolutione Alvari Valaſci *conſult.* 72. *n.* 5. ſuccedit quod Princeps poteſt ſine juſta cauſa aliquem officio privare, quod per pecuniam fuit conſequutus, *cap.* 1. *de natura feudi*. Bald *in leg. qui ſe patris column. quinta*, verſ. *unde ſcias. Cod. unde liberi* Caſtillielm. Benedict. *in capit. Raynucius* verbo *duas habens filias num.* 37. *de teſtamentis.*

Ex quibus, & aliis fit quod univerſitas populi 36
retrahentis, non debeat præjudicari ſuper numerum decurionatuum, quos retraxerit ex regula text. *in l. ubi numerus*, ubi DD. *ff de teſtibus* cum traditis per *deciſ. Genuenſ.* 198. *n.* 5. & juxta diſpoſitionem *l. Regiæ* 11. *tit.* 3. *lib.* 7. *recopil.* quæ diſponit quod in locis, ubi erat certus numerus decurionatuum, ſi alii fuiſſent acti conſumantur, cum vacaverint, donec reducantur ad numerum antiquum *leg.* 14. *leg.* 26. *eodem titul.* & *lib.* uti efficacius diſponitur *in leg.* 35. *ibidem*, quæ fuit pragmatica Regia lata 21. Januarii. 1602. ubi virtute contractus, & conceſſionis millionum factæ in curiis Regnorum Caſtellæ, mandantur conſumi decurionatus, qui fuerant creati-

ereati perpetui, ot remaneant Annales; imò, & haberi pro conſumptis in eadem lege.

37 Et ſic quamvis conſilium loci publicæ utilitati proſpiciendo, poſtquam pro tanto retraxeſit, decurionatus decreverit, quod eſſent Annales, prout per prius quod uti in re propria facere potuit; argum. *l. in re mandata, Cod mandati, leg. nemo exterius Cod. de Judæis, §. per traditionem inſtit. de rerum diviſione* cum adductis per Socinum *conſ.* 53 *num.* 8. *volum.* 1. Decium *conſ.* 419 *num* 3. nnn ex eo cenſetur remiſiſſe, aut renuntiaſſe juri, quod habebat virtute retractus, & ſubrogationis in dunbus decurionatibus perpetuis, cum non præſumatur renuntiatio, de qua nnn conſtat expreſsè, Joſeph. Ludovicus *deciſ lucen.* 5. *num.* 69. Pariſ. *conſ.* 110. *n.* 96. *lib.* 1. Calder. *conſil.* 1 *de præbendis*, Decius *conſil* 379. *num* 3. & 419. *n.* 9. & 452 *n.* 22. & 495. *n.* 19. *tom* 2.

38 Nec ex eo quod Regia Majeſtas voluiſſet addere decurionatus renuntiabiles, poſſunt tolli conſilio populi alii decurionatus ab eo retracti, *ex l.* 1. *Cod. de officio Præfecti urbium*, ubi nova officialis creatio, non derogat veteri, nec ejus juriſdictioni univerſali, Florianus de ſancto Petro *in l. quod in rerum. §. ſi quis n.* 4. *ff. de leg* 1. imò ut ait Valenzuela *dict. conſ.* 61. *n.* 11. cum Aymon. Craveta *conſ* 212. *n* 17. *per leg. ſi quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo. l non ignorab.*, *Cod. ad exhibendum? ſive poſſidetis, Code prob.* præſumitur conſervaſſe conſilio tuns decurionatus retractos, quia res, quæ ſemel fuit per aliquem acquiſita. præſumitur apud eundem eſſe.

39 Alia plura omnino videnda ex multis adducit Valenzuela totn *dicto conſ.* 61. quæ reducuntur ad relatam doctrinam, & ad Doctrinam textus *in l. non plures Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis* ibi *nullique his addendi, vel mutandi, vel in defuncti locum ſubſtituendi pateat copia.* Ubi gloſſa ait qui erant ultra numerum debent venire ad numerum; imo, & reverti ad naturam decurionatus annalium, ſicut per prius eſſent in oppido: argum. textus *in l. ſi unus, §. pactus, ff. de pactis l. ſicut. ff. de operibus libertor. cap ab exordio* 35. *diſt.* Burgos de Paz. *conſ* 17 *num* 18. Tiraquell. *de retract convent. ad finem tit. num.* 80. Baeza *de inope. debitore c.* 14 *n.* 11.

40 Cum politicæ gubernationi per oportunum ſit hujuſmodi officia annalia, & non perpetua eſſe: Horologium Princip. *lib.* 4. *c.* 22. Montanar. *in pragmatica.* 2. *Regni Neapoli. de adminiſtr. univerſ n* 367. & 370 Joannes Franc. de à Ponte *de poteſt. Proregis tut. de elect. official. in princip. num* 1. Melchior Junius *p.* 1 *quæſt politic quæſt* 26. Maſtril. *deciſ. Sicil.* 188. *n.* 1. & 8. D. Rovitus *in pragm.* 4. *de ſuſpit. official. n.* 23. Joannes Vincent. de Anna *ſingul.* 369. Scipio. Ammorat. *diſſertat. politic. in Cornelium Tacitum lib* 1. *diſcurſu* 12. Andreas Ganoner. *in diſcurſibus politicis pragm.* 134. Muta *deciſ* 904. *num.* 21. ut benè oſtendunt leges, tam juris communis, quam Regni prohibentes continuationem, & reelecti nem in officiis Reipublicæ *ex l. neminem, Cod. de ſuſceptoribus*, & *Archariis lib.* 17. *auth. de defenſoribus civitatum in fine collatione* 3. Capicius *deciſ.* 221. *num.* 5. ubi additio Azevedus *in l.* 4. *tit* 5. *lib.* 3. *recopilat.* Montanar. *pragm.* 6. *de adminiſtr. univerſit.* §. 16. *à num.* 4. Joannes Franc. Gapiblanc. *pragmat.* 1. *tract. de Baronibus num.* 1. Marcus Antonius Sargent, *lib.* 1. *de Neapoli illuſtr. cap.* 17. *num.* 11. & ex Libio *lib.* 4. tradit Marcel. Donat. *in dilucidatione ad c.* 18. Sueton. *in Auguſt. Romæ* fuiſſe aonos Magiſtratus, excepto cenſorio, qui durabat quinquennio.

41 Cui reſolutioni non obſtat textus *in l.* 29. *titul.* 7. *lib.* 7. *recop facta* 21. *Auguſti* 1609 quatenus prohibet quod officia decurionatus perpetua non fiant annalia, nec è contrario; eo quod reſpiciat futura, nec poſſit locum habere reſpectu illius decurionatus conſumpti, cum leges non referantur ad caſus præteritos, *auth. de his, qui ingrediuntur ad appellationem cap.* 1. *auth de filiis ante dotalia inſtrumenta natis cap. pervenit collat.* 3. *l. leges, Cod. de legibus, cap. fin. hoc tit.* de quo late dixi ſupra *in cap.* 2. & quatenus ſpectat ad annalia officia, dixi latè *in c. fin. de judiciis q. fin.* ubi Abbas *col.* 2. Et ad propoſitum noſtri dubii videbis Bobadillam *lib* 3 *politicæ c.* 8. *n.* 16. & *auth.* ut determinatus ſit numerus clericorum *in princip. collat.* 1. in verſ. *reliquo*, & §. *ſi vero*, à verſ. *cauſa ad menſuram*, & *Authent. de referend. ſacri Palatii* §. propterea *coll.* 2. *ibi manere quidam eos ſancimus ſecundum figuram quæ ſunt, neminem tamen omnino adjici*, & in verſ. *volumus enim eos in menſura quidem, uſque ad dictum numerum contineri*; imò Abbas, Joannes Hieronym de Mauro *in addition. ad alleg.* 18. tradit ex Paulo de Caſt. in ſi eadem provincia, *ff de officio aſſeſſorum.*

42 Et Riccius *col ect.* 20. 25. *p* 5. in terminis Alvariorum, quod ubi eſt certus numerus ſtabilitus à Principe, non poſſit in illorum præjudicium augeri.

AD TEXTUM

in Capit. IX. Cum M.

HOC TITULO.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Proteſtationis materia, & de ejus effectibus,* remiſſive.

3 *Solita apponi in contractibus; & ſi non apponentur, pro expreſſis habentur.*

4 *Clauſula conſueta, ſi non fuerit appoſita, habetur pro expreſſa, & cenſetur oppoſita, etiam ſi non ſit adſcripta.*

5 *Argumentum à ſolitis, vel aſſuetis, vel conſuetis, fieri valet.*

6 *Lex poteſt facere, ut non ſcriptum pro ſcripto habeatur.*

7 *Conſors ejuſdem litis agere poteſt ſine mandato, ſatiſdatione præſtita. Quid ſi lis nondum ſit conteſtata ibi,* & num. 8. *Et quid ſi requiratur ſpeciale mandatum* n. 9. *fallit in tranſactione*, n 10.

10 *Tranſigere nequit Conſors litis in præjudicium alterius conſortio litis.*

11 *Amicus pro amico ſine mandato agere non admittitur.*

12 *Capitula minuere , ſeu ſupprimere numerum canonicatuum , an poſſint ?* remiſſivè , & quæſt. 1, hic n. 11.

1 SUb materia hujus textus in verba *ſine præjudicio* agunt Doctores de materia proteſtationis , & de ejus effectibus , ad quam videbis quæ notavi , & quæ latè ſcripſi infra *in cap. fin. de appellat.* & de qua benè Riccius *p. 2. collect.* 259. & per textum noſtrum idem *collect.* 865. & eum videbis *collect.* 2094. obi ad plures deciſiones : ex quo textum noſtrum in dicto verbo *ſine præjudicio* , notant Doctores quod proteſtatio contraria facto non ſuffragatur , Mantica *deciſ.* 100. *numero* 2. Surd. *deciſ.* 246. *numero* 4. Farinac. *p.* 4. *conſ.* 30. *numero* 111. Campanilus *in diverſ. canon. Rub.* 11. *c.* 13. *numero* 185. Marcus Anton. *variar. reſol.* ibi *reſolut.* 55. *num.* 9. Barboſa *hic n.* 4. & latè cum multis *axioma.* 194.

2 † Et quia plura idem hic congerit non contemnenda ; ideò nunc ad propria textus noſtri , quatenus agit de augendo , vel minuendo numem canonicorum , advertes quæ ſubſequuntur *ſub quæſtionibus.*

3 Sed prius quia ex verbis ibi *ſicut conſuevit* , notant Doctores quod ſolita apponi in contractibus , etſi non apponantur pro expreſſis habeantur , ut per Bernard. *regula.* 147. Surd. *de-*
4 *ciſ.* 223. *num.* 9. Valaſc. *conſult.* 72. *num.* 12. † Et clauſula conſueta , ſi non fuerit appoſita , habeatur pro expreſſa , & cenſeatur appoſita , etiam ſi non ſit adſcripta ; ut cum pluribus Barboſa *in diction. & Clauſulis. clauſula.* 111. *n.* 2. idem hic
5 *an* 5. qui cum infinitis *n.* 7. notant prædicta verba , ad hoc quod valeat argumentum ab uſitato , ſeu à ſolitis , vel conſuetis fieri ; ideò adjungea nonnulla , quæ dixi *ſub tit. de fide inſtrument.* ubi quod clauſula aſſuetæ in inſtrumentis ſub intelligantur *ibi in Rubr. q.* 1. verſ. *ad quartam. n.* 9.

6 Et in verſ. *ibi vel fuerit , vel eſſe debuerit* , notant Doctores quod lex poteſt facere ut non ſcriptum pro ſcripto habeatur , Barboſ. *hic num.* 8. Tiraquellus *conſtituti p.* 3. *limit.* 7. *num.* 46. & ſic aggregabis quæ dixi ſupra *in Rub q.* 2. verſ. *ad ſecundam* , an lex , & conſtitutio præcisè requirat ſcripturam , ut obliget.

7 Et quia gloſſa hic dicit quod agere poteſt ſine mandato Conſors ejuſdem litis pro Conſorte ſatiſdatione præſtita ; ideò adjunges etiam gloſ. *cap. cum dilecti de dolo* , & quæ tradunt Doctores per textum ibi *in l. ſi potior. ff. de judic. & in clem. ſi religioſus de procurator. leg.* 2. *Cod. de conſortibus*
8 *ejuſdem litis l.* 10 *tit.* 5. *p.* 3. † Ubi per illam legem Gregor. Lopez extendere regulam indiſtincte procedere , modo ſit lis conteſtata , modo non licet de jure communi *in dicta l.* 2. *de conſortibus ejuſdem litis :* hæc regula limitationem patiatur ante litem conteſtatam , ut tenet Montalb. *in l.* 1. *titul.* 10. *lib.* 2. *fori* gloſſa *reſponda.* Ex ſic ex gloſſa noſtra hic credit & notat Joannes Gratian. *regula* 20. affirmans ſæpius vidiſſe practicari ; & eſt optima lex fori *in leg.* 5. *titul.* 10. *lib.* 1. *fori* , ubi benà Montalbuſ. qui dicantur Conſortes , videndus eſt Gozadin. *conſ.* 79. *n.* 1. 2. 3. & 4. ubi
9 tres ſpecies Conſortium ponit. † Et ampliant Felinus *in cap. coram de officio de legati* , Decius , & Ripa hic per textum *in cap. conſtitutus de in integ. reſtit.* etiam ſi requiratur ſpeciale mandatum : ſed Covarr. hanc ampliationem non admittit

lib. 1. *variar. reſol. c.* 6. *n.* 6. etſi ſub dubio contrarium teneat qui reſpondet textui *in d. cap. conſtitutus* , abſolutè ſequitur Covarr. Gratian. *dicta reg.* 20. *n.* 2. qui *n.* 3. & 4. cum Felino *hic n.* 19. & melius per Ripam *n.* 53. litat , quatuor media regulam hanc , ſeu quinque , ut refert Petrus
Dueñas *regula* 132. † additque ut non procedat 10
in tranſactione , quia Conſors litis nequit tranſigere in præjudicium alterius litis Conſortis , ſecundùm textum *in l.* 1. *Cod. ſi in communi* , eademque cauſa , per quem ita cenſuit Nicol. Bell. *conſ.* 26. *n.* 5. *ubi n.* 7. benè tradit materiam hujus Regulæ. Hic adjunges dicta infra *de appellat. in Rub ſub q.* 6. verſ. *ad tertiam , an appellatio unius ex conſociis , proſit aliis Conſortibus litis.*

Et licet poſſes hic non incongruè addere ; an 11
amicus pro amico ſine mandato ſpeciali agere admittatur , de quo benè Jaſon. *in l. exigendi Cod. de procur.* negans , & ultra eum communis ſecundùm additionem ad Abbatem in textu noſtro *lib. littera* C. tamen quia addo infra *ſub titul. de*
procurat. ideò non tracto. † Item poteris hic 12
applicare quæ dico infra *in cap. ex parte pen. hoc tit. an capitula poſſint minuere , ſeu ſupprimere numerum canonicatuum , & præbendarum* , de quo congrua occaſione textus noſtri poſſemus hic tractare.

QUÆSTIO I.

An poſſint ultra numerum recipi per capitulum alii canonici ſupernumerarii , quibus ſuccurratur ex fructibus menſæ : & an quando numerus canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ , augetur , mediante nova fundatione , cogantur canonici antiquæ fundationis novos admittere , cum iiſdem conditionibus in nova fundatione contentis : an vero aliàs adjicere poſſint : & an Epiſcopus poſſit erigere collegialem cum novis canonicis , vel addere numerum ; & an canonicus ultra numerum receptus amittat canonicalia jura , ſeu recipiat diſtributiones quotidianas ?

SUMMARIUM.

1 *Canonici ſupernumerarii dicuntur , qui in canonicorum collegio cooptantur , & canonici creantur , ultra numerum certum Præbendarum , & canonicatuum abſque ulla Præbenda , ſtatim ipſi attributa , ſed non ubi certus non eſt.*

2 *Canonicorum numerus , aliquando certus non eſt in Eccleſiis Cathedralis , & Collegiatis , nec diſtinctio Præbendarum ; aliquando verò ſit certus canonicorum numerus , ſed non Præbendarum , ut* n. 3. *& quandoque in præbendis ſit diſtinctio ,* n. 4 *&* 5.

4 *Beneficia ſolent eſſe actualiter , & non unum unius diſtincta , omnino dos à dote alterius.*

5 *Numerus certus canonicatuum eſt quandoque , & totidem Præbendæ , quæ diſtinctæ non ſint , & bona ſint communia , quoad Dominium capituli , ſuper quibus bonis , quaſi in confuſo , inſtitutus ſit numerus Præbendarum.*

6 Canonicorum receptio eſt duplex, una juris, alia facti, & quæ utraque, & videtur diſtingui inter receptum cum derogatione, ut num. 7.

8 Canonicorum numerus augeri non debet, niſi gaudeant proventis: ubi quod pertineat ad Papam, & quando poſſit Epiſcopus cum Capitulo, ibi.

9 Numerus canonicorum dicitur in Cathedrali definitus, quem Epiſcopus cum capitulo, & in collegiatis quem canonici cum Epiſcopi conſenſu deſuper accidente definierit, & quando contrario ſtatuto abrogari poſſit, vel non? ibi.

10 Eccleſia dicitur numerata, in qua eſt certus canonicorum numerus ea lege, ut nequeat alterari determinatione, & præſcripto ſtatuti.

11 Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſicut nequit ſupprimere canonicatus ſede vacante, ſic nec Eccleſia per ſe queat augere numerum canonicatuum, n. 14

12 Supprimere canonicatus non poſſunt viſitator, aut adminiſtrator capituli, ſede vacante, nec vicarius Epiſcopi, aut ſede vacante capituli, etiam in caſibus, ubi poſſet Epiſcopus, & n. 13.

15 Canonicus quis ultra numerum recipi poteſt, authoritate Papæ, dummodo non ſit certus.

16 Juvenes in Eccleſiis Germaniæ, Italiæ, & Galliæ, ſolent cooptari in canonicorum collegium, tunc ſine Præbenda; donec vacet.

Supernumerarius canonicus quis propriè appelletur, d. n. 16. & ex quibus fructibus ſuccurratur n. 17.

Beneficium habere dicitur qui receptus eſt ultra numerum, ſpe futuræ Præbendæ.

18 Numerus canonicorum, cum augetur Eccleſiæ collegiatæ novæ fundatione, mediante, quando & qualiter debeat admitti à canonicis antiquæ fundationis, & cum quibus conditionibus.

19 Capitulum cum Epiſcopi authoritate poteſt ſtatuere circa res ſuæ Eccleſiæ, potiſſimum ſuper his, quæ ad canonicos ſolos ſpectant, & generaliter in concernentibus Eccleſiæ ſtatum, n. 21.

20 Capitulum ſtatutum facere poteſt, per quod antiquus ſtatus Eccleſiæ retinetur, vel ſi ad illum redditur.

22 Canonicatus additi à teſtatrice in collegiata cum onere curæ ſunt, ſicut antiqui, per quos in cura ſerviantur; & num voluntas teſtatricis in aliquo per Epiſcopum mutari valeat, aut alterari, ibi.

23 Epiſcopus non poteſt erigere collegiatam cum novis canonicis; licet poſſit novos addere antiquis: ſic intelliguntur Doctores pugnantes, num. 24. & 25. ut num. 26. ſed poteſt numerum conſtituere in Eccleſia jam fundata, num. 27.

27 Cap. quoniam de vita, & honeſtate clericorum.

28 Canonicus receptus ultra numerum, niſi in mandato Papæ exprimatur, non habet canonicalia jura, ſeu prærogativas, quibus gaudent cæteri, ſecus ſi à Papa darentur cum expreſſa derogatione de certo canonicorum numero; ſed vide infra, n. 37. & 38.

29 Canonicatus impetratus à Papa, qui ſit ſupra numerum, debet ſic in litteris exprimi; ita ut alias impetratio non valeat niſi admiſſio eſſet facta ſine præjudicio antiquorum canonicorum, ibi: fallit ſi conſuetudo eſt, quod canonici ita ultra numerum recepti, non habeant jura canoniæ, niſi prius fuerint inſtallati, n. 30.

31 Canonici privilegiati ſuper numero certo, qui poſtea aliquem recipiunt ſupra numerum, non poſſunt uti exceptione numeri contra Papam volentem aliquem ſuper numerum conſtituere, & procedet abſque dubio, ubi Papa ſciens Eccleſiam eſſe receptam non numeratam de ea provideat.

32 Reſignationes admitti poſſunt de canonicatibus ſupernumerariis proviſis à Papa; item ex cauſa permutationis, & valebunt, ſi facta mentione de hoc Papa provideat.

33 Eccleſia numerata, & receptitia, differt in eo, quod numerata dicitur, ubi eſt conſtitutus canonicorum numerus certus. Receptitia, quando ille numerus certus deficit.

34 Canonicus in Eccleſiis receptitiis propriè non dicitur habere ſucceſſorem, nec ejus canonicatus vacare dicetur, ſed confeſtim quod titularis decedit, ſupprimatur, expiret, & ceſſet, niſi Papa vellet providere, perinde, ac ſi canonicatus vacaſſet.

35 Canonico diſpenſato in ætate competit jus percipiendi quotidianas diſtributiones, ut alii canonici, ſive ſit de numero canonicorum, ſive ſupernumerarius, & creatus cum ſpectatione Præbendæ, n. 36.

37 Canonici recepti ultra numerum, videntur habere ſtatim ſtallum in choro, & vocem in capitulo, obligare, & eſſe delegati Papæ, niſi conſuetudo eſſet, ut non poſſet jura canoniæ adminiſtrare, niſi prius fuiſſet inſtallatus, vel ſi ſit receptus non ſimpliciter, ſed quod ſit ſupernumerarius, n. 38. & 39. & vide diſtinctionem n. 40.

40 Conſuetudo Eccleſiæ primas ſibi vindicat circa danda jura canonicatus, recepto in canonicum.

Canonici receptio, ſi ſolvit numerum canonicorum in Eccleſia recipit diſtributiones, & alia jura; ſecus ſi non ſolvit: & quare, dict. num. 40.

41 Numerus ſolvitur canonicorum in receptione, ſi verba ſufficiant, & ex inſtallatione in choro eis aſſignata, niſi forte in eodem ipſo actu declaraſſet Capitulum, ſe non intendere frangere numerum, ſed receptum habere, tanquam ſimplicem ſupernumerarium, ut num. 42.

43 Canonicus receptus ſimpliciter in Eccleſia, in qua eſt certus numerus, non acquirit plenum jus canoniæ, etſi recipiatur de mandato Papæ non derogantis numero, aut non mandantis recipi cum plenitudine juris canonicalis, ſecus è contra n. 44. & 45.

45 Clauſula illa cum plenitudine juris Canonicalis includit diſtributiones quotidianas, quas recipient canonici ſupernumerarii, qui mandantur recipi cum ea.

46 Canonici Eccleſiarum non numeratarum, de quibus meminit textus in capit. dilecti de Præbendis, capaces ſunt diſtributionum.

47 *Diſtributiones quotidianas lucrari non poſſunt de communi maſſa Capituli Canonici novæ fundationis, quando numerus canonicorum augetur, ſi tales admittantur ab antiquis cum proteſtatione, & ſine præjudicio ſuorum jurium.*

48 *Canonici antiqui non debent triſtari, & dolere de adjunctione novorum canonicorum, ne pro laudibus decantandis canant illud,* multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam, *& ne retrahantur ipſi à Divinis.*

49 *Canonici novi, qui ex mera voluntate veterum recepti ſunt, non habent quod conquerantur; imo multum acquirunt, dum admittuntur ad lucrum mortuariorum Candelarum cereorum, & pecuniarum, quæ diſtribuuntur ſingulis abſque damno, & diminutione antiquorum* n. 50.

51 *Canonici novi, etiam ſine præjudicio veterum admiſſi; licet non participent de mortuariis præteritis relictis capitulo; debent tamen participare de futuris, quia ſunt de capitulo.*

52 *Canonicus ultra numerum receptus, quæ canonicalia jura recipiat,* à n. 47. & ante, *ut non obſtent Bartol. & Corſatus contrarium tenentes* n. 53.

1 AD primam difficultatis partem,
ut reſpondeam, & ad alias,
adverto quod ſupernumerarii
canonici dicuntur illi qui in canonicorum
collegium cooptantur,
& canonici creantur ultra numerum certum
præbendarum, & canonicatuum abſque
ulla præbenda ipſis ſtatim attributa, ut ex
gloſſa, & Abbate hic reſolvunt Azor. *inſtit.
moral. p. 2. lib. 3. cap. 11. quæſt.* 13. Barboſa
de canonicis cap. 3. numero 12. quod Azor.
ſupra *quæſt.* 14. intelligit procedere in Eccleſiis
ubi eſt numerus certus conſuetudine, ſtatuto,
vel privilegio præbendarum conſtitutus,
non in aliis, quia ubi non eſt certus numerus
præbendarum, vel canonicorum, ſi unus,
aut plures recipiantur in canonicos ij numerum
non excedunt.

2 Adverto ſecundo cum Antonio Fabrn *in praxi
beneficial. Cathedr. num.* 23. & 24. & Tuſcho
in pract. concluſ. tom. 6. litt. P. concluſ. 470. *num.* 2.
& ex Baldo *conſilio* 472 *lib.* 2. in Eccleſiis Cathedralibus,
& Collegiatis aliquando nullam
eſſe diſtinctionem numerumve præbendarum,
nec certus canonicorum numerus ut in caſu textus
in c. ex part. 10. de conſ. præb. & in c. dilecto, &
3 *in c. vacante de præbend.* ubi Doctores. † Aliquando
ut ſit in illis certus numerus canonicatuum,
ſeu canonicorum, ſed nullus numerus, nec diſtinctio
præbendarum, ut *in cap. fin. §. ſi autem de*
4 *Conceſſione præb. lib. 6.* † Et quod quandoque ſit
non ſolum certus numerus Canonicatuum, &
præbendarum, ſed etiam eæ præbendæ realiter,
& actualiter, & perpetuo ſint inter ſe diſtinctæ,
ita ut non ſit unum beneficium Eccleſiaſticum,
ſed duo unius actualiter, & omnino diſtincta
ſit dos à dote alterius juxta textum *in c. litteras
de conceſſione præb. & in clem. fin. de præb.* ubi Doctores
Lapus *allegat.* 14. *num.* 4. & 5. Cardinalis
5 Tuſchus *tom. 1. littera C. concluſ.* 32. † Et interdum
ſit certus numerus Canonicatuum, & totidem
etiam ſint præbendæ, ſed eæ diſtinctæ non
ſint; imo bona ſint quoad Dominium capituli
communia, ſuper quibus bonis quaſi in confuſo
abſque actuali aliqua diſtinctione inſtitutus
ſit numerus præbendarum, correſpondens numero
canonicatuum; ita Barboſa *dict. c. 3. n. 7.* ut
diſtinguit Moneta *de optione canonic. c. 2. quæſt. 2.
num.* 16. & 17.

Tertiò adverto quod receptio horum canoni- 6
corum eſt duplex, una juris, alia facti, juris ſit
quando Papa mandat Capitulo, ut recipiant canonicum,
& fratrem, & illi conferant jus canoniæ;
& quod per talem receptionem efficitur
canonicus. Alia quando Papa creat Canonicum
ſupra numerum & mandat quod tali canonico à
ſe facto aſſignetur locus, & ſtallus, de quibus
Fredericus de Senis *conſ. 290. num.* 5. & 6. Cardinal.
Tuſchus *tom. 1. littera C. concl.* 33. *a num.* 2. † 7
Vel ut diſtinguit Lælius Zech. *de Republica Eccleſ.
c. 24. de Canon. num.* 4. verſ. *cauſa verò*, & Barboſa
num. 15. cum ſequitus, dum diſtinguens
inter receptum ſimpliciter de mandato Papæ in
aliqua Eccleſia, in qua eſt certus numerus canonicorum,
non illi derogando, aut non mandando
recipi cum plenitudine juris canonicalis,
& inter receptum cum expreſſa Papæ derogatione
de certo canonicorum numero, aut ubi
ab illo expreſſum mandatum emanavit de eo
recipiendo cum juris canonicalis plenitudine,
ut in primo caſu receptus ultra numerum,
non habebit plenum jus canoniæ, veluti
ſtallum in Choro, vocem Capitulo, &
alias omnes prærogativas, quibus cæteri canonici
gaudent.

Quartò adverto quod augere numerum de- 8
terminatum canonicorum, non licet niſi gaudeant
proventia; & hoc ſi fiat pertinere ad Papam
quando videlicet canonici in erectione facta
jurarunt coram Papa non augere, vel ſtatutum
taxans numerum, fuit à Papa, vel longiſſimo
tempore confirmatum; & quod aliàs Epiſcopus
illum numerum poſſet augere cum Capitulo,
Abbas *in cap. cum acceſſiſſent hoc tit.* Iſidorus
Moſcon. *de Majeſt. militantis Eccleſiæ lib. 1.
cap. 15. de Eccleſia Cathedrali prag. 292. ſub littera
A.* Lotherius *de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 14.
num.* 37.

Quintò quod numerus canonicorum ita dici- 9
tur definitus quem in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus
cum conſilio canonicorum in inferioribus
collegiatis ipſarum canonici cum Epiſcopi
conſenſu deſuper accedente præfinierint Lælius
Zechius *dict. c. 24. num.* 4. verſ. *cauſa* Barboſa *d.
c. 3. de canon. num.* 4. Lother *d. q. 14. n.* 30. inferentes
nihil eſſe, quin contrario ſtatuto illud abrogari
poſſit per capitulum ad cujus favorem cenſetur
talis numerus præſcriptus etiam ſuperioris
confirmatio acceſſerit, niſi primum ſtatutum
fuerit juramento confirmatum, vel confirmatio
ſit Apoſtolica cum clauſula ſublata, & decreto
irritanti. † Et addit Lother. *d. q. 14. num.* 14. quod 10
Eccleſia, in qua eſt certus canonicorum numerus
ea lege, ut nequeat alterari ex determinatione,
& præſcripto ſtatuti dicatur numerata.

Uude jam breviter reſpondeo ad difficulta- 11
tem, ut quemadmodum Eccleſiæ Cathedralis,
capitulum, ſede vacante, nequit ſupprimere canonicatus,
ut docent Chuchus *in tit. moral. lib. 2.
tit. 9. num.* 87. Azor. *inſt. mor. part. 2. lib. 3. cap. 38.
quæſt.* 9. Monaldus *conſ. 41. num.* 5. Aloyſius Riccius
in praxi rerum fori Eccleſiæ, p. 4. reſ. 535. Mo-

12 neta *de deſtribut.quotid.part.* 12. *à num.*17. † Ubi
num. 122. idem dicit de viſitatore, ſeu admini-
ſtratore loco capituli Cathedrali Eccleſiæ va-
canti dato de quo Barboſ *de canon. c.* 22. *n.* 112.
13 † Qui *d.cap.*3.*num.*24. colligit, ut nec Vicarius
Epiſcopi, vel capituli, ſede vacante eam ſup-
preſſionem facere poſſit, etiam in caſibus, ubi
poſſet Epiſcopus, cujus eſt vicarius ſecundùm
Monetam *dict. c.* 12. *à n.* 129. Garciam *de bene-
ficiis part.* 12.*c.*2.*n.* 69. Stephan. Gratian. *diſcept.
forenſ. c.* 278. *num.* 35. Sbrocium *de officio vicarii
lib.* 1.*quæſt.*116.*num.*9. Rebuffus *in praxi benef.tit.*
14 *de forma vicariatus num.*102. † Ita nec capitulum
per ſe queat augere numerum canonicatuum,
quia ut jam diximus hoc pertinet, vel ad ſolùm
Papam, vel ad capitulum ſimul cum Epiſcopo,
& non aliter.

15 Ex quo fit ut poſſit quis ultra numerum ca-
nonicorum, dummodo non ſit certus authorita-
te Papæ in canonicum recipi, ſine præbenda, Pa-
normitan. *hic num.* 30. *& in cap. relatum num.*2. *de*
16 *præbend.* Azor. *lib* 3.*p.*2.*inſtitut.moral.c.*11.*q.* 3. †
Ubi addit in quibuſdam Eccleſiis Germaniæ
Italiæ, ac Galliæ, ſolere juvenes, dum litteris
operam dent in collegium canonicorum coopta-
ri, & admitti, quibus tamen præbenda ſtatim
non datur, ſed poſtea, cum aliqua earum cano-
nico, & poſſeſſore vacat, qui etiam *quæſt.*6. tenet
quod ſine præbenda poſſunt plures in canonicos
recipi addens etiam, ut qui ſic fuerit receptus
extra numerum, appellatur ſupernumerarius, ut
docent Abbas, & Felinus *hic*, Moſcon *de Ma-
jeſt. militant Eccleſiæ lib.* 1.*c.*15.*de Eccleſ. Cathedr.
pag.* 292. verſ. *ſi aliquis*: & prædictam concluſio-
nem probat etiam *hic* Barboſa *n.*16. cum eodem
Panormitano *num.*50. *& in dicto cap. relatum n.*2.
& in cap. dilectus 1. *&* 2. *de præb.* & cum Azor.
ſupra cap 11. *dict. quæſt.* 3. qui ambo addunt ex
Ludovico Romano *conſ.* 447. receptum ultra
numerum ſpe futuræ præbendæ habere benefi-
cium: ſic Azor. *ibi q.*4.

17 Ad aliam quæſtionis partem an prædictis
canonicis ſupernumerariis ſuccurratur ex fru-
ctibus menſæ capitularis, & quia hæc difficultas
pendet à dictis *infra* in verſ. *ad ultimam*; ideo hîc
non tracto.

18 Ad ſecundam quæſtionis partem an quando
numerus canonicorum Eccleſiæ collegiatæ, au-
getur mediante novâ fundatione, cogantur ca-
nonici antiquæ fundationis novos admittere
cum eiſdem conditionibus in nova fundatione
19 contentis, an verò aliàs adjicere poſſint. † Et
pro doctrina advertendum eſt juxta juris regu-
las, quod capitulum cum authoritate Epiſcopi
poteſt ſtatuere circa res ſuæ Eccleſiæ, gloſſa *in
c.* 2. verbo *ſtatutum de verb. ſignif.* Doctores *in
c. cum omnes, & in c. cum acceſſiſſent hoc tit.* Abbas
*in c.*1. *num.*14. *de his, quæ fiunt à majori parte ca-
pituli*, potiſſimumque habere locum quando
agitur de jis, quæ ad ſolos canonicos ſpectant, &
dum de ipſorum dumtaxat præjudicio agitur,
20 Seraphinus *deciſ.*707.*num.*4. † Et ſic concludunt
Rota *deciſ.* 375.*num.*2.*part. recent.* Beltramin. *ad
Alexand. Ludovicis deciſ.* 175. Franciſcus Ton-
dutus *variar. quæſt. c.* 68.*part.*1.*num.*4. *&* 5. ca-
pitulum ſtatutum facere poſſe, per quod anti-
quus Eccleſiæ ſtatus retinetur, vel ſi ad illum
21 redditur. †. ex eadem Rota *deciſ.* 21. *numero
ſecundo, part.* 2. *recent.* ut capitulum generali-
ter cum authoritate Epiſcopi poſſit ſtatu-
ta condere in his omnibus, quæ concernunt
Eccleſiæ ſtatum.

Unde Franciſcus Tondutus diſputans de quæ- 22
ſtione hac *d. quæſt.* 68.*p* 1. juxta caſum cujuſdam
teſtatricis, quæ auxerat duos canonicatus in col-
legiata quadam cum onere curæ animarum ait
*à num.*11. verſ. *hic*, & *num.*12. *&* 13. ut cum in eo
concurreret antiqua fundatio, quæ curam ani-
marum canonicis tribuebat, itemque in nova
idem concurreret, quæ canonicos eodem onere
gravabat, optimè actum fuiſſe, ut capitulum
ſemper curæ præeminentiam obtineret, illius
verò exercitium, quod omnibus canonicis de-
mandatum erat per ſolos canonicos utriuſque
fundationis ultimo loco per obitum, impetran-
tes fieri deberet. Et cum ibi non ageretur de
commutanda diſpoſitióne fundatricis, ſed de
alterandis, ſcilicet illius qualitatibus acciden-
talibus, quod fieri potuit authoritate Epiſcopi
interveniente Mohedan *deciſ.* 1. *de jure patrona-
tus*, Riccius *collect.*1270. *in* 2. *limit. p.*4. Moneta
*de commut. ultimar. voluntatum c.*5.*num.*316. non
obſtare quod à capitulo, conſentiente Epiſcopo
alteraretur, ſeu modificaretur in aliquo teſtatricis
duos canonicatus ſupernumerarios addentis, vo-
luntas, cum id de jure poſſit, etſi non mutari, ut
debent intelligi jura pugnantia, juxta quæ tra-
dunt Mohedan *dicta deciſ.* 1. *de jure patron.* Bar-
boſa videndus *de officio Epiſcopi allegat.*83. *à n.*1.
Tondutus *d n.*12. juxta plura, quæ ego dixi *ſub
cap.* 16. *de foro compet. quæſt.* 3. ubi an *relicta Ec-
cleſiis, vel in aliud opus pium, poſſint ab Epiſcopo
commutari.*

Ad tertiam quæſtionis partem an Epiſcopus 23
poſſit erigere collegiatam, vel addere nume-
rum, &c. Et in hac quæſtione breviter reſpon-
dendo dico pro parte negativa ſtare Riccium *in
deciſ. Curiæ Archiepiſcopal. Neapol. p.* 3. *deciſ.* 66.
ubi dicit non poſſe Epiſcopum creare novos
canonicos: ſic ex doctrina Baldi *conſ.* 91. *n.* 10.
lib. 1. Burſati cum aliis *concluſ.*27.*n.*4 *& conſ.*110.
*n.*6. Pro affirmativa ſententia ut Epiſcopus poſſit
novum conſtituere canonicorum numerum, &
collegium, novaſque creare dignitates docet
Joannes Maria Novar. *in quæſtionibus forenſ. p.*1.
*q.*24.*num.*4.

Et addit ut in tali caſu ut Epiſcopus poſſit in- 24
ſignare ſupradictos canonicos ſigno illo, quod
vulgò dicitur *armatica*, ſeu *Cappucie*, vel *Zam-
barda*, ſine aliqua ſedis Apoſtolicæ licentia, &
pro ſua opinione citat Zerolam *in praxi Epiſco-
pali*, verbo *Epiſcopus quæſt.* 17. Sevium *de benef.
p.*2 *quæſt.*23.*num*, 16. refert Diana *part* 3 *tract.*6.
miſcel. 2.*reſ.* 38. & ego primæ ſententiæ potius
accedo; etſi per doctrinam jam adductam in
verſ. *ad ſecundam*, poſſem ſecundam amplecti,
ut meritò concludunt Rebuffus *in praxi benefi-
ciar. tit. de erect. collegiatæ*, Fuſcus *de viſitat. lib* 2.
*c.*1.*num.*6. Azor *inſtit. moral. p.*2 *lib.*5.*num.*112.
Riccius *dicta deciſ.* 66. *part.* 3. Filiucius *de bene-
ficiis c.* 3. *num.* 112. Rota apud Paulum de Ru-
beis *deciſ.*99.*num* 9.*tom.*3. *diverſ. alias p.* 7. *recent.*
Maſobr. *in ſua praxi habendi concurſum præludio* 2.
dub. 1. ut cenſuit ſacra concilii congregatio in
una converſana 27. Junii 1626. prout refert
Lotherius *de re beneficiaria lib.* 1 *quæſt.*14.*n.*49. † 25
Quod dicit verum Barboſa *de jure Eccleſ. part* 2.
*c.*6. *de Eccleſia Colleg. num.* 1. ubi ſic tenet contra
aliquos non contemnendæ authoritatis Epiſco-
pum poſſe erigere parochialem Eccleſiam in
colle

collegiatàm, ut per textum *in c. quoniam de vi-
ta & honeſt. Clericorum*, ubi Abbas antiquus
num. 1. Joannes Andreas Butr *num* 2. Panorm. 2.
& 6. qui atteſtatur de communi, quos retuli, &
viſa eſt ſequi Rota in Pegien. unionis 12.
Maii 1625. coram Concino, & Nicolaus Gar-
cia *de beneficiis part.* 12. *c.* 5. *num.* 4. dum dixit ali-
quandò Eccleſiam erigi in Collegiatam per
26 Epiſcopum, licet fieri ſoleat authoritate Papæ.*
Eſt enim dicendum ut non poſſit Epiſcopus
ſua ordinaria poteſtate erigere collegiatam, cum
novis canonicis, licet queat novos ad lere anti-
quis juxta Doctrinam dicti verſ. *ad ſecundum:* &
ſic in hoc caſu reſpectu additionis, exiſtimo in-
telligendos eſſe Novarium, & alios adductos,
27 non inquam erectionis novæ. † Nec obſtat tex-
tus *in dicto cap quoniam de vita, & honeſt. Clericor.*
dum dicit quod poteſt Epiſcopus, ſi facultates
Eccleſiæ ſufficiunt ſtatuere certum numerum
Clericorum, qui vivant, & compellere contra-
dictores ad hanc obſervantiam non obſtante
appellatione, quia ut jam vides, textus ille agit
ſolùm de conſtituendo numero Clericorum in
Eccleſis jam fundata, quod eſt diverſum.
28 Ad quartam quæſtionis partem an canonicus
ultra numerum receptus amittat canonicalia ju-
ra, ſeu recipiat diſtributiones quotidianas, &
jam ſupra in verſ. *ad primam* dixi conducibilia;
etenim Corſetus in ſingulari verbo *d. c. quoniam
de vita, & honeſt. Clericorum n.* 3. dixerunt quod
ille, qui eſt ſupra numerum ſi admittatur in col-
legio, non gaudeat beneficio collegii: ſic per
illum textum quod verum eſt etiam in caſu no-
ſtro, ſi ut jam dixi non exprimatur à Papa in
mandato de recipiendo ut ſic cum plenitudine:
tunc receptus ultra numerum non habeat jus
canoniæ, veluti Stallum in choro, vocem in
Capitulo, & alias omnes prærogativas, quibus
cæteri canonici gaudent, ut dixerunt Lælius
Zechius *ſupra dict. c.* 24. *de Repub. Eccleſiaſtica,
de canon. num* 4. dicto verſ. *cauſa verò*, Barboſa
canonicis dicto c. 3. *ſub n.* 15. qui ſecus ſic rece-
pto dari omnia canoniæ jura, ſi à Papa mande-
tur recipi ultra numerum cum plenitudine juris
canonicalis cum expreſſa Papæ derogatione de
certo canonicorum numero.
29 Et confirmatur quia quando à Papa impetra-
tur canonicatus, qui ſit ſupra numerum, debet
id in litteris exprimi, & aliàs impetratio non
valeat ut docent Pavinus *de poteſt. c ſede vacante,
præludio* 5. *num.* 15. Hozeda *de incompatibilit.
benef. part.* 1. *c.* 12. *n.* 6. quod declarat Gratia-
nus *diſceptat. forenſ tom.* 5. *c.* 867 *à num.* 1. *& à
num.* 11. niſi admiſſio facta eſſet ſine præjudicio
antiquorum canonicorum, Menoch. *conſ.* 1279.
num. 21. & 22. Anton. Fabricius *in praxi benef.
lib.* 2. *Rub. de titulo, & in titulat. num.* 30. Azor.
inſtit. moral. p. 2. *lib.* 3. *c.* 9. *quæſt.* 3. & 4. Moneta
30 *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſt.* 1. *à num.* 5. † Ubi
num. 10. limitat ut non procedat, ubi conſuetu-
do ſit quod canonici ita ultra numerum rece-
pti non habeant jura canoniæ, niſi prius fue-
rint inſtallati, quia tunc conſequentur ad limi-
tes inſtallationis jura canoniæ, ſic ut ſi ſolum
fuerint inſtallati in choro conſequantur ea, quæ
ſunt Chori; etſi fuerint inſtallati in capitulo, ha-
beant ea, quæ ſunt capituli.
31 Iterum facit quia ubi canonici ſunt privile-
giati ſuper numero certo, & poſtea aliquem re-
cipiunt ſupra numerum, non poſſint uti exceptio-
ne numeri contra Papam volentem aliquem ſu-
pra numerum conſtituere docent Lælius Zecb.
dict. c. 4. *de canonicis* verſ. *cauſa verò* ex Abbate *in
c. pro illorum de præb.* & ait Barboſa *dict. c.* 3. *de
canon.* 16. ut illud abſque dubio procedat, ubi
Papa ſciens Eccleſiam eſſe, receptitiam, non nu-
meratam, de ea provideat, velitque proviſionem
valere, nihilque eſſe quin proviſio teneat pro-
bans *in c. ex parte ad finem*, ubi Hoſtienſ. *n.* 3.
verſ. *tu dices* de conceſſione præbendæ. Rota *in
Syracuſana canonic.* 1. *Decemb.* 1623. coram R.P.D.
Piroci, cujus meminit Lotherius *de re benef. dict.
lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 31. † Quia *à num.* 32. ſubdit 32
in his paſſim admitti reſignationes, quia licet
talis beneficia, ut pote vacationis non videan-
tur reſignabilia, & etiam ex cauſa permutatio-
nis, Gonzalez *ad regul* 8. *chancel. gloſſa.* 9. *§.* 3.
num. 19. nihilominus tamen ſi fiat de hoc men-
tio, Papa validè ex hujuſmodi cauſa provideat,
& proviſio ſuſtineatur, ut docent idem Gonza-
lez *d. §.* 3. *n.* 20. & 23. Lother. *d. q.* 14 *n.* 34.
Dubitabis pro complemento quæ differentia 33
ſit inter Eccleſiam receptitiam, & numeratam.
Ad quod breviter reſpondeo ex jam dictis *à n.* 1.
etenim Eccleſia numerata dicitur, ubi eſt con-
ſtitutua canonicorum numerus certus, de qui-
bus dictum, receptitia quando ille numerus
certus deficit, & de hac dico *infra in c delecto* 25.
verſ. *præterea de præb.* ubi Doctores communiter
affirmant, quod canonicus in Eccleſiis recepti-
tiis propriè non dicitur habere ſucceſſorem,
nec ejus cononicatus vacare dicitur, ſed confe-
ſtim quod titularis decedit, ſupprimatur, expiret,
& ceſſet, Anton Rague *de voce Canonicorum in
capitulo quæſt.* 22. *num.* 1. Cardinalis Mantica
deciſ 229. *num.* 2. Gonzalez *in regula* 8. *Cancella-
riæ* gloſſa 9. §. 3. *n.* 9. & 10. Nicolaus Garcia
de beneficiis part. 11 *c.* 2. *n. ultimo*, Lother *de re
beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 16. & fuit dictum
in Syracuſana *canonicatus* 1. Februarii 1623. co-
ram R. P. D. Pirovano, Cardinalis Tuſchus
pract. concl. part 6. *concl* 470. *num.* 2. Petrus Bar-
boſa *in l. filius familias. §. fin.* 28. *ff. ſoluto Matrim.*
Auguſtinus Barboſa *in d. c. dilecto n.* 4.
Sed hæc reſolutio intelligitur quoad diſpo- 34
ſitionem de tali canonicato, uti reſervato, niſi
Papa concederet gratiam illam impetranti, fa-
cta mentione quod Eccleſia, ubi canonicatus
illa exiſtebat non erat numerat, quia tunc ſu-
ſtinebitur talis gratia, non ex vi vacationis, aut
reſervationis ullius, ſed ex intentione Papæ vo-
lentis removere obſtaculum non vacationis, &
providere perinde, ac ſi canonicatus verè vacaſ-
ſet; ſic Barboſa *de canonicis d c.* 3. *ſub. num.* 8. Gon-
zalez *dicto §* 8 *à num.* 23 ubi *num.* 26. ſubdit in
hoc caſu poſſe procedere opinionem Flaminii
Pariſii, & aliorum tenentium canonicarum Ec-
cleſiæ non numeratæ poſſe reſignari.
Ad ultimam quæſtionis partem an canonicus 35
ſupernumerarius recipiat in Eccleſia quotidia-
nas diſtributiones, fiatque earum Dominus, &
tractans hoc punctum Barboſa *hic ſub. n.* 16. ſub
diſtinctione loquens, videtur quod ipſe *de cano-
nicis c* 21. dum agit *canonicus quis diſtributionum
quotidianarum ſit capax*, & poſtquam *num.* 12.
dicit quod canonico diſpenſato in ætate, com-
petit jus percipiendi quotidianas diſtributiones
ut alii canonici, quia *c.* 4 *ſeſſ.* 22. *de reformat &
clem. ut ii de ætate, & qualitate.* locum non ha-
bent impedito defectu ætatis, nec in legitimè
diſpen-

diſpenſato, ſed ſolùm in negligente, & nolente
ex gloſſa verbo *legitimo in dict. clem. ut ij*, & ex
36 aliis ut ibi expendit * ait *ibi n.* 13. ut non mo-
do illis, qui ſunt de numero canonicorum per-
tinet jus percipiendi quotidianas diſtributio-
nes, ſed etiam ſupernumerariis, & creatis cum
expectatione præbendæ, Ludovicus Gomez *in
tract. de gratiis expectat, num.* 28. Stapbil. *de for-
ma expectat for.* 1.*num*.8. & 12. Holcda *de incom-
patibilit. beneficior. part.* 1.*c.*12.*num* 7. per textum
noſtrum.

37 Et videtur eſſe ratione quia canonici recepti
ultra numerum, habent ſtatim omnia jura cano-
niæ, veluti ſtallum in choro, & vocem in capi-
tulo, & ob id poſſint eligere, & eſſe delegati
Papæ, & habere prærogativas omnes, quibus
cæteri canonici gaudent, ſicut tradunt hîc Do-
ctores Ludovicus Gomez *de gratiis expect. n* 35.
& 38. Staphil. *dict. forma* 1. *à n.* 2. Toleda *dict.*
38 *c.*12.*num*.6. † Niſi eſſet conſuetudo quod cano-
nicus non poſſit adminiſtrare jura cononiæ, niſi
prius fuerit inſtallatus, ut in textu noſtro Do-
39 ctores, Ripa *num.* 187. † Vel niſi etiam quia
ſit receptus in canonicum, non ſimpliciter, ſed
cum hoc quod ſit ſuper numerarius, nam tunc
conſtat quod canonici noluerunt frangere nu-
merum, & jus integrum de novo creare juxta
textum *in d. c. dilecto* 25. *de præb.* ſed ſolùm illi
dare quoddam jus extraordinarium, & præpa-
ratorium ad futurum jus integrum obtinendum,
Abbas *hic num.* 31. *in fine*, Felin. *num.*23. verſ.
hanc concluſionem, Ripa *num.* 188.

40 Itaque idem Barboſa *hic ſub dicto n.* 16 in verſ.
an autem, poſtquam dicit, ut in hac difficultate
ſedanda, plures caſus diſtinguet Menochius
conſ. 1179.*num*.7. & regulam cum limitationibus
ponat Moneta *de diſtribut quotid. part.*2.*q.* 1. *n* 4.
concl. 3. breviter (circunſcripta conſuetudine
cujuſcumque Eccleſiæ, quæ primas in hac re
ſibi vindicat partes, Franciſcus Marcus, qui alioa
cumulat *deciſ.* 1045 *n.* 4. *part.* 1. Felinus *hic di-
cto num.* 23. *in fine* Moneta *dict q.* 1.*num.* 10.) ipſe
Moneta ait aut receptione ſoluit numerum & hoc
caſu diſtributiones deberi, aut non ſoluit, &
non deberi affirmat; nam ſicut primo caſu rece-
ptus ex ea receptione conſequitur omnem com-
moditatem lucrandi diſtributiones, ex rationi-
bus bene ponderatis per Caſtrenſ. *conſ.* 170.
lib. 1. *num.* 1. ita in ſecundo caſu nullam commo-
ditatem conſequatur, ſed habeat tantùm jus ven-
toſum quoddam; & hoc eſſe totum illum, quod
docuit Abbas *in c. dilectus num.* 10. *de præbendis*,
ubi melius Ancharranus *num.* 6 & 8. & bene
agens Tondutus, *de quæſt. benef.* 111. ubi de mul-
tis ad hanc materiam expectantibus ex eodem
Barboſa *d. c.* 3. *à num.* 12. *de canonicis* Lotherio
de re beneficiari dicta lib. 1. *quæſt.* 19. *n* 45. & 47.
Moneta *de diſtribut. p.*2.*c.*1. *à num.*9. Menochio
conſ. 1179. *à num.* 22. & per totum conſilium,
ubi breviter repetit de juribus, quæ competunt
canonicia ſupernumerariis *à num.* 8. juxta di-
ſtinctiones propoſitas, & proteſtationem anti-
quorum.

41 Quod ſi dubites quando intelligatur ſolvi
numerum, vel non ſolvi, reſpondet Barboſa *hic
ſub dicto num* 16. in verſ. *intelligitur*, ex doctrina,
Caſtrenſis *d.conſ.* 170. *ſub.n.*2. *in ultima col.* verſ.
præterea non videtur id intelligi cum verbis, vel
facto declaatur: nam ſi verba deficiant non ſit
exiſtimandum receptionem factam eſſe animo
ſolvendi numerum; & ſi cætera jam receptia
præjudicandi; & ad conjecturam facti recurren-
dum eſſe, quæ in aſſignatione loci in choro, &
inſtallatinne, in capitulo conſiſtit, tunc enim ait,
ut demum habeatur pro canonico, etiam quoad
percipiendas diſtributiones quotidianas, ſic ut
aliter non reputetur poſſeſſor, ut eleganter con-
ſuluit Caſtrenſis *conſ.* 365. *lib.* 1. *n.* 3.

Niſi fortè in eo etiam declaraſſet capitulum 42
ſe non intendere frangere numerum, ſed cum
tamquam ſimplicem ſupernumerarium habere,
quia cenſetur illi dumtaxat conſtituere quod-
dam extraordinarium, ut eſt dictum ex Ab-
bate *d. num.* 31. verſ. *aut canonici* & Felin. *n.* 23.
verſ. *hanc concluſionem limita*, & ita diſtinguen-
tem addo Lotherium *de re benef lib.* 1. *quæſt* 19.
à n. 42. Anton. Faber *infra* Holedam *de incom-
patibilit. benef part.* 1.*cap.* 12. *num.*6. Mandolium
regul. 9. *Cancellar. quæſt* 10.*num* 5. latè Stephan.
Gratian. *diſcept foreuſ. cap.* 867. *n.*8. Menochius
conſ. 1179. *à n.* 7.

Ex bis dubitabis num habeat plenum jus ca- 43
noniæ, & quotidianarum diſtributionum lu-
crandi ille, quem Papa mandat ſimpliciter recipi
in Eccleſia, in qua eſt certus nemerus canoni-
corum, nec derogat certo numero, aut non man-
dat recipi cum plenitudine juris canonicalis: &
reſpondeo cum Abbate *hic num.*32. Ripa *n.*189.
Lother. *ubi ſupra*, Barboſa *de canonicis dict.c.*21.
num. 15. veris eſſe ut non habeat prædictum
jus.* Quod ſi Papa receptionem mandavit caven- 44
do eam fieri *cùm plenitudine juris canonicalis*; vel
fortaſſe *in c. dilectus*, & *in c. propoſuit de conceſſione
præbendæ*, longè plus conſequuturum receptum
canonicum dixit Barboſa *d.c.*21. *de canonicis ſub
num.* 15. & quod ſic etiam partem in diſtributio-
nibus quotidianis, & fructibus ſuper excreſcen-
tibus, quam in jam ſimplicis mandati de reci-
piendo, conſequeretur, ut docent Anton. Faber.
in praxi benef. lib. 2. *tit. de titulo* & *in titulat. n.*30.
Bartachinus *de Epiſcopo part.* 3.*num.* 22. Azor. *in-
ſtit. moral. part.*2.*lib.*3.*cap* 9 *quæſt.*3. & 4 §.19. †
Nam verba illa *cum plenitudine juris canonicalis*, 45
includunt diſtributiones quotidianas, quas per-
cipient canonici ſupernumerarii, qui mandantur
recipi cum dicta clauſula, Felinus *hic num.* 23.
verſ. *ſed ubi Papa*, Stephanus *d.* c. 867. *num.* 6.
qui *num.* 11. limitat quando admiſſio facta fuit
ſine præjudicio antiquorum canonicorum, quod
numeris ſequentibus multis comprobat funda-
mentis, Lother, *d. lib.* 1. *de re beneficiaria lib.* 1.
q 19. *à num* 48. & ad propoſitum multa viden-
da dixit Anton. de Butrio *hic* † Et Moneta *p.* 2. 46
de diſtrib. q. 1. *n.* 20. ſubdit canonicos Eccleſia-
rum non numeratarum, de quibus meminit tex-
tus *in d. c. dilecto de præbendis*, Capaces eſſe quoti-
dianarum diſtributionum.

Ex bis infero ex Caſtrenſi *dict. conſ.* 170. *lib.* 1. 47
num. 1. verſ. *hac omnia* & Franciſco Tonduto
quæſt. & *reſol. benef. p.*1.*c* 68. *n.*13. quod quando
numerus canonicorum augetur: tunc canonici
novæ funditionis non debeant lucrari diſtribu-
tiones quotidianas de communi maſſa capituli,
quando canonici primæ, & antiquæ fundationis
in limine receptionis novorum proteſtati ſunt,
quod novos admittebant ſine præjudicio jurium
ſuorum, * rationem redentes quia antiqui ca- 48
nonici de adjunctione novorum, non debent
triſtari, & dolere ne pro laudibus decantandis
cantent illud *multiplicaſti gentem*, & *non magnifi-
caſti*

caſsi lætitiam, & ne retrahantur ipſi à Divinis,
quia durius eſt illis perdere, de eo quod recipe-
re conſueverunt, quàm pro novis nihil reci-
pere.
49 Unde etiam infertur quod novi canonici, qui
ex mera voluntate venturum recepti ſunt non
habeant quod conquerantur ut dicit Caſtrenſ.
50 *d.conſ* 170 *lib.* 1. † Et Tuſchus *littera D.concl.* 514.
num 12. & 13. ait quod multum acquirunt no-
vi dum admittuntur ad lucrum mortuariorum
candelarum, cereorum, & pecuniarum, quæ di-
ſtribuuntur ſingulis abſque damno, & diminu-
51 tione antiquorum. † Et addit Tuſchus poſt Ca-
ſtrenſem *d. conſ.* 170. *col.* 2. verſ. *ſuper ſecundo*, &
per totum, ut iſti novi canonici, etiam ſine præ-
judicio veterum admiſſi, licet non participent de
mortuariis præteritis capitulo, debeant partici-
pare de mortuariis futuris capitulo relictis, quia
ipſi ſunt de capitulo, & licet fiat in hoc aliquod
præjudicium antiquis, quia aliquid minus per-
cipiunt; tamen jus publicum privato eſſe præfe-
rendum, ut ſequitur Tondutus *d.c.* 68. *n.* 14. & 15.
52 & hæc de canonicis novæ fundationis. † Qui-
bus adjungo dicta *quæſtione ſequenti*. Ex quibus
intelligetur cum ſuis limitationibus ea regula,
quam Calderinus, Imola, & Felinus ac Ferrara
hic num. 9. ponunt dicentes quod canonicus ultra
numerum receptus jura canonicalia non amittit
eamque ponunt Bernard. Diez *regula* 69 Fede-
ricus de Senis *conſ.* 291. *quia in præſenti* 4. *col.* ver-
bo *an iſti recepti*, Paul de Caſtro *d. conſ.* 176. *Viſo
puncto contra ſcripto*, *vol.* 1. Felin. *in c. conſtitutus
de reſcriptis* verbo *item an de jure num.* 37. qui ter
53 limitat hîc. † Et ex prædictis diſtinctionibus
non obſtant Bart *in l. ſi duos §. grammatici n. fin.
ff. de excuſat. tutor.* corſetur in ſigulari verbo
ſupernumerarios contrarium tenentes, quos ad-
mittit Gratianus *regula* 56. in caſu primæ limita-
tationis Felini *hic*.

QUÆSTIO II.

An ut canonici novi participent de emolumentis Capituli, debeant acceptare conſenſum antiquorum canonicorum cum ſuis qualitatibus: & an differant canonici ſupernumerarii à Canonicis ex nova fundatione aggregatis. Et an novi Canonici concurrant in laudemiis, & aliis diſtributionibus, non antea diviſis, ſeu mortuariis, & ſimilibus cum canonicis antiquis & quomodo amittatur facultas optandi: ubi plura de optione: & an Canonicus ſuccedat Canonico in honore, & onere: & in fructibus antiquo Canonico debitis?

SUMMARIUM.

1 *Canonici novi ſi non adimplent conditiones, cum quibus ab antiquis recepti ſunt, non erunt participes emolimentorum provenientium ex antiqua fundatione, exemplificatur*, n. 4.

2 *Jus alteri quæſitum non cenſetur derogatum ex quacumque conceſſione concedentis.*

3 *Implere tenetur pro parte ſua, etiam in minimo agens exactu reciproco.*

4 *Decimæ quæ ſpectant ad Canonicos certæ Eccleſiæ, non cenſentur illis ablatæ; eo quod jura animarum ſint a tali Eccleſia diſmembrata, & applicata alteri Eccleſiæ.*

5 *Canonici ſupernumerarii fruuntur omnibus juribus canonicalibus, ut dicitur ſub* q. 1.

6 *Canonici ſupernumerarii habent jus eligendi, cum eligere ſit fructus poſſeſſionis, & hoc ſive authoritate Papæ, aut capituli, fuerint recepti, ſuntque ad electiones vocandi.*

7 *Canoniæ cauſæ competit habere vocem in Capitulo, exercitium vero non niſi ſubdiacono.*

8 *Canonici novæ fundationis differunt à ſupernumerariis; quia illi dicuntur aggregati Capitulo cum plenitudine juris, & admiſſi ad omnia* d. n. 7. & 12. *non ſic Canonici ſupernumerarii recepti ſimpliciter, niſi cum plenitudine juris Canonicalis, ut* n. 9.

9 *Canonici aggregati, illico recipiunt jura canonicalia, niſi ex parte canonicorum veterum fieret proteſtatio, aut negaretur conſenſus ad emolumentum &* n. 10. & 12.

10 *Optandi facultas competit Canonicis aggregatis inter fructus qui ipſi exceptione adjudicantur, & à* n. 19 *late; item & de mortuaria futura, & alia numeris ſequentibus.*

11 *Laudemium participat Canonicus ex nova fundatione admiſſus, quod ſolvitur poſt ejus receptionem.*

12 *Canonici novi ex nova fundatione ſimpliciter admiſſi participant, non ſolùm de mortuis, ſed etiam de Capitulo, relictis & non diſtributis, & omnia debita capituli, ut num* 13. *alia de fructibus nondum diſtributis* à n. 14

14 *Fructus non diſtributi, annis elapſis ſunt diſtribuendi inter antiquos canonicos viventes, & receptos ex nova fundatione, cum novi canonici teneantur ſubire alia onera, ut* n. 15. 16. 17. & 18.

17 *Canonici novi ex nova fundatione tenentur ad onera, quæ imponuntur Capitulo, etiam ſi præterita reſpiciant.*

18 *Hæredes canonicorum demortuorum non participant debita præterita, nondum ſoluta, quæ applicantur, non ut ſingulis, ſed capitulo, ut capitulum.*

19 *Optandi Præbendas jus non à jure communi, ſed a conſuetudine eſt introductum à jure approbato* n. 20. *vide* n. 17.

21 *Statutum, conſuetudo in materia optandi attenditur etiam dum quæritur, utrum coadjutor ſuccedat in Præbenda, vel prædio per Coadjutum optato, &* n. 30.

22 *Optioni locus non eſt in beneficiis Pontifici reſervatis, nec in beneficiis juris patronatus laicalis, vel mixti, niſi adſit conſuetudo, nec in reſignatione facta in manibus Papæ; ſecus ſi Papa contulerit in vim ſimplicis reſignationis, vel per privationem, ut* n. 23.

24 *Optio non datur in beneficiis, quæ devolvuntur ad Papam ex negligentia inferiorum, à die notitiæ vacationis.*

25 *Optio in beneficiis ceſſabit in quacumque proviſione apponantur clauſulæ prægnantes, ubi qualiter.*

26 *Optio cadit in beneficiis per obitum vacantibus, non ſi per reſignationem, aut permutationem, & fit gradatim* n. 44.

27 *Optari poteſt Præbenda nondum vacans ex ſpeciali conſuetudine ſuper hoc inducta.*

28 Optan-

28 *Optandi conſuetudo adverſus proviſos Apoſtolicos valet, ut aliqui teſtantur; & ſic conſultum eſſe, ut apponat ar ſpecialis derogatio juris optandi, quæ facilè conceditur in Cancellaria, ut* n. 29.

30 *Optata præbenda tranſit in Coadjutorem ſicut Canonicatus.*

31 *Clauſula* cum juribus, & pertinentiis *non comprehendit ſeparata, & non annexa canonicatui in materia optionis.*

32 *Coadjutoria materia optionis in multis differt à reſignatione, cum illa dicatur vacare per obitum, non ſic reſignatio; & quod Coadjutor ſuccedit in annexis, non in ſeparatis. Quid in Domo, vel præd.o* d. n. 31. *ubi quod recurritur ad ſtatutum Eccleſiæ.*

33 *Optandi jus prius competit antiquioribus canonicis, quàm junioribus, & hoc non ſemel, ſed quoties caſus evenerit, modo, aliud non obſtet, ut* n. 34.

35 *Antiquior, & major in optione Præbendæ, dicitur ille, qui diutius in Eccleſia militavit, & qui fuit prior in poſſeſſione; licet ſit in proviſione poſterior.* n. 36.

36 *Antiquiores ætate poſſunt in optione præferri, ſtante conſuetudine, vel majoris ordine.*

37 *Antiquiores canonici poſſunt, ſi velint meliores Præbendas, cum vacant optare, ſuis relictis.*

38 *Optiò poterit etiam fieri de minori Præbenda, relicta majori, ubi ex aliqua cauſa ſit magis grata.*

39 *Antiquior non cenſetur is, qui cum prius eſſet Canonicus, poſtea mutavit Præbendam, & Canonicatum per impetrationem, & collationem; ſic ut alter ſecundo receptus, præferatur in optione.*

40 *Antiquior non dicitur ille qui per Cameram Capit poſſeſſionem iis, qui poſtea eam ceperunt per ſe ipſos vel per Procuratorem.*

41 *Canonicus, prius ad poſſeſſionem Capitulariter receptus eſt, & in pacifica poſſeſſione præcedentiæ, eſt præferendus antiquæ fundationis Canonico poſterior receptus in optione.*

42 *Optare nequeunt alias Præbendas Canonici, qui vocantur* de officio, *ut Doctoralis, Magiſtralis, ſcripturarius, & Pœnitentiarius, niſi tranſirent, ad alios Canonicatus cum ſuo onere officii, ut* n. 43.

44 *Antiquior Canonicus optans vacantem cum Canonicatu Præbendam, intrat ad optandum proximus antiquior Præbendam à primo potante relictam & ſic de aliis ſequentibus.*

Optio gradatim ſemper fieri debet intra eundem gradum, & ordinem, niſi alicubi decretum ſit ſtatuto, aut conſuetudine, d. n 44. *& juxta cujuslibet Dignitatem* n. 46. *ubi quando optet Portionarius.*

45 *Fieri de jure ſimpliciter dicitur id, quod per conſuetudinem ſit.*

46 *Portionarius non optat Præbendam aliquam vacantem donec prima Canonici opteut; etſi ſint minus antiqui.*

Optandi jus ad Præbendas non amittunt, qui ex conſuetudine non optat d. n. 46.

47 *Optare nequit Præbendam vacantem aut Portionem, ille qui per aliquem corporis defectum, ſeu vitium, repellitur ab ordinibus il' annexis fallit in aliis vitiis, ubi etſi ante receptionem ordinari, aut beneficiari non deberet tamen jam receptus non expellitur ut* n. 48. & 49.

49 *Clericus jam receptus in Eccleſia aliqua Cathedrali ad beneficium non repellitur, eo quod poſtea cæcus factus ſit.*

50 *Optandi jure non privetur peccator notorius, ſeu privet irregularites præcedens receptionem ordinum, aut beneficij.*

51 *Otare prohibetur excommunicatus publicus, & notorius, quoties in optione requiritur titulus, & nova collatio. Quid in ſuſpenſo, & interdicto ibi,* & n. 53.

54 *Optare poteſt abſens, etiam per Procuratorem; etſi Procurator non habeat ad id ſpeciale mandatum, ſi conſtitutus eſt libere; item ex generali mandato, vel ſi ſit negotiorum geſtor, ut hic.*

55 *Optare nemo, impeditur, quamvis habeat reſervatum beneficium ratione optionis dimittendum, puta ex eo, quod fuerit ſubcollector, aut Papæ familiaris.*

56 *Optare poteſt, etiam ille, qui conſenſit imponi penſionem ſuper Canonicatu, aut Præbenda poſſeſſa, niſi ex fraude ſeciſſe præſumatur, veluti, ſi conſenſiſſet, quando de proximo ſperabat optare, vel eſſet infirmus. Et quis penſionem ſolvat* n. 57. 58. & 59.

57 *Penſionem ſolvere beneficii, aut canonicatus dimiſſi ab optante alium, qui optat, ſi adhuc remanet cum primi titulo; ſi cum optat de novo, acquirit titulum ſpirituale* n. 58. *quem juſtificare debet* n. 59.

60 *Portionarius v g. quartæ partis, ſi optavit dimidiam portionem, deinde integram, & poſtea appareat de vitioſo titulo, aut nullo primo non ſuſtinebitur in integra portione optata, niſi juvetur triennali poſſeſſione, vel alio novo titulo, &* n. 61.

61 *Optans canonicus junior Canonicatum majorem, Portionarius dimidiam portionem, & alter de novo ſit proviſus in quarta portionis dimiſſæ, ſi contingat ut Canonicatus optatus evincatur; tunc quilibet, reſtituitur ad priſtinam Præbendam (niſi ſcienter optaverint) & noviter proviſus manebit ſine quarta illa portione,* & n 62.

62 *Error primi gradus optionis, qui ſucceſſivè eſt cauſa in pluribus gradibus, primo reſtituto, & cæteri reſtituuntur.*

63 *Optare Prebendam benè poteſt Canonicus, nondum in ſacris conſtitutus, cum jus optandi procedat ex Canonica, & Præbenda, non ex voce capituli.*

64 *Optio Canonicatus aut Præbendæ, debet fieri intra viginti dies, à die veriſimilis ſcientiæ vacationis, ad quam admittuntur antiquiores ſuo ordine, qui dies currunt ſimul omnibus optare volentibus, ubi ut non currat ignorantibus* n. 65. & n. 68. & n. 69. *ubi quid ſi tranſeant dies optandi, &* n. 70.

66 *Optandi tempus non currit ex ficta notitia, nec ignorantibus; ſic ut impeditis competat reſtitutio in integrum.*

67 *Optandi tempus dierum viginti poteſt reſtringi per capitulum ad duos, vel tres, vel prorogari per duos alios dies.*

69 *Tempus tranſactum, quod alicui datum erat ad eligendum, ſi non eligat, facit, ut tranſeat electio in alium.*

70 *Canonicus antiquior, qui differt optare intra*

legè

mum tempus, præſtat juniori actum optandi in eventum, quo ſenior, aut antiquior non optet in tempore.

71 *Optandi ſtatutum, ſeu conſuetudo, debent eſſe, ut minus lædant juri communi. Et num conſuetudo talis improbetur* n. 72. *cum aliis.*

72 Cap. fin. de conſuetudine lib. 6. *dum loquitur de conſuetudine optandi.* & à n. 10. & 19. *cum aliis, item,* & à n. 73.

73 *Optandi conſuetudo non dicitur contra jus, ſed præter jus, & quando contra jus* n. 74. & 75.. *ubi de utroque caſu,* n. 76. & 77. 78. *ubi late diſtinguitur.*

79 *Optandi conſuetudo, quando eſt contra jus, non introducitur, niſi ſpatio annorum quadraginta, ſi ſecundum jus per decem: idem ſi præter jus cum aliis.*

80 *Conſuetudo optandi, ut inducatur requirit ſcientiam Epiſcopi, & patientiam, ſeu ejus, ad quem ſpectat collatio. ubi ſumus in conſuetudine decem annorum; non ſic in quadragenaria, nec requiritur, ut fuerit judicio contradictorio*

81 *Poſſeſſio omnium jurium cenſetur adempta in beneficialibus per actus particulares à cauſa univerſali procedentes.*

82 *Poſſeſſio non acquiritur in juribus probibitivis, niſi à die prohibitionis cum acquieſcentia.*

83 *Optandi facultas. nec amittitur, nec acquiritur per ceſſationem illius, qui poterat optare. Eſt enim hoc jus facultativum, quod non amittitur per non uſum.*

84 *Præbenda ſeu proprius Præbendalia ad jus optandi conſiſtunt in temporalitate mera, & nuda, quæ permutari valent abſque labe ſimoniæ.*

85 *Annexio Præbendarum Canonicatibus ſingulis, quæ ſolet fieri; alia eſt perpetua, alia temporalis per illam prædium annexum non revocatur; in eaque eſt optio permiſſa. interveniente authoritate ſuperioris, ut* n. 86. & 87.

87 *Annexio temporalis eſt ea, quæ bene ſe compatitur cum ipſo jure optandi, cum ſit merum jus temporale ſubjectum canonicatui, cui annectitur.*

89 *Canonicus ſuccedit canonico in honore cum diſtinctione* remiſſive, & n. 90.

91 *Canonici unde dicantur, & in quot ſpecies dividantur* remiſſive.

92 *Cathedrales, & collegiales Eccleſias, quis poſſit erigere, & in eis Canonicatus inſtituere* remiſſive.

1 AD primam difficultatis partem, ſuppoſitis jam *dictis quæſt.* 1. reſpondeo breviter quod ſi novi canonici non obſervent conditiones, ſub quibus ab antiquis admiſſi fuerunt, non teneantur antiqui eos novus participes facere emolumentorum provenientium ex antiqua fundatione, quia ab iis ſine ipſorum conſenſu auferri non poſſunt, cum jam affecta fuerint de menſa eorum.

2 Et eſt ratio quia per quancumque conceſſionem non cenſetur derogatum juri alteri jam quæſito, ut ad alium ſine ejus conſenſu transferatur: ſic docent Gratianus *diſcept. forenſ. d. c.* 867. videndus *à n.* 37. Franc. Tondut. *p.* 1. *q.* & *reſolut.*
3 *benef. c.* 68. *n.* 21. & 22. † Et probatur ex textu poſt legatum *ff. de his quibus, ut in dignis, & ex l. cum proponas* 21. ubi gloſſa, & Doctores *C. de pactis*, ubi cavetur quod agens exactu reciproco tenetur implere pro parte ſua, etiam in minimo.

Unde bene fuit deciſum in Rota, ut patet 4
dec. 419 *p.* 1. *recent.* quod licet jura animarum fuiſſent diſmembrata ab Eccleſia ſancti Juliani, & applicata Eccleſiæ S. Ambroſii; tamen decimæ quæ ſpectabant ad canonicos S. Juliani non cenſerentur illis ablate, ſtante expreſſa reſervatione jurium ipſius capituli: & ſic fieri ait Franc. Tondutus *d. c.* 68 *in fine*, ut ex eadem ratione ſi Canonici antiqui non conſentiant novæ huic erectioni, remaneant apud eos jura antiqua capituli, quia non conſentiebant, niſi novi canonici obſervarent conditiones ſub quibus conſenſus
prædictus fuerat. † Ad ſecundam quæſtionis par- 5
tem, etiam ſuppoſitis quæ adduxi ſub *d. q.* 1. *à n.* 1. & in verſ. *ad ultimam*; non ut reſpondeam ad dubium, an differant canonici ſupernumerarii, à canonicis ex nova fundatione aggregatis, adverto, quod canonici ſupernumerarii fruuntur omnibus juribus canonicalibus, ſicut & cæteri ex Felino
hic n. 23. late *ſub q. præced.* † Et quia eligere fru- 6
ctus eſt poſſeſſionis; ideo cum iſti ſint in poſſeſſione, debent habere poteſtatem eligendi, idque non obſtante, nova dote hujuſmodi canonicatibus tempore novæ fundationis aſſignata, quia non per hoc excludendi ſunt ab aliis emolumentis, & fructibus canonicatus, Seraphinus *dec.* 98. verſ. *non obſtat n.* 2. idem Franc. Tondut. *d. q.* 11. *à n.* 4. dicit ita procedere, ſive authoritate Papæ, ſive authoritate capituli fuerint recepti; & quod habent vocem in capitulo, etiam in electionibus, & ad eas vocandi ſint, Federicus de Senis *conſ.* 290. *quia in præſenti col.* 3. verſ. *an iſti recepti*, de quo etiam inquirit remiſſive, etſi non reſolvat Barb. *hic n.* 17. ex gloſſa *ultra numerum*, verſ. *hic quæri poteſt utrum iſti, qui quotidie recipiuntur ultra numerum, habeant vocem in electione Epiſcoporum, & aliorum prælatorum*: & citat pro reſolutione Firmian. *de elect. p.* 2. *à num.* 21. Brax. *in directorio elect. p.* 1. *cap.* 17. Riccium *in praxi aurea, reſ.* 263. Ant. Raguei *de voce canonicorum in c. q.* 1. *n.* 2. Moneta *de diſtrib. quotidiana p.* 2. *q.* 1. *n.* 5. & alios etiam *in paſtor. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 3. *n.* 23. quæ poteris exornare ex dictis, quæ dixi *ſub c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſ.* & *prop.* 3. ubi electio Epiſcoporum, quibus antiquitus competebat de capitulo.

Item ſuppoſito hic ex eadem gloſſa ibi *nec qui-* 7
cumque habet canonicam, habet vocem in capitulo, quod habere vocem, & locum in capitulo competit ratione canoniæ, exercitium vero non competere niſi ſubdiacono, ut docent Moneta *de diſtrib. quotid. d. p.* 2. *q.* 20. *n.* 1. Barb. *hic n.* 18. jam ad dubium vides quæ adſit differentia inter prædictos Canonicos ſupernumerarios, qui dicuntur proprie illi, de quibus jam longe *q.* 1. ab illis, qui ſunt canonici novæ fundationis, qui non poſſunt dici ſupernumerarii, ſed aggregati capitulo cum plenitudine juris, & admiſſi ad omnia privilegia,
& emolumenta, jura, & præeminentias aliorum. † 8
Ut bene advertit Gratian. *diſcept. forenſ. d. c.* 867. *n.* 5. & 9. intelligendo ſemper hæc procedere quando pro parte capituli nulla facta fuit reſervatio, & proteſtatio, pro ut non fuerat facta in cauſa, de qua Franc. Tondutus *d. p. q.* & *reſol. benef. c.* 68. & facta fuerat in cauſa Grat. *d. c.* 867. *à n.* 11. ubi etiam advertit Franc. Tondut. *d. c.* 111.
num. 12. & 13. † Igitur ego clarius dico cano- 9
nicos ſupernumerarios, ſimpliciter receptos non conſequi ſtallum in choro, nec vocem in capitulo, aliave jura, & commoda, niſi conſtituantur cum clauſula jam dicta *q.* 1. explicata

cum plenitudine juris canonicalis, &c. de cujus ef-
fectibus ad propoſitum *ibi* dixi, & repetit idem
Franciſcus Toodutus *d.c.* 111. *à n.*8. ut explicet
quæ antea ſcripſit *d. c.*68. ſed canonicos ex nova
fundatione, qui vocantur aggregati, illico ea re-
cipere etiam ſimpliciter, niſi ex parte aliorum
veterum canonicorum fieret proteſtatio, aut ne-
garetur ad emolumenta conſenſus.

10 Et confirmatur quia cum fructus ſpectent ad
poſſeſſorem, *c. querelam* 24. *de elect. c. conſultatio-
nibus de jure patron. c. cum olim de cauſa poſſeſſ. &
prop.* ſequitur etiam ut ad illos canonicos de
novo fundatos, tranſeant omnia jura, & fru-
ctus, inter quos utique facultas optandi annu-
meratur, ut *infra* dico, ſtante quod ſine ulla re-
ſervatione, aut proteſtatione reſervatoria ju-
rium fuerunt recepti, ex his quæ jam dixi *d. q.* 1.
de canonicis novæ fundationis, de quibus Franc.
Tondutus ſic loquitur *d.c.* 111. *n* 6. & uberius *d.
c.*68. *à num.* 15. & de quibus jam dixi cum eo, &
cum Tuſcho, & Caſtrenſi *conſ.* 170. *col.* 2. verſ.
ſuper ſecundo, quod iſti canonici novi etiam ſine
præjudicio veterum admiſſi participant de mor-
tuariis futuris capitulo relictis, quia ipſi ſunt de
capitulo; & patet ex dictis *in verſ. ſequenti.*

11 Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſitis jam
adductis, quæ competunt Canonicis ſupernu-
merariis, aut ex nova fundatione admiſſis, qui
dicuntur aggregati, dico breviter, quod ſi inter
capitulum, & emphyteutam ſuerit conventum
ſuper laudemio ſolvendo, ſi novus reperiatur
Canonicus ante ſolutionem, hic participet etiam
de laudemio, quia inſpicitur tempus ſolutionis,
& agitur de ſumma debita Capitulo. Et ſic fieri
ut omnes, qui tempore ſolutionis ſunt de Capi-
tulo, debeant habere partem, ut video quotidie
practicari in Eccleſiis Cathedralibus, & in hac
Valliſoletana: ita Surdus *conſ.* 84. Burg. *de laudem
p.*1. *inſpect.*7. *n.*28. Franc. Tondutus *d. c.*68. *n.*20.
† qui in verſ. *imo* ait quod canonici novi quam-
12 vis ex nova fundatione capitulo adjuncti, dum
ſimpliciter admiſſi fuerunt ad omnia emolumen-
ta, non habent quod conquerantur, quia partici-
pant non ſolum de mortuis, ſed etiam de omni-
bus capitulo relictis, aut capitulo debitis, &
non diſtributis, cum antiqui canonici nullam de
his proteſtationem fecerint, imo voluerint par-
ticipes fieri eos omnium jurium particularium
juxta caſum, de quo loquitur idem Tondutus *to-
13 to illo c.*58. *à n.* 1. † Dicens in eo omnia debita ca-
pituli inter ipſos, & alios dividenda eſſe & licet
loquantur de canonicis ejuſdem fundationis in
locum mortuorum ſubrogatis: tamen procedere
ratione eadem in iſtis canonicis de novo funda-
tis, & ad omnia jura capitularia ſine proteſtatio-
ne de novo admiſſis.

14 Ita Tondutus, qui occaſione horum *à n.* 16.
d. c. 68. diſputabat de dubio, an fructus non di-
ſtributi, annis elapſis, ſint diſtribuendi ioter an-
tiquos Canonicos, ſeu illorum hæredes, an vero
inter novos, quamvis ſint omnes canonici novæ
fundationis. Et quia hoc dubium ſatis explicari
valet ex his, quæ late dixi *infra in c. quia v.* 11. *de
judiciis q.* 16. ubi *an prælati ſucceſſor teneatur ad
penſiones decurſas tempore ſui prædeceſſoris: quod in
aliis beneficiatis, & in capitulo ſede vacante.* Et ma-
gis in terminis ibi *q.* 17. ubi egi de illa. *ad quem
ſpectent fructus beneficiorum tempore vacationis, &
quomodo dividantur inter ſucceſſorem, & hæredes
beneficiati prædefuncti; ubi quid de penſionibus; &*

quid hodie de praxi Hiſpaniæ. † Jam nunc ex 15
eodem Franciſco Tonduto *d. q.*68. *à n.* 16. 17. 18.
& 19. Calderino *conſ* 21. *de præb. in fine*, *alias* 242.
Cardinali Tuſcho *littera O concl.* 130. *num.* 11.
& 12. Gonzalez *ad regul* 8 *Cancell. gloſſa* 37. *n.*36.
& 27. Nicolao Garcia *de beneficiis p.*3. *c.*2. *n.*429.
Rota *deciſ.* 322. *n.*9. *p.*4. *recent. tom.* 2. & *deciſ.* 576.
*n.*29. & 30. *p* 4. *recent. tom.* 3. dicendum eſt de jure
fructus illos eſſe dividendos inter novos cano-
nicos, non inter antiquos, quamvis ſint omnes
ejuſdem fundationis illi novi † quia ſicut cano- 16
nici novi tenentur ad onera, ita etiam emolu-
menta quæ debentur capitulo non exacta de-
beantur ipſis novis Canonicis per modum di-
ſtributionis, quando non fuerunt exacta tempo-
re Canonicorum præteritorum, etiam ſi tempus
illorum reſpiciat, quia ſingularibus canonicis
non ſunt debita, ſed ipſi capitulo.

Et confirmatur quia ex eodem fundamento 17
Canonici novi tenentur ad onera, quæ impo-
nuntur Capitulo, etiamſi præterita reſpiciant.
Et ratio eſt quia debita vel credita, quæ ſunt
Capituli, nec reſpiciunt particulares perſonas
Canonicorum, etiam ſi novi acceſſerint, deben-
tur ſemper capitulo, quod non mutatur. † Et 18
ob id dicunt Tuſchus, Gonzalez, & Garcia re-
lati diſtribui inter canonicos tempore ſolutio-
nis, vel exactionis exiſtentes, & id quatenus
tunc tales canonici ſunt de capitulo, ut poſt
Calderinum decidit Rota *dict. deciſ.* 322. *num.*9.
*p.*4. quod intelligunt eadem Rota *dict. deciſ.* 576.
dict. num. 29. & 30. poſt Calderinum *ſupra*, &
Tondutus *dicto cap.* 68. *num.* 19. *de diſtributioni-
bus, quæ conſiſtunt in maſſa gloſſa*, quia ſi canoni-
cus moriatur ante illarum diviſionem, facta non
acquiruntur illius hæredibus, ſed accreſcere ca-
pitulo & dividi inter canonicos tempore divi-
ſionis exiſtentes, quia non ſunt ſingularium per-
ſonarum, ſed capituli; qui caſus videtur eſſe
diverſus à caſu, de quo loquutus ſui *in d. c quia
v. d. q.* 17. Et magis pro hoc dubio faciunt quæ
dixi *ibi d. q.* 16.

Ad quartam quæſtionis partem quomodo 19
amittatur facultas optandi, ut reſpondeam duxi
prius aliqua de hoc jure, præmittere quod jus
optandi præbendas, & canonicatus non à jure
communi, ſed potius à conſuetudine eſt indu-
ctum, Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 34.
num. 11. Moneta *de option. canon. cap.* 2. *quæſt.* 1.
num. 1. Barboſa, & Doctores *in c. fin. de conſuetu-
dine lib.* 8. & per illum textum noviſſime Fran-
ciſcus Tondutus dixit *p.* 1. *quæſt. benef.* 110. *n.* 1.
cum Moneta adducto *in dict. cap. fin.* jus optan-
di non niti juris diſpoſitione, ſed Eccleſiarum
dumtaxat conſuetudine à jure approbata, vel
ſtatuto, ut dixit etiam Moneta *ſupra c.*2 *à n.*49.
Milis *in ſuo repertorio* verbo *conſuetudo, & ſtatu-
tum*, Gigas *de penis quæſt.* 63. *num.* 8. Barboſa *in
dicto cap. fin. num.* 29. Qui omnes, & multi alii
per eos late agendo, & explanando tractant hoc
punctum. † Et quia poteſt eſſe dubium, an hoc 20
optandi jus computetur in fructibus præbendæ
& caoonicatus; ſic ut ſupernumerarius canoni-
cus, vel noviter receptus, & aggregatus habeant
optandi jus in canonicatus vacatura, reſpondeo
quod ſic ex proxime adductis ſub verſ. *ad tertiam*
ex regula textus *in d. c. querelam* 24 *de electione*,
*d. c. conſultationibus de jure patron. dict. cap. olim
de cauſa poſſeſſ.* Franciſcus Tondutus *dict. c.* 111.
num. 6.

Igitur

21 Igitur ſtatutum, & conſuetudo à pari proce-
dunt in materia optionis, gloſſa *in d.c.fin.* in ver-
bo *conſuetudo*, Rota Romana apud Cavaler.
deciſ. 134 *n.* 1. Tondutus *d.c.* 110.*n.* 16. qui *n.* 15.
ait quod ſtatutum, & conſuetudo attendi debet,
dum quæritur utrom Coadjutor ſuccedat in
22 præbenda, vel prædio per Coadjutum optato.†
Qui *à n.* 6. cum aliis multis ait quod optioni lo-
cus non eſt in beneficiis ſummo Pontifici reſer-
vatis, nec in beneficiis juris patronatus laicalis,
23 vel mixti, niſi adſit contraria conſuetudo † Et
quod nec ſit optioni locus in reſignatione facta
in manibus Papæ in favorem; ſecus ſi Papa con-
tulerit in vim ſimplicis reſignationis, vel per
privationem, *ibi* Tondut *n.* 11. & 12. qui *n.* 9. & 10.
expendit rationem, quia nonnulli probant in
beneficiis reſignatis, vel permutatis, optioni lo-
cum non eſſe ex eo nempe, quia tunc non vacat,
ſed in reſignatarium transfertur: alios caſus, &
prædictos tractant abunde Barboſa, & alii *in d.*
24 *c.fin. de conſuetudine.* † Nec in beneficiis, quæ de-
volvuntur ad Papam ex negligentia inferiorum
in conferendo intra ſex menſes à die notitiæ va-
cationis, Moneta *ſupra q.* 3. *n* 106. Barboſa cum
Franc. Marco, & Azor. *in d.c.fin.n.* 18. nec in be-
neficiis, ſeu præbendis in curia, ſeu apud ſedem
vacantibus Semonet *de reſervat. benefic. quæſt.* 45.
Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6 *c.* 26. Flamin *de reſi-
gnat. in lib.* 2. *q.* 20. *n.* 7. Gigas *de penſion. q.* 65. Bar-
boſa cum aliis *n.* 15.
25 Et addit Franciſcus Tondutus *in d.c.* 110. quod
in quacumque proviſione Apoſtolica, clauſulæ
prægnantes apponantur, ceſſabit optio *ibi n.* 17.
Franc. Marcus *deciſ.* 1271. *n.* 2. *p* 1. Pariſius *lib* 2.
c. 20. *n.* 8. Petrus Gregor. *de benef. c.* 39. *n.* 4. &
idem Tondutus *n.* 18. cum Moneta *tractatu de
optione c.* 8 *num.* 11. ait id à nonnullis intelligi in
proviſionibus per ſummum Pontificem proprio
motu factis, non in iis, quæ fiunt ad petitio-
nem alterius, quia in his requiritur derogatio
ſpecialis.
26 In beneficiis vero per obitum vacantibus,
non per reſignationem, aut permutationem ca-
dit optio, Tondutus *d.c.* 110. *n.* 8 & quod vaca-
tio requiritur ad optionem ex ſimplici conſue-
tudine, aut ſtatuto faciendam, Moneta *d. tract. de*
27 *option.* c. 3. *n.* 151. & 152. † Ubi obſervat ex ſpe-
ciali conſuetudine ſuper hoc inducta poſſe etiam
præbendam non vacantem optari Barboſa *in d.*
28 *c. fin. n.* 14. † Et ad quod valida ſit optandi con-
ſuetuto adverſus proviſos Apoſtolicos, teſtan-
tur, Moneta *d. c.* 8. *de optione n.* 11. ex Oldrado
conſ. 785 *n.* 1. & Franc. Tondut. *d.c.* 110. *n* 19. qui
29 *n.* 20. ex Pariſ. *de reſignat. lib.* 20. *n.* 8. † ait quod
ut omnis tollatur difficultas conſultius erit ut
apponatur ſpecialis derogatio juris optandi,
quam ſe nunquam vidiſſe denegatam, teſtantur
ex Addent. ad Parir *d. n.* 8. Et ſic ait *ibi* Tondu-
tus quod in Cancellaria facile conceditur dero-
30 gatio juris optandi. † Et *n.* 27. ait ut quemad-
modum canonicatus tranſit in Coadjutorem; ſic
& præbenda per eum optata. Lotherius *de bene-
ficiaria lib.* 2. *c.* 25. *à n.* 35. Garcia *de beneficiis p.* 4.
c. 5. *n* 118. quidquid in contrarium dixerit Gon-
zalez quem etiam reprobant Lother; & idem
Tondut. *ſupra n* 27. videndus *à n.* 21 ubi agit de
illis, quæ obſervanda ſunt, dum quæritur utrum
coadjutor ſuccedat in optione facta per coadju-
31 tum † Ubi *n.* 22. quod clauſula *cum juribus & per-
tinentiis, &c* non comprehendit ſeparata, & non
annexa Canonicatui, & *n.* 23. 24. 25 & 26. quod
in materia optionis magna eſt differentia inter
coadjutoriam, & reſignationem, cum illa, ut jam
dixi, dicatur vacare per obitum, non ſic reſigna-
tio; & quod ob id per coadjutoriam, dum ſuc-
cedit Coadjutor, dicatur beneficium vacare per
obitum; & quod Coadjutor ſuccedit in anne-
xis Canonicatui, ſed non in ſeparatis, & quod
annexio quamvis non ſit perpetua, & tamen rei
ſpiritualis; ideoque ſuccedat Coadjutor, veluti
ſi agatur de præbenda, vel præſtimonio Cano-
nicatui annexo, non autem de domo, vel prædio
ſeparato à canonicatu, Garcia, Lother, & Ton-
dutus *ſupra* reprobantes Gonzalez. † Veluti ſi 32
agatur de optando domum canonicalem, do-
cent Gemin. Archidiacon. Butrius, & alii,
item & Barboſa *in d. c. fin. de conſuetudine n.* 25.
ex gloſſa ibi *quod antiquior canonicus poſſit muta-
re domum*, ut quod domus canonicalis poſſit
optari, Moneta *dict. tractatu de opt. c.* 3. *à num.* 7.
Rebuffus *de pacificis poſſeſſoribus num.* 140. Et no-
tabis quæ breviter de hoc puncto refert Barb.
in cap. fin. de conſuet. lib. 6. *n.* 10. ubi videtur am-
plecti doctrinam Gonzalez: de quo dubio late
videndus agit Moneta *de opt. cap.* 4 *q.* 6. *à n.* 139.
& *n.* 158. Et dum ageret Tondutus *d. c.* 110.
à num. 15. dicit in hoc puncto recurrendum eſſe
in primis ad ſtatutum Eccleſiæ, vel illius ex no-
tatis per textum *in dict. c fin.* legendus *n.* 16. 17.
18 19. 20. & 21.
Ex his dubium facies, quibus competat optan- 33
di jus, & breviter reſpondeo ex *d.c.fin. de conſuet.*
quod regulariter hoc jus prius competit anti-
quioribus, quam junioribus, docent Moneta
tract. de opt. c. 4. *q.* 1. *n.* 15. Barb. *in d.c.fin.n.* 3. idem
n. 27. in gloſſa *antiquiores d.c.fin.* verſ. *non ætate, ſed
tempore*, notat quod jus optandi ſpectat ad anti-
quiorem non ætate, ſed receptione, ut per Rotam
deciſ. 6. *n.* 2. *de conſuet. in antiquis*, & *deciſ.* 411. *n* 2.
part. 1. *diverſ.* Gonzalez *in d. regula* 8. *Cancel.* § 3.
proœm. à n 22. Moneta *d. tract. à n* 15. † ubi ait cum 34
Bellam. *dec.* 229. prædictam doctrinam in tantum
procedere, ut hujuſmodi antiquiores vigore ſta-
tuti, aut conſuetudinis de optando, non ſemel
dumtaxat, ſeu pro prima vice, ſed quoties caſus
evenerit, modo aliud non obſtet poſſint optare
cum hic actus ſua natura ſit iterabilis, ſeu repeti-
bilis. † Etenim ille dicitur major, & antiquior in 35
optione præbendæ, qui diutius in Eccleſia mili-
tavit, Menoch. *de arbitr. lib.* 2 *caſu* 124. *n.* 5. quid-
quid dicat Tiraq. *in præf. ut. primogenior. n* 110 129.
& *ſequenti*, & *n.* 51. † quare Gonzalez *d. gloſſa* 34. 36
n 49. Barb. *in d c. fin. n* 28 & 30. dicunt antiquio-
rem eſſe ad effectum optionis illum, qui fuit prior
in poſſeſſione, licet ſit in proviſione poſterior.
Etſi revera ſtante conſuetudine, tunc poterunt in
optione præferri antiquiores ætate, vel majores
ordine: ſic Doctores per gloſſam *in d.c fin.* verbo
antiquiores, verſ. *idem ſi eſſet conſuet.* ubi Barb. *n.* 30.
Moneta *d. tract. de opt. c.* 4 *q.* 1. *à n.* 18. ubi *c.* 2. *q.* 1.
n. 1. & Franc. Marc. *dec* 1258. *n.* 2. *p.* 1. Barboſa cum
Azor. *in d c. fin num.* 31. *in d. gloſſa* verſ. *nota* dicunt
quod conſuetudo iſta innititur æquitati Cano-
niæ. † Item & in verſ. *meliores*, notant Barb *n.* 32. 37
Tiraq *in præf. de primog. n.* 187. quod antiquiores
Canonici poſſunt, ſi velint, meliores præbendas,
cum vacant optare ſuis relictis.
Imo & per eandem gloſſam in verſ. *quod ſi in* 38
tali Eccleſia, notant *ibi* repetentes Monet. *de
opt. c.* 3. *q.* 7. *à n.* 135. Navarr. *con.* 4. *de rebus Eccleſiæ*

non alien Rom.*conſ.*221. Franc.Marc. *d.dec.* 1258.
n 4. Rota *deciſ.* 5. verſ. *præterea de conſuet.* ut fieri
poſſit quod optio ſit de minori præbenda, relicta
majori ubi ex aliqua cauſa ſit magis grata.

39 Item eſt notandum, ut notat Moneta poſt Pa-
riſium *de optione c* 5. *q.* 1. *n.* 12. quod antiquior
non cenſetur ille, ac proinde præferendus novit
qui cum eſſet Canonicus, poſtea mutavit præ-
bendam, & canonicatum per impetrationem,
& collationem ſed præferri debeat ille qui poſt
primam illius receptionem ante tamen ſecun-
dam receptus fuit in canonicum.

40 Et idem Moneta *d.c.* 5. *n.* 12. & 13. tractat ut non
ſit antiquior ille, qui per cameram poſſeſſionem
capit iis, qui poſtea eam ceperunt per ſe ipſos,
41 vel per procuratorem, ubi videbis † ſed illud eſt
certum quod canonicus, qui prius ad poſſeſſio-
nem capitulariter receptus fuerat, & erat in pa-
cifica poſſeſſione præcedentiæ, ſit præferendus
antiquæ fundationis canonico poſtenus recepto
in optione: ſic Gonzalez *in regul.* 8. *Cancel.* §. 3.
proœmial. n. 23. & multis ſequentibus ad trad. *in c.*
fin. de conſuetudine n. 6. Moneta *de opinione c* 4. *q* 1.
n. 11. & *c.* 5. *n.* 2. Franc. Tondutus *p.* 1. *q.* & *reſol be-*
nef. n. 7. hic probans ex addictis per eum *d.c.* 110.
num. 5. quæ ſunt nempe dicta de præferendo anti-
42 quiori. † Dubium vero eſt an aliqui optare ne-
queant, & reſpondeo quod Canonici, qui vocan-
tur *de officio*, veluti Doctoralis, Magiſtralis, Scri-
pturarius, & Pœnitentiarius nequeant alias opta-
re præbendas, ut docent Gonzalez *d. gloſſa* 34. *à*
n. 78. Barb *in d c. fin. de conſuet. lib.* 6. *n.* 13. Navarr.
conſ. 14. *de rebus Eccleſiæ non alien.* alias *conſ.* 22.
qui loquitur in ſpecie de Pœnitentiario.

43 Sed quia Moneta videtur ſentire aliter *d. tract.*
de opt. q. 1. *à n.* 11. exiſtimo id procedere quando
taliter præbendis illis collatis annexum eſt offi-
cium cujuslibet, quod transferens ſe ad aliam non
affectam quilibet eorum jam tunc deſineret
eſſe præbendatus de officio, ſecus inquam ſi tran-
ſiret ad quamlibet aliam præbendam cum ſuo
onere officio patrocinandi lites ut Doctoralis,
prædicandi ut Magiſtralis, legendi ut Scriptura-
rius, audiendi confeſſiones ut Pœnitentiarius, in
hoc enim caſu, quia credo conſuetudine, aut ſta-
tuto procedere poſſe, poterunt iſti Canonici, ſi
ſint in poſſeſſione antiquiores aliis optare & ita
credo practicari in Eccleſia Cordubenſi vel ſal-
tim circa optanda beneficia quæ ſolent ibi opta-
ri per antiquitatem poſſeſſionis cujuſque Cano-
44 nici. † Etenim notandum eſt quod inter Canoni-
cos, ſeu præbendatos receptos ad optandum, de-
bet ſervari gradus, nam antiquiore optante va-
cantem cum canonicatu præbendam, tunc intret
ſequens in gradu antiquior ad optandum, quam
aliter magis antiquior dimiſerat, & itidem alter
ſequens optet etiam præbendam aliam ab hoc
ſecundo dimiſſam, & ſic de cæteris: ita docent
Gonzalez *d. gloſſa* 34. *in regula* 8. *Cancellariæ n.* 15.
Barboſa *in d.c. fin. de conſuet. lib.* 6. *n.* 7. Doctores
ibi in verbo *gradatim*, Moneta *de optione c.* 5. *q.* 1.
n. 15. ubi *n.* 16. di putat an optio ſemper grada-
tim debeat fieri intra eundem gradum, & ordi-
nem, & credo quod ſic, niſi aliter ſtatuto, aut con-
45 ſuetudine eſſet alicubi decretum † quia ut docet
Tiraq. *in tract. de mort. decl.* 7. *in præfation. n.* 5. &
gloſſa in d.c. fin. verſ. *de jure*, ut id de jure ſimplici-
ter dicatur fieri, quod per conſuetudinem fit.
Alia congerit Barb. *d. canon. c.* 30. ubi *n.* 12. addit
quod ita gradatim debet fieri, ut ſi unus non
optet ſequens in antiquitate optet, ex *d. c. fin.* &
Moneta *c* 5. *n.* 14. quia ut ait Gonzalez *d. gloſſa* 34.
n. 15. optionis natura eſt ut ſucceſſive unus præ-
bendatus, ſeu beneficiatus poſt alium prout quiſ-
quam antiquior eſt gradatim aſcendat. † Et idem 46
Gonzalez *numeris ſequentibus*, Capicius *dec.* 134.
n. 4. & Barb. cum Barbelo *d.c.* 30. *n.* 13. inferunt ut
ſtante ſtatuto, ſeu conſuetudine, quod canonica-
tum vacantem optet antiquior portionarius in-
telligi debet poſtquam canonici optaverint, vel
de optimo canonicatu per Moderniorem cano-
nicum ratione dictæ optionis dimiſſo canonici,
qui habent facultatem optandi præbendas ex
conſuetudine non optando non amittant prædi-
ctam facultatem. † Notandum eſt etiam quod ne- 47
quit optare præbendam vacantem, aut portionem
ille, qui propter aliquod corporis defectum, ſeu
vitium repellitur ab ordinibus illi annexis: ſic
Barb. *in d.c. fin. de conſuet. n.* 9. Moneta *de optione d.*
c. 4. *q.* 6. *à n.* 109. Et ad hoc corroborandum ad-
junges quæ dixi *infra in c. fin. de temporibus ordi-*
nat. ubi *de nonnullis delictis, ob quæ quis ad ordines*
nequit aſcendere. † Tamen qui alios patitur cor- 48
poris defectus, etſi juxta quæ dico *infra de corpo-*
re vitiatis ordinandis, vel non, non deberent ad or-
dines ac beneficia admitti, ſed jam recepti, & an-
tiquiores, non eſt cur repellantur à jure optandi
† ſicut non repellitur Clericus, qui cæcus factus 49
eſt, poſtquam beneficium in Eccleſia aliqua Ca-
thedrali, vel collegiata obtinuit; & ex eadem ra-
tione idem dici debet de ſurdis, mutis, & aliis ſi-
milibus poſt, corpore vitiatis: ſic docent Barboſa
in d. c fin. ſub d. n. 9. & ante eum Moneta *de opt.*
d. c. 4. *n.* 117. & 126.

An autem peccator notorius, ſit arcendus ab 50
optione: & an irregularitas præcedens receptio-
nem ordinum, aut beneficii impediat quoque
optionem: & licet idem Moneta *dict. cap.* 4. *q.* 6.
de opt. n. 128. teneat de primo caſu, ut non ſit ar-
cendus ab optione, & *ibi n.* 136. dicat ut minime
optare poſſit, nihilominus pro meliori tracta-
tione applicabis quæ notavi *in d. c. fin. de tempor.*
ordinat. † Dubium etiam eſt an ſi quis canonicus 51
portionarius, vel beneficiatus ſit excommunica-
tus, ſuſpenſus vel interdictus, poſſit ad optionem
novæ præbendæ admitti. Et licet crederem quod
ſic de excommunicato tollerato, nec Clerici pu-
blico percuſſore, de quo debent intelligi affirma-
tive reſpondentes, ut ſunt Gigas *de penſionibus*
q. 63. *num.* 15. Gemin. *in dict. c. fin. de conſuet. in fine.*
Franc. *n.* 6. Barb. *n.* 8. Gomez *de ſpectat. n.* 60. Rota
deciſ. 5 *in fine de conceſſione præbendæ in novis*, &
deciſ 8. *de ſententia excommunic. in antiquis* Ugoli-
nus *de cenſ. tab.* 2 *c.* 13. §. 1. *n.* 15. Sayrus *in ſimili*
tract. lib. 2. *c.* 6. *n.* 13. Moneta *de opt. d.c.* 4. *an.* 20.
Ergo tamen id non admitto quoties optatur 52
titulus præbendæ vacantis, veluti cum portio-
narius optat canonicatum, vel Canonicus di-
gnitatem, aut alias, ubi requiritur in optione no-
va collatio, quod verum eſt de excommunicato,
ut docent in terminis etiam Gonzalez *in d. reg.* 8.
Cancel. dict. c. 34. *num.* 65. & *à num.* 72. Suarez
tom 2. *de cenſuris diſp.* 13. *ſect.* 1. *num* 19. optimè
D. Ant. Ricciul. *de jure perſonar.* extra gremium
Eccleſiæ exiſtentium *lib.* 4. *cap.* 11. *per totum*, cum
multis Nicolaus Garcia *de beneficiis p.* 7. *c.* 13. *à*
n. 48 Moneta *d. c.* 4. *poſt n.* 30.
Quod admitto in ſuſpenſo, ſeu interdicto per 53
illa, quæ late dixi *infra in c. cum bona* 8. *de ætate,*
& *qualitate ordinand. q.* 1. melius *q.* 2. & 3. ubi *de*
excom-

excommunicato, aut ſuſpenſo, ſive interdicto quibus
conferuntur præbendæ, aut beneficia & quæ ſit inter
illos differentia, & videbis, Barboſam in terminis
c. 30. *de canonicis per totum, & hoc in puncto n.* 18.
54 Et quod abiens optare poſſit reſolvunt Do-
ctores per textum *in d.c.fin de conſuet. lib.*6. verbo
per alios, Moneta *tract.de optione cap.*4.*q.*3. *à n.*31.
Barboſa *in tract.de canon. c.*30. *n.*14. Gonzalez *d.*
gloſſa 34. *n.*123. qui etiam dicunt, ut queat per
procuratorem optare; etſi procurator non ha-
beat ad id ſpeciale mandatum, qui tamen ſit con-
ſtitutus cum libera, Moneta *d.c.*4. *à num.*55. & *à*
n. 58. ſubdit quod ſi procurator habeat generale
mandatum, vel ſit negotiorum geſtor optet nomi-
ne meo, & ego ratam habeam optionem, valeat.
55 Notandum eſt vero quod nemo impeditur
optare quamvis habeat reſervatum beneficium
ratione optionis dimittendum, puta ex eo quod
fuerit ſubcollector, aut familiaris Papæ, aut ex
alia quacumque, & illud durante officio, aut fa-
miliaritate obtinuerit, Gonzalez *dict. gloſſa* 34.
56 *n.*42. Cardoſius *conſil.* 120. *n.fin.* † Item & quam-
vis habeat præbendam ſuper cujus fructibus
ipſe voluntarie conſenſit penſionem reſervari
ad favorem alterius; eo quod utitur jure ſuo, niſi
eſſet aliqua fraudis conjectura, veluti quod ideo
conſenſerit quod de proximo optare ſperabat,
vel infirmus eſſet, Gonzalez *d. gloſſa* 34. *à n.* 43.
& 44 Barboſa *d.c.*30 *de canon.n.*16. & 17. & Pu-
teus *deciſ.* 155. *lib.* 3.
57 Sed in hoc ultimo puncto dubium eſt quia
debeat ſolvere penſionem, & videtur dicendum
eum Mareh. *de comiſ.p.*1.§.2.*n.*63.*pag.*588. cano-
nicum optantem canonicatum, habentem præ-
bendam annexam, teneri ſolvere reſponſionem
58 ſuper canonicatu optato, jam impoſitam. † Ta-
men videtur clarius ſub diſtinctione reſponden-
dum, an fuerit dimiſſus titulus canonicalis, &
alius optatus, aut potius fuerit ſimpliciter di-
miſſa præbenda, id eſt prædium, vel portio præ-
bendalis aſſignata canonicatui retento eodem ti-
tulo. Et in primo caſu ait Gigas *de penſion.q.*63.
*n.*2. ut proculdubio is teneatur penſionem ſolve-
re qui optavit dimiſſum. In ſecundo autem ca-
ſu non teneatur qui dimiſſam optavit, ſed qui di-
miſit ex quo retinuit ſibi eundem titulum; illam-
que præbendam ſpiritualem, ſuper qua fuit pen-
ſio reſervata: ſic Gonzalez ex Rota *d gloſſa* 34.
n 47. verſ *ſuis quoque* Anton. Fabric. *in ſuo C. tit.*
de ſacro ſanctis Eccleſiis dif. 96: Mantica *dec.* 279.
*à n.*1. Seraphin. *dec.* 1419. *n* 4. Moneta *de diſtribut.*
*quotid. p.*3 *q* 8. *n.*15. & 16. & *de optione can. c.*7.
q. 3. *concl.* 3. *ex q.*33. Rota *in lucana penſionis* 29.
59 *Januarii* 1618. coram Ubald. ſenen. † Unde ait
Barboſa *d.c.*30. *ſub n* 17. *in fine* ex Puteo *dec.*196.
*ſub n.*1. verſ. *ex cujus dictis, lib.*2. & *ex Rota dicta*
Lucana penſion ut ubicumque is qui dimiſit ſub
hoc prætextu, vult evitare onus hujuſmodi pen-
ſionis, teneatur ipſe juſtificare, quod fuerit opta-
ta præbenda ſpiritualis & ſic novus titulus.
60 Et quod ſi dubitatur quid faciendum ſi unus
fuit proviſus de una quarta portione, cujus vigo-
re optavit, & aſcendit ad dimidiam, & poſtea ad
integram portionem, & poſtquam declaratur
quod collatio facta de quarta eſt nulla, vel quia
erat reſervata, vel ex alio defectu, an debeat etiam
privari integra portione, quam habet, & Gonza-
lez *d.gloſſa* 34. *n.*92. Barb. *d c.*30 *de canon. n.*26.
affirmative reſpondent, quod ſic niſi triennali
poſſeſſione, vel alio novo titulo ſe defendat, quia
ſublato antecedente, & fundamento tollitur con-
ſequens. † Et ambo ex hac fere ratione inferunt 61
quo ſi unus canonicus junior, optavit canoni-
catum majorem, & integer portionarius optavit
dimidiam portionem, & de illa quarta portione
dimiſſa fuit, unus noviter proviſus, & poſt ali-
quod tempus evictus fuit canonicatus primo loco
optatus, quia erat reſervatus, ſeu ex alia cauſa af-
fectus, tunc iſte canonicus, & reliqui omnes de-
beant gradatim reſtitui ad locum, & beneficium
ratione dictæ optionis dimiſſum, niſi ſcienter ma-
le optaſſent; & quod ſic proviſus de quarta por-
tione, debeat remanere ſine illa, & inanis per text.
*in c.ſi benef.*20. *de præb.lib.*6. † Ubi Anchar *notab.*8. 62
n.fin. & Franc. *n.*4. notant quod quando adeſt er-
ror in primo gradu, & ille eſt cauſa erroris ſucceſ-
ſive in pluribus gradibus primo reſtituto adver-
ſus ſecundum reſtituitur, ſecundus adverſus ter-
tium, & tertius adverſus quartum, & ſic de ſingulis
ita alii. † Iterum notabis ut quamvis canonicatus 63
qui non eſt in ſacris vocem in capitulo non ha-
beat *clem.* 2. *de ætate, & qualitate*, Concilium *Trid.*
*ſeſſ.*22. *de reform.c.*4. tamen quod bene poſſit opta-
re præbendam, ac ſi eſſet in ſacris, ſi ſtatutum vel
conſuetudo contraria non obviet cum hic actus
optandi competat ex canonia, & præbeda non ex
voce capituli, docent Gratian. *diſcept.forenſ.tom.* 1.
*c.*482. *n.*21. Gonzalez *d.gloſſa* 34. *n.* 128. Moneta
*de optione c.*4. *q.*5. *à n.*71. gloſſa & Doctores *in d.*
clem. 2. *de ætate* verbo *in capitulo.* † Inquires jam 64
intra quod tempus debeat optare canonicus, ſeu
præbendatus antiquior, ad quod breviter reſpon-
deo, quod optio debeat fieri intra viginti dies à
die veriſimilis ſcientiæ vacationis *gloſſa* in verbo
viginti in conceſſione præbendæ, Zerola *in praxi Epi-*
ſcopali verbo *canonica* §.7 Gonzalez *d. gloſſa* 34.
*n.*75. Barb. *de can.d.c.*30. *n.*5. & *in c.fin.de conſuet.*
*n.*21. *per textum ibi* verſ. *per viginti dies duntaxat*;
Moneta *c.*4. *à n.*1. Franc. Marc. *dec.delphin.* 1058.
*n.*5. addentes ad Mohedan *dec.*297. *lit.B.* Franc.
Tondutus *d.p.*1. *q.beneſ.c.*110. *n.*5. † Et quod ad 65
eam dimittuntur antiquiores ordine jam relato,
& quod currunt ſimul omnibus optare volenti-
bus: ſic Doctores *in d. c.fin.* verbo *duntaxat*, ubi
gloſſa Gonzalez *d.gloſſa* 34. *n.*76. Moneta *d tract.*
*de opt c.*6. *n.*11. ſed non currere tempus prædictum
ignorantibus, Tiraq. de retractu *lignag.* §.35. gloſ-
ſa 4. *n.*14. Moneta *d.c.*6. *n.*18. ubi addit *n.*21. quod
ad hoc ut currat hoc tempus ad optandum, non
ſufficit ficta illa notitia, de qua *in clem. unica* §.
cæterum de conceſſione præbendæ. † Et *n* 39. firmat 66
probabile eſſe quod ſi ii omnes, qui optare debe-
bant, juſte impediti fuerint durante tali impedi-
mento illud tempus iis non currat. & *n.* 34. ait
quod ubi etiam ipſo jure currit illud tempus op-
tandi adhuc competat tam minoribus ex cauſa
ætatis, quam abſentibus, aliiſve juſte impeditis in
integrum reſtitutio: ſequitur Barb. *d.c.*30. *n.*6 idem
*in d.c.fin.n.*37. † Sed quod prædictum minui poſſit 67
per capitulum per duos, vel quatuor dies dicit
gloſſa *in d.c.fin.* verbo *duntaxat* ibi *quia capitulum*
poterat Tiraq. *de retractu* §. 1. *gloſſa* 10. *n.* 58. Ma-
tiene *in l.* 12. *gloſſa* 1. *n.* 131. *tit.lib.*5. *novæ recopilat.*
Paris *conſ.*10. *n* 17. *volumine* 4. Moneta *de optione*
*c.*4 *n.*3. Barb. *de can.d.c.*30. *ſub n.*5. idem *hic dicto*
*n.*21. ubi Franc. *à n.fin.* ſicut ab eodem prorogari
valet, puta per duos alios dies, Zerola *in praxi*
Epiſcopali verbo *canonica* §.7. Moneta *d.c.*4. *à n.*7.
& utrobique Barb. & *n.fin d.c. fin. in d.gloſſa dun-*
taxat. verbo & *ſic de ſingulis inter omnes.*

68 Notat iterum quod tempus viginti dierum
currit ſimul omnibus optare volentibus, & præ-
ter Gouzalez, & Monet. quibus ipſe probavit
*in d. c.*30. *de canon. num.* 30. addit hic Tiraquell.
*de retractu titul.*2. §. 2. gloſſa 1. *num.* 66. Franc.
69 Marc. *d. deciſ.* 1258. *num.* 5. † qui etiam *in dicto*
*c. fin. num.*22. verſ. *quibus elapſis* additum eodem
Tiraquello *de retract.* ☧. 24 *num.* 9. quod cum
alicui datur electio intra certum aliquod tem-
pus faciendi, ſi id non faciat tranſeat electio ad
70 alium, ſive detur à jure, ſive à ſtatuto. † Quare
bene Moneta *de optione* c. 5. *quæſt.* 1. *n.*3. Gonza-
lez *ad regul.*8.*Cancellariæ* gloſſa 34. *n.*78. Zerola
*d.*verbo *canonica* ☧.7.*col.*4. Tiraq. *de tractatu con-*
vent. §.2.gloſſa 1.*n.*66. Barb. *de canon.d.c.*30.*n.* 8.
dixerunt quod ſi canonicus antiquior differt opta-
re intra legitimum tempus, ita ut ſit periculum ne
illud labatur ad demum junioris, poſſit junior ſe-
quens optare præbendam, quam ille optare debe-
bat; ſic ut teneat optio junioris inventum, quo
ſenior, ſive antiquior intra tempus ſtatutum non
71 optaverit. † Jam ergo etſi ſupra dictum ſit quod
hoc jus optandi ſit introductum non à jure, ſed
per conſuetudinem, & id ex eo dicas procedere,
quia optio eſt jus quodam capitulo, ſeu collegia-
li alicui Eccleſiæ ex conſuetudine, vel ſtatuto
competens, ut antiquiores gradatim vacantem
præbendam, quæ reſervata ſit propria dimiſſa
intra certum tempus eligere poſſint, & quod ea
non inducatur à jure communi ſed à conſuetu-
dine indulto apoſtolico, aut ſtatuto *ex dict. c. fin.*
ubi Bonifacius VIII. jubet obſervari conſuetu-
dinem, qua antiquiores canonici gradatim poſ-
ſint, ſi voluerint cum vacant per ſe, vel per alium
meliores præbendas decedentium optare, hoc
eſt ſuas deteriores cum melioribus permutare,
faciendaque ſit interpretatio, per quam ſtatu-
tum de optando, vel ſe conformet, vel minus
quàm fieri poſſit, deroget juri communi *ex cap.*
cum dilectus de conſuetudine, Roman. *conſ.* 197.*n.*2.
Alexand.*conſ.* 105.*num.*9.*lib.*5. & *conſ.* 117. *n.*12.
lib. 6. Moneta *de optione cum cap.* 1. *à n.* 13. ubi
definit optionem, & *num.* 31. Barboſa *de canoni-*
*cis dict.cap.*30. *num.*1. & 2. idem in dicto *cap. fin.*
*num.*2. Franciſcus Tondutus *quæſt.beneſ. part.*1.
*dict.cap.*110.*n.* 1. ideo nunc eſt agendum de præ-
dicta conſuetudine optandi, & num ea ſit licita,
& intra quod tempus introducatur.

72 Igitur videtur dicendum quod talis conſue-
tudo nullo modo poſſit eſſe licita, quia quod
propria authoritate poſſit jus ſpirituale, vel ſpi-
rituali annexum acquirere eſt contra jus com-
mune *c.* 3. *c. fin. de inſtit. c. per noſtras de jure pa-*
tron. ut patet etiam ex aliis rationibus, quas af-
fert Calderinus *tit. de conſuet. conſ.* 7. Ergo cum
conſuetudo optandi ſit contra juris regulas, &
ideo reſtringenda, ſequitur, ut nullo modo po-
tuerit introduci tale jus conſuetudine contra di-
ſpoſitionem textus *in dict. c. fin. de conſuet. lib.* 6.
ubi expreſſe de optione cavetur, ut jam late
dixi; imo & per gloſſam *conſuetudo,* ibi *tunc ſuf-*
ficere ſpatium decem annorum: notant ibi Archi-
diacon. *num.*1. Joannes Andreas *num.* 4. Franc.
*num.*5. & 7. Gemin.*num.*6. Duennas *regula* 139.
Gonzalez *gloſſa* 34. *ad reg.*8. *Cancellariæ num.*12.
& 13. Moneta *de optione c.*2.*quæſt.*2 *à num.* 15. †
73 Quod conſuetudo optandi eſt præter jus, & ra-
tionabilis, & quod ſic poſſit induci ſpatio decem
annorum; idem deduci Barboſa *in d. c. fin. n.*23.
qui *n.*24. ſuper eadem gloſſa ibi & *non contra jus*
ſufficit ſi ſit longæva, Curtius *de conſuet. ſect.* 3.*n.*28.
Moneta *d.c.*2.*n.*6. Villalobos *litteraC.n.*183. Sua-
rez *in Theſauro receptar ſentent. littera C. n.*279.

Sed cum hanc difficultatem propoſuerit Rota 74
deciſ 6. *de conſuet. ante n.* 1. illam ſequenti diſtin-
ctione reſolvit, & poſt eum Franciſcus Tondu-
tus *q.beneſ p.*1.*c.*110.*à n.*2 & 3. dicendoque quod
præbendæ quatenus ſunt tituli beneficiales, ſunt
inter ſe diſtinctæ, vel quod aut præbendæ non
ſunt diſtinctæ, ſed ſolum emolumenta præben-
darum, juxta aſſignationes capitulares aut alias
inter ſe diſtinctionem habent. Et in primo caſu
quando præbendæ ſunt inter ſe diſtinctæ, dicunt
ut jus optandi ſit contra jus commune, quia per
optionem novus acquiritur titulus, novumque
jus ſpirituale ſine authoritate ſuperioris poſſide-
tur; & quod in hoc primo caſu procedat Calde-
rini objectio. In ſecundo autem caſu quando ſo-
lum aſſignationes, & emolumenta inter ſe diſtin-
guntur, quia tunc non acquiritur novus titulus be-
neficialis, ſed dumtaxat novum emolumentum,
ac veluti novum prædium, tunc dicunt, ut cum
non acquiratur novum jus ſpirituale realiter di-
ſtinctum, nec dimittatur antiquus titulus, ceſſet
objectio, ac per conſequens, ut in hoc ſecundo
caſu optio non ſit contra jus commune, ut bene
explicat *ibi* Rota, imo prædictam diſtinctionem
agnovit, Rota apud Manticam *dec.* 173. *in alio ca-*
ſu, ubi duo hæc præbendarum genere bene ſunt
explicata, & juxta hunc diſtinguendi modum
video loqui Borrell. *in ſum. dec. tom.* 1. *tit.* 29. *n.*33.
Aloyſius Riccius *p.* 6. *collect.*2451. verſ. *ſed quia ad*
materiam Gonzalez cum pluribus *in d. regula* 8.
Cancel. gloſſa 34. *à num.* 11. † Sed Moneta *tract. de* 75
optione c. 2.*n.*2.*n.*16. poſt Rot. Bellam. Rochum de
Curte Gigam, Petrum Greg. & alios, quos *ibi* re-
fert *n.*18. & ut refert Barboſa *d. canon. d.c.* 30.*n.*4.
aliter diſtinguendo ait quod aut in Eccleſiis nul-
la eſt diſtinctio, numeruſve præbendarum, nec
certus numerus Canonicatuum, ut in caſu textus
in d.c. dilecto, & *in c. vacante de præbendis,* & *in c.*
ex parte de conceſſione præbendæ; & in his non poſ-
ſe induci conſuetudinem ait Moneta cum non ſit
dari vocationem præbendarum, prout diſponitur
in dictis juribus, uti requiritur *in d c. fin. de con-*
ſuet. lib. 6. vel quod eſt certus numerus canonica-
tuum, ſeu canonicorum, ſed nullus numerus, nec
diſtinctio præbendarum, ut *in c. fin.* §. *ſi autem de*
conceſſione præbendæ in 6. & quod tunc quoque
non habeat locum hæc conſuetudo, quia in his
Eccleſiis per adminiſtratores capituli bona, ſeu
fructus dividuntur inter canonicos, & quanto ii
pauciores tanto majores portiones recipiunt, &
quando plures ſunt eo minores recipiunt portio-
nes, ut *in d.* §. *ſi autem.* † Et ſimiliter nequeat ta-
lis introduci conſuetudo, quando eſt certus nu- 76
merus canonicatuum, & totidem etiam præben-
dæ ſed eæ diſtinctæ non ſunt; imo bona ſunt
quoad dominium capituli communia, ſuper qui-
bus bonis, quaſi in confuſo, abſque actuali aliqua
diſtinctione inſtitutus numerus præbendarum
correſpondens numero canonicatuum; & tunc ſi
per officiales ſuos capitulum bona adminiſtret,
& de bonis collectis tot faciat æquales portiones,
quot canonici non poſſit introduci prædicta con-
ſuetudo quia cum in his non detur ulla melior
portio, ideo non ſit cur optio cadat, nec electio.

Verum ſi capitulum non admittat dicta bona 77
per officiales ſuos, ſed ea dividit in tot præben-
das, quot ſunt canonici cuilibet conſignando
præben-

præbendam ſuam, ad tempus tamen, & ſecundum quod capitulo placet; ita ut eo tempore elapſo, iterum in commune reducantur, fiatque nova bonorum diviſio, tunc in prædictis præbendis admitti optandi conſuetudinem, quia nequit ea diviſio fieri ita æquales, quin inter præbendas illas cadere poſſit electio, & quod ea induci poſſit conſuetudo ſpatio decem annorum, nec quod tunc mutetur titulus per optionem, cum inter præbendas, ut ſunt tituli beneficiales, non ſit en in caſu actualis realis, & perpetua diſtinctio, ſed ſolum prout in temporalitate conſiſtunt; indeque ut mutatio nihil juri contrarium,
78 ſed æquitatem magnam contineat. † Tamen ſi in Eccleſiis non ſolum certus numerus canonicatuum, & præbendarum, ſed etiam hæ præbendæ realiter actualites, & perpetuo ſunt inter ſe diſtinctæ; ita ut noo ſit unum beneficium Eccleſiaſticum, ſed duos unius actualiter, & omnino diſtincta ſit à dote alterius, juxta textum *in cap. litteras de conceſſione præbendæ, & in clem. fin. de præb.* tunc ſi habet locum optio per *ſupra* dicta, ita ejus conſuetudo non poſſit minori ſpatio induci, quam annor. 40. ſic Moneta, & poſt Barboſa *d. c.* 30. *n.* 4. *in fine.*

79 Ut cumque modo hanc difficultatem Doctores explicent notabis hujus quæſtionis magnam eſſe utilitatem, quia in caſibus, in quibus conſuetudo optaodi eſt contra jus commune, non introducitur, niſi ſpatio annorum 40. ſi vero ſecundum jus ſufficiant anni decem, ut fuſius explicat Moneta *d c.* 2. *à num.* 15. & repetit Tondutus commendans videndos Nonetam, & Barboſam, *ubi ſupra*, & Gonzalez *d. gloſ.* 34. *à n.* 11. cum aliis per eos *in d. c.* 110. *quæſt. benef.* 4. quod ſecundum admitto, quando conſuetudo prædicta induceretur præter jus.

80 Et idem Moneta *dicto c.* 2. *de optione à n.* 2. Barboſa *dicto c.* 30. *de canon. n.* 4. in verſ. *hactenus* probant ad inducendam conſuetudinem requiri ſcientiam, & patientiam Epiſcopi, ſeu ejur, ad quem ſpectat collatio, ubi ſumus in conſuetudine decem annorum, ſed ſubdit eam non requiri io quadragenaria cum præſumatur ex eo tempore tam ſcientia, quam tacitus conſenſus; & idem Moneta *n.* 39. *dicto c.* 2. reſolvit neceſſum non eſſe hanc conſuetudinem obtendam fuiſſe in Judicio contradictorio.

81 Et idem Franc. Tondutus *ſupra d. c.* 111. *n.* 14. probat ex aliis quod in beneficialibus per actus particulares a cauſa univerſali procedentes, cenſeatur adempta poſſeſſio omnium jurium cum Gonzalez *dicta gloſſa* 34. *n.* 109. Moneta *de optione c.* 5. *q.* 3. *n.* 38. & 39. optime Joannes Baptiſta Ferret, ubi loquitur de juribus poſt ademptam
82 poſſeſſionem obvenientibus. † Et idem Tondutus ex Ludoviſio *deciſ.* 472. *à n.* 1. quod in juribus prohibitivis, non acquiritur poſſeſſio, niſi à die prohibitionis cum acquieſcentia.

83 Unde jam ad difficultatem propoſitam quomodo amittatur optandi facultas, poteris reſpondere ex introcluſis in toto hoc verſ. *ad quartum.* Sed notabis in terminis juris optandi, quod non amittitur, nec acquiritur per ceſſationem illius, qui poterat optare, niſi probetur hoc ideo factum fuiſſe, quia cum voluit optare fuit impeditus, alias præſumatur quod non optavit, quia ita ſibi non placuit, Gemini *in d. cap. fin. de conſuet. lib.* 6. *n.* 3. Ancharran. *ibi in fine*, verſ. *quod ſi iſti canonici*, ubi reddit rationem, quia jus iſtud eſt facultativum, & ideo non amittatur poſſeſſio per non uſum, Tuſchus in verbo *optio concluſ.* 263. *num.* 4. Tondutus *ſupra p.* 1. *c.* 111. *n.* 16.

Pro complemento hujus dubii de optione in 84
præbendis, & intellectu textus *in d. c. fin. de conſuet. lib.* 6. notabis quod jus optandi in Eccleſiis ex eo fundamentum capit quia cum præbendæ, ſeu proprius præbendalia conſiſtant in temporalitate mera, & nuda, uti conflata ex prædiis aliquibus aſſignatis ſingulis præbendis; ideo inter ipſos canonicos poſſunt permutari abſque ſimoniæ labe, ut docent Hoſtienſis *in cap. quæſitum n.* 11. *de rerum permut.* Barboſa *d. can. d c* 30. *ſub n.* 2. verſ. *quod.*

Qui licet ſingulæ præbendæ conſueverint an- 85
necti ſingulis canonicatibus ipſe *ibi* ait ut multum referat videre ex qua annexione ſint connexæ, ut fundamentum hujus juris pateat: quare ait quod annexio alia eſt perpetua, alia vere revocabilis.

Prima inquam perpetua eſt ea per quam ſcilicet 86
ita additum eſt prædium præbendale certo canonicatui, ut ab eo non poſſit divelli, vel per momentum ſeparari; & quod hæc ſit vera, & propria annexio, veluti in dividuum conſtituens per in comparationem *ex l. quemadmodum, Cod. de agricolis, & cenſitis lib.* 11. dicunt Alciatus *in l. ſolvendo* 114. *ſub n.* 5. verſ. *acceſſione de verb. ſignificat.* Barboſa *ſub d. n.* 2. verſ. *alia*, ubi dicit cum Hoſtienſi *in d. cap. quæſitum num.* 3. Cardin. *conſil.* 126. *ſub num.* 4. verſ. *& ſecundum hæc intelligitur*, ut in hoc caſu in tantum ſit optio permiſſa, in quantum intervenit authoritas ſuperioris habentis inſtituere.

Secunda vero revocabilis ſit ea, quæ bene ſe 87
compatitur cum ipſo jure optandi quæ quamvis perpetuo hæreat juri ſpirituali reſpectu canoniæ, quod intelligitur ex correſpectivitate numeri, Abbas *in c. majoribus n.* 4. verſ. *quandoque de præbend.* ac propterea cadat ſub diſpoſitione canonicatus, tanquam quid illi perpetuo annexum, Verall. *deciſ.* 359. *p.* 2 *n.* 1. Rota *in Conchen. coadjutoriæ* 27. *Novemb.* 1619. coram Archiep. Seleucien. nihilominus, ut bene explicat Cardinalis *d. conſ.* 126. cum quo tranſit Rota apud Caſſador. *deciſ.* 57. *n.* 2. & 3. *de præbend.* Barboſa *ſub d. n.* 2. *in fine c.* 30. *de canonicis*, propter illam ſeparabilitatem à ſingulis canonicatibus ad effectum optandi reputetur quid mere temporale, nec intelligatur dimitti, ſeu optari præbenda canonicalis, quatenus vere præbenda eſt jus
ſpirituale, ſed ea ſemper retineatur. † Quo pacto 88
jam bene intelliges dicta *ſupra* verſ. *jam ergo*, ubi dubium feci de legitimanda conſuetudine optandi, & cum his jam non inſiſto in prædicto puncto de optime, quia ſi alia deſideres poteris legere Doctores hic citatos, & quæ tractat relatus Moneta ex propoſito *in tractat. de optione.*

Ad quintam quæſtionis partem an canonicus 89
ſuccedat canonico in honore, & onere reſpondebis abunde ex his, quæ dixi *in cap. quia v. de Judic. q.* 16. & 17. quas aſſignavi in hac noſtra ſecunda quæſtione principali ſub verſ. *ad tertiam* à verſ. *ita Tondutus*, quatenus jam dixi an fructus non diſtributi annis elapſis, ſint diſtribuendi inter canonicos ſucceſſores necne; ideo hic
nihil aliud addo. † Et ſi replices dicendo diver- 90
ſum eſſe ſuccedere in honore, & onere, ac in fru-

ctibus antiquo canonico debitis, reſpondeo ſe-
cundum hoc dubium dependere à primo quod
ſatis etiam præſtat in intelligi *tota q. 1. & in hac*
91 *q. 2.* † Quare & ſi pro exornatione textus noſtri
poſſem hic tractare de puncto, canonici unde
dicantur, & in quot ſpecies dividantur.

92 Et de illo quis poſſit Cathedrales, & colle-
giatas Eccleſias exigere, & in eis canonicatus
inſtituere, quod pertinet ad novas fundationes
quia plura ex pluribus tractat Barboſa *de canon.
toto c. 1. & 2.* dixique aliqua *ſupra q. 1.* ideo nihil
repeto. Et cum his ultimam impono manum
huic repetitioni *Die 10. Septembr. D. Nicolai To-
lent in quo ejus nomine inductus è ſacro baptiſma-
tis fonte elevatus, & ſuſceptus fui anno 1605. ipſum
deprecor adjutorem.*

❋❋❋❋❋❋❋❋❋:❋ ❋:❋❋❋❋❋❋❋❋❋

AD TEXTUM IN CAP. X. Eccleſia Sanctæ Mariæ.

HOC TITULO

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Exemptio Eccleſiarum, & Clericorum inſinua-
tur, & ea immunitas, quæ tantum eſt à
ſtatutis, & legibus Principum Laicorum,*
n. 2. & 3.

3 *Immunitas Eccleſiaſtica, eſt etiam à Judicibus
Laicis, de qua ubi tractatur. Alia eſt illius
immunitatis loci Eccleſiaſtici, de qua parti-
cipant Laicæ perſonæ, de qua agitur in titulo
de immunitate Eccleſiarum. Alia, quæ com-
petit Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, de qua latiſ-
ſime tractatur in hoc cap.*

4 *Recurſus per viam violentiæ ab Eccleſiaſticis
Judicibus ad Regia tribunalia inſinuantur.
Et qui de materia agant.*

5 Cap. filius, vel nepotibus 16. q. 6. *inſinuatur*
remiſſive.

6 Cap. Regum 23. q. 3. remiſſive.

7 *Leges, & ſtatuta Laicorum nullatenus Eccle-
ſias, & earum bona ligant. Et num. ſint ca-
ſus, in quibus obligentur, late per quæſtio-
nes in hoc textu.*

TExtus iſte generalem præſtat, & com-
muniſſimam doctrinam ſpectantem ad
1 exemptionem Eccleſiarum, & Cleri-
corum, de qua præter dicenda *infra in tit. de
immunitate Eccleſiarum*, quia plura dixi *ſub c. 2.
c. 3. 4* 8. 10. 13. 17. *& fin. de Judiciis in cap.
1. & 2. cap. 5. cap. 8 cap. 13. & aliis de foro
compet.* & nonnulla in *cap. tuam de ordine
cognitionum, & alibi*, & ultra alia, quæ no-
tavi *ſupra in capit. quæ in Eccleſiarum 7. hoc
titul.* ideo nunc ad quæſtiones pro amplia-
2 tione textus noſtri procedo. † Sed pro di-
ſtinctione immunitatis Eccleſiæ, quæ majo-
re expoſcit commentarios, advertes hic nos
ſolum agere *de immunitate Eccleſiarum, & Cle-
ricorum à ſtatutis, & legibus Principum Laico-
rum, ſeu Judicum ſecularium decretis, aut manda-
tis conantibus Eccleſias, & clericos ſuis conſtitutio-
nibus obligare.*

Et *in d. c. 2. cum aliis de Judiciis, & in c. 2. cum
aliis de foro comp.* nos late agere de alio capite 3
immunitatis Eccleſiaſticæ, ne ſcilicet in Judiciis
Eccleſiarum cauſæ, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ
conveniantur coram Judicibus Laicis. In titulo
vero *de immunitate Eccleſiarum* proprie agi de
illa, qua debent potiri perſonæ etiam laicæ, de-
linquentes, confugientes ad Eccleſias & loca
exempta; & licet *in illo tit. per c. 2. 4. & 7* agatur
de immunitate à gabellis, tributis, & collectis; ſed
quia Principis lege, & pragmatica imponuntur,
ideo melius ſub hoc textu agimus *infra à q. 7. de
collectis impoſitis per Laicos Eccleſiis, Eccleſiaſtico-
rum perſonis, & bonis.*

Et prius quia hujus textus occaſione Barbo- 4
ſa hic proponit, & reſolvit quæſtionem in his
Regnis admodum uſitatam; & ſuper qua, præ-
ter noviſſimos Soto major, Zevallos, & alios
optime inter noſtros, & locupletiſſime ſcripſit
D. D. Franciſcus Salgadur *de Regia protectione*;
ideo quia ego dixi *ſub d. c. 2. de Judiciis q. 19.* cum
aliis duobus ſequentibus, recurres ad *ibi* dicta,
nempe Barboſa *à num. 7.* uſque *ad* 22. ubi nimis
impugnat praxim recurrendi ad Regia tribuna-
lia per viam quærelæ in cauſis Eccleſiaſticis, de
quibus cognoſcunt Eccleſiæ Judices, reſpon-
dens fundamentis contrariæ ſententiæ, in favo-
rem prædicti recurſus, qui idem ad textum no-
ſtrum in favorem ſuæ ſententiæ citat Badell. *in
Theolog. morali tom. 1. lib. 5. diſp 40. n. 13.* Filiucium
in q. moral. tom. 1. tract. 16. c. 8 & 10. Joan. de Ma-
deriaga *in tract. de Senatu c. 39.* Caſtr. Pal. *de ope-
re morali tom. 2. diſ. 12. n. 5* Maldretus *in p. 2. q. 96.
art. 4.* Epiſcopus Segob. P. M. Franc. de Arauxo
in 1. 2. D. Thomæ q. 97. diſp. 3. ſect. 5. diſ 4. n. 10. cum
eodem Barboſa Thom. *de bene comitiis, ſeu par-
lament. dub. 4. ſect. 4. n. 15. pag. 36.* Fr. Hieron. Gar-
cia *in ſumm. moral. tract. 1. diſ. 3. dubio 1. puncto 7.
n. 63.* & idem Barboſa *de jure Eccleſiaſtico lib. 1.
c. 39. §. 2. à n. 180.* & in votis deciſivis *lib 2. voto*
48. & in favorem praxis *in addit n. 5.* ultra quos
citavit, refert Seguram de Abalos *in director. Ju-
dicum Eccleſiæ p. 2. c. 13 num. 51. & 53.* Carol. de
Graſſis *de effectibus Cleric. effectu 1. n. 300.* Caſtill.
tom. 7. de tertiis c 3. ubi late agit Joann. de Evia
in curia Philip. p. 1. §. n. 34. Garcia *de nobilitate,
gloſſa 2. n. 25.* Bovadill. *in politica tom. 1. lib. 2. c. 18.
num.* 139. & eundem Salgadum *de Regia protect.
tom. 1. p. 1. c. 1. cum ſequent.* de quorum nonnullos
ego adduxi *in d. c. 2. de Judic. q. 19.* † Et licet hic
Barboſa *dict. 6. p. in addit à n. 7.* referat quatuor. 5
intellectus, ſeu modos dicendi pro textu *in cap.
filiis*, vel nepotibus, 16. *q. 7.* uſque ad *num.* 10.
multis Doctoribus comprobans in confirma-
tionem eorum, quæ adduxit *hic. p. 1. n. 15.* † Item 6
*ibi in addit. n. 11. pro intellectus textus in cap. Regum
23. q. 3.* & Thom. del Bene. *d dub. 4 ſect. 3. n. 3 &
ſub 4. num. 19.* ubi videbis late Barboſam loquen-
tem uſque in finem. Tamen quia ego de intelle-
ctu horum jurium, & aliorum abunde loquutus
fui in *d. c. 2. dict. q. 19.* recurres ad *ibi* dicta pro
reſolutione.

Etenim illa ex hoc textu communis, & gē- 7
nerica deducitur concluſio, quod leges, &
ſtatuta Laicorum Eccleſias, & earum bona nul-
latenus

latenus ligant, ut multis comprobat idem Barboſa; ex quod fit, ut ad plures quæſtiones hic deſcendamus; quod ſi argumenta, quibus videtur quod laici ſuot capaces cognoſcendi de clericis, & eorum bonis, velis hic adjicere, & eorum reſolutionem habere, ne inculcando repetam, applicabis quæ dixi in *dictis cap.* 2. 3. 4. 8. 10. 13. 17. *& fin. de Judiciis, & in cap.* 1. *&* 2. 5. 8. *&* 13. *& aliis juribus* †Quare hic tantum de di-
8 verſis inquiro caſibus ſpectantibus ad obligandos nec ne Clericos, eorumque bona, legibus, conſtitutionibus, ſtatutis, decretis. edictis, ſive mandatis Laicorum.

QUÆSTIO I

Clerici an ſubjiciantur legibus Principum ſæcularium, quæ ſpectant ad Reipublicæ gubernationem, & pacem, nec cum ſacris canonibus, & ſtatu Clericorum pugnant: & an Eccleſiaſtici ſint exempti à legibus civilibus, quatenus cum libertate Eccleſiaſtica non pugnant: & an Clerici teneantur leges ſervare propter commune bonum: & an quando ſtatutum fundatur in publica utilitate, etiamſi faciat mentionem de clericis, ſit invalidum, & lædat immunitatem Eccleſiaſticam: & an ſit validum ſi tollat Clericis ea, quæ tanquam civibus ſibi Competunt?

SUMMARIUM.

1 *Lex civilis lata pro ſolis laicis, nullo modo comprehendit clericos, idem eſt ſi indefinite feratur* n. 2. & 7.

2 *Legis materia reſtringit ejus obligationem ad perſonas, quibus proprie eſt talis; quæ ſi fuerit Eccleſiaſtica nullam obligationem inducit, propter exemptionem.*

3 *Statuta, & leges laicorum, Eccleſias, & eorum bona, nullatenus ligare intelliguntur ex ipſa legis materia, & etiam ſi ſint datæ in favorem clericorum.* n. 4. & 9.

4 *Privilegium in favorem datum non debet ita extendi, ut noceat privilegiato.*

5 *Lex civilis non eſt lex, etiam in favorem clericorum, quia deficit juriſdictio, cujus uſurpatio magis efficit, quam prodeſt favor.*

6 *Legibus nemo tenetur ejus, qui in ipſum non habet poteſtatem, nec juriſdictionem.*

Eccleſiaſtici non obligantur legibus Principum Laicorum, id eſt præciſe ex vi ipſarum legum, aut poteſtatis, ſed indirecte naturali æquitate ob communem pacem, & tunc, ſi hæ leges non pugnant cum libertate Eccleſiaſtica.

7 *Legiſlatores laici nequeunt ſuis legibus obligare Eccleſiaſticos ex defectu poteſtatis contentioſæ in eos.*

8 *Leges civiles ex quo fiunt ad ligandos Clericos, repugnant libertati Eccleſiaſticæ, quorum privilegium eximit à juriſdictione temporali, non ſolum judicium, ſed etiam Principum Laicorum.* & n. 23.

9 *Clerici ex doctrina Larcæ, videntur obligari legibus civilibus vi, & efficacitate earum; & ſic vi coercitiva exercenda per Eccleſiaſticos; quod non eſt verum, cum tantum teneantur vi directiva naturalis legis, obſervare leges, bonum commune reſpicientes: & qualiter alii explicent,* n. 11.

12 *Clerici ſecundum plures tenentur obedire legibus civilibus, quatenus cum libertate Eccleſiaſtica non pugnant; & ſic taxam ſervare cenſuum, ut* n. 13. *idem & rerum venalium,* n. 14. & 15. *ſed verius eſt id non provenire ex vi earum. & ſtatuti taxantis, ſed tantum ab ipſo naturali. & divino jure, ut n.* 16. & 17. *& ſic improbatur dictum Soto,* n. 18. *& Franchis.* n. 21. & 37.

16 *Taxæ legis civilis pœna; etſi obliget laicos; non item clericos;* Vide n. 19

17 *Statuta, vel leges imperiales tacite, vel expreſſo mentionem facientes clericorum minime illos obligant.*

Tituli Codicis, quatenus de rebus Eccleſiæ diſponunt. nullam vim habent obligandi clericos, niſi quatenus probata ſint jure Pontificio, ſeu recipiuntur.

19 *Clericus quantumvis obligaretur civili lege, ſed non inde ſequitur quod valeat, ſi ſit tranſgreſſor, puniri politice à laico,* & n. 23. *in fine.*

20 *Judex Eccleſiaſticus non debet punire clericum legis civilis tranſgreſſorem pœna ſtabilita in ea, ſed alia mitiori, etiam in pœnis ſtatutis ex violatione legum naturalium.*

22 *Clerici qualiter teneantur ſervare leges civiles latas propter commune bonum,* & numero 23.

24 *Statutum fundatum, etiam in publica utilitate, mentionem faciens de Clericis, eſt invalidum, etiam ſi ſit favorabile* num. 25. *contra quod dicit Pereira* num. 26. vide n. 28. & 29

26 *Lex civilis non ex eo ipſo quod reſpiciat publicam utilitatem, obligat clericos ex defectu juriſdictionis, ut* num. 27. *alias omnes leges civiles contentæ in corpore juris ligarent Clericos, ſi quidem reſpiciunt publicam utilitatem, ut* n. 28.

30 *Statutum ſi tollit clericis ea. quæ tanquam civibus competunt; etſi Pereira dicat ſuſtineri, ſi ratione boni publici, & non odio latum. ut* num. 31. & 32. *tamen veritas eſt, ut ſit contra Eccleſiæ libertatem, & quare* n. 33. 34. & 35. *& reſpondetur fundamentis Pereiræ à* n. 36.

33 *Libertas Eccleſiaſtica conſiſtit in libertate faciendi quid liceat clericis.*

34 *Clericis ut civibus debentur, & multo plus ratione ſtatus jura communia civium.*

35 *Bulla Cœnæ libertatem Eccleſiaſticam protegit, etiam circa rem communem laicis, & clericis, quæ Papa intendit, ne vexentur clerici à ſæcularibus Magiſtratibus.*

36 *Libertas, & immunitas Eccleſiaſtica non dependet ex malo, vel bono animo ſtatuentium. ſed ex natura rei, & privilegiis divini, & humani juris.*

38 *Argumentum de toto ad partem valet, nec plus, & minus deferunt.* n. 39.

39 Cap.

39 Cap. fin. de immunitate Eccleſiarum lib. 6. & à num. 31.

1 HArum quæſtionum nonnullæ habent eandem inſpectionem, & ſub diſſimili forma verborum conſcriptæ, quare ut facilius omnium præſtemus reſponſionem, juxta doctrinam textus noſtri, adverto in primis quod ſi lex civilis lata eſt pro ſolis laicis, clericos nullo modo comprælıendat etiamſi ratio ſit generalis, quia nulla lex obligat, niſi inter perſonas,
2 cum quibus loquitur. † Sin autem lex indefinite feratur, nec etiam clericos obligabit, ex eo quia materia legis reſtringit ejus obligationem ad perſonas, quibus proprie eſt talis materia; quæ ſi fuerit Eccleſiaſtica nullam obligationem inducit, propter exemptionem talis materiæ & quod ſic omnis lex laicalis circa materias Eccleſiaſticas ſit ipſo jure nulla, late confirmat Suarez *de legibus, lib.* 4. *c.* 11. & tradunt Doctores communiter per textum noſtrum, & *in cap. quæ in Eccleſiar.* 7. *ſupra cap. fin. de rebus Eccleſiæ non alienandis, cap. bene quidem* 96. *diſt.*

3 Et ſic ſunt intelligendi Rebuffus *ad leg. Galliæ in præmio gloſſa* 1. *n.* 55. *à n.* 65. & *à num.* 71. Grammat. *deciſ.* 100. Armend. *in præm. addit. ad recopil. legu in Navarr. num.* 93. Perez *in Rub. tit.* 2. *gloſſa* 1. *verſ. quæri poteſt lib.* 8. *ordinam.* Morla. *in emporio juris p.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. Caldas Pereira *de nomin. emphytheut. q.* 12. *n.* 22. & *tract. de empt.* & *venditione c.* 1. *n.* 10. Joannes Honorius *in ſumm. ad decret. hoc tit. pag.* 7. *num.* 15. Boëtius Epo. *lib.* 1. *de jure ſacro c.* 2. *num.* 178. Franc. Ferret. *de ſoluto matrimon. ſecundo evident. n.* 6. Camill. Borellus *de Magiſtr. lib.* 10. *cap.* 11. Joannes Baptiſta Ciatlin. *variar. controverſ. c.* 45. *num.* 2. *c.* 107. *num.* 32. Covarruv. *de Judiciis q.* 6. *ſect.* 1. *num* 394. Floridus Mauſon. *de contra vend. q.* 8. *num.* 4. Baldell. *in Theologia moral lib.* 5. *diſput* 33. *num.* 20. Lotherıu *de re benef. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 86. Matiencua *in* 1. 2. *D. Thom. tom.* 3. *q.* 96. *art.* 5. *dub.* 6. *n.* 89. Thomas del Bene. *de comitiis, ſeu parlam. dub.* 4. *ſect.* 16. *pag.* 24. *cum ſequent.* qui omnes præter Antiquos ita intelliguntur, quatenus docent ex textu noſtro quod ſtatuta, & leges laicorum, Eccleſias, & eorum bona nullatenus ligent.

Quæ ſententia non ſolum vera eſt quando le-
4 ges ſunt oneroſæ clericis, ſed etiam ſi ſint favorabiles, qui privilegium in favorem datum, non debet ita extendi, ut privilegiato noceat; & quod licet non noceat reſpectu perſonæ, nocet reſpectu fori, & exemptionis poteſtatis ſæcularis, ut in terminis dicit Zevallos per textum noſtrum *in præmio de cognitione per viam violentiæ c.* 4. *à n.* 7. † Nam talis lex revera non
5 eſt lex, etiamſi ſit favorabilis, quia deficit juriſdictio, & quod verius eſt, ut non poſſit dici lex favorabilis, cum magis noceat ex uſurpatione juriſdictionis Eccleſiaſtico, quam poſſit aliquid commodi afferendo.

6 Et ratio præcipua concluſionis textus noſtri ea videtur eſſe quia nemo tenetur directe legibus ejus, qui in ipſum non habet poteſtatem, nec juriſdictionem: ſic Thom. del Bene *de comitiis, ſeu parlam. dict. dub.* 4. *ſect.* 18. *n.* 1. ubi probabilius dicit quod Eccleſiaſtici directe non obligantur legibus Principum ſæcularium, id eſt preciſe ex vi ipſarum legum, aut poteſtatis Legiſlatricis civilis, ſed quod obligantur ſolum indirecte, quia ſcilicet ita naturalis æquitas poſtulare videtur, cum alioquin communis pax inter cives difficile obſervari poſſet, qui iterum id videtur tenere, *dub.* 30. *ſect.* 2. *n.* 2 *pag* 346. poſt Molinam *de Juſtitia,* & *jure tract.* 2. *diſp.* 31. *n.* 15. Squillante *de privileg. Clericor. cap* 7. *dub.* 3. *n.* 94 & *c.* 8. *n.* 89. Fauſtus *in ſpeculo confeſ. diſp.* 6. *q.* 44. Filiucius *in quæſt. moral. tom.* 2 *tract.* 35. *c.* 4. *n.* 94. à Ponte *in reſponſ. de cenſuris Pauli* 5 *fol.* 75. qui id intelligit ſi hæ leges non pugnant cum libertate Eccleſiaſtica, id eſt nec directe, nec indirecte lædunt Eccleſiaſticam libertatem, gravando ſcilicet Eccleſiaſticos, aut jura libera, & privilegia eorum diminuendo.

Unde cum non poſſit lex civilis obligare 7
eum, in quem nullam habet juriſdictionem ex defectu poteſtatis; ita & Legiſlatores laici non poterunt ſuis legibus clericos ligare, cum nullam juriſdictionem contentioſam in eos habeant *Authent. caſſa, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, cap. fin. de immunit. Eccleſ. lib.* 6. juxta quæ dixi *in c.* 2. *c.* 3. & 4. 5. 8. 13. & 17 *fin.* de Judæis, & *in d. c.* 1. 2 8. & 13. *de foro compet.* ubi etiam dixi late quod nec clerici queant ſuo proprio foro renuntiare ſub juramento, juriſdictionem laici prorogando, aut ei conſentiendo. † Etenim ut do- 8
cent communiter Doctores, & Zevallos *d. c.* 4. *n.* 2. & 3. eo ipſo quod leges civiles fiunt ad ligandos clericos, libertati Eccleſiaſticæ repugnant, & hoc fieri quia privilegium, non ſolum eximit clericum à juriſdictione temporali inferiorum Magiſtratuum, ut late probavi in dictis juribus de judiciis, & foro, *ubi* de incapacitate Judicum Laicorum in cognoſcendo de clericis, eorumque bonis, ac de rebus Eccleſiæ, ſed etiam à ſuprema poteſtate Regum, & Imperatorum conſiſtente in Imperio, & lege condenda, quam non habent Judicis, ſeu Principes inferiores, ut *ſub Rub.* late dixi.

Ad primam igitur difficultatis partem, his 9
breviter ſuppoſitis, video quod Petrus Lorca *in p.* 2 *D. Thom. tom.* 2. *tract. de legibus, diſp.* 25. *n.* 4. agens de dubio ex qua vi teneantur clerici ad leges civiles inſtitutas ob commune bonum, an ſola æquitate naturali ratione conformitatis cum aliis hominibus, an ipſa vi, & efficacitate legem auſus eſt dicere, hoc ſecundo modo obligant, quia licet quoad alia exempti ſint, ſed quoad leges non videntur exempti: quare ſit ut non ſolum virtute directivæ, ut aliqui opinantur, ſed virtute etiam coactivæ, quamvis hæc coactio, punitio, & executio legum fieri non debeat per Principes ſæculares, ſed per Principes Eccleſiaſticos, per quos debent compelli ad legum civilium obligationem: ita Lorca. pro cujus doctrina faciunt nonnulla, quæ ſcripſi *ſub d. cap qualiter* 17. *de Judiciis, quatenus pecora clericorum poſſunt capi à laicis in caſibus,* de quibus *ibi.*

Hanc vero ſententiam, uti ſingularem, & 10
non tenendam reſpuunt Layman. *in Theologia morali tract.* 4. *c.* 13. *n.* 6. Azor. *p.* 1. *inſt. moral. lib.* 5. *c.* 12. *q.* 3. & *p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 7. *q.* 8. & 15. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *de legibus reſ.* 12. cum aliis Theologis per eum adductis *in tractatu de immunitate Eccleſiæ;* dicunt enim quod clerici legibus civilibus reſpicientibus bonum commune, & non pugnantibus Eccleſiæ libertati, tenentur tantum ex vi directiva, non autem ex vi legis. † Imo 11
quod

quod aliquid & probabiliter docent clericos non teneri directe legibus ſæcularibus ejuſdem Reipublicæ, quæ illis legibus directe ſubjiciuntur, ſicut Princeps non obligatur directe ſuis legibus, ſed indirecte, quia ratio naturalis dictat ut oneribus, quæ ſubditis imponit ipſe quoque ſe ſubjiciat, & faciunt pro hoc ſimili quæ adduxi *ſupra ſub cap.1 hoc tit.* & *in cap.1.de prob. ſub q.8.* & 9. & ſi deſideras ſcire unde naſcatur hæc obligatio leges quæ cum infinitis; & per pluries dubitationes tractat Thomas del Bene *de immunit. p. 2. q. 9. dubit.* 2.

12 Ad ſecundam quæſtionis partem an Eccleſiaſtici ſint exempti à legibus civilibus quatenus cum libertate Eccleſiaſtica non pugnant; & licet affirmativam ſententiam Mordicus docuerit, Marcus Anton. Genuenſ. aliter docent Molina *de Juſtitia tom.2.tract 2.diſp.31.n.15.* Sotus *de Juſtitia lib. 1 q.7.art.7.concl.* 1. & alii, quos citat, & ſequitur D. Salgadus *de protect. Regia tom. 1. p.1. c.1. n.64* & *pralud.2.* Zevallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ in prologo. n. 30.* Petrinus *de privilegiis minor. tom.1.conſt. Julii 7.* & *33.n.151.* Sylveſter verbo *lex q.* 15. Angelus eodem verbo *n.5.* Ledeſma *in ſumma tom.tract.2. diſp.31. n.15.* & communis Theologorum, & Juriſperitorum ſententia, & Salonius *in 2.2.D.Thom.2.quæſt.77. artic.1. controverſia* 1. docentes clericos, nec jure Divino nec humano eſſe exemptos ab aliis legibus civilibus, quæ non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.

13 Unde inferunt quod tenentur obedire legibus Principum ſæcularium taxantibus pretia cenſuum, ut notant Avend. *de cenſib. Hiſp. c.32. n.10.* Laſarte *de decima vendit.c.* 10.*n* 3. Mexia *in pragmat. taxæ panis concluſ.5. n.39. in fine* Salas *de emptione, in venditione dubio 9. num. 2. in fine*, & alii.

14 Et ſic relati Sylveſter, Sotus, Molina, & alii, quos ſequitur Diana *p.1.tract.2.de immunit.reſ.8. in princ.* dicunt quod ſi clerici vendunt frumenta ultra pretium juſte à Republica ſtatutum, peccent mortaliter, ſicut laici, & teneantur ad 15 reſtitutionem. † Quae dixerunt Tiraquellus *de retractu linag. §.1.gloſſa 13.n.4.* Cotta *in memorabilibus* verbo *clerici ligantur*, Joannes Gratian. *regul.292.cum multis*, Matienco *in l.7 gloſ.1.n.17. tit.11.* & *l. 1.gloſſa 1.n.2 tit.25.lib.5. novæ recopil.* Cardinalis Bellarm. *in reſponſ. ad epiſtol. incerti authoris pro defenſ. vener. contra cenſuras Pauli 5. pag.6.* Filiuc.*tom.2. tract.35. c.4. n.94.* Vigranius *tract.de immunit. Eccleſ.diſp.2. concluſ.2.* Portel. *in dubii regular.* verbo *lex n.* 2. Bartholom. à ſancto Fauſto *in ſpecul.confeſ.diſp.6.q.44.n.3.* Hieronym. Portol. *in tract. de conſortibus*, & *fideicommiſſis legalibus cap. 31. n.* 2. quod ſtatuta generalia laicorum, quæ ſimpliciter diſponunt, nec juri Canonico contradicunt, ſi honeſta ſint, ligent ſaltem vi directiva Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas.

16 Tamen & ſi videantur relati in dicto verſ. *ad ſecundam.* & in verſ. *unde*, & cum eis Bannez 2.2. *q.67.art.1.dub.2.* Navarr. *in manual. cap.23. n.88.* Portoles *d.c. 31. n.* 4. clericos arctare prædicta ſtatuta, regimen, & politicam civitatis reſpicientia, veluti quando juſta rerum venalium pretia taxantur per ſtatuta laicorum, ſed credo, ut jam *ſupra* dixi id non provenire à vi legis, ſeu ſtatuti laicorum taxantis: verum ab ipſo jure naturali, & Divino, quo obligamur res noſtras juſto pretio vendere; ita ut ſi Principis lege pœna ſit conſtituta in eos, qui pluris vendiderint, ejus pœnæ laicus ſit reus, & non clericus, ut docet Azor. *inſtit.moral. par. lib.5.c.12. q.* 4. Barboſa *hic num.* 4. de quo videbis *infra ſub q. 38. 47.* & *fin.*

Ex ea ratione nam ſtatuta, vel leges imperiales 17 tacite, vel expreſſe clericorum mentionem facientes, minime clericos ligare valent, quia Imperator, vel Rex in clericos, & Eccleſias juriſdictionem non habent, nec imperiales leges *in titulis, Cod. de ſanctiſſima Trinitate*, & *de ſacroſanct. Eccleſiis*, & *de Epiſcopis*, & clericis, ac ſimilibus, ſpecialiter de clericis, vel Eccleſiarum rebus & bonis, aliquid conſtituentes nullam vim habent, niſi quatenus jure Pontificio approbantur, vel reſpiciuntur, ut docent Suarez *de legib. lib.3. cap.34.* Cæſar. Beron. *tom. 7. annalium anno Chriſti 565.pag.* 486 Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ.cap. 164.n 22.* & *23.* optime Sanchez *in præcepta decalogi tom.2 lib.7. cap.9. à n.4.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.2.cap.6. quæſt.* 4. *melius p.2.lib.10. cap.7 quæſt.9.* Caldas Pereira *de nomin. emphyteut. q.16.n.28.* Surdus *conſ.301.n.9.* Honded. *conſ.20. n. 18. vol.* 2.

Ex quo fit ut clerici tenerentur directe legi- 18 bus civilibus in bonum commune diſponentibus, nec decernentibus contra libertatem Eccleſiæ ex Soto *ubi ſupra*, victoria Medina, & aliis, quos citat Salas *de legibus diſput. 24. ſect.8. n.94.* & 104 ita ſequutus, quod eſt contra doctrinam textus noſtri à *n.* 1. explicatum ex rationibus, & Doctoribus jam adductis, quibus addo D. Thom. *in p.2.quæſt.96. art.5.* & Theologis, cum eo Tanner. *in p.2.diſp.5.q.6.dub.2.n.3.* Vaſq. *in p.2.tom.2.diſp.167.c.4.* Azor. *p.1. inſtit. moral. c.12.lib.5.q.3.* & *p.2.lib.9.c.7.q.8 9.* & *15.* Peſantio *tract. de immunit. Eccleſia diſp.* 4. Diana cum aliis *p. 1. tract.2. reſol.* 8. eo quod nemo tenetur legibus ejus, qui in ipſum non habet juriſdictionem. † Tamen ſtando etiam prædictæ opi- 19 nioni affirmativæ Salas, Soti, & aliorum dicentium prædictis legibus ſæcularium eſſe clericos obligatos; ſed non inde ſequi ut queac Clericus legis civilis tranſgreſſor, quantumvia politicè puniri à Legislatore, & Judice Laico, ut notant Salas *d. n.104.* & multi, quos ſequitur hic Barboſa *n. 6.* ot poſtea ulterius dico. † Et 20 quia docet Vaſq. loco citato ex doctrina Salas *ſect.10.n.112. in fine* ut non debeat Judex Eccleſiaſticus contra clericum legem civilem violantem procedere ad imponendam in eum pœnam ab illa lege ſtabilitam (etſi poſſit) ſed ad mitiorem qua decet cum clericis mitius agere ob conſervationem ſtatus Eccleſiaſtici, & Diana *ſupra* teſtatur ſic practicari etiam in pœnis ſtatutis pro violatione legum naturalium *d. reſol.* 8. *circa finem.*

Qui cum Marco Antonio *lib.1.reſol.9.7. n 9.* 21 dicit ut caute legendus ſit Vincentius de Franco *p.2. deciſ.9.* aſſerens clericos non eſſe omnino exemptos à legibus civilibus, quatenus ſpectant ad tranquillitatem Reipublicæ.

Ad tertiam quæſtionis partem an clerici te- 22 neantur leges civiles ſervare propter commune bonum latas, ſatis ex jam dictis reſpondetur; nam etſi exempti ſint à ſæculari, & Regia juriſdictione, ut abunde dixi *in c.* 2. cum aliis jam relatis *de Judiciis*, & *foro comp.* & late reſolvit Zevallos *de cognitione per viam viol. p. 1. lib. 4. in*

epilo-

epiſtola ad Regem noſtrum, n.22. tamen ait *d. c. 4. à n. 1. p. 1.* quod clerici tenentur ſervare Regias leges, quæ reſpiciunt bonum publicum totius communitatis, dummodo non tendant in præjudicium libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ: & docent eleganter Victoria *in relectione de poteſt. Eccleſiæ n. 4.* Molla *1. p. in emporio tit. 1. de legib. num. 9.* ubi fundat hanc concluſionem Sarmiento *lib. 7. ſelectar c. 13. n. 1.* Surdus *conſ 301. n. 3.* Marta *de juriſdict. 4. p. q 1. caſu. 7. n. 6.* idem Zevallos cum multis *in dicta epiſtola, n. 29. & in pract. quæſt. 899. n. 148.* ex jam repetita ratione, quia non poteſt lex civilis obligare eum, in quem nullam habet juriſdictionem ex defectu poteſtatis ex *dicta auth. caſſa. Cod. de Sacroſanctis*
23 *Eccleſiis, & cap. fin de immunit. Eccleſ. lib. 6.* † Etenim eo ipſo quod leges civiles fiunt ad ligandos clericos, libertati Eccleſiaſticæ repugnant ex noſtro textu. Et quia hoc punctum non eget ampliori declaratione, præter adductam *in n. 1.* amplius non tracto, & fit clarius ex ſequentibus, & ſecundum hæc ſunt intelligenda quæ noviſſime coogerit Daniel. de Nobilibus *lib. contr. diſp 61.* quatenus agit de ea quæſtione, clerici an obligentur legibus civilibus & quomodo hæ conſiderentur *in n. 1. ibi à n. 27.* quod etſi clerici contraveniendo legibus civilibus eorum pœnis non ſubjiciantur, obligentur tamen vinculo legis naturalis & divinæ puniendi, quæ ſunt ab Eccleſiaſtico ut infra late dico.

24 Ad quartam quæſtionis partem, an quando ſtatutum fundatur in publica utilitate etiamſi faciat mentionem de clericis, ſit invalidum, & lædat immunitati Eccleſiæ. In quo dubio ex textus noſtri doctrina, & ex textu *in c. fin. de rebus Eccleſiæ non alienandis*, Doctores communiter reſpondent ut tale ſtatutum ſit invalidum, ut ſequuntur Bertrandus de Guevarra *in propugn. libert. Eccleſiaſt. aſſertione 1. n. 55. & 56.* Surdus *dicto conſ. 301. n. 11. & conſ. 156. n. 11.* à Ponte *in reſponſ. pro cenſ. venet. nſ. 71.* Maynard. *de privi-*
25 *legiis Eccleſ. p. 2. art 22. à n. 46.* † Et in tantum eſſe veram docent Surd. *d. conſ. 301. num. 13.* Cavalcanus *lib. 3. deciſ. 33. n. 16.* Plotus *conſ. 3. num. 2.* Ciaffus *lib. 1. conſ. 81. n. 84.* Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 4. c. 13. num. 1.* Suarez *de legibus lib. 3. c. 34. n. 12. & contra Regem Angliæ lib. 4. c. 16. n. 7.* & alii, ut procedat etiamſi ſtatuta laicorum ſint clericis favorabilia, ſi de illis mentionem faciunt, quia ſunt nulla, & contra libertatem Eccleſiaſticam.

26 Nec huic communiſſimæ doctrinæ obſtat Pereira *de manu Regia p. 2. c. 67. n. 11.* dum dixit non obſtare quod in noſtro textu, *& in dict. cap. fin. de immunitate Eccleſiarum lib. 6.* mentio fiat de Eccleſiis, ut intelligatur legem eſſe conditam in odium libertatis Eccleſiaſticæ, qui ſatisfacit dicendo ejus ſententiam procedere, ſi conſtet de odio, non indubio, quando non conſtat de publica utilitate, ſecus ſi conſtet, & quando talis lex fundatur in ratione naturali, quæ publicæ utilitati conveniat. † quia reſpondetur
27 quod neceſſitas publica, non tribuit juriſdictionem laico, ut ſtatuat contra ſubditos, ut probant Bald *in l. cunctos populos n. 20. Cod. de ſumma Trinitate*, Decius *hic n. 7.* & Felinus *n. 18.* Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 14.*

28 Addens in fine quod ſi opinio Pereiræ eſſet vera omnes leges contentæ in corpore juris ligarent clericos, quia omnes reſpiciunt publicam utilitatem, & patet ex his, quæ dixi *ſupra ſub Rub. q. 2. in fine ex textu in cap. erit autem lex diſt. 4.* & probant Tagnanus *in reſponſ. pro cenſuris Pauli 5. fol. 65.* Guevarra *ubi ſupra*, & alii communiter cum Anaſtaſio Germonio Tharent. Archiep. *in aſſert. libert Eccleſ. c 7. fol 81.* & Collegio Bononienſ. *in reſponſ. pro libert. Eccleſiæ n. 20.* Bariola *num. 38.* † Imo & ait Diana quod ſi eſſet 29
vera prædicta Pereiræ opinio, omnes Principes poſſent ſuis ordinationibus ex prædicta ratione boni communis impune nominare clericos.

Ad quintam quæſtionis partem an ſtatutum 30
ſi tollat clericis ea, quæ tanquam civibus ſibi competunt, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Cui dubio reſpondet Pere. *de manu Reg. p. 2. c. 67. n. 15.* valere dummodo tale ſtatutum non fuerit factum in odium Eccleſiaſticorum, inferens ut ubi odium non detur, ſed ſtatuatur, ſub ratione boni publici, licet in aliquo minuatur civilis ſocietas, vel libertas clericorum, non ideo ſtatutum valere deſinat, cum non libertati Eccleſiaſticæ, ſed civili obviet.

Et ſic tenendo reſpondet ad textum *in d. cap.* 31
fin. de immunitate Eccleſ. lib. 6. dicens Pontificem illud ſtatutum reprobaſſe ex præſumpto odio, ſecus autem, quando non ex prava intentione, ſed propter publicam utilitatem tale ſtatutum confirmatum ſit. † Et confirmare videtur idem 32
Pereira *c. 38 n. 32. c. 39 n. 6.* dum dicit quod laicorum ſtatuta generalia, quæ gubernationem recipiunt, etiamſi clericorum mentionem faciant, non ob id nulla ſint, ſi rationabilia, & jurii non contraria exiſtant; imo quod valent, & illico tanquam civiles ligent.

Nihilominus ex jam adductis reſpondendum 33
eſt ex communi Doctorum *in d. cap. fin de immunit. lib. 6.* quod opinio Pereiræ eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; tum quia Eccleſiaſtici ob hujuſmodi ſtatuta fiunt timidiores; tum quia libertas Eccleſiaſtica conſiſtit in libertate faciendi quidquid eis liceat, dum Magiſtratus hujuſmodi ſtatuta, vel decreta edunt; ergo ſic docent Bonacina in *Bulla Cænæ diſp. 1. q. 16. ſect. 2. p. 2. n. 4.* Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. c. 21. num. 19.* Carolus de Graſſis *de effectibus clericorum effectu 2. q. 44. à n. 358.* Duardus *in Bulla cœnæ n. 15. q. 19. n. 83.* & alii penes ipſos, Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 15.*

Deinde facit quia eo ipſo clerici ſunt, deben- 34
tur eis tanquam civibus, & multo plus, quam laicis, non enim ipſi propter ſtatum clericalem amittunt jura communia civium; imo ut alioqui ratione ſtatus majori dignitate, & reverentia digni ſint; ob idque ad immunitatem naturali jure debitam clericis pertinere, ut his juribus non priventur.

Et comprobatur quia ſummus Pontifex *in* 35
Bulla Cœnæ, abſolute loquitur de libertate Eccleſiaſtica, qua videlicet gaudent perſonæ Eccleſiaſticæ, etiamſi verſatur circa rem communem laicis, & Eccleſiaſticis. Deinde quia ſummus Pontifex conſulere intendit Eccleſiaſticis perſonis, ne à ſæcularibus Magiſtratibus vexentur, quia grave damnum paterentur Eccleſiaſtici, ſi laici eos impune vexare poſſent in his, quæ ad conjunctum politicum ſpectant: ſic Bonac. Suar. & alii jam adducti; ergo, &c.

Jam ergo non obſtant fundamenta Pereiræ, 36
non primum, dum dixit tunc ſtatum dici contra libertatem Eccleſiaſticam, quando efficeretur

ex

ex odio, quia reſpondeo cum Joanne Bertrando de Guevara ſupra *in propugnacul. libert. Eccleſ. aſſertione* 1. §. 6. *num.* 10. & 11. & Diana *dicta reſol.* 15. quod libertas, & immunitas Eccleſiaſticorum non dependet ex bono, vel malo animo ſtatuentium, ſed ex natura rei, & privilegiis, quæ illis abſolute competunt de jure divino, & humano, *ad quod applicabis dicta infra quæſtione* 50. verſ. *ad quartam*, omnes laici efficerent talis ſtatuta aſſerendo ſe illa non efficere ex odio.

37 Quare etſi replicat Pereira ex jam adductis, & aliis à *num* 1. quod Clerici tenentur legibus politicis Reipublicæ taxantibus pretia rerum ſub peccato; & ſic quod tenebuntur ad prædicti ſtatuti obſervantiam, & ad alia conſtituta propter commune bonum, reſpondeo ut ibi id procedere ex vi ſolius legis naturalis id indicantibus omnibus, non inquam quando ex propoſito laicus Legiſlator vult expreſſè comprehendere clericos ſub ſua lege, & ſtatuto; ad quos ejus ſtatutum extendi nequit, utpote prolatum ab incapaci; & ob id textus noſter dixit optime, ut non valeant laicorum ſtatuta reſpectu clericorum quantumvis favorabilia ſint clericis.

38 Non ſecundum Pereiræ fundamentum, dum dixit *ut in dict. cap. fin de immunit. Eccleſ.* contineatur ſolum prohibitio abſoluta; & generalis *ibi num* 16. ſecùs in caſu de quo loquimur, ubi prohibitio eſt particularis; quia reſpondeo cum eodem Guevara, *ubi ſupra n.* 33. & Dian. *dicta reſolut.* 15. *in fine*, eandem eſſe prohibitionis rationem, & valere argumentum de toto ad partem *ex leg. quæ dotata. ff. de rei vindicat.*

39 Et ex eo quia plus & minus non differunt *leg. fin de fundo inſtructo.* Et ſic ſatis Maynardus *de privileg. Eccleſiæ, p.* 2. *art* 22. *n.* 25. Guevara *in dicto propugnacul. libert. Eccleſ. aſſert.* 1. §. 6. *num.* 67. *ad* 76. ſatisfaciunt alii fundamento Pereiræ deducto ex verbo *præſumuntur*, quod poſitum eſt *in dicto cap. fin. de immunit. lib.* 6. Et minus obſtat adductum ex dicto Pereira de manu Regis *dict. p.* 2. *dicto cap.* 38. & 39. quia ſatis reſpondetur ex dictis *ſupra* in toto verſ. *ad tertiam*, & juxta hanc reſolutionem intelligitur. Thomas del Bene ſatisfaciens Cutellio Pereiræ *de immunit. p.* 1. *c.* 5. *dub.* 7 *ſect.* 1 cum Maynardo Joanne Bertrando de Guevara, Graſſis, Duardo & Suarez quem vidi poſt hæc *de immun. p.* 1. *c.* 5. *dubio* 7. *ſection.* 21.

QUÆSTIO II.

Clerici an teneantur vi directiva ad leges civiles: an ſtatuta laicorum, etiam favorabilia Clericis ſint valida: ſtatuta laicorum an, & quando dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam: an Judex laicus ſive ejus miniſter inveniens Eccleſiaſticos aſportantes pecuniam, frumentum, & equos, &c. à Regno contra legem poſſit talia auferre ſine fractione libertatis Eccleſiaſticæ, & timore excommunicationis & an ſi Princeps ſæcularis ſtatuat ne ſuis privilegiis potiantur hi, qui ſubditi non ſunt, faciat contra libertatem Eccleſiaſticam, & clerici illis non poſſint uti.

SUMMARIUM.

1 *Leges civiles quando alia non exiſtunt obligare clericos, ſicut cæteros cives directivè, & coactivè dixit Salcedus* de lege politica, *qui improbatur, & Zevallos diſtinguens n.* 2. 3. 4. & 5. *ex doctrina Hulderico Humeno olim heretici à* n. 8. *quorum fundamentis reſpondetur*, n. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. *pro Salcedo faciens* d. o. 16. & 17.

2 *Leges civiles ſecundùm Zevallos, aliæ ſunt directivæ, aliæ coactivæ, qui intelligit per vim directivam poteſtatem præcipiendi ſub obligatione, non ſolùm pœna, ſed etiam conſcientiæ. Per coactivam poteſtatem cogendi per pœnam.*

3 *Lex civilis aliquando publicatur pro omnibus civibus abſtrahendo à laicis, & clericis, & quod aliquando fertur pro ſolis laicis, vel pro ſolis clericis, aliquando ſit indifferens, & proſit, aut oneret clericos.*

4 *Legibus civilibus particularibus clericos non obligari generalibus autem ſic, dixit Zevallos addens ſine dubio eos obligari ad bonum commune directivè, & juriſdictionaliter* n. 5. *ſed de veritate à* n. 16.

6 *Clerici obligantur legibus civilibus latis in bonum commune, propter conformitatem cum ſæcularibus, & melius propter approbationem, quam de illis facit Eccleſia, ex quo ſunt acceptatæ à laicis* n. 7. 8. 9. 10 11. 13. 19. & 20.

8 *Clerici non obligantur legibus Magiſtratus ſæcularis, cujus in traditionem, territorium degunt* n. 9. & 10.

11 *Perſona Eccleſiaſtica non tenentur ſub peccato mortali ſervare leges civiles, ſecluſo ſcandalo, diſponentes per verba præceptiva, aut prohibitiva.*

12 *Diana conqueritur de D. Petro Salcedo citante pro ſua ſententia illum circa reſolutionem, quorundam dubiorum immunitatis Eccleſiaſticæ.*

14 *Forum ſortiri, & ſtatutis, ſeu fori legibus, qualiter reſpectu clericorum ad laicos intelligatur.*, & n. 15.

16 *Lex dari imperans vix poteſt quæ inſimul non obliget ſub coërcitione.*

17 *Poteſtas directa inefficax eſt ſine coactiva.*

18 *Legiſlator civilis nequit obligare Eccleſiaſticum Judicem, ut puniat clericos tranſgreſſores legis ſæcularis cum pœna ipſius legis, quantumvis aliàs clerici in foro conſcientiæ eam ſervare teneantur.*

19 *Pontifex tantùm acceptat leges civiles quoad vim directivam, non quoad coactivam, quod fuit convenientiſſimum, ut* n. 20.

21 *Leges civiles, atque ſtatuta laicorum Principum, etiam licita, & honeſta atque in ſavorem clericorum eos non obligant, quia in ſtatuente non ſufficit juſta cauſa, ſed requiritur juriſdictio.*

22 *Statuentes poſſunt cogi declarare, ut non comprehendantur clerici, & Eccleſia, quando hi in ſtatuto non nominantur.*

23 *Lex Principis, quæ reſolvitur in privilegium, aut conſilium collatum Eccleſiaſticis illis prodeſt* num. 24.

25 *Statuta laicorum dicuntur contra Eccleſia libertatem, ut quando Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica prohibentur, aut impediuntur uti rebus, aut facultatibus à jure communi ſibi conceſſis, quande tolluntur, vel minuuntur privilegia Eccleſiis, & clericis conceſſa à Deo ſummis Pontificibus, aut ab altis* n 26. *ſeu quando clerici, aut Eccleſia efficiuntur timidiores,* num. 27. *vel deterioris conditionis,* n. 28.

29 *Statuta erunt contra libertatem Eccleſiaſticam, quando ſunt apta afferre Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ſemper in commodum, etiam ſi indirectè noceat etiam, nec directè diſponant ſuper illis, in quibus Eccleſia haberet ſpecialia privilegia: & ſunt alia ſimilia,* num. 30.

31 *Confeſſaris debens deterrere pœnitenses à ferendis ſtatutis lædentibus immunitate.*

32 *Laicus Judex, ſive ejus Miniſter nequeunt auferre à clerica aſportante pecuniam, frumentum, & equos à Regno contra legem ſine fractione immunitatis, & timore excommunicationis; etſi contra* n. 33. 34. 35. & 36.

34 *Arma aſportata extra Regnum, benè per laicum à clericis tolluntur: Et quare non triticum, & pecunia* num. 35. *ubi quod laicus tantùm poteſt prohibere, ne tranſeat pecunia.*

36 *Merces prohibita, quæ verè ſunt clericorum, ſi tranſportantur à laica conſtita per informationem, quod ſunt clerici, debent clerico reddi; etſi prohibita contra quod dixit Ripol.*

37 *Princeps ſtatuens, ne ſuis privilegiis potiantur hi, qui ſubditi non ſunt, verius eſt, ut ſi tali ſtatuto lædantur quomodocumque clerici, faciat contra immunitatem Eccleſiaſticam, ut* n. 38. 39.

39 *Clerici de jure communi poſſunt gaudere, & uti beneficio ſtatutorum, & privilegiorum alicui univerſitati, vel certo generi perſonarum conceſſum.*

1 AD primam quæſtionis partem, ne repetam ſemel dicta reſpondebis ex dictis *ſupra q.* 1. *à n.* 1. ubi expendo; ſed quia Salcedo *de lege politica lib.* 1. *c.* 4. *à n.* 15. *& ſequentibus*, invebit ardenter contra Dianam dicens congruum eſſe, ut quatenus cives ſunt elerici illius Reipub. coactivè, & directe illis laicis legibus teneantur, ſicut & exteri cives; & cum aliæ leges non exiſtant ad vitam dirigendam, ſecundùm felicitatem politicam teneantur his, nec poſſint ab hac obligatione ſeparari, & à cæteris laicis, cum unum corpus conficiant in illa Republica perfectum, ex parte totius communitatis; præcipuè cum lex Eccleſiaſtica non exiſtat, nec poſſit diſponere in materia civili, aliàs inquam clerici ſine legibus exiſterent, quod nequaquam dicendum eſſe ait, ſeu fatendum eſſe cum Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 34 *num.* 11. clericos his legibus directè, & coactivè adſtringi, ipſum etiam Petrum Gonzalez de Salcedo, videbis *d. c.* 4. *in* §. 1. *& c.* 5. *& c.* 7. §. 1. *ex n.* 177. ubi ex multis tenet quod clerici ſunt adſtricti legibus politicis, quem leges ut plus eum reiicias.

2 Verùm quod poſſet admitti in hoc dubio, eſſet nempe ut clerici tenerentur obſervare legem civilem generaliter latam, nullam mentionem de clericis facientem, ſi lata eſſet omnino pro communi bono; ob quod Zevallos *de cognitiona per viam violentiæ cap.* 4 *p.* 1. *in prœmio num.* 4. 5. & 6. dum à *n.* 1. agit de dubio, an clerici teneantur ſervare leges Regias, quæ ordinantur ad bonum publicum totius communitatis; & ut reſponderet animadvertit eſſe multiplicem vim, & poteſtatem legis humanæ, quia ſunt aliquæ leges directivæ aliæ coactivæ intelligens per vim directivam, poteſtatem præcipiendi ſub obligatione, non ſolum pœnæ, ſed etiam conſcientiæ, per coactivam tantum poteſtatem cogendi per pœnam, ponens exemplum in taxatione pretii rerum, quæ pertinent ad vim directivam, ſeu retractione contractus, vel illos corrigendi inſtituendo formam, ſine qua validi non ſint, quod attinet ad vim coactivam; etſi illud fiat propter ſolam directionem morum, & bonum regimen Reipublicæ: tunc talis diſpoſitio ſit applicanda ad vim directivam. † Item 3
advertit *ibi n.* 6. quod aliquando lex civilis promulgatur pro omnibus civibus, abſtrahendo à laicis, & clericis, qui utrique cives ſunt, & civitatem componunt item & quod lex aliquando fertur pro ſolis laicis, vel pro ſolis clericis: vel quod aliquando diſpoſitio legis reſpicit proprium, quod attinet ad clericos, vel Eccleſiam, vel eſt communis utriuſque; vel quod aliquando lex eſt oneroſa clericis, ſeu aliquando favorabilis. Et quod ſæpe ſolet contingere ut ſit indifferens, quia licet reſpectu communitatis utilis ſit nihilominus, reſpectu ſingulorum afferat in commodum; & ob id ait, ut cum variæ ſint legum diſpoſitiones, & ordinationes ſint etiam variæ conſtituendæ reſolutiones.

Igitur à *n.* 13 ex omnium ſententia, & ex Sua- 4
rez *d. lib.* 3. *de legib. c.* 34. reſolvit quod etſi legibus civilibus particularibus clerici non obligentur: tamen aliud dici debeat reſpectu legum generalium Reipublicæ communium & utilium cum tunc civilis lex non concernat, nec ad perſonas, nec ad bona in particulari, ſed ad univerſa bona conſiſtentia in Republica temporali, quæ ſunt ſub dominio, & protectione Regia quo ad bonum publicum totius communitatis; ob idque omnes clericos obligari quoad vim directivam, & *n.* 22. reſolvit ex eadem ratione quod clericus tenetur ſervare pragmaticam taxæ panis declarans *à n.* 23 *l* 35. *tit.* 5 *lib.* 1 *recopil.* † Et retinens 5
do addit totam difficultatem eſſe in aſſignando fundamento, an ex vi juriſdictionis, aut rationis leges ſervare teneantur, reſolvens *ſub n.* 20 & 21. ad propoſitum inutilem eſſe hanc inveſtigationem, quia cum nemo dubitet de obligatione legis publicæ quæ concernit utilitatem clericorum, & laicorum conſequens eſſe ut non ſit neceſſaria inveſtigatio an ex ratione directiva legis civilis, ſive ex ratione juriſdictionali, & comprobat, quia ſicut clericus viator tenetur ſequi forum rei & quoad hunc actum non eſt exemptus, ita nec ut civem tractari in aliis actibus communibus per civilem legem.

Adhuc etiam dicendum eſt quod etſi reverà 6
clerici illas leges omnibus communes obſervent, id non eſſe directè, ſed indirectè ex ratione naturali ut jam dixi *ſub. q.* 1. propter conformitatem cum perſonis ſæcularibus ejuſdem Reip,
† Vel melius ideò Eccleſiaſticas perſonas obli- 7
gari

gari ad ſervandas leges civiles, quæ pro omnibus feruntur, nec ſunt repugnantes Eccleſiaſticæ immunitati, quia hæ ipſæ leges acceptantur, & approbantur ab Eccleſiaſticis Prælatis quibus ipſæ Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt ſubjectæ, indeque fieri ut eo ipſo, quo talis lex ſit per poteſtatem civilem ſufficienter promulgata, & à tota: vel majori parte ſæcularis communitatis acceptata, cenſeatur etiam acceptata, & approbata à ſummo Pontifice pro omnibus perſonis Eccleſiaſticis, quoad vim directivam tantum, ac proinde omnes perſonas Eccleſiaſticas quoad vim directivam directe obligari ab hujuſmodi lege, ut acceptata, & approbata à ſummo Pontiſ. ſupremo ſuperiore omnium Eccleſiaſticorum: ſic docent Decius *hic*, & Suar. *d. c.* 34. *n.* 13. qui licet ſit adductus pro ipſo Salcedo: tamen ipſe Salcedus apprehendit argumenta, quibus utitur Suarez, adverſus noſtram hanc ſententiam cum non ſequutus hanc ſequentem, & docentem ibi in verſ *ſed hæc ſententia*, legendus à *n.* 11. cujus verba retulit Diana *p.* 7. *tract.* 10 *miſcel. reſ.* 2. ex doctrina D. Thom. *in p.* 2. *q* 96. *art.* 5. *ex textus noſtro ex c* 2. de Judiciis, *c. placuit* 16. *q.* 7. quod probatur, ut laicis auſertur omnis poteſtas ſtatuendi in Eccleſiam & ex Leone X. ſacro approbate Concilio Lateranenſi *ſect.* 9. *in Bulla* incipienti *ſupremæ diſpoſitionis arbitrio*, *&c.* de reformatione curiæ, & aliorum ibi, *& cum à jure tam Divino, quam humano laicis nulla poteſtas in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit: & ex Auth. ſtatuimus, Cod. de Epiſcopis, & clericis*, ubi inquit Federicus Imperator, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel civili trahere ad Judicium ſæculare præſumat contra conſtitutiones imperiales, & canonicas Sanctiones *ex capit. ſuper ſpecula de privilegiis*, dum ait Eccleſiaſticam ſæcularium legum non reſpicere famulatum, quæ æquitatis, & Juſtitiæ veſtigia imitatur.

8 Et hæc doctrina validiſſime adſtruitur ex verbis ſapientiſſimi Hulderici Hunil *in encyclopædia juris p.* 1. *tit.* 2 *c.* 3 *n.* 15 poſtquam abjuravit Lutheraniſmum, dum ſic alloquitur exiſtimo clericos Magiſtratus ſæcularis, cujus intra dictionem, ac terriorum degunt, ac commorantur legibus non obligari, cum certiſſimum, ac indubitatum ſit illos demum legibus Magiſtratus ſæcularis obligari, qui ipſius ſubſunt juriſdictioni conſtat (enim ait) plus ſatis clericos non eſſe ſæcularis Magiſtratus juriſdictioni ſubjectos, ſed non ſolùm per ſacros Canonès *cap. ſi diligenti de foro compet.* ſed etiam per leges, & conſtitutiones Cæſareas eadem exemptos eſſe *Novella* 83. *in præfat.* & *c.* 1. cui certè conſequens (ait) eſſe quod clerici ſæcularis Magiſtratus legibus penitus non obſtringantur: ita ille, qui adducit pro hac ſententia Andream Gaillum *lib.* 2. *obſervat pract* 124. *num* 9. Joan. Petr. Surd. *deciſ Mantuan.* 129. Ludolph. Schrad *in tract feudal. p.* 7. *c.* 5. *n* 7. Daniel. Moller. *lib.* 1. *ſemeſtrium c.* 29.

9 †Sequitur videndus Diana *d. p* 7. *tract.* 10. *ſub d. reſ.* 2. ubi adducit DD. plures abſolutè negantes Principem ſæcularem eſſe caput clericorum, etiam in politicis, & civilibus, niſi æquivocè, ut oculus mortuus, de quo Ariſtot *meteorum c.* 12. *ſeu ult.* ubi ait non eſſe oculum propriè, ſed æquivocè, ſeu analogicè, quia jam non habet in illos juriſdictionem.

10 Et facit textus *in l. fin ff. de juriſdict. omn. Judicum*, ubi cavetur, ut nemo directè teneatur legibus ejus, qui in ipſum exercere juriſdictionem non poteſt.

11 Imo Caſpenſis *in ſuo curſu Theolog. tom.* 1. *tractat.* 31. *de legibus diſp.* 4. *ſect.* 2. *n.* 15. & alii exiſtimant perſonas Eccleſiaſticas non teneri ſub peccato mortali leges civiles ſarvare, ſecluſo ſcandalo, & Navarr. *lib.* 1 *conſ.* 3. *de conſt. n.* 4. loquens de lege civili prohibente extractionem equorum extra Regnum, etiamſi ſit clericis favorabilis, ut ait non obliget clericos attento quod loquitur per verba præceptiva, vel prohibitiva, quoniam etiam ſecundum receptiorem ſententiam lex ſæcularis, etiam favorabilis, & generaliter loquens non includit clericos, ſi prohibendo, vel præcipiendo loquatur, ut poſt alios tradiderat Decius, Azorius *lib.* 5. *moral inſtit. c.* 12. *q.* 1. ubi nemini inquit dubium eſt clericos eſſe à civilibus Principum conſtitutionibus exemptos, & liberos, ut fuſius explicat *ib. q.* 3.

12 Ex quibus ſatis, ſuperque patet quantum voluerit tendere Salcedus adversùs Dianam, & alios, de quo nimis conquiritur, quia ad corroborandam juriſdictionem Regiam in Eccleſiaſticos adducit pro ſe ipſum Dianam, *& in lib.* 2. *c.* 7. *n.* 31. *& lib.* 2. *c.* 13. *n.* 43. *& n.* 21. explicans ad ſuum intentum, & propoſitum, quæ ipſe non eligendo, ſed referendo ſcripſit *p.* 5. *tract.* 1. *reſol* 12. ubi egit de quæſt. num clerici ſint vaſſalli Principum temporalium, *& p.* 1 *tract.* 2. *reſol.* 6. ubi an Bulla Cænæ revocaverit privilegia Regibus conceſſa, & aliàs difficultates, quas aſſignavit *p.* 1. *tract* 2 *reſ.* 7. *&* 17. ubi refert de caſibus, in quibus queat, nec ne ſæcularis Princeps coërcere clericos pœnis, vel an Epiſcopi, & Eccleſiaſtici inobedientes mandatis Regiis poſſint expelli à Regno, ſeu ex aliis delictis de quo dixi *infra ſub. c.* 2 *de Judiciis.*

13 Noſtraque ſententia fulcitur etiam ex regula textus *in c.* 1. *&* 2. *de novi operis nunciat* quatenus proponens regulam illam generalem, quod ſacri Canones non dedignantur leges ſequi: qui videntur, ut reſpiciant ad obligationem, quia clerici tenentur obſervare leges civiles modo dicto, hoc eſt approbatas à Pontificibus, & à canonico jure receptas, ex eo quod illa non improbat; ſed non inde potuiſſe Salcedum, & alios inferre virtutes legum civilium quatenus conditæ ſunt à Legislatoribus, obligari clericis, ſed id tantùm, ut clerici teneantur lege naturali dictante facere quod rationi congruit, non quia imperatum eſt ab illo Legislatore; ſed quia ſic eſt receptum, & tacitè approbatum à Pontificibus.

14 Nec obſtat illud ſimile quod ſupra retuli *ex dict. c.* 4. Cevall. de las Fuereas *in proœmio de foro rei*; quia etſi revera forum ſortiri, & ſtatutis; ſeu fori legibus ligari à pari procedant, ut ait Decius *hic n.* 18. & alii ab eo ralati, & Sylveſter, & Aldobradinus *in additionibus ad* Decium verbo *apparet* ſed reſpondetur, quod clerici non ſunt de foro Principum ſecularium, ſed Eccleſiæ, *cap.* 2. *de foro comp. cap. cum non ab homine de Judiciis, cap. clericum, cap. nullus* 11. *quæſt.* 1. & latiſſimè dixi *in toto titul. de Judic*, *& foro comp.*

15 Ergo nec quod ipſe Zevallos dixit nempe, quod clericus Actor tenetur ſequi forum rei ſæcularis, de quo latiſſimè dixi *in capit.* 5. *& in cap. cum ſit generale de foro competit.* quia reſpondeo breviter hoc procedere

24 Secus ſi reſolveretur in vim conſilii, ſeu pri-
vilegii: docent Surdus *vol. 1. conſ. 2 n. 19. & dict.*
vol 3. conſ. 301. *n.* 12 *&* 14 Honded. *vol. 2. conſ. 4.*
n 11. *& vol. 2. conſ.* 20. *n* 17. Diana *p. 3. tract. 1.*
reſ. 13. & alii Doctores, quas ipſi referunt non
enim merum privilegium eſt ſignum ſuperiori-
tatis cum etiam non ſubdito dari poſſit ut te-
nent alii relati à Berricello noviſſimè *in quæſt mo*
ral. à *p. 1. tract. 9 q. 10. n. 6.* exemplificans cum
Abbate hic *n.* 26. ut ſi in ſtatuto laicali caveatur
clericos primogenitos admittendos eſſe ad feu-
da & majoratus, &c. juxta quæ dico *infra quæ-*
ſtione 25. & 26.

25 Ad tertiam quæſtionis partem ſtatuta laicorum
an, & quando dicantur contra libertatem Eccle-
ſiaſticam ex dictis poteris reſpendere; ſed in ter-
minis agendo breviter ſequentibus exemplis re-
ſpondeo, veluti quando Eccleſia, & perſonæ Ec-
cleſiaſticæ prohibentur, aut impediuntur ubi re-
bus aut facultatibus à jure communi ſibi con
ceſſis, ut tenent Felin. *hic n.* 111. Imol. & Butr.
Alexand *lib. 1. conſ.* 121. *& lib. 2. conſ.* 208. Tuſch.
tom. 5. concl. 342. *n.* 13. 19. *&* 137. & probant Do-
ctores per textum noſtrum, *& ex c. 4 de privileg.*
& ex d. cap. fin de immunit. Eccleſ.

26 Vel quando diminuuntur, vel tolluntur pri-
vilegia Eccleſiis, & clericis conceſſa à Deo, ſum-
mis Pontificibus, aut aliis Principibus ſæculari-
bus; ſic Cynus, & Salicet. *in Auth. caſſa. & irrita.*
Cod. de Sacro ſanctis Eccleſiis. Bald. *in l cunctos po-*
pulos, Imola *in cap. novit de Judic. n. 2.* Abbas *n* 2.
27 Alex. *lib. 1. conſ.* 209. *n.* 3. † Seu quando clerici,
& Eccleſiaſticæ perſonæ efficiuntur timidiores:
Angelus, & Peruſio *in l. 1. §. quæ oneranda. ff. quo-*
rum rerum, & Bartol. ibi, Doctores *hic*, & Car-
28 dinal. Tuſch. *tom. 5. concluſ.* 342. *n.* 39. † Quarto
quando clerici efficerentur deterioris conditio-
nis, quam laici, Felinus *hic n.* 111. Pechius *de*
amortizatione c. 5. Zabarella *in cap. pervenit. de im*
munit. Eccleſ. n. 13. & probatur *ex c. quantò de pri-*
vileg. & ex d. c. fin de immunit Eccleſiarum lib. 6.

29 Deinde illa ſtatuta erunt contra libertatem
Eccleſiaſticam, quæ ſunt apta afferre Eccleſiis,
& Eccleſiaſticis perſonis ſemper incommodum,
ut notat Felinus *hic n.* 69. etiam ſi in directa no-
ceant Eccleſiis, quamvis diſpoſitin, & ſtatutum,
non diſponat ſuper illis, ſuper quibus Eccleſia
haberet ſpecialia privilegia, ut patet *ex d. c. quan-*
to de privilegiis, ubi Doctores, & probat Felinus
hic n. 104. Tuch. *ſupra n.* 140. Diana *p. 4. tract. 1.*
30 *reſ.* 55. † Ubi ait quod præter prædicta, ſunt etiam
aliqua ſtatuta contra immunitatem; & infert cum
Angelo de Peruſio *conſ.* 48. Felino *hic n.* 148. La-
po *allegat.* 92. & Pechius *de amortizatione d. c. 5.*
31 † Ut hæc materia ſit periculoſa nimis, & ne ſta-
tuta lædant immunitatem Eccleſiæ admonendos
confeſſarios eſſe ut ab hujuſmodi ſtatutis feren-
dis pœnitentes deterreant utinam ſic in Hiſpa-
nia caveatur, præcipuè tempore iſto ſub præ-
textu publicæ cauſæ communi clericis cum lai-
cis adversùs textum noſtrum, *& c. 2. cap. non*
minus cap. adversùs de immunitate Eccleſiarum,
de quo aliquid *infra* dico; & ſi proprios & la-
tè *in illis capitibus de immunit Eccleſ* & hic ap-
plicabis quæ dico *infra quæſt* 50. verſ. *ad ſextam*
ubi quid ſit indirectè, vel per accidens gravare
clericos ubi cum multis noſtram quæſtionem
explicat videndus Thom. del Bene *de immun p. 7.*
dub. 2. ubi ut explicet, aliqua generalia adducit
vide *ibi n.* 18.

Ad quartam quæſtionis partem breviter re- 32
ſpondeo ex dictis cum Alterio *de cenſur. tom. 1.*
diſp. 16. lib 5. c. 5. in fin. Bartolum de S. Fauſto *in*
ſpeculo confeſ. diſp. 33. *q.* 20. Valer. *in differ. utriuſ-*
que fori verſ. *clericus different.* 3 *n.* 4 Azor. *inſtit*
moral. p. 3. lib. 5. c. 19. *q.* 13. Diana *p. 1. tract. 2. reſ.*
15. ut nequeat Judex laicus, ſive ejus miniſter
inveniens Eccleſiaſticos aſportantes pecuniam,
frumentum, & equos, &c. à Regno contra legem
talia auferre ſine fractione libertatis Eccleſiæ, &
timore excommunicationis, ex eo quia clerici non
poſſunt comprehendi ſub tali ſtatuto, & ordina-
tione; non enim ut jam dixi, & docent Salas *de*
legib. diſp 14 *ſect.* 10. *n.* 112. Vaſq. *p. 2. tom. 2. diſpu-*
tat. 167. *poſſunt Eccleſiaſtici* puniri à Judicibus
Eccleſiaſticis pœna legibus civilibus ſtatuta,
etiamſi cum earum ſtatu non pugnet, quia lex
civilis pœnam ordinariam aſſignans, non potuit
clericos ad eam obligare, cum laici non habeant
poteſtatem, ſaltem coercitivam, & punitivam
in ordine ad clericos; & quia licet clerici tene-
rentur vi directiva obedire ſtatutis laicorum
Principum, ſed non inde poſſent puniri ex tranſ-
greſſione à Judice laico, ne ad pœnam unam ex
vi talium ſtatutorum tenerentur, ut patet ex ad-
ductis *in hac q. à n.* 1.

Unde non ſunt audiendi Joannes de Hobia *in* 33
curia Philippica p 3. *§.* 3. *n.* 11 Bovadilla *in politica*
tom. 1. lib. 2. c. 18. *n.* 217. ubi ait quod ſi aliqui Præ-
lati, aut clerici deducunt ab his Regnis mone-
tam, poſſint Prætores illam aſſumere, & auferre,
& ex eadem ratione res alias quaſcumque abſtra-
hi vetitas, quales eſſent panis, vinum, aliaque vi-
ctualia, quæ à juriſdictione deducunt pœna amit-
tendi eas ipſo facto, & quem à clericis arma au-
feruntur propter pacem, & quietem commu-
nem, ſic & dicta debent auferre, quoties abſtrahi
à Regno vetita ſint propter bonum univerſale
clericorum; & laicorum, quia reſpondeo quod
licet tale ſtatutum reſpiciat commune bonum;
non tamen ex æquo reſpicit clericos, & laicos;
ideoque clericos eſſe exemptos; ita ut ſub tali
ſtatuto nequeant comprehendi: ita cum Diana, &
Azorio *ſupra.*

Nec obſtare caſum ſimilem armorum, quem 34
adducit Bobad. quia in eo eſt diſpar ratio, nam in
iſto probabiliter timetur tertii damnum, & per-
turbatio Reipublicæ; & ob id à Judice laico ar-
ma queant talia auferri per modum defenſionis,
non punitionis, vide in contrarium *infra q* 51. *à*
n. 14. *ad* 17. quæ ſunt de alio caſu, Secus quando
abſtrahitur de uno regno, ſeu provincia ad aliud
territorium, Moneta, triticum, vinum, &c. quia
tunc non timetur damnum innocentis, ſed ſo-
lùm ſequitur bonum commune; ad quod, ut jam
dixi coercitivè non tenentur clerici propter pœ-
nam civilis. † Quod fateor ut poſſit laicus Judex 35
facere; eſt prohibere ne tranſeat pecunia, triti-
cum, aliæ ve res prohibitæ abſtrahi, ne lædatur
commune bonum, ſed tunc tantùm detinendo,
non abſtrahendo: & reddantur talia univerſalia
ipſis Dominis Eccleſiaſticis eorum; ſeu valor.
† Unde etiam etſi Ripol. *var. c. 1. de juriſd. c. 1. n.* 36
197. dicat quod ſi per Baron. fiant proclamata
tempore neceſſitatis, ne grana à ſuo territorio ex-
trahantur ſub pœna perditionis, vel altera, & mer-
ces vendantur per clericum, & ipſæ merces repe-
riantur penes ſæculares illas extrahentes, vel aſpor-
tantes, & eo caſu per miniſtros curiæ ſæcularis
apprehendantur, & ipſi apprehenſioni, ſi opponat

clericus jure proprietatis prætendendo merces eſſe ſuas, & ſic non potuiſſe apprehendi per ſæcularem curiam, quamvis prætenderet ad curiam Eccleſiaſticam habere cauſam, non ſit audiendus; imò & n. 198. dicat quod non obſtante informatione ab eo facta, cauſa tractaretur coram ſæculari; exiſtimo nihilominus ex dictis infringi immunitatem clericorum, conſtito præcipuè per informationem, quod merces eſſent ſuæ: & hoc quidquid Ripol. reſolvat: nam eſſet contra regulam textus noſtri, *&c. fin de immunitate Eccleſiarum lib.6.* & juxta hæc ſunt intelligenda plura quæ congerit de aſportantibus Thom. del Bene *de parlamentis dubit. 4. ſect. 7. 8. 11.12.13.14. & 15.* ubi plures caſus congerit.

37 Ad quintam quæſtionis partem an ſi Princeps ſtatuat, ne ſuis privilegiis potiantur ij, qui ſubditi non ſunt faciat contra libertatem Eccleſiaſticam, & clerici illis uti non poſſint, dubium eſt non leve: nam ex eo quod in tali caſu clericos non exprimat, nec ab illis aliquid auferat, ſed tantum dicat, ut non potiatur ſuis privilegiis ullus; qui ejus ſubditus non eſt, videtur, ut tale ſtatutum nihil faciat contra libertatem Eccleſiaſticorum: quare Felinus *hic,* & Bartol. videntur dicere, ut non ſit ſtatum contra immunitatem Eccleſiaſticam, quia Princeps in tali ſtatuto nullam facit mentionem de clericis; ob idque non eſſe invalidum juriſdictionis defectu: ſic docent in terminis Carol. de Graſ. *de effect. cleric. effectu 1. n. 26.* Azor. cum Bart. & Felin. *p. 1. mor. p. 5. cap. 12. q. 4* & facit, deinde quia aliud eſt beneficium, vel privilegium non concedere, derogare vero aliud, nam hoc, quod eſt concedere abſque ulla injuria alterius, ſit adimere verò tollere, aut ex parte minuere ſine injuria, & damno minimè contingere: ergo.

38 Sed P. Duard. *in commem. in Bulla cænæ lib. 2. can 13. q. 19. n. 41.* contra Azor. in ſpecie loquens, affirmativè reſpondet ex ea ratione, quia ſtatutum per quod tolluntur alicui clerico ea quæ de jure communi ſibi competunt, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ut notat Filiuc *tom. 1. tract. 16. c. 10. q. 8. n. 271.* Ricc. *in praxi tom. 3. reſol. 207. n. 8* Mandellus de Alba *lib. 1. conſ. 8. n. 3. & 10.* cum aliis; ſed in hoc caſu denegatur clericis privilegium, quod de jure communi illis competit; ergo non debet valere ſtatutum: ſic docet in terminis, ac ſequitur Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 59.*

39 †Ubi comprobat ex eo etiam: nam de jure communi clerici poſſunt gaudere, & uti beneficio ſtatutorum, & privilegiorum alicui univerſitati, vel certo generi perſonarum conceſſarum, ut patet in caſu textus *in cap conſtitut. 8 de in integr. reſtitut.* & ut notavit Duardus, *ubi ſupra num 11. 14. 31. 33. 40 & 41.* ac ſecundum hanc ſententiam interrogatus Diana à Sereniſſimo Principe Philliberto reſpondiſſe teſtatur & ſecundum eam determinatum fuiſſe, tunc. Et ita ſequor ex jam dictis; & quia in caſu propoſito fuiſſet tractare clericos, velut extraneos ab illa Republica indultata, & privilegiata, ac per conſequens cederet tale ſtatutum in præjudicium clericorum, totiuſque ſtatus clericalis, & ſit clarior ex dictis, *q. ſequenti à n. 1.* & patet ex dictis *infra q. 52. verſ. ad tertiam* ibi *de ſimili ſtatuto faciendo mentionem de clericis.*

QUÆSTIO III.

An ſi Princeps in caſu particulari ſtatuat per publicam ſcripturam, ne aliqui debitores, inter quos nominat quendam Sacerdotem, poſſint frui privilegio, quod habent civitates quædam, ut qui ad eas confluunt habitationis cauſa non poſſint per quinquennium ab eorum creditoribus conſtring, ita'e ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam; lex invalidans donationem factam à patre filio Clerico, an ſit contra immunitatem: ſtatutum præferens in ſucceſſione agnatos cognitis, an locum habeat in hæreditate Clerici; ſtatutum laicorum prohibens generaliter impreſſionem librorum abſque illorum licentia, an comprehendat Clericos; & de aliis: & an ſtatutum prohibens alienationem in non ſubditos ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

SUMMARIUM.

1 *Statutum factum à Principe per publicam ſcripturam in caſu particulari, ne aliqui debitores, inter quos nominat clericum quendam poſſint frui privilegio, quod habent civitates quædam, ut qui ad eas confluunt habitationis cauſa, non poſſint per quinquennium ab eorum creditoribus conſtringi, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; & eo præcipuè, quia facit de Clerico mentionem, ut* n. 2. *& ſecurius quando procedit verbis imperativis* n. 3. *& fundamentis contraria ſententiæ ſatisfit,* n. 6. 7. 8. & 9.

4 *Statutum Principis revocans* Clericis, *& Eccleſiæ beneficia, & privilegia aliorum ſtatutorum, qualiter valet, ubi* num. 5. *de ſtatuto revocante eleemoſynam ſingulis annis faciendam Eccleſiæ, vel Clerici alio ſtatuto.*

6 *Clericus fit deterioris conditionis, quoties Principis ſtatuto aufertur ei poteſtas fruendi privilegio, quod à cæteris civibus non aufertur, ſecus ſi ab omnibus auferatur, &* num. 8.

7 *Statutum contra libertatem politici conventus, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ut* n. 9. *exemplificatur.*

10 *Bona patrimonialia laicorum, quare lege Regia prohibita ſunt erigi in Capellanias collativas.*

11 *Donatio facta à Parentibus omnium bonorum alicui filio (ſupote Clerico) improbatur jure Regia, ſed quatenus dicitur,* n. 12. & 13.

13 *Lex civilis nequit præſumptionem inducere, ut alienatio facta Eccleſiam fieri videatur in fraudem fiſci, & tributorum.*

14 *Statutum præferens agnatos cognatis in ſucceſſione, verius eſt, quod non habeat locum in hæredita-*

reditare Clerici, cum Clericis conſtituit hæredem ab inteſtato decedentibus, ut num. 25. & 16. *& ſudamentis contrariæ ſententiæ ſatisfit* n. 17 & 18.

17 *Vinculum injectum ante Clericatum, in hærede Clerico non poteſt dici injectum, niſi tempore mortis, quando Clericis ſucceſſio, & hæreditas defertur.*

19 *Libri de jure regio Hiſpaniæ, non debent imprimi impreſſoribus Hiſpanicis ſine licentia Ordinarii Eccleſiaſtici, ubi liber imprimendus præſentatur ex mandato ſuppremi Caſtellæ Conſilii, ubi de certatione, & lite inter liberarios, & impreſſores hujus Regni hoc anno* 1658. *ſopita.*

20 *Epiſcopi ordinant, ne quis libros imprimere audeat ſine eorum licentia.*

21 *Imprimere poteſt Clericus libri compoſitor cum ſola licentia ordinarii Eccleſiaſtici abſque licentia Regia Principis in hoc ſtatuentis puncto exemplo declarantur* n. 22.

23 *Librorum impreſſio abſque licentia ordinarii; ideo procedit, ut prius expungantur errores hæreticales, qui fortè poſſint in eis eſſe, cujus cognitio, ut Eccleſiaſtica, nequit ad laicum ſpectare.*

24 *Imprimere libros nulli licet, aut facere imprimi quo ſuis de rebus ſacris ſine nomine authoris nec eos in futurum emere, aut apud ſe retinere, niſi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario, & ſancta inquiſitione, & pœna annathematis ex concilio lateranenſi. Et de praxi* n. 30.

25 *Imprimere Regularis nequit ſine licentia ordinarii Eccleſiaſtici, & ſuorum ſuperiorum.*

26 *Imprimendi licentia debet dari in ſcriptis, & cum nomine authoris; ut falſitas evitetur &* num. 28.

27 *Audacius, & liberius quælibet proponuntur ſine nomine authoris.*

28 *Nomen ſufficit apponi alicujus collegii, aut univerſitatis in impreſſione librorum.*

29 *Librorum examinatio qua debet eſſe juxta Tridentinum, & ad quid.*

30 L. 32. tit. 7 lib. recopilat.

31 *Leges Regias loquentes de licentia, ſeu prohibitione imprimendi libros, non obligat Eccleſiaſticos; & ſi manu Regis contra practicetur, ut* num 33. *cum ſufficiat ſola ordinarii Eccleſiaſtici licentia; bonum eſt etiam, ut ad ſit Regia*

32 *Epiſcopi ſtatuere poſſunt, ut libri compoſiti à Clericis, non aliter imprimantur quàm præmiſſis conditionibus legis ſæcularis.*

34 *Statutum prohibens alienationem bonorum in non ſubditos, verius, eſt, ut nequeat Clericos obligare* à n. 35. & 40.

35 *Princeps poteſt prohibere ſubditis ſuis alienationem immobilium, ſed non in præjudicium Clericorum.*

36 *Perſonæ Eccleſiaſticæ magis exemptæ ſunt à poteſtate Principis ſæcularis, quam alienigenæ ſæculares.*

37 *Exempti exiſtentis territorio, & Diæceſi, differunt ab exemptis extra territorium, vel Diæceſim &* n. 39.

38 *Perſonæ exemptæ in odioſis, & in onerosis non veniunt appellatione univerſitatis, populi, & territorii, ſed veniunt in favorabilibus.*

39 *Argumentum de exteris ad Clericos, fallax eſt in materia exemptionis.*

40 *Statutum, num ſit validum, non ſolùm quando prohibetur alienatio per contractum, ſed etiam per teſtamentum.*

AD primam difficultatis partem reſpondeo illud ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, tum ex dictis *in quæſtione præced.* & *ibi* ſub verſ. *ad quintam*; eſt enim contra illam ſtatutum, per quod tolluntur Clericis ea, quæ de jure communi illis competunt, ut docent Decius, & Felinus; hic *in n.* 69. *& ille num.* 8. Maodellus de Alba *lib.* 1. *conſil.* 8. *num.* 3. *& conſ.* 164. *num.* 13. & ex Theologis Filiucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *n.* 271. & Megala *in* 3 *p. lib.* 3 *cap.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 56. ſed in noſtro caſu denegatur Clerico privilegium, quod ſibi de jure communi competit; ergo tale ſtatutum erit contra libertatem Eccleſiaſticam. 1

Præcipuè ſi conſideres quod ſtatutum prædictum facit ſpecificam mentionem de clerico, quia ut doctores per textum noſtrum docent ſtatuta laicorum, etiam clericis favorabilia, ſi de illis mentionem faciant, ſunt nulla, & contra libertatem Eeclſiaſticam, ut jam *d. q.* 2. dixi, & ex communi Doctorum ſententia reſolvunt Alexander *lib.* 2. *conſ.* 211. *n.* 2 *&* 6. Surdus *lib.* 2. *conſ.* 302. *n* 13. Oddo *lib.* 2. *conſ.* 44. *n.* 3 Cioffus *lib.* 2. *conſ.* 81. *n.* 84. Plutus *conſ.* 91 *n.* 2. Cabalcanus *lib.* 3. *deciſ.* 33 *n.* 16 Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum* 7. *ſupra hoc tit.* Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 58. 2

Et hoc etiam ſecurius procedet, quando ſtatutum utitur verbis imperativis dicens *mandavit & mandat* quod quidem verbum præſupponit juriſdictionem, nam inducit præceptum, ut inter multos notant Salas *de legibus diſput.* 10. *ſect.* 9. *num.* 35. Bonacina etiam *de legibus diſp* 1. *quæſt.* 1 *puncto* 7. §. 1. *num.* 7. Vaſquez, Sanchez, & alii, quos ipſi referunt; ſed Princeps non habet juriſdictionem in clericos, ut latè dixi *ſub. tit de judiciis, & foro compet.* ergo nullus erit actus, & contra canonem 15. Bullæ cœnæ Domini, ubi prohibetur Principibus condere ſtatuta, & ordinationes quacumque cauſa contra clericos. 3

Nec valet dicere pro contraria ſententia quod Princeps ex juſta cauſa revocat clericis privilegium, ſeu Eccleſiæ conceſſum; ita nec tunc faciat contra libertatem Eccleſiaſticam, dummodo non ſit receptum à ſummo Pontifice, Decius aſſerit *in conſ.* 83. *num* 4. *& conſ* 265. *n.* 3. valere Principis ſtatutum, per quod clericis, & Eccleſiæ denegantur beneficia, & privilegia aliorum ſtatutorum; quia reſpondeo caſum iſtum eſſe diverſum à noſtro, ut patet; imo, & neganda eſt abſolutè hæc ſententia per dicta *ſupra ſub* dicto verſ. *ad quintam* & de facto negaverunt Martha *de juriſdictione p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 32. *num.* 6. *& ſequenti*, cum aliis Doctoribus ab eo relatis, & tenent Azorius *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5 *c.* 13. *quæſt.* 5. cum aliis Genuenſ. *in pract. Eccleſiaſt. tricen.* 6. *quæſt.* 158. *num* 2. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *lib.* 5. *diſp* 16. *dubio* 16. Fabius de Auna *lib.* 1. *conſil.* 86. *num.* 4. † Poſſe enim procedere illa ſententia, quando v. g. Princeps revocaret per ſtatutum eleemoſynam ſingulis annis faciendam Eccleſiæ, 4 5

vel clericis per alterum prius ſtatutum depoſitam revocaret: in quo etiam caſu non eſt ſine dubio, ut colliges ex his, quæ dixi *in c. 2. de judiciis q. 15.*

6 Nnn inquam obſtant ſequentia, quod in caſu nempe, de quo eſt dubium clericis per illud ſtatutum, non efficitur deterioris conditionis, quàm laicus, cum privilegium utrique negatur; ſed tunc tantùm dicetur ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, nempe quando clerici efficiuntur deterioris conditionis, quàm laici, ut probant Riccius *in praxi tom. 3. reſ. 207. n. 7. &* Megala *in 3 p. lib. 3. c. 10. quæſt 10. num. 51.* &

7 al i. † Nec doctrina Cajetani, quatenus *in ſumma c. 31.* & Navarri *in. man. c. 27. num. 11.* dicentium ſtatutum contra libertatem politici, convictus non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed ſtatutum Principis, de quo nunc agimus, reſpicit tantùm libertatem politicam, nempe perſonam dicti clerici, non quatenus clericus eſt, ſed ut perſona politica, i. Vaſſallus; ergo non

8 eſt contra libertatem Eccleſiaſticam † quia reſpondeo ad primum dicendo quod in noſtro caſu clericus etiam ſit deterioris conditionis, eo quod auſertur ab eo poteſtas fruendi illo privilegio, ſicut cæteri concives; aliud enim videretur ſi ab omnibus privilegium auferatur; & huc debet reſpicere Diana reſpondens *d. p. 1. tract. 2. reſolut. 58.* verſiculo *ad tertium*, aliter loquitur.

9 Ad ſecundum reſpondeo cum eodem, & cum Reginaldo *tom. 1. lib. 9. c. 24. ſect. 2. n. 358.* & cum aliis falſam eſſe ſententiam Cajetani ex jam longe addictis *q. 1. & 2. & hic*, nam ex illa ſequeretur poſſe Principem ſtatuere, ne clerici quid emant, aut vendant, ne alterius operas conducant, ne apud aliquos faciant molere ſuum triticum, aut panem coquere, ne tranſeant per pontem, ne habitant in aliqua civitate, & ſimilia, quod dici non debet, ut ex nonnullis infra apparebit.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ longè ſcribit Alphonſus de Narbona *in recop. l. 35. tit. 3. de los prelados*, quatenus multa expendit de titulo ad ordines, & donatione bonorum facta à patre filio pro ordinibus ſuſcipiendis, de quo nonnulla dixi *ſub. c. 11. de temporibus ordin.* dum lex illa præcipit ne prælati compellant ordinandos, ut capellanias collativas fundent ex ſuis bonis ut ad titulum earum ordinentur; eo quod illa bona mutata in capellaniam eximuntur a tributis Regis antea debitis & in fraudem de quo dixi late infra *q. 44. in fine* ubi quomodo ſuſtineatur diſpoſitio illius legis Regiæ.

11 Ex qua diſpoſitione videtur quod bene in caſu noſtri dubii reſponderunt Azevedus *in l. 11. lib. 5. tit. 10. recopillat.* Matienco *ibi gloſſa 5 n. 3.* Vaſquez *opuſculo. de reſtit. c. 6. §. 1. dubio 2. n. 34.* dum negativè reſpondent & Vaſquez ſi alloquitur *notandum eſt quod l. 1. tit. 10. lib. 5. recopilat. efficitur nulla ipſo jure donatio facta à parentibus omnium bonorum alicui filio exempto, utpote clerico, quia præſumitur quod fiat in fraudem tributi Regii, & exiſtimo in conſcientia eſſe nullam donationem, nec id eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam: ita ille.*

12 Ego inquam exiſtimo uberius reſpondendum ex his, quæ dico *infra de donationibus.* ubi ago de quæſtione illa *donatio omnium bonorum an valeat.* Verum in praxi exiſtimo tenendum cum Vaſq, etſi aliter in hoc puncto poſſe dici ex doctrina Florez de Mena *variar. quæſt. lib. 2. q. 21. §. 2 num 73.* ubi ſic aſſerui *ſi abſque ulla fraude, & in caſibus à jure permiſſis aliquis feciſſet donationem omnium bonorum, vel majoris partis, & hoc probaretur, quod tunc etiam deberet liberari: nam illa lex non impedit homini libero liberam adminiſtrationem rerum ſuarum modo licite, & in caſibus à jure permiſſis, nec irrita ipſo jure dictam donationem, ſed ſolùm præſumit fraudulentam, & eam annullat ipſo jure ad effectum procedendi, & non ad alium, & amplius apparet quia lex illa dat licentiam donatori allegandi de ſuo jure; ad quid ergo (ait) ſerviret illa licentia, ſi donatio ſemper, & quacumque via eſſet nulla? quia tali exiſtente quidquid allegaſſet, vel ab illo, vel ab ipſius bonis poſſet fiſcus ſua tributa exigere, &c.*

Unde potuerunt dicere nonnulli, quos ap- 13
probat Diana *p. 3. tract. 2. reſ. 13.* quod nequeat civilis lex præſumptionem inducere, ut alienatio facta in Eccleſiam fieri videatur in fraudem fiſci, vel tributorum; ob id eſſe validam; & quia præſumptio in illa lege non eſt juris, & de jure, ac proinde nullitatem, eſſe præſumptam, & revocabilem, comperta veritate, & non veram, & Diana putat contra Vaſquez, ut etiam ſi opinio negativa eſſet ſequanda, talem donationem ſi non fieret in fraudem tributorum eſſe validam, non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo; & amplius notat quod dicta præſumptio non procedit ex ſola donatione, niſi cum donatione alia ſuſpicio, & indicium appareret.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſtatutum 14
præferens agnatos cognatis in ſucceſſione, locum habeat in hæreditate clerici; & de valore hujus ſtatuti videtur fundamentalis ratio, quia hujuſmodi ſtatuta condita ſunt antea clericatum, & conſequenter injecerint vinculum eo tempore, quo potuerunt quia tunc ſtatuentes poterant hoc facere, & ſic bona ligare, tanquam ſubjecta eorum juriſdictioni, & poteſtati, maximè cum ipſi clerici utantur beneficio hujuſmodi ſtatutorum, ſecundùm communem Doctorum ſententiam, de qua teſtantur Pariſius *conſ. 40. n 20 lib. 3.* Tiraquell. *de jure primog. q 44.* Gabriel. Sarra *in addition. ad Matthesilan. ſingulari 110.* in terminis idem Tiraquellus docet etiam *q. 45. num. 3.* Burſatus *conſ. 93 à num. 22.* & faciunt quæ latè *infra dixi ſub cap. pen. de foro compet. quæſt. 13. 14. 20. 21.* dum ibi habetur clericum hæredem laici conveniendum eſſe ubi defunctus debuit.

Sed prorſus dicendum exiſtimo ex regula 15
textus noſtri nullo modo tale ſtatutum valere, ex eo validiori fundamento, quia ſtatutum, de quo agitur hîc diſponit de perſonis clericorum, & de bonis eorum, ſed neutrum poſſe videtur, quia nec res, nec perſonæ ſubjectæ ſunt juriſdictioni laicorum, ut notant Doctores *hîc* communiter ex textu noſtro: ergo. Deinde quia, ut docent relati à Burſato negativam docentes ſententiam *d. conſ. 93. n. 16.* ubi poſt Decium *n. 53.* *hîc* dixi communem hanc clerici ſunt exempti à juriſdictione ſæcularium, ut notatum eſt; ergo hujuſmodi ſtatutum clericos non comprehendit ex defectu poteſtatis; & ſic non poſſit ligare clericum, & ejus bona, conſtituereque ei hæredem contra jus commune: & hanc ſententiam

fuit

fuit amplexus Senatus Mantuanus, teſte Surdo,
deciſ. 20. & ſequitur Faquineus *lib.* 12 *controverſiar. c.* 29. ubi amplius probat dicens illud ſtatutum diſponere de perſonis, quia clericis ab-
inteſtato decedentibus, decernit & conſtituit
16 hæredem † imo, & diſponere de bonis, quia
ſtatutum illud vult bona devenire ad certas perſonas; & ſic in effectu ligat clericos, & eorum
bona; quod cum fieri non poſſint ſpeciali conſtitutione, nec etiam fieri poſſe ait per generalem, cum nunquam in generali diſpoſitione veniant, ea quæ ſpecialiter fieri non poſſunt *ex l.* 1.
ubi notat Decius *in primo notab. ff. de officio ejus.*
Et hanc etiam tenet ſententiam *in c. quod clerici 9. de foro competenti.*
17 Unde non obſtat fundamentum affirmativæ
ſententiæ, cui ſatis reſpondetur ex jam longè
adductis *in* 1 *&* 2. *quæſtione, & hîc.* Nec quod
dicitur de vinculo ante clericatum, quia non
poteſt dici vinculum injectum, niſi tempore
mortis, quando clericis ſucceſſio, & hæreditas
defertur ut latè conſiderat, deducit Surdus *d.*
18 *deciſ.* 20. Faquin. *ſup. d. c.* 20. *lib.* 12 *in fine.* † Ubi
dicit quod non obſtat ut clerici poſſint uti beneficio hujuſmodi ſtatuti, quia ſtatuta laicorum, quatenus favent clericis, eos comprehendere dicuntur, quatenus verò ligant eos abſque
favore, & utilitate eorum, nihil valeant ex defectu poteſtatis: imo ſi rectè advertas ex textu
noſtro, & ut dixi etiam favorabilia ſint clericis, eos non obligent; & quod adduxi in confirmationem primæ ſententiæ ex *d. q.* 13. 14. 20.
21. *c. fin de foro,* non facit, quia ille caſus concurrit cum noſtro, ut ex eo patet.
19 Ad quartam quæſtionis partem, quod praxis
in Hiſpania noſtra de et legibus Regiis 23. 24.
32. 33 *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil* eſt nempe, ut libri non
ut libri non imprimantur ab impreſſoribus
Hiſpanis ſine licentia ordinarii Eccleſiaſtici,
ubi liber imprimendus præſentatur; & itidem
Regiâ licentiâ poſt librum viſum ex mandato
conſilii ſupremi Caſtellæ ab aliquo Doctore,
ſeu Magiſtro de ejus licentia, & commiſſione.
Si enim impreſſio libri Doctoris Hiſpanici fiat
extra Regna, ut Galliæ, Romæ, aut alibi, tunc
ſufficere, certum, eſt, licentiam Principis, ſeu
ordinarii deſtinati ibi ad eam præſtandam; &
poſtea ut poſſint libri D. D. ſua opera Typis mandantis vendi intra hæc Regna, ſolet libri impreſſi
fieri præſentatio coram Dominis conſiliariis dicti
conſilii ſupremi Caſtellæ, quibus ſingulis ſolet
condonari unus liber, & permittunt publicam
apud librarios venditionem; & ſic à peritis accepti, dum mitterem tomos imprimendos Lugdunum Franciæ (qui dum hæc ſcribo major
eorum pars eſt Typis mandata) Imo hic matriti
Lis ſcripta eſt antiqua inter librarios, & impreſſores pretendentes iſti ut libri Auctorum hujus
Regni imprimerentur in Hiſpania qui ſic obtinentes in prima inſtantia in ſecunda declarantur.
non impedit ut D. D. Hiſpani imprimant extra
hæc Regna cum licentia conſilii proximè relata
ita in menſe Aprilis anni 1658. quo modificatæ
fuerunt aliæ duæ declarationes dicti conſilii
menſis Octobris 1655. & 7. Martii 1658, in qua
nunc dicitur quod præcedat dicta permiſſio
conſilii & quod ut poſſit vendi in his regnis debeat etiam cum permiſſione & taxa ejuſdem
conſilii eſſe. Agitur hoc ſuppoſito ad difficultatem videtur reſpondendum ut nullus, etiam
clericus queat audere ad impreſſionem in his
Regnis Hiſpaniæ faciendam, ſive extra Regna
abſque licentia Regis, ſeu conſilii ejus ſupremi
Caſtellæ. † Et confirmatur quia Epiſcopi ordi- 20
nant ne quis libros imprimere audeat ſine eorum licentia; quâ ſine ordinatione non ſolùm
ſæculares exempti comprehenduntur; ergo &
Princeps ſæcularis poterit ſtatuere, obligando
non ſolùm laicos, ſed etiam clericos exemptos,
ut conſervetur æqualitas juxta textum *in l. fin. C. de fructibus, & litium expenſis.*
Nihilominus ex latè dictis, & dicendis *in* 21
puncto juris exiſtimo, ut habita licentia ordinarii Eccleſiaſtici, poſſit clericus libri compoſitor,
eum tutè imprimere, abſque eo, quod ligetur lege Regia in hoc puncto ſtatuentis, ſic ex doctrina textus noſtri docuit Diana *part.* 4. *tract.* 1.
reſ. 60 ante eum Aloyſius Bariola omnino legendus *conſ.* 34 *per totum,* plura fundamenta adducens, & pro contraria parte adductis reſpondens, ex eo quia ſtatutum vires accipit, & acquirit à poteſtate ſtatuentium *ex l fin. ff de juriſdic. omnium judicum &c. c. à nobis de ſententia excommunic.* ſed ſæculares ſupra Eccleſiaſticos nullam
habent juriſdictionem & facultatem, juxta repetita & repetendo ex textu noſtro ergo.
Et confirmatur quia ſi v. g. clericus vellet im- 22
primere librum in ſummam D Thomæ, vel in
Bullam cœnæ, ſi poteſtas ſæcularis vellet in vim
ſui ſtatuti facultatem illum imprimendi concedere, id aliud non eſſet, quam in cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, ad ipſius forum, non modo indirectè, ſed directè habere, ſed hoc eſt contra canonem 15 Bullæ cœnæ ergo, &c. † Deinde 23
quia ſi cauſam quæramus quare librorum imprimendorum licentia præ equiratur, an nempe
unica videtur, ut expurgentur ab erroribus hæreticalibus, & contra fidem qui poſſunt intermiſceri: quo fit ut in reviſione ſua quilibet mandatarius Doctor, ſive Magiſter ad id nominatus
per ordinarium Eccleſiaſticum, ſive Principem
ſoleat dicere, cum favet libro reviſo a ſe Dignum eſſe, ut Typis mandetur, propter ſanam
ejus doctrinam, & legentibus, atque docentibus
utilem; & quia nihil impium contra fidem Catholicam, & abſonum, ſeu offenſivum piarum
aurium continet. Et hæc praxis etiam continuatur, non ſolùm reſpectu libri continentis doctrinam ſpiritualem, ſed etiam profanam, ut in
principio ſingulorum librorum impreſſorum
videmus; ergo cum cauſa quare revidendus liber mandatur, ſi ne hæreſi aliqua, ſive ſuſpicione involvatur; ſequitur ut licentia ad libros
imprimendos ſufficiat de jure, ut data ſit ab ordinario Eccleſiaſtico, non ſolùm reſpectu clerici
componentis, ſed etiam laici imprimere volentis.
Ulterius comprobatur ex doctrina concilii 24
lateranenſis ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. *de impreſſione librorum* ut ſtatutum fuit, ut nulli liceat imprimere, vel imprimi facere libros quoſvis de rebus
ſacris ſine nomine Authoris nec illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario, & ſancta inquiſitione ſub pœna anathematis
miſſionis librorum, & pecuniæ; & Hieronymus Rodericus *in compendio quæſtionum regularium reſ.* 59. *n.* 1. ait quod dictum concilium lateranenſe, quantùm ad licentiam ordinarii confirmatum eſt per tridentinam ſynodum ſub eiſdem
pœnis

pœnis pecuniæ, & anathematis, ut patet *ſeſſ.* 4.
25 *de editione librorum.* † Ubi addit quod regulares ultra prædictam licentiam ordinarii, debeant illam etiam habere à ſuis ſuperioribus recognitis per eos libris juxta formam ſuarum ordina-
26 tionum; alia addens contra impreſſores † & quod talis licentia debeat ordinario in ſcriptis porrigi; & quod nullus liber imprimatur ſine nomine Autoris, propter imminens periculum falſitatis, fraudis, aut doli, quod in ſimilibus libris anonimis plerumque latere ſolet.
27 † Cum ſub incognita facie quælibet liberius, audaciuſque proponantur, ut advertit Stephanus Vucyms *in conſtitutiones* 24. *ex jure antiquo deſumptas*, & per concilium Trid. innovatas
28 *num.* 12 *pag.* 182 Barboſa *in dict. ſeſſ.* 4. *Trident* † Ubi cum illo *num.* 4. & cum Azoria *inſtit moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *q.* 3. aſſerit ſufficere ſi imponatur nomen alicujus Collegii, ſeu univerſitatis, quia jam tunc ſubintelligitur author certus.

29 Etenim per Trid. *ibi* in verſ. *ut probanda probentur, & reprobantur improbanda,* videtur etiam confirmari noſtra doctrina, ſuper quibus verbis etiam adducunt Stephan. Vucyms *d. conſtit.* 24. *num.* 8. *pag* 181. *in fine* Barboſa *d. ſeſſ.* 4. *ſub. n* 6. quod in examinatione librorum debet diligens, ac diſcreta adbiberi obſervatio, ut illa, quæ fidei Catholicæ, aut pietatis, morumque honeſtati aliquo modo ſunt contraria examinentur, & expurgentur, eaque admittantur, ſeu probentur, quæ publico bono, ac religioni potiſſimum Chriſtianæ poſſint eſſe utilia, aut officioſa; vides ergo ex his cauſam reviſionis librorum eſſe ſpiritualem; igitur debes conſiderare de jure, ut reſpectu impreſſionis librorum clerici non obliget ſtatutum laicorum ex jam adductis

30 Et licet *d. l.* 32. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil.* caveatur, ut ſine licentia nequeant imprimi libri Regnicolarum extra Regnum, nec introduci à foris ſine ea ſub pœnis *ibi* contentionis; uſu tamen receptum eſt, ut abſque illa prima licentia imprimantur, ut quotidie practicatur; non verò libri ſic impreſſi introducentur, ac vendentur in his Regnis abſque licentia Regia, conſilii ſupremi, juxta diſpoſitum in ipſis legibus Regiis: & Hieronymus Rodriguez *ſupra*, & cum eo Barboſa *in d. ſeſſ.* 4. *Trid. n.* 3. *in fine*, & Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 17. *q.* 1. docent in Portugalia ſervari dictum decretum concilii lateranenſ. & in Regnis Caſtellæ uſu receptum eſſe, ut ſufficiat licentia ſupremi conſilii juxta legem Regiam, & de quacumque ſcriptura reſolvit idem Azor. *ſupra q.* 2. ad quod leges *d. leg.* 32. *d. tit.* 7. *lib.* 1. *recop.* dixi aliquid *in c* 2. *de judiciis q.* 26. *n.* 8. ubi an Reges ſint executores concilii Tridentini.

Igitur quatumvis legibus Regiis caveatur,
31 ut dictum eſt ex illis appareat adverſùs quaſcumque perſonas cujuſlibet conditionis, quibus adverſùs contra facientes videatur poſſe procedi, hoc inquam exiſtimo procedere tantùm manu Regia, non inquam de jure: nam ut diximus ex textu noſtro, & alii illæ leges Regiæ nequeunt clericos obligare; ex quo libri ab ipſis compoſiti impreſſi fuerint, habita licentia ordinarii, vel ipſius, qui cupit eos Typis mandari, vel illius loci; ubi imprimuntur; etſi in praxi in ſimul opponatur licentia Regia, quod eſt juſtiſſimum, etiam in libris compoſitis per clericos, ſed non neceſſaria, ita ut aliàs coerraveiicos legibus, & ſtatutis Regiis, & laicorum incurrat in pœnis in illis appoſitis per dicta.

Ex quo benè Bariola *d. conſ.* 34. Diana *d. p.* 4. 32
tract. 1. *reſ.* 60 *in fine* reſolvunt quod etſi potuiſſent Epiſcopi ſtatuere ut nullus clericus imprimat libros ſine licentia laicorum ſtatuentium ex doctrina *d. leg. fin. C. de fructibus & litium expenſis*, ut conſervetur æqualitas, id inquam potuiſſe facere ad finem ſpiritualem, & ſæculares propriæ Diæceſis ligando ex dicto concilio leteranenſi *ſeſſ.* 10. item *ex dict Trid. ſeſſ.* 4. tum ex Bullis Apoſtolicis, & decretis Cardinalium; & ſic non eſſe attendendam inæqualitatis rationem. Et addunt relati quod in tali caſu Epiſcopi babeant poteſtatem ligandi laicos (& poteſt comprobari ex bis, quæ dixi *ſub cap. novit.* 13. *de judiciis,* ubi latè adduxi poſſe judices Eccleſiaſticos procedere contra laicos in materia peccati, & rei ſpiritualis) non autem è contra laici ligandi clericos, etiam ſi tale ſtatutum feratur ob bonum publicum quia utilitas publica non confert juriſdictionem Principi laico in perſonas Eccleſiaſt. eas ut ſæpè dictum eſt.

Ex his ergo bene viſum eſt, ut licet conſilium 33
Caſtellæ ſupremum præcipere et mulctari D Joannem Palafox, & Mendoça Epiſcopum Axomenſem; eo quod Typis mandaret quandam allegationem ſuam pro libertate Eccleſiaſtica in cauſa tributorum Regia ſchedula impoſitorum in menſe Julii 1656. exiſtimo potius de facto œconomicè, quam de jure proceſſiſſe, conſideratis præcipuè quæ latiſſimè dico *infra q.* 13. *&* 14. & de hoc audivi ſic factum in menſe Novemb. 1656. & poſt hæc vide inter minus agere de dubio Thomas del Bene *de communic p.* 1. *c.* 8. *dubit.* 18. breviter agens.

Ad quintam quæſtionis partem, an ſtatutum 34
probibens alienationem bonorum in non ſubditos, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam; & videtur negativè reſpondendum; tum quia illud ſtatutum nihil ſpecificando de clericis eorum immunitatem non infringit, nec tale ſtatutum nullam videatur injuriam inferre non ſubditis; & ſic nec perſonæ Eccleſiaſticæ exemptæ ſibi illatam injuriam hac prohibitione conqueri poterunt, cum exempti exteris æquiparentur ex Joanne Andrea *in cap.* 2. *hoc. tit lib.* 6 & faciunt nonnulla, quæ retuli *ſupra ſub quæſt.* 2. verſ. *ad quintam*; & quæ docent Covarruvias *in regula poſſeſſor. in* 2. *part* §. 4 *n.* 8. Tiraquell. cum multis *de reſtit gloſſa* 13. *num* 5. & alii relati à Marta *infra* referendo ex regula textus *in cap. conſtitutus de in integ. reſtit* dicentes eſſe valida ſtatuta, ne immobilia alienentur in extraneos, ſed non ligare clericos. Et quia tale ſtatutum ligat res, non perſonas.

Tamen ex jam longè actis reſpondendum eſt 35
tale ſtatutum eſſe contra libertatem clericorum. Tum quia licet Princeps poſſit prohibere ſuis ſubditis immobilium alienationem *ex l. ſi in emptione ff de contrahenda emptione, & ex l. de policitationibus in fine ff. de policitationibus*: tamen talis prohibitio non procedit in præjudicium clericorum, & Eccleſiarum, nam tunc non valebit *per textum in cap fin de immunitate Eccleſ. lib.* 6. Collegium Bononienſ. pro libertate Eccleſiaſt. *reſponſ. num.* 14. Ugolinus in reſponſo ad juris conſ. hymnaſii Patavini *c* 6. *n.* 8 *& ſeq.* Maynard *privilegiis Eccleſiæ p.* 2. *art.* 22. *n.* 67.

Secundo nam ſi ſtatutum, de quo hic lo- 36

quimur

quimur, comprehenderet perſonas Eccleſiaſticas, ſine dubio eſſet contra immunitatem Eccleſiaſticam ea regula textus noſtri. Et quia perſonæ Eccleſiaſticæ magis exemptæ ſunt à poteſtate Principis ſæcularis, quam alienigenæ ſæculares cum hi conſuetudine poſſint prorogare juriſdictionem judicis laici *ex l. 1. Cod. de juriſd. omnium judic.* argumento eorum, quæ de proroganda juriſdictione latè dixi *in c. ſignificaſti 18. de foro compet.* illæ autem minimæ per textum *in c. ſi diligenti de foro compet.* & quæ *ibi, & alibi* latè dixi, propter incapacitatem judicum laicorum respectu Eccleſiarum, juxta adducta *in cap. 2. in c. novit 14. c. qualiter 17. c. cum non ab homine 10. & aliis in juribus de judic. & in aliis de fori competenti*; ergo magis clerici læduntur ſi lege laica obligentur, quam alienigenæ, & non ſubditi laici, quia ſtatuens reſpectu iſtorum, eſt tantùm incompetens; eſt enim magna differentia inter incompetentiam, & incapacitatem judicium, ut patet ex longè dictis in juribus relatis.

17 Tertio quia magnum eſt diſcrimen inter exemptos etiam in territorio, vel Diæceſi exiſtentes, & alios exiſtentes extra territorium, vel Diæceſim; nam illi, etſi non ſint de Diæceſi, ſunt tamen in Diæceſi; hi tamen nec ſunt in Diæceſi, nec de Diæceſi; quod etiam eodem modo dicendum eſt quoad territorium, ut patet
18 ex Felino *in c. grave n. 2. de officio ordinarii* † Indeque ſentiunt Doctores perſonas exemptas in odioſis, & oneroſis, non venire appellatione univerſitatis, populi, & territorii: venire tamen in favorabilibus, ut docet Felinus *in c. Rodulphus d. reſcriptis*, ubi dico aliqua: & quod eadem diſtinctio quoad clericos ſit adhibenda, qui cum ſint pars Reipublicæ *ex l. 1. § hujus ſtudii, ff. de juſtitia*, & jure veniunt appellatione populi in favorabilibus, ſecus in odioſis, ut notant Abbas *hic*. Felin. *n. 34*. Decius *n. 10*.

19 Quare meritò aſſervit Riminaldus *conſ 11. n. 101 vol. 2* fallax eſſe argumentum in hac materia de exteris ad clericos; & ſic ſentio cum Muynardo, & aliis penes ipſum *de privileg. Eccleſ. part. 2. art. 22 dict. num 21. & ſequent.* Franciſcus Fagnano, videndus *in reſponſo pro cenſuris Pauli 5 p. 3. fol. 75.*

20 Et ſecundùm hæc ſunt reſolvenda, quæ tractat longe Marta videndus, dum agit de quæſtione illa *cent. 2 part. 4 caſu 6.* an ſtatutum, ne alienentur immobilia in extraneos, comprehendat clericos: & contra plures etiam cum multis longè videndus probat, ut illos non comprehendat *ibi à num. 16.* quantumvis tale ſtatutum ſi validum *ex l. 1. Cod. ne lic. habitat. Metrop. lib. 11.* non ſolum quando prohibetur alienatio per contractum, ſed etiam per teſtamentum. Et quia ipſe longè agit non repeto, tenent D. D. *hic* Felinus *num. 16.* allegat multa Tiraquellus *poſt leg. connub. gloſſa 8 num. 172.* & idem Marta *à num. 13.* ſatisfacit dicendo quod etſi ſtatuta ſint concepta in rem, ſed res erat affecta antea juri communi, quod permittitur Dominium transferri in Eccleſias *l. ut inter C. de ſacroſanct. Eccleſiis.*

QUÆSTIO IV.

An ſtatutum Principis ſæcularis pro obligandis Epiſcopis ad reſidentiam in ſuis Epiſcopatibus, ſit validum. An ſtatutum factum, ut vicini eant ad molendum triticum ad propria molendina civitatis, aut populi, queat præjudicare molendinis clericorum, & Eccleſiarum. An facto præconio per laicum contra omnes, ad aliqua onera teneantur clerici & quid de edictis ad comparendum?

PRÆMISSUM.

1 *Reges Hiſpaniæ, cæterique Principes Chriſtiani ſunt Protectores Concilii Tridentini, non poteſtate, ſed officio admonendo, ut* num. 3.

2 *Reſidere in ſuis Epiſcopatibus, nequeunt compellere Reges Epiſcopos abſentes ab illis, ultra tempus ſibi datum abſentiæ; item nec Parochos ſed quid facient* n. 3.

3 *Reges poſſunt monere Romanum Pontificem, ut curet diſciplinam Eccleſiaſticam ab Epiſcopis ſervari.*

4 *Statutum factum adverſus Molendinos, aut Furnos Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum, eſt nullum contra Aymon; etſi cauſa publicæ utilitatis valeat juxta dictum* num. 6. 7. 8. & 9.

10 *Præconia facta per ſæculares non comprehendunt clericos, niſi ab Eccleſia recepta eſſent, & etiamſi prædicta concernant politicam civitatis: ubi de quandam praxi introducta à ſæculari ſimul cum Eccleſiaſtico* n. 11.

12 *Statuta pœnalia in libertatem Eccleſiæ implicita, ſive explicita non ſuſtinentur.*

13 *Edicta monentia ad comparendum quemcumque coram judice ſæculari, ſi ſua putaverit intereſſe, nullo modo obligant Eccleſiaſticos; quia juriſdictio laicorum non eſt poſſibilis in clericos, etſi iſti ſint rei voluntarii, ubi, &* n. 14.

AD primam quæſtionis partem videtur affirmativè reſpondendum, eo quod 1 juxta Concil. Trid. Reges Hiſpaniæ cæterique Principes Chriſtiani ſunt protectores Trid. Concil. ut latè tradunt Salgadus *de Regia protectione part. 1. cap. 1. præludio 2. num. 73.* Paz *in pract. tom. 2. præludio ultim. num. 10.* Zevallos *in practicis quæſt. 897. num. 119.* Henriquez *de Pontificis Clave lib. 2. part. 15. poſt princ. §. 1. in gloſſa litera D. & cap. 20. gloſſa fin.* Carraſcus *in interpret. aliquarum legum Regni cap 9. §. 4. numero 18.* Azevedus *in l. 2. verſ. ſeptimo* conſequenter *titul. 6. lib. 1. recopil.* Narbona *in l. 59. gloſſa 1. à principio, num. 4. tit. 4. & l. 81. gloſſa unica n. 3. tit. 5. lib. 2. recop* ergo & poterunt facere ut Epiſcopi non reſidentes in ſuis Epiſcopatibus ultra tempus ſibi de jure permiſſum, obligentur reſidere; & in terminis

docet

docet Hortiz. *in ſumma c. 9. num.* ubi *pueden los
Reyes haçerque los Obiſpos y curras reſidan.*
2 Adhuc verò dicendum eſt illos ad reſidentias
non poſſe obligare, quantumvis abſint Epiſco-
pi à ſuis Epiſcopatibus, & Parochj à ſuis Paro-
chiis ex ea jam repetita ratione, quia laici in
clericos poteſtatem, & juriſdictionem non ha-
bent; & ob id juxta textum noſtrum nec Regea
aliquid ſtatuere, quare ſic tenet Azor, *part. 2.
lib. 11. c 6.* in verbis ſequentibus *ſi quæras an Re-
gum ſit prohibere, vel curare, ne Epiſcopi abſint à
ſuis Eccleſiis ultra tempus canonico jure conſtitutum,
ne item Eccleſiarum bona deſignent, nec decimas
fructuum, præterquam conſuetas exigant.* Et reſ-
poodet hæc & alia ſimilia Regnum non eſſe ex
adducta ratione, docent etiam Diana *part. 3. tract.
reſ.* 42. Filiucius *tom 2. tract. 28. part. 2. c. 9. n.*
3 136. † Solum enim admittunt poſſe Reges mo-
nere Romanum Pontificem, ut curet diſciplinam
Eccleſiaſticam ab Epiſcopis ſervari, & in id ex-
pendo Doctores relatos dicentes Reges eſſe
concilii Trid. protectores intelligendos fore,
nec aliud percipies *ex c. 20. ſeſſ. 25. de reforma-
tione* in verſ. *propterea que admonet Imperatores
Reges Reipublicæ, Principes, & omnes, &c.* Ubi
Barboſa *num.* 15. quatenus per ea dicunt eſſe
protectores; ad id nempe ut curent non poteſta-
te, ſed officio admonendo ſuperiorem Papam, &
alios Prælatos, ut obligent ſubditos ad reſi-
dendum ſingulos, juxta propriam obligationem
reſidendi.

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum
4 de molendinis præjudicet clericis, breviter po-
teris reſpondere. ſuppoſitis quæ *ſupra dixi in c.
cum omnes 6. hoc tit q. 1.* verſ. *ad ſecundam*; non
enim tale ſtatutum poteſt præjudicare Eccleſiæ
aut clericorum molendinis: ſic Covarruvias *in
regula poſſeſſor. p. 2 §. 4. ſub num. 8.* & verſ. 2. di-
cens quod etſi prædictum ſtatutum ſit validum,
quod negat etiam in caſu, de quo in dicto verſ.
ad ſecundam, ſed adversùs Eccleſiarum molen-
dina, & furnos nullo modo ex regula textus no-
ſtri, ubi Panormit *num. 31. & textus in c. fin. de
immunitate Eccleſ. lib. 6* quo excommunicantur
laici ſtatuentes; & prohibentes contractus em-
ptionis, & venditionis inter ſubditos eorum
juriſdictioni, & perſonas Eccleſiaſticas, Ex qua
deciſione probetur ſtatutum illud dici contra-
rium libertati, quo auffertur, & tollitur ab Ec-
cleſiis vel clericis id, quod jure communi om-
nibus eſt libere conceſſum: quemadmodum
adnotarunt Anton. Imola, & alii, præſertim
Felinus *hic num.* 29. Decius *col. 2.* Rochus in *cap.
ultimo de conſuet. ſol. paruo* 47. † Et in terminis
5 de molendinis, & furnis docent Calderinus in-
ter Ancharran. *conſ.* 12. & Ancharran. *conſ.* 13.
quo in loco refertur Collegii Bononienſis reſ-
ponſio idem Ancharranus *conſ.* 155. *& in cap. 1.
hoc tit. quæſt.* 31. Alexander *conſ.* 212. *lib. 2. n.* 10.
Jaſon optimè *in l. quominus ff. de fluminibus q.*
12. ubi *n.* 156 ſcribit hanc opinionem commu-
nem eſſe, Boërius *deciſ.* 125. Ripa *lib. 1. reſponſ.
c.* 11 Socinus *conſ. 172. lib. 2. col. 3.* Jaſon *in l.
civitas col. 4. ff ſi certum petatur,* Joannes Baptiſta
de ſancto Severino *in l omnes col. 36 ff de juſtitia,
& jure* † Nec obſtat Ayman Savill. qui *in tractatu
de antiquo tempore 4. p. c. circa præmiſſa n.* 17. co-
6 natus ſit probare *in dicto c. fin. de immunit. lib. 6.*
ſtatutum iſtud de molendinis oon eſſe contra
libertatem Eccleſiaſticam; eo quod Eccleſia
non habet jure communi privilegium cogendi
quemquam ad ejus molendina, triticum mo-
lendum adducere, ſed liberum eſſe cuique eum
acceſſum, eaque ratione potius ſecundùm eum
tolli libertatem ſtatuto illo laicis, quam Eccle-
ſiæ † ſed reſpondetur manifeſta Aymon falli, 7
ut manifeſtè apparet *ex deciſ. dict. c fin. de immu-
nit.* ubi decidit Pontifex libertatem Eccleſiaſti-
câm tolli, ac diminui. ſi laicis prohibeantur cum
clericis contrahere commercia, & permutatio-
nes inire; & tamen liberum erat laicis hæc com-
mercia cum tractare, qua ratione Covarruvias *in
dicto §. 4. regula poſſeſſor. ſub num.* 8. ait non ſa-
tis fuiſſe reſpooſum *deciſ. dict. cap. fin.* ſic do-
cent alii ex doctrina textus noſtri, & compro-
batur ex elegenti deciſ. Thom. Grammatici 100.
de vino ſuper qua *infra dico.*
Sed videtur ut ex his, quæ in hoc caſu dicta 8
ſunt in caſu, quo juxta temporis, & publici ſta-
tus conditionem regimini publico, & ipſi com-
munitati, cujus para ipſe clericus, maximè con-
veniat hoc ſtatutum, ſitque omnibus laicis, &
clericis utile, non propter redditus majores
ipſius communitatis, ſed aliam ob cauſam, quæ
ad univerſum hominum illius ſocietatis convi-
ctum ſpectet; & fortaſſis ait Covarruvias *in di-
ct. §. 4.* verſ. *tertio* ſub *n. 8. in dict. regula poſſeſſor.*
hoc ſtatutum admittendum fore etiam in præ-
judicium Eccleſiarum habitentium molendina,
cum conveniat iſta fieri, ne illa civitas grave de-
trimentum omnibus in univerſis nocens pa-
tiatur, dicens probari poſſe ex Bartolo *in l. cun-
ctos populos C. de ſumma trinitate*, & fide Catho-
lica, cujus deciſio, licet communiter ſit impro-
bata, in hoc inquam caſu ob promiſcuam, & to-
tius Reipublicæ communitatem defendi com-
mode poſſe, ut tradit late Felinus *hic n.* 83. & ite-
rum comprobat Covarruvias cum aliis ex caſu
adductis *quæſt. 3.* ſub. verſ. *ad quintam.* † Ta- 9
men ago abundè exiſtimo reſpondendum do-
ctrinæ hujus caſus, & aliorum, in quibus inter-
venit utilitas omnium, & cauſa publica: tunc
revera clericos obligari, non ex vi ſtatuti laico-
rum, ſed ex naturali ratione; vel quia tale ſtatu-
tum approbatur à Pontifice, ratione communi
boni; & ſic apparere, dum de reprobatione non
pateat, juxta doctrinam, quam latè *explicavi q* 1.
& melius *q. 2. à n.* 1.
Ad tertiam quæſtionis partem, an facto præ- 10
conio per laicum contra omnes teneantur cle-
rici ad aliqua onera. In quo puncto reſpondeo
præconia facta per ſæcularem non comprehen-
dere clericos, & ſic ipſos nihil teneri agere, nec
debere de talibus præconiis curare, quia niſi in
præconii de eis fiat mentio, ſunt ac ſi oon fuiſ-
ſent facta; & ſic nec teneant per talia præconia
reſpectu clericorum: & ſic Ripol. *lib. 1. variar.
c. n. 87. & 88.* dixit cauſam de qua *ibi* agitandam
fuiſſe in curia ſæculari; eo quod tantùm perti-
nebat ad laicos, & licet videatur aliter ſentire,
nempe quia illa præconia, ex quo non facerent
mentionem de clericis, illos obligare. Tamen
in hoc caſu ultra Ripol. exiſtimo, ex jam latè
actis illis præconiis clericos non obligari,
quemadmodum, ut ſæpe dixi non obligantur
ſtatutis laicorum, niſi recepta fuerint ab Eccleſia.
Et licet idem Ripol. *num* 188 *&* 189 dicat. 11
quod prædicta præconia concernunt politicam
civitatis, veluti circa vicos, plateas, & alia ſimi-
lia comprehendant clericos, poſſeque condem-
nari

nari per eus officiales ſæculares, ad quos ſimilis civitatis cura pertinebit, dummodo executio fiat cum aſſiſtentia officialis curiæ Eccleſiaſticæ in rebus Clericorum; ſic ut ſi Clerici firmaverint jus in curia Eccleſiaſtica, & firmata fuerit inter eam, & ſæcularem contentio ſoleat declarari non eſſe locum firmæ juris per Clericos factæ in curia Eccleſiaſtica, ſed cauſam eſſe tractandam in curi ſæculari, executionem vero faciendam cum aſſiſtentia officialis Eccleſiaſtici; & ſic fuerit declaratum per Cancellaria Manegat. 26. Novemb. 1583. & in alia de Girona 29 Januar. 1588.

12 Tamen revera idem dicendum eſt ex longè actis, & *infra* dicendis de ſtatutis pœnalibus adverſùs libertatem Eccleſiæ, aut Clericorum explicitis, ſive implicitis: & applicabis aliqua, quæ dico *infra ſub cap. 17. de judiciis quæſtione ſeptima.*

13 Ad quartam quæſtionis partem quid de edictis verbi gratia monentibus quemcumque ad comparendum coram judice laico ſi ſua putaverit intereſſe; & dicendum eſt talia edicta monentia, Clericos non obligare ad comparendum, quia Clerici nullo modo queunt citari per judicem laicum *cap. ſi judex laicus de ſententia excommunic. lib. 6.* non enim juriſdictio laicorum poſſibilis eſt in Clericos *ex cap. ſi diligenti de foro comp. cap. nullus judicum 11. quæſt. 1.* & quamvis Bald. *in l. teſtamenta num. 4. Cod. deſt. in* & *ibi* Caſtrenſis *numero ſeptimo*, Jaſon *colum. 2.* verſic. *ultimo perpetuo tenens* Silicetus *in leg. conſulta devalia numero ſecundo* Cod. *de teſtamentis*, cum aliis plurimis ad hoc allegatis per Afflictis *deciſ. 7. & deciſ. 24.* Surdus *deciſ. 26. numero ſecundo, & tertio*, Rolandus *conſ. 29. volum. 2.* arbitrantes hunc eſſe modum valde ſingularem pro limitatione textus *in dict. cap. ſi diligenti, cap. Clericum nullus de foro competenti ex Auth. ſtatuimus Cod. de Epiſcopis, & Clericis.*

14 In quibus diſponitur nullo modo poſſe trahi Clericos coram judice ſæculari, quia per hanc formam non læditur Eccleſiæ libertas, cum Clerici non cogantur ad comparendum, ut dicunt gloſſa, & Doctores *in l. ea quidem Cod. ſi manc. ita fuer. alienſ.* ſicque non argui aliquam ſuperioritatem incitante, *gloſſa in cap. cum cauſa de officio delegati*, tuneque ipſos Clericos comparentes æſtimari reos voluntarios, & quaſi actores, ut poſt alios latè Decius *in cap. cum inter de exception. à num. 36.* Felinus *in cap intelleximus de judiciis*, Doctpr. *in l. fin Cod. de edicto Divi Adriani tollendo*, Surdus *dicta deciſion. 16. à num. 11* arbitratus hanc ſententiam eſſe veram, ſaltem in illis caſibus, in quibus judex laicus eſt competens, etiam reſpectu Clericorum, putà in confeſſione inventarii, feudorum redintegratione, inſinuatione donationis, & ſimilibus.

15 Tamen tu hoc reſolues in Clerico neceſſario reo juxta doctrinam, quam bene expendi *in cap. 5. de foro compet.* non ſic in reo voluntario; plura ex pluribus congerit Marta legendus, ut explicet *p. 4. de juriſdictione cent. 1. caſu 37. & ibi an 8.* nec alio repeto.

QUÆSTIO V.

An ſtatuta laicorum condita ob bonum publicum jure canonico non reprobata includant clericos poſt dicta ſtatuta factos. Statutum excludens fœminas propter maſculos, an comprehendat Moniales, & clericos. An queant clerici vendere vinum ad minutum ſeu adducere vinum extra fines alicujus oppidi collectum: ubi quid de nonnullis ſtatutis circa hoc. An ſtatuta ad bonum publicum condita, non facta mentione clericorum eos obligent?

SUMMARIUM.

1 *Statuta laicorum inferentia præjudicium in quærendis Eccleſiæ, vel clericis, videntur valere n. 2. ſed contra verius à* n. 3. ad 15. *at n. 14. & 15. aliqui diſtinguunt.*

3 *Clerici facti poſt ſtatuta jure canonico, non reprobata non includuntur in eis ſtatuti quod non poteſt in ſpecie in clericos, nec etiam in genere*, d. n. 3.

4 *Religionis qualitas aſſumpta poſt ſtatutum, una ſpecie eſt diſpenſationis generalis.*

5 *Statum præjudiciale clericum, factum non ligat, quando jus agendi, ſeu obligatio oritur in facto, vel quaſi facto, aliàs nondum nati, & nondum clerici facti, non poſſunt ex tempore facti clerici ſua immunitate potiri* num. 8.

6 *Statutum prohibens teſtari de bonis acquiſitis ante Clericatum, non comprehendit clericos*

7 *Statuti effectus, non conſideratur inſpecto tempore, quo conditur, ſed conſiderato ejus executionis tempore, ut* n. 9.

9 *Succeſſoris capacitas attenditur tempore delatæ ſucceſſionis, non ante, &* n. 10

10 *Excluſio dicitur reſpectu incluſionis exemplificatur in filio nondum hærede, vivente Patre.*

11 *Statutum iniicere vinculum ante clericatum, ad actus poſt clericatum non poteſt ut* n. 12. *cum aliis vide* n. 14.

12 *Statuto non obligatur qui ante clericatum obligatus non erat; quia probationis actus imminet tempore clericatus.*

13 *Statutum inducens præſcriptionem decem annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, non nocet clerico hæredi creditoris, contra quem erat decurſa pars temporis, & incepta præſcriptio.*

15 *Statutum loquens in rem, poteſt extendi ad forenſes, eo quod poſſunt ſubiici laico ſtatuenti, non ad clericos.*

16 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, non comprehendit Moniales. Et quare ibi.*

17 *Statutum excludens propter maſculos; etſi videatur comprehendere clericos, ut* n. 18. & 19. *contra dicitur ut à* n. 20. & 21.

18 *Statuti beneficio qui vult uti, etiam contra ſe pati debet.*

22 *Teſtamentum Clerici nulla modo ſubjicitur, ſeu ſubimisstur ſtatutis, & legibus ſæcularium, etiam ſi ſuper ejus hereditate ſit erta lis coram laico; maximé quando vera dirigantur in teſtamentum.*

23 *Teſtati, & inteſtati cauſa à pari procedunt; in utraque enim ſuccedentes dicuntur habere voluntatem defuncti.*

24 *Clerici poſſunt vendere vinum ad minutum per famulos ſuos, item & ſimilia, tam ex patrimonialibus, quam beneficialibus, non ſolum in menſura magna, ſed in minuta &* num. 39.

25 *Statutum factum à laico ut venditores vini præſtent fidejuſſionem ad ſalvendam pœnam, vel gabellas, non comprehendit clerici venditores. Et quare ibi, ſic cum venditores laicorum teneantur, ut* num. 26. *contrariis fundamentis poſitis, ut* num. 38. *ſatisfit* à n. 30.

27 *Statutum poteſt quoad verba non infringere libertatem Eccleſiaſticam, & nihilominus non ligare; quia quoad mentem infringit faciendo ſcilicet, fraudem de perſona ad perſonam, &* n. 43. & 44

28 *Statutum dicitur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi diſponens circa laicos, ordinat. gravamen ad clericos.*

29 *Onus, quod clericis imponi non poteſt, nec poteſt contrahentibus cum eis.*

30 *Statutum laicum diſponens, ut venditores vini, non poſſint illud vendere, niſi in quarta Domo ab Eccleſia diſtante, non comprehendit clericos. Et quare* n. 31.

31 *Clerici per venditores laicos poſſunt vendere vinum in domibus Eccleſiæ.* num. 32. 33 34. & 35.

32 *Læſio ſtatuti laici contra Eccleſiæ immunitatem, nec etiam in modico ſuſtinetur & infra quæſtione* 7. à n. 31.

34 *Tabernam vini habere conjunctam cum propria domo multùm intereſt.*

35 *Statutum quod clerici teneantur, etiam aliquam formam, vel aliud onus ſervare in contractu venditionis, eſt contra libertatem Eccleſiæ.*

36 *Statutum, quo prohibitum erat in civitatem Salerni adduci in eam vinum extra ipſius fines, & territorium collectum, per deciſionem fuit declaratum non comprehendere vina, quæ ex vineis Eccleſiarum colliguntur. Et quare* n. 37.

41 *Statutum reſpicient commune bonum ſuſtinetur, ſi nec directè, aut indirectè lædat clericos, vel niſi ſit approbatum à Papa* n. 42.

45 *Statuta ad bonum commune facta per laicos ſine expreſſione clericorum; etſi per multa fundamenta videantur eos obligare; ſed veritas eſt, ut procedat, non ex vi illorum, ſed ex ratione directiva naturali, & approbatione Pontificia.*

1 AD primam quæſtionis partem reſponderunt multi, inter quos Abbas *hic num* 25. Felinus *num.* 79. & 101. multa congerens, idem Abbas *in cap. quod Clericis de foro comp.* Albertus Brunus *in tractatu de ſtatutis excludent. femin. propter maſc. art.* 6. *nume.* 37. & 42. Paristus *conſ.* 40. *n.* 16. *volum.* 3. Joannes Andreas *in regula ſine culpa colum. fin. de reg. juris lib.* 6. Burlatus *conſ.* 93. *numero* 27. Tiraquellus *de jure primog. quæſt.* 43. præſertim *numer.* 6. & *quæſt.* 45. plures referentes pro affirmativa, nempe ut talia ſtatuta condita ob bonum commune jure canonico non reprobata, & includant clericos poſt dicta ſtatuta factos, ex eo nempe fundamento præcipuè præter alia, quia ſicut poſſunt ſtatuta laicorum in quærendis Eccleſiis, & Eccleſiaſticis eis inferre præjudicium, nec eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; ita & in caſu noſtro Pariſius tenet hoc fundamento *dicto conſ* 40. *num.* 17. *volum.* 3. allegans Baldum *in Rub. de conſtit volum.* 2. verſ. *quæro an valeat.* Decius *hic num.* 215. idem Baldus *conſ.* 9. *inter conſ. Ancharrani* incipit *factum ſuper quo. col. fin.* idem Ancharranus *conſ.* 215 & alii, quos ad hoc receſent Decianus *in tract. crimin. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 4. & quod ſecundùm hanc communem fuerit deciſum in Rota Romana decit Puteus *deciſ.* 99. *num* 3. *part* 3. & Urſillus *in addition. ad deciſ.* 310. Afflictus lautiſſimè probat pluries Neapoli fuiſſe judicatum.

2 Et faciunt etiam pro hac opinione quæ *ſupra* notavi ex his, quæ longè dixi *in cap. pen. de foro compet. quæſt.* 13. 14. 18. 20. ubi *de cauſa cepta cum laico in judicio ſæculari, quod tranſeat in clericum heredem laico, ſeu in eum factum poſtea clericum.*

3 Nihilominus exiſtimo ut clerici facti poſt hujuſmodi ſtatuta à laicis condita nullo modo ſub illa includentur ex eo fundamento, quia quod non poteſt in ſpecie ſtatuti, nec etiam in genere contineri; *argum. cap. cum in generali de reg. juris*; ſed laici non poſſunt in ſpecie ſtatuere ſuper Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, quia non ſunt de eorum juriſdictione, *cap. decrevimus de ſent. excommunic lib.* 6. cum vulgatis, & per multa, quæ longe ſcripſi *infra ſub titul. de judic. & foro competenti*; ergo non poſſunt eos ſub generalitate includere.

4 Dicerentur enim in ſpecie ſub generalitate comprehendi, quia qualitas religionis aſſumpta poſt ſtatutum una ſpecies eſt hujus diſpoſitionis generalis. Et ita hanc ſententiam teneo ex adductis *à quæſt.* 1. & ut tenent, ac docent docte Aretinus *in dicto cap. quod clericis* 9. *de foro comp.* Salicetus *in Auth. caſſa num.* 14 *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, qui dicit ita fuiſſe determinatum per valentiſſimos viros, Alex. *conſ.* 120. *ponderatis his omnibus n.* 14 *volum.* 2. dicens illam doctrinam Joannis Andreæ *in dicta regula ſine culpa* primi inventoris contrariæ ſententiæ, ut refert Marta *de juriſdictione d. p.* . *caſu* 4. *cent.* 1.

5 Nempe quod ſi ſtatutum fuit factum ante Clericatum liget Clericum non habere locum quando jus agendi, ſeu obligatio oritur in facto vel quaſi facto, ſatiſque ſit ut tempore facti, vel quaſi facti ſit effectus Clericus, quia tunc ſtatutum, ſaltim præjudiciale Clericum non ligat; & ita firmat poſt Antonium de Butrio, Joann. Calderin. & alios, quos allegat; idemque decidit *in conſil.* 212. *num.* 4 *eodem volum* 2. & pro hac parte eſt alegandus Decius *hic n.* 202. uſque *ad n.* 212 Ruinus *in conſ.* 204. *vol.* 1. & *in conſ.* 200. *num.* 8 *e olum* 2 poſt alios, quos allegat Ancharanus *in conſ.* 107. incipit *in paucis verbis ſtatutum eſt*, Roland. *conſ.* 57. *n* 24. *vol.* 2. Zephalus *conſ.* 95. *vol.* 1. *n.* 14.

Et

6 Et quod hæc opinio fuerit ſæpiſſimè deciſa, uſuque recepta in diverſis prætoriis, dicunt Capicius *deciſ.* 98. Franchis *deciſ.* 411. qui decidunt in caſu conſuetudinis Neapolit. prohibentis teſtari de bonis acquiſitis ante clericatum, ut non comprehendat clericos bene contrariis reſpondens idem Marta *dict. caſu 4.p.2.de juriſdict. cent.* 1. videndus.

7 Et confirmatur quia effectus ſtatuti, non conſideratur inſpecto tempore, quo conditur, ſed conſiderato ipſius executionis tempore, quando ſcilicet poteſt ſortiri effectum *gloſſa in cap.* 1. *in fine de jurejur. lib.* 6. *gloſſa in clem.* 2. in verbo *in poſterum de ætate, & qualitate ordin. gloſſa in clementina* 2. in verbo *utetur de vita, & honeſtate Clericor. gloſſa in clem.* 1. verbo *deputatis de teſtam.* Albericus *de ſtatutis part.* 4 *quæſt.* 51. cum aliis per Tiraquel. *de primog in dict. quæſt.* 42. *num.* 11 verſ. *addes*, ſed eo tempore reperiuntur Eccleſiaſtici; ergo ſtatutis prædictis non ligan-
8 tur, ut argumentantur Doctores relati pro hac noſtra opinione tenenda, & omnino ſequenda. † Alias inquam eveniret ut omnes nondum nati, ſeu nati, & nondum clerici facti nullo modo poſſent ex tempore facti clerici potiri ſua immunitate; prupter ſtatutum conditum temporibus retro, quod dici non debet.

9 Ex eo inquam apparet ſatis quàm vera ſit hæc ſententia; ita ut prima ſit omnino explodenda per proximè relata fundamenta; & ſic non obſtare in favorem primæ adducta, quia ſtatuta, reſpectu clericorum inſpiciunt tempus executionis, ut dictum eſt, & ut accidit in caſu ſuccedendi, quia capacitas ſucceſſoris attenditur tempore delatæ ſucceſſionis, non ante *ex l. ſi cognatis ff. de rebus dubiis.*

10 Et confirmatur quia excluſio dicitur reſpectu incluſionis, Bartol. *in l.* 2. §. *videndum ff. ad Tertullian.* ſed vivente patre, de cujus hæreditate agitur virtute ſtatuti, non poteſt quis dici incluſus, cum non ſit illi delata hæreditas, nec ſpes ſucceſſionis; ergo nec alter tunc temporis eſt excluſus, ante eventum ſucceſſionis, ſtatuti vinculum non eſt injectum. Quare dicendum eſt ut non potuerit generalis diſpoſitio comprehendere illum caſum, de quo in ſpecie diſponere non potuiſſet, ut in noſtro dubio, ſcilicet contrà clericus: & hæc ratio pluribus exemplis poſſet exornari, quæ pro nunc omitto.

11 Dubium tamen eſt quando dicatur ſtatutum inieciſſe vinculum ante clericatum; & ut hoc cognoſcas, dices ut quotieſcumque obligatio, ſive jus agendi competit in facto, vel quaſi facto vigore ſtatuti ſolùm tempore clericatus, & non ante: tunc non poſſit dici ipſum ante clericatum inieciſſe vinculum, ut ſcripſerunt Alexand. *dicto conſ.* 210. *volum.* 2. Abbas *in dicto cap. quod Clericis de foro compet.* quem citat, & ſequitur Lecivier. *in tractat. de primogenitura lib.2. quæſtion.* 11. *numero* 7. *in fine* Marta *dicto caſu* 4. *num.* 22. ubi *à n.* 23. adducit exempla ſequentia

12 Veluti ſi ſtatutum prohibeat ſolutionem debiti probari per teſtes, & contingat laicum poſt ſolutionem fieri clericum, poſſe eum probare per teſtes, nec ligari ſtatuto, quo ante clericatum obligatus non erat, quia probationis actus imminet tempore clericatûs, Ancharranus *in*
13 *regula* ea quæ *num.* 11. *de reg. juris lib.* 6. † Item ſtatutum inducens præſcriptionem decem annorum ſuper debito ex negligentia creditoris, non nocere clerico hæredi creditoris, contra quam erat decurſa pars temporis, & incepta præſcriptio, ut probat Anton. de Butrio in quadam ſua diſputatione incipiente *ſtatuto municipali in deciſione ſecundi dubii*, quem citat Bobius *in tractatu de ſtatutoria verbis præſcriptione gloſſa* 19. *n.* 211. quia dato quod ſtatuta, quæ injecerunt vinculum ante clericatum, ligent clericum, ut per Socinum *conſ.* 12. *n.* 7. *vol.* 4 tamen quia tempus præſcriptionis nondum erat completum, non ligabitur hæres clericus tali ſtatuto.

Ex quo infero non eſſe addmittendam diſtin- 14
ctionem Felini *hic num.* 101. ex doctrina Calderini in quadam ſua diſputatione incipiente *ſtatuto civitatis cavetur*, putans utramque opinionem *ſupra* poſitam defendi poſſe diſtinguendo, aut ſtatutum injecit vinculum ante clericatum, aut poſtea; ita ut in hoc caſu ſit vera noſtra ſecunda opinio; in primo caſu, etiam ſit prima opinio vera.

Item ſecundo infero errare Socinum *conſ.* 128. 15
circa præſentem conſultationem *num* 4. *volum.* 4. cum aliis per Barbatiam *in conſ.* 76. *num.* 6. & 10. *volum.* 3. diſtinguentes aut ſtatutum prædictum loquitur in rem, aut in perſonam, ita ut in primo caſu effecti remaneant laici, poſtea facti clerici; ſecundo verò nequaquam, quia reſpondeo quod prædicta diſtinctio eſt vera reſpectu forenſium, Ruinus *con* 195. *num* 4 *vol.* 2. qui ſaltem ſunt in potentia de juriſdictione ſtatuentium, & poſſunt ſubjici, cujus modi nullo modo ſunt clerici; imo addo cum Marta *ſupra dicto caſu* 4. *n.* 21. & Rota *in deciſ.* 5 *in antiquis de foro comp.* ut clerici in realibus debeant gaudere privilegio clericali, & conveniri in foro Eccleſiaſtico, juxta quæ longè retuli *in cap.* 5. *eodem tit. d. foro competenti.*

Ad ſecundam quæſtionis partem ſtatutum 16
excludens fœminas, propter maſculos, an comprehendat moniales, vel clericos, &c. Et quia ex reſolutione præcedentis quæſtionis, ſatis dilucide poteſt reſpondere; ideo breviter dico ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, non comprehendere moniales, cum non iniecerit vinculum ante ingreſſum religionis, ſed contulerit effectum ſuum ad tempus delatæ ſucceſſionis, quando monialis non erat ſub dictione ſtatuentium: quare monialis ſuccedere poterit, non obſtante ſtatuto, latè Zephalus *conſ.* 95 *num.* 14 Ruinus *conſ.* 200. *vol* 2 alios adducens, Brunus *in tract. de ſtatutis* quod ſtantibus maſculis *art.* 6. allegans alios pru hac parte allegat.

Sed an hoc ſtatutum comprehendat clericos; 17
etſi multi dicant comprehendere, inter quos addentes ad Romanuni *in ſingulari* 446. incipienter *habeo caſum*, & addentes ad Mattheſilanum *in ſingulari* 110. incipiente *nota unam lucroſam in* 1. *additione*, & Gabriel. Sarayna *in conſ. poſito paſt dictum ſingul* 110. Mattheſil. *ſub. num.* 17. & 18 intelligat hanc communem procedere, tam ſi clerici ſuccedent laicis, quàm
e contra ſi contingat laicos clericis ſuccedere † 18
quia communi etiam Doctorum calculo receptum eſt, ut qui ſtatuto ad ſui beneficium uti vult etiam contra ſe pati debeat. Abbas *hic numer.* 52. & *conſil.* 6. *volum.* 1 Bald. *in leg. de quibus ff. de legibus num.* 26. Cuman *conſil.* 83. *volum.* 2. Alexander *conſ.* 209. *colum. pen.* verſic.

ſecundo princ. volum. 2. & conſ. ſequent. Decius *conſ. 452. col 3.* verſ. *idem in ſtatutis*, Bald. *de præ-*
ſcriptionib p. 1. part. 5 princip. col. 4. verſ. *quinto fal-*
19 *lis.* † Et ob idque alii diſtinguant inter ſucceſſio-
nem clerici faciendam per laicum, aut de ſuc-
ceſſione laici faciendam per clericum; & de
ſucceſſione ex teſtamento, aut ab inteſtato, circa
primum caſum.

20 Tamen utcumque ſit ſive in caſu, quo laici inſtituti à clerico litigarunt coram judice laico ſtatutum prædictum non poſſe habere locum in bonis patrimonialibus, & hæreditate clericorum, quia Dominium dictorum bonorum per mortem clerici, non eſt omnino abolitum, quoniam hæreditas ipſius, penes quem eſt Dominium ipſorum bonorum, repreſentat perſonam ipſius clerici teſtatoris ex reg. textus *in l. hæreditas ff de acquirendo rerum dominio*, *l. hæreditas Cod. de poſiti*: ſic tenent Jacob. de Arena, Baldus, & Imola *in l. inſtitutio ff. de hæredib. inſtit. ad declarationem gloſſa ibi.*

21 Ubi dicit quod per teſtamentum quis diſpo-
nit de rebus eo tempore, quo ſuæ non ſunt fu-
turæ, propterea ſatis ſit quoad voluntatem ta-
citam, vel expreſſam, dicantur eſſe ſuæ; ergo ſta-
tutum de his non poſſe diſponere, quia extra ju-
riſdictionem ſtatuentium *ex cap. à nobis de ſent.*
excommunic. cap. 2. hoc tit. lib. 6 l. fin ff. de juriſdic.
omnium jud. & l. 1. ff. de tutor. & curatoribus datis
ab his, acerrime defendit Marta contra alios, &
corrigens ſe ipſum, improbans Doctores, qui ſe
ipſum ſequuti fuerant, dum aliter diſtinguendo
reſpondiſſet videndus latè *de juriſd. dicta part. 2.*
22 *caſu 5 cent. 1. & ibi à num 14.* † Addens *à n. 20.*
& à n. 22. teſtamentum clerici nullo modo ſubji-
ci, ſeu ſubmitti ſtatutis, & legibus ſæcularium,
etiam ſi ſuper ejus hæreditate, ſit orta lis coram
judice laico ex doctrina Butrii, & Imolæ *hic*,
quatenus firmant quod ſtatuta diſponentia de
teſtamentis non vindicant ſibi locum in teſta-
mentis clericorum, etiam in quibus laicus eſſet
inſtitutus; maxime quando verba ſtatuti annul-
lantis teſtamentum, ut putà propter inſinuatio-
nem omiſſam non dirigerentur in hæredem,
ſed in ipſum teſtamentum ſequentes in hoc opi-
nionem Joannis de Lignano, & reprobantes
Bartoli opinionem *in l. cunctos populos C. de Epi-*
23 *ſcop. & clericis*, qui aliter videtur voluiſſe † idem-
que dicendum affirmat Marta ſi ageremus de
ſucceſſione clerici ab inteſtato, quia cauſa teſta-
ti, vel inteſtati à pari procedunt *l. 1. §. 1. de bo-*
nor. poſſeſſ. contra tabul. & in utraque ſucceden-
tes, dicuntur habere voluntatem defuncti *l. con-*
ſtituuntur, *l. ſi quis cum nullum ff de jure codicillo-*
rum: alia plura, & ex multis circa concurſum
ſuccedendi clericum, & fœminam, ac de aliis ca-
ſibus, repetit Marta non multùm neceſſaria ad
intelligentiam dubii noſtri.

24 Ad tertiam quæſtionis partem an queant clerici vendere vinum ad minutum, & breviter re pondeo poſſe vendere per famulos ſuos vinum, & ſimilia, tam ex patrimonialibus, quàm beneficialibus, non ſolùm in menſura magna, & ut dicitur (*ad groſſum*) ſed etiam ad menſuras minutas, ita ut nec ex hoc dicantur negotiari, juxta quæ latiſſimè dico *in cap fin. de vita; & honeſt. clericorum* in terminis gloſſ. 1. *in cap. negotiatorem 88. diſt.* Abbas *in cap. 2. num. 1. de clericis, vel Monachis*, Marta *part. 4. de juriſdict. cent 1. caſu 3.* ubi agit de illo dubio quando clericus dicatur negotiator, ut teneatur ſolvere gabellam, &c Geminianus, & Francus *in cap. unico de vita. & honeſtate clericor. lib. 6.* Bertachinus *tract. de gabellis part. 9. quæſt. 7.* Roland. *conſ. 17. num. 9. volum. 4.* alii, quos affert, & ſequitur Belletus *in diſquiſit. cleric tit. 1. §. 21. numer. 15.* Genuenſ. *in praxi Archiep. cap. 62. numero 7.* Proſper de Auguſtino *in addition. ad ſummam quarant.* verbo *vectigal.* Scilante *de privileg. Clericorum c. 8. num. 38* Barboſa *in paſtor. p. 2 alleg. 3.*

Unde ſtatutum factum à laico verbi gratia 25
ut venditores vini debeant præſtare fidejuſſionem ad ſolvendam pœnam, vel gabellas, non comprehendit clericos venditores vini; etenim Bannum emanatum, hoc modo eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam. Et ratio eſt quia cum ſtante dicto Banno, venditores vini debeant fidejuſſionem illam præſtare, ſequeretur ut nunquam clerici volentes vinum vendere, invenirent laicos venditores vini, quia fugerent à præſtanda illa fidejuſſione, & in conſequentiam clerici gravantur, quærere multis incommodis laicos fidejuſſores; ad quod nulla ratione tenentur.

Nec valet dicere quod hoc procedit, etiam 26
cum laico Domino vini; quia reſpondetur hoc Banno, ſive ſtatuto laicis non fieri injuriam, nec injuſtitiam, quia ipſi de jure in omni eventu teneantur ad pœnam impoſitam, vel imponendam à judice laico; ſecus verò eſſe, ut jam dictum eſt in præcedentibus quæſtionibus, & ſubſequentibus in clericis. Et ſic apparere in ſimili ſtatuto ſic poſito fuiſſe ſtatuentium intentionem, imponere pœnam indirectè clerici contra immunitatem Eccleſiaſticorum.

Ex quo fit ut licet aliquod ſtatutum quoad 27
verba non videatur infringere libertatem Eccleſiaſticam, cum præcipiat ſubditis, ut apparet in relato caſu: tamen quoad mentem ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, faciendo fraudem de perſona ad perſonam, ut optimè notat gloſſa *in cap. fin. de immunit. Eccleſiar. lib. 6.* verbo *libertatis*, & *ibi* Joannes Andreas, Ancharranus, & Geminianus *numero primo*; idem Anchar. *conſil. 1*. *numero ſeptimo*, Abbas *hic num. 27. & 31.* Alba *conſ. 8. num. 13 cum ſequent. & ſub numero vigeſimo*, & alii, quos citat, & ſequitur Ugolinus *in reſponſ. ad juris conſ.* Gimnas Patavini *cap. 6. numero octavo*, Collegium Bononienſe *in reſponſo pro libertate Eccleſiæ num. 14.* & Maynardus *in privileg. Eccleſ. art 22. num 67.* Diana *part. 4. tract. 1. reſ. 52.* plura cumulans.

Quare Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4 c. 33.* 28
numero ſexto, aſſeruit quod dum diſponitur circa perſonas laicas, & ordinatur gravamen ad clericos ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, & aliis fundamentis comprobant Laderchius *conſ. 103. num. 5. & 9.* Madellus *conſ. 9. n. 16. 17. & 18.* à Ponte *reſponſ. de cenſur. Pauli 5. fol. 82.* & alii penes ipſos.

Dicentes etiam quod onus, quod Cleri- 29
cis imponi non poteſt; non poteſt etiam imponi contrahentibus cum eis: etenim Eccleſia habet contrahere cum quocumque ſic ut contrahens cum ea, non gravetur aliquo onere sed ut hoc explices applicabis aliqua quæ dico *infra q. 48. à n. 8.*

Ex

30 Ex his etiam habemus reſponſum circa ſequens ſtatutum, nempe venditores vini non poſſe illud vendere, niſi in quarta domo ab Eccleſia diſtante: nam licet in ſtatuto Reipublicæ caveatur, exiſtimo ut non comprehendantur clerici, qui habent vinum vendendum per laicos vini venditores; eſſet enim contra libertatem Eccleſiaſticam: nam ſtatutum prohibens, vel præcipiens perſonis Eccleſiaſticis id, quod eis, nec Divino, nec humano jure præceptum, vel prohibitum eſt, erit contra libertatem Eccleſiaſticam, ut docet Felinus *hic num.* 72. & 73. quem citat, & ſequitur Cachius *de Republica Eccleſiaſtica tit. de clericis fol.* 410. Laderchius *dict. conſ.* 103. Annibald. *in additionibus ad Mandiluin conſ.* 8. *litt. H.* Souſa *in Bulla cœnæ cap.* 16. *diſp.* 84. *concl.* 3. Sayrus *de cenſ. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 9. *§. ſic etiam*, Filiucius *tom.* 1. *tract.* 16. *c.* 10. *n.* 270. *§. tertio ea*, Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 23. *num.* 358. *§. tenendum eſt tertio*, Duard. *in Bulla cœnæ lib.* 2. *conſ.* 15. *quæſt.* 19. *num.* 1. 31 † Sed de jure communi non eſt prohibitum clericis vendere vinum in taberna poſita in domibus Eccleſiæ; imo hoc facere eis concedunt Geminian. & Franc. *in dict. c. unio de vita, & honeſtate clericorum lib.* 6. Lambertin. *de jure patronatus lib.* 2. *p.* 1. *art.* 26. *q.* 9. *num.* 4. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. c.* 62. *n.* 7. Proſperus de Auguſt. *in additionibus ad ſumm. quarant.* verbo *vectigal.* & tamen per hoc Bannum arctantur vendere illud alio loco cum intereſſe; ergo hoc ſtatutum, ſeu Bannum erit contra libertatem Eccleſiaſticam, quia cum eorum detrimento imponitur clericis onus, quod de jure non eis impoſitum.

32 Nec obſtat dicere intereſſe Eccleſiaſticorum in hoc ſervando ſtatuto eſſe modicum, quia reſpondetur quod non ſuſtinetur, ſive magna, ſive modica ſit læſio, ut docent Lupus *de libert. Eccleſ. part.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 2. Surdus *conſ.* 338. *num.* 20. & 27. *volum.* 3. Collegium Bononienſe *in reſponſa pro libertate Eccleſiaſt. part.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 27. Diana *ſub dicto reſ.* 52. & *infra quæſt.* 7. *num.* 31.

33 Et etiam evenire quod tale ſtatutum facit ut Eccleſiaſtici ſint pejoris conditionis, quàm laici: nam v. g. regularibus ex hoc Banno opus erit ſemper conducere tabernas alienas ad vendendum vinum, cum præcipiatur in ipſo Banno vendi in quarta domo diſtante ab Eccleſia, quod laicis non accidit, ſed in propria domo ſine conductione aliæ apothecæ ſuum vinum venale ſemper habebunt cum non habitent in Eccleſiis, ut regulares docent Diana, & citati Doctores Valenzuela *in defenſ. Pauli* 5. *part.* 3. *num.* 168. Riccius *in praxi tom.* 3. *cap.* 10. *quæſt. num.* 51. Guebara *in propugnaculo lib. Eccleſ. aſſertion.* 1. *§.* 5. *num.* 42.

34 Deinde quia multùm intereſt habere tabernam vini conjunctam cum propria domo; ergo cum jura clament magis clericis eſſe favendum, quàm laicis ex textus *in l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumptibus funerum*, & laici ex tali Banno habeant beneficium, quod non conſequuntur clerici, ſequitur ut illud ſtatutum non ſuſtineatur, quia lædit clericorum libertatem.

35 Et facit quod addit prædictis, Bonacina *in Bulla cœnæ diſp.* 2. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *puncto* 2. *n.* 11. aſſerens ſtatutum, quo, decernitur, ut clerici etiam teneantur aliquam formam, vel aliud onus ſervare, in contractu venditionis eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; ſed hoc accidit in caſu noſtro, ut tradit Diana ſub *dict. reſ.* 52. nam præſcribitur clericis forma vendendi eorum vinum, nempe in quarta domo diſtante ab Eccleſia cum onere locandi dictam tabernam; ergo hoc ſtatutum, ſeu Bannum erit contra libertatem Eccleſiaſticam.

36 Item fit gradus ad deciſionem Grammatici 100. contendentis juſtiſſime factum, ac definitum fuiſſe apud Regium Neapolitan. Prætorium, mota controverſia inter Salerni civitatem, & Abbatem ſancti Benedicti illius civitatis ſtatutum, quo prohibitum extabat in eam Urbem adduci vinum extra ipſius fines, & territorium collectum, minimè comprehendere vina, quæ ex Eccleſiarum vineis colliguntur; addens ipſe Gatianus, non obſtante illo ſtatuto, poſſe clericos adducere vinum in civitatem aliunde, quàm ex territorio collectum; ſic probat ſtatutum de molendinis, de quo *ſupra* Covartuvias *in regula poſſeſſor. part.* 2. *§.* 4. *num.* 8. *verſ. hic etiam* præter alia, quæ adducunt Abbas, & Felinus hic.

37 Et hæc omnia clarius patent, tum ex longè jam adductis *à quæſt.* 1. *hujus textus*, tum quia ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; quod ſive directè, ſive indirectè fit *ex c. ſtatutum de hæret. lib.* 6. ſive expreſsè, ſive tacitè *ex cap. clericis §. nos igitur de immunit. Eccleſ. lib.* 6. & etiam ſi non loquatur de perſonis Eccleſiaſticis, ut docent Valenzuela *in defenſ. Pauli* 5. *part.* 3. *num.* 123. Surdus *conſ.* 301. *num.* 77. Guebara *ſupra aſſert.* 1. *§.* 5. *num.* 36. Fagnus *in tract. de validit. cenſurarum Pauli* 5. *part.* 3. *fol.* 59. Maynardus *de privileg. Eccleſ. art.* 22. *n.* 20. & 70. Mandellus *volum.* 2. *conſ.* 8. *n.* 3. Marta *de juriſdictione dict. p.* 4. *caſu* 62. *n.* 9. & alii, Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *q.* 19.

38 His ergo ſuppoſitis jam non obſtant quæ pro contraria ſententia poſſent conſiderari, primùm quod iſta ſtatuta diriguntur ad venditores vini laicos ſubjectos Principibus ſæcularibus. Secundùm ut ſtatutum, quod non prohibet abſolutè, ſed permittit ſub certa forma, & modo, ut in caſu, de quo loquimur non ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ut docet Natta *lib.* 2. *conſ.* 280. *n.* 4. Tertio quia Eccleſiaſtici, ſi non vi coactiva, ſaltim vi directiva teneantur ſervare leges latas, propter commune bonum, ut de legibus, & ſtatutis, circa pretia rerum menſuras vendendi, & ſimilia, ut docent Diana *d. p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 52. verſ. *ſuppono* verba referens, Villalobos *tom.* 1. *tract.* 2. *diſ.* 31. *n.* 1. *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 7. Paul. Schilante *de privileg. clericor. c.* 8. *n.* 89. & alii; ergo.

39 Sed præhabitis omnibus, quæ *ſupra à dict. q.* 1. retuli pro his fundamentis facilis eſt ſolutio; quia ad primum breviter reſpondeo, quod cum ſit conceſſum clericis vendere, non per ſe, ſed per ſuos famulos, ut tradunt Genuenſ. *in praxi Archiep. c.* 26. *num.* 7. Proſper. de Auguſt. *in additionibus ad ſumm. quar.* verbo *vectigal.* Schilant. *de privileg. clericor. cap.* 8. *num.* 38. ſequitur ut quidquid diſponatur circa tales redundans in damnum clericorum, ſit contra libertatem, ut patèt apud Surdum *dict. conſ.* 301. *num.* 74. & alios Doctores. 40 † Ad ſecundum reſpondeo cum Graſſ *de effectibus clericatus effectu* 2. *n.* 359. quod tale ſtatutum per indirectum lædit clericos, ut apertè apparet in caſu noſtro, & addit Diane

in verſ. *ſecundo non dict. part. 4. tract. 1. reſ. 52.* reprobanrem cum Graſſ. Nattam citatum, quod eo ipſo quod laici contrahentes cum clericis gravant aliquo onere, læditur Eccleſiaſtica immunitas, maximè quando tale onus redundat in damnum clericorum, ut contingit in caſu noſtro.

41 Ad tertium ut ſaltim directiva vi teneantur ſervare ſtatutum reſpiciens commune bonum, reſpondeo ſecundum Collegium Bonon. *in reſponſo pro libert. Eccleſ. contra venetos num. 24.* Molinam *de juſtitia, & jure tom. 1. tract. 2. diſ. 31. num. 15.* Shriante *de privileg. clericor. c. 7. dub. 3. n. 94.* P. Franc. à Ponte *in reſponſ. de cenſur. Pauli 5. fol. 74.* Dianam *d. reſ. 52. in fine* prædictam doctrinam eſſe veram, quando dicta ſtatuta, ſeu leges edictæ in bonum publicum, nec directè nec indirectè lædunt libertatem Eccleſiaſticam, vel aliqua jura clericorum, quod non accidit in

42 caſu noſtro. † Et ego addo ex regula textus noſtri, quatenus docet ſtatuta laicorum, etiam favorabilia clericis, eos non obligare, ut in omni eventu deſideretur approbatio Pontificia, ſaltim tacita, juxta quæ longè dixi *ſupra q. 2. à n. 1.*

43 Nec turbatur omnis hæc adducta doctrina; eo quod poſſit dici ſtatuta illa non dirigi in clericos, ſed in laicos, ut patet ex forma verborum, quibus concipiuntur, quia ut jam adverti, & ſatis liquet ex dictis effectum illorum dirigi in clericos; ideo eſſe contra libertatem Eccleſiæ, ut tradunt Pariſius *conſ. 72. volum. 2. n. 63.* Riminald. ſenior *conſ. 268. num. 32. volum. 2.* Laderchius *conſ. 103. num. 9.* quia clerici non inveniendo famulos propter onus fidejuſſionis præſtandæ erunt adſtricti, vel vinum non vendere, vel dictos famulos indemnes ſervare.

44 Et ſic eveniret ut cum laici directè pœnas à clericis exigere minimè poſſent, per hoc ſtatutum indirectè illas exigerent gravando venditores ad ſolutionem, quod eſt gravamen conſiderabile; & etiam ſi exiguum eſſet, ſatis eſſe ut dicatur nullum, qui contra immunitatem Eccleſiaſticam.

45 Ad quartam quæſtionis partem an ſtatuta ad bonum publicum condita, non facti clericorum mentione eas obligent. Et ſuppoſitis pro negativa ſententia aliquibus *ſupra à quæſt. 1.* adductis, licet affirmativa poſſit adſtrui ex qua pluribus juribus *ut cap. pervenit, cap. 2. c. adverſus, c. non minus de immunitate Eccleſiar.* ubi videtur quod clerici tenentur ad onera communia in ſubſidium *& ex l. ad inſtructionem C. de ſacroſanctis Eccleſiis*, ubi Eccleſia tenetur conferre, & contribuere ad inſtructiones pontium, & viarum; & quia clerici dicuntur cives, & Eccleſia de corpore civitatis; & quia Principes laici habent Poteſtatem leges condendi, ad eaque bonum publicum, & utilitatem reſpiciant ex D. Thoma *in opuſculo de regimine Princip. lib. cap. 12.* cum aliis congeſtis per Menochium *conſ. 1000. num. 27.* Surdum *conſ. 1. num. 8. volum. 3.* & hanc teneant Ancharran *in dict. non minus*, Andreas *in c. 1.* verſ. *illicitas num. 36. de pace juram. firm.* dicens ut ubicumque neceſſitas, & utilitas exigit, non ſervetur immunitas clericis, vel Eccleſiæ, Covarruvias *in reg. poſſeſſor. de reg. juris lib. 2. p. 2. §. 4. dict. num. 8.* Purpuratus *conſ. 50.* & alii innumeri relati à Marta *de jurisdict. dict. 4. p. cent. 1. caſu 1.* latiſſimè agens, & reſpondens ſuis fundamentis, ipſe cum infinitis probat ut minimè tale ſtatutum laicorum obliget clericos: & ut ego intelligo ex dictis *à quæſt. 1.* ex vi ſtatuti, ſed ex ratione directiva naturæ & approbatione, ſaltem Pontificia illius ſtatuti rectè obligatos exiſtere, ut ibi bene dixi; quare non amplius inſiſto cum ad relata jura ſatis intellectum præſtem, *infra & quæſt. 10. & in aliis ſequentibus*, ac præſtiterim in multis nempe *ſub c. 2. c. 3. c. 4. c. 8. c. 13. c. 17. c. fin. de judiciis, & in c. 1. 2. 5. 8. 1. & aliis de foro comp. & c. infra ſub q. 10.*

QUÆSTIO VI.

Clerici an obligentur ad leges taxæ panis ſic ut peccent violando legem Regiam illos & nobiles prohibentem vendere panem coctum, *num. 3. in fine* remiſſivè. An tempore carentiæ poſſint compelli ad triticum vendendum: & an laicus judex eos compellat ad aliquid faciendum tempore peſtis. Lex Regia pro bono Reipublicæ edita de tritico non emendo ad revendendum, an obliget Eccleſiaſticos. Statutum laicorum prohibens pro abundantia civium collecti frumenti de poſſeſſionibus Eccleſiarum, aut clericorum extractionem an leget Eccleſiam, aut clericos, quando extrahitur frumentum ad uſum neceſſarium Eccleſiarum & clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Religioſi, & clerici teneatur ſe conformare cum legibus laicorum latis pro communi bono, qualis taxa tritici, ſeu rerum venalium. Ubi quo jure* n. 2. & 3.

4 *Clerici tempore chareſtiæ non poſſunt compelli ad triticum vendendum per laicos Judices, ſed per Eccleſiaſticum Judicem competentem contra Villadiego* n. 5. 6. 7. & 8. *ubi ut nec eorum conjugati.*

7 *Neceſſitas publica, quando periculum non eſt in mora, non poteſt dare juriſdictionem laicis ſuper clericos: ubi de compulſione facta à Nuntio Eccleſiaſtico Neapoli, ut clerici revelarent, & venderent triticum.*

9 *Principes ſæculares non poſſunt compellere clericos tempore peſtis ad obſervanda banna ſtatuto pro bono publico, & pro tuenda ſanitate, niſi per Epiſcopum & de praxi qua Epiſcopi utantur*, n. 10.

11 *Leges Regiæ contra tritici emptores, ut illud retendant, multis de cauſis juſtiſſimæ* n. 12. 13. & 14. *cum aliis.*

12 *Mercatorum ſitis, & avaritia plus poteſt nocere Reipublicæ, quam anni ſterilitas, aut locuſtæ, &* n. 14.

13 *Revenditores tritici cupiditate futuri lucri omnia grana ſibi abſcribere conantur; indeque populares patiuntur detrimentum, & carentiam annonæ.*

14 *Bardanarii vocantur qui emunt præmium, ut demum ea carius vendant.*

15 *Re-*

15 *Revenditorum minus eſt anima periculoſum licet Reipublicæ neceſſarium, cum pauci eorum ſint qui Joſephi Patriarchæ ferant animum.*

16 *Clerici legibus Regiis latis contra revenditores tritici, non earum virtute legantur, ſed juxta naturalem rationem, & Pontificiam approbationem; & tunc directè, non coactivè, ſub peccato tamen*, n. 17.

18 *Statutis generalibus laicorum non facientibus mentionem de clericis; quo pacto dicantur ipſi Clerici obligati*, n. 19.

20 *Clerici emendo triticum, ut revendant, quodammodo dicuntur negotiatores, & ſic magis prohibiti, quàm laici revenditores*, & n. 21.

22 *Statutum laicorum prohibens extractionem collecti frumenti de poſſeſſionibus Eccleſiarum, aut clericorum, num clericos comprehendat?* remiſſivè.

23 *Statutum diſponens ſuper publicatione bonorum troctorum extra territorium; imò de vet, extractionis bladorum extra territorium non obligat Eccleſiaſticos pro fructibus de bonis Eccleſiaſticis*, n. 24.

25 *Clericus deferens res alterius non exempti dicens eſſe ſuas etſi videatur ſtatuto laico obligari, ut dicitur de mulione ac portante merces alterius*, num. 26. *ſed aliter fuit deciſum Neapoli, & jure probatur in clerico* num. 28. 29. & 30. *ubi qualiter obligetur clericus.*

31 *Statutum laicorum præcipiens ne victualia ea extrahantur, vel interdicantur etiam à clericis & eſt contra libertatem.*

1 AD primam quæſtionis partem, & aliàs de Tara tritici, ſeu panis, ut reſpondeas, num breviter oportet repetere quæ ſupra ſcripſi *in cap. 1. quæſt. 6. hoc titul. de taxa tritici, ſeu panis cocti.* Quibus ſuppoſitis nunc reſpondeo quod etſi revera clerici, & religioſi ſint cives Reipublicæ, & teneantur ſe conformare cum legibus laicorum latis pro communi bono, qualis eſt taxa tritici, & alia quælibet imponens, & taxans pretium rebus victus uſui neceſſariis: & ex hac cauſa, & aliis Medina *de reſtitutione quæſt.* 30. Navarrus, *cap.* 23. *num.* 88. Meſia Pontio *concl.* 5. *num.* 1. *lib. de taxa*, & alius Rebellus *de Juſt. lib.* 9. *quæſt.* 3. *ſect.* 2. *num.* 9. dicant has, & ſimiles leges non impugnare libertati Eccleſiaſticæ, cum omnibus congruant juxta victoriam Relect. *de poteſt. Eccleſ. quæſt. ultima n.* 3. Sotum *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 2. *art.* 2. Sylveſter verbo *lex q.* 15. Angelum *eodem*, §. 6. poſt Bart. Felinum, Panormit. & alios *ex regula textus in cap.* 1. *de novi operis nunciat.* & ſic ut clerici tranſgredientes taxam tritici peccent mortaliter, ut dixi *ſub dicta quæſt.* 7. *& aliis.*

2 † Et contra alii exiſtiment ex regula textus noſtri, & aliorum, ut lex taxæ clericos non obliget, cum exempti ſint civili lege, & eorum bona; *cap. bene quidem diſt.* 96. & ex aliis fundamentis quæ ex relatis, & referendis quæſtionibus poſſunt *hic* cumulari.

3 Tamen ego breviter ſtando primæ opinioni diſtinguens reſolvo illis legibus, ac pragmaticis taxæ non teneri, quatenus ortis à civili Legiſlatore, ſed tantùm ex vi, & æquitate legis naturalis. Et quia tacitè, ſive expreſſè ſolent ratione cauſæ publicæ à Pontificibus approbari, ne detur inter laicos cives, & clericos, aut religioſos turbatio; & ob id exiſtimo evenire ut clerici tranſgreſſores poſſint peccare ex doctrina, quam adduxi *ſupra ſub q.* 1. & 2. legenda pro ampliatione, & vera hujus dubii reſolutione; & ſic omitto plura à Doctoribus adducta: hic adjunges aliam quæſtionem de qua dixi ſub *c.* 1. *hoc tit. d. q.* 6. *num.* 50. & 51. ubi num lex Regia obligans clericos ne vendant triticum ſuum in pane certo ſi vendant peccent mortaliter quæ ſuſtinetur ex reſolutione hic java.

Ad ſecundam quæſtionis partem an clerici tempore carentiæ, poſſint compelli ad triticum vendendum. Et ſuppoſitis latè antea dictis, licet Villadiego *in polit. c.* 5. *n.* 90. dicat *en tiempo de neceſſidad de pan podra el corregidor to max el trigo que ſobrare à las Igleſia, y Monaſterios, y Obiſpos, y Clerigos, aunque ſea contra ſu voluntad pagandos elo à la taſa.* Nihilominus reſpondeo non poſſe Judices laicos procedere abſque mandato Judicum ſuperiorum Eccleſiaſticorum contra prædictas perſonas, & religioſos, abſtrahendo ab illis triticum, etiam in illo tempore neceſſitatis; quia etſi cauſa ſit admodum urgens; & quæ tanti eo in tempore carentiæ ſtat pro utilitate, & neceſſitate publica, adhuc debet requiri prius mandatum ſuperioris Eccleſiaſtici, quia conſtito de ea, non ſe negabit. 4

Quare & ſi practicus Villadiego ita loquutus fuerit adversùs eum, adduco in hoc caſu alios practicos, non multùm in aliis caſibus juriſdictionalibus faventes libertati, & immunitati clericorum, ut ſunt Cavallo *cent.* 1. *caſu* 9 *n.* 10. Anton. de Ripol. *variar. reſol. cap.* 11. *de emptione, & vendit num.* 91. Sebaſtian. Guazin *de defenſ. reorum tom.* 2. *defenſione* 20. *cap.* 9. *num.* 10. ubi poſt multa ſic concludit *in omnem caſum non poſſunt cogi perſonæ Eccleſiaſticæ ad aliquid faciendum tempore carentiæ, vel peſtis per Judices laicos, ſed per eorum Judices Eccleſiaſticos, nec poſſunt puniri pœna communata à laico, ſed alia arbitraria.* † Etſi forte laici Judices procedant, erit, obſervatio illis, quæ retuli *infra in c.* 2. *de Judiciis, q.* 13. ubi egi de quæſtione. *an poſſint laici Judices tempore neceſſitatis ſequeſtrare triticum, & decimas Eccleſiaſticorum:* & iterum de hoc dubio adjunges quæ ex multis tradit etiam Diana *p.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 8. ubi agit de illa, an ſæculares Magiſtratus poſſint cogere clericos, ut triticum vendant ſi neceſſitas adſit, ubi contra Joannem de Salas *de emptione, & vendit. dubio* 9. *n.* 2. Valerum *in different. juris*, verbo *clericus, differentia* 3 *num.* 3. Curiam Philipicam *p.* 3. §. 3. *n.* 10. Bobad *polit. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. allegante de facto à clericis, & canonicis, ſe extraxiſſe, ſed ex *p.* 4. & 7. *de immunit. Eccleſ.* docent Duard. Molfeſius, Belletus, & Madius, & Diana incurrere ſic compellentes in cenſuram Bullæ cœnæ. 5 6

Et eſt ratio clara, quia publica neceſſitas quando periculum non eſt in mora, non poteſt dare juriſdictionem laico ſuper clericos, & Eccleſiaſticos, Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 87. ubi refert notanter cum Eliſæo Danza *in pugna Doctor. c.* 3. *de qualitate officialium num.* 14. *anno.* 1606. tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolitano Judices laicos obtinuiſſe licentiam à Nuntio ſummi Pontificis compellendi Eccleſiaſticos ad frumentum revelandum, & vendendum; quis 7

ergo non videt ut quilibet Epiſcopus poſſit eo in tempore ſuos ſubditos Eccleſiaſticos, alioſve in territorio digentes, quantumvis exemptos ob periculum, & moram recurrendi ad Papam, cujus ſubditi ſint immediati: etſi fortè Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus habeat triticum, ut Nuntius Pontificis ubilibet exiſtens queat eos campellere cenſuris, & aliis mediis, & mandatis proportionatis, habemus igitur nullum dari caſum, in quo illa compulſio queat ſieri per laicum Judicem. Et in præſenti caſu docuerunt etiam Philibertus Marchinus *de libello divino*, ſeu *tractatu de peſte p.4.c.2.num.* & *ſeq.* Marta *de juriſdictione, p. 4. cent. 1. caſu. infra referendo.*

8 † Quod etiam extendit ad triticum conjugatorum Eccleſiaſticorum ex doctrina, quam refert Archiepiſcipi Panormitani: quod intelliges de illis conjugatis, qui adhuc gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici, juxta quæ dixi *ſub.c.2. de foro comp.q.* 11. 12. & 13.

9 Ad tertiam quæſtionis partem præhabito quod dixi *ſupra ſub cap. 10. de præſcript.* ut tempore peſtis non currat præſcriptio, etiam reſpondeo breviter Principes laicos tempore peſtis non poſſe clericos coercere ad obſervanda banna ſtatuta pro bonn publico, & pro tuenda ſanitate adita; ſed debere Epiſcopum pro executione prædictorum rogare; ita Marta, quem ſequitur Diana *dict. p.4.tract.1.reſ.87. in fine*, qui dicit ita declaraſſe ſacram Congregationem Cardinalium, facto verbo cum Sanctiſſimo Papa
10 Urbano VIII. ſub die 21. Januarii 1631. † ſicque Epiſcopi tempore peſtis, ſi rectè id judicent bono publico expedire, vel omnem ſuam poteſtatem in Eccleſiaſticos quantum ad arcendam ab urbe peſtem, & ad conſervandam ſanitatem pertinet, ipſi Magiſtratui ſæculari delegare debent, vel Eccleſiaſticam perſonam aſſeſſorem laicalibus ſanitati Præſidentibus miſceat, qui juriſdictionem in clericos exercebit, ut notat Diana.

11 Ad quartam quæſtionis partem an lex Regia edita pro bono publico de tritico non emendo ad revendendum, an obliget Eccleſiaſticos, eſt hæc utiliſſima diſceptatio adversùs omnes tritici revenditores, & legitimè cautum in diverſis Regnis, & provinciis contra emptores tritici, ut poſtea revendant; eſt enim in eis variis pœnis ſancitum, ne quis emat triticum ad revendendum, ut penuriæ, & carentiæ annonæ occurratur, & omnibus (præſertim pauperibus) conſulatur ne inquam inopes famæ laborent, & patriæ ubertas conſervetur: ſic tradunt Beneventus *de mercatura p.4. ex num.* 44. Bartol. *in l.cætera, §. fin.* & *ibi* plenius Jaſon. *num.* 14. *ff. de leg.* 1. Matiancus *lib.5.tit.11.lib.19.gloſſa* 1. Ripa *de peſte cap.5 num.*42. Menoch. *cent. 6. caſu* 585. *num.* 10. Quare notanter Doctores dicunt tales leges, & conſtitutiones omnibus viris piis, & eruditis juſtas videri, quia ex mercatura frumenti ad ipſum revendendum, magna incommoda Reipublicæ (præſertim pauperibus) evenire ſolent.

12 Et in inſtinguibili mercatorum ſiti, & avaritia, quæ plus poteſt Reipublicæ nocere, quàm anni ſteritas, aut Locuſtæ *leg. annonam*, & *ibi* Angelus *n.4.ff.ad leg. Juliam.de annonis* Gutierez *lib. 2. practicar. quæſt.* 180. *num.* 9. Porto. *in ſcholis ad forum à los grandes daños, titul. de uſuris*, Matienc *lib. 5. titul. 11. leg. 19. gloſſa* 1. *num.* 2. cum multis aliis Zenedus *in practicis quæſt.* 33. *num.* 1.

Etenim tritici revenditores cupiditate futuri
lucri omnia grana ſibi adſcribere conantur; in- 13
deque maximum detrimentum, & carentiam annonæ populares pati, ut optimè advertunt Didacus Perez. *lib. 2.tit.23.l.3.* in gloſſa *no lo rebendan.* Ludovicus Meſſia *in pragmatica taxæ panis concluſ.1.n.*164 & 167.

Ideoque Ulpianus *in l.annonam, ff. de variæ,*
& *extraordinariis cognitionibus*, appellat Darda- 14
narios iſtos Mercatores; qui omnia præemunt, ut demum ea carius vendant: ita notat idem Zenedus *dicta quæſt.*33.*n.*1.*in fine*, & per ea, quæ dixit *collect.* 118. *n.* 5. *in fine*, Menochius *de arbitrariis caſu* 384. *ex num.*2. Azevedus *in l.* 9. *ex n.1.tit.18.lib.4.recopil.gloſſa* 1.*n.*1. Matienc.*d.l.*19. *in gloſ.*1.*n.*1. Bovad.*in polit.lib.3.c.4.n.*56. Meſſia *ſupra n.*165.

Unde Joannes Lopez *p. 1. inſtruct. conſcient.*
cap. 124. verſ. *ſed de iſtis revenditionibus*, optimè 15
Joannes Matienc.*lib.5.recop.tit.14.l.1.in gloſſa* 1. *ex num.*2. Zenedus, & aliis *n.*2. notarunt horum revenditorum munus eſſe animæ periculoſum, licet Reipublicæ neceſſarium, cum pauci eorum ſint, qui Joſephi Patriarchæ gerant animum, & qui non habeant primum in votis, ut tempus ſterilitatis tale contingat quod carentiam inducat, augeatque frumenti valorem, in duplo ſaltem; & quidem deſiderare adventum ſteriſitatis conjunctum videri, ut pote contra charitatem cum peccato mortali.

Jam ergo etſi ex multis *ſupra* adductis *à q.* 1. 16
videretur, ut clerici tenerentur his legibus latis à laica poteſtate; ego idem teneo non virtute, tamen juxta naturalem rationem eas conſtitutas, & imperatas, quarum acceptatio juſtiſſimè fit à Pontifice expraſsè, aut tacitè, & quas nullo juſto titulo eas reſpueret; imò deberet, ſi ſic non caveretur illas condere, & imperare pro Reipublicæ ſalute; quemadmodum eas ſtatuet pro tota provincia ſibi ſubjecta, in temporalibus etiam.

Ideoque ſub hoc capite dico clericos, Eccleſia- 17
ſticaſque perſonas debere; etſi non coactivè, directivè autem, & ſub peccato prædictas obſervare leges, tanquam indictas à lege naturali, ſic dictante, ut malum non fiat quod facerent, quemadmodum cæteri laici triticum emendo, ut illud poſteà revenderent, quos damnant Doctores omnes, & clericos inquam ſic Molla *in emporio p.1.tit.9.q.10.num.*1. Menoch.*conſ.*1000.*ex n.*13. alios referens; & hoc quamvis in dictis legibus, ſeu ſtatutis nulla fiat de clericis mentio.

Nam ut ait Bartol. *in l. cunctos populos, n.* 29.
Cod.de ſumm. Trinit. & *fide Cathol.* ſtatuta genera- 18
lia laicorum in quibus clericorum, aut Eccleſiarum nulla fit mentio: ſi tamen tendunt adversùs illa, quæ illis competunt, non tanquam privilegiatis, ſed ut cuilibet de populo illos obligant, dummodo honeſta ſint, & ex Abbate *hic*, Covarr. Tiraquello, Bovadilla, Matienco, Molina, & aliis plurimis ſic tradidit idem Zenedo *ſupra d.q.*33.*n.*3.

Ubi ex Navarro, Ludovico, Lopez, Rodri-
guez, Salon. & aliis concludit ut quamvis regu- 19
lariter clerici non ſubjiciantur legi ſæculari; ſubjecti tamen ſunt legi naturali, quæ præcipit ne quis ultra juſtum pretium vendat, intelligo ex jam adductis *à q.* 1. non quatenus faciat juſtum

lex,

lex, nam iſtud erit pretium legale, ſed quod ſit juſtum à natura ipſa, & inter ementes, & vendentes ea natura, & valore etiam intrinſeco rei,

20 Et quod in caſu, de quo loquimur plus ſint clerici obligeri probatur, quia ſic emendo triticum, ut poſteà revenderent, quodammodo dicerentur negotiatores contra deciſionem textus *in cap. final. de vita, & honeſtate clericorum.*

21 † Deinde quia triticum emendo uit. ſingulis neceſſarium pro ſua, & famulorum ſuſtentatione, ſto quod ex ſuis bonis, aut fructibus beneficii non habeat, & ſe introducere ad mercaturam ſibi prohibitam ex dicto textu, in qua concurrit animus ille avarus, & d vitiarum cupidus cum jactura pauperum: ex quo, & aliis fit, ut clerici in prædicto caſu probibiri, ſint ex natura actus ab emptione tritici, ut poſteà carius revenderet: alia cum infinitis ſcribit omnino legendus idem Zenedus *dicta q 33. à num.6* ubi alias quæſtiones reſoluit de tritici, & panis cocti materia.

22 Ad quintam quæſtionis partem, an ſtatutum laicorum obliget clericos, Eccleſiam, cum prohibet extractionem collecti frumenti de poſſeſſionibus Eccleſiarum, aut clericorum. In quo dubio per longè relata poteſt reſponderi, quare breviter viſis, quæ dico *infra q. 15.* ubi ago de nonnullis dubiis multum concernentibus: & *in q. 16. à n. 1. verſ. ad primam, tertiam & quartam & q. 17* ideò in præſenti dubio exiſtimo reſpondendum ex alio dubio.

23 An ſtatutum diſponens ſuper publicatione bonorum tractorum extra territorium habeat locum in fructibus bonorum Eccleſiaſticorum.

24 † Etenim quod ſtatuto de vet. extractionis bladorum extra territorium, ni ligentur clerici, & Eccleſiaſtici pro fructibus recollectis de bonis Eccleſiaſtici probarunt Ripa *in tit. de remediis præſervativis ad conſervandam ubertatem, n. 122. in tract. de peſte:* poſt alios ſequitur Potus *in tract. de in litem jurando n. 189. verſ ex ipſa tamen decreto,* Marta *de juriſdict. p. 3. cent. 1. caſu. 83. num. 1.* ubi ait, ut habeat locum etiamſi ex bonis patrimonialibus clericorum recollecti fuerint.

25 Tota autem difficultas eſt quid ſi clericus deferat res alterius non exempti dicens eſſe ſuas; in quo dubio eſt diverſitas opinandi, quia Bart, *per textum in l. fin. Cod. de annonis, & tributis lib. 10.* quem citat Bertacinus *de gabellis, p. 7. q. 20. n. 42.* addens ſimile eſſe in collectis; quo caſu res illæ ſuppoſitæ, aſſertæque clericorum bebent confiſcari, ut dixit Bart. *in l. 1. Cod. de navibus non excuſandis lib. 10.*

26 Nec relevare quod non de eſſentia Domini fuerunt datæ clerico, prout dicitur de mulione, qui portaverat merces alterius, & non ſolverit gabellam, ut non ſint ex ejus culpa publicatæ merces; etſi per ſtatutum diſpoſitum eſſet quod merces publicentur cujuſcumque ſint ex ſola culpa, vel dolo deferentis, quod ſtatutum valet ut probant Paul. de Caſtr. & Roman. *in l. cotem §. Dominus, ff. de publican. & vectigal.* eo caſu ipſe mulio teneretur Domino mercium, etſi non eſſet ſolvendo; & quod datur Domino mercium de jure reſtitutio in integrum ex clauſula generali: argumento eorum, quæ notant Innocent. *in Rubr. de conſuetud. column. final.* ſic dicunt Imola, & Romanus *in dict. collect.* ex notatis per Bartol. *ibidem,* Alexand. *in addit.*

Sed nihilominus Marta *de juriſdict. p. 4. cent. 1.* 27
caſu. 83. dicit contrarium fuiſſe deciſum Neapoli in tribunali Regiæ Cameræ, ut ſcribit Regens Reverterius *in ſuis votis,* quæ dixit ſe habere manu ſcripta, & fortius hoc procedere ait, ſi fuiſſent facta banna, quod qui non ſolvit jura Doganarum, alia vectigalia, amittat merces interceptas, & non poſſit ſe excuſare ob culpam mulionis, vel alterius commiſſi, ſeu factoris, vel miniſtri.

Et quod aliàs nunquam merces extractæ con- 28
tra decretum incidèrent in commiſſum, ob directus non ſolutos, quia nunquam, vel rarò vehuntur per Dominos mercium. † Itaque hujus 29
difficultatis reſolutio declaratur, nam ſi gabellarii dicerent res eſſe alienas, clerici autem proprias, ſtandum eſſe juramento, nedum clericorum, ſed etiam nuntiorum; niſi repugnaret qualitas perſonarum, Cardinalis *in clementina præſenti de cenſibus,* Doctores communiter *in l. cætera §. ſed ſi quis, ff de legatis 1.* Franciſcus Marcus *deciſ. 41. p. 1 & deciſ. 268. p 2. cum aliis* per Rolandum *in conſ 71. n. 24. col 4.*

Et addunt idem Rolandus *num. 25. volum. 4* 30
Cardinal. *in dicta clementina in 6. quæſt. per textum ibi* in verſ. *locorum Diœceſani,* ut opus eſſet in dicis determinatio, eſſet recurrendum ad Eccleſiaſticum; & confirmatur ex dictis *infra q 24. de pœna in Eccleſiaſticas.*

Ex his patet reſponſio ad ſtatutum laicorum 31
præcipiens ne victualia v. g vinum, frumentum, legumina, oleum, &c. è territorio extrahantur, vel eo introducantur etiam à Clericis quæ ex prediis ſuis collegerunt eſt enim contra libertatem Eccleſiaſticam ut ex adductis apparet & docent Gram. *deciſ. 100.* Marta *de Juriſd. 4. p. caſu 83. n. 1.* Fauſtus *in ſpeculo confeſſ. diſp. 33. q. 20.* Sperellus *deciſ. 12. n. 43* Carlen *in controv. forenſ. lib. 1. cap. 31.* Thomas del Bene *de immunit. p. 1. cap. 8. diſp. 10* cum aliis contra Leguaxm, Rovitum, Giurbam, Cutellum, Nenochium, Pereiram plures rationes adducens ubi laté agens reſpondet in ſex Sectionibus & difficultatibus quibus à nobis ſatisfit in hoc tractatu.

QUÆSTIO VII.

An pragmatica ſuper chartam, vulgo *de el papel ſellado,* obliget Eccleſiaſticos, ſeu violet immunitatem Eccleſiæ: an emphytheuta Eccleſiæ poſſit collectari, vel teneatur ad tributa: an clerici obligentur ſtatuto edito ſuper jure congrui vulgo *retractus*: vel quid de ſtatuto compromittendi: An ſtatutum, quod intra tantum tempus Eccleſia teneatur vendere res ſib. relictas, ſit validum: & an ſtatutum ſæculare, quo cavetur, ne bona immobilia transferantur in Eccleſiaſticas perſonas, ſit validum ſine Regia facultate; ubi de ſtatuto Innoc. prohibente Eccleſiæ relinqui poſſeſſiones: & an clerici ſint vaſſalli Principum laicorum?

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Reges poſſunt ſtatuere ſuper ſigillando papyro ad actus judiciales, ſicut ſuper cæteris Regalibus: contra* n. 10.

Cleri citenentur ſoluere pretium taxatum, & juſtum pro rebus venalibus.

2 *Clerici ſunt cives, ſicut alii, ut in Republica Principum laicorum: ſed num vaſſalli*, num. 69.

3 *Charta ſigillata vulgò* de el papel ſellado *in his Regnis practicata legibus ab anno* 1631. *clericos non obligat, nec Eccleſiaſtica tribunalia admiſerunt pragmaticam ſuper hoc, nec vulgo* los vozcaynos: *& quare* num. 4. 5. 6. & 15.

4 *Libertas Eccleſiaſtica præſtat clericis facultatem faciendi quod eis placet, niſi illicitum ſit.*

6 *Pragmatica, & ordinationes Regiæ circa papyrum ſigillatum à Clericis non admittuntur, ut probibentes, & impedientes, quod jure Divino eis alias licet*

7 *Monetæ valorem, quare Princeps poſſit augere, ſive minuere, & eo Clerici obligentur; & non ſic pragmatica ſigillati papyri*, n. 8. 9. 16 *&* 17.

10 *Angariæ, & Perangariæ, Salinaria, guidagia; & pedagia, etſi ſub Regalibus comprehendantur, ſed redditus ipſorum fiſco provenientes inter vectigalia connumerantur* num. 11. & 42 *item piſcariæ Portus* num. 13. *& de aliis* n. 14.

16 *Monetæ mutatæ ſigillum ſolet eſſe in modico, nec tali mutatione ſolent omnes Eccleſiæ gravari.*

18 *Pragmatica dicta papyri ſigillati; etſi inventa urgente neceſſitate publica Regis, & Regni; & ut falſitas evitetur; non ideo fugit tributi nomen, nec falſitates inſtrumentorum ceſſant.*

19 *Clerici litigantes in in tribunalibus Regiis conformantur actuando in papyro ſigillato, ſicut cæteri laici: & quare.*

20 *Emphytheuta generaliter tenetur ad collectas: nam onus impoſitum perſonæ pro rebus, inſpicitur perſona, cui imponitur; & quia hujuſmodi collectæ, ſunt impoſitæ poſſeſſoribus*, n 21. & 22. *& quia habet utile Dominium*, n. 23.

23 *Gravari quilibet poteſt ratione fructuum, quos ex re Domini percipit.*

24 *Bona Eccleſiaſtica ratione utilis Dominii videntur poſſe collectari, &* num. 25. *ſecus à* num. 26.

27 *Emphytheuta Eccleſiæ collectari nequit à Principe laico, quia nec fiſci emphytheuta tenetur ad collectas; quia gravaretur onere laudemii, & Canonicis annui, imò & duplici collecta in comportabili, ut* num. 28. & 29. *fallit.* n. 22.

30 *Bona Eccleſiæ, quæ à laicis poſſidentur, non ſubſunt Principi, quoad directum Dominium.*

31 *Eccleſia quomodelibet lædatur, ſive in minimo, ſive in maximo, directè, indirectè, primariò, ſive ſecundario, nullo modo ſubſiinebitur laicorum ſtatutum.*

32 *Emphytheuta Eccleſiæ poterit collectari, quando ſcilicet illi, ſeu colono Eccleſiæ in caſu publicæ neceſſitatis, ut belli, peſtis, refectionis Pontium, & ſimilium, ubi non ſine difficultate.*

33 *Emphytheuta gaudet privilegio Domini directi, ut* n. 34. *ſic ut non teneaturod tributa, ut de facto pluries pro collegi omajori complutè deſiſitum fuit, ut* n. 35.

36 *Cenſuarius, ſeu emphytheuta redimibilis non gaudet immunitate collectarum, ut exemplificatur: &* n. 37.

38 *Congrui jus ſe retractus non habet locum in clerios paſſivè, ſed activè tantùm ſecundùm aliquos.*

Clerici poſſunt uti conſuetudinibus laicorum, quatenus concernunt certum favorem, dict. num. 28.

39 *Retrahere poteſt clericus à laico rem habitam, vel patrimonialem, vel habitam à laico.*

40 *Retractus habet locum in clerico emptore; & quod Clericus, à quo res retrahatur eſt conveniendus coram Judice Eccleſiaſtico: vide* num. 41.

42 *Retractus habet locum etiam, ſi venditor, & emptor ſint clerici,*

42 *Statutum laicorum de cauſis compromittendis inter affines, clericos non ligat paſſivè, activè verò ſic* n. 43.

Compromittere poteſt clericus in laicum cauſam vertentem ſuper ejus Patrimonio.

44 *Statutum quod intra tantum tempus teneatur clericus vendere res ſibi relictas, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam; etſi aliud dicat Cutellus de ſimili ſtatuto Federici, &* n. 45. 46 48. & 46. *& Cutelli fundamentis reſpondetur* à n. 51.

45 *Lex Siciliæ, quæ probibet fieri alienationes rerum ſtabilium in Eccleſias revocata fuit à Carolo.*

36 *Bona immobilia cum onere ſuo tranſeunt ad Eccleſiam.*

47 *Statutum, ut intra annum teneatur Eccleſia vendere poſſeſſiones ſibi relictas non valet; ubi quod Alexand. IV. ſimile ſtatutum condemnavit.*

48 *Statutum, ſive conſuetudo cavens, ne certa bona immobilia à laicis poſſeſſa in Eccleſiat alienentur, aut ab eiſdem retineri poſſint, non valet: & quare* n. 49.

49 *Utilitas publica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debet privatæ Clericorum.*

Clerici quandoque gravantur oneribus Eccleſiaſticis directis ad bonum ſpirituale laicorum, & quo magis creſcunt in illis divitiæ, magis etiam creſcit eleemoſynarum numerus, & cura multiplicandi Religioſos, d. n. 49.

50 *Laici quæri ſolent de Eccleſiaſticis, quaſi de profuſiſſimis (ut dicunt) ſimplicium largitionibus cenſus nimium creverint, contra quos ſunt verba aurea concilii Pariſienſis*

51 *Levitæ & Sacerdotes in veteri teſtamento prohibentur poſſidere immobilia, qui omnia habent titulo elaemoſynæ, & divites fuerunt, ut* num. 53.

52. Cap. 5. Levitici de ædibus Levitarum.

53 *Levitæ, & Sacerdotes* 43. *civitates habuerunt, harum* 13. *Sacerdotes, Levitæ cæteras, qui etiam accipiebant decimas a duodecim tribus Iſraël.*

Tribus

Tribus ſingulæ dividebant ſua bona in decem partes, unamque debet tribui Levi, reliquis ſibi reſervatis d.n.53. & 54.

54 *Sacerdotes iterum in veteri teſtamento accipiebant decimas decimarum à Levitis, & accedebant primitiæ, & oblationes.*

55 *Sacerdotes noſtri Evangelici non æque ditiores erant, ſicut Sacerdotes veteris teſtamenti, & Levitæ.*

Interpretes juris civilis ſolent anxiè laborare, ut eorum reſponſis ſingulariter reſpondeatur, d. num. 55.

57 *Statutum ſæculare, quo cavetur, ne bona immobilia transferantur in Eccleſiaſticas perſonas ſine Regia facultate, eſt contra Eccleſiæ immunitatem, contra Servita, & Pereira* de manu Regia num. 58. *qui impugnatur*, num. 59. *niſi tale ſtatutum jubetur Pontificio privilegio, ut patet in Portugalia*, num. 61.

59 *Rex Alphonſus Portugaliæ Rex fuit ab Honorio III. excommunicatus, & ei Regnum interdictum, quia condidit ſtatutum, ne immobilia transferantur ad Eccleſiaſticos ſine Regia facultate.*

60 *Luſitaniæ lex, ne immobilia transſirent ſine facultate Regia ad Eccleſiaſticos, fuit revocata ubi de diploma Clem. IV.*

62 *Conſtitutio lata ab Henrico Imperato Conſtantinopolitano; ut nullus poſſit in vita, aut morte de poſſeſſionibus ſuis quidquam Eccleſiæ largiri, damnatur ab Innocentio III. anno* 1212. & n. 36.

63 *Valentiniani ſtatutum, ne bona transſirent ad Eccleſiaſticos factum anno* 370. *fuit à Maritiano revocatum, & abrogatum à Baſilio Imperatore anno* 987. *tanquam Imperio damnoſiſſimum.*

64 *Legare ſua humanis legibus ſancitum fuit, ut cuique liceat Eccleſiæ, & piis locis*, num. 64.

65 *Religionem ingredientium res Imperatorum legibus Monaſteriis debentur; poteſt enim quilibet naturali lege offerre, & conſecrare rem ſuam Deo bonorum omnium largitori.*

66 *Immobilia bona ab Eccleſiis in perſecutione Diocletiani, & Maximiani ablata reſtitui mandarunt eis Conſtantinus, & Licitinius Imperatores: Donationes abſque inſinuatione fieri queunt Eccleſiæ; etſi fortè excedant quantitatem jure civili taxatam* dict. num. 66.

67 *Apoſtoli cum præviderent Eccleſiam futuram in gentibus non fuerunt adepti prædia in Judæa, ſed tantùm pretia ad fovendos egentes.*

Conſtantinus dilatata Eccleſia inter gentes conceſſit facultatem, ut ſubditi non tantùm Chriſtiani fierent, ſed etiam extruerent Eccleſias, & eis prædia tribuerent pro dote ad alendos Miniſtros d. n.67.

68 *Conſtantinus Imperator Romanus conſtituit Sedem Beato Petro.*

69 *Clerici non ſunt vaſſalli Principum laicorum, etſi cives dicantur, licet alii contra, ut hic* & n 2.

70 *Clerici reperiuntur exempti in jure quoad forum, quoad capturam, quoad tributa, quoad reginum.*

OCCASIONE pragmaticæ promulgatæ in his Regnis Hiſpaniæ 15. Decembr. 1631. ut patet *in l.* 45. 46. 47. & 48. *titul.* 25. *lib.* 4. *recopil.* ubi de ſigillis, & formulis ad quælibet inſtrumenta publica, & privata; item ad Regias proviſiones, & ſchedulas, ſeu ad quoſcumque actus Judiciales interpretes, ſive de officio, quæ vulgo vocatur *de el papel ſellado*, fuit inter Doctores orta diſputatio, an clerici tenerentur, utpote laici ad exſolvendam hanc collectam, ſaltem vi directiva pro parte affirmativa; nonnulla fundamenta tradiderunt Doctores, quæ poſſunt reduci ad jam adducta *à quæſt.* 1. *hujus textus*, quatenus faciunt pro lege edita, ſeu ſtatuto conditio ex cauſa Reipublicæ neceſſaria; quorum primum erit, nam Regibus conceduntur ſtatuere circa ea omnia, quæ ut Regi, & Domino ſupremo Regni, aut provinciæ poteſt competere juxta quæ notavi *in cap.* 10. *de præſcript. à q.* 1. ubi in Regalia Principis præſcribi queant, & quæ illa ſint, ſed impreſſio Regii ſigilli ſuper charta, eſt Regalia, ergo charta ſignata, ut fit quotannis ſigillo diverſo impreſſo eſt propria Regis, cui potuerit dare & aſſignare æſtimationem taxando pretium, & conſequenter clerici comprehendantur ea, ut cæteri ſubditi laici. 1

Et confirmatur quia ſicut clerici, ut notant Avendañus *de cenſib. q.*32.*n.*10. Laſſarte *de decima cap.* 10. *n.* 3. Meſſia *in pragmat. taxæ panis concluſ.* 5. *n* 39. Salas *de emptione dubio.*9 *n* 2. & alii tenentur ſoluere pretium rerum venalium à Principe taxatarum, ut annotavi *ſupra ſub dicta quæſt.* 1. & *aliis*; ita etiam teneantur ſolvere pretium dictæ chartæ ſignatæ, quam ut jam propriam Rex vendidit cum Regio ſigillo, præcipuè ex eo fundamento, quia quod in curiis Parlamento, & comitiis Regni, inſpecta neceſſitate Regis noſtri Philippi IV. poſt longam diſcuſſionem procuratorum vulgò *de cortes*, non fuit inventus; tunc alius contributionis modus, quominus ſubditi onerarentur, ac gravarentur; ergo cum clerici ſint cives, & pars Reipublicæ, ut ſæpè jam dictum eſt, *ex cap. cum nullus de temporibus ordinat.* & docet Bartol. *in l* 1 *ff. ad municip.* Villalobos *in ſumma tom.* 1 *tract.* 2. *dif.* 31. *num.* 1. & alii, & ex eo quod ſcribunt Alvarus Valaſcus *tom.* 1. *conſult.* 100. *nu.* 2. cum docet ut clerici ſint vaſſalli Principum laicorum, ſiquidem ſunt ita cives, ſicut laici *ex l. aſſumptio, ff. ad municipal.* & *ex l cives, Cod. de incolis*, idem docent Rodriguez *in ſumm. tom.* 4. *cap.* 168. *nu.* 1. Souſa *infra* referendus *ad ultim. quæſt. partem*, ſequitur ut illos obliget ſicut laicos. 2

Nihilominus quemadmodum in his Regnis video practicatum exiſtimo clericos non comprehendi illo tributo, nec unquam potuiſſe comprehendi, imo videmus aliquos ſubditos Regi vulgò *Vizcaines* reſtitiſſe admiſſioni papyri ſigillati, actuarèque in papyro ſine ſigillo regio, ſicut & apud nos temporibus retrò; eo quod eſſet onus incomportabile gabellæ, & collectæ excedens, ac ſuperans in nimis grandi quantitate, & admodum exceſſiva valorem naturalem papyri ſine ſigillo. Unde cum clerici non ſolum ſint exempti, ſed etiam de jure Divino à ſolutione gabellarum, ut latius dico *quæſt.* 3

ſequen-

ſequenti. Et ex multis Doctoribus, & juribus, firmavit ſacra Rota in Albanens. Gabellæ die 28. Junii 1630 coram Domino Merlino, & in Barchinonem exemptionis 26. Junii 1636. coram Coccino; argum. eorum quæ dixi latè *infra in c.2. de Judic. ſub. q.1.* ergo cum ex ſumptione papyri ſignati clerici ſolverent gabellam ſequitur neceſſario prædictam pragmaticam dictam papyrum ſtatuentem violare libertatem Eccleſiaſticam; & ob id ſi comprehendat clericos, infringère libertatem Eccleſiaſticam, ut patet *ex can. 15. Bullæ in Cæna Domini,* cujus verba dant pro infectis, & Anathematizant omnes ordinationes, & conſtitutiones, unde libertas Eccleſiaſtica directè, vel indirectè læditur, & reſtringitur.

4 Et confirmatur, quia libertas Eccleſiaſtica hoc clericis præſtat, nempe ut habeant facultatem faciendi quod eis placet, niſi illicitum ſit, ut patet *ex l. libertas, ff de ſtatu hominum,* & docent Cochaci *de libertate Eccleſiaſt. p 2. cap. 15. num. 6.* Garticus *in allegatione pro Eccleſia, fol. 208. §. tertio probatur,* Sperellus *deciſ 12 n 4.* Bonacina *in Bullam Cœnæ diſput. 1. quæſt. 16 ſect. 2 p 2. num 14.* Reginald. *tom.* . *lib. 9 cap 23 num. 358.* Diana *p. 6 tract. 8. miſcell.* multa, quæ omitto referendo *reſ. 1.*

5 Et patet quia per pragmaticam papyri ſigillo Regio ſignati clerici nequeunt amplius facere id quod prius libere eis facere, permiſſum erat, quia non poſſunt amplius in judicio uti chartis papyraceis, & alia inſtrumenta efficere, niſi papyrus ſit Regio ſigillo ſignata; ergo clarius apparet dictam pragmaticam eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; cum illam lædat, & reſtringat: etenim clerici per illam non poſſunt deinde illuc facere, quod antea impunè, & licitè faciebant.

6 At ſic eſt quod ordinationes pragmaticæ, & ſtatuta prohibentes, vel præcipientes clericis quod eis, nec Divino, nec humano jure prohibitum, vel præceptum eſt, violant immunitatem Eccleſiaſticam, ut docent Felinus hic *num. 72. & 73.* quem citat, & ſequitur Humada *in ſcholio ad Gregor. Lopez lib 3. tit. 2. p. 1. gloſſa 6. n. 3. fol. 28. col. 4.* Zechius *de Republica Chriſtiana tit. de clericis fol* 410. Suſa *in Bullam Cœnæ cap. 16. diſp. 84. concluſ. 3.* Aldeṙanus Maſcardus *de interpret. ſtatutor. concluſ. 1 n 88.* Filiucius *tom. 1. tract. 16. c. 10. n. 270. ſ. tertio eu,* Reginaldus *tom 1. lib. 9. 23. n. 358. §. tenendum eſt tertio* Duardus *in Bullam Cœnæ lib 2. cap. 15. quæſt. 19. n. 1.* Laderchius *conſ. 103. n. 1.* Annibaldus *in additionibus ad Mandellum lib. 1. conſ. 8. littera H.* Sayrus *de cenſuris lib. 3. cap. 19. n. 9. §. ſi etiam,* Bonacina *in Bullam Cœnæ diſp. 1. quæſt 16. ſect. 2. puncto. 2, n. 51.* & alii per fundamenta adducta *à quæſt. 1.* ergo cum nullo jure inveniatur clericis prohibitum, inſtrumenta conficiant, nec in judicio utantur alia charta, quam uſque adhuc omnes liberè, & impunè uſi ſunt, & licitè; ſequitur ut prædicta pragmatica quatenus prohiberet clericis uti alia charta in Judiciis, quàm ſignata ſigillo Regis, eſſe contra Eccleſiam, & clericorum immunitatem, cum prohiberet clericis id, quod jure Divino, ac humano non fuerit prohibitum.

7 Nec obſtat dicere quod ſicut Princeps poteſt valori naturali, & intrinſeco monetæ alium majorem extrinſecum addere, juxta reſolutivè notata *infra in cap. quanto de jurejurando,* & quæ longe dicam *in cap. cum Canonicis, cap. cum olim de cenſibus,* & ſibi applicare pro publica neceſſitate ſublevanda, ita, & in caſu noſtro licet papyri ſignati ſit excedens, & improportionalius, cum ſit ejus taxatio tam magna, quod ſæpius pro una charta, vulgò *pliego de papel,* qui aliàs in ſuo valore adhuc non excedat duos marapetinos, æſtimetur ratione ſigni Regii in 272. marapetinis argenteis potuerit Rex illud augere præſus urgentibus bellorum neceſſitatibus.

Nam reſpondeo quod etſi Princeps poſſit augere monetam, quando adeſt publica neceſſitas, cui populus tenetur ſubvenire, ſi Principis Marſupium evacuatum eſt; & tunc habeat rationem gabellæ, ut tradit Mariana *de mut. Reg. lib. 3. cap. 8.* Baſilius Pontius *variar. diſput ſect. 1. de augmento monetæ. 1. propoſ. 4 fol. 514. col. 1. & fol. 516.* ob idque Bornitius *in tractatu de ærario lib. 6. cap. 6. mutationem monetæ* oppoſuerit *ſub tit. de vectigalibus extraordinariis;* & ex hoc dicant nonnulli illam mutationem monetæ, etiam ob publicam neceſſitatem non habere requiſita Juſti tributi, etſi gabella ſit, continereque in ſe multa inconvenientia, ut tradit Paulus Laym. & multi cum eo *in Theologia morali lib 3. tract. 3. p. 1. cap. 5. num 7.* & inde minus poſſe obligare clericos, cum non teneantur ad onera, & tributa pro ſublevandis neceſſitatibus publicis, niſi cum certis conditionibus, de quibus dicam *infra quæſt. ſeq. ex concil. Lateran. in cap. adverſus de immunit. Eccleſiar.* 8

Tamen revera mutatio monetæ non ſic ſe habet, quantumvis gabellæ rationem habeat, quia quoties illa fit non eſt onerosa clericis, ſicut papyrus ſigillata; imò ſæpius contingit quod redundet in augmentum, & commoditatem etiam clericorum circa pretia rerum uſualium, & commodatiora, ut apparet ex eo quod nunquam nec clerus mutationi monetæ reſiſtat, ut pote videmus non reſtitiſſe anno 1628. nec an 1642. & abhinc anno 1653. 1654. & 1659. in quibusdam mutationibus monetarum vulgò *de el vellon,* & ſi contigerit plus communitates Eccleſiaſticas, clericos amiſiſſe quantitates, non minimes, quia ſi mutatio monetæ eſt circa diminuendum valorem, ut factum eſt in prædictis mutationibus; inde evenit et Reipublicæ, & inſimul Eccleſiaſticis communitatibus, ac perſonis alia utilitas, ut diminuerentur pretia rerum vendendarum; quæ ſi moneta non minueretur, vendebantur per exceſſivas quantitates, ad quod medendum malum legitimè mutatio fit abſque injuria ullius, & itidem ſi moneta augetur nullum damnum ſolet contingere intrinſecè reſpectu rerum emendarum, ut experientia experti ſumus; imò & per aliquas mutationes monetæ eam augendo, multos divites effectos vidimus temporibus, quod nunquam accidit in papyro ſigillata, cujus pretium, & augmentum cedit in exceſſivum gravamen, non ſolùm laicorum, qui ſubjectionis jure Regi tenentur ſubvenire, & contribuere, non ſic clerici extrationibus adductis; & ob id fuit ex parte cleri facta contradictio talis, ut in tribunalibus Eccleſiaſticis, & ſanctæ Inquiſitionis nullo modo Judicium agitetur in papyro ſigillata, niſi tantùm in tribunalibus Regiis, quale eſt etiam tribunal Judicis bonorum confiſcatorum ſanctæ 9

Inquiſi

Inquiſitionis, de cujus praxi teſtificor, ut Judex bonorum confiſcatorum tribunalis ſanctæ Inquiſitionis Valliſoletanæ dum ibi eſſem Inquiſitor.

10 Quare etſi adverſarii exiſtiment hanc pragmaticam *de el papel ſellado* non eſſe tributum, ſed regaliam, quæ etiam clericos includit, reſpondeo hoc eſſe figmentum, & chimericam ſpeculationem; quia ut docent Klokius *in tractatu nomico politico de contributionibus c.* 3. *n.* 188. Cavedo *p.* 2. *deciſ.* 42. *num.* 4. Diana *dicta reſol.* 1. *ſub verſ. probatur ſecundo p.* 6. *tract.* 8. & alii gabellæ etiam dicuntur Regaliæ, ſub quo Regaliorum nomine comprehenduntur etiam Angariæ, & Perangariæ, ut obſervant Sextious *de Regalib. lib* 2. *cap.* 13. Cujacius *in l. ult. Cod. de fabricens. lib.* 11. Hotoman. *in legicon. feudali* verbo *angaria* Codelino *de jure* noviſſimo *lib.* 5. *cap.* 3. *l. inde manus in exercit feudat c.* 3 *n* 57. Alfarus *de efficio fiſcalis gloſſa* 20. *&.* 12. *à n.* 471.

11 Et ſic etiam Salinaria inter Regalia connumerantur; Strachia *de mercatura p.* 4 *n.* 30. Azevedus *in l.* 31. *tit.* 20 *lib* 6. *recopil. à num.* 11. Petrus Barboſa *in l divortio. & ſi vir. n* 29. *ff. ſoluto matrim.* Caved. *deciſ.* 53 *p.* 2. & alter Barboſa, & Doctores per textum *in cap. ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignif.* ubi etiam de guidagiis, & pedagiis, quæ ſic dicuntur a pede eo quod à tranſeuntibus ſolvitur, ut per Caſaneum *in conſuetudinib. Burgundiæ Rub.* 1. §. 4. verbo *in dire, in poſer & lever aydes num.* 6. *fol.* 30. ubi *n.* 7. ait quod pedagium non eſt ſervitus.

12 Et ſic licet Salinæ ſint de Regalibus, tamen redditus ipſorum fiſco provenientes inter vectigalia ab Ulpiano connumerari patet *in l. inter publica §. fin. de verb. ſignificatione*, ut notant Bulenguerus *de Imperatore Romano lib.* 9. *c.* 21. Jacobus Bornitius *in tractat. de ærario lib.* 5. *c.* 4. Chriſtophorus Beſoldus *in diſcurſu politico de ærario c.* 4. *n.* 13. Gaſpar Klokius *tract. nomi. politico de contribut. cap.* 1. *n.* 116. Bodinus *de Republica lib.* 1. *c.* 10. *num* 170. ex quo Titus Livius *lib.* 1. *decad.* 3. *de bello perſico* ſic aſſeruit *vectigal. etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt.*

13 Et aliæ ut piſcariæ, & portus, ut dico *infra in dicto cap. ſuper quibuſdam* inter vectigalia connumerantur quæ ſunt Regalia.
14 † Etenim Dominicus *in diſcurſu academico, vol* 2. *diſcurſu* 15. *n.* 65. *notat in d. l. inter publica* ſalaria à Rumeo annona, ſtatuta, & piſcarias reſpectu proventuum vectigalia vocari, ſicut de porto patet *in dict. l. §. fin. ff. verb oblig.* proventus ex portu inter fiſci vectigalia apponuntur, Solorzanus *de jure indiarum tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 52. & alii; & quod ripatica ſint *de regularibus tradunt* Buecrus *ſupra n.* 154. & Erumæus *n.* 93. qui tamen eorum proventus vectigal vocat, quod etiam fecit Maſtrillus *de Magiſtrat. lib.* 3. *c.* 10. *n* 21.

15 Unde cum jam dictum ſit *à quaſt.* 1. tunc ſtatuta, & leges propter bonum publicum ligare clericos, quando nec directe, nec indirecte Eccleſiaſticam immunitatem lædunt, ut docent Salas *de legibus diſp.* 14. *ſect.* 8. *num.* 92. *&* 93. Baldellus *lib.* 5. *diſp.* 33. *n.* 14. Bonacina *in Bullam cœnæ, diſp.* 1. *quaſt* 16. *ſect* 2. *pun* 7 2. *num.* 12. à Ponte *in reſponſione ſuper cenſuris Paul.* 5. *fol.* 15. Collegium Bononienſ: *in reſponſo pro libertate Eccleſiaſtica num.* 2. Molina *de Juſtitia tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 31. *num.* 15. Squilante *de privilegiis clericorum cap.* 7. *dubio* 3. *num.* 94 & alii, ſequitur ut

D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ.

cum taxatio chartæ, de qua hic agimus ſic ita in ratione pretii exceſſiva, ut limites Juſtitiæ omnino excedat; ideoque potius gabellæ onus ſit, quam pretium rei, ea lex, & pragmatica ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, cum eam nimis lædat gravando Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, & tempore ejus promulgationis ſcribens Magiſter Arauxo nunc Epiſcopus Segovienſis qui *hic matriti degit jam Epiſcopatu reſignato, in* 12. *D. Thomæ quaſt* 97. *diſp.* 3. *ſect.* 5. *late*, & ſolide multis rationibus firmavit dictam pragmaticam *de el papel ſellado* eſſe contra immunitatem Eccleſiæ cum multis etiam Thomas del Bene *de immunitate p.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 4. *ſect.* 5.

Nec obſtat dicere quod ſicut impreſſio ſigni 16
publici valorem monetæ intrinſecum augeat; ita & in noſtro caſu ſigillum Regium augeat pretium papyri ſigillatæ, quia reſpondent Layman. *lib.* 3. *Theolog. moral. tract.* 3. *p.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Joannes Hitzolio *tract. de jure monetæ claſſe* 5. *quaſt.* 1. *num.* 37. & alii penes ipſum, & Diana *dicta reſ.* 1. *tract.* 8. *p* 6. ſub verſ. *ad ſecundum*, qui aliis fundamentis contrariæ ſententiæ reſpondet publicum ſignum in moneta, augere ejus valorem, tantum in modico, ſed in caſu noſtro ſigillum Regium augere valorem chartæ ſignatæ unius gravi ad plores Marapetinos, ſeu Pragma; ergo tale augmentum injuſtum eſſe, neceſſario dicendum ſit, vel ut jam *ſupra* explicavi mutatio monetæ nunquam refunditur in damnum ſtatus Eccleſiaſtici; eo quod omnes, tam clerici, quam laici ſoleant conſequi moderata pretia rerum; & hæc ſic multum de Regalibus, potius quam alia tributa, quæ non ſic tendunt in univerſam Reipublicæ ſublevationem, ſicut monetæ mutatio. † Non inquam ex mutatione mo- 17
netæ ſolet præjudicium generari omnibus Eccleſiis, ac Eccleſiaſticis, cum non omnes patiantur in moneta mutata, ſicut in aliis tributis, quæ ordinantur, non tantum pro tempore præſenti in quo decernuntur, ſed etiam in poſterum, ut contingit: in præfato chartæ ſigillatæ.

Et licet replices dicendo pragmaticam *de el* 18
papel ſumptam fuiſſe; propter publicas neceſſitates ſublevandas, item & ut falſitates inſtrumentorum evitarentur, reſpondetur non ideo illam, etſi omnino conſtet de fine poſſe ſubterfugere nomen tributi, oneris, ſeu exactionis: nec falſitates inde omnino repelli in poſterum, cum hodie Tabelliones, & notarii ſic poſſint falſificare inſtrumenta, ut antea, nam ſoluto pretio chartæ Bullatæ ſigillum illud Regium non efficit ut aliquis ſi velit, non poſſit in illa charta ſignata aliquod inſtrumentum notarii, vel aliquod mandatum Judicis cum falſa ſubſcriptione efficere, ut de ſe patet; ergo in nullo eventu poſſunt dicere contrarii Doctores, ut clerici tenentur ad illius ſolutionem, nec ratione tributi, nec ratione Regaliæ, cum unum ab alio non ſeparetur. Et jam hodie minus cum ex hac poſtrema conceſſione Curiam anno 1656. in menſe Novembr. factum ſit ut annona chartæ ſigillatæ ſit duplicata à prima die Januarii, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſeptimi, ad tempora alia poſteriora.

Unum poſſet hic diſcuti, quare in noſtra Ca- 19
ſtella, & aliis Regnis, ubi actuatur in Judiciis ſæcularibus in prædicta charta ſigillata, illam

de facto ſolvant clerici, Eccleſiæ, & Religioſi in tribunalibus, ſeu coram Judicibus Regiis litigantibus, & reſponſum latum, percipies ex doctrina, quam late poſuit *in c. 5. cap. cum ſit generale 8. cap. quod clericis 9. de foro comp.* ubi de conſormando ſe litigante cum ſtylo curiæ, ubi comparet litigaturus. Et *ibi* de clerico actore adverſus laicum litigaturo coram laico Judice, & quare, aliquid *infra q. 27.*

20 Ad ſecundam quæſtionis partem an emphytheuta Eccleſiæ poſſit collectari; vel teneatur ad tributa extra neceſſitatis caſum, ſicut alii ſubditi Principis. Et video multum diſcordes ſcribentes, & pro parte affirmativa, ut teneantur, probatur *ex l. unica Cod. de impon. lucrativa deſcr. lib. 10.* in verbo *non mutatur. l. 1. Cod. de induction. lib. 10 l 2. Cod. de jure emphyteb.* ubi generaliter diſponitur quod emphytheuta teneatur ad collecta, non enim diſtinguunt inter emphytheutam Eccleſiæ, & alios, & cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguemus *ex l. non diſtinguemus, ff. de receptis arbitris l. deprecatio, ff. de public. in rem actione.*

21 Secundo quia quando onus imponitur perſonæ pro rebus, tunc inſpicitur perſona, cui imponitur *l reſcript. §. fin. ff. de muner. & honor. l. indictiones.* ubi gloſſa, *Cod. de annonis & trib. lib.* 10. *gloſſa Rubricæ, Cod. de muner. patrimonialibus.*

22 Tertio quia hujuſmodi collectæ ſunt impoſitæ poſſeſſoribus, ita ut qui plus poſſidet, plus ſolvat, Cardinal. *in cap. tua nos de decimis, Imola in cap.* cum non ſit eodem; ſed ſic quod emphytheuta (etiam Eccleſiæ) dicitur res Eccleſiæ poſſidere *ut in l. naturaliter,* ubi Doctores, *ff de acquirenda poſſeſſione;* igitur dici debet, ut teneantur ad collectas.

23 Cum quilibet gravari poſſit ratione fructuum quos ex ſe Domini percipit, *l. ſi venditor. §. fin. ff. de ſervis exportand. l. fin.* ubi Bartol. *Cod. ſine cenſu,* vel reliquis Ripa *conſ. 23. n 15. & 22. de reſcriptis,* Natta *conſ. 312. n. 5. lib. 2.* Zephalus *conſ. 637. n 7. lib. 5. & conſ. 515. n. 8. lib 4. & conſ. 290. n. 12. lib. 1.* & ſic à fortiori videtur, & multo magis emphytheuta gravari poſſit, cum habeat utile dominium, & jus in re.

24 Sed bona Eccleſiaſtica ratione utilis dominii poſſunt collectari, ut docet Purpuratus *conſil. 332. lib. 1.* ex ea ratione, quia laici poſſunt ſtatuta facere contra laicos habentes bona Eccleſiaſtica in emphytheuſim quoad utile dominium, Anchar. *conſ. 433. n. 3.* qui dicit communem, & Julius Clarus *in §. emphytheuſis quæſtione 48.* ergo.

25 Hanc ſententiam docent Andreas de Iſernia *in tit. quæ ſunt Regalia cap. 1. in uſibus feudor.* Lucas de Pena *in l. 1. Cod. de indicta viduit.* verſ. *emphytheuta lib.* 10. & *in dicta leg. unica,* verſ. *non mutetur de impon. lucrat. diſcript. lib.* 10. Ripa *ubi ſupra,* Alexand. *conſ. 101. num. 11. lib. 1.* Barbatia *conſ. 14. num. 5. lib. 1.* Bologninus *conſil. 54.* Ancharran. *in regula ea. quæ de reg. juris.* Pariſ. de Puteo *in tractatu de reintegrat. feudor. cap. 16. num. 10.* Brunus *in tract. de excluſ. fæmin. art. 8. quæſt. 22.* dicens communem opinionem, & facit lex Regia menti tenenda *in l. 55. tit. 6. p. 1.* ibi *mas ſi por aventura la Igleſia compra ſe algunas heredades, o que ſe las dienſen homes que fueſſen pecheros al Rey, tenudos ſon los Clerigos de la facer à quellos Pecaos que aviam acumplir per ellos, à quellos, de quien las ubieron:* & pro hac opinione poſſunt appellari nonnulla, quæ late dico *in dicto cap. 5. de foro comp. à quæſt. 5. ubi quæſt. 7.* an *emphytheuta Eccleſiæ poſſit, ac debeat convenire pro penſione coram laico, aut Eccleſiaſtico Judice,* & prædictam opinionem eſſe jure Regio receptiorem docent Azevedus per textum ibi *in leg. 11. tit. 3. lib. 5. recop. num. 8.* Zevallos *in practicis quæſt. 726. num. 18.* & per relata verba textus *in dict. leg. 55. tit. 6. p. 1.*

26 Ego tamen quantumvis ex relatis fundamentis ſit probabilis relata opinio exiſtimo de jure, & de praxi ex doctrina textus noſtri amplectandam eſſe negativam, nempe ut nequeat collectari à Principe laico ex ea optima conſideratione, qui fiſcus, & Eccleſia comparantur *ut in leg. final. Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis,* Salicetus *in leg. penultim. Cod. de excuſat. muner. lib. 10.* ſed emphytheuta fiſci non tenetur ad collectas *leg. penultim. §. conductores, ff. de jure immunit. leg. privata, Cod. excuſat. muner. l. 10. leg. 1. Cod. de privileg. Domus Auguſtæ lib. 10.* ergo ſimiliter, nec emphytheuta Eccleſiæ, quia alias duplici onere gravaretur, quod eſt abſurdum, ut tenet Bartol. *poſt gloſſam in l. 1. Cod. de mulieribus.*

27 In quo loco patet; quia gravaretur onere laudemii, & Canonis annui: hanc amplectuntur idem Bartol. *in leg. privata, Cod. de excuſat. muner. lib. 10.* ubi Angelus, & Joannes de Platea, Jaſon. *in leg. prima, num. 31. Cod. de jure emphytheuſis,* Boſius *in titul. de Princip. numero 128.* Ruinus *conſil. 111. num. decimo, lib. 5.* Petrus de Waldia *in tractat. collectar. num. 74.* Silvanus *conſil. 9.* ubi late tuetur hanc ſententiam, quam dicit veriorem, & ſolidioribus rationibus fundatam, necnon magis æquam, & ſecuram, quia continet favorem Eccleſiæ; Sfortia Oddus, *conſil. 70. num. 31. & num. decimo tertio;* & dicit communem, licet ingenue fatetur contrariam magis communem, & juxta hæc intelligenda ſunt, quæ breviter dico cum Thomas del Bene, & aliis *infra quæ-*
ſtione. 40. in fine. † Et confirmatur primo, 28
quia ſi prima ſententia deberet amplecti, ſuperveniret in Eccleſiam & in Eccleſiaſticas perſonas aliud gravis quotidianum; nempe ut onera duplicis collectæ in eodem tempore graventur, in quo laici uno tantum gravati exiſterent, quia ſi Princeps Eccleſiaſticus Eccleſiam, & ſubditos Eccleſiæ, tunc vellet collectare, manerent ipſi hac collecta gravati, & inſimul alia à Principe laico; indeque eveniret quod Eccleſia ita graveretur, ut non inveniret, nec reperiret emphytheutas, qui ſic pingiva laudemia ſolverent ſi bona Eccleſiæ non poſſent tranſire in eos cum eiſdem privilegiis, cum quibus ipſa Eccleſia poſſideret.

29 Secundo confirmatur quia in caſu, quo Papa collectaret bona Eccleſiarum, ſive poſſeſſores eorum ſi ipſi emphytheutæ deberent, cenſeri quoad Dominium utile immediate ſubditi Principo laico, remaneret Eccleſia gravata quoad Dominium directum: & licet perſona emphytheutæ obligetur quoad ſe Principi laico, & ſtatutis laicorum, tamen bona Eccleſiæ, quæ à laicis poſſidentur, non ſubeſſe Principi quoad directum Dominium: & ita Nevicamus ſequitur *conſil. nono, numero decimo octavo,* cum hæc opinio ſit favorabilis Eccleſiæ; quis ergo negare audebit prædictas collectas à lai-

eo impoſitas contra emphytheutam Eccleſiæ pro poſſeſſionibus, quas poſſidet redundare in præjudicium bonorum Eccleſiæ, ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum contra regulam textus noſtri, *& c. quæ in Eccleſ. hoc tit. c. 2 c. adverſus, c. non*
30 *minus de immunit. Eccleſ.* † Et quia pro hac ſententia poſt multa adducta pro prima, late loquitur Marta cum multis ab eo relatis ex textu noſtro. *& Auth. caſſa, Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* cum Eccleſia ſpecialiter ſtatueret in emphytheutas Eccleſiæ: nam etſi videatur indirecte immunitatem, & ſecundario lædi, nihilominus non ſit ſuſtinendum ſic *p. 4. de juriſd. cent. 1. caſu. 13. & ibi à num.* 14. & 19.

31 Quia quoquomodolibet lædatur Eccleſia, ſive in maximo, ſive in minimo, ſive directe, ſive indirecte, ſive primario, ſive ſecundario, nullo caſu ſtatutum laicorum ſuſtinetur, *cap. quamquam de privilegiis, cap ſtatutum de hæret. lib. 6.* ſive fiat verbis expreſſis, ſive fiat verbis velatis, ſemper eſſe idem, *cap. clericis, §. fin. & c. nos igitur de immunit. Eccleſiarum. lib. 6.* & ex aliis vide *ſupra q. 5 n.* 32.

32 Ex quibus exiſtimo forte primam opinionem amplectendam quando prædictæ collectæ in emphyteutam, ſeu colonum Eccleſiæ imponerentur à Principe laico in caſu publicæ utilitatis, veluti belli, peſtis, reficionis pontium, fontis, & ſimilium, ut docuerunt Ripa *reſponſ. 23. num. 6. de reſcriptis*, Ægidius Thomat. *in tract. de collectis à charta* 85. *uſque ad* 111. & 150. quia ſi adeſt publica neceſſitas, non ſolum emphytheutæ Eccleſiæ tenentur ad collectas, ſed etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, ut declarant Duennas *regula* 100. *limit.* 16. Olanus *in antinom. juris littera* C. *num.* 39. Gutierez *practicar. quæſt. lib. 1. quæſt.* 3. ubi plura congeſſit, & *in allegatione* 10. per verba textus *lib. 11. tit. 3. lib. 1. recopil.* ibi *los Clerigos ſean libres de contribuir, y pechar con los concejos, per o los pechos que ſon para bien comun, de todos, anſi como para reparo de muro, o de calçada, o de carrera o de puente, o de fuente o de compra, de termino, o en coſta que ſe haga para velar, y guardar la villa y ſu termino en tiempo de meneſter, en eſtas coſas tales à fallecimento de proprios de concejo, de ben contribuir, y ajudar los dichos Clerigos*, &c. & *per l. 54. tit. 6. p. 1. l. 20. titul. 32. p. 3.* Gregor. & Azevedus *in dict. l. 11.* Ottalora *de nobilit. cap. 1. num.* 21. Joannes Garcia *gloſſ.* 9. *eodem tract.* Cui tamen reſolutioni obſtant etiam in iſto caſu plura adducta *à quæſtione* 1. & 2. & quæ dico *infra, & quæſt ſequent.* num etiam in caſu neceſſitatis debeat eſſet cum conſenſu Pontificis, aut Epiſcopi ſaltem: unde jam vides quantum liberat prima ſententia, ſi adhuc in iſto caſu ſine Papa, aut Epiſcopo non deberent collectas ſolo ſtatuto Principis, laici, Eccleſias, clericos, ſive eorum bona.

33 Ad tertiam quæſtionis partem, an emphytheuta Eccleſiæ teneatur ad tributa; ſatis reſpondetur ex adductis in verſ. *ad ſecundum*: nam licet Avendannus *de exequendis mandatis lib. 2. c. 14. n.* 33. Valaſcus *de jure emphyt. quæſt. 17. num.* 11. & *ſequent.* Carocius *de locato quæſt. 15. num.* 34. 35. & 43. Rolandus *lib 4. conſ. 61. num.* 14 & 15. & alii dicunt teneri ad collectas. & tributa ex eo quia emphytheuta eſt ſæcularis, & obnoxius gabellis, & collectis, teneaturque eas ſolvere, etiam pro re emphytheutica Eccleſiæ, quia mutata perſona, mutatur qualitas rei,

Tamen, etſi in aliis caſibus hæc ratio queat 34
ſuſtineri, veluti ſi in totum res Eccleſiaſtica tranſieret in laicum ut *num. ſequent.* dico non inquam in præſenti caſu, tum ex jam dictis, & ex traditis per Doctores, quos citat, & ſequitur, Solis *de cenſibus tom. 2. in addit. lib. 1. in præfat. à num.* 1. quatenus dicit emphytheutam gaudere privilegio Domini directi ex ſententia Bart. *in leg. privatæ, Cod. de excuſat. num. lib.* 10. ubi Angelus, Platea, Caſaneus *in conſuet. Burg. Rubr* 4. & 6. *num.* 6. verſ. & *intellige*, Laurent. Silva. *conſil.* 9. Marc. Anton. Eugen. *conſ.* 99. & ex aliis jam adductis; etſi alii plurimi, quos refert *ibi n.* 1. & Felinus *hic n.* 99. amplectantur contrarium.

Etenim Felicianus aſſerit ſic ſæpe fuiſſe de- 35
ciſum compluti pro Collegio D. Ildefonſi, & pro monialibus ſanctæ Claræ; & quod Rector. Academiæ defenderint excommunicationis ſententia bona emphytheutica collegii, ac liberaverit à quacumque impoſitione, ſicque vidiſſe obſervatum.

Limitat vero idem Felicianus *ibi*, & *tom. 1.* 36
lib. 1 cap. 10. num 5. & 15. ut hæc ſententia non procedat in cenſuario, nec circa emphytheutam redimibilem; veluti ſi Eccleſia, vel perſona privilegiata domum, agrum, vel vineam concederet in cenſum emphytheuticum redimibilem, debitor cenſus; prædiique poſſeſſor non gauderet privilegio, quoniam in hac forma conventionis nullum Dominium remaneret penes Eccleſiam, vel perſonam privilegiatam, ſed ſolum jus percipiendi penſionem annuam, late ipſe Felician. proſequitur *dicto cap. 10. num. 5. & ſequent. & lib. 2. c. 1. num.* 35. Diana *p. 3. tract. 1. reſol.* 24.

Qui *reſol.* 23. agit de alio dubio an colonus 37
laicus Religioſorum pro ejus portione colonicas teneatur ſolvere decimas, de qua ago *ſub tit. de decimis.*

Ad quartam quæſtionis partem, an clerici 38
obligentur ſtatuto ſuper jure congrui, vel laicos convenire; & licet aliqui utrumque affirment, ut refert Giurba *deciſ. 15. n.* 10. & aliqui utrumque negent, ut tradit Riccius *p. 3. deciſion. 180. num.* 3. tamen videtur juxta alios jus congrui, ſeu retractus non habere locum in clericis paſſive, ſed active tantum; ideoque poſſe clericos agere jure congrui contra laicos, non autem laicos contra clericos, ex eo quia ſtatuta laicorum proſunt clericis, licet eis non æque noceant, ſicque poſſe clericos uti ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum, quatenus concernunt certum favorem, non autem è contra, ut notant Bald. *lib 1. conſ.* 3. Cravet. *lib. 3. conſ. 441. n.* 6. Molfeſius *in conſuetudinib. Neapol. tom. 1. p. 2 q 7. n. 41. & tom. 2 conſ. 23. num.* 3. Francus *deciſ. 285. n.* 5. Abbas *in cap. conſtitutus, n.* 4. ubi ego late ago *de jure congrui, ſive retractus*, de quo cum multis *ibi* Barboſa *n* 2 & 3. *gloſ. in cap. novit.* verbo *quicumque de Judiciis*, Hondedeus *lib. 1. conſ* 20. *n.* 2. Flaminius de Rubeis *lib. 1. conſ. 2. num.* 26 & 27. & *alii*, Graſſis *de effectibus clericorum effectu 20. num.* 388. qui multos caſus diſtingunt, Surdus videndus *lib. 1. conſ. 2. n.* 14. Diana *p. 3 tractat 1. reſ.* 43. qui abſolute hanc docet ſententiam, & late agens videndus Gutierez *pract. lib. 2. q. 556. poſtquam à n.* 1. † Dicit, quod clericus po- 39
teſt retrahere à laico rem habitam, vel patrimonialem, vel habitam à laico habet etiam lo-

cum retractus: & *n.* 4. quod in clerico emptoro
habeat locum retractus.
40 Ubi *n* 6. ſit quod clericus, à quo res retrahi-
tur, eſt conveniendus coram Judice Eccleſiaſti-
41 co, & *n.*7. † Quod retractus habet locum etiamſi
venditor, & emptor ſint clerici. De hoc dubio
videbis quæ longe ex multis ſcribit Marta *de ju-
riſdictione p.*4.*cent.* 1. *caſu* 30. ubi decidit jus pro-
tomiſeos, ſeu retractus non habere locum in
clericos, nec ipſos volentes vendere teneri, re-
quirere conſanguineos virtute ſtatuti, nec Eccle-
ſiam poſſe cogi ad vendendum juſto pretio: ſic
cum multis, & alia ad comprobandum addu-
cens ibi legenda.
42 Ex hac doctrina, & in confirmationem præ-
dictæ doctrinæ infero ad caſum, nempe ut cle-
rici non ligentur ſtatuto laicorum de cauſis
compromittendis inter affines; ita ut ipſi poſ-
ſint alios compellere, & cogere, non inquam
cogi ad compromittendum, quod eſt dicere ne-
quaquam obligari prædicto ſtatuto paſſive, ſed
active tantum, ex ea ratione quia clerici gaudent
privilegiis laicorum ſtatutariis pro ſe, non au-
tem contra ſe, ut docent Doctores, quos citat
Graffis *ſupra n.* 414. Diana *ſupra* quidquid dicat
Riccius *collect. deciſ. p.* 1. *collect.* 171. Capicius
deciſ 66. *num.* 1. & 5. Borrellus *de compromiſ.* §. 1.
*gloſſa*3. *n.* 224. Thorus *in compendio deciſ. Neapol.*
verſ. *Clericus*, & alii. Et quia plura poſſumus
dicere de hoc modo compromittendi *infra in
cap. expoſita de arbitris*, ubi quod clericus vo-
lens, poſſit compromittere in laicos cauſam
vertentem ſuper ejus patrimonio; ideo interim
leges cum multis Martam *de juriſd. p.* 4. *caſu* 40.
cent. 1.
43 Dum agens de ea quæſtione decidit ſtatutum
de compromiſſis faciendis inter conjunctos nul-
lo modo ligare clericos etiam in minoribus or-
dinibus conſtitutos, & ad hæc debent reduci
quæ tractat Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ.*
p 1.*cap.*8.*dubit.*17. ex à Ponte Molſeſio, Mauro,
Burgio, Amadeo, & aliis.
44 Ad quintam quæſtionis partem, àn ſtatutum,
quod intra tantum tempus teneatur clericus ven-
dere res ſibi relictas, ſit validum: & licet olim
hoc ſtatutum Feder. Rex ediderit & eum defen-
dat, Cutelius *ad l.D.Feder. c.*24. *not.*26. *per totam*,
& *c.*85.*not.*90. dicens omnia Federici ſtatuta eſſe
conformia ſacris canonibus, & ſic ſupra dictum
45 ſtatutum. † Tamen prædictum ſtatutum eſſe con-
tra libertatem Eccleſiaſticam, & contra ſacros
canones, ut de ſimili ſtatuto Federici dixit nihil
valere. Matthæus de Afflictis *in conſt. Regni Nea-
polit. lib.* 3. *conſtitut.* 26. *num.* 12. quem ſequitur
verba ejus referendo, Diana *p.* 5. *tractat.* 1. *reſol.*3.
abunde loquens contra Cutellium: tenent etiam
Antonius Vovius *in reſponſ. ad Paulum Servitam*
*p.*3.*argum.*10.*fol.*44. & Theologi religionis ſer-
vorum *in defenſ. cenſuræ Paul.* 5. *cap.* 7. *num.* 27.
fol 142. Fagnan. *de Juſt. monitorii paul.* 5. *fol* 82. &
à Ponto *in reſponſo pro cenſura veneta fol.* 104. &
Joannes Beltram. de Guebara *in propoſit. libert.
Eccleſiaſt. p.* 6. *aſſert.* 120. ubi ſic ait, *nec etiam
obſtat alia lex Regni Siciliæ, quæ alienationes rerum
ſtabilium fieri prohibet in Eccleſias*: nam ea lex
revocata fuit à Carolo II. ut conſtat *ex lib. conſt.
ex cap. uti Siciliæ in cap. Caroli II.* incipit *ſtatui-
mus quod poſſeſſiones.*
46 Satiſque eſſe arbitratus eſt, ſi bona immo-
bilia cum onere ſuo tranſeant ad Eccleſiam, jux-
ta *l. penult. Cod. de exactor. tributor. lib.* 10. & juxta
Bartoli doctrinam in *l. reſcripto.* §. 1. *n.* 5 *ff de mu-
neribus*, & *honorib.* imo *ex Auth caſſa*, & *irrita
Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, patet, ut prædictæ
Federici conſtitutiones ſint revocatæ à Federi-
co II. & Carolo IV. tanquam contra liberta-
tem Eccleſiaſticam, ut copioſius habetur *in
tom.* 3. *concilior. ad finem Conſtantienſ. Concilii* ?
tradit Joannes Umbertus Rupellan. *forenſ. inſtit.
lib.*4.*c.*6. Petrus Pechius *de amortizatione*, *c* 6.*n.* 1.
Ex his bene probatur non valere tale ſtatutum, 47
ut inter annum teneatur Eccleſia vendere poſ-
ſeſſiones ſibi relictas ex una Rotæ Romanæ de-
terminatione, quæ in una veneta cenſuram,
quam teſtatur vidiſſe Diana, & penes ſe impreſ-
ſam habere *fol.*21. ſic alloquente quod vero atti-
net ad illum articulum particularem, ut Eccle-
ſiæ intra certum tempus, v. g. unius, vel duorum
vel duodecim annorum bona immobilia vende-
re laicis teneantur, illum expreſſe condemna-
vit Alex. IV. *in cap.* 1. § *fin. de immunit. Eccleſ. lib.*6.
ibi *nec etiam liceat illud ipſas Eccleſias*, *vel perſonas
ad diſtrahendum*, *vel alienandum*, *aut extra ma-
num ſuam ponendum jam acquiſita*, *vel quæ dein-
ceps acquirent aliquatenus coarctare*, ubi legea,
quæ refert Barboſa ex Tiraquello, Covarr. Meſ-
ſia, Molin. Zevallos, Caldas, Pereira, Petr. Bar-
boſa, & late Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *Cod. de ſa-
croſanct. Eccleſ. p.* 5. §. 2 *à n.* 3.
Agentes de quæſtione, utrum valida ſit con- 48
ſuetudo, ſive ſtatutum cavens, ne certa bona im-
mobilia à laicis poſſeſſa in Eccleſias, alienentur,
aut ab eiſdem retineri poſſint: ubi notarunt Ge-
min. *n.*5. verſ. *nota quod laici* Francus *n.*5. Decius
hic *n.*192. verſ. *octavo non valet ſtatutum.* Bald. *in
Auth. hoc jus porrectum n.* 18. verſ & *propterea non
valet*, *Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* dicentes non va-
lere ſtatutum laicorum contrarium diſponens:
idem tenuit Hoſtienſis *in cap cum laicis n.*5. ſuper
verbo *de alienatione de rebus Eccleſiæ alien vel non*
Archidiacon. *in cap. Roman num.* 13. *verbo conſue-
tudine de appellat. lib.* 6. & Theologi Religionis
ſervorum *in defenſ. cenſ. Paul.* 5. *cap.* 7. *fol.* 110.
dicunt prædictum Federici ſtatutum eſſe contra
ſacros Canones bene demonſtrantes rationi-
bus, & docuit Bernardus Giuſti *in defenſione li-
bert. Eccleſ. fol.* 19. cum pluribus Doctoribus, &
Maynardus *de privilegiis p.*2. *art.*22. *n.*44. Suidus
conſ. 2. *n.* 20. *vol.* 1.
Et confirmatur, nam utilitas publica, ne laici 49
nimis onerentur collectis præferri non debet
privatæ clericorum: nam ut bona apud Eccle-
ſiaſticos maneant, reſpicit etiam publicam uti-
litatem, maxime ſi ad Eccleſias, quæ utilitas
præfertur publicæ profanæ; & clerici ſi non
graventur collectis, quibus tamen, quandoque
graventur, ſaltem pluribus aliis oneribus Ec-
cleſiaſticis directis ad bonum ſpirituale laico-
rum, & quo magis divitiæ creſcunt, magis etiam
creſcit eleemoſynarum onus, & cura multipli-
candi numerum Religioſorum, ut docet colle-
gium Bononienſe *in conſilio pro libert. Eccleſiaſt.
n.*31. & 32. Ugolinus *in reſponſ. ad juris Conſ. pata.
cap.* 6. *à num.* 3. Torrius *in apologetico pro libertate
Eccleſ. fol.* 26. Bernardus Juſtus *in defenſ. libert.
Eccleſ. fol.* 17. Diana *dict. cap.* 3. *p.* 5. *tract.* 1. Vigia-
nus *de immunit. Eccleſ. diſp.* 3 *fol.* 53. † Sic aſſerens, 50
quoniam laici queri ſolent de Eccleſiaſticis,
quaſi de profuſionis, (ut dicunt) ſimplicium
largitionibus Eccleſiarum cenſus nimium cre-
verint,

verint, audiant quæſo Conciliì Pariſienſis ſub Ludovico, & Lotherio Imperatore celebrati vere aurea verba, quæ ſi quiſque ſecum animo revolvens diligenter perpenderent, ceſſarent profectò, tam injuſtæ, tam indignæ quæreclæ: ita *lib.* 1. *p.* 18. *ceſſet ergo ambitio, quæ dicere ſolet nimis rerum habere Eccleſiam Chriſti, & perpendat, quia quantæcumque ſint res Eccleſiæ, ſi eo modo, quo diſpenſandæ ſunt, diſpenſetur, nimiæ non ſunt,* & paulo poſt *mira namque res, ambitio mundalis, ſatis non habet; & Eccleſia Chriſti nimium habet:* & prædictis addes Paulum Comitol. *in apolog. pro monit. Paul.* 5. *c.* 3. *n.* 6. Laurent. Ortit. *de immunit. Eccleſ. p.* 3. *conſid.* 4. *fol.* 333. quos etiam refert Dian. contra Cutellium.

51 Nec obſtat ſequens conſideratio Cutellii inter alias, ut interdictum eſſet Levitis, & Sacerdotibus poſſidere immobilia adducens aliqua ſcripturæ loca, quia reſpondent DD. ideo dici in ſcriptura Levitas aliquid non poſſidere, quia omnia habebant titulo eleemoſynæ, non autem ut alii per ſortem; ſed non inde ſequi ex hoc non habuiſſe, nec poſſediſſe bona immobilia, ut late Lutherum, & Spoletenſem, Doctus Nicolaus Lemaniſtre, Socius Sorvicus *de ſacro patrimonio, lib.* 1. *c.* 10. per totum, Diana *d. reſ.* 3. *p.* 5. *tract.* 1. in 52 verſ. *addit, per c.* 25. † Levitici, in quo dicitur Levitas habere ædes, quæ in urbibus ſunt; & cum cæteræ domus redimi non poſſunt, ni exacto Jubilæo Levitarum domus quovis tempore redemptioni patebant; ædes Levitarum, quæ in urbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi, ſi redemptæ non fuerint in Jubilæo revertentur ad Dominos, quia domus urbium Levitarum, ſunt pro poſſeſſionibus inter filios Iſrael; ſequitur ergo quod ſi Levitæ, & Sacerdotes bona immobilia non poſſiderent Jeremias *c.* 32. in Aoathot. urbe Sacerdotali agrum non emiſſet, ut obſervat Sancius *in Ezech. c.* 44. verſ. 28. *n.* 59.

53 Et conſtat Levitas divites fuiſſe, ut obſervant Valenzuela *in defenſ. cenſur. Paul.* 5. *p.* 9. *n.* 97. erudite Becanus *in analogia veteris Eccleſiæ c.* 7. *q.* 6. *n.* 3. ubi obſervet ex quadraginta, & octo civitates tredecim datas fuiſſe Sacerdotibus, reliquas Levitis: & *n.* 17. ſic ait ex dictis collegi poterit quam divites fuerint Sacerdotes in veteri teſtamento præ aliis omnibus: nam primo accipiebant decimas à duodecim tribubus Iſraël ubi notat præter tribum Levi, fuiſſe 12. tribus filiorum Iſraël, nempe tribum Ruben, Simeon, Juda, Zabulon, Izacar, Dan, Gad, Aſer, Neptali, Ephraim, Manaſſe, Benjamin; & quod hæ ſingulæ tribus dividebant ſua bona in decem partes, & unam dabant tribui Levi, reliquis novem ſibi reſervatis; & ſic fieri, ut tribus Levi multo fuerit ditior, quam cæteræ quia ſingulæ cæterarum habebant tantummodo novem partes, tribus autem Levi duodecim, præter has decimas, quæ 54 communes erant omnibus in tribu Levi. † Sacerdotes iterum accipiebant decimas decimarum à Levitis; & ſic non ſolum erant ditiores; quam homines aliarum tribuum, ſed etiam quam Levitæ. Deinde accedebant primitiæ, primo genita, oblationes quæ ſi omnia computentur in magnum theſaurum excreſcere neceſſe erat reditus, & poſſeſſiones Sacerdotum.

55 Ex his jam vides non æque ditiores eſſe noſtros Sacerdotes, & Eccleſiaſticos, ſicut olim erant Sacerdotes, & Levitæ: quare iterum bene erit, ut attendant Pricipes ſæculares, cum leges, & ſtatuta condunt ad dictum ejuſdem Rotæ Romanæ adductæ *in una veneta cenſurar. fol.* 24. qua addit, quod cum in hac materia conciliorum, & Romanorum Pontificum Divina reſponſa, quæ clara ſint ſervari debeant, non oportet admodum ſolicite quærere, cum aliqui juris civilis potiſſimum interpretes contrarium conſuluerint, & annixe laborare, ut eorum reſponſis ſingulariter reſpondeatur, cum notum ſit eos ſæpe, vel lucri cupiditate, vel ſtudio adulandi Principibus laicis, vel ſacrorum canonum imperitia, ſic in tranſverſum actos, ut in luce clara ſponte cœcutire voluerint.

Quare ex his, & aliis bene concludunt Hoſtienſis *in cap. fin. n.* 12. verſ. *in mortuariis de rebus Eccleſiæ non alien.* Archidiaconus *in cap. Rom.* 13. verſ. *non tamen*, quoad alienationem *de appellat.* Surdus *lib.* 1. *conſ.* 2. *à n.* 20. Philippus Maynard. *de privileg. Eccleſiæ, p.* 2. *art.* 22. *n.* 44. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 63. ut ſtatutum mandans bona Eccleſiæ relicta intra certum tempus vendi ſit, contra libertatem. Eccleſiæ de quo etiam Zipeus *in annalit. de foro comp.* videndus *à n.* 17. & *ante* ut retuli *infra late q.* 8. in terminis cum multis Tho. del Bene *de immunit. p.* 1. *c.* 7. *dubit.* 13. 56

Ad ſextam quæſtionis partem an valeat ſtatutum ſæculare, quo cavetur ne bona immobilia transferantur in Eccleſiaſticas perſonas ſine Regia facultate; reſpondeo ex dictis in verſ. *ad quartam*, & ex doctrina textus noſtri, & *cap. fin. de immunit. Eccleſ.* eſſe contra immunitatem Eccleſiarum, ut docent Valenz. *in defenſ. cenſuræ Paul.* 5. *p.* 3. Bertrand. de Guevara *in propugnac. libertatis Eccleſ. aſſert.* 1. & 6. Theolog. Religion. Servitæ *in defenſ. cenſ. Paul.* 5. *cap.* 7. Maynardus *de privilegiis clericorum p.* 2. *art.* 22. *n.* 52. Anton. Vobius *in reſponſ. ad Paul. ſervitam. p.* 3. Fagnanus *de Juſt. cenſ. Paul.* 5. *p.* 3. Anaſtaſius Germon. *in aſſertione immunit. Eccleſiaſt. c.* 7. Ugolinus *in reſponſ. ad jurecon. Gymnaſii Patavini, cap.* 6. Julius Roſpho *in reſponſ. ad M. Anton. Capellam. p.* 4. *c.* 1. & *ſequent.* Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 13. † Qui cum aliis impu- 58 gnat contrariam ſententiam, quam defendunt Paulus Servita, ex rationibus adductis à Pereira *de manu Regia. p.* 2. *cap.* 67. *à n.* 9. dicente ratione publicæ utilitatis cum oporteat bona illa retineri, & conſervari pro defenſione Reipublicæ, & pro ſubeundis tributis, quæ Eccleſiaſticis tributis nequeunt imponi; & quia hoc pactum Dominus directus in conceſſione emphytheuſis licite apponere poteſt; ergo & Reſpublica; & tandem quia in tali ſtatuto tollitur Clericis ſolum id, quod tanquam civibus illis competit; ergo non erit contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ ſolum verſatur in his, quæ Clericis, vel Eccleſiis competunt, quatenus tales ſunt, non autem quatenus cives. 57

Sed impugnatur aperte ex jam longe adductis, 59 & *à q.* 1. ſolum enim poterit admitti Pereira, quando nempe juvaretur tale ſtatutum Pontificio privilegio; tunc enim jam procederet a Legiſlatore Eccleſiaſtico, ut contingit in lege ac ſtatuto Regis Alphonſi apud Luſit. de quo Franc. Cælius *tract. de immunit. Eccleſ.* ſcriptum reliquit Regem Alphonſum ſimilem in d. Regno condidiſſe, ac propterea ab Henrico III. fuiſſe excommunicatum, ac Regnum interdictum, poſteaque ipſum abſolutum initis cum clero conventionibus, quas ait fuiſſe poſtea à ſummo

Pontifice approbatas, ſeque Apoſtolicum ejus vidiſſe diploma.

60 Ita etiam Fagnanus *ſupra*, ubi ſic dixit *legem vero Regni Luſitaniæ*, cum ſanct. Memor. Clem. IV. Compoſitum habuiſſet ad Regem, protinus litteras dedit ut correctione non ſpectata eam revocaret Anaſtaſ. Germon. Archiep. Tharentaſienſ. *in aſſert. libert. Eccleſ. cap. 7. fol.* 73. cum Collegio Bononienſe *in reſponſo pro libert. Eccleſiaſt. n.* 39.

61 Itaque ſit, etſi in hac Portugaliæ lege Servita, & Pereira fundentur: tamen, ut vides prædictum ſtatutum Portugaliæ fundatur in privilegio Pontificis, & concordatis quantumvis Pereira velit defendere id fundari in terminis juris communis, quod non ſuſtinetur ex rationibus multis, quas adducunt Doctores citati noſtræ ſententiæ, & alii à Diana *ſupra in fine*, inter quos Felinus *hic n.* 68. nam ſi Principis laici requireretur licentia, utique ab eo dependeret omnis contractatio & ſic nullo modo eſſe libera; imo & contra libertatem Eccleſiæ præcipue quia illud ſtatutum Eccleſias nominando expreſſe facit contra libertatem Eccleſiæ. Verum etſi non nominaret, ut jam *ſupra* late ſcripſi, & tenent in terminis à Pont. *in reſponſ. pro venit. fol.* 83 *&* *ſequent.* 93. uſque *ad* 98. Maynardus *de privilegiis Eccleſiæ p* 2. *art.* 22. *à n.* 51. Collegium Bononienſe *in reſponſo pro libert. Eccleſiaſt. n.* 13. *&* 14. & ex propoſito cum infinitis egens iterum Diana reſolvit *p.* 7. *tract.* 3. per totum de ſtatuto prohibente alienationem bonorum ſtabilium in Eccleſiam ubi probat *à reſ.* 2. quinque fundamentis Juridicis & authoritate octoginta Doctorum ex doctrina textus noſtri *ibi reſol.* 6. ubi *à reſ.* 7. *ad* 55. ſatisfacit fundamentis contrariæ ſententiæ quæ ex jam adductis facile diluuntur, leges ipſum & cum aliis de hoc dubio contra ſtatutum Franciæ, Germaniæ, Valentiæ & Portugaliæ, Thomas del bene *de immunit. quæſt.* 15. *p.* 7. *dubit.* 12.

62 Unde optimo jure Innocentius III. *in conſtit.* 10. *edita anno* 1212. incipienti *ad noſtram*, damnat conſtitutionem latam ab Henrico Imperatore Conſtantinopolitano contra libertatem Eccleſiaſticam, nempe ut nullus in vita, aut morte poſſet de poſſeſſionibus ſuis quidquam Eccleſiæ largiri in ſequentibus verbis *cum igitur conſtitutio hujuſmodi. tam Divinis, quam humanis ſit legibus inimica diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſam a thoritate noſtra decernatis frivolam, & inanem, & nullo modo ſervandam.*

63 Cumque ſimile ſtatutum feciſſet etiam olim anno 370. Valentinianus cum Valente, & Gratiano Imperatoribus *l.* 20. *Cod de Epiſcopis, & clericis in Codice Theodoſiano*, & Nycephorus Imperator Conſtantinopoli anno 964. illud tamen fuit à Martiano revocatum *in novell. tit.* 5. *de teſt. cleri*, cum in pœnam iniquæ legis urbs fuiſſet à Vandalis capta, & hoc abrogatum à Baſilio Imperatore anno 987. tanquam Imperio damnoſiſſimum, ut docet Theodorus Balſamon ibi *ex quo* (inquit Baſilius) *vigore cepit nihil penitus boni in illum, uſque diem (nempe ſpatio annor.* 23) *contigiſſe, ſed è contra nullum omnino calamitatis genus ceſſaſſe, morte etiam acerbiſſima ipſi promulgatori allata.* Effuſius hac de re curo Palates Gedrinus, Zonaras, Glicas, ut refert Scort. *cap.* 6. *theor.* 14. merito ergo Innocentius III. impium decretum Henrici damnat in dicta ſua conſtitutione, tum quod ſit Divinæ legi inimicum, ut colligi poteſt ex Geneſi *cap.* 47. ubi legitur Sacerdotes poſſeſſiones proprias poſſediſſe libertate utique offerentium; & Levit. *cap.* 27. verſ. 28 *Joſ.* 21.

64 Tum quod humanis legibus ſancitum fuerit, ut quilibet poſſit Eccleſiæ, & piis locis ſua legare *l.* 1. *l. generali, l. jubemus, l. ſancimus, Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis, &* 23. *quæſt.* 8. *in cap. in quolibet, & cap. ſecundum*, item, & conſtitut one Caroli IV. edita anno 1377. *§.* 1. quæ confirmata eſt à Bonifacio IX.

65 Tum quod Imperatorum legibus res Religionem ingredientium Monaſteriis debentur, juxta quæ late dixi *ſub cap. in præſentia de prob. & ex Auth. ingreſſi, Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis, cap. quia ingredientibus* 19. *quæſt. fin. cap. ſi qua mulier, ſumptum ex Auth de ſacroſanct. Eccleſ collat.* 9 *& in Auth. de Monachiis, §. illud & extra de teſtament. c.* 2. quia rationi congruum eſt, ut qui ſe Divino mancipat obſequio, etiam res ſuas Deo, & non mundo faciat deſervire, & ex aliis rationibus adductis à Scotia *in conſt. Pontif. theorem.* 340. *epitom.* 128. Tum denique quod naturali lege quis deceat poſſe rem ſuam offerre, & ſine impedimento conſecrare Deo bonorum omnium largitori.

66 De hujuſmodi ergo legibus iniquis, meminerunt etiam Hieronymus *epiſt.* 2. *ad Nepotiam*, & *Ambroſ. epiſt* 31. ſuntque videndi Baron. *anno Chriſti* 370. Petrus Gregor. *lib.* 2. *ſyntagm. c.* 28. quinimo immobilia olim oblata ab Eccleſiis in perſecutione Diocletiani, & Maximiani, edicta Conſtantini, & Licitinii Imperatorum eiſdem reſtitui mandarunt, ut conſtat ex Euſebio *lib.* 10. *cap.* 5. eidemque Eccleſiæ donationes aliarum rerum inter vivos fieri queunt, & abſque inſinuatione; licet forte excedant quantitatem jure civili communiter taxatam; Heſtienſis, & Joannes Andreas *in cap. ultimo de ſolution* Bartol. *in l.* 1. *Cod de ſumma Trinitat. & fide Cathol.* Azor. *p.* 2. *lib.* 9. *moral. cap.* 10. *quæſt.* 1. Rodericus *tom.* 2. *q.* 66. *art.* 4.

67 Et ſic *in Canone futuram* 12. *quæſt.* 1. dicitur cum prævidꝛrent Apoſtoli in gentibus futuram Eccleſiam, non adeptos fuiſſe in Judæa prædia, ſed tantum modo pretia ad fovendos egentes. At dilatata inter gentes Eccleſia, Conſtantinum Imperatorem conceſſiſſe facultatem, ut ſubditi, non tantum Chriſtiani fierent, ſed etiam extruerent Eccleſias, & eis prædia tribuerent pro dote ad alendos Miniſtros, juxta *cap. nemo de conſecrat. diſt.* 1.

68 Quin etiam Rom. Imper. talem Sedem Beato Petro conceſſiſſe profuturam & ſimilia habet ſequens Canon Urbani Papæ, ut has duas præcedentes quæſtiones longe diſſolvas & ſatisfacias contrariis ſtatutis Regnorum & Doctoribus; leges quæ abunde ſcripſit Barboſa *voto* 26. & ante eum Doctiſſimum D D. Chriſtophorum Moſcoſo in ſuo manuſcripto provinciæ ſancti Joannis Baptiſtæ del Piris quod typis mandavit Fr. Chriſtophorus de Mancha Ordinis Prædicatorum Magiſter ac illius provinciæ Procurator generalis anno 1640. & ambo referunt plura ſtatuta condita à principibus diverſis pro ſuis provinciis & illis reſpondentes ſigillatim noſtram tenuerunt ſententiam cum infinitis Doctoribus.

69 Ad ultimam quæſtionis partem an Clerici ſint Vaſalli Principum laicorum ex jam adductis *à q.* 1. & in hac *à num.* 1. reſpondeo proprie non eſſe Vaſallos Principum laicorum; etſi cives ſint. & ad corpus Reipublicæ ſpectent, quia ſi eſſent proprie Vaſalli ſubdirentur in omnibus Principibus; ſed illis non ſubſunt, niſi quatenus à Pontifice conceditur privilegio, ut in caſibus, de quibus *in cap.* 2. *de judiciis*, & alibi in feudis, ut *in cap. cæterum eodem*; ergo non obſtante conceſſione Pontificia, non eſt cur dicamus eſſe Vaſallos ex doctrina textus *in cap. imperator quæſt.* 6. *diſt. c. nimis*. & ibi Abbas *de jurejurando*, ubi ego dixi late, & *ex c. quis dubitat.* 6. *diſtinct. c. ſolitæ majorit.* & *obedient.* Marta *de juriſdict. part.* 4. *cent.* 2. *caſu* 188. optime Diana *part* 5 *tract* 1 *reſ.* 19. contra Souſam. *c.* 16. *diſp* 84. *num* 9. dicentem, ut licet Eccleſiaſtici non ſint ſubditi ſæcularibus Principibus, quoad ſæcularem juriſdictionem, ſunt tamen Vaſalli, & contra Valaſcum *tom.* 1. *conſult.* 100. *num.* 2. probans quod ſint Vaſalli, qui Clerici cives ſunt, ſicut laici *ex l. cives Cod. de incolis*; & ſic quod erunt

70 vaſalli: † & quia licet ſint exempti, tamen in jure tantum in quatuor caſibus ſic reperiantur quoad forum, quoad capturam, quoad tributa, quoad regimen ut *in cap. placuit c. in olita* 11. *q.* 1. *cap.* 2. *de foro comp cap. quanquam de cenſibus lib* 6. *cap. bene quidem* 96. *diſt.* ſed *in textu noſtro*, & *in titul. de judictis.* & *foro*, ubi late dixi, patet Clericos eſſe omnino exemptos à Principibus laicis, ſolumque ſubdi Papæ: ergo. Et videbis Dianam *p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 82. & Baldellum *tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 35. *num.* 37.

QUÆSTIO VIII.

An leges amortizationis ſint contra immunitatem Eccleſiaſticam; quod eſt interrogare an ſtatuta quod bona immobilia non perveniant ad Eccleſiam, ſive inter vivos ſive in ultima voluntate, ſine licentia Principis, quam *amortizationem* appellant ſint contra libertatem Eccleſiaſticam: & an idem ſit de ſtatuto vetante, ne res de novo acquirantur Eccleſiis, ſeu Monaſteriis. Et quæ bona ad prædictum effectum dicantur immobilia: & an clerici teneantur ſolvere collectam certam, & invariabilem, impoſitam per ſtatutum ſuper aliqua bona, & prius quam ad eos perveniſſent & quid ſi poſt ab illis empta, aut illis donata, aut alio titulo adjudicata: & an ſit contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatutum, ut immobilia non alienentur in extraneos prohibendo expreſſe, ne alienentur in perſonas Eccleſiaſticas.

SUMMARIUM.

1 *Amortizatio eſt* in manum mortuam translatio: *ſic tali nomine in Regno Franciæ*, & *Valentia nuncupata; unde dicatur* n. 3.

2 *Amortizatio dicuntur bona illa, quæ à juriſdictione ſæculari per Principem ſunt exempta litteris deſuper expeditis, vel quæ tanquam amortizata à* 70. *aut* 80. *annis poſſeſſa fuerint per Eccleſiam.*

3 *Servi in Gallia vocabantur gens de manus mortua, id eſt morteæ poteſtatis, quibus non licebat libere jure, ſed ut adſcriptitiis tantum immobilia poſſidere; indeque cepiſſe tranſlatitia ad Eccleſiam.*

4 *Poſſeſſio Eccleſiæ nunquam dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipſa poſſidet idem de poſſeſſione civitatis, univerſitatis* & *Collegii, quæ nunquam moriuntur;* & *ſic Domini privantur ſpe juris ſibi competentis* n. 5.

5 *Corpora Eccleſiarum, civitatum, univerſitatum,* & *collegiorum, nunquam moriuntur, quamvis perſonæ,* & *quibus exiſtunt moriantur.*

6 *Amortizatio, ideo dici poteſt, quia res mori dicitur, cum nunquam ad Dominum redeat.*

7 *Amortizationis leges prohibentes, ne bona vulgo dicta* de realengo *transferantur in Eccleſias, vulgo* amano muerta *ſine licentia Principis, licitæ ſunt ſecundum aliquos* & *de ratione* n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. *contrarium verius à* n. 15. & *fundamentis reſpondetur* n. 22. & 23. *Valentiæ foro diſpoſitum eſt, ut non poſſint venire per ſucceſſionem ex teſtamento, vel ab inteſtato bona* de realeng *in Monachum, aut Monaſterium;* & *quod Dominium in Eccleſiam non tranſeat ſine licentia Principis;* & *quod tunc cum conceditur amortizatio ſoleat concedi. certa pecunia jure amortizationis* dict. n. 7.

8 *Franciæ facta ſunt plures ordinationes,* & *arreſta amortizationis, Luſitaniæ,* & *in Regno Majoricarum, ac in aliis. Vide Doctores Gallos infra* n. 16.

9 *Bona omnia Regnia Principio ſunt* de realengo, & *Regis qui ſuper eis potuit legem ponere:* & *ſic ut non alienentur in manum mortuam* n. 10. *ſed verius expenditur contra hoc* n. 21.

10 *Amortizationis lex olim in noſtra Hiſpania,* & *in Italia fuit practicata,* & *in Ditione Franciæ etiam ante Burgundos. Principe., Brabantia* n. 11. & 12.

13 *Diplomata diverſa lecta à Zypeo inter monimenmenta Monaſterii S. Bernardi ad Scaldam quibus facultas fiebat à Ducibus comparandi quædam immobilia,* & *vendendi Eccleſiæ.*

14 *Carolus V. Februarii* 21. *anni* 1528. *vetuit vendi manibus mortuis, hæredia, terras, molas, redditus,* & *alia immobilia.*

15 *Statutum cujuslibet Principis laici vetans immobilia tranſire per amortizationem ad Monaſteria, Eccleſias,* & *perſonas Eccleſiaſticas, non eſt validum, cum ſit contra Eccleſiæ immunitatem* n. 16. 17. 18. 19 20. 21. 22. 23. *translatio libera rei de manu in manum pertinet ad jus naturale* d. n. 15.

16 *Lex amortizationis lata à Joan. II. in hoc Regno Caſtellæ fuit revocata à Rege Philippo II.*

17 *Fori,* & *ordinationis amortizationis fieri in Eccleſiam nullo modo valent; ſuntque contra immunitatem, ut facta contra Charitatem, ne Eccleſiis* & *piis locis aliquid acquiratur* num. 18.

19 *Statutum quod homo manus mortua poſſit alienare hæreditarium hominibus illius conditionis, etiam ſi eſſet favorabile Eccleſiis, illas non comprehendit.*

20 *Amortizatio eſt adverſa Eccleſiaſticæ libertati, quæ nullo jure defendi poteſt, quæ à Carolo II. in Sicilia ablata fuit.*

21 *Conſtantinus Magnus liberum cuique decedenti fecit arbitrium Eccleſiis relinquendi quæ velit.*

Libertas Eccleſiaſtica violatur ob neceſſitatem petendæ amortizationis, ubi qualiter dicto num. 21.

22 *Amortizationis lex valet, ſi viget in aliquo Regno; eo quod adeſt privilegium Pontificium, vel ejus tolerantia, ſecus non ſic etiam in bonis acquirendis.*

23 *Princeps non fuit Dominus omnium bonorum ſui Regni, ſed quoad protectionem, & juriſdictionem.*

Amortizationis leges ſecundum aliquos ſunt mixtæ laicorum, & clericorum late incommitiis curiatis omnium ſtatuum, ſed alii rectius totum tribuunt ſcientiæ, & Patientiæ Pontificum.

24 *Statuta facta ſuper jure non quærendo Eccleſiis ſecundum aliquos ſunt valida, quia Prælatus ſuæ Eccleſiæ præjudicare poteſt in non acquirendo de novo* num. 25. 26. & 27. *verior ſententia* à n. 28. *ſatisfit fundamentis primæ* à n. 31.

25 *Legatum factum ſub conditione non debetur Eccleſiæ, ſi Prælatus eam non adimplet.*

26 *Statutum prohibens mulieri alienationem bonorum intelligitur de quæſitis, non de quærendis.*

27 *Emphyteuta non ſolvens non cadit ipſo facto, ubi quod ſolus Prælatus recipiendo penſionem, remittat caducitatem.*

28 *Statuta prohibentia expreſſe, ſive tacite, ne de novo quærenda tranſeant ad Eccleſiam non valent. Et quare* n. 29. & à n. 35.

29 *Statutum auferens Eccleſiis ſibi competentia de jure communi, dicitur contra libertatem.*

30 *Statuta laicorum ſi de Eccleſiis, & Eccleſiaſticis ſimpliciter faciant mentionem, etiam in concedendo beneficia per modum legis, ſi intulerint, vel minimum præjudicii ſunt contra libertatem Eccleſiæ.*

31 *Statutum laici prohibens non quæſita, Eccleſiæ acquiri, ſtando etiam in opinione, quod Prælatis poſſit nondum quæſita Eccleſiæ repudiare; eſt adhuc contra libertatem Eccleſiaſticam. Vide* à n. 33.

32 *Dominium tranſit in Eccleſiam recta via de rebus ſibi relictis.*

33 *Prælatus queit cum cauſa juſta præjudicare in Eccleſiæ quærendis, alias ſi ſine cauſa non acquiſivit Eccleſiæ, tenetur de ſuo ſatisfacere; veluti ſi ſit damnoſa res delicta Eccleſiæ, vel nimis ſubjecta vexationibus, ut* n. 36.

34 *Prælatus patiens præſcribi rem Eccleſiæ, tenetur ad intereſſe inquantum Eccleſia eſt damnificata ex negligentia ſua; &* n. 36. *ubi quod Prælatus repudiendo punitur.*

35 *Statutum laicum prohibens relicta Eccleſiis transferri adhuc ſi Prælatus poſſet repudiando Eccleſiæ præjudicare, non valet ex defectu poteſtatis legislatoris.*

36 *Eccleſia in requirendis patitur etiam damnum.*

37 *Amortizationis lege inter immobilia, quæ prohibentur transferri in Eccleſias, ſive Eccleſiaſticos ſunt, & numerantur redditus* num. 39. *quod non procedit in redimibilibus* num. 38.

40 *Clerici ſecundum graviem ſententiam tenentur ſolvere collectam certam, & invariabilem impoſitam per ſtatutum ſuper aliqua bona prius, quam ad eos perveniant, dum ſint certa, & invariabilia contra* n. 41. 42. 43. & 44. *alii diſtinguunt, ut* n. 45.

41 *Collecta eſt onus, quod perſonis imponitur ſecundum quantitatem poſſeſſionum, & rerum; ita quod collectæ ſint onera mixta; ſic ut quantum ad obligationem ſit onus perſonale, quantum ad quantitatem onus reale.*

43 *Statutum ponens onus in futurum ſolvendum, videtur non valere contra Eccleſiaſticos.*

45 *Qualitas inhærens rei mutatur per mutationem perſonæ, &* n. 46. & 47.

48 *Clerici in Regno Neapoli pro emptis, & donatis non gaudent privilegio Clericali, & non collectandi. Sed improbatur ibi, &* num. 49. 50. & 51.

49 *Bona Clericorum ſunt exempta, non ſolum Patrimonialia, ſed etiam alia quovis titulo quæſita* n. 50. & 51. *Reſpondetur contrariis* n. 59. 60.

52 *Collectandus clericus non eſt pro ejus Patrimonialibus bonis & quare ibi, nec aliis ex ſucceſſione provenientibus, &* n. 51.

53 *Clericus pro ſuis Patrimonialibus bonis habet electionem fori, quemadmodum, & pro ejus perſona.*

54 *Bona Patrimonialia donata ab extraneo, ut clericus ordinetur in ſacris, gaudent privilegio immunitatis, à tributis, & collectis; nec ut arctetur ad eas ſolvendas* n. 55. *quod procedit etiam in bonis donatis à Patre filio* numero 58.

57 *Statutum laicum, ne immobilia alienentur in extraneis, prohibens expreſſe ne alienentur in perſonas Eccleſiaſticas, non valet, & maxime ſi prohiberet, ne fieret alienatio in Eccleſias. & etiam ſi de clericis non faciat mentionem* n. 58.

58 *Prohibentes clericis donari inter vivos aut inter mortuos, damnantur expreſſe.*

61 *Epiſcopi poſſunt compellere ſtatuentes laicos, ut ſtatutum non debeat extendi ad clericos.*

UT ad difficultates hic poſitas reſpon- 1
dere poſſimus advertendum eſt;
quod amortizatio eſt in manum
mortuam translatio, juſſu Principis
facta, ut communiter eſt intelle-
ctus in Regno Franciæ, de quo per Edium
in tractatu de amortizationibus in princ. atque in
Regno Valentiæ, & per Petrum Bellugam *in
ſpeculo Princip. Rub.* 14. *§. veniamus numero* 2.
Etenim manus mortuæ homines appellan-
tur Eccleſiæ, capitula, Collegia, & univer-
ſitates ita dictæ, quod nunquam moriantur;
de Eccleſia loquitur textus *in cap. liberti* 12.
quæſtion. 2. Andreas, & cæteri *in cap.* 1. *de
alienation. feudor.* Afflictis *in conſt. Regni*, in-
cipit *hac edictali in* 3. *notab.* Pariſius *in
conſ.* 101. *numero* 134. *volum.* 1. † Et illa 2
bona

bona dicuntur amortizata, quæ à juriſdictione
ſæculari per Principem ſuot exempta litteris de-
ſuper expeditis, vel quæ tanquam amortizata,
à 70. aut 80. annis poſſeſſa fuerint per Eccle-
ſiam: ſic Pechius *de amortizatione c.* 29. ubi do-
cet eam præſumi ex temporis diuturnitate hanc
enim quæſtionem ampliabis ex reſolutis *ſupra
quæſt.* 7. proxime præcedenti à verſ. *ad quintum*
& ex dictis *infra q.* 20. verſ. *ad quintam.*

3 Et quærentes idem Pechius unde dicatur *ibi
c.* 3. & Zipeus *in analitica juris canonici lib.* 2.
decret. de foro comp. à num. 10. credunt procedere,
quia in Gallia ſervi, vocabantur gens de manu
mortua id eſt, mortuæ poteſtatis, quibus non
licebat libero jure, ſed ut adſcriptitiis tantum
immobilia poſſidere. Indeque cepiſſe eſſe trans-
latitia ad Eccleſiam, & collegia, quæ etiam mor-
tua dicuntur ob eam inhibitionem; & quia apud
eam res manet ſine motu, uti mortua, unde mare
mortuum dici: ſic ille alia plura adducens. &
ubi hujus legis uſus explendeſceret, quæ non re-
peto.

Notabis etiam quod nunquam poſſeſſio Ec-
4 cleſiæ dicitur vacare, etiam mortuo prælato; ex
quo ipſa poſſidet ſecundum Baldum, & alios
in l. fin. Cod. de edicto Divi Adriani tol. Pariſius *in
conſ.* 34. *num.* 7. *volum.* 1. Burſatus *in conſ.* 30. *n.* 46.
volum. 1. Riminaldus *junior. in conſ.* 447. *num.* 19.
volum. 4. † idem notabis de civitate univerſitate,
5 & Collegio, quæ nunquam moriuntur, privan-
turque Domini ſpe juris ſibi competentis, quia
ea corpora nunquam moriuntur, quamvis per-
ſonæ, ex quibus exiſtunt moriantur, & deficiant
l. proponebatur ff. de judiciis, l. ſicut; §. *in decurioni-
bus ff. quod cujuſque univerſ. nomine, l. grege ff de
leg.* 1. *l. inter ſtipulantem* §. *ſacram, ff. de verb. oblig.*
6 *l. qui reſ.* §. *arcam ff. de ſolutionibus.* † Et ideo dici
poſſit amortizatio, quia res, mort dicitur cum
nunquam ad Dominum redeat, ut ſcribunt
Joannes Beſiati in conſuetudine Arveniæ c. 27.
della ordincion de man morte per totum, Marta *de
juriſdictione p.* 4. *caſu* 76. *n.* 3. 4. & 5.

Unde jam ad primam difficultatis partem re-
7 ſpondent nonnulli, ut leges amortizationis ſint
licitæ prohibentes ne bona vulgo dicta *de Rea-
lengo* transferantur in Eccleſias vulgo *a mano
muerta* ſine licentia Principis; ſieque practicari
in quibuſdam Regnis Valentiæ, cujus jure foro
cum cavetur quod bona *de Realengo*, non poſſint
venire per ſucceſſionem ex teſtamento, vel ab
inteſtato in monachum, vel Monaſterium, &
quod Dominium in Eccleſiam tranſire non poſ-
ſit ſine licentis Principis, de quo per Bellugam
in dicta Rub. 14. §. *veniamus num.* 36. refert Mar-
ta *ſupra num.* 6. & quod quando conceditur li-
centia amortizationis, ſolvi debeat certa pecu-
nia jure amortizationis, idem Belluga *d.* §. 14.
8 §. *nunc. videamus n.* 3. † Et quod in Regno Fran-
ciæ factæ ſunt plurimæ ordinationes in præjudi-
cium Eccleſiæ, tam generaliter, quam ſpecia-
liter, & plura arreſta expedita ab anno Domi-
ni 277. hucuſque, quæ recenſet Ægidius *in tr.
de amortizationibus per totum*, ac etiam Joannes
Beſiati *dict. conſuet. Avernia cap.* 27. & de Re-
gno Luſitaniæ, & Majoricarum. & quibuſdam
aliis defendit Albanus *in tract. de jure fiſci cap.* 7.
9 *num.* 31. † Quia omnia bona Regni à principio
ſunt *de Realengo*, & ſunt Regis, & ipſe potuit
legem in eis ponere, ne ſine licentia ſua tranſſe-
rent in Eccleſiam: & ita tenent apud Gallos
Arnolſus Buceus, Petrus Pechius, & Copinus
defendentes legem amortizationis ibi extan-
tem, quia bona ſtabilia prohibentur alienari
in manum mortuam abſque Principis licentia,
& certa pecunia ſoluta, ut refert Diana *part.* 3.
tractat. 1. *reſolut.* 14.

Imo hic in Hiſpania, & in Italia olim legem 10
amortizationis receptam fuiſſe tradit Pechius
de amortizatione cap. 4. etſi in Imperio non æque
paſſim, ut teſtantur litteræ Philippi Comitis
Flandriæ, Marchionis Antuerpien. capitulo An-
tuerpienſi datæ anno 1397. † Et in dictionibus 11
Franciæ, etiam ante Burgundos Principes, in-
hibitum fuiſſe Collegiis Eccleſiaſticis, quæ ut
dictum eſt *vocant manus mortuas* main morte nu
immobilia comparent, & extat *in lib. edicto
fol.* 47. ordinatio Guidonis Comitis Flandriæ
anni 1293. prid. omn. ſanctor. ubi idem decre-
tum fuit de plebeis, ſeu non nobilibus † ſic 12
etiam, & tabulæ legum Brabantiæ Joannis Du
cis 1312. inhibent omnibus Eccleſiaſticis, &
plebeis, ne immobilia acquirant Joannis Ducis
litteræ pro civitate Lorchiſſi datæ 1326. Lunæ
poſt lucæ non niſi ſub ea conditione vetant Ec-
cleſiaſticis vendi, quam quod permanebunt in
ſtatu, & taxibilia, ut ante fuerunt. † Et Zypeus 13
ſupra in annalit. de foro comp. ſub n. 23. dicit me-
mintiſe ſe inter munimenta Monaſterii ſancti
Bernardi ad Scaldam diverſa legiſſe diplomata,
quæ 300. annos ſuperabant, quibus Monaſterio
facultas fiebat à Ducibus comparandi quædam
immobilia, & Henricus Berto ut Dominus de
Duffel. *in litteris de data* 1304. quibus profitetur
ſe vendiſſe Waltero Baus diverſas terras, facul-
tatem emptori, & ſucceſſoribus, facit eas Ec-
cleſiaſticis vendendi. Et in tabulis legum Brim-
bergicarum anno 1294. ſimiliter cautum eſſe ne
quis Eccleſiaſticus, aut popularis immobilia
acquirere poſſit in ea ditione, niſi de Domini aſ-
ſenſu: unde liquere, & ut ſub alternis Dominis
uſu, tum veniſſe, ut eam facultatem darent, ſeu
ut pro ſua indemnitate conſentirent in hujuſ-
modi Eccleſiaſticorum acquiſitiones: alia tra-
dit Zypeus. † Et his omnibus favet aperte edi- 14
ctum Caroli V. 22. Februarii 1528. *in lib. edi-
tor. fol.* 747. & *en ſuivent*, ubi vendi vetat mani-
bus mortuis hæreditas, terras, molas, redditus, &
alia bona immobilis.

Nihilominus dicendum eſt Principis laici, 15
cujuslibet tale ſtatum amortizationis vetans
immobilia tranſire ad Monaſteria, & Eccleſias,
Eccleſiaſti eaſve perſonas, nullo modo eſſe vali-
dum, eo quod ſit contra immunitatem Eccleſiæ
per dicta *ſupra ſub quæſtione præcedenti*; nam pro-
hiberet liberam rerum translationem de manu
in manum, quod ſpectat ad jus naturæ; imo, etſi
ea prohibitio inter ſubditos liceat; non eſt cur
ad Eccleſias, & Monaſteria, & collegia pia por-
rigatur, ex fundamentis late adductis *à quæſt.* 1.
multis etiam aliis defendunt Theologi, & inter
Hiſpanos Juriſconſultos, Joan. Valerius *in ſuis
differentiis ubi utriuſque fori* verbo *bona differen-
tia 3 per tot.* ubi bene loquitur Diana *p.* 1. *tract.* 2.
reſ. 103. Joannes Beltran. de Guebara Archiepi-
ſcop. Compoſtallanus *in propugnacul. libert. Ec-
cleſiaſt aſſertione* 1. §. 6. *num.* 21. † ubi addit quod 16
lex amortizationis lata à Joanne II. in hoc Re-
gno Caſtellæ fuerit poſtea revocata à Catholi-
co, & ſapientiſſimo Rege Philippo II. & inter
Doctores Gallos amplectuntur Petrus Jacob. de
Auro-

Aureliaco *in ſuis libellis in tit. de cauſis, ex quibus vaſſallus debeat admittere feudum col.* 26 verſ *quidam vero ſpretis juribus*, dicens quod practicè Galli in hoc gravaverunt Eccleſias Regni in quantùm invenerunt, quod Eccleſiæ non poſſint habere res immobilia in Regno ſine amortizatione; & eum ſequitur Caſſaneus *in conſuetud.*
17 *Burgund. Rub.* 9. *num.* 37. † Et bene cum aliis, & per rationes juridicas defendit Marta *de juriſdict. dicto caſu* 76 *à num.* 7. dum dicit, ut fori, & ordinationes prohibentes amortizationem fieri in Eccleſiam nullo modo valeant ex textu noſtro, ubi Abbas *num.* 37. Decius *num.* 187. latè Cacialupus *in l.* 1. *num.* 159. *Cod de ſumma trinitate*, eo quod aberrant canones, ut laici, qui inferiores ſunt *c. ſolitæ de majoritate*, & obedientia condendo legem ſuper Eccleſiaſticis etiam in eorum favorem uſurpent hanc juriſdictio-
18 nem. † Etenim hujuſmodi fori, & ordinationes dicuntur eſſe contra libertatem Eccleſiæ tanquam factæ contra charitatem, ne Eccleſiis, & locis piis aliquid acquiratur.

19 Et ob id bene Alex. *conſ.* 211. *num.* 2. *volum.* 2. ait ſtatutum quod homo manus mortuæ poſſit alienare hæreditarium hominibus illius conditionis, etiamſi eſſet favorabile Eccleſiis, ut illas comprehendere non poſſit, in quas nullam habent laici facultatem legis condendæ etiam privilegium concedendo, cum onera Eccleſiæ imponi non poſſint, per quæ libertas ipſius tollatur, imminuatur, ut jam latè probavi *ex c.* 1. *c. fin immunit. Eccleſ. lib.* 6. Felinus latè, & Abbas *hic, & in c. noverint de ſententia excommunic.* Capicius *decis.* 161. *n* 6.

20 Et confirmatur ex Franciſco Fagnano *in reſponſo pro cenſura Pauli V. fol.* 82. dicente amortizationem Eccleſiaſticæ libertati adverſam eſſe, nulloque jure defendi, aut ſuſtineri poſſe: & ex Joanne Chocbier *in vindiciis libert. Eccleſiaſtic.* 1. *cap.* 11. *per totum*, ubi *n.* 6. obſervat Carolum II. Siciliæ Regem revocaſſe ſimilem legem, ſatisque eſſe, arbitratus eſt, ſi bona immobilia cum
21 onere ſuo tranſirent ad Eccleſiam † ſequitur iterum Diana *part* 4. *tract.* 1. *reſ.* 57. ex ea ratione, quia Conſtantinus Magnus liberum cuique decedenti fecerit arbitrium Eccleſiis quæ velit relinquendi, ut patet *ex l.* 1. *Cod de ſacroſanctis Eccleſiis; & in cap.* 1. *c. fin. de immunit. Eccleſ lib.* 6. Bartol. Alex. Ruinus, Jaſon, & alii *in d. Eta l.* 1. alias rationes adducit Chochier ita concludit *ibi* Diana, & Theologis Religionis ſervorum *in defenſ. cenſuræ Pauli V. cap* 7. *ad argument* 8. quod libertas Eccleſiaſtica violatur ob neceſſitatem petendæ amortizationis; quod verum putat ſtando in jure communi, ſecus autem ſi hoc efficeretur in aliquo Regno ex privilegio ſummi Pontificis, vel ex tolerantia approbativa.

22 Unde jam non obſtat fundamentum Olivani, quia ut reſpondet Valenzuela *in defenſ. cap.* 3. *num.* 202. Diana *dicta* 3 *part. tract* 1 *reſ.* 14. *in fine*, tunc obſervari legem amortizationis in Regno, ubi ea vigeat, eo quod adeſt privilegium Pontificium, vel ejus tollerantia ſecus vero eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam. Nec etiam valet dicere in bonis Eccleſiæ acquirendis habere
23 locum ea lex amortizationis, quia reſpondeo ex dictis in verſ *ad ſecundam.* † Nec aliud deterius fundamentum Bellugæ *in ſpeculo Princip dicta Rubr.* 15. *§. Veniamus*, nempe quia à principio omnia fuerunt Regis, merito Rex in traditione rei propriæ potuerit apponere legem amortizationis, quia hoc nequit ſuſtineri, eo quod Princeps non fuit Dominus omnium bonorum ſui Regni, ſed quoad proteſtationem, & juriſdictionem, ut *in l. bene à Zenone*, ubi *gloſſa recepta Cod. de quadriennii præſcriptione*: nam Princeps a populo poteſtatem *habet §. ſed quod Principi placuit inſt de jure naturali*, de quo dixi *ſupra ſub Rubrica*: alii, & melius *ibi* per Bellegam *ſupra num.* 37. dicunt quod hæ leges amortizationis ſunt mixtæ laicorum, & clericorum latæ in comitiis curiatis omnium ſtatuum. Verùm alii, & rectius: ut Pechius *ſupra* id totum tribuunt ſcientiæ, & patientiæ Pontificum: & ſic amplector eum Guebara *ſupra dicto §.* 6 *n.* 21. Diana *dict. p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 14.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an idem ſit 24
de ſtatuto vetante, ne res Eccleſiæ de novo acquirantur, ut reſpondeas leges prius quæ adduxi *in cap* 4. *&* 5, *de juramento calumnia* ubi *an taciturnitas prælati præjudicet Eccleſiæ, & in c.* 1. *de præſcriptionib. quæſt.* 3. verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quintam*, ubi *an legatum Eccleſiæ relictum poſſit repudiari à prælato*: ubi *quid de bonis acquirendis*; igitur qui defendunt ſtatuta laicorum facta ſuper jure, non quærendo Eccleſiæ, valida eſſe fundantur, quia nempe prælatus Eccleſiæ ſuæ præjudicare poteſt, etiam ſi aliàs ſit prohibitus bona Eccleſiæ alienare ex textu *in c. ut circa, c. fin. de rebus Eccleſiæ non alienando in quærendis*, & non acquirendo de novo, ut dixerunt Fredericus de Senis. quem cæteri ſequuti ſunt *in conſ.* 9. Joannes Andreas, Abbas, Decius Gemenianus, Mantua, Imola, Socinus, Bartol. & Jaſon, quos citat Marta *de juriſdictione part.* 4. *caſu* 68. *num* 4. Et in terminis dicti noſtri Baldus *conſ.* 14. *factum* inter conſilia Ancharrani, & *in Rub. hoc tit.* Decius *in textu noſtro à n.* 140. *& in conſ.* 259. *colum.* 2. *& conſ.* 271. *col fin.* verſ. *non obſtat.* Cardinal. *in conſ* 144. *ſtatuit civitas* Probus *in additionibus ad Joan. Monach in c. quia num.* 13. *de reſcript. lib* 6. addentes ad Abbatem *hic in* 2. *lectura ſub. num.* 42. qui allegant ad hoc Corneum *in conſ.* 114, incip. *quamvis primo aſpectu vol.* 2. Hypolitus Riminald. *in conſ.* 368. *volum.* 4. *num* 65. Marſilius *ſingul.* 144. *magna differentia* omnes dicentes, & concludentes ſtatuto laicorum poſſe diſponi ſuper jure quærendo Eccleſiæ, illique fieri præjudicium in quærendis; licet ſecus ſit in quæſitis.

Et confirmari videtur ex doctrina Innocentii 25
in c 2 *de donationibus*, ubi Imola, qui loquens de legato facto ſub conditione; quam ſi non adimplet prælatus, non debetur; & ſic præjudicatur Eccleſiæ, ut in hoc refert; & ſequitur Socinus *in l. ſermilius num* 26. *ff. de condit & demonſtrat.* Bartol. *in l jubemus in* 2. *num.* 4. *Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in l. ſervus C. de pactis num* 2. *& in l. ſi conſtante num.* 10. *ff. ſoluto matrim. & in l. Divus ſamni ias §. Divi num.* 8 *ff. de legatis* 1. *& in l. legatum eodem tit.* ubi dicit communem eſſe opinionem, ut poſſit prælatus non acceptando legatum præjudicare Eccleſiæ, Romanus *in conſil* 184 *viſis & narratis.*

Ubi quod ſtatutum prohibens mulieri alie- 25
nationem bonorum, intelligitur de quæſitis, non de quærendis, idem dicit Imola *in conſ.* 74. *in caſu præmiſſo* Beroius *conſ.* 109. *n.* 31. verſ. *nec repugnat. licentiæ.*

Ubi

27 Ubi quod emphytheuta non ſolvens, non ca-
dit ipſo facto, ideo ſolus prælatus poſſet reci-
piendo penſionem remittere caducitatem; &
ſic præjudicare Eccleſiæ, quia oon tractatur de
non alienando, ſed non acquirendo, in quo po-
teſt fieri præjudicium, allegans Innocent. *in d.c.*
dixerunt etiam Imola *col.* 26. & Card. Florent. *in*
c. potuit de locato, idem Innoc. *conſ.* 112. *n.* 9. *&* 23.
28 *vol.* 1. † Adbuc vero ex jam adductis *à n.* 1. & ex
aliis referendis dicendum eſt prædicta laicorum
ſtatuta nullo modo eſſe valida, ſive expreſſe pro-
hibeant, nt quærenda de novo tranſeant ad Ec-
cleſias, ſive tacite velint, nt ad Eccleſias illa
ſtatuta porrigantur, quia eſſet infringere doctri-
nam textus noſtri, *& c.* 7. *hujus tituli*, & immuni-
tatem Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſtica-
rum etiam contra text. *in c.* 1. *& c. fin. de immunit.*
Eccleſ. lib. 6. & ſic Abbas hic *num.* 26. *&* 37. De-
ciua *num.* 197. quos ſequitur Marta *dicto caſu* 68.
cent. 1. *part.* 4. *de juriſdictione num.* 12. legendus *à*
num. 7. dicunt quod ſic ſtatuentes expreſſe inci-
dunt in excommunicationem; & quod ſi ex-
preſſe, ſed generaliter illa ſtatuta de Eccleſiis
non loquantur, nequeant ad ipſas porrigi *ex*
c. à nobis de ſentent. excommunicat. probans late
Marta *dicta* 4. *part. caſu* 55. *&* 67. ubi non bene
29 comprobat † Sed ego exiſtimo melius com-
probari ex eo quia ſi talia ſtatuta poſſent fieri
à laicis circa quærenda ipſius Eccleſiæ, & im-
pedire ne quæreretur, corrigerent jus commu-
ne, quo diſponitur Dominium, ipſo jure tranſi-
re in Eccleſiam abſque traditione *l. fin. Cod. de*
ſacroſanctis Eccleſiis l. 1. & ibi *gloſſa Cod. de do-*
nation. at ſic eſt quod ſtatutum auferens Eccle-
ſiis ſibi competentia de jure communi, dicitur
contra libertatem Eccleſiaſticam, Innocent. *in*
c. noverint. de ſentent. excommunic. & *ibi* Anton.
de Butrio *col. pen.* ubi quod libertas magis tolli-
tur in his, quæ competunt de jure communi
cum aliis ad hoc allegatis per Decium *hic à n.* 7.
Bartol. *in l. cunctos populos Cod. de ſumma trinit. &*
in Authentica caſſa ubi Doctores, & addentes ad
Bartol. qui alios congerunt; Imo Abbas *hic*
30 *dicto num.* 26. & Decius *dicto numer.* 197. † Et
etiam probant ut non valeant ſtatuta laicorum,
ſi de Eccleſiis, & Eccleſiaſticis ſimpliciter fa-
ciant mentionem, etiam concedendo beneficia
per modum legis, ſi intulerint vel minimum
præjudicii, dicatur contra libertatem Eccleſia-
ſticam; ergo cum & in l. amortizationis *à n.* 1.
relatæ de ſtatutis laicorum expreſſe loquentibus
ſit actum, ſequitur ut ſicut illa lex ſic, & hæc ſta-
tuta debeant explodi.

31 Non inquam obſtant fundamenta contrariæ
ſententiæ quia, & ſi ego elegerim in jam præci-
tatis locis, & ibi *in d.c.* 1. *de præſcript.* ſub verſ. *ad*
quartam contra aliam communem opinionem
ibi traditam, quam ex multis acerrime defendit
Marta *dicto caſu* 68. *à num.* 7. *& à num.* 13. docens
non eſſe veram illam opinionem, quod poſſit
prælatus præjudicare Eccleſiæ in quærendis; eo
quod non poſſit Eccleſia facere conditionem
ſuam deteriorem ex Felino *in c. contingit. de ſent.*
excommunic. n. 5. & ex gloſſa *ibi* verbo *injurioſa*.

32 Et ex ea potiſſima ratione, nam cum in Ec-
cleſiam traoſeat Dominium recta via *l. fin. Cod.*
de ſacroſanctis Eccleſiis, cum aliis per Tiraquell.
de privileg. piæ cauſæ, *cap.* 107. ſemper prælatus
diceretur præjudicare in quæſitis, ſic ut locum
non habeat titulus diſtinctionis in quærendis:
& ita teneant Imola in *dicto cap.* 1. *de rebus Ec-*
cleſiæ non alien. & in cap. tua nuper in fine verſ.
ultima tangit hic de his, quæ fiunt à prælat. ſine
conſenſu *cap. Præpoſitus in cap. fine exceptione* 12.
quæſt. 2. *num.* 17. dicens hanc tenuiſſe opinio-
nem Calderin. & Petr. de Perus *in dicto cap. con-*
tingit de ſent. excommunic. per textum in leg. magis
puto §. fundum ff. de rebus eorum Paulus de Ca-
ſtro *in d. l. legatum ff. de l.* 1. ubi Alex. *n.* 2. *in fine*
Rom. *in l. ſi is qui hæres §. neque filius ff. de acqui-*
rend. hæred. & alii.

Tamen non diſcedendo ab illa à me electa 33
opinione, ut prælatus queat in quærendis Ec-
cleſiæ præjudicare, ſi ex cauſa faciat, alias in-
quam ſi ſine juſta cauſa non acquiſivit Eccleſiæ,
teneantur de ſuo ſatisfacere, ut docent Abbas *in*
dicto cap. tua circa finem de his, *quæ fiunt à majori*
parte capituli, ſic ut quatenus prælatus Eccleſiæ
præjudicaverit, poſſit haberi recurſus pro quan-
titate præjudicii, in bonis ipſius prælati *gloſſa*
id cap. placuit verſ. *pervenbunt* 16. *quæſt.* 3. quam
Felinus æſtimat ſingularem *in dicto c. contingit*
n. 5. verſ. *etſi Eccleſia patiatur grave damnum*, Ar-
chidiaconus *in d. c. placuit*.

Imo & Abbas *in cap. paternitati de donationi-* 34
bus, dicat prælatum patientem rem Eccleſiæ,
præſcribi, teneri ad intereſſe, in quantum Eccle-
ſia eſt damnificata ex negligentia ſua. † Verum 35
nnn inde ſequi ut etſi ex mea opinione queat
Eccleſiæ ſuæ in quærendis præjudicare, ut va-
leat etiam Princeps laicus ſtatutum facere, per
quod Eccleſiæ, aut Eccleſiis etiam in quærendis
præjudicet, ex defectu poteſtatis, quam habet
ferendi leges, ac ſtatuendi in damnum Eccleſia-
rum, aut clericorum contra immunitatem Ec-
cleſiaſticam; qui defectus, ſeu incapacitas non
conſideratur reſpectu prælati in repudiando, &
non acceptando donata legata, ſive quærenda
ſuis Eccleſiis. † Et ſic docent Bald. & DD. *in l. pu-*
pillorum numero ſecundo, *Cod. de repudiand. vel* 36
abſtinend. hæred. quod prælatus perquiſito ut
hæreditas delata Eccleſiæ, ſit damnoſa, vel ni-
mis ſubjecta vexationibus, poſſit eam efficaci-
ter repudiare, verum ſi ſine cauſa repudiaſſet,
& ob id Eccleſia damnum reciperet, quia
etiam in acquirendis Eccleſia patitur damnum
ex leg. liberto octoginta ff. de bonis libertorum dicta
leg. magis puto §. fundum ff. de rebus eorum, *& in*
leg. fin. de acquirenda, vel retinenda poſſeſſione in ſua
aditione in fine, Felinus *in dicto cap. contingit de*
ſententia excommunic. numero quinto, qui alias de-
clarationis ponit, & alias etiam Alphonſus Vil-
lagut. *deciſ.* 15. *numero vigeſimo ſeptimo*, tunc præ-
latus repudiando puniretur, ut dictum eſt, ſed
factum ab eo, non ideo eſſet invalidum: ex qui-
bus facilis eſt etiam reſponſio ad alia fundamen-
ta contrariæ ſententiæ ſed quia de pertinentibus
ad proxime relatas quæſtiones abundantiſſime
ſcripſit D. D. Chriſtophorus Moſco & Barbo-
ſa qui ab eo mutuavit quam plura *voto* 26. &
ego hic matriti perlegerim ſcriptum D. D. Chri-
ſtophori & ex propoſito per doctum virum
jam Conſiliarium ſupremi Caſtellæ conſilii ac
ſanctæ inquiſitionis communicaverim reſiden-
tem adhuc in ſua ſententia quæ eadem eſt cum
noſtra ideo valde gaviſus ſum inveniſſe laicum
Regium conſilium contra quem plura ſtatuta re-
gnorum quæ expendit pugnatorem ſtrenuum ut
etiam lego ipſum Barboſam quem leges *dicto vo-*
to 26. vide dicta q. 7.

Ad

37 Ad tertiam quæſtionis partem quæ bona ad effectum legis amortizationis dicantur immobilia; igitur, ut refert Zippeus *in annalit. ad utrumque de foro comp.* videndus omnino ad alios caſus prædictæ legis amortizationis ann. 15. ubi etiam coram quo judice de ea lege debeat agi docet *ibi num.* 14. ex edicto Caroli V. diverſor. din. Brux 21. Febr. 1528. *in libro edito fol.* 747. ut inter immobilia redditus referantur; etſi alii quid diſputent immobilibus, an mobilibus adſcribi debeant, eſt tamen id deciſum *in clem.* 1. *de verb. ſignif.* ibi *cumque annui* redditus toties immobilia cenſeantur à jure.

38 Verum *dict. clem.* & *edicta* intelligit Zippeus de irredimibilibus: nam redimibiles, & qui bene ab aliquibus volatiles dicuntur, cum extinguantur mora ubilibet debitori, referentur inter mobilia, vel eis paria, quæ poſſidere nullibi gentium clero hactenus eſt inhibitum, & in hac ſententia fuit Pechius *de amortizatione c.* 35.

39 † Et aperte favet Carol. V. 21. Februar. 1528. *in lib. edicto fol.* 747. §. & *enſuit ant.* ubi vendi vetat manibus mortuis, hæredia, terras, domus, molas, redditus, & alia bona immobilia: alia unquam ſcribit idem Zippeus, *à n.* 17. *ad* 24. ubi caſus ſingulares amortizationis.

40 Ad quartam quæſtionis partem, an clerici teneantur ſolvere collectam certam, & invariabilem impoſitam per ſtatutum ſuper aliqua bona, priuſquam ad eos perveniſſent, & quod ſint ad ſolvendum obnoxii, docent Felinus *hic n.* 75. *verſ. quinto quæritur,* & *conſ.* 46. *num.* 17. & 18. Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *num.* 380. Filiucius *tract.* 16. *cap.* 11. *quæſito* 2. *à num.* 294 Marta *de juriſdict.* 4. *p. caſu* 11. *à num.* 38. Avendannus *de exequendis mand. p.* 2. *cap.* 14. *n.* 19. Surdus *deciſ.* 20. *num.* 11. & *de alimentis tit.* 1. *q.* 2. *num.* 8. Theſaurus 334. *à num.* 2. Mendoza *de ſucceſ. creatione lib.* 1. *c.* 10. *num.* 652. Gutierez *pract. lib.* 1. *quæſt.* 3 *à num.* 15. Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam. p.* 55. Azevedus *ad leg.* 11. *num* 8 *titul.* 3. *lib.* 1. *recopil.* Flores d. Mena *variarum reſolution. quæſt.* 21. *lib.* 2 *num.* 96. & 224. Molina *de Juſt.* & *jure tract.* 2. *diſp.* 458. & *diſp.* 662. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 6. *c.* 14. *quæſt.* 1. & *p.* 3. *lib.* 5 *c.* 19. *quæſt.* 7. Proſper. de Auguſtin. *in additionibus ad Quarantam* verbo *vectigal.* Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17 *quæſt.* 6. *num.* 98. & 103 Molfeſius *in ſumma Theolog moralis lib.* 4. *tract* 9. *cap.* 6. *num.* 5. Paulus Comitolus *reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 54. Suarez *de defenſione fidei Catholicæ contra Anglicanæ ſectæ errores lib.* 4. *cap.* 20. *à num.* 6. & *num.* 12. Caldas Pereira *de reſolutione emphyteuſis cap.* 3. *n.* 23. Marta *ubi ſupra dict. caſu* 11. & 12. Cavedus Luſitanus *deciſ.* 64. *p.* 2. Cardinalis Toſchus *tom* 1. *littera E. concluſ.* 12. *cum ſequent.* Cardoſus *in praxi Judicum*, verbo *Clericus num* 75. & multi alii conſiliantes relati à Barboſa *in capit. non minus de immunitat. Eccleſ.* quos ſequitur, *num.* 6.

41 Dicentes ut ſi ſint hujuſmodi onera ab Eccleſiaſticis empta, aut ipſis donata impoſita, antequam in Eccleſias, ſeu Eccleſiaſticas perſonas transferentur, dum ſint invariabilia, perpetua, & certa, quæ aliquando in majori ſumma, ſeu minori imponi ſolent, juxta negotiorum varietatem, & rerum neceſſitatem.

42 Nihilominus etiam in hoc puncto Doctores, quos refert Carolus de Graſſis *de affectibus clericorum effectu.* 3. *à num.* 262 *uſque ad num.* 176. & Joannes Petr. de Guebara *in propugnaculo libertatis Eccleſiaſt. aſſert.* 1. *c.* 6. *num.* 27. ubi aſſerit non poteſt ſuſtineri Bartoli opinio, etiamſi onus impoſitum ſit invariabile, & certum, & in certa quotitate, quia collecta eſt onus, quod perſonis imponitur, ſecundum quantitatem poſſeſſionum, & rerum; ita quod collectæ ſunt onera, Niata *ex l. reſcripto* §. *fin. ff. de munerib.* & *honoribus*, & ita collecta quantum ad obligationem ſit onus perſonale, & quantum ad quantitatem, onus reale. ac proinde quando imponitur onus à ſtatuto ſuper rebus; certum, & invariabile id cenſeatur fieri in fraudem Eccleſiaſticorum, ac ita ſit eadem ratio ac ſi eſſet onus variabile, & in certum quidquid contradicant alii diſtinguendo, an onera certa, & firma invariabilia ſit, an vero incerta, & invariabilia.

43 Et addit Guebara, ut nec hæc diſtinctio admittenda ſit quando per ſtatutum onus ſolvendum imponitur in futurum, aliter ſi fiat per ſpecialem contractum Principis, vel contrahentium & ante illum tenuerunt Cardinalis Albanus *in tract. de immunitate Eccleſ.* omnino videndus *in tom.* 13. *tract p.* 2. & Alex. Peregrinus *de immunit. diſput.* 7. ubi ſic ait quando onera ſunt perpetua, & certa, & rebus impoſita major eſt difficultas; ſed ſi generalitati ſacrorum Canonum ſtandum ſit, idem dicendum eſt, quod de ſecundo caſu. Et ego ut tutas reddam Principum, & Magiſtratuum ſecularium conſcientias, non poſſem tuta conſcientia aliud ſuadere, quam ut cum talia onera imponenda, vel impoſita jam exigenda ſunt, non aliter fiat, quam conſulto, & concedente Romano Pontifice: ſic Peſantius.

44 Et licet Diana ſub diſtinctione ſtatim referenda *in* 1. *p tract.* 2. *ſub reſol.* 42. *in verſ. ſed an clerici*, prædictam primam ſententiam dicat veram, ſecus quando onera incerta, ſunt variabilia, & in tempus poſita: tamen poſtea *reſol.* 17. *p.* 3. *tract.* 1. dicit probabilem eſſe hanc ultimam ſententiam Guebaræ Albani; & Peſantii dicens hæc eſſe intelligenda ut notat Graſſis *dicto effectu* 3. *à num.* 162. etiam ſi bona patrimonialia clerici reperiantur deſcripta in exiſtimo, nam non transeunt in clericos cum onere ſuo, licet tale onus eſſet reale, perpetuum, & durabile; imo & refellit Diana Joannem Driedoem *de libertate Chriſtiana lib.* 2. aſſerentem quod prædia omnia ſunt obligata pro tributis Reipublicæ impoſitis: quam opinionem dicit falſam, & Theologo indignam.

45 Alii inquam in prima relata ſententia, ut ſunt Filiucius, Azor. Megal. Proſper. de Auguſt. Molina, & Suarez item, & Layman, *in Theolog moral. lib.* 4 *tractat* 9. *cap.* 6. *num.* 5. Malderus *in* 2. 2. D. Thomæ *tract.* 5 *cap.* 6. *dubio* 9. Duardus *in Bulla cœna lib* 2. *cap.* 18 *q* 6 *n.* 6. Alterius *tom.* 1. *diſputat.* 19 *lib* 5. *cap.* 6. *fol.* 739. Souſa *in Bulla cœnæ cap* 9 *diſp.* 92. *num.* 5. Turrianus *tom.* 2. *in* 2. 2. *diſput.* 44 *dubio* 4 *num.* 13. cum multis dicunt quod ſi bona a clericis empta, ſeu illis donata; habebant aliquam gabellam annexam, vel collectam certam, perpetuam, & invariabilem, ut ex ea quotannis ſolvatur certa penſio in perpetuum: tunc clerici teneantur ſolvere prædicta onera, quia res tunc transeunt cum ſuo onere.

46 Tamen ſi bona illa eſſent ſolum obligata ad collectas obligatione indeterminata, & variabili

bili ad tempus, nimirum ad ſolvendas collectas
pro tempotum varietate, & neceſſitate occur-
rentium, tunc clerici non teneantur illa ſolve-
re. † Et in hunc ſane ſenſum videntur accipien-
47 di Suarez *lib.4.de immunit. cap.25. n 3.* Gutierrez
pract. lib. 1.c 3. Valerius Reginald. *in praxi rerum
fori Eccleſ. lib. 9.c.25. n 377.* Leſſius *de juſtitia
lib.2.c.3.dubio 3. n.19.* Filiucius *tom 1. tract 16.
d c.11.n 298.* & Barboſa cum aliis *in d. c. non mi-
nus de immunit. Eccleſ. n. 5.* dum inferunt bona
ab Eccleſiaſticis empta, vel alio titulo acquiſi-
ta tributis, & oneribus Principum ſæcularium
non eſſe obnoxia; ex eo quia permutationem
perſonæ, mutatur qualitas inhæreos rei ratione
perſonæ, per textum *in l. locato fiſcus ff. de publi-
cian. & vectig. & l. per procuratorem 89. ff. de ac-
quirenda hared.* deinde quia *in dict. c 1. de immu-
nit. Eccleſ. libert.* habetur bona Eccleſiaſticarum
perſonarum acquiſita, ac acquirenda immunia
eſſe à tributis; ſed ſic eſt quod iſtæ rationes
robur, ac vim habent contra onera certa, per-
petua, & invariabilia: ergo multùm debemus
aſſiſtere in hoc dubio in favorem Guebiræ, Al-
bani, & Præſantii & ad hanc quæſtionem appli-
cabis quæ dico *infra q. 17.àn 5.& q 52.* verſ. *ad
ultimam.*

48 Ad quintam quæſtionis partem ex proximè
adductis reſponſum videtur, quia etſi in Regno
Neapoli ſit conſuetudo, & jus municipale, ut
clericus pro emptis, & donatis non gaudeat
privilegio clericali, & non collectandi: quam
obſervantiam approbant Coriolanus *in Bulla cœ-
næ excommunic. 18. fol. 951.* & Proſperus de
Auguſtino *in additionibus ad ſumm. quaranta,* ver-
bo *vectigal. fol 632.* tamen non ſic eſſe admitten-
dum tum ex longe jam dictis huc uſque, & di-
cendis, & in verſ. *ad quartam*, tum ex verbis
Bullæ in cœna Domini ibi *imponentes decimas, &c.
penſiones Eccleſiaſticas, ac eorum, & Eccleſiarum
49 bonis.* † Quibus bona clericorum eximuntur ab
oneribus hujuſmodi; & cum textus Bullæ ge-
neraliter loquatur de bonis Eccleſiaſticorum,
non eſt cur reſtringatur, ſed generaliter, ut lo-
quitur, intelligatur de quibuſcumque eorum
bonis, ſive patrimonialibus, ſive de donatis aut
emptis, aut alio quovis titulo à clericis quæſi-
tis, docent P. Duardus *in Bulla cœnæ lib 2. ca-
non. 18.q.6,àn. 1.* Leſſius *lib.2.de juſtitia c.3.dub.3.
n. 19.* Filiucius *tom.1.lib.3.tit.49.c.4 n.4.* Filiucius
tom 1. tract. 16. d.cap. 11.n.298. Reginald. *tom.1.
lib. 9.c.25.n.377.* Alterius *tom.1.diſp.19.lib.5.c.2.
50 col.2. fol. 370.* † Et alii dicentes non ſolùm bo-
na patrimonialia clericorum eſſe exempta, ſed
etiam alia alio quovis titulo quæſita: & multis
aliis comprubat Barboſa *in d. non minus 4. de im-
munitate Eccleſiarum n. 3. ex dicto canon.28 Bullæ,*
ubi excommunicantur, & anathematizantur
non ſolum imponentes decimas tales, & alia
onera clericis, prælatis, & aliis perſonis Eccle-
ſiaſticis, ſed etiam eorum, & Eccleſiarum, Mo-
naſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccle-
ſiaſticorum bonis, illorumque fructibus. Et ſic
reſoluit ſecundùm communem, & probabillio-
rem ſententiam bona patrimonialia Eccleſiaſti-
corum, ſeu ab Eccleſiaſticis acquiſita, exempta
eſſe à tributis; ita ut imponens illis tributa, &
exigens, vel impoſita recipiens excommunica-
tionem illius canonis incurrat etiam ſi hujuſmodi
bona ſint Eccleſiis & Eccleſiaſticis ſuperflua; ut
docent Covarr.*pr.c.31.n.9.* Martha *de juriſd. p. 4.*

D. Ferinoſin. de Leg. Eccleſ.

caſu 49. n. Molina *de juſt. diſp.670.* verſ. *adverte,*
Salas *de legibus diſp.14. ſect. 11. n. 114.* Homobo-
nus Alterius, Laym Leſſius, Carolus de Graſſis.
Azor. Toletus, Megala, Molfeſius, Velletius, &
alii relati à Barb *d. n.4.* † Et Diana *d.p.1.tract.2.* 51
reſ. 42 reſolvens cenſura d. Bullæ *can. 17.* inodari
omnes illos, qui imponunt decimas, tributum,
ſive gabellam cujuſcumque generis ſuper omnia
clericorum bona, ſive ſint patrimonialia, ſive ac-
quiſita ex teſtamento, donatione, emptione, aut
quovis alio titulo dicens ut videatur ex eo im-
probari conſuetudinem Regni Neapoli † Unde 52
venit dicendum ut clericus non ſit collectandus
pro ejus patrimonialibus bonis, ex eo quia dicta
bona, uti acceſſoria perſonæ debent eodem frui
privilegio, ac ipſi clerici, ut docent Maceratus *in
dec. 97.in curia Epiſcop. Papiæ,* ubi refert deciſum
Baldus *deciſ. 339.p.2.* qui ampliat *dec 382.* dicens
ut clericus eodem fruatur privilegio, etiam pro
bonis eis ex ſucceſſione provenientibus: & ſic
animadvertit decidendo, ſequitur Ricc. *collect.
901.ad text.in c.quamquam de cenſ.lib.6.* & ſic com-
munis obſervantia in contrarium ſit in Regno Nea-
poli, ut retuliſimo, † & Anna ait *alleg.146.* quod cle- 53
ricus pro ſuis bonis patrimonialibus habet ele-
ctionem fieri, quemadmodum, & pro ejus per-
ſona, juxta quæ dixi *in c.5. & aliis de foro comp.* &
idem Guido *dec.381.* ubi quod pro bonis quocun-
que titulo per clericum quæſitis collectari non
poſſit, & Urſilis *in dec. 257.* refert deciſum per
ſacrum Conſ. quod clericus pro bonis patrimo-
nialibus habet beneficium reſtitutionis in inte-
grum: vide *infra q.9.* verſ. *ad ſecundam, & q.10.* verſ.
ad primam in fine. † Et hinc à fortiori infertur 54
bona patrimonialia etiam ab extraneo donata ut
ad illorum titulum clericus ſacris Ordinibus initia-
retur, gaudere privilegio immunitatis à tributis,
& collectis, ut aſſerunt Barb *de poteſt Epiſcopi p. 2.
alleg. 9.n.91.in fine,* ipſe *in d. c.non minus de immu-
nit. Eccl.n.4* Carol de Graſ. *ubi ſupra,* Marc. Ant.
variar.reſol.lib.1.reſol. 88. Cariol. *in Bulla cœnæ d.
canon.18 limit. 3.* Card. Tuſch. *to. 1.litt.B.concl. 111.*
† Quibus etiam addo Sair. *deciſ.12.de cenſ.* ubi ait 55
quod ſacerdos bona patrimonialia habens, &
ordinatus, ad illa minimè poſſit arctari ad ſoluen-
dum collectas, & notat Ricc. *ad gloſſa in c. tuis de
præbend. & dignit. ſup. d. collect 701.* in verſ. *amplia
tertio* † Qui etiam ampliat procedere in bonis do- 56
natis à Patre filio, ut ſacros ordines recipiat,
quia gaudet privilegio immunitatis; ſic *ex deciſ.
Rot. Epiſcop. Papiæ 88. p. 1.* Macerat, quam no-
tat idem Ricc. ad doctrinam Felini *in text noſtro.*

Ad ultimam quæſtionis partem de ſtatuto ne im- 57
mobilia alienentur in extraneos prohibendo ex-
preſſè; ne alienentur in perſonas Eccleſiaſticas.
Et ſuppoſitis nunnullis adductis *ſub.q 6.& 7.* fa-
cilè videtur reſponderi, ut non valeat illud ſta-
tutum; eo quod clericis prohibet quod nec natu-
rali, nec Divino jure eſt clericis prohibitum, cum
& humano jure conceſſum videatur, ut Eccleſia-
ſticis libere legari, & donari poſſint bona à lai-
cis, tam inter vivos quàm inter mortuos juxta
text *in l.generaliter, & l jubemus C.de ſacroſ Eccleſ.*
imo & hoc facere prohibantes damnantur ex-
preſſè *in cap. eos de immunit. Eccleſiarum lib.6.* ubi
Barb. & D. D. ſic docent, Camitolus *in tract Apo-
logetico c.1. n. 18.* Surdus *lib. 3. conſ. 301.n.67.* May-
nard. *de privileg. Eccleſ. contra venetos p.2 art.22.
à numero 67.* Filiucius *tom. 1.tractat. 16. cap. 10.
n.271.* Reginald. *in praxi tom. 1. lib. 9.c.23.n.359.*

Suarez *contra Regem Angliæ*, Marta *de juriſdic. p. 4. cent. 1. caſu 6 n. 16.* Collegium Bononienſe *in reſponſo pro libert. Eccleſiaſt à n. 18.* Ugolinus *in reſponſ. ad juris conſult. Gymnaſii Patavini c. 6. §. 1. & ſequent.* Vigian. *tract. de immunit. Eccleſ. diſput. 3. concl. 2.* Franſciſc. Fagnan. *in tract. de juſt. cenſ. Pauli V p. 3. fol. 42.* Genuenſ. *in praxi Eccleſ. tricenario 15. quæſt. 379. n. 5.* Duard. *in Bulla cœnæ l. 2. can 15. q. 19. n. 83* Barb. *hic in textu noſtro n. 29.*

58 Et confirmatur quia ut ait Belletus *in diſquiſit. Cleric. p. 1. tit. 4. §. 4. n. 1. & 4.* plures D. D. citans, maxime prædictam ſententiam procedere ſi ſtatutum expreſsè prohiberet ne fiat alienatio in Eccleſias, & Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 57.* etiamſi tale ſtatutum de clericis mentionem non feciſſet, ſed tantùm laici nominarentur, & ſubditi, quia nec tunc clerici comprehenderentur, ut notavi *ſupra* & quia ut benè notat Maynard. *p. 2 d. art. 22. n. 68.* licet tale ſtatutum quod verba non videretur infringere Eccleſiaſticam libertatem, cum præcipiat ſubditis, tamen quoad mentem eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam dicit faciendo fraudem de perſona ad perſonam, & in ſimilibus non tantum inſpici cum quo ſtatuens loquatur, ſed in quem effectum ſermo proferatur, & de ſtatuto Mediolanenſ. loquendo Maynard. cum Menochio *lib. 9. conſ. 878. n. 10. in fine.* ſic practicatum, & conſuetum affirmat, ut non comprehendat clericos: & Diana *ſupra* addit quod nulla generalis diſpoſitio comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie privilegiatas, & quod in generali diſpoſitione non comprehenditur id, de quo in ſpecie diſponi non poteſt ex regula text. *in l. Lucius*

59 *§. pen. ff. ad municip.* † Ex his non ſunt audiendi contrariam dicentes ſententiam inter quos Molina *de juſt. & jure to. 1. tr. 2. diſp. 140. n. 18.* & alii plures Juriſconſulti, quos ſequitur Chriſtophorus de Anguiano *de legibus to. 1. lib. 2. controverſ. 15. à n. 35.* & quod tales ſtatuentes non incurrant excommunicationem Bullæ in cœna Domini putavit Graſſis *in ſuis deciſionibus p. 1. lib. 4. c. 18 n. 233* in verbis *ſequentibus ſi ſtatuto cavetur quod nullus ſubditus poteſtati mediolani poſſit alienare rem immobilem in non ſubditum, niſi ſolvat tantùm pro libra expreſſe prohibendo, ne poſſit alienari in perſonam Eccleſiaſticam* dico *quod tale ſtatutum eſt juridicum, & non improbandum, nec cenſendum contra libertatem Eccleſiaſticam, quia eſt conditum favore publici, & communis boni, & ſubditorum, ut eis ſalva immobilia, & territoria conſerven-*

60 *tur.* † Verum jam vides qualiter hæc doctrina impugnetur, & etiam ex dictis in *hac 8 quæſt à n. 1. de lege amortizationis*; imo & Diana relatus meritus admodum de Molina Theologo, & magis de Graſſio vero admodum Eccleſiaſtico docto, & pio, notat, ut licet Cariolanus *in expoſitione Bullæ cœnæ excommunicatione 15. folio ſibi 968.* aſſerat ſtatutum quod non alienentur bona immobilia in extraneos, non eſſe contra libertatem Eccle-

61 ſiaſticam.* Tamen addit ut poſſint Epiſcopi cogere ita ſtatuentes, ut declarent illud ſtatutum non debere extendi ad clericos: dequo videndus eſt Surd. *d. conſ. 101. n. 45.* & infra & juxtà hæc intelligitur Thomas del Bene breviter loquens de hoc dubio *de immunit. 1. c. 7. dubit. 7.* iterum ibi *dub. 11.* ubi de quodam ſtatuto Mediolano de hoc dubio loquente ubi per ſectiones ad unguem objectis reſpondet *& dub. 12. & 13.* optimè improbat alia ſtatuta Galliæ, Germaniæ, Valentiæ, Portugaliæ, &c.

QUÆSTIO IX.

An Principes poſſint ſtatuere ne laici vendant clericis, ne molant, aut coquent panem, vel ne exhibeant aliqua ſervitia & obſequia: & an Principes poſſint imponere gabellas ſuper bonis patrimonialibus clericorum & quid ſi clerici ſint in minoribus conſtituti, aut ſi non habeant requiſita Tridentini concilii: & an poſſint eas exigere Principes ab Equitibus Divi Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ. Et ſtatuendo an poſſint eas imponere ſuper bonis novitiorum Religionis ubi de oblatis ſe, & ſua, & de converſis, & de tertiariis fratribus: & an contra clericorum bona, qui aſſumpſerunt habitum ſine intentione clericandi, ſed tantùm in fraudem collectarum?

SUMMARIUM.

1 *Statuta Principum, ne laici molant, aut coquant panem, ſive ne vendant Clericis, ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſa tim in directè contra Caietanum, & Pereiram aliud ſuadentes* n. 2. 3. & 4.

3 *Clericos vexare in his, quæ pertinent ad politicum convictum, durius eſt, quam in aliis, quæ pertinent, ut Eccleſia eſt*

4 *Obſequia præſtare altari cuique convenit de jure communi.*

5 *Principes laici non poſſunt imponere tributa clericis in bonis incorporatis Dominio eorum ratione Patrimonii* n. 7. *contra multos aliter ſentientes* n. 6.

8 *Principes non poſſunt exigere gabellas à Clericis in minoribus conſtitutis; etſi tantùm ſint in prima tonſura, ſic ut aliter imponentes incurrant in Bullam cœnæ Domini, contra aliquot ibi ſed quid in praxi* n. 9.

9 *Clerici in minoribus ſi actu beneficium non ſerviant, non ſunt exempti ab onere gabellarum in aliquibus Regnis ubi* remiſſivè *quæ requiſita requirantur, ut hi gaudeant fori privilegio* & n. 10. *Quid à jure.*

11 *Princeps exigere gabellas, & Clericis imponere non habentibus requiſita Concilii Trident.* ſeſſ. 25. c. 6. *poſſunt ſecundùm aliquos* n. 12. *alii contra; quia Trid. ſolùm loquitur de requiſitis, ut tales gaudeant fori privilegio* n. 13. & n. 30.

14 *Equites Divi Jacobi Alcantaræ, & Calatravæ non ſunt collectandi à Principibus, quia ſunt immunes à gabellis; & quia ſunt Religioſi* n. 15. & 16. *qui etiam exempti ſunt in Regno Valentiæ à contributionibus vulgo* ſiſſas n. 17.

17 *Equites Monteſſæ in Regno Valentiæ ſunt exempti à contributionibus vulgo* ſiſſas.

19 *Novitiorum bona libera ſunt à collectis imponendis per Principes, eo quod tales in favorabilibus Religioſi reputantur, contra Laſſertem* n. 20.

20 *Novitii dum non profitentur poſſunt ad ſæculum reverti, item Clerici in minoribus.*

21 *Non*

21 *Novitii verè ſunt de familia Monaſterii, & pars communitatis.*
22 *Novitius tributum mere perſonale non ſolvit.*
23 *Regulares profeſſi ſunt exempti à gabellis.*
24 *Novitii Religionis Alcantaræ Divi Jacobi, & Calatravæ exempti ſunt à gabellis; item & Novitii confratrum; id eſt* freyles *n.* 25.
26 *Oblati, & converſi in perpetuum Eccleſiæ gaudent immunitate, nec debent collectari oblati in perpetuum alicui Monaſterio, vel Hoſpitali* n. 27.&28.
29 *Tertiarii fratres, & ſorores B. Franciſci in communitate viventes, ſunt immunes à collectis, & tributis.*
30 *Clerici facti in minoribus animo non aſcendi ad ordines majores, vel nubendi, adhuc exempti ſunt; dum habitum non mutant, & ſtatuunt à gabellis,* & n. 31. *etſi Coriolanus exiſtimet Principem iſtos collectantes non incurrere cenſuram Bullæ cœnæ* n. 32.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ dixi *ſupra de molendinis, & furnis in hoc textu ſub q. 4. num.4. & in c. cum 6. hoc tit. q. 1.* verſ. *ad ſecundam* reſpoondeo ſtatutum Principum ne laici vendant clericis ne molant, aue coquant panem, &c. eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ut patet ex verbis text. *in c. fin. de immunit. Eccleſ. lib. 6. in verbis* ibi *eos, qui temporale Dominium obtinentes ſuis ſubditis, ne prælatis, aut clericis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis quidquam vendant, aut emant. aliquid ab eiſdem; nec etiam bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibere præſumant, aliquando interdicunt, cum talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur, eo ipſo excommunicat. ſent. decernimus ſubiacero,* & docent Suar. *de cenſ. diſp. 21. ſection.2. n.93.* Reginald. *t. 1. lib.9. c.24. n.358.* Gambacurta *tract. de caſibus reſervatis c.* 10. *n.* 10. Coriolanus *in Bulla cœnæ c.* 15. *fol.* 937. Filinc. *to* 1. *tra.* 16 *c.* 10. *n.* 271. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 53. & præter ordinarios *in d c. fin.* docent Navarrus *in man. c.27. n* 130. verſ. 23. Julius Laborius *in tract. de indulgent. p.2. c.* 23. *n.*16. Barb. *in paſtorali p.* 3. *allegat.* 50 *n.*93. aut 212. *in impreſſione Lugdun.* Bonac. *de cenſuris extra Bullam diſp. 2. q. 20. puncto* 4. & noviſſimè tenet reſpondens ſundamentis contrariis Thomas del Bene *de Parlam. dub.* 30. *ſect.* 20. *Corola.* 10. iterum repetit *de immunit. p.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 20.

2 Nec obſtant Caïetanus *in ſumma* verbo *excommunicatio c.* 31. Pereira *de manu Regia prælu-dio* 3. *n.*7. & Anguian. *de legib. to.* 1. *lib.* 2. *controverſia* 14. *à n.*39. qui dicunt ut Principes ſic ſtatuentes non incurrant excommunicationem Bullæ cœnæ; eo quod talia ſtatuta ſunt potius contra libertatem politici convictus, quàm contra Eccleſiaſticam libertatem, quia reſpondeo ſaltim indirectè dicta ſtatuta eſſe contra Eccleſiæ immunitatem, ſed in Bulla excommnnicantur, etiam qui in directè aliquid ſtatuunt contra dictam liber-
3 tatem; ergo. † Deinde quia durius eſt, & incommodius vexare clericos in his, quæ pertinent ad politicum conictum, quàm in aliis, quæ pertinent, ut Eccleſia eſt. † Tertio quia eſt contra libertatem Eccleſiaſticam denegare clericis ea, quæ de jure communi competunt; ſed jure communi, quilibet poteſt alteri obſequia præſtare; ergo prima ſententia debet ſine dubio amplecti, & ex multis aliis jam à prima quæſtione adductis.

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

Ad ſecundam quæſtionis partem an Principes 5
laici poſſint imponere gabellas ſuper bonis patrimonialibus clericorum, quia ſatis reſponſum præbui *q. precad.* ſub verſ. *ad quartam*, ubi quod nec ſuper bonis ipſis donatis, legatis, ſeu ab ipſis emptis; ergo multò minus in bonis incorporatis ratinne patrimonii Dominio clericorum. Et probatur hæc ſententia *ex c. 1. de immunitate Eccleſiarum c. quamquam de cenſibus lib.* 6. præcipuè *ex canone* 17. *Bulla in cœna Domini* in illis verbis *imponentes decimas, &c. perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum & Eccleſiarum bona*, ubi dictio illa *eorum* contra diſtinguitur contra alteram diſtinctionem ſequentem *Eccleſiarum*, ſic ut non poſſit intelligi, niſi de bonis patrimonialibus; & propriis clericorum, & aliis, quæ ad Eccleſiam non pertinent: & ſic in praxi horum Regnorum Caſtellæ, & Legion videmus: ſic in terminis docene jam relati *d.q* 8. à Barb. *in d.c. non minus 4. de immunit. Eccleſ.* Homo bonus *de examin. Eccleſ. p.2. tract.* 11. *c.* 6. *q.* 9. Riccius *p.2. deciſ.* 299. *n.*3. Sylveſter verbo *immunitas n.* 6. Duardus *in Bulla cœna can.* 17. *q.* 5 *n.* 4. Laymanin *Theologia mor lib.4. tr.* 9. *c.9. n.9.* Diana *d.p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 39. Molina *tom.* 3. *de juſt. tract. diſp.* 671 *n.*2. Molfeſius *in ſum tom.* 2. *tract.* 12. *c.*22. *n.*166. Alterius *de cenſuris tom.* 2. *diſp.* 19. *lib.* 5. *c. dub.* 2. Suarez *contra Regem Angliæ lib.4. c.*24 & 25. Coriolan. *in Bulla cœnæ excommunic.* 8. Proſper. de Auguſt. *in addition. ad ſum. quatanta* verbo *vectigal.* Magala *in p.* 2. *lib.*2. *c.*17. *q.*6. *n.* 114. Salonius *to* 2. *in* 2. 2. *q.*78. *art.*6. *controverſ.*2. *n.*2. Sayrus *de cenſuris lib.*3. *c.*22. *n.*9. Bartholom. à S Fauſto *in ſpeculo confeſſor. diſp.* 33. *q.* 13. *n.*2. Bellet *in diſquiſit.* Clericor *diſ.*33. *q.*13. *n.* 2. Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia c.* 33. *dub.* 3. *num.* 19. Azor. *p.* 3. *lib.* 5. *inſtit moral. lib* 5. *c.*19. *q.*7. Reginaldus *tom.* 1. *lib* 9 *c.* 25. *n.*379. Filincius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 11. *n.*298. & alii ex antiquis.

Et licet quamplurimi ex juris peritis contra- 6
riam ſententiam docent quod clerici non potiuntur privilegiis conceſſis Eccleſiæ bonis circa eorum patrimonialia bona, niſi in caſibus expreſſis jure relatis à Doctoribus juxta eorum communem reſolutionem Abbas hic, & Decius *n.* 18. Oldradus *conſ.* 17 *n.*2. Aufrerius *de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſ. perſ. regula* 4. *col.* 2. verſ. *clerici enim*, Matthæus de Afflictis *in conſtit. juſtitiæ cultores n.* 15. Picardus *in initam comm. opinion. f.* 161. *n.* 124. Covar. *c.*4. *variar. n.*2. *lib.* 1. quos referunt Joan Andr. *in c.* 1. *de Clericis conjug. lib.* 6. Speculator. *eod. tit.* Cardinalis *in clem.* 1. *de vita, & honeſtate clericor. q.* 17. *& in c. fin. eod.* Felin. *hic n.*8 *& ſeq.* & Barbaria *à num.* 41. Chacherun. *in deciſ. pedmont.* 30. *n.*4. verſ. *ſecundo*, Dec. *n.*65. & 176 hic, ubi gloſſa, Anaſtaſius Germon. *de ſacror. immunit. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 107. gloſſa *in c. ſimiliter, & ibi* Archidiaconus 16. *quæſt.* 1. gloſſa *Epiſcoporum in cap. poſſeſſiones* 16. *quæſt.* 4 & gloſſa *ipſarum in cap. quanquam de cenſibus lib.* 6. cum aliis, Caſtillus de Bovadilla *lib.* 2. *politica part.* 1. *cap.* 18. *num.* 260. *littera F.* non tamen debent audiri ex adductis *ſupra*; imò dicit idem Bovadilla *n.* 261. cum Tyberin Deciano *in tract.* 1. *criminal. tom.* 1. *lib.*4. *c.*11. *n.*3. poſt Oldradum, & alios, ut non debeant lædi in bonis mobilibus patrimonialibus; eo quod ſequantur perſonam, & gloſſa *hic, & in capit. ex litteris de pignoribus* † Ubi Docto- 7
res docent quod clerici gaudeot immunitate in bonis, ad quorum titulum ordinati ſunt, de quo dixi *dict. q.* 8. verſ. *ad quartam in fine, & infra in* 8

cap. 11. *de temporibus ordin. q* 8. verſ. *ad quintam*, ubi quod talia bona ad ordines data ſint libera à gabellis Regis & noviſſimè omnium latiſſimè contrariis ſatis faciens reſoluit pro noſtra ſententia Thomas del Bene *de immunit. p.* 2. *c.* 5. *dubit.* 2. & 2. cum ſuis ſectiunibus ubi cum Homobono Squilante Molſeſio, Belarmino, Farinacio, Caſtillo de Soto major, Caſtro Palao, Coriolano Rovito, Tamburino Baldello, Antonio Nigro, Antonio Marini, Paſqualigio, Alterio, Rivis, Duardo Marta & aliis antiquioribus.

8 Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo de jure ut Principes nequeant imponere, & exigere gabellas à clericis in minoribus conſtitutis, etſi tantùm ſint primæ tonſuræ, ut docent Molina *de juſtitia tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 270. *n.* 5. Malderus, Leſſius, Diana & alii *infra*, ex eo quia & iſti dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, ut colligitur *ex cap. fin de vita, & honeſt. clericor. ex dicto c. quamquam de cenſibus, ex l. preſbyteros C. de Epiſcopis, & Clericis*; ita ut exigentes ab eis gabellas, & imponentes incidant in Ballam cœnæ Domini, quod verum eſt; etſi de jure contrarium dicant Laſſarte *de decima vendit.* 19. *n.* 21. Gutierrez *practicar. quæſtionum lib.* 1. *q.* 8. Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract.* 17 *c* 2. *concluſ.* 27. Joannes de la Cruz *in director. conſcient. p.* 1. *p.* 1. *precepto* 7. *art* 3. *concl.* 1. Angles *in* 5. *tom.* 2. *de reſtit. vectigal.*
9 *diffic.* 5. † In praxi inquam conſuetudine approbata clerici in minoribus conſtituti ſi actu beneficium non ſerviant, non ſunt exempti ab onere gabellarum in aliquibus Regnis, eo quod nec etiam iſti gaudent in judiciis fori privilegio, juxta quæ late dixi *infra in c. de foro comp.* per plures quæſtiones *à q.* 2. ubi de requiſitis ad hoc ut clerici in minoribus gaudeant prædicto fori privilegio, notant Aragon. *in* 2. 2. *q.* 72. *art.* 3. Bovadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 263. & 283. Joannes de Hebia *in tract. de commerciis lib.* 1. *c.* 14. *n.* 9 Flores de Mena *lib.* 2. *pract. q.* 21. *n.* 199. Fel..... *de cenſ. lib.* 1. *c. ult. n.* 13. Gironda *de gabellis p* 7 *n.* 7. Rodriguez *in ſum tom.* 1. *c.* 75. *concl.* 14. Joannes de la Cruz *in direct conſcient. p.* 1. *præcepto* 7 *q.* .. *art.* 3 *dub.* 1. *concluſ.* 1. & alii penes
10 ipſos. * Et hoc ſtanta conſuetudine à Romano Pontifice ſcita, & approbata, ut obſervant Vaſquez *opuſculo de reſt c.* 6. §. 1. *n.* 33. Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *c* 33. *dubio* 5. *n.* 39. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ* 35. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *diſp* 44. *dubio* 4. *n.* 12. Salas *de legibus q* 99 *tract.* 14 *diſp.* 14. *ſect.* 11. *n.* 121. quam tamen conſuetudinem improbant Garcia *de beneficiis to.* 1. *p* 2. *c.* 3. *à nu uſque ad* 10. P. Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap* 17. *quæſt.* 6. *num.* 101. & alii, ſed clarius reſolutio pendet à ſequenti verſ. *ad quartam.*

11 Ad quartam quæſtionis partem an Princeps poſſit exigere gabellas, & imponere clericis non habentibus requiſita conſilii Tridentini *cap.* 6. *ſeſſ.* 23. video plures reſpondere Doctores, ut de jure etiam ſecluſa conſuetudine jam adductâ, ut non debeant gaudere exemptione à tributis, & gabellis, & ſic Zevallos *de cognit. per viam violentiæ in proœm. c.* 7. aſſerit ut ſi clericus non obſervet requiſita concilii Tridentini, non poſſit dici exemptus à tributis, niſi ſit juriſdictioni Eccleſiæ ſubjectus; & ſic cum clerici in minoribus non gaudeant privilegio fori, ex defectu dictarum conditioonum, & conſequenter non gau-
12 deant immunitate à tributis, & gabellis. * Et ſecundùm hanc opinionem, ut clericus ſit exemptus à gabellis, debet incedere non ſolum in habitu, & tonſura, ſed etiam deſervire alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, quia has conditiones requirit Concil. Trid. ut latè expendi in *d. c.* 2. *à q.* 2. *de foro comp* pluribus adductis Barb. *in c. adverſus* 7. *de immunit. Eccleſ.* ubi cum Covar. *c.* 31. *pract. ſub. n.* 9. Flores de Mena, & Nicolao Garcia, *ubi ſupra*, Zevallos, Coriolano, Azor. Suar. Homob. Filiucio, Reginald. Mario, Alterio Molſeſio, & Laym. quos etiam refert Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 36. * Verùm non minus probabiliter 13
loquuntur alii D. D. in puncto juris, & ſecluſâ conſuetudin ex jam *ſupra* adductis ex eo quod, etſi Tridentinum Concilium *d. ſeſſ.* 23. *c.* 6. exigat ad hoc, ut clerici in minoribus, gaudeant fori privilegio, nempe quod in habitu Eccleſiaſtico incidant, & deſerviant aliquibus Eccleſiis, &c. ſed cum Trident. tantùm loquatur de fori privilegio limitans in hoc caſu exemptionem jure communi debitam clericis, etiam in minoribus, eveniant inde ut non porrigatur Trid. deciſio ad caſum, de quo nos loquimur, ex ea ratione, quia immunitas à tributis non dependet à fori privilegio, quæ poteſt habere rationem omnino diverſam, nam & laicis quibuſdam ſine privilegio fori conceditur: ſic Barb. *in d. c. adverſus dict. n.* 7. verſ. *verum* cum Leſſio *lib.* 2. *de juſtitia c.* 33 *dubio* 5. *n.* 38. Molina *de juſtitia tom.* 3. *tract* 2. *dicta diſp.* 270. *n.* 5. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *c.* 6. *dub.* 6. Paul Comitolo *lib.* 6. *q.* 20. Torreblanca *in defenſorio lib.* 2. Megia *c.* 6. *n.* 69. quibus addo Garciam *de beneficiis tom.* 1. *c.* 3. *p.* 2 *n.* 5. *in fine*, Dianam *dict. reſ.* 36. ubi refert ad literam verba Pauli Comitoli, & Terreblanc. & ſic declaratum fuiſſe a Sacra Congregatione Cardin. *ſuper d. c.* 6. *ſeſſ.* 13. *Trid.* eo quod Trid. circa caſum. de quo loquimur nihil ſit loquutum, deſinens illum diſpoſitioni juris communis; quos ſecluſâ conſuetudine, ut jam dixi in verſ. *ad tertiam*, clerici in minoribus debent gaudere exemptione à tributis.

Ad quintam quæſtionis partem, an queant 14
Principes exigere gabellas, & tributa ab Equitibus Divi Jacobi Alcantaræ & Calatravæ. Ex prævifis quæ etiam dixi latè *in d c.* 2. *de foro comp. q.* 16. & *q.* 17. ubi etiam loquutus fui de novitiis illarum Religionum, num gaudeant fori privilegio, Flores de Mena *lib.* 1. *practicar. q.* 21. *n.* 295. docet etiam dictos Equites non eſſe collectandos, & eſſe immunes à gabellis, quia dato, & non conceſſo quod ſint verè Religioſi, ſunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, & largo modo Religioſi; in terminis docent Frater Emanuel Rodriguez *to.* 2. *regul. q.* 62. Barb. *in d. c. adverſus de immunitate Eccleſiar. n.* 12. dicentes prædictos equites, & in Luſitania ordinis D. N. Jeſu Chriſti S. Jacobi, ac S. Benedicti de Avis, non poſſe collectari, præcipuè ſi ſint profeſſi. † Et quia iſti Equites vere ſint 15
religioſi, ut docent Sanch. *in ſum to.* 1. *lib.* 4. *c.* 16. *n.* 11. citans pro hoc dicto octo D. D. alios citat Garcia *de benef. to.* 1. *p* 1. *c.* 3. *n.* 15. Hieron. de Zenedo *tract. de paupert. religioſa dub.* 60. *à n.* 12. Baſil. Pontius *in tract de impedim. matr.* ubi ſic ait loquens de equitibus Alcantaræ, Calatravæ, & D. Jacobi *d. equites eſſe vere, & ſubſtantialiter religioſos adeo certum exiſtimo, ut oppoſitum judicem nimis licentioſè dictum, ne dicam gravius exiſtimo, ut oppoſitum judicem nimis licentioſè dictum, ne dicam gravius cum pleno ore litteræ Pontificiæ illos appellent Religioſos, & etiam cum caſtitate conjugali vera religio conſtare poſſint, eo quod ſicut in* [illegible] *pauper*

paupertate latitudo eſt ita etiam, in caſtitate qua eſt
materia voti, & doctus Joannes Sanctius *in ſuis*
collectis diſput. pract. diſput. 49. *num.* 11. & 13.
dicens dictos equites eſſe vere religioſos, nota-
biliter addit, & illos poſſe conſiteri coram ſa-
cerdote ſæculari, non approbato ab ordinario
ſicut poſſint alij regulares cum infinitis docet
Thomas del Bene *part.* 1. *de immunit. cap* 1. *du-*
bitat. 17. *ſectione* 1. 2. & 3. cum Urbiano Ferdi-
nando, Bicarto, Nouario, Bonacina, Marchino,
Valenzuela, Rovitto: Riccio, Schilante, Gnavi-
no, Bellet, Caballo & aliis, & cum multis Car-
levalus *de indiciis lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 3.
à n. 239. qui id extendunt admonitio dictarum
religionis & D. Juanif. S. Stephani & ad ſimiles,
16 Quare etſi Bouadilla *in politica tom.* 1, *d. lib* 2.
c. 18. *num.* 264 putet dictos equites eſſe tantùm
immunes à gabellis quoad bona commendate-
rum, ubi excipit Herbes, quas permutaverint
aut vendiderint, niſi tamen eſſet conſuetudo, ut
ſoluerent etiam de fructibus, & redditibus ſua-
rum commendatarum, & de omnibus, ut pro
ſequantur Duennas, & Pariaderius ab eo citati
in gloſſa litt. A. Menchaca *de ſucceſſionum creatio-*
ne lib. 3. *p.* 3. §. 30. *n.* 306. Gironda *de gabellis* 7. *p.*
in princ. num 46. *in fine*: tamen verius eſt ut non
debeant collectari de jure ex vi ſtatuti Principis
laici, & Michaël de Carranca probat dictos
17 equites eſſe religioſos. † Hanc partem confir-
mens ex praxi Regni Valentiæ, ubi ſunt exem-
pti à contributionibus, vulgò *millones y ſiſſas*,
& aliis impoſitionibus. à quibus alij Eccleſia-
ſtici liberantur, & religioſi; idem practicari in
illo Regno etiam reſpectu æquitum *Monteſa*: &
Diana *part.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 49. *in fine*, aſſerit, ut ex
conſilio ſuo in cauſa D. Aloyſij Maſtrantoni, &
D. Joannis de Gioni illuſtris Senatus, Panormi-
tanus conceſſit exemptionem gabellarum ſupra
dictis Equitibus, qui erant adhuc novitij: plu-
res ipſe refert Doctores aſſerentes prædictos
18 equites non eſſe vere religioſos. † Et de equiti-
bus ſancti Joannis inſulæ *de Rodas*, quos vocat
fratres verè religioſos militantes pro religione
Chriſtiana, juxta, *clem.* 1. *de religioſ. domibus*,
Bert. *in l ſemper.* §. *quibuſdam num.* 1. *ff. de jure*
immunit. Joan. Maurit. *in repet. leg. unica Cod.*
quo loco mulier ſubdeb. lib 10. *pag.* 69. cum ſequen-
tibus, Gregorius Lopez *in leg.* 1. *titul.* 7. *gloſſa.* 1.
col. 3. verſ. *præterea ex lege part.* 1. Bovadille *dicto*
num. 264. dicunt quod ſint exempti à gabellis
vulgò *alcavalas*, vide quæ dico *infra q.* 37. *à n.* 1.
& *q.* 45 & 46. & ad caſum *Demalendino Archie-*
piſcopi infra q. 97. verſ. *ad ſecundam.*
19 Ad ſextam quæſtionis partem an Principes
poſſint ſtatuendo imponere gabellas, & tributa
ſuper bonis novitiorum religionis, & reſpon-
dendum eſt negativè, quia novitius eſt immunis
à gabellarũ ſolutione, eo quod in favorabilibus
novitij religioſi reputantur, docent Berrachinus
de gabellis p. 7 *princ. n.* 55. Gutierrez *in eod. tract.*
q. 95. *n.* 22. Bartholom. à S. Fauſto *in theſauro re-*
lig. l. 5. *q* 175. Molina *de juſtitia tract.* 2 *diſp.* 671.
n. 2. Frater Eman. Rodriguez *quæſt. regular. tom.* 2.
q. 47. *art.* 8. *ad finem*, & *tom.* 3. *q.* 47. *art.* 9. Marta *de*
juriſdict. p. 4. *caſu* 121. *n.* 24. Flores de Mena *dict.*
q. 21. *pract v.* 198. Curia Philippica *p.* 3 §. 1. *n.* 12.
Sanchez *in præcepta decalogi tom* 2. *l.* 6. *c.* 10. *n.* 16.
Barb. *d. c. non minus de immunit Eccleſ. n.* 11. dicens
ſic tenendum quidquid doceant Gironda *de ga-*
bellis p. 7. *in princ. n.* 46. Paralado, *rerum quotid.*
lib. 1. *c.* 13. §. 1. *n.* 11. *in* 2. *edit* cum multis
Thomas del Bene *d. p.* 1. *c.* 5. *dubit.*
Nec valet dicere cum Laſarte *de decima vendit.* 20
c. 9. *n.* 50. *fol.* 189. quod novitius non ſit verè re-
ligioſus, cum poſſit ad ſæculum tranſire; quia
reſpondetur etiam Acolitos, cæteroſque cleri-
cos in minoribus poſſe ad ſæculum tranſire, &
nihilominus, dum ſunt in clericatu modo jam
dicto in verſ. *ad tertiam*, & *quartam*, gaudent
non tantum fori privilegio, ſed exemptione à
gabellis, ut docent etiam Graſſis *de effectibus cle-*
ricor effectu 3. *num.* 131. *cum* Abbate, Bartolo Ri-
pa, & aliis. Molina *de juſtitia tom.* 3. *tractat.* 2.
diſp. 671. *n.* 2. Malderus *in* 2. 2 *tract.* 1. *c.* 6. *dubio* 8.
Turrian. *in* 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 44. *dubio* 5. *n* 12. Pater
Gaſpar Hortad. *in manuſcripto de tributis diſ.* 3.
Diana *p.* 1. *tract.* 2 *reſ.* 37. † Eo quod novitij vere 21
ſunt de familia Monaſterij, & pare communi-
tatis iſtius Religionis, quæ exempta eſt. * Dein- 22
de quia uſus receptiſſimus habet, ut tributum
merc perſonale novitius non ſolvat, quia verè
perſona ejus habetur Eccleſiaſtica; ergo & in
patrimonialibus bonis videtur ut debeat frui
exemptione à gabellis, quia eſt exemptus, inſtar
reliquorum Eccleſiaſticorum, *Sed in hoc pun- 23
cto videtur ut dubitaret Molſeſius *in ſum. tom.* 2.
tract, 12. *c.* 22. *num.* 162. ubi dum dixit regulares
profeſſos, eſſe exemptos à gabellis, videtur ut ex-
cludat novitios, quia non ſunt regulares profeſ-
ſi, quem non ſic accipit Diana credens virum
alioqui doctum, & pium noluiſſe illam docere
ſententiam, cum ſub nomine regularium pro-
feſſorum novitii ubique includantur ex dictis
rationibus, & ego ſine dubio ut non ſint tales
novitij collectandi, dum dependent à Monaſte-
rio, in perſonalibus teneo. † Ex his notabis quid 24
reſpondebis reſpectu novitiorum religionis
equitum Alcantaræ. D. Jacobi, Càlatranæ, & ex
dictis ſub verſ. *ad quintam*, ubi dixi cum Diana
quod in cauſa Aloyſij Maſtrantonij. & Domini
Joannis de Gioni, illuſtris Senatus Panormita-
nus conceſſit exemptionem gabellarum ſupra
dictis equitibus, qui erant adhuc novitij. *Quod 25
idem tenes procedere etiam in novitiis confra-
trum vulgò *freiles* illarun religionum ex jam ci-
tata *q,* 17. *in c.* 2 *de foro comp.* ubi dixi *an iſti novitij*
gaudeant fori privilegio. † Ad ſeptimam quæſtio- 26
nis partem quid dicendum ſit de illis, qui obtu-
lerunt ſe, & ſua Monaſterio ibi ſe transferendo;
& viſis quæ latè ſcripſi ſub *c.* 1. *de probationibus*
q. 1. *in fine* & *alibi ſub illo textu*, & quæ dixi *ſub*
d. c. 2. *de foro q.* 15. *n.* 4. verſ. *ad ſecundam*, ubi egi de
dubio *an converſi gaudeant fori privilegia*, & qui
illi ſint, igitur de oblatis reſpondeo breviter ut
quando oblatio eſt perpetua, & cum obligatione
ſerviendi in perpetuum, tunc ſic oblati ſe, & ſua
alicui Eccleſiæ, vel Monaſterio debent gaudere
immunitate Eccleſiaſticâ, quia tales ſunt, & di-
cuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, Modernus *de juriſ-*
dic p. 4. *caſu* 113. *n.* 37. Cardinalis Tuſchus *tom.* 3.
litt O concl. 16. Peregrinus *variar. lib.* 6. *n* 71. Frat
Paulin. Berriluceen *in praxi crimin. regular tit.* 1.
c. 3. *d.* 3. *Etenim ſic dedicari in perpetuum ſer- 27
vitio Monaſterij, ſeu alicujus Hoſpitalie, non de-
bent collectari ex doctrina text. *in c.* 1. & ibi *gloſ-*
ſa de decimis, quem edhuc citat Abbas *in conſ.* 57.
n. 2 *vol.* 1 Dueñas *regul.* 10. *amplia* 4. & licet ego
cum Caſt *d. c.* 18 *politica lib.* 2. *n.* 265. exiſtimem
id illu textu non probari: temen cum eo; & aliis
admitto hanc doctrinam.

28 Et deconverſus· dem dicunt Flores de M . ma *in præl dict. quæſt.* 21. Barboſa *in dicto cap. non minus de immunit. Eccleſ. numero octavo & nono*, Peregrinus *dict. lib.* 6. *num.* 7. Nicolaus Garcia *de beneficiis part.* 1. *cap.* 4. *numo undecima*, Et quia ſunt veri religioſi, & de novitiis, & iſtis dixi *in dicto c. p. 2. de foro dict. quæſt.* 15 & ita intelligendus cum multis Thomas del Bene *parta. de immunit. cap prima dubit.* 10. *& cap* 4 *dubit.* 1 *&* 13.

29 De tertiariis, hoc eſt de fratribus, & ſororibus Beati Franciſci in communitate religioſè viventibus, ut ſint immunes à collectis, & tributis, dicendum eſt eo quod ſunt etiam veri religioſi, docent in terminis Flores de Mena *dicta quæſtion.* 21. *num.* 197. Suarez *de cenſ. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 10. Molina *de juſtitia tom* 4. *tract.* 3. *diſp.* 50. *numero quarto*, *in princ.* Aloyſus Riccius *in collect. deciſ. part* 4 *collect.* 1051. Carolus de Graſſis *de effectibus clericor. effectu* 1. *num.* 92. & cum aliis Barboſa *in dicto cap. non minus de immunit. Eccleſ. num.* 10 dicentes ſic tenendum, & confirmatur, qu a ut late dixi *in dicta cap.* 2. *de foro compet* iſti gaudent etiam fori privilegio, *ibi q* 13.

30 Ad ultimam quæſtionis partem, an Princeps poſſit imponere gabellas ſuper bona clericorum, quia habitum clericalem aſſumpſerunt ſine intentione clericandi, ſed tantùm in fraudem collectarum. Et ſuppoſitis quæ *infra* dico *in cap. quæris à nobis* 6. *de ætate, & qualitate ordin. quæſt.* 1. ubi ad quid teneatur acceptans beneficium ſimplex, animo non aſcendendi ad ordines majores: & quid de illo, qui ordinatur in minoribus, & alibi; nunc dico, ut quantumvis peccent clerici ſic eo animo facti, ut nihilominus interim debeant frui, & gaudere immunitate à gabellis, ex eo quia etſi tales habeant animum non permanendi in clericatu, tamen hic, & nunc ſunt clerici verè: & ſic debent ex jam dictis immunitate à gabellis, item & fori privilegio, ſi habeant requiſita conſilij.

31 Imo & in noſtro caſu ſic tenendum quamvis illa requiſita non habeant; eo quod Tridentinum *in dicto capite ſexta ſeſſ* 23. ſolum loquitur de requiſitis ad hoc ut in minoribus conſtituti gaudeant privilegio fori, quod extendi non debet, ut præjudicet defectus illius requiſiti, quod minus gaudeat clericus in fraudem ordinatus à collectis, & gabellis: ſic docent Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *conſ,* 18. *q,* 7. *n* 2 Diana *d. part.* 1. *tract* 2. *reſ.* 43.

32 Quod eſt verum etiam ſi Coriolanus *in expoſitione dicta Bulla cœnæ*, *excommunicat.* 18. *fol.* 950. Proſperus de Auguſtino *in additionibus ad ſummam quaranta* verbo *vectigal* ex authoritate legis, qui ſub prætextu *Cod de ſacroſanctis Eccleſiis* exiſtiment Principes tales collectantes clericos non incurrere cenſuram, & excommunicationem dictæ Bullæ in cœna Domini.

QUÆSTIO X.

An Princeps laicus poſſit imponere gabellas ſuper bona Eccleſiaſticorum, propter reparationem pontium fontis, putei, murorum, ſeu aliis Reipublicæ communibus: & an Princeps, ſeu alius ſuperior laicus ſine conſenſu cleri poſſit imponere gabellas ex aliqua publica neceſſitate peſtis, belli, &c. Et an clerici teneantur ad gabellam, quæ impoſita eſt pro manu tenendo exercitum in partibus inimicorum, ut tutius confinia Regni conſerventur: & an poſſint cogi per judices ſæculares, ſeu teneantur ad reparandam viam ante domos ſuas & ab hac quæſtione cum aliis ſequentibus ago de intellectu *cap.* 2. *cap. adverſus. cap. non minus* 7. & aliis ejuſdem metri de immunit. Eccleſ. *infra & lib.* 6. loquentibus de gabellis, & tributis.

SUMMARIUM.

1 *Clerici pro reparatione pontium, fontium putei, murorum, & aliorum communium Reipublica tenentur contribuere cum laicis, Et de ratione n.* 1. 2. 3. 4 5 6. 7. 8 & 9. *contraria ſententia n.* 10. 11. *&* 12. *& à n.* 13. *diſtinguitur.*

3 *Perſona Eccleſiaſtica in Regno Franciæ tenentur ad refectionem viarum, Pontium, & ad Vigilias Caſtrorum, & ſimilia, ad collectas pro ſtipendiis latrunculatoris, & eorum, quibus Pontium cura mandata eſt item Cloacarum, & horologiorum, & pro rebus venditis, & n* 4.

5 *Nullus neceſſitatis tempore excuſatur à murorum vigiliis, & cuſtodia civitatis, ubi quid de Clericis, & n.* 6. *&* 7.

8 *Cap. non minus de immunitate Eccleſiarum.*

11 *Donativum in Parlamento decretum pro cuſtodia turrium. & pontium, non obligat Eccleſiaſticos virtute ſua, ut n.* 13.

12 *Clemens Papa anno* 1600. *in Cauſa inter Clerum, & populum Piſanum Coram Nuntio tractata, in qua tractabatur de reparando flumine Arni, prope quod Eccleſiaſtici prædia haberent, ne illi contribuerent, niſi in ſubſidium. n.* 34

13 *Clerici in caſibus communibus, tam pro Eccleſiaſticis, quàm pro laicis poſſunt eſſe obligati ad contributiones, non ex vi ſtatuti laicorum, ſed ex conſenſu tacito, aut expreſſo Pontificis n.* 14 *&* 15.

14. L. ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ. quæ correcta fuit per Auth. item nulla C. de Epiſcopis, & Clericis.

16 *Clericus habet ejus bona exempta, etiam Patrimonialia, non ſolùm ut exempta, ſed etiam ut civis.*

17 *Bona Clericorum dicuntur Deo conſecrata, ac eatenus dici bona Dominica in canone* 40. *Apoſtolorum.*

18 *Bona Patrimonialia Clericorum eodem privilegio gaudent, quæ res Eccleſiarum; & ſic exempta à vectigalibus.*

19 *Eccle-*

19 *Eccleſiaſtici, qui intrant in commitiis in capitulo, ſeu Parlamento, non tenentur ad donativum ſtatuto, ſeu decreta ullo capituli laicorum, niſi ſponte afferant;* ubi de ſiſſa, *ad quam tenentur.*

20 *Clerici tenentur contribuere ratione imminentis periculi, ut belli, & neceſſitatis, ſi Burſa Principis ſit exhauſta, & laicorum facultatis non ſuppetant, & agatur de defenſione neceſſaria Patria.* num. 21. 22. 23. 24 25. 26. & 27. *ſed hoc cum conſenſu Cleri, ut a* num. 28.

21 *Clerici quando teneantur contribuere pro juvando Rege contra hareticos, & propter forman; & pro communi quolibet damno, ſeu periculo vitando.* num. 22.

23 *Clerici poſſunt compelli ex cauſa publica utilitatis inevitabilis neceſſitatis, & incognita ad contribuendum cum laicis, ſed non niſi ab Eccleſiaſtico,* ut n. [illegible]1. 33. 36 & 42.

24 *Princeps ſi non habet de ſuo pro defenſione Patria ſubditos collectare poteſt.*

25 *Philippus II Rex Hiſpania antequam ad collectandum ſubditos deſtinaverit, conſumpſerat omnia ſua, & Regale Patrimonium.*

26 *Princeps debet ſe primo præmanire de ſuo marſupio, quàm ſubditis collectam imponat, &* num. 35.

27 *Privilegia per verba univerſalia, & prægnantia conceſſa, ceſſant in caſu publica neceſſitatis urgentis.*

28 *Obligatio totius populi non ſufficit ad obligandum clericum, niſi concurrente conſenſu ejus* n. 29. & 30.

31 *Princeps ſolus ſine convocatione, & conſenſu cleri, minimè efficere poteſt, ut clerici collectentur, ubi ſi clerus nolit, poſſint laici implorare auxilium ſuperioris Eccleſiaſtici ut clerum compellatur.* n. 33 & 36.

32 Cap. adverſus de immunitate Eccleſiarum, n. 33. 34. 35. 36. & 37.

33 *Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſtica contribuere nunquam tenentur, niſi quoties non ſuppetunt facultatibus laicorum, quoties mixturatim occurrerat utilitas, & neceſſitas communis ipſis, & laicis, & tamen non lege, ſive ſtatuto, aut mandato laico, & etiam ſi damnum competeret ſolum Eccleſiaſticis.* num. 34.

35 *Princeps poteſt gabellas, & nova vectigalia imponere, cum ſint de maximo imperio, ſed reſpecta laicorum, non clericorum,* n. 36.

36 *Clerici collectari nequeant per ſæculares, etiam in caſu imminenti periculi, quando non adeſt facultas recurrendi ad Papam, cum in tali caſu debeat recurri ad Epiſcopum ſuperiorum eorum contra aliquas dicentes exequi poſſe per laicos. Vide* n. 42.

37 *Collectari clerici per Regem non poſſunt, etiam in caſu gabellandi pro manu tenendo exercitum, faciendo bellum in partibus inimicis, ne inimicos accedat ad ſuas civitates, etſi alias tenentur contribuere compulſione Epiſcopi.*

38 *Collectari per laicos clerici non poſſunt, etiam ad reparandam viam ante Domus ſuas, nec pertinentia: ubi de praxi Hiſpalenſi contra Ludovicum Mexiam, dicentem compelli poſſe per Judices laicos; quod eſt contra dictum* n. 39. 40. 41. & 42.

40 *Clerici tenentur contribuere ad ſternendam lapidibus viam, qua eſt ante januas ipſorum; ſolùm compellendi à Judice Eccleſiaſtico,* n. 41.

41 *Statutum civitatis Hiſpalenſ. obligans clericos ad pœnam effundentium amurcam, & ſimilia per viam publicam cur non practicetur.*

42 Lex 54. titul. 6 p. 1. *declarat clericos non eſſe compellendos ad contribuendum in neceſſitatibus communibus, niſi per ſuos Eccleſia Judices.*

AD primam quæſtionis partem, & pro 1
explicatione textus *in cap. 2. de immunitate Eccleſiarum, & in cap. adverſus,* & non minus *ibi*; & quia ſummè Doctores diſputant propter textum etiam *in l. ad inſtructionem Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, & in l. 45. tit. 6. p. 1.* hunc que articulum multùm diſputabilem vocaverit Zevall. *pract. comm. q.* 415 de quo ſcribunt inſiorti referatque duas contrarias opiniones, unam Ripæ *lib. 2. reſponſ. de reſcriptis cap.* 20. *n.* 6. nempe ut Eccleſia teneatur conferre: hanc dicit magis veram Zevallos, eamque confirmat *ex l.* 20 *tit.* 32. *p.* 3. ubi Gregor. verbo *Cavalleros,* Duennas plures referens *reg.* 100. *num.* 16. Gutierrez *allegat.* 10. & *in quæſt. pract. p. 1. quæſt.* 3. Buriatus *conſ.* 16. *vol.* 1. Menchaca *de ſucceſſion. creatione* 1. *p.* §. 21. *n.* 181. & 182. ubi refert duas contrarias opiniones, utrum Eccleſia teneatur contribuere ad vim hoſtium repellendam; & idem Zevallos *q.* 518. *à n.* 6. cum multis confirmat, eo quod cum facultates Eccleſiæ ſint deputatæ ad redimendos captivos, & oppreſſos, *cap. ſacrorum, cap. ſicut cap. ſum, cap gloria Epiſcopi* 12. *quæſt.* 2. & id circo pro defenſione patriæ, & imminente neceſſitate, non ſolùm laici, ſed etiam clerici teneantur contribuere, & tributa Regibus ſolvere, *cap. tributum* 23. *q.* 8. Ancharr. *conſ.* 95.

Et ea ratione, quia cum teneantur contribuere clerici, & perſonæ Eccleſiarum pro neceſſitatibus publicis, ſic & pro hac reparatione fontis, & pontis: multis Zevallos probans iterum videndus: & præter Juriſtas, quos adducit Borrellus *de præſtantia Regis Catholici c.* 62. *num* 480. Salgadus *de Regia protect. p* 3. *c.* 5. *a* 9. docent Vibaldus *in candelabro aureo ſuper Bullam Cœna caſu* 18 *a* 3 Henriq. *in ſumma lib.* 10. *c.* 15. *n.* 5. *in gloſ. lit. L* aſſerens jus civile in hoc non eſſe correctum, ſed declarare jus Canonicum, & Pontificis mentem. 2

Et ſic alij affirmant deciſum contra perſonas 3
Eccleſiaſticas, quod contribuere tenentur pro reparatione murorum civitatis, Boërius *deciſ.* 48. Chacherranus *deciſ. pedemontan.* 68. Papon. *lib.* 5. *tit* 9. *arreſto* 19. ubi dicit etiam Judicatum Taurini; & hoc quemadmodum in Regno Franciæ tenentur Eccleſiaſticæ perſonæ ad refectionem viarum, Pontium, & ad vigilias Caſtrorum & ſimilia, Franc Marc. *deciſ.* 457. Guid. Pap. *deciſ* 7. & 78. Boër. *deciſ.* 245. * Imò & Papon *lib. 2. ar-* 4
reſto 17 refert Pariſiis Judicatum fuiſſe Eccleſiaſticos teneri ad collectas pro ſtipendiis latrunculatoris, & eorum, quibus pontium cura mandata eſt; item & cloacarum, & horologiorum, & pro rebus venditis, ut teſtatur etiam Boërius *deciſ.* 246. *n.* 4.

5 Et ſic in terminis Barboſa *in dicto c. 7. de im-
munitate Eccleſiarum* cum Abbate, Zabatella, &
aliis, dicit quod neceſſitatis tempore nullus de
Eccleſia excuſatur à murorum vigiliis, & cuſto-
6 dia civitatis: ubi de aliis *infra* referendis. † Et
quod ad omnes neceſſitates Regias publicas, te-
neantur contribuere omnes etiam clerici, latiſ-
ſime proſequitur Octavianus *in deciſ. pedem* 68.
num. 5. Riminaldus *conſ.* 2. *n.* 20. Rolandus *conſ* 2.
n. 1 *vol.* 4. Burſatus *conſ.* 16. *n.* 23. *&* 25. *n.* 3. *&* 42.
n 10. & Larius *conſ.* 161. *n.* 11. Natta *conſ.* 228. *n.* 6.
volum 1.

7 Et quod procedat omni jure etiam Divino
teſtatur Ripa *tit. de Eccleſiis edificandis reſponſo* 2.
& Lucas de Pena *in l.* 2. *Cod. quibus muneribus, vel
præſtationibus nemini liceat ſe excuſare*, Guillerm.
Benedictus *in cap Reynutius* verbo *uxorem nomi-
8 ne Adalaſiam à n.* 103. *Ubi reſpondet textus *in
d. c. non minus de immunit. Eccleſiarum* ibi *pro foſſa-
tis clerici non tenentur contribuere* intelligendum
9 eſſe non imminente neceſſitate. *Et quod tenean-
tur ad refectionem pontium, & fontium tradunt
Oral. *de nobilit* 2. *p. c.* 1. *n.* 4. Abiles *in c. prætor. c.* 23.
gloſſa verbo *de orden.* Avend. *in capitib. Prætorum
p.* 2. *c.* 14. Gregor *in l.* 20. *tit.* 32. *p.* 3. verbo *caval-
leros. & in l.* 34. *titul.* 6. *p.* 1. verbo *en las puenies*,
Megia *ad pragmaticam panis concluſ.* 1. *n.* 6. *& con-
cluſ.* 5. *num.* 63, & probant per textum *in l* 12. *tit.* 2
lib. 1. *recopil.* Azevedus *ibi*, & Zevallos *in præ-
cticis dicta q.* 578 *à n.* 10. *gloſſa in dicto cap non mi-
nus* verbo *relevandos*, cum aliis Zevedus *col-
lect.* 153. *ad decret. num.* 3. Ladercus *l.* 1. *conſ.* 145.
num. 3. *ex d. l. ad inſtructionem*, Humada *in dict.
l.* 34. *tit.* 6. *p.* 1. *gloſſa* 2. *num.* 1, refert 17. Doctores
Civiliſtos Graſſis *in tractat. de effectibus Clericor.
effectu* 3. *num.* 21. & de ratione hujus doctrinæ
plura fundamenta refert Pater Thomas Sanch.
in conſiliis moralib. l 2. *c.* 4. *dubio* 53. *n.* 23. Renato
Chopino *lib.* 2. Monaſticum *tit.* 2. *num.* 6. Aneo
Roberto *rerum indicatarum, lib.* 2. *c.* 3. Pet. Greg.
de republica cap. 7. *lib.* 3. Filiucius Conſtantius *in
l.* 1. *Cod. de decurion. num.* 45. Morla *in emporio juris
tit.* 1. *quæſt.* 16. *n.* 22. Julius Cæſar, Calvinus *de
æquitate cap.* 25. Sextino *de regalibus lib.* 2. *cap.* 19.
Cardin. Lugo *de Juſt. diſp.* 36. *ſect.* 8. *num.* 130. D.
Larrea *allegat.* 28. *n.* 29. Maximil. Fauſto *cloſo* 7.
conſ. 21. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſ.* 1.
tom. cap. 5. *dub.* 19. cum multis & aliis relatis à
Lugo *ſup. ubi* reſolvit contra *d. l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1.
recopilat.

10 Prædictam tamen opinionem explodunt
communiter alij Doctores, Riccius ad textum
in dicto cap. non minus de immunit Eccleſiarum 1415.
de examine Eccleſ p. 1. *tract.* 11 *c.* 16. *ſuppoſit.* Laym.
in Theolog. morali lib. 4. *tract.* 9 *c.* 6. *num.* Joannes
de la Cruz *in directorio conſcientiæ p.* 1. *præcept.* 7.
q. 7. *art.* 3. *dub.* 1. *concluſ.* 1: Auguſtinus Bariola *in
ſuis conſiliis poſt Flores director. inquiſit conſ.* 8 Sa-
lonius *tom.* 2. *in* 2. 2 *q.* 78. *art.* 5. *controverſ.* 3 Sou-
ſa *in Bulla cœnæ Domini cap.* 19. *diſp.* 92. *num.* 6.
Belletus *in diſquiſit, clericor. p* 1. *tit.* 5. *§.* 2. *num.* 12.
Port. *in additionibus ad dubia regularia.* verſ. *tribu-
tum. n* 5 *&* 8. Alterius *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 19 *lib.* 6.
cap. 6. *dubio* 8. & Diana cum multis *tract.* 3. *p.* 2.
reſol. 22.

11 Ubi agens de dubio an quando in parlamento
præbeatur aliquod donatiuum, pro cuſtodia
Regni: pro reparatione turrium, & pontium,
teneantur Eccleſiaſtici contribuere, & negant
per textum *in dicto cap. non minus, cap. adverſus de
immunit. Eccleſ.* Sylveſter verbo *immunitatis n.* 10
Piaſerius *in praxi Epiſcopali p.* 2. *c.* 4 *art.* 8. *num.* 5.
Molina *de Juſtitia tract.* 2. *diſp.* 672. *n.* 4. Suarez
contra Regem Angliæ lib. 4. *c.* 16. *n* 3. Azor. *inſt mo-
ral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 19. *q.* 10. Leſſius *lib.* 2. *c.* 17. *dub.* 3.
n. 25. Gaſpar Hurtado *diſp* 14. *de tributis diſ.* 3.
Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q* 6 *n.* 121. Molfuſius
in ſumma tom. 2. *tract.* 12 *cap.* 23. *n* 174. Duardus
in Bulla Cœnæ c. 18. *q.* 11. *n.* 1. Souſa *in eadem Bul-
la cap.* 19. *diſp.* 92. *num.* 6. Bartholom. à ſancto
Fauſto in ſpeculo confeſſorum *diſp.* 33. *quæſt.* 19.
n. 2. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6 *diſp.* 16.
dubio 13. Garcia *de beneficiis* 2. *p. tom.* 1. *c.* 4. *n.* 13.
qui citat pro hac ſententia quatuordecim Do-
ctores, Marta *de juriſdict. p.* 4. *caſu.* 1. *n.* 51.

Ubi aſſerit ita fuiſſe decretum à Clemente 12
VIII. Summo Pontifice anno 1600. in cauſa in-
ter Clerum, & Populum Pipanum, in qua tra-
ctabatur coram R. Nuncio Florentino de repa-
rando arni flumine, ad communem laicorum, &
clericorum utilitatem, cum penè omnia cleri-
corum bona eſſent prope flumen prædictum,
& laicis inſtantibus clerum cogi ad contribuen-
dum juxta taxam: tandem Beatiſſimus Ponti-
fex decrevit Eccleſias, & Eccleſiaſticos teneri
in ſubſidium, & propterea mandavit R. Nun-
cio, ut diſcuſſis prius bonis laicorum, ſi non
ſufficerent condemnaret prædictos Eccleſiaſti-
cos ad contribuendum, & hanc ſententiam te-
nuerunt etiam de jure Abbas *in d. cap. non minus
n.* 18. *&* 19. *& conſ.* 3. *n.* 2. plura tradens Jaſon. *in
l. placet lect.* 1. *Cod de ſacroſanctis Eccleſiis* Boërius
deciſ. 246. *num.* 4. & alij, quos refert Zevallos *in
pract. d. q.* 415. 13

Sed quia de veritate hujus dubij refert ad
utramque partem diſputantes & defendentes
57. Doctores, Barboſa *in d. cap. non minus n. fin.*
inter quos multi ex jam adductis, nullamque
reſolvat; ego exiſtimo quod ſi in caſibus utili-
bus Reipublicæ, tam ſæcularium, quam cleri-
corum poſſint clerici eſſe obligati ad has, & ſi-
miles contributiones. Tamen ut jam latè ſcrip-
ſi à *quæſt.* 1. *&* 2. cum aliis nullo modo proce-
dere ex vi ſtatuti laicorum, ſed tantùm ex con-
ſenſu Pontificio expreſſe, aut præſumpto, nec
tunc ab illis aliquid exigi, ſeu extrahi poſſe per
laicos, miniſtros, ſed eſſe compellendos per Epi-
ſcopos, eorumve Judices Eccleſiaſticos.

Nec tunc obſtare textum *in d. l. ad inſtructio- 14
nes, Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* quia conſtat quod
fuerit hæc lex correcta per *Authent. item nulla
communitas. Cod. de Epiſcopis. & Clericis* ubi Ec-
cleſiaſtici facti ſunt immunes ab onere impoſi-
to, & imponendo, ut dicit Hoſtienſ. *in ſumm. de
immun. Eccl. §. à quibus* verſ. *extra ordinata.* & alij.
Diana *d. reſ.* 23. *tra* 3. *p.* 1. qui etiam *d. reſol.* 38 *p.* 2.
reſpondet cum Leſſio *lib.* 2. *d. cap* 33 *n.* 25. eam
legem vim non habere, cum fuerit contra im-
munitatem Eccleſiæ; ſicque eſſe correctam per
jus canonicum, ut notat *gloſſa in cap. generaliter*
verſ. *novarum.* & verſ. *collationib* 6. *q.* 1. Azor *d* 3.
p. l. 5. *c.* 19. *q.* 10. Portel. *in additionibus ad dubia
regularia* verbo *tributum n.* 11. qui citat textum
in l. placet, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, & leg. 2.
Cod. de Epiſcop. & Cleric. imò & quidquid ſit de
jure civili, ait hoc noſtro jure canonico certum
eſſe clericos non teneri ad dictas contributio-
nes probans *ex* 6. *cap. non minus. cap. adverſus de
immunitate Eccleſiarum*, *& ex Canone Bullæ Cœ-
næ* 18. improbans ſententiam Henriquez, & Bo-

v adillam

vadillam *in caſu*, de quo ipſe *in polit. lib.* 1. *p.* 1. *c.* 18. *n.* 286. imò ipſe Diana ex eo probat quia bonum dictæ legis ad inſtructionem non reſpi-
15 cit principaliter primariò, ac directè clericos, ſed laicos. † Quia ut dixerunt Leſſius, Molina, & alii, quoties bonum commune, & publicum non tangit principaliter clericos, ſed ſecundariò, ut in caſu noſtro; & in reparatione viarum, turrium, murorum; clerici non tenentur contribuere, etſi contrarium docuerit Henriquez *ſupra*.

16 Nec obſtat dicere quod etſi perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ; tamen aliqua eorum bona temporalia, eſſe mere civilia, ut ſunt bona patrimonalia; ob idque eſſe temporalibus Principibus ſubjecta, quorum dominium eſt mere temporale, & ad finem temporalem ordinatum, ſicque non dirigi ad tales perſonas, ut exemptas, ſed præcisè ut cives; quia reſpondeo ex dictis *ſupra quæſt.* 8. verſ. *ad quartam* quod bona ſemper adhærent perſonæ ipſius clerici, tuncque dici perſonam perfectè exemptam, quando ejus bona ſunt exempta. Nec referre ut illa bona ſint temporalia, reſpiciantque clericum, ut civem, non ut exemptum, quia reſpondeo eſſe non tantum exemptum, ut Clericus, ſed ut civis, & conſequenter ea, quæ illi acceſſoria ſunt, ut docet Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *n.*29. *num.* 11.

17 Ex quo Gregorius de Valentia ante Suarez dixit *tom.*4.*diſp.*9.*q.*5.*puncto.*4. bona clericorum eſſe Deo conſecrata, ac eatenus vocari bona Dominica *in Canone* 40. *Apoſtolor.* quare conſentaneum eſſe ut ſint libera, & procedat etiam hæc ratio de illis bonis, quæ poſſident titulo temporali, quandoquidem etiam ea clerici debent referre ad cultum Divinum, atque adeo conſecrare: ita ille.

18 Unde Belletus *in diſquiſit. clericor. tit. de exemptione bonorum p.* 1. §.5. *n.*2. Marta *de juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 11. *num.*24 & *caſu* 49.*per totum*, & *cent.*2. *caſu.* 101. cum aliis communiter probant bona patrimonialia clericorum eorum privilegio gaudere, quo res Eccleſiarum; indeque procedere ut adverſus Doctores, quos citat Graſſis *ſupra* dicta bona ſint exempta ab onere vectigalium *ex cap. quamquam de ſenſibus lib.* 6. & ut docent etiam Leſſius *d.lib.*2.*de Juſtitia cap.*33.*dubio* 3.*n* 19. Megala *in p.*2.*c.*17.*q.* 6.*n.*114. Salonius *tom.*2.*q.*78.*art.*6.*cont.* 2.*n.*2. Malderus *in* 2.2. *tract.*5. *c.*6.*dub* 9. Molina *de Juſt. tract.* 2 *diſputat.*670. *n.*2. Molſeſius *in ſumma tom.*2 *tract.* 12. *cap.*22.*n.*160. Azorius *inſtit. moral*: *p.*3.*lib.*5 *c.*19. *q.*1. & alii, ad plures caſus an & quando clerici teneantur contribuere videbis quæ Laconicè dico *infra q* 45. *verſ. ad tertiam* cum Daniel. *de mobilibus ibi* adducto & aliis.

19 Ex quibus infero cum Diana *d.p.* 1.*tract.* 3. *reſol.*22. *in fine*, ut Eccleſiaſtici, qui intrant in comitiis, in Capitulo, ſeu Parlamento, non teneantur ad donativum ſtatuto ullo ſeu decreto capituli laicorum, niſi ſponte offerant; itaque determinatum: eſſe in brevi Apoſtolico, & omnibus addo cum Sanchez *lib.* 1.*mor.conſ.c.* 1.*dubio.*9.*n.*10. clericos teneri ad ſiſam pro reparatione viarum ad eas reficiendas & mundandas licet cogendi ſint ab Eccleſiaſticis cum ſit onus reale clericos & laicos inſpiciens Barboſa *de jure Eccleſ cap.*39. §.1. *à num.* 46. ubi de expellendis locuſtis, de damnis datis, de cuſtodia murorum, de expenſis, propter famem & peſtem ad ignem extinguendum, ad ſervandas manſuras & ad valorem monetarum repetit Daniel. *in addit. ad diſput.* 50. *n.* 22. & juxta hæc intelliges quæ latè ſcribit Thomas del Beoe quem vidi poſt hæc *de immunit. p.*1.*c.*5.*dubio* 16. cum aliis multis & *ibi dub.*17. ubi de dubio hoc & *ſub.dubit.*21. & 22. ubi quid ſenſerit Rota.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo 20
quod etſi revera clerici ratione imminentis Belli teneantur contribuere, quando ſcilicet immineat neceſſitas, & Burſa Principis ſit exhauſta, & laicorum facultates non ſuppetant, & agatur de defenſione neceſſaria patriæ, ut docent Bellarm. *conſ.*46.*n.*24. & 8. verſ. *ad ſextam*, & *conſ.* 40. *n.* 1. verſ. *ſuper ſecundo* Beroius *conſ.*31. *n.*13. Natta *conſ.*65.*volu.* 1.*conſ.*280.*n.*6. Burſatus *conſ.* 16.*n.*76 *volum.* 1. Joannes Lupus *de libert. Eccleſiaſt.q* 4.*n.*4 Decian.*conſ.*51 *n.* 31.*volu.*3. Michael. Graſſis *tom.* 1. *commun. opinion lib.* 1. *tit.* 1. *n.*79. *pag.* 153. quibus addo Zevallos *in pract. d. q.*578. *n.* 7. ubi quod pro defenſione patriæ, & imminente neceſſit, tenentur non ſolùm laici ſed etiam clerici contribuere, & tributa Regibus ſolvere, *ex d. cap. tributum* 23. *q.* 8.

Eodemque modo teneantur clerici contri- 21
buere pro juvando Rege contra hæreticos, Henriq. *in ſumma lib.* 10 *c.* 5. §. & pro liberanda civitate à peſte, Ripa *de peſte, tit. de remediis ad curandam peſtem*, *n.*211. Bertrand.*conſ.*53 *in fine*, Marcus Anton. Genuenſ. *in practica Eccleſ q.*647. *in fine*, & propter famem Ripa *reſponſ.*22. *num* 8. *lib.*2. Menoch.*conſ* 800 *n.*22. Joannes Garcia *de nobilit. gloſſa* 9.*n.*53. Flores de Mena *d.lib.*2.*pract. q* 21.*n.*213. Modernus *de juriſdict. p.*4 *caſu* 100. Thomas Valaſc. *allegat. juris tom.* 1. *allegat.* 47. *num.* 20.

Item & pro quolibet communi damno, ſeu 22
periculo evitando, juxta caſum poſitum per Panormit. *in d.cap. non minus, de immunit. Eccleſ. num.*20. Erat. Eman Rod *in ſumma p.*2.*c.*93.*concluſ.* 13. Anaſtaſius Germon, *de ſacror. immun. lib.* 3.*c.*17.*n* 28. Campanil. *in repert extravag. clem.*7
ſub n 113. † Item quod ex cauſa publicæ utilita- 23
tis, neceſſitatisve inevitabilis, & incognitæ poſſint clerici compelli ad contribuendum cum laicis ad onera pro tali neceſſitate, ac pietate impoſita, Barbàtia *conſ.* 1.*vol.*3. & *conſ.*29. *volum.*4. Ancharranus *conſ.* 96. Purpuratus *conſ.*50. *vol.* 1. Ripa *de peſte p.*1. *n.*456. & *ſequent.* Burſatus *conſil.* 16. *à* 7.22.*vol.* 1. Ozaſcus *deciſ.*181. *n.*24. Decianus, *conſ.* 14.*n.*12. & 20.*volum.* 1. Octavianus, Riminald. & alii relati à Zevall. *ſupra n* 11 de quibus jam dixi, confirmans item *nu.ſequent.* cum multis etiam Doctor eo quod Princeps pro defenſione patriæ, ſi non habet de ſuo poteſt ſubditos collectare.

Nam cum Princeps militet pro communi uti- 24
litate, debet etiam de communibus vivere pro honeſto ſtatu Principum conſervando, cum redditibus propriis, non ſufficiant nec exactiones conſuetæ prout ſunt *ſiſas, alcavalas, tercias ſubſydio, y eſcuſado.* † Additque Zevallos *ibi n.*16. quod poſtquam invictiſſimus Rex noſter Philip. II. ad hanc exactionem perveniſſet, omnia ſua bona, Regaleque patrimonium vendiderit,
alienaverit, & pignoraverit. * Ob id donati- 25
vum millionum majorem habere æquitatem, & juſtificationem ex doctrina Baldi *in l. neminem, Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, ubi Paulus, Socin.

Junior.

Junior. *conſ* 98. *n.* 10. *volum.* 3. dicunt quod Princeps primo debet ſe præmuoire de ſuo marſu-
27 pio ; quam ſubditis collectam imponat. † Et quare clerici ad prædictam contributionem teneantur, dicit Barboſa *in d. c.* 2. *hoc tit. à n* 3 *&* *ibi n.* 6. eſſe quia privilegia per verba univerſalia, & prægnantia cooceſſa, ceſſant in caſo prædictæ publicæ, & urgentis neceſſitatis.

28 Tamen etſi præfita doctrina in relatis caſibus, & aliis ad noſtram difficultatem ſpectantibus in ſe vera ſit, reſpondendom eſt ut Princep , laicuſve alius ſuperior, nequeant ſine conſenſu cleri imponere gabellas ſuper ejus bona, ex aliqua publica neceſſitate, ut actis, &c. quia obligatio totius populi non ſufficit ad obligandum clerum: & quia cum ageretur de utilitate utrumque, neceſſe erat utrorumque intervenire conſenſum, ut reſoluunt Rodriguez *in ſumma tom* 2. *c.* 75. *n.* 13. Petrus Ledeſma *in ſumm. tom.* 2. *tract* 7. *c.* 2 *concluſ.* 27. *fol.* 207. Joannes de la Cruz *in direct. conſcien. p.* 1. *pracept.* 7. *quæſt.* 7. *art* 4. *dub.* 1. *concluſ.* 1 *fol.* 98. Azor *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 5. *c.* 19. *q.* 11. & Lopez *inſtruct. p.* 2. *c.* 40. agens de peſte graſſante olim Hiſpali, Sylveſter verſ. *immunitas q.* 2. Alterius *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 16. *lib.* 5. *c.* 6. *dub.* 13. Salonius *tom.* 2. *in* 2. 2. *quaſt.* 78. *art.* 5. *controv.* 1. Bellet. *in diſquiſit cleric. p.* 1. *tit.* 5. *§.* 2. *n.* 6. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 40. aſſerentes quod quando neceſſitas publica concernit directè, & principaliter æque utilitatem Eccleſiaſticam, & laicorum, tunc debeant Eccleſiaſtici contribuere.

29 Non tamen ad liberationem ſolius populi, ſed oportere quod clerus, & populus ſimul conveniant, & deliberent, quia quod omnes tangit debet ab omnibus approbari.

30 Et ſic idem Barboſa *in d. c.* 2. *de immunit. Eccleſiar. n.* 7 ut declaret materiam; dixit tunc demum clericos teneri ad contribuendum pro communibus damnis, ſeu periculis evitandis, ut cum propter moræ periculum, & damnum io evitabile, conſenſus Papæ haberi non poſſit, tunc tamen in prædicto caſu præſtitus cenſeatur, dummodo non ad ſolas deliberationes laicorum contribuant, ſed ſponte, vel ſuperioris Eccleſiaſtici authoritate, cujus officium poterit implorare populus, ut compellat clerum ad conſentiendum, & contribuendum, ut docet etiam Panormit. *in d. cap. non minus de immunit. Eccleſiar. n.* 2. verſ. *aut neceſſitatis*, Format Deſat *de privileg. §.* 2. *n.* 25. *paulo ante finem*, quos refert, & ſequitur Rota apud Farinac. *deciſ.* 72. *n.* 4. *p.* 1 *recens.*

31 Et addo Dianam *ubi ſupra in fine*, dicens qood ſolus populus, ſeu Princeps ſine convocatione, & conſenſu cleri, minimè efficere poſſint, ut clerici collectantur; & antea dicit quod ſi clerus ſine legitima cauſa in prædictis caſibus nollet conſentire, poſſint laici implorare auxilium ſuperioris Eccleſiaſtici, ut compellat clericos. Et ſecundùm hæc debet intelligi Bovadilla *in polit. tom* 2. *lib.* 2. *cap* 18. *n.* 291. ubi ait *en la ſiſa y repartimiento que ſo cha para guarda el pueblo de peſte, en lo qual proſer para cauſa commun, aſi à Clerigos, como alegos, deben contribair los Eccleſiaſtites*, & Garcia *de nobilit. Hiſpan. gloſſa* 9. *n.* 53. & alii: vide *q. ſequent.* verſ. *ad quartam.*

32 Ex his inquam notant nonnulli, quod in prædictis caſibus peſtis, defenſionis patriæ & aliorum, non habeat locum deciſio textus *in cap. adverſus*, nempe de conſuetudine Romani Pontificis; eo quod contributio in illis non fit ſolùm propter utilitatem publicam, ſed ad privatam utilitatem Clericorum, illumque textum tandem agere de caſo, ubi tractatur de publica utilitate, ut intelligunt, & docent Tabiena verbo *excommunicatio* 5. *caſu.* 18. *num* 4. Sylveſter verbo *immunitas q.* 15. *n.* 20. Bugelus *eodem verbo n.* 37. Layman *in Theol. mor lib* 4. *tract.* 9. *c.* 6. *n.* 7. Molina *de Juſtitia tom.* 3 *diſp.* 672. *n.* 5. *conſ.* 3. Megala *in p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6. *num.* 121. *&* *conſ.* 72. *n.* 18. Ledeſma, Rodriguez, & Joannes de la Cruz *ubi ſupra*. Et ſic videtur ex verbis illius textus ibi *verùm ſi quando forte Epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſſitatem, & utilitatem, perſpexerint, ut abſque ulla coactione ad relevandas utilitates, vel neceſſitates communes, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia duxerint per Eccleſias conferenda prædicti laici humiliter, & devotè recipiant cum gratiarum actione* Idemque ex verbis *dicti cap. non minus* ibi *quo circa ſub Anathematis diſtrictione fieri de cætero talia prohibemus, niſi Epiſcopus, & Clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda.*

Ex quibus inquam verbis etiam poteſt dici con- 33
tra intellectum Tabienæ Syln. Angeli, aliorum proximè relatorum, ut nunquam Eccleſiæ Eccleſiaſticæve perſonæ teneantur contribuere, niſi in ſudſidium, ubi non ſuppetunt facultates laicorum, quoties mixturatim occurreret utilitas, & neceſſitas publica, & communis, tam laicis, quam clericis, tam perſonis, quam bonis mobilibus, & immobilibus laicorum, & clericorum; & tunc non lege, ſtatuto, ſive mandato Principis, aut Judicis laici, ſed tantùm compulſione Superioris Eccleſiaſtici, ſic ut tunc etiam dicti laici egentes, & oppreſſi humiliter, & devotè recipiant cum gratiarum actione, ut voluit Innocentius III. *in d. cap. adverſus.*

Et tunc crederem Tabienæ, Angeli, & alio- 34
rum doctrinam tollerari, quando revera tantùm ſimpliciter, & abſque commixtione ulla cum laicis egeretur de commodo, & utilitate clericorum, utpote ſi flumen v. g. inundaret, aut depopularet terminum integrum, aut aliquam terræ partem, quæ ad clericorum, & Eccleſiarum dominium expectaret, nec aliquid pertineret ad laicos, & tunc tenerent contribuere pro reparando damno, non ex ut ſtatuti laici. ſed mandati Superioris Eccleſiaſtici, ut dictum eſt.

Quare jam non obſtat dicere, ut quando oc- 35
currit publica neceſſitas, & Princeps non habet redditus ſufficientes pro ſubveniendo dictæ neceſſitati, poſſint ſubditi adſtringi ad onera occurrentia, & ad collectas, Rolandus *conſ.* 1. *n.* 62. *cum ſequentib volum* 2. *&* *n.* 157. Afflictis *in Rub. quæ ſint Regalia colum. penult.* verſ. *& pro hac deciſione*, Lucas de Pena *in l.* 1. *Cod. ſi ſupra in dicto lib.* 10. Salicetus *in l vectigalia. Cod. de nova vectigal. inſtitui non poſſe*, ubi tenet quòd ſolus Princeps poteſt gabellas, & nova vectigalia inſtituere, cum ſint de maximo imperio, ut docent etiam Bertachinus *in tract. de gabellis* 1 *p. quaſt.* 1. Baldus *conſ.* 343. *vol.* 4. Capella Toloſana 451. ubi additio Parladorius *lib.* 1. *rerum quotid. p.* 1. *c.* 3. *à n.* 1. Jaſon. *conſ.* 81. *volum.* 4. Azevedus *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 9. *recop.* per legem in gloſſa 1. & probat *l.* 9. *tit.* 7. *p.* 1. & tradunt Laſarte *de gabel. in l.* 1. *tit.* 17.

lib 9.

lib.9.recopil. Gironda *in 1.p.n.1.in princ.* Zevallos *in pract. d.q.578.n.* 18.& 19.

36 Quia reſpondetur verum eſſe reſpectu ſubditorum laicorum, non ſic clericorum ex longe *hic,* & *à q.* 1. dictis, & ut docent Abbas *conſ.3.lib* 1. Navarr. *in manual. c.* 17.*n.*101.&*c.*23.*n.*120. Medina *in cod. de reſtit. q.* 15. *in princ.* Abiles *in capit. Prætor.c.*25. verſ. *den erden. n.*5. dicentes quod etſi clerici in publica neceſſitate, teneantur contribuere, intelligatur non propria Regis authoritate, ſed de licentia Pontificis, quod idem tenet Zevallos *ſupra d.q.*578.*n.*30. ex verbis textus *in d. adverſus* ibi *propter imperitiam tamen quorundam Romanus Pontif. prius conſulatur, cujus intereſt omnibus utilitatibus providere* Chacherr. *deciſ. pedemont.*68.*n.*38. Afflictis *deciſ* 24.& 85.

37 Et licet idem Zevallos *d. q* 578 *n.* 31. Greg. Lopez *in d.l* 54.*partitæ*, Gutierez *pract.quæſt.lib.*1 *d.q.*3.*n.*4.& 5. Olanus *in antinomia juris littera* C. *n.*38. Azeved. *in l.* 11.*titul.*3.*lib.*1.*recopil.n.*6. &7. Chacheranus *d. deciſ.* 68. & *in conſilio* ibi *poſito n.*29. exiſtiment deciſionem *d. cap. adverſus* limitari, ſi fuerit imminens periculum in mora, ſi recurratur ad Romanum Pontificem; en quod tone eſt recendendum à reguli juris per textum *in l de pupillo,*§. *ſi quis vivos, ff. de novi operis nuntiat*; & ob id poſſint dicere ut Princeps, ſeu laicus Judex queant clericos collectare: tamen non ſic debet intelligi, eum in tali caſu imminentis periculi, poſſit Epiſcopus, ſeu quilibet Judex Eccleſiæ Superior clericorum illius territorii ad id compellere modo dicto, & ex verbis relatis *ſupra dicti cap. adverſus,* verſ. *verum,*& *d.cap.non minus* verſ. *quo circa*, plures congerit Barboſa *in dictis capitibus*, & licet Doctores plures quos referunt Sanch. *in conſilio dub.* 55.*n.*8 & 30. Lugo *d. ſect.* 8 *n.*131. Diana *p.*1.*tract.*2 *reſ* 41. dicant eam contributionem eſſe exequendam per laicos & teneant Cutellus Fault. Salgado, Fragoſus, Ripol, Fontanella, & ſic practicetur in Gallia juxta arreſta Papooii, ut dicunt Anneo Robert Chriſtianen, & Julius Cæſar. ſed hoc fieri in illo regno ex privilegioBoniſ. VII ut refert. Guillelmus Benedict, & Sanch. *ſuprà*, ut probant relati *infrà q.* 2. cum infinitis tenentes de jure compellendos eſſe clericos per Judices Eccleſiæ ponderantes verba legis 54.*tit.*6 *p.* 1. in verſ. *pero algunas Coſas* quibus brobat Eccleſiaſticos teneri ad aliqua omnem ex præcepto Eccleſiæ ad ea tantum compellenda.

38 Ad tertiam quæſtionis partem, an clerici teneantur gabellam, quæ impoſito eſt pro manutenendo exercitum in partibus inimicorum, ut tutius confinia Regni conſerventur. Cui dubio reſpondetur ſatis ex dictis, & in terminis Graſ. *de effectib. cleric effectu* 3.*n.*243. & Diana *p.*1 *tract.* 2. *reſ.* 78. docent quod tunc clerici teneotur contribuere quando utilitas, ſive neceſſitas principaliter, & immediatè, & non mediatè, & in remotis tangit illos, cum Princeps vellet imponere gabellam pro manutenendo exercitum, & faciendo bellum in partibus inimicis, ne inimicus accederet ad ſuas civitates, licet ex iſto actu civitas, cui imponitur gabella conſequatur utilitatem, ſcilicet quod propter tale bellum hoſtes non poſſunt moleſtare civitatem; & ita teneo, & in praxi video. Etſi Henriquez *lib.* 10 *cap.* 13. *ſumm. in gloſſa littera Q.* afferat anno 1590. conſultos fuiſſe Doctores Scholæ Salmanticenſis juris peritos, Moila, Solis, Didacus, Henriquez, Sahagum; Bernal, & ex Theologis Magiſter Guebaram, Bañez, & alios admittentes juſte compelli clerum per Epiſcopum contribuere pro ingenti pecunia, quam Regna, & Senatores urbis promiſerant Regi pro adiuvandis Catholicis contra hæreticos, Gallos, & ut tutius conſervarentur confinia Hiſpaniæ: & hoc punctum reſolves etiam ex dictis *infra q.* 29.verſ. *ad primam*, & *ad ſecundam*.

Ad quartam quæſtionis partem, an teneantur 39
clerici, & poſſit compelli per ſæculares Judices ad reparadam viam ante domos ſuas. In quo dubio licet Ludovicus Mexia *in pragm. taxæ panis concl* 5.*n* 70. dicat clericos, Eccleſiaſticaſque perſonas cogi poſſe per ſæcularem poteſtatem reparare viam ante domum, itineris pertinentia ſua mundare facere ſuis expenſis, dicens notaneum in praxi circa ordinationes Hiſpalenſes [*para que no echenagua ſuçia por las calles, ni otras immundicias*] & ad mandala præfecti urbis Hiſpalenſis pro mundandis per vicinos viarum ſuis pertinentiis, ut ab his munditiis clerici etiam non excuſentur nec à pœna, & multa effundentium amurcam per vias publicas, quod vidit practicari, ſic tenet cum aliis juriſperitis, & Petrus Senedo *in collect.* 37. *p.*1.*n.* 4. Humada *in l* 54.*tit* 6 *p.*1 *gloſſa* 2.*n.*18. Tiraq. *de retractu lineag.* §.31 *gloſ. unica n* 80. 40

†Tamen dicendum eſt ut licet ad id teneantur ex jam *ſupra* adductis, ſed non ad id poſſe compelli per laicos, aliàs eſſe contra immunitatem Eccleſiæ, ut in caſu ſimili adverſùs Henriq. *lib* 10.*c.*15 §.7. gloſſa *lit.* C. recte notant Vivald. *in candelabro ſuper Bullam Cœnæ, caſu* 18.*n* 9. Diana *p.*1.*tract.*2.*reſ.*75. & Ludov. de Molina *de Juſtitia tom* 3 *tract.* 2.*diſp.*272.*n.*5. & Laym. *in Theolog.mor.lib.*4 *tract.* 9.2.6.*n.*7

Dicunt quod ſi vicini omnes contribuant, ad 41
ſternendam lapidibus viam, quæ eſt ante januas ipſorum; tunc etiam Eccleſiaſtici, qui ibi habeot domos, teneantur ſimiliter contribuere, ſed ut non poſſint in tali eventu ſæculares per ſe ipſos compellere Eccleſiaſticos ut contribuant, ſi Eccleſiaſtici renuant; ſed id effici debere per Epiſcopum, aut per alium legitimum Judicem Eccleſiaſticum. Nec verum eſſe ſtatutum, ſeu mandatum civitatis Hiſpalen. jam relatum obligans clericos, etiam ad pœnam effundentium amorcam, ſimilia per viam publicam, quia, ut *infra q* 24 dico, & patet ex dictis, & dicendis, clerici non ſubduntur pœnis impoſitis à ſæcularibus ex defectu juriſdictionis, &c

Et juxta hæc intelligitur Thomas del Bene 42
cum multis *de immunit.p,*1.*c* 5.*dubit.*4 ubi diſputat an in caſu quo clericus debeat gabellam, cogi poſſit à laico, & quia poſt hæc ſcripta vidi & perlegi manuſcriptum hic madriti confectum occaſione dubii urti & admodum diſcuſſi inter ſupremos Senatores Conſilii ſupremi à ſapientiſſimo, & pio nunquamque ſatis laudato & in poſterum laudibus digno DD. Chriſtophoro de Moſcoſo & Corduba viro admodum experto, & in perſcrutandis difficilioribus & reconditis cultore laborioſo ejuſdem conſilii Conjudice; & noſtri ſupremi inquiſitionis aſſerto etiam una cum illo diligentiſſimo, perſpicaciſſimo in ſæculis retro actis nondum ſic ad omnia graviſſima negotia experto D. Joſephi Gonzalez, ejuſdem Conſilii ſupremi Caſtellæ & Cameræ, de Cano ac præſulatus functo alterius ſupremi Conſilii Regii, patrimonii qui poſtquam ex

d. cap.

d.cap. non minus, reſoluit ur cum non ſuppetunt facultates laicorum, Eccleſiaſtici teneantur ad cootriboendum pro reparatione pontium, mu-eorum, itinerum ac aliorum communium, & hoc ex conſenſu Epiſcopi & cleri, ac deinde accedente Pontificis conſenſu; addit hos oon eſſe compellendos per Judices laicos ut ſenſeront Cutellius Maximilianus, Fauſtus, Salgadus Ripol. Carleval. & alii relati à Sanchez & Lugo; ſed ab Eccleſiaſticis Judicibus, ut Sanchez *in conſil. lib.62.c.4.dub* 55. *n.*8 & 30.Cardio.Lugo *de Juſt.diſp.*36.*ſect.*8.*n.*131 Diana *p.*1. *tract* 2.*reſolut.* 41. Salas Caſtill. Thomas del Bene & alii quos illi referunt ſic probans ex verbis *leg. regiæ* 54.*tit.*6.*p.*1.io verſ. *Monſtradas* ubi fatetur Eldiphonſus Rex obligatiooem ſic cootribuendi eſſe præceptum clericis ab Eccleſia ab ea quæ tantum eſſe compellendus referens pro hac opinione præter 26 DD. relatos à Lugo alios 14. Regnicolas oostri temporis & ex alienis, alios 16. qui omnes alios plures referuot.

QUÆSTIO XI.

An Clerici teneantur contribuere cum laicis, ad occidendam agrorum locuſtam, vel ſi graculi, aut vermes meſſes comedunt, ſeu bruchi naſcuntur in vineis, & meſſibus alicujus clerici, & an compellantur à laicis: & an teneantur ſolvere gabellam pro introitu Regis: an Principes imponentes gabellas, licet juſtas ſuper bona Eccleſiaſticorum, incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. & an in caſu, in quo collectæ, ſeu gabellæ juſtè Clericis imponuntur, poſſint imponi in conſulto Romano Pontifice: & an ſi dictæ gabellæ excedant octavam partem rei valoris, ſint injuſtæ.

SUMMARIUM

1 *Locuſtarum eſt genus animalium errant, & inconſtans huc, vel illuc facilè volans, nec in uno loco ſemper incedens.*

2 *Locuſtas ventus urens facilè levat, & ad longinqua prædia conducit.*

3 *Locuſtæ, quæ dictabant centum, & quinquaginto milliarium longitudine, transmigrarunt de una provincia ad aliam; imo ex Africa convolarunt ad noſtram Hiſpaniam anno* 1605. *minantes grave damnum.*

4 *Locuſta ab anno præterito* 1648. *cum tribus ſequentibus in territorio valliſoletano fructus, & meſſes depopulavit, quam vicini per Parochias colligebant, & ſepeliebant; & de lege quadam*, o. 5. *ibi practicata.*

5 *Locuſtæ peſtis, ut moderetur, fuit quædam lex Cyrinaica colligendi eas ter in anno; videlicet ova, obterendo, deinde fœtum, poſtremo adultas.*

6 *Locuſtarum extinctio; etſi in prædio particulari fiet, debet expenſis publicis curari, contra aliquos* n. 8.& 9.

7 *Bona publica uſibus publicis, & civibus omnibus, debent profitius expendi, & derogari, quibus deficientibus ad devaſtandam locuſtam poterit gabella impoui juxta Patrimonium cujuſque, ut* n. 9. 10. & 11. *& de ratione* n. 23.

10 L.59.tit 5.lib.2.recopilat. *ubi de proviſionibus Conſilii ſupremi pro extirpandis locuſtis, & cujus expenſis* o. 11.

12 *Locuſtæ etymologia eſt dicta ab uſtione locorum, quaſi loca urens, quia omnia urit, & virentia deſecat.*

13 *Clerici ſimul cum laicis debent contribuere pro extinguendis locuſtis, vermibus; Graculis, vel Bruchulis, cum horum devaſtatio æque proficiat, tam clericis, quam laicis; nec enim queunt excuſari Eccleſiæ, Monaſteria, milites, & Religioſi, aliive exempti, ut* num. 14. 15. & 16. *ſed Eccleſiaſtici ſolùm compellentur à ſuo Judice* num. 17. & 19. *contra Mexiam, aliud ſentientem,* num. 18.

19 L.11.tit.3.lib.1. recopilat. & à n.15.

20 *Conductoribus decimarum, & beneficiorum ſimul cum Beneficiatis, debet fieri diſtributio conveniens pro occidendis locuſtis, vermibus, Graculis, & Bruchulis, niſi conductores totum damnum ſuper ſe aſſumant, ut* num. 21.

22 *Uſufructuarius, & non Dominus debet contribuere pro extirpandis Locuſtis, Bruchulis, &c. ubi quid de colono partiario remiſſivè.*

23 *Beneficiis præcipuè utens, debet eſſe præcipuus in contributione.*

24 *Clerici non tenentur ſolvere collectam impoſitam pro primo introitu Regis in civitatem: etſi aliter practicatum fuiſſet Galliæ in introitu Regis Henrici IV. contra clarum Trecenſem,* n. 25.

26 *Principes imponentes gabellas ſuper Eccleſiaſticorum bona, incurrunt etiam in cenſuram Canon.* 17. *Bullæ in Cœna Domini, & aliam excommunicationem ſtabilitam* in capit. 4. & 7. de immuoit. Eccleſiarum numero 28, & 28. *contra Filiucium, & alios dicentes ſolùm incurrere aliam tantùm excommunicationem,* cap. quanquam de cenſib. ut num. 27.

30 *Collectæ ſi juſtè impoſitæ ſunt ſecundùm quoſdam, poterunt in clericos imponi, inconſulto Papa ex ſolo conſenſu Epiſcopi, & clerici; quod non eſt verum, niſi urgente neceſſitate nimia, & periculum ſit in mora, ſi reſervatur ad Papam.ut* n. 31. & 32.

33 *Collecta, quæ excedit octavam partem valoris ſecundùm quoſdam, dicitur injuſta, alii aliter accipiunt,* n. 34.35.&.3 *.in fine.*

36 L. ex præſtatione, Cod.de veſtigalib.& n 33.

37 *Collectandum eſt proportionabiliter juxta neceſſitatem publicam, & bona ſubditorum, & non in plus.*

AD primam quæſtionis partem de collectando ad locuſtas extinguendas, & inſimul de aliis propoſitis ibi, ut reſpondeam, duxi nonnulla de locuſtis, præmittere; igitur locuſtarum genus eſt animalium errans, & inconſtans huc vel illuc facile volans, nec in uno loco ſemper incidens, quia

quia ventus urens paſſim levat locuſtas, & ad
longinqua prædia conducit, juxta illud *Exodi c.*
10. ibi *Ventus urens levabit locuſtas quæ aſcende-*
derunt ſuper univerſam terram Ægypti, & ſede-
2 *runt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles* †
Et refert etiam Gregorius Turonenſ. *lib.6. Hiſto-*
ria lucuſtas de una provincia ad alias tranſmi-
graſſe, quæ centum, & quinquagiota millia-
rium longitudine dictabant † imò ut refert Nar-
bona *in lib. 59. tit.4. lib.2. recopil. ſub.n 6.* noſtra
3 Hyſpania fuit experta anno 1605. quod ex Afri-
ca locuſta convolaverit ad noſtram. Hyſpaniam;
indeque iogens earum multitudo mare volaru
pertranſiens magna calamitates, & miſerias
minaretur, niſi miſerentia *Domini Noſtri Ieſu*
Chriſti providentiâ nos incolumes redderet, &
4 ab omni penè injuria, & damno liberaſſet. † Et
in territorio Valliſoletano, ac provincia Caſtel-
læ veteris ab anno præterito 1648. cum tribu-
ſequentibus Vidimus hac peſte animalium de-
populatos fructus, meſſium, tritici, ac hordei,
locuſtamque convolare de uno loco ad alium
quotidiè & habitatores per Parrocias, & vici-
nos quotidie congregatos fuiſſe ad eam colli-
gendam, cum ſynd.onibus, & ſepeliendam in
foſſis factis, ut ſic peſtem effugeremus, quæ ex
ejus peſſimo fœtore graſſari valuiſſet.

5 Ex quo non incurioſum erit ſcire quod in cyri-
naica Regione, ut auctor eſt Plinius *lib.11. na-*
turalis hiſtoriæ cap. 29. lexerat ter in anno debel-
landi eas primo ova obterendo, deinde fœtum, po-
ſtremo adultas deſertoris pœna in eum, qui ceſſa-
verit. Et juxta hos modos ſic in prædictis annis
648. 649. 650. fuit hîc apud nos practicatum,
& apud varios ſunt excogitata varia remedia,
quibus huic imminenti malo conſultiſſimè me-
deri valeat, ut videri poſſunt apud Uliſen. Al-
drobatin *in ornythologia lib.10. cap. 5. & lib. 17.*
cap.6. Magiſter Bartholomæus Patan *in tract. de*
locuſta, item & *in eodem tractatu* D. Joannes
de Quinones *Cap. 3. per totum.*

6 Quod ſi locuſtarum plaga in populo, vel pro-
vincia aliqua immineat tota illa exterminatio &
collectio, vel exorcizatio expenſis publicis fa-
cienda eſt; eo quod licet locuſta in particulari
prædio naſcatur, quia tamen hinc inde errando
avolat, paretque omnibus prædiis, & meſſibus,
nocumentum det exterminari expenſis publi-
cis vulgò *de los proprios de los lugares*, juxta deci-
ſionem *dict. leg. 59. tit. 4. lib. 2. recopilationis*
7 † Debent enim publica bona uſibus publicis;
& civibus omnibus proficius expendi, & ero-
gari juxta textum *in l. Vectigalia 10. l. fin. cod. de*
vectigal & commis, l. 11. tit. 3. lib. 1. recop. ſic
ex noſtris practicis docent Villadiego *in politica*
cap.3. in declaratione §. 30. & 32. *n.* 72. Caſtillo
de Bobadilla *in politica tom.2 lib.5 cap 4. n.* 41.
Quinones *in dicto tract. de locuſta cap. 4. n.* 7.
quod eſt verum exploſa diſtinctione Avendanni
lib. 2. prætorum cap. 10. *n.* 16. Megiæ *in pragm.*
8 *panis concluſ. 5. num.* 44. & 46. † dicentium.
quod ſi locuſtæ vel vermes in vineis, vel meſ-
ſibus alicujus naſcantur, compelli poſſit, ut
ſuis expenſis ipſe ſolus capiat, & occidat locu-
ſtas, vel vermes prædictos, ne inde prodeant, &
aliorum meſſes, vel fructus comedant: *ar-*
gum. l. nullus Cod. de ſumma trinit, & fide cathol.
9 junctis aliis, quos ibi referunt. † Quod ſi locu-
ſtæ io terris communibus, vulgò *en los Valdios*
naſcantur, tunc expenſis publicis devaſtari, &

D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ.

extirpari debere hiſque deficientibus collectam
inponendam civibus juxta patrimonium cujus-
liber *Ex l. omnes cod. ſine cenſu, vel reliquis.*

Tamen cum in hisce Regnis per *dictam l.* 59. 10
tit.4. lib. 2. recop. cautum ſit indiſtinctè, ut ce-
cernantur litteræ regiæ; vulgò *proviſiones à ju-*
dicibus regiis dandæ, ut Judices ordinarii qui-
libet in ſuo diſtrictu & juriſdictione conſilio-
rum; ſive communitatum expenſis locuſtas oc-
cidant, & perſequantur; ſequitur ut in nullo
eventu particulares Domini agrorum, ubi locu-
ſtæ, aut vermes graſſantur; debeant expenſas
facere de ſuo abſque concurſu aliorum vicino-
rum. † Et intantum procedere quod ſi communi- 11
tas, vel conſilium ſit inops, ac nulla bona habeat,
vel patrimonium, ejus ſit exiguum, adeo de-
biris onuſtum, ut propriis expenſis locuſtas col-
ligere, vel occidere nequeat prævia ſupremi
ſenatûs licentiâ; tunc illi qui prædia in confini-
bus territorii immunitis damnum poſſident,
collectandi ſint cum ſua interſit occidere hoc
animal interſicere herbam, cæteroſque viren-
tes fructus abſorbeat, ut in ſimili caſu decerni-
tur *in l. 20. tit. ult p.3. & in l. 11. tit.3 lib. 1. re-*
cop. ibi aſſallecimiento de propios de concejo deben
contribuir y ajudar los dichos clerigos por quanto
es pro communal de todos, Narbona *ſupra. n.* 7.
10. 11. & 12. † Ubi tradit locuſta erhymolo- 12
giam dictam ab uredine locorum, quaſi loca
urens, qua omnia uret, & virentia deſerat,
ut prodit Petrus Bizarrus *in hiſtoriis, & annali-*
bus, populique Genuenſis lib. 7 in principio,
dum de locuſtis loquens ſic ait *Veruleuſi cunſ-*
dam morſu contagio plantas, & ſata inficiunt,
ut mox uredine contabeſcant; ſicque vix ei cri-
men conſtitui poſſe inter locuſtam, & ignem.

Unde jam ad dubium noſtrum videtur *ex di-* 13
cta l 11. quod clerici debeant cum propriorum p-
dorum deficiunt contribuere ſimul cum laicis
pro extinguendis locuſtis, vermibus, graculis,
vel bruchulis &c. cum horum depopulatio, ex-
tinctio, adque devaſtatio æque proſit, tam
clericis, quàm laicis: & ſic Mexia *in dicta prag.*
panis concluſ. 5. n. 41. & 46. Salcedus *in addit.*
ad praxim, Bernard Diez *cap. 55 verſ. quarto*
nec ad hoc, Avandanus *in tract. de juſta impoſi-*
tione tributi fundi cauſa 15. *n.* 13. Caſtillo de
Bobadilla *lib. 2. polit cap* 18. *n* 192. & *lib. 3 cap.*
4. *dicto n.*41. quos ſequitur Quinones *dicto cap.*4.
de locuſta tract n 35. & 36. Frater Eman Rodri-
guez *quæſtion regular. tomo* 1. *q.* 66. verſ. *ex di-*
ctis. † dicitur ut contributione iſta, non ſint ali- 14
qui excuſandi quocunque privilegio exemptio-
nis, ſic ut Eccleſiæ, Monaſteria Religioſi, mi-
lites, Clerici, & aliæ quæcumque Eccleſiaſticæ
perſonæ ad locuſtarum interfectionem, & ex-
tirſtionem contribuere teneantur. Cum con-
cernat utilitatem publicam fructuum, etiam
ſuorum, & decimarum commodum, non ſe-
cus, ac in aliis quibuscumque rebus publicam
utilitatem concernentibus Eccleſiaſticæ perſonæ
Cod. 27. contribuere teneotur. † Ut pote in cuſto- 15
dia vinearum, vel olivetorum in fontis, aut
pontis reparatione, & ſimilibus, de quibus ex-
preſſè cavetur in *auth. de Eccleſiaſt. tit.* §. *ad hoc*
col. 9. l. ad inſtructiones Cod de ſacro ſanctis eccleſiis
l.11. tit 3. lib. 1. *recopil.* ut ex Avendano, Azevedo
Humada, Navar Gregor. Lopez; Quintana Du-
ſias, Ignatio de Villar, tradit Narbona *in dicta l.*
59. *n.* 16. probans. *n.* 17. ex regula general. † 16

A a quod

quod ubi tractatur de utilitate generali laico-
rum, & Eccleſiaſticorm ſimul, & mixtium,
Eccleſiaſtici etiam ſimul cum laicis contribuere
tenentur ex Ancharrano, quem ſequitur Abbas
in cap. non minus de immunit. Eccleſiarum n. 18.
Tyberius Decian. latè *conſ.* 14. *n.* 19 *Volum.* &
alii relati per Octavianum Vulpellum *de liber-
tate Eccleſiaſtica p* 2. *à n* 25. & 30. ubi inquit
ita ipſum ſervaſſe Placentiæ anno 1677. & ſe-
quentibus imminente peſtis periculo. † Et pro-
ſequutus latè Narbona agens de dubio *ibi à n.*
25. an ad prædictam contributionem poſſint per
laicos comppelli; reſolivt *n.* 28. contra alios,
non niſi per judices Eccleſiaſticos, cum in hac
locuſtarum plaga, nulla adeo urgens neceſſitas
adeſſe poſſit, quæ adimat ſæcularibus poteſta-
tem recurrendi ad Epiſcopum, vel alios Eccleſia-
ſticos judices, ut Eccleſiaſticos ſuos ad contri-
butionem æquè cum laicis compellant; ſic *ex
l.* 54. *tit.* 6. *p.* 1. ibi *queſean tenidos los prelados en
todas maneras de gelo Maudar cumplir* dicto *cap.
non minus, cap. adverſus de immunitate Eccleſ.
cap. decernimus de judiciis, auth. item nulla com-
munitas cod. de Epiſcop. & cleric.* & Doctores
communiter.

18 Et ultra alios dico ut licet Mexia *in pragmati-
ca taxa panis concluſ.* 5. *n.* 70. dicat quod ſi gra-
culi, vel vermes, aut locuſtæ, ſeu bruchi naſ-
cuntur in vineis, & meſſibus alicujus Clerici,
poſſit per ſtatutum cogi cum aliis, in quorum
vineis, & meſſibus reperiuntur hujuſmodi ani-
malia ſuis expenſis ea capiat; ita ut in tali caſu
quantumcumque privilegiati, ne & alii infi-
ciantur, poſſint cogi etiam de facto, ut ſuis ex-
penſis id faciant, ut ſe vidiſſe practicari teſta-
tur; imò & dicat Tyberius Decianus *conſ.* 14.
22. *volum.* 4. clericos compelli poſſe à judicibus
laicis. * Tamen ut dixi hæc compulſio debet
19 fieri per Eccleſiaſticos judices ſuperiores, ut
docent Molina *de juſt. tomo.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 272.
n. 5. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 75. in verſ. *nec etiam*,
uti etiam dicit de aliis ſimilibus caſibus Joannes
de Salas *de legibus diſp.* 14 *ſect.* 9. & 11. *n* 114. Ubi
ſic ait *quando contributio facienda eſt æquè pri
mario in utilitatem Clericorum, ac laicorum v.
g. pro reparatione agerum, ne flumen vicinos
agros clericorum, & laicorum inundet; non po-
teſt tamen tunc per ſe poteſtas laica clericos recu-
ſantes compellere, ſed per Eccleſiaſticum* hoc
modo debet intelligi *d. l.* 1. & *ibi* 61. *recopilat.* Ex
cujus tenore exiſtimant plures eccleſiaſticos eſſe
compellendos à laicis judicibus ut advertunt Vil-
lar Maldonado *Reſponſo.* 5. *p.* 3. *n.* 26. *Gutierez de
gabell.* 5. 92. *n.* 48. de cujus intellectu dico infra
ſub. q. 29. & *q.* 40.

Dubium tamen eſt an conductores decima-
rum beneficiorum, ſeu beneficiati ad contribu-
20 tionem pro extinctione locuſtæ teneantur, &
breviter reſpondeo eſſe faciendam inſimul à con-
ductore & beneficiariis diſtributionem conve-
nientem prout unius cujuſque fructuum con-
ſervatio intereſt cum etiam conductori deci-
marum ſit facienda remiſſio penſionis, vel mer-
cedis, propter ſterilitatem, ut ex Decio, &
Corneo probat Petr. Auguſt. Morl. *in tract. de
locato in princ. n* 29. Verſ *quæ ratio.* Na bona
21 *in dict l.* 59. *tit.* 4. *lib* 2. *recopil. n.* 66. & 67. †
Ubi n. 68. cum aliis dicit limitari quando con-
ductores aſſumunt in inſtrumento conducti ... a
ſuper ſe damni cujuſlibet ſupervenientibus in fru-
ctibus periculum per textum *in l.* 23. *tit.* 8. *p.* 5.
ibi *ſi quando ſe fico el pleyto de arreudamiento ſo
obligo elque vecivio la caſa que por qual quier oca-
ſionque ſe pordieſe el fruto del perteneciese el da-
ño* ubi Gregor. Lopez verbo *por qual quier oca-
ſion* reſoluit hanc generalem renunciationem
ſufficere: Videbis etiam Doctores, quos citat
Stephanus Gratianus *diſcep. forenſ. cap.* 195. *n* 6.
& alii Doctores *in cap. ſi propter ſterilitatem de
locato*: alia tradit ipſe Narbona ex pluribus *ibi à
n.* 70. † Qui etiam latè agit *à n* 23. de aliis Uti- 22
libus quæſtionibus an prædictæ collectæ pro lo-
cuſtis debeant fieri ab uſufructuario, ſeu Do-
mino fundi, & reſolvit ut ab uſufructuario: &
à n. 35. an idem ſit in Colono Partuario, ubi ad
utramque partem diſputat.

Unum tamen notabis quod prædia illa, quæ 23
majori beneficio afficiuntur in contributione,
vel impoſitione collectæ plus multo oneranda
ſint, cum rationi ſit conſentaneum, ut qui
præcipuè beneficiis utitur, ſit etiam in contri-
butione præcipuus: *argum. leg. omnes, & l. pro
locis cod de annonis, & tributis lib* 10. junctis
bis, quæ ibidem communiter interpretes
Avendannus *de exequendis mandatis cap* 14. *n.*
21. *in fine p.* 2. & *cap.* 3. *n* 7. Verſ. *ad fabricam*:
& in terminis de locuſta loquitur Caſtill. de Bo-
badil *tom* 2. *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 41. Quiñones
dicto tractatu de locuſtis cap. 4. *n.* 12. Narbona
in dict. l. 59 *n.* 14.

Ad ſecundam quæſtionis partem an Eccle- 24
ſiaſtici teneantur ſolvere gabellas poſitas pro
primo introitu regis in civitatem, & ex ante di-
ctis reſpondeo negativè, quia etſi talis gabella
imponatur ex publica neceſſitate, ſed talis ne-
ceſſitas publica ſolis laicis eſt communis, &
tantum indirectè, ac remotè, ad clericos quo-
que pertinet: ſic docent Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia
cap.* 3. *n.* 24. & 25. Azorius *p.* 3. *lib.* 5. *inſtit.
moral. cap* 19. *q.* 11. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 11.
ex jure conſultis Graſſis de effectibus *Clericor.
effectu* 3. *n* 364. Alvarez, *in ſpeculo Pontif. q.* 39.
Aloyſius de Leo *in l placet n.* 1. *Cod de ſacro ſanctis
Eccleſ.* qui omnes aſſerunt textum *in dict. l. placet*
eſſe correctum per *authenticam item nulla com-
munitas eodem tit.* † Nec obſtant Remigius de 25
Gon *tract. de charitativo ſubſidio q.* 5. 9 *a.* 13. Pa-
ponius *lib.* 5. *tit.* 11. *arreſto* 15. dicentes judica-
tum fuiſſe in curia Pariſienſi pro affirmativa
ſententia, menſe aprilis 1595. adverſùs cle-
rum trecenſem, qui depulſus fuit ab oppoſitio-
ne facta adverſus adſcriptionem collationis ex-
penſarum factarum ab incolis prædictæ civita-
tis trecenſis, cum rex Henricus. 4 eam primam
ſolemniter ingrederetur dicto anno 1595. de
cretumque fuerit Eccleſiaſticos cogendos, captis
pignoribus, ſeu bonis temporalibus ipſorum;
ſed profecto temere nimis factum eſſe conſtat
ex jam dictis *à quæſt.* 1 & dicendis.

Ad tertiam quæſtionis partem an an principes 26
imponentes collectas, licet juſtas ſuper Eccle-
ſiaſticorum bona incurrent excommunicationem
Bullæ in cœna Domini. Et ergo dicendum Prin-
cipes ita ſtatuentes adhuc incurrere cenſuram
can. 17. Bullæ in cœna Domini quia licet videa-
tur quod excommunicatio ibi feratur contra
eos, qui imponunt gabellas in caſibus à jure
non permiſſis; & ob id tantùm comprehendere
injuſtas, non inquam juſtas. Sed quia ex textu,
noſtro, & *cap. quæ in eccleſiarum.* 7. *hoc. tit cap.* 2

cap 4.

cap. 4. cap. 7. *de immunit Eccleſ.* adhuc ex cauſa neceſſitatis publicæ, nequeant deliberare rectores laici imponere gabellas, & collectas ſuper clericorum, & eccleſiarum bona, quantumvis ex illa cauſa, & neceſſitate publica, & communi juſtificentur ſine conſultatione, & aſſenſu pontificis, aut epiſcopi, ut jam expendi in proximè præcedentibus quæſtionibus evenit ut jam tunc gabellæ, & collectæ determinatæ à laicis ſint injuſtæ non ex parte earum; ſed ex incapacitate ſtatuentium. Ergo dici debet quod imponentes collectas incurrant prædictam excommunicationem, & illam ſtabilitam *in dicto cap. 4. & 7. de immunit Eccleſiar*; multis alijs rationibus comprobant Duardus *in Bulla cœna lib. 2. can. 5. q. 6. n. 15.* & cum multis Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 47.* Megala *in 3. p. lib. 3. cap. 4. n. 1.* Suarez, Gabriel. D. Antonin; Angelus & Tabiena quos refert Filiucius *tom. 1. tract. 16. cap. 5. n. 10.* Et abundantius probat noviſſime reſpondens contrarijs ex multis Thumas del Bene legendus *p. 1. c. 5. diſp. 30.*

27 Nec obſtant idem Filiucius, Villalobos *in ſumma cap. 4. tract. 17. dub. 2. n. 10.* Alterius *tom. 1. diſp. 6 lib. 5. cap. 4 fol* 507. Souſa *in Bulla cœna cap 6. diſp. 41 concluſ. 3 n 3* Salonius *tom. 2. in 2. 2. q. 78. art. 5. contr. 2.* Ubi ſic ait qui juſtas, & quas à ſæcularibus exigere poſſunt gabellas, à clericis gabellas exigunt, non incidunt in bullam cœnæ ſed aliam tantùm excommunicationem papalem, qua percutiuntur *in cap. quamquam de cenſ. lib. 6.* & alijs, à qua ſatisfacta parte per Bullam cruciatæ abſolui poſſunt; quod idem prius docuerat Navarrus *in manuali cap. 17 n. 61.* *Dicens ut cum ſemel

28 Bulla cœnæ excommunicet eos qui novas gabellas ad id poteſtatem non habentes imponunt, ut patet *ibi clauſula* 8. Et poſtea *clauſula* 17, excommunicet omnes, qui gabellas imponunt aut exigunt impoſitas à perſonis Eccleſiaſticis, aut ex eorum, vel Eccleſiarum bonis, putans ipſe Navarrus priori non excommunicari eos, qui Eccleſiaſticos gravant gabellis, modo illæ licitæ ſint reſpectu laicorum; poſteriori verò non excommunicari eos, qui eas exigunt ratione bonorum patrimonialium à clericis, cum reſtringatur cenſura ad redditus Eccleſiaſticos.

29 *Quia reſpondeo prædictam expoſitionem turbari ex his, quæ dixi à *q 7.* Ubi probavi bona patrimonialia Eccleſiaſticarum eſſe exempta à gabellis, ſicut & alia eorum bona, ut noviſſimé probo cum Franciſco Tonduto *p. 1. quæſt. benef. cap 30. n 3 & 8 in princ.* & patet ex dictis *infrà* proximè in verſ. *ad quartam.*

30 Ad quartam quæſtionis partem abunde reſpondebis ex adductis *ſupra q. proximé præcedenti* Verſ. *ad ſecundam*; quo ſuppoſito *hic* tantùm referam duas opiniones; prima quæ docet abſolutè ut in caſu, quo collectæ, ſeu gabellæ juſtè clericis imponuntur; poſſint imponi inconſultò Romano pontifice ex ſolo conſenſu epiſcopi, & cleri: ſic Doctores, quos *ibi* retuli, quibus adde Hypolitum Marſ. *in pract. §. aggredior n. 63.* Gailli l. Benedict. *in cap. Raynucius* verbo *& Uxorem deciſ. 5. n.* 470. Gratian *diſcept. forenſium tom. 2. cap* 390. *n.* 19. Corroſcium *de locato p. 4. de collect. n* 37. & alij, quos colligit Decian *Volum. 2. conſ 51. num. 613.* ex eo quia tunc neceſſitas æque primario reſpicit utilitatem laicorum, & clericorum. *Sed alii Doctores exiſti-

31

mant prædictam doctrinam intelligendam eſſe, quando tanta adeſſet neceſſitas, quod ſine periculo, aut ſcandalo ad ſummum pontificem recurri non poſſit: nam in tali caſu Epiſcopi, & clericorum conſenſus ſufficiet, aliter minimè: ſic docent Gaſpar Stephan *de defenſ. Eccleſ. p.* 44. Narbona *in dicto l. 37. tit. 4 lib. 2. recop. n. 13. & 24.* Medina *de reſt. q. 15.* Hieronymus Gigas *de penſionib. q. 90. in fine* Montalbus *in repert. legum Regni*, Verbo *clerici exempti col. 5.* Gregor. Lopez *in l. 54.* Verbo *an las alcadas*, & Verbo *ſon renudos tit. 6. p. 1.* Joannes Guttierrez *lib. 1. pract. q 3. n. 2.* Belluga *in ſpecula Princip. Sub. 45.* Verſ *ſunt à n. 6.* Marta *de juriſdictione p. 4. cent. 1. caſu 1.* Souſa *in relect. de cenſ. Bulla cœna cap 19 diſp. 92. n. 2.* & omnes per textum *in dicto cap. adverſus 7. de immunit Eccleſiar.* ibi Romanus *Pontifex conſulatur dicto cap. quamquam de cenſibus*; & ita ſentio ex dictis *dict. q. præcedenti* Verſ. *ad ſecundam*, in Verſ. *& ſi idem Barboſa*, & omnibus addo Peirinum *in privileg. Minor. tom 1. conſt. 2. Julij. 2 [illegible]. 33. n. 141.* Gigam *de penſ. q 90. in fine*, Azevedum *in dict. l. 11. tit 3. lib. 1. recopil. n. 7.* Abiles *in cap. 23. prætor* gloſſa *de orden.* Gaſpar Hurtado *Complut. diſ. 13.* * Igitur ut docent Abbas *in dicto cap.* 32
non minus 4. de immunit Eccleſ. Angelus *in ſumma* Verbo *immunitas n. 37.* Lucas de Pena in l. 2. *col. 3. cod. quibus num. & præſt. nemini liceat ſe excuſare lib.* 10. Chacherran. *deciſ pede mont.* 68. *n.* 20. Caſtillus de Bobadilla *in polit lib. 2. cap.* 18. *n.* 314. Joannes Guttierrez *de gabellis q 92. n.* 47. prima ſententia ſolùm procedit, quando tanta eſſet illa neceſſitas, ut tunc ſufficeret Epiſcopi, & clericorum conſenſus, & confirmatur ex adductis *infrà* 154. Verſ. *ad nata quartam* ubi exemplificatur,

Ad ultimam quæſtionis partem an ſi dictæ 33
gabellæ excedant octavam partem valoris rei, ſint injuſtæ, & videtur quod ſic ex doctrina textus *in l. ex præſtatione cod. de Vectigalibus*; & docet Regens Corſetus *in propugnaculo vectigalis ſervi fol.* 21. & confirmatur ex juſtitia, aut injuſtitia prætij juſti, aut exceſſivi rerum venalium; ut dico *infra in tit. de emptione, & vendit, & dixi aliqua Supra ſub. cap. 1. de taxa.* * Sed 34
dicendum eſt prædictam legem eſſe abrogatam per contrariam conſuetudinem, juxta ea, quæ docent Malderus *in 2. 2 tract. 6. dubio 5. in fine*, Layman *in theologia moral. lib. 3 tract. 3. ſect. 5. p. 1. c. 3. n. 3.* Bartholom. à ſancto Fauſto *in ſpecula confeſ. diſp 33. q. 12. n. 4.* Tannerus *in 2. 2. diſp. 4. q. 6 dubio 12. n. 145.* Joannes de la Cruz *in directorio conſcientia p. 1. precept 7 art. 3 dub. 1. concluſ. 1.* Duardus *in Bulla cœnæ lib. 2 can. 5. q. 3.* Graſſeis *p. 1. deciſ. cap. 18 n* 82. Et Azorius *in caſu Univerſi ſub. tit. de vectig. p. 3. moralium lib. 5. cap.* 21. docuit non eſſe conſuetudinem damnandum, ubi cumque ea extiterit ſolvendi collectas, vel gabellas, etiam ex rebus ad uſus proprios neceſſarijs. Quia non ſunt iſtæ gabellæ prohibitæ jure naturali, ſed ſolum civili, quod poteſt conſuetudine abrogari. †Et Diana 35
ut cum Patre Cæſare Boſco, & Alex. Nev[illegible] ſocietatis Jeſu & cum alijs præſtantiſſimis viris ſe præſente, & conſulente *in reſol* 122. *in fine p. 1. tract. 2.* ad inſtantiam ſenatûs Panormit ita approbatas eſſe gabellas multas, quæ in illa civitate excedunt in magna parte partem octavam valoris rei noviſſimé approbat Thomas del Benè

A a 2 de

de immunit. p. 1. c. 5. dubit. 18. ſect. 3. n. 5. cum multis ex cum adductis & cum Leſſio Henriquez contra Cutellium & Corſetum & ex Sanches *conſ. mor. 182. c. 9. dub. 55. à n. 20.* Tanneroi *n. 22. diſp. 4. cap. 6. dub. 12. n. 345. & alijs.*

36 Quare optimè Suarez *de legibus lib. 1. cap. 16. n. 5. & 8.* Megala *in p. 2. lib. 5. cap. 17. q. 5. n. 71.* & alij exiſtimant ut ſi gabella ex alijs circunſtantijs ſit juſta, non obſtet textus *in dicto l. ex præſtatione cod. de vectigal.* eo quod leges poſita *ſub tit. de vectigalibus* obligant tantum in Regnis non ſubditis imperatori: & licet Graffeis *in ſuis deciſ. p. 1. cap. 126 n 37.* dicat hodie non poſſe dari certam regulam, nec aſſignari certum terminum, quando gabella ſit exceſſiva, totumque remittat arbitrio boni viri, attentâ neceſſitate, causâ, tempore, & loco, ſed Diana reſolvit ſupra dictam legem eſſe per contrariam conſuetudinem abrogatam; ego inquam exiſtimo proportionabiliter juxta neceſſitatem publicam, & bona ſubditorum eſſe collectandum, & non in plus.

QUÆSTIO XII.

An Clerici teneantur ſolvere gabellas, ſi inconſulto Romano Pontifice clerus, & Epiſcopus tantùm conſenſerunt. An Clerici teneantur ad ſubſidium patriæ & onera communia. Vel ferre ſubſidium pro communi, & mixta Utilitate Reipublicæ inconſulto Romano Pontifice & quænam conditiones de jure ſint neceſſariæ ut concurrant ad hoc, ut clerici teneantur, contribuere cum laicis. Et quando facultates laicorum cenſendum ſit non ſufficere ad hoc, ut Clerici cum conſenſu Epiſcopi & conſulto Romano Pontifice, contribuere teneantur? Ubi de monitu laconico ad principes imponentes tributa.

SUMMARIUM.

1 *Bona Eccleſiaſtica immunia, & libera ſunt ab oneribus, & tributis impoſitis per communitates, & Principes laicos, contrafacientes inodantur cenſuris,*

2 *Conſtantinus Imperatorum primus palam Chriſtianis immunitatem ab oneribus, ſive illius Uſum exhibuit, & Juſtinianus edicto ſancivit.* n. 7. 8.

3 Cap. quanquam de caſibus. lib. 6.

4 *Clerici ſecundum Jus, concurrentibus aliquibus conditionibus, tenentur ad Collectas, veluti ex Papa conſenſu, & quando conſuli nequit ob periculum moræ Epiſcopi, & Cleri inſimul:* ut n. 5.

6 L. ad inſtructionem, Cod. de ſacro ſanctis Eccleſ. l. neminem eodem, l. ad portus, Cod. de operibus publicis, & n. 12.

Privilegia clericis data exiſtimant aliqui primo eſſe per Imperatores Vide, ubi dicitur correctas eſſe jure canonico.

7 *Immunitas à gabellis clericis, & Eccleſiaſticis pertinet de jure Divino.*

8 *Principes laici non ſunt, qui primo conceſſerunt clericis immunitatem, cum ante tempora Federici fuerit in Eccleſia Dei hæc exemptio.* n. 9.

10 *Banna clericorum, & ipſi, etſi juxta quaſdam conditiones teneantur ſolvere gabellas, ſed non ex vi legis, aut ſtatuti Principis laici.*

11 *Principes, & Reges non poſſunt imponere legem eccleſiaſticis perſonis, aut rebus.*

12 L. jubemus, cod de epiſcopis, & clericis.

13 Cap. ſi tributum. 11. q. 1. cap. tributum 23 q. 8.

Juſtina Mater Valentiniani pueri, cum eſſet Arriana gubernans pro filio, impoſuit clericis tributa.

14 *Salmantica habita fuit tempore Philippi II. conſultatio à Doctoribus theologis, & canoniſtis ſuper obligando eccleſiaſticos per epiſcopum ad contribuendum pro ingenti pecuniæ ſumma, quam Regna, & ſenatus promiſerant pro adjuvandis catholicis adverſus hæreticos Gallos;* & n. 34. & 35.

15 *Clerici, & Eccleſiaſtici non ita abſtinere, & amare ſunt exempti ab oneribus, quin aliquando Eccleſia obligata non ſit ſuccurrere Eccleſiæ neceſſitatibus, ſed cum conſenſu Papa, vel epiſcopi, & cleri inopinato bello, & incurſione hoſtium* & n. 28

16 *Clerici in caſibus ſpecialiter ipſis, & laicis communibus, tenentur contribuere ſolâ compulſione epiſcoporum, ſed in tributis non, niſi conſulto Papa, & ejus conſenſu.*

17 Cap. adverſus de immunitate Eccleſiarum, & n. 18. 19. 21. & 22.

19 Cap. non minus de immunitate Eccleſiar. n. 20. 21. 22. & 23.

24 *Immunitas cum toti clero conceſſa ſit, nequit renunciari à ſingularibus, ſicut nec fori privilegium*

25 *Papæ licentia eſt neceſſaria, ut clericus teneatur præbere ſubſidium Regi, etiam pro neceſſitate Belli*

26 Dux *Sabaudiæ Carolus Emanuel tempore belli habuit ab eccleſiaſticis ſubſidia certo modo ex brevi Pontificio.*

27 *Principes oppreſſi bellorum neceſſitatibus, debent recurrere ad Romanum Pontificem, nec benè procedent ſi audeant ſine ejus licentia tributa eccleſijs imponere, præcipuè, ſi ſucceſſiva ſunt, Baronius diſcretè carpit Principes imponentes tributa eccleſijs ſine licentia Papæ* dict. n. 27.

29 *Pontificis conſultatio ferè ſemper, ut clerici contribuant debet præcedere, cum difficile ſit ut caſus ita urgens occurrat in quo non ſit, neceſſaria,*

30 *Papæ officium eſt omnibus Reipublicæ neceſſitatibus providere.*

31 *Clerici ad contribuendum tenentur, procedit concurrentibus conditionibus octo, quæ referuntur uſque ad* num. 47. *Primum ut non niſi deficientibus conditionibus laicis* n. 32. *Et quod fiat conſulto Papa.* n. 33 34. & 35. *Quod conſtet de cauſa, neceſſaria* n. 36. *Et quod fiat convocato conſilio clericorum, & laicorum. Et cum Papæ licentia* n. 37. *de alijs* à n. 42.

Caroli

37 Caroli V. tempore in commitiis anni 1528. ſtatus Eccleſiaſtici, & laicorum conceſſio, non aliter viſa fuit juſta, niſi conſentiente Papa, & n. 38. Ubi quod in conſcientia præerequiritur ſimul etiam clerici conſenſus. n. 39.

39 Sicilia practicatum fuit ut cum brevi urbani VIII. anni 1634. & conſenſu Cleri imponeretur gabella Clericis pro expenſis factis tempore peſtis in Civitate Panormitana. Et de aliis n. 40.

40 Exempla varia, quibus patet Reges, & Principes diverſos non gabellaſſe Clericos, niſi de eorum, & Papæ conſenſu, etiam prementibus belli neceſſitatibus contra Turcas, & hæreticos.

41 Millionum. 24. conceſſio, & eorum prorogatio, non niſi de Cleri, & Papa conſenſu ac prorogationibus Pontificiis anno 1638. & 1646. facta fuit ab Urbano. 8. & Innocentio. X.

42 Pecunia pro qua imponitur collecta Clericis, debet conſumi in illum uſum, pro quo fuit impoſita.

43 Neceſſitas, ut imponatur Clericis gabella, debet eſſe magna; & quod negotium tangat directè Eccleſiam; & quod agatur de neceſſitate communiter clericos, & laicos.

46 Rector nequit per ſuum conſenſum præjudicare Eccleſiæ quamvis permiſerit bona apponi in Caſtrato laicorum, etiam ſi aliquo tempore perſolviſſet Collectas.

47 Facultates laicorum, quando dicantur deficere, ut in ſubſidium Clerici contribuant. n. 48. 49. & n. 59.

50 Clerici quando ſimul cum laicis contribuant; quando autem prius debeat fieri excuſſio in laicorum bonis n. 51. 52. & 53. ubi diſtinguuntur res caſus pro praxi & de exemplis, atque deciſionibus. n. 54. 55. 56. 57. 58.

58 Excuſſio in bonis laicorum, non eſt facienda, ut Clerici contribuant, quando notoriè conſtat de inopia laicorum.

59 Facultates laicorum non ſuppetere conſentur, quoties non ſuppetunt facultates communes Civitatis, ſeu civium cum moderamine, de quo n. 60. 61. 62. & n. 63.

61 Bulla Urbani. VIII. conceſſa pro ducatu Mediolani circa contributionem Clericorum, cum deficiant facultates laicæ.

63 Facultates laicorum tunc dicuntur non ſufficere pro tributis, quando moraliter conſtat communia bona non ſufficere, & ſingulos non poſſe ſine magno gravamine ſuis ſolis ſumptibus tale opus perficere. Ut declaratur. n. 65.

64 Laici quando bona Civitatis ſufficiunt, non tenentur ad collectam.

66 Regis officium eſt laboris ſummi, cujus ſceptrum non lavabit à terra quiſquis ſciret ejus obligationem, nec eſſet veneno ambitionis tentatus n. 67.

67 Officium Regis conſiſtit in adminiſtranda juſtitia, & liberando oppreſſos à violentiis Vaſallos, in pace tenendo, ac debellando inimicos Regni.

68 Reges ſint obligati ad moderandas expenſas, ac ſumptus non præciſos, ut ſic ſublevent ſubditos à tributis.

Ludovicus Francorum Rex utebatur Veſtitu lanæ. dict. n. 68.

Cardinales veſtitu lanæ utebantur mandato Papæ Innocentii, dict. n. 68.

69 Reges tenentur ad reformandos ſumptus voluntarios, item Venationes, ac ludos ſumptuoſos; & quod nec liberales exiſtant cum præjudicio pauperum Vaſallorum, etiam in favorem eccleſiarum.

Ludovicus Galliæ Rex increpatus fuit à Philippo de Commines; eo quod exceſſit in largitionibus factis Eccleſiis. dict. n. 69.

70 Reges egentes debent excuſare operas, ac fabricas ſumptuoſas, nec neceſſarias, ut evitent egentes.

Heronis Domus, quæ erat, ut deaurata Civitas, momento collapſa eſt, quod Civium innocentium ſanguine extructa.

71 Reges & ſi non debeant in recluſionibus detineri; ſed non inde debent diuturnis itineribus eſſe dediti, quibus ingentes ſumptus faciunt à ſubditis tantùm luendos; licent tamen eis itinerationes modeſtæ & delicoſæ, ut libentius in Republica Curent.

72 Reges tenentur etiam vitare ſupellectilia aurea, & argentea non neceſſaria, quæ tantùm deſerviunt Vanitati.

Vaſalli debent contribuere ratione belli, ſive cauſa publica in omne, quod præciſum fuerit. d. n. 72.

UT ad has difficultates reſpondeam, in quibus continetur fundamentalis doctrina immunitatis Eccleſiarum, & Clericorum ad non collectandum; & ut fundamento radicali fiat præmitto dicendum certam eſſe, Ut jam dixi theologorum, canoniſtarum, & juriſconſultorum propoſitionem, quam nemo ex catholicis audet impugnare; videlicet bona Eccleſiaſtica immunia eſſe, & libera ab oneribus, & tributis impoſitis per communitates, & Principes laicos, ut extat definitum in concilio lateranenſi ſub Alex. III. p. 1. cap. 19. ſub Innocent. III. c. 46. & ut habetur in cap. non minus 4. Ubi conſules, & Magiſtratus aliis imponentes collectas, & pedagia Eccleſiaſticis, & eorum bonis non anathemate feriuntur, & in cap. adverſus. 7. de immunit. Eccleſiar. cap. 1. & 3. eodem tit. lib. 6. cap. quanquam de conſibus lib. 6. Clem. unica de immunit Eccleſ. quæ ſanctiones innovavit concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. de reformat. & Romani Pontifices quotannis in Bull. canæ §. 8. hujuſmodi pedagia imponentes, & exigentes, cenſuris coercent. † Et Conſtantinus Primus Imperatorum 2
Palam Chriſtianis immunitatem hanc Eccleſiaſticam, ſive potius illius uſum exhibuit ut apud Euſebium lib. 10. Hiſtoriæ cap. 7. & in oratione de laudibus Conſtantini: & Juſtinianus hanc clericorum immunitatem, vel reſpectu bonorum, edicto ſancivit, ut in l. ſancimus. 20. cod de ſacroſanctis Eccleſiis, nec à jure poſitivo, & Imperatorum liberalitate, ſed immediatè à jure Divino ortam fuiſſe hujuſmodi immunitatem, reſpectu etiam bonorum fatentur Doctores docentes per verba textus in dicto cap. quamquam de cenſ. ibi Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, & res ipſorum, non ſolum jure humano quinimo, & Divino à ſæcularium perſonarum exactionibus, ſint immunes, & in dicto trid. concilio ſeſſ. dict. cap. 20. de reformat. dicitur immunitas hæc Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus eſt inſtituta. † Quibus verbis apertè 3
diluitur callida quorundam interpretatio, qui putarunt verba, de quibus in dict. cap. quamquam ibi de jure Divino, & humano, intelligi poſſe de jure ſcilicet canonico, & civili: latè comprobat Barboſa cum infinitis de jure, Eccleſiaſt. libr. 1. cap. 39. de privilegiis Clericorum. §. 3. in princ. idem in dicto c. 20. trid. ſub. n. 1. Verſ. Dei ordinatione

cum 28. Doctoribus plures alios referentibus, *& ſub dicto cap. quanquam num.* 3. quibus addo Dianam *p.* 5. *in fin. in deciſione Rotæ coram Merlino* 1630. *in una Albanenſis Gabellæ* omnino legendus pro juſtificatione immunitatis, tam Eccleſiarum, & Clericorum, ac eorum bonis, etiam patrimonialibus, contrariis fundamentis optimè ſatisfaciens, plurimiſque etiam ſacræ ſcripturæ locis prædictam doctrinam corroborans, & diſtinguens quando, & quomodo Clerici queant collectari, & ſub qua diſtinctione: & ipſum etiam leges uberrimè loquentem in aliis duabus deciſionibus proximè antecedentibus, ubi etiam de privilegio fori, quas addes ad illa, quæ latiſſimè dixi *à cap.* 2. *de judiciis*, *& à cap.* 2. *de foro comp.* & alibi, quas non repeto, quia longè, ſed multum doctrinales ad immunitatem Eccleſiaſticam, tam circa forum, quàm circa collectas, pedagia, & tributa: & latiſſimè ex infinitis contra Rebardeum *p.* 7. *tract.* 1. *à reſ.* 1. cum pluribus aliis ſequentibus probat immunitatem Clericis conceſſam eſſe de Jure Divino, & ſatisfacit fundamentis, quibus conatur Rebardus probare eſſe de Jure poſitivo; leges ipſum ad ſaturitatem, ubi *reſ.* 10. tractat de dubio, an ſi immunitas Eccleſiaſtica primario eſſet conceſſa per Imperatores, poſſint Principes illam reſtringere: Vide *infra q.* 16. *Verſ. ad tertiam.*

4 Ad primum igitur difficultatis punctum, ut reſpondeas etiam adjunges *hic* quæ dixi *ſupra quæſt. præcedenti* Verſ. *ad quartam*, *& q.* 10. Verſ. *ad ſecundam*. Eſt ergo de Jure verum ut Clerici teneantur ad collectas poſitas pro communibus neceſſitatibus concurrentibus aliquibus conditionibus, de quibus *hic* in Verſ. *ad quartam*, ſi conſulatur ſummus Pontifex, & adſit conſenſus Epiſcopi, & Cleri, juxta diſpoſitionem textus *in dicto cap. non minus* 4. *cap. adverſus.* 7. *de immunit. Eccleſiarum.* Sed eſt difficultas an inconſulto Romano Pontifice ſufficiat Epiſcopi, & Cleri conſenſus: & licet Suares contra Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 17. dicat quod ſi Epiſcopus, & Clerus conſentiant inconſulto ſummo Pontifice, etſi malefaciant, & puniri poſſint, nihilominus teneat factum, quia *in dicto cap. adverſus* non additur verbum irritans, conſenſum eorum, & alioqui habebant Jure Ordinario poteſtatem ad illum conſenſum præſtandum & juxta hoc dictum videatur circa quandam conceſſionem in commitiis Matriti factam in proximo menſe Julio anni 1656. introductam, ſic ut exiſtimetur à pleriſquè etiam prælatis Eccleſiaſtici obligatum remanere ſtatum Eccleſiaſticum, de quo uberius tracto, & in terminis *infra q.* 13. *proximè ſequenti.*

5 Tamen vera doctrina eſt, & Juridica, quod nunquam ſtatuto laico Eccleſiæque Clericorum bona queant collectari, non accedente conſenſu Epiſcopi, & Cleri, ut jam in locis prænotatis adduxi, & expendi ex fundamentis etiam adductis *à quæſtione* 1. Item quod etſi quandoquè ſufficiat Cleri, & Epiſcopi conſenſus utpote quando neceſſitas publica, & communis iuſtat, nec valeat fieri commodè recurſus ad Papam, periculumquè moræ paret maximum damnum communitati, aut Reipublicæ; ſed ſi conſuli poteſt Pontifex, non poſſint abſque illius conſenſu Clerici ad tributa, vel alias exactiones obligari: nam ut patet, textus *in dicto cap. adverſus* ad hanc obligationem inducendam, requirit Pontificis conſenſum, propter imprudentiam quorundam. Ergo ſi non adſit talis conſenſus, evenit ut ceſſans conditio neceſſaria ad obligationem, ceſſet utique obligatio ipſa collectas ſolvendi nec fuiſſe neceſſarium decretum irritans à natura rei *in dicto cap. adverſus*, alias inquam ubi conſuli nequeat Pontifex, tunc ſufficiat conſenſus Epiſcopi, & Cleri in ſimul, & non unius ſine altero, ut explicant Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. Unica puncto* 9. *num.* 7. quia utriuſque judicium æquanimiter expoſtulatur *in dicto cap. Non minus* 4. ibi *niſi Epiſcopus, & Clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint*, & *in dicto cap. adverſus* 7. ibi *Verum ſi quando Epiſcopus ſimul cum Clericis tantam neceſſitatem, vel utilitatem perſpexerint* &c. Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 15. Vide *infra* à Verſ. *ad quartam* agit latè de hac difficultate noviſſime cum multis Thomas del-Benè *de immunit. p.* 1. *c.* 5. *dubit.* 18. *ſect.* 1.

Ad ſecundam difficultatis partem an Clerici teneantur in ſubſidium patriæ, vel ad onera communia; 6 & ſi poſſis reſpondere ex doctrina adducta *ſupra q.* 1. *&* 2. *cum aliis*, & videam in terminis diſputare Dianam *p.* 7. *tract. reſ.* 19. *alias* 21. de hoc puncto qui exiſtimat contra Rebardeum *ſect. num.* 4. *fol.* 56. affirmantem ut Clerici teneantur, non alia ratione. quia privilegia data ſunt eis per Imperatores, Principes, & Pontifices, ſic intelligenda, ut juſtitiam aliorum non impediant, cum ad ibi teneantur æquitate naturali, & quia reſponſo Theodoſii Junioris, & Valentiniani piiſſimorum Imperatorum, quod ſine noxa, vel ſuſpicione ſchiſmatis in ſuo codice ſciente, nec contradicente Summo Pontifice, inſerendum commendavit, quo nullas ab Angariis, vel perangariis, ſeu quolibet munere excuſari præcipiunt, *cum ad feliciſſimam*, inquiunt *expeditionem numinis noſtri omnium provintialium per loca qua inter arripimus debeant ſolita nobis miniſteria exhiberi; licet ad ſacroſanctas Eccleſias poſſeſſiones pertineant* &c. & ex aliis nempe *cap. ſi tributum* 23. *q.* 8. *l. ad inſtructionem cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, *l. ad portus cod. de operibus publicis*, *l. neminem cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, quibus probatur quod ad inſtructionem itinerum, & pontium, etiam venerabiles domus, ſeu Eccleſiæ tenentur, & ab ædificatione, & reparatione murorum neminem eſſe excuſandum privilegio dignitatis, & quod Eccleſiæ non ſunt immunes à muneribus debitis propter adventum Principis. † Quæ omnia, & alia fundamenta impugnat Diana relatus eo quod hæc immunitas à gabellis eſt de Jure Divino in Clericis, & 7 Eccleſiis ex abundantiſſima deciſione & oraculo Sacræ Romanæ Rotæ in una Barchionen. exemptionis Die 21. Junii 1636. coram Coccino, & antea in illa celebri deciſione Albanenſis Gabellæ Die 28. Junii 1636. coram Merlino quam latè ipſe refert, *p.* 5. *ad litteram in fine in parvis Codicibus folio* 670. *B.* in qua latiſſimè, & ex multis, authoritate Sacræ ſcripturæ, Sacrorum Canonum, & conciliorum, & ex communi ſententia Canoniſtarum, & Theologorum probatur, bona Clericorum Jure Divino eſſe exempta ab oneribus Principum laicorum, ut etiam docet cum multis Molina *de Juſtitia lib.* 2. *tract.* 20. *diſp.* 4. *dubio* 6. *n.* 109. & alii, quos plena manu refert, & ſequitur Diana *dicta. p.* 7. *reſ.* 5. *tr.* 1. † Additque Diana *dicta reſ.* 1.21. quod etſi Principes laici eam conceſſiſſent immunitatem,

ſed

ſed non primo cum ante tempora Federici adfuiſſet in Eccleſia Dei hæc exemptio, ut manifeſtè patere a t ex concilio Lateranenſi ſub Alex. 3. quod ferè centum annis præceſſit; & ex alio Lateranenſi ſub Innocent III. poſtea celebrato, de quo *in dicto cap. non minus 4. cap. adverſus 7.*
9 *de immunitate Eccleſiaſtica.* † Tamen ut opinor hæc, & alia non integrè abſorbent difficultatem propoſitam; Quia ſi Dianam ſequimur, dicemus utique in nullo eventu eſſe Eccleſias, Clericoſvè obligatos in ſubſidium, quod eſt contra expenſa in præcedentibus quæſtionibus. Si Rebardeum ſequamur dicendum utique eſſe obligatos in ſimul cum laicis ad ſubveniendum neceſſitatibus communibus Reipublicæ.

10 Quare ego breviter exiſtimo explanandum eſſe punctum difficultatis noſtræ, nempe ut Eccleſiæ, Clericorumque bona ſint obnoxia, juxta conditiones, quas *infra* refero in verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quartam*, non aliter, & non ex vi legis, aut ſtatuti Principis laici, ſive magiſtratus ſæcularis, ſed ex mandato, aut conſenſu, ſaltim præſumpto Pontificis, aut Epiſcopi, & Clerici ſimul, ut jam *in quæſt.* 8. abunde explicavi, & *anno 1. hujus quæſtionis ex regula textus in c. 2. dist. c. 4. c. 7. de immunitate Eccleſiarum, dicto cap. quanquam de cenſibus, cap. 1. cap. fin. & clem. 1. cum aliis de immunitate Eccleſ.* & ex trid. *dicta ſeſſ. 15. de reform. cap. 20. & ex Bulla cœna Domini in §. 8. & §. 17. de quibus ſupra.*
11 † Item & ex Jure civili per Novellam Federici poſtremam, quâ videtur prohibita contra libertatem, & privilegia Eccleſiæ, *auth. nulla communitas cod. de Epiſcopis, & Clericis.* Et quia ut ſæpe dictum eſt ex textu noſtro quod Reges, Imperatores, & alii Principes non poſſunt imponere legem Eccleſiaſticis perſonis, aut rebus, Panormit. *in dicto cap. non minus n. 17. & 18. & conſ. 3. Volumine 1.* incipiente *ſuper caſu contra leg. ad instructiones*: bene exornat Maximilian Fauſtus *de ærario clauſul. 17. conſ. 44.* Layman *lib. 4. tract. 9. Theolog. moral. cap. 6. n. 6.* Del Caſtillus *de Juſtitia, & Jure lib. 2. dicto tract. 20. diſp. 4. dub. 4. num. 99.* Molina *de Juſtitia tom. 3. tract. 2. diſp. 672 n. 4.* Salas *de legibus diſp. 14. sect. 11. n. 115.* Leſſius *de Juſtitia dicto lib. 2. c. 33. dubio 3. n. 25.* Pater Baldellus *in Theologia Morali lib. 5. diſp. 34. n. 16.* & alii jam copioſè relati *ſupra.*

12 Nec obſtant Jura relata pro Rebardo *in dicta l. ad instructionem dicta l. ad partus dicta l. neminem*, quia has leges, & ſimiles tributa imponentes in Eccleſias, & Clericos, & in bona eorum non potuerunt Imperatores, & Principes ſtatuere, ac præcipere in præjudicium Eccleſiæ; nulliuſque roboris eſſe, cum fuerint ſæpius correcta per Jus Canonicum in *dicto cap. non minus, cap. adverſus Dei immunit. Eccleſ.* & ex aliis, ut jam ſæpè dixi; imò ut dictum eſt per ipſum Jus civiles *in dicta auth. item nulla communitas cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Ut notat Bartol. apud Panormit. *dicto conſ. 3. n. 2.* ſiquidem ibi generaliter prohibetur, ne quis audeat ab Eccleſiis exigere collectas, exactiones, angarias, vel parangarias: & idem Panormit. *in dict. cap. non minus n. 17. & 18.* tradit ſic nominatim reſpondiſſe, & conſuluiſſe, & juxta conſilium ſuum judicatum fuiſſe nec aliter conſuli tuto poſſe ait, cum ſumma ſit ratio, quæ pro religione facit, *l. ſunt perſona ff. de relig. & ſumptib. funer.* & in ſpecie Carolus Epiſcopus Novarienſ. *in cap. convenior q. 8. n. 15.* apud Gatticum *in allegat. pro Eccleſia fol. 184.* Ubi probat dictam conſtitutionem *item, nulla communitas* ſuſtuliſſe deciſiones textus *in dicta l. ad instructiones, l. jubemus, l. neminem cod. de Epiſcop. & Cleric.* atque ſimi ſimiles, ut docent etiam Cardinalis Lugus *tom. 2. de Juſtitia diſp. 36. sect. 8. n. 124.* Baldellus, & Maximilianus Fauſt. *ſupra.*

Nec in ſpecie obſtat textus *in dicto cap. ſi tributum 11. q. 1.* Ubi ſic habetur, *ſi tributum petit Imperator, non negamus, agri Eccleſiæ ſolvunt, & in cap. tributum 23. q. 8.* Ut de exterioribus, quæ 13
palam cunctis apparet, Eccleſia tributum reddit, ubi verbum *reddit* videtur denotare debitum Juſtitiæ: & *in cap. convenior 23. q. 8.* Ubi ſimile habetur: quia reſpondeo ad textum *in dicto cap. ſi tributum*, & alios, omiſſis variis gloſſarum explicationibus verba illa dicta fuiſſe ab Ambroſio permittendo potius quàm approbando, factum aſſerendo, non inquam jus confitendo, eo enim tempore, ut ait Baronius, quem ſequitur Diana, cum puer eſſet Valentinianus, Mater ejus Juſtina gubernabat; quæ cum eſſet Arriana tributum, aliquod ab Eccleſiis exigit, & prudenter cenſuit Ambroſius illi reſiſtendum non eſſe ad vitanda mala, & pericula imminentia, ut longo ſermone ibi Ambroſius declarat concludens his verbis *Imperatori non dono, ſed non nego*; potuit ergo Ambroſius facilius tolerare tributorum exactionem, quam uſurpationem bonorum Eccleſiæ. 14

Nec obſtat dictum Patris Henriquez *in ſumma Theologiæ Moralis*, quem pro ſe citat Rebardeus *ubi ſupra*, & quem retuli, & *impugnavi q. præced.* dum dixit ex conſultatione habita Salmanticæ à Doctoribus illius univerſitatis, inter quos Bañez Theologus inſignis, & Juriſtas inter quos Sabagun anno 1590. juſtè per Epiſcopos compulſos fuiſſe Clericos, & Sacerdotes Hiſpanos (de conſenſu, vel permiſſione Summi Pontificis, nulla fit mentio) ut contribuerent pro ingenti pecuniæ Summa, quam Regna, & Senatores promiſerant Philippo II. Hiſpaniarũ Regi pro adjuvandis Catholicis adverſus hæreticos, Gallos, & ut ſic tutius, ac firmius confinia Hiſpaniæ conſervarentur, quia ex hoc facto non tollitur ordo, qui deſideratur, ut illa contributio juſtificaretur. Eſt ergo reſolvendum, ut etiamſi fateremur cum Rebardeo prædictam exemptionem Clericorum procedere à Jure humano, ſed primario à Pontificibus, ſine quibus nulla laicorum lex poſſit eſſe ex noſtro textu, virtute cujus Clerici, & Eccleſiæ ſint gabellis, & tributis obnoxii: videbis Balboam *in cap. 2. de judiciis n. 112.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 21. n. 9.* Baronium *anno Chriſti 38. à n. 13.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an teneantur 15
in ſubſidium inconſulto Romano Pontifice, in quo dubio, ut jam antea latè dictum eſt, exiſtimo dicendum, quod licet Clerici exempti ſint ab oneribus, & vectigalibus laicorum: tamen non ita auſterè, & amarè, hanc propoſitionem accipiendam eſſe, ut Eccleſia aliquando Reipublicæ neceſſitatibus ſuccurreret, obligata non ſit, ſed hoc procedere concurrentibus conſtitutionibus, de quibus *infra* dico in verſ. *ad quartam*, & ut cumque juxta dubium quæſtionis noſtræ, ſemper requiratur Romani Pontificis conſenſus, niſi tanta, & talis ſit præſſura, ad in mora periculum ut ſatis ſit requiri conſenſum Epiſcopi, &

Cleri ſimul, juxta diſpoſitionem textus *in dicto c. adverſùs de immunitate Eccleſiarum*, ut in caſibus inopinatis, & improviſis belli, vel incurſionis hoſtium, qui provideri nequeunt, qui celeritatem expoſtulant, & non patiuntur moram, ut tradunt Fiagoſius *de regimine Reipublicæ p. 1. lib. 2. diſp. 4. n. 334.* Maynardus *de privilegiis Eccleſiæ p. 2. art. 23. n. 30. & 31.* Tamburinus *de jure*
16 *Abbatum tomo. 1. diſp. 15. q. 20. n. 5.* † Et noviſſimè etiam explicat D. Tap:a Archiep Hiſpalens. *p. 1. l. 4. de legibus. q. 11. art. 21.* Ubi ait cum multis ut pro rebus attinentibus ſpecialiter ad Clericos cum laicis, non ſit neceſſe conſulere ſummum Pontificem, & ut ſolvant non poſſe in hoc caſu cogi à judice laico, ſed Eccleſiaſtico. Verùm in tributis pro pontibus, muris, vijs, & alijs publicis Reipublicæ, non niſi conſulto Pontifice Romano, ut expreſsè decernitur *in dicto cap. adverſus de immunit Eccleſiar. & in extravag. t. eodem, & in Concilio lateranenſi ſub. Leone. 10. ſeſſ. 9. ad finem &. & cum a jure*, Lugo *tom. 2. de juſtitia diſp. 36. ſect. 8. n. 127 ad finem* Verſ. *infero tertia*, & alii per eos, quos limitat *n.* 137. niſi in caſu imminentis neceſſitatis, ut dictum eſt.

17 Quod ſi expendes clauſulam textus *in dicto cap. adverſus de conſulenda Romana Pontifice*, appoſitam fuiſſe propter imprudentiam quorundam, qui nimium liberales, & promptiores exiſterent in his ſubſidijs de ærario Eccleſiaſtico conferendis. Et ſic quando neceſſitas eſt vera, & notoria, tunc non ſit opus conſultatione Pontificis, ut conſiderat Rebardeus *dicta ſect. 3. fol. 62.* ſed reſpondeo cum Suarez *dicto lib. 4. contra Regem Angliæ cap. 26. n 18.* Diana *p. 7. tract. 2. reſ. 20.* aliàs 22. quod licet conditio hæc in præſumptione fundaretur, ut indicant illa verba *propter imprudentiam Quorundam*; & ideo ubi fuerit evidens juſtitia, & contributionis ratio, & conſeoſus ſit debitus ſecundùm prudentiam, non obligare legem illam quoad hanc conditionem, quia præſumptio cedit veritati, & conſequen-
18 ter ceſſet etiam lex in præſumptione fundata. † Et facit quia ut dixi *ſupra in Rub. q.. 16.* Verſ. *ad tertiam* lex fundata in præſumptione, quando eſt veritas in contrarium, non obligat in conſcientia. Tamen adhuc in ſpecie *dict cap' adverſus*, Dian, & Suarez negant aſſumptum, eo quod ille lex revera non ſupponit rem præſumtam, inqua fundetur, ſed ſolum morale periculum; & occaſionem frequentis mali, & nocumenti. Quod ſatis eſſe dicunt, ut lex univerſaliter feratur, & obliget etiam in particulari caſu, licet in eo negativè ceſſet finis, ſeu ratio legis, ut etiam expendi alibi *ſub dicta Rub. & in cap. 3. hoc tit.* ſeu melius dici poſſe ait Diana rationem textus *in dicta cap. adverſus*, Ut conſulatur Romanus Pontifex deſumendam eſſe ex illis verbis *Cujus intereſt. communibus utilitatibus providere &c.* quia Pontifex eſt Pater communis totius orbis.

19 Nec etiam obſtat ex textus *in dict. cap non minus 4. de immunit Eccleſ.* Pontificem ibi Clericos immunes à g bellis feciſſe eo quod Laici tantùm tractabant de gabellis pro oneribus ſuis extendendis ad Eccleſias, & Clericos ex verbis *iſti vero anera ſua &c.* & ibi *qualibet ſibi arbitrentur agenda &c.* † ſecus autem ubi onus imponendum Veniſſet pro communi neceſſitate Clericorum & laicorum, indeque fieri ut tunc non habeant locum deciſiones, tam hujus textus *cap. nonminus*, quàm *dict. cap. adver' n. 7.* Ut docuerunt Ancharranus *in dict. cap. non minus in fine, & in cap. 1. n. 5. eodem tit. de immunitate Eccleſiar. lib. 6.* Andreas Barbatia *conſ. 1. col. 20. & 23. Volum. 3.*

Et ex eo quia Pontifex *in dicto cap. non minus* 20
diſertè ponit verba ſequentia *quo circa ſub anathematis diſtrictione fieri de cætero, talia prohibemus, &c. talia* inquit, hoc eſt Univerſa laicorum onera imponi Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, eaſque ad extremam inopiam redigi fieri prohibemus; quod & Lucas de Pens rectè viſum eſt *in l. 2. col. 2. in princ. cod. quibus muneribus.* Ergo quando onera ſunt mixta, & reſpiciunt laicos & Clericos, non eſt cur ſit neceſſarius recurſus pro licentia ad Pontificem.

Sed reſpondetur omnia prædicta eſſe falſa, 21
cum revera textus *in dicto cap non minus, & cap. adverſus* loquantur de communi neceſſitate *in dicto cap, non minus*, ibi *niſi Epiſcopus, & Clerus tantam neceſſitatem, vel utilitatem aſpexerint, ut abſque ulla exactione ad relevandas communes utilitates, vel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias exiſtiment conferenda*, & *in dicto cap. adverſus* ibi, *Verum ſi quando forte Epiſcopus ſimul cum Clericis tantam neceſſitatem, & utilitatem perſpexerint ut abſque ulla coactione ad relevandas utilitates, vel neceſſitates communes, Ubi laicorum non ſuppetunt facultates ſubſidia duxerint per Eccleſias conferenda prædicti laici humiliter & devotè recipiant cum gratiarum actione*, Ut jam retul. *quæſtione præced.*

Imo ſi aliquod dubium adhuc excites jam debes ex tenore Bullæ in cœna Domini *dict. §. 17.* ſedere cum ibi abſolutè, & ſine ulla diſtinctione Pontifices dicant, & mandent Clericos non teneri ad ullas contributiones, niſi obtentâ licentiâ
ſummi Pontificis, cenſuras fulminat; ergo † 22
Et quidem ut rectè obſervat Ortiz *de politica immunitatis Eccleſ. p. 3. fol. 322.* Maximilianus Fauſt. *in ærario Claſſe 17. conſ. 42.* & alii cum immunitas toti Clero, & in favorem ordinis fuerit conceſſa à ſingularibus Clericis, etiam in ſui Præjudicium renuntiari non poteſt *ex cap. ſi diligenti de foro competenti*, Ubi latè dixi, ubi & ſi tantùm loquamur de privilegio fori ne Clericus conſentiat litigare coram laico, ex eadem ratione procedit per renunciationem immunitatis circa Gabellas, ne collectentur à laicis, cum ex textu noſtro, nec obligentur Clerici lege ſæculari, quamtumvis in favorem eorum lata, ut jam expendit; ergo dicendum eſt ut præcisè requiratur Pontificis conſenſus, nec ſufficiat Epiſcopi, & Cleri, niſi imminente periculo belli, aut hoſtis &c.

Et ita in terminis de caſu, in quo Clerici tene- 23
rentur præbere ſubſidium Regi, pro neceſſitate Belli, docet Sanchez *in opuſculo tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 36.* eſſe neceſſarium ut priùs obtineatur licentia Pontificis, docent etiam Fragoſus, Maynardus, Tamburinus, & alii jam relati Stephanus Bauny *in theologia morali p. 1. tract. 11. q. 33.* & Antonius Borrinus obſervat *in tractatu de ca-*
valcata, ſeu ſervitiis Vaſſallorum *p. 3. cap. 6.* † 24
Quod tempore belli Sereniſſimus Dux Sabaudiæ *Carolus Emanuel* habuit ab Eccleſiaſticis ſubſidia certo modo ad id adhibito ex brevi, & manda-
to particulari ſummi Pontificis. † Evinces & 25
enim ex dictis ut præfati Principes bellorum neceſſitatibus debeant recurrere ad Romanum

Ponti-

Pontificem, nec bene procedere ſi audeant ſine
ipſius facultate tributa Eccleſijs imponere, præ-
cipuè ſi ſucceſſiva ſint, & in tempus continuum,
ncincidaot in notam, quæſequentibus verbis ſcri-
bitur à Baronio *anno Chriſti* 387. *tom.*4. ibi *vides,*
non niſi apoſtatas, atque hæredicos Imperatores exe-
giſſe ab agris Eccleſiæ cenſum hac ex parte Pha-
raone Ægypti Rege deteriores, cum alioqui Ca-
tholici Principis in ditandis Eccleſiæ redditibus
munificentiſſimè ſemper extiterint, qui ſi quando
neceſſitate ingruentium bellorum preſſi indiguerint
accipere ab Eccleſijs id, per quam ſummiſſo animo
à Romano Pontifice expetere conſueverint, & ab
illo paterna Charitatis affectu pro facultate præ-
ſtari, cujus rei innumera ſunt exempla: ita Ba-
ronius, & de alijs dico *infrà ſub q* 17. *in fine*, ad
hoc ut conſiderent Principes quantum debeant
prædictam Pontificis licentiam præhabere, ut
queant Eccleſias, Clericoſvè collectare dicam
28 *quæſt. ſequenti & 17. in fine.* *Igitur eſt conclu-
dendum, ut niſi in caſu, inopinati, & improbi
belli, vel incurſionis hoſtium, alteriuſvè inſtan-
tiſſimi periculi, ubi damnum paratur ex mora,
recurſus ad Papam, ſemper ſit conſulendus Pa-
pa, ut rectè conſiderant Suarez *contra Regem*
Angliæ dict. lib. 4. *cap.*28. *n.* 18. Caſtrus Palaus
*tom.*2 *tract.* 12. *diſp. unica. n.*7. Cardinal de Lugo
de Juſtitia tom. 2 *diſp.* 36. *ſect.* 8. n. 127.
29 Nec de facile contingere poteſt caſus, in quo
conſultatio Pontificis pro ſubſidio Clericorum
obtinendo, non ſit neceſſaria, vel communiter
contra, vel ſaltem poſtea, ſi etiam attendas ad
requiſita, & conditiones, quæ debent intercedere,
ut Eccleſiæ, Clerici, eorumque bona collectari
30 queant, de quibus jam in verſ. ſequenti. *Ex
quibus procedit ut non ſit conveniens unquam,
vi reluctante, ſine inconſulto Pontifice, ad quem
ſpectat omnibus Reipublicæ neceſſitatibus pro-
videre, ut *in dicto cap. adverſus de immunit. Ec-*
cleſiar. Clerici collectentur per laicos, juxta illud
Sap. 12: *tu autem dominator virtutis cum tran-*
quillitate Judicas, & cum magna reverentia diſpo-
nis nos, & ex verbis relatis a Soſa *pro Republica*
Veneta gol. 14. ibi *in memoriam Beati Petri Apo-*
ſtoli honoremus Sanctam Romanam ſedem Apoſto-
ſtolicam, ut quæ nobis Sacerdotalis Mater eſt di-
gnitatis eſſe debeat Eccleſiaſticæ Magiſtra ratio-
nis; quare ſervanda eſt cum magnitudine humili-
tas, ut licet vix ferendum ab illa. Sancta ſede im-
ponatur jugum tamen feramus, & pia devotione
tolleremus, refert Zevallos *in pract. p.*4. *q.* 899. à
n 207. eam probans ex illo *Sapientiæ* 8. *attingit*
à fine uſque ad finem, & diſponit omnia ſuaviter.
31 Ad quartam quæſtionis partem quænam con-
ditiones de Jure ſint neceſſariæ, adhoc ut te-
neantur Clerici contribuere; reſpondeo breviter,
ut etſi Clerici teneantur aliquando contribuere,
ut dictum eſt de bello, & ad peſtem, & famem
repellendam, & etiam ad aliqua concernentia il-
lorum utilitatem: tamen illa contributio non
debet fieri, niſi octo concurrentibus. *Quorum
32 primum eſt, ut non collectentur niſi in ſubſi-
dium, & deficientibus facultatibus laicis, ut dixi
in primò verſ. *ad tertiam* per textus verba relata
in dicto cap. non minus, cap. adverſus de immuni-
tate Eccleſiaſtica. *Secunda quod contributio
33 fiat, conſulto Romano Pontifice, ut proximè
jam dixi. quia etſi *ex dicto cap. non minus*, quan-
do laicorum non ſufficerent facultatis ad ſuc-
currendum communi: & publicæ neceſſitati, poſ-
ſet contributio Clericis imponi, & ad hoc olim
requireretur conſenſus Epiſcopi, & Cleri, ſed
nunc ut dixi neceſſarius eſt conſenſus Pontificis,
ut patet *ex dicta Bulla cœnæ Domini* §. 17. & olim
etiam patebat per concilium Lateranenſe ſub
Innocentio III. *in dicto cap. adverſus de immu-* 34
nit. Eccleſiar.
Quare non debent admitti exempla, quæ Re-
bardeus *dicto ſect.* 3. *fol.* 6c. adducit aſſerens in
Hiſpania tempore Philippi III. pro adjuvandis
Catholicis, adversùs hæredicos, Gallos, Clericos
ſine permiſſione, & conſilio ſummi Pontificis
impulſos fuiſſe ad contribuendum ſubſidium
laicis. *Et fol.* 66. & 67. adducit aliquo exempla,
etiam ad Hiſpanis petita, quia non exemplis, 35
ſed legibus eſt judicandum. *Imo quoad nos
Hiſpanos Sahagum de Villa Fannem *in cap de-*
cernimus de Judicis contrarium contra Rebardeum
docet *num.* 36. & 37. dum ait *apparet toto errore*
cœlo opinantes in his cauſis non eſſe neceſſariam
Pontificis conſultationem, quo Jure cum in Hiſpa-
nia Regibus Catholicis Regio eorum ærario in
comprimendis hæreticis, & Turcarum incurſioni-
bus reſiſtendis penè exhauſto Eccleſia in ſubſidium
conſultat; non aliter tamen Rex Catholicus ſubſi-
dio poſitur, quam ſi à Pontifice quarta, & decima
concedatur vulgò *ſubſidio y excuſado:* ita Saha-
gum, & amplius dico de hoc conſenſu requi-
tendo in conditione quarta.
Tertia conditio eſt, ut conſtet quando con- 36
tibutio fiat ex cauſa neceſſaria, juxta deciſionem
textus *in dicto cap. non minus, cap. adverſus de*
immunitate Eccleſiarum, & verba in hac quæ-
ſtione & in præcedentibus relata.
Quarta ut deliberatio circa talem impoſitio- 37
nem fiat, convocato conſilio, tam Clericorum,
quam laicorum, & de ſtatu Eccleſiaſtico con-
vocato apparet ex commitijs generalibus cele-
bratis anno 1538. in quibus Prælati Hiſpania-
rum, licet conſenſerint dandum eſſe ſubſidium
petitum à Carolo Imperatore; tamen teſte Arias,
Montato *in reſponſo juris de contributione Ec-*
cleſiaſticorum num. 192. ſequentem appoſuerunt
conditionem *y porque para eſto es meneſter licen-*
cia y mandato de ſu Santidad, ſupplican à ſu
Mageſtat mande traer el deſpacho que para la
ſeguiridad de ſus conſciencias ſe requiere y anſi
ſon contentos, en el medio de la dicha ſiſſa *Et ſic 38
optimè ad praxim fori, & poli loquitur D. Joan-
nes Balboa, Mogrovejo in ſcriptura, & allegatio-
ne ad Regem nomine Decani, & capituli Sal-
mant. *concluſ.* 12. *n.* 147. ſic loquens *y no ſe ha de*
dicir que la conſulta de el eſtado Eccleſiaſtico no es
neceſſaria abiendo conceſion Apoſtolica por que lo
uno, y lo otro es meneſter la conceſſion para que ſe
pueda imponer el tributo la conſulta de el clero,
para que el impetrante la tenga con ſegura conſcien-
cia. Et ut expreſsè probat textus *in cap. adverſus*
de immunitate Eccleſiar, Pontifex conſulatur;
cujus intereſt communibus utilitatibus provi-
dere *nomas de que por lo menos conſultando el*
clero eſta V. M. ſeguro de que la gracia de ſu ſan-
ctidad no es ganada ſubrepticia mente, a eſto es lo
que V. M. de be hacer en conſciencia ſi quiere Va-
ler ſe de las rentas Eccleſiaſticas, junctar el eſta-
do Eccleſiaſtico, conferirlo con el, y Viſtar las ne-
ceſidades y otras circunſtanzias que el dicho eſtado
Vea, como mejor podra ſocorrer à V. M. y deſpues
de todo eſto acudir à ſu ſanctidad, pero ſi ſe hace
a. debes que ſin que el eſtado Eccleſiaſtico ſepa, ni
emienda

entienda nada gana V. M. brebe de el Papa, node-
ja ſegura ſu conſciencia, ni puede con ſeguridad
Uſar de el dicæo brebe, como luego diremos, ni ſin
preceder eſtas formas Juridicas podra V. M. pro-
ceder a la execuſion de eſtos tributos en las ventas
Eccleſiaſticas, por que ha deſer conſentiente Clero,
39 *& Conſulto Papa.*

Itaque videtur comprobari ex praxi pro Re-
gno Siciliæ præter conſenſum Eccleſiaſticorum
Rex noſter obtinuit licentiam à S. P. N. Urba-
no VIII. die 16 auguſti 1634. imponendi ga-
40 bellam Clerici pro expenſis factis tempore pe-
ſtis in civitate Panormitana. † Et aliam ſimili-
ter licentiam obtinuit ab eodem Pontifice die
10. Maij. 1624. & multa alia exempla referens
Maximilianus Fauſto *de ærario clauſula* 17. *conſ.*
4. contra Rebardeum, præcipuè Maximiliani I.
& Caroli V. Imperatorum petentium licentiam
ab Alexandro VI. & Paulo III. obtinendi ſub-
ſidium ab Eccleſiaſticis pro bello contra Turcas,
& hæreticos, prout fecit Emanuel Rex Luſita-
niæ à Leone X. pro bello contra Mauritanos,
idem teſtantur de Duce Ferrariæ Alciatus *conſ.*
165. *n.* 12. de Duce Florentiæ. Marta *de Juriſd.*
p. 4. *cent.* 1. *caſu* 1. *n.* 12 & de Republica Veneta
Bombus *lib.* 5. *Hiſtoriæ*: & ita viſum eſt omni-
bus in hiſce Regnis Caſtellæ; & Leonis exaſ-
ſenſu ſtatus Eccleſiaſtici in publicis comitijs Ma-
41 triti, & in diverſis, † Ac demum in anno 1638.
& 1646. factam fuiſſe conceſſionem, & proro-
gationem quorundam millionum, 24 ſcilicet
conſenſu Clerici, ac deinde conceſſione, & pro-
rogationibus Pontificijs tam Urbani VIII.
quam Innocentij X. quarum ultima prorogatio
Sexcenij, finita fuit ultimo die Junij anno 1656.
quæ omnia contra Rebardeum, & alijs confir-
mantur ex doctrina Panormitani *dicto l.* 1. *conſ.* 3.
Gutierrez *practicar. quæſtion. lib.* 1. *q.* 3 Dian. *p.* 7.
tractat. 1. *reſ.* 20. alias 22. Et ſic ſatis remanere
probatum nunquam ſubſidium ex bonis Eccle-
ſiaſticorum Reges noſtros petere, & accipere,
niſi conſentientibus Eccleſiaſticis, & obtentâ
Sanctis Pontificis licentiâ.

42 Quinta conditio eſt ut pecunia, pro qua im-
ponitur collecta, fuerit conſumpta, vel debeat
43 conſumi ad illum uſum, pro quo fuit impoſita,
44 & non ad alios, † Sexta quod neceſſitas, vel uti-
45 litas ſit magna, & urgens. † Septima quod nego-
cium tangat directè Eccleſiam. † Octava ut a-
gatur & neceſſitate communi inter Clericos, &
laicos: quas omnes conditiones abundè expli-
cabis ex adductis quæſtionibus præcedentibus:
& eas copioſè tradit Carolus de Graſſis *de effe-
ctibus Clericor. effectu.* 3. *n.* 227. *uſque ad* 248. &
ferè omnia referuntur per Rotam *deciſ.* 42. *à n.* 3.
uſque ad n 9 *p.* 4 *recentiorum*, & de dicta immu-
nitate Clericorum copioſè Rota *deciſ.* 329, *per*
46 *totam. p.* 6. *recente.* † Ubi *n.* 70. oſtendit Recto-
rem non poſſe per ſuum conſenſum præjudicare
Eccleſiæ quamvis permiſerit bona poni in Ca-
ſtrato laicorum; etſi etiam aliquo tempore per-
ſoluiſſet collectas; quia non potuit præjudicare
Eccleſiæ ſine aſſenſu Summi Pontificis, ut latius
Dico *quæſtione ſequenti*, & *num.* 77. ait ſic fuiſſe
per Rotam reſolutum bis diligenter articulo exa-
minato, ut refert noviſſimè Franciſcus Tondu-
47 tus *p.* 1 *quæſt. benef. n* 6. † Et ex his ſex condi-
tiones enumerat deciſio Rotæ Romanæ coram
R. P. D. Pegna in Brunduſina Gabellæ 1604.
quam ad longū refert Diana *p.* 5. *poſt finem fol.* 664

Ad ultimam quæſtionis partem quando fa- 48
cultates laicorum cenſendum ut non ſufficere ad
hoc, ut Clerici cum conſenſu Epiſcopi, & con-
ſulto Romano Pontifice contribuere teneantur,
ſuppoſitis quæ adduxi *Supra* verſ. *ad quartam* de
prima conditione, quæ reſpicit ad hoc dubium
breviter videtur reſpondendum igitur, ut huic
difficultati proprius reſpondeatur, leges quas *Su-
pra* dixi *q.* 11. *à n.* 1. Ubi quod tunc, cum non
tantum deficiunt bona communia communita-
tis, & Reipublicæ, quia illis ſtantibus, nec laici
tenentur contribuere; niſi in defectum bonorum
communium, ut cavetur *in l* 57 *tit.* 4 *lib* 2. *recop.*
Ubi perpetuâ lege Sancitum eſt, ut expenſæ, &
ſumptus occaſione locuſtarum faciendi ex bonis
communibus conciliorum deducantur; & iſta
niſi in defectum illorum ad particularia bona
laicorum non ſit recurſus: ſic Narbona *ibi gloſſa
unica n.* 22. idem docent Megala *p.* 2. *l.* 2. *cap.* 17.
q. 6 *num.* 123. Diana *p* 1. *tract.* 2. *reſ.* 143. *in fine.*
† Quod idem de Clericis Narbona docet *ibi n.* 21. 49
ut non aliter contribuere teneantur, quam ſi
Reſpublica nulla propria bona, id eſt redditus
proprios habeat, unde expenſas erogare poſſit,
ut dicitur expreſſè *in l* 20. *tit ultimo p.* 3. *& l.* 11.
tit. 3. *lib* 1. *recopil.* & tradunt congeſti per Caſtil-
lum de Bobadilla *lib.* 2 *polit. cap.* 18. *n.* 313.

Tota verò difficultas eſt an antequam a ce- 50
datur ad obligandum Eccleſias, & Clericos ad
contributionem, & rerum communium, vel
damnorum reparationem, debeat fieri prius ex-
cuſſio in bonis laicorum; & communis eſt Do-
ctorum ſententia ut quando neceſſitas, & utili-
tas æquè principaliter Clericos, & laicos reſpi-
cit, ut in neceſſitate locuſtarum, & verminum,
cernitur tunc Clerici non minus, quam laici
pro reparatione damni imminentis contribuere
teneantur, quia ut inquit Innocentius III. *in c.
recolentes de ſtatu Monachorum dignum eſt, ut
qui ſimilem cum alijs vitam ſuſcipiunt. ſimi-
lem ſentiant in legibus diſciplinam*, ut in ſpecie
notarunt Ancharanus *in dicto cap. non minus de
immunitate ante finem.* Monochius *conſ.* 800 *l.* 5.
num 9. Zevallos *tom.* 9. *pract* 9 *q.* 899. *à n* 162. &
faciunt quæ adducunt Petrus Surdus *conſ.* 490.
n. 90. verſ. *& quamvis*, latè Ægidius Thomatè
in tract. de collectis verſ *non obſtat cap. non minus
pag.* 25. *ut denotant verba textus in l.* 54. *tit.* 6. *p* 1.
ib. *per algunas Coſas ay, en que no proiben la
Sancta Igleſia que ſe no pudieſen excuſar de acu-
dir los Clericos à los legos.* † Et ita Zevallos *ibi* 51
à n. 165. diſtinguens tres caſus. Primò quando
contributio reſpicit utilitatem publicam, ſed
principaliter laicorum; à remotis autem, & per
quandam conſequentiam Clericos in quo caſu
propriè, aut militat Eccleſiæ immunitas, & om-
nia Jura dicentia non teneri Clericos, & perſo-
nas Eccleſiaſticas, niſi in ſubſidium, bonis excuſ-
ſis prius laicorum, ut *in dicto cap. non minus* 4.
cap. adverſus de immunit. Eccleſ. quibus multi-
pliciter reſpondet Thomatè *ſupra cap.* 1. *cap Cle-
ricis eodem tit lib.* 6. *clem.* 1 *eodem tit cap quam-
quam de cenſibus lib.* 6. *l. placet cod de Sacroſan-
ctis Eccleſiis auth nulla communitas cod. de Epiſ-
cop. & Cleric cum alijs l.* 1 *tit.* 3 *l.* 1. *recop dict.
l.* 11. *illius tituli* † Et in primo ſemper laici. & 52
nunquam Clerici teneantur contribuere ex do-
ctrina Abbatis *in dicto cap. non minus n.* 20. verſ.
ſi enim. In tertiò autem caſu, qui reſpicit æquè
principaliter communem utilitatem laicorum,
&

& Clericorum, tunc practicari ut abſque ex-
cuſſione bonorum laicorum inſimul Clerici te-
neantur, ſed ad eam cogendos eſſe Clericos, &
Eccleſias, non per Principes, & Miniſtros ſæ-
culares, ſed per prælatos ſuperiores, ut multis
probat Zevallos, qui *à n.* 167. reſpondet contra-
riæ ſententiæ ajentis, ut per laicos compelli poſ-
53 ſint; & *infra* Tapia *n.* 59. cum ab eo relatis.

Adhuc verò in caſu tertio exiſtimo ex regula
dict. cap. non minus cap adverſus, & aliorum prius
faciendam eſſe executionem in bonis laicorum,
ſic ut ſi eorum facultates ſuppetant; ita ut eis
ſufficienter damnum reparari poſſit ad bona Ec-
cleſiarum, & laicorum non recurratur, ſin
verò aliter ſe habeat res ad Clericos, ſit licitus
regreſſus, ut *in dicto cap. non minus, dict. cap.
adverſus*, ut tradunt Marta cum multis *de juriſ-
dictione p.* 4. *caſu* 1. *cent.* 1. Souſa *in relectione de
cenſuris in Bulla cœnæ cap.* 19. *diſp* 92. *n.* 2. Stepha-
nus Gratianus *diſcept. forenſium tom.* 2. *cap.* 390.
n. 19. Joannes Gutierez *de gabellis q.* 9. 2. *n.* 47.
Zevallos, qui etiam in *prædicto caſu.* 3. *ubi ſu-
pra. n.* 166. ſub intelligit clericos teneri, quando
facultates laicorum non ſufficiunt, ut tradit Ri-
cardus *in ſuis quodlibetis q.* 30. *quodlibeto* 2. *art.*
54 4. Aſtem *in Summa. lib.* 6. *tit.* 30. *art.* 6. Et dicit
Marta *ſupra ſic* fuiſſe declaratum per ſanctiſſi-
mum Dominum Noſtrum Papam Clem. VIII.
anno 1600. in cauſa inter Clerum, & populum
Piſanum; & Dian. *p* 5. *tract.* 1. *res.* 11. Sub Verſ,
ſed notandum, poſtquam retulit aliquos primam
tenentes ſententiam, ait ut verum fateatur ſe
videre ſummos Pontifices huic ſententiæ adhæ-
rere: nam Urbanus. VIII, conceſſit in Bulla an-
no 1634. quam refert Clericos Parnormitanos
poſſe collectari pro expenſis factis tempore pe-
ſtis in ſubſidium, ſuppoſito videlicet quod facul
tates laicorum non ſuppeterent, ut ei narratum
55 fuit. † Et ideo poſtea ſubjunxerit loquendo cum
Archiepiſcopo Parnormitano hæc verba, *Subjun-
gimus, ut conſtito tibi denarrato*; ideo quo ma-
nifeſte patet ex dicta Bulla Clem VIII. conceſſa
Florentinis pro neceſſitate reparandi flumen Ar-
neum devaſtantem poſſeſſiones, tam laicorum,
56 quàm Clericorum: * & quod tamen ſummus
Pontifex in dicta Bulla conceſſerit Eccleſias, &
Eccleſiaſticos teneri in ſubſidium, propterea que
mandaverit Nuncio Florentino, ut diſceſſis prius
bonis laicorum, ſi non ſufficerent condemna-
rent prædictos Eccleſiaſticos, ad contribuendum,
57 teſtè Souſa, & Marta, *ubi ſupra.* † Et in caſu
relato de locuſtis tenuit abſoluté Cabalcanus
deciſ. 54 *n.* 100. ſed dicit non eſſe verum in dicto
caſu locuſtarum Narbon *in dicta l.* 57. *tit.* 4. *lib.*
2. *recop. n.* 20. dicens ſolùm poſſe ſalvari, quando
deficerent *los proprios Rentas de conçejos.*

58 Sin autem de inopia laicorum conſtet notoriè
non eſſe executionem faciendam, docent *Supra*
Marta *dicto. caſu* 131. *fin. cent.* 1. *p.* 4. Capitius *de-
ciſ.* 54. Afflictis *deciſ.* 318. Zevallos *dicta quæſtio-
ne* 899. *dicto n.* 166, *in fine*: & noviſſime dict.
Tapia Archiep. Hiſpalen. *tom.* 1. *lib* 4. *de legibus
q.* 1. *art.* 1. dicit excuſſionem prius faciendam in bo-
nis laicorum, quando contributio eſt pro com-
muni & publica utilitate, ſecus ſi tantum pro com-
muni particulari laicorum, & Clericorum, ubi re-
fert Bullam Cl. VIII, & Urban. VIII. jam relatas.

59 Unde jam ad propoſitam *Supra* in Verſ. *ad
ultimam* difficultatem, quando cenſeantur non
ſuppetere laicorum facultates: de qua quæſtione
Diana *p.* 1. *tract.* 2. *res.* 133. dixit non inveniri plu-
res agentes, & in terminis Caſtrus Palaus
tom. 12. *tract.* 12. *de juſtitia, & jure diſp.
unica punct.* 9. *num.* ait ut tunc cenſeantur
facultates laicorum non ſuppetere, quoties non
ſuppetunt facultates communes civitatis; quia
ſi hoc de ſingulorum civium facultatibus in-
telligetur, raro, vel nunquam Clerici obligati
eſſent ad collectas; tum quia raro facultates ci-
vium ita exhauſtæ ſunt, ut hæc opera neceſ-
ſaria non ſuppetant; tum quia fere erit impoſſi-
bile prælatis Eccleſiaſticis inveſtigare, an facul-
tates ſingulorum laicorum ſufficiant: & ſic con-
cludit facultates communes eſſe attendendas, &
hoc dictum confirmari valet. Ex dictis *ſupra pro- 60
xime.* in Verſ. *tota vero difficultas.* Et ſic Sua-
rez *Contra Regem Angliæ lib* 4 *cap* 25. *n.* 15. pu-
tat verba illa; quæ habentur *in dicto cap non
minus, cap. adverſus de immunit. Eccleſiarum* ibi
Ubi laicorum non ſuppetunt facultates, intelligen-
da eſſe de facultatibus communibus Reipublicæ
ut etiam docet Narbona in *dicta l.* 5. 7. *tit.* 4 *lib* 2.
recop. gloſſa unica n. 21.

Sed adhuc attendendum eſſe in ſimilibus ca- 61
ſibus, non ſolùm ad facultates communes Rei
publicæ, ſed etiam ſingulorum ſæcularium, vi-
detur probari ex Bulla Urbani. VIII. conceſſa pro
Ducatu Mediolenſi, quam per extenſum ponit
Marchinus *de peſte. p.* 3. *cap.* 4. *poſt. n.* 78. Ubi
Pontifex ſic loquitur *cum autem ſicut eadem diſ-
poſitio ſubjungebat in muniendis civitatibus, & lo-
cis prædictis ingenti pecuniarum ut opus; ærarium-
que ipſius Philippi Regis, valde exhauſtum, &
attritum ſit, ex munitionique totius hujuſmodi
ſtatus, ac tam Cleri, quàm populi ſecuritate proſ-
piciatur: communitatum vero ac univerſitatum,
& hominum ejuſdem ſtatus propter eorum inopiam
ad totam impenſam neceſſariam ſupportandam fa-
cultates, non ſuppetant, niſi Clericus & Eccleſiaſti-
ci quoque eo aliquid conferant.* Quibus ergo ver-
bis ponderatis clarè apparet non ſolùm facultates
communes, ſed etiam particulares attendendas
eſſe, ſicque Pontificem poſt illa verba *communi-
tatum, & univerſitatum* ſubjungentem alia *&
hominum ejuſdem ſtatus* demonſtrate ſatis videri
unde Marta *de juriſdictione dicta* 4. *p. cent.* 1. *caſu*
1. *n.* 49. aſſerit tunc Clericos teneri ad collectas
in publicis neceſſitatibus, quando facultates
communitatis, & laicorum nom ſuppetunt, ut
ſequitur etiam Diana *p.* 5. *tract. reſ.* 11. ſub Verſ.
ſed in his.

Ex quo evenit ut ad punctum, de quo nunc 62
loquimur dicimus cum Megala *dict. p.* 2. *lib.* 2.
cab. 17 *q.* 6 *n.* 123. & Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 133.
tunc facultates laicorum non ſufficere cenſen-
dum eſſe, quando, conſideratâ proportione inter
neceſſitatem, vel utilitatem, pro qua gabella
imponitur, & in civium facultates, hæc ad ſolven-
dam gabellam non ſufficiunt *niſi cives cogantur
ſe eis privari, quæ quot annis illis neceſſaria ſunt
ad vivendum ſecundum convenientiam ſui ſtatus*,
quam ut Reipublicæ ſubveniant minuere non
tenentur ac ideo eorum tunc facultates ad ſol-
vendas gabellas non ſufficere cenſendum eſſe di-
cunt loquentes de facultatibus particularium ci-
vium: & ex hoc apparere quam raro Clerici te-
neantur pro ſupra dictis gabellis contribuere;
nam difficulter accidere poteſt caſus, in quo bo-
na propria omnia, & ſingulorum civium ad hu-
juſmodi opera efficienda non ſufficiant de qua
difficultate

difficultate latè & noviſſimè vidi poſt hæc
gentem Thomas del-Bene de *immunit. eccleſiaſt.*
p. 1. *cap.* 5. *dubit* 20.

63 Nec am nunc obſtant Suarez, quem ſequitur
Marquinus *ubi ſupra n.* 20. & Narbona relati;
quia non ita Suarez alloquutus, & ſicut Ca-
ſtrus Palaus, qui voluit tunc facultates laicorum
non ſufficere, quando moraliter conſtat com-
munia bona non ſufficere, & ſingulos non poſ-
ſe ſine magno gravamine ſuis ſolis ſumptibus
tale opus perficere. Et ſi opinio Caſtri Palai eſſet
admittenda fere ſemper Clerici tenerentur ſolve-
re collectas; nam civitates nunquam in com-
muni ita divites ſunt; ut ex communibus reddi-
bus publicæ neceſſitati, vel utilitati providere
64 poſſint † Et conſidero cum Megala, *ubi ſupra*
*dicto n.*23. Diana *dicta. p.* 5 *res* 11. in Verſ. *adde.*
quod ſi ſequatur opinio Caſtri Palai, & Nar-
bonæ, & aliorum, privilegium Clericorum re-
manet irritum quia etiam laici quando bona
civitatis ſufficiunt, non tenentur ad collectas,
ut jam dixi; & eveniret inde ut pari paſſu pro-
cederent laici, ac Cleri in ſolvendis collectis,
& ejuſdem eſſent conditionis, quod non eſt
65 dicendum, uti abſurdum. * Et ita exiſtimo di-
cendum cum Megala *dicto mon.*123 *cap.* 17. *p.* 2.
Diana *dicta p.* 2. *tract. res.* 133. *in fine & dict. p.* 5.
res. 11. *ubi ſupra*; tunc facultates laicorum non
ſufficere, ut Clerici in ſubſidium ad collectas
teneantur, quando laici per gabellam imponen-
dam cogerentur ſe eis privare, quæ quot annis
illis neceſſaria eſſent, ad vivendum ſecundùm
convenientiam ſui ſtatûs & addo hæc arbitrari,
conſiderari, & metiri, non dependere à pote-
ſtate Principis, ſeu Magiſtratuum, ſed ad Cle-
rum congregatum, ut moris eſt in comitiis,
atque Princeps ſolet convocare diverſis tempo-
ribus, ut jam de praxi hac in quæſtione eſt ani-
madverſum videbis aliqua *ſub. q.* 46.

66 Ad ultimam quæſtionis partem de monitu ad
principes imponentes tributa & quando & quo-
modo eis permiſſum videatur & quo moderami-
ne; præhabitis quæ dico à quæſtione etiam ſe-
quenti, *& infra ſub. quæſt.* 17. verſ. *ad quartam*
ubi qualiter ipſi ac eorum magiſtratus debeant
ſe abſtinere ab impoſitione gabellarum in Eccle-
ſiaſticos & quæ debeant timere nunc generaliter
quia poſt omnia hæc & infra ſcripta perlegi
elegans monitum ad reges nondum typis man-
datum perdoctiſſimi D. D. Chriſtophori Moſ-
coſo & Corduba ſupremi Caſtellæ Regi Conſi-
liarii cujus peritiam Juris, bonarumque litte-
rarum retuli *ſupra in fine quæſtionis.* 10. quo in-
dicat exactiſſimè qualiter ſe debeant gerere Re-
ges & principes ſupremi in impoſitione tributo-
rum & gabellarum illud complens ex locis ſa-
crarum paginarum decretis ac Bullis pontificiis
Imperatorum ſive conſultorum item & regiis le-
gibus & bonis pleriſque litteris, ego ab ipſo duxi
prælibere ſequentia ſignanter tantum.

Incipit ergò tantus vir narrando Regis offi-
67 cium eſſe laboris ſummi Juxtà eaque noviſſimè
recollegit D. D. Joannes de Solorzano, *emblema*
15. 16. & 18. ponderans cum Antiochio ut ejus
ſceptrum non alevabit à terra quiſquis ſciret ejus
obligationem nec eſſet veneno ambitionis tentus,
& addit *ex lib.* 3. *Regum cap.* 10. *verſ.* 3. *ex Cic. lib.* 1.
officiorum Petro Gregorio *de Repub. lib.* 6. *cap.* 6.
n. 4. Valenzuela *in diſcurſu ſtatus & Belli* 2. *p.*
conſider 22. *n.* 51. eodem Solorzano *Emblem.* 19.
ac aliis ejus officium conſiſtere in adminiſtranda
juſtitia liberando oppreſſos à violentiis, Vaſ-
ſallos ſuos in pace manu tenendo ac debellendo
inimicos regni, & ob id deberi eis Jus imponen-
di tributa moderata Juxtà conſiderationem D.
Thom. 2. 2. *quæſt.* 63. Petri Barboſæ *in l. competit*
cod. de præſcript. 30. *annorum n.* 7. Scobar. Capitulario
co & ex aliis cum Valenzuela *conſ.* 70 *n.* 14. † de 68
qua etiam idem Solorzano *Emblema* 11 *a n.* 13. &
emblema 82. & 83. quæ alia retuli *in fine quæſt.*
ſequentis. Idem doctiſſimus Conſiliarius pergens
ac ponderans Regiam obligationem & quam
attentà ſint imponenda tributa & qualiter Deus
iraſcatur contrà inconſiderate ea imponentes
etiam de minimo ſuperfluo ex gens rationem
dicit cum Maximiliano. Fauſto *de ærario claſſe* 5.
conſ. 10. Reges eſſe obligatos ad moderandas ex-
penſas ac ſuptus non præciſos ut ſic ſublevent
ſubditos à tributis indeque debere excuſare ſe à
ſervitoribus domeſticis non præciſè neceſſariis
ut fecit Ludovicus Francorum Rex XI. qui ute-
batur. veſtituto lanæ & quod Papa Innocent.
VI. ex Platina in ejus vita præcepit ut Cardina-
les idem facerent ut alii ſic uterentur. * & ex 69
eodem Fauſto *conſ.* 14. refert quod tenentur reges
ad reformandos etiam ſumptus voluntarios idem
& venationes ac ludos ſumptuoſos, & quod nec
liberales exiſtant pauperum Vaſſallorum præju-
dicio etiam in favorem Eccleſiarum & quia in
his exceſſit Ludovicus Rex Franciæ increpatus
fuit à Philippo de Comines. † item ex eodem 70
Fauſto *conſ.* 22. ait ut Reges egentes debent ex-
cuſare opera ac fabricas ſumptuoſas nec neceſſa-
rias ne forte ædificent ſanguine pauperum ac
eveniat quod ſuper domum Neronis quæ cum eſ-
ſet ut potè civitas deaurata momento collapſa
eſt quia cum civium. Innocentium ſanguine ex-
tructa erat ex Suetonio in ejus vita. * & quam- 71
vis Reges non ſint à recreationibus abſtinendi
ſed non ſic debent eſſe diuturnis itineribus de-
diti quibus Ingentes ſumptus faciunt à ſubditis
tantùm luendos. Optimè advertit cum Velaſ-
quez *in pſalmo* 100. *lib.* 3. *annat.* 10. *n.* 1. & 2. qui
non negat eis licere itinerationes modeſtas ac
delitioſas ut libentius in beneficium reip. curent
ex dicto patricii de regno *lib.* 3. *cap.* 10. Belunge-
ro *de ludis cap.* 6. & 18. & abunde ex aliis & So-
lorzano *emblema* 31. * Sed quemadmodum (ait) 72
reges tenentur evitare ſumptus ſuperfluos ac ſu-
pellectilia aurea & argentea non neceſſaria quæ
tantum deſerviunt vanitati ut cum multis à con-
ſiliis reſolvit Valenzuela, Velaſquez *conſ.* 59 *n.* 20.
Larrea *alleg.* 59. *n.* 27. Caſtillo *lib.* 7. *de tertiis cap.*
9. *n.* 25. Montano *de regalib.* in *proæm. n.* 7. item
& Solorzano *Emblema* 82. commemorat facta
Imperatorum & Amaya *in l.* 3. *cod. de annonis &*
tributis lib. 3. *n.* 36. & cum aliis idem Morcoſo,
reſolvit ut neceſſitate exigente debeant vaſalli
contribuere ratione belli ſive cauſæ publicæ in
omne quod præciſum fuerit, ſic cum Sanchez
Leſſio, Jaſone, Thoma del-Benè, Diana &
aliis *infinitis & per verba elegantia* Molina *de juſt.*
diſp. 667. *n.* 5. videnda.

QUÆST.

QUÆSTIO XIII.

An rectè Rex noſter Philippus in menſe Junii anni 1656. in conceſſione unius aſſis in qualibet libra carnis pro uno millione ad ſublevandas Regni neceſſitates ex cauſa multiplicis belli, Flandriæ, Italiæ, Angliæ, Cataloniæ, ac Portugaliæ ſimul cum conſilio Regni congregati Matriti in publicis comitiia vulgò en cortes, poſſet ad hanc contributionem obligare Clericos: Et an quia renuebat ſtatus Eccleſiaſticus prædictam contributionem abſque licentia, brevique Pontificio, ſtatim Rex noſter Philippus liberando ſuam ſchedulam Regiam ſub data 19. menſis Julii ejuſdem anni ad favorem Cleri, ut quilibet Regis adminiſtrator in quolibet territorio, ſeu civitate redderet ad æqualitatem, aut in fine cujuſlibet anni, ſeu dimidii, aut in fine cujuſlibet menſis quidquid minutatim quotidie Clerici in macello carnis emiſſent pro ſuſtentatione ſua, ac ſuorum ſervitorum, ac cognatorum adſtantium ſuis expenſis in propriis Clericorum domibus, gravetur aliquo modo Clericorum immunitas ex illa præſtatione anticipata: Vel an conſentiente Epiſcopo, & Clero ſine licentia Pontificis, rectè, & abſque ſcrupulo aſſentiri valeant. Et quid ſi Clero alicujus civitatis renitente, Epiſcopus, aut Prælatus ſuperior præciperet quod Clerici ſic contribuerent: Et an ſi iſti Prælati ſint negligentes in hoc exequendo, poſſit Judex laicus compulſionem facere: Et cum dicitur ut collecta Clericis imponatur, neceſſarium eſſe conſenſum Epiſcopi, & Cleri: quid nomine Cleri intelligatur: Et an ſi Princeps, vel aliqua Reſpublica propter aliquam Juſtam cauſam, auge et tantillum pretium, carnis, vini, olei &c. ut illud plus convertatur in illam cauſam, non quidem in gravamen Clericorum, hoc faciens principaliter; ſed generaliter in gravamen omnium, incurrat excommunicationem Bullæ ſi talem gabellam à Clericis exigat: Et, de exhortatione ad Principes, Regioſque conſiliarios, ſeu ſcriptores limitantes immunitatam Eccleſiaſticam. Remiſſivè quia ex propoſito *infra ſub q.* 17. verſ. *ad quartam* ibi de variis exemplis *& quæſt.* 12 *præcedenti* verſ. *ad ultimam à n.* 66. *& clib infra.*

SUMMARIUM.

1 *SchedulaRegia conceſſionis Regni de uno eſſe ſuper qualibet libra carnis venaita in Macello publico ab anno* 1656. *refertur, qua audimus etiam Clericos compellendos ex voto duorum interpretum.*

2 *Philippus* IV. *Rex noſter Pius alia ſua ſchedula aliter illico decrevit.*

3 *Gabellam ſuper carne, aut aliis comeſtibilibus impoſitam, propter communem utilitatem, etiam Clericorum licere, & eos adſtringere multi probant, ſed aliter* à n. 4

4 *Eccleſiaſtici non tenentur ſolvere gabellam, quæ principaliter concernit laicorum utilitatem, & ſecundario Clericorum.*

5 *Clericorum exemptio non dependet ex bono, vel malo animo imponentium gabellas, ſed ex privilegio Divino, & humano, quod habent eas non ſolvendi, alias laici ſemper eas imponerent abſque tali animo ſaltem externo ut* n. 6.

6 *Clerici exempti ſunt ab onere gabellarum ſuper carne, Vino, ſerico, aut aliis ſpeciebus.*

7 *Allegationes Juris ſuper collectandos Clericos in tributo millionum, & alia eos excuſans, hic inſinuantur de quibus* latè q. 14.

8 *Rex imponendo gabellas animo eas reſtituendi in fine anni; vel alio breviori tempore Eccleſiaſticis eas anticipatè ſolventibus ſecundum quoſdam, facit contra immunitatem, ſecundum alios non ſic* à num. 11. *ex multis fundamentis pro utraque ſententia, ſed quid dicendum pro Vera praxi Epiſcopatuum* à num. 14. *latiſſimè.*

10 Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, *potiuſquè intereſt noſtra non ſolvere, quam ſoluta repetere.*

13 *Rex noſter Philippus* IV. *quibus conſiderationibus motus fuerit ad liberandum ſuam Regiam ſchedulam, ut Clerici ſolvendo intra certum tempus, reſtituerentur: &* à n. 11. *Et qua praxi.*

14 *Epiſcopi plures Caſtellæ utriuſque impugnarunt modum obligandi Clericos, ut prius ſolverent, etiamſi deinde reſtituerentur ad æqualitatem per Regios adminiſtratores: Et quâ conditione* à n. 15.

16 *Capitulum Valliſoletanum, me præſente, reſtitit ad modum ſchedulæ Regiæ, ut gravoſum ſtatui Eccleſiaſtico, ubi refertur lis agitata contra adminiſtratorem coram Epiſcopo, & ejus Vicario* n. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27. *Ubi latè ego explicui meam proferendo ſententiam.*

28 *Epiſcopus, & Clerus ſolùm in caſu, ubi periculum urget, & mora damnoſa eſt, poſſunt conſentire contributioni impoſitæ Regio ſtatuto, aliàs non ſine Papæ* n. 29. 30. 31.

31 *Bullæ Pontificiæ Clem.* VIII. *& Urban.* VIII. *tam pro reparando flumine Arneo, quam Peſte Panormitana, referuntur collectas imponentes, & aliam Gregorii* XV. *pro Etruria.*

Tributi exactio poteſt licitè inchoari ſine Papæ conſenſu, ſed non continuari dicto n. 31.

32 *Epiſcopus, ſeu Prælatus Superior poteſt compellere Clericos renitentes ad ſolutionem tributi juſti, cenſuris, mulctis, aut aliis pœnis.*

Et quam diligentiam debeat adhibere ante compulſionem n. 33.

34 *Laici judices in nullo eventu poſſunt ex negligentia Epiſcopi, ſive Prælati in compellendo Clericos ad tributum per ſe eos conſtringere* n. 35.

35 *Clerici perſona non debet in rebus moleſtari, ne per unam viam concedatur, quod per aliam denegatur.*

36 *Clerici, nec poſtquam Epiſcopus negligens ſit in compellendo, poterunt arctari à Judice laico ad ſolvendam contributionem, etiam pro occiſione locuſtæ, qui talem vim inferre Clericis non poteſt contra aliquos Doctores* n. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. & 44.

39 *Clerici conveniri non poſſunt coram laico cenſibus, & tributis; niſi coram judice Eccleſiaſtico.*

40 *Clerici falsò deponentes coram laico, non ſunt ab eo puniendi, ut* n. 42. *contra aliquos* dicto o 40 & 41.

43 *Conſuetudo compellendi Eccleſiaſticos ad tributa per laicos, improbatur, ut corruptela.* n 44.

45 *Metropolitanus debet adiri, ut Clericos nolentes, compellat ad ſolvenda tributa, quando Epiſcopus negligens in compellendo eos. Sed ſi ille, nuntias nollent, ſeu eſſet periculum reccurrendi ad eos, ut talis compulſio poſſit fieri à laico non in perſona, ſed in bonis tantùm Clericorum* n. 46. 47. & 53.

47 *Exactio contributionis facienda ab Eccleſiaſticis virtute brevis Pontificii, debet tantùm fieri per miniſtros à ſolo Epiſcopo deſtinatos, & Eccleſiaſticos.*

48 *Clerus ad conſentiendum in ſolutione gabellæ, intelliguntur capitula, Cathedralia, Collegiata, & ex Diœceſi, ſaltim Vicarii foranei, contra Suarez* n. 51. *contra quem ſtat Sacra Rota* n. 52.

49 *Clerus ad ſolutionem gabellæ, tenetur, quando gabella directè ad illum pertinet; ſed hoc debet eſſe ſimul cum deliberato aſſenſu populi, & Cleri; & ſi Clerus nollet conſentire, poſſint laici implorare auxilium Superioris Eccleſiaſtici* n. 50.

55 *Reſpublica augens tantillum pretii. v. g. Vini, propter aliquam juſtam cauſam, non videtur gravare ex eo ſtatum Eccleſiaſticum, ſi fiat in communem utilitatem: Et quare* n. 55. *ſed contra Verius* à n. 56. *etiam ſi Princeps, aut Reſpublica non intenderet gravare Clerum* n. 57.

58 *Eccleſiaſtici habent Jus eundi ad emendum victualia ubi libet abſque gabella.*

59 *Principes malè authoritate ſua res Eccleſiæ invaſentes, Divina ultione puniti pluries* remiſſivè.

1 IN omnibus Epiſcopatibus Regni Caſtellæ, & legionis fuit, ac duravit in aliquibus magna commotio; eo quod *el Reyno Junto en Cortes Matriti*, conceſſionem fecerit de uno eſſe in qualibet libra carnis vendita in macel'o publico, ob ingentes Regis Noſtri Philippi IV. Neceſſitates provenientes à cauſa multiplicis Belli in partibus relatis in quæſtione, circa cujus juſtificationem tributi, ut etiam Clerici ad talem contributionem tenerentur una cum laicis ſine licentia Papæ, ejuſque brevi Apoſtolico; imò & abſque conſenſu Epiſcoporum, & Cleri pro certo audio factas eſſe quaſdam allegationes quorundam Miniſtrorum Regiorum, quæ nondum ad manus potui habere, ut eis minutatim reſpondendo, veritas circa immunitatem à gabellis eluceret; ſed quia quæcumque à perdoctis illis ſcriptoribus dicta ſiut, non facili negotio debeant utique intelligi, juſtaque jam dixi in nonnullis proximis quæſtionibus, ubi actum eſt de gabellis, tributis, & collectis Regiis, à quibus immunes ſunt Eccleſiæ, & Clerici, tam in perſonis, quam in bonis, niſi cum conſenſu Pontificio, juxta conditiones octo, de quidus ſibi *in quæſtione* 12. *proxima* præcedendi loquutus ſum, juſtaque etiam dico in hac quæſtione, quæ admodum in ſuis dubiis protelari poſſet ex jam adductis in hoc textu *à quæſt.* 1 imò & ex dicendis in aliis ſubſequentibus; ideò nunc aſſignando ſententiam meam, brevius quàm aliàs hæc dubia expoſcunt me geram ne ab inſtituto deviet.

Igitur quantumvis illi perdocti ſcriptores in ſuis allegationibus contenderent juſtificare juſtitiam illius tributi legibus, exemplis, bonis authoribus, ac conſuetudinibus hujus Regni, aut aliorum, videtur ut eorum deſiderium evanuerit ex facto ſtatim ſubſequuto noſtri, admodum piiſſimi, clementiſſimi, atque invictiſſimi Regis Philipi IV. quod per ſuam Regiam ſchedulam propalavit, juxta quæ dico *infra hîc* in verſ. *ad ſecundam*, quia ipſe fidelis, ac devotus Rex increpaverit; & ſi non audaciam, adulationem tamen, talium ſcriptorum, auribus Regiis blandientium. 2

† Poſſunt enim inter alia dicere, quod ſi propter debita, aut aliud conſules gabellam ponant ſuper carne, aut vino, & hujuſmodi quam Eccleſiæ ſoluunt indirectè, cum emant carius illo inquam prætextu. ſcilicet propter communem utilitatem, tam Clericorum, quàm laicorum, aut vel propter utilitatem laicorum principaliter, Clericorum autem indirectè, & à remotis abſque animo extorquendi pecunias ab Eccleſiaſticis, quas alio modo extorquere non poſſent, quia etſi non eſſent Eccleſiaſticæ perſonæ, adhuc eam gabellam imponerent; hæc inquam licita eſſe, ut docent Angelus in verbo *immunitas*, *n.* 42. Henriquez *lib.* 10. *ſummæ cap.* 15 *n.* 5. & in gloſſa *littera* O, Paulus de Caſtro *conſ.* 432. *lib.* 2. Octavianus Vulpellus *de libert. Eccleſ. p.* 2. *n.* 51. Lopez *in inſtruct. p.* 2. *cap.* 40. Malderus Videndus *in* 2. 2. *tract.* 5 *cap.* 6. *dubio* 11. *in fine*, Silveſter in verbo *immunitas* n. 22. ſic admittentes ut licitam, etſi repugnent ſi eam ponunt Rectores, propter abuſum, & exceſſum eorum, ſcilicet quod fecerunt: in quo caſu non licite ponere dicunt, Doctores relati; imò tales Rectores debere eam de ſuo ſoluere, ſicut & impugnant quando animo extorquendi pecunias Rectores ab Eccleſiaſticis perſonis eam imponerent. 3

Sed quantumvis bona prædicta doctrina videatur prædictis Doctoribus, & aliis ſæcularibus imponentibus gabellas, & tributa, exiſtimo non eſſe admittendam; imò cautè legendam: nam ut jam ſupra probavi Eccleſiaſtici non tenentur ſolvere gabellam, quæ principaliter concernit laicorum utilitatem, & ſecundario Clericorum: & ita Silveſtri, Angeli, & aliorum relatam opinionem, ut falſam ſefellunt 4

refellunt Pat. Megal *p. 2. lib. 2. cap. 17. quæſt. 9. n. 106.* Gutierez *in tractatu de gabellis quæſt. 92.* Diana *p. 1. tract. 2. reſ. 82.* dicentes eſſe ridiculum, quod dicti authores aſſerunt; Clericos tunc teneri ad ſolutionem dictæ gabellæ, quando extorqueretur ex animo accipiendi dictas pecunias ab Eccleſiaſticis, quas extorquere alios modo laici non poſſent; ſecus au-
5 tem ſi non eo animo. † Quia reſpondent & ego cum illis exemptionem Clericorum non dependere ex bono, vel malo animo imponentium gabellas, ſed ex privilegio, quod ex Jure Divino,
6 & humano illas habent non ſolvendi. † Et inde eveniret quod ſi talis opinio eſſet vera ſemper laici imponerent gabellas abſque tali animo, ſaltim externo, & ſic Clerici illas ſolverent. Unde dici debet Clericos exemptos eſſe à dicto onere gabellarum ſuper vino, carne, ſerico aut aliis ſpeciebus. Nec Regem noſtrum Philippum potuiſſe ad dictam contributionem illius millionis obligare Eccleſiaſticos.

7 *Et quia poſt ſcriptam hanc quæſtionem, & alias uſque ad 19. incluſive mihi mutuavit D. Antonius de Piña, Hermoſa hujus Regiæ Cancellariæ digniſſimus præſul, nominatus Epiſcopus Salmantinus* tres allegationes factas à pereruditis Epiſcopo Oxomenſe, & duobus Conſiliariis Regiis; ideò *quæſt. ſeq. 14.* dict repetes ad hanc quæſtionem.

8 Ad ſecundum quæſtionis partem, quæ pendet ab ea difficultate, an ſi Rex, aut Reſpublica exigant gabellas ab Eccleſiaſticis eo animo, ut eas reſtituant, v. g. in fine anni faciant contra Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum immunitatem. Video quod viri docti affirment, Duardus in *Bulla cœnæ Domini lib. 2. canon. 18. quæſt. 15. n. 3.* & Alterius *de cenſuris, tom. 1. diſp. 19. lib. 5. cap. 3. fol. 734.* qui dicit notandum eſſe, ut non excuſentur ab hac cenſura qui exigunt, vel mandant exigi hujuſmodi gabellas à Clericis animo reſtituendi in fine anni, quamvis profiteantur hunc modum ſervare cauſa evitandi fraudes publicorum exigendi gabellas, ex ea ratione, quia cogunt antea ad ſolvendum, quod eſt magnum onus, & incommodum Clericis; quis ergo non videt ut talis anticipatio pecuniæ ſit Clericis, & ſtatui Eccleſiaſtico gravoſa; idem dicit Bonacina *ad Bullam q. 16. ſect. 1. p. 3. num. 11.*
9 *p. 142.* † Ex ſequentibus etiam primo quia ratione illius tributi obligantur de præſenti carius emere. Secundo quia ſæpè ſingulis Clericis, aut multis eorum, ut ratione prædictæ anticipationis amplioris monetæ progreſſu temporis forte egerent; ſic ut congruam ſuſtentationem pro currenti tempore uſque ad finem anni, non valerent ſibi ipſis, ſuiſque famulis præſtare pro quotidiano victu, præcipuè ſi conſideremus plures eſſe Clericos habentes ſuam quotidianam ſuſtentationem ab ſtipendio eleemoſynariæ miſſæ quotidianæ ab ipſis dicendæ, & ſi ad aliquem titulum ſint ordinati. Tertio quia quantumvis illa pecuniæ plus conſumptæ redditio in fina anni ſit ſecura, ſtetque in Burſa integra, &c. depoſitario fideli, ac punctuali, nihilominus non ſine cura, ac diligentia Clericorum, vel procuratoris eorum ad id cum mandato adhibiti recuperabitur ad æqualitatem. Quarto quia ſi fortè illa redditio in fine anni, aut dimidii, ſeu menſis aſſignati non contigiſſet celeriter, tunc jam clare conſtaret de dolo, aut fraude, qua ab illis extorqueretur illa major pars pecuniæ pro quotta libra carnis, aut menſura vini, ut pluribus rationibus optimè ponderatis docet, & tenet DD. Joannes Palafox *in ſua erudita allegatione anni 1656. à num. 29. & litt. I. A. A.* facta occaſione horum tributorum *à n. 26.* Tum quia prædicta ſchedula non offert liquidam ſatisfactionem firmans Clerum gravatum ſtare pro toto tempore, interim dum ſatisfactio non fiat; Et quia prædicta prætextum ſit tributarius Clerus cum laicis; & quia hac via Reges liberè vellent gabellas in poſterum imponere, etiam contra Clericos ſine recurſu ad Papam contra Canonicas Sanctiones; item nec honeſtari eo quod ſic exigatur, ob evitandas fraudes faciendas ſtatui ſæculari, quia Urban. VIII. hoc prohibuit contra immunitatem Ferraræ, de quo *infra q. 19.*

Ergo ex his, & aliis, quæ poſſunt conſiderari, 10
quibus libertas Eccleſiaſtica etiam in caſu hoc mionitur, debemus conſiderare, ut ſine aſſenſu Pontificis nequeant Clerici etiam volentes quietari tali modo gabellandi, quantumvis materialiter tantùm conſideretur, & non formaliter illa contiibutin ex vulgati regulis Juris *turpius ejicitur, quam non admittitur hoſpes*, & intereſt potius noſtra non ſolvere, quàm ſoluta repetere; at quia dolo facit qui petit, quod eſt redditurus; & quia reddit Clericos timidiores ad agendum cum fiſco, & ad operandum libere: ſic ex Felino hic *n. 42.* Surd. *conſ. 2. num. 25.* Alderano, Maſcarb. *de interpret. ſtatutorum concluſ. 1. num. 30.* Epiſcopus Exiomens. *n. 29. ſuæ allegat. littera T. ex text. in p. 5. ff. de compenſ. ex l. dolo ff. de doli exceptione, cap. quemadmodum de jure Jur.* nec intereſſe ait *dict. conſ. 2. n. 88.* tributum exigatur ad evitandas fraudes & faciunt pro hac ſententia quæ breviter refero infra *quæſt. 46. n. 1.* eamque tenet Thomas del-Bene, *de parlamen. dubit. 30. ſect. 3.* Corolar. 3. ubi declarat hoc intelligi ſi id Eccleſiaſt. exigant ſecus autem ſi quid exigitur ad finem boni communis ut ſcilicet evitentur fraudes, gabella exigentium, exigatur ipſis volentibus ac conſentientibus & conſentiente etiam Pontifice ſummo & dicit ſic ſervari in praxi in multis locis Siciliæ & repetit *in p. 1. de immunitate cap. 5. dubit. 7. ſection. 13.* & videbis infra *q. 54. in fine.*

Alii inquam exiſtimant prædictum modum 11
ſtatuendi à Principe eſſe ſecurum in conſcientia, liberareque ab incurſione Bullæ in cœna Domini; primo quia Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, ac communitates ita contribuentes non renunciant privilegio, quo gaudent immunitatis gabellis, ſed tantùm ſuſtinent ejus effectum deferri in tempus, quod proximè ſit magis opportunum ſine ullo onere, & intereſſe. Et hac ratione approbat Diana immunitatis Eccleſiaſticæ à gabellis maximus propugnator conſuetudinem Senatus Panormitani talem conſuetudinem exigendi gabellas prælicantis in Clericos abſque ullo ſcrupulo & noviſſimè Daniel de nobilibus & *in additionibus ibi à num. 7.* ex eo quia ſi poſſunt ſuum donare, poſſunt quoque concedere tempus ad ſibi illud ſolvendum & ſic Lucæ factitarum *anno* 1350. & 1373. ut ex libris ex quibus cum Epiſcopo conſentiente clero convẽtũ eſſe conſtat quantum huic vel illi ex clero Urbano ſolvi vel reſtitui debere pro gabellis, farinæ,

olei, leguminis & lignaminis pro comburendo ſic praxi longè ſervatur & diplomate tandem Alex VI. ad tres annos inſtauratæ, & poſtea continuatæ abſque alio diplomate & tandem anno 1569. ex conceſſione Pii V. & ex mandato Urbani VIII. anno 1626. concludens omnem conventionem Pontifice inconſulto circa ſolvendas gabellas eſſe nullam dum agitur de impoſitione onerum non autem de dilatione ad ſolvendum ſeu reſtituendum ut in caſu noſtro.

12 † Etenim Pena *in l. 1. fin. n. l. 2. verſ. Secundo cod. de locat. præd. civil.* Afflictis *in c. ſimiliter n. 27. de capitan. qui curiam vend.* Tapia *in l. fin. cod. de conſt. Princip. p. 2. c. 9. n.* 49. Gregorius Lopez *in l. 2. tit. p. 2.* Verbo *buen cãbio* cum aliis Capicui Galleota *reſp.* 23. *n.* 77. Ludovicus Sacca *conſ. n.* 65. dicunt quod ſufficit oblata ſatisfactio facta tempore commodo, & Andr. de Iſernia *de probibita alienen. per Federic* §. *Moneta. n.* 22. idem tenet in verbis ſequentibus *accipiet in caſu neceſſitatis res ſubditorum, & tunc tenetur ad pretium, ſi tunc haberet unde ſolueret, ſi non habet, ſoluet quando habebit, quia in hoc eſt favor communis boni, ut deferatur ſolutio.* Et facit ſecundo quia ſi familia cujuslibet Eccleſiaſtici aſſueta eſt emere quotidie carnes in tabulla communi, aut publica pro tota Republica, ſi cæteri concives eam ſoluerent gabellam quotidie, Clerici verò non, ſequeretur in illo quotidiano actu accelerato, & nimis confuſio propter numerum concurrentium in locis, præcipuè populoſis, (ut hîc Valliſoleti) quod tam gabellarii Regis, quam venditores carnis, aut vini damnum, & detrimentum ſufferrent in pecunia poſtea Regi exſoluenda ratione gabellæ. Tertio, & conſideratione dignum, quia Clerici, ſive eorum famuli poſſent de facili introducere alios concives ſæculares, ſive poſſent ſæculares cum illis introduci, ut pateretur in macello talis quota carnis, aut vini menſura, quæ ſufficerent non ſolùm pro familia cujuslibet Clerici, ſed pro alia, aut aliis laicorum, quod inquam cederet in manifeſtam fraudem ipſius Regiæ gabellæ, ſeu habellariorum, quod non eſt permittendum ullo modo; item & ex aliis conſiderationibus quæ hîc aggregari valent ex jam antea dictis, & ex aliquibus, quæ refero *infra* verſ. *ad quintam.*

13 Ex his ita jactis pro utraque parte potuit juxta conſiderationes proximè præcedentes Rex noſter Philippus, & ejus ſupremum conſilium Caſtellæ conſiderare modum liberandi prædictâ ſuam ſchedulam Regiam miſſam ad ſuos cujuslibet territorii adminiſtratores millionum ſunrum, ut illam manifeſtarent Epiſcopis, Prælatis, judicibus Eccleſiaſticis ubilibet exiſtentibus; item Capitulis Eccleſiarum, ac Clero, Parochis, Religioſorum Monaſteriis, item & Clericis, ut ſimul cum iſtis conferendo circa tenorem prædictæ ſchedulæ aſſenſum ſuum præſtarent, ſcioquè prædicto modo contentos eſſe Prælatos capitula Eccleſiarum, & Clerum plurium Epiſcopatuum, ac civitatum Regnorum Caſtellæ, & legionis, & acquieviſſe; quidam pactando redditionem illius plus elargitæ pecuniæ in fine anni, alios in fine dimidii, alios in fine quatuor menſium, aut alio breviori tempore: & quod illa pecuniæ quota reddenda reponeretur, ſive à gabellariis, aut ab ipſis adminiſtratoribus, aut à venditoribus carnium in depoſito alicujus viri divitis, ac fidelis, aſſumpta fidejuſſione congrua de illa integrè reddenda deputatis perſonis à Clero, ut ſic juxta ſumptus cujuslibet conventus, & familiæ Eccleſiaſticorum ipſi Clerici inter ſe aſſignarent tantum quottam pecuniæ, quantam moraliter exiſtimaretur, quod ſinguli materialiter contribuerent quotidie emendo carnes, juxta computum punctatum in ipſa Schedula Regia, nempe ut in Monaſteriis, & communitatibus Religioſorum ſex perſonæ idem ſupponerent, ac quælibet una alia familia civitatis, aut populi, & inter alios Eccleſiaſticos quælibet eorum familia regularetur, ſicut aliæ ſingulæ ſæcularium, inter quas ſicut ſunt familiæ pauperes ſic, & divitea, ut contingit inter Clericos; quæ ſchedula, ut ſonat in actu ſignato revera præſtat ad æqualitatem, & ſic mihi juſtè ratiocinata viſa eſt, ut vidi.

14 Sed quia video Epiſcopos, & Clerum Pàlentinum, Segobiens. Oxomens. Legionens. alioſque hujus Caſtellæ veteris, item & alios Caſtellæ novæ, atque provinciæ *Andalutia* nondum eſſe ſedatos, imò & in hac curia Eccleſiaſtica pro parte Capituli, & Cleri litem agitatam petendo, ut nullo modo Clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, ac communitates anticipate pecuniam juxta quot tam tributi darent, ſed illis tantò minus, as tributum poſitum erat in qualibet libra carnis ipſa præſtarctur, eo quod ſe nimis gravatos, aliter exiſtimarent, poſtpoſitis adhuc rationibus, quæ pro Rege, ejuſque gabellariis ſunt conſideratæ in verſ. *ubi*, quantumvis pro parte D. Athanaſii, Jimenez, Arellano hujus Regiæ Cancellariæ auditoris, ac Regis noſtri Philippi IV. adminiſtratoris, tam pro iſto milliones, quam pro alia afferebatur de dimidio in dimidium annum plena ſatisfactio juxta tenorem ſchedulæ, aut alium conventum cum Epiſcopo, Capitulo, & Clero, videamque alios Epiſcopos, Capitula, & Clerum ſedatos, atque placatos, ut Toletanum, Hiſpalenſe, Choncheuſ. Burgenſ. imò & alios: quid in praxi poſſit, ac prudenter debeat amplecti, ſalvo meliori, & ſaniori, ac ſine offenſa immunitatis Eccleſiæ, quæ ſemper illæſa permanere debet mihi ſequentia meliora, ac pacabiliora videntur, ſive conſcientiis, ſive Clericorum, & ſæcularium commixtioni in prædicto actu carnes emendi in macello publico.

15 Nempe ut tenor ſchedulæ Regiæ, non quatenus lex, ſtatutum, aut præceptum amplecteretur conditionaliter, ut ſi Rex, ejuſvè miniſtri, collectores tributi, aut adminiſtratores non adimplorent reddendo ſine mora illico tempore aſſignato, tranſacto quantitatem pecuniæ plus datæ Epiſcopus cujuslibet territorii, ejuſvè Vicarius, aut alii inquam judices Eccleſiaſtici procederent ad declarandum eos Regios Miniſtros incurſos eſſe in communicationem Bullæ cœnæ ex *paragrapho* 18. quæ innovavit, & alias Juris, ut *infra* dico *quæſt.* 17. Ubi expendo textum *in capite* 3. *de immunitate Eccleſiar. lib.* 6. Interim autem exiſtimo nullum eſſe gravamen capax illius incurſus, eo quod Rex quantum de ſe eſt non intendit extorquere ab Eccleſiaſticis pecuniam, nec quod ejus miniſtri illam extorqueant, ſolùm verò intendit ſalua re Jura ſua Regia collectandi ſubditos laicos; & quod non ſe

intro-

introducant cum famulis Eccleſiaſticorum emptibus carnem emere,ut petant plus aliquas libras, quam propriis domibus Clericorum, & Eccleſiaſticorum neceſſarias pro quotidiano victu; eaque introductione defraudent vectigal, ſeu collectam, Regi debitam: Et videtur facere verba tradita à Cyriaco *controverſ.529.ſub.n.* 41.& 42. quæ ergo refero *infra ſub. q.* 20. Ubi quod non læditur immunitas in rebus, quæ adimpleri queunt ſine magna difficultate. Nec obſtat quod, Lapus, Suidus *alleg. Bonon.* & Diana relati *ſupra q.* 5. *n.* 32 dicant ut non ſuſtineatur ſtatutum, etiam in modica læſione, cum hic nulla videatur fieri in pecunia; etſi in tempore recuperandi ſit aliqua dilatio cum hæc non ſit conſiderabilis.

16 Nec obſtat dictum *ſupra queſt.7.num.*30. ubi ex Marta *p.4.cent.1.caſu* 13. *n.* 14.& 19. Ut non ſit ſuſtinendum ſtatutum etiamſi in minimo lædatur immunitas, & ſive ſecundario, quia hic nec in minimo læditur conſideratis utrinque circumſtantiis, & datâ ſatisfactione.

Er juxta has, & alias conſiderationes, dum capitulum hujus Almæ Valliſoletanæ Eccleſiæ congregaretur iterum, atque iterum ad cnſſo quendum, & conferendum, ſuper hoc negotio fui in voto pro juſtificatione dictæ ſchedulæ Regiæ, interim quo adimpleretur ejus tenor, & ad corroborandum repreſentavi capitulo ejus factum proprium, quo nonnullis ab hinc annis poſt longam,& repetitam diſcuſſionem, eſt concordatum cum Rectorum Capitulo hujus civitatis, nempe ut quia Rectores oppreſſi ad ſubveniendum neceſſitatibus communibus, ac particularibus hujus Reipublicæ, quæ non habet paſcua, nec propria ſufficientia, impoſuerunt ſuper carne, & vino quandam parvam collectam Regio conſenſu: & quia difficile erat ſingulis de capitulo præſtare menſuram, ſeu æſtimum ſegregatum, vel invenire modum, ut nullam pecuniam anticipate carnem, & vinum abſumerent; ideo contentum eſſe hoc capitulum, ut in ſine cujuslibet anni ſibi ad œconomo priorum hujus civitatis, ſine depoſitario reddeventur quatuor millia dragma, vulgò *quarta mi Reales de Vellon*, & ſic ab annis quatuordecim, ut video ex parte civitatis impletur, & capitulum illam pecuniam ſic receptam per commiſſarios duos, quos quot annis nominat, diſtribuit inter ſingulos, dignitates, Canonicos, & aſſiſſos ſui capituli, juxta prudentialem diſtributionem debitam cuique rerum familiæ, & exiſtimo cum aliis communitatibus Eccleſiaſticis practicari in hac civitate, exceptis illis, quæ non reccurrunt ad Macellum publicum, ſeu tabernam pro alimoniis carnis, & vini ſibi eſui neceſſariis, cum ſint pleraque Monaſteria, quæ habent arietes, & vinum ex vineis, quibus aluntur, occidendo in ſingulis ſeptimanis quot quot arietes ſibi neceſſarii ſunt. Itaque conſideravi, ut quia capitulum hujus redditionis pecuniæ medium non impugnabat municipalia contributionia prædictum multo minus in prædicta collecta Regia deberet impugnare, quia Rex à natura habet Regale Jus colligendi, quoties neceſſitas urget, ejuſque patrimonium exhauſtum invenitur, ut pro nunc conſtat oppreſſum.

17 Et in prædictis ſeſſionibus fui in voto etiam quod conſentientibus Epiſcopo,& Clerico, juſta erat illa conventio. abſque redolentia in immunitatem eorum; & quod quidquid in eam videretur iruere ceſſabat, quia gravamen, quod conſiderabatur ex parte capituli erat multominus quod poſſet pati, ſi adversùs præſumptas fraudes introductas, laici ementes ncnt emere mixturati cum famulis Clericorum tabulam publicam, ſeu Macellum; nam tunc irent Alquacelli, ſeu alii homines deputati pro Rege, ſeu quolibet adminiſtratore perquirere callidè, & aſtutè à quoquo famulo, aut famula cujuslibet Eccleſiaſtici, quantum carnis, ſeu vini empturus eſſet pro quotidiano victu familiæ ſui heri, & ſuper facienda prolixa diſquiſitione, ne defraudaretur Regia gabella curioſas in mirum modum diligentias applicarent,& prætextus ita cohoneſtato alia non parùm moleſta pararent forte, & intollerabilia Eccleſiaſticia, quæ ſibimet laicis non viderentur iniqua; imò vellent taliter juſtificare, ut quantumvis nos Eccleſiaſtici conquereremur, pro comperto exiſtimarent non eſſe materiam fractionis immunitatis Eccleſiaſticæ allegando non petere gabellam ab Eccleſiaſticis, nec impedire quominus ad Macellum publicum, ſeu Tabernam pro alimoniis carnis, & vini, aliaſumve rerum eſus irent, ſed tantùm intendere reſecare fraudes, quæ ſub umbra Eccleſiaſticorum, ac ſuorum famulorum poſſent alii laici ſubditi Regis, ac ejuſdem gabellæ debitores facere in Regem, ejuſque adminiſtratores, gabellarias in præjudicium Regis patrimonii, & aliorum laicorum convicinorum, qui in plua temporis gabellarentur, quantùm ſimiles fraudes exurgerent contra facilem recaudationem ipſius gabellæ impoſitæ.

Nec tunc exiſtimo eſſe impedimento quæ 18 ſcripſit per doctus Oxomens Epiſcopus *ſupra* adductus à *n.29.*ſuæ allegationis ex Urbam. VIII. ex Pellitiar. *in manuali regular.* 1 *p. tract.* 8. *de gabellis cap.7.ſect.* 8. negans poſſe tales gabellas ad evitandas fraudes publicas imponi, animo eas reſtituendi Clericis eo quod id non poſſit concedere in aliquod gravamen Eccleſiaſticum, dicentes ſic reſponſum præbuiſſe in facti contingentia, & quod ejus reſponſionem confirmavit Urban. VIII. præſcribens communitati Ferrarienſi, ne talem modum gabellæ inducere contra Eccleſiaſticos abſque ipſorum conſenſu, cum Pontifex inhibeat ſi fiat abſque conſenſu Eccleſiaſticorum, ſecus ſi cum illo, eo quod Urban. VIII. quamcumque exactionem improbet, etiam indirectam.

Itaque ex his, & aliis poſſunt addi ad fun- 19 dandam præfatam praxim exiſtimabam ego quod habitâ lite ſuper repugnando tenore ſchedulæ prædictæ coram Domino Epiſcopo D. Joanne Merinexo, ejuſque Vicario Generali D. Didaco Sarmiento de Valiſdares legum Veſpertinæ moderatore, Collega Collegii majoris Sanctæ Crucis hujus civitatis, nunc inquiſitore quem mihi ſucceſſore aſſignavit in ea inquiſitione Illuſtriſſ. D. meus Didacus Arce Reinoſ. pro his regnia inquiſitor generalis anno 1657. Utroque inquam eruditiſſime poſſet ab eis declarari, ut non eſſet modus ille conveniendi ad vivendum cum tranquillitate, & pace deſiderata contra immunitatem, & nihilominus inſtante majore parte capituli pro lite proſequenda, ac finienda illico intra tres dies fuit lata ſententia, ut prædicta ſatisfactione juxta tenorem illius Regiæ ſchedulæ in ſingulis menſibus

ſthus adminiſtrator Regius non incurreret in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini aliis addentibus in dicta ſententia pro formulario, à qua capitulum, etiam me præſente decrevit appellare, ut fecit ad Metropolitanum exiſtentem compluti: ſed ad juſte ſi caret animo reſtituendi quo tam legitimè nobis Eccleſiaſticis debitam ipſe, ac alii exactores gabellarii Regii videbunt conſulendo conſcientias proprias. Sed ſe defendent dicendo, ac firmando paratos eſſe reddere quo quo tempore Clerus, ac capitulum exigant redditionem pecunia ſibimet juſtè debitam ex re-
20 lata cauſa. † Et poſt hæc confirmata à Vicario compluti judice Metropolitano, prædicta ſententia lata à D. Didaco Valledarea acquietato capitulo, quilibet ex ejus corpore capitularis, ſive Capellanus præſtitit ſchedulam de conſumptis juratam à prima die Julii uſque ad finem Octobris dicti anni 1656. ac proinde in animum reverſus idem D. Athanaſius id miniſtrator ſolvit ac reſtituit punctuatim cuilibet de capitulari item & Capellanis Summam illam & integram pecuniæ nondum redditæ à quatuor retro menſibus quam quilibet, in ſua privata ſchedula juravit ſibi deberi annumeratis libris carnis conſumptis pro ſuſtentatione propriæ domus quotidie factoque computo omnium, in ſimul ſchedularum mandatario capituli ſic præſtitam à quo ſinguli ut dictum eſt acceperunt partem & ego accepi eam quæ infrà contigit, & de praxi Tolletan. Archiepiſcopi *infrà quæſt.* 39. ubi leges eum Cordatum quid eum lege, & ejus miniſtris ſui patrimonii & ibi in fine ponitur alia prorogatio Sexennii Itemque Alex VII. millionum ante prorogatorum. Pontificis diutius cogitando an fortè gravaretur immunitas Clerici exiſtente adhuc capitulo in ſua contradictione iterum, atque iterum, puto quod requirendo pro ſemper adminiſtratores Regii Clericum, ut accipiat ad æqualitatem quottam legitimam, ac debitam reſultantem ab illo plus Monetæ datæ ex cauſa cujuſque libræ carnis emptæ, & ad id eum effectu inſtando eum ſegregent ab alia collectæ, ſeu tributi pecunia deponendo illa ſub cuſtodia prompta fideli, & aſſecurata, non incurrere in prædictam cenſuram Bullæ, aliaſvè Juris; quod ſi vertant ad animum retinere, & appropriare ſibimet, aut Regi, cauſa tributi, aliova prætextu, non excuſari ab incurſione ſatis liquet, quia tunc abutuntur facto illo Clericorum exiſtimantium ſine conſenſu Pontificio ſe non eſſe ſecuros illi modo excogitato in prædicta ſchedula Regia, aſſentiendo quantumvis ipſi adminiſtratores, (ut ego) credant tenorem illius ſchedulæ eſſe juſtificatum; debent enim ſemper eſſe parati ad reddendam prædictam quottam de promptu abſque renitentia, dilatio-
21 ne, ac dolo. † Et ut juſta, ac non ſcrupuloſa redditio fiat, mihi viſa & non parum æqua conſideratio Duardi in Bulla cœnæ *lib.* 2. *caſu* 8. *dict.* 1. *q.* 15. *num.* 3. quem etiam refert Diana *p.* 1. *tract.* 2. *dictares.* 45. dum dicit ibi *quia ſupradicta animo* (ſcilicet reſtituendi quotannis gabellas) *hæc onera Clericis exigunt, ſi volunt effugere hujus cenſuræ vinculum, in fine anni curent ipſis Clericis reſtituere aliquid plus* ſupra, id quod exegerunt in recompenſationem dicti incommodi, & intereſſe, ſcilicet orti ex cauſis notatis ſupra in verbo *alii* ſub verſ. ad *ſecundam*, de quo dico *infra q* 54. verſ. *ad ſextam & q.* 46. à *n.* 1. † Et
2 hæc mea ſententia fulcitur ex doctrina Menochii *de arbitr. lib* 2. *cent.* 6. *caſu* 563. *n.* 56. Velaſci *de jure emphit. q.* 17. dicentium ut licet Princeps poſt taxatum legale pretium rerum, imponat gabellam à laicis ſolvendam in aliquibus rebus, ut vini; & ex hoc contingat ut carius Eccleſiaſtici vinum, aut res emant, quàm ſunt à lege taxatæ; non obid lædi immunitatem Eccleſiaſticam, cum ſemper Eccleſia habeat pretium juſtum rerum ſuarum; etſi forſitan damnum aliquod in hoc adveniret, eſſet per accidens, & ſecundario, quod non eſt conſiderabile. † & Mo 23
lina de juſtitie *tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 663. *num.* 5. *in fine*, ſic aſſerit *exemptio Eccleſiaſticorum ſolùm eſt, ut ipſi non ſolvant tributum ex ſuis rebus, non verò ut alii non ſolvant tributum ex rebus, quæ empta, aut permutatione ad ad ipſos ſunt perventura eſto per accidens, ſequatur quod carius ob ea tributa ipſos perveniant*, Henriquez *in ſumma lib.* 10 *c.* 15 *in gloſſa lit. V* Rodriguez *in ſumma tom.* 5. *cap.* 166. *num.* 7. idem *quæſt regular. tom.* 3. *c.* 74 *art.* 7. Laſarte *de decima vend. cap* 19. *n.* 10. Mexia *in pragm. taxæ concluſ.* 5. *num.* 39. & quæ dico *infra quæſt.* 47. *ad finem & quæſt* 48. & in terminis tenuis relatus ſuprà Thomas del Bene *d. dubio* 30. *ſect.* 3 *Corollar.* 3. *in fine n.* 2. dicens cavendum eſſe ut quando Eccleſiaſticus in fine anni ſit ſolutio nullam moleſtiam, nullum incommodum, nullumque intereſſe ſent ant mea conſequenda & quo alioquin in idem reinciderctur ſcilicet propter tale onus lædi immunitatem Eccleſiaſticam & libertatem.

Dices autem cum Rodriguez *in ſumm. tom.* 2. 24
cap. 75. *n.* 14. Ut nequeant Clerici conqueri, & juxta notata à *n.* 1. hujus quæſtionis eundo ad Macellum publicum civitatis ſeu tabernam pro vino ſolverent prædictam gabellam cum eſſet eis liberum non ire, aut mittere famulos, eundo inquam ad emendum panem, vinum carnem, ſeu alia victualia tributaria *alas. officinas, tabernillas, carniçarias ſujas deputadas particular mente para los Clericos*, ubi commode eas res habere valeant.
† Sed reſpondeo Rodriguez non loqui de caſu 26
noſtro, juxta prædictam ſchedulam Regiam, ſed de primò, nempe quando Rex curaret exibere tributum à laicis, & Clerici ſe mixturando irent pro illis rebus ad publica civitatis officina babendo alia ſibi ſpec aliter deputata, ſic idem auctor ibi concludit, ut ubi prædicta officina commodè, ſicut in multis oppidis accidit haberi, pro Clericis, non portent ſe tunc ſuſpicari admodum de illis contributionibus ſuper pane, vino, carne, & aliis reſpectu Eccleſiaſticorum
ſed qui Rex in prædicta Regia ſchedula præci- 26
pit, ut Macellum ſpeciale pro Clericis de novo non inſtituatur, aut erigatur ſeparatum à publico pro civilibus omnibus in locis, ubi ab antiquo, & antea illud non eſt; quæritur an hæc ſchedulæ clauſula, quantumvis ſub honeſto prætextu ſupra ponderato ad reſecandas fraudulentas uſurpationes laicorum ſub umbra Eccleſiaſticorum modo jam dicto ſit, an poſſit eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, cum auferat libertatem quærendi, ac perquirendi ab Eccleſiaſticis ſuavem, nec gravoſam viam emendi ſibi, familiæque ſuæ carnes, aliave eſui neceſſariæ. Quæ difficultas pendet ab illa; *an poſſint laici aperire tabernas, in quibus ſine onere vectigalis confluere poſſint Clerici & ab illa, an liceat capitulo canonicorum habere Macellum carnium*: de quibus *q.* 15. 3. & videtur 27
quod non ex adductis verſ. *ad ſecundam*, quod exiſtimo

exiſtimo verum ob evitandas fraudes prædictas in Regia vectigal, & io caſu de quo loquimur juxta tenorem prædictæ ſchedulæ; ſecus quando Prioceps nollet date ſatisfactionem Clericis quotannis, relinquendo illos in ſua libertate quærendi victualia, aliunde; nam tunc cum forte plures Eccleſiaſtici neceſſitarentur ire ad publicum Macellum, eo quod non eſſet illis commodum aliunde victualia afferre, & per conſequens Rex congeret illos ad contribuendum cum laicis in eadem collecta, quod non eſt ferendum ſine conſenſu Pontificio, aut Epiſcopi, & Clerici modo jam *ſupra q.* 12. dicto in verſ. *ſequenti.*

28 Ad tertiam quæſtionis partem an conſentiente Epiſcopo, & Clero ſine licentia Pontificis rectè, & abſque ſcrupulo aſſentiri valeant Eccleſiaſtici contributioni, & collectæ. Et in hoc dubio diſtinguendum eſt, nam ſi loquimur juxta tenorem prædictæ ſchedulæ Regiæ ponderata in toto verſ. *ad ſecundam*, exiſtimo ſufficere conſenſum Epiſcopi, & Clerici eo quod Clerici, Eccleſiaſticævè perſonæ non gravantur contributione, cum in fine anni, dimidii, aut cujuslibet menſis reddatur ad æqualitatem pecunia ab illis data correſpondens gabellæ ſive collectæ. Et quia tunc in illo caſu, ut jam eſt dictum, non gravatur Clericorum immunitas, nec in minimo, attentâ læſione, quam pateretur Regia col-
29 lecta in fraudem patrimonii ipſius Regis. † Quod ſi loquimur cum intendit Rex ut ad collectam ex cauſa publica, & communi, ac tam Eccleſiaſticis, quàm laicis neceſſaria, etiam Eccleſiæ, Eccleſiaſticævè perſonæ, & Clerus teneantur contribuere, iterum diſtinguo quod quoties quit recurſus haberi ad Sanctum Pontificem Romanum abſque periculo gravis damni in mora, & retardatione, ut latè ſub *quæſt.* 12 adduxi, veluti cum inſtat invaſio hoſtium in civitatem, ſeu in aliis ſimilibus caſibus, tunc ſemper ſit neceſſarius conſenſus Pontificius, & illius breve ſpeciale, ut Clerici teneantur contribuère, aliàs inquam Rex, Princeps, Rectores, Magiſtratus, & alii quilibet exactores, & impoſitores tributi, & gabellæ incident in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini §. 18. & in aliis Juris, quarum abſolutio nonniſi à Pontifice condo-
30 natur. † Verum ſi periculum inſtat modo dicto ſub *dicta q.* 12. tunc exiſtimo iterum diſtinguendum: nam ſi v. g. collecta impoſita eſt pro una vice, & ſine temporis continuatione, tantùm duratura, in quantum inſtat periculum, & damnum breviſſimè reparandum, tunc ſufficiat ſolus conſenſus Epiſcopi, & Cleri. Tamen ſi periculum damni ceſſat parumper, aut mitigatur, & collecta ſucceſſivis diebus, aut annis continuetur exigi: tunc licet à principio ſolus conſenſus Epiſcopi, & Clerici ſufficiat, non inquam ex poſt facto; nam tunc debet expoſci à Pontifice conſenſus, etſi denegetur, erit collecta gravoſa Clericis, & contra immunitatem Eccleſiaſticam, ut etiam ibi dixi *dicta q.* 12. *& q.* 11.

31 Et confirmatur, nam cum per Bullas Clem. 8. & Urban VIII. ibi relatas, tam pro reparando flumine Arneo, quàm pro repritanda peſte Panormitana collecta eſſet impoſita ſuper vino in introitu portæ civitatis, ſimiléque etiam breve conceſſiſſet idem Urban VIII. pro Ducatu die 10. Maii 1624. & ante illum pro Etruria Gregor. XV. die 23. Februar. 1622. Clericique per aliquot annos eſſent incluſi in dicta collecta poſita ſupra vino in introitu civitatis, & ſi in illo principio ſufficeret conſenſus Epiſcopi, & Cleri, quia propter periculum inſtans, eſt præſumpta Pontificiis voluntas ad obligandum Clericos pro illa contributione communi: ſed docent Suarez *l.* 4. *de immunit. cap.* 25. *n* 17. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *in puncto* 9. *n.* 7. Diana *p* 5. *tr.* 1. *res.* 11. *parum poſt princip.* ut debeant maximopere advertere Principes laici, & ſimul Epiſcopi, quod prædicta, & alia quælibet neceſſitas, ut imponantur gabella inconſulto Pontifice, poteſt contingere in exactione, quæ ad unum actum, vel ad breve tempus ſit: nam ſi longiori tempore ſit duratura, licet in caſu neceſſitatis, poſſit inchoari inconſulto Pontifice; ſed ut longiori tempore protrahatur, tunc neceſſario erit conſulendus, ſicque poſſe contingere ad imponendum tributum non poſſe conſenſum Pontificis poſtulari, ſtante urgente neceſſitate, & ad illius continuationem, cum id fieri poteſt, omnino ſit conſulendus: ita ille quod eſt verum quomodo lucem accipiunt *dicta p.* 14. & in aliis item *q.* 39. 47. *&* 48.

Ad quartam quæſtionis partem, quid ſi Clero alicujus civitatis renitente Epiſcopus, aut Prælatus Superior præciperet quod Clerici ſic contribuerent. Et breviter reſpondeo in hoc eventu, ut poſſit Epiſcopus, aut quilibet Judex Eccleſiaſticus Superior compellere Eccleſiaſticos, aut totum Clerum renitentem quibuſcumque remediis Juris contra Eccleſiaſticos Jure canonico ſtabilitis, pignorum ſcilicet, ſequeſtrationis bonorum, & fructuum, itémque ſi opus ſit cenſuris Eccleſiaſticis excommunicatione, ſi perſonæ ſingulares reniteant, ſive ſuſpenſione, ac interdicto Eccleſiaſtico, ſi ſit communitas, quod eſt verum. 32

Dubium tamen eſt de diligentia, quam debet facere Epiſcopus, ejuſve Vicarius, ante quam ad compellendos Clericos accedent. Et reſpondeo breviter Dominos Epiſcopos non debere ſtatim licentias executioni mandare, niſi prius viſis videndis, quia in brevibus licentiis, & Bullis Pontificiis ad prædictas contributiones per Eccleſiaſticos faciendas ſolent poni hæc verba *ſtantibus præmiſſis, conſtito tibi de narratis &c.* aut alia; quæ quidem, & ſimilia verba, ut advertunt Marchinus *de peſte p.* 4. *cap.* 4. *n.* 29. Diana *p.* 5. *tract.* 1. *res.* 11. *in fine*, videntur requiri aliquam cognitionem judicialem narratorum. Et ſi in dictis Bullis dicatur *Vocato Clero &c.* videbitur tunc etiam dicendum, ut obſervant prædicti, non ſolùm habent eſſe narratorum judicialem cognitionem, ſed etiam habandam eſſe, audita parte, nempe Clerico, & aliis, de quorum intereſſe agitur. 33

Ad quintam quæſtionis partem, an ſi Epiſcopi, ſeu alii Eccleſiæ Prælati negligentes fuerint in compellendo Eccleſiaſticos, queant tunc Judices laici eos compellere aſſumendo, ſequeſtrando aliqua eorum bona. Et repetitis hic quæ latiſſimè dico *infra in cap. qualiter & quando* 17. *de jud.* quid Judex Eccleſiaſticus queat facere ex negligentia laici, an è contra laicus Judex ex negligentia Eccleſiaſtici; de cujus incapacitate ibi dixi, quæ auferri non poteſt, niſi à Pontifice. Jam nunc ad difficultatem reſpondeo in nullo eventu poſſe Judices laicos compellere, aut vexare Eccleſiaſticos, eorumque bona capere ad perſolvendas collectas Regi debitas, ejuſque collectariis, ſeu adminiſtratoribus, quantumvis Eccleſiaſtici eas ſolvere teneantur, quia ut bene notat Suarez 34

contra Regem Angliæ lib. 4. *cap.* 24. *n* 11. bona
ſemper adhærent perſonæ ipſius Clerici: ideo-
que tunc cenſeatur perſona perfectè & integrè
exempta, quando etiam ejus bona exempta
35 ſunt. † Nec facere ad rem quod bona Cleric-
rum ſint temporalia, & quod reſpiciant Cleri-
cum, non ut Clericum, ſed Dominum tem-
poralem, vel civem, quia ille non tantùm exem-
ptus eſt ut Clericus ſed etiam ut civis, & ſim-
pliciter ejus perſona, & conſequenter etiam ea,
quæ illi acceſſoria ſunt, Diana *p.* 1. *tract.* 1. *ſub.*
res 41. & comprobatur ex textu *in cap. Unico de*
Clericis Conjugatis lib. 6. Ubi ſtatuitur quod per-
ſona Clerici, non poſſit in rebus moleſtari, ne
per unam viam Concedatur, quod per aliam
denegatur: ſic docent Communiter Doctores,
quos retuli à *quæſt.* 1. de quo puncto amplè *infra*
q. 14. *in fine*.

36 Unde quamvis Mexia *in pragmatica taxæ pa-
nis conſ.* 5 *n* 64. Zenedus *in collect. ad decretum
collect.* 153. *n.* 2. *ad finem*. Joannes Gutierrez *in
tract. degabellis q.* 92. *n.* 48. & alii, quorum me-
minit Quinones *in tract. de locuſtis cap.* 4 *n* 67.
Narbona *in l.* 57. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopil. n.* 29. & 30.
dicant quod ſi poſtquam Epiſcopus, ſeu Judices
Eccleſiaſtici requiſiti à laicis Judicibus, nolue-
rint, aut negligant Eccleſiaſticos ſub ad con-
tribuendum compellere pro colligenda, ſeu ex-
torquenda locuſta: tunc ſi interim à locuſtis fru-
ctus deſtruerentur licere ſæculari judici bona
Eccleſiaſticorum capere, & vendere, & reda-
ctam ex eorum venditione pecuniam in locuſta-
rum exterminium expendere, tamen non ſunt
37 admittendi. † Et eodem modo; nec debet ad-
mitti doctrina Hieronimi de Zevallos *in tract.
de cognitione per viam violentiæ q.* 64. *n.* 20. di-
centis Eccleſiaſticum Judicem vim inferre ſæcu-
lares judices inhibendo ne perſonas Eccleſiaſti-
cas ad contribuendum pro locuſtarum occiſione
compellant.

38 Nec obſtant Laſarte *de gabellis cap* 19. *n.* 84.
Mexia *dicta concluſ.* 5. *n.* 3. Salgadus *de protect. Re-
gia p.* 2. *cap.* 14. *n.* 100. *tom.* 2. Ramirez *in tract. de
lege Regia* § 27. *n.* 12. & alii dicentes non poſſe
judices laicos punire Clericos in perſona, ſed
poſſe in eorum bonis, quia ut late dico *infra in
textu noſtro* eo ipſo quod perſona Clerici exem-
pta eſt a laicali juriſdictione, ut dixi latiſſimè
in tit. de judiciis, & foro comp. ita & eorum bo-
39 na ſunt exempta ex Suarez & aliis *ſupra*. † Et
ob id non eſt cur audiatur Coriolanus *in Bulla
cœnæ excommunic.* 16 *fol.* 495. Ubi ait poſſe Cle-
ricos coram judice ſæculari conveniri in cenſi-
bus, & tributis, quia eorum bona, & res affe-
ctatæ videntur, & aliqui juriſconſulti admit-
tunt etiam hanc ſententiam, dummodo judex
laicus procedat contra bona: & non contra per-
ſonam Clerici, quia potius debet dici quod
quando Clerici nolunt ſolvere collectam, ſeu
aliam contributionem, quam tenetur ſolvere,
ut tunc judices Eccleſiaſtici ſint, qui propriè
nolentes Eccleſiaſticos, debeant compellere ad
ſolvendum Collectam & non ſæculares, ut do-
cent Anguianus *in tract. de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *con-
tr.* 15. *à n.* 3. Caſpar Hurtado *dict. fol* 12. Bar-
thol. à ſancto Fauſto *in ſpeculo confeſſ. diſp.* 33.
q 21.

40 Nec deſtruitur hæc doctrina eo quod replices
poſſe judicem laicum punire Clericum, non qui-
dem in perſona, ſed bonis, ſi falſum depo-
ſuerit coram eo, ut dicunt Angelus *in l. quoties
in fine, quod de judiciis* Federicus de Senis *conſ.*
88. Lancelotus *de attentatis p.* 2. *cap.* 15. *n.* 97.
Aufrerius *in repetit. Clem.* 2. *de officio ordin. n.* 81.
Guilliem. Benedict. *in cap. Raynucius* Verſ. *&
Uxorem deciſ.* 12. *n.* 142. Caſaneus *in Conſuetud.
Burgundiæ Rub.* 1. *§.* 5. *n.* 82. Franc. Marc. *deciſ.*
215. *n.* 1. *p.* 1. † Imò, & aliqui alii Doctores 41
juriſtæ dicunt in tali caſu ſupradictum Cleri-
cum non ſolùm in bonis, ſed etiam in perſona
à judice illo puniri poſſe. † Tamen præterquam 42
quod latè horum ſententia deſtruitur ex his, quæ
dixi ſub. *cap. at ſi Clerici* 4. *de judiciis*, & alibi
in terminis falſam dicunt, & ut talem repro-
bant Marta *de juriſdictione* cum multis *p.* 4. *cent.*
2. *caſu* 138. *n.* 9. *in fine* Decianus *in tract. crimi-
nal. lib.* 4. *cap* 9 *n* 22. Afflictis *deciſ.* 135. Farinac.
tit. *de inquiſit q* 8. *n.* 26. Faquin. *lib* 9. *controvers.
cap.* 13. Surdus *conſ.* 396. *n.* 27. *& alii.*

Nec valet dicere in propoſito noſtri dubii, 43
quod adeſt conſuetudo in contrarium, quia reſ-
pondetur dictam conſuetudinem juxta quæ dico
infra in cap. fin. de conſuet. eſt corruptela, &
& reprobata per canones, ut etiam comproba-
bis ex his, quæ latè dixi *in cap.* 8 *de judiciis, &
alibi*. † Et licet in tali caſu laicus non exerceat 44
Juriſdictionem in perſonam Clerici, ſed ſolùm
in rem temporalem ejus; tamen quando onus
eſt perſonale, quod ſolvitur ex rebus, ut potè
collecta, tributum, & alia ſimilia onera, tunc
quod ſolvitur ex rebus, eſt ratione perſonæ: &
ſic evenire ea jam dictis ut ſicut Clerici perſona
eſt privilegiata; ita etiam, & res Clerici ſit pri-
vilegiata, quia onus imponitur ratione perſonæ:
alia dico *infra* ſub. verſ. *ad ſextam*.

Itaque conſideratâ laicæ poteſtatis incapaci- 45
tate in Clericos, eorumque bona, punctum
difficultatis reſolvendo; concludo ut ſi Epiſcopus,
ejuſve Vicarius ſint negligentes in compellendo
Eccleſiaſticos ſolvere gabellam juſtè ab eis debi-
tam, ſit recurrendum ad Metropolitanum, ſeu
ad Nuncium Pontificium, ultimoque ad Papam.
Nec enim eſt credibile quod omnes prædicti ſu-
periores ſint negligentes; imò ſi eorum aliquis
vellet compellere gradatim, exiſtimo potius
Judicandum pro in juſtitia tributi, quam pote-
runt replicare Clericus, Epiſcopus, & alii execu-
tores brevis Apoſtolici, donec iterum Pontifex
conſulatur. † Quod ſi tam aperta ſit neceſſitas, 46
& cauſa publica bonaque Reipublicæ ſive civi-
jum laicorum ſint exhauſta, adhucque Clerus
contradiceret, nec Epiſcopus vellet compellere,
eſſetque periculum in mora, juxta jam ponde-
rata, ut ex recurſu ad Metropolitanum, ſive
Nuncium, aut Papam, damnum ingens ſuper-
veniret, in tali eventu, exiſtimarem poſſe lai-
cum Rectorem bona Eccleſiaſticorum obligare
ad contributionem ſed quando caſus iſte poſſit
eſſe poſſibilis in practica prudentes excogitant,
præcipuè ſi conſideres, quod ſi præceſſit ad con-
tribuendum Pontificis breve, aut Bulla in illiſque
mandantur ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis
prælatis, ut ad debitam executionem dirigant:
ex eo nequibunt ſe excuſare. † Et his omnibus 47
ego addo ex doctrina Gutierrez *de gabellis q.* 92.
n 65. & ex jam relata Bulla Urban. 8. conceſſa
pro ducatu Mediolanenſi ibi *Volumus autem*,
Diana *dicta p.* 5. *tract.* 1. *res* 11. *in fine*, quod exa-
ctio contributionis in dictis caſibus per Eccle-
ſiaſticos perſolvendæ ſit efficienda per perſonas
Eccleſiaſticas

Eccleſiaſticas tantùm ab Epiſcopia deputatas & huic dicto adjunges quæ dixi *infrà ſub. q. 39. à n. 23.* de dubio an *belli oppreſſione queant Reges aſſumere ab Eccleſiis aurea & argentea* aliquid *ſub.q.45.n.20.* Verſ. *itaque.*

48 Ad ſextam quæſtionis partem quando V. G. dicitur ut collecta Clericis imponatur, neceſſarium eſſe conſenſum Epiſcopi, & Cleri poteſt in dubium Venire: quid ſub nomine Cleri intelligatur; in quo dubio Barboſa *in collect. ad Jus. canon tom. 2. lib. 3. tit. 49. de immunit Eccleſ. cap. 4. n. 1.* Bellet. *in diſquiſit Eccleſiaſt. p. 1. tit. de exempt. Clericorum, & eorum bonis* §. *2. n. 5.* Megala *in p. 2. lib. 2. cap. 17. q. 6. n. 124.* Bonacina *in Bulla cœnæ diſp. 1. q. 19. puncto. 3.* §. *3. n. 16.* & Marchinus *de peſte p. 4. n. 11.* dicunt ſub nomine *Cleri*, non eſſe intelligendum ſolum capitulum Cathedralis Eccleſiæ ſed Clerum totius Diœceſis, vel ſaltem alia capitula ejuſdem Urbis, ſi in illa adſunt, & vicarios foraneos: & ſic non ſolùm intelligi Epiſcopum cum capitulo ſuo Cathedralis, Vocarique debet alia capitula ejuſdem Urbis, & ex Diœceſi ſaltim Vicarios foraneos, Uti in facti contingentia practicatum fuiſſe Navarræ anno 1624. item & Mediolani, dum Eccleſiaſtici ad muni iones Urbis Novarii, & aliorum locorum Mediolanenſis Diœcæſis, ex decreto Urbani VIII. e gerentur, dicit Marchinus *ſupra*, & Diana *dict. p. 5. tract. 1. reſ. 11.* ſub Verſ. *quæro ſecundo.*

49 Et confirmatur quia quando neceſſitas publica concernit de directo, & principaliter æque utilitatem Eccleſiaſticorum, & laicorum: tunc debent Eccleſiaſtici contribuere, non tamen ad liberationem ſolius populi, ſed Oportet quod Clerus, & populus ſimul conveniant, & deliberent, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari (quod intelliges modo jam dicto
50 *q. 12. & ſupra* in Verſ. *ad quintam.*) † Et ſi in tali caſu ſine legitima cauſa nollet Clerus conſentire, poſſent laici implorare auxilium Superioris Eccleſiaſtici, ut compellat Clericos, ſalon *in 2. 2. tom. 2. q. 78. art. 5. contr. 1.* Azor *p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 11.* Petrus de Ledeſma *in ſumma tom. 2. tract. 7. cap. 2. concluſ. 7.* Joannes de la Cruz *in director conſcientiæ p. 7. cap. 7. q. 7. art. 3. dubio 2. concluſ. 1.* Barboſa *in dicto cap. 4. de immunitate dict. n. 7. in fine* Videndus in toto illo numero.

51 Unde in praxi exiſtimo non eſſe audiendum Suarez *de immunit lib. 4. dicto. c. 16. n. 16.* Caſtrum Palaum *tom. 2. tract. 12. diſp. Unica puncto. 9. n. 8.* dicentes ſub nomine *Cleri*, ſæpius intelligi capitulum Cathedralis Eccleſiæ cui regulariter à toto Clero commiſſa eſt poteſtas decidendi negotia, quæ ad totum Clerum pertinent. Et ſic video practicari frequenter in rebus ſubſidii, & excuſatis; item quando fit convocatio Eccleſiarum Matriti ad tractanda negotia circa collectas, ſeu donativa, ſolet nominari ex qualibet Eccleſia Cathedrali Utriuſque Caſtellæ, & Regni legum Unus Præbendatus, Dignitas, ſive Canonicus electus à majori parte votantium qui nomine totius Cleri illius Diœceſis mittitur, ita ut quod à majori parte Votorum, qui in Curia Regis, Vulgò *en la congregation* reſolvitur, damnet, aut proficiat omni Clero cujuslibet Epiſ-
52 copatus. † Sed quidquid ſit in his caſibus, tamen in praxi dubii, de quo loquimur exiſtimo non eſſe amplectendam doctrinam Suarez, & Palai, maximè quia contra illam ſtat Sacra Rota Romana *in una hodienſis gabellæ die 19. martii* 1604. Coram Anebaten, quæ habetur *in deciſ. novis*, Farin. *tomo. 1. deciſ. 72. n. 2.* & apud Poſthumas ejuſdem *tom. 2. deciſ. 42. n. 7.* Ubi ſic aſſerit *quarto requiritur, quod ad hujuſmodi onus imponendum vocetur, & conſentiat Clerus, nec ſufficeret Epiſcopus cum capitulo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet;* ſic illa deciſio Rotæ ea regula textus *in cap. omnes ſupra hoc tit. cap. quod omnes de reg. Juris & ex textu in cap. adverſus de immunit. Eccleſiar. in Verbis* ibi *Verum quando forte Epiſcopus ſimul cum clericis.* Ubi *n. 2.* Barboſa cum multis explicat per illum textum innovatum eſſe diſpoſitionem textus *in cap. 4. illo tit. de immunitate Eccleſiarum*, ſublatamque eſſe facultatem imponendi collectas, & onera de conſenſu Epiſcopi, & Cleri, niſi quando laicorum facultates non ſuppeterent, ſic cum Borrello *conſ. 4. n. 32.* Marta *de Juriſdictione p. 4. cent. 1. caſu 1. n. 52.* Deciano, Molina, Belletto, Carolo de Grall. & Suarez; Sed qualiter in praxi, dixi Uberius ſub *dicta q. 12.* † Et ſecundùm hæc debent intelligi 53
quæ noviſſimè ſcripſit D. Tapia Archiepiſc. Hiſpalens. cum Suarez, Marchino, & aliis *p. 1. lib. 4. de legibus q. 11. art. 22.* licet concludat *n. 4.* quod non præſtantibus conſenſum Epiſcopo & Clero, & non compellente eos Judice Eccleſiaſtico, laicus Judex poſſit occupare bona Clericorum: addit autem *ibi n. 5. fin.* hunc caſum eſſe rarum de quo *infrà* dico ſub *quæſtione* 14. & jam proximè ſupra *à n. 45.* Et de hoc dubio quid intelligatur nomine Cleri qui cum epiſcopo conſenſum præſtare debeat Thomas del-Bene *de immunit p. 1. cap. 5. dubit 19.* Cum Marchino, Bonacina, Magalo, Belleto, Barboſa, Et aliis intelligendus ut hic.

Ad ſeptimam quæſtionis partem an ſi aliqua 54
Reſpublica propter aliquam Juſtam cauſam augeret tantillum pretium carnis, Vini, & olei &c. Ut illud plus convertatur in cauſam propter quam &c. non in gravamen Clericorum principaliter faciens, ſed generaliter in gravamen omnium, incurrat excommunicationem Bullæ cœnæ Domini, ſi talem gabellam à Clericis exigant Princeps, aut Reſpublica. Et videtur ut non incurrant ex ea ratione, quia ea juſta cauſa gabella poſita V. G. in communem Clericorum, & laicorum utilitatem, non videtur contrà immunitatem ex multis jam *ſupra* adductis. † De- 55
inde quia ut ait Malderus *n. 2. 2. tract. 5. cap. 6. dubio 11.* in fine licita eſt contributio laicia impoſita, quando in valde modicum gravat Clerum, & ipſe Clerus ſine magna moleſtia eximi non poteſt, ut pote ſi gravamen Vino ſit impoſitum, quod ea communi laici taberna accipere velint: ſic docent Angelus Verbo *immunitas n. 42.* Silveſter *eodem Verb. 1. q. 6 n. 12.* Corolanus *in Bulla cœna excommunic. 13. fol. 449.* Lopez *in inſtruct. p. 2. cap. 40. fol. 127.* Henriquez *lib. 5. ſumm. cap. 15. n. 5.* & ex Juris peritis Paulus de Caſtro *lib. 2. conſ. 323.* ſic tenens; & Videndi ſunt Aſtenſis *in ſumma lib. 3. tit. 30. art. 4.* Ricardus *quodlibeto. 2. q. 30* Roſello Verbo *pedagium n. 17.* & ex his videtur in modum confirmari decta *ſupra* in Verſ. *ad ſecundam* pro praxi ſchedulæ Regiæ, de qua ibi dictum eſt.

Verùm in caſu hujus dubii exiſtimo dicendum 56
talem impoſitionem quo ad Clericos, quantumvis Princeps, aut Reſpublica; non inten-

det

deret illos gravare, eſſe illicitam; ita ut ſic, & taliter facientes incidant in cenſuram Bullæ cœnæ quia in hac Bulla non ſolùm excommunicantur qui directè imponunt gabellas Clericis, ſed etiam indirectè: ſix ex multis adductis à *quæſt.* 1. & *q.* 12. & in hac in Verſ. *ad primam*, quia ex quo aliquod gravamen, etiam incidentet ſentire poſſint contribuendo ſine ſpe recuperandi, excommunicantur imponentes, ſi non accedat Clericorum conſenſus, Juxta modum *ſupra* ſcriptum.

57 Nec valet dicere quod talis gabella non ſit poſita principaliter in gravamen Clericorum, ſed generaliter in gravamen omnium, quia ita ſecundario indirectè Clerici, & Eccleſiaſtici gravantur quos indirectè, ut dictum eſt per dict. Bullam gravare prohibitum eſt: ſic ex multis aliis rationibus doctè docent noſtram hanc ſententiam Diana *dicta p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 45. Megala *p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6. *n.* 107. Alterius *to-*
58 *mo.* 1. *diſp.* 19. *lib.* 5. *col.* 2. *folio* 740. † Et licet Henriquez ſalvare velit ſupra Clericos à dicta contributione obligando laicos ut aliam tabernam pro clericis conſtituant tamen Ut *infrà* dicam *q.* 14. non erit ſine difficultate, cum habeant Eccleſiaſtici Jus eundi ad emendum victualia ubilibet abſque gabella.

59 Ad ultimam quæſtionis partem videbis *infrà q.* 17. Verſ. *ad quartam*; ſed quia poſt infinitos abundantiſſimè, & noviſſimè D. Joannes de Solorzano *in ſuis emblemis emblema* 40. agit contra Principes, qui ſacra convaſant: Ubi narrat plures caſus infortunatos Principum malè, & propriâ authoritate res Eccleſiæ convaſantium Juſtâ Divinâ ultione punitorum, & *emblema* 82. Ubi tributa qualiter ponenda: & *emblema* 83. in Principes inſueta tributa imponentes; & *emblema* 84. in crudeles exactores; & *emblema* 85. Ubi Regum verus theſaurus; & *emblema* 86. *fluunt*, & *refluunt*, Ubi de moderamine in imponendis tributis, non ſolùm à gentilitio tempore, item, & ſacra ſcriptum, & à tempore inter fideles antiquo, ſede etiam moderniori jure, & litteris exornat, non alia ad hoc ad alia conducibilia videbis *infrà q.* 39. *Et* 46. *à n.* 1.

QUÆSTIO XIV.

An Clerici ſic lege naturæ teneantur ad contributionem, ut membra Reipublicæ ſicut æterni concives laici. Et an exempla ex ſacris litteris aut ex aliis factis Regum, poſſint Juſtificare ut ſacerdotes Evangelici, & Eccleſiæ, teneantur ad contributionem ſine licentia Papæ, aut Epiſcopi in caſu nimis urgenti & an poteſtas exquendi tributorum ſolutionem poſſit reſidere in Principe ea imponente. Et an eſto quod Eccleſiaſticæ perſonæ non teneantur contribuere de propriis fructibus Beneficiorum, aut de patrimonialibus; teneantur verò de illis venditis per eos, qui ratione tributi laicis impoſiti pluris valent. & ex ea cauſa lucrum reportant. Et an Reges poſſint aliqua lege obligare Eccleſiaſticos, ut regiſtrationem faciant coram Eccleſiaſtico, & laico judice, aut ſolùm coram laico, ut ex vino, pane, ſeu aliis ſpeciebus tributariis venditis ſolvatur Regi gabella. Ad aliquas quæſtiones videbis *infrà q.* 29. Verſ. *ad primam*, & Verſ. *ad ſecundam*. Et num ſit delationi ſolus per viam recurſus à ſententia gabellarum lata per Eccleſiaſticum ad Regia tribunalia.

SUMMARIUM.

1 *Poſt D. Andreas de Diana conciliarius Regii Patrimonii, & D. Antonius de Caſtro Fiſcus in commiſſione millionum fecerunt allegationes curantes teneri Eccleſiaſticos ad præſtationem tributi, vulgò ſiſſæ ſicut laici & numeris ſequentibus.*

Philippus. 2. *Rex Hiſpaniæ introduxit anno* 1590. *præſtationem millionum ob infelicem caſum belli adverſus Angelos in illa parte maris, in quavis Julius Caſar infeliciter egit*, dict. n. 1. *Et ad hæc tempora ſunt facta prorogationes, aut nova conceſſiones.*

2 *Contributio ſuper victualibus, & comeſtibilibus de jure licita non fuit; ſed jam aliter uſu recepta, cum in his ſpeciebus ſuavior appareat omnibus; ſervetur in hoc modo major æqualitas.* n. 3. & 4.

3 *Pauperes Reipublicæ ſolent habere familiam Copioſam, ſed divites ſplendidiorem ſumptus faciunt, ſolentque attenta charestiâ temporum majora ſalaria ſuis famulis, & aliis officialibus operariis* n. 4.

5 *Rex ſicut debet defendere, & protegere ſuos vaſallos; ita & vaſalli Regi contribuere omnia neceſſaria, ut etiam poſſit ſuam conſervare Dignitatem in honore* & n 6.

6 *Clericos in Hiſpania ſolviſſe collectas, ut laici ſolvebant temporibus ratio, liberataque fuiſſe in Caſtellæ concilio proviſiones contra judices Eccleſiaſticos, ut abſolverent Miniſtros exactores, refert D. D. Antonius de Caſtro* n. 8. & 9. *& ſic uſitatum, donec lege Regia diſpoſitum fuit, ut non exigeretur à Clericis,* dicto n. 9. *& in caſu impoſitæ ſiſſæ à Rege Philippo* 4. *anno* 1656. *Juſtius Clericos obligatos eſſe ad contribuendum in ea jure naturali, & Divino, ut* n. 10. 11. 12. 13. 14. & 15. *Ubi adducunt Caſtro, & Riaño fundamenta. Sed contra* à n. 16.

12 *Naturalibus juribus duobus concurrentibus, ſtatur potentiori; ſic ut inter res juris naturalis habeant prioritatem illæ, quæ ſpectant ad conſervationem vitæ; ſed ne tribuerentur Eccleſiaſtici potentius, ut* n. 23.

16 *D. Joannes Palafox Epiſcopus Oxomenſis dicto anno* 1655. *aliam allegationem fecit impugnando allegationes Riaño, & Caſtri, & aſſerens immunitatem à tributis naturali Divino, & omni poſitivo jure competere Eccleſiaſticis, latè loquens contra ſchedulam Regiam dicti anni relatam* q. 13.

17 *Tolletano Eccleſia mandata reſtitui pro millionibus*

lionibus ante ſolutis, tum en 14. quentos de maravedis contra Regios Miniſtros exactores, tum en Cinco quentos contra illam civitatem per conſilium Caſtellæ non obſtante contradictione fiſcalis, in effectu non potuit recuperare eam marapetinorum quantitatem.

18 Chriſtus interrogatus Mat. cap. 22. à Judæis, ſi licitum erat Cæſari tributum dari, reſpondit, Ut redderent Cæſari, quod eſſet Cæſaris: quo loco, & aliis videtur probari Clericos teneri ad tributa, ut n. 19. Sed Vide à n. 24

19 Principes Juxta quadam tempora, debent Eccleſiam dotare, & Eccleſia Juxta alia diverſa debet juvare Principes, & Reges egenos, ut comprobatur multis locis ſacræ ſcriptum.

20 D. Petrus ad imitationem Chriſti voluit ſolvere tributa Cæſari.

Ecceſiaſtici ſæpius in Regno noſtro, & Franciæ, Angliæ, & aliis in provinciis Compulſi fuerunt, ſicut laici ad contribuendum ſino aſſenſu Pontificis, brevique ejus Apoſtolico, ubi refertur, quod in ſeptem caſibus tenentur contribuere Eccleſiaſtici. Quid dicendum infrà à n.24.& 26.

21 Eccleſiaſtici à natura ipſa, & in ſimul de jure Divino, humano, Regio & ex aliis, ſunt immunes, & exempti à tributis, & à juriſdictione laica tam in perſonis, quam in bonis; & ſi tributa Regi debeantur à natura, ut ſub n.48. Vide laté q.17.à n,49.

Lib. 1. Regum cap. 22. ibi non habeo laicos panes ad manum, ſed tantùm panem ſanctum.

22 Tertiæ Reales omnium decimarum; item ſubſidium, & excuſatum, & quot provenit ex Bulla cruciata condonata ſunt quot annis à Pontificibus Regibus noſtris Hiſpanis; item ut Eccleſiaſtici brevibus Pontificiis ſolvant Regi alia, quibus ſunt nimis gravati, ut n. 23. & 57.

23 Clerici ſunt plus gravati gabellis, collectis, & pedagiis Regibus præſtandis, quam cæteri laici & n. 55.

24 Poteſtas exequendi tributorum ſolutionem contra Eccleſiaſticos, nequit reſidere in Principibus temporalibus. Quidquid contra ſcribant Riaño, & Caſtro: Ubi & à n. 25. reſpondetur locis ſacræ ſcripturæ relatis n 18.

25 Eſdræ cap 2. lib. 2. ex facto Neemas.

Sacerdotes ex facto Neemias Eſdræ lib. 2. c. 2. non compulſi, ſed ex voluntate donarunt pro Murorum reparatione, & portarum Hieruſalem, dict. n. 25.

26 Exempla plura relata à Riaño, & Caſtro, quibus patet ſine aſſenſu Pontificio Eccleſiaſticos in durſis Regnis contribuiſſe cum laicis; non obſtant, quia de facto, & non de jure procedunt ut n.27.

27 Reges antiqui Hiſpaniæ ante Philip. 2 ex quo excuſentur à non petita licencia Pontificium, ut Cerici, & Eccleſiæ contribuerent.

28 Eccleſiaſtici num contribuere teneantur de fructibus plus venditis o caſione tributi laicis impoſiti, quam aliàs venderentur, laté, diſcutitur ex dictis à n.29.

30 Exemptus nullus poteſt habere tabernam, aut Macellum, ubi minutatim vendat carnem, vinum, oleum, acetum, ſine licentia Juſticiæ ordinariæ, aut Adminiſtratoris millionum, niſi antea regiſtrationem fecerit ſuorum fructuum & numero 31. Ubi referuntur leges, & capitula quædam Regia loquentia de Clericis.

31 Philipi. IV. Regis noſtri ſchedula, quâ ſignificatur non eſſe ſuæ intentionis gravare Clericos & Eccleſias, loquitur de regiſtratione, quam debent facere, ut de bonis, ſeu fructibus ſuis venditis, exſolvant collectas, ſicut laici.

32 Furtum vocatur quidquid defraudatur in millionibus; imò & crimen læſæ Majeſtatis vocatur ea uſurpatio à nonnullis Doctoribus & n.38. Ubi bené probat Cardinalis Lugo aureis verbis.

33 Regiſtratio fieri debet per laicos judices, etiam de bonis, & fructibus Eccleſiaſticorum, ne fiat fraus de venditis, ſeu in ordinaté conſumptis, ut proban Riaño, & Caſtro à dicto n. 30 34. 35.& 36.

37 Contributiones juſtas tenentur omnes ſolvere, eo modo lex obligat in foro Conſcientiæ, etiam non petitas.

Confeſſarii debent populum exortare, & inclinare ad obediendum Principi mandanti ſolui tributa; & ut Reipublicæ pax, & obedientia, ac reverentia Principibus debita conſervetur. dict. n. 37.

Clerici ementes ab aliis venditoribus, etiam Clericis, non teneantur in octava parte retinenda à venditoribus compelli ad contribuendum, niſi adſtantibus, de quibus dixi in hoc textu q. 10.& 12.

40 Clerici ementes, ſi præcedat in contributione poſita Papæ licentia, tenentur Contribuere in millionibus ſuper vico, carne, & aliis ſpeciebus, ſicut laici. Et clerici vendentes in ſuis tabernis, habentur ut Depoſitarii octavæ partis correſpondentis tributo impoſito, ut Regi perſolvant integrè & n. 41.

41 Clerici Venditores vini, quod plus valet ratione tributi impoſiti, tenentur illud plus ſolvere Regi, ſicut laici, alias fraudatores dicentur. Et de Juſtificatione n 24. Ubi n 43.& 44. referuntur fundamenta D. Antonii De Caſtro, quibus conatur probare Clericos exemptos non eſſe à legibus civilibus, non repugnantibus canonibus ſed de veritate à numero 46.

44 Bellarmini verba referuntur, quibus videntur Clerici obnoxii legibus Politicis explicantur n. 48.

45 Schedula Regiæ referuntur, quibus videtur, ut laici cognoſcant de caſibus inter Clericos & n. 46.

47 Rex noſter, ejuſque Judices Juriſdictionem habent ad turbandos, & annullandos contractus ſimulatos, & ad facienda regiſtra, & rationes liquidandas.

48 Homines naturaliter emerent, ac venderent intra idem pretium, etiam ſi leges civiles non taxarent pretia.

Leges, quæ loquuntur circa tributa, & collectas, à natura ipſa lædunt libertatem, quâ homines in commune conſortium utuntur, habendo res communes acommodatiori pretio dict. n. 48.

49 Innocentii 10. referentur verba ſui brevis anni 1650. Ubi cavetur forma, quibus Clerici tenantur contribuere cum laicis in millionibus prorogatis.

50 Cle

50 *Clerici vendentes, & retinentes tributum ſolutum ab emptoribus, & ſi habeantur, ut ſpoliatores Regalium Jurium: ſed nullo modo, quantumvis tributum ſit ex juſta cauſa impoſitum, debent compelli ad ejus ſolutionem per exactores ſeu Miniſtros Regios, etſi aliàs peccent, & ad reſtitutionem teneantur* n. 51. & 52. *contra alios ibi ſub.* n. 47. & dict. n. 51. 53. 54 & 56.

54 *Clericorum ferè infinitus eſt numerus nullos fructus colligentium, cum nimis egeni ſint; ei ſic evenire, ut ſoleant eſſe pauci reſpectu laicorum, qui habeant fructus tales, ut Rex in venditione defraudetur nimis, quod eſt contra querelantes in eos dicentes eſſe tributorum defraudatores. Regii Miniſtri compellentes, & exigentes a Clericis, incurrunt in cenſuram Bullæ cœnæ,* dict. numero 54.

55 *Clerus Hiſpaniæ tributat Regi dimidiam partem decimarum conſiſtentem in tertiis Realibus, & in Magiſteriis ordinum militarium. & in ſubſidio, & excuſato, & in aliis gratiis Pontificiis, quibus additur contributio millionum, quibus minutatim emendo, gravatur: imo gravantur Epiſcopi pluribus aliis ſumptibus Romæ ſolutis. Vide.* n. 23. & 24.

56 *Recurſus per viam violentiæ non datur de ſententia lata ab Eccleſiaſtico judice non obligante Eccleſiaſticos ad ſolvenda tributa, ſed eſt pro parte Principis recurrendum ad Papam.*

1 JUxta propoſitas difficultates video ut occaſione tributi modo impoſiti per late dicta *q.* 13. in his Caſtellæ, Regnis, Regnicoli, & Regii Miniſtri *Doct. D. Andres de Raiño* conſiliarius patrimonii, & commiſſionarius millionum, & licentiatus *D. Antonius de Caſtro* fiſcus Regius in eadem commiſſione millionum in Aula conſilii in duabus allegationibus Juris, latiſſime peroraverint pro juſtificatione illius tributi, item & omnium præcedentium millionum introductorum ab anno 1590. in iſtis Regnis; tunc temporis ob infelicem caſum Belli adversùs Anglos introducti à Philippo II. in illa parte, in qua bis Julius Cæſar infeliciter egit, ut ſcribit Onoſandro *lib.* 4. *de re militari cap.* 23. & 26. & Regnum congregatum in curiis per ſuos procuratores octo millionum præſtitit ſervitium primum huius generis impoſitum ſuper comeſtibilibus, ut teſtantur Bobadilla *in politica cap.* 18. *p.* 2. *n.* 296. Avendaños *in tract. de juſta impoſitione tributi propoſitione* 1. *fundam.* 7. *n.* 4. *p.* 27. ex tunc in his Regnis viſitata admodum per pro-
2 rogationes horum ſervitiorum. † Etiamſi per textum *in l. univerſi cod. de vectigalibus*, contributio ſuper comeſtilibus, & victualibus licita non fuerit, ut multi ſenſerunt; eo quod diſpoſitio illius legis contrario uſu., & imperio potuiſſet abrogari; aliavè Regiá diſpoſitione, juxta quæ dixi *ſupra in cap. tranſactio q. fin.* & ex eo etiam quia in iſtis ſpeciebus ſuavior eſt contributio omnibus concivibus, quàm in aliis ſpeciebus, ut notanter tenent Silveſter, Valentia, Navarrus, Turrianus, Diana D. Petrus Tapia Archiep. nunc Hiſpalenſis, Lazman, quos refert idem D. Anton. Caſtro, *art* 1. *ſua allegat n.* 10. cum Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 16. *n.* 1. & cum Vaſquez *tit. de reſtit. cap* 6. § 1. *dubio* 2. *n.* 30 Gaſpar Hurtado *de juſtitia, & Jure diſputatione* 14. *difficultate* 4. Sanchez *conſ. moral. lib.* 7. *cap* 4. *dubio* 45. † Item 3
eo quod in hoc contributionis modo ſervatur major æqualitas; nam quamvis aliqui pauperes officiales Reipublicæ ſoleant habere familiam copioſam; ſed divites Reipublicæ, ut in plurimum ſolent habere majores familias, & abundantiores, atque ſplendidiores ſumptus facere quotidianos. Ex attentá chareſtia illarum vendendarum ſpecierum in Macello publico ſolvunt Salaria majora ſuis famulis ſervitoribus, ut conſideravit Cardinalis Lugo *de juſtitia diſput.* 36. *ſect.* 2. *n.* 23. & 25. ibi *primo quia ſervatur æqualitas quantum ſervari poteſt, quia licet pauperes cogantur emere, plura tamen emunt divites, & nobiles una die propter majorem familiam, qua utuntur, quam pauperes emunt uno menſe, quia paucioribus contenti parcius vivunt.* † Et addit ut 4
licet divites non ſolvant aliquando immediatè tributum in illis rebus; ſentire tamen mediatè idem onus quia cum artifices, operarii, & alii majori pretio comparent ſibi victum propter tributa, quæ in illis rebus ſolvunt, carius ſuas operas divitibus locant, ut lucrum, & victum ſibi comparent: ita ille, & docent Malderus, Layman, Turrian, Sanchez, & Larrea *alleg.* 59. *n.* 23. & idem Caſtro *ſupra n.* 11. & ob id Molina *de juſtitia diſp.* 668. *num* 2. verſ. *ego verò*, & *diſp.* 669. *num.* 2. ait hanc formam contribuendi, non ſolùm eſſe introductam in Hiſpania; imò & in aliis pluribus provinciis; & ſic practicatum ſine quœrelis ſubditorum, qui nunquam viſi ſunt petiviſſe, ut collectæ ſic impoſitæ millionum imponerentur in aliis ſpeciebus.

His breviter ſuppoſitis conantur quoad pri- 5
mam partem quæſtionis dicti Miniſtri Regii fundare Caſtro *à n.* 16. *per totum integrum articulum*; & Riaño *à n.* 2. in verſ. *contrabeſe* iſte, quia inter Principem, & Vaſſallos ait talis ſit ſocietas, & reciproca obligatio, ut quemadmodum Rex debet defendere ſuos Vaſſallos, adminiſtrando eis juſtitiam, & devaſtando hoſtes, & inimicos, ut docent omnes per *auth. de quæſt. in princ. cap. illud* 10. *q.* 3. *cap. tributum.* 23. *q* 8. *cap. boni Principes* 92. *dict. l.* 2. *tit.* 10 *p.* 1. Lucas de Pena *in l. ſi coloni. cod. de agricolis*, & *cenſitis lib.* 10. Covarruo. *in pract cap.* 35. *n.* 3 Menchaca *controverſ illuſtr. cap.* 41 *n.* 26 Afflictis *deciſ.* 14. Graſal. Regal Franciæ *lib.* 2. *cap.* 7 † ita & Va- 6
ſalli ſubditi, & eorum metro Divino Jure, & naturali ſint obligati ad contribuendum Principi omne neceſſarium, ut poſſit protelare eos, & manutenere in pace; & ut Rex queat ſuam Regiam Dignitatem conſervare in honore, ut docent Doctores cum D. Thoma *in Epiſtola ad Roman.* 13. *lect.* 1. & *in* 2. 2. *q.* 102. *art.* 2. *ad* 3. Baldus *in l. ex hoc Jure n.* 63. *ff. de juſtitia*, Marquez *in gubern. Chriſtian. lib.* 1. *cap.* 16. & *cap.* 29. Sanchez *conſ. moral. lib.* 2. *cap* 14. *dub* 2. Leſſius, Paocirola, Menoch. Burgos de Paz, Azevedus, Lira Soto, Caiet. & alii, quos refert idem Riaño *ſupra n* 3. Navar. Otalora, Zevallos, Belluga, Bobadilla, Molina, Vaſquez, & alii, quos refert Larrea *allegatione* 59. *per totam*: & proſequitur latè Riaño multis fundamentis *ibi à n.* 4.

D. Antonius de Caſtro *in dict. ſua allegat. à* 6
n 16. probans ita æquè Vaſallos, tam Clericos, quàm laicos cauſa communis utilitatis, & publici boni,

boni, quæ multò minora erant io prima impoſi-
tione millionum relata anni 1540. quam ſunt, &
fuerunt à tempore, quo noſter Rex Philippus IV.
incepit regnare tunc temporis non fuiſſe habitum
pro neceſſario petere licentiam à Pontifice, & ut
ſuum breve præſtaret ad hoc ut Eccleſiaſticis con-
tribuerent eum laicis, & quod ſine illa ſacta ſuit
exactio indiſtinctè, tam ab Eccleſiaſticis, quam
à laicis, ut affirmat Bobadilla *dict. lib. 2. cap.* 18.
8 *n.* 196. † Ubi refert ut quamvis nonnulli Eccle-
ſiaſtici judices curarunt cenſuris liberare Clericos
à contributione, datæ ſuerunt in conſilio ſupre-
mo Regio proviſiones ordioariæ, ut laicos mini-
ſtros exactores abſolverent; & quod à tempori-
bus retro actis ſic aſſuetum ſuerit ax Caſtillo, &
Gutierrez, qui *q.* 92. *de gabellis n.* 3. primus dubita-
vit de honeſtate illius facti Regii quemadmodum
antea etiam à Clericis vectigal. vulgò alcavala exi-
gebatur, & ſolvebatur.
9 Quouſque à Regibus noſtris per *l.* 6. *&* 7. *tou.*
18. *lib.* 9. *recopil.* diſpoſitum ſuit ut non exigere-
tur à Clericis, uti affirmant Gregor. Lopez *in l.*
50. *tit.* 6. *p.* 1. *gloſſa* 1. Montalbus, & Remigius,
& ſic habitum à Gutierrez *dict. num.* 3. dicens bo-
die juſtius procedere, quia adeſt major publicæ
utilitatis, & urgentis neceſſitatis ratio per textum
in cap. aurum 12. *q.* 2. *de præſumpt.* ex S. Am-
broſio *ad D. Hieronym. in cap. Gloria eadem cauſa
Pontifices in cap.* 2. *cap.* 4. *cap.* 7. *de immunit. Ec-
cleſiar.* & longè per verba Ancharrani, Abba-
tis, & aliorum 81. authoribus ipſe Caſtro con-
firmat, & ex legibus 54. *tit.* 6. *p.* 1. *l.* 1. *tit.* 3.
lib. 1. *ordin.* Ubi Didacus Perez verbo *que ſon*
10 *para bien comun. l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil.* †
Et ex aliis factis uſque ad *num.* 23. fundans lato
calamo hanc obligationem, etiam comprehen-
dare, tam Clericos, quam laicos, tum Jure
naturali, tum etiam Divino comprobans ex locis
Sacræ Scripturæ *à num.* 23. Ut proſequutus
idem Riannо refert fundamenta plura ſcripturæ,
& ille conſiderat ad juſtificandam contributio-
nem calamitates, quas paterentur Eccleſiaſtici
uti uſquè Caſtellæ, ſi Rex noſter non ita vi-
gilaret ſuis exercitibus oppugnare gallos debel-
lantes in Cathalonia, & in confinibus Arago-
niæ, item & in partibus Portugaliæ, ponde-
rans illas, quas nunc patiuntur, & paſſi ſunt
Eccleſiaſtici Epiſcopatuum Pacenſis & aliorum,
quorum fructus multum deperierant propter
inimicorum invaſiones, ſicque contributionem
abſque conſenſu Pontificio optimo Jure in
Eccleſiaſticos currere cum ex cauſa urgente in-
ſtante, & æqua tam illis, quam laicis fuerit
impoſita.
11 Deinde fundantes prædicti conſiliarii Regii in
Jure naturali, & Divino neceſſitatem contri-
buendi, tam ab Eccleſiaſticis, quam à laicis, &
dicentes provenire à Jure oaturali, & Divino
à cauſa publica deſcendente, exiſtimant enim,
ut quantumvis Eccleſiaſticorum immuoitas in
non contribuendo, ſit etiam fundata io Jure Di-
vino, & naturali. Tamen quia prima contri-
buendi obligatio ſit Superior ob neceſſitates ur-
gentes, redundantes in commune bonum, tam
Eccleſiaſticorum, quàm laicorum debeat hæc
obligatio contribuendi, ſubveniendo publicis
neceſſitatibus omnium ſubditorum præferri al-
teri privilegio immunitatis, quæ tantùm vide-
tur competere Eccleſiis, Eccleſiaſticiſvè perſo-
nis Jure Divino, ſeu humano tantùm, ut multi

dixerunt, & ex hac cauſa diſputantes quæſtionem
illam. † an concurrentibus duobus juribus n . ra- 12
libus diverſis ſtetur potentiori juribus, & doctrinis
corroborantes, videlicet *ex cap. licet de regular. ibi*,
*cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi, cap. ſolitæ
de majorit. & obed.* & cum Cajetano, & aliis Ze-
vall. *in pract. q.* 739. *num.* 41. Sanchez plures cu-
mulans *in decalogo lib.* 1. *c.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 17.
Concilio Toletano 8. *cap.* 2. D. Gregorio *moral. c.*
40. *ex Ariſtotele lib.* 5. *ethicor. cap.* 6. quia ut ait
Cicero *pro Milone* Sanchez *ſupra c.* 11. *q.* 2. *n.* 12.
Reginald. *lib.* 13. *c.* 4. *ſect.* 2. *n.* 34. inter res ju-
ris oaturalis habere prioritatem illas, quæ ſpe-
ctant ad conſervationem vitæ propriæ. Et ſic cum
Suarez *de legibus lib.* 6. *c.* 8. *n.* 1. Caſſio *lib.* 2. *de
sfera civitatis cap.* 1. dicunt ut publica utilitas ſic
præferenda Eccleſiæ privilegio: & ex Divo Tho-
ma, & aliis relatis à Reginaldo *dicta ſect.* 2. ibi *or-
dine priorem eſſe hanc propoſitionem, amplectenda eſſe
de ſe neceſſaria ad conſervationem vitæ propriæ, &
avertenda contraria; & ubi adeſt periculum facien-
di contra unam, vel aliam legem licitum eſt ſervare
eam:, quam probabiliter judicatur eſſe graviorem:*
& hæc ita provenire non ex vitio legiſlatoris, ſed
ex natura rei, ut loquitur Ariſtotel. & cum eo
omnes Theologi ethicorum *lib* 1. Seneca *lib.* 2. *de
ira cap.* 20. Plutarchus *in apophteg.* Anguianus *de
legibus lib.* 4. *cap.* 21. cum infinitis, Aria Mon-
tan. *in reſponſ. Juris pro contrib. Eccleſ. à num.* 66.
Victoria *de poteſt Eccleſ. relectione* 1. *ſect.* 6. *n.* 10.
& relect. 4. *de poteſtate Papæ, & concilii, num.* 18.
propoſit. 2. *uſque ad* 4. idem Riaooo *in ſua allega-
tione num.* 48. reſolvens ut quamvis amittatur
quod Eccleſiæ immunitas aliquo pacto uriatur à
Jure naturæ ſeu Jus natorale ad illam inclinet;
ſed à fortiori fatendum ut ipſum Jus naturæ po-
tius reſpiciat ad conſervationem Religionis, &
Regnorum, quàm ad eximendos Eccleſiaſticos à
tributis.
Et iterum prædicti, præcipuè Rianno *num.* 13
234. nam Priocipum ſtatuta generalia, quæ
diriguntur ad meliorem populorum gubernatio-
nem, ſeu booum commuoe, & utilitatem,
tenentur obſervari ab Eccleſiaſticis in utroque
foro, fori &, poli, quia etſi canonicum Jus
præſtat Eccleſiaſticis exemptionem à juriſdictione
temporali, intelligitur reſpectu rerum ſpiritua-
lium, de quo latiſſimè dixi *in cap.* 2. *cum aliis
de judic.* & proprius *ibi in cap. novit. à q.* 1. ſed
non in illis, quæ diriguntur extra exercitium
clericale ad naturæ commodum ordinata, ſecun-
dùm rationem naturalem, & politicam, ut com-
muniter ſentiunt Doctores Theologi, qui exem-
plis probantes aſſignant illod de ſtatuto Principis
taxante pretia rerum, & prohibente illas extrahere
à Regno, ſeu de Regnis extraneis intrare in Re-
gnum, ut de primo præſuppoſito docent Calla *de
contrabandis n.* 10. ſequentibus verbis *civiles leges, &
generalia Principum ſtatuta, quæ de Clericis mentio-
nem non faciunt ad communem omnium utilitatem
edita etiam, Clericos ipſos comprehendere, cum &
ipſi legibus ad bene vivendum ordinatis, alligentur,
quia cives ſunt, & tales remanent, non obſtante Cle-
ricatu, & membra Reipublicæ nobiliora; & quam-
vis privilegiati, veniunt nihilominus civium appella-
tione, ex cap. cum nullus de temporibus ordinat,* &
dicuntur de diſtrictu temporali *c. fin. de officio
de leg. lib.* 6. & pars Reipublicæ Bald. *in l.* 1.
§. hujus ſtudii ff. de Juſtitia, & Jure. † Ex 14
quatenus communem utilitatem concernunt ad

eorum obſervantiam claro Jure, & ſine ulla difficultate tenentur, ut docent Lucas de Pena *in l. fin. cod. de exact. & trib. lib.* 10. *& in l.* 2. *cod. de quaſtionib. muneribus, vel præſtation. nemini liceat ſe excuſare l.* 10. *ubi* declarat quomodo, & quando procedat Dominic. Soto bene *in* 4. *ſentent. diſt.* 25. *q.* 25. *art.* 2. Sairus *de clavi Regia, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 16. Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *c.* 33. *dub.* 3. *n.* 24. cum aliis Zenedus *in practicis q.* 33. *n.* 3. Pereira *de manu Regia p.* 2. *lib.* 2. *tom.* 1. §. 19. *c.* 38. *n.* 28. *& cap.* 39. *n.* 6. Ubi plures adducit Morla *in emporio tit.* 2. *q.* 12. *in fine*, Zevallos *in pract. p.* 4. *q.* 899. *num.* 40. *ad* 44. Campanilus *in clem.* 1. *de vita, & honeſtate Clericor. n.* 333. Calixto Ramirez *de lege Regia* §. 27. *à n.* 10. *&* §. 26. *n.* 2. cum aliis Salcedus *de lege politica lib.* 1. *c.* 4. *n.* 33. *& ibi* §. 1. *n.* 28. *&* 31. Ripa *de remediis ad conſervandam ubertatem n.* 234. Navarrus *in manuali c.* 23. *n.* 88. Molina *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 31. *& alii*, ut Azeved. Avendannus, Mexia, Ignatius Lopez cum Federico de Senis, Card. Felin. Craveta, Burſato, & aliis.

15 Et de obligatione utriuſque fori D. Thom. *p.* 2. *q.* 96. & cum eo Theologi, & plures relati à Sperelo *deciſ.* 12. *n.* 2. Sairo *in Clavi Regia lib.* 3. *c.* 4. Cala *ſupra de comprobandis n.* 35. *&* 45. Tapia *de leg. lib.* 4. *q.* 11. *art.* 6. *&* 7. & cum Suarez, & multis aliis, & cum infinitis Caſtillo *tom.* 7. *cap.* 8. *à num.* 24. *& cap.* 9. *à num.* 22. Videndi Covarruv. *pract. cap.* 32. *num.* 2. Navarr. *in manuali cap.* 17. Victoria *de poteſtate Eccleſiæ in princ.* Cala cum aliis *ſupra n.* 23. *&* 42. & multis relatis, Duennas *in quaſt. ſing. moral. tractatu* 13. *ſing.* 2. *n.* 7. Cardinalis Lugo *tom.* 2. *diſp.* 26. *ſect.* 5. *dubio* 8. *num.* 77. Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 34. *num.* 6. Barboſa *in collect. ad textum noſtrum* cum multis *num.* 5. & cum aliis bene *de Parlam. dubit.* 4. *ſect.* 18. Anſaldus *de juriſdictione p.* 3. *cap.* 19. *à num.* 41. *ergo* ex his & aliis optimè videntur prædicti Regii allegatores ſententiam, ut Clerici teneantur contribuere, ſicut laici.

16 His inquam, & aliis non obſtantibus, nec nos negamus præfata, & alia fundamenta generalia, tum legis naturæ, tum divinæ, tum etiam humanæ, quibus fulcitur illorum doctrina; quod enim dicimus, eſt nempe, ut bona Eccleſiæ, ſeu Clericorum, fructus beneficiorum, & patrimonii, non ſint collectis tributis, pedagiis, & aliis Regiis exactionibus obligata, niſi juxta terminos, de quibus latè expoſui *ſupra à q.* 10. Ubi expendi ſcripturæ Sacræ loca, item, & Jura noſtra canonica *cap.* 2. 4. *&* 7. *de immunitate Eccleſiarum cum aliis* ubi ad ſaturitatem, & cum clara diſtinctione loquutus ſum, item & in aliis quæſtionibus ſubſequentibus, & ad ſaturitatem, etiam leges quæ noviſſime contra prædictos D. Andream Riauno, & D. Antonium de Caſtro ſcripſit ſuper illud Eſdræ *lib.* 1. *cap.* 7. ibi *vobis quoque notum facimus de univerſis Sacerdotibus, ut vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos* D. D. Palafox, & Mendoſa, Epiſcopus Oxomenſis dirigens juridicam, & politicam epiſtolam ad Regem noſtrum Catholiciſſimum Philippum IV. qui à littera B. probans ex locis Sacræ Scripturæ, conciliis, & decretis antiquis de Jure noſtro canonico, Jure civili, Regio, & brevibus ac Bullis Pontificiis immunitatem, à tributis competere Clericis, & Eccleſiis de Jure divino, & cum pluribus Doctoribus per totam litteram B. uſque ad C. quæ non repeto, cum ſatis ego dixerim, tum *ſupra ad q.* 10. & ex propoſito *infra q.* 15. verſ. *ad tertiam*, dum exigi de illa quæſtione *an Eccleſiaſticorum immunitas à collectis, & legibus laicis competat eadem, ac à juriſdictione de Jure Divino, ac humano.* † Qui Epiſcopus ab- 17
unde improbat exactionem à Clericis quoquomodo, tum hanc ultimam intentatam virtute Regiæ Schedulæ 19. Julii hujus anni 1656. qua aſſeret Rex ſatisfactionem in conſcientia, & juſtitia de omne id, quid à Clero ſit tributatum, tum quatuor fundamentis juridicis eo quod in canonico Jure ſunt ſtabilitæ cenſuræ itemque in Bulla cœnæ Domini *cap.* 18. cenſuris prohibetur qualiſcunque tributorum impoſitio, quæſito colore Clericis facta, dicens & illam ſatisfactionem oblatam non offerri liquidam, & claram, imò & fallacem eſſe adducens caſum Tolletanæ Eccleſiæ *num.* 33. quæ repetens à Rege contributiones aliquas millionum de annis retroactis, item à civitate alias ratione ſtatuti municipalis, & poſt longum litigium in Cancellaria Valliſoleti & in conſilio Regio, ubi declaratum fuit vim nooferri à Vicario Tolletano in procedendo, & compellendo ad ſolutionem, & non obſtante contradictione fiſci Regii mandatum ut eis ſolverentur, ac redderentur pro contributione Regia *Catorçe quentos de maravediſes*, & ex alia civitatis *cinco cuentes liquidos* cum aſſiſtentia ejuſdem fiſci patroni. Et ſi ita de Jure obtentum nunquam tamen de facto ſolutum, & recuperatum, inducens ex hoc caſu, ut ſi cum Eccleſia Tolletana numero, quæ eſt aliarum Regni caput, & Primas, ita acciderit idem facilius cum cæteris Eccleſiis, nec ſic divitibus, nec facilioribus ad occurrendum ſimilibus vexationibus accidere poſſe.

Adhuc vero non videtur, ut ille eruditus, ac pius 18
admodum Epiſcopus ſatisfecerit objectionibus relatis adductarum allegationum Rianni, & Caſtri fundantium in Jure naturæ contributionem collectarum faciendam, & ſolvendam à Clericis; quæ etiam fundatur Jure Divino, ſcripturæ locis illo Matthæi *cap.* 22. Ubi interrogatus Chriſtus Dominus à Judæis cautelosè, ſi licitum erat Cæſari tributum dare, Chriſtus, reſpondit ut redderent Cæſari, quod eſſet Cæſaris, ſignificans præſtationem illam non eſſe liberalem, ſed ex juſtitia debitam fundatam in Jure naturali, & divino, & probant Doctores cum D. Thoma *opuſcula* 21. *in epiſtola.* 56. & cum infinitis idem Rianno *à num.* 19. & ex aliis traditis ab Archiep. Tapia lib. 4. in catena moralis *q.* 11. *art.* 2. *num.* 1. *& art.* 5. *n.* 1. *&* 2. D. Bernard. Tertulliano, & juxta illud Paul ad Rom. 13. *& Reg. lib.* 1. *cap.* 8. Matth. *dict. cap.* 22. & idem Caſtro *in ſua allegatione numer.* 23. ait cum Soto, Covarruv. Joanne Garcia, Menchaca, Bobadilla, Avendanno, & aliis hanc obligationem dimanare à Jure divino, & in id ponderans cum illis verbis *cap.* 2. *lib.* 2. Eſdræ loquens de facto Nehemiæ venientis ad Hieruſalem, & videntis portas civitatis, & muros deſtructos, ſequentia protulit verba *vos noſcitis afflictionem, in qua ſumus, quia Hieruſalem deſerta eſt, & portæ Urbis igne conſumptæ ſunt, venite, & ædificemus Hieruſalem, & non ſimus ultra opprobrium.* Et juxta hanc propoſitionem legitur ibi cap. ſequenti quod *ſurrexit Eliaſib. Sacerdos magnus, & fratres ejus Sacerdotes ædificaverunt portas Regis*; ex hoc loco dicens Menochius *in tract. manuſcripto de juriſdict. lib.* 2. *cap.* 3. verſ. *primo aſſerat illud* patere ut Sacerdotes ſolverint tributum reædifica-

Digitized by Google

reædificationis ex cauſa communis boni, & publicæ utilitatis, & citat Martham *de juriſdict. dict. p.4 cent.1. caſu* 10. *n.*3. & 4. & Petrum Gregor. *de Republ.lib.3.cap.7. ex n.*17. adducentes exempla alia, adducens etiam ax Livio aliud exemplum, quando occaſiona belli Roma fuit oppreſſa, & neceſſitata *l.*33. & ex Ænea Roberto rerum judicatarum *l.2. c.*2. ut oppreſſa Francia, ſicut hodie Hiſpania dicit quod *Pontifices, Flamines, Augures, cæterique Sacerdotes pecunias conferre coacti ſunt.*

19 Imo & idem Riaño *à n.* 64. probans *num.* 63. cum Petro Gregorio *de Republica lib.* 5. *c.* 5. *n.* 2. Anton. Faber *lib.* 9. *cod. tit.* 30. *definitione* 26. *de muneribus patrimonialibus*, Diana *tract.* 2. *p.* 1. *reſ.* 7. Michael Manchlar. *de Monarchia ſæculari p.* 3. *cap.* 1. & *lib.*2. *cap.* 3. Soto *in* 4. *ſententiarum diſt.* 23. *art.*2. Molina *de juſtitia*, & *Jure tract.*2. *diſp.* 32. & cum aliis, quod idem ſummus Pontifex (ſalva clementia ſua) nequit privare Principes temporales, niſi in caſibus à Jure permiſſis; & ſic nec à Juribus, & Regaliis, quæ ad Principes pertinent, eo quod ſunt tempora, in quibus temporales Reges, debent augere donationibus, & muneribus Eccleſias; item & tempora, in quibus eadem Eccleſia debet juvare Principem, quando illius bona, ſive patrimonium; item & ſubditorum non ſufficiunt; probans primo *à n.* 64. *ex illo Regum lib.*4. *cap.* 18. quando Rex Ezechias in oppreſſione Senacherich a Syriorum Rege accepit de templo aurum, & argentum ad ſolvendum 300. talenta argenti, & auri 30. quæ ab illo petiit, item & ex illo Reg. *lib.* 1. *c.* 21. quando S. & Propheta David accepit propoſitionis panes, quos petiit Sacerdos Abimelech: & ex illo Reg. *lib.* 3. *cap.* 15. quando Rex Aſſa de Juda vir perfectus, & gratus Deo accepit etiam argentum, & aurum templi, ut ſuccurreret neceſſitati, in qua poſitus fuit ob Bellum Baſſa Rex Iſrael. Et ex illo Reg. *lib.* 4. *c.* 16. ubi idem etiam axequutus fuit Rex Achab. in oppreſſione, & Bello Deteglat, Phalaſar, Rex de Aſſiria, & Phese filius Regis Iſrael. Et ex illo adducto caſu Nehemias dicto lib.2. Eſdræ cap. 2 & *cap.* 3. & 12. Et ex illo Eſdræ *lib.* 2. *cap.* 5. in illa ingenti fame, quam paſſus fuit populus, in qua ut ſuccurreret permutavit, id eſt *Cambio*, poſſeſſiones, & hæreditates pro tritico: & quod Chriſtus Dominus, cum eſſet Sacerdos Summus, deſcendens à Regio ſanguine, fuit primus, qui voluit ſolvere debitum tributum Cæſari; & quod ad ejus imitationem idem fecerit Divus Petrus, ut docet n. 70. ex Baeza *Morali in Evangelicam hiſtoriam lib.* 12. *cap.* 1. §. 2. *fol.* 541. in ſequentibus verbis *forſan Petrus nunquam viderat quod JESUS ſolviſſet didrachma, & nihilominus interrogatus an ſolvat; JESUS indubitanter annuit ſane, ubi Regiæ neceſſitates ad Petrum, ejuſvè ſucceſſores deferuntur ab illis, qui trutinantur; non eſt qui dubitet etiam CHRISTI bona temporalibus Re-*
20 *gnis adjudicare.* † Et aliis exemplis Regum Franciæ, Angliæ, Hiſpaniæ, & aliarum provinciarum comprobat, ut ſine aſſenſu Pontificis, brevique ejus Apoſtolico, etiam Eccleſiaſtici, ſicut laici compulſi fuerint contribuere pro neceſſitatibus publicis, & communibus, niſi à tempore, quo in his Regnis incepit Rex Philippus II. anno 1591. & poſtea ad ejus exemplum Rex Philippus III. anno 1598. ibi etiam *à num.* 90. cum multis comprobans caſus, in quibus Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur contribuere cum laicis;

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

& congerit caſus ſeptem, ſine aſſenſu Pontificio, ut ſi ſit periculum in mora, vel tributum imponitur ob conſervationem communem omnibus, & in Clerico negotiatore, & quando eo quod liberatur à gabella Eccleſiaſticus gravatur, & injuriatur laicus proximus, & hoc ob præſumptam Pontificis voluntatem; ſexto quando extraordinariè gravantur laici, & non ſic æquè Eccleſiaſtici, & onus eſt commune, & æquale, tam iſtis, quam illis. Septimo quando provinciarum Barones ſunt prudentes, & omnino probati.

Sed ego inquam reſpondeo à natura ipſa, & in ſi- 21
mul de Jure divino, humano, Regio, & ex aliis provenire immunitatem, & exemptionem a tributis, & à juriſdictione omnibus Eccleſiaſticis, tam in perſonis, quam in bonis beneficiorum, & patrimonialibus, ut dico *dicta q.* 17. *infra* verſ. *ad tertiam*, & latè *à dict. q.*10. quia, ut benè ponderat ipſe doctus Epiſcopus Oxomen *in ſua allegatione litt.* O, O expendens illud relatum David *l.*1. *c.*22. *Regum ibi non habeo laicos panes ad manum, ſed tantum panem Sanctum*, interrogavit Abimelech. *ſi mundi ſunt pueri*, ubi dicit ab expoſitoribus tria maxime notari. Primum David Regem non cepiſſe, ſed accepiſſe panes; & quamvis neceſſitate compulſus poſtulaſſet non uſurpaſſe. Secundo in caſu etiam neceſſitatis à Sacerdote poſtulaſſe, tanquam ab eo, qui ſolus diſpenſare poterat. Tertium munditam neceſſariam eſſe in laico, & devotè, & humiliter accipiendum eſſe à ſecularibus quidquid Eccleſiaſtici ſpecie tributi impendunt, & commodat videndum Abulens. *dict. l.*1. *Reg. c.* 21. *q.* 8. & 13. Et eſt doctrina Pontificis *in cap. adverſus* 7. *de immunit Eccleſiar. ut à dicta q.* 10. *expendi.* † Quare ergo dicit 22
debet ut cum à condonatione ſummorum plurium Pontificum Regibus noſtris Hiſpanis datæ ſunt contributiones, quæ vocantur tertiæ Reales, nempè omnium decimarum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum tertiam integram partem, & illa quæ vocatur *ſubſidium*, & *excuſatum*; item alia contributio ingens, quæ procedit a Bulla cruciata, & aliis Bullis quotannis in his Regnis ſingulis perſonis, erogatis, juxta eleemoſynæ taxam, quarum rerum ſummæ ſunt ingentiſſimæ, & nimis gravantes ſtatum Eccleſiaſticum. † Et idem plus ſoleant brevi 23
Pontificio contribuere, & collectari in millionibus, ſicut cæteri laici, ſequitur ab evidenti ratione, ut Eccleſiæ, ac Clerici ſint plus gravari gabellis, collectis, & pedagiis Regibus præſtandis, quam cæteri laici, imò & defraudati, quia ſi laici temporalia Clerici præſtant, quia Clerici illis ſeminant ſpiritualia, ut longè, & bene exemplificat, imo & devote idem Epiſcopus Oxomenſis omnino legendus, patet de primo ad ultimum, ut cum exceſſu ſint plus Regi tributarii Eccleſiaſtici, quam laici contra naturæ ordinem, & ſupra, ac infra ponderata à *dict. q.* 10. & *quæſtionibus ſequentibus.* Indeque evenire potentius jus naturæ, & divinum militare, ut immunitas illæſa à tributis in Eccleſiaſticis conſervetur, quam quod fiat quotidiana tributaria in dedecus tanti ordinis, & excellentiæ, de qua *in dicto cap. novit. de judiciis à quæſtione* 1. & alibi dixi ex regula textus *in cap. ſoliſa de majoritate*, & *obed.* & *tota dist.* 96.

Ad ſecundam, & alias quæſtionis ſuppoſitis, 24
quæ longiſſimè dixi *à dicta quæſt.* 10. & quæſtionibus ſequentibus, breviter reſpondeo in qua interrogatur an poteſtas exequendi tributorum ſolutionem, poſſit reſidere in Principe ea imponente con-

te a Eccleſiaſticos ; reſpondeo quod nonniſi juxta tempus, & modum, de quibus dixi in dictis locis, quantumvis relati Riaño, & Caſtro *in ſuis allegationibus* conentur defendere, ſaltem in neceſſitate urgenti, & publica, qualis præſens, quæ occaſionavit gabellam, de qua dixi *ſub q.* 13. *proximè præcedenti ;* nam quidquid ipſi adducunt in comprobationem eſt abſonum, & à veritate practica alienum, abſque eo quod obſtent ſcripturæ loca ſupra adducta, & quod Reges noſtri Hiſpani ſæpè ceperint de Eccleſiis aurum, & argentum, & item feciſſe omnes Clericos hujus Regni tributarios ob domeſticas neceſſitates ex bello domeſtico occaſionatas, uſque ad tempora *D. Philippi II.* à quo primo breve conſequutum fuit Pontificium, ut primi milliones *Supra n.* 1. aſſignati ſolverentur ab Eccleſiaſticis ; etenim facta Regum antecedentium non ſunt in conſequentiam trahenda, quia potius de facto, quam de Jure talia fecerunt, ut faciebant tempore Eccleſiæ primitivæ nonnulli ethnici Imperatores, à quibus diſceſſerunt Imperatores Conſtantinus, Juſtinianus, & alii relati *in quæſtionibus*
25 *citatis.* † Imò ex facto Nehemias *l.* 2. *Eſdræ cap.*2. juxta relata verba, ſupra, patet Pontifices, & Sacerdotes non compulſos, ſed ex propria voluntate donaſſe pro reparatione murorum, & portarum Hieruſalem, nec dabit, ut eſt animadverſum, violenter accepit, ſicut nec cæteri ſcripturæ Reges jam adducti, ut & hodie in inſtantiſſima, & urgentiſſima neceſſitate facerent noſtri Epiſcopi, & Eccleſiaſtici ; imò & feciſſe ſæpius conſtat adhuc non inſtante extrema illa neceſſitate invaſionis civitatis libentiſſima, & abundantiſſima donativa faciendo Regibus noſtris.

26 Et ſic non obſtant exempla, quod idem factum, & executum fuerit contra Sacerdotes Siciliæ, ut refert Juſtin. lib. 22. hiſtoriæ, & apud Tucydidem, Xenophontem, & Demoſthenem, leguntur exempla Petr. Gregor. *Syntagm. lib.* 2. *c.* 2. Ariſtotel. *c.* 2. *ethicor.* Et quod Sacerdotia Ægyptii, Græcæ, & Romæ ſic factum. Ut refert Theodoretus *q.* 22. & quod Dux Albæ Pro - rex impoſuerit, & acceperit collectam à ſtatu Eccleſiæ, ut repararet bellum Franciæ, ut refert Modernus *de juriſd.p.*4. *c.* 10. *n.* 4. Petrus Gregor. *de Republica c.* 7. *n.* 33. & univerſaliter in tota Italia fuit impoſita in Eccleſias decima quædam ad impugnandos inimicos in bello Siciliæ, Aloiſius Leo *in auth. ſacra cod. de Sacroſanct. Eccleſ. n.* 19. *extravag.* 1. *de decimis ;* & quod Clerus Reipublicæ Venetiæ contribuerit bis, ut refert Bullenger *lib.* 3. *hiſtoriæ Venetiæ*, & quod in Gallia fuit publicatum, edictum tempore Cloterii Regis ad accipiendam partem tertiam Eccleſiaſticorum redituum, ut trahunt Lui. Prando *l.*5.*c.*15. Baron. *tom.*8. *annal.ep.*15. *in fine.* Et quod alia vice in Leone Franciæ ſic fuit judicatum a Parlamento, nempe debere Eccleſiaſticos concurrere ad ſuccurrendum vulgo *la Caxar militar*, ut referunt Paulus Jobius *l.* 30. *hiſtor.* Renat, Copinus *lib.*1. *daman. c.* 2. *n.* 5. & quod bis idem fuerit practicatum Averniæ tradit Paponius *arreſto* 15. *lib.*5. *tit.* 9. & quod in civitate Trecenſi fuit compulſus Clerus ad contribuendum in ſumptibus intruitus ſolemnis Henrici IV. *anno* 1593. Ut refert Baron. loco citato ; & quod alia vice tempore ejuſdem Regis fuerunt compulſi Eccleſiaſtici edicto, & lege generali ad vendendas poſſeſſiones, ut ſolverent tributa : idem Papon *ſupra uſque ad arreſt.* 19. & quod Franciſcus I. *anno* 1522. impoſuit, & petiit ab Eccleſiis illius Regni ſubſidium quoddam, ut tradunt Modernus *ſupra p.* 4. *cap.* 10. *num.* 4. Caſaneus *in Cathalogo Gloriæ* 1. *p. conſider.* 24. *n.* 163. & quod ſic generaliter in tota Francia fuerit executum ſine contradictione, ut ait Rebuff. *ad conſtit. Galliæ de ſent. execut. art.* 3. *gloſſa* 6. *& ſupra citati ;* & quod nunquam ad illas impoſitiones fuerit petitus aſſenſus Pontificius, & de Ricardo Rege Angliæ anno 1193. referat Anton. Nebricenſis *lib.* 5. *cap.* 4. & Hortiz *in politica de immunitate Eccleſiarum* 3. *p. conſiderat* 5. Et ſic in noſtra Hiſpania uſitatum tempore D. Ferdinandi, & Eliſabeth ex conſilio eruditorum ob neceſſitatem cauſatam à multiplici bello, & aſſumptum fuit Eccleſiarum aurum, & argentum in mutuum non totum, ſed tantum quod fuit neceſſarium ut refert idem Anton. Nebricenſ. *dict. lib.* 4. *decade* 1. *cap.* 2. cujus verbis refert idem Riaño *num.* 86. cum multis, *& n.* 87. & 89. ita à Philippo II. factum, & uſitatum a Regibus noſtris antiquioribus, & ſic abſque Pontificum licentia tempore belli, & urgentis neceſſitatis contribuiſſe Clerum ſimul cum laicis, ut probat Don Joanne de la Rea *deciſ.* 7. *Granat. n.* 29. *& allegat.* 49. *num.* 52. ex Baronio, Marſillu, Leſſio, Pineda, & Joan. de la Puente, patereque ex Bullario impreſſo Matriti anno 1635. Videndus Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *a n.* 317. Caſtillus *de tertiis cap.* 9. *n.* 48. dicentes in hiſtoriis Hiſpaniæ nunquam legi tales Pontificum licentias ad contributiones Cleri, uſque ad annum 1591. tempore Philippi II. & III. ut ſupra relatum eſt. † Quæ 27
omnia exempla nihil ut dictum eſt obſtant, cum de facto operata ſint, alias ſi à re ipſa juſtificata eſſent, nec prædictus Rex Philippus II. nec III. imo & nec Rex noſter Philippus IV. unquam expoſtulaſſent à Pontificibus Clement. Greg. Urbano, & Innocentio breves. Nec mirum eſt quod Reges noſtri antiqui non multum tunc temporis curarent de prædicta Pontificia licentia, eo quod non ſic litteris expoliti eſſent ; & ſi timorati, ſicut hodie cum eo in tempore occaſione continui belli cum Mauris, tum propter inſtans periculum, tum propter ruſticitatem, ſeu inadvertentiam, & difficilem, ad Papam recurſum, non intendebant expoſtulare prædictum aſſenſum ; quod ſi hanc exculpationem non admittas, debebis dicere ut ſicut inter illos antiquos Reges in uſu erat libellus repudii, tam contra eſſentiam Sacramenti matrimonii, ſic & contra immunitatem Eccleſiæ irrumpebant, ut antiquiſſimi Imperatores.

Ad tertiam quæſtionis partem an eſto quod Ec- 28
cleſiaſticæ perſonæ non teneantur contribuere de propriis fructibus beneficiorum, aut de patrimonialibus, teneantur vero de illis venditis per eos, qui ratione tributi laicis impoſiti pluris valent, & ex ea cauſa lucrum reportant. Et ſuppoſitis quæ dico infra q. ſequenti verſ. *ad quartam*, & quæ dico infra in hac quæſtione *ad quartam* facile ſatisfacies ex jam ante dictis.

Ad quartam quæſtionis partem an Reges poſ- 29
ſint aliqua lege obligare Eccleſiaſticos, ut regiſtrationem faciant coram laico judice, aut inſimul coram Eccleſiaſtico, vel debeat hæc ſolum fieri à judice Eccleſiaſtico, ut ex vino, pane, ſeu aliis ſpeciebus, tributariis, ſolvatur ab Eccleſiaſticis gabella. Hæc enim inquiſitio eſt, in qua magnopere inſudant prædicti Regii

allegatores

allegatores Rianno qui *à num.* 141. *&* 161. & D.
Antonius de Caſtro longiſſiore *toto art.* 3. *a n.* 46.
dicentes ambo ex duobus, præcipuè capitubus
Regem in ſuis tributis multum defraudari, eo quod
Clericis fiunt donationes immobilium à laicis, ut
ex hac cauſa illa bona liberentur à tributis; item
quod Clerici ſolent conducere fundos laicorum,
alias tributarios, ut nihil prætextu ſuæ Eccleſia-
ſticæ immunitatis ſolvant collrctorum. Item
quod ſe Eccleſiaſtici excuſant à faciendo regiſtro
ſuorum fructuum, tam beneficiorum, quam
bonorum patrimonialium, aut arrendatorum,
aliovè ſimulatu prætextu introductorum, quos
vendunt laicis pretio exceſſivo, magnum repor-
tantes lucrum, propter fraudem, quam com-
mittunt in retentione tributorum Regi debitorum
ex illis ſpeciebus, quæ ſi ſubjectæ non eſſent tri-
buto, tanto minus venderentur, aſſereotes ex hac
præcipue cauſa milliones Regi defraudari in parte
dimidia, & plus; indeque evenire, ut tributa
perdurent in gravamen laicorum, & Regiæ co-
30 ronæ. † Er ombo Doctores multo inquam ex-
clamant latiſſime loquendo, tuoc per textum *in
l. interdum* §. *Divus ff. de publicanis, & vectigali-
bus*, tum ex ſchedulis, ſeu legibus Regiis 23. De-
cemb. 1639. & 28. Decemb. 1654. & aliis, qui-
bus cavetur, ut nullus etiam exemptus poſſit ha-
bere tabernam, aut macellum, ubi minutatim
vendat carnem, vinum, oleum, acetum ſine li-
centia juſtitiæ ordinariæ, & adminiſtratoris millio-
num, niſi antea regiſtrationem fecerit ſuorum fru-
ctuum, legitimè rationem reddendam uſque in il-
lum diem ſecuram, quod in tempus ſolvere de-
buerit, oec ut poſſit extrahere, aut vendere *por
major los frutos de los lugares de la coſecha, ude la
parse donde eſtuvieren recogides, ſinque conſto prime-
ro aver aforado con lo que diſponen los capitulos de
31 millones,* † *Ique ſiendo la intenzion de ſu Mageſdad.
deguardar a la Igleſia ſu immunidad, no ſolo en lo
Claro, ſino en lo dudoſo, y para que con los Eccleſiaſti-
ſticos ſe eſcuſen fraudes ſe a juſto con ellos lo que bue-
nas mente podran conſumir, y eſto les que de reſerva-
de, y que de lo demas ſecobre laſiſa, pues no la pa-
gan ellos, ſino nos legos, que de ellos compran, reſer-
vando les para el culto Divino lo neceſſaria diſponien-
do que de todo lo demaſayan depagar la ſiſa, y que ſi
nos epuede a Juſiar, ni los Eccleſiaſticos quiſieren alla-
narſe, ni los Religioſos a lo raçonable, noſelos n de con-
ſentir tener tabernas, ni bender ſus vinos en ellas, y
que bagan los a foros de los vinos de los Eccleſiaſticos,
come aſta a ora lo an acoſtumbrado &c. Ique ſi en al-
gun caſo progedieren los Juezes Eccleſiaſticos con cen-
ſuras acudans alconcejo in tendando el remedio de la
fuerza &c. Itodo eſto paraque los Juezes Legos lo exe-
cutein, ybagan cumplis. Ique an ſi el año de 645.
ſed determino en el conſejo que de loque los Eccleſia-
ſticos Religioſos conſumieren de lo procedido de ſus
coſechas propias de vino y aceyte no paguen ſiſas, y
que de las limoſnas que bicieren a las ordenes men-
dicantes tan poco laſpaguen, y lo miſmo ſe entien-
da en lo neceſſario para el culto Divino, y que ſe
a juſte en los Eccleſiaſticos, y Religioſos loque tu-
bieren de diezmos, y frutos de coſechas, y loque po-
dran conſumir, y eſto leſquede reſervade, y de los de
mas ſeubre la ſiſſa, pues lapagan los que de ellos com-
pran; y no a juſtandoſe los Eccleſiaſticos a lo raço-
nable y computo, noſeles conſienta tener taberna, ni
tiendas, ni vender ſus vinos, ni aceyte en ellas; y pa-
ra eſto ſe pagan los a foros de los Eccleſiaſticos, co-
mo ſe ha acoſtumbrado*: ſic in dicto anno 24. Janurii.
Prædicti ſoquam Doctores exclamant admodum 32
in favorem prædictæ regiſtrationis à laicis faciedam
(prout dolor,) & ut obligent Eccleſiaſticos ad ſol-
vandum millionem ſundaotes aſſumptum in verbis
Cardinalis Lugo *diſp.* 36. *de juſtitia ſect.* 4. *n.* 49. in
verſ. *adverte*, ubi vocat furtum quidquid deſrauda-
tur in millionibus, & crimen læſæ Majeſtatis, vo-
cat haac uſurpationem Cabreros *de metu l.* 2. *c.* 23.
n. 44. in verſ. *ex quo*, & in cap. magnæ de voto in
verſ. *præterea*, & ex doctrina Auguſtini *in cap. nemo*
83. *diſt.* inculpantes Clericorum ambitiones reſe-
rens acriter Caſtro deſraudationes plures factas à
Clericis *en el Reyno de andalucia, y en leon.* † Item 33
ex doctrina Molinæ *de juſtitia tom.* 3. *diſp.* 672. *n.* 2.
concluſ. 1. Ubi dicit quod poteſt obligare Eccleſia-
ſticos, ot maoifeſtent receptoribus tributorum,
quæ aſportaverint, aut vendiderint, ut diſcernat
an verè ſint Eccleſiaſticorum, an verè ſint immu-
nes à tributo, vel non, debereque Eccleſiaſticos
ei ſtatuto ſe conſurmare, utpote rationabili, &
æquo. † Er refert in Regno Portugaliæ eſſe legem 34
ſic præcipientem; imo addit idem Caſtro *ſub n.* 47.
quod anno præterito 1635. hoc dubio coofultato in
univerſitate Salmantina fuit reſolutum per Docto-
res Cathedraticos Theologos, & Juriſtas Eccleſia-
ſticos eſſe obligatos *à haçer regiſtro, y a foro de ſus
coſechas, y que ſo practico en a que el obiſpado, y
que los Prelados de diferentes Religiones convenieron
en lo miſmo, y que ſu Mageſdad. lo reſolvio en el año
de* 1639. *mandando a todos los adminiſtratores y
juſticias reales que lo hicieſen* adducens in favorem
Patrem Quintana Duennas *ſingularium Theologiæ
moralis tract.* 13. *ad excommunicationes cenſurarum,
ſingul.* 11. *fol.* 419. *n.* 10. qui fert ad litteram *el
mandato de ſpachado par u eſte effecto el por ſeñor
Cardenal Borja ſiendo Arcobiſpo de Sevilla.* † Et 35
idem Rianno *à num.* 162. refert cauſas hujus
deſraudatioois cum infioitis Doctoribus, & leg.
Regis Joannis 17. *tit.* 9. *lib.* 6. *ordinam.* quæ eſt
lib. 1. *tit.* 18. *lib.* 6. *recopilat en que* etiam *Don
Henrique* 3. *y los Reyes Catholicos D. Fernande y
Doña Iſabel mandaron que las pueſtas contra los
Sacerdotes de monedas ayan lugar contra los Prela-
dos, y Clerigos*, &c. ponderans ibi poſt n. 173.
verſ. *el terçero* qood ſolent Eccleſiaſtici etiam alio
modo deſraudare tributa Regia, nempè, ut
ciam facto regiſtro *en las partes donde lo conſienten
no quieren al fin de el año ajuſtar la eventa de el
conſumo, ni de la ſiſſa, que an cobrado de los
que conido u ſus tabernas* &c.
Sed quia hæc difficultas videtur ſatis expendi 36
ex his, quæ dico *infra q.* 15. *ſequenti* in verſ. *ad
tertiam*, dum ago de illa *an ſi Princeps laicus juſtè
ſtatuende pretium legitimum vini, vult poſtea
ſuper emptore laico imponere gabellam, quam extra
pretium legale juſte dandum venditori, debeat ipſe
emptor tribuere pro bono, & neceſſitate publica,
talis gabella ſit contra immunitatem*, & in illa
in verſ. *ad quartam; an Clerici teneantur ſolve-
re vectigal in extractione frumenti, vini, & ſimi-
lium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt,
ut alibi carius vendant conducendo.* † Et ſuppo- 37
ſito etiam quod in foro conſcientiæ tenentur
omnes ad contributiones juſtas *ex dictis ſupra q.* 1.
& 2. *& à q.* 10. *& in hac q. à n.* 1. ut poſt alios
doceot Cardinalis Lugo *de juſtitia diſp.* 36. *ſect.*
4. *num.* 38. hanc amplectens ſententiam *numer.*
39. ibi. *Secundo certum eſt tributa juſta deberi*

in conſcientia eo modo, quo lex obligat, ut ſolvantur etiam non petita, & lex hæc juſta ſit, obligatio erit in conſcientia ea ſolvendi, antequam petantur, quia lex obligat, & determinat eam ſummam pro ſtipendio Regi debito ad ſuum ſtatum tuendum &c. & *n.* 43. exhortat confeſſarios, ut curent ſemper populum inclinare ad obediendum Principi mandanti ſolvi tributa ibi *cæterum curandum eſſe ut ſemper populus ad obediendum Principibus inclinetur, ut & Reipublicæ pax, & obedientia, ac reverentia Principibus debita conſervetur.* Et cum aliis infinitis idem D. Antun. de Caſtro à n. 43. & ante.

38 Imò & in terminis noſtri dubii dicat ipſe Lugo furtum committere alias debita tributa defraudantes *dict. ſect.* 9. *n.* 49. in ſequentibus verbis adverte. *Secundo poſſe contingere in juſtitiam ſimilem etiam ex alio capite, quando defraudatur tributum, etiam in caſibus, in quibus etiam petitum defraudari poſſet: contingit enim aliquando tributum imponi vino, vel oleo, ex quo emptor octavam partem v. g. debeat Regi dare, quod ut executioni mandetur datur venditoribus menſura alia minor, cui ex communi menſura deficit octava pars, qua menſura utitur venditor, ut retenta octava parte pro Rege det vinum vel oleum emptori, & in ipſa venditione recipiat tributum pro Rege. Hoc ſuppoſito ſi venditor defraudet gabellarios negando ſe tot dolia vini venditurum, ſed pauciora ex his, quæ apud ſe habet, reliqua vero ad proprios uſus ſervaturum, & poſtea plura venderet, committeret planè furtum, utendo in venditione menſura minori, quia recipit ab emptore partem octavam pro Rege; quam tamen partem apud ſe retinet abſque ullo Jure; quam fraudem vidi fieri ab aliquibus venditoribus, qui eo tempore, quo gabellarii viſitant cellas, ut notent dolia vendenda, quæ ibi ſunt notari, faciunt pauciora, ut dictum eſt, quod non video quomodo excuſari poſſet,* & addit infra ibi *quia venditor eo caſu non ſolvit gabellam ſed conſtituitur quaſi officialis Regis, ut gabellam ab emptore in ipſa venditione recipiat: quare deficere videtur ſuo muneri, ſi cooperetur emptori ad defraudandam, cujus collectio ipſi commiſſa fuerat:* & ad propoſitum adducit cum ponderatione Caſtro textum *in cap. privatum* 12. *q.* 1. *n.* 62. in fine in illis verbis, ubi *quod Clerici non debent rerum, quarum procurationem ſuſceperunt proprietatem præſumptione damnabili vindicare.*

39 Ego inquam ſuppoſita ex parte Regis juſtificatione tributi impoſiti ex conſideratis, conditionibus, quæ debent intercedere, ut Clerici teneantur ad contribuendum cum laicis, de quibus latè *ſupra q.* 10. 11. 12. & 13. dico quod ex parte Clericorum ementium ab aliis, etiam Clericis venditoribus nullo modo in prædicta octava parte retinenda ab ipſis venditoribus compelli queant ad contribuendum, niſi adſtantibus conditionibus, quas expreſſi, & retuli *in dicta quæſtione*, præcipuè *in* 12. & *ibi q.* 11. in verſ. *ad ultimum* egi de illa *an collectæ ſint injuſtæ, ſi excedant*
40 *octavam partem.* † Verum in caſu relato, de quo conqueruntur, & exclamant allegatores Rianno, & Meſſa, exiſtimo ut ſi ad impoſitionem generalem illius tributi, ſuper vino, carne, & alii ſpeciebus, habita ſit licentia Pontificia per ejus brevem, ut moris eſt a tempore Philippi II. in his Regnis, teneantur contribuère cum laicis, etiam Eccleſiaſtici ementes; ex quo fiet quod juſtificato tributo reſpectu Clericorum cum illa licentia, etiam ſit juſtificatum reſpectu Clericorum vendentium in ſuis tabernis, ut retentum per eos Octavam partem tributo correſpondentem, ſint tantum illius depoſitarii, ut Regi integre perſolvant, alias inquam illam retinentes locupletarentur cum Regis, & laicorum ſubditorum jactura, ut patet. Quod ſi licentia Pontificia ceſſet, aut in caſu urgenti deficiat conſenſus Epiſcopi, & Clericorum quam illud tributum, & collectam poſſe exigi ab Eccleſiaſticis ementibus contendo ex dictis latè, *à quæſt.* 10.

Verum in caſu, de quo adductæ ſchedulæ Re- 41
giæ ex Lugo, & aliis pertinente ad Clericos venditores, & qui in ſe retinent tanquam in depoſito Regia tributa, & pedagia, puto juſte prædictos Doctores Regios in ſuis allegationibus optimè conqueri de Clericis, Monaſteriis, & Eccleſiaſticis nolentibus reſtituere ad æqualitatem quidquid correſpondeat ad tributi partem, præcipuè ſi juſtum pretium intrinſecum valoris vini receperunt illud nempe, ad ſi tributum Regium impoſitum non eſſet; tunc enim quid evidentius apparere poterit, ad fraudes ſpectare omnino reſecandas: ſic idem D. Antonius de Caſtro *à n.* 85. & cum pluribus D. Ferdinandus Arias de Meſſa *Variar. lib.* 2. *cap.* 34. *per totum*, Samuel Lubrino *in ſumma* verbo *pecunia n.* 17. Rebellus *de juſtitia pag.* 1. *lib.* 2. *q.* 18. *num.* 3. Molina *de juſtitia*, & *Jure tom.* 2. *diſp.* 524. Joannes Franc. Suarez *in enchirid. Theologiæ moral. lib.* 1. §. *commodatum* verſ. *in depoſito*, Reginald. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 47. *ſect.* 6. Garcia *de contract. cap.* 5. *num.* 17. Malderus *de juſtitia tract.* 4. *cap.* 7. *dub.* 5. Voltero Strevens. Dors. *in D. Thom. de juſtitia q.* 66. *art.* 2. *diſſ.* 4. *n.* 4. Paulus Camitol reſponſ. *l.* 3. *q.* 39. Megala in promptuario Theologiæ tom. 1. verbo *crediter*. num. 5. dicentes non admitti compenſationem adverſus Regem quod in conſciantia teneantur Clerici ad reſtitutionem. † Et proſequu- 42
tus Caſtro *à n.* 88. retulit verba ſchedulæ 28. Decemb. 1654. jam relatæ, & cum multis defendit ejus juſtificationem; tum quia impoſitio millionum cedit in defenſionem neceſſariam noſtri Regni, quæ tangit æquè principaliter Eccleſiaſticos, & eorum bona, ſicut & laicos, tum quia plures Eccleſiæ, ac Monaſteria habent redditus fundatos, admodum greſſus ſuper tributis, & millionibus Regi debitis, qui difficulter nimis, aut nunquam ſolverentur illis, eo quod nimis exhauſtum eſt Regium patrimonium ex cauſa continui Belli, & ex doctrina Felioi *n.* 3ſt. 38. & 39. Abbatis, Panormit. *hic num.* 12. & 13. & Decii *n.* 107. & 108. & aliorum Canoniſtarum, item & Legiſtarum *in l. cunctos cod. de ſumma trinit.* & *fide Cathol.* dicentium, ut quoties lex non eſt contraria diſpoſitioni canonicæ, quamvis non adſit approbatio ſpecialis civilis legis à canonico Jure, tunc ea lex civilis obliget, etiam Eccleſiaſticos, quod intelligo non ex vi legis civilis, ſed rationis naturalis, ut ſæpè dixi, ſcilicet lege directiva, non coactiva.

Et præterquam quod *num.* 94. docet idem D. 43
Antonius de Caſtro *à n.* 95. ex eo quod Clerici, & Eccleſiaſtici ſunt Vaſalli Principis ſæcularis, & Reipublicæ membra cum Bartulo, Alexandro, Boërio, Narta, Alvaro, Velaſco, Joanne de Terraruba, Maccrateoſe, Solorzano, Martha *p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 188. *n.* 5. Camillo, Borrello, Bobadilla, & aliis probans *à n.* 96. legem prædictam etiam Clericos obligare, cum redundet in bonum ſpeciale,

ciale, & peculiare ipſius C'eri, & Clericorum, e.iam probat quod non ſunt exempti Clerici ullo modo ab obligatiooe legum civilium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel officio Clericali, ut docet *n.* 94. cum Victoria, Angelo, Clavaſio, Silveſtro, Soto, Medina, Saa, Molina, Ledeſma, Peirino, Vazquex, Sairo, Tannero, Salas, Diana, Salgado, Cutello, Pereira, Zevallos, Salcedo in praxi, Novario, Covarruv. Salon, & cum illis Thomas del-Benè *tom.* 2. *de immunit. Eccleſ. cap.*9.*dub.*1. *ex n.* 2. *ad* 15. Salcedo *de lege Politica*, Alderan. Maſcard. Menochio, Lorca, & aliis dicentibus eſſe communiſſimum, & ſequutum, etiam ab acerrimis deſenſoribus immunitatis Eccleſiæ adducens idem Caſtro verba Cardinalis Bellarmino *n.* 3. *qui tom.* 3. *controverſiar. lib.* 1. *de Clericis*, profert & ſeqoitur ſeotentiam hanc io verbis ſequentibus.

44 Secunda propoſitio *Clerici non ſunt exempti ullo modo ab obligatione legum civilium, quæ non repugnant ſacris canonibus, vel officio Clericali, explico, loquimur hic præcipuè de legibus politicis, quæ dirigunt actiones humanas in rebus temporalibus, ut cum Princeps lege ſua conſtituit pretia rebus, vel jubet noctu neminem incidere cum armis, aut ſine lumine, aut non aſportare frumentum extra provinciam &c. Nec volumus dicere hiſce legibus teneri Clericos obligatione coactiva, ſed ſolum directiva, ut ſunt leges Principum quanquam iiſdem legibus, ut ab Eccleſia approbantur, & ratæ habentur, etiam coactiva obligatione teneantur. Probatur nam Clerici præter quam quod Clerici ſunt, ſunt etiam cives, & partes, quædam Reipublicæ politicæ; igitur ut tales vivere debent civilibus legibus, ſunt etiam aliæ quam quæ à Magiſtratu politico latæ ſunt; igitur illas Clerici ſervare debent, alioqui magna confuſio, & perturbatio à Republica oriretur, ſi Clerici non ſervarent politicas leges in humanis rebus, & politicis. Secundo probatur ex confeſſione Pontificum, & Imperatorum; nam Nicolaus* I. *in epiſtola ad Michaelem circa finem, dicit Deum diviſiſſe Pontificiam authoritatem ab imperiali, ut & Chriſtiani imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent & Pontifices pro curſu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur.* Ut refertur *in cap. cum adverſum* 96. *dict.* & Imperator Valentinienſ. *in Epiſtola ad Epiſcopos Aſiæ*, quam refert Theodoretus *lib.* 4. *cap.* 7. *Hiſtoria* dicit probos Epiſcopos noo ſolum Dei, ſed etiam legibus Regum obtemperare denique Chriſoſtom. in illo *Roman.* 13. *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, dicit Chriſti legem non tollere politicas leges, & ideo debere etiam Sacerdotes, & Monachos eis parere: ita Bellarm.

45 Tamen etſi fatear prædicta fundamenta in ſe vera eſſe, ſed longè abeſſe ab ultima reſolutione, quam proſequuti ſunt idem D. Aoton. de Caſtro *in ſua a allegatione p.* 4. *à n.* 106. Ubi contendit probare, ut Eccleſiaſtici juriſdictionem non habent ad impediendam executionem diſpoſitionis prædictarum ſchedularum Regiarum anni 1636. & 1654. addens ut faciant vim, ſi contradixerint, multis comprobans *à n.* 107. & *n.* 108. quod eorum opinio ſic Hiſpaniæ practicetur allegans tempus immemoriale, & ſchedulam Regiam Caroli V. latam 23. Auguſti 1527. relatam in ordinationibus cancellariæ Valliſoletanæ *tit.* 1. *fol.* 7. *verſ. que los pleitos* ibi *per que eſtas coſas tocan à nueſtra preheminentia Real. de que ſiempre los Reyes nueſtros predeçeſores de glorioſa memoria y noſ y nueſtros officiales, y juſticia acoſtumbraron conoçer, aunque ſea contra Clerigos, y frayles, y Religioſos y ordenes ſinque otra ſe aya de entrometer, nientrometa en ello, niſello aya dedar, ni de parte alguno de ello*; & refert etiam eſſe in ordinationibus Cancellariæ Granat. *lib.* 1. *tit.* 7. *fol.* 46. *B.* † Et quod eſt alia ſche- 46
dula Regis Philippi II. 30. Martii anno 1569. in qua idem diſponitur, ut teſtatur Gutierrex *de gabellis q.* 94. *ſub n.* 9. & 10. Larrea *allegat.* 27. *n.* 16. additque ex Carlevallio *de judiciis diſp.* 2. *q.* 3. *n.* 159. *ex* Larrea *n.* 17. Garcia *de nobilit. gloſſa*; *n.* 35. Carolo Calla *de contraband Clericorum à n.* 188. prædictam conſuetudinem per ſe ſolum ſufficere ad dandam juriſdictionem laicis, cum non ſit contra Clericorum perſunas, ſed eorum boon; & iterum *à num.* 109. adducit exempla, ut in Clerico adminiſtratore; aut depoſitario, tutore, ſive curatore, aut arrendatario Regio, nam in his, & aliis caſibus convenitur Clericus, & Epiſcopus coram judicibus laicis, ut ego late dixi *ſub cap.* 2. *cap. qualiter* 17. *de judiciis, & in cap.* 5. *de foro comp.* Ex quibus poteris extendere ad propoſitum. † Et hoc idem 47
late agens Don Andreas de Rianne in ſua dicta allegatione concludit *n.* 270. quod Rex noſter, ſuique Judices, & adminiſtratores juriſdictionem ad turbandos, & annullandos contractus ſimulatos, & ad faciendum regiſtra, & rationes liquidandas, tum ex legibus Regiis decretis conſilii ſupremi, & determinationibus, aliorum gravium Regiorum mioiſtrorum, ſic ut nulla queat diſputatio contingere ſuper hoc; & quod exactio de omni illo, quod retentum ſit à Clerico venditore, tanquam depoſitario Regio fiat per judices ſæculares in bonis temporalibus Clerici, vetato ſcandalo, juxta doctrinam *auth. ſtatuimus cod. de Epiſcopis, & Clericis.* Bernardi de Laura *de poteſtate ſæculari in Eccleſiaſticos n.* 14. Gutierrez *practicar. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 1. Zevallos *contra comm. q.* 679. & 619. Azevedus *in l.*11.*tit.*3.*lib.*1.*recopil.* Laſſarte *de decimis cap.* 19. *n.* 84. Bobadilla *lib.* 8. *cap.* 18. *n.* 244. Humada *in l.*54.*tit.*6.*p.*1. Caſtillo *tomo* 7. *cap.* 12. *n.* 43. Sanchez *moral. lib.*2. *cap.*4. *dub.* 52. *n.* 1. Don Franc. Salgado *de Regia protectione q.* 4. *cap.* 14. *n.* 7. D. Joan. de Solorzano *de jure indiarum tom.* 2. *cap.* 27. Calixto Ramirez *de lege Regia* §. 27. *litt. F.*
† Etenim fundamentum Cardinalis Bellarmini, 48
& aliorum ſupra, non adaptatur ad tributorum, & collectarum materiam, quibus gravatur immuoitas Eccleſiaſtica, ſed ad alias leges politicas taxantes V. G. pretia rebus juxta proprium Valorem, deductis expenſis legitimis, ut dixi *q.* 1. & 2. *cum aliis* hujus textus. Hæ enim leges à natura juſtæ ſunt; ita ut ſi per civilem legiſlatorem impoſitæ oon eſſent, naturaliter homioes emerent, ac venderent intra idem pretium & ſimiliter in aliis politicis legibus, ut prohibitionis armorum noctu &c. ſed aliæ inquam leges, quæ dictantur circa tributa, & gabellas à oatura ipſa, lædunt libertatem, qua homines in commune conſortium utuntur habendu res communes accommodatiori pretio; & licet à natura ipſa proveniat, ut jam ſupra in priocipio hujus quæſtionis actum eſt quod tributa, & collectæ ſolvantur à ſubditis, & quod eas ex juſta cauſa, ut dixi à Rege, & principe impo-

nantur, hoc procedit in ſubditos laicos, in Ec-
cleſiaſticos inquam, niſi concurrentibus illis con-
ditionibus, de quibus jam dixi *q.* 10. 11. & pro-
prius *q.* 12. & 13. in quas præcipua eſt ut antece-
dat Pontificis licentia, & conſenſus, vel ſi neceſ-
ſitas eſt nimis urgens in caſibus ibi aſſignatis ante-
cedat conſenſus Epiſcopi, & Cleri; ita ut nun-
quam per miniſtros Regis prædicta exactio fiat ex
49 ibi dictis. † Et patet ex ſequentibus verbis bre-
vis Innocent. X. anno 1650. in quo prorogans ad
ſexennium milliones antea impoſitos, ut in illis
contribuerent Eccleſiaſtici ſic alloquitur *volentes
etiam quod omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici ſolvere
recuſantes opportunis juris, & facti remediis per or-
dinarios Eccleſiaſticos locorum tantum, ad ſolutionem
hujuſmodi cogantur, non autem eorum judicibus
laicis, ſive exactoribus earumdem gabellarum ſive.
ſiſſarum, ne quibusvis aliis judicibus laicis, aut mi-
niſtris ſub pœna excommunicationis majoris, ac aliis
pœnis à ſacris canonibus, & conſtitutionibus Apoſtoli-
cis inflictis, & communatis ipſo facto ſine alia moni-
tione & declaratione incurrendis, à quibus nemine,
præterquam à nobis, & Romano Pontifice pro tempo-
re exiſtente abſolvi, etiam vigore quorumcunque
privilegiorum Apoſtolicorum, etiam Cruciatæ ſan-
ctæ nequeant conveniri nullo modo poſſint, ſeu de-
beant; ſed à prædictis ordinariis Eccleſiaſticis tan-
tum ad ſolutionem hujuſmodi compelli valeant;* quid
ergo clarius contra practicam, quam frequen-
tantur ubique Regnorum Caſtellæ, & legion lai-
ci miniſtri, & gabellarum exactores contra Ec-
cleſiaſticos.

50 Et quamvis dicunt prædicti miniſtri Regii in
ſuis allegationibus caſum prætenſum à Rege ca-
dere in Clericos ſuorum fructuum venditores.
à quibus non intendit gabellas exigere, ſed ut
petant licentiam ad habendas V. G. tabernas, &
macella publica, in quibus vendant ſuos fru-
ctus, & ad ſolvendum debitum cauſitum à cau-
ſa tributi retenti, & ut dent fidejuſſorem de illo
reſtituendo, & hoc remedio quodam extraju-
diciali ad conſervandam indemnitatem: ſic Ca-
ſtro eſt Thomas del-Benè *de immunitat. cap.* 5. *du-
bio* 4. *n.* 15. & *in cap* 9. *dub.* 2. *n.* 33. & *dub.* 4. *per
totum*, & *dubio* 16. *n.* 8. & 9. & *dubio* 18. *n.* 18.
& cum aliis idem Caſtro latè *à num.* 98. *uſque ad*
51 103. & *à n.* 114. omnino legendus. † Ubi *n.* 115.
quod Clerici nolentes ſolvere Regi quod reti-
nuerunt ex cauſa tributi ab emptoribus, ſoluti
debent haberi, ut ſpoliatores Regalium jurium,
& ut actores habendi, & fiſcus, ut reus ſic ut
tunc ad recuperationem horum tributorum ſit
competens ſæcularis Judex ex Joanne Fabro,
Butrio, Millis, Larrea *dicta alleg.* 27. *num.* 38.
Thomas del-Benè *ſupr. cap.* 9. *dubio* 16. *n.* 13. &
14. & Alderano, Maſcardo omnino videndo *de
ſtatutor. interpret. concluſ.* 1. *n.* 2177. concludens
ut etiam propriâ authoritate poſſint laici contra
Clericos exequi, quando indebitè quod ad illos
ſpectat retinent; alia inquam à n. 116. proſe-
52 quutus. † Tamen nullo modo quantumvis tri-
butum ſit ex juſta cauſa impoſitum, & Clerici
illud non ſolvendo peccent, & in ſimul ob re-
tentionem, quam faciunt, juxta ſenſum, de
quo loquuntur prædicti Doctores, ſint ad reſti-
tuendum obligati, cum locupletentur, alias im-
moderate, cum jactura juris regalis, imò & lai-
corum vaſallorum, & aliorum Clericorum illud
ſolventium, exactio illius contra perſonas, ſeu
bona Eccleſiaſticorum, & facienda per miniſtros
Regios, cum alias, ut latè dictum eſt eorum
immunitas Eccleſiaſtica læderetur, ſed eſt facien-
da per judices Eccleſiaſticos; quod procedit quan-
tumvis D. D. Anton. de Caſtro cum infinitis n.
116. & 117. contendat, cum judices Eccleſia-
ſtici, Epiſcopi, Metropolitani, & aliis ſuperio-
res fuerint, & ſint rebelles in compellendo Cleri-
cos defraudantes ad regiſtrum, & ſolutionem fa-
ciendam. † Nam quamvis Thomas Sanchez *lib.* 53
2. *conſ. moral. cap.* 4. *dubio* 55. *n.* 33. & Archiep.
Hiſpalen. *lib.* 4. *in moral. q.* 11. *art.* 22. *n.* 5. & 6.
dicant vi ex dilatione, aut negligentia judicis
Eccleſiaſtici, poſſint judices laici occupare cleri-
corum bona pro rata onerum, quia Rex jus ha-
bet ad protegendum Regnum, etiam contra Ec-
cleſiaſticos, ubi Judex Eccleſiaſticus id renuit, &
eſt periculum in mora, revera in praxi, ut idem
Tapia ait *dicto n.* 6. iſte non eſt caſus contingibilis;
imò & rariſſimus, cum nullus mentis compos,
poſſit exiſtimare judices Eccleſiaſticos, præcipuè
prælatos ſic tardos in adminiſtranda juſtitia futu-
ros eſſe, ut ex propoſito velint negare Regi tri-
buta legitime debita, cumque hæc legitima cau-
ſa proprie, & à natura ſpectet ad examen Pon-
tificis, quid mirum, ut nunquam ſine violatione
immunitatis Eccleſiaſticæ queant laici judices pro-
cedere ad exigendas gabellas, præcipue ſi laici
Principes, & eorum miniſtri conſiderent, ut
reſpectu Clericorum aliquo tempore anni ven-
dentium fructus ſuos eorum immunitas læditur,
ſiquidem ipſi etiam pro majori parte omni obli-
gantur emera eaſdem ſpecies tributarias ad ſu-
ſtentandas familias proprias, ſolvendo Regi tri-
butum, alias injuſtum, non habita licentia Pon-
tificia, aut præhabito conſenſu Epiſcopi, & Cle-
ri, juxta diſtinctionem relatam *Supra in dicta q.*
11. 12. & 13. † Et ex magis ſolida cauſa re- 54
ſpectu numeri infiniti Clericorum, & Eccleſia-
ſticorum nullos fructus percipientium, qui toto
anni tempore empturi ſunt a venditoribus, ſol-
vendo tributum, ut hodie in omnibus millioni-
bus faciunt, nulla ſtante licentia Papæ: & ſic
credo ſine excuſatione aliqua miniſtros Regios exi-
gentes, & recuperantes collectas, & tributa abſ-
que breve Pontificio, nunc temporis eſſe incur-
ſos in Bullam cœnæ juxta diſpoſitum *in cap.* 18.
Ex quibus abunde ſatisfactum eſt allegationibus
dictorum miniſtrorum Regiorum, & quibus etiam
abundè, ut dixi ſatisfacit Epiſcopus Oxomenſis, jam
adductus. † Qui *à n.* 60. ſpecifice refert quod Cle- 55
rus Hiſpaniæ tributat Regi dimidiam partem de-
cimarum conſiſtentem in tertiis realibus, & in
magiſteriis ordinum militarium, & in ſubſidio,
& excuſato, & in aliis gratiis Pontificiis, qui-
bus omnibus additur univerſalis contributio mil-
lionum, quos ſolvunt Clerici minutatim emen-
do, ſicut laici victualia, & veſtes ſibi, & cul-
tui Divino neceſſarias; & quod ultra eleemoſy-
nas, quas erogare tenentur Epiſcopi, & Clerici,
gravantur pluribus ſumptibus Romæ ſolutis
in Expeditionibus Bullarum, ſic ut multis con-
currentibus, tam ipſi, quam aliæ dignitates ad-
ſtent pauperrimæ.

Ad ultimam quæſtionis partem quia in relato ma- 56
nuſcripto D. D. Chriſtophori Moſcoſo & Cordu-
ba facto occaſione tributi recenſiti *q.* 13. & *in
hac quæſt.* 14. de quo memini ſupra *in fine quæſt.*
10. *verſ.* & *quia n.* 42. à quo habui in conſiliu Ca-

ſtello

ſtellæ ſupremo inter ejus prudentiſſimos ac litteratiſſimos ſenatores poſt nonnullas ceſſiones & conferentias nihil decretum fuiſſe abhinc duobus feré annis & per legendo *quæſt.* de qua ibi diſceptavit: num Eccleſiaſtici teneantur ad contributiones pro communi populi utilitate, veluti, pontium, murorum ſeu fontium & aliorum reparatione &c. & incidens in illam controverſam quæſtionem num ex quo tenentur habito Epiſcopi ac Pontificis conſenſo compellantur ad contributionem illis impoſitam per judices laicos & referens duas communes quarum memini *in d. q.* 10. poſtea doctiſſimus ille vir in fine ſui ſcripti incidit in ſequentem reſolutionem ad articulum per viam recurſus & violentiæ agitandum *in d. conſil. ſupremo* de quo tunc quæſtio erat acerrimé locum non dari probat tum ex doctrina Marii, Cutellii acerrimi defenſoris laicæ juriſdictionis *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 39. in fin. ſentientes etiam in nova impoſitione ut non conſentiente Epiſcopo & Clero recurratur ad Papam in hoc caſu recognoſcentis non poſſe judicem ſæcularem nec clerum obligare & nec in eum exequi reſolvit ex doctrina ſingulari Salgadi *de protect. regia p.* 1. *cap.* 2. §. 3 *n.* 26. ejus verba referens eum Gutierrez. Mercado, Soto, Zenedo, Salin, Villalobos & aliis, quod ſi in aliquo articulo duæ ſint Sententiæ doctorum, alia permittens appellationis delationem, alia autem negans ſed utraque opinio probabilis vel æque communis tunc cum Guillier. Eccleſiaſt. poſſit quem maluerit licité eligere propter dubium exiſtens & authoritatem doctorum, unam quamque tenentiom, nullo modo queat à ſenatu Eccleſiaſtici ſententia redargui de iniquitate quia ceſſat violentia ubi jus aſſiſtit & cum aliis adductis à Diana & Suarez, Sanchez illam acerrimé comprobat cum Suarez *lib.* 4. *de deſenſ. fidei cap.* 34. *num.* 33. qui dicit ut jus fiat, oportere quod ſit certa & clara alias gravamen inferret judex ſæcularis quia privaret jure quod in dubio habet Eccleſiaſticus eligendi hanc vel illam opinionem communem quam veriorem exiſtimet nec ſatis erit quod ſæcularis probabili judicio ducatur niſi certo ſciat nullam eſſe opinionem contrariam &c. contra videtur infra in cap. 2. de judiciis à n. 19. in fine.

QUÆSTIO XV.

An liceat capitulo Cononicorum facere Macellum carnium, vini, ac aliorum comeſtibilium & an poſſint laici aperire tabernas, in quibus ſine onere vectigalis confluere poſſint Clerici. An ſi Princeps laicus juſtè ſtatuendo pretium legitimum vini, vult poſtea ſuper emptore laico imponere gabellam, quam extra pretium legale juſte dandum venditori debeat ipſe emptor tribuere pro bono, & neceſſitate publica, talis gabella ſit contra immunitatem & an Clerici teneantur ſolvere vectigal in extractione frumenti, vini & ſimilium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo carius vendant. Et an Clericus negociator ante trinam monitionem, teneatur ſolvere gabellas, & laicus Princeps queat illas licitè ab eo exigere.

SUMMARIUM.

1 *Macelli jus conſideratur, vel quatenus continet juriſdictionem, vel jus ſcindendi carnes, & habendi Macellum, non quatenus pertinet ad jus particulare, ſed ad jus facultatis, ſeu libertatis* n. 2.

3 *Jus libertatis, ſeu facultatis, & Jus ſtrictum continent magnam differentiam. Ubi quid utrumque.*

4 *Macellum poteſt haberi à quocunque capitulo ad propriam commoditatem, & diviſionem, & ſuſtentationem eorum; non vero ad publicè vendendum &* n. 13. 14. & 15.

5 *Jus proprium appellatur, quod commerciis, & negotiationibus, vel aliis, particularibus cauſis cuiquam privatim quæritur, aut tribuitur.*

6 *Clerici poſſunt habere jus vendendi carnes, ſed non jus Macelli publici, niſi privilegio, aut conſuetudine* n. 9. & 10. & vide n. 11. & 12.

7 *Macelli jus ſolùm competit ei, qui habet mixtum imperium conceſſum à Domino Rege, Uſu, vel conſuetudine, aut privilegio.*

8 *Macelli jus conſueverunt Reges concedere Civitatibus, villis, & aliis locis Cataloniæ, cum ad eorum adminiſtratores ſpectet cura proviſionis carnium, & aliorum victualium.*

13 *Religioſi, & magnates habendo intra ſuos limites locum deputatum, ubi carnes ſcindantur ad eorum congruam ſuſtentationem, & diviſionem faciendam, non contraveniunt juri Macelli publici* n. 14.

14 *Rex noſter Philipp. IV. prohibens per ſuam ſchedulam anni* 1656. *fieri Macella diſtincta pro Clericis, non contravenit ut in loco jam deſtinato pro Clericis carnes vendantur ſolis Clericis, & eorum famulis, ſed fieri Macellum de novo prohibuit, mandans, ut eundo Clerici ad publicum Macellum, reddatur eis pars Collectæ ſoluta &* n. 16.

15 *Clerici ſunt liberi, ut poſſint emere victualia in omnibus locis abſque onere alicujus gabellæ.*

17 *Statutum Principis, ut laici emendo de bonis, aut fructibus Eccleſiaſticorum, ſecundùm plures non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam,* ut n. 18. 19. 20. 21. & 22. *Secundùm alios eſt contra eam,* ut n. 23. & 24. *Sed diſtinctione componitur* a o. 25.

20 *Gabella non eſt pars pretii, ſed tantùm nomine, quæ poteſt ſeparari à pretio in ipſo contractu, ſine querela venditoris, nec erit pars pretii, niſi cum ineſt rei, vel aliquid commodi, ex eo pervenit ad emptorem, vel venditorem* n. 21. *Latè* à n. 24. & n. 27. & 28.

24 Tolle ſtatutum, *aut laderach.* & ſi emptores tenentur, ad gabellam compelle, ſin minus

nus ne mihi jus meum auferas, intereſt enim mea, habere emptores immunes.

24 *Gabella, quæ eſt ſeparata ab ipſo contractu, ut contingit; quando ſtatutum dicit, quod qui vult exportare dolium vini in civitatem, ſolvat gabellam, non efficit immunitati, ſecus quando onus gabellæ eſt annexum contractui, ut ſi V. G. ponatur ſtatutum, quod ſolvantur duo ſoliti pro quolibet Dolio vini, quod emitur, aut venditur,* ut n. 26. 27. & 28.

27 *Pretium juſtum alicujus rei, ſolet dici, tam pretium francum, quam ipſa gabella ſed expendes,* ut n. 28.

29 *Omnis negotiatio lucrativa non eſt interdicta Clericis, ſed ea, quando res empta non meliorata carius venditur, quam fuit empta,* & n. 30.

30 *Negociator non eſt qui vendit fructus ſui beneficii, aut ex penſionibus Patrimonialibus tranſportando illos etiam alibi, ubi plus valent,* ut n. 31. & 32. *contra Graſſis* n. 34.

32 *Tributum exigi non poteſt ex his, in quibus Rex Epiſcopis, & Clericis ultra marinis ſtipendium ſolvit, ut exemplificatur.*

33 *Eccleſiaſtici etiam volentes nequeunt ſe ſubmittere juriſdictioni laicali conſuetudo, non abſtrahendi à Regno Sicilia blada, ac cætera comeſtibilia ſine licentia Pro-Regis, & ſolutioni Driti, & exactioni.*

34 *Clericus gabellandus non eſt, quando tranſportat vendendos fructus ſuos recollectos in propriis prædiis, vel Eccleſiaſticis, ut vendendo lucrum reportet.*

35 *Gabella non deſinit eſſe id quod in Portu ſolvi ſolet, & ſi aliàs dicatur Regalia. Portus vectigal duplex eſſet ſolet, unum, quod vacatur* Anchoragii, *alterum jus exituræ, & dicitur etiam Portorum,* & n. 36.

36 *Portorum, vel vectigal idem ſunt.*

37 *Patrimonialia bona Clericorum ab oneribus laicalibus libera ſunt ob dignitatem perſonarum contra Navarrum, ubi qualiter loquitur* n. 38.

39 *Negotiator Clericus ſecundùm aliquos, tenetur ante trinam monitionem ſolvere gabellam alii non, niſi poſt.* n. 40. *ſed utraque ſententia in ſuo ſenſu eſt vera,* ut n. 41.

42 *Clerici pro gabellis, & tributis ab eis ſolvendis cauſa negotiationis, non compellantur ad ſolvendum per judices laicos.*

1 AD primam quæſtionis partem, ut reſpondeam dico jus Macelli, ſeu actum illum ſcindendi carnes, poſſe conſiderari dupliciter, vel quatenus continet juriſdictionem, cum hoc, quod eſt habere Macellum directum, publice fit de Domino qui habet mixtum imperium, ut fuit deciſum in Regia Audientia Cataloniæ per Magiſtros N. Paſqual, & N. Nagrel. III. Junii 1574. in cauſa Præpoſiti majoris ſancti Cucufatis de el Valles contra univerſita-
2 tem dictæ Villæ. † Seu conſideratur jus ſcin-
dendi carnes, & habendi Macellum, non quatenus pertinet ad jus particulare ortum, veluti præſcriptione, privilegio, ſeu conſuetudine, ſed conſideratur, quatenus pertinet ad jus facultatis, ſeu libertatis, qua liberi homines gaudent ad ſuum libitum quidquid faciendum, niſi vi, aut jure prohibeatur, juxta tradita per Juſtinianum *inſt. de jure perſonarum, & in l. libertas 4. ff. de ſtatu hominum*: ſic Ripol. *lib. 1. variar. cap. 1. de juriſd. n. 141. & à n. 146.* † Ubi cum Pau- 3
lo Caſtrenſi notat *n.* 448. magnam eſſe differentiam inter jus libertatis, ſeu facultatis, & jus ſtrictum; nam facultas dicitur facilitas rerum agendarum, id eſt vis quædam, quæ efficit, ut actus aliquis facilius expediatur, Caſtrenſ. *in l. ſi rem §. omnis n. 5. ff. de pignorib. actione* Corn. *conſ.* 176. *n. 4. volum.* 3. Et quod jure civili facultas nihil aliud ſit, quam libertas quædam, & abſoluta poteſtas libere agendi quodcunque unicuique p. licitum ſit juxta textum *in dict. l. 4. & in dicto princ. inſt. de jure perſonar.* & faciunt quæ latè dixi *ſub cap.* 12. *de præſcriptionibus*. Ubi de facultativis non præſcribendis.

Quibus ſuppoſitis in ſecundo caſu adducto, di- 4
cendum eſt quod poteſt quodlibet capitulum habere Macellum ad propriam commoditatem, & diviſionem & ſuſtentationem eorum, non vero ad publicè vendendum ſic colligitur *ex doctrina Baldi in l. licet q. 3. cod. de jure deliberandi in l. libello §. ſi quis ſervus ff. de captivis, & poſt liminio reverſ. l. ultima ff. de uſufructu* † Nam jus proprium ap- 5
pellatur, ut ſit quod commerciis, & negociationibus, vel aliis peculiaribus cauſis cuiquam privatim quæritur, aut tribuitur ad eorum proprium commodum, & utilitatem, & reſpective in intereſſe particulare uniuſcujuſque perſonæ fondatur, ut refert Ripol. *à n.* 9. qui prædictam ſententiam confirmat ex *cap. ſignificante de appellat*, ubi Panormitan. *n.* 2. Barboſa *ibi*. † qui in verſ.
Carnes vendere non debere, colligit, ut Clerici poſ- 6
ſint habere jus vendendi carnes, de quo Tyraquellus *de nobilitate cap. 27. n.* 8. Boërius *deciſ.* 225. *n.* 4. & ego ibi notavi, & alia ex Greg. Lopez, Covarruv. & aliis.

In primo autem caſu dicendum eſt, ut jus Ma- 7
celli ſolum competat ei, qui habet mixtum imperium conceſſum à Domino, Rege, uſu vel conſuetudine, aut privilegio, ut notant Doctores *in dicto cap. ſignificante* 69. Albertus, Brunus *conſ.* 127. verſ. *item ſuccedit in emolumentis Macelli, & conſ.* 131. verſ. *quod ſi dicatur, lib.* 2. Ripol. *ubi ſupra n.* 143. † Ubi dicit quod hoc jus conſueverunt 8
Reges concedere civitatibus, villis, & aliis locis Principatus Cataloniæ, cum ad eorum adminiſtratores ſpectet cura proviſionis carnium, & aliorum victualium, prout declaratum fuit die 16. Maij 1528. per magnificos N. Dalmau, & N. Pator de
Regio conſilio. † Et quod ex prædicto modo, nec 9
Clerici, nec laici poſſint habere Macellum in aliqua civitate, vel locu, niſi ad id expreſſum habeant privilegium à Rege, vel alio ſuperiore habente mixtum imperium, notant Doctores *in dicto cap. ſignificante de appellat* ubi Innocent. Immola, &
Panormit. *n.* 2. † Vel etiam ex longa conſuetu- 10
dine, vel præſcriptione illud jus acquiſierint prout modo prædicto acquiri poteſt *ex deciſione textus in cap. ſuper quibuſdam de verb. ſig.* ut notat Albert. Brunus *dict. conſ.* 227. verbo *item ſuccedit*, ubi atteſtatur Clericis, & laicis acquiri poſſe jus Macelli, etiam ſine Principis conceſſione, ex longa nempe conſuetudine ad quid dico infra *q. 24. verſ. ad quintam.*

Et licet aliqui prætendant prædictam facultatem 11
ex dict. cap. ſignificante eſſe intelligendam

ſi privilegio, vel conſuetudine, Eccleſia tale Jus acquiſierit, & ex eo inquam quia privilegio concedi, quod in tali loco, & non alibi carnes vendantur, vel quod quis ſolus piſcetur in certa parte maris, & alios prohibere puſſit, ut Gregor Lopez divit *in l.* 1. verb. *argumento tit.* 7. *p.* 5. Covarruv. *in regula poſſeſſor. p.* 2. §. 4. *n.* 1. Sebaſtian. Nevicens. *in l. ſi quiſquam ff. de diverſ. & tempor. præ-*
12 *ſcript.* † Tamen adhuc io dicto ſecundo ſu facultativo dicendum eſt, ut dixi ſub verſ. *quibus ſuppoſitis*, maximè, quia ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, juxta textum *in l. de pretio ff. de public. in rem actione*, & faciunt quæ tradit Bobadilla in *polit. lib.* 3. *c.* 4. *de luſabaſtos y*
13 *mantenimientos n.* 14. † Ubi poſtquam *num. præcedenti* dixerat quod poſſunt prohibere univerſitates, ne habitatores venderent victualia, ait quod non dicetur contravenire magnates, nec Religioſos huic prohibitioni, eo quod intra ſuos limites habeant locum deputatum, ubi carnes ſcindantur ad eorum congruam ſuſtentationem, & diviſionem faciendam, quia ut jam eſt dictum, licitum eſt eis abſolutè, cum expreſsè à Jure non ſit eis
14 prohibitum. † Et quamvis Rex noſter Philippus IV. in ſchedula, ſuper qua latè *q.* 13. *præced.* ſcripſi, prohibuerit fieri Macella diſtincta pro Clericis; non tamen contravenit ut in loco jam deſtinato pro Clericis, carnes vendantur ſolis Clericis, ſingulíſque eorum famulis, & ne vectigal ſibi debitum defraudaretur, utendo ſuo Dominio Regio, voluit, ut non haberetur Macellum novum, & quod eundo Eccleſiaſtici ad publicum civitatis redderetur illis ad æqualitatem pecunia in plus data ex cauſa collectæ, ut ibi late ponderavi: & Ripol. adit *à num.* 153. ait quod Clerici habent Jus paſcendi ſua pecora in paſcuis communibus civitatis, quia cives ſunt, ut ſic poſſint carnes ſcindere, de quo dubio ago infra, & aliqua dico in verſ. ſequenti.

15 Ad ſecundam quæſtionis partem an poſſint laici aperiri tabernas, in quibus ſine onere vectigalis confluere poſſint Clerici ſuppoſitis quæ dixi ſupra *dict. q.* 13. verſ. *ad ſecundam* in fine, & affirmativam ſententiam doceat Henriquez *lib.* 5. *cap.* 15. *ſumma, num.* 5. in gloſſa *littera P.* & Diana dicat *p.* 1. *tract.* 5. *reſ.* 45. *in fine*, hoc dictum non eſſe ſine difficultate; nam Clerici ſunt liberi ut poſſint emere victualia in omnibus locis abſque onere alicujus gabellæ, inferens, ut non ſint coarctandi ad emendum in tali loco; imo & iterum Diana *reſ.* 82. *in fine* contra Henriquez ſupra littera O, Rodriguez *in ſumma tom.* 2. *cap.* 75. qui poſtquam *num.* 14. dixit loquendo in tributo communi verba ſequentia *ni deſto ſe pueden que Jar los Clerigos, pues pueden comprareſtas coſas* (ſcilicet panem, vinum, & alia) *en ſus carnicerias, tabernillas, y officinas, particular mente diputada para ellos, donde commoda mente la puedan tener; Verdadeſque donde commoda mente no puede avereſtas officinas particulares, tendria por muy ſoſpechoſas las dichas impoſiciones,*
16 *reſpecto de los Eccleſiaſticos: ita ille.* † Quibus verbis bene infertur ad reſolutionem de Macelli in verſ. *ad primam* hujus quæſtionis, cum ea, nempe diſtinctione, ut procedat quando non ſtatueretur per Principem redditio pecuniæ ad æqualitatem, juxta quæ addoxi *in dicta quæſt.* 13. verſ. *ad ſecundam*; ſic eſt intelligendus Ledeſma *in ſumma* 2. *tom. tract.* 7. *cap.* 2. *concluſ.* 27. idem docens, ac Henriquez, ſecus è contra, quando per Regem datur ſatisfactio integra in fine anni, dimidii, aut in ſingulis menſibus, ut ibi expendi, juxta intellectum ſchedulæ noſtri Regis Philippi IV.

Ad tertiam quæſtionis partem de Principe ſtatuente pretium juſtum vini, & poſtea ſuper emptore laico imponit gabellam; cujus cauſa ſi ven- 17
ditor eſt Clericus, poſſit contingere, ut vilius vendat, & ſic prætendat dicere lædi ejus immunitatem, video admodum diſcordantes ſententias; nam Boerius *deciſ.* 113. *num.* 19. Burſatus *lib.* 1. *conſ.* 42. *num.* 14. Alex. *de jure fiſci lib.* 1. *reſ.* 5. *num.* 7. Purpuratus *conſ.* 489. *num.* 7. & 8. Tyraquel. *de retractu conſanguin.* §. 1. *gloſſa* 13. *num.* 12. & alii quam plures aſſerunt gabellam impoſitam ſuper emptorem rerum Eccleſiaſticarum eſſe licitam. † Unde Molina *de juſtitia tom.* 18
3. *tract.* 2. *diſp.* 663. *num.* 5. *in fine*, Henriquez *in ſumma lib.* 10. *cap.* 15. *num.* 6. in gloſſa *littera V.* dixerunt exemptionem Eccleſiaſticorum, & Eccleſiarum, ſolum eſſe, ut ipſi non ſolvant tributum ex ſuis rebus, non vero ut alii non ſolvant tributum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione ſunt perventuræ. † Et confir- 19
matur ex his, quæ docent Laſarte *de decima vendit. cap.* 19. *num.* 10. Mexia *in pragmat. taxa panis*, *conſ.* 5. *num.* 39. & Rodriguez *in ſumma tom.* 4. *cap.* 166. *num.* 7. *in ſequentibus verbis los ſeglares vendiendo a los Eccleſiaſticos, ò regulares algo, obligazion tienende pagar al cavela, aunque por eſto los dichos Eccleſiaſticos las dichas coſas por mas altos preçios compren, ni por eſto eſque brantada ſu immunidad Eccleſiaſtica;* cum ergo in puncto iſto pretium à Principe impoſitum non poſſit alterari ab ementibus; & ſic Eccleſia habitura ſit juſtum pretium rerum ſuarum. † Quia ga- 20
bella quidem non eſt pars pretii, ſed tantum nomine, ut tenent Megala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 9. *numer.* 108. Alvar. Velaſc. *tom.* 2. *conſ.* 70. *numer.* 14. Parladorius *rerum quotidian. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 21. *in fine*, Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 258. *numer.* 42. Caſtillo *lib.* 2. *deciſ.* 127. *num.* 12. Comitol. *in reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 39. *numer.* 3. & alii imo poſſit ſeparari à pretio in ipſo contractu; taliter ut ex iſta ſeparatione venditor conqueri non poſſit, cum juſtum pretium rei ſuæ accipiat extra illam gabellam, quæ ad ſe pertinere non poteſt; ſequitur ut licet in prædicto caſu aliquod damnum forſitan eveniret, eſſet per accidens, & ſecundario, quod non eſt conſiderabile, ut docet Velaſcos *de Jure emphit. quæſt.* 17. Molina *ubi ſupra*, Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 562. *num.* 46. † Ete- 21
nim ubi ex onere gabellæ adjecto emptioni, & venditioni nihil commodi actu percipiunt emptor, aut venditor, id non habetur loco pretii, quia tunc onus gabellæ, pars pretii eſſe dicitur, quando ineſt rei, vel aliquid commodi ex eo pervenit ad emptorem, vel venditorem: ſic Gutierrez *de gabellis quæſt.* 67. Avendano. *de cenſ. Hiſp. cap.* 28. *n.* 4. Felician. *de cenſ. lib.* 2. *c.* 1. n. 14. Azeved. *in l.* 1. *n.* 81. *lib.* 9. *tit.* 17. *recop.*

Ergo cum nec directè, nec indirectè Eccleſia ven- 22
ditor nullum in pretiu rei ſuæ venditæ damnum recipiat, ſequitur ut prædicta gabella ſoluta ab emptore laico, non ſit contra immunitatem Eccleſiæ, præcipuè ſi conſideremus æquale pretium, è contra

contingere

Digitized by Google

contingere, quando Eccleſia eſſet emptor rei venditæ à laico ſubjectæ tributo; & ita hanc ſententiam docent in terminis Felinus *in textu noſtro n.* 99. Federicus de Senis *conſ.* 111. *n.* 10. & pro hac videtur ſtare praxis communis Regnorum, tam Caſtellæ, quam aliorum.

23 Sed quia video plures etiam Doctores contrariam docere ſententiam dicentes talem gabellam indirectè latam eſſe contra Clericos; eo quod conditores, ſive ſtatuentes, aut imponentes gabellam utuntur illo velamine occulto, & non propalato, ut Clerici, qui alias nequeunt collectari, ea via per ſolvant ementes, illa gabella revera cadit indirectè in Clericos, cum contingat ut cauſa illius res venditæ Eccleſiaſticorum vilius vendantur, cum emptores laici gravati ad ſolvendum gabellam curent minuere de pretio juſto, quod traſcendit gabella; & ita docent ſurdus *conſ.* 305. *n.* 80. Homobon. *de examin. Eccleſ. p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 1. *q.* 1. Zerola *in praxi p.* 1. Verbo *gabella q.* 4. dicens illam gabellam latam eſſe indirectè in Clericos, cum in quibuſdam locis Regni ratione velaminis alicujus univerſitatis laici imponunt gabellas ſuper ſerico, vel vino, vel aliquo hujuſmodi, & volunt ut ſolvantur duo V. G. Carleni, vel quid ſimile, Gratianus *diſcept forens, tom.* 2. *cap.* 390. *per totum*, Menochius *lib.* 2. *conſ.* 136. Riccius *in praxi tom.* 2. *reſolut.* 187. *n.* 2. & *reſ.* 183. *per totam.*
24 † Et confirmatur ex doctrina Laderchi *conſ.* 103. *à n.* 8. *ad* 15. Ubi dicit ut ementes à Clericis de jure communi, non teneantur ſolvere gabellas; ergo ſi ſtaturum hoc addat dicetur contra libertatem Eccleſiaſticam probans ex eo, quia illud ſtatutum, quod coarctat Clericos, & adimit id, quod communi jure eis permiſſum eſt, dicitur violare libertatem Eccleſiaſticam, ſed Clerici ſecundùm jus civile, & canonicum, poſſunt liberè contrahere cum laicis quibuſcunque, nec illi tenentur ſolvere gabellam; ergo ſi ſtatutum hoc addat, erit contra libertatem Eccleſiaſticam: & ſic ſubdit Laderchus *dicat Eccleſia tolle ſtatutum, & ſi emptores tenentur ad gabellam compelle, ſin minus, ne mihi jus meum auferas; intereſt enim meâ habere emptores immunes:* ſic & aliis rationibus Doctores hanc partem defendunt, & equidem nimis juſtè, & proportionatè.

25 Verum quia ut dixi ſoleat in praxi ita caveri, ut emptores V. G. vini, aliarumvè rerum ſolvant Regi gabellam, quia laici ſunt, nec excuſentur etiam ſi à Clericis emant carnes, vinum, aut alia, quod nimis rigidum apparet, oportet videre qualiter illa prima ſententia poſſit eſſe juſta, & practicabilis, & ſecunda ſit ſequenda; igitur conſiderandum eſt, quod vel onus gabellæ eſt annexum contractui, aut adjicitur actui ſeparato ab ipſo contractu. Et ſecundùm hanc diſtinctionem exiſtimo dicendum, ut quando gabella eſt ſeparata ab ipſo contractu, ut contingit quando ſtatutum dicit quod qui vult exportare dolium vini in civitatem, ſolvat gabellam, cum tunc hæc gabellæ ſolutio, non recipiat immediatè contractum ipſum, ſed actum exportationis, qui nihil habet commune cum ipſa Eccleſia, ſeu immunitate, tunc prima ſententia ſit amplectanda.

26 Sed quando onus gabellæ eſt annexum contractui, ut ſi V. G. ponatur ſtatutum quod ſolvantur duo ſolidi pro quolibet dolio vini, quod emitur, vel venditur; tunc cum hæc gabella immediatè contractum reſpiciat, ut contingit in caſu, de quo loquimur, lædatque emptorem, cum propter gabellæ onus vel carius, vel vilius emat, ſeu vendat, tunc revera ſit amplectenda ſecunda ſententia: ita diſtinguunt in terminis Bellet. *in diſquiſit Clerici, p.* 1. *tit. de exemp. Clericor.* §. 8. *n.* 2. cum prædicta diſtinctione Celebri Baldi *conſ.* 31. quem poſtea amplexi fuerunt Roland [illegible] Valle *lib.* 4. *conſ.* 6. *n.* 18. Riminal. *conſ.* 724. *lib.* 6. *n.* 49. & 50. Surdus *conſ.* 127. *n.* 66. Diana *dict. p.* 1. *reſ.* 48. *tract.* 2. *in fine*, Ubi addit ſe hæc olim allegaſſe circa præſentem quæſtionem, pro ſublevando labore theologorum Senatu Panormitano dubitante, & quod Senatus quia res fuit viſa periculoſa, non poſuit dictam gabellam; & ita ſequor, & ſi non ſit facile intelligere in praxi hanc diſtinctionem de qua videbis quæ dixi *infrà q.* 48. verſ. *ad ſecundam.*

Unde licet lex, & Magiſtratus, ſeu communis prudentum exiſtimato in impoſitione juſti prætii alicujus rei multas circumſtantias, tam intrinſecas, quam extrinſecas conſiderent & præcipuè inter illas reſpiciant gabellæ onus, ut dicit Leſſius *lib.* 2. *de juſtit. cap.* 33. *lib.* 8. *n.* 68. & Molina *tom.* 3. *de juſtitia tract.* 2. *diſp.* 678. *n.* 6. dicat quod tota latitudo prætii franci, & alcavalæ, ſit pretium juſtum rei, & ub id ipſe *diſp.* 668. *n.* 2. *in fine*, dicat quod gabella eſt pars prætii, ut etiam ſequuntur Bonacina *de contractibus diſp.* 2. *q.* 9. *punct.* 1. *n.* 4. Vaſquez *in opuſculo de reſtit. cap.* 6. §. 2. *dubio* 9. *n.* 52. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dubio* 5. *in fine.* Turrianus *tom.* 2. *in* 2. 2. *dubio.* 8. *n.* 9. qui citat Molinam etiam in alio loco, Molfeſius *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *n.* 13. Laſſarte *de decima vendit cap.* 15. *n.* 19. Paulus de Caſtro *conſ.* 433. *n.* 3. & alii inferentes, ut cum gabella ſit pars prætii ſemper in pretio involvatur, nec poſſit ab illo ſeparari; indeque dici debere pretium juſtum alicujus rei tam dici, pretium francum, quam ipſa gabella & Clericos non deberi illa gravari. 27

† Tamen ut dictum eſt 28 per relatam diſtinctionem *n. præcedent*, hæc res eſt intelligenda, ſecundùm quam videtur factum in contributione, quam ſumus experti his annis præcedentibus in venditoribus vini, tam laicis, quam Clericis ex ſuis bonis, ſive redditibus, quorum amphoræ regiſtrantur, ut ſic gabella Regia non defraudatur, videmuſque ratione gabellæ pretium vini, contra emptores creſcere, quæ ſi appoſita non eſſet decreſceret, & remaneret ſemper in juſto ſuo, & in terno pretio, & valore, juxta æſtimationem communem Reipublicæ, & tam vendentium, quàm ementium, nec ex hoc Clericos venditores pati aliquod damnum vendendo vilius exiſtimant. Sed major eſt difficultas reſpectu Clericorum ementium à laicis tributariis, quia neceſſario propter illam Regiam gabellam Clerici carius emunt vinum ſibi neceſſarium pro ſuſtentatione, ſed tunc in hoc caſu incidimus in adductis *ſupra q. præcedenti, & à quæſt.* 8. 9. & 10.

29 Ad quartam quæſtionis partem an Clerici teneantur ſolvere vectigal ex extractione frumenti, vini, & ſimilium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo carius vendant, ut ad hanc difficultatem reſpondeam adverto, ut latius dico *infrà in cap. fin. de vita, & honeſt. Clericor.* non omnem negationem lucrativam eſſe Clericis interdictam, ſed illam tantùm quando res ipſa non meliorata carior-

pecti

pretio vendenda eſt quam empta fuit ut docent Molina *de Juſtitia*, & *Jure tom. 2. tract. 2. diſp.* 342. Leſſius *lib.2.cap.*21 *dubio.* 2. *à n.*4. Belletus *in diſquiſit. Eccleſ. p.* 1. *de diſciplina Clerical.* §. 21. *à n.* 7. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *diſp.* 19. *lib.* 5. *cap.* 6. *dubio.* 7. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *can.* 28. *q.*8. *n.*14. & *ſequent.* Malderus *de Juſtitia tract.*5. *cap.* 2. *dub.* 4. Filiucius *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 77. *art.*5. *concluſ.*4. *ad* 6. Tannerus *tom.*3. *diſp.* 1. *q.*7. *dub.*2. n.69. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 59. *dubio.* 2. *à n.*1. Rebellus *p.* 2. *de Juſtitia lib.* 9. *q.ult. ſect.* 1. & 3. Riccius *in praxi tom.* 1. *reſ.* 317. Marta *de Juriſd.*4. *p. caſu* 3. *n.*9. & 10. Fauſtus *in ſpeculo confeſ. diſp.* 37. *q.* 17. cum aliis Barboſa *in dicto cap. fin. de vita*, & *honeſt. Clericor.* & *in*
30 *cap.* 6. *tit. fin. lib.* 3. *decret*, *n.* 3. † Quibus addo Caſtrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. unica puncto* n.16. Vbi dicit *reſpondeo illam eſſe negotiationem Clericis prohibitam*, & *quæ debitum tributi habet annexum*, *in qua lucrum intenditur ex emptione prius facta*, *ſecus ſi lucrum non ex emptione formaliter*, *ſedaliunde proveniat*; & *ſic negotiator non es*, *ſi vendas vinum*, *triticum*, *oleum ex redditibus tuis beneficiis*, *aut ex poſſeſſionibus tuis patrimonialibus collecta*, *quia illi non ſunt fructus emptionis*, *ſed tuarum poſſeſſionum*: ita ille quibus adjungo Zevallos *de cognit. per viam viol. p.*2. *q.* 64. *n.* 21 Pereira *de manu Regia p.*2. *cap.*24. *n.* 34. ita tenentes, licèt non affecti erga Clericos & immunitatem Eccleſiaſticam vide quæ longè tit. de Clerico aut monacho ſive regulari negotiantes Franciſc. Anſaldus *de Juriſdictione p.*2. *tit.* 11. *cap.* 34.

31 Undè in caſu propoſito exiſtimo reſpondendum ſine dubio contra aliquos, ut cum non ſit negotiatio lucrativa; nec dicatur negotiari qui vinum, oleum, & alia, quæ ex ſuo agro colligit, vendit, ſive in eodem loco vendat, ſive alio transferenda curet. Ubi carius vendere poſſit quia nullus negotiari videtur, ac cenſetur vendendo res ex propriis bonis Eccleſiaſticis, vel patrimonialibus collectas, ut tradunt Bonacina *tom.* 3. *in bulla cœnæ diſp.* 1. *q.*19 *puncto.* 3. §.3. *n.* 6. Laurentius Oſorius *in ſua pinna de Roſas lib.*4. *cap.*2. *folio* 980. Ubi alloquitur ſequentibus verbis *quando el Clerigo negotia con ſus biennas*, *no pier de el privilegio*, *aunque los lleve al puerto o a otra parte a vender per via de negotiacion*, *de los quales no deve al cavala*, *niſela deben pedir ſo pena de eacer en la cenſura de la Igleſia*, Antonius Souſa *in Bulla cœnæ cap.* 19. *diſp.* 92. *conſ.*1. *n.*1. Ubi ait quod negotiatio lucrativa non eſt dicenda in caſu, quo Eccleſiaſticus
32 bona ſua mittit ad locum, ubi plus valent. † Nec ex aliis, in quibus Rex Epiſcopis, & Clericis ultra marinis ſtipendium ſolvit, tributum exigi non licet, quando illa venditionis cauſa ad hoc Regnum (Portugalliæ ſcilicet) aſportantur quia propriè loquendo hoc non eſt negotiari, niſi in quantum latiſſimè expendit Joannes Gutierrez *de gabellis q.* 93. cum infinitis, & poſt eum relati à Baboſa *in dicto cap. fin. de vita*, & *honeſtate Clericorum*, quia Clericus fructus recollectos ex ſuis bonis aſportans alibi; ut carius vendantur, non dicitur negotiator, & ſic nec teneatur ſolvere gabellam, aliterque facientes incurrere in Bullam cœnæ, en quod violent immunitatem Eccleſiaſticam, optimè Diana
33 *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 27. † Ubi improbat quamcumque conſuetudinem, etiam immemorabilem, quæ aliquo modo præjudicet libertati Eccleſiaſticæ, etiamſi ſit mixta laicorum Clericorum, cum iſti etiam volentes nequeant ſe ſubmittere juriſdictioni laicali, & in terminis contra Graſſium referendum *de effectibus Clericor. effectu.* 2. *n.* 294. approbans conſuetudinem non abſtrahendi à Regno Siciliæ Blada, ac cætera comeſtibilia ſine licentia Pro-Regis, & ſolutione *Dritti*, ſeu extractionis, licet tales res fuiſſent productæ, & recollectæ in prædiis Eccleſiaſticis, & Clericorum, ſitque illos ſolvere gabellam, ſeu jus tractæ extrahendo extra Regnum, vel intra: ſic Joannes Baptiſta Ciacirnius *in controverſ. forens. cap.* 31. *n.*15. & 16. & faciunt quæ longè dixi *in cap.*2. *de judicio q.*2. & *in cap.*8. *per totum* ac alibi.

Nec his obſtant Carolus de Graſſis *de effecti-* 34
bus Clericorum effectu 3. *n.*78. Ubi agens de gabellis, ait quod Clericus, uti negotiator tenetur ſolvere gabellam, & vectigal, ſi lucri faciendi cauſa, vellet fructus recollectos in propriis prædiis, vel Eccleſiaſticis aliunde aſportare, quia reſpondetor ex jam adductis. † Nec etiam obſtat di- 35
cere quod Id, quod exigitur à Clericis non eſt gabella, ſed Regalia debita Regi cum portus, ut jam alibi dixi annumerentur inter Regnum Regalia, quia reſpondetur, ut licèt portus ſit Regia Regalia, ſed non ſequitur ut quod ex illo exigitur, deſinat eſſe gabella: ſic Montanus *de Regalibus verbo portus.n.*2. Ubi dicit hoc portus vectigal duplex eſſe, alterum, quod vocatur *Anchoragii* alterum *Jus exituræ*, quod ſolvitur de his quæ extrahuntur a portu cauſa mercimonii; & ſi Conſultus *in l.inter publica* §. *fin. de verb. ſignif.* numeravit proventus ex portu inter fiſci vectigalia, diciturque vectigal portus, alioque nomine *portorium*, dequo ſit mentio in *l.*3. *Cod. de vectigalibus.* † Item & 36
inter vectigalia, quæ vero abrogare volebat ſit mentio apud Titum Livium *lib.*13. imò & Marcus Tullius *in oratione pro Manilio* ſic aſſerit *nec ex portu*, *nec ex decimis*, *nec ex ſcriptura vectigal conſervari poteſt*, & Symmacus *lib.* 5. *epiſtolarum* vocat quadrageſimæ, quinquageſimæque portorium, vel vectigal; ideoque portorium, vel vectigal idem eſſe patet ex *l.cum implorer* §. *vehiculum ff. locati*, Ubi vectigal quod in tranſitu alicujus portis ſumitur, nominatur portorium: alia tradit Diana *dicto p.*5. *reſ. fin. tract.* 1. Ubi refert etiam ad probandum ſixtin Regneri *de Regalibus lib.*2. *cap.*5. *n.*10. Henoingi Arniſei *de jure Majeſtatis lib.* 3. *cap.*5. *n.* 3. Dominicum Anneri *de jure publico volum.* 3. *diſcurſu.* 15. *n.* 58. Auctores damnatos concludens, ut cum portorium, ſive ut vulgò dicitur extractio, ſeu jus tractarum ſit gabella, ſequi neceſſario, ut Clerici ad illam non teneantur.

Minuſque obſtat aliud adverſariorum fundamen- 37
tum, ſcilicet Clericos quoad patrimonialia, reputari ut laicos; & ſic poſſe Principes ſæculares ſuper bona patrimonialia Clericorum gabellas imponere, Navarrus *in manuali cap.* 17 *n.* 118. Bobadilla *in politica tom.* 1. *lib.*2. *cap.* 18. *n.* 160. cum multis, quos ipſe citat *littera f.* Melchior Phæbus *tom.* 1. *deciſ.* 19. *n.* 4. Palacios in *repet. cap.per. veſtras* §.39. *n.* 11. *de donat.* Azevedus *in l.* 2. *tit.* 1. *lib* 2. n.37. *recopilat.* Ramirez *in leg. Regia* § 26 *n.*6. *gloſſa littera.*1. Quia ut jam ſatis, & abunde *à quæſtione* 1. & *à quæſt.* 10. cum aliis ſcripſi bona Clericorum patrimonialia gaudent immunitate à gabellis perſonalibus, ſicut & ipſe perſonæ Eccleſiaſticæ; & deinde

probatur ex gloſſa *in cap.ſimiliter.*16.*q.*1. Diana adverſus Bobadillam *p.*1. *tract.*2. *reſ.* [illegible] *cum* 19. authoribus defendit, & comprobat Rota Romana in una Albanicuſis gabellæ die 28. Junii. 1620. Coram. Merlino; Ubi ſic habetur *bona patrimonialia Clericorum, etiam laicalia immunia ſunt ab oneribus laicalibus ob dignitatem perſonarum, quæ dignitas perſonæ influit immunitatem in ipſa bona; illa enim adhærent perſonæ Clerici, nec perſona dici poteſt plene, & perfecte exempta, niſi etiam illius bona exempta ſint: ita Abbas, Decius, Felinus, & alii canoniſtæ in cap. Eccleſia Sancta Maria Baldus in l.*2. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis: alios refert, & ſequitur Suarez lib.* 4.*de immunitate cap.* 25. *à n.*4 *huc uſque ſacra Rota.* Quam deciſionem Rotæ ad longum tranſcribit Diana *in fine ſuæ* 5. *partis*, & omnis jam alibi per me adductis addo Anton. de Merin. *quotid.reſol. cap.*37.*n.*9. qui refert Gregor. Lopez Rovitum, & Conſtantinum, Martam alios plures referentem *de juriſdictione p.*4. *cent.*1. *caſu* 49.*n.* Tamburin. *de jure Abbatum tom.*1. *diſp.* 15.*q.*20.*n.*3. Barboſam *de jure Eccleſ. lib.*1. *cap.* 39 §.5.*n.*6. Baldell. *lib.*5. *diſp.*34.*n.*2. Ciarcinium *Controverſ. foreuſ. cap.* 31.*n.*7. Guinilenzonium *conſ.*59. Caſtillum de Soto major *de tertiis tom.*7. *cap.*9. *n.*18. Caſtrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 12 *diſp.Unica punct* 9.*n.*2. & cum Diana Paulus Schilante *de privileg. Clericorum cap.*2. *n.* 34. Fauſtum *in ſpeculo confeſ. diſp.* 33. *q.* 13. *n.* 2.

38 † Ubi dicit Navarrum eſſe ſibi contrarium; nam *in cap.* 17. *manual. n.* 202. ait eos, qui pedagia à Clericis exigunt, vel exigi jubent, incurrere cenſuras Bullæ cœnæ, & ſi id, quod vehunt important, vel aſportant, ſit de eorum patrimoniis. Ex quibus omnibus, & aliis clare deducitur ut Clerici nec ratione patrimonialium bonorum gabellari queant ex cauſa tranſportationis, ut carius vendant lucrumque faciant & videbis quæ congerit de negotiatoribus immunium vel nonimmunium ut ſolvant gabellam Daniel *de nobilibus diſp.*8.ubi cum multis vide infrà *quæſt.*49. verſ. *ad quartam* & uberius Thomas del-Bene *de immunit.p.*1.*cap.*5.*dubit.*3.*per.ſect.*Sex cum infinitis & in terminis ad noſtram quæſtionem *dubit.*5. cum Caſtro Palao, Sylvio, Tannero, Belletio Fauſto, Barboſa, Duardo, Rebellio, Rivio, Turriano A Eterio, Leſſio Malder. Molina & aliis, ubi noſtram amplectitur ſententiam reſpondens contrariis objectis.

39 Ad quintam quæſtionis partem an Clericus negotiator ſtatim ante trinam monitionem, teneatur ſolvere gabellam, cum hæc difficultas ex adductis in verſ. *ad quartam* dependeat multum, & proprius à regula textus *in dict. cap.fin.de Vita, & honeſtate Clericor.* ideo nunc extra diſputationem referam tres dicendi modos, unum affirmativum, ut ante trinam monitionem teneatur ſolvere, inter quos Malderus *in* 2.2.*tract.*5.*cap.*6.Portel. *in verbis regul.* Verbo *tributum n.* Joannes de Hebia *in tract. de commer. lib.*1. *cap.*14. *n.*10. Proſper de Auguſt *in addition ad ſumm. Quaranta* Verb.*vectigal.* Turrian. *tom.*2.*in* 2.2.*diſp.*44.*dubio* 4. *n.*12. *& alii.* † Sed Lopez *inſtruct.p.*2.*cap.*41. Souſa *in*
40 *Bulla cœnæ cap.*19.*diſp.*92.*n.*3.*in fine*, Rodriguez *in ſumm.tom.*2.*cap.*75.*n.*11. Petrus de Ledeſma *in ſumma tom.*2. *tract.*17. *cap.*2. *concluſ.*17. Molfeſius *in ſumma tom.* 2. *tract.*12. *cap.*22.*n.*173. Leſſius *lib.*2.*cap.*34. *de juſtitia dubio.*3.*n.*23. Reginaldus *tom.*1. *lib.*9. *cap.*25.*n.*379. *in fine* Joannes de la Cruz *in director. conſcientiæ p.*1. *præcepto* 7. *q.*7. *art.*3. *dub.*2. *concluſ.*1. aſſerunt Eccleſiaſticos negotiatores non eſſe obligatos ad ſolvendum vectigal negotiationis, ante quam tripliciter moneantur, ut deſiſtant à negotiatione: ſic *ex dict. cap.ex litteris fin. de vita, & honeſtate Clericor.* Videbis ex multis Thomas del Benè *p.*1. *de immunit. c.*5. *dubit.*3. *ſect.*2.

Verum Marta *de juriſdict. p.*4. *cent.*1. *caſu* 3. 41
à n. 2. Gutierrez legendus de gabellis *p.* 2. *cap.* 93. & 94. *per totum.* Zevallos *de cognit. per viam viol. p.*2. *q.*64. Alterius *de cenſ.tomo* 1. *diſp.*19. *lib.*5. *cap.*6. *q* 3. Molina *de juſtit.tom.*1. *diſp.* 147.*concluſ.*5. Duardus *in Bulla cœnæ lib.*2.*canon.*18. *q.*8. *n.*9. docent præcipuè hi tres ultimi utramque ſententiam relatam eſſe veram; nempe Clericum ſtatim ex cauſa negociationis amittere privilegium exemptionis, & hoc immunitate non eſſe privatum, niſi poſt trinam monitionem; nam quantum ad ipſas res, quas defert cauſa negotiationis eo ipſo carere exemptione abſque ulla monitione: pro quibus ſi exigitur gabella, & pedagium nulla incurratur excommunicatio, & ſic procedere primam opinionem. Sed quantum ad alia bona ſua, & perſonam, non admittere ſimpliciter privilegium immunitatis, niſi poſt tertiam monitionem, Clericus deſiſtere nolit, ſicque procedere ſecundum ſententiam. Et ſecundum hanc diſtinctionem videtur ut Barboſa concordet *in dict. cap. fin.* Et ſecundum hæc debent intelligi duæ noviſſimè cum multis ſcripſit Archiepiſcopus Hiſpalens. Tapia *tom.*1. *lib.*4. *de legibus art.* 18. *q.* 11. Ubi eum Cardinali Lugo *de juſtitia tom.*2. *ſect.n.*117. & 119. cum Sanchez & aliis.

Et his omnibus addo ut licet Clerici apud ſæcu- 42
lares magiſtratus conveniantur pro gabellis vulgo los alcabalos decimis & aliis juribus regalibus ſecus autem pro aliis tributis ut viarum, pontium &c. tamen in illis ſic contingit quia ſunt jus regale ab immemoriali tempore competens argumento eorum quæ dixi *in cap.*2. *de judiciis quæſt*, 18. ubi egi *de quæſtione* an judices laici habeant cognoſcere de regalibus & decimis Regi debitis ſed nihilominus in caſu noſtri dubii Clericus negotiator omittit exemptionis privilegium hoc eſt ut teneatur ſolvere gabellas non inquam fori privilegium ſic ut pro exactione earum conveniantur coram ſuo judice Eccleſiaſtico ita Cardinalis Lugo *de juſt.diſp.*36. *ſectione* 8.*n.*132. cum Sanchez & aliis Salas *de contractib. tract.de emptione dub.* 3.*n.* 4. cum Molina & aliis Graſſis *de affectibus clericatus defectu* 6.Fragos.*lib.*2.*diſp.*484 *n.*331. Caſtill. *tom.*7. *cont. cap.*9.*n.*52. Thomas del-Benè *de immunit tom.* 2. *cap.* 9. D. Chryſtophorus Moſcoſo jam ſupra laudatus *quæſt.*10. & 12. in fine conſilii ſupremi Caſtellæ & laicus ſic in quodam ſuo manuſcripto mihi ab eo mutuato in ſent. anh. 1657. acerrime defendens nec ad dictas gabellas cauſa negociationis compelli poſſe Clericos per laicos & ſic minus ad alias contributiones communes juxta quæ dixi *à quæſt.* 10. *& à quæſt.*1. vide infra *quæſt.*24.*n.*35. *fin.*

QUÆSTIO XVI.

An ſtatuta prohibentia extractionem annonæ extra territorium, ut conſer-

vetur

vetur abundantia in civitate comprehendat Clericos extrahentes fructus à ſuis prœdiis collectis, ſeu alia bona & an ſtatuta prohibentia introduci in civitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium; obliget Clericos. An Clericus, qui falsâ menſurâ triticum, vinum, vel oleum vendidit, poſſit puniri à judice ſæculari & an Clericus vendens vinum, frumentum, aut alia extra taxam à principe impoſitam, poſſit juſtitia ſæcularis dicta victualia, ei in pænam tollere, ut eſt per legem conditum. An Principes laici conſuetudine poſſint acquirere jus collectandi Eccleſiaſticos & an conſuetudo immemorialis probet extitiſſe Privilegium faciendi aliquid contra immunitatem Eccleſiaſticam.

SUMMARIUM.

1 *Statutum prohibens extractionem monetæ, & armorum, obligat Eccleſiaſticos; non ſic quod prohibet extractionem annonæ, & victualium, ut* n. 3. *contra multos relatos* n. 2.

3 *Menochius, & Caſtillus de Bobadilla cautè legendi in locis, qui hic referuntur.*

4. *Statutum prohibens introduci in civitatem vinum recollectum; vel aliud extra territorium non ligat Eccleſiaſticos.* ut n. 5.

6 *Clericus falſa menſura vendens triticum, vel oleum, non poteſt puniri à judice laico, niſi tantùm à judice Eccleſiaſtico, ſi legem taxæ tranſgrediatur, ut* n. 7. *Quid* ex el deſcamino *transportationis pecuniæ* n. 8.

9 *Arma prohibita poteſt auferre a Clericis judex laicus ſecundùm quoſdam ſed non eos punire arma deferentes ſed quod non poſſit auferre ſub* q. 51. *verſ. ad ſecundam in fine.*

10 *Conſervator, ſeu judex Eccleſiaſticus tantùm, & non laicus cognoſcit contra Eccleſiaſticos non regiſtrantes pecora, aut beſtias intra duodecim leucas à metà extranei Regni.*

11 *Taxæ leges fundantur jure naturæ juxta præceptum;* quod tibi non vis, alteri ne feceris.

12 *Clericus vendens vinum, frumentum, aut alia ultra taxam poſitam à Principe, nequit puniri in amiſſione victualium, aliiſve pœnis per Judicem laicum, ſed tantùm eſt puniendus ab Eccleſiaſtico mitiori pœnâ* n. 14.

13 *Clericus tenetur vendere juxta pretium quo laicus vendit ſuum vinum non ex vi ſtatuti taxantis à laico decreti contra Bobadillam* n. 11. & 14.

15 *Principes laici non poſſunt ſumere à Clericis res venales, quas contra legem vendunt, aut extrahunt a civitate ſub colore, quod dicta res cadant in commiſſum contra Cutellium. Et quare ibi.*

16 *Judices laici nullomodo poſſunt introducere conſuetudinem collectandi Eccleſiaſticos, ſive immunitas a collectis competat de Jure Divino, aut humano &* n. 24.

Conſuetudo iniqua collectandi Eccleſiaſticos quò diuturnior eſt damnabilior dicto n. 16. & n. 19. *Ubi de conſuetudine urbis Panormitanæ.*

17 *Conſuetudo, quæ inducit gravamen Eccleſiis, & earum Miniſtris, non valet; ſic, ut nulla etiam immemorialis excuſat ab incurſu in Bulla cœnæ, ut* n. 18. *etſi in aliquibus caſibus valeat introducta circa res Eccleſiæ, ut* n. 22. & 23.

20 *Naſuti ſolent bella excuſare per conſuetudinem laicos gabellantes Eccleſiaſticos; verendumque eſt, ut Deus iratus conſultores Principum caſtiget, & ipſos Principes nimium credentes eis.*

21 *Seculares titulo conſuetudinis non poſſunt inducere exactiones, & gravamina contra Clericos, & Eccleſiaſticos, nec prætextu talis conſuetudinis liberari à ſententia excommunicationis, nec debito reſtitutionis, & ut* n. 25. & 26. *Ubi de Jure, & Bulla cœnæ improbantibus quamlibet contrariam conſuetudinem.*

27 *Privilegii fama probanda eſt ut conſuetudo immemorialis ſuſtineri poſſit, quando ea eſt improbata &* n. 28.

28 *Conſuetudo ſola immemorialis non ſufficit in materia immunitatis perdenda ad probandum Privilegium* n. 29.

29 *Uſus quantumvis antiquus, cum in facto conſiſtat, non probat ſufficienter privilegium; ſed Jus, niſi cum conſuetudine conjungatur conſtans fama, & traditio æquè antiqua, ſeu immemorialis, quod præceſſerit privilegium.*

30 *Probatio per famam ſatis non eſt quando præſcriptio, & conſuetudo à Jure ſcripto reprobatur; niſi conſtet de privilegio.*

AD Primam difficultatis partem videtur affirmativè reſpondendum quia illud ſtatutum ſpectat ad publicam, & communem Utilitatem tam laicorum, quàm Clericorum, cum ea concivibus laicis adæquatur, item, & Clericis, & faciunt plura in quæſtionibus præcedentibus relata; & terminis docent Pereira *de manu Regia p.* 1. in concordatis Regis Sebaſtiani *Concord.* 291. cum aliis Juriſperitis, Menochius *tom.* 8 *conclaſ.* 800. *n.*38. ex noſtris Abiles *in capitibus prætorum gloſſa.* 1. Verb. *baeñas n.* 12. Mexia *in pragmatica taxæ* panis. Et confirmatur, quia ſi aliqui Prælati; ſive Clerici extraherent de his Regnis, potuerunt Prætores eam auferre. † Et ex eadem ratione alia quæcumque vetita extrahi per leges, aut ordinationes, veluti panem, vinum, aut alia qualibet victualia, quæ extraherent extra Juriſdictionem, nam ipſo facto amittuntur, inciduntque in commiſſum, ut apparet ex *l. commiſſa ff. de publican, & vectigal. l.* 2. *Cod. ut nemo privatus l. repetita Cod. de Epiſc. & Cleric. l. jubemus Cod. de ſacro ſanctis Eccleſiis l.* 2. *Cod. de navib. non excuſatio lib.* 12. Belluga *in ſpeculo Principum Rub.* 14. §. *nunc videmus n.* 39. Bobadilla *in polit. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 117. faciunt tradita per Menchacam *controverſ. uſuſreq. lib.* 1. *cap.*4. *n.* 18. Didacum Perez *lib.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam, col.* 91. verſ. *quæritur* Salced. *in additionibus ad Bernard Diez in pract. cap.* 55. *pag.* 200. verſ. *quamvis in medio*, Azeved *in l. tit.* 18. *n.* 20. *lib.* 6. *recopilat*, Ubi 1 2

refert Covarru. *in regula poſſeſſor.* § 4. *n.*8. *de reg. Juris n.*6. Grammaticus *deciſ.*100. *in contrarium*: & faciunt verba expreſſa *dict. l. tit.*18*lib.*6 *recopil.* in illis verbis *mandamos que las penas pueſtas contra los ſacerdotes de monedas ayan lugar contra los perlados, y Clerigos, eſentes, o contra qualquier perſona de qualquier eſtado, y Dignidad que ſea.*

3 Nihilominus in caſu, de quo loquimur quid quid ſit de extractione monetæ propter ſpecialem rationem, quam habet, exiſtimo contrarium dicendum eſſe. Nec obſtare quod ad communem; & publicam utilitatem ſpectat, quia revera extrahere victualia, quibus in difficultate; etſi ſint de bono communi, non tamen ex æquo reſpicere Eccleſiaſticos, ut laico, ex jam laté adductis *in quæſtione* 8. & ob id dicendum ut Clerici ſint exempti ab illis ſtatutis, cauteque legendos eſſe Menochium *dict.conſ.* 800. Ubi multa dicis non ferenda contra libertatem Eccleſiaſticam, quantumvis ille ſit Doctiſſimus jure conſultus: ſic notat Carolus de Grotlis *de effectibus Clericorum effect.n.* 2. *n.* 420. dicens quod conſilium illud eſt in multis libris deletum; eo quod ſit contra libertatem Eccleſiaſticam; & ideo judico dicendum de alio conſilio 200. ejuſdem Menochii adverſùs quem ſcripſit Doctus Surd. *conſ.*101. omnino videndus: & ex eadem ratione notat Diana *p.*1.*tr.reſ.*78, Caſtillum de Bobadilla *in dict.n.*117. quem antea impugnavit. Et hanc ſecundam ſequor in annonis, & victualibus, etſi non ſic in extractione monetæ & armorum cum Marta *de juriſd. caſu* 83.*p.*4. *n.*1. Belletio *diſquiſit. Cleric. p.*1. *tit.* 6 §.3. *n.*1. Grammatico *deciſ.* 100. *n.*15. Burſat, *lib.*1.*conſ.*42.*n.*28. Joannes de Amico *conſ.*18.*n.*17 Bayardo *in addition. ad Julium Clarum* §.*fin. q.*82. *n.*87. Rolando *lib.* 4. *conſ.*61. *n.*22. Azor. *inſtit. moral.p.*3. *lib.*5.*cap.* 19. *q.* 13. Bartholom. à Sancto Fauſto *in ſpeculo confeſ. diſp.*33.*q.*10.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, etſi Mexia docuerit affirmativam ſententiam in pragmat. taxæ panis *concluſ.*5. *n.* 17. & Morla cum aliis *in emporio juris p.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *n.* 19. nihilominus non ſunt audiendi eo quod tale ſtatutum non reſpicit publicam utilitatem, ſed privatam illorum civium, qui habent vineas, & prædia in territorio, ſed Clerici non tenentur, quando tale ſtatutum latum eſt propter publicam utilitatem, ſi talis utilitas non reſpicis æquè principaliter Clericos, ut laicos; ergo multo magis non obligabit ſi reſpicit tantùm utilitatem aliquorum, ut contingit in caſu: & ita docent Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.*1. *tit.*6 § 4 *n.*3. Marta *de juriſdictione p.*4.*cent.*1. *caſu* 2. *n.* 10. & 13. Grammaticus *deciſ.* 100. *n.*15. & 16. Joannes de Amico *conſ.*18. *in fine*, Menoch. *lib.*8.*dicto conſ.*800. *n.*80. cum aliis Ripa *in tractatu de peſte tit. de remediis ad conſervandam ubertatem n.* 122. Bald. *lib.*2.
5 *conſ.* 198. Verbo; *non obſtat.* † dicentes quod ſtatuta prohibentia introduci in civitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium, non comprehendit Clericos. Et ego addo quod ſi iſte caſus reſpiceret æquè utilitatem Clericorum, & laicorum, Clericos non obligari ex vi laici ſtatuti, ſed ex natura, & ratione, quâ omnes tenentur, ut *ſupra* dixi benè q. 1. & 2. & in aliis. Et hanc, quam ſequimur ſententiam docent etiam Covarruv. *in cap. poſſeſſor p.*2. §. *n.* 2. *de reg. juriſ.* Burſat. *lib.*1. *conſ.*42. *n.* 18. & *conſ.*93. *n.*26,& ut *infrà* dico in verſ. *ad quintam*, quælibet in contrarium conſuetudo non eſt ſuſtinenda contra Clericos

Ad tertiam quæſtionis partem, an Clericus qui falsâ menſura triticum, vinum vel oleum vendidit, poſſit puniri à judice ſæculari. Etſi proprius de hoc dubio poſſet agi in fine hujus capitis, aut ſub *cap. ex litteris hoc tit.* tamen quia non impropriè hic ſubnectitur, dico ut *Supra* quæſtione præcedenti contra Ludovicum Mexiam *in pargmat. taxa panis concluſ.* 5. *n.* 29. cum aliis Caſaneum *in conſuetud. Burgundiæ Rub.*1. §.5.*n.*90. Petrum Zenedo *in collect. juris canon. p.*1.*collect.*37.*n.*18. Ut non poſſis puniri à judi- 7
ce laico, quia licet Clerici teneantur obedire legibus civilibus in his rebus, quæ ſpectans ad regimen civitatis, & ſacris canonibus, ac Clericali officio non repugnent; tamen ad hoc tenentur non directè, ſed indirectè, non vi legis, ſed vi rationis, ex doctrina laté adducta *in dicta* q.1. & 2. cum aliis. † ideoque non poſſe à judice ſæculari, ſi illas tranſgrediuntur aliquo pacto, puniri, ſed ad judicem Eccleſiaſticum eſſe recurrendum, ut docent Filiucius *tom.*2. *tract.* 35. *cap.*9. *n.* 94. Bartholom. à Sancto Fauſto *in ſpeculo conſ. diſp.*6.*q.*44.*n.*3. Angoſtinus Vigianius *de immunit. Eccleſ. diſp.*2. *concluſ.*5. Vaſquez *p.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 167. *cap.*4 *n.*29. & 30. Salas *de legibus diſp.* 14. Barboſa *in cap. menſuram de emptione, & venditione n* 3. cum Marta, & aliis theologis communiter tenentibus Clericos legum violatores minimè poſſe puniri à politico Magiſtratu.

Et confirmatur ex doctrina Bobadillæ, quam- 8
tumvis ipſe ſoleat invehere contra immunitatem Eccleſiaſticam *dict. lib.* 2. *polit. cap.* 18. plures caſus recenſentis, qui ſub *dict. n.*117. *in fine* ais quod ex quibusvis ablationibus rerum, quas Eccleſiaſtici tranſportaſſent, excepta extractione pecuniæ, aut rei, quæ incidit in commiſſum, amiſſaque ſit *por el deſcamino*, debeat cognoſcere judex Eccleſiaſticus ex doctrina Palacios *in Rub. cap. per veſtras in* 1. *notabili* verſ. *ſed eſt pulchra dubitatio n.* 15. Caſtellcus *in l.*70. *tauri n.* 18. in *additionibus* verſ. *ad contrarium*, Menchaca *de ſucceſſionum creatione* §. 10. *n.* 648. *ad finem* verſ. & *Hiſpania*, Salced. *in addition. ad practicam Bernard. Diaz cap.* 55. *littera A.* verſ. *quamvis*, & *litt.* C. verſ. *ſecundo*, & verſ. *tertio*, & *ſeptimo* aliquod dico *infra q.*51.verſ.*ad ſecundam*.

Confirmatur ſecundo, quia etſi revera ipſe
Bobadilla *ſub. dict. n.*117. exiſtimet Clericum eo 9
ipſo arma probibita amittere ex doctrina jam relata, & ex multis, quæ & quos adducit videatur acerrimè probare, quod Judex ſæcularis ea poſſit auferre, ejuſque Alguacelli, ſed alias inquam pœnas civiles nullo modo poſſe exigere laicum, ſed tantum per Eccleſiaſticum judicem, reſoluit idem Bobadilla *dict. cap.* 18.*n.*20. cum Covarruu. Sarmiento, Palacios, & Joanne de Platea, in quo judicio dubium dicit eſſe etiam, ut debeant exſolvi à Clericis pœnæ ſtabilitæ Regia, aut civili lege, ſed tantùm aliæ arbitrariæ; quod reſolves ex multis, quæ dico late *in cap. at ſi Clerici de judiciis* Et de prohibita de latrone armorum Clerici noviſſimè cum multis agit Daniel de nobilibus *ſub diſp.*23. 29. 64. Ubi longiſſimè cum multis loquitur & ego dico *infrà q* 51. verſ. *ad ſecundam ut ibi dico in fine edicti* verſ.

Tertio

10 Tertio confirmatur quia, & ſimili modo de pœnis, quas incurrerint Clericus, aut Monaſterium ratione pecorum, aut beſtiarum quas non regiſtravit intra duodecim leucas à meta Regni extranei ſolùm agnoſcet Clericorum, & Conventus conſervatur, ſeu index Eccleſiaſticus per textum *in l. 13. tit. 18. lib. 6. recopilat.* Gutierrez, qui ita definitum fuiſſe in Pintiae Cancellaria ait *lib. 1. pract. q. 4. n. 14. ad finem*, Bobadilla *dicto cap. 18. polit lib. 2. n. 117. infine*, & patet ex aliis, quae dico *infrà quaeſtra in dic. cap. ex litteris hoc tit.*

11 Ad quartam quaeſtionis partem an ſi Clericus vendat vinum, frumentum, & alia ultra taxam à Principe impoſitam, poſſit juſtitia ſæcularis dicta victualia ei in pœnam llatuti tollere. Et videtur quod ſic ex verbis, quæ refert Bobadilla *in dicto cap. 18. politica lib. 2. cap. 18 n. 122.* ibi, *ſi el Clerigo vendieſe el trigo, ò el pan Cocido, à el vino, frutas, voſtras matenimientoi à mas de lataſa, y per ello jeguna la ley, verdenança lo tuvieſe percido, podra la juſticia ſeglar tomarſelo per aver Caydo en commiſo, y aplicarlo conforme a la ley*: ita ille; eo quod leges taxæ panis fundantur in lege naturæ juxta præceptum, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*, Ut late dixi ſub. quæſtione 1. noſtrae Rubricæ, & de taxa *ſub. cap. 1. hoc tit.* & faciunt tradita per Mexiam *de taxa panis concluſ. 5. à n. 35.* & per Maticnc *in l. 1. gloſſa 1. à n. 1. maximè 4. tit. 25. lib. 5. recopilat.* latè idem Bobadilla *dicto cap. 18.*
12 *n. 219.* † Et ſic Cutellius ad legem Martini *cap. 41. notabili 42 n. 4.* dixit quod ubi pro aſportandis rebus aliquid deperditur, exempti etiam Clericalis ordinis tenentur; quod ſi tenuerint cogi in bonis à laico judice poſſunt.

13 Nibilominus abſolutè contrarium tenendum eſt, quia etſi Clerici teneantur ad obſervandam legem taxantem pretia rerum, ut dixi *in dicta q. 1. & 2.* & ſic ad legem taxantem triticum, ut dixi lata *ſub cap. 1. hoc tit*; ſed ad id non tenentur ex vi legis, quatenus civilis eſt, eſt quia non habet jus in Clericos. Sed quia ex vi juris naturalis tenentur vendere res ſuas juſto pretio; ergo. Et ita benè Azor *p. 1. inſtit. moral. lib. 5. cap. 13 q. 4* de hac re diſſerens ſequentibus loquitur verbis *Clericus ſuum Vinum, vel frumentum cogitur jure naturali, non civili Principis lege tantumdem vendere, laicus vero eodem pretio vendere, non ſolum naturali, ſed etiam civili jure compellitur: & hinc eſt ut ſit Principis lege ſit ſtatuta pœna in eos, qui pluris vendiderint, ejus pœna laicus ſit reus, non Clericus; quod ſi Princeps expreſſerit, ut eà pœnà afficiantur, etiam Clerici, qui pluris vendiderint, nihil valet ea ex parte lex, quia pœnam ſtatuit in eos, à quibus eam exigere, & ſumere non poteſt*; ita Azor, idem docet Peſantius *tract. de immunitate diſp. 5. in fine.*

14 Imo & prorſus contrariam opinionem Bobadillæ eliminandam eſſe docent Sclonius *tom. 2. in 2. 2. D. Thom. q. 77. art. 13. contr. 10.* Molina *tom. 1. tract. 1. de juſtitia diſp. 31. n. 13.* Sotus *de juſtitia lib. 1. q. 6. art. 7.* Navarrus *in manuali cap. 23. n. 887.* Diana *p. 1. tract. 2. res. 71.* reſolvens contra dictum Bobadillam Clericos non teneri ad pœnam, ad quam laici tenentur, ſi dicta victualia venderent ultra juſtum pretium. Et cum eo addo in caſu noſtro, ubi agimus dent ſtatutis laicis in Clericos, nullo modo poſſim intelligere Bobadillæ diſtinctionem, tam ibi *dicto n. 122. ſua politica cap. 18.* quàm *n. 117.* inter res, quæ pluris venduntur, & ex ordinatione legis cadunt in commiſſum, & alias pœnas a lege impoſitas: nam illa prior eſt etiam pœna conſtituta à lege, ad quam Clericus non tenetur, nec judex laicus ex carentia juriſdictionis, poteſt illam exigere, ut jam latè dixi, & dico *infrà ſub. q. 24.* Et ſic concludo, quod in prædicto, & aliis ſimilibus caſibus Clerici ſunt exempti, & liberi ab incurſione dictarum pœnarum legis, quam Princeps promulgavit, ſed poſſe tamen Clericos puniri ab Epiſcopo, ac judice Eccleſiaſtico ſuperiore mitiori tamen pœnâ. † Et ad 15
has duas præcedentes quæſtiones applicabis dicta *infra q. 17. verſ. ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam*; & contra Cutellium *Supra* inſurgit Diana *p. 5. tract. 1. res. 6.* verſ. *igitur* dicens non poſſe judices laicos ſumere à Clericis res venales, quæ contra legem ab illis venduntur, vel extrahuntur à civitate, ſub colore, quod dictæ res es ipſo cadant in commiſſum, quia hæc omnia habent rationem pœnæ ut manifeſtè patet: & ſic non poſſe laicos illam pœnam infligere Clericis, & pergit quærendo à Cutellio qua ratione res illæ cadunt in commiſſum? & dicit Diana certè non ex alio capite, niſi à legè prohibente; ergo ad id non tenentur Clerici, quia non tenentur, nec ſunt obnoxii pœnis à lege laicali impoſitis per ea, quæ tradit *p. 1. tract. 2. res. 71*: & licèt Cutellius afferat pro ſua ſententia textum *in cap. fin. de vita & honeſtate Clericorum*; ſed ut jam *ſub q. 15.* Latè dixi de illo textu, aliud dicendum eſt de Clerico negotiatore, qui ſi concurrant requiſita illius textus, putarit à laico puniri, & dicit Diana caſum illius eſſe ſingularem, nec extendendum ad alios caſus: & *ibi* Diana reſpondet ad alias objectiones Cutellii ſpectantes ad beneficia, de quibus *infrà ſub. d. q. ex literis.*

Ad quintam quæſtionis partem an Principes 16
laici conſuetudine poſſint acquirere jus collectandi Eccleſiaſticos, quia jam ſub quæſtione præcedenti eam improbaverim, tum ex dictis *infrà in cap. 2. q. 2. & 3. & in cap. 8. de iudiciis*, & ſub aliis capitibus *de foro comp.* iterum nunc in propoſito collectarum in Clericos, de quibus loquimur, exiſtimo contra Nicolaum de Forencia *in ſpeculo confeſſar. cap. 37.* abſolutè dicendum eſſe, ut ſive immunitas à collectis competat Clericis ipſo jure Divino ſive poſitivo, nunquam conſuetudine poſſe introduci, ut Clerici. Valeant à Principibus laicis collectari ſi jure Divino, quia non poſſunt laici contra illum ſtatuere ex adductis *Supra in Rub. q. 1.* ſi jure poſitivo, quia illud ſic competit à principio naſcentis Eccleſiæ talemque habet rationem perpetuam, & invariabilem, ut potè leges cenſurarum Eccleſiaſticarum, ac reſidentiæ in Epiſcopatibus, & beneficiis, de quibus dico *infrà in cap. ex litteris hoc tit.* Et in tantum ea eſt rejicienda, ut quod diuturnior, ſit damnabilior ex regula textus *in cap. fin. de conſuet*, quia conſuetudo cui lex reſiſtit eam improbando non valet, & gloſſa ibi multa jura in comprobationem allegat, ubi ego dico improbans ut irrationabilem conſuetudinem communiter Doctores, & in ſpecie Felinus *in cap. accedentes de præſcriptionibus poſt colum. 4. fol. 3.* alios allegat Panormit. *in cap. cum ex officiis eodem tit.*

Franciſcus Balbus *de præſcript. in* 5. *p. quinta principali q.* 9. *prope finem.*

17 Et confirmatur, quià utcumque Jus improbat conſuetudinem contra libertatem Eccleſiaſticam, & eam non valere, quæ Eccleſiis, earumquè miniſtris inducit gravem, dicit Pontifex *in cap.* 1. *de conſuet.* Ubi cum multis expendit Barboſa: argum. textus *in cap. quamquam de cenſibus lib.* 6. *in cap.* 1. *de jurejur. eodem lib. in cap. etſi pignorationes de injuriis, & in auth. Caſſa cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ubi ait *caſſa, & irrita eſſe denunciari per totam Italiam præcipit omnia ſtatuta, & conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam* &c. *& de cætero ſimilia attentata nulla ipſo Jure eſſe decernit.*
18 † Et accedit Navarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 72. dum declarat quod cenſuræ Bullæ cœnæ includunt omnes etiam Imperatores, & Reges, & univerſitates: & quod nulla conſuetudo etiam immemoriabilis, nec præſcriptio quælibet longiſſima contra eas proſit; & quod nec immemorialis præjudicet aliquo modo libertari Eccleſiaſticæ, nec admitti debeat etiam ſi ſit mixta laicorum, & Clericorum, quia Clerici etiam volentes non poſſunt ſe ſubmittere juriſdictioni laicali, docent Diaoa *p.* 5. *tract.* 1. *res. fin. in fine*, Joannes Baptiſta Ziarzinius *in controverſ. forenſ. cap.* 31. *n.* 15. *&* 16.
19 Ut dixi *dicta q. præced.* † idem Diana *p.* 1. *tract.* 2. *res.* 69. *in fine* improbat conſuetudinem urbis Panormit. quà ſtatuitur, ut ooo poſſint introire vina recollecta extra territorium, ſi Clericos comprehandat.

20 Quare inquam miro quod Naſuti, & qui gloriantur de aliqoa ſcientia, velint ſua ſeſta in his excuſare prætextu conſuetudinis, quam rectius corruptelam, & abuſum nominareot, verendumque Jure, ut Navarr. obſervat *in manuali cap.* 17. *num.* 103. ne Deus omnipotens in dies magis, magiſque iratus conſultores Principum de prædictis canonibus parùm curantes, & Priocipes nimium illis credentes, graviſſimè tendem caſtiget, ut docent etiam Binsfeldius *in commentar. de injuriis, & damno dato cap.* 7. *concluſ.* 12. *dubio* 3.
21 Diana *p.* 4. *tract.* 1. *res.* 101. † Ubi reſolvit cum dictis, ut non poſſint ſæculares titulo conſuetudinis inducere exactiones, & gravamina contra Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, nec prætextu talis coloris liberari à cenſura excommunicationis, & reſtitutionis debito.

22 Sed his omnibus obſtat, nam conſuetudo, quæ decimas perſonales, & aliquando prædiales primitias, & oblationes, vel quæ in ſimplicibus beneficiis neceſſitatem tollit Eccleſiis eſt oneroſa, parum, valet, atque admittitur Jure, & praxi, ſicut etiam valet illa, de qua *in cap. relatum* 12. verſ. *licet de teſtament.* quæ tameo eſt oneroſa, imo Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 19. *in princ.* verſ. *conſuetudo, quæ Eccleſiis* advertit proceſſu temporis conſuetudinem inferentem gravamen Eccleſiæ, poſſe in præſcriptionem venire; & ſic Velaſcus *de paup. cap.* 35. *n.* 11. colligit conſuetudinem immemorialem Eccleſiæ oneroſam vale-
23 re. † ſic Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 7. *n.* 1. *in fine.* cum aliis aprobat cooſuetudinem, quà inductum fuerit emphitheutam Eccleſiæ, non cadere emphitheuſi, etiam ſi ultra triennium penſionem ſolvere omiſerit, validam eſſe: & alia, quæ ex doctrina *dict. cap.* 1. *de conſuet.* ibi dico, quibus reſ-
24 pondetur ex ibi dictis. † Sed ad propoſitum aliud eſſe, quando vel ratiooe perpetua, ſeu lege conſuetudinem improbante, & irritante loquimur, ut in caſu præſenti de immunitate non gabellandi Eccleſiaſticos, quæ nulla, quantumvis longa conſuetudine, etiam immemoriali quia infringi ex juribus, & ex *dicta Bulla cœnæ* §. 18. & num de hac difficultate dixi *infra in dict. cap* 8. *de judiciis q.* 8. *& ibi q.* 2. 4. 5. & aliis *q.* 15. item & *in dict. cap.* 2. *eodem q.* 3. Ubi multa de conſuetudine circa juriſdictiooalia in Clericos, & remiſſivè *in dicto cap.* 8. *q.* 14. Ubi de lege conſuetudinem improbante plenè ſub *cap.* 2. *de probat.* ibi. q. 3. verſ. *ad ſecundum*, ubi an cenſeantur improbare præteritam, ſeu futuram.

Et ut ad ſaturitatem expendas leges multa, quæ 25
congerit Diana *p.* 5. *res.* 21. ubi poſtquam cum multis agit quo Jure competat Clericis exemptio, de quo *infra q.* 17. verſ. *ad tertiam*, ubi à verſ. *ſed dato* agens latè de illo dubio; ſed dato, & non conceſſo, quod exemtiu competat Clericis de Jure humano, & poſitivo, numquid poſſit conſuetudo contra illam prævalere: & licet pro affirmativa ſententia adducat textum *in cap. fin. de conſuet. cap.* 2. *de probationib. cap. irrefragabili de officio ordinarii*: tamen ex *cap.* 1. *de conſuetudine, cap. ad noſtram eodem tit.* & ex aliis cum Balboa *in dict. cap.* 8. *de judic.* Collegio Boounienſi *in reſponſa pro libertate Eccleſ. num.* 33. *aut* 39. Everardo *conſ.* 42. *num.* 38. Fagoano, Vigiano, & Germanio contrarium dicit; tum quia omnis cooſuetudo, ſeu præſcriptio, quam lex canonica reprobat, etiam ſi ſit immemorialis, eſt irrationabilis. † Tum quia *in cap. noverit de ſententia ex-* 26
communic. excommunicantur qui ſervari fecerint conſuetudioes introductas contra libertatem Eccleſiaſticam, & omnes poteſtates, conſules, Rectores, aut cooſiliarii locorum, in quibus ſervatæ fueriot. Item & *in canone* 15. 18. *&* 19. *Bullæ cœnæ Domini*, bene Baldellus *in diſput. Theologic. tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 39. *num.* 11. ex Divo Thoma *p.* 2. *q.* 97. *art.* 3. *ad tertiam*: & quia prædicta Bulla graviſſimè quotannis damnat dictam conſuetudinem: & licet Covar. *pract. cap.* 31. *num.* 5. exiſtimet aliquibus in caſibus introduci, velut etiam ſi ſpecialiter ab aliquo renuncietur exemptio: tamen cum Boërio *deciſione* 60. & aliis, Balboa *ſupra, & in cap.* 1. *de foro* contra Salgadum, & alios reſpondet nullam generalem, ſive ſpecialem conſuetudinem, aut præſcriptionem poſſe præjudicare exemptioni, & ex dictis.

Ad ultimam quæſtionis partem an conſuetudo 27
immemorialis probet extitiſſe privilegium faciendi aliquid cootra immunitatem Eccleſiaſticam. Et ſuppoſitis quæ dixi latè *infra ſub cap. fin. de præſcript.* Ubi de præſcriptione immemoriali: licet affirmativam ſententiam probet Pereira *de manu Regia in p.* 2. *cap.* 60. *n.* 18. dicens ideo præſumi, quia non eſt dubium à Pontifice poſſe concedi: Tameo cum ad probandum privilegium ultra immemorialem cooſuetudinem, requiratur fama pivilegii, ut tales conſuetudines excuſent ab incurſione cenſurarum eo pacto, quo docet Suarez *ad Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 17. Ubi contra opinionem Pereiræ, ſic aſſerit, quæri poteſt an immemorialis conſuetudo ſit ſufficiens indicium, ſeu teſtimonium, quod ex legitimo privilegio inchoata fuerit, videtur valde probabile, ita eſſe præſumendum, quia immemorialis conſuetudo præſumitur boneſta, ut multis Juriſperiti tradiderunt, quia cum non poſſit probari, mala præſumitur bona. † Nihilominus cenſet ſolam, 28
& nudam conſuetudinem, etiam immemorialem

non

non ſufficere in hac materia ad probandum privilegium; tum quia illa regula non procedit in conſuetudine reprobata per legem; tum etiam quia valde odioſum eſt privilegium hoc, & difficilè, & raro conceditur; & ideo niſi legitimè pro-
29 betur non præſumitur. † Solus, ergo uſus quantumvis antiquus, cum in facto conſiſtat, non probat ſufficienter Jus, ſeu privilegium; loquor enim de nuda, & pura conſuetudine, quia ſi cum illa conjugatur, conſtans fama, & traditio æquè antiqua, ſeu immemorialis, quod præceſſerit privilegium, & talis traditio integrè probetur, videtur ſufficiens, ut talis conſuetudo pro privilegio reputetur: ita Suarez, & Diana *p. 4. tract. 1. res. 62.* Ubi abſurdam dicit Pereiræ ſententiam, alias inquam omnes immemoriales conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam, quas communiter reprobant Doctores, ut dixi in verſ. *ad quartam* eſſent admittendæ, quia probarent, ut docet Pereira privilegium, quod eſt abſurdum ex dictis.
30 Et ita noſtram ſententiam docuerunt Aufrerius *in tract. de poteſtate ſæculari in Eccleſiaſt. concluſ. 4. falleat.* 12. & 13. Burſatus *lib. 2. conſ. 49. num.* 12. quod ſi adhuc aliquis vellet urgere pro doctrina Pereiræ, tunc contra illum; imò & plus, quam Suarez urget doctrina Duardi *in Bulla cœnæ lib. 2. can. 29. q. 6. n.* 39. dum docet quod quando præſcriptio, & conſuetudo à Jure ſcripto reprobantur, ut v. g. Clerici conveniantur coram judice ſæculari (de qua dixi *in dicto cap.* 2. *q.* 3. *cap.* 8. *per totum de judiciis*) ſatis non ſit probatio per famam. Ergo cum textu noſtro, & ex *cap.* 2. *cap.* 4. *cap.* 7. *de immunit. Eccleſiar. cap.* 1. *cap.* 3. & *fin. eodem lib. 6. cap. quamquam de cenſibus*, & *ex dicta Bulla cœnæ Domini* §. 18. omnino improbetur quædam conſuetudo, etiam immemorialis, qua laici intendant juſtificare, collectandi jus in Eccleſiaſticos, nullo modo privilegium contrarium probetur ex conſuetudine immemoriali, etiam cum fama, niſi pateat de privilegio. Et confirmantur hæc ex dictis *q. ſequenti, à num.* 1. Et ſecundum diſtinctiones prædictas hic & in verſ. *ad quintam* intelliguntur quæ noviſſimè cum multis congerit *de conſuetudine collectandi Eccleſiaſticos* Daniel *de nobilibus lib. contr. diſp.* 8. *à n.* 20. & *à n.* 1. quatenus agit de actu mixto Clericorum & ſecularium & quod negotiatores teneantur ad gabellam & omnes ad obſervanda pretia rerum venalium ubi leges ad curioſa præter dicta ſup. *à quæſt.* 11. quæ non repeto cùm ſatis intelligam ex adductis in toto textu noſtro videbis alia quæ dico infra *quæſt.* 18. verſ. *ad ultimam* & juxta hæc intelliguntur quæ congerit Thomas del-Bene *de parlam. dubit.* 27. *à ſect.* 1. idem Thomas del-Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 1. *dubit.* 13. *cum ſect.* pluribus ubi repetit latè.

Quæstio XVII.

An poſſeſſio antiqua collectandi Eccleſiaſticos. faciat jus in præjudicium ordinis Clericalis.. An cenſuræ Bonifacii VIII impoſitæ contra Principes collectantes Clericos *in cap. Clericis de immunit. Eccleſ.* adhuc durent. An Eccleſiaſticorum immunitas à collectis, & legibus laicis competat eadem, ac à juriſdictione de Jure Divino, aut humano. Et qualiter debeant Principes, Magiſtratus, & litterati abſtinere ab impoſitione collectarum in Clericos & Eccleſiaſticos: & quid debeant timere.

Summarium.

1 *Poſſeſſio gabellandi antiqua Eccleſiaſticos, non facit licitam gabellationem, niſi aliter Bullis Pontificum approbetur, ut* n. 2. 3. & 4.

5 *Bona ſemel à laicis legitimè poſſeſſa, non ſemper cum onere tributi, & vectigalis, tranſeunt ad Eccleſiam; ſed cum diſtinctione trium ſpecierum bonorum, quæ poſſidentur ab Eccleſia Jure ſpirituali, & quaſi, vel ſorte temporali, & civili quorum prima & ſecunda ſemper eſt immunis ab oneribus præteritis, & futuris* n. 7.

7 *Tranſit res onerata ad quemcumque cum ſuo onere, quando onera inducuntur, ſive imponuntur poſſeſſionibus, prædiis, vel bonis, propter bona ipſa.* & n. 20.

8 *Onera impoſita de tempore, quo penes Eccleſiam, ſunt bona nullo modo gravant Eccleſiæ immunitatem.*

9 *Eccleſia non tenetur ad onera impoſita, poſtquam bona ſæcularia tranſierunt in eam.* & n. 10.

10 *Tributum non poteſt conſiderari, niſi poſt inductionem, & ſpecificationem, quæ fieri nequit poſtquam res facit tranſitum ad Eccleſiam.*

11 *Statutum volens providere oneribus, quæ adhuc non ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpicione fraudis.*

12 *Eccleſia tenetur ad onera impoſita priuſquam prædia ad Eccleſiam pertinuerint, ſi vera, & realia ſint ipſis bonis infixa, & impoſita bonis propter bona, non autem perſonis propter bona; & quod ſint perpetua, certa & invariabilia* n. 13. 14. 15. & *aliis.*

13 Cap. tributum 23. q. 8. *ibi* de exterioribus Eccleſiæ.

14 *Bona tranſlata in Eccleſias onus retinent, & obligationem ſolvendi tributum; quatenus hoc à Principe impoſitum fuerit expreſſo pacto, inter ipſum, & privatos inito vel ex peculiari dominio illius Prædii &c. Non ſi ex ſola vi Regiæ poteſtatis, & juriſdictionis; ſecùs in pactis, & conventionibus, cum tranſeant in quoſcumque.* n. 15.

15 *Eccleſia tenetur ad collectas ratione, pacto, vel conditione adjecta in legato, ſive contractu bonorum, quibus aliàs non teneretur.* & n. 16.

16 *Eccleſia licet ſit immunis à collectis; non tamen eſt immunis à conventionibus* n. 17. & 19.

17 *Donans, & concedens poteſt apponere legem, quam voluerit ad cujus obſervantiam tenetur Eccleſia.*

Onera, quæ procedunt ex pacto inito cum authoribus Clerici, à quibus ipſe Jus habet, dicuntur Realia quæ ſequuntur rem ipſam. dicto n. 17.

18 *Eccleſia tenetur ſolvere tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex cauſa, & conventione Principis, dum prædia poſſeſſa à laicis, ſub ejus erant poteſtate infixit ejuſdem prædiis.*

19 *Rector Eccleſiæ modernus, nec ex eo, quod ipſe,*

& anteceſſor ſolverit collectas lædit Eccleſia immunitatem ſibi competentem ab oneribus.

20 *Eccleſia non dicitur tributaria, niſi quando revera, & ipſo facto debita eſt ſolutio ſuis ſingulis temporibus, & contributio.*

21 *Status rei mutatur, perſona mutata; ſic ut dum extat perſona immunis, tunc ceſſet ratio ſubjectionis.*

22 *Eccleſia non ex eo, quod faciat æſtimum tenetur ad collectas, ſive in vim ſui conſenſus, ſive juriſdictionis laicorum ſine Papæ conſenſu.*

23 Cap. Clericis de immunit. Eccleſiar. lib. 6. & clem. 1. eodem 24. *cum aliis.*

25 Extravgans quod olim de immunitate Eccleſiar.

26 *Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, Reipublicæ, & alii Potentatus imponentes decimas, collectas, & alia hujuſmodi onera Clericis, item eas exigentes, etiam ſponte ſolventibus, incurrunt in cenſuras, & pœnas Juris* n. 27. & 28.

28 *Principi egenti, vel civitati à Clerico ſubveniri æquiſſimum eſt, ſed aſſentiente Papa.*

29 *Philippo Pulchro Francorum Regi a Bonifacio VIII. conceſſum eſſe privilegium, ut non expectato Clericorum conſenſu, urgente neceſſitate poſſit eos collectare, quod creditur non pro ſucceſſoribus datum. Ut* n. 30.

31 *Clerici Galli beneſaciunt ſi tranſigant ſuper collectis cum univerſitatibus, quando ad ſunt expenſæ plures factæ pro communi utilitate, ut dicit Tondutus; quod non caret ſcrupulo ex dictis* n. 32.

33 *Epiſcopi omittentes defendere immunitatem Eccleſiaſticam, mortaliter peccant, & quandoque ſunt excommunicati, qui ſunt neceſſitati ad fulminandas cenſuras contra continuantes gabellas ſine licentia Papæ.*

34 *Solventes Clerici ſponte gabellas, cenſura non illaqueantur. Et quare latè ſub* quæſt. 47. *verſ. ad* quintam.

35 *Clerici quo Jure exempti ſunt à Juriſdictione laicorum eodem dicantur à gabellis impoſitis à laicis, &* à n. 45.

36 *Joſeph Pro-Rex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros, etiam à Rege eis traditos in primæva libertate dimiſit, quamvis reliquos totius populi ſervituti Regis ſubegerit.*

37 *Tempore Ethnicorum flamines, Augures, Salii, Feciales, & alii, erant liberi à tributis.*

38 *Chriſtus filius Regis Regum eximitur à tributo Principis; & ſic Eccleſia, & Eccleſiaſtici. &* n. 40.

39 *Bona dum Eccleſiis traduntur, eo ipſo eximuntur à Domino laicorum, quæ conſtituuntur Jure ſpeciali ſub Dominio CHRISTI non per metaphoram, ſed per omnimodam proprietatem.*

40 *Bona Eccleſiarum ſubſunt immediatè, & proximo Dominio CHRISTI & multo melius exempta ſunt, quàm bona Clericorum* n. 41.

42 *Conſtantinus Imperator traditur, quod primus exemerit Clericos à Juriſdictione laica, item & Epiſcopos; imò Salgadus, & Zevallos docent ante Juſtinianum non fuiſſe diſtinctionem fori inter Laicos, & Eccleſiaſticos. Sed contra à* n. 49.

43 *Clerici aliquando antiquitus ſolvebant tributa Principibus laicis.*

44 *Conſtitutiones omnes ſæculares, quæ dicunt Clericos non eſſe de foro ſæculari, niſi ob Epiſcopis, non ſunt, niſi Juris declaratur, cum Divino Jure ſint immunes* num. 45. 49. 50. & 51.

46 *Exemptio Clericorum in Eccleſia Dei aderat ante Imperatores Catholicos, qui ſolùm fuerunt confirmatores.*

47 *Pontifices præſtiterunt Clericis, & Eccleſiis immunitatem, antequam Imperatores, &* num. 48.

49 *Immunitas Eccleſiaſtica ortum habet à Jura Divino, competitque Clericis a principio naſcentis Eccleſiæ, non à Principibus laicis Orthodoxis, niſi tantùm in exercitio, ut* n. 50. 51. & 52. *cum aliis, &* n. 88. *Ubi quod propriè, & non interpretativè ſit juris Divini.*

51 *Principes Evangelii ex quo jugo cervices, ethnicorum ſubegerunt, liberarunt Clericos à collectis, quas de facto olim ſolvebant laicis.* & n. 52.

53 *Jus Canonicum nomine Juris Divini ſolet ſignificari, ſed qualiter alii negent, ſive explicent* n. 54. 55. 56. 57. 58.

54 *Jus Divinum aliud revelatum, aliud poſitivum, aliud naturale.*

55 *Teſtimonium nullum eſt expreſſum in ſcriptura de Jure Divino immunitatem Clericis competere, &* n. 58.

57 *Juris Divini poſſunt aliqua eſſe, quæ non ſunt in ſcriptura, dummodo inſtituta à CHRISTO, tradita per Apoſtolos, quæ pervenerunt ad nos, & exemplificatur in nonnullis Sacramentorum formis.*

58 *Libertas Eccleſiaſticarum perſonarum, Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus aſſeveratur conſtituta.*

59 *Imperii mixti eſt gabellarum impoſitio, quod ad Reges, & Principes Supremos ſpectat.*

60 *Gabellas imponendi cauſa juſta præſumitur in Principe, cum ſit Pater communis omnium, qui ſicut talis debet ſubditis filiis præparare Theſauros, & in neceſſitatibus Paſtoris vicem gerere.*

61 *Regis dicto, & aſſertioni credendum eſt, ſi dicat ſe eſſe in neceſſitate ad defendendam Religionem Chriſtianam, ſuper quo non eſt facienda inquiſitio ſcrupuloſa, ut faciunt aliqui Decuriones civitatis timoratæ conſcientiæ.* & n. 62.

Bellum de cujus juſtitia certò nobis non conſtat, ſtat Principis declaratione, qui unicuique de populo, non debet notam facere belli juſtificationem. dicto n. 61.

62 *Belli indicendi Jus habent Principes, & Reges; ac ſolum, quod Jura ipſis poteſtatem conceſſerunt.*

63 *Principis operatio ad ſubditos, ſimilis eſt patris ad filios, qui debet paterno amore, & piè regere populum.*

Paſtoris boni eſt tondere pecus; non autem deglubere; id eſt pilos, & lanam divellere. dict. n. 63.

Regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani, à quo ſi abſcindantur auricula, non eſt corpus perfectum, ſed monſtrum. dict. n. 63.

Rex, aut Princeps, qui ſine juſta cauſa novum vectigal imponit, peccat mortaliter, ubi referuntur

referuntur aurea verba legis Regiæ. dict. n. 63. & 64.

64 Contributio in principio juſta, debet ceſſare in poſterum, cauſa prima juſtificationis ceſſante.

65 Vectigal vulgò la alcavala, ex quo ceſſavit bellum Granatenſe, nunc debuiſſet ceſſare.

Tributa quanto plus creſcunt in ſubditos, populi deſolantur, vicini minuuntur, matrimonia excuſantur, ac deinde generis humani propagatio in detrimentum Juris naturalis primævi.

66 Clerici ratione ſuperiori excuſantur ab onere contribuendi, quam laici, qui ſi cauſa contribuendi adſit in rebus communibus, neceſſitate urgente, debent ſolùm compelli per ſuos judices Eccleſiaſticos. & n. 67.

67 L. 12. tit. 13. lib. 10. recopilat. Ubi quando adverſùs bona, & pecora Clericorum per laicum, procedatur auxilii Regalis remedio, videtur ut queant uti excommunicati miniſtri laici procedentes adverſus bona Eccleſiaſticorum, de quo etiam n. 68. ibi.

68 Alienatio immoderata rei temporalis in Eccleſias, & Eccleſiaſticos, num cum damnificatur nimis Reſpublica, juſtè impediatur à Principibus laicis, ſeu Papa ſuper eo debeat providere. Vide n. 69. & 70.

Pontificibus Romanis intereſt, non ſolùm cum moderamine acquirendorum, ſed etiam cum ſubſidio acquiſitorum, communibus utilitatibus Reipublicæ providere, & de facto fecerunt ut n. 85. remiſſivè.

Statutum ſæculare, & ſi damnum ſequatur Eccleſiæ ex Covarruv. Valet, ne tota Reſpublica damnum patiatur, quando aliter huic damno obviari non poteſt. Sed contra videtur n. 69.

69 Expedire non omnia ſolent ſæpius, quæ aliàs de Jure licent.

Pontificum decreta cuſtodiri debent, etiam ſi ex alio capite Principes Laici aliter ſuadent. dicto n. 69.

70 Jugum ferendum eſt in Deo confidendo.

71 Principes, & Magiſtratus ſunt exhortandi, ut ſint timorati in conſcientiis ſuis, exiſtimantes Deum pro illis pugnare.

D. Jacobus viſus fuit pluſquam decem, & ſex vicibus debellando inimicos Chriſtianæ religionis. dict. n. 71.

72 Aragoniæ Rex qui authoritate Pontificis Alex. II. & Greg. VII. Eccleſiæ redditus in publica bella conſumpſit, pugnando contra Mauros, veritus ne Deus indignatur anno 1081. ante altare Sancti Vincentii in oppido Rodde, publicam egit pœnitentiam.

73 Reges, qui propriâ authoritate Eccleſiaſticos titulos violarunt, pœnam capitis in eodem exercitu paſſi ſunt, ut patet de Joas & aliis in Sacra ſcriptura. Et de multis exemplis num. ſeq. & n. 75. Ubi Principes multi numerantur à n. 81.

Ludovicus Rex Siciliæ 2. eo quod coëgit Eccleſiaſticos ad ſubſidium, periit in eodem bello Neapolitano. dict. n. 73.

Franciſcus I. ſub anno 1522. Undique circumdatus ab inimicis; & ſi compulſus neceſſitate, petierit ab Eccleſia ſubſidium, legitur captivum factum in illo bello.

74 Mariana in ſua Hiſtoria refertur alloquutus ſuper ſumendo ab Eccleſiis aurea, & argentea in oppreſſione belli à principibus, & ibi idem aliter ſuadens.

Plurimi pauperes aluntur bonis Eccleſiaſticis. dict. n. 74.

75 Cleothardus Rex ad inferos raptus fuit propter aſſumptionem rerum Eccleſiaſticarum; quod idem accidit Guillielmo Anglorum Regi easdem pœnas luit Rodolphus Princeps Capuanus; item & alius Guillielmus comes Cabilon. ob ſimilia ſcelera, horribiliter paſſus eſt. Ubi de pluribus aliis exemplis.

Conſiliarii duo Regis Portugaliæ miſerè deperditi fuerunt, dantes conſilium, ut bona Eccleſiæ ſumerentur. dict. n. 75.

76 Reges Chriſtiani ſumentes ſine licentia Papæ bona Eccleſiaſtica, exiſtimare debent poſſe de facili à Deo puniri inediis, calamitatibus, plagis, & æterno ſupplicio.

Lotharius Rex Franc. & ſi habito conſenſu omnium Epiſcoporum, ut oppreſſus bello ſumeret dimidiam partem fructuum ſuorum, non fuit auſus ſumere; eo quod Archiepiſcopus Turonenſis contradixerit ei, dicens quod ſi ab illo decreto non deſiſteret, eum Deus à Regno privaret.

77 Carolus Pepini Franciæ Rex viſus fuit in quadam nocte à Divo Eleutherio Epiſcopo Aurelianenſi in inferno; eo quod voluit ſumere res Eccleſiæ pro bello, etiam cum promiſſione reddendi, habito quoque Epiſcoporum conſenſu.

78 Ludovicus Rex Franciæ vocatus el Gordo à D. Bernardo fuit monitus, quod ex perſiſtentia ejus in aſſumendo res Eccleſiæ pro bello cauſaretur filio ejus mors, ſicque acciderit, quod cadens ab equo in campo mortuus fuit. Principes Chriſtiani referuntur obtinentes proſpera in bello donantes plura Eccleſiis, & piis locis. & n. 81.

79 Pompeius poſtquam cœpit parum revereri templa, nihil fortunæ obtinuit. Hiſtoriæ ſcriptores amiſſiones, & interius noſtrorum ob ſubſidia exagitata ab Eccleſiis.

80 Nicephorus Focas Imperator credens melius deſervire pro militibus res Eccleſiaſticas ipſis applicavit lege lata, quam revocavit Baſilius Imperator ejus ſucceſſor; eo quod videret nihil oportunè ſibi accidere.

81 Ferdinandus el Santo reſtitit in obſidione Hiſpali ſumere aurea Eccleſiæ; & ſi aliter exhortaretur reſpondens verba ſequentia: mas me prometo y o de las oraçiones, y ſacrificios de los ſaçerdotes, que de ſus riqueças.

Reges plures, multa præter relatos à num. 17. & 73. mala perpeſſi ſunt quia aſſumſerunt bona Eccleſiæ cauſa belli.

L. Regia 6. tit. 1. lib. 1. recop. exhortat ſervandas eſſe Eccleſias in ſuis prærogativis dict. n. 81.

C. Jaime, Aragoniæ Rex, ædificavit templa mille immaculatæ virgini Mariæ, qui remuneratus fuit à Deo 33. Victoriis dict. n. 81.

83 Hiſpaniæ perditio anni 714. narratur, cauſata communiter à caſu de la cava cum Rege Roderico; ſed verius, quia deficiebat veneratio circa immunitatem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum, non à defectu fidei, & ex Sancta Birgita, ex quibus nunc Hiſpania periclitatur.

84 Reges,

84 *Reges, & Principes debent non audire conſiliarios Naſutos exhortantes ad tributa ſibi imponenda, & perſoluenda etiam ab Eccleſiaſticis. Conſiliarii ſolent dicere, quod dicebat Arpage*: mihi placet quidquid Rex facit. dicto n.84.

Adulatores à Domo Regia extirpandi, qui conſiliatores boni ſe exiſtimant. dicto n.84.

1 AD primam quæſtionis partem videtur abſolutè negandum, ut queat dari aliqua poſſeſſio, quæ licitam faciat gabellationem in Clericos, eoquod ex Bulla cœnæ Domini non poteſt imponi aliqua poſſeſſio in præjudicium ordinis Clericalis, propter clauſulas irritantes ibi poſitas, quæ habent inficere titulum, & poſſeſſionem, Caſſador *deciſ.1.de cauſa poſſeſſionis, & prop.Codex.Fabrian. lib.1.tit.2.diſ.21.num.3.* & in caſu noſtro Barboſa *de Jure Eccleſ.cap.39.p.1.§.9 n.59.*in verſ. *ſeptimo quære*, cum aliis ab eo relatis, & ſane cum immunitas Clericorum ſit de Jure Divino, ut latius expendo in verſ.*ad tertiam* nulla poſſeſſio in contrarium opponi poterit, Carolus de Graſſis *de effectibus* 2 *Clericor. effectu* 3. *n.* 114 † quod *n.*118.procedere ait, non obſtante aliqua conſuetodine, etiam immemoriali in contrarium (de qua dixi *q. præcedenti*) propter excommunicationem contentam in dicta Bulla; imo Ruinus *conſ.* 117. *in fine.* verſ.*non obſtat poſtremo volum.*4.Rota *deciſ.*72.*n.*8.. & 9.*p.*1.*recent.*Franc. Tondut.*in quæſt.benef.p.*1. *cap.*30.*à n.*2. dicunt procedere ſic, ut quamvis conſtaret de aliis actibus poſſeſſoriis, non tamen poſſent ſuffragari in præjudicium ordinis Clericalis per textum *in cap.quamquam de cenſibus, anth.item nulla communitas cod.de Epiſcopis, & Clericis.*

3 Sed quia videntur eſſe contra prædictam reſolutionem nonnullæ Bullæ, nempe Leonis X. & Clem. VIII.necnon deciſio Clem. VIII.relata per Martham *de juriſdictione p.*4.*caſu* 1.*cent.*1.*n.*52. quibus Tondutus *ubi ſupra n.*5.*dict.cap.*30. reſpondet non obſtare contra immunitatem Eccleſiaſticorum à collectis, cum in dictis Bullis nulla adeſſet derogatio privilegiorum expreſsè Clericis competentium, cum tamen conſtitutio illos non afficeret, niſi ſpecialiter fuiſſent nominati, ut dicit Ugolinus *in tract.,de cenſ.ſumm.Pontifici reſervatis* 4 *cap.*18.§ 2. *per totum.* † Nec deciſionem dicit Clem. VIII. Pont. tum quia in caſu illo collecta imponebatur authoritate Summi Pontificis; tum etiam quia ibi conſtabat notoriè laicos non habere facultates ſufficientes ad ſolvenda onera, ut legitur apud Martham *dict.n.*52. & 53. ideo exiſtimavi hanc quæſtionem ubertimè tractare.

5 Igitur pro intellectu ſuppoſitis quæ dixi *ſupra* verſ. *ad quartam*, & *infra q.*52.verſ.*ad quartam*, & ad *ultimam*. Notandum eſt quod bona ſemel à laicis etiam legitimè poſſeſſa, non ſemper cum onere tributi, & vectigalis tranſeunt ad Eccleſiam, ſed cum diſtinctione trium ſpecierum bonorum. Prima quæ habet, & poſſidet Eccleſia Jure ſpirituali, & Divino ut decimæ, & oblationes. Alia enim ſunt bona, quæ à privatis quidem habuit Eccleſia, ſed ad cultum Divinum, & officium ſpirituale, ſunt deſtinata, ut ſitus Eccleſiarum, & Cæmeterium pro ſepolturis, Hortus juxta Eccleſiam, quæ ſunt pariter immunia ſemper ab omnibus tributis. Tertia ſpecies bonorum, quæ poſſidet Eccleſia forte temporali, & Jure civili, ut titulo venditionis, legati, vel alio ſimili &c.

† Etenim quod prima bonorum ſpecies ſemper, ac 6
perpetuò ſit immunis à quibuſcumque oneribus ſæcularibus, tam præteritis, quàm futuris, quia immediatè Eccleſia habet à Deo, nec commiſcenda ſint cum laicis; patet ex illo *n.c.*18. & ex canoniſtis, *in cap.ſi tributum* 21.*q.* & *in cap. ſecundum* 23. *quæſt.*8. Et quod ſpecies ſecunda relata pariter ſit ſemper ab omnibus tributis, & oneribus, nedum publicis, & Regiis ſed quod magis eſt etiam privatis, & præexiſtentibus ob eorum ſpecialem Sanctitatem, probant textus *in dicto cap. ſecundum* 23. *quæ.*8.Suarez *ad Regem Angliæ de immunit. Eccleſ.lib.*4.*cap.*17. *num.*6. & 7.*cap.*19.*n.*2.& 8. Latius *cap.*20.*num.*17. Joannes Anton. Miger. *in repetit.extravag. Unica n.*242.*de vita, & honeſtate Clericor.* Bald.*in l.omnes cod.de Sacroſanct.Eccleſ.* doctè tradit Turrecremata *in dicto cap. ſi tributum* 11.*q.*2. & *in ſumma de Eccleſ. lib.*1. *cap.*98. *in reſponſo ad* 7. *argumentum.* † Et ad hanc di- 7
ſtinctionem reducuntur alia, quæ notat, & determinat deciſio Rotæ Romanæ die 13. Februarii 1604.quam refert ad litteram à Diana *p.*5. *in fine folio mihi* 664. ex verſ. *ad iſtud* 7. ſcilicet vel quando poſſeſſionibus, prædiis vel bonis, propter bona ipſa inducuntur, ſive imponuntur onera, quo caſu res onerata ad quemcumque pervenerit, tranſeat cum ſuo onere, cum ſit onus perpetuum, ſecus quando pro varietate perſonarum, temporis, aut loci variari poſſint *ex cap. noverit* 10. *quæſt.*1. *cap.*1.*de Jure patronatus lib.* 6. vel quando imponitur ratione perſonæ propter bona, ut *infra* dico, & probat ex multis.

Tuta verò difficultas eſt reſpectu bonorum ter- 8
tii generis; & in hoc caſu ſolent Doctores diſtinguere inter onera impoſita de tempore, quo penes Eccleſiam bona reperiuntur, certum eſſe dicit Bartol. *in l.reſcripto §.fin.num.*5. verſ. *videte ff de muneribus.* omnino Eccleſiæ ſuffragari immunitatem: Suarez *ad Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 2. ex eodem Bart. fatetur nullum dari remedium, ſeu cautelam, quod Clericis, ſeu Eccleſiis pro eorum prædiis, imponatur collecta, cum laici non poſſint edere legem, per quam libertas Eccleſiaſtica infringitur: & in hoc evenire omnes Eccleſiaſticos ſcriptores ſine diſſenſione, ait Suarez.

Etenim Baldus *in l.omnes à n.*12.*cod.ſine cenſu, vel reliquis fund. compar.nempos*, & *in l. placet.* 9
*num.*10. contra Bartol. relatum dicentem ſupra poſſe laicos à principio efficere tributaria prædia, & affecta oneribus eorum territorii; ita ut agri, qui poſtea ad Eccleſias pervenerint, obnoxii ſint collectis imponendis, quod non eſſe ferendum ait Baldus, quia eſſet indirectè permittere contra libertatem Eccleſiaſticam, quod omnino directè prohibitum eſt ex regula textus noſtri, *cap..quæ in Eccleſiarum hoc tit.*1. Sed revera Baldus ait ut licet eo tempore, quo univerſum territorium, efficitur tributarium, prædia ſint ſub Juriſdictione laicorum. Attamen hoc tempus inſpici non debere, ſed ipſum, quo ipſæ collectæ imponuntur, quia tunc formam habent, ſolumque radicem aliquam cauſalem, & remotam habuerint à ſtatuto, quod etiam dum facit tributarium territorium pro collectis imponendis, habet tacitam conditionem; ſcilicet ſi imponantur, cumque hæc conditio ſit poteſtativa, ut non retro trahatur in præjudicium Eccleſiæ, quæ medio tempore acquiſivit, nec tunc ſubjacere Juriſdictioni laicorum. † Et addit idem 10
Baldus *in l.placet cod. de Sacroſanct. Eccleſ. n.* 10.

Ubi

Ubi quod Bartol. in caſu, quem poſuit, non dicit verum; & quod requiritur ad effectum, ut ad Eccleſiam tranſeant prædia cum ſuis oneribus: & idem Baldus etiam *conſ.* 112. *lib.*2. *n.* 7. ait contra Bartol. ut non bene ſit loquutus, nec dicat verum: & quod illius cautela non valet unam feſtucam, quia non poteſt conſiderari tributum niſi poſt inductionem, & ſpecificationem, quæ fieri nequit poſtquam res fecit tranſitum ad Eccleſiam, Abbas *in cap.* 5. *num.* 13. *de vita & honeſtate Clericorum*, Jaſon *in dicta l. placet. n.*21. Ubi quod dictum Bartoli & falſum, & damnatum per omnes, ut etiam teſtantur Felinus *hic num.* 76. Ruin *conſ.* 117. Guido Pap. *quæſt.* 381.

11 Et confirmatur ex declaratione Senatus Mediolanen. pro monialibus Sanctæ Claræ Novariæ, ut teſtatur Potus *in additionibus ad conſ. ultim. landen. num.* 10 & 33 Alba *conſ.*8 *a n.*4. Ubi quod hujuſmodi ſtatutum volens providere oneribus, quæ adhue non ſunt in rerum natura, & volens fingere id, quod non eſt, non caret ſuſpicione fraudis, Sylvianus *conſ.* 9.*n.*29. & *conſ.* 32.*num.* 11 Marcabr. *conſ* 40. Ubi dicit communem eſſe hanc opinionem Pacth. *conſ.* 31.*n.*8. Vegg. *conſ.*7.*n.*11. Graſſ. *comm. opinion. lib.*1. *cap.*18. *q.*2. qui pariter de communi teſtatur Remig. Gony *de charitativo ſubſidio q.*62. *n.*16. Ubi quod hæc eſt tutior opinio Cardinal. Alban. *de immunit. Eccleſiar. n* 62. aſſerens hanc eſſe opinionem legiſtarum validiſſimis rationibus confirmatum; & quod grave piaculum committeret quicunque contrarium ſentiret, Zevallos *in practicis q.*899 *num.* 72. & 106. qui plures alios cumulat Rimnaldus Junior *conſ.* 25. Gutierrez *pract. lib* 2. *q* 132.*n.*5. Ubi de Veriori opinione teſtatur Juannes Anton. Niger *in repetit. extravag. unicæ de vita, & honeſtate Clericor. num.*190. Azor *inſtit. moral. p.*1. *lib.*5.*cap.* 13. *quæſt.* 1. Theſaur. *deciſ* 234. *num.*5. Alphonſus de Montalban *in foro legum Caſtellæ lib.*1.*l.*2. verſ. *in contrarium*, Matienc. alios congerens *ad.l.*5. & 11. *gloſa.*5. *n.*5. *lib.*5. *recopil.*

12 Unde dici debet quod ad onera impoſita priusquàm prædia ad Eccleſiam pertinuerint, teneatur Eccleſia, quando copulative hæc concurrunt, quod ſcilicet onera ſint vera realia ipſis fundis infixa; & quod ſint impoſita bonis; propter bona, non autem perſonis propter bona; & quod ſint perpetua, certa, & invariabilia, non autem ex aliquibus cauſis urgentibus, & illis ceſſantibus removenda docent Canoniſtæ *in cap.* 1. *de immunit. Eccleſ. lib.*6. Ubi præcipue Geminianus *n.*9. Abbas *in dict. cap. fin.n.*12. *de vita, & honeſt. Clericor.* Turrecremata *in dict. cap. ſi tributum* 11. *q.*1. verſ. *alia vero* Barbaria plene *conſ.*1. *per totum lib.*3. Felinus pleniſſime *conſ* 46. *in dubio*, Niger *ſupra in dict. extravag. n.* 247. cum pluribus ſequentibus, Comitol. *reſponſ moral. lib.*1.*cap.*94.
13 *num.*3 Ubi nimia iſta recenſet requiſita. † Et ſat erit allegare magiſtralem deciſionem Brundeſina Gabellæ 13. Februarii 1604. coram Bonæ Memoriæ Peñia, quam, & paſſim ſequitur Sacra congregatio ſuper controverſ. Juriſdictionibus per Sanctos D. N. Urbanum VIII. magno Reipublicæ Chriſtianæ bono inſtituta. Et in his terminis loquutum fuiſſe *c. tributum* 23. *q.*8. *ibi de exterioribus Eccleſiæ*, quod conſtitutum eſt antiquitus (nempe illud, quod antequam ad Eccleſiam pervenerint prædia) perſolvendum eſt & *in dicto cap. ſi tributum* 11.*q.*1. Ut ibi per Turrecrem, & Comitol. *reſponſ. moral. lib.*1. *quæſt.*93. *num.* 16. Zevallos *dicta quæſt.* 899. *n.* 106. Suarez ad Regem Angliæ *lib.*4.*cap.*2 *n.*13. qui etiam obſervat ibi Urbanum I. loqui juxta morem ſui temporis, quo Imperatores Ethnici erant, & Eccleſia, nondum ſibi libertatem vindicaverat videbis infrà *q.*52. verſ. *ad quartam*.

Et confirmatur ex doctrina Cardinal. Albani 14
de immunit. Eccleſiarum, Gutierrez *lib.* 1. *pract. quæſt* 3.*n.* 15. verſ. *præterea*, Suarez latè *dict. lib.*4. *cap.* 20.*num* 6.*quæſt.*11. & *ſequent.* Uſque ad finem aſſeverantium tunc bona tranſlata in Eccleſias retinere onus, & obligationem ſolvendi tributum, quatenus hoc tributum à Principe prius impoſitum fuerat, expreſſo pacto inter ipſum, & privatos inito, vel ex particulari dominio illius prædii; ita ut ipſe in privatos tranſtulerit, hac ſibi reſervata penſione, ſeu collecta, non autem ſi exegiſſet ex ſola vi Regiæ poteſtatis, & Juriſdictionis, quia ex tunc penitus expirat, cum bona ad Eccleſiam perveniunt, & res devenit ad ſtatum, qui incapax eſt illius ſubjectionis tributi, ſcilicet
erga Principem laicum. † Quod ſecus eſſe in pa- 15
ctis & per viam contractus conventionibus initis, quia vis illorum tranſit, & continuam in quibuſcumque perſonis quomodocumque exemptis & privilegiatis dixerunt Felinus *hic num* 77. *Vegg. conſ.*7.*num.*5. & *ſequent.* Bellon. *conſ* 40. *n.*4. & 5. Feſtus *de collect. p.*4.*c* 2 *n* 31, Albertin. Marcard. *de gener. interpr. ſtatut.at. concl.*1. *n.* 100. Azor. *inſtit. moral. p.*1. *lib.*5. *cap.* 13. *q.*1. verſ. *ſciendum eſt*, ubi quod ratione, pacto, vel conditione adjecta in legato, ſive contractu, Eccleſia tenetur ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur Suarez *ſupra n* 9.

Et patet ex his, quæ notant ad ſentes ad Burat. 16
deciſ. 780. *in ultim. col.* Rota *deciſ.* 339. *num.* 62. *p.*2. *recent.* Sanchez *in opere morali lib.* 2. *cap.*4. *diſp.*57. *n.*80 Franciſcus Tondutus *in dict. quæſt. beneſ.*30. *num.* 13 Bellon. *conſ.*40.*n.*4. & 5. Barboſa *de Jure Eccleſ. c.*39.§.5. *n* 37. dicentes quod licet Clerici ſint exempti a dictis oneribus tamen ad illa teneri, ſi in contractu acquiſitionis ad eorum ſolutionem ſe obligaverint, quia Eccleſia licet ſit immunis à collectis, non tamen eſt immunis à conven-
tionibus. † Et addit Sanchez *in eodem loco* quod 17
donans, vel concedens in actu conceſſionis poteſt apponere legem, quam voluerit, & Eccleſiam teneri illam obſervare, ſive in fraudem ipſius Eccleſiæ id actum ſit, ſive non; & quia onera quæ procedunt ex pacto inito cum authoribus Clerici, à quibus ipſe Jus habet dicuntur realia, & rem ipſam ſequuntur, ut oſtendit relatus Barboſa.

Verum ſi Eccleſia, eo quod ab antiquo, & tem- 18
pore quo Imperatores erant Ethnici, nec ſibi illam plenam libertatem actu vendicaret, ſolviſſet illa tributa, tunc dum Eccleſia ſolvit dici debet ut ea collectas illas ſolvit, uti tributum in recognitionem dominii, vel ſuperioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, ut *in cap.*2. *de caſibus* traditur, ſed ob conditionem inhærentem rei, & inſeparabilem, & quemadmodum erga privatas perſonas ſolveret cenſus, & teneretur ad hypotecas, quæ ab ejus authoribus laicis prius impoſitæ eſſent, ita pari ratione Eccleſiam teneri ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex cauſa, & conventione Princeps, dum prædia poſſeſſa à laicis ſub ejus erant poteſtate, infixit iiſdem prædiis, ut bene conſiderat Fr. Juannes de Neapoli. ordin. Prædic. in quæſtionibus Pariſiens *q.*39. *puncto* 3. *ad* 4. *argumentum*.

Non

19 Non enim eo quod prætendantur ſolutiones factæ à Rectore, præjudicatur Eccleſiæ, cum Rectore non potuerit tollere privilegium libertatis Eccleſiæ eo quod non eſt perſonale beneficium, ſed ipſi ordini Eccleſiaſtico conceſſum, cui geſta privatorum præjudicare non poſſunt ſine Pontificis aſſenſu, ut docent Caſtro *conſ.*423.*n.lib.*2. Zevall. *in practicum dict quæſt.*899.*n.*107.ad finem; ita ut modernus Rector quatenus ſolverit; non inde dicatur privatus ſua immunitate ab hiſce collectis, & oneribus, quæ de Jure ſibi competit ad textum *in l. voluntariè Cod.de excuſat. tutor*, Alex. *conſ.*33.*num.*2.verſ. *ſed ea mihi lib.*5.Caſtr. *dict. conſ*.423.*n* 2. Natta *conſ.* 447. *n.*16. de quo jam alibi dixi ex deciſione Albanes.Gabellæ die 28.Junii 1630. quæ longè agit ad litteram, refert Diana *p.*5.*in fine*, *fol.mihi* 630.

20 His omnibus obſtit dicere llatentes tunc vinculum iojeciſſe, dum territorium efficerent tributarium quo tempore Juriſdictionem habebant in prædiis, quæ poſtea ad Eccleſiam pervenerunt, & ſic tranſire cum ſuo onere; item ſi ſolutiones factæ ſint, vel ſi æſtimum factum fuerit ab Eccleſia, & bona collectæ ſubiecta ſint in Cataſtro laicorum deſcripta. Sed his omnibus reſpondetur ad primum ex dictis, quia vinculum propriè iniectum eſt, dum collecta imponitur, non antea, quia res non dicitur tributaria, niſi quando revera, & ipſo facto debita eſt ſolutio ſuis ſingulis temporibus, & contributio, ut jam alibi dixi, & poſt alios tradit Alba *conſ.*8. *à n.*5. & ut declarat Albanus *de immunit.n.*70. tunc dicatur actus perfectus, & conſummatus.

21 Non ſecunmdum quo obſtent ſolutiones factæ, quoniam aut proceſſerunt à laicis, & tunc non obſtant, nec præjudicant Eccleſiæ, cum laici tanquam ſubiecti, tenerentur ad collectas. Sed dum extat perſona immunis, tunc ceſſat ratio ſubiectionis, & ſic obligatio; quia mutata perſona mutatur ſtatus rei *l.*1. *Cod.de impon.lucr.de ſent.l*,10. Gemin. *in cap.*1.*de immunit. Eccleſ. lib.*6. *num.*9. Ancharran *conſ.*129. *ſub n.* 2. Niger *in dict. extravag. unica de vita*, & *honeſt. Clericor.num.*224. Maranta *conſ.*99.*n.*3. & 4. Gutierrez *pract. lib.*1. *q.*3.*n.*15. Ubi poſt Mauenc.dicit hunc eſſe caſum mirabilem, quo res non tranſit cum ſuo onere.

22† Non tertium, nam non ex eo quod Eccleſia faciat æſtimum, tenetur ad collectas, ſive in vim ſui conſenſus, ſive Juriſdictionis laicorum, quia ſemper ut obliget eſt neceſſarius, ac ut præjudicet conſenſus Pontificis, cujus intereſt, communibus Eccleſiarum utilitatibus providere, ut notant Doctores per textum in cap. adverſus de immunitate Eccleſiarum, ubi in puncto Abbas *num.*1. & 4. & *in cap.non minus cedens num.*8. & *conſ.*13.*n.*1. & 2.*lib.*2. Marant.*dicto conſ.*99.*n.* Natta *conſ.*203. *num.* 4. & *ſequent.* Ubi declarat doctrinam Baldi relatam *in auth. ſed & periculum num.*3. verſ. *hoc verum, niſi Eccleſia, Cod. ſine cenſu, vel reliquis*, præcedere data legitima deſcriptione in æſtimo, ſeu Cataſtro, quod acceſſerit, nempe authoritas Apoſtolicæ ſed is, ut jam ſupra latè dixi *à q.*1. & *quæſt.*10.

23 Ad ſecundam quæſtionis partem an cenſuræ Bonifacii VIII. impoſitæ contra Principes collectantes Clericos *in cap. Clericis de immunit. Eccleſ. lib.*6. adhuc durent. Igitur ut explicem advertendum eſt Pontificem in illo textu punientem exceſſus laicorum, qui Clericis collectas talias, & onera imponebant, & exceſſus Clericorum, qui talibus conſentiebant, eoſque laicos imponentes, & Clericos ſolventes, vel promittentes, aut conſentientes ſe ſoluturos ſub quovis prætextu, titulo, colore; item & dantes auxilium; conſilium vel favorem exigentes, vel recipientes, vel facientes atteſtari, vel occupari excommunicantem, taliter ut ipſa excommunicatio ſit Papæ reſervata, item univerſitates illud intendentes, ſupponentem Eccleſiaſtico interdicto ſine licentia Papæ non tollendo, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis ſub quacumque forma. † Sed ut prædicta ex- 24
communicatio ſit ſublata, quod Clericos ſolventes *in clem.quoniam eodem tit. de immunit. Eccleſ.* ut notant Doctores ordinarii in prædictis locis Barboſa ibi, & *de poteſtate Epiſcopi p.*3.*allegat.* 50.*n.* Secundum impreſſionem Lugdunens. ubi advertit hanc excommunicationem eſſe ſublatam quoad Clericos ſoluentes, Filiucius *tract.* 15.*n.* verſ.*quintu* & *n.* 70. & 71. videbis quæ dico infrà *quæſt.* 50. verſ. *ad primum.*

Quo ſuppoſito video quod Pater Rebardeus 25
*ſect.*3.*n.*5.*fol.*61. aſſerat decretum relatum Bonifacii eſſe ſublatum à Benedicto XI. *in extravag. quod olim de immunit. Eccleſ.* & poſtea à Clem. VIII. *in clem.quoniam eodem.* Et ſic ait quod licet Benedictus reſtrixerit ſolum conſtitutionem Bonifacii ad exigentes tantum, Clemens prorſus illam revocaverit, non ſolum quo ad Clericos ſponte ſolventes, ſed etiam quoad Principes exigentes, ut obſervat gloſſa *in dicto cap. Clericis.* Tamen etſi Benedictus in Clemens Pontifices revocaverint, ut dictum eſt decretum Bonifacii, Leo X. in concilio Lateranenſ. illud revocaverit anno 1521.*ſeſſ.*9.*ſub finem* §. & cum à Jure, tam Divino in ſequentibus verbis *innovamus omnes Apoſtolicas Sanctiones in favorem libertatis Eccleſiaſtica contra ejus violatores quomodolibet editas.*

Cumque in Lateranenſi pariter, ac conciliis 26
generalibus ſub excommunicationis pœna prohibitum fuerit, ne Reges, Principes, Duces, Comites, Barones Reipublicæ, & alii Potentatus quicumque Regnis, provinciis, civitatibus, ac terris quoquomodo Præſidentes collectas, decimas, & alia bujuſmodi onera Clericis, Prælatis, & aliis quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis imponant, exigantque, nevè à ſponte etiam dantibus, & conſentientibus recipiant, atque in præmiſſis auxilium, favorem, vel conſilium palam, vel occultè præſtantes excommunicationis latæ ſententiæ pœnam eo ipſo incidant, & ipſæ Reipublicæ quoque, ac communitates circa hoc quomodolibet delinquentes Eccleſiaſtico ipſo ſubjiciantur interdicto, Prælati etiam præmiſſis abſque expreſſa Romani Pontificis licentia ultro conſentientes, excommunicationis, & depoſitionis pœnam ipſo facto incurrant ſtatuens, & ordinans, ut de cætero talia præſumentes, etſi (*ut præfertur*) qualificati fuerint ultra ſupradictas, quas contraveniendo ipſo facto incurrere volens innovat, ut quod omnes actus legitimos inhabiles, ac deteſtabiles habeantur juxta dicti Lateranenſis concilii etiam verba.

Itaque dicendum eſt ut quamvis dicta Bonifa- 27
cii VIII. conſtitutio revocata fuerit à Clem. VIII. in concilio Viennenſi, nihilominus à Leone X. *in dicto concilio generali dicta ſeſſ.*9. reſtituta fuerit. In quo concilio cunctæ Bonifacii VIII. conſtitutiones ad libertatem Eccleſiaſticam pertinentes revocabantur, & quod in ſua decretali ſancivit Bonifacius iiſdem verbis, & ſententiis, ſancivit Leo;

Leo: & quidquid concilium Lateranenſe noviſſimè *de libertate Eccleſiaſtica* decretavit, confirmant, atque innovant cum omnibus cenſuris, poſteriores Pontifices in Bulla cœnæ Domini *can.* 18. ſic Cardinalis Toletus *in ſumma in tractatu de caſibus in Bulla cœnæ reſervatis excommunicat.* 9. Diana *p.* 7. *tract.* 1. *reſ.* 21. dicens quod omnes Superiores Pontifices excommunicatione latæ ſententiæ Romano Pontifici reſervata animadvertunt in eos omnes, qui præſtationem, ſolutionemve aliquam imponunt Eccleſiaſticis perſonis, ſine Romani Pontificis aſſenſu etiam ſi recipiat à ſponte dantibus.

28 Et patet tum ex dictis *à quæſtione* 8. tum ex Comiuolo afferente *in reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 95. egenti civitati, vel Principi à Clerico ſubveniri æquiſſimum eſſe; verum id non aſſentiente Pontifice, fieri non debere, planum dicit ex interpretatione Innocentii Hoſtienſis, Joannis Andreæ, *in cap. non minus de immunitate Eccleſ. num.* 9. Ubi Panorm. *numero* 4. Butr. *cap. pervenit eodem numero* 6. Anchatran. *in cap. qui nonnulli de immunit. lib.* 6. *numero* 5. qui hanc eſſe Canoniſtárum ſententiam ait, quod ipſum eſt Sancitum ab Innocentio III. *in cap. adverſus dicto tit. de immunit.* extra cum is præeſſet Lateranenſi Concilio generali à Bonif. VIII. *in dicto cap. Clericis de immunit. lib.* 6. à Benedicto XI. *in extravag. quod olim de immunit. à Clem. V.* in Concilio generali Vienenſi *cap* 1. *eodem tit.* à Leone X. in Concilio generali Lateranenſi *ſeſſ.* 9. *in conſtitut.* cujus eſt initium *ſupernæ diſpoſitionis*, & ab aliis Romanis Pontificibus *in Bulla cœnæ dicto canone* 18. docent etiam Bellet. *in diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit.* 5. §. 2. *numero* 11. Ubi dicit in Bulla cœnæ renovatum eſſe decretum Bonifacii VIII. Tanburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 21. *num.* 25. Manchinus videndus *p.* 4. *c.* 3. *à numero* 33. cum Carolo Epiſcopo Novarienſi *in c. convenior.* 23. *q.* 8. *numero* 14. apud Gatticum *in allegat. pro Eccleſia folio* 183. Stephanus Bannius *in Theolog. morali tract.* 11. *q.* 37. §. *dico tertio.*

29 Et licet dubium ſit an prædicta ſententia habeat locum in Regibus Franciæ habentibus privilegium conceſſum Philippo Le bel à Bonif. VIII. Ut non expectato Claricorum conſenſu, poſſint urgente neceſſitate imponere onera Eccleſiaſticis, & Rabardeus, Hubertus, Madrinius, Guillielmus de Benedictis, Tholoſanus, Feraldus, Doctores Galli teneant ut non habeat locum, nec procedat ut referunt etiam Sanchez *in opuſculo moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *numero* 30. Mexia *in pragmatica taxa panis concluſ.* 5. *numero* 64. Maximilian. Fauſtus *de ærario claſſe* 17. *conſ.* 44.

30† Quibus ego aſſentirem ſi tale privilegium conceſſum eſſet in perpetuum Philippo pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, quod non credo in re tam gravi, & in perpetuum. Et ob id poſſunt, atque debent admitti Arias Maldonatus *in ſuo Juris reſponſo de contributione Eccleſiaſticorum, urgente neceſſitate numero* 111. ante illum Caſſan. Doctor Gallus videndus omnino *in conſuetudinibus Burgundiæ, tit. de juſtitiis* §. 4. *numero* 34. & 35. *fol.* 134. & 135. ille dubitat nimis de tali privilegio, ille uſum talis privilegii nominatim acriter impugnat; imo idem Caſſan. *n.* 28. obſervat quod anno 1522. Eccleſia Gallicana hoc appoſuit Franciſco primo Eccleſiis Regni tributum imponentem.

Quibus addo noviſſime Franciſcum Tondutum 31
in q. benef. p. 1. *cap.* 30. qui poſtquam *à n.* 1. liberat Eccleſiaſticos, & Clericos à collectis, tam pro bonis Eccleſiæ, quam patrimonialibus, & *n.* 6. ponat conditiones octo, quæ debent intervenire ut Princeps laici queant Clericos collectari, apertè idem cum ſit Doctor Gallus exciperet ſuos Reges Francos ex indulto prædicti privilegii Boniſ. VIII. imo *ibi n.* 12. ſolum ait ut Clerici benefaciant ſi componant, & tranſigant ſuper collectis cum univerſitatibus, quando ad ſunt plures expenſæ factæ pro communi utilitate Clericorum, & laicorum, & ſæpius accidit ex cauſa belli in ſtatu Avenionenſi, & comitatu Venaiſino, quorum aſſenſus non requireretur à Regibus ſi privilegium haberent collectandi Clericos, neceſſitate urgente.

Quare mihi videtur res ſatis ſcrupuloſa, ma- 32
ximè propter Concilium Lateranenſe, & Bullam cœnæ. Et quia generaliter ſentit Sacra congregatio immunitatis, approbante Sanctiſſimo D. N. Urban. VIII. ut notat Alex. Sperel *in deciſion. fori Eccleſ.* 37. *numero* 83. Ut quod non obſtante Benedict. XI. & Clem. V. revocaverint olim Bonifacianam conſtitutionem; hodie tamen Clerici non poſſunt ſubſidium offerre, nec Reges illud accipere, niſi ex licentia Summi Pontificis, quia Leo X. & Bulla cœnæ, Bonifacii decretum denuo approbarunt, & renovarunt. † Imo quod Epiſcopi 33
omittentes defendere Eccleſiaſticam immunitatem, mortaliter peccant, & quandocunque ſint excommunicati, certum eſſe demonſtrat Clem. præſenti de cenſibus, & ibi gloſſa *hodie autem emanavit Clem. præſens eodem titulo, quæ præcipit Epiſcopis, vel aliis locorum ordinariis, ut ipſi publicent iſtas pœnas, & ſententias. Et præcipit illis ſub pœna excommunicationis, ne ſint remiſſi in publicandis iſtis pœnis.* Concilium Lateranenſe celebratum ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. ibi *Prælati etiam præmiſſo abſque Romani Pontificis licentia ultro conſentientes excommunicationis, & depoſitionis pœnam ipſo Jure incurrant*, ut firmat Thomas Sanchez *lib.* 2. *cap.* 9. *Conſiliorum dubio* 5. *num.* 2. *ibi* peccant mortaliter Epiſcopi non denunciantes excommunicatos, civitates interdictas petentes à Clericis tributa poſtquam ipſis conſtiterit, quia id jubetur verbis præceptivis Clem. præſenti de cenſibus, & *in extravag. unica de immunit. Eccleſ.* maximè commendatur Epiſcopis, ne id conſentiant: ſic etiam cum pluribus Cardinalis Lugo *tom.* 2. *de juſtitia, & Jure diſp.* 36. *ſect.* 7. *in fine*, & tandem ligari cenſuris Epiſcopos ultro conſentientes gabellas, ſeu non reſiſtentes prædictis impoſitionibus, docet acutè Epiſcopus D. Joan. de Palafox *in ſua allegatione, & in litt. M. M. M. n.* 80. cum Ugolino *in Bulla cœnæ* verſ. *autem eiſdem numero* 1. Duardo *quæſt.* 20. *numero* 4. Alterio *diſp.* 19. *cap.* 1. *à col.* 2. & *cap.* 4. Bellet. *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit.* 1. *de exemptionibus Cleric.* Bonacina, & Garcia *de beneficiis q.* 2. *cap.* 3. *n.* 16. dicens Epiſcopos eſſe neceſſitatos prædictis conſtitutionibus, item, & per breve Innocent. X. ad fulminandas cenſuras contra continuantes gabellas termino ſexennii completi, quod fuit completum ultima die Julii anni 1656. de cujus adimpletione idem Rex noſter Philippus reminiſcitur in ſua relata ſchedula *ſub quæſt.* 13. ſic etiam probans *ex Bulla cœnæ cap.* 18. ſæpè repetita *ſupra.*

Notabis inquam cum Barboſa *in dicto c. Clericis* 34
num. 2. *in fine*, & cum Toleto *in ſumma ubi ſupra*

cenſura noo irritiri eos, qui ſponte ſolvuot; quos tamen irritiebat Bonifacius, & refert Diana *ſupra*, ut in hac parte, nec in Bulla cœnæ, nec in Concilio Lateranenſi appareat innovatum eſſe, de quo erit etiam videndus Comitol. *ſupra lib.* 4. *q.* 36. *n.* 4. Et ſecundùm hæc dicta in toto verſ. *ad ſecundam* intelliguntur quæ noviſſimè Archiepiſcopus Tapia refert. *lib.* 4. *de legibus tom.* 1. *q.* 11. *art.* 24. Ubi pauca ſcribit de hoc leges quæ dico *infra q.* 47. verſ. *ad quintam* & vide *ſupra à n.* 26.

35 Ad tertiam quæſtionis partem an Eccleſiaſticorum exemptio à collectis competat eadem, ac à Juriſdictione laicorum. Et ſuppoſitis quæ adduxi *ſupra q.* 12. *à n.*1. Ubi probavi diſertè à Jure Divino ortum habuiſſe, primum non ab Imperatoribus, niſi tantum in ſubſidium illius Divini Juris, ſeu Pontificii; & cum *in c.*2.*de judiciis q* 2. & 6. egerim quo Jure ad Eccleſiaſticos judices pertineat cognoſcere de cauſis Clericorum: & *q.*3. quod Clericorum exemptio ſit de Jure Divino; ideo videtur ut paria ſint forum ſortiri, & ſtatutis ligari, ut ponderat Berojus *in cap. quæ in Eccleſiarum* 7. *hoc tit. num.*12. Ergo dici debet ut ſicut Clerici ſunt exempti Jure Divino à Juriſdictione laicorum, quantumvis ipſi Clerici renuncient proprium forum, ac in laicum judicem conſentient, *cap. cum ſit generale*, *cap. ſignificavit de foro comp.* ita & eodem Jure dicantur exempti in gabellis, & collectis à laicis
36 impoſitis, ut *ſupra dicta quæſt.* 12. † Quibus addo quæ ſequuntur, nempe illud *Geneſis cap.* 47. Ubi Joſeph. Pro-Rex Pharaonis Sacerdotes, & eorum agros, etiam eis à Rege traditos in primæva libertate, dimiſit, quamvis reliquos totius populi ſervituti Regis ſubegerit, ubi meminit etiam Joſeph. de antiquitate judic. *lib.* 2. *cap.* 14. & Diodorus Siculus *in* 2. *lib. Hiſtoriæ*, & Herodotus *in Euterp. lib.* 2, & hinc appoſitè Concilium Lateranenſ. de quo *in cap. non minus de immunit. Eccleſiar.* infert non decere Eccleſiam minus liberam eſſe tempore Principum Chriſtianorum,
37 quam fuerit tempore Pharaonis. † Imo addi poſſe tempore Ethnicorum, qui Flamines, Augures, Salios, Fæciales, alioſque Sacerdotes una cum bonis ipſorum immunes, & liberos à tributis reddebant, ut obſervat, & ad propoſitum arguit Præpoſitus *in cap. ſi tributum num.* 5. & *ibi* Cardin. 11. *q.* 1. Joannes Anton. de Nigr. *in repet. extravag. unica n.* 243. *de vita*, & *honeſtate Clericorum*, Plotus *in addition. ad ultim. concil. laudens. ſub n.* 8.

38 Alia inquam exempla valent deduci ex 1. *Eſdræ cap.* 7. & *num. cap.* 3. imo luculentius eſt teſtimonium apud Math. *cap.* 17. Ubi filius Regis, qualis eſt CHRISTUS, qui eſt filius Regis Regum, eximitur à tributo Principis, Eccleſiam verò, & Eccleſiaſticas perſonas, tanquam ſponſam, familiareſque, & domeſticos CHRISTI eadem prærogativa inferunt D. Hieronym. *ibidem* D. Auguſtin. *lib.*1. *quæſtion. Evang. quæſt.* 23. Joannes Anton. Niger *in repetit. extravag. unica de vita*, & *honeſt. Clericor. numero* 223. optime Suarez *ad Regem Angliæ de immunit. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 5. *numero* 12. & *cap.*8. *numero* 16. Quæ teſtimonia, & exempla ad hanc rectè perpendunt Cardinal. Bellarm. *controverſ. tom.*2. *lib.* 1. *de Cleric. cap.*28. *in* 4. & 5. *oppoſitione*, ubi pluribus comprobat hanc immunitatem eſſe de Jure Divino, & firmarunt Joannes Montaig. *de collat Parlam. p.* 2. *num.* 11. Burſatus *conſ.* 42. *numero* 1. *lib.* 1. & *conſ.*186. *numero* 8. *lib.*2. Borrel. *conſ.* 44. *numero* 1. Plotus *in addition. ad ultim. conſil. laudens. numero* 8. Everard. *conſ.* 30. *n.* 23. *ad finem*, Zevallos *comm. contra comm. quæſt.* 899. *numero* 39. & 42. Caved. *deciſ.*83. *num.* 19. *p.*2. Thomas Bozz. *de Jure ſtatus Eccleſ. libert. lib.* 4. *cap.* 8. plene Paulus *reſponſ. moral. lib.* 1. *cap.* 97. *à numero* 6. Suarez *ad Regem Angliæ dicto lib.* 4. *cap.* 9. *numero* 9. qui alios plures enumerat, & plura ſcripturæ loca refert Diana omnino legendus contra Rebardeum *p.*7. *tract.*1. *à reſ.* 1. *uſque ad* 10. Ubi ex Sacra Scriptura, ex Juribus ratione, & authoritate Doctorum abunde probat, ſatisfaciens conſtitutionibus Imperatorum, & aliis authoritatibus, quas pro ſe adducit Rebardeus: nec deſinas videre, quia *ibi* fuſius agit, quam in 1. *p. tract.* 2. *reſ.*1. *in p.*5.*tract.*5. *reſ.*21. & *ibi in fine* in una Brundaſina, & alia Albanens. deciſion. Rom. curiæ &c.

Et quod bona dum Eccleſiis traduntur, eo 39
ipſo eximantur à Dominio, & poteſtate laicorum, & ex ſpeciali Jure ſub Dominio CHRISTI Domini conſtituantur, nec per metaphoram, ſed per omnimodam proprietatem; ita ut tale Dominium CHRISTI in his bonis Eccleſiarum ſit proximum, & immediatum, illique dicatur acquiſitum, tanquam principali Domino, docent Innocent. *in cap. cum ſuper numero* 3. *de cauſa poſſeſſionis*. & *prop.* & *in cap. verum numero* 2. *de foro comp* Comitolus bene comprobans, *reſponſ. moral. lib.* 1. *cap.* 70. & 71. Suarez *dict. lib.* 4. *c.*17. *numero* 9. & *cap.* 18. *num.* 5. & 7. *cap.*21 *num.*5. *cum pluribus* Afflictis *deciſ.* 361. *à num.* 22. & alii Doctores inferentes.

Quod ſi CHRISTUS Dominus immunis fuit 40
à tributis, ut ad litteram habetur Math.*dict.c.*17. Ubi notant Sanctus Hieronym. Chriſoſtom. & Ambroſ. atque alii per Suarez *dict. lib.* 4. *cap.* 5. *numero* 1. *in fine*, & conſequenter etiam bona Eccleſiarum; quæ ſubſunt immediato, & proximo Dominio CHRISTI Domini immunia eſſe ab omnibus tributis, ut per eundem Suarez *dicto lib.* 4. *cap.* 18. *n.*5. & 7. *dict. cap.*11. *n* 5. Ubi ait hoc eſſe valde conſentaneum Divinitati, & excellentiæ perſonæ ſuæ.

Et præterea quia ſi bona patrimonialia Cleri- 41
corum exempta ſunt à gabellis, ut jam latiſſimè *ſupra* probavi, Abbas, Decius, Felinus, & Canoniſtæ in textu noſtro, Suarez *dicto lib.*4. *c.* 25. *à num.* 4. quid mirum, ut Eccleſiarum res multo melius ſint exemptæ, utpote etiam bene conſiderat deciſio Rotæ coram Merlino in una Albanenſ. gabellæ 1630. Junii 18. quam refert Diana *p.*5. *in fine*, *folio mihi* 670. Ergo ſatis apparet, ut immunitas à tributis, ſit de Jure Divino: & pro mille Doctoribus adduco aliud oraculum Sacræ Romanæ Rotæ in una Barchionen. exemption. die 21. Junii 1636. qua etiam patet bona Clericorum eſſe exempta, etiam de Jure Divino, ut optime docent Del Caſtillus *de inſtitution.* & *Jure*, *lib.*2. *diſput.* 4. *dub. fin. numero* 119. Diana *p.* 7. *tract.* 1. *reſ.*20. in verſ. *ſed ego*, qui adducit *ibi reſ.*5. alios 7. præter alios, quos adduxit *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 1. Ubi abundè *à reſ.* 1. *uſque ad* 10. congerit infinita videnda contra Rebardeum, ubi *à reſ.* 6. expendit, & reſolvit ejus fundamenta, quæ ſatisfacta remanent ex dictis *hic*; & ſi nuo ita longè, quare ſi deſideras latam explanationem

Digitized by Google

nationem leges ipſum, & deciſionem Sacræ Rotæ Romanæ in una Albanenſi, *Canon.* 16. 33. quam refert Diana *p.* 5. *in fine* 24. Januarii.

42 Nonnulli inquam exiſtimant eſſe de Jure humano, & ab Imperatoribus, & Principibus ſæcularibus Clericis conceſſam: & ſic quod Conſtantinus Clericos exemit, & fecit immunes à Juriſdictione temporali, præter quæ retuli *ſupra dict. quæſt.* 12. *in princ.* & *ſub cap.* 2. & *aliis de judiciis* docet Michael de Palacio *in* 4. *ſentent. dict.* 25. *diſp.* 5. *fol.* 540. qui jovat hanc ſententiam ex Nicephoro *lib.* 7. *cap.* 42. Ubi traditur immunitatem conceſſiſſe Conſtantinum Epiſcopis, & Clericis, ut eſſent immunes à Juriſdictione ſua, & ſuorum officialium, *l. juxta Sanctionem Cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* & *cap.* 45. *eodem lib.* meminit idem author cauſam criminalem Cæliciani Epiſcopi Carthaginenſis, quæ agitabatur coram Conſtantino Imperatore à ſe ablegaſſe, illamque commiſiſſe Romano Pontifici decidendam cum aliis Epiſcopis. Et quod pejus eſt, Salgadus de *Regia protect. tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 1. *præludio* 1. *num.* 51. & Zevallos *de cognitione per viam violentiæ*, & *in proœm. cap.* 5. *num.* 11. docent ante Juſtinianum non fuiſſe diſtinctionem fori inter laicos, & Clericos; imo & hanc ſententiam, ut notat Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 21. docuit his temporibus noſtris Paulus Servita, Pſeudo Theologus, & reſpectu tributorum, & gabellarum notat deciſio Rotæ jam relata in una Albanenſis gabellæ 1630. Junii 28. quam *ſupra* retuli, dicens eam immunitatem primum conceſſiſſe Conſtantinum, ut apud Euſebium *lib.* 10. *hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap.* 7. *in oration. in laudibus Conſtantini*; & quod Juſtinianus exemptionem bonorum Eccleſiaſticorum immunitatem edicto ſanciverit probat textus *in l. Sancimus* 20. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* & Federicus *in auth. item nulla communitas cod. de ſanctiſſimis*
43 *Epiſcopis.* † Et patet quia ut *infra* refero antiquitus aliquando Clericos ſolviſſe tributa Principibus laicis, conſtat hanc exactionem ceſſaſſe eiſdem Principibus indulgentibus; imo Cutellius *in cod. legum ſiculi fol.* 301. dixit exemptionem Clericorum quoad perſonas, & res fuiſſe introductam ex pietate Imperatorum.

44 Nihilominus his, & aliis non obſtantibus exemptionem Clericis, & Eccleſiis conceſſam eſſe à Jure Divino, ſeu ad minus, primo à Pontificibus, tam circa forum, quàm immunitatem à gabellis, patet ex dictis *hic*, & *ſub dicto cap.* 2. *de judiciis q.* 2. & 3. & in aliis illius tituli capitibus, atque in aliis *de foro compet.* Ubi latiſſimè egi de exemptione à foro laicorum competente Clericis, & ſuper quibus, & à gabellis ex regula textus *in cap. quamquam de cenſibus*, ubi inquit *Pontifex Eccleſia, Eccleſiaſticaque perſona, ac res ipſarum, non ſolum Jure humano, quinimo, & divino à ſæcularium exactionibus ſunt immunes cap. ſi Imperator dict.* 96. Ubi Joannes Papa VIII. dicit expreſsè Deum exemptionem dediſſe Clericis, à foro ſæculari, ubi gloſſa *diſcuti* conſiderans verba illius textus, infert ſequentem illationem. Ergo antequam eſſet aliqua conſtitutio, Clerici non erant de Juriſdictione ſæculari; indeque dici debet ut omnes conſtitutiones, quæ emanarunt, quod Clerici non ſunt judicandi, niſi ab Epiſcopis, non ſint, niſi Juris declaratio. Et adeſt etiam *cap. Silveſter* 11. *q.* 1. Ubi Gelaſius Papa, cum ſciret quoſdam Clericos Læſos fuiſſe quoad immunitatem, dicit hoc eſſe contra leges Divinas; imò & Alex. Papa *in cap. relatum* eadem cauſa, & quæſtione videns aliquos violare immunitatem Eccleſiaſticam aſſerit *taliter prævaricantes prævaricati ſunt in Deum*, & *non obedierunt præceptis ejus.*

Et comprobatur ex ſequentibus, nempe ex 45 Trid *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* Ubi nulla facta mentione dicit *Eccleſia*, & *Eccleſiaſticarum perſonarum immunitatem Divina ordinatione*, & *Eccleſiaſticis ſanctionibus eſſe conſtitutam.* In quibus verbis apertè ſupponit immunitatem hanc non à Jure Civili, ſeu à conceſſionibus Principum ſæcularium duxiſſe originem, alias propriam, & immediatam hujus immunitatis cauſam tacuiſſet, & in rigore aut falſa, aut nimis diminuta fuiſſet doctrina, ut conſiderat Suarez *contra Regem Angliæ de immunit. lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 7. Balboa *in cap.* 2. *de judiciis num.* 36. Ubi obſervat contrarium dicere eſſe errorem manifeſtum, & ex Cardinali Bellarmio. Contra Paol. Servit. *fol.* 7. *ex epiſtol.* 1. *ad Timotheum cap.* 5. ibi *adverſus presbyterum noli accuſationem recipere, niſi ſub duobus, vel tribus teſtibus.* Ex quibus verbis tenet, ut obſervat etiam Balboa *dicto cap.* 2. *de judic. num.* 39. ſupponi jam tunc fuiſſe Epiſcopale tribunal: & Suarez *ſupra dict. cap.* 13. *num.* 10. rectè docet Paul. *loco citato* non loqui de ſolis cauſis Eccleſiaſticis, ſed de querelis contra Clericos in cauſis criminalibus, nam & in illis fit propriè accuſatio; & cum Paulus indefinite, & ſimpliciter loquatur, non ſit reſtringenda illius ſententia ad crimina Eccleſiaſtica.

Quare dicendum eſt quod prima origo Immu- 46 nitatis Eccleſiæ, Eccleſiaſticarumque perſonarum, & earum bonorum non procedet à Principibus, & Imperatoribus, cum ante Imperatores Catholicos adeſſet in Eccleſia Dei dicta exemptio Clericorum, & ſic licet poſtea Catholici Imperatores dictam immunitatem confirmaſſent, non inde ſequi ab illis primo proceſſiſſe; ob idque rectè Servantius *in defenſ. immunit. Eccleſiæ fol.* 18. obſervat leges Imperatorum pro exemptione Clericorum non fuiſſe leges inſtitutorias, ſed ſubſidiarias, ut docuit etiam Rota coram Merlino *in dicta Albanenſi deciſ.* 18. *Junii* 1630. & Philoteus *in defenſ. cenſuræ Pauli V. fol.* 19. confirmat hoc ex Imperatorum verbis.

Et quod Pontifices priuſquam Imperatores hanc 47 præſtiterint immunitatem, eamque potuiſſe præſtare præſtitiſſent, latiſſimè probant Theologi, & Canoniſtæ, inter quos Bellarm. *tract. de poteſtat. ſummi Pontificis contra Barilajum cap.* 34. & illi etiam, qui exemptioni Clericorum parum favere exiſtimati ſunt, ut Sotus *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 6. & videndi ſunt Barglion. *in Apologia pro immunit. Eccleſ. propoſit.* 12. & Servantius *in defenſ. immunit. Eccleſ. propoſit.* 5. *fol.* 51. & *ſermone* Italico probat optimè Bovius *in reſponſ. ad conſiderat. Pauli Servitæ p.* 2. *fol.* 19. Ubi poſtquam Conſtantinus fecerit Clericos immunes, ait quod libertatis Eccleſiaſticæ origo non à Conſtantino, ubi refert decreta S. Silveſtri anni 296. S. Marcellini anni 283. S. Caii in Concilio Africano 257. in tempore S. Cypriani. † Et ſic Diana *p.* 7. *tr.* 1. 48 *reſ.* 19. in verſ. 3. *verum*, Suarez *l.* 4. *contra Regem Angliæ c.* 31. *n.* 9. Balboa *in c.* 2. *de judiciis n.* 112. Cardinali Baronio *anno CHRISTI* 387. *à n.* 13. reſolvunt, etſi non ex Jure Divino ſit exemptio Clericorum,

tamen primario ſit ex Jure Pontificio, non legibus Imperatorum quia in codice Juſtin.& Theodoſiano non invenitur lex concedens hoc privilegium Clericis ante conſtitutionem Federici:& tamen certum eſſe ante tempora Federici adfuiſſe in Eccleſia Dei hanc exemptionem, ut manifeſtè patet in concilio Lateranenſi ſub Alex. III. quod ferè centum annis præceſſit, & ex alio Lateranen. ſub Innocentio III. *in c. non minus, cap. adverſus e immunitate Eccleſ.* Ex quibus decretis colligi non fuiſſe hoc jus inchoatum in illis, ſed antiquius eſſe,& in illis conciliis ſub gravioribus cenſuris fuiſſe confirmatum, item & declarationibus Unde etſi aliud decretum antiquius non invenitur, colligunt non tam Jure ſcripto, quàm traditione, & præceptis prælatorum fuiſſe obſervatam in Eccleſia hanc immunitatem: ex quo expeditè inceperunt Pontifices habere liberam ſuam poteſtatem, ideſt poſtquam eſt ſublatum impedimentum Ethnicorum Imperatorum.

49 Et licet pro parte negativa, nempe quod Clerici non ſunt exempti à laica poteſtate de Jure Divino, plures adducat Diana *p.1.tr.2. reſ.1.* de quibus dixi *in dicto cap. 2. de judic. q. 2.* Sed quia hæretici noſtri temporis, ut Henricus Arnaſæus *in commentar. polit. de ſubjectione, & exemptione Clericorum c. 3. per totum,* Paulus Servita, & alii hujus farinæ homines magnum faſtum faciunt, ut loquuntur Juriſconſulti quod aliqui ex Catholicis negativam ſententiam teneant; ideo ſemper oportet ſtabilire affirmativam, ut ſit hæc immunitas Eccleſiaſtica, ut patet ex jam dictis, & ex conciliis, ut ex Trid. *ſupra* adducto ex Lateranenſ. ſub Innocent. III. *cap.46.* ibi *nimis de Jure Divino quidam laici uſurpare conantur cum viros Eccleſiaſticos, nihil temporale obtinentes eos ad praſtandum ſibi fidelitatis juramenta compellunt,* & ex Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ. 9.* ibi *cum à Jure tam divino, quam humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit innovamus omnes, & ſingulas conſtitutiones.*

50 Iterum confirmatur ex doctrina bene comprobata, quam ſequitur Don Joannes Balboa de Nogrovejo *in dicto c. 2. de judic. n. 36.* Ubi obſervat eſſe manifeſtum errorem dicentium privilegium immunitatis Clericis à Juſtiniano conceſſum; ita ut ante illum nunquam in Eccleſia diſtinctio fori inter Clericos, & laicos fuerit, qui patet multo ante Juſtinianum conceſſum, ut de Conſtantino conſtat ex adductis à Baronio *anno Chriſti* 330. & de Valentiniano teſtatur Ambroſ. *lib. 2. epiſtola* 13. & 32. de Honorio conſtat *in l.41. Cod. de Epiſcopis, & Clericis,* fuiſſeque ſententiam concilii Aquilarenſis, quàm referunt Ambroſ. *dicta epiſtola* 13. Auguſtin. *epiſtola* 53. & in concilio Maſticonenſi 11. *cap.* 9. expreſsè dicitur hanc immunitatem initium habuiſſe à tempore naſcentis Eccleſiæ, ut etiam dixit Soſa *in tract. de cenſib.* Paul. V. fol. 38. & ſic quod certo fatendum eſt, nempe Imperatores exemptionem Clericorum confirmaſſe, & acceptaſſe, ut patet ex his, quæ adducit Suarez *de immunit. cap.* 12. *lib.* 4. negandum eſt verò, ut prima origo, vel principalis fuerit Imperatorum conceſſio, licet poſtea Catholici Imperatores eam confirmaverint Diana *dicta p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 21.

51 Nec facit quidquam antiquitus aliquando Clericos ſolviſſe tributa Principibus laicis, hancque exactionem ceſſaſſe iiſdem Principus indulgentibus, quia reſpondetur id accidiſſe tempore, quo nondum Principes Evangelii jugo cervices ſubegerant, & facultas ipſa, ſeu immunitas a collectis, & tributis Clero competebat quidem de Jure, ſed adhuc de facto, & male exigebatur, ſicque immunitatem à Jure Divino eſſe profectum, cjuſque immunitatis uſum, ſeu exercitium emanaſſe a Principum Orthodoxorum Sanctionibus, qui Principes CHRISTIANI non verè, & propriè Eccleſiaſticis bonis exemptionem conceſſerunt, ſed potius detexerunt, & in eam a Deo conceſſam conſenſerunt, illuſque exercitium juſſere, ut bene agnovit Juſtinianus *in dicta l. Sancimus* 20. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ibi *cur enim non facimus diſcrimen inter res Divinas; & humanas, & cur competens prærogativa Cœleſti favori non conſervetur:* & ſic anouit hanc immunitatem non ſua munificentia, quam aliis in rebus, & locis ſæpius Glorioſus commemorat, ſed à dictamine divino, & à natura fluxiſſe, ut bene ratiocinatur Comitol. *in reſponſ. moral. lib.1. cap.97. n.11.* Ubi etiam antiquam traditionem, & populorum mores circa hanc immunitatem recenſet, uti pariter etiam reſpondet Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. de immunit. Eccleſ. cap.6. n.4. & cap. 21. n. 3. & 8.* & prædicta deciſio Rotæ in una Albanenſ. gabellæ 28. Junii 1630. in verſ. *nec quidquam.*

Et licet Doctores negativæ ſententiæ variis re- 52
ſponſionibus refellere conentur prædicta, cum Sotus reſpondeat dictum Bonifacii VIII. intelligi debere in cauſis Eccleſiaſticis, vel certe quoad perſonas tantum; ſed ut diſertè patet ex eodem Bonif. Clericorum perſonæ, & bona à ſæcularium Principum exactionibus utroque Jure liberæ ſint. † Et li- 53
cet etiam Covar. Molina, & alii aſſerant nomine Juris Divini, Jus canonicum ſignificari, quod lato quodam dicendi modo Jus divinum appellari ſolet, ut patet *in c.cum diverſis de privil.lib.6.* & ex Doctoribus *in dicto c. quàmquam de cenſibus,* ſed apertè eorum dictum refellitur, tum ex Concilio Lateran. ſub Leone X. tum ex Bonifacii VIII. conſtitutione, ubi cum Jure, tam Divino, quam humano libertas Eccleſiaſtica dicatur eſſe introducta, Jus divinum propriè, ac ſtrictè acceptum videtur, ſiquidem nunquam canonicum appellatur, cum ab humano diſtinguitur, ut cernimus diſtingui in allegatis Sanctionibus.

Eſt enim ut dicit Diana *dicta reſ.* 21. Jus aliud 54
Divinum, aliud humanum, Divinum aliud revelatum aliud poſitivum, aliud naturale; humanum vero ſecerni in canonicum, & civile: unde cum Divino humanum opponitur ſub illo canonicum comprehendi non poſſe ait.

Item etiam non ſunt audiendi alii dicentes hanc 55
immunitatem habere exemplum in aliquo ſcripturæ loco eo quod *Geneſis* 47. cum Joſeph tributariam faceret univerſam terram Ægypti liberos reliquit Sacerdotes; & ſic voluiſſe ſignificare Bonifac. VIII. notant Bellarm. Soſſe, Garcia, & alii, quos refert, & ſequitur Carlevallius *de judiciis lib. 1. tit. 1. diſp.2. q.1. ſect.1.n.401.* quia impropria admodum loquutio eſt aliquid eſſe ex Divino Jure, quia aliquid ſimile legitur in ſcriptura, quaſi vero non poſſit ſcriptura narrante multa, quæ ex Jure Divino ortum non habuerunt, ſed ex hominum voluntate. † Nec va- 56
leat dicere quod ut aliquid aſſeratur ex Jure Divino eſſe, colligi debet ex aliquo ſcripturæ teſtimonio, ſed in nullo ſcripturæ loco invenitur hæc exemptio ex Jure Divino; ergo. Sed reſpondetur nullum inquam in ſcriptura eſſe teſtimonium expreſſum pro immunitate Eccleſiaſtica in lege gra-

tiæ

tiæ, ſed non inde bene inferri ex Jure Divino. 57 † quia bene poſſunt eſſe aliqua Juris Divini, quæ non ſint in ſcriptura, dummodo inſtituta ſunt à CHRISTO Domino, & Apoſtolis tradita, ut per illorum manus ad nos uſque devenirent: etenim ut docent Diana *dict. reſ.* 22. Granadus *de ſacram. in* 3. *p. contr.* 9. *tract.* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *n.* 16. quæ pertinent ad materias, & formas Sacramentorum, Juris ſunt Divini, nec tamen omnia haberi in ſcripturâ; Et ſic cum in ſcriptura non habeatur prædicta Clericorum exemptio, credi id eſſe à CHRISTO Domino inſtitutum, & per traditionem ad noſ deveniſſe.

58 Eſt igitur in hoc puncto reſolvendum verè, & propriè, exemptionem Eccleſiarum, & Clericorum, tam quoad forum, quam quoad gabellas, eſſe de Jure Divino propriè, & non interpretativè, ut probat relata deciſio Rotæ in una Albaoenſ. 28. Junii anni 1630. & ex Concilio Lateranenſ. dum dicitur ibi omni etiam id Divino Jure prohibente, nulla cauſa ſit, cur Divinum ſtricte ſumptum inde excludi debuerit, & clare ex Trident. *dict. cap.* 20. *ſeſſ.* 25. Ubi Eccleſiaſticarum perſonarum libertas Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus aſſeveratur conſtituta; igitur cum non dixerit immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de Jure Divino, ſed ex Dei ordinatione, videtur voluiſſe tollere chimaricam interpretationem, Covarruv. Molinæ, & aliorum jam relatam, volentium, ut dictum eſt per Jus Divinum intelligere Jus Canonicum, quia revera dum Tridentinum dicit Dei ordinatione, & canonicis Sanctionibus expreſsè loquitur divino Jure, quatenus diſtinctum à Jure canonico: videbis ibi Barboſam, & ab eo relatos.

59 Ad quartam quæſtionis partem qualiter debeant Principes, Regiique Magiſtratus ſe abſtinere ab impoſitione gabellarum in Eccleſiaſticos: & quid debeant timere, ubi de exhortatione ad illos, ut reſpondeam, adverto quod, & ſi ſolus Princeps, & Rex poſſit gabellas, & nova vectigalia inſtituere, cum ſint de maximo Imperio, ut jam *ſupra* dixi in hoc textu, & docet Bertachinus *in tract. de gabellis p.* 1. *q.* 1. Bald. *conſ.* 343. *volum.* 5. Capella Tholoſana *deciſ.* 451. Ubi addit Parlador. *p.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. *à n.* 1. Jaſon *conſ.* 81. *volum.* 4. Azeved. *in l.* 1 *tit.* 11. *lib.* 6. *recopilat.* per illam legem *in gloſſa* 1. Gironda *de gabellis in* 1. *p. n.* 1. *in princ.* probetque textus *in l.* 9. *tit.* 7. *p* 1. & tradat Laſarte *de gabellis* 60 *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *recopilat.* & alii. † & in eo juſta præſumatur cauſa imponendi gabellas, cum ſit Pater communis omnium: & ſic veluti Pater debeat ſubditis filiis præparare Theſauros, & in cunctis neceſſitatibus paſtoris vicem gerere, ut *in cap.* 61 *Apoſtolus* §. *Juſtinianus de cenſibus.* † ita ut Principis dicto, & aſſertionis ſit credendum, vel Regis dicentis eſſe conſtitutum in neceſſitate ad defendendum Religionem Chriſtianam, ut doceat Alexander *conſ.* 216. *volum.* 2. Oldradus *conſ.* 258. Roland. *conſ.* 1. *n.* 58. & 90. Ubi etiam dicit quod non eſt in hoc facienda inquiſitio ſcrupuloſa, ut faciunt aliqui decuriones timoratæ conſcientiæ aliquarum civitatum, quia à Jure improbatur *l. deli in fine ff. de novationib.* & quia quando non eſt certum, an bellum ſit juſtum, debemus ſtare Principis, & ejus conſiliariorum declarationi, qui prius examinaverunt bellum eſſe juſtum, cum unicuique de populo non debeat Princeps hoc notum facere.

62 Nam ſola Principis, & conſilii authoritas debet in hoc ſubditis ſufficere, cum ex eo ſolum quod Jura Principi dederunt, conceſſerunt etiam virtualiter indicendi bellum, poteſtatem, ut *in l. unica cod. uſus armorum lib.* 11. *l. prohibitum cod. de Jure fiſci lib.* 10. Ubi dicit quod Vaſallus tenetur credere Domino, non vero ſibimet confirmare conſcientiam, & ex aliis de quo leges noviſſimè tradita per Archiepiſcopum Tapia *in ſumma p.* 1. *lib* 4. *de legib. q.* 11. *art.* 4. Ubi agens de dubio, utrum ſubditi teneantur credere Principi, & miniſtris ejus affirmantibus tributi neceſſitatem, negetque reſpectu noſtræ Hiſpaniæ, ubi requiritur populi aſſenſus modo *dicto ſub q.* 12. & 13. cum aliis, & *ibi art.* 15. quid indubiè, ſed reſpectu aliorum Regnorum affirmat, & agens latè de hoc dubio noviſſimè Thomas del Bene *de parlam. dub.* 2. *ex n.* 3. latè probat regi credendum non eſſe à parlamentariis in caſu quo nec evidenter nec moraliter conſtat de veritate in oppoſitum contra regem eo quod alias aperiretur via ad maximam vim inconveniens boni communis cum facilè multiplicarentur tributa in perniciem regni prætextu neceſſitatis Regis & ſic reſolvit neceſſum eſſe utilia adminicula concurrant cum aſſertione Regis nempe ut cauſa ſit neceſſaria principi & conſiliariis, non omnibus de populo ſed illis nempe ad quos pertinet juſtitiam tributi examinare ita cum Decio, Ferrerio, Calicio, Pinelo, Felino, Gutierrez & Seſſe *deciſ.* 151. *q.* 1. *ſub volum.* 2. *à num.* 12. del Bene reſpondet fundamentis *cont. ibi ſect.* 2. *n.* 61. ad credendum Regi in aliis quæ non redundant in præjudicium tertii ad quod applicabis quod dixi *in cap.* 7. de cauſa presbyteri *quæſt.* 8.

Tamen cum ſecundum Ariſtotelem ſimilis ſit operatio Regis ad ſubditos, Patris ad filios, paſtoris ad oves; quippe debeat paterno amore, & piè regere populum, ut *in clem conquerente de reſtit. ſpoliator.* Zevallos *practicarum q.* 578. *n.* 23. Ubi quod boni paſtoris eſt tondere pecus, non autem deglubere, ideſt pilos, & lanam evellere, dicatque Baldus quod Regnum eſt ad ſimilitudinem corporis humani, à quo ſi abſcindatur auricula, non eſt corpus perfectum, ſed monſtruoſum; ita *in prælud. feudorum col.* 13. Inde eveniet ut Rex, aut Princeps peccet mortaliter, qui ſine juſta cauſa novum vectigal imponit, ut tradunt Afflictis *in Rub quæ ſint feudalia col. penult. n.* 11. Rolandus *conſ.* 95. *n.* 30. *volum.* 2. Innocent. *in cap. innovamus de cenſibus,* & *in cap. ſuper quibuſdam de verb. ſignif.* quod eſt commune inter Doctores Theologiæ moralis; ideò ut rectè ſe habeant Principibus præ oculis pono verba ſequentia *leg. Segia* 14. *tit.* 5. *p.* 2. ibi *como quier que el Rey es Señor de ſus puebles para mantenellos en juſticia, eſeruirſe de elles, con todo eſo guardallos dene de manera queno des fallezcan quando meneſter les obiere, Ca ſegun dixo Ariſteteles, à Alexandro el meior theſore que el Rey ha, y el que majiarde ſe pierde es el pueblo, quando bienes guardago, e conesto acuerda loque dije el Emperador Juſtiniane que entonçes ſon el Reyno, y la Camara de el Emperador Ricos, e abondados quando ſus Vaſalles ſon ricos y ſutierra abondada,* leges Archiep. Tapiam *dicta quæſt.* 11. *art* 3. & de modo imponendi tributa, quod debeat tondere, non deglubere late, & noviſſimè, ex bonis litteris Solorſano *emblema* 82. 63

Hæc enim ſic ſe habent reſpectu ſubditorum lai- 64
corum Principis, Regisve in tantum ut abſolutè ſit notiſſimum, & per facti evidentiam, quod ſi non ſuper ſit cauſa, ob quam contributio ſemel impoſita debeat in tempus continuare, & currere, debet ceſſare, ut tradit Romanus *conſ.* 417. & 459. Dueñas *regula* 100. *limit.* 12. Zevallos *ſupra n.* 29. & cum in

Principe non ſubeſt aliqua neceſſitas, tunc contributio debeat ceſſare, dixerunt etiam Roland. *conſ.* 91. *num.*45. *volum.* 2. Avendañus *in ſuo di-*
65 *ctionario* verbo *alcavala.* † qui reſolvit quod vectigal. vulgo *la alcavala*, jam hodie noo debeatur Regi ex eo quod ceſſaverit bellum Granatenſe, cujus cauſa gabella fuit impoſita, licet eum impugnet Laſarte *de alcavalas cap.* 18. *num.* 39. ex eo quia licet ceſſet hodie illa cauſa finalis, quæ à principio conceſſionis vigebat, adhuc durent aliæ graviſſimæ cauſæ, cum à pluribus fidei Catholicæ inimicis à fronte, à tergo, & à lateribus ſimus circumducti, & oppreſſi: ad quorum tutelam, & protectionem, non ſolùm gabellarum præſtatio, & ſolutio eſt neceſſaria, verùm etiam contributio *millionum*, & aliæ juſtiſſimæ impoſitiones, quæ à pluribus mordentur, & reprobantur, non atteodentes altiora Juris principia, ut refert etiam Zevallos *dict. quæſt.* 579. *à n.* 22. Veruoi ipſi Reges, ejuſque conciliarii videant ſi juſta ſit caoſa credeodi ſæpius in dies, & annos gabellos collectas, & milliones, quibus Regnum exhauriuot, ipſique Principes oec ditiores redduntur pro tuoe, imo & videmus pauperiores; quod quidem provenit à ratione *dict. l.*14. *tit.* 5. *p* 2. Ut patet hodio in hoc tempore, & multis ab hinc annis, in quibus quanto plus tributa io ſubditos creſcunt, populi Regni deſolaotur, vicioi minuuotur, matrimonia excuſsotur, ac deinde geoeris humani propagatio in detrimeotum Juris naturalis primævi demonſtrati *in §. ſed & naturalia, & in §. Jus naturale inſt. de Jure naturali gent. & civil.* & repetes quæ dixi *ſupra in cap.* 6. *q.*2. ſub verſ. *ad quartam*, verbo, *ex quo à n.* 57. *& à n.* 68. *&* 70.

66 Cumergo hæc ſic ſe habeant ſubditorum laicorum, quanto minus reſpectu Clericorum, jam abundè colliges ex dictis *ſupra à q.* 10. ubi *ſub quæſt.* 12. ſcripſi conditiones, quæ debent ineſſe ad hoc ut Clerici collectari poſſint; nam etſi dicamus, ut teneaotur in cootributione pontium, & viarum, *y en las ſiſas y repartimentos comunes* ratione bonorum, poſſintque compelli ad dictas contributiones, & ſolutiones, ut latè diſputat Gutierrez *lib.* 1. *pract. q.* 3. *per totam*, Azevedus, Olanus, Humada, Salcedus, Metheſilanus, Mexia, Vivaldus, Gironda, Baeca, Zenedo, & alii, quos refert Zevallos *in pract. p.*4. *q.*897. *à n.* 617. qui ex eorum dictis, amplectitur illam reſolutionem, ut ſi periculum ſit in mora poſſint judices ſæculares procedere contra Clericos adversùs, eorum bona, & exigere contributionem propter publicam utilitatem, & communem oeceſſitatem, ut late reſolvit *in quæſt.* 898. *à n.* 114. ſed ceſſante periculo moræ, recurrendum eſſe ad judicem Eccleſiaſticum, ut diſpoſuit Pontifex Clem. VIII. *en las contribuçiones de la octava parte de lmno y aceyte.*

67 † Ad cujus ſolutiooem, licet tam laicus, quam Clericus, & perſooæ Eccleſiaſticæ teneantur, ejus tamen exactio petenda ſit coram judice Eccleſiaſtico, ſicque practicari ſolet, tunc dicens ſecundum hanc diſtinctiooem eſſe intelligendam *l.* 12. *tit.* 13. *lib.* 10. *recop.* Ubi diſponitur quod ſerventur ordinationes pupulorum *ſobre las guardas de los panes, y vinas, y da las demas frutos de las heredades, aunque ſea contra los ganados de los Clerigos* exactionemque pœnæ petendam eſſe coram judice Eccleſiaſtico, ſi procedatur contra Clerici perſonam; ſin autem contra animalia illorum, tunc coram judice laico, qui poteſt detinere animalia, donec pœna ſolvatur. Etſi judex Eccleſiaſticus procedat cenſuris contra illum, tunc ſuccurretur interponendo appellatiooem, cum invocatione Regalis auxilii, refertque ex Joanne Gutierrez *ſup. n.* 4. *in fine*, io ſimili caſu omnia geſta per judicem Eccleſiaſticum fuiſſe repoſita, & cauſam devolutam ad judicem ſæcularem, ibique Zevallos *n.*622. *&* 623. ex hac practica dicit Tuleti alios fuiſſe caſus determinatos, quod an verum ſit in hoc ultimo alibi dico *infra.*

Tamen ipſe Zevallos *dict. p.*4. *pract. q* 899. qui 68
agens latè *à num.* 141. ut cognitio per viam violentiæ ſit de Jure naturæ, de qoo latè dixi *in c.* 2. *de judiciis q.* 19. & ſub ea Clericos includi; & ad utramque partem diſputando, & de ratione textus noſtri *à num.* 144. *n.* 160. ubi & *à n.*162. expendit etiam textum *in cap. non minus*, *cap. adverſus de immunit. Eccleſiar.* & alia Jura etiam Regia: & *à n.* 175. diſputando de quæſtiooe an Princeps ſæcularis poſſit prohibere, ne bona immobilia laicorum deveniant ad Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas plures diſtinguendo caſus, de qoa latè dixi *ſupra q.* 8. Ubi de lege amortizationis. Quibus ſuppoſitis ne repetam quæ tradit ipſe Zevallos, qui licet ſi oimis defenſor Regiæ poteſtatis contra Clericos; & *ibi à n.* 186. dicat quod ſi caſus adveniat, ot alienatio bonorum laicorum in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas nimis immoderata, & nociva ſit Reipublicæ, & Romanus Pontifex requiſitus à Rege temporali, ut *in dicto cap. adverſus* 7. verſ. *propter* ibi *Romanum Pontifex prius conſulatur, cujus intereſt communibus utilitatibus providere*, & ipſe ooluerit impooere modum immoderatæ, & nocivæ acquiſitioni, & referat, ut ne deveniat in ruinam aliquam Reſpublica, queat Rex prohibere illam alienationem per *legem* 68. Henrici IV. & per practicam Regni Portugaliæ, ut etiam dicit *n.*110. *&* 111. cui competit cooſervare, & defendere Rempublicam temporalem; cujus defenſio adversùs immoderatam libertatem competit Principi, ſic ut nullo ſit prohibita Jure per dicta ab eo *ibi n.*107. *& q.*897. *num.* 331. maximè cum ipſius Romani Pontificis interſit, non ſolum cum moderamine acquirendorum, ſed etiam cum ſubſidio acquiſitorum, communibus utilitatibus Reipublicæ providere, ut in *dicto cap. adverſus de immunit. Eccleſiarum*: ſicque ob hanc coocedatur Regibus noſtris *el ſubſidio y excuſado, y las Bulas de la ſancta Cruzada.* Indeque pie credeodum eſſe Pontificem contradictorum dictam immoderatam acquiſitionem bonorum temporalium immobilium, maximè cum Reſpublica tot neceſſitatibus, & ab inimicis Chriſtianæ Religioois circumducta, ut hodie patet io Aoglo Tyraoo, ut defendit Covarruv. *in regular. poſſeſſor.* 2. *p.* §.4. *n.*8. dicens valere ſimile ſtatutum, etiam ſi damnum ſequatur Eccleſiis, ne tota Reſpublica damoum patiatur, quando huic damno aliter obviari non poſſit; item Cardinal. Federicus de Sen. Jacob. Butricarius, Barbatia, & Signorolus de Homodeis *conſ.* 22. quindecim rationibus fundans per textum *in cap. conſtitutus de in integrum reſtitutione* ſuppoſita regula Juris *quod quiſque Juris in alterum ſtatuit* de qoa dixi *in cap.* 6. *hoc tit.* & ob hanc cauſam dixerit Pater Mariana *lib.* 1. *de re, & Regis inſtitutione cap.* 10. *fol.*92. quod divitiæ Eccleſiarum deſervire debeant ad ſuccurrendam, & tuendam Rempublicam, cujus verba refert Zevallos *ibi à num.* 190.

Verum idem Zevallos etiam in illo caſu de non 69

alienando

alienando temporalia bona immobilia io Clericos ait *à num.* 193. Ut licet de Jure ſit conceſſa facultas Principi in conflictu tam præciſæ neceſſitatis, tutius vero eſſe, & magis Religioni Chriſtianæ conveniens Pontificis maximi decreta, & ſtatuta obſervare, quia ut habetur *Eccleſ. cap.* 37. *non omnia omnibus expediunt*, & D. Paul. 1. *ad Corinth.* 10. *omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt, omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant*, & per illud Claudiani ſcribens Honorio Imperatori ibi *non tibi quod liceat, ſed quod feciſſe decebit occurrat*, inde inferens, ut licet Princeps temporalis, requiſitio prius Pontifice maximo, poſſet ad evitandum damnum, & ruinam tutius Reipublicæ prohibere laicis alienationem rerum ſuarum in Eccleſias, cum illud, quod non eſt licitum in lege neceſſitas faciat licitum per textum *in l. de pupillo*, §. *ſi quis Rivos*, ubi Jaſon. *ff. de novi operis nunciat*; tamen non illud expedire ait, quia non debet eſſe Judex ſuæ propriæ cauſæ; & quod iſta erit buna ratio ſtatus, politica, Pontificis mandantis, & decretis obtemperare; in quo juſta ſemper præſumitur cauſa, cum habeat omnia Jura io ſcrinio pectoris ſui: poſt alir *ibi* Zevallos *n.* 211.
70 *fin.* † concludit quod licet Reſpublica temporalis vergat damnum, & ruinam propter immoderatam alienationem, ſeu largitionem in Eccleſias bonorum temporalium tollerandum eſſe pia devotione, non neglecto Romani Pontificis uſu; & quod feramus jugum, & confidamus in Deo, multiſque referens Martha 4. *p. de juriſdict. cent.* 1. *caſu* 6. *n.* 16. eo quod in omni caſu militat diſpoſitio textus *in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* & *in* 4. *cent.* 1. *caſu* 46. *num.* 20. Ubi tenet contra Theſaurum, & alios.

71 Quod ſi in puncto relato de prohibenda tali alienatione, Zevallos acerrimus immunitatis propugnator ita alloquitur; quanto plus debet alloqui contra Principes, & Magiſtratus imponentes Eccleſiis, Clericis, ac ſtatui Eccleſiaſtico tributa, & gabellas, ſuper bona, quæ jam libera ab exactionibus poſſident juxta quæ dixi longiſſimè *ſupra è quæſt.* 9. & 10. hic non repetenda, ſed tantùm ſunt Principes exhortandi, ut extent timorati in conſcientiis ſuis exiſtimantes, ac excogitantes Deum optimum, maximum pro illis pugnare in acerrimis conflictis liberando illos ab oppreſſione inimicorum ut paſſim, ſicut Hiſtoriæ narrant, Hiſpaniæ viſus fuit D. Jacobus debellans Mauros innumeros cum paucis militibus Chriſtianis: & hoc contigiſſe plus inde decem; & ſex vicibus; imo & in temporibus hiſce in præliis *Fraente Rabiæ*, & *Barcellonæ*, & aliis ſcimus contigiſſe, quaſi miraculosè expugnatum fuiſſe.

72 Quare ne deveniant Reges noſtri Catholici in ruinam, minutionem, ſive devaſtationem ad amiſſionem Regni, multùm debent præ oculis habere, quod obſervarunt Hieronymus Zurita *lib.* 1. *annalium cap.* 23. & Stephanus Valentinus *lib. de poteſtate ſummi Pontificis cap.* 2. *De Sancio* 1. *Aragonum Rege*, qui etſi authoritate Alex. II. & Gregorii VII. Eccleſiæ redditus in publica bello conſumpſiſſet, illis præſertim temporibus: Ubi pro aris, & focis contra Mauros pugnabatur veritos fortaſſe, ne CHRISTUS Eccleſiæ caput Regiâ licentiâ offenderetur anno 1081. ante altare D. Vincentii in oppido Rodde publicam pœnitentiam egit, quod decimas, & Eccleſiæ redditus in dictos uſus tranſtuliſſet.

73 Et ſic Reges, qui propria authoritate Eccleſiaſticos titulos violaruot, pœnam capitis in eodem exercitu paſſi ſunt, Joas malè periit occatus a ſervis *lib.* 4. *Regum cap.* 14. & de alio Ezechias, & Sennacherib. *in l.* 2. *paralipom. cap.* 31. & 32. & Ludovic. Rex Siciliæ II. eo quod in quondam Bello coegit Eccleſiaſticos ad ſubſidium, periit in eodem Bello Napolit. & Francus I. ſub anno 1522. undique circumdatos ab inimicis; etſi compulſus, neceſſitate petierit ab Eccleſia ſubſidium, legitur captivum factum in illo bello, ut tradit Martha *p.* 4. *de Juriſdict. caſu* 10 *n.* 4. & 23.

Et fulcitur ex verbis Patris Marianæ *dicit l.* 1. 74
de Rege cap. 10. *fol.* 92. qui poſtquam in verſ. *hac templorum retulit alia dicens ſæpe aurea, & argentea templorum vaſa à viris Sanctiſſimis Ambroſio, Cyrillo, Hieroſolimitano, atque aliis, Ferdinando etiam Catholico recenti memoria adverſus Alphonſi Luſitani conatus arma Medinæ Campeſtris anno* 1477. *conceſſum inveniſſe ordinum conceſſu, & templorum aurum dimidia ex parte mutuum ſumeret rebus tranquillis integrum fide integra redditurus*, ut etiam diſponitur *in l.* 9. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopilat. nec enim ait religionis maieſtas obſcuratur detracto auro, ſed augetur potius uſu ſalutari homines etiam ut plura, & certatim offerant invitantur unde videnti ſubſidiu certiſſima rebus aſperis conſtare.* Tamen idem Mariana alia verba addit, quibus aperte demonſtrat quantum interſit, ut Monaſteria, & Eccleſiæ fruantur bonis, quæ poſſident: quippe alant plures egenos in beneficium Reipublicæ ibi *deinde Sacerdotum copiis magna in opum multitudo alitur, quâ potiſſimum cauſa à maioribus ſunt data* &c. & ibi *quod in templorum copiis non contingit, ubi enim potiſſimè inſumuntur ibi plures aluntur pauperes; inde plura in Rempublicam beneficia bello, paceque exiſtunt; conſidero mihi Monaſteriorum redditus ingentes iis viros magno numero ali honeſtatis, atque adeo plerumque nobilibus parentibus natos, qui parvo contemptibili cultu, victuque vitam ſuſtentare ſatis habent, ut externi pauperes nutriantur, quibus iis ex opibus ſuccurritur, magno ſæpe numero, qui redditus ſi unicuipiam profano darentur, miſerabili dictu eſt quam facilè, exiguæque fructu perirent ventri, & libidini ſervientes.*

Et ſic bene Epiſcopus Palafox *in ſua allegat. lit.* 75
g. g. invegens in infectatores rerum Sacrarum, & in eos, qui Eccleſias, & Eccleſiaſticos tributis injuſtè exagitant, refert ex S. Bonifacio *in Epiſtola ad Athanabel.* Cleothardum Regem ad inferos raptum fuiſſe propter ſimilia facinora. Et ex Edino *lib.* 2. *in anſ.* idem refert de Guillelmo Anglorum Rege: & quod eaſdem pœnas luit Pandulphus Princeps Capuanus, ut paret ex Cronica Caſinenſi *lib.* 2. *c.* 62. & ex Petro Cluniacenſi *lib* 2. *de mirabilibus c.* 2. refert Guilielmum alium comitem Cabilonenſem ob ſimilia ſcelera horribiliter paſſum. Et S. Petro Damiano *in epiſtola ad fratres in eremo c.* 8. & *in epiſtola ad Nicolaum Papam VIII.* affirmat comitem quendam germanum, & decem illius ſucceſſores ſpecie quidem bonos, re autem malos, quia Eccleſiaſtica prædia injuſtè detinebat omnes decem ad inferos deſcendiſſe: & referens Sancti ſequentia ex illo addit *hoc Eccleſiaſtici Juris injuſti poſſeſſores advertant, & ſubtiliter caveant ne dum ſed redditibus Eccleſiæ ſatiant tenaces poſtmodum flammas medullis ſuis depaſcant*, & commendat legendum à conſiliariis dictum Benedicti Fernandez à Societate JESU *in cap.* 47. *Geneſis ſect.* 1. *num* 8. de duobus conſiliariis Regiæ Portugaliæ miſerè deperditis ſic narrantis ibi: *quid ſi laicus in Sacerdotes*

linguam obtrectando conviciando diſtringat? quid ſi ſacerdotum rem familiarem? quid ſi redditus Eccleſiæ laicus depeculetur raro evenit, auſim dicere utqui ſacerdoti fecit injuriam, aut Eccleſiæ patrimonium, vel impedivit, vel diminuit præ propera, & infelici morte non puniatur: plena ſunt exemplorum hiſtoriæ nihilque, aut frequentius hodie videtur, aut miſerabilius lugetur, vidimus nuper ſplendidum dignitate familiaque hominem Regio ſenatu, qui acrius, violentiusque multo, quam per eſſet Religioſorum redditus (putans quidem obſequium ſe Regi præſtare) imminuere contendit ſubito in felicitatis plane tragicæ omnibus exemplum fieri, plenus enim (de honeſta prius familia) proprii perulentis corporis ulceribus, exceſſus miſerandum in modum ſua in ipſa contentione contra Eccleſiaſticum ordinem impietatis ſtatuit, & *n.* 9. inquit *vidimus Regium miniſtrum, qui bellum, perſonis, rebuſque Eccleſiaſticis periniquo zele duobus induxerat, atque idcirco etiam à laicis admonitus, ut divinam caveret vindictam, cum in pace, atque felici (ut putabat) exitu præfacturam exercens contenderet cum amicis quam vana ſcilicet ipſorum terriculamenta fuiſſent de vindicta numinis ob Eccleſiaſtici ordinis vexationem repente miſerum in ſella, ſive Chriſtianæ fidei ſigno ſpiraſſe.* Et ob id Alexium imperatorem in ſua Bulla aurea ſimilia circumſpicientem ſupplicia Eccleſiarum deprædatores ſequentibus maledictionibus deteſtari ibi *quod ſi quis in poſterum Domine Deus meorum ſacris, & Divinis elinodiis, utenſilibus, aut vaſis, quæ ſacris, & venerandis Eccleſiis tuis dicantur, vel in poſterum dicanda fuerint injicere audeat ſine lumine ſit in die viſitationis tuæ, & pietate non fruatur tua, nec ſol matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſta Divina protectione gaudeat, ſed ubique deſpectus, atque deſertus jaceat.*

76 Si enim bona Eccleſiaſticarum ita pro pauperibus, vel cognatis, aut exteris ſunt deſtinata, ex qua cauſa cæteri concives laici ab importunatione moleſta agentium, ſolet relevari forte ex alia tributorum, & colectari, poteruot gravari æque, & honeſta? profecto minimo etiam ſi non attendamus ad determinationes Divini, aut Pontificii juris tot in conciliis, & decretis ſtabilitas. Quodſi hoc non obſtante Principes, & Reges Catholici & Chriſtiani decernant Eccleſiaſticos, & bona Eccleſiarum collectis gravare; aut violenter, & ſine licentia Papæ in uſus cauſæ publicæ neceſſarias, & communes recipere, & abſumere auſi fuerint, exiſtimabunt poſſe de facili à Deo Maximo Optimo puniri ioediis calamitatibus, plagiis; imò & æterno ſopplicio, ut colligitur ab Hiſtorico Gagino in ſuis annalibus Franciæ *lib.* 1. *in vita Lotherii*, ubi quod opreſſus ſumptibus belli convenit cum Epiſcopis, & ex conſenſu eorum, ut ſibi præſtarentur tertia pars ſuorum redditumm Eccleſiaſticorum, cumque ſolus Archiepiſcopus *de Tourſ.* Turonenſis contra diceret dicens quod ſi ab illo decreto non deſiſteret, Deus Regno illum privaret, tuoc Rex illo timore perterritus deſtitit ab illo conatu.

77 Imò, & idem Gaginus *lib.* 3. refert de Carolo filio Pepini, qui mortuus fuit anno 741. quod oppreſſo egeſtate, ſumptibus factis in bellis contra infideles, ipſe, & integra nobilitas Franciæ, conſentientibus Epiſcopis accepit à decimis, ut ſolveret militibus jurans ſolemniter de reddendo, & ſolvendo, ſi Deus vellet, ut ipſe viveret; & nihilominus dixit Divus Eutherius Epiſcopus Aurelianenſis, quod in quadam nocte vidiſſet animam dicti Caroli in inferno, propter relatum ſacrilegium; quod etiam refert D. Antonin. *in* 2. *p. ſum. tit.* 14. *cap.* 2. §. 7.

Et idem Gaginus *lib.* 6. in vita Regis Ludovici 78 vocati *le begue* balbi vita functi anno 1137. refert ut perſiſtens Rex iſte in accipiendo redditus Eccleſiaſticos, illique dixerit Divus Bernardus quod ejus perſiſtentia cauſatora erat mortem filii ejus; & ita accidiſſe quod cadens ab equo in quodam campo mortuus fuit. Et ob id optimè Balboa de Mogrovejo ſcribens Chartam Regi Philippo in forma allegationis juris nomine decani, & Capituli Eccleſiæ Salmantinæ *concluſ.* 11. *à n.* 116. dixit nonnulla ex dictis, inter quæ vulgari ſermone Hiſpanico *que todos los Principes Chriſtianos en los majores aprietos y trabalos ſiempre an tenido por unido remedio acudri à Dios haciendole ricas promeſas, y enrrique ciendo con ellas ſus templos, y Miniſtros, y que anſi lo an echo ſiempre los Reges de Caſtilla y que no pareçe conveniente que entiempoque ſu Mageſtad ſe abrado deſundar para dara Dios, y aplacar ſu ira, ſe trataſe de quitarlè loque era ſuyo y ſe tome por remedio de la neceſſidad loquè ſiempre haſido Ruina, y deſtruçion de los Reynos. Addens que communemente los travajes de el Rey D. Alonſo & ſabio todos les antiguos hiſtoriadores los attribuen à las terçias que tomo.*

Imo & ipſe advertit, ſicut etiam Diana *p.* 7. 79 *tr.* 1. *reſ.* 20. *in fine* prædicta referens ex Polibio; quod poſtquam Pompejus incepit parum revereri templa, nihil fortunæ obtinuit; & quod ſic magis Rex noſter Catholicus Philippos debeat timere *pueres comun opinion de los Hiſtoriadores de Eſpña que el primer ſubſidio que Carlos Quinto pidio à las igleſias ſe le perdio una riquiſſima armandaque venia de las indias, y quando lepidia Philippo II. ſe le perdieron las Galeras en la Herracura, y quando vendio con brebe de Gregorio XIII. los lugares de la igleſia, ſe lo perdio la Goleta; addens que deſto tenemos mil exemplos; y que quiça entonçes quando eſcrivio D. Balboa ſe aviam perdido las Naos de la flota, y queno pareçiam los Galeones por otro tanto: ita ille.*

Quod confirmatur ex facto imperatoris Nice- 80 phori Phocas, qui quadam lege voluit ſuccurrere præliis prætextu ſuæ neceſſitatis applicando hæreditates, & poſſeſſiones Eccleſiæ exiſtimans melius fieri, ut deſervirent militibus, quam pauperibus in verbis ſequentibus *Cauſatus Epiſcopos malè prodigere ea, quæ pauperibus darentur, militibus interim deficientibus.* Et deinde animadvertens imperator Baſilius ejus ſucceſſor, ut exquo illa prædia Eccleſiæ, fuerint incorporata Regiæ Coronæ calamitates publicas Regnum pati, ſegregavit illas poſſeſſiones à ſe, tanquam peſtis, & venenum templis reſtituens, proteſtans, ut licet Regnum aſſumpſiſſet illas, ut ſubſidium ille eas objiciebat, tanquam damnum univerſale publici ſtatus illas de facto Eccleſiæ reſtituendo, ut patet ex verbis ipſius, quas refert Epiſcopus Oxomens *in dict. ſua allegat. n.* 77. & 78. Ubi *n.* 79. & *lit. l. l. l.* ex Concilio Aquiſgravenſe, ſub Pepino Ludovici filio *cap.* 27. *in fine ex tomo* 3. *concil.* apud Surium, refert aurea verba, quibus reſtituit Rex Eccleſiæ, quæ ab ipſa erant ablata, ex monitu Pii, & ſanctorum Patrum.

Aliaque exempla ex Mariana recolligunt, & 81

narrant D. Didacus de Sahavedra *in ſuis empreſſis ſub. fol.* 169. & Solorzano *emblema* 40. *à n.*7. ſcribentes adverſus impium illum prætextum ſpoliandi Eccleſias ex cauſa neceſſitatum publicarum, adducentes illum reſpoοſum D. Ferdinandi ſancti, qoi aſſiſtens io invaliorie Hiſpali ſine pecunia conſiliatus à ſuis, ut acciperet argentea Eccleſiarum; reſpondit *mas me promete yo de las oraçiones, y ſacraſiçios de los ſaçerdotes que de ſus riqueças.* Cui Deus in præmium talis fiduciæ illico die ſequenti ſubdita facta fuit illi ea civitas; addentes quod Reges, qui non habueruot veoerationem prædictam templis, reliquerunt funeſta exempla ſuæ impiæ audaciæ referentes quod valens Gundericus irruere ad ſpoliandum templum Sancti Vincentii, mortuus fuit ille Rex Vvandalorum. Et quod Rex Alphonſus Aragooiæ plures labores perpenſus fuit eo quia ſpoliavit templa; & qood tràntfixum fuit brachium Regis Sancii Aragoniæ quadam ſagitta, quia impoſuit manus ſuper divitias Eccleſiarum. Et quud Rex Caſtellæ Joannes I. amiſit victoriam Aljubàrrotæ, quia accepit theſaurum Guadalupiæ. Item quod victa Gaeta Neapoli D. Federico amiſſæ fueront duæ naves, quas cum ſpoliis Eccleſiarum de uneraruntGalli; & aliis exemplis ab antiquitate Gentilica decerptis exornat dictus Solorzano adducens in favorem immunitatis Ecceleſiarum *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *feri*, quæ eſt hodie *l.* 5. *tit.* 2. *lib.* 1. *recopil.* & *l.* 2. & 3. *dict. tit.* 5. *qua ex l.* 6. *dict. tit.* 1. *lib.* 1. *recopil.* in illius verbis *por que ſomos tenudos honorar la ſancta madre igleſia ſobre totas las coſas de el mundo, porque en ella abemos grande eſperan acque quanto la guardaremos y la mantuvieremos en ſus franquezas, y libertados que abremos por por ellegalardon de Dios nueſtro ſeñor alos cuerpos, y a las ammas en vida, y en muerto; por en de queremos manſirar como ſe guardem en todo tiem po las coſas de las igleſias* &c. & *à n.* 7. alia geſta, & diſpoſita præclara aliorum Regum pro immunitate. Et quia Rex D. Jaime de Aragoniæ ædificavit templa mille, virgini immaculatæ Mariæ, remuneratus fuit à Deo triginta, & tribus victoriis, ut refert Sahavedra, ex Mariana; ad quæ præcor attendant Reges, ut feliciores ſe videant memores illius Pii Cæſaris apophtegma *ſi felix diu eſſe cupis, ne ſis in Deum res divinas,* & *artes liberales parcus, atque ſordidus, quæ profecto ſi non creſcunt, aliæ omnia decreſcunt.*

82 Et ego addo quod poſſumus non difficulter exiſtiare, ut eo quod Rex noſter Philippus in menſe Julii proximi præcedentis anni 1656. impoſuerit *el millon de un quarto en cada libra de carne* ex cauſa belli, conantes ejus magiſtratus, ſive adminiſtratores, ut Eccleſiaſtici contribuarent poſt eaque, & illico expedita fuerit ejus ſchedula Regia juxta formam de qua latè dixi *ſupra q.* 13. & 14. Et quod multa territoria Eccleſiaſtica adhuc contribuant in illo item *y en la falta de los veinte y quatro millones des deque en fin de julio ſe acavo el termino de el breve de el Papa Inocencio X. dado por ſeis años, deque no conſta aya nuebo breve, y con todo eſſe cobran el millon de los Eccleſiaſticos ſe nos aya perdido a* la viſta de Cadiz *los tres navios de flota, en que venian D. Joan. de Oyos, y el Marques de Baydes, quean cogido los ingleſes y traian ſegun comun opinion mas deçinco millones* proximo menſe Septembris, in quo etiam *nos an cogido otro navio de vitualba que iba para ſocorrer a la fletaque ſe eſpera, y ſe teme nola coga tambien el ingles.*

83 Hi enim, & alii peſſimi effectus poſſunt timeri quotidie ſi Deus optimus maximus in nos iraſcatur, etenim memini me quondam legiſſe in bonis authoribus *que la perdida general de Eſpaña año de* 714. *cuia reſtauraƶion de continua guerra contra los Moros neſcoſte caſi ochocientos años, no ſue ſu original cauſa el ſuçeſſo de la cava con el Rey D. Rodrigo, y la traycion de el conde D. Julian, ſinoque Dios quiſo de un tan levemotivo caſtigar al Rey, y al Reyno por la des eſtimaçion, conque y a entonces tratavan a los templos, a los Eccleſiaſticos, y a ſus vienes* vide dicta infra *in cap.* 2. *de judiciis q.* 2. *n.* 19. *in fine* ubi ex Baronio & aliis, dico id non provenisſe à defectu fidei ſed propter ſervatam immunitatem Eccleſiaſticam Barboſa *de penſionibus q.* 5. *n.* 41. & *de jure Eccleſ. lib.* 1. *q.* 39. §. 2. *n.* 200. dicens ut defectio à ſede Apoſtolica non in rebus fidei ſed in juriſdictione & temporalitate & *in d. q.* 19. *n.* 2. obſervat in ſuo M. S. relato *infrà q.* 35. D. D. Chriſtophorus Moſcoſo è conſilio ſupremo Caſtellæ, iterum infrà *q.* 35. cum D. Moſcoſo, Barboſa *voto* 26. *n. fin.* cum Francisco lusgo *in breviario chronologico anno* 704. *pag.* 208. Velaſc. *Pſalmo* 100. *lib.* 2. *annot.* 5. *n.* 8. Pegoa *in cap. ſi Deus n.* 5. *dict.* 56. Et in revelationibus Sanctæ Birgitæ legitur Hiſpaniæ Regnum periclitari ex prædicta, quæ nunc viget cauſa temporibus hiſce, ut videmus. Plura alia exempla congerunt noviſſimè Sahavedra *in ſuis expreſſis à n.* 169. Solorzano *in emblemis, emblema.* 41. omnino legendi ad curioſa alia exempla cum D. Moſcoſo refero *infrà ſub q.* 35.

84 Et ſic breviter jam concludo, ut quemadmodum Reges, & Magiſtratus debent conſiderare in exigendis donativis à ſubditis, & in exonerando ſubditos à tributis, quæ *ſupra in cap.* 6. *hoc tit.* conſideravi *à n.* 64. & 70. ſic etiam conſiderent quæ oportet, in non gravando Eccleſiaſticos pedagiis juxta jam longè dicta *à q.* 10. item in non audiendo conſiliarios naſutos adulatores, qui allegationibus curant juſtificare, quod Eccleſiæ Eccleſiaſticæve perſonæ, eorumque bona ſunt legitimè ad ſtricta gabellis; ſunt enim adulatores extirpandi maximopere juxta multa, quæ in eos ſcribunt Maſcard. *lib.* 1. *de probationib. concluſ.* 56. per totam omnino legendus, Zevallos *dict. quæſt.* 989. *pract.* à *n.* 197. & ex rationa *l.* 5. *tit.* 13. *p.* 2. Ubi bene ponderat Gregor verb. *Liſonja*: plura congeſſit Joannes de Torres ſocietatis Jeſu *in lib.* 24. de la *philoſophia moral. de Principes cap.* 14. & 15. etenim iſti ſolent conſiliari, ac dicere, quod dicebat Arpago *mihi placet quidquid Rex facit*, & Stocles *quidquid Rex Demetrius jubet id,* & *erga Deos ſanctum,* & *erga homines juſtum.* Alia curioſa refert Zevallos videndus, dicens quam notabilia ſint quædam verba Caroli Magni qoi refert alia *q.* 929. verſ. *ad ſecundum* & uberius contra adolatores Simancas *de Republica lib.* 3. *cap.* 13. & abundantius ex bonis authoribus & literis legendus omnino Solorzano *emblema* 50. ubi contra illos invehit juſtiſſimè.

85 Et huic tractatui adjunges alia quæ dico *infrà quæſt.* 29. *à n.* 1. & *ibi à n.* 19. ubi de pluribus caſibus in quibus Pontifices maximè conceſſerunt Principibus laicis ſubventiones fructuum & reddituum Eccleſiaſticorum propter legitimas cauſas ratione quarum utique præſto fuerunt ad adjuvandum eis.

Google

Quæstio XVIII.

An Clerus teneatur ad contribntionem, ut oppidum, quod Rex vendere volebat, ſe redimeret. An Clerici ſi fraudem, efficiat quoad pondera, & menſuras, vel quoad pretium rerum venalium, poſſint puniri in mulctis pecuniariis impoſitis à lege per judicem laicum & an ſi in aliqua terra alicujus Domini vendantur comeſtibilia tantum in ejus Taberna *Bodegon* vulgò, poſſint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis & an ſit neceſſaria publicatio, acceptatio legum loquentium in materia immunitatis Eccleſiaſticæ.

SUMMARIUM.

1 *Clerici non tenentur contribuere, ut redimatur oppidum, quod Rex vendere volebat, contra Catellum, & Henriquez & quare n.* 23. & 4.

3 *Clerus non tenetur ad apparatum, & pompam, qua Reges in urbem vehuntur.*

4 *Clerici non tenentur ad expenſas Academia publica Principis ſacularis, nec ad ſolutionem gabella impoſita pro Phiſico Chirurgo, ludi Magiſtro.*

5 *Clerici fraudantes pondera, & menſuras, vel facientes, ut corrupta ſubſtantia venundetur, non poſſunt puniri à laicis; & ſi Marius Cutellius aliud dicat* & n. 6. *nec pœna laica, ſed alia arbitraria à judice Eccleſiaſtico* n. 7. *alias viderentur eſſe Clerici de foro ſaculari, ut* n. 9.

8 *Pœna, licet pecuniaria oritur tamen ex delicto, Quoties Clericus puniendus veniret ob non ſervatam, ut taxam* ſub n. 6.

10 *Clerici poſſunt habere liberam contractationem cum laicis; & ſic aperire Tabernas ad vendendas res ex pradiis ſuis collectas; & hoc non obſtante, quod in terris alicujus Domini, res vendantur per unum tantùm Tabernarium Domini, ut* n. 11. & n. 14.

12 *Domini, Marchio, comes, aut Baro, & civitates non poſſunt arctare Clericos privilegium, quod habent vendendi res ſuas, quin incurrant in cenſuras Bulla in cœna, quia hac eſt ſpecies cujuſdam vectigalis, ut* n. 13. *niſi conſtet de privilegio; & ſi contrarium docuerit Filiucius.*

14 *Barones dicuntur gravare vaſallos, ſi faciunt penes unam Tabernam vendere vinum, oleum, carnem &c. &* n. 15.

15 *Vaſalli debent eſſe attenti in contradicendo per actus contrarios poſſeſſionem, quam introducunt Barones, faciendo penes unam Tabernam vinum vendi &c. ne eorum acquieſcentia adjuvet Barones in ea.*

16 *Pontifices independenter à populo poſſunt leges condere, & ſine promulgatione; & ſi velint cum ea conditione ferre eas, ut* n. 17. 19. & 25.

18 *Pontifex poteſt obligare fideles ad obſervantiam legis à ſe lata, quamvis populus contradicat.*

19 *Leges Pontificia, conſtitutiones, & canones de immunitate Eccleſiaſtica, tam fori, quam gabellarum, fuerunt lata independenter à populi acceptatione, & ab uſu contrario, & conſuetudine; ut* n. 20. & *de jure divino, ut* n. 22. & 23.

20 *Conſuetudo, & contrarius uſus, & ſi valeat in lege Papa, fallit tamen quoties Papa aliter declarat.*

21 *Conſuetudines contraria contra immunitatem in Bulla cœna damnantur tanquam corruptela, & pravaricationes.*

22 *Romana Eccleſia Praxis perpetua eſt, ut leges ad libertatem Eccleſiaſticam pertinentes ferantur abſolutè independenter à populi acceptatione.; imo potius quotannis damnat attentatum in contrarium per laicos Miniſtros.*

24 *Bulla cœna Domini excludit omnes pratenſiones, & pratextus contra libertatem Eccleſia.*

25 *Legislator tunc dicitur legem ferre independenter à populo; quando in ea apponit decretum irritans, per quod enervatur omnis non uſus, vel contrarius uſus.*

26 *Urbanus VIII. anno* 1641. *die* 14. *Auguſti dicendo verbis rotundis, ut* qui hobet aures audiendi, audiat, *damnavit, & improbavit omnia prajudicialia facta, & facienda contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſub pratextu, quod Bulla, ſeu conſtitutiones Pontificia non fuiſſent publicata, & uſu recepta.*

AD primam quæſtionis partem ſoppoſitis 1
antea dictis à *quæſtione* 1. etſi Rebardeus cum Henriquez, ſentiat Clericum teneri ad contribntionem, ut oppidum, quod Rex vendere volebat, redimeret, dando Regi hanc pecuniæ ſummam, pro qua Oppidum alteri Principi, vel Domino vendere cogitabat, quia talis redemptio, tam utilis, & commoda videbatur Clericis, quam aliis civibus laicis: tamen Leſſius *lib.*2.*cap.*33. *dub.*3.*n.* 25. Azorius *p.*3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.*11. Diana *p.*7. *tract.* 1. *reſ.* 20. *in fine* prædictam ſententiam falſam dicunt, quia licet talis neceſſitas ſit publica, non tamen tangit Clericos principaliter, ſed ſolum ſecundario, ut ſunt membra communitatis, alinquin nimis auguſtum, & pене nullum eſſet in oneribus publicis privilegium Clericorum e enim verum ut quando neceſſitas eſt ſolum publica, ſolis tamen laicis eſt communis; licet indirectè, ac remote ad Clericos quoque pertineat, ut dicunt adducti, etiam ſæpe ego. † Itaque licet Henriquez *in ſumma* 2
*lib.*10. *cap.* 15. *n.* 5. in gloſſa *littera l.* aſſeret jus civile non eſſe correctum, ſed declarare jus canonicum, & mentem Pontificis, in hoc nempe ut Princeps poſſit imponere gabellas ſoper bona Eccleſiaſticorum propter reparationem pontium, & murorum &c. ut jam ſupra retuli *diffic.* 10. Verum ex omnibus ibi dictis apparet ut ſit caute legendus, & idem ibi agens *de hoc puncto litt. l.* dum ait per ſententiam Senatus Regii declaratum eſſe

eſſe teneri Clericum ad contributionem, ut oppidum, quo Rex vendere parabat ſe redimat, quod etiam poſtea docuit Bobadilla *in politica tom.* 2. *lib* 2. *cap.* 18. *n.* 186. ſed benè Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 38. *in fine*, illos impugnat ex dictis.

3 Unde non eſt cur non debeamus aſſentiri P. Baunius, qui *in theologia morali p.* 1. *tract.* 11. *q.* 33. aſſeruit Clericos teneri contribuere ad apparatum, & pompam, qua Reges in urbem invehuntur, ut jam ſupra dixi *q.* 1. & docent Sanchez *in opuſculo tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 23. Trulench. cum Diana *in decalogo tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *dub.* 5. *n.* 24. Diana *dict. p.* 7. *tract.* 1. *reſ.* 20. *in fine*.

4 Item nec debemus aſſentiri Menochio *conſ.* 800. *n.* 26. & Gaſpari Klochio *tractatu nomico politico de contrib. cap.* 12. *n.* 227. aſſentibus Clericos teneri ad impenſas Academiæ publicæ Principis ſæcularis, quia convincuntur ex declaratione ſacræ congregationis Epiſcoporum *die* 2. *Auguſti* 1619. quam refert citatus Diana, & ſequitur *dicta reſ.* 20. *in fine*, quæ declaravit Clericos non teneri ad ſolutionem gabellæ impoſitæ pro Phiſico Chirurgo, & Ludi Magiſtro: nam quis non videt, ut hæc, etſi publica tantum primario ad laicos ſpectent.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ dixi ſupra *ſub quæſt.* 14. dicto verſ. *ad tertiam, & quartam*, *& ſup. q.* 5. verſ. *ad tertiam, & quartam*; reſpondeo quod licet Marius Cutellius *ad legem Jacobi cap.* 58. *n.* 71. *in fine*, *& cap.* 62. *notab.* 75, *n.* 3. *& ad leg. Federici in cap.* 116. *notab.* 105. *n.* 3. dicat quod nullus forus, nullaque exemptio in his, quæ communi bono conſtituta ſunt ad ſocietatem humanam incolumen ſervandam proficere debeat, pro ut aſt cura, ne cibaria falſis menſuris, vel corrupta ſubſtantia venundentur, conveniteque, ut qui in univerſum his ſervandis incumbit exemptos quoque ad id compellat; & ſic videatur velle, ut in penis impoſitis à lege Clerici defraudantes pondera, & menſuras, vel quoad pretium rerum venalium, poſ-
6 ſint puniri à judicibus laicis. † Tamen ex jam adductis, & dicendis infra *q.* 34. dico dictam ſententiam eſſe contra communem canoniſtarum, & theologorum, quia Eccleſiaſtici verè non ſunt ſubditi Principibus, cum ab aïs minime poſſint, puniri quia Clerici, ſeu exemptæ perſonæ ſub Eccleſiæ juriſdictione, non autem ſub juriſdictione Principis ſæcularis conſtitutæ ſunt, ut latioribus verbis tradunt Vaſquez *in* 2. *p. tom.* 2. *diſp.* 167. *cap.* 4. *n.* 29. Monteſimus 2. *p. Divi Thomæ diſp.* 13. *q.* 11. *dif.* 3. *n.* 200 *&* 201. ibi *manet difficultas an Clerici ſubjiciantur legibus ſæcularibus, quæ ſpectant ad politicum regimen, quibus nulla injuria irrogatur dignitati Clericorum, ut quibus taxantur pretia rerum venalium, aut quibus præcipitur uſus ſericum &c.* Et reſpondet dicendo primo Clerici ſubjiciuntur hujuſmodi legibus ſæcularibus. Secundo non tamen ſubjiciuntur, quantum ad vim coactivam: ſed poteſt hoc benè, & malè intelligi, nam ſi intelligatur ita quod Clerici tranſgreſſores iſtarum legum omnino ſint impunes, falſum eſt, & abſurdum; ſi autem intelligatur quod non debeant puniri per ju-
7 dices ſæculares verum eſt. † Sed ego ex aliis jam dictis, nec puniendos pœna à lege laici ſtatuta, ſed alia extraordinaria arbitrata ab Eccleſiaſtico, ut expendit etiam Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 6. & cum multis in *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 8. *& p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 52. & in terminis docent etiam Belletus *in diſquiſition. Clerical. p.* 2. §. 50. *n.* 7. Sgoilante cum Diana *de privilegiis Clericor. cap.* 7. *à n.* 94. *& cap.* 8. *n.* 39. Baldellus *tomo* 1. *lib.* 1. *diſp.* 37. *n.* 16. Malderus *in* 2. *p. q.* 96. *art.* 5. Fagnanus *decens*, *Paul.* 5. *p.* 3. *folio* 72. Vigianus *de immunit. Eccleſ. diſp.* 2. *concluſ.* 5. Maynardus *de privileg. Eccleſiaſt. cap.* 7. §. 6.

Et præter rationes multas, quæ pro hac ſen- 8
tentia faciunt, addes illam, de qua jam alibi in hoc tractatu, nam pœna licet pecuniaria, oritur tamen ex delicto *ex l.* 1. *ff. ſi quadrup. pauper ibi noxia autem eſt ipſum delictum*; & ex §. 1. *inſtit. de noxalibus ex l. quintus*, *& ex l. ſequenti ff. ad legem Aquil. ex cap. ſi læſerit de injuriis*: ita Diana *dicta p.* 5. Ubi refert quod ſi eſſet admittenda adverſariorum doctrina, ſequeretur quod Clericus poſſet in ſæculari judicio conveniri civiliter ex perſonali actione, quæ deſcendat ex delicto.
† Et ideo merito dixerit Baldellus *in theologia mo-* 9
rali lib. 5. *diſp.* 39. *&* 15. quod ſi poſſent laici Clericos punire pœna pecuniaria, vere Clerici eſſent ſub poteſtate laicorum, & conſequenter poſſent punire pœna corporali: videbis Merolam *tom.* 2. *cap.* 3. *diſ.* 2. *n.* 608.

Ad tertiam quæſtionis partem, viſis, & pon- 10
deratis, quæ dixi *ſub q.* 14. *&* 15. dico contra nonnullos juriſconſultos, ut obſervant à Ponte *in reſponſ. ſuper cenſ. Venet. à fol.* 85. & Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 20. & alii, quod Clerici poſſunt habere liberam contractationem cum laicis: & ſic ut poſſint in individuo caſus noſtri de jure aperire tabernas ad vendendas res ex prædiis ſuis collectas, ut ex Geminiano, Franco & aliis tradit ipſe Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 52. dum egit de illa quæſtione, an poſſint Clerici vendere vinum ad minutum (& de aliis) de qua jam ego dixi *ſupra q.* 5. *verſ. ad tertiam.* † Ergo dicendum eſt ut non obſtante quod in terris alicujus Domini, ſeu Baronis, res vendantur per unum tabernarium Baronis, aut Domini poſſint adhuc Clerici in eorum tabernis res ſuas vendere, quia Dominus, Baro, Dux, Comes, ſeu Marchio, non poſſunt eis arctare privilegium, quod de jure habent, alioquin incurrere in cenſuras Bullæ cœnæ Domini: & præter Doctores, quos retuli *ſub. dictis quæſtionibus* 14. *&* 15. docet Beltram de Guebara *in propugnaculo immunitatis Eccleſ.* §. 3. *aſſert.* 1. *n.* 11.

Imò adducunt nonnulli Doctores ſupradictos 11
Dominos ſeu univerſitates, qui, quævè id faciunt ſuis terris, incurrere in cenſuras Canonis. V. Bullæ cœnæ, quia hæc eſt ſpecies cujuſdam vectigalis, ut docent Coriolanus *in explicat. excommunic.* 5. Graſſis *in deciſ. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 19. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *can.* 5. *concluſ.* 3. *n.* 6. ex Butrio *in cap. ſuper quibuſdam de verborum ſignif.* Gamba Rupta *de caſibus reſervatis cap.* 5. *in Bulla cœnæ n.* 7. Ubi ſic ait *nec communitates, ſive Univerſitates Civitatum, & locorum quæ prohibent vendi panem, ſal, & hujuſmodi, niſi à præpoſito illius officii ab ipſis deputato, qui præpoſitos ſolvit tale quid conventum ipſis communitatibus, hæ communitates inquàm non effugiunt hanc excommunicationem, quod intellige de communitatibus, non habentibus jus, ſeu privilegium ſic faciendi.*
† Contrarium vero in hoc ultimo puncto docuit 12
Filiucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 5. *n.* 110. per verba Sequentia *imponentes domos panis, vini, carnis, aliarumque rerum venalium, hoc eſt Domini terrarum, vel communitates conſtituentes determinatas*

domos

domus, & loca, in quibus ſolis ea vendantur, unde venditores hujuſmodi multum lucrentur, non videntur comprehendi ſub hac cenſura quia ejuſmodi impoſitio non revocatur ad impoſitionem gabellarum, ſed potius monopolii, ita Filiucius.

14 Verum quidquid ſit de hoc ultimo caſu, exiſtimo tenendum, ut jam dixi, & ex ſequentibus, quia prohibitio, ne vendatur, niſi in taberna Baronis, Domini, ſeu alicujus potentis, ſeu in *Zagato*, non tendit ad utilitatem publicam, & æque concernentem Clericos, ac laicos; & ſic non poſſet comprehendere Clericos, ut ex alibi dictis apparet; & Maſtrillus *de Magiſtrati lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 55. & Mavarrus *de gravamine vaſallorum tomo* 1. *n.* 74. quos ſequitur Diana *dict. p.* 5. *reſ.* 20. *tract.* 1. dicunt Barones gravare vaſallos, ſi faciant penes unam tabernam vendere vinum, oleum, carnam &c. niſi tamen ex conſuetudine acquiſiviſſent tale jus.

15 Quare ut optimè obſervat Navarrus *n* 3 *in princ. hujuſmodi impoſitionis*, debent ſtare intenti vaſalli, nec ſufferre illam, ſed contradicere, & facere actus contrarios, ut ſe in poſſeſſione libertatis manu teneant, & Barones excludant, quia alias ſibi præjudicant, & dant jus ad favorem Baronum ex eorum acquieſcentia; imò, & idem Diana concludit olim reſpondiſſe non potuiſſe quendam Baronem introducere in quadam terra de novo à ſe ædificata tabernam dictam *Zagato* vaſallis reclamantibus vide *infra q.* 49. verſ. *ad quartam* & quæ dixit de hoc dubio Thomas del-Benè *de paulam dubit.* 30. *ſect.* 21. *corolar.* 12. & repetit *de immunit. p.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *ſect.* 22. cum Apponte Marta & aliis.

16 Ad quartam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ latè *Supra* dixi in *Rub q.* 5. & 6. Ubi de receptione, & acceptatione legis & *q.* 7. & 8. Ubi de publicatione legis; & quæ ex multis dixit etiam Diana *p.* 7. *tract.* 1. *reſ. fin*; item ſuppoſito dicere ſummum Pontificem non poſſe condere legem aliquam independentem à populo, vel à contrario uſu eſſe propoſitionem contra fidem ex his, quæ latè dixi ſub *Rub. & tit. de ſumma trinit. & fide Catholica*, & ut docent Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 2. quem ſequitur Villalobos *tom.* 1. *tract.* 16. *n.* 2. *n.* 1. Adamus Tannerus *in apolog. de immunitate Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 15. dicens hanc poſitionem à Doctore Catholico negari non poſſe.

17 Et quod etſi *ſupra* in præcitatis quæſtionibus dixerim leges Pontificias non obligare, niſi acceptentur à populo, & multi ſic dicant, reſpondeo hoc dici, ſupponendo Pontifices ſuas leges ferre cum hac conditione; non quia abſolutè promulgare leges non poſſint independenter à populo, ut ex Navarro, Oriedone, & aliis tradunt Stephanus Baunius *in theologia morali tom.* 2. *diſp.* 3. *tract.* 2. *q.* 19. Diana *ſub dicta reſ. fin. p.* 7. verſ. *quinto dico.*

18 Unde infero primo tanquam certum cum Doctoribus poſſe Pontificem obligare fideles ad obſervantiam legis à ſe latæ, quamvis populus contradicat, uti ex Caſtro, Valentia, Vaſquez, Salas, & aliis, docent Paulus *tomo* 1. *tract.* 3. *diſput.* 1. *puncto* 13. *n.* 1. & Joan. propoſit. *in p.* 2. *q.* 95. *diſp.* 1. *dubio* 9. *n.* 29. Caſpenſis *in curſu Theologiæ tract.* 13 *diſp.* 1. *ſect.* 5. *n.* 62. & alii.

19 Inferu ſecundo, & ad propoſitum quæſtionis noſtræ, quod leges, canones, & aliæ conſtitutiones Pontificiæ in materia immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, de qua loquor in hoc textu noſtro, & dixi latè *in cap.* 2. *cum aliis de judiciis, & in cap.* 2. *etiam cum aliis de foro comp.* quoad fori privilegium, & collectas, tam in perſonis Eccleſiaſticorum, quam in bonis, & locis eorum, fuerint latæ à ſummis Pontificibus independenter ab acceptatione populi, & ab uſu contrario. Ergo in omni opinione Doctorum dici non poterit quod hæ non obligabunt, niſi acceptentur, vel uſu receptæ fuerint: & Diana probat conſequentiam *dict. reſ. fin.* verſ. *Sexto dico*; ita ut ſi quis illam negaret eſſet ſancto officio denunciandus, nam teneret ſummum Pontificem non poſſe ferre leges, niſi dependenter à populo, contra quod jam dixi cum eo. Et quia quoties Pontifex contrarium in lege experimit, ſi quidem in illo, tunc nec deeſt poteſtas, nec voluntas apparet, ut etiam renuente populo, lex Pontificis taliter lata obliget.
† Idemque exiſtimo dicendum de earum publica- 20
tione, & de contrario uſu quia licet adverſus leges Pontificias poſſit allegari ex textu *in cap. fin. cum vulgatis de conſuetudine*, & ex his, quæ dixi *in cap.* 2. *de probat.* Non uſus, & contraria obſervantia, tamen quando ſummus Pontifex ſuam voluntatem aliter declaraſſet, quis non videt, & non tollatur lex per non uſum, per ea, quæ dixi *Supra q.* 15. in verſ. *ad quartam*, & *ad ſextam*, ubi quod conſuetudo etiam immemorialis, non aufert immunitatem Eccleſiis, Eccleſiaſticiſque perſonis competentem: docent in propoſito Tanner *apolog. de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *puncto* 12. *n.* 2. Joannes Præpoſit. *in p.* 2. *Divi Thomæ q.* 95. *diſp.* 1. *dub.* 9. *n.* 29. Molſeſius *in ſumma tomo* 1. *tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 29. Etenim ut *ibi* dixi non ſolum in Bulla cœnæ ſed
in aliis ſacris canonibus omnes conſuetudines con- 21
tra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam damnantur, tanquam corruptæ, & prævaricationes ex *dict. cap. fin. de conſuet. cap. Clerici de judic.* Ubi latè dixi *cap. quanquam de cenſibus lib.* 6. *cap. noveris de ſent. excommunic. cap.* 3. *diſt.* 8.

Deinde probo ex his, quæ dixi *q.* 16. verſ. *ad* 22
tertiam. Ubi latiſſimè probavi immunitatem Eccleſiaſticam, tam à foro, quam à collectis eſſe de jure Divino.

Tertio quia praxis perpetua, & urgens Eccle- 23
ſiæ Romanæ, quæ aperte oſtendit leges ad libertatem Eccleſiaſticam pertinentes, nunquam ferri, ſi & quatenus à populo acceptentur, ſed abſoluta voluntate, & authoritate independenter quia ſummi Pontifices, quando aliquid contra Eccleſiæ libertatem attentatur, à Principibus laicis, vel eorum miniſtris, ut notiſſimum eſt, conqueruntur, & conclamant, atque ſingulis quibuſque annis damnant, & improbant fulminando bullam cœnæ.

Quarto quia ut ait Bonacina *tom.* 3. *diſp.* 1. 24
q. 15. *punct.* 4. §. 1. *n.* 2. in Bulla cœnæ excluduntur omnes prætenſiones, & prætextus. † Et quia 25
ut ipſa docet *tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 4. *n.* 29. tunc legiſlator dicitur legem ferre independenter à populo, quando in lege apponit clauſulam, & decretum irritans: nam per illud enervatur omnis non uſus, vel contrarius uſus, ut docuit ſæpius ſacra Rota, & ſignantur in magiſtrali deciſione Majoricenſis indult. die 11. Aprilis 1639. coram. Merlino, Decano, & in meſanenſis decanatus die 27. Maij 1641. coram Dunozet, in quibus ſtatuitur leges Pontificias obligare independenter à populi acceptatione, ſic verum exiſtimans

Amicus

Amicus *tom.* 5. *diſp.* 1. *ſect.* 5. *numero* 75. Ut contrariam ſententiam probabilem eſſe non putet: & in terminis in alia Treverenſ. Abbatiæ Sancti Maximi die 20. novemb. 1624. coram Coc ino, & patet ex *cap. quod ſuper de conſanguinit. & affinitate*, & ex *cap. ſuper eo de cognat. ſpirituali*, & ex nonnullis, quæ adduxi *ſupra in Rub.* q. 8. *à numero* 1. tenentque Doctores, quos plena manu adduxit Remigius Scophra *in ſolutionibus quæſtionum moral. quæſt.* 32. *art.* 2. & omnino videndus caſu noſtro Cartharius *deciſ.* 46. *numero* 79. & *deciſ.* 74. *numero* 19. & *deciſ.* 93. *numero* 21. & Larrea *in alligationibus fiſcalibus p* 1. *allegat.* 12. *numero* 13. ſed in dicta Bulla cœnæ Pontifices appoſuerunt Clauſulam decreti irritantis: ergo.

26 Quinto quia Sanctiſſimus Papa Urban. VIII. inhærendo aliorum Pontificum veſtigiis in Bulla, incip. *Romanus* data ſub die 5. Junii 1641. & publicata die 14. Auguſti eodem anno Verbis rotundis, dixi ut qui habet aures audiendi, audiat, damnavit, & improbavit omnia præjudicialia facta, & facienda contra immunitatem, & libertatem Eccleſiaſticam, *etiam ſub prætextu quod Bullæ, ſeu conſtitutiones Pontificiæ, non fuerint publicatæ, vel uſu receptæ, aut contrario uſu, etiam decennali, & quantumlibet longiſſimè, ut prætenditur abrogatæ*; cum ergo ſic apertius loquatur Urbanus in Bulla quomodo jam ullus poterit contraire noſtræ reſolutioni etiam de Jure tenuerunt Diana, *Ubi ſupra*, Molfeſius *in ſumma tom.* 1 *tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 51. latè Adamus Tannerus *in apolog. de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 15. & aliis plurimi Doctores.

QUÆSTIO XIX.

An ſtatura quibus cavetur ne quis apprehendat poſſeſſionem alicujus rei Eccleſiæ vel Beneficii ſine facultate Principis, vel ſuorum miniſtrorum, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. An Principes poſſint ſtatuere, ſeu prohibere, ne annatæ in ſuis Regnis, ſine eorum conſenſu ſolvantur ſummo Pontifici. An Principes ſi per aliqua ſtatuta diſponant de his quæ ad funera & exequias pertinent, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam, & ſint excommunicati ubi de ſtatuto, quo funeris pompa minuatur, vel reſtringatur Clericorum vel cereorum numerus. An Reges poſſint ſe intromittere; quando ab aliquo Epiſcopo non obſervatur aliquod Tridentini decretum.

SUMMARIUM.

1 *Laici prætextu pacis, ſolent ſatagere circa poſſeſſiones, & beneficia Eccleſiaſticorum, ſe in illis introducendo*, ut n. 3.

3 *Laici non poſſunt ſtatuere, nec diſponere, ut Clerici nequeant accipere poſſeſſionem abſque licentia eorum; etſi aliqui Doctores contra teneant* num. 3. & n. 10.

4 *Principes laici nullo modo poſſunt avocare ad ſe poſſeſſionem beneficiorum vacantium conſtituendo œconomum, donec beneficium fuerit per Papam proviſum.*

Œconomi conſtitutio, & deputatio, eſt Jus ſpirituale in beneficiis, qui debet authoritate Epiſcopi conſtitui. dict. numero 4. & 5. *Ubi diſtinguitur contra Theſaurum.*

5 *Fructus beneficiorum ſunt temporales, etſi aliud ſit eos locare ad modicum tempus, aliud ad longum.*

6 *Poſſeſſione beneficii acceptà virtute ſtatuti laici, nec Verè accipi dicitur, nec teſtes, & notarius pœnam incurrunt; quia quando ſtatutum non eſt validum, nec pœna in eo appoſita valet.*

7 *Princeps edicta facere nequit, ne quis accedat ad Romam ad impetranda beneficia, vel ut capiat poſſeſſionem eorum beneplacito ejus, & ne quis citet alium in Romanam curiam, Ubi damnatur ſimilia ſtatuta per Ducem Mediolanen.*

8 *Principes laici authoritate propria nequeunt ſtatuere, ne exteri à Regno aſcendant ad beneficia Eccleſiaſtica, niſi ex privilegio Papæ, ut habent Reges Hiſpaniæ* num. 11.

9 *Præſentandi jus ad beneficia nullus laicus habere poteſt, niſi datum ei ſit à Papà, nec jus excludendi præſentatos à Papa, niſi à Pontifice hæc excluſio concedatur.*

10 *Princeps laicus nequit præcipere, ut poſſeſſio beneficii non apprehendatur ſine ejus licentia, aut Gubernatoris.*

11 *Principes laici ſolent habere privilegia Papæ circa beneficiorum poſſeſſiones, & collectiones.*

Rex Hiſpanus habet privilegium Papæ, ne exteri beneficientur in ſuo territorio.

12 *Annatæ, ut ſolvantur Papæ intra Regna laicorum principum; nequit ab eis ſtatuto prohiberi, ut* num. 14. 15. *etſi aliter aliqui ſentiant hic, &* numero 13. & numero 15. *quibus reſpondetur* numero 20.

Ludovicus Rex Franciæ 19. *& alii traditur, quod vetuerint annatas ſolvi Papæ de beneficiis* dict. num. 12. *ſed non conſtat, ut* num. 21.

13 *Martin. V. in concilio Conſtantienſi decrevit non impoſiturum annatas in aliquo Regno, niſi concilio Prælatorum; explicatur* num. 25.

Annata ortum habuiſſe dicitur ſuper beneficiis tempore Papæ Joan. XXII. primoque Reges Franciæ Pontificibus conceſſiſſe, ſed aliter n. 22. dict. n. 13.

14 *Annatæ debentur Pontificibus ad eorum ſuſtentationem, & ut alimenta cum Eccleſiæ debeant ſubvenire Pontifici, ut Patri, item ut Paſtori, &* numero 15. & 16.

15 *Annatas potuerunt ſtatuere Pontifices ad ſe & Curiam ſuſtentandam, cum ſit adminiſtrator bonorum Eccleſiæ* n. 19

16 *Decimas conceſſit Pontifex Regibus Hiſpaniæ & Franciæ, qui poteſt laicis eas donare*, ut n. 17.

18 *Fructus beneficiorum primi anni duorum, aut trium, poſſunt conſuetudine, ſive ſtatute, aut privilegio induci, ut reſerventur fabricæ, epiſcopo aut ad alium proprium uſum, præcipuè authoritate Papæ.*

19 *Pater poteſt corripere filium ſibi alimenta negantem, & ad ea præſtanda compellere.*

21 *Ludovicus Franciæ Rex moriens inter alia monita data filio ſuo, dedit ſequens* ſis addictus, & devotus Romanæ Eccleſiæ ejuſque Pontifici, haud ſecus atque ſpirituali Patri te morigerum præbeas. *&* num.23.

22 *Annata non ſic jus Divinum pertinent, ut ſint decima decimarum ſummo ſacerdoti debita.*

23 *Ludovicus Rex Franciæ etiam onera graviſſima impoſita ſuper ſuo Regno per Curiam Romanam, ſive etiam imponenda noluit auferre, niſi ex urgentiſſima neceſſitatis cauſa, eiſque ſpontanee conſenſu, & Eccleſiarum.*

24 *Annatarum exactio, ſi nimis gravoſa eſt Regno, aut provinciæ, nequit auferri, ſeu moderari à Rege, ſed eſt recurrendum ad Papam.*

26 *Funeralium ſtatuta laica, nihil poſſunt diſponere, quando ſunt circa miſſas, & alia, ut* n.27. *ſecus ſi Princeps prohiberet abuſus circa pompam, veluti de veſtibus lugubribus & de aliis, ut* n.28. *Et quid de Cultricibus poſitis ſuper Corpus defuncti* n.29. *Quid de cereis* n.30. & 32. *Quid inquam Neapoli practicetur* n. 32. *pro veſtibus ornamentis Capellarum, ſeu ſepulchrorum. Et.*n.24.

32 *Pompa quædam in mortuariis magis ſunt vivorum ſolatia, quàm mortuorum ſuffragia.*

33 *Funerum impenſæ ex lege Salonis fuerunt taxatæ, & poſtea* L.12. tabularum *Cadaver ſuum quidam tumulari mandans cum cantu, & alacritate, rubeis veſtimentis demens judicatus eſt* dict.n.33.

34 *Candelarum numerus; & ſi ordinari ad pompam, & temporalem honorem defuncti, videantur, tamen applicantur Eccleſiæ.*

35 *Sepultura exinde, quomodo ad impenſas funeris ſpectet?* remiſſivè.

36 *Recurſus ad Regia tribunalia non practicatur ex eo quod Epiſcopi non obſervent aliquod Tridentini decretum, quamtumvis Reges ſint Concilii Protectores. &* n.37.

AD Primam quæſtionis partem cum ſoleant plurimæ naſci diſcordiæ circa poſſeſſiones acquirendas, ut notatus in *l. æquiſſimum ff. de uſufructu*, & ut dixi latè *in cap. licet 9. de probat.* Et etiam circa beneficia Eccleſiaſticorum, & laici propterea ſub prætextu vitandi ſcandali, & quietis publicæ ipſius civitatis ſataguot variis modis de beneficiorum poſſeſſionibus diſponere: etenim ut poſſint diſponere videtur ſatis probari, quia ut dixi latiſſimè *in cap. fin. de judic. q.2.* poſſunt de poſſeſſione rei ſpiritualis; & ſic cauſæ beneficiariæ cognoſcere; ergo & ſuper poſſeſſione danda diſponere & ſic in puncto noſtro tenuit Angelus *conſ.* 23. & Camillus *ins diverſ. juris p. 2. cap. 2. n.* 137.

Sed revera ut docent Felinus *hic n.96.* Abbas *conſ.8. lib.1.* Ugolinus *in Bulla cana p.2. cap.13. verſ. quarto qui vel illa n.2.* Laerchius *conſ. 103. n.4.* Alterius *de cenſuris tom.1. diſp.16. lib.5. fol. 699. col.1.* Alex. Peſantius *tract. de immunit. Eccleſiæ diſp.* 10. cum Azorio Diana *p.1. tract.2. reſ.52.* Marta *de juriſdict. p.4. cent.1. caſu* 46. Ubi ait nullam diſpoſitionem laicorum, etiam Principum eſſe validam diſponentem Clericos beneficiis inſtitutos, non poſſe eorum accipere poſſeſſionem abſque licentia laicorum: cum beneficia Eccleſiaſtica ſint ſpiritualia *cap. fin. de reſcriptis lib.6.* & ſola Eccleſia adminiſtrat, *cap. ſi Imperator. 96. dist. cap. fin. de rebus Eccleſ. alien. vel non*, & ex aliis per eum *à n. 1.* & Felinus, & Abbas *Supra* tribus rationibus ſic tenent; & ratio potiſſima eſt, quia Eccleſia habet jus immittendi Clericos in poſſeſſionem beneficiorum, & Clerici ex prædicto ſtatuto redderentur timidiores & laici in ſtatuendo audaciores. 2

Et ſic optimè infertur errare Angelum, & Camillum *ſupra*, item & Socinum *in conſ.20.* inter concilia Curtii, quem refert Theſaurus *in deciſ.131. n.6.* atque Silveſter Aldobrandin. *in additionibus ad Decium hic n.185. in addit.* incipit, *Vide quæ ſcripſi in commento dict. ſtatuto florentini, Ubi tenui quod valet ſtatutum*, moti quia hujuſmodi ſtatutum pro bono, & quiete publica civitatis, potuit per ſtatuentes fieri ſed quia jam latè *ſupra quæſtione* 1. dixerim nullum ſtatutum laicorum valere, etiam latum ex cauſa boni publici, obligans Eccleſiaſticos, eorumque bona; ſequitur dicendum, ut nec iſtud, ut ipſe Martha defendit per ea, quæ dixi *dict. p 4. cent. 1. caſu. 1.* qui *in dicto caſu. 46. n.6.* expendit textum *in cap. filiis, vel nepotibus 16. q.7.* Ubi habetur recurſus ad Regem; ſed quia de intellectu illius textus, & de recurſu dixi fundamentaliter *in cap.2. de judic. q.19.* per totam cum aliis *ibi* recurres, etſi Matha dicat caſum illius textus eſſe ſpecialem. 3

Hinc infero 1. Ut Principes ſæculares nullo modo poſſint avocare ad poſſeſſionem beneficiorum vacantium, conſtituendo æconomum, donec de beneficio fuerit per Pontificem proviſum, quia ut dictum eſt, nullomodo laici poſſunt ſe intromittere circa ſpiritualia, ſed deputatio æconomi, eſt jus ſpirituale, quia habet ipſe aliquid juriſdictionis ſpiritualis, debeatque conſtitui authoritate Epiſcopi, ut cum Selva, Martha *à n.16. dicto caſu.41.* textum *in l. omnes §. nihilominus Cod. de Epiſcopis, & Cleric. cap. Imperatorum in fine de juram. calumniæ, cap. quia in quibuſdam. 89. dist. cap. cum ſimilibus 9. q.3. cap. cum nobis de officio ordin*: ergo. † Nec obſtat Theſaurus, qui contrarium determinavit *in deciſ.* 131. *ad finem*, eo quod fructus beneficiorum ſunt temporales, cum poſſint, ut per Chacheran. *deciſ. 31. n.3* quia reſpondetur, ut aliud ſit vendere, & locare fructus ad modicum tempus, quod eſt temporale, ſecus ſi ad longum tempus, quia tunc ratione adminiſtrationis dicitur quid ſpirituale. Item aliud eſſe deputare collectorem fructuum, qui æconomus appellatur, qui nequit deputari a Principe laico ratione adminiſtrationis, quæ eſt quid ſpirituale: ita ex multis aliis Martha *dicto caſu* 46. 4 5

46. *à n.* 20. Nec obſtat quod dixi *infrà in cap.* 2. *de judic. q.* 12. Ubi quod laicus poteſt conſtitui procurator, quia ut *ibi* dixi habet aliam rationem.

6 Infero ſecundo quod ſi poſſeſſio beoeficii legitimè capiatur, nec teſtes, nec notarius, qui interfuerunt, incurrunt ullam pœnam dicti ſtatuti Principis laici, quia quando ſtatutum iovalidum eſt, pœna in eo appoſitam ligat ex *auth. Caſſa Dod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, *&* *ex dicto cap. noverit de ſent. excommunic.* ſic notant Alterius Supra *de cem. tom.* 1. *diſp.* 16. *cap.* 6. *folio* 704. *concluſ.* 2. Diana *p.* 1. *dicta res.* 62. Ubi addit quod ita ſtatuentes ſuot excommunicati.

7 Infero tertio quod Princeps non poteſt facere adicta na quis accedat Romam ad impetrandum beneficia, vel ut capiat poſſeſſionem eorum ſine beneplacito Principis, & na quis citet alium ad Romanam Curiam, Boſius *in tit. de Principe numero.* 218. qui propter ea damnat talia edicta facta per Ducem Mediolan. tanquam à non habente poteſtatem, & tam condeotes, quàm ſervantes iocidere in pœnam docent Martha *dicto caſu* 46. *numero.* 4. Abbas *dict. conſ.* 83. verſ. *quinimo Statuentes* per textum *in dicto caput noverit*, *&* *in caput grave de ſent. excommunicationis.*

8 Infero quarto contra Cutellium io ſuo *Cod. legum ſæcularium, caput.* 97 *numero.* 9. *notab.*70. quatenus dicere videatur quod Principes laici ſtatuere puſſuot authoritate propria, ut beneficia minimè exteris cooferantur, de quo latè *in dicto caput ad decorem de inſtit.* & dixi *in cap.* 16. *in fine de judiciis* & agit Diana *p.* 1. *tr. de parlamento res.* 6. cum multis ab eo relatis, quia reſpondeo ut qualitercumque hoc procedat, non inde ſequi quod Principes laici authoritate propria poſſint ſtatuere, ne ad beneficia advenæ aſſumantur, quod negat Diana *in dicta reſolutione* à Cutellio citata, *&* *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 6. *in fine*, Ut negat etiam Caſtrus Palao *tom.* 1. *tract.* 12. *diſp. Unica puncto* 8. *numero* 9. quia nemini à ſummo Pontifice, vel ab illo authoritatem habeoti datum eſt de rebus ſpiritualibus diſponere, ſed materia beoeficiorum, ſpiritualis eſt: ergo. Et de hoc dubio videbis quæ dico ad propoſitum *q.*23. *à n.* 1.

9 Iuſero quioto quod jus præſentandi ad beneficia nullus laicus habere poteſt, niſi ei ſuerit à Pooúfice datum, & conceſſum: ergo multo minus habere poſſit jus excludeodi à Pontifice præſentatos, niſi a Pontifice hæc exeluſio concedatur. 10 † Ob idque ex Felino docent Diaoa *dict. reſ.* 6. *p.* 5. *in fine* Baldellus *tom.* 1. *lib. diſp.* 36. *numero.* 14. quod Princeps non potuit præcipere, ut poſſeſſio beoeficii non aprehendatur ſine ejus licentia, & conſenſu, aut Guberoatoris, vel Præſidis, & major propoſitio da præſentante intelligitur, juxta quæ dixi *infra ſub caput quanto* 3. *de judic.* *&* *in titulo de jure patron.*

11 Sed doctrina noſtræ cooduſioois limitatur primo quando Regibus, ſive Principibus data eſt facultas, circa beoeficiorum poſſeſſiones, & collationes juxta quæ dixi *in dicto cap. quanto de judiciis q.* 5. Ubi egi de illa quæſtione an *laicus poſſit beneficia conferre*, *&* *eſſe judex ſuper rebus beneficialibus*, Ubi ex privilegio Papæ videtur licere: plura tradit legendus Martha *dict. caſu.* 46. *cent.* 1. *p.* 4. *à numero.* 8. 14. & ſi Duardus *in Bulla cœna lib* 2. *cent.* 15. *q.* 11. *num.* 59. dicit non procedere io Regibus, qui ex privilegio Romaoi Pontificis habent collationem, & inſtitutionem beneficiorum, vel privilegium, ut in eorum Regois nullus exterus poſſit beneficium obtinere, ut habet Rex noſter Hiſpanus, qui latè, etiam dixi *in caput.* 3. *de cauſa poſſeſ.* *&* *prop.* habet etiam jus præſentandi ad Epiſcopatus, quos caſus pluribus exornat Martha legendus à *dicto n.* 8. *&* 14.

Unde ſatis reſpondetur Contrariæ ſententiæ, & dicto *ibi* quod laici poſſiot cognuſcere de poſſeſſorio rei ſpiritualis, ex dictis *in cap. fin. de judic. quæſt.* 2.

Ad ſecundam quæſtionis partem an Principes 12 poſſint ſtatuere, ſeu prohibere, ne annatæ jo ſuis Regnis ſolvantur Pontifici ſine eorum conſenſu; & videtur quod ſic, quia cum ſub Regis protectione conſtituta ſiot omnia bona temporalia ſubditorum ſuorum, etiam Eccleſiarum, & Clericorum, neceſſum erit illum cooſentira in exactionibus, vel tributis, præter jus commune, jam in ſuo Regoo ab antiquio tempore receptum imponendis: ſic docet Rebardeus *ſect.* 4. *numero* 7. *folio.* 91. Ubi refert cum commentatore pragmaticæ ſanctionis ex annalibus ſanctum Ludovicum. IX. Franciæ, & alios Reges maximè Catholicos vetuiſſe hujusmodi annatas, & alias exactiones de beneficiis in ſuo Regno exigendas. † Et confirmat Rebardeus 13 ex Martioo. V. in concilio Conſtantienſe *ſeſſ.* 43. aſſerente ſe nullatenus annatas in aliquo Regno impoſiturum, niſi de conſilio prælatorum *ibi ſolio* 93. qui etiam *folio* 77. *&* 91. ſentit annatas ortum habuiſſe tempore Joaonis XXII. & Reges Franciæ primum id juris ſummo Pontifici conceſſiſſe.

Nihilomious, in hoc puocto dicendum eſt, 14 ut ſecluſo privilegio à S. Pontifice Regibus conceſſo, quod ravocatum non ſit, noo poſſe Reges, & Priocipes prohibere ne annatæ Pontifici ſolvantur ſine Priocipum conſenſu, quia ſive dicatur aonatas deberi Pontifici Divino jure ſcripto; indeque originem traxiſſe, ut ex Echio, & Ferdioando Cordubeoſi obſervat Azorius *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *q.* 1. & aliis, ſive de jure poſitivo, cum debeantur Pontificibus ad eorum, & Curiæ ſuſtentationem. Ergo mirum non eſt ut ex quocumque titulo Divino, aut poſitivo naturaliter alimeota annatarum eis debeantur: ſic ut nequeant Reges illas prohibere, ut multis rationibus comprobat videndus, & legendus Diana *p.*7. *tract.* 1. *reſ.* 22. Ubi dicit quod omnes Eccleſiæ tenentur Pontifici, ut Patri ſubvenire; item ut Paſtori, cujus cauſa annatas ad inventas eſſe; & quod licet Romanus Pontifex habeat propriam ſedem; ſed nuo ita quod Romanis finibus coarctetur, cum ſit univerſalis Eccleſiæ Epiſcopus, & ſit ſua Diæceſis orbis univerſus *cap. per principalem cap. cuncta per mundum.* 9. *q.* 3. Et omnibus addo Thomas del-Benè *de immunit.p.*1.*cap.*8. *dubit.* 30. ex aliis qui & *n.* 10. adducit Martini. V. dictum *ſupra n.* 13. quod explicatur hic *n.* 25.

Et confirmatur quia cum S. Pontifex ſit adminiſtrator omnium bonorum Eccleſiaſticorum, poſſitque ex aliqua cauſa juxta dicta bona ab illis tollere, & alicui donare, relictis ad victum neceſſariis, ut docent communiter Doctores *in caput* 2. *de donation.* Ubi Barboſa,

cum illis Molina *tomo* 2. *de juſtitia, & Jure tractat.*2. *diſput.*28. Leſſius *lib.*2. *cap* 4. *dub.*5. *de juſtitia numero* 19. *&* 20. Del-Caſtillus *de Juſtitia , & jure lib.* 2. *tractat.*2. *diſput.* 1. *dubia* 8. *numero* 100. Caietan. *in* 22. *D. Thomæ quæſt.* 43. *numero* 105. *art.* 8. Color. *de redditibus cap.* 23. Egidius Trulenc. *in decalogum tom.*2. *lib.* 7. *cap.*2. *dubio* 5. *numero* 1. Sequitur ut melius potuerit Pontifex annatas ad ſui, & Curiæ ſuſtentationem ex bonis Eccleſiaſticorum conſtituere, & exigere; taliter ut nullo pacto queant Reges in his immiſcere cum Dominium, ſeu potius administratio bonorum Eccleſiaſticorum ad Summum Pontificem pertineat; imo videmus ut hac ratione poſſit ex juſta cauſa interdum bona Eccleſiaſtica Principibus laicis concedere, ut tradit Trulenc. *in deca-*
19*log. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *dubio* 6. *num.* 12. † imo ut obſervat Balboa de Mogrovejo *in cap. cauſam de præſcript. numero* 12. *&* 13. Pontifex Regibus Hiſpaniæ, & Franciæ decimas conceſſit, ut obſervat etiam Caſtillo de Soto major *de tertiis cap.* 10. *numero* 6. Ergo ſi hæc Pontifex ſummus de bonis Eccleſiæ facit, quanto magis poterit ſibi ipſi bonorum Eccleſiaſticorum fructus applicare.
17† poteſt quidem Pontifex decimas fructuum, etiam quæ aliis debetur laicis concedere, juxta textum *in cap. à nobis de decimis, cap. Adrianus* 63. *dist. cap. in ſynodo* 16. *quæſt.*1. Sicut pleriſque conceſſit.

18 Etenim poteſt conſuetudine, ſtatuto, aut privilegio induci, ut primi anni fructus, & quandoque duorum, aut trium fabricæ Epiſcopo, aut ad alium quempiam uſum reſerventur, idque præcipuè Romani Pontificis autoritate, *cap. ſi propter tua debita, de reſcriptis lib.* 6. *& in extravag. Joannis* 22. quæ incipit *ſuſcepti.* Ex qua ergo cauſa poterit Rebardeus dicere hoc dependere à Principi-
19bus laicis. † nam ſi poteſt pater corripere filium ſibi alimenta negantem, & ad ea præſtanda compellere *l. qui filios Cod. quæ res pignor. oblig. poſſeſſ. & l.* 1. *&* 11. *Cod. de partibus, qui fil. diſtrax.* ipſos etiam vendendo, quare non poterit Pater ſpiritualis Papa quotam partem fructuum Eccleſiaſticorum pro ſuis neceſſitatibus reſervare, cui noo minus debemus, quàm carnali.

20 Ex quibus jam non obſtat Rebardeus cum fundamentis ſuis, quia, ut ſæpè *ſupra* dixi fructus beneficiorum, & Eccleſiaſticorum bona non ſunt, nec poſſunt eſſe taliter addicta Principibus laicis, ut queant impugnare ſuis legibus annatæ diſtractionem. Sed ſic eſt, ut jam *ſupra dixi q.* 7. *verſ. ad quintam, & quæſt.* 8. Ubi de lege amortizationis, & an valeat ſtatutum ſæculare, ne bona immobilia transferantur in Eccleſiaſticos, & reſolutum ſit ut non valeat, ergo quandu inquam plus non valebunt in caſu noſtro prohibere, ne annatæ
21ſolvantur Pontifici ſine conſenſu Principis. † Nec obeſt factum Ludovici Regis, quia præterquam quod de Rege ita Sancto non creditur ſic operaturo: tamen *in ejus vita* vidimus apud Laurentium Surium à confeſſario ejus, ut creditur ſcripta inter alia monita, quæ Sanctus moriens filio ſuo, Regnique hæredi dedit ſequentia haberi verba *ſemper ſit addictus, & devotus Romanæ Eccleſiæ, ejuſque Pontifici, haud ſecus, atque ſpirituali Patri te*
22*morigerum præbeas.* † Nec illud adductum Joannis 22. nempe annatas ortum habuiſſe à tempore dict. Papæ, & Reges Franciæ, primum id Juris ſummo Pontifici conceſſiſſe, qui ut reſpondet Thomas Campeg. Epiſcopus Feltrens. *in opuſculo de annatar. inſtitut.* & earum defenſione folio 170. annatarum inſtitutio non ſic ad Jus Divinum refertur, ut ſunt decimæ decimarum ſummo Sacerdoti debitæ; ſed non ob id adeo ſit nova, ut Joanni XXII tribuatur cum Concilio Viennens. illarum inſtitutionem receperit, quod habitum fuit anno 815. & Hoſtienſ. ac Joannes Andreas, qui dict. Joanni XXII. tempora præceſſerunt de his mentionem fecerunt.

Et ulterius ut excuſetur Ludovicus Francorum 23
Rex videbis quæ tradunt Diana *dicta p.* 7. *tr.* 22. *verſ. ad exemplum,* & Bellarminus *in apologia contra Regem Angliæ, c.*6. Ubi dicens ſe legiſſe apud Nicolaum Gallum verba ſequentia *profert item exactiones, & onera graviſſima per Curiam Romanam Eccleſiæ Regni noſtri impoſita, vel impoſitas quibus Regnum miſerabiliter depaupertatum exiſtit. ſive etiam imponendas, aut imponenda levari, aut colligi nullatenus volumus, niſi pro rationabili, pia, & urgentiſſima inevitabili neceſſitate, & de ſpontaneo conſenſu noſtro, & ipſarum Eccleſiarum Regni noſtri.*

Et de defenſiona annatatum contra Duarenum, 24
quem ſequuntur ejuſdem farinæ homines Tobias Pauxmeſte *de juriſdict. lib.*2. *c.* 3. *à. n.* 37. & Theodor. Keun. King. *de regimine ſæcular. & Eccleſ. lib.* 3. *claſſe.*1. *c.*8. *n.*25. Leges Filiucium *tom. tr.* 41. *cap.* 6. *num.*54 Sed notandum eſt juxta Ludovici verba relata, quod quando annatarum exactio videatur Principibus nimium Regnis ſuis oneroſa; tunc exactionum, nec debent, nec poſſint prohibere, ſed ad Summum pontificem pro moderatione dictæ annatæ recurrere, juxta quæ dixi *ſupra q.* 10. *&* 13. & proximè præcedenti ex regula textus *in cap. adverſus de immunit. Eccleſiarum*, & aliis. † 25
Nec obſtat allatum ex illo Martini V. in Concilio Conſtant. *ſeſſ.* 43. quia illud dictum pertinet ad prælatos Eccleſiæ.

Ad tertiam quæſtionis partem videtur reſpon- 26
dendum quod poſſit Princeps diſponere circa funera, & exequias, qui poſſunt in ſuis ſtatutis ordinare, ut Clerici moderent ſumptus cœnæ, & candelarum, ut docent Cajetanus *in ſumma* verbo *excommunicatio cap.* 31. Navarr. *in manuali c.* 27. *num.* 120. Graſſis *in deciſ. lib.* 4 *c.* 18. *numero* 135. Souſa *in Bulla cænæ cap.* 16. *diſput.*94 *concluſ.* 2. *num.* 3. Layman *in Theologia morali lib.* 4. *tract* 9. *cap.* 9. *numero* 3. † Sed nihilominus cum diſtin- 27
ctione in puncto quæſtionis noſtræ, exiſtimo loquendum eſſe, ut quod vel in ſimili ſtatuto Princeps diſponit de his, quæ ſpectant ad Clerum, & cultum Divinum, aut animarum ſalutem, puta de numero miſſarum, de candelis, de eleemoſyna Clericorum, de eorum numero, vel Religioſorum, qui debent comitari funus, & de ſimilibus: & in hoc caſu exiſtimo tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam.

Verùm ſi Princeps. in ſtatuto prohiberit abuſus 28
circa pompam funeris, ut de veſtibus Lugubribus, de pannis nigri coloris, ne cubicula parentur pannis nigris, & de aliis externis ſolemnitatibus quæ nullam habent relationem ad cultum Divinum: & ex quibus nihil utilitatis minuitur Eccleſiis, aut Clericis, nec aliquid detrimenti patitur cultus Divinus, vel Eccleſia, tunc ejuſmodi ſtatutum eſſe validum, nec aliquid contra libertatem Eccleſiaſticam continere certum eſſe apparet ex praxi communi: & docent in terminis Martha legandus *de Juriſdiction.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 54. Ubi de ſimili quæſtione, an ſcilicet ſtatutum, quod pompa minuatur, vel reſtringatur Clericorum numerus, vel

cetcor

cereorum ſio contra immuoitatem, & reſolvit
noo eſſe multa dicens Naldus *in ſumma* verbo
*Statutum num.*2. Duardus *in Bulla cœnæ lib.*2.
canon. 15. *q.* 19. *num.*7. Megala *in* 3.*p. lib.*3.
cap. 10. *q.* 3. *num.* 14. Carolus de Graſſis *de ef-
fectibus Clericorum effectu.* 4. *num.* 467. Reginal-
dus *in praxi tom.*1. *lib.*9. *cap.* 23.*num.*360. Al-
terius *de cenſur. tom.* 1. *diſp.* 16. *lib. cap.* 6. *fol.*
704. *col.*2. & Filiucius hanc tenet *tom.*1. *tract.*
16. *cap.* 10. *num.*273. qui vocat probabilem Ca-
jetani opinioocm.

29 Ex quo poteſt eſſe dubium an idem procedat
in culcitris, quæ apponuntur ſuper corpus defun-
cti, & licet Duardus, & Martha *Ubi ſupra* di-
cant affirmandum, ut non ſit cootra libertatem
Eccleſiæ; ſed Diana p.1. *tr.* 2. *reſ.* 66. ex do-
ctrina Silveſtri Verbo *immunitas.*5.*num.*10.verſ.
ſtatutam q. verſ. 8. ait prædicta ſtatuta eſſe
licita laicis, quatenus diſponunt in his, quæ
non applicantur Eccleſiis; ſed dictæ culcitræ
30 Eccleſiis applicantur: ergo. † Et ſic Paludanos
in 4 *diſt.* 18.*q.*3. *art.*3. aſſerit ut videatur eſſe
contra libertatem Eccleſiaſticam ſtatuere quod
ſuper mortuum non ſit, niſi talis pannus, vel
tot cerei, & huiuſmodi, quia libere Eccleſiæ,
etiam liberas oblatiooes habere debent; ſed in
Caſtella praxi uſitatur pragmatica ſanctione, ut
ultra duodecim cerei vulgo *achas* noo apponan-
tur ad latus defuncti, in quantum ut illuſtri per-
ſona.

31 Etſi de cereis vulgò *veras*, quæ apponontur
ſuper corpus, aut in die exequiarum ſuper tumu-
lum, non ſit oumerus; hæ enim candelæ ſoleot
relinqui Eccleſiæ fabricæ; & ob id non coarcta-
bitur numerus.

32 Sed reſpectu veſtium luctus, & quod fiant cul-
citræ ſericæ vel aureæ, amplæque fiunt Neapoli
in funere cuiuslibet, defuncti nobilis, & poſtea
deſerviunt pro ornameotis Capellarum, ſeu ſe-
pulchrorum ipſius defuncti, ut bene poſſint ta-
xari dixerunt ante Martham Abbas *in cap.fin. de
rebus Eccleſiæ alienend. vel non*, Joannes Fran-
ciſcus Pavinus *in tract. de officio*, & *poteſtate
capit. ſede vacante in* 2. *p. princ. q.*8 *n.* 28. Pe-
trus de Ubaldis *in tract. de canonica Epiſcopali*, &
Parrochiali cap. 13. ex erratione, quam ſupra re-
fert Martha *n.*5. quia hujuſmodi pompæ magis
ſunt vivorum ſolatia, quàm mortuorum ſuffra-
gia, nt habetur ex D. Auguſtino *in lib. de cura
pro mortuis cap.*2. & *cap.*18. per D. Thomam *in*
4.*lib. ſentent. diſt.*45. *n.*2 Tabiena Verbo *excom-
33 municatio caſu.*20. Ut confirmatur. † Nam ut ait
Cicero *l.*2.*de leg.* ex lege Solonis ab initio fuerint
taxatæ, itæ funerum impenſæ: & poſtea *leg.*
12. *tabular.* idem diſpoſitam ibi *ne ſacito rogum
aſcia ne polito, mulieres genas ne redunto, neve
leſum fueneris ergo habento*: & poſt alia, plera-
que legenda apud Martham, dum dicit prædicta
eſſe potius ad ſolatium vivorum: addit *n.fin.* ut
faciat diſpoſitio illius, qui ordinavit ejus cadavce
tumulari debere cum cantu, & alacritate rubeis
veſtimentis, per quam fuit judicatum illum exti-
tiſſe dementem.

34 Unde jam in principio adductum ex Caieta-
no, & aliis facile intelligitur, nt non debent
amitti, niſi juxta prædictam diſtioctionem, ut
bene illos reprehendit Diana *Supra*, præcipuè
Souſam, & Graſſ. dicentes quod numerus can-
delarum ordinatur ad pompam, & temporalem
D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

honorem defuncti, quia ut Tabiena bene notat
verbo *excommunicatio dict. caſu* 20.*n.*5.*fol.* 672.
dictæ Candelæ, quæ remanent apud Eccleſiam,
& Clericos, non ſolum deſerviunt ad honorem
defuncti, ſed etiam ad eleemoſynam Eccleſiæ,
& Clericorom, ſeu Religioſorum. † Sed an 35
quod dictum dictum eſt de culcitris, diceodum
ſit de extructiona ſepulturæ negaot Duardus, &
Martha, *Ubi ſupra*; ſed affirmat Carol. de Graſ-
ſis *de effectibus Clericorum effect.*2.*n.*483. Et ex
his pateot quæ pro & contra retulit ex multi Bar-
boſ. *voto* 26. Explicans *l.*2. *tit.*5. *lib. recep.n.*35.
& 72. Et ante illum D. Chriſtoph. Moſcoſo *in
allegat. ab eo facta anno* 1642. quam ipſe Barboſ.
citat in *n.*1. quem leges *n.*29. & 75. videbis juxtà
hoc quæ dixit Thom. del-Bene *de immunit.p.*1.
*cap.*7.*dubit.*4. Graſſis, Souza, Layman. Tiraq. Re-
ginald. Duard. Cutell. Suarez, Ricc. & aliis qui
ſunt exponendi ut hic.

Ad quartam quæſtionis partem an Reges poſ- 36
ſint ſe intromittere, ruando ab aliquo Epiſcopo,
non obſervatus aliquod Tridentini decretum, ut
reſolvas, leges quæ *Supra* dixi ſub *Rubrica* & *in
hac tractatione* iterum nunc dico quo etſi affir-
mative reſpondeant Bobadilla *in politica tom.*1.
*lib.*2.*cap,*18. *n.*194. Zevallos *de cognitione per
viam viol.p.*1.*gloſſa* 1.*n.*62. & *p.*2.*q.*3.*n.*9. & *q.n.*
99.*n.*16. Ubi ita aſſerit *en nueſtra Eſpaña ſi pra-
ctica, que el Rey nueſtro ſeñor, y ſu Real conſejo, ſea
Juez competente para que ſeguarde el concilio Tri-
dentino.* † Verum hanc praxim ut notat Diana *p.* 37
1.*tr.*2.*reſ.*10. non ſolùm theologi, ſed nec juriſ-
conſulti admittant comprobans ex Pereira *in tract.
de manu Regia p.*1. *cap.*8.*n.*22. dicente reſpuen-
dam eſſe illam praxim, quæ maximè invaluit
pluribus ſententiis ſenatus coroboratam, quod ad
Regium tribunal ſupplicare liceat, quoties ali-
quod conciliis Trid. decretum ab Epiſcopo non
obſervatur, quaſi Reges ſint concilii protectores,
quia hoc repugnat ipſi coocilio *ſeſſ.*35. *de refor-
mat.cap.*3. Ut in dicto loco expendi; ait enim Pe-
reira in his caſibus noo ineſſe violentiam; cui oc-
curri debeat per ſæcularem, & Diana, ut quan-
do Epiſcopus non obſervat aliquod conciliis de-
cretum, recurrendum ſit ad Archiepiſcopum,
& non ad Regem. Itaque in Regia Cancella-
ria Valliſolet. ubi egi plus 13. ab hinc aonis,
nec vidi, nec audivi aliquem caſum ſuper hoc
eſſe tractatum per viam violentiæ, cum alias quo-
tidie de caſibus violentiæ ab Eccleſiaſticis illatæ
ventiletur.

QUÆSTIO XX.

**An Principes ſtatuentes ne in eorum ſtatu
poſſint ædificari de novo Eccleſiæ, &
Monaſteria ſine eorum conſenſu, ſint**
contra libertatem Eccleſiaſticam ubi
qui de edicto de non habendis cœti-
bus Religioſorum ſine licentia Princi-
pis. An aliqua civitas, vel Princeps
poſſit exigere tributa à Clericis, quia
per conſuetudinem immemorabilem,
ita ſemper factum eſt. An ſtatuta pro-

hibentia alienationem ſtabilium in non ſubditos ligent Eccleſias, ſeu Hoſpitalia. An ſtatutum reſtringens, vel impediens diſpoſitiones ad pias cauſas valeat, ſeu ſit contra libertatem Eccleſiæ. An Principes poſſint ſtatuere irritando aliqua juramenta apponi ſolita in contractibus. Seu an poſſit Princeps condere ſtatutum, abrogans aliud ſtatutum ſuum, quod Clericorum privilegium continebat. Seu an per aliquod privilegium ſit in aliquibus Regnis derogatum Eccleſiaſticæ libertati.

S U M M A R I U M.

1 *Conſtantinus imperater conceſſit facultatem, ut poſſent ædificari Eccleſiæ per totum orbem.*

Statuta, quæ reſtringunt privilegia conceſſa toti Eccleſiæ à Deo, Papa, vel Imperatores contra libertatem Eccleſiaſticam. dict. n. 1.

2 *Statutum Principis, ne quis in ſuo territorio ædificet ſine ejus licentia, eſt contra libertatem Eccleſiæ. Ubi de Venetiæ ſtatuto,* & n.3.

Oratoria, & Capellas, nec Princeps poteſt conſtruere in ſuo Palatio ſine licentia Epiſcopi. dicto.n.2.

3 L. nemo, Cod. de relegioſ. & ſumptibus funerum.

Venetorum ſtatuto de non ædificandis Eccleſiis ſine eorum licentia, eſt contru libertatem Eccleſiarum, ſicut & prohibitio imperatorum Theodoſii, & Arcadii.

4 *Statutum, ſive edictum, ne Monaſteria de novo ædificentur, aut cætus Religioſorum habeantur, eſt contru libertatem Eccleſiaſticam, ut* n.5.

6 *Princeps, ſeu civitas exigere num poſſint tributa à Clericis; quia ita per conſuetudinem immemoriabilem, ſemper ſactum eſt* reſolutivè, *& ſub diſtinctione.*

7 *Statuta prohibentia alienationem ſtabilium in non ſubditos, non ligant Eccleſias, ſeu Hoſpitale, ut* n.8. *Ubi de conſtitutione Dominii Mediolanen, &* n.13.14.*cum aliis, & ſi plures Doctores contra teneant* n.11.

8 *Hoſpitale non æquiparatur Eccleſiæ, niſi ſit publicum, & ſolenniter erectum, & ſtructum.*

9 *Statutum reſtringens relictum ad pias cauſas, non debet valere, aut auferens privilegium piæ cauſæ.*

10 *Relicta Hoſpitalibus, relicta ad pias cauſas dicitur.*

14 *Lege formularia ligant Clericos, ſed qualiter* n.16.17. & 18.

15 *Ordinatoria litis facta à laicis obſervantur in judiciis Eccleſiaſticorum, ſi non præjudicant libertati Eccleſiæ.*

19 *Lex lata à Principe ſæculari, nihil poteſt contra juramentum, nec illud irritare. &* n.20. *Ubi explicatur quædam luſitana lex.*

21 *Statutum faciens mentionem de juramento, etiam ſi hoc efficeret propter bonum finem, & bonum commune, eſt contru libertatem Eccleſiæ.*

22 *Statutum præcipiens, ne minores, & mulieres poſſint contrahere, non ſervata certa ſolemnitate, & contractus aliter factus nullus præſumptus, ac ſimulatus, faciens mentionem de juramento, non valet ſtatuere, ne juramento producantur in eſſe, eſt ſtatuere ſuper ſpiritualibus*, dict.n.22.

Salvus conductus conceſſus per Principem, non extenditur ad contractus juratos, dict. num.22.

23 *Princeps nequit condere ſtatutum abrogans aliud ſuum, quod, continebat privilegium Clericorum.*

Privilegium conceſſum non ſubdito, revocari non poteſt. dict.n.23.& 24.

25 *Privilegia Principum æquiparantur ultimarum voluntatum diſpoſitionibus impetratio facta contra gratiam conceſſam alicujus Caſtri alicui benemerito, eſt nulla.* dict.n.24.

25 *Privilegia non poſſunt per principem, nec ejus ſucceſſorem revocari ſine cauſa.*

26 *Privilegium ſemel conceſſum à Principe ob cauſam, tranſit in contractum. Et reſpondetur tenentibus contrarium, ut* num. 29.& 30.

Privilegia à Principibus Eccleſiis facta, non pendent tantum ab eorum voluntatibus in fieri, nec in duratione, ſed etiam à Pontificibus, ſaltim indirectè. dicto n. 26.

27 *Privilegium conceſſum Eccleſiæ, non debet revocari; eo quod Princeps debet imitari Deum, qui nunquam revocat, ſed cumulat magis libertatis faſciculum.*

28 *Eleemoſyna ſingulis annis facienda Eccleſiæ, nequit per ſtatutum laici revocari, cum ſit contra libertatem Eccleſiæ, ut* n.32,

31 L. ſi quis Curialis Cod. de Epiſcopo, & Clericis.

Statutum dicitur eſſe contra libertatem Eccleſiæ, quando eſt contra libertatem Unius Eccleſiæ tantum.

34 *Principes laici plures, habent privilegia cognoſcendi de aliquibus caſibus inter Eccleſiaſticos &* num.45.

35 *Privilegia remuneratoria ex cauſa poſſunt revocari à Papa, aliter non, nec debet ea revocare quæ Rex ex contractu remuneratorio aut immemoriabili habet* n. 36. *&* n.41. *niſi expreſſe.*

37 *Privilegia Principibus in ſpecie conceſſa circa res Eccleſiaſticas ex Bulla cœnæ, quot annis publicata, non revocata videntur* n.38. & 29. *Ubi quod ſic Reges Hiſpaniæ, & Franciæ habent aliqua. &* num.40. *Ubi Suarez non audet dicere ea ceſſare. Multi revocata per Bullam Cenſeri dicunt, ut* n. 41. *Sed diſtingue ut* num. 44.

42 *Clauſula* non obſtantibus privilegiis, quibuſcumque in contrarium facientibus, *qualiter faciat ceſſare privilegia ipſius ſtatuentis quæ certum eſt; ut non auferat quæ tranſierunt in vim contractus, aut titulo oneroſo* n.43.

44 *Clauſula* non obſtante quacumque conſuetudine, *non cenſetur ſublata Conſuetudo immemorialis, etiam cum conditione univerſali, niſi expreſſe mentio in lege, vel conſtitutione habeatur.*

AD

1 AD primam quæſtionis partem, præmiſſis quæ *infra* dico ad *Rubricam*, & *titulum de Eccleſiis ædificandis*, & quod Conſtantinus Imperator conceſſit facultem, ut Eccleſiæ totum orbem poſſint ædificari, ut patet *in cap. futuram* 12.*q.* & ſic Filiucius *tom.* 1.*tract.* 16.*c.* 16. *numero* 170. & alii penes Valenzuelam *in defenſ. mon. Pauli V. p.* 5. *num.* 36. dixerunt ut ſtatuta, quæ reſtringunt privilegia conceſſa toti Eccleſiæ à Deo, Papa, vel Imperatore, tamen ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam, ut etiam notavit Maynard. *de privilegiis Eccleſiæ p.*2.*art.*22.*num.*95.& *art*23. *num.* 24. & in terminis docent Ugolinus *in ſponſ. ad Juris conſult. Gymnaſii Patavini contra venetos cap.*6.§. 1. 2.3.4. & 5. Collegium Bononiens. *pro libert. Eccleſ. contra venetos num.*44. Maynardus *de privileg. Eccleſ. contra venetos p.*2.*art.*24.*per totum*, Belletus *in diſquiſit. Clerical.p.*1.*tit.*6.§.1.*num.*26. Duardus *in Bulla cœnæ lib.*2.*can.*15.*q.*19.*n.*68. Aloyſius Riccius *in praxi tom.*3.*res.*207. Patres Theologi Religionis ſervorum *in defenſ. cenſur. Pauli V.* Joan.Franc. Pegnanus *in tract. juſt. cenſur. ejuſdem Paudi V. p.*2. *res.* 26. Ferdinandus de Baſtidia *in antitodo contra Paul. venetum p.*3. *argum.* 10 & *ſequent.* Valenzuela *ſupra p.*2.*num*28. & *ſequent.* Lupus *tract. de libert. Eccleſiaſt. q.* 4. *n.*7. & Cardinalis Baronius *in ſua Pareneſi ad Rempublicam veneta*, quæ tale ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam effecerat, & proprerea à Paul V. excommunicata fuerat, ubi car-
2 pens illorum ſtatutum ſic alloquitur. † „ *Exagitamini inſuper literis Apoſtolicis per vos ſtatutum,* „ *ne quis Eccleſias, Monaſteria, atque alias religioſas* „ *domus venetis, & ubique locorum denuime veſtro* „ *ſubjectarum, ſine veſtra ſpeciali licentia fundet, &* „ *exigat; quam autem contra Jus, faſque id præſumpſeritis, quæ dicturi ſumus vos commonebunt: nam* „ *illa occidentalis Imperii culmina anguſtiſſima æquè,* „ & *robore militari potentia, ſimulque doctrina rerum* „ *Sacrarum conſpicua Carolus, & Ludovicus, cum* „ *faterentur ſuper Eccleſias nullum ſibi eſſe vindicandum Dominium, verè legitimi laudati ſunt Imperatores, ut qui legi ſcriptæ profeſſi ſunt non tantum* „ *in Eccleſiarum conſtructione aliquod Jus non eſſe* „ *conceſſum Imperatoribus, ſed neque abſque Epiſcopi* „ *licentia domi ſua oratorii conſtituendi, habere aliquam facultatem, quod probe cognitum pragmatica* „ *ſanctione ita relinquere voluere teſtatum ſequentibus verbis, placuit nobis, ut ſicut ab Epiſcopis, & reliquis ſacredotibus, ac Dei ſervis admoniti ſuimus, ne Capellæ in noſtro Palatio, vel alicubi, ſine permiſſu Epiſcopi, in cujus eſt Parrochia fiant. Sic igitur nec Capellam unam, & in ſuo Palatio ædificandi abſque licentia Epiſcopi tanti Imperatores facultatem ſe habere teſtati ſunt quomodo ædificandi Eccleſias, & alia Religioſa loca dandi licentiam, vel negandi vos ita vobis arrogatis authoritatem*: huc-uſque Baronius, qui aliis exemplis probat tale ſtatutum infringere Eccleſiaſticam libertatem

3 Nec obſtat textus *in l. nemo cod. de relig.* & *ſumptib. funer.* Ubi à Valente Theodoſio, & Arcadio Imperatoribus fuit prohibitum Eccleſias ædificari ſine Principis licentia: quia reſpondetur illud ab Imperatoribus fuiſſe de facto actum, ſicut, & alii Imperatores, ut *ſupra* dixi de facto, leges adverſùs immunitatem Eccleſiarum fecerunt; & propterea bene, & juſte poſtea fuit revocatum à Juſtiniano *in l. ſancimus* §.*ſiquidem Cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* & *in auth. ut null. fabric. orat.* & *locor.* Etenim licet pro contraria venetorum opinione Antonius Vovius *in reſponſ. procenſ. Pauli V. contra venetos*, ſeptem argumenta, ſive fundamenta adducat, tamen ipſe elidit, optimè evertit, atque impugnat probans tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, uti etiam Paulus Comitolus *in tract. de apologetico contra venetos cap.*1.*num.*17. probat *ex diſt.*1. *de conſecratione*, & in ſpecie, *ex cap. de locorum Gelaſii Papæ ex Caſ. Eccleſiæ Nicolai Papæ cap. nemo, aurelam. concil.* & *ex dicto tit. decret. de Eccleſiis ædificandis*, & *reparand. maximè ex cap. ibi*, & *cap. ad audientiam*, & ex Bonifac. VIII. *in cap. authoritate de privileg. lib.*6. & *ex auth. de Eccleſiaſticis tit.* per totam *aliquid dixi infra q.*46. *n.*8.

Ad ſecundam difficultatis partem, etſi poſſet 4
aliquis reſpondere quod edictum, ſeu ſtatutum de non ædificandis Monaſteriis, ſeu habendis cætibus Religioſorum, non ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, quia per hoc decretum conſulitur aliis Monaſteriis jam erectis, nec ſcilicet alimenta eis deſint ob aliorum ædificationem, & multitudinem, & ne prætextu bono, & quæſito pietatis colore perniciosæ ſocietatis ineantur: tamen cum inſpicere inconveniens prædictum, ſit actus Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ad quam ſpectat inſpicere, num queant de novo Monaſteria, & Religiones in civitatibus introduci, ſic ut commodè queant ſuſtentari, & ali; ideo ut latè dico *in dicto tit. de Eccleſiis ædificandis*, ubi etiam agitur de quæſtione *an queant regulares mutare Monaſterium de loco inſano ad ſanum ſine licentia Epiſcopi.*
† Ergo apertè dicendum eſt tale ſtatutum, aut 5
edictum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; eo quod laicus Princeps, ſeu Magiſtratus uſurparet Juriſdictionem Eccleſiæ, juxta latiſſimam doctrinam, quam expendi *ſub tit. de judiciis*, & *foro. compet.* & ex doctrina relata à Diana *p.*1.*tract.* 2. *res.*61. & *res.*78. Ugolinus *ſupra cap.*6.§ 5.*num.* 2. Colleg. Bononienſ. *ſupra n.* 43. Valenzuela *dict. p.*2.*per totam* & contra Cutellium *lib.*2.*q* 62. docent, Baronius, Baſtidia, Maynardus, Belletus, Duardus, Riccius, Lupus, Comitolus, quos ſequitur Thomas del-Bene *de immunit.p.*1. *cap.*8. *dub.*8. ſatisfaciens fundamentis contrariis.

Ad tertiam quæſtionis partem an aliqua civi- 6
tas, ſeu Princeps poſſint exigere tributa à Clericis, quia ita per conſuetudinem immemorialem ſemper factum eſt, poteris latè reſpondere adductis *p.*15. in verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quintam*, & *ibi q.*16. *à n.*1. Ubi de quæſtione, *an poſſeſſio antiqua collectandi, faciat jus in præjudicium ordinis Clericalis*, Ubi cum diſtictione bonorum. Et ſecundùm illam exiſtimo componendas opiniones diverſas affirmativam Gabrielis Pereira *in tract. de manu Regia p.*1.*cap.*10.*n.*2. Paul. de Caſtro *in conſ*423. & negativam Magalæ *in conſ.*12.*n* 4. & *Decreti Rotæ Romanæ* 10.*decemb.*1598. & Dianæ *dict.p.*1. *tract.*2. *res.*96. ac aliorum dicentium Bullam cœnæ Domini, non ſolum tollere quaſcumque conſuetudines, etiam immemorabiles, ſed etiam continere clauſulam irritantem, quæ deſtruit, & inficit titulum, & poſſeſſionem.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatuta pro- 7
hibentia alienationem ſtabilium in non ſubditos, ligent Eccleſias, ſeu Hoſpitalia; reſpondebis abundè, etiam ex dictis *ſupra hoc textu q.*7. in verſ. *ad quintam*, & Clarius verſ. *ad ſextam*, ubi egi de illa *an valeat ſtatutum ſæculare, quo cavetur ne bona*

transferantur in Eccleſiaſticas perſonas ſine Regia facultate, & *in q.* 8. Ubi *de legibus amortizationis.* Et ita nunc breviter dico illa ſtatuta noo ligare Clericos, Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, quorum libertatem reſtringere oequeunt ex *c. fin. de immunit. Eccleſ. lib.* 6. Bartolus *in l. fin. n.* 1 *&. cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* & *in l. dudum* 14. *cod. de contrabenda emptione*, & *in l. fin. n.* 4. *Cod. de exactoribus tributorum lib.* 10. & *in l. filius familias* 117. *alias* 114. §. *Divin. n.* 12. *ibidem* angel. *n.* 4. Imola in verſ. *item adde circa tertiam quæſtionem* alex. *ſub n.* 12. verſ. & *ſic ſtabit* Crotus *num.* 80. Ferdinand Loaces *num.* 157. Ripa *num.* 81. & Socinus Junior *u.* 116. qui teſtantur de magis communi *ff. de leg.* 1. Ciriacus *controverſ.* 530. *tom.* 3. *num.* 13. Videndus *a n.* 14.

8 Unde licet maximè ipſe Cyriacus à *dicto n.* 14. coutravertat numquid prædicta doctrioa procedat etiam reſpectu Hoſpitalis; affirmat verò *ibi à num.* 54. contra Plotum in *conſ.* 19. *ſub. u.* 19. dicentem conſtitutionem Dominii Medionali prohibentem alienationem, & translationem immobilium forenſes, & non ſubjectos non procedere in translatione in Hoſpitale, qnia ipſe debet intelligi de Hoſpitali Religioſo, & erecto cum authoritate ſuperioris, cum pariſicet Eccleſiam, perſonas Eccleſiaſticas, & Hoſpitale, de quibus eadem oratione meminit, nam Eccleſiæ non æquiparantur Hoſpitali, niſi ſit publicum, & ſolemniter arectum, & extructum, ſic cum Caſtro *conſ.* 5. *volum.* 1. expreſsè tenente hujuſmodi ſtatuta non comprehendere talia Hoſpitalia, ſed alii plures etiam porrigunt affirmativam opioionem ad Hoſpitale, in quantum ſuot opus pium, de quo in verſ. ſequenti.

9 Ad quintam quæſtionis partem etiam ex dictis *ſupra in dicta quæſt.* 7. verſ. *ad quintam*, & verſ. *ad ſextam*. & ex proxima dictis in verſ. *ad quantam*, reſponderi poteſt, cum ergo ſtatutum reſtringens relicta ad pias cauſas, non valere ex doctrina Baldi *in l. generali* 13. *n.* 6. & 7 *Cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* Arcar. *conſ.* 25. *n.* 1. Felini *in cap. noſtro n.* 94. Alex. *conſ.* 209. *ſub. u.* 5. verſ. & *quod dictum ſtatutum*. Cardinal. Tuſch. in verb. *libertas Eccleſiaſt. concluſ.* 348 *n.* 9 *tom.* 5 *fol.* 380. ex quo dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam, auferendo privlegia piæ cauſæ, quia ſicut ſtatuentes hoc facere oon poſſint; ita etiam, nec cenſeantur impedire quæ ſpiritu Dei ducuntur, Calcan. *conſ.* 13. *à u.* 3. & quia in ſimilibus diſpoſitionibus ſtatutariis, ſemper videtur excepta perſona Dei ex Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ pri-*

10 *vileg.* 130. quam repreſeotant Pauperes. † Itaque relicta Hoſpitalibus, relicta ad pias cauſas dici, dixit etiam Tiraquel. *in præfatione dict. tract.* verſ. *item relictum Hoſpitali*, Alex. *dict. con.* 509. *à n.* 1. *vol.* 2. Bald. *in auth. hoc Jus porrectum ſub num.* 11. verſ. *tamen quia legatum Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*

11 Nihilominus, in puncto quæſtionis noſtræ, alii ſub diſtinctione loquuntur; imo & affirmant valere tale ſtatutum, ſeu proclama, afficiens, bona ſubditorum inhibendo prohibitione reali quamcumque alienationem in perſonam, communitatem, collegium, aur univerſitatem non ſubditam, quia noo eſt niſi tantum contra rem ipſam legatam, quæ nequit tranſire in perſonas ſtatuto comprehenſas, & prohibitas, quæ prohibentur acquirere, non reſpectu ſui, ſed reſpectu rei ſubjectæ ita vioculat, ut concludit Abbas *in cap. quod Clericis* 9. *n.* 30. *de foro compet.* Ubi affirmat talem prohibitionem realem ligare, ſeu impedire Clericos, & Eccleſiam, oe res prohibita ad eos devenire poſſit, Rochus de Curte *in tract. de conſuetud. ſect.* 8. *n.* 87. *fol.* 105. Alderon. Maſcard. *in tract. ſtatutor. concluſ.* 1. *ſub num.* 258. verſ. *ſecundo caſu, aut ſtatutum loquitur*, Felio. *hic u.* 84. Bald. *in cap. cum veniſſent ſub n.* 6. extra de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei ſervand.

Inquiens quod in realibus actionibus, ſtatuta, 12
& conſuetudines laicorum ligaor Clericos, cum res affecta ſit de Juriſdictione, & territorio Principis ſtatueotis: & quod quando prohibitio alienationis eſt realis, quod excludantur Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ forenſes ſcripſerunt Bald. *conſ.* 174. *vol.* 5. Surdus *conſ.* 521. *n.* 3. Rebuffus, Ripa, Bolognetus, Capra, & alii, quos ſequitur Cyriacus *dicto controveſ.* 530. *à u.* 64. & *ubi u.* 69. & 70. cum alii, quia in ſimilibus ſtatutis non eſt inteotio ſtatuentium ligandi Clericos, & Eccleſias vel impediendi pias cauſas, ſed principaliter diſponendi de re ſubjecta, providendo publicæ utilitati ſui ſtatus, oe cives, & habitatores de paupauperentur. † Et quia illa eſt propriè illicita prohibitio, & contra libertatem, quæ eſt geoeralis contra omnes, non autem quæ eſt ſecundùm quid cum opera pia poſſint fieri etiam inter laicos & ex aliis. Sed tu reſolves ex addictis quæſtionibus ab hoc textu, alias inquam facilis eſſet iſte modus prohibendi contra Eccleſias & Eccleſiaſticos.

Et pro prima noſtra ſententia facit quia Do- 14
ctores agentes, & ſequentes Regiam poteſtatem in condendis ſtatutis, & legibus, quibus prohibetur alienatio immobilium in non ſubditos, abſolutè & ſimpliciter contra Clericos, & Eccleſias non admittunt, ſolùm verò dicuot ut alienatio debeat fieri cum certa ſolemnitate & forma, quæ facile ſervari Poteſt; & quod tales leges formulariæ ligent etiam Clericos, tenent Signorulus *conſ.* 21. *n.* 15. & 25. verſ. & *ſecundo caſu* Alberic. *in tract. de ſtatutis* 2. *p. q.* 2. *num.* 39. & *n.* 64. *in fine*, Baldus *in cap. quod Clerici de Judiciis n.* 2. Federicus de Senis *conſ.* 85. *n.* 3. Barbaria *in cap. quod Clerici col.* 24. verſ. *ego hanc materiam* de foro comp.

† Et faciunt quæ ego dixi *ibi q.* 3. Ubi quod or- 15
dinatoria litium facta à laicis obſervantur in Judiciis Eccleſiaſticorum ſi non præjudiceot libertati Eccleſiaſticæ & Cyriacus *controverſ.* 529. latiſſimè, & ex propoſito agens de ſtatuto prohibente alienationem ſtabilium, io forenſes, vel non ſubditos: an liget Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas: & quid ſi prohibent non ſimpliciter; ſed conditionate, ſine licentia Principis, vel ſub alia certa forma; & poſtquam pro affirmativa ſententia plures adduxerit *num.* 40. dicentes quod Clerici ligantur hujumodi ſtatutis, Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum* 7. *hoc tit. num.* 16. Jacob Butrig. *in auth. Caſſa cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *in l. aſſiduis* 11. *cod. qui potiores in pignore habeantur* Signor. *conſ.* 21. Andream Sicul. *in Rub. de rebus Eccleſiæ n.* 81. *ſub u.* 152. Tiraquel. *de retractu conſang.* §. 1. *gloſſa* 13. *u.* 5 & *in l.* 16. *connub. gloſſa* 8 *n.* 178. Urſilis ad Afflictis *deciſ.* 310. *num.* 8. Menochium *conſ.* 800. *n.* 23. Sarayna ad Matheſilanum *ſingulari* 10. verſ. *in ſimili. item videmus*, Nata *conſ.* 515. *u.* 10. Crotum *conſ.* 5. *num.* 47. † Tamen ipſe 16
a n. 41. diſtinguens inter ſimplicem prohibitionem & conditionatam in illis verbis aut enim inquiunt ſtatutum ſimpliciter prohibet alienationem in forenſem, vel non ſubjectum, & tunc non

ligat

ligat Clericos, aut in alienatione requirit certam
formam, quæ poteſt impleri ſine magna difficul-
tate; puta quod talis contractus denuncietur, vel
fiat cum interventu judicis, vel agnatorum; &
tunc ligat Clericos, quin nibil eis deperit, cum
facilè implerit, niſi cum magna difficultate, &
quæ fere eſt impoſſibilis, ut quaodo pendet à vo-
luntate ſuperioris tantùm, ut exemplificant ipſi,
ſi ſtatutum dicit quod non valet alienatio, niſi
cum licentia communitatis, vel Principis, & tunc
non ligat Clericos, quia reputatur impoſſibilis
hæc impetratio, quæ pondet a ſola voluntate
Principis, ut poteſt Salicetum *in auth. Caſſa n.* 15.
Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, diſtinxit Clarius
Cardinal. Zabarella *in repetitione cap. perpendimus
col.* 15. verſ. *his attentis venio de ſent. excommunic.
fol.* 123. *col.* 1. *in impreſſione veneta anno* 1602.
ubi in verſ. *& per hæc deciditur alia quæſtio*, ubi
loquitur quando adeſt onus licentiæ petendæ,
Decius *in textu noſtro à num* 260. *&* 264. *in im-
preſſione veneta anni* 1576. Ambroſ. Opicon. *in l.
filiusfamil.* 114. *alias* 117. §. *Divi ff. de leg.* 1. *n.* 79.
Ferdin Loaces in *allegat. pro Marchione de los
Velez. num.* 158. verſ. *item limitatur*, Rodericus
Suares *in l.* 13. *tit de las deudas num* 2. *&* 3. Surd.
conſ. 2. *num.* 41. *&* 42. Zanchus *de privileg. Eccleſ.
cap.* 11. *num.* 15. *in fine*. Bardellonus *conſ.* 70. *n.* 20.
& 21. *tom.* 1. Calixtus Ramitez *de lege Regia* §.
17 27 *in num.* 10. *in fine*. † Ergo ſi iſti tantum in tali
caſu, in quod de formula aliqua facili ſtatutum de
non alienandu io forenſes, & non ſubjectos obli-
gat Clericos, ſecus ſi ſimpliciter, ſequitur dicen-
dum contra Cyriacum, & alios in puncto quæ-
ſtionis noſtræ nuoquam tale ſtatutum Clericos
obligare, & Eccleſias, ut ſecundùm nos videtur
amplecti noviſſimè D. Antonius de Caſtro fiſcus
Regius pro Rege noſtro Philippo in commiſſio-
ne millionum in menſe Julii anni de 1656. occa-
ſione tributi, de quo loquutus ſui *ſupr. à q.* 13. *n.* 1.
& nihilominus in hoc puncto non eſt auſus; etſi
loquatur obiter admittere, ſive approbare con-
trariam ſententiam, quæ facere videtur admodum
ad comprobandam ejus allegationem *ibi num.* 99.
applicans ad caſum, de quo dico in quæſtione ſe-
18 quenti. † Cyricus nddit *à num.* 43. *ad* 47. inter
ſtatuta, quæ ligaot res; & quod hæc obligant
Clericos; ſecus ſi ligent. perſonas, item & inter
ſtatuta reſpicientia Clericos territorii, & iſtos
non ligari, ſecus Clericos ſurenſes ex Baldo, Re-
buffo, & aliis; ſed idem Cyriacus hoc non admit-
tit ex Bart. *in dicto* §. *Divi* loquente expreſſè de
Clericis forenſibus; eo quod talia ſtatuta reſtrin-
gunt libertatem Eccleſiaſticam; quæ ratio vere
etiam ad forenſes applicatur.

Ad ſextam quæſtionis partem an Principes
19 poſſint ſtatuere irritando aliqua juramenta apponi
ſolita in contractibus; ſed quia difficultas hæc po-
teſt ampliari ex his. quæ dixi latè *in cap. novit. de
judiciis q.* 9. *à num.* 1. ubi egi de illa *an laici Prin-
cipes, aut judices poſſint de juramentis cognoſcere*;
& ibi *quæſt.* 13. *à n.* 1. *& alibi*; ideo nunc breviter
dico quod etſi videatur affirmandum, uti cavetur
Luſitano Jure novæ recopil. *lib.* 14. *tit.* 73. Ubi
irritantur omnia juramenta, quæ in contractibus,
& promiſſionibus apponuntur: tamen abſolutè
negandum eſſe, quia lex lata à Principe ſæculari,
nihil poteſt circa Juramentum, cum ſit negotium
merè ſpirituale, ut ſuper matrimonio, decimis, &
ſimilibus dixi *cap. tuam de ordine cognit.* ſic docent
Coralus de Gras. *de effectib. Clericor. affectu* 2.
n. 81. Duard. *in Bulla cœna n.* 2. *Can.* 14. 19. *n.* 56.
Martha *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 72. *n.* 18. Ubi
contrariam ſententiam falſam vocat, ipſum leges,
quia multos citat.

Nec debet ſuſtineri Fagundez, qui conatur de- 20
fendere prædictam legem Luſitaniæ *tract.* 1. *lib.* 2.
cap. 17. putans Reges Luſitanos conſtituiſſe illam
legem ex privilegio ſummi Pontificis, quod licet
modo non extet, ſufficiat extare illius famam tem-
pore immemoriabili per effectum, & uſum pri-
vilegii probatam: tamen non eſt cur admittatur
hæc expoſitio ex his, quæ dixi *quæſt.* 15. verſ. *ad
ultimam*, ubi egi de illo dubio, an conſuetudo
immemoriabilis probet extitiſſe privilegium fa-
ciendi aliquid contra immunitatem Eccleſiaſticam.
† Docet Diana *p.* 1. *tract.* 2. *res.* 73. reſolvens, ut
quoties ſtatutum facit mentionem de Juramento, 21
etiamſi hoc efficeret propter bonum finem, &
bonum commune, ſit contra libertatem Eccleſiæ.
Qui etiam *res.* 94. *&* 95. agit de duabus illis quæ-
ſtionibus, an Princeps ſæcularis poſſit relaxare
obligationem Juramenti præſtiti. Et an Judex
ſæcularis poſſit cogere laicos ad condonandam
obligationem Juramenti, aut injuria extorti cum
multis pro utraque parte; ſed quia de illis dixi
ſub. cap. 1. *& tit. de Jure Jur.* recurreres ad *ibi* dicta.

Quare ſi ſtatutum præciperet, ne minores, & 22
mulieres poſſint contrahere, non ſervata certa ſo-
lemnitate, & contractus aliter factus ſit nullus
præſumptus, & ſimulatus, atque præſumendum
minores dolo inductos ad contrahendum, etiam
ſi Juraverint, dico non valere; eo quod diſponit
de Juramento per indirectum; imo & directo,
cum faciat expreſſam mentionem de Juramento:
ita Diana *dicta p.* 1. *tract.* 2. *res.* 73 *in fine*, & Mar-
tha *dicta* 4. *p. caſu* 72. *cent.* 1. qui poſtquam latè
agens *à n.* 1. quod ſtatuta laicorum non poſſunt
irritare contractus Juratos, nec ſupra Juramentis,
etiam per indirectum diſponere, multa videnda
congerens *à num.* 23. ait quod ſtatuere, ne Jura-
menta producantur in eſſe, eſt ſtatuere ſuper ſpi-
ritualibus. Et quod ſtatutum laicorum quomodo-
libet mentionem faciat de Juramento, non valet;
& *num.* 25. quod ſtatutum diſponens principali-
ter de contractu, & in conſequentiam de Jura-
mento, non valet: & *num.* 28. quod Juramentum
appoſitum ſuper contractu à lege probibito, non
obligat: *& n.* 31. *&* 32. *fin.* Ut ſtatutum de com-
promiſſis non habet locum ſuper contractibus
Juratis, & quod ſalus conductus conceſſus per
Principem, non extenditur ad contractus Juratos
de uberiori intellectu hujus quæſt. videbis quæ
immemor dixi *infra quæſtio* 42. verſ. *ad tertiam*,
ubi dicta in toto hoc verſ. *ad ſextam* ſub qua-
dam bona diſtinctione præcaventur, & pro in-
tellectu adjunges quæ ex pluribus dicit Thom.
del. Bene *de parlam. dubit.* 4. *ſect.* 27. *&* 28. *ſub co-
rollario* 4.

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an poſſit 23
Princeps condere ſtatutum, abrogans aliud ſtatu-
tum ſuum, quod Clericorum privilegium conti-
nebat; & lectis quæ dixi *infra in cap.* 2. *de judiciis
quæſt.* 15. *à num.* 1. ubi egi de eo *an ſi Reges, & Im-
peratores exemptionem conceſſiſſent Clericis, poſſint
eam revocare* jam breviter dico in puncto noſtro,
cum Felino *hic*, ut non poſſit illud Princeps revo-
care, quia privilegium conceſſum poſtquam ra-
tum habetur, tranſit in Jus, reſpectu illius, in quem
collatum eſt ita *num.* 124. deinde quia privilegium
conceſſum non ſubdito, revocari non poteſt ex
docti-

dorina textus *in cap. novit. de judic.* Abbas *in cap. inter alia num.* 19. *de immunitate Eccleſiarum*, & alii; ſed Clerici non ſunt ſubditi ſæcularibus, ergo privilegium illis conceſſum amplius auferri non poterit; ſic ut aliter facientes excommunicet Bulla in cœna Domini ibi *quarumcumque Eccleſiarum Juribus quomodolibet præjudicetur*: & hanc docent ſententiam Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *inſtit. moral.* lib. 5. *cap.* 13. *quæſt.* 5. Coriolanus *in Bulla cœna excommunic.* 5. *fol.* 9. 35. Peſantius *tract. de immunit. Eccleſ. diſp.* 9. Martha videndus *de Juriſdict.* 4. *p. centuria* 1. *caſu* 62. *num.* 6. Alterius *tomo* 1. *diſput*, 36. *lib.* 5, *c.* 6. *fol.* 703. *col.* 2. copioſè Carolus de Graſſis *de effectibus Clericorum effectu* 2. *n.* 14. & 23. Diana *p.* 1. *tract* 2. *reſ.* 60.

24 Et confirmatur quia & ſi privilegia Principum æquiparentur diſpoſitionibus ultimarum voluntatum, *cap. quia cunctis de conceſ. prœbenda*, *cap. ſi pluribus de præb. lib.* 6. Gigas *in tract. de penſ. q.* 27. *num.* 5. tamen ſine cauſa revocari non poſſunt, Bald. *in l.* 1. *in* §. *notab. cod. de leg.* inferens ad conceſſionem Caſtri factam alicui benemerito, quod ſit ei defendenda, nec auferenda; & quod impetratio facta in cootrarium, ſit nulla ipſo Jure per gloſſam *in l. ſi qua loca Cod. de fundibus, & ſaltibus rei dominica lib.* 11. quem ſequitur Curtius Junior *in l. hæres abſens. in princ. num.* 19. *ff. de judiciis poſt Caſtrens. in dicta l.* 1. qui dicit Bald. ſæpe facere meotiooem de hac concluſione, quia ſibi contigit in facto proprio, Afflictis *in cap.* 2. §. *ſimiliter* 64. *de capitan. qui cur, vend.* & ibi Andreas *num.* 24. *in fine*, qui reprobat advocatos fiſcales contrarium
25 ſentientes. † imo & idem Baldus *conſ.* 226. *Rex Romanorum n.* 6. verſ. *ſed ego non credo volumine* 1. tenet quod privilegia non poſſunt per Principem, nec per ejus ſucceſſorem ſine cauſa revocari, quia quidquid Princeps agit ſine ratione, non valet ex gloſſa *fin. in cap. penult.* 22. *diſt.* Ubi habetur, ut nemo poſſit amittere privilegium ſuum ſine cauſa; ſed nullam cauſam potuit Eccleſia dare, propter quam ſit privanda à privilegio ibi per laicum Priocipem collato; ergo, præcipuè ſi conſideres textum *in auth. de referend. in princ.* Ubi proprium Principis eſt conceſſa per eum non auferre.

26 Et confirmatur tum ex his, quæ latè dixi *in dicto cap.* 2. *de judiciis dicta quæſt.* 15. *à n.* 1. cum aliis, tum in allegatione, quam feci pro miniſtris inquiſitionis Valliſoletanæ anno præterito 1648. in cauſa contra D. Hieronimum de Tordeſillas, dictæ civitatis, Prætorem poſita *in fine tract. de judiciis, & foro comp. num.* 24. & 25. cum aliis, ubi probant ut privilegium ſemel conceſſum à Principe ob cauſam, tranſeat in cootractum, & in caſibus, de quibus loquimur eſt certiſſimum: nam cum Reges ab Eccleſia tot, tantaque beneficia acceperiot, ſequitur, ut privilegia ab ipſis in Eccleſias collata, non dependant tantum à voluntatibus Principum in fieri, nec in duratione; ſeu conſervatione, ſed pendeant à pontificibus ſaltim indirectè habentibus poteſtatem in Principibus juxta quæ dixi latiſſimè *in cap. novit.* 13. *de judic.* Ubi Innocentius ſingulariter voluit, ut privilegium conceſſum non ſubdito nequeat revocari, ut dixeront etiam Bartol. *in l. qui ſeparatis Cod. unde liberi, & in l. ſi cum mihi ff. dolo*, Cardin. *in cap. perpendimus de ſententia excommunic.* Archidiacum. *in cap. quicumque* 13. *q.* 3. Caſtrenſis *conſ.* 317. verſ. *conſtat autem volum.* 1. Vbi loquitur in privilegio immunitatis, idem *in l. digna vox. Cod. de legibus*, verſ. *nota pro rebus Eccleſia*, Decius *in conſ.* 286. Jaſon *conſ.* 56. *n.* 2. *volum.* 1.

27 Etenim Lucas de Penas *in l. fin num* 64. *Cod. de locatiòn. prædior. civil. lib.* 11. dixit quod privilegium conceſſum Eccleſiæ non poſſit revocari; eo quod Princeps debet imitari Deum, qui nunquam revocat beneficia collata in aliquem, ſed magis cumulat liberalitatis faſciculum *cap. quantalibet in fine* 33. *q.* 3. & Felinus *in cap. ad Apoſtolicam de ſimonia*, dicit eſſe ibi caſum de hoc, & Jaſon *in l. non amplius n.* 14. *ff. de leg.* 1. dicit quod iſta opinio in conſulendo, & judicando eſt retinenda.
28 † Et ſic evenit ut laici nequeant revocare per ſtatutum eleemoſynam ſingulis annis faciendam Eccleſiæ per alterum prius ſtatutum diſpoſitam, ut firmaot Bartolus *in l. privilegia in fine cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Geminianus *in cap. quæ in Eccleſiarum hoc tit. col.* 7. *verſ. venio ad tertium.* Felinus *hic num* 97. & *in dicto cap. ad Apoſtolicam de ſimonia num.* 2. Decius *hic n.* 232. & 238. Tyraquellus pro utraque parte plures referens *de privileg. piæ cauſæ privilegio* 159.

29 Unde etſi pro contraria ſententia negative pugnent Souſa *in Bulla cœna cap.* 16. *diſp.* 81. *concluſ.* 5. *num.* 6. Duardus *ibi lib.* 2. *can.* 15. *q.* 27. *n.* 16. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 17. *dubio* 21. *n.* 4. & alii; eo quod exiſtiment ut privilegia particularia hujus, vel illius Eccleſiæ, Religionis, vel perſonæ directè non pertineant ad immunitatem Eccleſiaſticam, & poſſint revocari ex ea ratione quia lex ad libitum ſtatuentis, præſertim quando ſponte facta eſt, & adeſt juſta cauſa revocationis illius, poſſit fieri ſine injuria tertii, cum adeſt cauſa ſic ut nullus conqueri poſſit, eo quod per revocationem illius quod prius conceſſum fuerat, redueatur ad Jus, quod prius competebat ex gloſſa *in l. ſi unus* §. *pactis ne pereat verbo in ſpecie ff. de pactis.* Quia ſatis fit ex adductis, imo & prædicti Doctores fatentur quod ſi tale privilegium fuerit confirmatum per Summum Pontificem, nequit à Principe concedente revocari.

30 Nec obſtat Boſius de Principe *num.* 176. Ubi dicit communem opinionem eſſe privilegium conceſſum à Principe Eccleſiæ, poſſe per illum revocari, etiam ex intervallo poſt acquiſitionem, & patet ex *textu in l. quis curialis cod. de Epiſcopis*, & Clericis, ubi Imperator revocavit privilegium conceſſum ab ipſo. Quia reſpondeo ad dictum Boſii, quod nullus excitatis per illum loquitur de privilegii revocatione, ſed tantum in revocatione ſtatuti. Etenim Martha expendi *dicta p.* 4. *de Juriſdict. caſu* 52. *n. fin.* Ut in eo caſu intret illa reſolutio, quando privilegium conceſſum eſt per ſtatutum, non per modum legis, quia tunc cenſetur approbatum per Papam ſi revocatur per ſtatutum ſubſequens, ſpecialiter mentionem faciens de Clericis, & non valeat, tum ex defectu poteſtatis ſtatuentium, tum etiam quia dicitur inductum in diminutionem Jurium Eccleſiæ acquiſitorum: & ſic contra ejus libertatem: ita ille, ſed ego melius exiſtimo reſponderi ex fundamentis actis pro noſtra ſenteotia.
31 † Et ita dicendum cum Felino *hic dicto num* 97. *in fine*, ut non obſtet *dict. lex ſi quis Curialis*, quia ibi Imperator revocavit de facto, & Marta *ſupra n.* 16. ex doctrina Decii hic addit leges codicis, in quantum ſunt præjudiciales Eccleſiis, non cenſeri approbata à Summo Pontifice & tanquam factas à non habente poteſtatem, non valere, neceſſe allegandas in deciſionibus cauſarum.

Ex

32 Ex his pro complemento exiſtimo dicendum cum Diana *dicta p.1 .tract.2. res.60. in fine*, quod ſi erat ſtatutum aotiquum laicorum, ut ſingulis annis certo die cujusdam menſis cuidam Collegio Clericorum, vel monaſterio regularium erogarentnr certæ eleemoſyoæ; ſed deinde efficerent aliud ſtatutum, ne in poſterum ea eleemoſyna præbeatur, tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, juxta primam ſententiam.

33 Et cum Genuenſe etiam addo in practica Eccleſiæ triennario 17.*quæſtio* 480. *num.* 8. contra aliquos probante ſtatutum eſſe contra libertateio Eccleſiæ, quando eſt contra libertatem unius Eccleſiæ tantùm.

34 Ad octavam quæſtionis partem an per aliquod privilegium ſit io aliquibus Regnis derogatum libertati Ecclſiaſticæ; ut abundè reſpondeas adjunges hic quæ adduxi *infra in cap.*1. *de judiciis quæſt.*19. cum aliis, ubi de quæſtione trahendi cauſas ad Regias audientias per viam violentiæ; & in aliis quæſtionibus illius textus, ſeu tituli, & *ſub tit. de foro comp.* Ubi ſcripſi de pluribus caſibus, in quibus ſolent laici judices cognoſcere inter Clericos. Sed quia ad utramqno partem agit Diana *p.2. tract.2.res.6.* cum infinitis, quos refert, quosdam aſſerentes per Bullam cœnæ Domini eſſe ſublata illa privilegia, cum quotidianis publicetur, alios oon eſſe ſublata affirmantes; ideo ut excuſem longam repoſitionem recurres ad ea, quæ adduxi *in dicto cap.2.de judiciis q.*24. quatenus egi de illa qnæſtiooe an *aliquis Princeps habeat privilegium à Pontifice cognoſcendi per viam violentiæ: vel an excuſetur Judex prætextu quod non ſit Bulla cœnæ recepta in ſua provincia, vel conſuetudinem inducens, vel ea introducta incidat in Bullam: vel an Reges in aliquo caſu ſine judicio exemptorum.*

35 Dubinm ergo poteſt eſſe, quod tantùm tetigi *in dicta q.* 24. *cap.2.de judic.* an per Bullam cœnæ ſit revocatum dictum privilegium: vel an Pontifex qneat revocare privilegium ſemel conceſſum Principibus laicis cognoſcendi inter Eccleſiaſticos. In quo dubio lectis etiam quæ adduxi *in dict. quæſt.* 15. *de judiciis in fine*, Ubi affirmavi privilegia illa poſſe revocari à Papa. Sed quia ſunt nonoulli, qui audent dicere Reges habere aliqua privilegia immemorabilia; ita ut ceſſerint io Jura Regia, & non poſſint amplius à Pontifice revocari; nt notat Zipeus *in analica Juris canon. lib.*2. *de foro compet. n.*41. Sed Souſa abſolutè *in Bulla cœnæ cap.*26. *diſp.*102. *n.*2. non eſſe dubitandum, ut etiam remuneratoria privilegia revocare Pontifex poſſit. Ego verò exiſtimo ut dixi *ſub dict q.*15. *num.*10. *dict.cap.*2. *de judiciis* ex cauſa hæc remuneratoria poſſe revocari, aliter verò non, qnia deficiente cauſa, nec hæc nec illa, quæ tranſierunt in contractum poſſunt revocari, juxta illa, quæ longè ſcripſi *in cap.*1. *de probationibus*, ut loquuntur Henriquez *lib.* 10. *ſumma*
36 *c.*15.*n.*5. *in gloſſa littera.* G.† Malderus *in* 2.2. *tract.*5.*cap.*6.*dubio* 7. *in fine*, Ubi aſſerit Pontificem Jura quædam ſpiritualia, quæ Rex quiſpiam ex contractu remuneratorio, aut immemoriabili habet revocare non debere.

37 Tota vero difficultas eſt an hæc privilegia Principibus conceſſa, veluti Regi Franciæ, qui obtinet in Regno ſuo ex privilegio Apoſtolico conferre Canonicatus, & beneficia, ut notavit Carolus de Graſſis *in regalibus Franciæ lib.*2. *Jur.*1. *folio* 229. & *Jur.*2.*fol.*437. Et Reipublicæ venetorum, quæ ut dicunt Decianus *tom.*1. *lib.* 4. *cap.*9. *n.*66. cum Gigante Zanardus *in direct. confeſſor. tom.* 3. *cap.*50. ex privilegio Pontificio habet procedere in aliquibus caſibus contra Clericos. In quo dubio exiſtimavit Filiucius *tom.*1. *tract.*16. *cap.*10. *num.*158. Ut ſi revera aliquod privilegium conceſſum ſit à Romano Pontifice alicui Principi laico, Bullam cœnæ illud non revocare; & idem putat Malderus *in p.*2.*q.*9.*art.*2. *fol.*407. *col.*1. per verba ſequentia privilegium datum Regibus; nus Judicibus cognoſcendi cauſas Clericorum, niſi revocatum fuerit, excuſat cootra immunitatom facientes judices, † an autem omnia quot annis revo- 38
centur per Bullam cœnæ aliqui dubitant, verius videtur non irritari, quia generalia verba, quæ rigidiom erant de hac re in Bulla Gregor. XIII. à poſterioribus Pontificibus temperata ſunt, judicium interim ſit penes Sanctam ſedem.

Et ſic Facundez *de præceptis Eccleſiæ tract.* 1. 39
*lib.*3. *cap.*7. *num.*17. defendit quandam conſuetudinem urgentem in Luſitania ex vi cujuſdam privilegii à Summo Pontifice obſtanti; imo alii dicunt legem poſteriorem univerſalem, & generalem, non derogare privilegio anteriori ſpeciali. Ob idque ita Regem Hiſpaniarum, & Regem Galliarum habere aliqua privilegia teſtantnr Bannex *in* 2.2. *q.*67. *dubio* 2. *concluſ.*2 Carolus de Graſſis, *ubi ſupra*, quod præſumi poſſe dicunt in Catholicis Regibus, & piis † Et Pater Suarez 40
contra Regem Angliæ *lib.*4. *cap.*34. *num.*29 ex Cardinali Bellarmino, oou oodet damnare uſum talium privilegiorum; ſed hoc Apoſtolicæ ſed remitit, quod antea fecerat Navarrus *in manuali cap.*27. *num.*11. Ut notat Vaſquez *in p.*2.*diſp.*167. *cap.*4.*n.*32. Salaz *de legibus diſp.*14. *ſect.*9. *n.*108. Becanus *in ſumma theologia* 2. *tract.*3.*cap.*6. *q.* 11. *num.* 2. & Diana *dicta res.* 6. *in fine*, ubi commendat videndum Salgad. *de protectione Regia p.*3. *tom.*2. *cap.*10, *num.*96. & 97. aſſerens ut contrariam ſententiam tueantur etiam doctiſſimi viri.

Ego inquam in præfatis privilegiis ita antiqua- 41
tis, & corroboratis, & ex propoſito, maturoque judicio à Summis Pontificibus Regibus ob benemerita conceſſis multum exiſtimo ſtandum relatæ ſententiæ niſi revucarentur expreſſa ex doctrina jam relata; licet videam pleroſque dicere abſolutè, ut ſint revocata per ipſam Bullam cœnæ quotannis publicam, ut ſunt Duardus *in Bulla cœnæ lib.*3. §.5 *quæſt.*1.*n.*2. & Philippus Maynardus *de privilegiis Eccleſiæ p,*2. *art.*18. *num.*10. ubi ita ait prædicta privilegia fuerunt poſtea à Summis Pontificibus revocata: & inter cæteras revocationes illa eſt, quæ legitur in Bulla cœnæ Domini ibi *excommunicamus* Ugolinus *in reſponſ. ad Jura conſ. Gymnaſii Patavini cap.*7. *fol.*9. ſic aſſerens per Bullam cœnæ Domini, quæ ſingulis annis in dio Jovis Sancti præſentibus Principum Chriſtianorum ounciis publicatur illa clauſula *non obſtantibus*, derogat omnibus privilegiis contra libertatem, ut docuerunt etiam Martha *de Juriſdict. p.*4. *cent.*1. *caſu* 17. *num.*12. Barboſa *hic num.*25. Patres Theologi Religionis Servorum *in defenſ. cenſura Pauli V.cap.*8. *num.*19. *in fine*, & Joannes Beltrao de Guebara *in propugnaculo Eccleſiæ libert.*§.7. *num.*43. *aſſert.*1. Sayrus *de cenſuris lib.* 3. *cap.*5. Ubi dixi ſine cauſa Navarruu dubitaſſe, & reſpondet ad argumenta illius, cujus verba refert Diana *dicta res.*6. *p.*1. *tract.*2. in verſ. *verum.*

Et licet clauſula *non obſtantibus privilegiis* 42
excludat

excludat omnia privilegia, non clauſa in corpore
Juris ex gloſſa 1. per textum *ibi in l.3. cod. de ſilentiariis lib.* 12. quam recipiunt doctores per
gloſſam *ibi* verbo *excuſatur*, & *in l.hæres abſens*
ff. de judiciis, Barboſa *de clauſulis*, *clauſula* 83.
num. 1. cum infinitis; & *num.fin.* Ubi quod clauſula *non obſtantibus quibuſcumque in contrarium*
facientibus, poſita ab eo, qui derogare poteſt operetur effectum omnimodæ derogationis omnium
legum, & ſtatutorum, privilegiorum, etiam ſi
privilegia, non nominarentur, Gamba Curta *de*
*officio legati lib.*8 *tit. de poteſtate legati in legibus*
43 *& ſtatutis condit.num.*28. † Sed illa clauſula certum eſt, ut non auferat Principis privilegia, quæ
transierunt in vim contractus, aut titulo oneroſo,
44 ut cum multis probat ipſe *n.*8. *&* 9. † Qui etiam
in clauſula 87. contra multos, quos refert *num.*3. *à*
*num.*4. ex locis Trid. *ſeſſ.*17. *de reformat.cap.*16.
*& ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*20. *& ſeſſ.*25. *de reformat.cap.*6. *à num.*4. defendit cum multis ut per
clauſulam *non obſtante quacumque conſuetudine*,
numquam cenſeatur ſublata conſuetudo immemorialis, etiam cum dictione univerſali, niſi expreſſa mentio de ea in lege, & in conſtitutione
habeatur, niſi in ea militet eadem ratio. Ergo in
puncto noſtro ita videtur concludendum, cum in
Bulla cœnæ talia privilegia, quæ conſtent à Pontificibus conceſſa, non revocentur expreſſè, aliud
inquam eſſet ſi tantum illa privilegia præſumerentur. Et juxta notata hic eſt intelligendus Thomas del-Bene quem vidi poſt hæc *de immunit.p.*1.
*c.*7. *dubit.*5. ubi agit de eadem quæſt. cum Petantio, Filiucio, Sayro, Souſa, Duardo & aliis.
45 Ad ultimam quæſtionis partem, an per aliquod
privilegium ſit in aliquibus Regnis derogatum
libertati Eccleſiaſticæ, reſpondebis ex adductis in
verſ. *ad ſextam* ibi a verſ. *dubium ergo poteſt eſſe.*

QUÆSTIO XXI.

An Principes laici quoad ſuos ſubditos, poſſint inducere impedimenta dirimẽtia matrimonium. An ſtatutum diſponens mulierem extra territorium nubentem cum ſua familia, privandam eſſe hæreditate, & ſi ei ſit quæſita, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam. An lex, ſive ſtatutum, quod aliquis adiens hæreditatem, non facto inventario, teneatur ultra vires hæreditarias, comprehendat Clericos. An valeat ſtatutum in quo cavetur ne filia, vel filius poſſint contrahere, ſine conſenſu patris, & quod aliàs cadat ab hæreditate. An Princeps ſæcularis poſſit ferre aliquam legem adverſùs filios, contra juſtam parentum voluntatem nubentes. An Princeps laicus poſſit facere leges circa matrimonium. Et an poſſit legitimare filium Clerici, ſi ipſe filius & Clericus

SUMMARIUM.

1 *Matrimonii impedimenta ſolum poteſt Eccleſia ſtatuere, poſtquam matrimonii contractus fuit elevatus ad ſacramentum; itaque practicatum ex uſu Eccleſiæ perpetuo, & de Jure, ut* n.2. & 3. *non laicus Princeps* n 4. 5.

2 *Matrimonii cauſa eſt omnino Eccleſiaſtica tractanda coram judice Eccleſiæ, non ſic cauſa dotis, ut* n.3. *ſolvitur objectio* n.10. 11. 12.

3 *Matrimonii ratio apud Chriſtianos inſeparabilis eſt à ratione Sacramenti, quoad judicia, &* à n.5.

4 *Principes laici, etſi impedimenta matrimonii poſſent ſtabilire ex natura ſua, ſed hujus poteſtatis uſus eſt interdictus ab Eccleſia.*

5 *Matrimonii contractus, licet ex ſe ſubjectus ſit Principi laico; ſed quia Chriſtus elevabit ad rationem Sacramenti, & res Sacra; & ſic ab eo tempore non ſubjecta Principi laico, etiam fideli; licet videatur contra.* n. 12.

6 *Homo ante ordinationem eſt materia ſubjecta Juriſdictioni ſæculari, ſed poſt ordinationem extrahitur à poteſtate ſæculari.*

7 *Chriſtus etſi noluiſſet ferre judicium inter fratres, de hæreditate tamen interrogatus de cauſa divortii, & repudii, non remiſit quæſtionem ad judices Politicos; imo legem novam condidit, & repudium abrogavit.*

8 *Impedimenta matrimonii, etſi ſimpliciter loquendo, poſſent a Principibus laicis præſcribi Chriſtianis ſibi ſubjectis: prout opus fuiſſet ratione contractus, ſed ea non poſſent facere irrita matrimonia poſt Eccleſiæ prohibitionem, niſi ad eundem finem recepta fuiſſent ab Eccleſia ſimili lege. Vide* n.12. 13.14 15.16.17. *& aliis, ubi qualiter contingat.*

9 *Matrimonium inter fideles Chriſtianos, eſt formaliter aliquid Eccleſiaſticum, nec ſit verum, quin ſit Sacramentum.*

12 *Matrimoniales cauſæ ad ſolos Epiſcopos pertinent tractandæ non ad inferiores Prælatos.*

14 *Infamas lege civili non efficiuntur tranſeuntes ad ſecundas nuptias.*

16 *Lex ulla civilis de impedimentis, matrimonii lata, robur non habet, niſi per Eccleſiaſticam etiam legem, idem ſtatuatur.*

17 *Lex qualibet Principis laici lata circa eſſentiam matrimonii, eſt nulla, & ſi non reprobatur ab Eccleſia.* & n.27.

18 *Leges Honorii, Theodoſii Junioris, Valeriani, Gallieni, & aliorum Imperatorum declarantes nuptias nullas celebratas adverſus formam in eis præſcriptam, non ſervantur in Eccleſia niſi aprobentur ab Eccleſia.*

19 *Cognatio, & affinitas legalis impedit, & dirimit matrimonium; non quia ſic eſt de Jure Civili; ſed quia probatum ab Eccleſia.*

20 *Romanus Pontifex ſolus eſt qui poteſt ſtatuere circa matrimonia contrahenda, vel prohibenda. Vide* à n.1.

21 *Matrimonium inter pupillam, & tutorem validum eſt Jure Eccleſiæ, etiam ſi lex Civilis eum prohibeat.*

22 *Matrimonium contractum à filia ſenatoris cum liberto, vetitum eſt Jure Civili, ſed canonico licet.*

23 *Statutum laicorum impedimenta matrimonii introducens*

introducens ex juſta cauſa, quando ſuſtineri valeat, & qualiter n.27.

24 *Matrimonium contrahi cum alienigenis nequit prohiberi ſtatuto Principis laici.*

25 *Impedimenta matrimonii per Jus Cæſareum, aut plura, aut pauciora, olim fuerunt, ſed revocata jam Jure Pontificio.*

28 *Principes ethnici num ſtatuendo impedimenta matrimonialia ſui ſubditi CHRISTIANI obligentur. Sub lite eſt* n. 29. & 30. *Ubi quod non. Et quid Principes CHRISTIANI reſpectu ſubditorum infidelium* n. 33. & 34.

31 *Hebræorum Reſpublica, quæ nec libera eſt hodie, nec Principem habeat, nequit impedimenta matrimonii ſtatuere. Et quæ continebantur in legere Moyſi expirarunt.*

32 *Judæi ſi ante CHRISTI paſſionem, cum habebant Rempublicam, impedimentum aliquod ſtatuiſſent, hodie perſeveraret.*

35 *Statutum diſponens mulierem extra territorium nubentem, cum ſua familia privandam eſſe hæreditate, etſi ei ſit quæſita, verius eſt ut ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, cum libera debeant eſſe matrimonia. Contra aliquos, ut* n. 36.

37 *Conditio poſita per teſtatorem hæredibus, ne cum alicujus ſectæ hominibus, matrimonium contrahant, num ſuſtineatur?* remiſſivè.

38 *Statutum, ſive lex, quod aliquis addens hæreditatem, non facto inventario, teneatur ultra vires hæreditarias, Clericos non comprehendit de æquitate, aliter de Jure, nec Eccleſiam, Monaſterium, aut fiſcum, ut* n. 42. 43. 44. 45. 46. *& ſi contrarium videatur* dicto n. 38 39. 40. & 41. *Sed nec laicus in foro conſcientiæ tenetur.* n. 46.

46 *Clerici non conficientes inventarium, non tenentur in ſolidum omnibus creditoribus hæreditariis.*

47 *Inventarium non faciens hæres, quia præſumitur fur, tenetur de Jure ultra vires hæreditarias. &* n. 38.

48 *Statutum, ut filius, nec filia, non poſſint contrahere matrimonium ſine Patris conſenſu; & quod alias cadant ab hæreditate, nullum eſt abſolutè, contra Rebardeum, ut* num. 49. 50. 51. 52. ad 60. *Ubi multis fundamentis patet, &* n. 56. 57. & 59.

51 *Henricus II. & Henricus III. Franciæ Reges leges condiderunt annullantes matrimonia ſine conſenſu Parentum, quibus reſpondet Baunius, & explicantur, ut* n. 52. 53. & 54. *ſed aliter teſtatur nunquam in Gallia prohibitum, ut* num. 57.

52 *Matrimonium contrahentes filii laudabile, & honeſtum eſt, ſi parentum conſenſum requirant* n. 53. & 54.

54 Cap. non minus, cap. honorantur, cap. fin. 32. q. 2. cap. noſtrates, cap. aliter 30. q. 1. cap. 1. de ſponſ. impuberum.

55 *Matrimonia cogentes contrahi ſine plena libertate Concil. Trid. excommunicat. damnanturque Doctores adducti* num. 59. *dicentes matrimonium, non obſtante Tridentino contrahendum eſſe, ut validum ſit cum Parentum conſenſu, &* numero 60. fallit ut numero 71.

62 *Statutum prohibens ne filius matrimonium contrahat ſine Patris conſenſu ſub pœna cadendi ab hæreditate, non valet, & eſſe correctas leges Hiſpaniæ & Galliæ ſuper hoc, nec obſtat Rebardeus cum aliis, ut* n. 62. 63.

63 *Pœnæ poſitæ contra filios contrahentes matrimonia ſine Patris conſenſu nullæ ſunt.*

64 *Statutum puniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius civitatis, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, nec validum.*

65 *Pater nequit exhæredare filiam in foro conſcientiæ; etſi ſtantibus legibus prohibentibus, nupſerit contra ejus voluntatem, qui non eſt abſolvendus à confeſſario in articulo mortis, niſi revocet prius teſtamentum, ubi eam exhæredavit.*

66 Statuta *invalida quoad contractum matrimonii, nec tenent etiam quoad pœnam.*

67 *Principes laici nequeunt ferre legem contra filios adversùs voluntatem Parentum nubentes, nec eos exhæredare; & ſi indigne nubant quod verum eſt contra aliquos contrarium tenentes* n. 58.

68 *Cathaloniæ eſt lex quædam, ut filii non nubant ſine Patris conſenſu, quæ ut ſuſtineatur, expenditur.*

71 *Pater injuſte impediens matrimonium contrahendum à filio, non incurrit excommunicationem Trid. de qua* n. 55.

72 *Princeps laicus leges ferre nequit circa matrimonii eſſentiam; & ſi videatur, ut quatenus contractus aliud poſſet dici* n. 73.

73 *Princeps nequit ſtatuere circa acceſſoria matrimonii ex defectu poteſtatis, ſi eo acceſſorio impeditur principale, ſed circa alia accidentalia poterit, ut v. g. ferre leges circa dotem, & lucrum dotis, & donationem inter virum, & uxorem, & ſponſalitiam largitatem.* & q. 22. n. 7.

74 *Legitimare filium Clerici, num poſſet Princeps laicus? ſub lite eſt, ſed in praxi etiam, ſi filius Clericus ſit legitimatus à Rege in noſtra Hiſpania quoad bona, inutiuſque eſſe, ſi etiam à Papa legitimetur, ut* n. 75. & 76.

AD primam quæſtionis partem præter Doctores 28. quos citat Sanchez *lib. 7. de matrimon. diſput.* 3. inter quos D. Thomam; Baſilius Pontius *de matrimon. lib. 6. cap. 1. & cap. 2.* Vaſquez *pag. 3. tom. 4. diſputation.* 163. *cap. 1. num.* 2. Valentia *tom. 4. diſputat.* 20. *q. 5. punct.* 1. Hurtad. *de Sacrament. diſput.* 12. *diff.* 12. Egidius Coninch. *de Sacram. diſp. 3. dub. 1. num.* 6 Filiucius *tom. 1. tract* 10. *c. 1. num.* 4. Tannerus *tom* 4. *diſp. 38. q. 4. dub. 1. n. 16. &* 17. Ochogavii *de Sacramento matrimonii q.* 31. *num.* 50. Salas *de legibus diſp. 9. ſect. 5. n.* 50. Chameiota *de Sacrament. tr.* 17. *cap. 5. dub.* 1. Keliſonius *in 3. tom. 2. q. 50. art. unico dubio unico*, Turrianus *in ſumma p. 2. cap.* 109. *dub. 5. concluſ.* 1. Fragoſus *de regimine Reipublicæ tom. 1. p. 1. lib. 2. diſp. 4. n.* 299. Julius Chartarius *deciſ. 36. num.* 12. Silvius *in 3. p. quæſt. 50. art. unico concluſ.* 6. Ludovicus de San-Joan *de Sacrament. matrimon. q. 6. art. 1. dub.* 1. Joannes Baptiſta Ciarlinus *lib. 1. controverſ. cap.* 105. *numero* 28. Layman *in Theologia morali lib. 5. tract. 10. p. 4 c.* 1. *quæſt.* 5. Marcerus *de Sacram. in ſupplem quæst.* 50. verſ. *quæritur ſecundo*, Bonacina de matrimonio *quæſt.* 3. 1

quæſt. 3. *puncto* 1. *num.* 5. Cornejo *in* 3. *p. tract.* 6. *de impedim. matrimon. diſp.* 7. *dub.* 3. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 14. *dif.* 11. *num.* 3. & 4. Becanus *de Sacram. cap.* 49. *quæſt.* 3. Joannes Machadus *de perfecto confeſſore tom.* 1. *lib* 3. *p.* 1. *tract.* 5. *docum.* 1. *numero* 4. Vuigerwin 3. *p. Divi Thomæ quæſt.* 50. *art. unico* Zipæus *in conſultationibus Canonicis lib.* 3. *tit. de ſponſalibus conſ.* 2. Eſtio *in* 4. *ſent. diſt.* 34. §. 1. Monte *in examine Theologiæ moralis p.* 3. *cap.* 17. Boſius *de matrim. cap.* 1. §. 37. *numero* 96. & *cap.* 11. §. 14. *numero* 209. Caſpenſis *in curſu Theologiæ tom.* 2. *tract.* 26. *diſp.* 9. *ſect.* 1. *num.* 4. Baunius *in Theologia morali p.* 1. *tract.* 12. *quæſtio ultima aſſert.* Petrus à Sancto Joſeph. *idea Theologiæ Sacr. quæſt.* 38. *reſolut.* 8. Joannes Petit. *in parte Sacramentali ſua Theologiæ univerſalis tract.* 8. *ſect.* 3. Diana *p.* 7. *tract.* 1. *à reſ.* 23. latè agens cootra Kebardeum, docent quod poſtquam ad rationem Sacramenti, elevatus eſt contractus matrimonii, ſit ſolius Eccleſiaſtici Juris impedimanta conſtitoere, juxta facultatem Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. & ante illum in Conciliu Provinciali Senonenſe ſub Clem. VII. in decretis fidei *cap.* 17. Ubi inter errores damnatos refertur error contrarius huic reſolutioni:

2 Quæ ſeotentia confirmatur, tum ex uſu perpetuo Eccleſiæ quæ totius impedimenta conſtituit, tum ex doctrina textus *in cap. tuam de ordine cognit.* Ubi latè ſcripſi matrimonii cauſas tractandas eſſe coram judicibus Eccleſiæ; eſt enim matrimonii cauſa omnioo Eccleſiaſtica, ut patet etiam ex Trid. *dicta ſeſſ.* 24. *cap.* 12. ibi, *ſi quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad judices Eccleſiaſticos anathema ſit*, ut latè expendunt Bellarminus *lib.* 1. *de matrimon. cap.* 32. Paludan. *in* 4.
3 *diſtinctione* 26. *quæſt.* 3. *art.* 3. † Deinde quia apud CHRISTIANOS ratio matrimooii à ratione Sacramenti, quoad judicia inſeparabilis eſt; indeque fieri ut cauſa matrimonii, qua ex parte contractus eſt, ſit Eccleſiaſtica etiam dum tamen eſſentialiter ſectet ad matrimonii validitatem, non ſic cauſa dotis ab illo dependens, ut latè expendi ſub *dicto cap. tuam*, & ut nullo modo Principes, ſeu judices ſæculares queant ſtatuere matrimonii impedi-
4 menta dirimentia. † Iterum latè, & bene Diana cum Baſilio Pontio, *ubi ſupra* tenet *p.* 5. *tractat.* 1. *reſ.* 16. Ubi etiam cum Filiucio Tannero, Coninc, Bonacina, Sanchez, Ludovico de San Joan, Cornejo, Rebello, Turriano, Heliſonio, & aliis, qui licet teneant Principes ex natura ſua poſſe impedimenta matrimonii apponere; tamen aſſerunt uſum hujus poteſtatis interdictum fuiſſe ab Eccleſia, & ſummis Pontificibus reſervatum, qui ſibi reſervare potuerunt, quia Reſpublica temporalis eſt quodam modo ſubjecta Reipublicæ ſpirituali &c.

5 Hujus aſſertionis ea nempe eſt ratio, quia matrimonium quamvis ex ſe contractus quidam ſit ſubjectus etiam Principi ſæculari. Sed quia per CHRISTI inſtitutionem, eſt elevatum ad rationem Sacramenti, & ſit res Sacra; ſequitur ut non ſubjectetur ex eo tempore poteſtati Principis ſæcularis, etiam fidelis, nam quod materia matrimonii contractus ſit, non ſatis eſt ut poſſit Princeps ſæcularis leges condere, cum jam per CHRISTI inſtitutionem
6 illa materia ſit Sacroſancta. † Et confirmatur quia ſicut homo ante ordinationem Sacramentalem ordinis eſt materia ſubjecta Juriſdictioni ſæculari, & ſimiliter bona alia, & prædia, ut latè dixi *ſupra à quæſt.* 1. & 10. cum aliis. Tamen ordinationem, vel poſtquam donatione Sacra, vel Eccleſiaſtica facta ſunt, eatrahuntur à Dominio ſæcularis Principis, & nullum, nec in perſonas, nec in bona Juriſdictionem habet, ut docent relati Vaſquez *in* 3. *p. tom* 4. *diſp.* 3. *de matrim. cap.* 5 *n.* 67. Hurtad. *de Sacram. matrim. diſp.* 12. *dif.* 12. *n.* 7. Pontius *de matrim. lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 9. & *cap.* 2. *numero* 3. Averſa *de Sacram. ordinis*, & *matrim. q.* 9. *ſect.* 2. aſſerens in inſtitutione ipſa Sacramenti fuiſſe hanc poteſtatem Principibus ſublatam.

Et facit quia licet noluiſſet CHRISTUS ferre 7
judicium inter fratres de hæreditate Lucæ *cap.* 12. tamen Math. *cap.* 15. & Marc. 10. interrogatus de cauſa divortii, & repudii, non jam remiſit quæſtionem ad judices politicos, ſed eam ſolvit ex tempore, nec ſolum ſolvit, ſed novam inſuper legem condidit, ac repudium abrogavit, & D. Paul. 1. *ad Corinth.* 7. eandem Eccleſiæ authoritatem circa matrimonia declaravit in ſequentibus verbis *his qui matrimonio juncti ſunt præcipio, non ego, ſed Dominus*, & paulo poſt *cæteris ego dico, non Dominus.* Et ſic Philippus Gamacheus *in ſumma Theologica tom.* 3. *de Sacramento matrim. cap.* 25. Dicit quod licet poſſent Reges, & Principes
ſimpliciter loquendo præſcribere CHRISTIANIS 8
ſibi ſubjectis quædam impedimenta matrimonii, prout opus fuerit ad bonum communitatis, & ad Regni tranquillitatem: qui contractus matrimonii eſt etiam politicus, tamen non poſſe iſta impedimenta irritum facere matrimonium, poſitis rebus, ut ſunt, poſt Eccleſiæ prohibitionem, ac definitionem, niſi prius eadem impedimenta fuerint ad eundem finem recepta per Eccleſiam, ſimilique
Eccleſiaſtica lege confirmata. † Dicens etiam 9
quod matrimonium inter CHRISTIANOS, eſt formaliter, & eſſentialiter aliquid Eccleſiaſticum propter adjunctam, & inſeparabilem rationem Sacramenti; ita ut non ſit verum matrimonium, quin ſimul ſit verum Sacramentum.

Unde his, & aliis ſuppoſitis, & adductis à re- 10
latis Doctoribus, non obſtant quæ in contrarium poſſunt adduci, nempe quod matrimonium eſt contractus purè civilis, non minus quam alii; nec referre quod matrimonium ſit Sacramentum, & non ideo deſinit eſſe contractus civilis: & hac ratione ſubditus poteſtati politicæ, quæ licet nequeat directè ſtatuere, circa Sacramenta; poſſit tamen indirectè impediendo valorem contractus, quem matrimonium eſſentialiter involvit, ſicut etſi lex Eccleſiaſtica non poſſit directè impedire poteſtatem ordinis, poſſit tamen id facere indirectè ſubtrahendo nimirum Sacerdoti Juriſdictionem ad abſolutionem neceſſariam; imo nec poteſtas Eccleſiaſtica poſſit alia ratione irritare hoc Sacramentum, quam irritando indirectè contractum.
† Hæc verò ex dictis unico verbo ſolvuntur, nam 11
apud nos fideles ex eo quod contractus matrimonii eſt Sacramentum in id à CHRISTO elevatum inſeparabiliter quidquid de Sacramento dictum eſt matrimonii; item & de eodem contractu matrimoniali.

Cumque relati à Sanchez *dict. lib.* 7. *de matrim.* 12
n. 1. dicant cauſas matrimoniales ad ſolius Eccleſiæ forum pertinere; imo ad ſolos Epiſcopos, non ad inferiores prælatos; ut agnoſcunt Doctores per

textum

textum *ibi in cap. accedentibus de exceſſib. prælator.*
ſequitur ut ſine contradictinne ſit tenenda relata
ſententia, quam etiam docet noviſſimè cum aliis
Egidius Trulanch. *de Sacramentis lib. 7. cap. 9. du-
bio* 1. *numero 6.* qui licet ex Bonacina, & Villa-
lobos contra Baſilium, & Hurtadum adductos te-
neat, ut Princeps ſæcularis fidelis ex vi ſuæ Juriſ-
dictionis poſſit ſtatuere impedimenta, etiam diri-
mentia ſuis ſubditis baptizatis. Nec obſtare quod
matrimnnium ſit Sacramentum cum materia illius,
ac fundamentum ſit contractum civilis, ex eaqne
parte poſſit illum irritum reddere, ſicut ut dixi
Pater Rebardeus *ſect. 5. per totum*, ſic procedere
eo modo qno poteſt Princeps v. g. ex juſta cauſa
prodigos, & pupillns reddere inhabiles ad alios
contractus; ita etiam ad hanc,, quia eadam ple-
na eſt ratio, tamen Egidius dicit illud tantum
13 procedere ex vi cootractus. † Sed hodie quia in
Ecclaſia Catholica eſt elevatus matrimonii con-
tractus ad eſſe Sacramenti; iden ablatam eſſe Prin-
cipibus illam poteſtatem ex regula textus *in dicto
cap. tuam de ordine cognit.* & textus *in cap.* 1. *de ſpon-
ſalibus*, ubi lex, de qua ibi erat Principis laici, qui
circa valorem matrimonii, de quo *ibi* actum ſuit,
nullam habebat poteſtatem, ut notarunt etiam
Doctores, quos citat Martha *de Juriſdict. p.4.cent.*
1. *caſu* 70. *n.* 3.
14 Et confirmatur ex textu *in cap. ephemium* 2.
quæſt. 3. Ubi habetur non effici infames ex lege
civili tranſeuntes ad ſecundas nuptias, cum ait
textus *ibi* ex Divo Gregorio *lib. 4. epiſtola* 50. ma-
trimnnia hodie negantur Jure poli, & nnn fori.
Et ob id dixit Valentia *tom.* 4. *diſp.* 10. *quæſt.* 5.
puncto 1. Ut non ſolum Eccleſiaſtica authoritas,
ſed etiam politica, ſeu civilis poſſet matrimonin
impedimenta apponere, quatenus eſt contractus
quidam ordinarius, ad bonum etiam commune
Reipublicæ civilis, ut bene docuit D. Thomas
in 4. diſt.34.quæſt.1. art. 1. ad quartam, & Ruardus
Taper *in ſuis controverſ. art.* 20. & accuratius Franc.
15 Victoria *in relect. de matrimon. p. 2. ſect.*1. † Nam
etiam in magiſtratu civili politico oportet autho-
ritatem eſſe tantam, ut poſſit propter civile bo-
num Reipublicæ varias ordinationes in contracti-
bus, qui ad id bonum ordinantur requirere, ut
etiam amplectuntur Baunius, Petr. à Sancto Jo-
ſeph; & Joanne petit *ubi ſupra.*
16 Attamen quia contractus matrimonii propter
annexam rationem Sacramenti, & finem ſpiri-
tualem, quam in Republica CHRISTIANA re-
ſpicit magis ſit ſpiritualis, quam politicus, Ec-
cleſiaſtica authoritas limitavit in hoc genere au-
thoritatem magiſtratus civilis, tanquam Superior
illa, ita ut nulla lex civilis de impedimentis ma-
trimnnii lata ullum habeat robur, niſi per Eccle-
ſiaſticam etiam legem idem ſtatuatur, ut rectè
dixerunt relati, & D. Thom. *in 4. diſt.* 42.
art. 2. *ad 4. quæſt.* 2. Victoria latius poſt Paludan.
in 4. diſt.26.q.3. art.3. concluſ. 2, qui ad id confir-
mandum citat textum noſtrum, ubi generaliter
legimus, ut nullum ſtatutum laicorum in rebus
Eccleſiaſticis ſit ullius firmitatis, niſi ab Eccleſia
fuerit approbatum, & fundamentis contrariis
fundamentaliter; ex dictis reſpondet contra Re-
17 bardeum Diana *dict. p. 7. reſ.* 25. † Etenim Ba-
ſilius *de matrimon. lib. 6. cap.* 2. *numero* 1. etiam
adducti, Diana cum aliis docuerunt quamlibe-
legam latar à ſæculari Principe circa eſſentiam
matrimonii, etiamſi non reprobetur ab Eccleſia
nullam eſſe, & tunc cenſendam validam, quando
ab Eccleſia approbatur.

Unde etſi Rebardeus ſupra adductus conetur 18
ſuam ſententiam ſtabilire, etiam legibus aliquibus
Honorii, Theodoſii Juninris, Valeriani, Gallieni,
& aliorum Imperatorum apertè declarantium nup-
tias contra aliquarum legum ſuarum præſcriptum
celebratas, non eſſe firmas, & validas, nec po-
ſtea continuatione, vel temporis longitudine con-
valeſcere: tamen rectè communis Doctorum *ſu-
pra* relata, & Fagnanus *de Juſt. monit. Pauli* 5.
fol. 37. obſervant leges appoſitas ab Imperatori-
bus in corpore digeſtorum circa matrimonii valo-
rem eſſe invalidas, & non ſervandas; argumento
textus noſtri, & eorum, quæ dixi *ſupra quæſt.* 1.
& 2. cum aliis: ſic etiam docent D. Thomas *in* 4.
diſt. 42. *quæſt.* 2. *art.* 2. *d.* 4. in illis verbis *prohibi-
tio legis humanæ non ſufficeret ad impediendum matri-
monium, niſi interveniret authoritas Eccleſiæ, quæ
idem etiam interdicit.* † Palud. *ibi quæſt.* 1. *ad* 12. 19
conc. 7. dicit ſciendum quod cognatio, & affinitas
legalis impedit, & dirimit matrimonium, *non quia
ſic eſt de jure civili, ſed quia approbatum eſt de Ju-
re Canonico*, & Bonaventura etiam *in* 4. *dict.*42.
quæſt. 2. *ad* 2. ibi *ad illud, quod objicitur quod
matrimonium regitur Jure poli, & non fori, jam
patet reſponſio, quia Eccleſia tale impedimentum ſua
conſtitutione, & approbatione fecit eſſe validum, alio-
quin non poſſet impedire.*

Itaque ex his, & aliis planum eſt ſolum Ro- 20
manum Pontificem poſſe ſtatuere circa matrimo-
nia contrahenda, vel prohibenda, nec id ad
ſæculares judices pertinere, ut tenent Felinus, &
Abbas per textum *ibi in dicto cap.* 1. *de ſponſalibus*,
idem Abbas *in cap. fin. de cognat. legali*, idem Fe-
linus latè *hic numero* 22. Vincent. Herculam *in
quæſt.* 3. † gloſſa optima *in cap.* 1. *in fine* 30. *q.* 3. 21
dicens inter tutorem, & pupillam contractum
matrimonium, validum eſſe, etiam ſi lex civilis
id prohibeat cum lege Pontificia id matrimonium
vetitum non ſit, quam gloſſam exiſtimat nota-
bilem eſſe Alex. *in l. ſi filium à patre ff. de liberis,
& poſthum. §. fin.* † Et ſic bene gloſſa fin, *in cap.* 22
ſi quis ingenuus 29. *q.* 2. dicit ut ſi filia ſenatoris
contrahat matrimonium cum liberto, non teneat
ex *l. filiam ff. de ſenatoribus*; idque procedere ſe-
cundum leges, quia ſecundum Canones tenet:
nam matrimonia reguntur Jure poli. † Ex qui- 23
bus patet reſponſio ad alia, quæ Celeſtinus ante
Rebardeum dixit *in compendio Theologiæ moralis
tract.* 2. *cap.* 3. *numero* 1. quatenus ex Divo Tho-
ma, & Becano dixit Principes fideles, ſi præciſè
eorum poteſtas ſpectetur poſſe ex juſta cauſa
impedimenta matrimonii dirimentia ſtatuere no-
tans impedire poſſe ab Eccleſia, cum Pontifex ſi-
bi reſervaverit cauſas matrimoniales, *gloſſa in cap.
ingenuus* 2. *q.* 2. & ſic ſi in aliquibus Regnis non
ſit admiſſa diſpoſitio Pontificia, tunc valeat dictum
laicorum ſtatutum.

Hinque conſtare à laicis etiam ſummis Princi- 24
pibus non poſſe lege prohiberi matrimonium
cum alienigenis, vel cum certo hominum genere,
ut noſtrates fatentur paſſim, qui leges civiles
aliquo matrimonio prohibentes, ut improbas re-
fellunt ut dicunt Covar. *lib.4. decret. p.2. c.6. §.16.
n.*16. & omnes per textum *in dicto c. tuam de ordine
cognit.* & juvat dictum Petri de Ledeſma *de ma-*

25 *trimon.q.*50.*art.*1. *dub.* 1. *concluſ.* 2. † Dicens ut
quamvis olim per Jus Cæſareum, aut plura fue-
rint, aut pauciora impedimenta matrimonii, nunc
per Jus canonicum omnia revocata eſſe, niſi quæ
conſtituuntur per illud; & ſi quid vellent Reges
de eis diffinire, nihil facerent, quoniam reſtricta
26 eſt eorum poteſtas. † juvant etiam Silveſter ver-
bo *matrimonium* 8. *quæſt.* 8. *dicto* 1. Ubi de co-
gnatione legali, quæ habet vim, non à lege, ſed
à Pontificio Jure, idemque dixit Tabiena verbo
impedimentum numero 1. quatenus probat legibus
humanis prohibitum eſſe inter tales matrimonium
contrahi; & quod talis prohibitio eſt per Eccleſi-
am approbata; indeque haberi *quod legalis cogna-*
27 *tio matrimonium impedit.* † Videbis Barboſam
cum aliis *in dict. cap.* 1. *de ſponſalibus num.* 5. & 6.
Ubi quod ſtatutum laicorum diſponens circa ſub-
ſtantiam matrimonii inhibendo, vel impedien-
do illud, ubi Eccleſia non improbat, non
valeat; item quod Princeps ſæcularis inter Chri-
ſtianos addere poſſet impedimenta irritantia, niſi
Eccleſia eam facultatem ſuo judicio reſervaſſet.
Et latè agens Thomas del-Bene *de immunit.* *p.* 1.
c. 8. *ſect.* 4. ubi ſatis probat ut non valeant leges
civiles aliquid circa eſſentialia matrimonii ſtatuen-
tes niſi explicite vel ſaltem implicite à Jure cano-
nico approbentur etiam ſi explicite non repro-
bentur.

28 Reſtat verò dubium an Principes infidelium
poſſint ſuis ſubditis impedimenta dirimentia ſta-
tuere: & an Principes fideles ſuis ſubditis in fi-
delibus; & latè agens cum multis Sanchez *dict.*
*lib.*7. *de matrimonio diſput.* 3. *à numero* 5. in utro-
que caſu probat poſſe Principes illos impedimen-
ta dirimentia ſtatuere in ſecundo caſu, quia
cum apponantur infidelibus, qui non ſunt Ec-
cleſiæ ſubjecti, non eſt cur adeò extendatur
Sanctio Canonica; eo quod matrimonium illo-
rum contrahentium infidelium remaneat contra-
29 ctus civilis. † Et primo inquam quia Principes
ethnici, & infideles habentes ſubditos fideles ſub-
jiciunt eos ſuis legibus politicis, cum Regia po-
teſtas ſit inſtituta ad bonum commune, cujus
ratione poſſit impedimenta decernere, ſicut irri-
tare alios contractus civiles, aut ſolemnitatem in
eis ſervandam præcipere: ſequitur Egidius Tru-
lench. *de Sacrament. dicto dub.* 1. *n.* 5. *cap.*9. *lib.*7.
cum Filiucio ex doctrina D. Thomæ IV. *contra*
gentes cap. 78. dum dixit matrimonium, in quan-
tum civilem contractum ſubjici ordinationi legis
civilis.

30 Verum ego exiſtimo in dicto primo caſu non
procedere, quia ex natura Sacramenti matrimo-
nii, & quantum in ſe eſt fideles ſubditi Princi-
pibus ethnicis non adſtringuntur impedimentis
matrimonii dirimentibus, juxta ritum, ac leges
eorum civiles, cum non excedat poteſtatem in-
directam Eccleſiæ; eo quod omnes ubique ter-
rarum degentes CHRISTIANI eximantur legibus
civilibus, & ſubjiciantur Eccleſiaſticis, quod at-
tinet ad matrimonii validitatem, aut invalidita-
tem; quippe cum plurimum propter Sacramen-
ti dignitatem interſit in hac re uniformitatem in-
ter omnes CHRISTIANOS exiſtere, proba-
biliter contra Sanchez, & Conink docent Lay-
man *lib.* 5. *Theologia moral. tract.* 10. *pag.* 4.
cap. 1. *numero* 3. Diana *dicta pag.* 7. *reſ.* 23.
verſ. 16. *dicendum* cum Vaſquez Pontio, Hur-
tado, & aliis: alia tradit videnda Sanchez *dict.*
diſp. 3. *à n.* 8.

Et quomodocunque procedat idem Sanchez 31
*num.*6. & 7. Sotus *in* 4. *diſt.* 39. *quæſt. unica art.* 1.
Navarr. *conſ.*4. *de converſ. conjugator.* excipiunt à
prædicta regula, ut ſequitur etiam Egidius Tru-
lenc. *ſub dict. numero* 5. Rempublicam Hebræo-
rum, quæ hodie cum non ſit libera, nec habeat
Principem, non poteſt impedimenta ſtatuere;
illa autem, quæ continebantur lege Moyſi *Le-*
vit. 18. expirarunt CHRISTI morte, quia erant
leges judiciales, & ceremoniales, juxta quæ latè
dixi *ſupra in cap. translato hoc tit. quæſt.* 1. † Quod 32
Judæi ante CHRISTI paſſionem, quando ha-
bebant Rempublicam, aliquod impedimentum
ſtatuiſſent, hodie etiam perſeveraſſet, quia hu-
juſmodi leges ſæculares non ſunt abolitæ per
CHRISTI mortem. † Et ex eadem ratione di- 33
cit Trulenc. ſequi fideles ſubditos Principibus in-
fidelibus, teneri eorum legibus juſtis irritanti-
bus matrimonia in omnibus his caſibus, in qui-
bus tenentur ad alias eorum leges, cum in iis, ac
aliis ſit eadem ratio: Tamen tu excogitabis ex
Layman, & Diana adductis. † qui idem ſub *n.* 6.
in fine, ait poſſe Principes CHRISTIANOS circa 34
ſubditos ſuos infideles idem ſtatuere; eo quod
reſervatio Papæ non ſit circa matrimonia infide-
lium ſibi ſubditorum, quia hæc non ſunt Sacra-
menta: ita cum Filiucio *ſupra num.* 4. & Sanchez
de hoc dubio plura congerit Thomas del-Bene *de*
immunit. p. 1. *cap.* 8. *dubit.* 20. reſolvens tale ſta-
tutum contra libertatem niſi approbetur ab Eccle-
ſia tacitè aut expreſſè legendus cum multis ab iis
qui ſunt intelligendi juxta poſitam reſolutionem *à*
num. 1.

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum 35
diſponens mulierem extra territorium nubentem
cum ſua familia privandum eſſe hæreditate; & ſi
ei ſit quæſita, ſit contra immunitatem Eccleſia-
ſticam. In qua quæſtione, etſi Baldus *in l. ſi ma-*
*tre Cod. de ſuis, & legitimis hæred. & lib.*1. *conſ.*
367. *& in cap. conſului. num.* 6. *de officio de leg.*
Socin. Jaſon. *in lib.* 1. §. *veteres ff. de acquirenda*
poſſeſſione Alex. *lib.*2.*conſ.*151.*num.*2. Ruinus, *lib.*3.
*conſ.*49. teneant tale ſtatutum valere, quia hujuſ-
modi ſtatuta facta ſunt in bonum commune Rei-
publicæ, ad eam replendam liberis, & ut etiam
plures ſint in ea, qui gabellas ſolvant, & onera
ſuſtineant.

Tamen contrariam ſententiam omnino ample- 36
ctandam exiſtimant Panormit. *in dict. cap.* 1. *de*
ſponſ. Decius poſt Felinum *hic num.* 36. Molina *de*
ritu nuptiarum lib. 2. *differentia* 7. *numero* 26. &
poſt illum, & Dianam *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.*56. docet
Barboſa *in dicto cap.* 1. *de ſponſalibus num.* 7. dicunt
hanc eſſe communem ſententiam Gabriel *lib.* 2.
conſ. 12. *numero* 9. & alii ex ea ratione, nam etſi
hujuſmodi ſtatuta habeant colorem quendam pu-
blicæ utilitatis, & eum præ ſe ferant: tamen
quia matrimonia debent eſſe libera ab omni co-
actione, ut dixi *ſub cap. utrum* 15. *de Jure*
Jurando per textum *in cap. gemma de ſponſalibus*,
Ubi latè ego, & Doctores, *& in l. Titia ff.*
de verb. obligation. ſequitur talia ſtatuta irruere in
libertatem Eccleſiaſticam. Et in terminis contra
alios reſolvit Thomas del-Bene *de immunit. p.*1.
cap. 8. *dubit.* 19. *ſect.* 1. Cutellius *tom.* 2. *de*
*donat. ſpec.*6. *n.*51. *& de immunit. lib.*2.*q.*57. con-
tra Ruinum, Jaſonem & Socinum qui & alii ſunt
intelligendi, quando ſtatutum infert pœnam au-
ferendo lucrum, non ſi conferat pœnam Domini
ſic

ſic del-Bene *num.* 2. *qui num. fin.* mali dicit ut veniat oomine lucri omne quod muneri relinquitur extra neceſſitatem nanmæ.

37 Et idem Francìſcus Molinus *de ritu nuptiar. à n.* 34. ſupra diſputat an conditio poſita per teſtatorem hæredibus, ne cum alicujus ſectæ hominibus matrimonium contrahant Jure ſuſtineatur.

38 Ad tertiam quæſtionis partem an lex, ſive ſtatutum quod aliquis adiens hæreditatem, non facto inventario, teneatur ultra vires hæreditarias; Clericos comprehendat: & licet hæres ſimpliciter addens hæreditatem, tenentur omnibus creditoribus hæreditariis ex *l. ſi te de bonit. l. fin. §. cum igitur Cod. de Jure deliberandi, l. more ff. de acquirenda hæreditate l. qua de toto ff. ſoluto matrim. l. quia poterat ff. ad Trebel.*

39 Et per confeſſionem inventarii conſerventur ſine damno *ex l. fin. §. & ſi præfatam, & §. hæc quidem, & § ſin autem, cod. de Jure deliberandi.*
40 † Ob quod ne etiam ad minimum teneantur de ſuo creditoribus, nec legatariis, imo lucreotur falcidiam, & liberentur ab omni moleſtiis Juris, & facti, *dict.* §. & ſi præfatam cum aliis per Monticul. *in tract. de invent. cap.* 1. *n.* 36. & juxta quæ dico latiſſimè *ſub cap. Raynaldus de teſtamentis*, ubi ago de neceſſitate inventarii faciendi ab hæredibus, & de ejus effectibus.

41 Quo ſuppoſito videtur dicendum quod ſive Eccleſia, aut Clerici inſtituantur hæredes, teneantur virtute illius ſtatuti, aut Juris communis defuncti creditoribus ultra vires hæreditarias, ſi inventarium non fecerint, ut docent Morla *in emporio Juris dict.* 1. *quæſt.* 16. *numero* 11. & alii quos ipſe citat, & Carolus de Graſſis *de effectibus Clericor. effectu* 2. *num.* 252. latè agens Alex. *in Rub. ff de acquirenda hæredit.* & fecit Baldi doctrina, ubi dicit de rigore juris ita procedere, quia adeundo quaſi contrahit cum creditoribus hæreditariis, & *in dict. l. fin. numero* 12. *Cod. de Jure deliber.*
42 † Sed nihilominus de Eccleſia, vel Monaſterio hærede inſtituto, non facienti inventarium, reſpondendum eſt, ut non teneatur in ſolidum, nec ultra vires hæreditarias, qui quilibet prohibetur Eccleſiæ donare rem damnoſam *auth. ſicut Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bald. *in dicta l. fin.*
43 *Cod. de Jure deliberandi.* † Ubi quod fiſcus hæres ſi inventarium non fecerit non tenetur ultra vires hæreditarias ex textu *in l.* 1. §. 1. *ff. de Jure fiſci.*

44 Ergo nec Eccleſia, quæ fiſcus eſt ſpiritualis, ut argumentatur Abbas *hic in* 1. *lectura num.* 13. *& in cap.* 1. *numero* 4. *de teſtam. & in cap.* 1. *n.* 13. *de reſtitutione in integ.* Cardin. *in cap. de ſolut.* Felinus *in cap.* 4. *de quarta de præſcriptionibus* dicens communem Monticulus *in dict. tract. de invent, cap.* 6. *num.* 11. & tenuit Bart. *in l.* 1. *Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Martha *de Juridic. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 75. *à n.* 3.

45 De Clerico hærede poſſet eſſe majus dubium, quia Morla relatus dicit, ut teneatur ultra vires hæreditarias, non facto inventario, etiamſi eſſet hæres inſtitutus amore Dei. Sed revera, & ſi de rigore Juris ad id teneretur, ut tradunt adducti, tamen de æquitate canonica non eſt cur ad id ſit obligatus, quia ut dicit Bartol. *in l. gerit num.* 7. *ff. de acquirenda hæreditat.* cum nuda voluntate eam adeat non poſſit Clericus adeundo obligari ſe alteri, niſi quatenus ad eum pervenit; item quia Clerici tenentur ſolum in quantum facere poſſunt, Abbas, & Doctores *in cap. Odoardus de ſolut.* quæ ultima ratio, & ſi non convincat, tamen ſatis, & apertè convincitur ex aliis, quæ plena manu congerit Martha videndus *dicto caſu.* 75. *à numero* 5. *uſque ad finem*, ubi *num.* 13. ex regula textus noſtri probat talem legem, ſive ſtatutum non comprehendere Clericos ex defectu Juriſdictionis. † Et Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 70. 46
imo & Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *q.* 17. *numero* 8. dicunt ut Clerici hæredes non conficientes inventarium, non teneantur ultra vires hæreditarias in ſolidum omnibus creditoribus hæreditariis, ex regula textus *in dicta l. ſi te bonis*, *& l. fin. §. cum igitur, cod. de Jure deliberandi*, & juvat illa receptiſſima ſententia de quolibet inventarium non conficiente, ut non teneatur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditatis. † Quia cum 47
hæres illud non conficiens præſumatur fur, ſive doloſus, ex *§. ſancimus, & §. ſi vero non fuerit in auth. de hæredib. & falcidia*, ubi Doctores ſequiint, ut ſi in veritate fur, nec doloſus fuerit, non obliget illum lex ultra vires hæreditarias, quia præſumptio legis cedit veritati, juxta quæ dixi *ſupra in Rubrica quæſt. fin.* quod verum eſt, ut multis comprobat Martha *dicto caſu* 75. *à n.* 10. contra Bartholum, & alios *in l. ſi quis pro eo ff. de fidejuſſoribus*, de quo dubio dico *infra in dicto cap. Raynald. de teſtamentis*: audio in quam laicos judices aliter practicari. Et ita etiam docet Thomas del-Bene *de immunit.* alia dicens *lib.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 15. etiam cum Morla *in Empor. tit.* 1. *q.* 16. *n.* 11. Carolo de Graſſis *de effect. Cleri. effect.* 2. *n.* 152. ubi extendit etiamſi hæres inſtitutus fuerit Clericus ex amore Dei alia addentibus.

Ad quartam quæſtionis partem an valeat ſtatu- 48
tum, ut filius, vel filia non poſſint contrahere matrimonium ſine patris conſenſu, & quod alias cadant ab hæreditate, Pater Rebardeus *ſect.* 5. per totam, & præſertim *à num.* 7. conatur defendere tale matrimonium eſſe nullum, putans, ut poſſint Principes ſic ſtatuere, cum advertat ex D. Baſilio, & aliis Patribus in hoc approbatas eſſe leges imperatorias annullantes matrimonium filiorum famil. ſine parentum conſenſu initum, cum certum fuerit tempore Baſilii non fuiſſe canonem, aut decretum Eccleſiaſticum, quo conjugia filiorumfamilias facta ſine voluntate, aut conſenſu Patris, nulla, & invalida declarentur, inferens inde Rebardeus, ut Sanctus Baſilius cenſuerit leges imperiales hoc ipſum prohibentes, ſatis fuiſſe, ut irrita, & nulla declararentur.

Nihilominus dicendum eſt abſolutè falli ipſum 49
Rebardeum, primo, quia in his, quæ ſunt naturalia homo hominis poteſtati non eſt obnoxius, cum in his pari omnes utantur Jure, pari omnes fruantur libertate, ex regula textus *in §. Jus naturale, & §. ſed naturalia inſt. de Jure naturali gent. & civil.* cum vulgatis, Deoque ſoli pareant; ſed matrimonium eſt de his, quæ ad naturam pertinent, in qua tam liber eſt filius, quam pater, cum ſe ipſo poſtea futurus ſit genitor; igitur non tenentur liberis parentibus obedire in contrahendo matrimonio.

Iterum aliis prætermiſſis probatur, quia ſi na- 50
turalis ratio patris conſenſum in nuptiis expoſceret, nulla eſſet inter filium in poteſtate patris adhuc poſitum, & emancipatum differentia; ſed diſpoſitum in uno, valeret quoque in alio, cum lex naturalis mutationem neſciat juxta quæ latè dixi *ſupra in Rub. quæſt.* 1. quæ Jura

civili abrogari nequit, aut tolli; nec proinde emancipationem. Tertio probatur deciſionibus Pontificiis *in cap. ſufficiat* 27. *q.*2. *ſufficiat* inquit Nicolaus ad conſulta Bulgarorum *cap.* 3. *ſecundum leges ſolus eorum conſenſus de quorum conjunctionibus agitur*; & Lucius III. *in cap. cum cauſa* 3. *de raptoribus* ibi *raptorem dici non poſſe, qui habuit mulieris aſſenſum, & poſtea prius eam deſponſavit, quam cognovit; licet parentes reclamarent.*

51 Et ſic non obſtantibus legibus Henrici II. & Henrici III. Regum Franciæ annullantibus matrimonia ſine conſenſu parentum inita, valere matrimonium docent Baunius *in Theologia morali p.* 1. *tract.* 12. *quæſt. ultima, aſſert.* 3. *fol.* 747. Beja *p.* 1. *caſu* 18. contra ſcriptores quoſdam gallos, qui cum viderent conſenſum parentum ab Henrico II. lege publicata anno 1556. ab Henrico etiam III. alia lege promulgata anno 1585. ad valorem matrimonii filiorum exigi cenſuerunt, cum hic deficit deficere quoque matrimonium, ejuſque vim: ſic Bauni alia dicens, & reſpondens contrariis cum Sausio *p.* 2. *de ſponſalibus*, & Guiberto Coſtano in ſuis memorialibus, & proſequutus Diana *p.*7. *tract.* 1. *reſ.*24. reſolvit dicens cum Boſio, Joanne præpoſito, & aliis ſolum decenter exigi ad matrimonium filiorum parentum conſenſum non de neceſſitate.

52 Quare Petr. de San. Joſeph. *in idea Theologia Sacrament. cap.* 38. *reſ.* 8. Baunius *ubi ſupra*, & alii docent, quod etſi laudabile ſit, ac honeſtum, & Reipublicæ maximè fructuoſum filios, filiaſque de nuptiis contrahendis ſine parentum conſenſu, Concilia non capere Reges optimos ſua lege hoc dumtaxat voluiſſe, ut matrimonium parentibus inſciis contractum ratum non eſſet quoad
53 impunitatem. † Sed ut Covarruv. ait hujuſmodi leges, & conſtitutiones exigentes conſenſum parentum ad matrimonium filiorumfamilias, intelligi de honeſtate, non quod velint matrimonium ſine parentum conſenſu contractum eſſe nullum.

54 Eodemque modo docent Doctores exponendos eſſe aliquos Canones præſupponentes prædictum conſenſum, ut *in cap. non omnis, cap. honorantur, cap. fin.* 32. *q.* 2. *cap. noſtrates, c. aliter* 30. *quæſt.* 5. *cap.* 1. *de ſponſ. impuberum*: & ſi quæ alia ſint Jura, ut dicit gloſſa *in dicto cap.* 1. *& ibi* Joannes Andreas *numero* 8. Zabarela, *numero* 1. Butrius *numero* 4. Abbas *n.* 6. Anchar. *n.* 4. Præpoſitus *n.*4. Boic. *n.*4. Alex. de Nevo *n.* 13. Ubi Barboſa bene expendit, *& ibi n. fin.* intelligit illum textum ſpecialiter: alia inquam refert videnda. Diana *dicta reſ.* 24.

55 Et confirmatur noſtra ſententia *ex cap.* 9. *trid. ſeſſ.* 24. quatenus *ibi* excommunicat ipſo facto quoslibet directè vel indirectè ſubditos ſuos, vel cujuſcunque alios cogentes, quominus libera matrimonia contrahant.

56 Et ſic iterum Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 24. Covar. *in* 4. *p.*2. *cap.*3. §. 8. *n.*5. 6. & 7. Franciſcus Molinus *de ritu nuptiarum lib.* 2. *different.* 7. *n.* 14. Molina *de primogeniis lib.*2. *cap.* 16. *n.* 6. Gutierrez *practicar. lib.*2. *q.* 1. *n.*2. Matienco *in l.* 1. *tit.* 1. *gloſſa* 4. *n.* 2. *lib.* 5. *recopil.* Veracruz, Corduva, Navarrus, & alii docent noſtram ſententiam, quia ſtatutum Principis laici expoſcens conſenſum patris, nequit valere, cum diſponat de ſpiritualibus; & ob id ſit contra libertatem Eccleſiæ.

Joannes Vallerus de differentiis utriuſque fori 57
verbo *matrimonium* differentia 1. & Jacus Haber *de conſenſu Hierarchiæ, & Monarchiæ lib.* 6 *fol.* 52. teſtatur etiam in Gallia nunquam ex edictis Regis fuiſſe prohibitum matrimonium abſque conſenſu parentum initum ſub pœna nullitatis.

Unde licet Ledeſma *tom.*2. *de matrimon. cap.*7. 58
in addit. concluſ. 5. Cancerus *p.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. *& p.* 3. *cap.* 11. *numero* 4. *tract. de ſucceſſionum Creat.* §. 10. *numero* 628. & Joannes Lupus *in cap. per veſtras de donat. notabili.* 3. §. 9. defendant quandam legem Hiſpaniæ noſtræ, eo, quod matrimonium à filiis celebrari ſine parentum conſenſu, ſit peccatum, & contra legem naturalem, cum pacem turbet Reipublicæ: tamen cum ea utilitas publica, & bonum commune non conferat Juriſdictionem laicis, ut poſſint ſtatuere aliquid in detrimentum libertatis Eccleſiaſticæ ex jam adductis, ſequitur, ut nullo modo valere queat tale ſtatutum. † Et ſic damnandos eſſe 59
D. D. ſequentes dicentes, non obſtante Concilio Tridentino eſſe neceſſarium pro validitate matrimonii parentum conſenſum, ut ſunt Ritherſius *in differentiis Juris Civilis, & canonici lib.* 1. *cap.* 3. Uburmſerus *in controverſ. Juris lib.* 1. *tit.* 10. *controverſia* 5. Georgius à Caſius *de privilegiis parentum, & liber privileg.* 6. *cap.* 6. *& ſequent.* CHRISTIANUS Hiembeſtal. *in Collegio politico exercit.* 2. *quæſt.* 14. Harcparethus *inſtit. Inſtit. tit. de nupt. tom.* 2. *in princ. à num.* 46. *uſque à num.* 147. Gentilis *lib.* 4. *de nuptiis cap.* 8. Hiligerus ad Donellum *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 20. *litt. K.* 9. Cotraſius *lib.* 5. *miſcel. cap.* 17. *à numero* 6. Bocerus *claſſe* 1. *diſp.* 9. *theſaur.* 8. Amilgus *de Jure connubiorum cap.* 3. *ſect.* 10. & antequam Lutheraniſmum abjuraſſent Reſoldus *diſcurſu de nuptiis cap.* 9. *numero* 1. & Humnius *lib.* 1. *variar. reſolut. Juris Civilis tract.* 3. *quæſt.* 18. cum aliis hujus farinæ hominibus. † Et ſic quamvis Pater Rebardeus *dict. ſeſſ.* 5. *numero* 8. *in fine fol.* 124. teneat abſque 60
tali parentum conſenſu matrimonium eſſe nullum, imo & contendat probare *ibi folio* 122. Tridentini decretum *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat.* circa validitatem matrimonii filiorum familias abſque parentum conſenſu, pertinere ad mores tantum; & ideo dictum decretum non obligare, niſi fuerit uſu receptum, nullo modo eſt audiendus, cum erret & quod quæ Concilia generalia determinant circa nullitatem, vel validitatem alicujus Sacramenti, non ad mores, ſed ad doctrinam, & veritatem pertineant, ac ſtatim omnes obligent; ſic ut nec ab acceptatione ulla populi dependeant quidquid de aliis legibus Pontificiis ſentiant aliqui, uti diximus *ſupra in Rub. quæſt.* 7. *&* 8. & in terminis hujus dubii docent Joannes Præpoſitus *in* 2. *pag. quæſt.* 3. *de matrimonio dubitat.* 3. *numero* 24. *&* 26. Bellarm. *lib.* 1. *de matrimonio cap.* 19. & alii jam relati.

Ex his ad ſecundum punctum hujus dubii 61
an tale ſtatutum exigens conſenſum parentum, poſſit illum præcipere ſub pœna cadendi ab hæreditate. Etenim ex dictis ſatis reſponſio liquet, & docent Bellet. *in diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit.* 6. §. 1. *numero* 4. & Diana *dict. p.* 1. *reſ.* 74. Leges quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus ſine parentum conſenſu non

non habere vim; quia etſi Principes eas tulerunt ad honeſtatem perſuadendam, quæ conſiſtit in exigendo per eudum coonſenſu ab ipſis filiis ad conjugale contractum, noo tamen habere vim cum id ſpectat ad ſummum Pontificem, addens quod laici oihil poſſunt ſtatuere, quod matrimonii liberum coonſenſum impediat, etiam circa accidentia ipſi matrimonio, ſic probans oovem Doctoribus, quibus addo Sanchez *de matrim. tom.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 25. *n.* 2. cum multis aliis Joan. Machado *de perfecto confeſſore tom.* 2. *lib.* 6. *p.* 7. *tract.* 6. *docum.* 19. *n.* 6. Raphaël Averſa *de ſacramento matrim. q.* 3. *ſect.* 2. Vaſquez *de matrimonio n.* 24. Bonacinam *tom.* 2. *diſp.* 6. *q. unica punct.* 6. §. 3. *a n.* 5. Egidium Trulenc. *in decalogo tom.*
62 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 3. *n.* 16. † Aſſerentes leges Hiſpaniæ loqoentes de hoc, & alias alibi ſtantes, attento jure Canonico non valere, eſſeque ex illo correctas, vel corrigendas cum dicto Canonico jure non requiratur conſenſus patris ad nuptias filii ex *cap. ultimo*, ubi *gloſſa* 32. *q.* 2. & ex aliis juribus adductis *ſupra*: ducent etiam Filiucius *tom.* 1. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 4. *n.* 132. Molfeſius *in conſultationibus Neapol. tom.* 1. *conſ.* 12. *n.* 37. Maſtrillus *deciſ.* 163. *a n.* 10. Mantica *de conjectur. ultimarum volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 17. Alderanus Maſcardus *interpret. ſtatutor. concluſ.* 1. *à n.* 174. Gratianus *diſcept. forenſ.* 633. *à n.* 19. Martha *de juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 70. *a n.* 5. Ubi ex aliis juribus probat dicens *n.* 11. hoc procedere ſi in ſtatuto requiritur conſenſus de neceſſitate, ſecus autem ſi de conſilio, quia ſi teſtator poteſt diſponere, ut ejus filia nubat de conſilio alicujus infert ut id poſſit per ſtatutum: videbis Dianam *dicta p.* 7. *tract.* . *reſ.* 26. à verſ. 11 *ſed hic.*

63 Nec obſtant Peter Rebardeus *dicta ſect.* 5. *fol.* 123. & ante illum Sotus *in* 4. *diſt.* 29. *q.* 1. *art.* 4. *ad.* 4. Molina *de juſtitia tom* 1. *tract.* 2. *diſp.* 176. Salonius *in* 2. 2. *q* 62. *in præludio q.* 5. *art.* 5. Rebellus *lib.* 2. *de juſtit. q.* 14. *ſect. ultima.* Baſil. Pontius *de matrim. lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. loquentes de quibuſdam legibus Hiſpanicis tribuentibus facultatem pareotibus exhæredandi filios abſque eorum conſeoſu nubentes: & de aliis legibus Galliæ, quas adducuot Stephanus Baunius *in theologia mor. p.* 1. *tract.* 12. *de privilegiis parentum privilegio.* 6. *cap.* 1. *n.* 5. & *ſequent.* quia ut dictom eſt *ſupra*, eo qood matrimonia debent eſſe omnino libera, ſequitur, ut ſimiles pœnæ in ſtatuto poſitæ nullæ ſiot ex regula textus *in cap. gemma de ſponſalib. l. Titia ff. de verb. obligation.* & in ſpecie reſpondet Sanchez legendus *tom.* 1. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 25. *n.* 4.

64 Et confirmatur quia ut dicunt Ludov. Mor. *conſ.* 96. *n.* 9. & aliis, & Carolus de Graſſis *de effectibus Clericor. effectu* 2. *n.* 81. & ſequenti Bellet. *ſupra*, & Diana *ſub dicta reſ.* 74. *p.* 1. *tr.* 2. ſtatutum poniens contrahentes matrimonium cum hominibus alterius Civitatis, *ut dixi jam ſupra* infringit Eccleſiaſticam libertatem, & non eſt vali-
65 dum. † Et addit Diana *ibi* ut Pater nec in foro conſcientiæ poſſit exhæredare filiam, etſi ſtantibus his legibus, etiam nupſerit contra ejus voluntatem, nec poſſe confeſſarium abſolvere patrem in articulo mortis, niſi prius revocet teſtamentum,
66 ubi eam exhæredavit. † Et Martha *à n.* 23. *dicto caſu* 7. poſtquam longè reſpondet legibus contrariis, ait ea *cap. fin. de ſecundis nuptiis* ſtatuta hujuſmodi invalida, quoad contractum matrimonii, non tenere etiam quoad pœnam.

Ad quintam quæſtionis partem an Peinceps ſæ- 67
cularis poſſit ferre aliquam legem contra filios adverſus voluntatem parentum nubentes. Cui difficultati, etſi ſatis ſuperque reſponſum ſit ex adductis *in quæſtione præcedenti*, iterum dico, ut licet filii non bene agant, ſi nubant ſine parentum licentia; attamen noo eſt cur ſit ferenda lex, quæ eos exhæredari à parentibus permittat, ſi velint; & hoc etiam ſi ſupra dicti filii indignè nuberent; ea ea ratione, quia canonicom jus poſcit omnimodam libertatem in matrimonium, ut latè dixi *ſub cap. verum* 15. *de jure jurando*; & ſic rejiciat pœnam in ſponſalibus *in dicto cap. gemma*, & *in l. Titia de verb. oblig*: ita Sanchez cum multis *de matrim. tom* 1. *lib.* 4. *diſp.* 25. *n.* 2. & 3. Vaſquez *in* 3. *tom.* 4. *diſp.* 4. *de matrim. cap.* 2. *n.* 14. Belletus *in diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de exempt. Clericor. à ſtatutis ſæcularis* §. 5. *n.* 43.

Unde admittendi non ſunt Rebellus *de obligat.* 68
juſt p. 2. *q.* 14. *ſect.* 5. Molina *de juſtitia tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 176. *a n.* 29. quos ſequitur Baſilius Pootius *de matrim. lib.* 2. *cap.* 6. §. 3. *n.* 29. Cancerius *lib.* 3. *variar. cap.* 11. *n.* 4. & Anguiano *in tract. de legibus tom.* 1. *lib.* 2. *contr.* 13. *n.* 15. & 30. & aliis Juriſconſulti dicentes poſſe Principem ſæcularem ferre aliquam legem adverſus filios contra juſtam parentum voluntatem nubentes, quia talem legem, & ſimilem improbant communiter Doctores, ut jam dixi, & Valerus *in differentiis utriuſque fori verb. matrimonium dif.* 1. *à n.* 2. damnat dictas leges, taoquam improbans in foro conſcientiæ, imò & reprobat, ſicut & fecit Molinus *de ritu nuptiarum lib.* 2. *dif.* 7. *n.* 57.

Et licet in Regno Cataloniæ ſit lex quædam pro 69
ſententia affirmante, & dicat Molinus illam, & hujuſmodi leges juſtificari, & ſcientia, & tolerantia Romani Pontificis, ut multi loquentes de cognitione per viam violentiæ ad Regia tribunalia exiſtimarunt, ut notavi *ſub q.* 19 *cap.* 2. *de judicin*, ubi egi latiſſimè: tamen Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 104. exiſtimant illud ad factum pertinere; & quod in Regno illo leges illæ conducuntur in comitiis generalibus, non ſolum à laicis, ſed etiam ab Epiſcopis, & aliis Eccleſiaſticis.

Et cum jam ea *ſupra* relato *cap.* 9. *trid. ſeſſ.* 24 70
de reformat. dixerim, ut excommunicentur omoes cujuslibet gradus, qui cogant ſubditos ſuos ad contrahendum matrimonium directè, vel iodirectè. Addo ut hanc excommunicationem non incurrat Pater ſi injuſtè impediret matrimonia filiorum, ut docent Sanchez *dict. lib.* 4. *de matrim. diſp.* 12. *n.* 2. Navar. *in ſumma cap.* 27. *n.* 150. Molina *tract.* 2. *de juſtitia dicta diſp.* 176. Gutierrez *de matrim. cap.* 79. *n.* 12. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 6. *n.* 6. *in gloſſa littera* G. Diana *dict. p.* 1. *tr.* 2. *ſub reſ.* 76. contra Martham *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
caſu. 71. *n.* 23. † qui etiam notat *dict. cap.* 9. non 71
excommunicare Reges, & Imperatores dicta ſtatuta facientes, quia oportet illos exprimere, ut alibi expreſſit Trident. *ibi dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 11. de quo videbis quæ cum aliis congeſſi *in dict. cap.* 9. & 11.

Ad ſextam quæſtionis partem, an Princeps 72
laicus poſſit facere leges circa matrimonium, facillimo oegotio ſatisfacies ea dictis, ſed quia Doctores ſic de hoc puncto generaliter inquiunt; verum etſi Thomas Sanchez *tom.* 2. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 3. *n.* 2. exiſtimet poſſe quidem quantum ex ſe eſt, ſed eam poteſtatem ſibi reſervaſſe Pontifices putet: tamen Hurtad. *de matrim. diſp.* 12. *d. f.* 2.

Baſilius Pontius *de matrimonio lib. 7. cap. 2. n. 3.* dixerunt Principem ex ſe non poſſe legem aliquam conſtituera circa matrimonia ; nam licet materia matrimonii contractus ſit, non ſatis ſit. Ut queat Princeps ſæcularis leges condere ad ſubſtantiam matrimonii directè pertinentes, cum ex eo quod ea materia per Chriſtum ſacra facta eſt jam extra juriſdictionem ſæcularem ſit. † Imò Pontius
73 a. 4. & alii addunt, nec poſſe Principem ſtatuere circa acceſſoria matrimonii ex defectu poteſtatis, ſi eo acceſſorio impeditur principale, ſed poſſe circa alia accidentalia, vel acceſſoria, quæ non pertinent ad ejus ſubſtantiam, nec ex ſe impediunt principale, ut V. G. ferre leges circa dotem, & lucrum dotis, vel donationes inter virum, & uxorem, & ſponſalitiam largitatem, & ſimilia, latè dixerunt Belletus *in diſquiſit. p. 1. tit. de exempt. Clericor. à ſtatutis ſæcularium* §. 4 n. 43. & 44 Riccius *p. 3. deciſ.* 178. Diana *p. 1. tr. 2. reſ.* 127. *in fine*: alia tetigit Diana *p.7. tract. 1. ſub reſ.* 23. cum aliis, & ego uberius dixi ſub *cap. tuam de ordine cognit. & ſupra* in hac quæſtione ſub verſ. *ad ſecundam* cum aliis.

74 Ad ultimam quæſtionis partem an poſſit Princeps laicus legitimare filium Clerici, ſi ipſe filius ſit Clericus, quia de hoc, & aliis dubiis circa filiorum legitimationem latè ſcribo ſub *cap. tanta qui filii ſint legitimi*, nunc breviter hic agendu referam diverſas Doctorum ſententias, quorumdam negantium, quorundam verò affirmantium; inter quos Covarruv. poſt Joannem Andream, & Lamberinum *in 4. p. 2. de ſponſalibus cap.* 8. §. 8. *n.* 19. eo quod poſſunt laici concedere Clericis privilegia, juxta textum *in cap. novit. de judiciis*, & ſic legitimationis privilegium poſſit laicus Princeps communicare Clerico; eo quod etſi Clerici laico non ſubſint, nec ſint de ejus juriſdictione, ut latiſſimè probavi *in dicto cap. novit.* 13. *cap.* 2. 3. 4. 8. 10. 17. & *fin. cap.* 2. 5. & 8. cum aliis *de judiciis*, & *foro compet*: tamen legitimatio in effectu non reſpiciat, tam ipſius Clerici legitimati perſonam, quam ejus bona, quæ ſupponuntur ſita intra territorium Principis legitimantis.

75 Negantium vero ſunt Baſilius *de matrimonio lib.* 11. *cap.* 6. n. 9. Anguian. *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *controverſ.* 23. *n.* 65. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 91. Petrus Gregorius *lib.* 10. *ſyntagmat*, qui anno 1562. teſtatur ita deciſum in Senatu Pariſienſi, ex ea ratione, quia ſupradicta legitimatio eſt actus juriſdictionis, ſed Clerici ſæculari à juriſdictione exempti ſunt, ut retuli ſub dictis juribus *de judic.* & *foro comp*: ergo præcipuè ſi conſideres ex latè adductis *à q.* 7. & ut dixi in relatis titulis, non ſolum Clericorum perſonas, ſed etiam eorum bona eſſe exempta. Et ſic nec poſſe Principem ſæcularem legitimare Clericum; imò & ut teſtatur Petrus Gregorius *Supra* procedet hæc ſententia, etiamſi filius Clerici ſit laicus: in quo caſu teſtatur deciſum *Supra* Paris.

76 Ego inquam de filio laico Clerici video ſine dubio, ut legitimatio quo ad bona, & officia temporalia fiat in his Regnis à Regibus noſtris. Quo ad ſpiritualia, & beneficia non ſic, ut latè dico infra de filiis presbitr. imò & in filio Clerici video in praxi receptum, ut quoad bona, & hæreditatem legitimatio fiat per Regem. Sed in puncto juris, ut bene fiat, atque contingat credo cum Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *moral. cap.* 15. *q. fin.* quem etiam refert Diana ſupra tutius eſſe, ut legitimatio ab utroque, Pontifice videlicet, & Rege poſtuletur; imo quod Covarruv. ſententia affirmans procedat ſi in tali legitimatione ageretur tantum de utilitate, & non de ejus præjudicio.

QUÆSTIO XXII.

Si Princeps Chriſtianus de facto apponeret aliquod impedimentum dirimens matrimoniale, an non obſtante hac reſervatione factum teneret. & matrimonium cum tali impedimento contractum validum eſſet, quamvis ipſe peccaret faciendo contra reſervationem ab Eccleſia factam. Et an Princeps laicus poſſit imponere pœnas, ne matrimonia inter conſanguineos contrahantur, & illas exigere etiam impetrata à Pontifice diſpenſatione. An ſtatutum prohibens fieri matrimonia clandeſtina, & ponens pœnam aliter facienti. ſit nullum. An ſtatutum ut quis, qui nondum habet jus in re bonorum, quæ poſſeſſurus eſt Dominus ſit, ſi non ingrediatur Religionem, ſin verò amittat, ſit illicitum, & contra libertatem Eccleſiaſticam. Et an queat Princeps ſtatuere, ut Regius judex cognoſcat ſuper recuperanda è Clerico poſſeſſione beneficii. à qua eſt dejectus per vim, vel ut retineat illius poſſeſſionem in qua ab alio turbatur.

SUMMARIUM.

1 *Impedimentum de facto appoſitum à Principe laico dirimens matrimoniale, nequit turbare reſervationem ab Eccleſia factam.*

2 *Princeps laicus nequit pœnas ſtatuere, & exigere contra matrimonium contrahentes, ſi conſanguinei ſint; etſi de jure canonico talè matrimonium ſit invalidum, ut* n. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. *niſi approbetur jure Pontificio* n. 8.

9 *Statutum ſæculare imponens pœnas adversùs clandeſtinè contrahentes, eſt nullum; etſi ſit prohibitum ab Eccleſia.*

10 *Statutum decernens, ut is qui nondum habet jus in re bonorum, quæ poſſeſſurus eſt, Dominus ſit, ſi in ſæculari convictu permaneat; eorum autem non liberum Dominium nanciſcatur, ſi Religionem ingrediatur, non licet.*

11 *Legatum V. G. ducentorum, ſi nubat centum, ſi Religionem ingrediatur, valet etiam in ducentis Religionem ingredienti.*

12 *Princeps num queat ſtatuere, ut Regius judex cognoſcat ſuper recuperanda à Clerico poſſeſſione beneficii, à qua eſt per vim dejectus, vel ne turbetur in illa, quam tenet in beneficio, & duplex ſententia refertur* n. 13. & 14. *Ubi dicitur de negativa, etiam in petitorio, & poſſeſſorio.*

AD

AD primam, & ad ſecundam quæſtionis partem abunde reſpondere poteris ex adductis *q.* 21. *præcedenti à n.* 1. & ſic breviter dico quod & ſi videtur affirmative tenendum, quia per talem reſervationem, non videtur ab eo ablata poteſtas, ſed ſolum uſus illius tamen negative reſpondendum quia taliter eſt interdictus his Principibus ſæcularibus hujuſmodi uſus, ut ab eis in contrarium facta ipſo jure irrita; & nulla ſint: ſic docent Cornejo *in* 3. *p. D. Thomæ tract.* 6. *de impedim. matrim. diſp.* 7. *dubio.* 3. Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 16. verſ. *ſed difficultas*, quod eſt verum quidquid in contrarium dixerit Petrus Soto *lect.* 4. *de matrimonio.*

2 Ad ſecundam quæſtionis partem, licet affirmativam ſententiam doceat Cutellius *in Cod. leg. ſicul. ad legem Federici cap.* 83. *notab.* 88. *n.*2. Sed revera ex *trid. ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim.* contrarium dicendum eſt, cum ut jam ſupra in quæſtione præcedenti expendi ibi excommunicantur directè, vel indirectè matrimonii libertatem impedientes; quis ergo non vidit juxta textum *in cap. gemma de ſponſalibus l. Titia cum vulgatis de verb. oblig*: . Ut cum matrimonia debeant eſſa libera, quod pœnæ impoſitæ à Principibus ſæcularibus, etiam in caſu matrimonii alias prohibiti inter conſanguineos jure Pontificio, auferant li-
3 bertatem requiſitam. † Et eſt ratio quia etſi talè matrimonium ſit jure Pontificio prohibitum, tamen non inde ſequitur ut ad corroborandam Pontificiam prohibitionem, ſint admittendæ laicales pœnæ, quæ naturaliter auferant liberam voluntatem contrahendorum, quantumvis alias nulliter ob impedimentum conſanguinitatis nulliter agerent.

4 Undè ad alterum difficultatis membrum, nempè an queat Princeps eas pœnas exigere etiam impetrata à Pontifice diſpenſatione: & quidquid affirmet Cutellius ſupra, reſpondeo illam exactionem fieri non poſſe, impetrata diſpenſatione, quia efficeret ut non obſtante tali impetratione contrahentes metu pœnæ ſolvendæ retraherentur
5 à matrimonio ineundo. † Deinde quia cum matrimonium inter conſanguineos poſt obtentam diſpenſationem ſit licitum, ſequitur ut ex nulla cauſa poſſit puniri per judicem laicum, cum pœna non
6 ſit danda ſine culpa. † & ſic Belletus *in diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de exempt. Clericor. à ſtatuto ſæculari* §. 4. *n.* 47. & Diana *p.* 5. *tract.*1. *reſ.*17. dixerunt non habere vim legum leges quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus ſine parentum conſenſu; quia, etſi Princeps eas tulerit ad honeſtatem perſuadendam, quæ conſiſtit in exigendo parentum conſenſu ab ipſis filiis ad conjugalem contractum, ut latè dixi *ſub. quæſtione præcedenti* 21. *à n.* 1. ſed non tamen habeant
7 vim cum id ſpectet ad ſummum Pontificem. † Etenim laicus Princeps nihil ſtatuere poteſt, etiam circa accidentia, & acceſſoria matrimonii, ſi eo acceſſorio impeditur matrimonium, ut dixi ſupra cum Baſilio Pontio *de matrim. lib.* 6. *cap.* 6. *n.*4. qui licet poſtea addat leges laicorum, quæ pœnis conſtitutis adjuvant prohibitiones Eccleſiaſticas circa matrimonium eſſe validas: tamen hoc erit intelligendum, ne obſtet Cutellius relatus hic *n.* 1. ſi adhuc perſiſtant Eccleſiaſticæ pro-
8 hibitiones. † Et ego addo etiam ipſis perſiſtentibus, dum tamen non ſint approbatæ ab ipſo Pontificio jure: alia addit Diana cum Barboſa *in cap.* 12. *n.* 11. *ſect.* 25. *de regularib.* quæ conducunt ad relatam doctrinam:

Ad tertiam quæſtionis partem, quæ ex proximis lucem accipit, etſi Martha *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 71. plura dicat de matrimonio Clandeſtino, de quo infra de clandeſtina diſpenſatione ego breviter ad punctum, & licet idem Martha referat *ibi n.* 3. quoddam ſtatutum Mediolani prohibens prædicta matrimonia, quod eſt juxta canonicum jus tamen reſpondeo ſtatutum etiam pœnale in hoc caſu eſſe nullum; & eſt ratio quia eſſet ſtatuere à laico in rebus Eccleſiæ, & ſpiritualibus, ut eſt matrimonium Clandeſtinum, quod licet ab Eccleſia prohibitum ſit: tamen quoad ſe, & quoad Deum valet, ut notatur, *in ſum.*35. *q.*5. & Doctores *in Rub. de clandeſtina deſponſatione*, ibi Beroius *q.* 107. *in fine*, Cephalus *conſ.* 27. *n.* 16. *vel.* 2. Martha alia dicens, & ibi *n.* 28. *dict. caſu* 71. 9

Ad quartam quæſtionis partem latè, ut reſpondeas adjunges dicta *Supra ſub. q.* 8. & *alibi.* Et ſic nunc breviter reſpondendo, etſi negative reſpondeat Barthol. *in l. fin. cod. de pactis.* Sed Decius *in cap. in præſentia de probation. n.* 522. & Diana *p.* 1. *tr.* 1. *reſ.* 124. melius reſpondent, quia ut ait Baſilius de matrimonio *lib.* 3. *cap.*8.*n.*52. ſtatutum, quod cerneretur, ut is qui nondum habet jus in re bonorum, quæ poſſeſſurus eſt Dominus, ſi in ſæculari convictu permaneat, eorundem autem non liberum Dominium nanciſcatur, ſi Religionem ingrediatur, nequaquam licere cum adverſari videatur libertati Eccleſiaſticæ, ac proinda ejus authores teneantur, & urgentur excommunicatione quæ eſt in Bulla cœnæ de cujus *in cap. in præſentia de prob. n.* 52. & paſſim D. D. contra Barthol. *in l. fin. cod. de pact. n.* 6. & contra alios quos ſequitur Cutellius *tom.* 2. *de don.* & *lib.*2. *de immunit. q.* 125. ubi limitat. ſi fiat in odium Eccleſiaſticor. non ſi ad familiarum conſervationem, contra illum etiam docet Thom. del-Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 21. quia diſponet in detrimentum religionis & pietatis. 10

Et pro ampliatione video Dianam inferre ex hac 11
deciſione contra Sanchez de matrimonio *tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 35. *n.* 11. admittendas non eſſe illas conditiones, quas aliqui in ſuis teſtamentis apponunt, videlicet *de, lego ſi Regionem ingrediaris*, dicens cum Baſilio Pontio *Supra n.* 20. contra eundem Sanchez *n.* 20. & Molinam *de juſtitia tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.*207. *à n.* 13. & alios ut ſi legentur ducenta, ſi nubat, centum ſi Religionem ingredienti, ut tenuerunt Comitol. *lib.*7. *q.* 7. Leſſius *de juſtitia lib.* 2. *cap.* 18. *dub.* 15. & alii. Sed ego in hoc ultimo puncto tenui, ut Sanchez, & Molina *in dicto cap. in præſentia de probat. q.* 19. verſ *ad ſecundam*, ubi leges, neç tunc diſcedendum eſt à reſolutione propoſita in hac quæſtione, quantumvis, contrarium dixerit Bartolus.

Ad quintam quæſtionis partem, an queat ſta- 12
tuere Princeps, ut Regius judex cognoſcat ſuper recuperanda à Clerico poſſeſſione beneficii à qua eſt per vim dejectus, vel ne turbetur in illa quam tenet in beneficio. Et ſuppoſitis quæ latiſſimè dixi *in cap. fin. de judic. q.* 2. Ubi an laicus judex, ſit judex competens ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis, ac beneficialis, aliqua *ſub. cap.* 5. *de fora comp.* nunc non reſolvendo tantum adducam duas contrarias opiniones affirmantem ex doctrina Covarruviæ *in practicis q.*35.*n.*1. & plurium Doctorum, quos ipſe ſequitur, quatenus dicunt quod

quod judex, & Miniſter Regius poſſit cognoſcere cauſam, dum agitur, ut Clericus recuperet Eccleſiæ poſſeſſionem, à qua eſt ejectus per vim, vel ut retineat beneficii poſſeſſionem, in qua ab alio turbatur.

13 Sed Peſantius *in tract. de immunit. Eccleſiaſt. diſp.* 15. Duardus *in bulla cœnæ lib.* 2. *canone* 14. *q.* 19. *à n* 47. Azor. *lib.* 5. *inſtit. moral. p.* 1. *cap.* 14. *q.* 1. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 66. negativam ſequuntur ſententiam ex authoritate textus *in clem.* 1. *de cauſa poſſeſſ.* & *clem.* 1. *de ſequeſtratione poſſeſ.* Ubi cauſa de beneficio, ſive jure petitorio, ſive poſſeſſorio ſpiritualis cenſetur dicentes Chriſto forum de Anguian. *de legibus tom.* 1. *lib.* 1. *contr.* 19. *n.* 30. Covarruv. ſupra non obſtare, nec Afflictis teſtantem *deciſ.* 24. *de uſu Regni Neapolitani*; quia ut dicunt Peſantius, & Azor relati per conſuetudinem judex laicus non poteſt ſibi vindicare ea, quæ ſunt Eccleſiaſtici juris, ut probat fuiſſe de Graſſis de effectibus Clericorum effectu, 1. *n.* 372.

14 Uſque *ad* 272. *uſque ad* 287. † Et addit Diana, ut nec poſſit adduci Pontificis tolerantia, quia quidquid aliqui afferant, quatenus in Bulla cœnæ omnes iſtæ conſuetudines, tanquam corruptelas damnant ſummi Pontifices, ut dixi etiam *ſupra q.* 16. circa finem, & ex dictis latè infra *in cap.* 8. *de judiciis.*

Quæstio XXIII.

An Principes laici poſſint ſtatuere ne beneficia Eccleſiaſtica exteris conferantur & an habeant jus convocandi Epiſcopos, propter aliquod negotium Reipublicæ, vel bonum ipſarum Eccleſiarum. Et an Princeps laicus poſſit ſtatuere, ut Eccleſiaſticus uſurpans juriſdictionem ſæcularem aut alia Regalia, poſſit, privari bonis temporalibus à judice laico & an Princeps poſſit prohibere, ne inhibitoriæ, quæ ad Magiſtratus Regios mittuntur, ab Eccleſiaſticis promulgentur, prius, quam ipſi Principi offerantur, ut de ejus facultate publicentur. An ſit licitum Principibus laicis, & Magiſtratibus diſcutere facultates, & poteſtates alicujus nuntii, qui in illam provinciam à Pontifice mittitur & an Principes, ſeu Magiſtratus Regii faciendo litteras hortatorias ad Epiſcopos, ut ab aliqua mala determinatione deſiſtant faciant contra libertatem Eccleſiaſticam, & incurrant in Bullæ cœnæ cenſuras.

SUMMARIUM.

1 *Exteris conferri beneficia laico ſtatuto, prohiberi non poteſt.* & n. 2.

2 *Magiſtratus ſæculares, & judices non poſſunt rejicere litteras Pontificias, quarum authoritate exteris beneficia conferuntur; licebit verò eis proponere de reſurreptione earum coram Eccleſiaſtico, ſed in praxi examinantur in concilio ſupremo, & in Cancellariis, & Audientiis Regiis,* ut n. 3. & 4.

4 *Litteræ Pontificiæ in quibus exprimitur derogatio juris patronatus laicorum per libellos, ſupplices Papæ oblatos deferri poſſunt in ſua executione modo fiat opera judicum Eccleſiaſticorum, in praxi fit per viam cognitionis politicæ.*

5 *Principes, & Reges non habent jus convocandi Epiſcopos propter aliquod negotium commune Reipublicæ, vel bonum ipſarum Eccleſiarum vi coactiva, ſed tantum rogando, ut ad ſe veniant, non ut Epiſcopi, ſed ut Proceres,* n. 7. 8. 9. 10.

6 *Rex eſt cuſtos, Curator, defenſor, & tutor Regni, & Eccleſiarum.*

8 *Reges dicuntur Patroni Eccleſiarum, & Epiſcoporum; ideſt defenſores, & protectores.*

9 *Reges expellentes à Regno Epiſcopos inobedientes mandatis Regiis, male faciunt.*

10 *Inquiſitor quidam declaratus fuit Bannitus, & ut exularetur à Regno, contra immunitatem Eccleſiaſticam, & concordatum in Regno Siciliæ.*

11 *Princeps laicus ſtatuere non poteſt, ut Eccleſiaſticus judex uſurpans juriſdictionem ſæcularem, aut alia Regalia, privetur bonis temporalibus à judice* à n. 12. 15. *etſi aliter practici caveant* dict. n. 11. *nec occupari aut ſequeſtrari, etiam ſi ſint ex matrimonialibus propter incapacitatem* num. 13. & 12.

16 *Princeps nequit prohibere, ne inhibitoriæ quæ Magiſtratibus Regiis mittuntur ab Eccleſiaſtico, promulgentur, priuſquam ipſi Principi offerantur, ut de ejus facultate publicentur,* ut n. 17. 18. *contra eſt praxis Regia. dict.* n. 16. *ex Pereira, & aliis, ſed ex privilegio Pontificio, & ex concordatis.*

17 *Regium* exequatur, *conceditur inter reſcripta privata, vel conceſſa inter partes, vel ad inſtantiam alicujus; non verò in legibus generalibus, & ſtatutis univerſalibus, prout ſunt Bullæ, & extravagantes Pontificiæ ubi de ratione.*

18 *Regii Miniſtri cavere debent, ne inferant præjudicium Sanctæ ſedi Apoſtolicæ, nec deveniant negotiatores in non expediendo* Regium exequatur.

19 *Credendum eſt viro nobiliſſimo legatione fungenti, quamvis litteras non oſtendat, exemplo Cardinalis attentis de mente Papæ quando nulli infertur præjudicium, alias non,* ut n. 20. & 21.

21 *Delegato creditur quando eſt perſona excelſæ dignitatis, abſque exhibitione mandati de legatarii, ſi non agitur de præjudicio tertii. Cardinali creditur aſſerenti aliquid ſibi commiſſum; licet litteras ſui mandati non oſtendat* dicto n. 21.

22 *Litteris ambaſiatoriæ non eſt opus, quando perſona eſt nobiliſſima, præcellens, & nota Principi.*

23 *Nuncii Pontificum miſſi in partes tenentur oſtendere ex mandato ipſo Papa litteras ſuæ commiſſionis Regibus, ſeu Magiſtratibus territorii, ubi mittuntur, ut innoteſcat eis legitima legatio, & authoritas* & n. 24.

25 *Preces Principum mandato comparantur* & numero 26.

Litteræ

Littera Hortatoria Principum miſſa ad Epiſcopos, ut à mala determinatione ſe abſtineant impertinenter in laicum operando, non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam dict. n. 25.

26 *Verba exhortatoria ſolum conſilium important ſic ut nullam neceſſitatem inducant, niſi in bis litteris Princeps uteretur precatoriis litteris.*

1 AD primam quæſtionis partem, an Principes laici poſſint ſtatuere ne beneficia Eccleſiaſtica exteris concedantur quia latè Doctores agunt *in cap. ad decorem de inſtitutionibus* ubi ego, & dixi aliqua *in cap. deputati 16. de judic. ſub. quaſt. fin.* Ubi an expoſiti fiot habiles ad officia, & beneficia, item notavi aliqua *in cap. eum: de ætate, & qualitate ordinand.* Quibus ſuppoſitis, & non obſtantibus legibus Regiis hujus Regni Caſtellæ, Portugaliæ, Navarræ, Aragoniæ, & Franciæ, quibus cavetur, ut exteri non admittantur ad beneficia; quæ in praxi vigent, & quas latè refero, & expendo *in dicto cap. ad decorem*, tamen talè laicorum Principum ſtatutum per ſe diſponens, ut beneficia exteris, ſive alienigenis non conferantur, nullum eſſe; eo quod eſſet diſponere circa ſpiritualia, quod non eſt permiſſum laicis, nec circa collationes beneficiorum, & inſtitutiones, ut jam dixi *ſupra quæſtione* 19. *n.* 8. verſ. *infero* quia ut *infrà* dico: *in cap. bonæ 4. de poſtulatione prælator.* per textum ibi licet in dictis Regnis beneficia exteris non concedantur, non inde fieri, quia eorum ſtatuta vim habeant, ſed quia ſunt confirmata à Pontificibus, ſic ibi Barboſa cum multis *à n.* 7. Reginaldus *in praxi tom.* 2. *lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 11. *n.* 160. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 26. Et poſt illos longè agens tenet Thomas del-Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 8. *dubitatione* 10. cum Tamburino, Belletio Azorio & aliis & ſatisfacit objectionibus.

2 Ex his infero non eſſe liberum Magiſtratibus, & judicibus ſæcularibus rejicere litteras Pontificias, quarum authoritate beneficia exteris conferantur, ut docent Peſantius *tract. de immunitate Eccleſ. diſp.* 17. Bonacina *de legibus diſp.* 10. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *n.* 13. Azorius *inſtitut. moral. p.* 1.
3 *lib.* 5. *cap.* 14 *q.* 3. † Sed licitum eſſe eis proponere de ſubreptione talium litterarum apud judicem Eccleſiaſticum, quod tamen in praxi non ſic admiſſum video in conſilio ſupremo Caſtellæ, nec in Valliſoletana Cancellaria, & in aliis audientiis Regiis, in quibus ſolent tales Bullæ examinari, imò & abſcondi: alia tradit Diana relatus, de quibus dico *infrà in cap. ſi quando de reſcriptis*, & dixi *ſub. cap. quia V. de judiciis ſub*
4 *quaſt.* 24. *à n.* 13. † Ubi quod quando in litteris exprimitur derogatio juris patronatus laicorum, licitum eſt appellare ad ſummum Pontificem ei offerendo libellos ſupplices, interimque differri litterarum Apoſtolicarum executionem, modo id fiat opera judicum Eccleſiaſticorum; ſed ex praxi Hiſpanica video per viam cognitionis politicæ à conſiliariis, & auditoribus Regiis dictam executionem impediri: ad quod applicabis dicta *infrà in cap.* 2. *de judic. q.* 19. 20. & 21.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem an Principes habeant jus convocandi Epiſcopos, propter aliquod Reipublicæ negotium, vel bonum ipſarum Eccleſiarum. Et ſuppoſitis quæ latè dixi *in cap.* 2. *de judiciis q.* 14. Ubi egi *de eo*; an ſi *Principes vocaverint ad ſuum rogitum Epiſcopos, & Eccleſiæ Prælatos, & non veniant; poſſint eos rejicere à Regno.*

Et licet Rex ſit Cuſtos, curator, defenſor, & 6
tutor Regni, & Eccleſiarum, nihilominus Azorius *p.* 1. *inſtit. moral. lib.* 5. *cap.* 14. *q. ultima*, Bonacina *de legibus diſp*, 10. *q.* 2. *puncto* 1. *n.* 14. Alex. Peſantius *tract. de immunitate Eccleſiæ diſp.* 21. dicunt Reges, & Principes facultate ſui muneris, non habere jus convocandi Epiſcopos, & eis præcipiendi, ut hoc, vel illud faciant, quia de jure Divino ſunt exempti a juriſdictione Principum ſæcularium. † Et licet poſſint Reges pro negotiis Reipu- 7
blicæ communibus rogare Epiſcopos, eoſque vocare, ut ad ſe veniant, non verò tanquam Epiſcopos, ſed tanquam proceres, quia opus illis habeant, non tamen præcipiendo, & multo minus ſub minis, & pœnis.

Nec obſtat quod Reges ſint Eccleſiarum, & Epi- 8
ſcoporum patroni, quia eſt idem, quod defenſores, & protectores Eccleſiarum, quibus non licet inferre poteſtatem convocandi authoritate Epiſcopos, & Eccleſiaſticos; nam ſi ita permitteretur poſſent, & illos compellere: de quo puncto videbis Bonacinam *tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 16. *punct.* 5.
n. 13. † Ex quo infero cum Diana *p.* 1. *tract.* 2. 9
reſ. 17. & multis ab eo relatis. item & *p.* 3. *tract.* 1. *reſ.* 26. verſ. *Unde* malè facere Reges, qui expellunt à Regno Epiſcopos inobedientes mandatis Regiis, ut ex practicis dicit Joannes de Hebia *in curia Philippica p.* 3. *n.* 30. ibi *aunque pareçaque el Clerigo que turba la Republica, y paz, puedeſer echado de el Reyno por el Rey, y ſu concejo, por eſtar à ſucnenta el procurar eſt à paz, eſto es peligroſo, y noſe admite ſegun Gregorio Lopez.*

Et pro majori enodatione, etiam adjunges 10
quæ dixi *in dicto cap.* 2. *de judic. q.* 17. Ubi egi de illa *an judex Eccleſiaſticus poſſit procedere cenſuris contra Regios judices, qui expellunt, à Regno Clericum turbantem juriſdictionem Regiam, vel abſolute Reges, & conſiliarios excommunicare*, & Diana *de cenſ. dict. reſ.* 26. *p.* 3. *tract.* 1. ait eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam excommuni theologorum ſententia & addit etiam in facto Regum comprobari, ut refert ex noſtro inquiſitore D. Joanne Dioniſio de Porto Carrero, qui *in allegatione pro juris D. D. Inquiſitorum cum miniſtris Regiis fol.* 1. alloquitur in ſequentibus verbis abiſſus abiſſum invocat *llegaron à declarar el inquiſidor por bando, y mandarlo ſalir de el Reyno, y ocupar las temporalidades, como ſi por ſemejante procedimiento noſe incu.riera en las penas, y cenſuras de la Bulla in cæna Domini cap.* 17. *nipodiam ignorar la concordia de la Señora Reyna Doña Leonora, don de dice* ſuper eo vero quod conqueritur, quod perſonæ Eccleſiaſticæ ejiciantur, ſeu banniantur à Regno concordatum eſt *quod illud ſi unquam factum eſt, malè factum eſt, cum evidenter ſit contra libertatem Eccleſiaſticam*, & eſſe concordatum, ut Dominus Rex declaret quod in poſterum nunquam fiat faxit, ergo exclamat Diana, & ego cum illo, ut non ſint aliqui contrarium Regibus conſulentes, ſed væ væ illis; unde evenit, ut non de facili debeant amplecti quæ tradit, & docet Salgadus *de protectione Regia tom.* 1. *p.* 1. *cap.* 2. *à n.* 273. *ad* 280. qui contrariam videtur tenere praxim.

Ad tertiam quæſtionis partem an Princeps lai- 11
cus

cus poſſit ſtatuere, ut Eccleſiaſticus uſurpans juriſdictionem ſæcularem, aut alia Regalia, poſſit privari bonis temporalibus judice laico. In quo dubio affirmativè reſpondent Doctores, quos citant Caliſtus Ramirez *de lege Regia* §. 27. *n.* 15. *in gloſſa lit. ſ.* & Franciſcus Padilla *in ſumma de todas las leyes.* Garcias de nobilitate *gloſſa* 9. *n.* 32. Borrellus *de præſtantia Regii Chatol. cap.* 71. *n.* 55. Peguera *in pract. crim. cap.* 24. *n.* 7. & ſequent, Seſſe *de inhibitionibus cap.* 8. §. 3. *n.* 10. Olivanus *in allegat. pro juriſdictione Sancti officii act.* 5. *n.* 127 Miravete *in informatione pro juriſdictione Regia art.* 12. Piaſa de Roſas Offorii *lib.* 4. *in præludio* 52. Bobadilla *in politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 60. ibi *ſilos Prelados, Oſus juezes, o qua leſquier otros Eccleſiaſticos uſurpas en la juriſdiçion Real Outras Regalias, ſon avidos por eſtraños, y pierden las temporalidades, en loqual por el buengovierno y politica mente, y conſideraçion tienen mano los juezes ſeglares.*

12 Sed quia nonnulla ego dixerim infra latè *ſub dicto cap.* 2. *de judiciis* conducibilia ad præſens dubium, referens caſus nonnullos, in quibus laici Magiſtratus poſſunt cognoſcere: & quid procedendu politicè ibi *q.* 19. 20. 21. tamen in puncto juris cum non ſolùm perſonæ Eccleſiaſticorum, ſed eorum bona etiam patrimonialia ſint exempta à poteſtate, & juriſdictione laicorum, ut ibi: dixi, & ſæpè *à quæſt.* 1. *hujus textus*, ut etiam probat Thomas Sanchez *in opuſculo moral. tom.* 1. *lib.* 3. *cap. unico dubio* 3. & *lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 55. *n.* 2. & 31. *ex clem.* 1. *de vita, & honeſtate Clericor.* Ubi conſtat, ut Clerici non ſolùm gaudeant privilegio Clericali in perſonis, ſed etiam bonis, Duardus *in* 13 *Bulla cœnæ lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 5. † Ubi probat cum Martha *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 101. non eſſe licitum poteſtati ſæculari, cujus juriſdictio uſurpatur ab Eccleſiaſticis, eorum bona, ac fructus ſequeſtrare, aut quod magis eſt occupare, etiam ſi bona ſint ex patrimonialibus, ex ratione dicta à Sanchez, idem docent non ſimilibus verbis Bonacina *in Bulla cœnæ diſp.* 1. *quæſt.* 18. *puncto* 3. *num.* 12. & cum Cajetano Ugolino, & aliis Theologis, Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 77. dicens ut nec quavis occiſione ſine Romani Pontificis, ſeu aliorum ad id legitimam authoritatem, & facultatem habentium expreſſa licentia ſequeſtrant; & patet ex prædicta allegatione D. Joannis Dioniſii Porto Carrero *n.* 96. *dict. ſol.* 61. & ex Megalio *in* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 12. præſumente contrarium fieri cum expreſſa ſedis Apoſtolicæ licentia, nam alioquin eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam.

14 † Quia quamvis ex doctrina Innocentii *in cap. cum olim. et l.* 1. *de reſtit. ſpoliator*; Ubi *videbis quæ ſcripſi*, & *in cap. dilectus de pœnis*, competat ordinario juriſdictio in extraneos impedientes ſuam juriſdictionem *per textum in cap.* 1. *de officio delegati*, & dixi ſub Rub. *de foro compet.* & ibi *ſub cap. penult. Et c.* 12. *de judiciis q.* 10. Sed probat hoc procedere non poſſe, quoad ordinarios judices ſæculares contra prælatos Eccleſiaſticos; cum non liceat inferiori judicare, & punire ſuperiorem: & melius ego addo ex doctrina, quam latè retuli *in cap. qualiter de judic.* & *in toto illo tit.* & *de foro comp.* quia laici judices qualeſcumque illi ſint incapaces ſunt cognoſcendi de Clericis, eorumque bonis, etiam data negligantia in cognoſcendo judices Eccleſiaſtici Fateor hic pro prima ſententia ut poſſit conſiderari lex illa naturalis vim vi repellere, ſed quando latè dico *in cap.* 2. *de homicidio.*

Et pro hac tractatione adjunges dubia ſequentia, an *Judices ſæculares poſſint capere Eccleſiaſticos impedientes, & reſiſtentes juriſdictioni laicali, nec non illos punire Clericum ex defectu juſtitiæ Eccleſiaſticæ*: item an *judex laicus poſſit ejicere è Regno Clericum ſeditioſum, & perturbantem Rempublicam*; ſed quia de iſtis egi *ſub dicto cap.* 2. *cap.* 10. *cap. qualiter, & aliis de judiciis, & foro*: & ad utramque partem cum Bobadilla, Morla, Menochio, Calixto Ramirez, Guiurba, Tuſco, Megalo, Sanchez, & aliis, agitet Diana, *dict. p.* 4. *tract. reſ.* 79. 70. & 81. ideo non repeto *quibus adjunges dicta infra q.* 35. 43. & 45. 15

Ad quartam quæſtionis partem an Princeps poſſit prohibere ne inhibitoriæ, quæ ad Magiſtratus Regios mittuntur ab Eccleſiaſticis, promulgentur, priuſquam ipſi Principi offerantur, ut de ejus facultate publicentur: in quo dubio affirmant Pereira cum aliis *de manu Regia p.* 1. *cap.* 65. *n.* 5. quatenus dicit ineſſe violentiam, & publicarum functionum perturbationem, ſi injuſte fiant; ratione cujus juſtiſſimè tales inhibitoriæ ad ipſum Regem deferri debeant, ut ipſe, qui pro communi utilitate creatus extitit ſua manu Regia licentia Eccleſiaſticorum compeſcat, ut ſe intra ſuos limites contineat: de qua praxi, ſicut de aliis caſibus vidi in conſilio ſupremo; & in Cancellaria Valliſoletana quotidie video ex fundata cognitione per viam violentiæ, de qua repetes quæ adduxi *ſub dicto cap.* 2. *de judiciis à quæſt* 19. ex quibus hoc determinabis. 16

† Sed in terminis negat Diana *dicta p.* 4. *cum aliis reſ.* 9. per aliqua, quæ dixit antea *tract.* 3. *p.* 3. referens ex Bañez, Caſtro Palao, & aliis Regem noſtrum ea omnia efficere ex privilegio Pontificio, & ex concordatis cum illo, & ibi notat Regium *exequatur*, concedi tantum inter reſcripta privata, vel obtenta inter partes, vel ad inſtantiam alicujus, non autem in legibus generalibus, & ſtatutis univerſalibus, prout ſunt Bullæ, & extravagantes Pontificiæ, ut optimè obſervat Rao *in reſponſionibus ad dubia circa immunitatem Eccleſiaſticam folio* 32. quia ſi dictæ Bullæ executoriis indigerent univerſalis Eccleſiæ regimen in præceps rueret, addens etiam Diana malè quoſdam aſſeruiſſe Bullam Gregor. XIV. de immunitate Eccleſiarum in Regno Siliciæ non valere, quia in illa Regium *exequatur*, non invenitur. 17 † Ob id precor Regios judices, ut attendant ad dictum Graſſis *in deciſ. aureis p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 120. Ubi profert ſequentia verba *caveant miniſtri Regii, cujus mens ſanctiſſima eſt in non inferendo præjudicium ſanctæ ſedi Apoſtolicæ nec devenent negotiatores in non expediendo Regium exequatur.* 18

Ad quintam quæſtionis partem, an ſit licitum Principibus laicis, & Magiſtratibus diſcutere facultates, & poteſtates alicujus nuntii, qui in illam provinciam à Pontifice mittitur. Et præmiſſis, quæ latè dixi *in cap. poſt ceſſionem* 7. & ibi *quæſt.* 2. *an litteris Epiſcopi, vel alterius judicis credatur. Et in cap. cum à nobis* 28. *de teſtibus quæſt.* 2. Ubi dixi de quæſtionibus *an ſoli aſſertioni Pontificis, vel Principis credatur* pro his, quæ ad propoſitum hujus dubii tradit Barboſa *in cap. nobiliſſimis* 97. *diſt.* quam etiam commendat Diana *quæſt.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 67. in fine, ait enim textus ille, quod eſt credendum viro nobiliſſimo legatione fungenti 19

fungenti, quamvis litteras non oſtendat exemplo
Cardinalis atteſtantis de mente ſui Pontificis, cui
creditur abſque litteris ſui mandati oſtenſiones:
20 ſic cum multis Barboſa. † Ubi *n.* 2. id procedere
intelligit, quando nulli infertur præjudicium,
alias non inquam ex Capella *deciſ.* 463. Riccius
collect. 1459. Farinac. *in praxi criminali q.* 63.
n. 55. Tyraquellus *de pœnis temper cauſa* 51. *n.* 13.
& 14. Menochius *de præſumpt. lib. præſumpt.* 15.
21 *n.* 9. & *conſ.* 160. *a n.* 77. † Ubi quod creditur de
legato abſque exhibitione mandati delegatorii,
quando eſt perſona excelſæ dignitatis, & non agi-
tur de præjudicio tertii, & Farin. ſupra, & Maſ-
cardus *de probat. concluſ.* 140. Seraphinus *deciſ.*
133. *n.* 1. dicunt ut Cardinali aſſerenti aliquid ſi-
bi commiſſum, plena adhibeatur fides, licet lit-
22 teras mandati non oſtendat. † imò idem Maſ-
cardus *concluſ.* 84. *n.* 2. ait quod litteris ambatia-
riæ non eſt opus, quando perſona eſt nobiliſſima,
præcellens, & nota Principi.

23 Undè præmiſſis etiam quæ infra dico ſub titu-
lis de officio delegati, & de officio legati de ne-
ceſſitate quam habent delegati, & alii judices
commiſſionis oſtendendi judicibus ordinariis lit-
teras ſuæ commiſſionis, ut queant actuare in ter-
ritorio alieno breviter; etſi Bonacina *de legibus*
diſp. 10. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *n.* 15. Peſantius *de im-*
munit. Eccleſiaſtica diſp. 20. Azorius *p.* 1. *lib.* 25.
cap. 24. *q.* 6. & alii abſoluta negativam ſententiam
ſequantur contra Covarruv. *in practicis cap.* 34.
n. 4. Bobadillam *in politica dicto tomo.* 1. *lib.* 2.
cap. 18. *n.* 207. & alios per eos abſolute affirman-
tes, multis rationibus adductis à Covarruv.
quas dicit Diana ad ſummum probare tantum
nunciorum poteſtatem diſcuti debere per judices
Eccleſiaſticos, qui in illis reperiuntur, ut ſunt
24 Epiſcopi, Archiepiſcopi &c. † Tamen ex com-
miſſione ſummi Pontificis debent nuncii exhibe-
re Regibus, ſeu Magiſtratibus litteras ſuarum le-
gationum, ut eis innoteſcat legitima eorum le-
gatio, & authoritas, quod ſatis probatur ex do-
ctrina dicti cap. nobiliſſimis, quia etſi reſpectu
Cardinalis, & perſonæ in dignitate conſtitutæ,
& nimis notæ non requireretur, verum reſpectu
nunciorum, quæ ſolent ad Regna per Pontifices
mitti habetur in praxi qui non ſic perſonæ, ut
Cardinales ſolent mitti & juxta ſunt intelligenda
ea quæ longè dicit Thomas del.Bene *de parlam du-*
bio 4. *ſect.* 38. *ſub Corolario* 24.

Ad ultimam quæſtionis partem, an Princeps,
25 ſeu Magiſtratus Regi faciendo litteras hortato-
rias ad Epiſcopos ut ab aliqua mala determinatio-
ne deſiſtant, faciant contra libertatem Eccleſiaſti-
cam, incurrant cenſuras Bullæ cœnæ, & cum
Principum præces mandato comparentur, ut ex
multis, quæ conſulto omitto, poteſt probari, de
quibus aliquid jam dixi. Sed quia litteræ exhorta-
toriæ Principium in caſu, de quo loquimur nullam
compulſionem contineant, nec minentur, eo quòd
littera hortatoria, eſt littera quædam amicabilis;
ideo exiſtimo ut ſi ex occaſione quod Epiſcopus
aliquid contra laicum impertinenter faciens, hor-
tatur ab officialibus ſæcularibus, ut deſiſtat à fa-
ciendo talia nullo modo incurri Principes, ſeu
Magiſtratus ſic ſuis litteris exhortando in cenſu-
26 ras dictæ Bullæ. † quia verba exhortatoria ſolùm
conſilium important; ſic ut nullam neceſſitatem
inducant: ita docent Coriolanus *in Bulla cœnæ ex-*
communicat. 16. Megala *in* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 6.
Diana *dicta p.* 1. *tract.* 2. *res.* 54. ambo limitantes,
niſi tamen in his litteris Princeps uteretur præca-
toriis litteris, cum in tali caſu res eſſet ſcrupuloſa
nimis, eo quod ut dictum eſt Præces Principium
mandato æquiparantur. Hæc poſſunt ampliari ex
notatis infrà *in titulo de reſcriptis* & in terminis
etiam docet Thomas del-Benè *de Parlamentis du-*
bit. 30. *ſect.* 23. *corollario* 13. cum Coriolano &
Megala jam citatis.

QUÆSTIO XXIV.

An Princeps ſæcularis poſſit ſtatuere, ut puniatur clericus delinquens ratione officii ſibi ab ipſomet Principe commiſſi. Et an perſonæ Eccleſiaſticæ quæ commiſerunt crimen Læſæ Majeſtatis, poſſint Principis ſtatuto puniri ab ejus judicibus laicis. An Princeps, ſeu judex laicus poſſit ſtatuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipſis concubinis factis, extendendo ſtatutum, ad Clericorum concubinas. Et an ſtatuta, ſeu edicta de non paſcendis animalibus in paſcuis univerſitatis, niſi ſoluta certa pecunia, ſub pœna comprehendat animalia Clericorum. Et an ſto quod Clericis permittatur habere Macellum publicum vel non, queant depaſcere ſua propria pecora in paſcuis communitatis. Et an pœnæ ſic impoſitæ, aut ex alio capite poſſint exigi, & exequi per laicos judices. Et an ſint caſus, in quibus queant laici pœnis coercere Eccleſiaſticos; id eſt an ſtatuta pænalia Clericos obligent.

SUMMARIUM.

1 *Princeps ſæcularis ſtatuere nequit, ut puniatur Clericus delinquens ratione officii ſibi ab eodem commiſſi* n. 2. *etſi multi aſſerant contrarium, inter quos Zevallos ſignat officia plura, ratione quorum delinquens in bonis puniatur per laicum, & quare* n. 4. & 5.

3 *Clericus habens bona profana, vel quid aliud, à Rege num poſſit conveniri coram laico ſuper eis* remiſſive.

4 *Bona Clericorum ſequuntur eorum perſonas, & privilegium.*

5 *Clericus nequit trahi ad judicium ſæculare ratione officii ſibi à Principe commiſſi, nec ratione cujuſcumque artis; poteſt tamen delinquens tunc Clericus officio, & fructibus officii privari à judice laico.*

6 *Principes nullomodo ſtatuere poſſunt, ut Clerici perpetrantes crimen læſæ Majeſtatis, puniantur à judicibus ſæcularibus. Et de caſu in facti contingentia* n. 7. & n. 8. & 9. *reprobatur conſuetudo contraria, quæ probat Calixtus Ramirez.*

7 *Religioſus quidam intendens Regni Neapoli terras tradere in manus Turcorum, etſi procederetur à fiſco, quod puniretur à judice laico, exemplo alio cujuſdam Clerici, nihilominus aliter fuit declaratum Clem. VIII. anno* 1600. *qui cauſam commiſit Nuncio Neapolitano dato adjuncto alio Conſiliario Clerico* n. 9.

by Google

10 *Concubinatus prohibitio habuit originem ab Eccleſia, ejuſque cognitio pertinet ad Eccleſiam* n. 11. *Quid in praxi* à n. 14.

12 *Concubinæ Clericorum dicuntur eſſe de familia Clerici.*

13 *Statutum ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipſis factis, extenditur ad concubinas Clericorum* n. 15.

14 *Concubinæ Clericorum ſolent apprehendi, & plecti à judicibus laicis; etſi Clerici concubinarii tunc apprehendantur ab Eccleſiaſtico Et quare ſic practicetur* n. 15. *quod juvatur Francia praxi, ut* n. 16. *ſed Leo Papa. X. aliter ſtatuit, qui expenditur ibi.*

17 *Concubinarum delictum eſt mixti fori, tam laici, quam Eccleſiaſtici judicis in quo eſt locus præventioni.*

18 *Statuentes Principes contra pecora Clericorum paſcentia in paſcuis, aut territorio alieno ſub certis pœnis, non infringit libertatem Eccleſiæ, ſecundùm plures, ut* n. 19. & 20. *ſecundum alios ſi perſona Clerici moleſtaretur ſic; ſi tamen pecora apprehenderentur non, ſed jure canonico, ut cumque infringetur immunitas* n. 22. & 23. *& de reſolutione etiam* à n. 25. *ubi plures Doctores cumulantur.*

23 *Clericum convenire ratione tributi, reſpicit onus reale, ſed ſtare in judicio reſpicit ejus perſonam.*

24 *Paſcuis communibus populi uti, & frui Clericis permittitur. Sunt enim paſcua deſtinata ad uſum paſcendorum pecudum &* n. 25. & 26. *Ubi de ratione.*

25 *Clerici degentes in civitate, pro civibus reputantur, veniuntque appellatione civium.*

26 *Capitulis pluribus in Catalonia licet habere locum publicum, in quo carnes ſcinderentur ad congruam ſuſtentationem, & diviſionem, & per conſequens licere Clericis uſum paſcuorum pro ſuis pecudibus.*

27 *Statutum pœnale nullam mentionem de Clericis faciens, publicam, & communem utilitatem reſpiciens, etſi Clericos obliget; ſed quantum ad exactionem pœnæ fiet executio per Eccleſiaſticum, ut* n. 28.

28 *Clerici inciſiones faciendo in montibus; etſi pœnæ obligentur, ſed non exequentur, niſi ab Eccleſiaſtico.*

29 L. 54. tit. 6. p. 1. l. 12. tit. 13. lib. 1. recopilat.

30 *Principes num quando Eccleſiaſtici machinantur in perniciem Reipublicæ, queant eis reſiſtere? videtur quod ſic ratione defenſionis naturalis, non tamen judicialiter per inferiores Magiſtratus* n. 31. 32. & 33. *Ubi quod iſte eſt caſus metaphiſicus, ſicut alius* numero 34.

34 *Papa faciens aliqua mandata in deſtructionem Eccleſiæ, poteſt reſiſti ſecundùm aliquos à Principe ſæculari, ſecundùm alios debet hoc fieri per Cardinales.*

1 AD primam quæſtionis partem ex latè dictis à quæſtione 1. dicendum eſt non poſſe, tum ex his quæ dixi infrà *in cap.* 4. *de judiciis q.* 3. Ubi de illa *an judex laicus poſſit punire Clericum falſum deponentem coram ſe* & alibi de puncto hujus dubii dixi; & ſic quamvis Zevallos *de cognitione per viam violentiæ p.* 2. *q.* 65: *num.* 14. in verbis ſequentibus affirmativam doceat ſententiam ibi *quando algun Eccleſiaſtico delinque en el officioque tomo, cumoſer medico, voticario, o Abogado, tutor, o curador de algun menor, otiene officio de ſu Mageſtad Præſidente de pacienda, O conſejero, odelinque en el, obende elerigo con Medidas falſas ſu mercaduria y en otros caſos ſemejantes, porque entonces ratione officii poteſt puniri in bonis; ſic ut judex ſæcularis ſit competens.* Ut docent docent etiam Petrus Zened cum multis *p.* 1. *collect.* 37. *ad decret. num.* 16. Bobadilla *in politica* cum aliis *tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 99. Borrelus *de præſtantia Regis Catholici cap.* 71. *n.* 4. Anguianus *de legibus lib.* 2. *controverſ.* 21. *n.* 58. & 59. Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 26. Laymam in theologia morali *lib.* 4. *tract.* 9 *cap.* 4. *n.* 3. & alii multi per illos citati, cum non puniatur in perſona, ſed in bonis, idemque contingat in aliis à Regè privilegiatis. † Tameo Mattha *de juriſdictione p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 127. *n.* 5. Barboſa cum *tit. ne Cleric. vel Monachi cap.* 2. 2
n. 4. Franciſcus Marcus *p.* 3. *deciſ.* 479. *n.* 4. & 5. Cavallus *reſolut. crimin. caſu* 64. prædictam negativam docent; item, & theologi, inter quos, Ambroſius *de immunit. Eccleſ. cap.* 20. *n.* 54. Megala *in* 3. *p.* D. Thomæ *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 26. & 32. Bonacina de legibus *diſp.* 10. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *num.* 14. Eraſmus Chochier *de juriſdictione tom.* 3. *p.* 3. *q. ultima. n.* 1. & 2. Zanard. *in director. confeſſor. tom.* 3. *cap.* 50. *fol.* 285. in fine, Carolus de Graſſis *de effectibus Clericorum effectu* 1. *n.* 82. qui aſſerit in Regno Siciliæ; ita fuiſſe obſervatum in cauſa cujuſdam equitis Hieroſolimitani, qui officium Capitaneatus exercuit in civitote Calatagitonis, & alia vice in patrimonio. † Et idem Barboſa alios plures referens pro utraque ſententiam, etiam *n.* 5. ex multis aliis excitat 3
quæſtionem an Clericus habens bona profana, vel quid aliud à Rege poſſit conveniri coram judice laico ſuper eiſdem bonis; ſed tu reſpondebis ex nonnullis quæ dico *ſub cap.* 5. *de foro competenti* applicabis quæ dico infrà *ſub noſtro textu q.* 53. verſ. *ad ſecundam.*

Et eſt ratio quia ut jam latè ſæpè dictum eſt 4
non ſolum perſonæ Clericorum, ſed eorum bona ſunt exempta a juriſdictione laicali, eo quod bona ſequuntur Clericorum perſonas, & privilegium eorum, Genuens. *in praxi cap.* 8. *n.* 5. Souſa *in Bulla cœnæ cap.* 20. *diſp.* 92. *n.* 4. & ideo Abbas *in cap. qualiter de judiciis*, Ubi *ſub quæſtione* 7. *dixi aliqua n.* 8. dixit certum eſſe quod perſona exempta eſt; ergo etiam res ſequitur, Diana *p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 18. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2. *canon.* 15. *q.* 11. *n.* 31. Ubi invehit in quoſdam judices, qui puniunt Clericos pœna pecuniaria, & pro pœna corporali eos ad Epiſcopos remittunt, quia ut dictum eſt dicta bona Clericorum ſequuntur privilegium perſonæ, & 273. † ait ut Clericus trahi non poſſit 5
ad forum ſæculare, etiam ratione officii ſibi conceſſi à Principè ſæculari, ſi in eo delinquat, nec etiam ratione cujuſcumque artis, ſi quam artem exerceat quæ conſules habeat, ac primatus, apud quos illius artificii juriſdictio reſidet. Et in caſu, de quo nunc applicabis quæ adduxi *in dicto cap.* 2. *de judiciis q.* 26. *n.* 4. Ubi expenditur etiamſi affirmativam ſequaris, & ubi notavi ex Feliciano ibi *n.* 109. ut poſſit officio privari, & fructibus officii per ipſum judicem ſæcularem, & applicabis quæ ibi dixi *q.* 18. *an pro debitis Regalibus, queant Clerici conveniri coram laico.*

Ad ſecundam quæſtionis partem à fortiori ne- 6
gantur

Digitized by Google

gandum eſſe reſpondeo, quia cum pœna corporalis in Clericum omnino ſit laicis interdicta ex dictis ſæpius ſupra, *& in cap. cum non ab homine 10. de judiciis*, Ubi latiſſimè per plores quæſtiones; ſequitur ut nullomodo in hoc crimine queant Principes ſæculares ſtatuere ut Clerici perpetrantes delictum læſæ Majeſtatis à judicibus ſæcularibus puniantur, ut patet etiam ex dictis *in dicto cap. 10. de judiciis q.* 20. Ubi egi de illa an *pro crimine læſæ Majeſtatis fiat degradatio, & traditio de Clerico judici ſæculari abſque incorrigibilitate*, ſic communiter theologi, & juriſperiti inter quos Vigianus *tract. de immunitate Eccleſiaſticos diſp.* 2. *concluſ.* 2. Bellet. *in diſquiſit Clericor. p.* 1. *tit.* 3. §. 1. *num.* 4. Ubi pro hac ſententia citat 13. Doctores, Peſaotius *tract. de immunit. Eccleſiaſt. diſp.* 13. Zenardus *in directer. confeſſ. tom.* 3. *cap.* 50. Valenzuela *in deſeſorio cenſ.* Pauli V. *p.* 4. *n.* 70.

7 Et confirmatur facti contiogentia per caſum, de quo teſtator Geouenſ. *in praxi cap.* 72. per totum atrociſſimæ ſcilicet rebellionis cujuſdam Religioſi, qui aliquas terras Regni Neapolitani io manus Turcarum tradere volebat, in quo cum fiſcus allegaret pro rali delicto quendam Clericum Neapolitanum olim fuiſſe decapitatum Clemens VIII. anno 160. declaravit malè judicatum, dictamque cauſam à ſummo Pontifice commiſſam nuocio Neapolitano, dato adjuncto alio conſiliario Clerico, qui in illo judicio iotervenit tanquam delegatus à ſede Apoſtolica: ex qua declaratione eſſeruit Genoenſ. quem ſeqoitur Diana *dicta p.* 1. *tr.* 2. *reſ.* 19. factum jam ut nullomodo laico pertineat cognitio de Clerico ſic delioquente, niſi contingeret judicem nomioari ex commiſſiooe Papæ.

8 Undè non obſtat Caliſtus Ramirez *in tractatu de lege Regia* §. 17. 11. cum multis ab eo citatis *in gloſſa. lit. D.* Ubi quod io multis partibus cavetur ut vi conſuetudiois orgentis Clerici rebelles à judice ſæculari puoiaotur. Et quia in Regno Neapoli eſt conſtitutio, qua cavetur quod ſi Clericus commiſerit aliquod delictum debet judicari, & condemnari per ſuum Epiſcopum, & non per judicem ſæcularem, excepto ſi commiſerit crimen proditioois contra Regem, Ubi gloſſa dicit *ſi eſſet*
9 *crimen læſæ Majeſtatis.* † Quia reſpondeo hanc conſtitutionem nullius fuiſſe roboris, cum Princeps laicus ex noſtro textu, & aliis dictis *ſub tit. de judiciis, & foro comp.* nullam habeat juriſdictionem in Clericos, ſic ut nequeat condere legem quod Clerici committentes crimen læſæ Majeſtatis, judicentur à judice laico, nec poterit ſuſtineri conſuetudo allegata, cum potius ſit corruptela, juxta quæ dixi ſub. quæſtione 17. in fioe ſupra, & *in cap.* 8. *de judiciis* Videbis Cavedum *d.* 2. *deciſ.* 83. Ubi latè agit de hoc puncto.

10 Ad tertiam quæſtionis partem an Princeps, ſeu judex laicus, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipſis concubinis factis, etiamſi extendat ad coocubinas Clericorum. Sed Martha longè agens *de juriſdictione p.* 4 *cent.* 1. *caſu.* 44. concludit ut ſtatutum puniens concubinas Clericorum, noo valeat; ſic ut illarum animadverſio, ſit ſolius juris canonici; tum quia concubinæ Clericorum, etiam reſpectu concubinatus ſuot de foro Eccleſiaſtico, eo quod prohibitio criminis concubinatus habuerit originem ab Eccleſia *ex cap. nemo ſibi blandiatur* 32. *q.* 2. de jure civili permittetur *l. in concubinatu ff. de concubinis*, & Ut dicit Abbas *in cap. cum ſit generale de foro comp.* imò & Doctores antiqui Canoniſtæ in textu noſtro, ut refert Bernard. *in tract. de concubinis* in verbo *penitus arcere n.* 2. ſic tenuerunt dicentes cum Joanne Andrea *in regula ſine culpa de reg. lib.* 6. punitionem concubioarum faciendam eſſe per judicem Eccleſiaſticum. † Et 11
qoia ratione concubinatus patrati cum Clerico, tanto magis cum ratione a ljuocti efficiatur de ſuro Eccleſiæ, & ad Eccleſiaſticum pertioeat cognitio ad quam coocubina eſt remittenda, ut docent Antonius de Prato *in l.* 1. *ff. quæ ſententia ſine appel. reſcind.* Socinus *in cap.* 2. *col.* 15. verſ. *ſecundo fallit de mutuis petition. & conſ.* 12. *col.* 6. *volum.* 1 Marſilius *ſingul.* 18. Ferret *caut.* 10. Ubertinus *de corrigio in l. poſthumo. n.* 6. *Cod. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas* Socinus *in l. cum ſenatus fine ff. de rebus dubiis.* Ubi teſtatur ita vidiſſe in practica obtentum, ut multis etiam comprobat Martha *dicto caſu.* 44. *nu.* 5. Videndus. † Et aſſerens ideo proce- 12
dere etiam quia concubinæ ſunt de familia Clerici, ob idque eas deliquentes remittendas eſſe ad judices Eccleſiaſticos per laicos judices.

Et quia de concubiois Clericorum, & omnium 13
punitione ago latè *in cap. ut Clericorum de vita, & honeſt. Cleric. & in tit. de cohabitatione Clericorum & mulierum*, ne longè hic agam jam ad difficultatem propoſitam, reſpondent communiter Doctores, nullomodo illud ſtatutum valere, quia ſi lex, ſeu ſtatutum tollat Clericis id quod de jure communi eis competebat, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed de jure communi competit omnibus actio furti, quæ per hanc legem Clericis denegatur; ergo: ſic docet in terminis Bertrandus de Guebara *in propugnaculo Eccleſiæ aſſert.* 1. §. 5. 25. Aponte in reſponſo pro cens. Pauli. *V. p.* 5. *n.* 24. Bertrius *in cap. cum terra de elect. n6.* Felinus hic *n.* 69. Jmola *n.* 11. Decius *n.* 3. & alii Surdus *vol.* 3. *conſ.* 302. *& vol.* 2. Diana *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 11. Martha *p.* 4 *cent.* 1. *caſu.* 1. Angelus verbo *immunitas numero* 37.

Ego inquam quatenus ad primum caſum de ju- 14
dice punienta Clericorum concubinas, video ex praxi communi Epiſcoporum Hiſpaniæ noſtræ, ut licet judices Eccleſiaſtici in eodem tempore apprehendant Clericos concubinarios, etiam inventus cum concubinis, ſed noo inde apprehendant concubinas; ſelent vero facere, quod nuocietur judici laico ut eas puniat; & poteſt eſſe ratio quia quamtumvis dici debeant de familia Clerici, tamen quia jam hæc famulatus immunitas, reſpectu famulorum laicorum in deſuetudinem plurimum abierit, eo quod famuli laici ſunt congrui, ut punitio concubinatus, & aliorum delictorum commiſſorum à famulis laicis Clericorum, pertineat ad laicum judicem.

Quare io puncto noſtro exiſtimo cum Pereira 15
de manu Regia p. 2. *ap.* 75. n. 1. cognitionem de furto concubioæ Clerici pertinere ad judicem Laicum quia talis lex deteſtari intendit concubinatum, illumque penitus à ſua Republica exterminare, ut hac prohibitione deterriti concubinarii reſipiſcant, licet per accidens ſit, ut inde concubinæ arripiaot furandi licentiam impunè, quod lex oon intendit, nec tribuendum eſſe legi peccatum, quod ſubditus ex ſua malitia occaſione legis accipit ex ſe ipſa, quæ oullomodo in hoc intendit infringere Eccleſiæ immunitatem; imò potius facilius molieres concubinariæ hac occaſione furantes puoiuntur, & deterrentur à laicis judicibus, quam à Clericis.

Video quod licet Rebuffus *in tit. de publicis concubinis* §. *est*, verſ. *contrarium teneo dicas* Re-

gem Franciæ, legiſlatorem, & ejus officiales poſſe cognoſcere de concubinis Clericorum, quod juvet relatæ noſtræ doctrinæ: tamen Leo Papa X. *in ſua Bulla concordatorum Franciæ in tit. de publicis concubinis* prohibuis ſæcularibus ne ſe intromitterent ad animadvertendum eas in verbis ſequentibus *præterea etiam omnibus ſæcularibus viris, etiamſi Regali præ fulgeant dignitate, ne ullum qualecumque inferant impedimentum, quocumque quæſito colore prælatis, qui ratione officii ſui adverſus ſubditos ſuos pro hujuſmodi concubinatu, & aliis cauſis ſibi à jure permiſſis procedunt.* Sed ſi attendas verba Pontificis, non removent ſententiam noſtram, quia tantùm loquitur de ſubdictis, cumque prædictæ concubinæ laicæ ſint, non eſt cur abſolutè, & privativè ſpectet cognitio ad Eccleſiaſticum, quamtumvis Martha, & ab eo relati exclament
17 *in dicto caſu 44. à numero* 10. *&* *à* 5. † Et quod ſaltim poteris admittere, eſt nempè quod concubinarium delictum, ſit mixti fori, tum judicis laici quam Eccleſinſtici, ſitque in eo locus præventioni per ea, quæ egi latiſſimè *in cap. cum ſit generale* 8. *de foro comp.* Ubi etiam de aliis delictis mixtæ cognitionis, ad quod in ſpecie concubinatus leges quæ ibi dixi *q.*9. *à numero* 1. Et ſecundum adducta ſunt intelligenda quæ noviſſimè dixit de puncto noſtræ quæſt. Thomas del-Benè *de parlam. dubit* 30. *ſect.* 24. *coral.* 14. latè loquutus & repetit *p.* 1. *de immunit.cap.*5 *.dubit.* 23. utrobique legendus cum multis fundamentis.

18 Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatuta, ſeu edicta de non paſcendis animalibus in paſcuis univerſitatis, niſi ſoluta certa pecunia ſub pœna comprahendat animalia Clericorum: aliqua dixi *in cap. qualiter* 17 *de judiciis ſub.quæſt.*6. & videtur quod talia ſtatuta Clericos obligent, quia lex municipalis bonum commune reſpiciens ligat Clericos, ut latè dixi *quæſt.*1. *&* 2. *Supra* Et ſic Lucas de Pena *in l. cod.de paſc. public. col.*2. *lib.* 11. *& in l.* 2. *col. ante penult. & ſequent. de navib.* non excuſand. reſolvit quod ſtante ſtatuto laicorum, ut nullus cum animali intret in territorium alterius ſub certa pœna, tale ſtatutum comprehendat Clericos, adeo ut ejus diſpoſitio ad animalia Clericorum extendatur, cum juri naturali ſit conſonum, ut nemo cum alterius jactura locupletetur, docent in terminis Rolandus à Valle *in conſ.* 3. *numero* 82. *tom.*2. Avendannus *de mand. Reg.* 50. *p.* 2. *cap.*14. *numero* 13. Silva reſponſorum *cap.*5. *numero* 7. & ambo verba textus *in l.* 12. *tit.*3. *lib.*1. *recopil.* ibi *y fueren hallados que hazen daño las beſtias, y ganados de los Clerigos* (junctis illis verbis *mandamos que en rançon de pagar laſpenas, y loqueaſi fuere ordenado, que todos, à ſi Clerigos, como legos lopaguen aſi meſmo por rata loque loſcupiere, y mandamos que las prendas ſe cobren aſi de los unos, como, de los otros.*

19 Et hanc docens etiam Gregorius Lopez *l.*24. verbo *elganade tit.*15.*p.*7. *l.*70. Caſtillus *tauri numero* 18. Avendannus *de exequend. mandatis p.* 1. *cap.*4.*n.*30. *& cap.* 13. *numere* 7. *& p.*2. *cap.* 14. *numero* 13. Gutierrez *practicar.lib.*1. *quæſt.*4. Alderanus Maſcardus *d general. ſtatutor interpretatione concluſ.*1. *a numero* 115. Belletus *diſquiſit. Clericor.p.*1. *tit. de favore reali.* §.6.*num.*5. Zevallos *practicarum quæſt.*897. *a numero* 620. *& in tract. de cognition per viam viol.p.*2. *quæſt.* 23. *à numero* 18. ex eo quia quando onus impoſitum eſt rei, poteſt ſæcularis juvare, ut executio fiat in re, quæ in ſuo territorio, & juriſdictione eſt, non habito reſpectu, an perſona, cujus res eſt pertineat ad ſuum favorem, vel juriſdictionem; *argum. leg. viros.* 12. *Cod. de palat. Sacrarum largition. lib.* 12. *cap. ſi tributum* 11. *quæſt.*1. Bartol. *in l. Imperator. ff. de publican*, Baldus *in l. de his verſ. ego credo Cod. de Sacroſanctis Eccleſ. & in auth.ſed & periculum Cod. ſine cenſu* Gutierrez *dict. quæſt.*4. *numero* 2. *deciſ. Pedemont.* 68. *numero* 34. Azevedus *ad dictam l.* 12. *numero* 2. *tit.*3. *lib.*1. *nova recopil.*
† Et confirmant hanc rationem quia hoc pacto 20
perſona Clerici non condemnatur à judice ſæculari, nec ejus ſtatuto ligatur quia in perſona Clerici nulla dirigitur executio, ſed onus reale rei impoſitum à Clerico exigitur, ſicut aliud quodcumque tributum reale.

Idem tamen Gutierrez *dict. lib.*1.*pract.q.*4.*n.*2. 21
Zevallos *de cognitione per viam violentiæ p.*2.*q.*11. *n.*44. Curia Philippica §.3.§.17.*n.*13. diſtingunt, nam aut judex ſæcularis procedit contra perſonas Clericorum, & Religioſum pro executione pœnæ ſtatuti, & ordinationis, vel contra ipſa pecora, quæ fuerunt reperta in paſcuis alienis, & prohibitis; & quod in primo caſu non poſſit, ſecus in ſecundo quando ſcilicet procedit contra pecora, & tradunt fuiſſe ita deciſſum in hac Cancellaria Pintiana, & eſſe de ſtylo Curiarum ſæcularium; & ſecundum hanc praxim video diverſis in locis practicari † Tamen in puncto juris canonici reſpon- 22
dendum exiſtimo contra immunitatem, quia ſemper ſententia illa pœnalis redundat in perſonam Clerici ut defendit Barboſa hic *n.*6. impugnans; & improbans contrariam ſententiam, de quo ego dixi *in cap. quia V.*11. *de jud. q.*9. Ubi *n.*9. retuli fundamenta Gregorii Lopez, & aliarum, & 10. Ubi etiam amplexus ſum hanc Barboſæ, quæ non repeto: latiſſimè defendit Martha 4.*p.cent.*1 *reſ.*8. cum multis Sanchez *in opuſculo moral.tom.*1.*lib.*3. *cap. Unico dubio* 31. *n.*2. & cum Barboſa Thomas del-Benè *de commitiis, ſeu parlamentis dubio.*4.*ſect.* 14.*n.*1.*p.*57. dicentes quod ſtatuta laicorum pœnarum condemnationem, & exactionem impotentia adverſus eos, quorum pecora damnum dederint, aut in fructibus vel in paſtibus vetitis inventa, non ligant Eccleſiaſticas perſonas. † Et ſic Silva reſponſorum 5.*reſponſ.in* 3.*p.n.*32. Videtur fateri, dum dicit cum aliis, ut licet convenire Clericum ratione tributi, reſpiciat onus reale, ſed ſtare in judicio, reſpiciat perſonam Clerici, quia in judiciis quaſi contrahitur pro majori reſolutione videbis dicta *infrà q.*40. Et quæ tradit Thomas del-Benè.

Ad quintam quæſtionis partem ut reſpondeas 23
repetes quæ dixi ſupra *q.* 15. *à n.*1. *an liceat Clericis facere macellum carnis:* & quia ex quo Clericis ſit permiſſio habenti macellum pro ſcindendis carnibus, & videretur vana facultas eas ſcindendi ad propriam ſuſtentationem, ſi ipſi Clerici non haberent, Ubi eorum beſtiaria depaſci poſſent dici debet Eccleſiaſticas perſonas, etiam ex proximè dictis in verſ. *ad quartam* poſſe uti ſiul paſcuis communibus, quia ipſi Clerici ſunt univerſitatis *l.in tantùm* §. *univerſitatis ff. de rerum diviſione l.* 1. *Cod. de paſcuis communibus lib.* 11. quia paſcua deſtinata dicuntur ad uſum paſcendorum pecudum juxta textum *in l.* Silva *ff. de verb. ſignif.* † Etenim 24
Clerici degentes in civitate pro civibus reputantur, & appellatione civium veniunt Bart.

in

in.l. §.11. *ff. ad municip.* & *de incolis*, Surdus
*conſ.*301. *vol.* 3. Ripol. *variar. cap.* 1. *de juriſdi-
ctione à num.*153. Ubi ait in conſequentiam ne-
ceſſariam Clericos jus habere ad depaſcenda pe-
cora neceſſaria ad dicta ſuſtentationem eorum, ut
de Monachis Cartuſienſ. ſcribit Bertrand *conſ.*
26 62.*vol.*3. relatus à Surdo *conſ.*65. † Quia licet
paſcua ſint univerſitatis juxta tradita per Covar-
ruu. *practicar.quæſt.cap.*37. Vincent. *de Franchis
deciſione* 197.*n.*12. Ripa *reſponſo* 93. Surd. *conſ.*
65 *n.*17.Cabalcanus *deciſ.*1.*n.*5.& 45. nihilomi-
nus quoad commodum, & jus utendi, ſunt om-
nium civium, juxta tradita per Oldradum, &
Albericum *in dicta* 5.*ff. de petit. hæredit.* Bertr.
*conſ.*293. Surd. *à n.*65. *n.*7. imo Ripol. iterum
*n.*156. confirmat in praxi ex fundamentis aſſum-
ptis per Regium conſilium Cataloniæ in ſenten-
tiis incolatus, in, & cum quibus fuit declaratum
licere diverſis capitulis habere locum publicum,
in quo carnes ſcinderentur ab congruam ſuſten-
tationem, & diviſionem, & per id conſequen-
ter licitum eſſe Clericis uſum paſcuorum pro ſuis
pecoribus.

27 Ad ſextam, & ſeptimam partem an pœnæ
ſic impoſitæ, aut ex alia capite poſſint exigi, &
peti à laicis: & an ſtatuta pœnalia Clericos obli-
gent. Hæ duæ difficultates pertineat ad quæſtio-
nem generalam, quæ poſſunt determinari per di-
cta in hac quæſtione, ſed pro integra diſcepta-
tione, advertes ut licet ſtatutum pænale nul-
lam de Clericis mentionem faciens, publicam
tamen utilitatem reſpiciens, & commune bo-
num in ſe continens, Clericos liget, ut ex do-
ctrina Baldi hic *col.* 2. verſ. *Idem videtur dicen-
dum*, Ut cum multis probat Sylva, *dict. reſpon.*
9.*in* 3.*p.n.*6. quia talè ſtatutum eſt generale, ut
indicant verba *quemingun Vecino*, & pariter pu-
blicam reſpiciat utilitatem, ut ſtatutum de vi-
ctualibus, juxta quæ dixi *ſub quæſtione* 1. & 2.
item ſtatutum de montibus, juxta textum *in
lib.*7. *tit.*7. *recopil.* ibi *los conſerven para el
bien comun de ellas*, quod debet ligara Clericos
cum alias beavites montes deſtruerentur, ſi Cle-
rici liberè lignum excidere, & extra terminos
civitatis extrahere poſſent, & per conſequens
commune bonum à jure naturali derivatum
periret, & turbaretur, quod admitti non de-
bet, eo quod talia ſtatuta non ſunt contraria li-
bertati Eccleſiaſticæ, imò honeſta, & ratio-
nabilia, propter commune bonum, & publi-
cum *ex textu noſtro*, & *cap. quæ in Eccleſia-
28 rum* 7.*hoc tit.* † Tamen quidquid illud ſit dicens
quod in exactione pœnarum, ſunt Clerici con-
veniendi, non coram laicis, ſed coram ſuis
judicibus Eccleſiaſticis, ut docent Doctores hic,
& cum multis idem Sylva *ſupra numero* 25. Ut
etiam in ſpeciè de inciſionibus montium tenet
Caſtillo *in dicta l.*70. *Tauri col.*3. & idem Syl-
va cum Abbate *in cap. non minus de immunita-
te Eccleſiaſt.* & cum aliis procedere in exactio-
ne tributorum.

29 Sic intelligens textum *in l.*54.*tit.*6.*p.*1. Ubi
Gregor. & *in l.*51. eodemque modo intelligen-
dum eſſe textum in *dicta l.*12.*tit.*13.*l.*161. *recopi-
lat.* ibi *mandamos que las prendas ſe cobren, à ſi
de las une como de los otros*, puta tam à laicis,
quam à Clericis, ſed cum ea differentia, ut à lai-
cis coram judice laico, à Clericis coram judice
Eccleſiaſtico: alia tradit videnda Sylva *à* n. 28.
Joannes Gutierrez de Gabellis 92. n. 48.

Undè ad dubium an ſi caſus, in quibus Prin- 30
ceps ſæcularis poſſit coercera Clericos, & reſ-
pectu judicum poteris applicare plura, quæ dixi
*ſub. cap.*2. *de judiciis*, proprius *ſub. cap. cum
non ab homine eodem de Clericis delinquentibus*:
Ubi etſi ſint aliqui caſus, ratione quorum co-
gnoſcant, ut dixi ibi, & ſpecialiter *in dicto cap.*
2.*quæſt.*26. *fin.* civiliter tamen, non verò crimi-
naliter contra eorum perſonas procedendo. † Sed 31
ex Victoria, & Soto reſpondet Antonius Fernan-
dez *in examine theologiæ moral.p.*2. *cap.*6. §.1.
numero 4. & Ludovicus Molina de *juſtitia tom.*
1.*tract.*2. *diſp.*3. ſic aſſereus *obſervant Victoria*,
& *Soto ſi Clericorum libertas in manifeſtam ce-
deret ſæcularis Reipublicæ perniciem Clericis im-
punè vacantibus laicorum cædes, ſummique Pon-
tificis admoniti adhibere nollent remedium, poſſe
equidem Principes ſæculares ſuis ſubditis conſu-
le nihil immunitate*, & *privilegio Clericorum
impediente*, ex ea ratione quoniam Reſpubli-
ca civilis eſt ſibi ipſi ſufficiens quo circa
quemadmodum propria authoritate poteſt
ſe ipſam defendere, & ſervare indemnem à
quacumque Republica alia ſæculari, ſic etiam
ab Eccleſiaſticis. † Et quod meritò admonent 32
poteſtatem hanc eſſe apud Principem, non
verò apud judices, & Magiſtratus, & idcircò
nefas illis eſſe propria authoritate agere contra
Eccleſiæ libertatem, aut Clericos capiendo,
vel malefactores extrahendo de Eccleſiis, vel
aliqua alia ratione, leges traſgrediendo; ta-
men ſi vim vi repellendo cum moderamine in-
culpatæ tutelæ ſuos ab Eccleſiaſticis tutari, ac
defendere poſſint; ita etiam Guillielm. Bene-
dictus *in cap.* Raynucius verbo *uxorem num.*454.
de teſtam. Aufrerius *de poteſt. ſæcul. ſuper Ec-
cleſ. perſon. Reg.*2. Navarrus *in cap. cum con-
tingat de reſcriptis remedio* 1. *verſ.*1. Simancas
*de Catholicis inſtit.cap.*42.*n.*32.

Verum Salas *de legibus quæſt.* 94. *tract.*14 33
diſp 14.*ſect.*9 *numero* 111. dicit qood caſus iſti
ſuns methaphiſici, & quod moraliter continge-
re non poſſunt, quia Clerici, & Epiſcopi non
habent tantam poteſtatem in Rempublicam. † 34
Sicut etiam videtur methaphiſicus alius caſus,
quem ponit Victoria de poteſtata Epiſcopi, quem
refert Diana *p.*1.*tr.*2. *reſ.*7. *in fine*, Ubi aſſe-
rit quod ſi Papa faceret aliqua mandata in de-
ſtructionem Eccleſiæ, poſſit Princeps ſæcularis
facto, & vi reſiſtere illis, & impedire execu-
tionem talium mandatorum, qui videtur etiam
aliqua ex parte modum exceſſiſſe, ut contrà
illum notavi *Azor p.*1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæſt.* 5.
Etenim etiam iſte caſus difficilis cum ſoleat
reſiſtere mandatis illis Cardinalium cœtus, qui
poſſent inquam convocare concilium genera-
le ad judicandum, & condemnandum Papam
per illa, quæ dixi infrà *in cap.*1.*de judic.q.*6. Ubi
egi de illa an concilium generale poſſit condem-
nare, & judicare Papam.

Itaque dicendum eſt non obſtare alia funda- 35
menta contrariæ ſententiæ nempè quod gabellæ
vulgò *Alcabalas* repetuntur à laicis contra Clericos
venditores ex doctrina *cap. fin. de vita & honeſt.
Clericor.* & lege regia de hoc loquente, item quod
apprehendendo pignora Clericorum ſeu exe-
quendo in eorum bonis nullam exercent laici ju-
riſdictionem quin ad.1. reſpondeo ex doctrina
Gabrielis Pereyra ſic loquentis *de manu regia
cap.*38. *numero* 31. ibi *ſi quis autem quærat*

quæ ſit differentia ratio cur Clerici apud ſaculares magiſtratus pro gabellis, decimis & aliis Juribus conveniantur, ſecus autem pro refectione viarum & murorum in promptu eſt, nam pro gabellis conveniuntur quia jus regale ſunt & in eis eſt jus ſpeciale mediante longiſſima conſuetudine Regis illud Jus exigendi & exequendi, diverſumque eſſe an muneribus extraordinariis quæ indicuntur ad murorum & viarum refectionem, in quo nulla concordia eſt inita, ſed ſolùm quæritur an attento juro poſſent à ſæcularibus magiſtratibus compelli, in quo verius eſt non poſſe, ſuis Cardinalis Lugo *de juſt. diſp.* 36. *ſect.* 8. *num.* 132. cum Thomas Sanchez & aliis infinitis reſolvit non poſſe Eccleſiaſticos negotiatores compelli à ſæcularibus in ſolutione gabellarum vulgo *Alcabalas* & quod debet fieri per eorum judicem Eccleſiaſticum qui regia *lex* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil.* & *d. cap. fin. de vita & honeſt.* de quo jam dixi ſub *q.* 19. diſponunt ut amittatur privilegium exemptionis ſed non fori privilegium Salas *de contract. tract. de empt. & vendit. dubit* 3. *n.* 4. cum Molina, Suarez & aliis Graſſis *de effectibus Clericatus effectu* 6. Fragoſo *lib.* 2. *diſp.* 4. §. 4. *num.* 331. Caſtillo *tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 52. Thomas del-bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 18. Diana 30. *tract.* 1. *reſol.* 44. D. Tapia Archiepiſcop. Hiſpalens. *in Chatena morali lib.* 4. *q.* 11. *art.* 21. cum illis occaſione tributi relati *q.* 13 & *in ſuo M. S.* relato ſupra in fine *quæſt.* 10. D D. Chriſtophorus Moſcoſo qui etiam dicit com Bellarmino 1. *tom. vel* 4. *cap.* 28. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *res.* 42. & *tract.* 3. *res.* 22. Fragoſo *de republ.* 1. *tom. lib.* 2. *diſp.* 4. *num.* 332. cum multis *ex cap.* 1. *de Clericis.* Conink *lib.* 6. quod bona Eccleſiaſtica & Clericorum gaudent privilegio ne conveniantur coram laicis judicibus hancque ſententiam ait D. Moſcoſo defendi art. 6. de relatis à Cardinali Lugo & ex Regnicolis, Parlador, Pereira, Gutierrez, Garcia, Barboſa, *Hermoſilla in l.* 3. *tit.* 5. *p.* 5. *gloſſa* 1. *num.* 86. Caſtillo *de tertiis cap.* 9. *n.* 52. Quinoves *de locuſtis cap.* 4. *n.* 59. Salcedus *de lege polit. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 9. Et ex ſummiſtis & exteris Doctoribus Juriſtis noviſſimè qui alios referunt ſicque fieri juxta brevia Urbani VIII. & Leon X. ſupra *q.* 13. & 14.

QUÆSTIO XXV.

An laicus Princeps poſſit ullo pacto ſtatuere ſuper utili Dominio rei emphitheuticæ: Ubi de intellectu textus in cap. quæ in Eccleſiarum 7. hoc tit. An ſtatutum laicorum ſuper feudis in præjudicium Eccleſiæ valeat. Seu an liber feudorum Clericos liget, quid de novis ſtatutis. Et an Eccleſia feudataria Regis, teneatur ſolvere relevium indictum per conſtitutiones Regni, & per conſuetudines. Et an Epiſcopi feudatarii Regis, debeant in aliquibus caſibus potius parere Regi, quam eorum ſuperiori. An abolitio delictorum generaliter à Principe facta, Clericos comprehendat.

SUMMARIUM.

1 *Dominium utile, ex quo non eſt in Eccleſia, ſed in laico inveſtito, fit ut laicus ſit competens; cognoſcit enim laicus ratione feudi,* ut num. 2, & 3. *Quid quando eſt Eccleſia* à n. 4. *explicatur* à num. 16. 17. 18. 19. & 20.

2 *Statutis ligari, & forum ſortiri paria ſunt, ſed qualiter expenditur* n. 17.

4 *Venditiones feudorum Eccleſiaſticorum factæ ſine legitimo aſſenſu Eccleſiaſticarum perſonarum, vires non habent.*

Bona Eccleſiæ dicuntur ſancta ſanctorum, & Patrimonium CHRISTI dict. n. 4.

6 *Laicus nullo modo poteſt ſtatuere ſuper utili Domino emphiteutica Eccleſiæ.*

7 *Lis feudi inter Vaſallos, eſt determinanda per Dominium feudi, etiam quod ſit Eccleſiaſticum.*

8 *Judex laicus nullomodo poteſt ſe intromittere etiam quod agatur de utili Dominio inter laicos.*

9 *Statuere nullomodo poteſt laicus ſuper Dominio rei emphitheutica Eccleſiæ, quando agitur de mutatione Vaſalli, in quo concurrit præjudicium Eccleſiæ ut* n. 10 & *defectus poteſtatis ſtatuentis ut* n. 11. & 12.

11 *Statutum laicorum non comprehendit utile Dominium in bonis emphiteuthicis Eccleſiæ.*

12 *Statutum loci non eſt attendendum in ſucceſſione feudi emphiteuſis.*

13 *Rex una & eadem ſolet aliquando diverſo Jure cenſeri, quando ſcilicet reſpectu diverſa perſona, vel diverſo reſpectu concurrit diverſitatis ratio; ſecus quando eadem concurrit.* & n. 14.

Dominium utile non poteſt diverſimodè conſiderari reſpectu Eccleſiæ & laici, cum ſemper remaneat annexum cum directo; ſic ut nec per hanc ceſſionem factam laico, actualiter ſeparetur à directo, niſi per fictionem quandam intellectus.

15 *Laicus Judex non ex eo, quod cognoſcere poſſit de facto rei ſpiritualis, poterit idem facere de utili Dominio feudi Eccleſiaſtici* & num. 16.

16 *Ægidiana coram quo judice diſceptetur, & num habet locum coram Judice Eccleſiæ.*

17 *Statutum excludens fœminas à ſucceſſione, non cenſetur pro fœminis; etſi acquirat pro fœminis, & liberis.* & num. 18. fallit, *ut* num. 20.

19 *Statutum, ut maſculis extantibus, fœminæ non ſuccedant non lædit Eccleſiam.*

21 *Statutum laicorum ſuper feudis in præjudicium Eccleſiæ non valet, cum ſit alienatio feudi ſine ejus conſenſu.*

22 *Laici nequeunt inducere conſuetudinem in præjudicium Eccleſiæ, ſicut nec ſtatuere ad effectum ut utile Dominium poſſit collectari, ſed valet, ut Dominus feudi Eccleſiaſticus cognoſcat de feudo Eccleſiæ in petitorio, & poſſeſſorio.*

23 *Feudorum liber ligat Eccleſias, & alios Eccleſiaſticos feudatarios Principum ſæcularium, in quibus Papa approbavit, ut* n. 24.

25 *Feudatarii non ligantur novis conſtitutionibus & pragmaticis factis à directo Dominio*

feudorum

feudorum, prout Clerici feudatarii, & etiam ſi promiſiſſent litigare in omni caſu coram Domino feudi cum Juramento, niſi prout caſus valet de Jure.

26 *Feudum regulariter non tranſit in Eccleſiam ſine conſenſu Principis, nec illud Vaſallus transferre pro anima, aut pro alio opere pio. Contrarium verius ut* n.28.

27 *Non eſt facienda eleemoſyna cum jactura aliena; ſiquidem eſſet victimare filium in conſpectu Patris.*

28 *Clericus & Eccleſia non ſunt incapaces, nec Dominus feudi amittit ex illa tranſlatione ſervitium reale feude inhærens ab antiquo.*

29 *Relevium non eſt nomen Juris, ſed ab uſu, & forma loquendi ſit, quaſi relevet, et adjuvet Dominum; quod dici ſolet relevamentum à re levando, ſive ſolvendo; eſtque in Regno Neapoli ſolutio medietatis fructuum illius anni, quæ ſolvitur, quoties hæres Vaſallo mortui patit revocationem inveſtituræ. Et in quo caſu non præſtetur* n. 30. 31. & 32.

31 *Ad hoc eſt illud militare ſervitium, quod Domino feudi præſtatur à Vaſallo tempore belli.*

Relevium de conſuetudine Franciæ, ſolvitur quandocumque feudum mutat manum quocumque titulo, ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate, dum non fiat in proximè ſucceſſurum de Jure.

32 *Relevium ſolvitur propter inveſtituræ renovationem, & novam utilis domini tranſlationem, atque fidelitatem de novo factam; ſit quæ ſolutio odioſa, non amplianda.*

33 *Relevium aliquando ſolvitur Domino mediato, & per actionem perſonalem, aliquando dicitur laudemium à laudando Dominum, qui præſtat conſenſum, & approbat illam Dominii tranſlationem* n.34. *Ubi de trecena, & veintena, quæ nomine laudemii datur in Eccleſiis.*

34 *Laudemii nomine quid ſolvatur in Eccleſiis, &* n.40. *Ubi qualiter diſtinguatur.*

35 *Relevium non eſt ſolvendum à Prælato ſucceſſore, qui tenetur petere renovationem inveſtituræ; quia Eccleſia nunquam moritur. Vide* n.38.

Poſſeſſio rerum Eccleſiæ nunquam dicitur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipſa poſſidet. dicto n.25.

36 *Prælatus ſucceſſor. Non ſuccedit tanquam Dominus utilis, ſed tanquam Procurator Eccleſiæ.* & n.38.

37 *Fidelitatis Juramentum Eccleſia facere non tenetur, quia ea non poteſt dejerare, ſicut pupillus.*

38 *Feudum nequit Eccleſia perdere propter feloniam delicti, ſed propter feloniam contractus, propter facta non obſervata cum in Eccleſiam ſit tranſlatum Dominium; penes quam ſemper eſt; ſed Prælatus perdet, cum ab eo Juretur fidelitas.*

39 *Relevii præſtatio non eſt extendenda ad Eccleſiam, cui quando Rex concedit feudum intelligitur concedere ſine præſtatione ſervitii militantis, niſi ſolitum ſit præſtari ab ea ut ſub* num.40. *nec ex vi ſtatuti.*

Prælatus ſi ſemel ſolviſſet relevium, intuliſſet Eccleſiæ præjudicium, quod facere non poteſt dict. num.39.

40 *Eccleſia, quæ acquiſivit utile Dominium rei feudalis, ſi vult illud in aliquem transferre, non poterit alienatio fieri ſine aſſenſu directi Domini ipſius feudi.*

41 *Prælatus etiam in feudalibus nequit inferre præjudicium Eccleſiæ, etiam donando relevium Principi, ut hodie ſolent Prælati obſequia faciendo laicis propter miſeriam temporum noſtrorum.* &. n.52.

43 *Epiſcopi feudatarii Regis, num debeant in aliquibus caſibus, potius ei parere, quam Papæ?* remiſſivè.

44 *Abolitio delictorum generaliter per Principes facta ſtatuto; etſi ſecundum plures Clericos comprehendat; ut* n 45.46.47.48 49. & 50.*tamen non comprehendere verius eſt ex vi ſtatuti, ut* n.51. & 52.

Clerici feudatarii rei criminis non includuntur ſub abolitione, & generali indulgentia conceſſa per Principem ſæcularem directum Dominum feudi. dict. n.44. & 45.

46 *Judices ſæculares poſſunt ſecundùm plures abſolvere Clericos criminum reos; etſi eos non poſſint condemnare, ſaltem à publicatione bonorum, ut* n.47.& 38. *ſed negative reſpondebis, ut* n.51. & 52.

48 *Rex Franciæ de generali conſuetudine publicat bona immobilia Clericorum delinquentium.*

49 *Clerci committentes aſſaſſinium puniri per judicem laicum, etiam ſine degradatione; ſic ut ſaltem in hoc operetur abolitio delicti facta per laicum.*

50 *Abolitio generalis tantæ eſt efficaciæ facta ob publicam lætitiam, ut extendatur ad delinquentes incarceratos.*

51 *Abolitio criminis, & indulgentia illius diſtinguuntur.* & n.52.

AD primam quæſtionis partem dubium eſt, 1
an poſſeſſio Dominio utili rei emphitheuticæ à laico, ſed Dominium directum ſit Eccleſiæ, valeat ullo pacto ſtatutum ſuper utili Dominio, quod eſt in Eccleſia. Et videtur ut valeat, tùm quia ex quo Dominium utile non eſt in Eccleſia, ſed in laico inveſtito fit ut judex laicus ſit competens, quia connexitas, quam habent iſta Dominia inter ſe, cum efficit, quin utile dicatur proprium laici, non autem Eccleſiæ; & licet inſeparabile videatur à directo, tamen poſſit diverſo Jure cenſeri eo modo, quo una, & eadem res poteſt diverſo reſpectu, imò ratione diverſarum perſonarum diverſimodè judicari, ut in puncto dicit Surdus *in conſ.*328. *n.*18. verſ. *nec movet*
lib. 3 † Tum quia paria ſunt forum ſortiri, & ſta- 2
tutis ligari, ſed ratione feudi ut latiſſimè dixi *ſub cap.cæterum* 5. *de judiciis*, Judex laicus cognoſcit inter Eccleſiaſticos feudatarios; ergo Princeps laicus poterit ſtatuere ſuper Dominio utili, dummodo non lædatur Eccleſia, & abſque illius præjudicio ſic docent Doctores, quos allegant Tiraquellus *de retractu linagier gloſſa* 12. *n.*8. Surdus *dicto conſ.*328. *n.*14. *in fine* verſ.*quarto quod ſtatuta laicorum* & Alvarus Velaſcus *de Jure emphitheuſis q.*17. *n.*12. hocque reperitur ſcriptum in quadam annotatione Bonæ Memoriæ, *Orani in cauſa Mediolan. bonorum* 13. *Novemb.* 1596. & quod Ancharranus *in conſ.*225. *n.*7. & *conſ.*443. *n.*2. & 3. fuerit auctor opinionis, quam ſequi videatur Felinus *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum*

*num.*95. Decius *in auth.caſa.*n.9.*Cod.de Sacroſanct. Eccleſ.* & *conſ.*139. *num.*2. verſ. *nec obſtat,* & *hic num.*20. Pariſius *conſ.*22. *n.*86. *volum.*2. & additio ad Decium *in dicto cap. qua in Eccleſiarum num.*20. verbo *Eccleſia*, Alex. *conſ.*9.n.1.*lib.*5. & *conſ.*27.*n.*4.in fine, *vol.*6. qui ſimpliciter ſequun-
3 tur Ancharrani ſententiam, † Et ſic plures Doctores docuerunt, & videntur tenere ut laicus Judex poſſit cognoſcere ſuper tali Dominio utili inter ipſos laicos, ut refert Deciſio Rotæ in una Romana domus Scapuciis coram D. Coccioo Decano 19. die Januarii 1611.

4 Sed his non obſtantibus cum *in textu dict. cap.* quæ in Eccleſiarum eo quòd *cives teruiſini conſtituerunt, ut ſi quis ſe ad inopiam vergere probabiliter allegaret alienandi feudum, quod ab Eccleſia, vel aliis tenet, liberam habeant facultatem*, & infra Innocentius inquato III. ſcribens Epiſcopo Tridentino talem conſtitutionem ſequentibus verbis improbans *volentes igitur Eccleſiarum indemnitati conſulere conſtitutionem hujuſmodi,* & *venditiones feudorum Eccleſiaſticorum factas ſine legitimo Eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu vires decernimus non habere*, ſequitur dicendum ad talem alienationem requiri præcisè ut interveniant illa requiſita, de quibus Doctores agunt *ſub tit. infra de rebus Eccleſ. vel non*; Ubi ſub qua forma res Eccleſiæ queant alienari, & non aliter; inter quæ exigitur aſſenſus prælati Eccleſiaſtici; nam cum bona Eccleſiæ dicantur Sancta Sanctorum, *cap.nulli liceat,* & *cap.quicumque* 12.*q.*2. item patrimonium CHRISTI, *cap. cum ex eo de collectione* latè Felinus in *cap.conſtitutus num.*19. de reſcriptis, propterea habens Juriſdictionem laicalem, tantum in illis nullam habeat poteſtatem *ex dicto cap.* quæ in Eccleſiarum, & ex hoc noſtro textu, & utrobique Doctores; inde eſt ut licet in caſu *dict.cap.* quæ in Eccleſiarum, agatur de utili tantum Dominio inter laicos; nihilominus Innocentius legitimè prohibuerit ibi ſine aſſenſu alienationem utilis Dominii rerum Eccleſiaſticarum, de quo ibi tractabatur, quia eſt connexum, & dependens à directo Dominio, quod eſt magis dignum, juxta quæ dixi *in cap.quanto* 3. *de judic.* & effectus ac qualitas quædam ipſius, quæ non poteſt eſſe ſine ſubjecto, ut poſt Bartol. *in extravaganti qui ſint rebelles* in verbo *Revelando num.*17. dicit Jaſon *in conſ.*76.*n.*14.*lib.*1. latè probat Beroius *in dicto cap.*3. *qua in Eccleſia-*
5 *rum n.*10. † Et ſic quod ratione connexitatis tale judicari debeat, quale eſt directum ex doctrina textus *in cap.tranſlato* 3. *hoc tit. cap.* præterea, & ibi gloſſa *de officio de leg.l.*2.*ff.de Juriſdic. omnium judicum*, latè Cattelianus Cota in verbo *connexorum*: pluribus exemplis exornat Andreas Siculus *in conſ.*1. *à* n.38. *lib.* 2.

6 Et confirmatur expreſſè, nam per ſpeciem textus *in dicto cap. qua in Eccleſiarum*, probant Doctores quod laicus nullomodo poteſt ſtatuere ſuper utili Dominio emphiteuticæ Eccleſiæ dicentes eſſe proprium caſum illius textus; imò eſſe germanum illius intellectum, ut patet ex verbis adductis ejus, & ex allegatis per Riminaldum Juniorem *ibidem n.*2. verſ. *ſecundus vero fuit* cum pluribus ſequentibus uſque *ad num.*13. & iterum Cardinalis comprobat *in Clementina per litteras n.*12. *q.* 15. *de præbendis*, eo quod omnes cauſæ ſitius Dominii utilis, ſunt plus ſpirituales, quam aliæ; proptereàque ab eis recipere judicium, & arguunt Berojus in *dicto cap. qua in Eccleſiarum num.*9. & *ſequent. præſertim num.*12. & Silvanus *conſ.*9.n.13. cauſa efficiens eſt Eccleſiæ materialis bona ipſa Deo dicata; finalis vero utilitas ipſius
Eccleſiæ. † adducunt Doctores communiter tex- 7
tum bonum *in dicto cap. cæterum* 5.*de Judiciis*, ubi Abbas *in principio*, & Berojus *loco præcitato*, quatenus decernit, ut inter Vaſallos ſit determinanda lis per Dominum feudi, etiam quod ſit Eccleſiaſticus, uti & ego dixi latiſſimè.

Et prædictam ſententiam ulterius confirmant 8
Fulgolius *conſ.*166.*n.*3. verſ.*quinto*, quia & *col. penult.in princ.*verſ.*rurſus*, quod judex laicus nullo pacto poteſt ſe intromittere etiam quod agatur de utili Dominio inter laicos, ut docent Cardinalis *in conſ.*92. *n.*8.*in fine* verſ. *inſuper*, Calderinus *conſ.*15.*n.*1.*de judiciis*, Rebuffus *de decimis q.*10. *n.*1. Coman.*conſ.*41.*n.*2.verſ. *ſed his non obſtantibus*, Campegius inter conſilia Bruni *conſ.*2. *n.*35. verſ. & *hoc quia feudatarius volum.* 1. Egidius *conſ.*40. *num.*3.*in fine* verſ. & *eſt ratio*, quæ videtur eſſe opinio Franciſci de Tigrino, & Uberti de Bobio, ut colligitur extra dictis per Joannem Andream *in cap.quoniam frequenter num.*34. per Butrium *in* §.*quod ſi ſuper n.*19.verſ. *ſi autem venit*, & per Abbatem *in* §. in aliis *n.*18. ut lite non conteſtata, & etiam poterunt allegari quia in effectu hoc ſentiunt Federicus de Senis *conſ.*245. verſ. *ſine præjudicio veritatis*, Gemioianus *in cap. fin.n.*14.*de foro comp.lib.*6. Alvarus Velaſcus *de Jure emphitheuſis q.*39.*num.*14.verſ. & *idem ſi durante emphitheuſi*, Bologn. *in addition. ad conſilia Joannis de Anan.*84. *n.*7. Ancharranus. *in cap. ea, qua* n.12. *de regul. Jur. in* 6.

Et quatenus dici poſſet, ut laicus nullo modo 9
poſſit ſtatuere ſuper utili Dominio rei emphiteuticæ Eccleſiæ, quando ſcilicet agitur de mutatione Vaſalli (ſecus è contra) quia tunc agitur de præjudicio Eccleſiæ, nihilominus debemus cōſiderare circa validitatem ſtatuti, duo inter alia, nempe defectus poteſtatis ſtatuentis, de qua latiſſimè dictum eſt *ſupra a q.*1. item & præjudicium Eccleſiæ, ut *in dicto cap.qua in Eccleſiarum inſpicitur*, & in textu noſtro, ut conſiderat Barojus *in dicto*
*cap.qua in Eccleſiarum num.*9. † Etenim in ſta- 10
tuto diſponente ſuper utili Dominio laici, concurrit præjudicium Eccleſiæ propter mutationem Vaſalli, ut patet ex jam relatis verbis *dict.cap.qua in Eccleſiarum*, & ex verbis textus noſtri ibi *unde ſtatutum Baſilii de non alienandis prædiis ruſticis, vel urbanis, miniſteriis,* & *ornamentis Eccleſiarum, illa reprobatum fuit potiſſima ratione, quod authoritate non fuit Romani Pontificis roboratum, quod à ſenatore factum fuerat in præjudicium Monaſterii, non conventi, nec confeſſi, vel convicti in irritum revocantes, eaſdem poſſeſſiones reſtituendas ſibi, ſimiliter definimus*; quid ergo Clarius ſiquidem in ſtatuto prohibente alienationem rei Eccleſiaſticæ, quod favet diſpoſitioni Canonicæ, Pontifex in textu noſtro decrevit: Videbis Campegium inter conſilia Bruni *conſ.*2.*n.*36. verſ. & *ideo non poſſunt*, Riminal. Jun. qui hoc latè probat, & multos allegat *in dicto cap.qua in Eccleſiarum*
*num.*12. † Et Beroi. *dict.n.*9. Ubi dicit quod ibi 11
concurrit defectus poteſtatis ſtatuentis ratione connexitatis, quam habet Dominium utile cum directo, & in verſ. *alia quoque ratione*, & in ſpecie quod ſtatutum laicorum non comprehendat utile Dominium in bonis emphiteuticis, ultra relatos tenuerunt Cardinal. *conſ.*2.*n.*1. verſ. *item in hæreditate*, Bald. *in auth. ſi quas ruinas n.*9.*cod.*

de

de Sacroſanctis Eccleſiis Campeg. inter Concilia *dicto conſ.2.n.34.* Ubi quod iſta opinio eſt verior, Abbas *conſ.72. in princ.lib.1. & in dict.cap.* quæ in Eccleſiarum *num.2. in 3. notabili*, Ubi etiam Berojus *num.8.* Decius *num. 9.* eſtque de mente Caſtrenſis, *in conſ.ibidem princ. & conſ.300.col.2.* 12 *in fine* verſ. *& idem ſi tenor lib.2.* † Dum dicit in ſucceſſione feudi, emphitheuſis non eſſe attendendum ſtatutum loci, ſed tenorem inveſtituræ, Silvianus *conſ.9.num.25.* Bald. *conſ.300 n.1. & 4. lib.1.* Jaſon *conſ.152.lib.4.n.9.* Cumanus *conſ.41. num.2.* verſ. *ſed his non obſtantibus*; nec enim in hoc caſu eſt idem quod de arrendatariis fructuum Eccleſiaſticorum, ac decimarum, qui ſecundum aliquos ſunt conveniendi coram laico judice; etſi alii contra teneant juxta ea, quæ dixi *infra ſub cap. 5. de foro comp. à q. 5.* ut patet.

13 Unde jam non obſtant in principio eddučta, quia ut dixi Dominium utile in ſpecie, de quo loquimur, eſt connexum Dominio directo, cum ſemper dicat ordinem ad illud, & ad Dominium directi Dominii, exiſtens in Eccleſia, ſive Eccleſiaſticis, non fundamentum Surdi ibi relatum *in dicto conſ.338.n.19.* quia licet ſit verum, quod aliquando una, & eadem res poſſit diverſo Jure cenſeri. Hoc tamen procedit quando reſpectu diverſæ perſonæ, vel diverſo reſpectu concurrit diverſitatis ratio, ſecus quando eadem ratio concurrit diverſitatis ratio, ſecus quando eadem ratio concurrit, ut declaravit Abbas *in cap. cum in tua num 7.* verſ. *ſolutio ex diverſitatis rationibus de decimis*, ſed Dominium utile non poteſt diverſimodè conſiderari reſpectu Eccleſiæ, & laici cum ſemper remaneat annexum cum directo: nam per conceſſionem factam laico, actualiter non ſeparatur è directo, ſed per quendam fictionem intellectus, ut dicitur de Jure patronatus *in gloſſa 1.cap. piæ mentis 16.q.7.* quam ſequitur Andreas Siculus *in dicto cap.quanto 3.de judiciis*, quæ operatur ut Dominii utilis, capax ſi laicus, non autem, quod ita efficiatur laicale, ut Judex laicus ſit competens Judex, imo cognitio præſervetur Eccleſiaſtico, ut dixi latiſſimè, & in terminis noſtri caſus Berojus *in dicto cap.quæ in Eccleſiarum dict.n.9.* in dicto verſ. *alia quoque*, ergo.

14 Quare relata deciſio Romana coram Coccino Decano 16. Januarii 1611. dicit argumentum Socini *dicto n.19 conſ.338.* quod bona ſint perſonarum acceſſoria, ceſſare, quia hoc eſt verum, quando res omnino transfertur, ſecus quando ſolum Dominium utile, quod remanet connexum cum directò, ſicque non poſſe diverſo Jure cen- 15 ſeri, nec hanc reſponſionem poſſe eludi. † Ex quo aliqui voluerunt cauſam poſſeſſorii beneficii poſſe tractari cum judice ſæculari, & tamen poſſeſſio eſt connexa cum proprietate ſpirituali, ut conſideravit idem Surdus *dicto conſ.338. num.25.* de quo dubio jam ego dixi aliqua *ſub q.23. & alibi ſupra, & latiſſimè in cap.fin.de judic.q.2.* quia utcumque ſit in poſſeſſorio beneficii, nondum impugnatur noſtra reſolutio, in qua eſt ratio diverſa, ut conſideravit Berojus *in dicto cap.quæ in Eccleſiarum dicto n.12. in fine*; & ſic teſtantur Aufrerius *in additionibus ad deciſionem Capellæ Toloſanæ 471.* incipit *item fuit quæſitum*, Alvarus Velaſcus ubi *de communi conſultatione 93.n.3.* ſequitur Guillielm. Benedict. *in cap. Raynucius de teſtam.* in verbo *& uxorem*, *deciſ.2.n.38.* & infiniti, qui poſſunt allegari; imo ſæpè approbavit Rota, ut *in deciſ.4.de lit. conteſt.in antiquis*, quam ad punctum allegat Aufrerius ubi *ſup.* & eſt etiam deciſio Putei 361. *in fine lib.1.* fuiſſeque ſæpiſſimè reſolutum tradit dicta deciſio Romana, & ſignanter in una cauſa Oſcen canonicatus coram R. Decano 1. Decemb.1595. † Et in verſ. *non* 16 *obſtat*, quod etiam expendens Cumanus, qui *conſ*, 84. ibi contrarius, *dict. conſ.41.* & deciſionem Auximam 19. Januarii 1604. quæ tenus dicit in terminis, quod eſt locus Ægidianæ, quando agitur de Dominio utili inter laicos, quæ perſonæ ſunt ſæculares, nec agitur de bonis, ſed ſuper poſſeſſione inter ipſos laicos; non inde firmare quod cauſa poſſit cognoſci coram judice ſæculari, ſed potius quod Ægidiana habeat locum coram judice Eccleſiaſtico, quando agitur inter laicos, quod verum non eſſe explicat dicta deciſio Romana 1611. Januarii 11. quia Ægidiana reſpicit Jus fori: ita ex Cantardo de Ægidiana *limit.4. rat.canon. reintegranda n.11. & 12.* addens quod in foro Eccleſiaſtico, non habet locum Ægidiana.

Non inquam obſtat ſecundum fundamentum, 17 ut paria ſint forum ſortiri, & ſtatutis ligari ex jam adducta *ibi* ponderatione Ancharrani *dicto conſ. 125. & 443.* & Doctorum eum ſimpliciter ſequentes, quos *ibi* retuli; qui cum loquatur verè in caſu, quo emphitheuſis fuerat acquiſita pro hæredibus, ut dixerunt Domini de Rota, quia aderat ſtatutum, per quod fœminæ excludebantur inde ſubdens, quod ex quo fœminæ non poterant eſſe hæredes, non erant ſucceſſibiles in emphitheuſi acquiſita pro hæredibus. † item quia patet ut ac- 18 quirendo pro filiis, vel liberis, non cenſetur acquiſiviſſe pro fœminis, nam cenſetur ſe conformaſſe cum diſpoſitione ſtatuti, & eodem modo acquirere quemadmodum declarant D. Ancharranum Socinus Junior *in conſ.71.n.43. uſque ad finem lib.1.* Brunus *de ſtatutis art.2.n.106.in princ.* Rota in cauſa Romana Domus S. Ludovici 27. Novemb. 1601. coram Rever. Decano, & coram Coccino una Romana emphitheus. 1603. 28. Novembris, & altero 1601. Maii 18. & alias ſæpius.

Et dicunt doctores ut quamvis Ancharran. 19 ſubdat quod ſtatutum non diſponit ſuper rebus Eccleſiæ, ſed ſuper utili Dominio quod eſt laicorum: tamen eſt advertendum, quod non loquitur de ſtatuto in ordine ad utile Dominium, ſed de ſtatuto in ordine ad intentionem acquirentis. † Quæ intentio acquirentis, ut maſculis extantibus, fœminæ non ſuccedant, non lædit Eccleſiam, cum ipſius non interſit, ut patet magis acquirat uni, quam alteri ex filiis, ſed non propterea dici quod ſi pater acquirat pro filiis maſculis, & fœminis, ita ut omnes in ſimul ſuccedant, ſtante ſtatuto excluſivo fœminarum, fœminæ non poſſint ſuccedere, quia hoc eſſet contra Juris communis regulas, ſecundum quas tenor inveſtituræ eſt ſervandus, & non ſtatute loci; alia inquam non multum neceſſaria pro difficultate refert, & tradit dict. deciſio Romane 1611 coram Domino Coccino quam videbis apud Dianam *in fine p.5.fol.mihi 666.B.* unde jam ad alias difficultates propoſitas.

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum 20 laicorum ſuper feudis in præjudicium Eccleſiæ valeat, & ex dictis in dicto verſ. *ad primam* ſatis reſponſum præbebis, ſic teneo ex gloſſe in textu noſtro, verſ. *alienandi feudum*, ibi Barboſa *n.32.* cum ob id de Amicis *de Jure emphiteut.q.80. num.19.*

num. 10. probet ſtatutum laicorum ſuper feudis in præjudicium Eccleſiæ non valere, declarans ut gloſſa ibi procedat in alienatione feudi Eccleſiæ ſine conſenſu ipſius Eccleſiæ; quo caſu fit deterius Jus Eccleſiæ, cum compellatur habere Vaſallum in ſui contemptum, & præjudicium; & quia Eccleſia habet illud privilegium, ne feudum ip-
22 ſius alienetur abſque conſenſu ſuo. † Quibus omnibus addo, ut nec poſſint inducere conſuetudinem in præjudicium Eccleſiæ, ſicut nec ſtatuere ex *cap. cum cauſam de re Judic. cap.* 1, *de conſuet. cap. Clericus laicus de immunit. Eccleſ. lib.* 6. ut dixi *ſupra latè ſub quæſt.* 17. *in fine*, Purpuratus *conſ.* 332. *n.* 9. verſ. *tertio contingit*, qui loquitur ad effectum, quod utile Dominium poſſit collectari. Et quamvis Afflictis *in cap. cum imperialem* §. *præterea inter num.* 9. *de probib. feud. alien.* per Federicum doceat conſuetudinem eſſe ſervaodam, quod Dominus feudi Eccleſiaſticus cognoſcat du feudo Eccleſiæ, tum in poſſeſſorio, quàm in petitorio non implicat; cum hæc ſit conſuetudo, ſecundùm Juris diſpoſitionem; alia ſcribit prædicta Romana deciſio apud Dianam circa finem.

23 Ad tertiam quæſtionis partem, an liber feudorum Clericos liget latè cum infinitis ſcribie legendus Martha *de Juriſdict. p.* 4. *caſu* 16. *cent.* 1. dicens libro feudorum ligari Eccleſias, & alios Eccleſiaſticos feudatarios Principum ſæcularium, novis autem conſtitutionibus corundem, in quibus prædicti feudatarii Eccleſiaſtici non ligentur.
24 † Et quia de prima propoſitione poteris latiſſimè diſceptare ax multis, quæ adduxi *infra ſub dicto c. cæterorum* §. *de judiciis*; ideo non tranſcribo, & licet multi ex natura feudorum obligare, alii verò, & melius exiſtimaot ligare Eccleſias, & alios Eccleſiaſticos feudatarios, ſolùm in caſibus, in quibus Papa approbavit, quia Jus canonicum poteſt hoe facere ut probatur *in cap. Romana* §. *de appellat lib.* 6. & *in cap. ſolitæ de majoritate, & obedientia*, Curtius *in tract. de feudis p.* 1. *q.* 2. *num.* 3. Martha *ſupra num.* 27. ubi *n.* 28. ait quod caſus, in quibus Summus Pontifex approbavie ſeudorum librum, ſunt & continentur *in dicto cap. cæterum, & in cap. novit. de judiciis, & in cap. ex tranſmiſſa de foro comp. in dicto cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. cap. ad audientiam, cap. ſi diligenti de præſcriptionibus, cap. excommunicatus de hæreticis, cap. fin. de Jure-Jurande, cap. per tuas de donation. c. in quibuſdam, cap. ad aures, cap. gravem de ſentent. excommunic. cap. unico* §. *verum de ſtatu regularium lib.* 6. cum aliis, qui poſſunt ex gloſſis prædictorum capitum cumulari.

25 Pro ſecundo caſu eſt difficultas, an Clerici feudatarii ligentur, non ſolùm libro feudorum, ſed etiam aliis novis conſtitutionibus, & pragmaticis factis à directis Dominis ſeudorum, prout Clerici feudatarii; & licet aliqui tenuerint, affirmativè verius eſt non ligari, ut docent Curtius *de feudis p.* 1. *q.* 2. Martha *ſupra n.* 29. & 30 quia licet Schrader *de feudis p.* 1. *q.* 2. *n.* 1. teneat contrarium per rationem à natura feudali; ſed videtur, ut ipſe convincatur per ipſam doctrinam, quatenus *p.* 10. *ſect.* 3. *q.* 2. habet pro abſolutè, quod imo ſi feudatarius promitteret in omni caſu litigare coram Domino feudi, etiam cum Juramento, id non intelligitur, niſi prout caſus valet de Jore communi. Et ſic concludendum eſt quod etiam ſi Clerici feudatarii hoc expreſsè promiſerint, non ſubjiciantur legibus, & conſtitutionibus directorom Dominorum feudi niſi in caſu de Jure valido, videlicet ratione fidelitatis, & in aliis caſibus approbatis per Sommum Pontificem, ut dixi *in dicto cap. cæterorum*, & plura de Juramento fidelitatis *in cap. veritatis* 14. *de Jurejur.* alia *in cap.* 4. & 5. *eodem*.

Hinc infertur ad aliud celebre dubium an lex 26
Principis ſtatuens ne bona feudalia alienentur in Eccleſiam valeat; & licet exiſtiment nonnulli, ut non valeat talis alienatio, quia regulariter feudum non tranſit in Eccleſiam ſine conſenſu Principis ex *l. fin. ff. ut poſſeſſ. legat.* & ibi gloſſa verbo *permiſſa*, quam Bartol. dicit ſingularem; imo quod nec etiam pro anima, aut pro alio opere pio poſſit Vaſallus transferre feudum in Eccleſiam ex *cap.* 1. §. *donare qualiter feud. alien. poſſ.* & *in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione* per Federicum, quia non eſt facienda. † Eleemoſyna 27
cum jactura aliena, cum eſſet victimare filium in conſpectu patris, & Dominus privaretur Vaſallo ſervitio, quo juvari debet ab illo, imo quòd ſi feudum legaretur Eccleſiæ non teneretur Dominus inveſtire, quia eſt de perſonis prohibitis, ut docet Imola *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum* 7. *hoc tit.* & ex aliis. Tamen ſi attendas ad ea, quæ longè dixi *ſupra q.* 3. verſ. *ad quintam*, item *q.* 7. & 8. Ubi de lege amortizationis, & reprobato ſtatuto prohibente alienari res immobiles in Eccleſias, dicendum eſt tale ſtatutum non valere; utpotè tendens ad infringendam libertatem Eccleſiæ, cum non ſit major ratio de ſtatuto diſponente ſimpliciter, quàm de conſtitotione prohibeote feuda alienari in Eccleſiam. † Nec enim ut 28
diſtingens loquitur Martha, Clericus, & Eccleſia ſunt fendi incapaces, imo nec Dominus feudi amittere ex illa translatione ſervitium reale feudo inhærens ab antiquo juxta quæ adduxi *in dicto cap. cæterum de judiciis q.* 7. Ubi egi de illa quæſtiona, an Clerici ſint capaces feudo, ubi quod, etſi ad onus perſonale non teneantur, tenentur inquam ad reale, ut colligi poteſt, & comprobari ex diſtinctione bonorum, quam feci circa tributa ſupra ſub *quæſt.* 16. & 17. & hanc ex aliis rationibus, & fundamentis comprobat Martha *ubi ſupra dicto caſu* 16. *à num.* 39. per alia, quæ dixit longè *caſu* 6. Et applicabis quæ dixi *infra in c.* 2. *de judiciis q.* 18. Ubi egi de quæſtione, an judices ſæculares habeant cognoſcere adverſus Clericos ſuper bonis regalibus: & quid de decimis Regi debitis.

Ad quartam quæſtionis partem an Eccleſia 29
Regi feudataria teneatur ſolvere relevium; ut hanc difficultatem expendat Martha *de Juriſdic. dict. p.* 4. *caſu* 17. *cent.* 1. *à n.* 1. expendit, quid ſit *relevium*, & *Adoha*, & ex Andrea *in conſtit. Regni* incip. *poſt mortem*, dicit quod relevium, non eſt nomen Juris, ſed ab uſu forma loquendi, ſit quaſi relevet, & adjovet Dominum, & ſecundùm gloſſatorem conſuetud. Pariſiens. §. 33. *gloſſa* 1. *num.* 1. dicatur potius relevamentum à relevando, ſive ſolveodo, prout habetur *in l. ut fidejuſſor ff. de ſolutionibus* verb. *relevare* pro verbo *ſolvere*, & liberare, & *in l. forma* §. *ſi vero ff. de cenſibus*, quod magis videtur pertinere ad feudatarium, qui tenetur ex forma fidelitatis: & quod in Regno Neapoli ſit ſolutio medietatis fructuum illius anni, quæ ſolvitur quotieſcumque hæres Vaſalli mortui petit renovationem inveſtituræ. Afflictis *in cap.* 1. *in* 1. *notab.* verſ. *item eſt ſciendum* quo tempore miles, & *in cap.* 1. *num* 3. *quæ ſit prima cauſa beneſ. amittend.* & *quod ſolvitur tempore*

præſtationis

præſtationis homagii, Afflictis *in cap.* 1. §. *ſimiliter*
30 *num.* 14. *de cap. Corradi.* † qui in dicto verſ. *item*
eſt ſciendum, & *in dicto cap.* 1. *num.* 3. *quæ ſit pri-*
ma cauſa benef. amot. addit quod ſi Vaſallus pe-
teret revocationem inveſtituræ ab hærede dire-
cti Domioi jam mortui hoc relevium non præ-
31 ſtetur. † Vides igitur quod relevium ſit ſpecies
ſolutionis feudi in medietate conſiſtens, cujuſmo-
di etiam eſt *adhoa*, quæ nempe eſt illud militare
ſervitium, quod Domino feudi præſtatur à Va-
ſallo tempore Belli. Et quod de conſuetudine
Franciæ ſolvitur relevium quandocumque feu-
dum mutat manum quocumque titulo, ſive inter
vivos, ſive in ultima voluntate, dummodo non
fiat in proximè ſucceſſurum de Jure, ut habetur
inter conſuetudines Pariſiens. *in* §. 22. Vbi gloſ-
ſator interpretatur ſuper §. 33.
32 Ex his inquam, & aliis concludo relevium ſol-
vi propter inveſtituræ renovationem, & novam
utilis Dominii translationem, atque fidelitatem
de novo factam; item quod præſtatur de conſue-
tudine contra Juris communis diſpoſitionem,
Martha *ubi ſupra num.* 14. & 16. Andreas *in c.* 1.
§. *ſed & res. n.* 7. per quos fiat inveſtitura, Baldus
in dicto cap. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. Alex.
in conſ. 5. *n.* 2 & 5. *volum.* 5. Jacobin. de Sancto
Gregorio *in ſua inveſtitura n.* 58. Albert. Bruen.
conſ. 54. *num.* 9 & plur. ſequent. ideòque aſſe ſo-
lutionem odioſam, non ampliandam, ſed reſtrin-
gendam dicunt Andreas, & Afflictis *in dicto c.* 1.
33 § *ſimiliter de cap. Corrad.* † item quod relevium
aliquando ſolvitur Domino mediato, & per actio-
nem perſonalem, Martha cum aliis *ſupra n.* 19.
34 qui *n.* 24 & 25. ait. † quod relevium aliquando
dicitur laudemium à laudando Dominum, qui
præſtat eonſenſum, & approbat illam Dominii
translationem, ut habetur in gloſſa *in cap. impe-*
rialem §. *præterea de prohibita feud. alien. per Fe-*
deric. & *ibi n.* 25. quod quantitas Laudemii, quæ
præſtatur de Jure communi eſt quinquageſima ex
l. fin. cod. de Jure emphitheut. Sed ego exiſtimo
poſſe eſſe aliam etiam partem, veluti 13. ſiva 14.
aut vigeſima pars, ſive trecena, ſecundùm quas
vidi praxim Eccleſiæ Valliſoletanæ in pluribus
domibus emphitheuticariis translatis de uno Do-
mino utili ad alium, nam propter aſſenſum, quem
Decanus, & Capitulum præſtant ſolvitur Eccle-
ſiæ ratione Dominii directi una ex prædictis par-
tibus Laudemii, juxta inſtrumenti antiqui te-
norem.
Nunc jam ad difficultatem reſpondens cum
35 multis Marthà *dicto caſu* 17. exemplificans quan-
do Eccleſia eſt feudataria Regis in Regno Nea-
poli, & moritur, prælatus ait non eſſe ſolvendum
relevium à prælato ſucceſſore, qui tenatur petere
renovationem inveſtituræ, ex eo, quia Eccleſia
nunquam moritur *cap. liberti* 12. *quæſt.* 2. & quia
nunquam poſſeſſio rerum Eccleſiæ dicitur vaca-
re, etiam mortuo prælato, ex quo ipſa poſſidet
ſecundum Bald. & alios *in l. fin. cod. de dicto Divi*
Adriani tol. & *in l. unica in princ. Cod. de caducis*
tollendis, Paris. *in conſ.* 24. *n.* 7. *vol.* 1. itaque utile
Dominium ſemper remanſiſſe penes Eccleſiam.
36 † quia prælatus ſucceſſor non ſuccedit tanquam
Dominus utilis, ſed tanquam procurator Eccleſiæ
37 *ex cap.* 2. *de donat.* † indeque procedere ut Eccle-
ſia non teneatur Juramentum fidelitatis facere,
quia Eccleſia dejerare non poteſt, ſicut pupillus,
Baldus *in præludio feud.* qui dicit ut fidelitas ſit
præſtanda nomine prælati.

Quia Eccleſia nequit perdere feudum, propter 38
feloniam delicti, ſed propter feloniam contra-
ctus, propter pacta non obſervata, ut ibidem Bald.
ergo, cum in Eccleſiam feudatariam ſit ſtatu tranſ-
latum Dominium penes quam ſemper eſt *l. jube-*
mus § *ſcientes*, & §. *ſi quando Cod. de Sacroſanctis*
Eccleſiis, ſequitur, ut cum non indigeat nova
translatione, nec Juret fidelitatem, & fidelitas
Juretur à prælato, ut ſi delinquat, ipſe perdat, non
Eccleſia, Afflictis *dicto* §. & iterum, gloſſa *in*
conſuet. Paris. *tit.* 1. §. 30. *quæſt.* 14. ut non debeat
Eccleſia ſolvere relevium, ne ſi forte ſoluto rele-
vio moreretur prælatus, Eccleſia gravata prælatum
ſucceſſorem habere non poſſet, & ita Eccleſia
pluſimum læderetur, ſic Martha *ubi ſupra à n.* 9.
Andreas Prinfeudiſta *in dict. conſtit. Regni* incipit
poſt mortem, & *in cap.* 1. *num.* 15. *de capit. Corradi*,
Afflictis *in dicto cap.* 2. §. *ſimiliter à n.* 17. *eodem tit.*
† non enim illa præſtatio relevii eſt extendenda 39
ad Eccleſiam, cui quando Rex concedit feudum,
intelligitur concedere ſine præſtatione ſervitii
militantis Petrus Gregor. *in tract. de conceſ. feudi p.*
8. *quæſt.* 2. verſ. *tertio limito*, Intriglior. *de feudis*
quæſt. 30. *num.* 24. imo ſi Prælatus ſemel ſolviſſet,
intuliſſet præjudicium Eccleſiæ, quod facere non
potuiſſet, ut docent plures adducti à Ripa in *conſ.*
12. *num.* 20. & *nu.* 33. *ſub tit. de diverſis reſcriptis*,
Gallia *in conſ.* 12. *n.* 31. cum aliis, Præpoſitus *in*
cap. verum n. 12. *de condition. appoſitis*, Abbas *in*
cap. verum n. 28. ubi Felinus *num.* 2. & 8. *de foro*
comp.
Verum in alio caſu, quando v. g. Eccleſia ac- 40
quiſivit utile Dominium rei feudalis, vultque
illud Dominium in aliquem alterum transferre,
tuncque ipſius alienatio fieri non poſſe ſine aſ-
ſenſu directi Domini ipſius feudi *ex l. fin. Cod. de*
Jure emphitheutico, ubi Jaſon, & cæteri nutant,
videtur dicendum ut teneatur Eccleſia ſolvere re-
levium, quod ſolitum eſt præſtari in quibuſdam
partibus, & quod poſſit rectius Laudemium, ut
dixi à laudando Dominum; & proſequutus Mar-
tha cum multis *dicto caſu* 17. *a num.* 25. diſtinguit,
quod ſi loquatur de quotitate Laudemii, quæ eſt
pars jam aſſignata, tenetur Eccleſia ad ejus ſo-
lutionem, dum in alienatione interveniant ſolem-
nitates requiſitæ ad alienandas res Eccleſiæ. Ta-
men ſi loquamur de quantitate Laudemii, quæ
præſtanda eſt vigore ſtatutorum, ut in caſu Ful-
goſii tunc abſolutè dicit Martha *conſ.* 6. *dict. caſu*
17. *n. fin.* quod Eccleſia non tenetur vigore dicto-
rum ſtatutorum, quia non poſſunt comprehen-
dere tacitè, de quibus non poſſunt expreſſe, ex
doctrina, quam poſuit ipſa *caſu* 1. & *caſu* 6. &
quam ego retuli ſub verſ. *ad tertium* de nova con-
ſtitutione, ſeu pragmatica à Domino feudo de no-
novo impoſita in verſ. *pro ſecundo*.
Nec primo dicto noſtræ ſententiæ, & concluſionis 41
obſtat doctrina Afflictis *in d. c.* 1 §. *ſimiliter a n.* 22.
capit. Corradi volentis, noſtram opinionem non pro-
cedere quando eſſet præſcriptis contra Eccleſiam,
puta quia prælatus ſolverit relevium: quo caſu ſi
poſtea tranſacti ſunt quadraginta anni, tunc præ-
latus ſucceſſor, tam in petitorio, quàm in poſſeſ-
ſorio teneretur; ſin autem hoc tempus non eſſet
decurſum, tunc fiſcus poſſet in poſſeſſorio obti-
nere contra prælatum, pro ut ad has limitationes
plura congerit idem Afflictis. Nec ſecundo dicto
obſtant Doctores ex regula textus *in cap.* 1. & 2
de novi operis nunciatione, qui dicunt quod ubi
leges generales Imperatorum non contradicunt
Canonibus,

Canonibus; tunc etiam in foro Eccleſiaſtico ſint
obſervandæ *ex cap. ſi in adjutorium, cap. quoniam*
42 *diſt.* 10. † Nam reſpondeo ad primum cum Andrea
in dicto cap. 1. §. & iterum ſi Clericus *de cap. Cor-*
randi, quam refert, & ſequitur Anna *ſingul.* 398.
gloſſa Pariſiens. *tom.* 1. §. 30. *nu.* 57. Martha *dicto*
caſu 16. *num.* 22. illas limitationes Afflictis pro-
cedere ooo poſſe, quia prælatus, ut dixi etiam in
ſeudalibus nequit inferre præjodicium Eccleſiæ.
Et ſie ioſerunt prædicti Doctores quod ſi uous
ſolverit relevium forte ratificando Principi, ut
hodie ſolent Prælati obſequia faciendo laicis pro-
pter miſeriam temporum noſtrorum, non poterit
Prælatus ſic donando; aut ſolvendo facere præju-
dicium Eccleſiæ ſuæ, aut ſucceſſori. Minus addu-
ctum *ex dicto cap.* 1. & 2. cum aliis, quia illa re-
gula intelligitur de generalibus legibus Impera-
torum, contra quas quælibet ſtatuta reſpectu Ec-
cleſiæ, eſſent contra libertatem Eccleſiaſticam, &
nulla ipſo Jure ex hoc noſtro textu, & latè *à q.* 1.
dictis.

43 Ad quintam qoreſtionis partem an Epiſcopi
feudatarii debeant in aliquibus caſibus potiùs pa-
rere Regi, quàm eorum ſuperiori, quia in terminis
dixi *in dicto cap. cæterum de judiciis q.* 11. ideo ab
ibi dicta te remitto. Et pro ampliori doctrina addes
quæ dixi *infra ſub cap.* 2. *de Judic. q.* 14. ubi *& à*
num. 9. an prælati vocati à Papa, vel Archiepiſco-
po, & à Rege prius debeant obedire Regi.

44 Ad ultimam quæſtionis partem an abolitio de-
lictorum generaliter per Priocipem facta Cleri-
cos comprehendat. Et ſuppoſitis quæ adduxi *q.* 24.
præcedenti de ſtatuto pænali laico in Clericos; & quod
valdè errent illi qui dicunt Clericos feudatarios
reos criminis includi ſub abolitione, & generali
indulgentia conceſſa per Principem ſæcularem di-
rectum Dominum feudi, ut notat Martha *dicta p.*
4. *de Juriſdict. cauſa* 17. *n.* 32.

45 Item & ſuppoſitis etiam quæ latè dixi *in cap.*
cum te 23. *de ſententia, & re Jud.* Ubi per plures
quæſtiones ſcripſi de reſtitutione, gratia, ſive in-
dulgentia per Principem facta, delinquenti, de
quibus etiam Martha cum multis ab eo relatis
agens de præſenti dubio *dicta p.* 4. *de Juriſdictione*
46 *caſu* 15. *per totum.* † Ideo ego breviter, & ex do-
ctrina, quam retuli *in cap. at ſi Clerici* 4. *de judiciis*,
quatenus de Clerico delinquente laicus judex non
cognoſcat; pro affirmativa ſcotentia multi refe-
runt gloſſam *in auth. Clericus* in verſ. *etſi reus Cod.*
de Epiſcop. & Cleric. quateous ex ea docent poſſe
judices ſæculares abſolvere Clericos criminum reos,
licet non poſſint eos condemnare; ad quod appli-
cabis quæ dixi in *dicto cap. at ſi Clerici de judic. q.* 6.
Ubi de quæſtiooe illa *an laicus judex poſſit ſua ſen-*
tentia Clericum abſolvere.

47 Imo licet partem affirmativam in ſpecie aboli-
tionis ſequantur Franciſcus Marcus *in Parlam.*
delphin. deciſ. 114. *p.* 1. Guid. Pap. *deciſ.* 552. Au-
ferius *in tract. de poteſtat. ſæcular. in Eccleſiaſt. Reg.*
4. *fall.* 2. & contrarium ſentiat *in repetitione Clem.*
1. *de officio ordinarii q.* 2. *à num.* 135. & ex eo, quia
ut dicit Peregr. *de Jure fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *à nu.* 109.
quandò Clericus committit delictum, propter
quod ejus bona publicanda eſſent, tunc perti-
neant ad fiſcum Principis ſæcularis, quia ut
ipſe prius ſcripſerat Eccleſia fiſcum non habet;
igitur prædicta abolitio generalis, ſaltem abſolvet
Clericos à publicationo bonorum pro ipſo delicto,
ut facit textus *in cap. ſi quæ cauſa* 11. *quæſt.* 1.
ibi *Clerici ex officio ſuo Epiſcopo ſuppoſiti, ex poſ-*
ſeſſionibus autem prædiorum ſunt obnoxii Imperato-
ri, & cap. ſi tributum 23. *q.* 8. ibi *temporalia penitus*
abjiciunt, ne eorum occaſione legibus Imperatorum ob-
noxii teneantur, & ex cap. ſi Epiſcop. 18. *diſt. cap.*
de rebus 12. *q.* 2.

Item quia ut dicunt Andreas *in addition. ad Spe-* 48
culatorem in tit. de feud. §. *penult.* verſ. 41. Au-
ferius *in additionibus ad Boerium deciſ.* 26. *n.* 9.
Benedictus, Ancharranus, Franc. Marcus, Ca-
pella Tholoſana, & alii relati à Martha *dicto caſu*
15. *num.* 7. in Regno Franciæ, Rex ipſe de ge-
nerali, & antiqua conſuetudine publicet bona im-
mobilia Clericorum delinquentium.

Et quia ſi Clerici commiſerint aſſaſſinium poſſint 49
puniri per judicem laicum, etiam ſine degradatione
ſic multi, quos refert Martha *dicto caſu* 15. *num.* 8.
inferentes ſaltem in hoc caſu, ut abolitio gene-
ralis Clericos hujus generis delinquentes compre-
hendat, qui immediate ſub laicorum protectione
exiſtunt; de quo delicto dixi latè *ſub cap. cum non*
ab homine de judiciis quæſt. 22. *& q.* 23. Ubi de
homicida proditorio.

Iterum quia abolitio generalis tantæ eſt effica- 50
ciæ facta ob publicam lætitiam, ut extendatur
etiam ad delinquentes incarceratos, ut refert Mar-
tha *à num.* 9. *dicto caſu* 15. ex Joanna Andrea,
Baldo, & Alex. ergo & quia de gratiis & remiſ-
ſionibus delictorum bene ſcribit Maſtrilis *de Ma-*
giſtratibus lib. 3. *cap.* 7. ipſum leges & quæ dixi *in*
d. cap. 23. *de Re judicata.*

Ego inquam omiſſa adverteotia, quam Martha 51
facit *dicto caſu* 15. *de differentia inter abolitionem,*
& indulgentiam, nempe quod hæc omnino extin-
guat delictum, illa non inquam, ſed tantum in-
ſtantiam judicii, cum ſi abolitio concedatur ad
publicam lætitiam, ea tranſacta poſt dies 30. poſ-
ſit accuſator de novo accuſare, *l. ſi interveniente*
ff. ad Turpilian. reſpondeo breviter ex doctrina
textus noſtri; ex qua etiam Martha, & alii *à n.* 13.
quia cum nullo modo Principum ſtatum ſæcula-
rium, etiam favorabilia Clericis, ſint valida; ſic
nec etiam queant Priocipes indulgere Clericis
abolitionem per ſtatutum, & legem particularem,
quia nullo modo licet dare legem Clericis *cap.*
bene quidem diſt. 96. † Cumque nec poſſint Cle- 52
ricos condemnare; ergo nec abſolvere à delicto
quia ſi degatur cognitio multo fortius diſpenſatio;
argum. *l.* 2. *ff. de his, qui veniam ætatis impetr.*
ex defectu Juriſdictionis per latè dicta *in dicto c.*
4. *cap.* 2. *c.* 10. cum aliis de Judic. ſic ut exem-
pla allata potios procedant de facto, & non de
Jure in delictis Clericorum, ut expendit latè
Mart. ſigillatim *à numero* 16. cum Farinacio, &
aliis.

Q U Æ S T I O. XXVI.

Statutum quod finita linea, non fiant in-
veſtituræ, ſtantibus hæredibus defun-
cti, an comprehendat Eccleſias. Et ſta-
tutum de continuando poſſeſſionem
defuncti in hæredem, etiam in feuda-
libus, & emphitheuticariis; an habeat
locum in bonis Eccleſiæ. Statum, vel
conſuetudo præferens primogenitos
in ſucceſſione feudorum, an compre-
hendat

hendat etiam clericos : ubi quid in majoribus Hiſpaniæ. Et quid de ſtatutis excludentibus Clericos, vel Religioſos à ſucceſſione. Et an ſtatuta, & conſtitutiones circa ſolemnia teſtamentorum, comprehendant teſtamenta Clericorum. Ubi an teſtamenta Clericorum ſubjaceant diſpoſitioni Juris communis in cauſa præteritionis filii ingrati activè, & paſſivè. Et an laici Principes queant alterare voluntates teſtarum.

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentes, & tranſverſales, poſſunt, finitâ lineâ petere renovationem inveſtituræ feudi, ſeu emphitheuſis conceſſæ.*

Statuentes ſolent providere, ut ſtantibus hæredibus defuncti non fiant inveſtituræ. dicto n.1. *Ubi ſignantur nonnullæ quæſtiones feudales.*

2 *Statutum, quod finitâ lineâ, non fiant inveſtituræ, ſtantibus hæredibus defuncti non comprehendit feuda, & emphitheuſes Eccleſiæ. Et quare* num.4,& 5.

Pontifex ſummus mandat Prælato, ut libere poſſit alteri concedere devolutum ab Eccleſia ob mortem Vaſalli.

Dictio libere excludit omne impedimentum, & omnem alterius requiſitionem dict.n.2.

3 *Feudorum leges ſemper conſiderant intereſſe voluntatis, ſicque feudum dari non debet Vaſallo, quem dominus non elegerit, ne fortè ſit ſecum inimicus, vel odioſus Domino.*

5 *Homo cogitur ad id, quod Jure reprobatur.*

6 *Emphiteuſis tranſitoria ad hæredes quoſcumque vigore verborum inveſtituræ, poteſt tranſmitti ad extraneos, item ad legatarios, & naturales propter verbum* quibuſcumque num.8. *& per æquipollentia verba* n.10.

7 *Feuda tranſitoria quod hæredes quoſcumque, tranſeunt etiam ad Eccleſiam, & ad fæminas, & ad deſcendentes ex fæminis* n.9.

10 *Fæminæ agnatæ admittuntur ad feuda, & emphitheuſes; licet non admitterentur ſi haberent duas proprietates, putà ſi eſſet, vel alia fæmina extranea.*

11 *Emphitheuſis Eccleſiæ regulariter non eſt tranſitoria ad hæredes extraneos.*

12 *Statuto non fit præjudicium vocatis in feudo, vel emphitheuſi ex pacto, & providentia, ſive antiquo, ſive novo.*

13 *Inveſtituræ antiquæ forma in præjudicium alterius mutari non poteſt, etiamſi Eccleſia conſentiret* n.14.

15 *Emphitheuſis Eccleſiæ conceſſa pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque cum ſolemnitate Apoſtelica ad extraneos tranſit hæredes, ubi qualiter, & de alio caſu* n.16.

16 *Hæredis appellatione in feudis, intelligitur de hærede ſanguinis, non bonorum.*

17 *Statutum de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem, etiam in feudalibus, & emphitheuticariis, eſt contrarium Jure communi; etſi ſint aliqua ſtatuta in obſervantia, Mediolani, Patavia, Galliæ, Siciliæ.*

18 *Statuta correctoria Juris civilis non habent locum in feudis.*

19 *Statutum de continuando poſſeſſionem in hæredem, non habet effectum in filio hærede, & incapaci.*

20 *Diſpoſitio omnis quantumvis generalis ſemper recipit limitationem de habili & idoneo.*

21 *Statutum de continuando poſſeſſionem in hæredem intelligitur primo, ut poſſeſſio defuncti duret poſt mortem, & tranſeat in hæreditatem, in qua poteſt conſervari; & de poſſeſſione, quæ erat penes defunctum ex cauſa ſui natura tranſitoria ad hæredes.* n.22.

23 *Statutum de continuanda poſſeſſione feudalium in hæredem, comprehendit etiam feudatalia, & emphitheuſes Eccleſiæ; quod intelligitur de vero, & juſto hærede* ibi. *Vide* n.24.25.26.

Hæredis nomen, propriè ſignificat verum, & juſtum hæredem dict.n.23.

27 *Clericus poteſt ſuccedere in Majoratibus habentibus Juriſdictionem. Quid de Monacho?* remiſſivè & n.28.29.40 41.42.43. & 44. *cum aliis.*

29 *Fæmina ſuccedit in majoratu Juriſdictionali, quando Juriſdictio ipſa venit in conſequentiam ſucceſſionis.*

30 *Conſuetudo præferens primogenitos in ſucceſſione feudi; etſi dura valet, & eſt obſervanda, ut procedit in Regnis Franciæ, Siciliæ, Angliæ, non ſolùm quando ſucceditur Patri, ſed fratri, ut* n.31.

31 *Primogenitura in linea tranſverſali regulariter non habet locum.*

32 *Conſuetudo primogenituræ feudalis, comprehendit etiam Clericum; Regnumque Franciæ admittit Clericos primogenitos* n.33.

34 *Clerici in multis caſibus poſſunt ſuccedere in feudalibus, contra aliquos* n.33.

35 *Clericus etiam præcus habet privilegium ſucceſſionis per primogenituram.*

36 *Statutum excludens Clericos, & Religioſos à ſucceſſione majoratus, & feudi, non valet, ſicut, & quod eos excludit à ſucceſſione Parentum agnatorum, & cognatorum, eſtque contra libertatem Eccleſiaſticam, cum auferat Clericis beneficium ſuccedendi* n.37. & 39. *Retraherenturque à Clericatu.*

38 *Statuta facere Juriſdictionis eſt, ob quod ſtatuens laicus, non extendit eam ad Eccleſiaſticos.*

39 *Statutum jubens fratri ab inteſtato decedenti ſuccedere tantum laicos, non valet reſpectu fratris Clerici.*

40 *Statutum, ſeu teſtator excludens ingredientem Monaſterium à ſucceſſione, non valet eſtque contra libertatem Eccleſiæ. &* n.41.

41 *Statutum nequit diſponere de ingreſſu, nec de ingrediente Monaſterium; & quod loquens de futuro confert effectum ad tempus futurum.*

42 *Monachus poteſt ſuccedere in majoratu non habente Juriſdictionem, & ſi excludi poſſit non à ſtatuente legiſlatore, ſed teſtatore diſponente* n.43. & 44.

44 *Monachus excludi non poteſt à melioratione tertii.*

45 *Majoratum, & commendam, num facere poſſint Eccleſiaſtici?* remiſſivè.

46 *Appanagium ideſt vita militia, (hoc eſt alimenta) ſucceſſori Clerici primogenito in feudo an debeatur* remiſſivè.

47 *Conſtitutiones, ſeu ſtatuta circa ſolemnitates teſtamentorum à laicis facta, locum habent in teſtamentis Clericorum. Vide* n.49.

& 50. ſed Felinus intelligit hoc de teſtamentis ad pias cauſas.

48 *Statutum de inſinuatione teſtamenti, non comprehendit Clericorum teſtamenta hæredum inſtitutorum. Sed quid in praxi* num. 49. & 50.

51 *Teſtamenta Clericorum non ſubjacent diſpoſitioni Juris communis.*

52 *Lex Imperatoris mere privilegiativa Clericorum, debet obſervari, non quia favorabilis lata per modum ſuperioritatis, ſed per modum privilegii.*

53 *Teſtamentum Clerici non reſcinditur ex cauſa præteritionis, nec nullum cenſetur ex cauſa exhæredationis.*

54 *Teſtamentum Clerici non ſubjacet quærela inofficioſi, vel nullitati ex cauſa præteritionis. Ubi quid in Clerico prima tonſura.*

55 *Filius familias ingrediens Religionem nequit exhæredari, ut ingratus, quia per ingreſſum dicitur naſci de novo n.* 56.

57 *Teſtatorum voluntates nequeunt Principes laici alterare, ſeu mutare, ſed tantùm Pontifex* num. 58. *Et quid de teſtamentis factis rerum profanarum* n. 59. & 60.

60 *Rex poteſt derogare majoratus, qui de licentia ipſius erectus eſt.*

1 AD primam quæſtionis partem ut reſpondeam præmitto quod finita linea, ad quam fuerat conceſſum feudum, vel emphitheuſis, poſſint tam deſcendentes, quàm tranſverſales petere renovationem ipſius inveſtituræ, quare ſoliti ſunt ſtatuentes ſibi providere, atque condere, ut ſtantibus hæredibus defuncti, non fiant inveſtituræ; & ſic Doctores ſolent etiam tres articulos ponere, ſub quibus declarant difficultates, quæ occurrere poſſunt, primus an tale ſtatutum comprehendat feuda, & emphitheuſes Eccleſiaſticas. Secundus quid quando loquimur de feudo, vel emphitheuſi hæreditaria Tertius quando loquimur de feudo, vel emphitheuſi ex pacto, & providentia, ſive antiquo, ſive novo.

2 Quibus breviter jactis reſolutivè ad primum articulum reſpondeo quidquid dicat Ripa ad intellectum *in cap. 2. de feudis in l. 7. n. 1. in fine ff. de privileg. creditor.* ut tale ſtatutum non valeat comprehendere feuda, & emphitheuſes Eccleſiæ, cum ſit regula Juris ex textu noſtro, & ex latè jam dictis ſtatuta laicorum contra Jus canonicum eſſe nulla; ſed de Jure canonico eſt caſus *in dicto cap. 2. de feudis* (ubi latiſſimè ago) quod de feudo devoluto ad Eccleſiam ob mortem Vaſalli, Summus Pontifex mandat prælato, ut libere poſſit illud alteri concedere, ſed de natura dictionis (libere) eſt excludere omne impedimentum, & omnem alterius requiſitionem, *cap. de multa*, & ibi Abbas *de præbend. & in cap. ſtatuimus per illum textum de regulis Juris*, Menochius *de arbitr. quæſt. 7. numero* 34. Albericus *dictionario* verbo *libere* cum infinitis Barboſa *dictione* 190. Ubi latiſſimè qualiter hæc dictio debeat intelligi, in-
3 finitis comprobans. † Unde cum leges feudorum ſemper conſiderent intereſſe voluntatis, & damnum conſideretur provenire, non ſolum ex diminutione rerum, ſed etiam ex diminutione voluntatis, ut dicat Martha *p. 4. de Juriſdi? cent. 1. caſu 29. à numero* 10. Et textus *in cap. 1. de duobus fratribus* dicat ut licet habeamus utilitatem rei, non ex ea cauſa debeat dari feudum Vaſallo, quem Dominus non elegerit, ne forte ſit ſuus inimicus, vel odioſus Domino; proptereaque non placeat ſibi rem ſuam ad illum pervenire prout latius notat Camerarius, *in cap imperialem de prohibita feudi alienatione per Federic. fol* 5.
4 † Sequitur ut ſi hoc ſtatutum arctaret Eccleſiam ad inveſtiendum hæredes defuncti, pro eodem pretio poſſet pati prædicta incommoda, & ita eſſe directo contra libertatem Eccleſiaſticam, quia ejus Jura infringerentur, nec cogi poſſe prælatum ad renovandum.
5 † quia nemo cogitur ad id, quod Jure reprobatur, cum multis declarat legendus Martha, qui *à num.* 20. ex Joanne Andrea, Alexandro, Imola, Aretino, & aliis; ait meliorem ſententiam obfirmaſſe eos, qui contrariam ſententiam inſectantur, videlicet ſtatutum hujuſmodi Eccleſias, & eorum bona non complecti; & licet Bartoli dictum *in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiva* videatur opponi; item & alia Ripæ *in dicta l. 1. num 7. ff. de rebus creditis* loquentis de fiſco, tamen non ſunt contrarii cum Bartolus non loquatur *ibi* in feudis, vel emphiteuſi Eccleſiæ: ſic ex aliis Martha *num* 15. *&* 21. *& num.* 18. quod eſt reprobata de Jure canonico per textum *in dicto cap. 2. de feudis*, *& num.* 22. quod regula Ripæ, quia æquiparat fiſcum, & Eccleſiam in privilegiis, fallit in multis.

6 Quoad ſecundum articulum quando loquimur de feudo, vel emphitheuſi hæreditaria tranſeunte ad hæredes quoſcumque vigore verborum inveſtituræ: tunc talis emphitheuſis tranſitoria ad hæredes quoſcumque, poteſt tranſmitti ad extraneos, item ad legatarios, qui impropriè ſunt hæredes.
7 † Et quod feuda tranſitoria ad quoſcumque tranſeat, etiam ad Eccleſiam, ut docent Rolandus *conſ. 96. à numero 35. volum. 1.* Socin. Junior *conſ. 163. numero* 28. Ubi dicit hanc eſſe communem, Thomas de Marinis *in tract. de generibus, & qualitate feudorum Rub. de feudo omnino hæreditario num. 5. &* 8. Canetius *in extravag. volentes, §. ſed occurrit numero* 6.
8 † Ubi quod propter verbum *quibuſcumque* poſſet fieri diſpoſitio in naturales, quamvis incapaces, & Villalobos *in tract. communium opinion. littera f. numero* 22.
9 † Ubi quod poteſt tranſire ad fœminas, & ad deſcendentes ex fœminis, Suarez *tract. comm. opinion. lit. f. concluſ.* 34. Capitius, Brunos, Rimoald. Natta, Burſatus, Clarus, Berojus, Corneus, Pancirol. cum aliis, Martha *dicto caſu* 20. *à numero* 26. & Boerius *conſ.* 18. *num.* 2. *&* 3. qui *num.* 13. concludit quod admit-
10 tuntur fœminæ agnatæ, licet non admitterentur, ſi haberent duas proprietates, puta ſi eſſet uxor, vel alia fœmina extranea, & Patilius *conſ. 23. vol. 1. à numero* 169. Ubi ſubdit idem Jus eſſe, ſi per æquipollentia verba concipiatur inveſtitura: & de prædicta dictione *quibuſcumque* quos, & quæ comprehendat, leges quæ cum multis ſcribit, & ponit Barboſa *in dictione* 317. Ubi de dictione *quicumque*, & *numero* 320. Ubi de dictione *quilibet*, & dictionibus *quiſque*, *quiſquis*, & *quivis* 123. 124. *&* 125. Ubi quod ſunt dictiones univerſales.
11 † Et idem Martha cum aliis *dicto caſu* 20 *n.* 31. *&* 36. ait quod emphitheuſis Eccleſiæ regulariter non eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, & quod inveſtitura emphytheuſis Eccleſiæ nunquam intelligitur de hæredibus extraneis.

12 In tertio autem articulo, quando loquimur de
feudo, vel emphitheuſi ex pacto, & providentia,
ſive antiquo, novo dicendum eſt, quod ſive
loquamur derebus Eccleſiæ, ſive laicorum nunquam
quam intelligatur per ſtatutum vocatis factum
13 præjudicium, † quia inveſtituræ antiquæ, forma
in alterius præjudicium mutari non poteſt; Baldus,
dus, *in l.1.col.pen.* verſ.*ſed ſi Dominus cod. quando
non pet.part.* & *in c.1.col.1.de eo qui ſibi*, & *hæredibus
dibus ſuis*, Decius *conſ.*193. & *conſ.*445.*num.*23.
Albarotus *inter conſilia Bruni conſ.*57.*n.*1. Ce-
14 phalus *conſ.*155.*num.*10.& 197. & alii. † atque
Bartol. *in l. Juris Jurandi* §. *ſi liberi ff. de operis libert.*
bert. & *in l.1.ff. de interdictis*, & *relegatis*, hoc
procedere etiam ſi Eccleſia conſentiret, Curtius
*conſ.*49. cum ſimilibus per Gozadinum *in conſ.*43.
numero 18. alia dicit Martha *dicto caſu* 20. *à numero*
mero 39.

15 Sed an autem emphitheuſis Eccleſiæ conceſſa
pro ſe, & *ſuis hæredibus*, & *ſucceſſoribus quibuſcunque*
cunque cum ſolemnitate Apoſtolica tranſeat ad
hæredes extraneos reſpondeo tranſire, ut docent
Doctores cumulati per Ulillum Franchis *deciſ.*
235. Clarum *in* §. *emphitheuſis quæſt.*28. *col. fin.*
prope finem, Afflictis *deciſ.*100. & 386. *num.*7.
Ubi hæres extraneus excludebat Eccleſiam; quæ
opinio mihi vera videtur, ſi cum ſolemnitatibus,
de quibus per gloſſam *in ſumma* 12.*quæſt.*2. conceſſio
ceſſio facta fuerit ſtante neceſſitate, & utilitate
Eccleſiæ, quia ſi eo caſu poteſt in totum alienari,
ut dico late *in cap. nulli*, & *toto titulo de rebus Eccleſiæ*,
cleſiæ, *non alien.* multò magis in emphitheuſim
dari cum hac qualitate, ut tranſeat ad hæredes
extraneos, prout concludunt Antonius de Butrio,
Abbas, & Felinus *in cap. in præſentia de probationibus*,
nibus, Socinus dicens magis communem *in conſ.*
266. *volum.*2, Covarruv. legendus, *lib.*2. *variar.*
*reſol' cap.*17. *numero* 5. Ubi pro parte affirmativa
dicit communem opinionem Martha *dicto caſu*
16 20.*numero* 38. † qui *à numero* 31. agit de alio
dubio an effectus ſubſtantialis prædicti ſtatuti,
ſaltem in caſu relato articuli ſecundi verificetur in
emphitheuſi Eccleſiaſtica, & adductis pro utraque
que parte Doctoribus dicit negativam partem eſſe
veriorem *ibi à num.*32. quia hæredis appellatione
in feudis, intelligitur de hærde ſanguinis, non
bonorum ex Chachercano *deciſ.* 161. Theſauro
*deciſ.*99. *num.*25. alia expendens *à numero* 33.
ad 37.

17 Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum
de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem,
dem, etiam in feudalibus, & emphitheuticariis
habeat locum in bonis Eccleſiæ. Ut explicem
breviter ſuppono quod hoc ſtatutum eſt contrarium
rium Juri communi, cum corrigat *l. quem hæredes
ff. de acquirenda poſſeſſ.* licet ſint ſtatuta quædam
in obſervantia, ut Mediolani, Cotta *in memorab.*
in verbo *Mediolani*, & de ſtatuto Patavino Menochius
nochius *in tract. de adipiſcenda in* 4.*rem quæſt.*9.
& 10. & de conſtitutione Galliæ teſtatur Tyraquel.
quel. *in tract.* de mort. Saiſ. levis, & Bologn.
*in l.*1. *numero* 241. *ff. de acquirenda poſſeſſ.* qui
etiam teſtatur de conſtitutione Regni Siciliæ.
18 † Secundo quod ſtatuta correctoria Juris communis
munis non habent locum in feudis, niſi de illis
faciant expreſſam mentionem; ob idque Andreas
Auriga feudiſta dixit textum *in dicta l. cum hæredes
des de acquirenda poſſeſſ.* habere locum in feudis
in cap. Sancimus quo tempore miles, & *in cap.*2.
de feudi cognitione, & *in dicto cap. imperialem* §. *in*
ſuper ſi filius in fine de prohibita feudi alien.per
Federicum. † Tertio quod ſtatutum de conti- 19
nuando poſſeſſionem in hæredem non intelligatur
tur de ficto, hærede, & incapaci, quia ſolum procedit
cedit in vero, legitimo, & habili hæreda, Sebaſtian.
ſtian. Medicis *in tract. de acquirend. conſervat.* &
amit. rerum domin. poſſeſſione, & *Jure* gloſſa 3.
verſ. *in minuendo numero* 227. cum Baldo *in conſ.*
181. *volum.*1. Alex. *in conſ.*82. *vol.*2. Ruino *in*
*conſ.*27. *vol.*5. † quia omnis diſpoſitio quantum- 20
vis generalis ſemper recipit limitationem de habili,
bili, & idoneo, ut *in l. ut gradatim ff. de muneribus*,
bus, & *honor. gloſſa in l.*1. *Cod. de Sacroſanctis*
Eccleſiis, Ubi Jaſon multa allegat, Alex. Socinus,
nus, & Jaſon *in l.*2. §. *præter ff. qui ſatis dare cogantur*,
gantur, Molina cum multis videndus *de majorit.*
*Hiſpan.lib.*3.*cap.*13.*n.*29. Ubi ejus additionatores
cum aliis, Martha *de Juriſdict.p.*4. *caſu* 21.*n.*11.
& 12.

Quarto quod ſtatutum de continuando poſſeſ- 21
ſionem in hæredem, intelligatur primo ut poſſeſſio
ſeſſio defuncti duret poſt mortem, & tranſeat in
hæreditatem, in qua poteſt conſervari *l. hæreditas
in multis ff.de acquir.rerum dominio*, *l.captam ff.de
uſucap.* quæ poſſeſſio durat uſque ad apprehenſionem
ſionem illius hæredis, qui verè probaverit ſe talem,
lem, & habere omnes qualitates ad legitimam
poſſeſſionem feudi & emphiteuſis acquirendam.
† Item quod debet intelligi de poſſeſſione, quæ 22
erat penes defunctum ex cauſa ſui natura tranſitoria
toria ad hæredes, ut declarant Alex. *in conſ.*153.
*col.*2. *vol.*6. Caſaneus *in conſ.*59.*col. penult.* verſ.
item etiam Menochius cum aliis *conſ.*139.*n.*18.

His ergo breviter jactis jam ad punctum diffi- 23
cultatis reſpondeo prædictum ſtatutum de continuanda
nuanda poſſeſſione feudalium in hæredem, comprehendere
prehendere etiam feudalia, & emphitheuſes Eccleſiæ,
cleſiæ, quia ut dicunt Baldus *in Rub. de cauſa poſſeſſ.*
ſeſſ. & *propriet.* hoc ſtatutum intelligitur de vero
& juſto hærede, quod propriè ſignificat nomen
hæres, Martha *ubi ſupra dicto caſu* 21.*à n.*9. ubi
*num.*12. *in fine* quod feudum, & emphytheuſis
Eccleſiæ ad hæredes non tranſeunt, ſi tranſire
non poſſunt. Et ſic exiſtimo prædictum ſtatutum
locum habere in hærede legitimo, capaci, & habili
bili tantum. † Quare & ſi alii dixerint ſtatutum 24
de feudalibus, etiam exprimens, & emphitheuticarii
carii non habere locum in bonis Eccleſiæ, ne
per indirectum cogeretur Epiſcopus habere Vaſallos,
ſallos, vel emphytheutas, quos non vellet, quod
reputatur maximum præjudicium, ut *in l. fin.ff.
de uſu*, & *habitatione*, *l. ſi mandato meo* §. *fin.ff.
mandati*, ut dixi *quæſt. præceded.* & referat à
ſe dictum Martha *dicto caſu* 20. & *caſu* 21.*numero*
mero 6. † Et ob id dixerit Innocent. *in cap audi-* 25
*tis col.*1. *prope finem de præſcriptionibus*, quod licut
cut ſubditorum intereſt non mutare Dominium,
ita & è converſo Domini non mutare Vaſallos,
Abbas *in c.expoſuit de dilation.col.*8. Felin.*in dict.
cap.*1.*col.*4.*de probat.* & ſic Eccleſia haberet Vaſallum
ſallum illum, vel emphitheutam, vel hæredem
ſcriptum, vel abinteſtato univerſalem, qui forte,
vel ex natura feudi, vel ex diſpoſitione ſuorum
rum prædeceſſorum, non eſſet ſucceſſibilis in
feudo, vel emphitheuſi prædictis, prout firmat
mat Petrus Gregorius *in tract. de judiciis cauſarum
ſarum feudalium cap.*18. dicens, quod vigore hujus
jus ſtatuti poſſeſſio continuatur in eum, in quem

continuatur Dominium, etiam in feudalibus.
26 † Tamen in puncto, de quo agimus procedere,
ut dictum eſt habita diſtinctione habilitatis, ut
proſequitur Martha *dicto caſu* 21. legendus etiam
à num. 13. Ubi alia tradit de inveſtituræ judicio,
de quo dixi ſub *cap. cæterorum de Judic.*

27 Ad tertiam quæſtionis partem an ſtatutum,
vel conſuetudo præferens primogenitos in ſuc-
ceſſione feudorum, comprehendat etiam Cleri-
cos primogenitos. Hæc difficultas poteſt porrigi
ad majoratus Hiſpaniæ, in quibus Molina *de pri-
mogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 97. ait quod in illis ha-
bentibus Juriſdictionem, poteſt Clericus primo-
genitus ſuccedere: & an Monachus poſſit ſucce-
dere in his majoratibus Hiſpaniæ agitate, &
cum multis *à numero* 68. & latè D. Joannes del-
Caſtillo *tom.* 5. *cap.* 81. Ubi quid de fratribus or-
dinis Sancti Franciſci, & additionatores ad Mo-
28 linam *dicto num.* 97. † dicunt nunquam dubita-
tum fuiſſe quod Clericus ſuccedat in majoratu
habente Juriſdictionem annexam.

29 Sicut alias ſuccedit fœmina in majoratu Juriſ-
dictionali, quando Juriſdictio ipſa, venit in con-
ſequentiam ſucceſſionis ex his quæ additio-
natores addunt *ad numero* 14. & 15. ejuſdem Mo-
linæ, præter quos Souſa *in l. fœmina numero* 9. *ff.
de regulis Juris*, Valenzuela, Velaſquez *conſ.* 23.
num. 28. & 29. Franciſcus Molinus, *tract. de ritu
nuptiar. lib.* 2. *differ.* 3. *n.* 3. & de Monacho adjun-
ges quæ dixi *infra in cap. in præſentia de probat.*
q. 5. verſ. *ad tertiam.*

30 Quibus ſic breviter ſuppoſitis jam ad punctum
difficultatis, ſuppoſito etiam quod conſuetudo
præferens primogenitos in ſucceſſione feudi, ſit
valida, & licet dura obſervanda, ut dicunt Bald. &
Albarotus *in cap. mulier ſi de feudo defuncti fuerit
controverſ.* ſicque procedere in Regnis Franciæ,
Siciliæ, Angliæ, ut notant Jacob. Vellovis *in præ-
ludiis feudor. deciſ.* 10. Jacob in inveſtitur. in ver-
bo *in feudum dict.* 12. Tyraquel. *in tract. de Jure
primogenior.* poſt Joannem Lecirier *eodem tract.
lib.* 2. *p.* 4. Thomas, de Marinis *in tract. de gene-
31 ribus, & qualit. feudor tit.* 13 † imò quod de Ju-
re ex *capitulo Regis Caroli*. 2. incipit *conſiderantes*,
habeat locum non ſolùm quando ſucceditur patri,
ſed etiam fratri, cum ibi dicitur quod frater, vel
ſoror fratri, vel ſorori ſuccedit primogenitura, ac
ſexus prærogativa ſervata, de quo etiam per Af-
flictis in conſtitut. Regni incipiente, *ut de ſuc-
ceſſionibus numero* 22. *in fine*, & *numero* 22. licet
regulariter locum non habeat primogenitura in
linea tranſverſali, ut dixit Butrius *conſ.* 48.

32 Quare jam breviter dicu, ut Clericus primo-
genitus comprehendatur, etiam ſub dicta con-
ſuetudine primogenituræ feudalis, ut firmant
Abbas hic *in textu noſtro in* 1. *lect. num* 25. & ibi
addentes in verbo *primogenitus*, & *in* 2. *lect.
numero* 34 & 36. Falinus *numero* 101. Tyraquel.
de primogen. quæſt. 44. *numero* 6. *ad finem*, Licirier
in tract. de primogenitura lib. 1. *quæſt.* 24. & ambo
latiſſimè Martinus Laudens *in tract. de primogen.
quæſt.* 30. Ruinus *in conſ.* 195. *num.* 3. *vol.* 2. An-
tonius Gomez *in l.* 40. Tauri *numero* 49. Grego-
rius Lopez *in. l.* 2. *tit.* 15. gloſſa 19. *ante quæſt.* 1.
33 *p.* 2. † Et quod hoc procedat de plano in Regno
Franciæ de conſuetudine Regni admittens Cle-
ricos primogenitos, ſcribunt Benedictus *in cap.
Raynucius de teſtament.* verbo & *uxorum*, ubi
tractat de ſucceſſionibus ab inteſtato *à num.* 237.
Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent* 1. *caſu* 22. qui dif-
fusè ad plures caſus agens referens *à numero* 10.
plures Doctores tenentes, ut Clerici non ſucce-
dant in feudalibus *num.* 13. † ait Clericos multis 34
caſibus poſſe ſuccedere in illis, ubi *num.* 31. quod
conſuetudo de primogenitis comprehendit Cleri-
cos, ſed non comprehendere illos a ſecundo geni-
tis extendens differentiam; & *n.* 37. † quod Cle- 35
ricus etiam Græcus gaudet privilegio ſucceſſionis
per primogenituram, & alia apud ipſum videnda,
de quibus non curo eo quod parum ſint uſitata in
his Hiſpaniæ Regnis.

Ad quartam quæſtionis partem an ſtatuta ex- 36
cludentia Clericos, & Religioſos à ſucceſſione
majoratus, aut feudi valeant. In quo dubio, quia
jam ex textu noſtro latiſſimè dictum ſit *à q.* 1. ut
ſtatuta laicorum expreſsè mentionem facientia de
Clericis non valeant ex defectu poteſtatis, ſicque
non valeat ſtatutum excludens Clericos, vel Mo-
nachos a ſucceſſione parentum agnatorum, ſeu
cognatorum, quia eſt contra libertatem Eccleſia-
ſticam, Decius cum multis *hic n.* 188. & *in cap. in
præſentia de probation.* Rodoan *in tract. de ſpolio
Eccleſiaſt. q.* 8. *tit de ſucceſſione Clerici ſæcularis ab-
inteſtato n.* 4. & patet ex *auth. caſſa*, & *irrita Cod.
de ſacroſanct. Eccleſ.* & *in l.* 1. *cod de ſumma trini-
tate*, & *fide Cathol.* & *in l* 1. *cod de ſumma trini-
tate*, & *in c. gravem c. noverint de ſent. excommunic.
per Baldum in l. Deo nobis cod. de Epiſcopis*, &
Clericis, ideo breviter reſpondetur.

Quod dicitur contra libertatem Eccleſiaſticam, 37
tum quia auſert Clerici beneficium ſuccedendi
de Jure communi, tum quia Clerici per ipſum ef-
ficiuntur timidiores, ut notatur per Bartol. *in dict.
auth. Caſſa*, & *in l.* 1. §. *quæ oneranda ff. quarum re-
rum actio non detur*, quorum timiditas patet, quia
videntes non poſſe ſuccedere, retraherent à
Clericatu, vel religione: argumento textus *in* §.
ſed hoc præſenti in auth. de Eccleſiaſt. titul. & not.
in dicto c. in præſentia, & *in auth. ingreſſi cod. de ſa-
croſanct. Eccleſ.* † Et quia ſtatuta facere Juriſdi- 38
ctionis eſt *l.* 1. *ff. de Juriſdict. omn. Judic. l. neceſſa-
rium in fine princ.* & ibi gloſſa in verbo *ſtatuenti
ff. de origine Juris*, obidque tale ſtatutum non ex-
tendere vires ſuas ad Clericos, ſuper quibus ſta-
tuentes Juriſdictione carent *ex l. cunctos populos*
in verſ. *regit imperium ff. Sacroſanctis Eccleſ.*

Et non tantum prædicta ſententia vera eſt 39
quando ſtatutum expreſsè excludit Clericos à
ſucceſſione feudi, ſeu majoratus, ſed multò magis
quando illos excluderet ex tacita diſpoſitione; ar-
gum. textus *in l. ſi pater ff. quæ in fraudem credi-
torum*, *l. quanquam ff. de ritu nuptiarum*, & *l. Lu-
cius* §. *penult. ff. ad municipalem l.* 1. §. *hujus rei ff.
de officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio*, & quod
ibi notatur in gloſſa incipit *argumentum triplex*,
& *in l. ſolent ff. de Juriſdictione omnium Judic.* &
Joannes Andreas *in cap.* 1. *de immunit. Eccleſ.
lib.* 6. item quia per indirectum afficeret Cleri-
cos: nam admittendo laicos tantum ad ſucceſſio-
nem Clerici, eſſent excluſi, & indirectè affecti:
ſic Martha *de Juriſdictione dicta p.* 4. *cent* 1. *caſu*
15. *n. fin.* ubi *n.* 10. & Vulpell. *in tract. de libert. p.* 3.
num. 4. dixerunt, ut quando ſtatutum jubet fratri
abinteſtato decedenti, ſuccedere tantum laicos,
tunc reſpectu fratris Clerici ſtatutum non valeat,
quin ipſe ad portionem, quæ ſibi communi Jure
competebat admittatur.

De ſtatuto, ſeu teſtatore excludente Mona- 40
chos, & Religioſos à ſucceſſione aliqua, di-
xi in verſ. *ad tertiam* cum Molina, & aliis,
nunc

nunc verò an ſtatutum excludens ingredientem
Monaſterium à ſucceſſione, ſit contra libertatem
Eccleſiaſticam. Et breviter non obſtante Bartoli
diſtinctione *in l. fin. n.6 cod. de pactis*, quam ad lit-
teram adducit Martha *dicto caſu* 15. *ſub.num.* 8. in
verſ. *hac enim diſtinctio*, & quam communiter
Doctores reprobant, ut Jaſon *in dicta l. fin.n.*25.
Decius in *dicto cap. in præſentia per textum in l.*
Deo nobis in verſ. *omnimodo cod. de Epiſcopis*, &
Cleric. reſpondeo tale ſtatutum non valere ex ra-
tionibus dictis de ſtatuto excludente Clericos
ſpecialiter, ſeu tacitè: nam ut dicit Martha *dict.*
caſu 25. *num.* 7. ſtatutum minuens voluntatem in-
grediendi religionem, eſt contra dictam liberta-
tem, cum ax eo poſſet retrahi voluntas mona-
chandi à propoſito Religionis, ut docent Cam-
peg. *in tract de ſtatutis q.* 12. Laureot. de Palat.
in tract. de ſtatuto excludente fœminas propter maſ-
culos num. 91. verſ. *in contrarium*, uti Martha
ſcripſit *dict. cent.* 1. *in caſu* 5. & de communi te-
ſtantur Alex. *in conſ.* 139. incipit *viſo themate*
ſupra ſcripto col. fin. vol. 2. quem refert, & ſequi-
tur Jaſon poſt multos alios per eum citatos *in dict.*
l.fin. n. 25. *cod. de pactis*, Ubi etiam Angel. dicit
41 de hoc eſſe caſum *in dict.l.Deo nobis.* † Ubi ante
quam quis ingrediatur Monaſterium, ſed habeat
ſolum voluntatem ingrediendi, non poteſt habi-
litari à potentia ſuccedendi, alias ut dictum eſt
retraheret volentem monachari à propoſito Religio-
nis: itaque Martha *ſub dict. num.* 8. & 9. aliis ratio-
nibus probat dicens quod ſtatutum nequit diſpo-
nere de ingreſſu, nec de ingrediente Monaſterium;
& quod ſtatutum loquens da futuro confert effe-
ctum ad tempus futurum.

42 Et licet ex multis Molina legendus *dicto c.*13. *de*
Hiſpanor. primogen. à n. 68. diſputans utrum Mo-
nachus poſſit ſuccedere in majoratu, feudo, aut fi-
dei commiſſo, & dicat ſuccedere poſſe, ſi non ha-
beat dignitatem, ſervitium, aut Juriſdictiones
annexam, qualem nequeat perſonaliter deſervire,
ſecus ſi habeat quia tunc poſſet adduci titulus, ne
Clericus, vel Monachus ſæcularibus negotiis ſe
immiſceat, ut de Clerico multi ab eo relati *n.* 96.
43 tenent. † Tamen video quod ipſius Molinæ ad-
ditionatores ibi *dicto cap.* 13. *num.*77. & 78 addu-
cunt plures fatentes Monachos à ſucceſſione ma-
joratus excludi poſſe, ut tenent. Barboſa *in remiſ-*
ſion. Doctor ad §. 7. *num.* 2. *fol.* 230. Cenedus *in*
*pract. quæſtion. cap.*35. *ex n.* 6. Stephanus Gratia-
nus *tom.* 3 *diſcept. forens. cap.* 481. *num* 28. Fon-
tan. *tract. pactis, nupt. tom* 3. *clauſ.* 3. *gloſ.* 6. *p.* 6. *num.* 9.
D. Garcia Maſtrillus *deciſ.*65. *num.*2. & *deciſ.* 153.
*n.*28. Thomas Sanchez, *in præcepta decalogi lib.* 7.
35. *n* 4. Martha *tract. de ſucceſſione legali p.* 3. *q.* 13.
*art.*1. *n.*22.

44 Quod ego intelligo ſic procedere, non à ſta-
tuente legislatore, quia hoc eſſet facera contra li-
bertatem Eccleſiaſticam per *ſupra* dicta, ſed tan-
tum de teſtatore diſponente per regulam uti quiſ-
que legaſſet ita juſto, de qua *in l.* 1. *cod. de Sacro-*
ſanct. Eccleſ. & alibi paſſim, & facit, nam idem
additionatores ad Molinam *dicto n.* 77. & 78. li-
mitant prædictorum ſententiam in melioratione
tertii, à qua Monachus excludi non poteſt, ut per
Caſtillum *in lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *ex num* 34.
Thomas Sanchez ubi *ſupra n.*6. verſ. *quod quidem*
limitandum.eſt, uti latius idem additionatores pro-
ſequuntur ad Molinam *lib.* 2. *cap.* 12. *numero* 53.
45 † Et ad quæſtiones an Eccleſiaſtici poſſint facere
majoratum, aut commendam inter vivos val ul-
timæ voluntate abſque licentia Papæ: & an Regis
licentia opus ſit latè idem Martha cum infinitis
dictu p. 4. *de Juriſdict. cent.* 1. *caſu* 24. de quia eti-
am Molina *lib.*2. *de primogen. cap.* 10. *à numero* 10.
uſque ad 59. Ubi ejus additionatores. † Et an Appa- 46
nagium, ideſt vita militia, (boc eſt alimenta) de-
beatur primogenito ſucceſſori feudi ipſis Clericis,
vel Monachis ſecundo genitis, etiam in linea tranſ-
verſali agit idem Martha legendus *dicta p.* 4. *de*
Juriſdict. cent. 1. *caſu* 23.

Ad quintum quæſtionis partem an ſtatuta, & con- 47
ſtitutiones circa ſolemnitatem teſtamentorum com-
prehendant etiam teſtamenta Clericorum. Et quia
de Jure civili, & Regio differt ſolemnitas teſtamen-
tis appoſita ab illa, nempe quæ de Jure canonico
in Clericis teſtatoribus requiritur; de quibus
omnibus latè dico *in titulo*, & *Rub. de teſtam.* &
ibi in cap. cum eſſes 10. *cap. relatum* 11. præcipuè
in numero teſtium. Ideo nunc breviter ad pun-
ctum dubii, de quo eſt quæſtio, reſpondeo, quod
ſtatuta, & conſtitutiones laicorum requirentes
certam ſolemnitatem in teſtamentis, non habeant
locum in teſtamentis Clerici quia ſive diſponant
ſecundum Jus commune, aut contra illum, &
majorem ſolemnitatem introducendo, nullo mo-
do inter Clericos diſponent, quia non poſſunt ta-
citè comprehendere in genere, de quibus non
poſſunt in ſpecie; & quia talia ſtatuta, & conſti-
tuta, & conſtitutiones reſpectu Clericorum,
eſſent contra Jus canonicum, contra quod laici
non poſſunt derogare, Bald. *in tract. de ſtatutis* in
verbo *decretum* imo eſſe contra libertatem Eccle-
ſiaſticam, ut tenent per textum noſtrum Docto-
res communiter, Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
caſu 28 *à num.* 6. † Ubi *numero* 8. ait quod ſta- 48
tutum de inſinuatione teſtamenti, non compre-
hendit teſtamenta Clericorum hæredum inſtitu-
torum cum Abbatè hic *in* 2. *lect. numero* 39. ſe-
quendo Baldum *in dicta auth. Caſſa cod. de Sacro-*
ſanctis Eccleſ. latius firmat Jacob. Campos *de re-*
preſſaliis p. 2. *numero* 7. Ubi latè loquitur reſ-
pondens contrariis: & licet Felinus *hic num.* 83.
prædictam doctrinam ſolum admittat in teſta-
mentis ad pias cauſas, non ſic in aliis, quia hæc
debent inſinuari coram laico ſicut donatio inter
vivos inſinuatur, ſed præterquam quod talis do-
ctrina impugnatur ex doctrina *dict. cum eſſes*, ubi
eum teſtamentum fieret à Clerico, non ad pias
cauſas, ſufficit eadem ſolemnitas teſtium, ac in
teſtamento ad pias cauſas, ut *in dicto cap. relatum*
10. Ubi Barboſa *numero* 2. ponit hanc differen-
tiam inter utrumque textum, illa ratio non mili-
tat in inſinuatione teſtamenti. † ſiquidem in do- 49
natione authoritas inſinuationis interponitur in
agente actum, ut dixit Rota per Bellameram
deciſ. 4. *de foro comp.* quem citat, & ſequitur Ro-
ta *deciſ.*7. *numero* 5. *de judiciis in novis*, ſed in
teſtamento poterat inſtituere hæredem Clericum
abſque inſinuatione, latius expendit Martha vi-
dendus *dicto caſu* 28. & videndus *caſu* 5. † qui 50
& *num.* 21. ait ſtatuta laicorum non poſſe afficere
hæreditates Clericorum, etiam ſi ad laicos perve-
niant; non inquam ignoro apud aliquos judices
practicos obſervari teſtamenti inſinuationem, id
eſt aperturam, etiamſi Clerici ſit fieri coram illis,
hancque praxim defendere maximoperè, ſed quo
Jure, etiam laici inſtituantur hæredes, adhuc
eſt ſub dubio, de quo non tracto Valliſoleti & in
hac Curiæ matriti vidi & video praxim faciendi
teſtamenta à Clericis juxta ſolemnitates hujus

regni, & in ſimilitudinem atque aperturam coram
judice laico.
51 Ad ſextam quæſtionis partem, an teſta-
menta Clericorum ſubjaceant diſpoſitioni Ju-
ris communis ex cauſa præteritionis, ſive ex hæ-
redationis filii ingrati activè, & paſſivè. Cui du-
bio patet etiam reſponſio ex dictis, nam cum te-
ſtamenta Clericorum, non ſubjaceant diſpoſitioni
Juris communis ex doctrina *dict. cap. cum eſſes, cap.
relatum de teſtam. & aliis*, ſed dumtaxat Juris
gentium, ut fatentur etiam omnes Canoniſtæ
in cap. quia nos eodem tit. de teſtam cum multis,
Simon de Pretis *ultim. volunt. lib.* 2. *in primo du-
bio ſolut.* 4. *n.* 68. *& n.*76. *uſque ad* 87. de quo eſt
caſus *in auth. presbyteros cod. de Epiſcop. & Cleric.*
Baldus *conſ.*448 *quæritur primum, col.* 2. *ultra me-
dium volum.* 1. Joannes delect. *de art. teſtandi
tit.* 1. *de his*, qui habent teſtamenti factionem,
caut. 1. *in fine*, ſequitur ut illa teſtamenta non ſub-
52 jaceant diſpoſitioni laicorum. † quia licet lex
Imperatoris merè privilegiativa Clericorum de-
beret obſervari, ut firmant Doctores hic ex rego-
la textus *in cap. novit. de Judic.* quia non proce-
dit imperando, vetando, aut authorizando, vel
puniendo juxta quæ tradunt *in l. legis virtus ff. de
legibus, cap. omnis lex dict.* 4. quæ quidem non eſt
favorabilis per modum ſuperioritatis, ſed ſolum
concedendo privilegium; ideòque privilegium
obſervandum, quidqoid dixerit Decius *in l. ſenium
num.* 15. *ff. qui teſtam. facere poſſunt*, cujus dictis
in contrarium reſpondet Simon de Pretis *ſupra*,
ubi quæſtionem diſputat referendo etiam aliorum
opiniones & jactam doctrinam ex aliis confirmat
late videndus Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
53 *caſu* 26. *à numero* 6. † Tamen certum eſſe ait ibi
numero 17. teſtamentum Clerici non reſcindi ex
cauſa præteritionis, nec nullum cenſeri ex cauſa
exhæredationis, juxta diſpoſitionem legum *ff. &
cod. de teſtam.* ſic Abbas *in dicto cap. quia nos nu-
54 mero* 4. *de teſtam.* † Ubi Barboſa *numero* 3. dicens
cum Marco Antonio Genuens. latè diſputante
in pract. Eccleſ. quæſt. 361. teſtamentum Clerici
non ſubjacere querellæ inofficioſi, vel nullitati
ex cauſa præteritionis, Jacob, Burt. & Bald. *in
dict. auth. presbyteros cod. de Epiſcopis, & Clericis*,
Angel. *in auth. ex cauſa*, & ibi Corneus *num.* 36.
& 46. Ubi dicit eſſe communem ſequitur Covar.
in dicto cap. quia nos in fine; licet videatur recede-
re ab ipſa reſpectu Clericorum primæ tonſuræ:
& Martha *in dicto caſu* 26. *numero* 18. idem ad-
mitti paſſivè in caſu contrario, quando filius fa-
milias, v. g. Patris laici aliquam commiſerit in-
gratitudinem, de quibus *in §.* aliud quoque Ca-
pitulum *in auth. ut cum appellat. cogn.* qui po-
teſt exhæredari forma ſervata hujus textus.
55 † Nam ſi ingreditur Religionem non poteſt ul-
terius exhæredari, ut tradit ex gloſſa *in auth. de
Monachis in princ.* gloſſa *in cap.* 2. *de Apoſtatis*,
& per textum *in cap. non liceat* 19. *quæſt. fin.* &
notat Salicet. *in l. Deo nobis in princ. cod. de Epiſ-
cop. & Cleric.* quem ſequitur Laurus de Palatiis
56 *in tract. de ſtatuto excluſivo femin. n.* 108. † ratio-
nem reddentes, quia per ingreſſum Religionis,
dicitur naſci de novo, intelligique ſibi remiſſa om-
nia peccata ſua per textum *in cap. menſuras §. ratio-
nes quoque de pænit. dist.* 1. & ex aliis.
57 Ad ſeptimam quæſtionis partem an laici Prin-
cipes queant alterare voluntates teſtatorum: de
intelligentia hujus difficultatis, & de commuta-
tione ultimæ voluntatis teſtatorum plura dico
infra in cap. 3. *& in cap. cum Joannes, de teſtamentis.*
Et quia poteris ſatis reſpondere ex his, quæ latè
ſcripſi *in cap. Conquæſtus* 16. *quæſt.* 3. Ubi egi de
illis an relicta Eccleſiis, vel aliis juſtis modis ac-
quiſita, poſſint aliis uſibus applicari, vel in alium
opus pium commutari: & quid de diminuendis
miſſis, & anniverſariis. † Et hic breviter reſpon- 58
dendo dico ſolum ſummum Pontificem poſſe de-
rogare, & mutare, ſive alterare voluntates defun-
ctorum *ex clementina plerique, de religioſis domi-
bus*; & hoc ex juſta cauſa niſi de plenitudine po-
teſtatis vellet, quia tanquam Dominus rerum
Eccleſiæ poſſet remittere quidquid donatum eſt
Eccleſiæ ad nutum ſuæ voluntatis, *ut cap. oporte-
bat dict.* 9. & donare ut *in cap.* 2. *de donat.* etiam
laici, *§. his ita* 35. *quæſt.* 1. quod eſt in teſtamen-
tis laicorum ad pias cauſas. † Sed an poſſit Rex, 59
& ſupremus Princeps eas alterare in teſtamentis
rerum prophanarum, & in hoc puncto commu-
nis eſt Doctorum ſententia, ut non poſſit per tex-
tum expreſſum *in l. ſi teſtamentum cod. de teſtam.*
Menochius cum multis *conſ.* 20. *à num.* 27. Thé-
ſaur. *deciſ.* 270. & cum pluribus Martha *de Juriſ-
dict. dicta p.* 4. *caſu* 74. *à n.* 12. † Sed quia Covarr. 60
lib. 3. *variar. cap.* 6. *in princ.* dixerit poſſe Regem
derogare majoratui, qui de licentia Regis erectus
in perſona primogeniti, & in præjudicium legi-
timæ cæterorum filiorum, contra quem ſatis do-
ctè loquitur Vaſquius *in tract. de ſucceſ. creat.
lib.* 1. *§.* 1. *de teſtantium potentia numero* 32.
ideo idem Covarruv. *dicto cap.* 6. *num.* 7. *verſ.
ſexto hanc ſententiam*, Vaſquius *dicto §.* 1. *num.* 29.
Peregrin. *in tract. de fidei commiſſis art.* 14. *num.* 44.
docent, ut morientium voluntates queant à Prin-
cipibus alterari, quod explicat cum multis Mar-
tha *à num.* 15. ſi cauſa ſit publica ex Abbate *in
cap.* 7. *ſupra hoc tit.* & ex Craveta *conſ.* 5. *num.* 9.
& *conſ.* 135. *n.* 21. & *conſ.* 241. *num.* 13. Ubi multas
conſiderat cauſas, ex quibus Princeps quæſitum
Jus tollere poſſit, & melius de plenitudine pote-
ſtatis.

QUÆSTIO XXVII.

Statuta circa ordinationem litis, an com-
prehendant Clericos litigantes coram
Judice ſæculari, quando non concer-
nunt Jura ipſorum. Et quia de ſtatuto
loquente, ut inſtantia ſervetur Clerico
litigante coram laico, an debeat eſſe
juxta Jus Canonicum, aut civile. Vel
num Clericus laici hæres queat ſtatu-
to obligari inſtantia ſui actoris, etiam
in cauſa executiva. Vitium litigioſi, an
liget Eccleſiaſticos etiam quoad pœ-
nas. Et an valeant ſtatuta laicorum
impedientia exceptionem declinato-
riam fori Eccleſiaſtici. Et an edicta
monentia quemcumque ad compa-
rendum coram Judice laico, ſi ſua pu-
taverit intereſſe, liget Clericos. Aut
valeat ſententia contra ipſos lata, ut in
contumaces.

SUM.

SUMMARIUM.

1 *Statutum circa ordinatoria litis in judicio, nulla habita ratione juris competentis actori, vel reo Clericos comprehendit & quare num.* 2. *ſecus habendo reſpectum ad jus competens ut*, n.4. & 5.

3 *Eccleſiaſtici litigantes in foro ſæculari, non poſſunt appellare, niſi in caſibus à jure permiſſis.*

6 *Inſtantia modus præſcriptus de jure civili, num ſit ſervandus in foro Eccleſiaſtico* remiſſivè n.7.& 8.

7 *Clericus ſuccedens laico, num ligetur inſtantiæ ſui authoris quæcumque cauſa ſit etiam executiva* remiſſivè & n. 8.

9 *Litigioſi vitium, num ligat Eccleſiaſticos* remiſſivè *per alias quæſtiones.*n 10.11.

12 *Romana Eccleſia non ligatur vitio litigioſi.*

13 *Litigioſi vitio ligantur omnes Eccleſiaſtici ex diſpoſitione canonica, non quoad pœnas* n. 14.

15 *Edictum de alienatione judicii mutandi cauſa, non habet locum ſi alienatio fiat in Clericum ſive inter vivos, ſive in ultima voluntate.*

16 *Statuta laicorum impedientia exceptionem declinatoriam fori Eccleſiaſtici nullo modo valent* n.17. & 18. 20. *etiam reſpectu Clericorum in minoribus, juxta requiſita Tridnt* n.20.

18 *Clerici quoties timidiores redduntur, poteſt Epiſcopus compellere ſtatuentes laicos ad declarandum ſua ſtatuta non comprehendere Clericos &* num. 18.

19 *Exceptio declinatoria fori debet poni ante litem conteſtatam, & ante alias dilatorias; & quod debet ſemper proteſtari de judice* n. 22.

22 *Conſtitutio Joannis Reges* 2. *circa Clericum in minoribus declinantes juriſdictionem laici.*

23 *Edictum Caroli* 5. *de armis, loquens de Clericis in minoribus, qui poſt. quam declinarunt forum laici, nequeunt armis uti, etiam laicis permiſſis.*

24 *Arma probibentur Eccleſiaſticis; non quia obligantur ſtatuto laicorum probibente ea, ſed ex naturali ratione pacis curandæ.*

25 *Poteſtas ſæcularis poteſt concedere privilegium Eccleſiaſticis, & poteſt non concedere. Et qualiter poſſit Eccleſia libertas offendi? exemplificatur* n.26. & 27. *Explicatur dictum Baldi* n.28. & 29.

Statutum prohibens Clericis, ne forum declinent ſæculare, non expreſſè, ſed tacite, videlicet Clerico declinante forum, eos conſanguineos teneri ſolvere pœnam, eſt contra libertatem Eccleſiæ. & quæſt. 39. & numero 13.

30 *Edicta generalia laicorum, etiam citando non afficiunt Eccleſiaſticos, nec ad comparendum Et quare?* n. 31.

31 *Edictales citationes ſunt à jure communi exorbitantes, quæ nec fieri poſſunt in principio cauſa, nec comprehendere Clericos.*

32 *Citari Clerici generaliter non poſſunt cum aliis mediante Clauſula,* ſi ſuâ putaveriot intereſſe.

33 *Clerici citati coram judice ſæculari, ſive generaliter per edictum, ſive cum clauſula, ſi ſua putaverit intereſſe, ſemper debent interponere declinatoriam fori, & remitti ad ſuum judicem.*

34 *Clericus non opponens declinatoriam fori, punitur tanquam tranſgreſſor canonis.*

35 *Clerici voluntariè comparendo coram laico, adhuc poſſunt opponere declinatoriam fori contra aliquos negantes. Et quare numero* 36.

AD Primam quæſtionis partem facilè reſpondebis, ſi hic repetas quæ latè ſcripſi *infrà in cap. quod Clericis.* 9. *de foro comp.* Ubi *in prima quæſt.* egi de ratione *quare cauſa Clericorum ſunt judicanda ſecundum canones, & non ſecundum conſuetudines laicorum, & q.* 3. *an conſuetudo loci ſit ſervanda in concernentibus proceſſum.* Quare nunc breviter dico ut quando tractatur quomodo acta fieri debeant, nulla habita ratiooe juris competentis actori, vel reo, tunc ſive Clericus ſi actor, ſive reus, ſtatuta in hoc eventu circa litis ordinationem; comprehendent Clericos, & Eccleſiaſticos litigantes in illo foror † Quia jus canonicum conſentiens in nonnullis caſibus cauſas Eccleſiaſticorum agitari coram judice ſæculari, tacite videtur permittere qnod agitentur ſecundum modum illius judicis, ut dicit gloſſa *in dicto cap. quod Clericis*, docent plures adducti à Barboſa *ibi* Decius *hic à n.* 43. Felinus *n.*81.*verſ.tertius caſus*, cum multis aliis Martha *de juriſdictione p.* 4. *cont.* 1·*caſu* 31. *à n.*2 1 2

Undè infero quo Eccleſiaſtiei litigantes in foro ſæculari, non poſſint appellare, niſi in caſibus à jure permiſſis, ut *in auth. de appll.* & intra quæ tempora. † Sed laicus litigans in foro Eccleſiaſtico poterit appellare etiam ante difioitivam *cap. ſuper eo de appellat.* pro ut notant omnes canoniſtæ *in dicto cap. quod Clericis*: de quo puncto, & de aliis dixi *in dicto cap. quod Clericis*, & ibi *ſub. quæſt.* 3. Ubi etiam dixi. † Quod quando tractatur de eiſdem actis, habendo reſpectum ad jus competens actori, vel reo, tunc ſi Clericus coram laico reconveniatur à ſæculari, non habeaot locum leges, aut ſtatuta, tunc ea ſint contra Eccleſiæ libertatem, cum minuant ejus jura eo modo, quod dixi *in dicta quæſt.*3. *à n.* 7. verſ. *verum*: alia tradit Martha videnda io hoc puncto *dicta quæſt.*3.à verſ.*ſecundus caſus à n.*15. cum multis ab eo relatis, quare non latè ſcribo videbis *infrà q.* 20.*à n.*1.. 3 4 5

Ad ſecundam quæſtionis partem cum ego latiſſimè egerim *in cap. venerabilis, de differentia inſtantiæ reſpectu juris civilis, aut canonici*, item & concilii tridentidi *in cap. venerabilis pen. de judiciis à q.* 1. cum multis aliis ideò nunc ut repondeas ad punctum difficultatis repetes etiam quæ in termiois egi *infrà in dicto cap. quod Clericis.*9. *de foro compet.* Ubi de eadem quæſtione, *an litigante Clerico in foro ſæculari, ſit obſervandus modus inſtantiæ præſcriptus à jure canonico.* 6

Ad tertiam quæſtionis partem an Clericus laici hæres queat ſtatuto obligari inſtantia ſui actoris, ſive authoris, etiam in cauſa executiva. Et quia reſolutio hujus dubii pendet etiam à dictis *infrà in cap. penult. de foro compet. ibi q.* 19. Ubi egi de illa an *judicium captum ex inſtantia unius poſſit ex inſtantia alterius terminari: quid de poſſeſſore Clerico virtute decreti judicis laici & in cap. fin. q.* 9. 10. & 11. Ubi egi de quæſtione *an hæres,* 7

ſeu ſucceſſor privilegiatus debeat converniri, ubi
defunctus debuit, Ubi dict. *quæſt.* 11. *quid de Cle-*
rico, & *quæſt.* 1. Ubi de intellectu textus *in l. ha-*
ros abſens ff. de judiciis, de quia etiam Martha
cum alis ab eo relatis *p.* 4. *de juriſdict. cent.* 1. *caſu.*
33. *à n.* 10. & io terminis egerim *in cap.* quia. *V.*
de judiciis q. 8. Ubi de illa *an inſtantia & lis cœpta*
contra laicum eo mortuo tranſeat in ejus hæredem
Clericum, ita ut conveniatur coram laico, & ibi
q. 7. *an inſtantia inchoata contra unum tranſeat in*
ejus ſucceſſores; ideò hic non tracto, & ultra Do-
ctores ibi adductos leges quæ ſcribit longè Mar-
tha *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 33. Ubi contra
communem reſoluit Clericum ſuccedentem lai-
co, non ligari inſtantia ſui auctoris quæcumque
cauſa ſit, etiam executiva; ſed ego tam in execu-
tiva, quam in ordinaria exiſtimo reſolvendum,
juxta doctrinam, quam longè retuli *in dicta quæſt.*
8. Ubi te remitto, ne longa repetitione moleſtus
ſim: & applicabis alias quæſtiones *infra* verſ. *ad*
quartam.

9 Ad quartam quæſtionis partem an vitium liti-
gioſi liget Eccleſiaſticos. Et quia pro reſolutio-
ne hujus difficultatis faciunt notata *ſupra* in verſ.
ad tertiam, & quæ longiſſimè dico etiam *in dicto*
cap. quia V. *de judiciis* Ubi *à quæſt.* 1. an vitium au-
ctoris noceat præſcribenti, & poſſeſſori, & *infra*
dico *in tit. de alienatione cauſa mutandi judicium*;
item & *Rub. & tit.* Ut lite pendente nihil in-
movetur, & *in cap. ex parte* 15. *de foro compet.*
q. 6. & 7. ibi *quæſt.* 8. Ubi egi de illa quæſtione,
an ſi lis cœpta fuerit cum defuncto non privilegiato
poſſit perſona miſerabilis habere fori electionem, &
illud declinare ad aliud confugiendo: & ibi *q.* 9. *an*
privilegium ſuperveniens poſt litem cœptam faciat
10 *præventam juriſdictionem ceſſare.* † item adjunges
alias per utiles quæſtiones, quas longè diſcepta-
vi *in dicto cap. pen. de foro compet. q.* 13. Ubi egi
de illa *an in caſibus, in quibus non prodeſt privile-*
gium ſuperveniens ad mutationem fori, poſſit laicus
exequi ſententiam latam, adverſus eum, qui tem-
pore litis motæ erat laicus, ſed ante, vel poſt ſenten-
tiam efficitur Clericus, vel contra. Et ibi *q.* 14. *an*
tranſlata poſſeſſione rei litigioſa in tertium, ut in
Clericum, gaudeat privilegio fori : & de aliis
ibi. Et *q.* 26. *an ſi poſſeſſio rei litigioſa transferatur*
in novum poſſeſſorem in judicium, non vocatum,
qui tamen ſubditus eſt ejuſdem judicis, nihilominus
contra talem poſſeſſorem ſententia lata ab eodem judi-
ce exequi. Et q. 17. *an ſi litigioſa transferatur in ali-*
quem ſubditum alteri judici ordinario, ut quia eſt
civis alterius civitatis, poſſit etiam adverſus ſucceſſorem
executioni mandari ſententia lata contra rem alie-
nantem.

11 Iden ex prædictis jam breviter, etſi longè
poſſem agere ad quæſtionem propoſitam; reſ-
pondeo in terminis ex dixi *cap. Eccleſia* 3. ut
lite pend. nihil innovetur, ubi agens de hac ea-
dem quæſtione, ſcilicet an *vitium litigioſi liget*
Eccleſiaſticos, etiam quoad pœnas: & ibi *q.* 2. *an*
qui rem litigioſam alienavit, ſi eam re habere non
poſt, teneatur æquivalentem ſubſtituere in locum
illius, ubi videbis, & quæ latè ſcribit Martha
dicta p. 4. *cent.* 1. *de juriſdict. caſu.* 35. per totum,
12 ubi ponit tres articulos. † Primus quod Eccle-
ſia Romana non ligatur vitio litigioſi, quia po-
13 teſt Pontifex diſpenſare huic vitio. † Secundus
Eccleſiaſticos omnes ligari vitio litigioſi ex diſ-
poſitione juris canoniti *in dicto cap. Eccleſia* 3. &
14 4. † Tertius ut quoad pœnas non ligentur Eccle-
ſiaſtici vitio litigioſi, quia lex civilis nunquam
poteſt pœnis obligara Eccleſiaſticos ex dictis *Su-*
pra q. 24. & ex his, quæ docet gloſſa *in dicto cap.*
Eccleſia 3. & 4. Ut litè pendente, & ego *ſub*
dicta quæſt. 8. *à n.* 1. & 4. Ubi reſpondi, difficul-
tati ipſius *cap.* 4. ibi propoſitæ. † Et latè agens 15
Martha dicta *p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 91. probat edictum
de alienatione judicii mutandi cauſa, non habe-
re locum ſi alienatio fiat in Clericum, ſive
inter vivos, ſive in ultima voluntate, cum
leges.

Ad quintam quæſtionis partem an valeant ſta- 16
tuta laicorum impedientia exceptionem declina-
toriam fori Eccleſiaſtici. Cui dubio ſatis latè, &
abunde poteris reſpondere ex his, quæ dixi *ſub Rub.*
de foro comp. q. 3. Ubi egi de illa *quando incom-*
petentia exceptio debeat apponi, & fori declinato-
ria; & ibi *q.* 4. Ubi egi de illa *an ſi quis effectus ſit*
Clericus, poſtquam lis contra eum coram judice lai-
co mota eſt, poſſit opponere declinatoriam pro re-
miſſione ad judicem Eccleſiaſticum, & aliâ *ſub*
toto illo tit. & in tit. de de judiciis ex quibus perpen-
des quidquid de hac declinatoria abundantius præ-
requiras, & applicabis illam: quam tractavi *in*
cap. pen. de foro compet. an *quilibet judex præve-*
niendo poſſit cognoſcere ſi ſua ſit juriſdictio: aliquid
de hac declinatoria fori exceptione dixi *ſub. Rub.*
de exceptionibus, & alibi, Ubi egi quando debeat
opponi.

Quibus ſuppoſitis jam breviter dico ſtatuta 17
laicorum impedientia exceptionem declinatoriam
fori Eccleſiaſtici, nullomodo valere, quia ſi dire-
cto exprimunt Clericos mentionem de illis fa-
ciendo, illos expreſsè gravando, ſi tacitè, & per
indirectum idem debet dici ex jam latè actis ex
regula textus noſtri, quo omnes fatentur. † Ubi 18
dicit Felinus, ut quoties Clerici timidiores red-
duntur poteſt Epiſcopus cogere ſtatuentes ad de-
clarandum talia ſtatuta, non comprehendere
Clericos: ſi Martha plura adducens *dict. p.* 4 *cent.*
1. *caſu* 36. Ubi adducit etiam nonnulla generalia,
& doctrinalia. † Qualia ſunt quod exceptio decli- 19
natoria fori, debet opponi antè litem conteſta-
tam, ante alias dilatorias; & quod debet ſem-
per proteſtari de judice, de quod ſubdicta Rub.
de except. item quod citatio Clerici coram judice
laico, eſt nulla ipſo jure, & an teneatur compare-
re, ut alleget Clericatum, de quibus *ſub. cap.* 4.
de judiciis, Ubi etiam *q.* 7. egi de illa *an Eccleſia-*
ſticus poſſit quocumque tempore, etiam poſt ſenten-
tiam à laico latam fori declinatoriam intentare.
† Et ſic deciſive dicendum eſt ſtatuta prædicta, 20
& alia ſimilia non valere, ſivè expreſsè mentio-
nem fecerint de Clericis, ſive non, ſed generali-
ter tantum diſpoſuerint; & primo caſu non vale-
re, quia dum exprimunt Clericos, directo, ſunt
contra *auth ſtatuimus Cod. de Epiſcop. & cleric.*
& contra textum noſtrum, ut latiſſimè *hic* Ca-
noniſtæ fatentur, Ancharran *q.* 25. *in prin.* Mar-
tha *de juriſdict.* 4. *p. cent.* 1. *caſu.* 36. *n.* 9. In ſe-
cundo caſu Clericos non comprehendere genera-
liter diſponendo, de eis nullam mentionem fa-
ciendo, ut dicit Abbas *hic n.* 28. Martha *dicto*
caſu 36. *n.* 13. Ubi dicit prædictum ſtatutum eſſe
contra libertatem Eccleſiaſticam, ex eo ſolùm
quod Clerici efficiuntur timidiores ad allegan-
dam declinatoriam fori, ut etiam tenent Felinus
hic n. 70. Ubi latius per eum, & Jacob. de Cani-
bus *in tract. de repræſſaliis p.* 2. *n.* 9. & Stephanus
de Federicis *in tract. de interpretatione juris n.* 128.

Stracha

Strachα *in tract. de mercatura in tit.* quomodo in in cauſis mercator procedendum *ſit n.*27.

21 Quæ doctrina procedit etiam in ſtatuto, ſeu edicto lato, & promulgato contra Clericos primæ tonſuræ, quia ſi in illis concurrant qualitates, quas adduxi ſub. *cap.*1.*de foro compet.* ut gaudeant fori privilegio, & per conſequens ex jam dictis apparet; & ſub. hoc textu debent frui eodem
22 privilegio. † Indeque falſam vocat Martha ſententiam Covar.*n.*10. ab eo relati dicentis conſtitutionem Joannis Regis II. procedere jure, qua diſponitur Clericum primæ tonſuræ juriſdictionem judicis ſæcularis declinantem ipſo jure, privatum eſſe omnibus, & quibuſcunque muneribus, & officiis publicis, quæ ab ipſo Rege obti-
23 nuit. † Item & procedere, ſic etiam aliud edictum Caroli.V.Cæſaris Hiſpaniarum Regis, quo ſtatutum eſt Clericos primæ tonſuræ, qui ſemel juriſdictionem ſæcularem, fori exceptione declinarunt, & fuerint ab eorum punitione liberati, non poſſe arma ferre, nec etiam armis uti illis, videlicet quæ ſunt Regia legè laicis communiter permiſſa, ac ideo poſſe per judices ſæculares hiſce armis hos primæ tonſuræ Clericos licitè ſpoliari: ſic Covarruu. *pract. cap.*33. *n.*6. verſ. *hoc etiam & n.*7. quia reſpondetur in primo caſu nullomodo ejus dictum poſſe procedere, eo quod ut latiſſimè dixi ſub. *dicto cap.*2. *de foro comp. & in cap. cum non ab homine de judiciis*, Clerici in minoribus gaudent fori privilegio, cui nequeunt renunciare in judicem laicum, conſentiendo per plura, quæ dixi *in cap. ſi diligenti*, *& cap. ſignificavit de foro comp.* quatenus *ibi* etiam patet ut nequeant Clerici prorogare juriſdictionem judicis non ſui, nec
24 in laicum judicem conſentire. † In ſecundo caſu de armis, etſi ut *infrà* dico de vita, & honeſtate Clericorum, arma deferre Clericis prohibitum ſit, imò & praxis quotidiana ſit ut armis priventur, ſi colligantur de nocte cum illis, propter publicam Reipublicæ quietem, & hoc poſſet procedere in armis offenſivis, non defenſivis, ſed, non id legitimè procedere ex vi ſtatuti laici Principis, ſed ex naturali ratione dictam pacem curandam omnino, alias in quam non item, imò & Martha addit *n.*12. *dicto caſu* 35. talia ſtatuta non ſuſtinenda eo quod directo ſint contra libertatem Eccleſiæ.

25 Nec etiam obſtat Bald. *in tract. de ſtatutis* verbo *Clericus n.*5. quatenus dixi in utroque caſu valere ſtatutum, quia non tollit privilegium Eccleſiaſticis conceſſum, ſed tantum neget beneficium ſuum, quod poteſt facere, eo quod poteſtas ſæcularis poteſt concedere laicis privilegium ad ſui libitum, & poteſt illud non concedere Clericis. Quia reſpondetur ex dictis quod ſi id expreſsè neget Clericis, illud non debet valere cum clare diſponat in cauſa Clericorum; & ſi tacitè concedendo tantùm laicis dico, ut etſi valeat reſpectu laicorum, ſed ex quo per indirectum offenditur libertas Eccleſiaſtica, cum illi applicatur,
26 incipit non valere. † ut puta ſi laicis conceduntur beneficia communis patrocinii, quia ſi hæc diſpoſitio per indirectum Clericis applicetur, per indirectum offenduntur, cum privantur beneficio opponendi declinatoriam ſibi de jura communi
27 competentem. † Item ex eo ut dixi quia redduntur timidiores in opponendo illam exceptionem, & laici actores redduntur audaciores, ut omnes concluſerunt *hic*, & Bartol. *in l.*1. §. *quæ querandæ ff. quarum rerum actio non detur* Martha *dicto caſu* 36. *n.* 14. *&* 15.

Ex quo apparet Baldi opinionem eſſe nimis 28
captioſam, ſicque dixit Felinus *dic dicto n.* 70. quod licet ſtatuentes hoc modo non incidant in excommunicationem; ex quo non ſumus in caſu, *cap. noverint de ſentent excomm.* tamen ex quo Clerici efficiuntur timidiores, poſſe Epiſcopum cogere ſtatuentes ad declarandum hujuſmodi ſtatuta, non comprehendere Clericos, ut jam dixi.
† Etenim non debent valere etiam ſi per indire- 29
ctum diſponant contra Clericos, ut puta ſi ſtatutum prohiberet Clericis, ne forum declinent ſæculare, non expreſſim, ſed tacitè, videlicet Clerico declinante forum, eos conſanguineos teneri ſolvere pœnam: ſic docent Abbas *hic in* 2. *lect. n.*24. latè Fulgoſius *in auth. caſſa cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* Baldus *in l.*1. *cod. de indicta viduit. tollenda*, quod eſt commune, ergo.

Ad ultimam quæſtionis partem an edicta mo- 30
nentia quemque ad comparendum coram judice laico, ſi ſua putaverit intereſſe, liget Clericos, & Eccleſiaſticos &c. Et prætermiſſis pluribus quæ ſcripſi *Supra* latè de citatione *in cap. pen. de foro comp. à quæſt.*1. cum aliis, & *in cap.*1. *de cauſa poſſeſſ. & in cap.*3. *de teſtibus*, & *alibi*, Ubi dixi de citatione per edictum, per proclama, per nuntium, & aliis modis. Et quia de his aliqua Martha cum multis ab eo relatis ſcribit, ut quæſtionem noſtram decidat, quæ latius poteris ex prænotatis aggregare hic, ideo breviter ad difficultatem reſpondeo, & quia edicta generalia laicorum, etiam citando non afficiunt Eccleſiaſticos, nec ad comparendum tenentur: nam ut dicunt Surd. *deciſ*26.*n. &* 3. Roland. *conſ.*29. *vol.*2. arbitrantes eſſe illum modum valde ſingularem pro limitatione textus *in dict. cap. ſi diligenti de foro compet. cap. nullus judicum* 11.*q.*1. *auth. ſtatuimus cod. de Epiſcop. & Cleric.* Ubi cavetur nullomodo trahi poſſe Clericos coram judice ſæculari, cumque nullomodo Clerici teneantur comparere coram judice laico, quia non eſt poſſibilis illius juriſdictionis prorogatio ex dictis juribus, & ex his, quæ dixi *in dicto cap. ſignificati* 18. *de foro compet.* ſequitur dicendum, ut Clerici, nullomodo afficiantur citatione generaliter per edictum facta cum clauſula *ſi ſua putaverit intereſſe.* † Quia iſtæ citationes edictales ſunt à ju- 31
re communi exhorbitantes ex *clem.cauſam de electione l. dies §. prætor ait ff. de damno infecto*; & ſic nec poſſint fieri in principio cauſæ, ut latè probat Vantius *de nullitate ex defectu citationis n.*123. etſi fierent gravaretur citatus, & poſſet appellari, Bart. *in extravag. ad reprimendum* in verbo *per edictum n.*2. Martha *in ſpeculo p.*6. *tit. de citatione n.*8. ideoque non poſſint comprehendere Clericos, ſed ſint ſtrictè in ſuis caſibus intelligendæ, docent Rota *in deciſ. unica n.*3. *de feriis* in novis Martha *de juriſdictione dicta p* 4. *cent.*1. *caſu.*37. *n.*10. per textum *in Clem.*1. *de judiciis*, Gallius *in lib.*1. *obſervat.*157. *per totam*, Ubi ponit caſus iſtos.

Et in tantum prædicta doctrina eſt vera, ut 32
nullomodo poſſint citari Clerici generaliter cum aliis mediante prædicta clauſula *ſi ſua putaverint intereſſe*, cum omnes Doctores concludant ut quando Clericus per dictam citationem efficeretur reus neceſſarius, citatio ipſa non valeret, ut per Decium *in cap. cum inter de except.n.*38. Rolandus *conſ.* 29.*n.*18. *vol.*1. alia multa congerens videndus Martha *in dicto caſu* 37. *à n.*16. † Qui 33
à

à n. 22. etiam ut Clerici citati coram judice ſeculari, ſive generaliter per edictum, ſiva cum clauſula *ſi ſua putaverint intereſſe*, ſemper debeant opponere declinatoriam fori, & remitti ad ſuum judicem competentem, juxta multa quæ in terminis allegat Grammaticus *deciſ.* 61. Decius *conſ.* 700. Rnland. 29. Capic. *deciſ.* 8. & Martha *n.* 24.
34 ſic refert deciſum ex Rnland. *in Rota ſenenſi* † Imò Baldus *in l.* 1. *cod. de in dicta viduitate tollenda*, Phanut. *in tract. de inventario p.* 3. *n.* 23. Surd. *dicta deciſ.* 26. *n* 5. dicentes quod ſi Clericus non opponat declinatoriam fori, tamquam tranſgreſſor canonum, ſit puniendus.

35 Undè bene Doctores inferunt errare alios affirmantes per voluntariam comparationem ipſius Clerici, non poſſe ulterius apporere fori declinatoriam, nec illi amplius dari locum, quia cum non poſſit in judicem laicum, nec tacitè, nec expreſsè conſentire, nec illius juriſdictionem aliqun modo prorogare ex *dicto cap. ſi diligenti*, *cap. ſignificaſti de foro comp.* ſequitur ut nullomodo contrarium arbitrantes dicendi ſint, ut bene concludit Martha *dicto cap.* 37. *n.* 25. *&* 26. cum Frnnchis *deciſ.* 400. Felino *in dicto cap. cum inter de exceptiomb. col.* 7. verſ. *limita ſecundo.*
36 † Eo quod judex laicus reſpectu Clerici non ſolùm eſt incompetens, verum & incapax, qui ad cognoſcendum de cauſa Clerici non admittitur, niſi de licentia Pontificis, & in caſibus jure cannnico deciſis, non aliter. Et ſic conducunt quæ adduxi *infra in cap.* 4. *de judiciis*, quatenus *ibi q.* 7. ſcripſi poſſe Clericum fori declinatoriam in rentare, etiam poſt latam ſententiam à laico judice.

QUÆSTIO XXIII.

An ſtatutum, quod Clericus ſpoliator laici cognoſcatur per judices ſæculares valeat imponens pœnam conſanguineis Clericorum: an valeat intuitu eorum. Et an ſtatutum de compromiſſis faciendis inter conjunctos, liget Clericos. An ſtatutum obligans filium ad debita patris cedentis, comprehendat filios Clericos & an ſtatutum quod maritus lucretur dotem excluſis filiis primi matrimonii, comprehendat filios Eccleſiaſticos factos. Statutum prohibens venationes, & piſcationes an comprehendat Clericos. An ſtatutum quod occidens Clericum puniatur in pecunia, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam & an ſtatutum, quod occiſor non ſuccedat occiſo, comprehendat Clericos perpetrantes homicidium, etiam cum qualitate, aut poſſit inferre præjudicium fiſco Eccleſiæ.

SUMMARIUM.

1 *Laicus judex etſi de poſſeſſorio rei ſpiritualis, ſit competens, & cognoſcere poſſit ſpolio bonorum Eccleſiaſticorum, ſaltim per modum extraordinariæ cognitionis, ſed virtute ſtatuti laicalis, non item* n. 2. 3. 4. 5. & 6.

7 *Clericus conventus in judicio ſpolii, ſi allegat ſuum titulum in ipſa conteſtatione litis, judex laicus non poteſt ulterius procedere, ſed debet illum remittere ad ſuum judicem.*

8 *Statutum imponens pænam conſanguineis Clericorum, non valet, ſi fiat Clericorum intuitu.*

9 *Metus illatus conſanguineis electoris ad incutiendum electori timorem, cenſetur illatus electori. Et quare?* n. 10. & 11.

11 *Injuria facta alicui, cenſetur facta omnibus ejus generis, ſive conſanguinitatis.*

12 *Excommunicatus eſt, non ſolùm percutiens Clericum, ſed etiam ejus conſanguineum.*

13 *Statutum imponens pænam conjunctis Clericorum declinantium juriſdictionem laici, non valet, nec quoad pænam conjunctorum.*

14 *Statutum factum de compromiſſis faciendis inter conjunctos, num liget Clericos?* remiſſivè.

15 *Statutum obligans filios ad debita patris cedentis, non obligat Clericos ut* à n. 23. *Quid ſi tales poſtea fiant?* n. 26. & 35.

16 *Statutum generaliter obligans filios, & uxorem ad debita patris, eſt validum, etiamſi non ſint patris hæredes* n. 17.

17 *Statutum Florentiæ, quo diſponitur, ut teneantur filii, & uxor, pro mercatore fugiente, eſt validum. Et quare* n. 22.

18 *Statutum quod Pater teneatur pro delicto filii.*

19 *Statutum, quod Dominus teneatur pro familia, valet. Et quod illi teneantur de Domo pro conſorte.*

20 *Conſuetudo, quod villa teneatur pro facientibus furta, valet.*

24 *Filius, Patris iniquitatem non portat.*

27 *Statutum quod maritus lucretur dotem, excluſis filiis primi matrimonii, comprehendit filios Eccleſiaſticos, quod eſt odioſum, cum auferat filiis ſucceſſionem maternam* n. 28. *etſi videatur in favorem ſecundi matrimonii, ut* n. 29. & 30. & n. 33.

28 *Correctorium juris communis, ſtatutum debet ſtrictè interpretari.*

31 *Statutum mandans ne quis declinet juriſdictionem poteſtatis, non includit Clericos, nec filios, de quibus in ſpecie diſponere non poterat.*

32 *Statuti generalis diſpoſitio, non trahitur ad ea quæ in ſpecie fieri non poſſunt, nec ad quæ ſpecialiter, non veniret.*

33 *Nuptiæ ſecundæ de jure antiquo erant prohibitæ.*

34 *Manum nemo præſumitur imponere ad ſibi illicita, & impoſſibilia.*

36 *Teſtari conſuetudo Neapolitana prohibens de bonis antiquis, non comprehendit Clericos.*

37 *Piſcationem, & venationem prohibet jus canonicum Clericis, quam ex cauſa prohibent etiam Principes* n. 38. 39. &. 41.

38 *Venator poteſt prohiberi à Domino feudi, ne ingrediatur, etiam ſi Clericus ſit ut* num. 46.

39 *Clericis prohibetur venari, & aucupari voluntatis cauſa, ſi ſit periculoſa, & clamoroſa venatio.* & n. 40.

Venatio

Venatio recreationis cauſa non periculoſa, ut uproriam, licita eſt Clericis, ſi fiat ſanitatis cauſa & cum ſilentio, & modeſtia, & magis quando Clerici non habent ſuſtentationem, ut in Francia. dict.n.39.

40 *Venatio a Clericis facta cenſetur recreationis cauſa, & quod faciant retractum ad vivendum.*

41 *Venari Clerici ex prohibentur jure canonico, non inde ſequitur, ut Principes prohibentes illos obligent.*

42 *Venationes, & piſcationes in jure æquiparantur, ſed non æquè in Clericis, ut* n.43.

43 *Venari licet regulariter Clerici prohibeantur, ſed non piſcari, cum ceſſent in hoc rationes, quibus prohibetur venatio.*

Piſcatio habet exempla virorum ſanctorum, Apoſtolorum ſcilicet. Vide numero 47. in fine.

44 *Piſcatio prohibita eſt in feſtis ſolemnibus, & quando ſit negotiandi cauſa* cap.1 *verſ.* piſcationes *de Clerico venatore.*

47 *Piſcatio in flumine publico, non prohibetur, ſecus in flumine privato, & ſtagno.*

Venationis multiplex eſt ſpecies, ſcilicet arenoſa, & ſaxoſa. dict.n.47. *Apoſtoli non aſſidue piſcabantur* dict.n.47.

Retia poſſunt colligi, & auferri à Clericis piſcatoribus num 47.

48 *Pœna mortis de jure canonico non eſt poſita contra occidentes, ſed alia extraordinaria; quantumvis grave ſit delictum explicatur* num.55.

49 *Statutum, quod occidens Clericum, puniatur in pecunia, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam* & n.53. & 55.

50 *Pactum, quod occidens Clericum puniatur in pecunia, non valet.*

52 *Venalis ignoſcentium gratia, præſtat facilem aditum ad culpam.*

53 *Statutum venetorum, quo cavetur, ut laici vulnerantes Clericos puniantur in quinque ſolidis, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

54 *Statutum non eſt validum, etiam quando pœna pecuniaria, appoſita non eſt contemptibilis contra aliquos, quia eſſet tela aranearum ligans pauperes, & non divites, qui volentes ſolvere pœnam invitarentur ad delinquendum.*

56 *Statutum quod occiſor nihil poſſit habere inter vivos, vel in ultima voluntate, quomodo libet valet.*

57 *Statutum quod occiſor nihil poſſit habere inter vivos &c. etſi obliget ſubditos Principis ſtatuentis; non tamen Clericos; eo quod eſt contra libertatem Eccleſiæ.*

58 *Frater, qui fratrem occidit privatur feudo, & vadit ad agnatos proximos, ſi eſt paternum, & non applicatur fiſco, ſi ſecus non eſt paternum.*

59 *Statutum auferens ſucceſſionem occiſi ab occiſore, dicitur correctorium juris communis, quod non corrigit reſpectu Eccleſiarum cum ſufficiat operari reſpectu laicorum, ut* n.60. *vide* n.62 63.64.65.

61 *Aſſaſinati pœna poſita in* cap.1. de homicidio lib.6. *comprehendit etiam Principes magnates, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Cardinales. Archiepiſcopus Piſanus, fuit furca ſuſpenſus à populo florentino, propter conjurationem in laurentium Medicis.*

64 *Argumentum valet in materia juriſdictionis, ſi non poſſunt expreſſè, non præſumitur tacitè voluiſſe.*

65 *Laici juriſdictionem in Clericos non habent, etſi ſtatutum introduceretur ob ſalutem animarum, vitandi peccatum, niſi fiat diſpoſitione Pontificia.*

66 *Clericus occiſor, etſi ſit æquum, ut lege canonica, tamquam indignus privaretur ſucceſſione ſui proximi occiſi, ſed non rectè ex lege civili.*

67 *Statuta excludentia fiſcum à publicatione bonorum homicidæ, dicuntur contra libertatem Eccleſiaſticam. Et quare? ibi.*

68 *Eccleſia habet fiſcum &* n.69. *de fiſco inquiſitionis.*

69 *Fiſcus inquiſitionis petens bona incarceratorum ex cauſa fidei, ut applicentur fiſco Reali Regis, procedit non ex vi legis, & ſtatuti Regum, ſed ex ſtatutis Pontificiis ob dotationes a Regibus factas.*

70 *Statuta, quæ tangunt Eccleſiaſticorum jura ſi illa minuant, etiam per indirectum non valent.*

AD Primam quæſtionis partem ut reſponde- 1
am premitto quæ *infra ſcripſi in cap. ſi Clericus.5. de foro comp.q.*14 Ubi egi de quæſtione *in caſu quo ſpoliator, & ſpoliatus eſſent Clerici, vel reus, tantum eſſet Clericus, & contentio de re beneficiaria ſit, an judex laicus dicatur verus judex circa reſtitutionem,* & quæ dixi *ibi* ante quæſt 13. Ubi *an Eccleſia ſeu minor Clericus læſus in contractu circa rem, quamcumque valeat petere reſtitutionem in integrum contra laicum coram judice Eccleſiaſtico eos conveniendo*, & adjunctis aliis, quæ dixi *ſub. cap.*1. 2. *& fin. de ordine cognit. & ſub. tit. de reſtitutione ſpoliator*, & præmiſſis etiam, quæ dico *in cap. fin. de judiciis*, Ubi de quæſtione an judex laicus queat cognoſcere ſuper poſſeſſorio rei Eccleſiaſticæ uti etiam tractat Martha *de juriſdict.p.4. cent.*1 *.caſu.*8. ut agat, & reſolvat præſens dubium; ideo nunc breviſſimè reſpondeo.

Ut licet judex ſæcularis ſit competens ſuper 2
Poſſeſſorio bonorum Eccleſiæ quando Clericus convenit laicum, ut declarant Rolandus *conſ.*23. *n.*16 *& ſeq.vol.*2. Menochius *rem.*15. *de retinenda n.*222. ſicque de jure communi procedat, ut ait Martha *dicto caſu.*78.*n.*15. Tamen quia regula ſit generalis, ut laicus nequeat convenire Clericum in foro ſæculari ex *cap. cum non ab homine de judiciis, cap.*2.*cap.*5.*cap. cum ſit generale de foro comp.* Ubi latiſſimè dixi, ſequitur dicendum ex dictis *q. proximè praced.* verſ. *ad ultimam*, ut cum prædictum ſtatutum de Clericis faciat ſpecialem men-
tionem, tanto minus valeat, & poſſit opitulari. † 3
& quamvis pluries deciſum referant nonnulli relati à Martha, *Ubi ſupra*, imò ſtatutis cautum in Delphinatu, in tota Francia, in tota noſtra Hiſpania, in Camera imperiali, Mediolani, Neapoli & in aliis pluribus partibus, Regnis, & provinciis, ut docent Rebuffus, Afflictis, Menochius, Valaſcus, Alciatus, Theſaurus, & alii ab eo re-
lati. † Et quod in ſpolio bonorum Clericorum, 4
aut Eccleſiaſticorum, judex laicus poſſit cognoſcere dixerint Craveta *in conſ.* 258. cum infinitis aliis ad hoc citatis per Rolandum, & per

Menochium

Menochium, *ubi ſupra*, & per Bornin. Cavalcan.
in deciſ. 45. *num.* 75. *p.* 1. vel quod ſaltim poſſint
judices laici cognoſcere extraordinariæ cognitio-
nis, & providere per modum charitatis notoriè,
& evidenter oppreſſo, & ſpoliato, quod ſibi fiat
reſtitutio, in quo ſenſu fuit loquutus Afflictis
deciſ. 2. & *deciſ.* 24. juxta plura, quæ adduxi *in*
cap. 2. *de judic. quæſt.* 19. per totam, & in aliis ſe-
5 quentibus. † Nihilominus revera dici debet in
puncto dubii noſtri hoc non admitti, ut laicus
citat, ſeu judicialiter agat contra Clericum ſpo-
liatorem virtute ſtatuti laicalis, quia cum etiam
in cauſis ſpolii requiratur litis conteſtatio ſecun-
dùm communem opinionem, de qua teſtatur
Alex. *in l. naturaliter* §. *nihil commune num.* 96. *ff.*
de acquirenda poſſeſſ. Menochius *in tract. de recu-*
6 *peranda poſſeſſ. dicto rem.* 15. *num.* 233. † Sequitur
ut cum judex laicus nullomodo poſſit per viam
judicii cognoſcere de Clericis, quin incidat in
pœnam, *cap. Clericus nullus* 12. *quæſt.* 1. cum ſi-
milibus, & in aliis pœnis, ut prædictum ſtatutum
7 ſit nullum, ut bene Martha comprobat. † Ubi
num. 18. *dicto caſu* 78. reſoluit quod ſi Clericus
conventus in judicio ſpolii allegaret ſuum titu-
lum in ipſa conteſtatione litis, judex laicus non
poſſit ulterius procedere, ſed remittere debeat ad
Eccleſiaſticum judicem: ſic cum Afflict. *in conſtit.*
de Burgenſaticis in 5. *quæſt* & Martha *n.* 19 & 20.
ſatisfacit aliis extraordinariæ cognitionis, & *cap.*
petimus 11. *quæſt. cap. Monachi* 16. *quæſt.* 1. *cap.*
omnis 7. *quæſt.* 1. quibus videtur probare Regem
poſſe per modum charitatis Clericis oppreſſis im-
pertiri ſuum auxilium, & eos à ſpolio paſſo re-
ſtituere. Sed quia bene expendi *in dicto cap.* 2. *de*
judiciis q. 19. ideo jam ad alias difficultates, cum
prima opinio poſſit tantùm habere locum judicia-
liter, ut dixi quando Clericus convenit laicum.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſtatutum
imponens pœnam conſanguineis Clericorum,
eorum intuitu valeat. Et reſolutivè dico tale ſta-
tutum non valere, tum ex jam adductis *quæſt. præ-*
ced. tum quia cum metus illatus conſanguineis
Clerici cenſeatur illatus ipſi Clerico quoad red-
dendum eum timidiorem: argum. textus *in l. iſti*
quidem ff. de eo quod metus cauſa, & *in cap. ſciant*
cuncti verſ. *vel conſanguineos eorum de elect. lib.* 6.
9 † Ubi Doctores notant quod metus illatus con-
ſanguineis electoris ad incutiendum electori ti-
morem cenſetur illatus electori, ut per Sanchez
10 *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 4. *num.* 8. † quia paria ſunt
aliquem vexare, opprimere, gravare, aut conſan-
11 guineos ipſius. † Nam injuria facta alicui, cenſe-
tur facta omnibus, qui ſunt ejuſdem generis,
ſive conſanguinitatis, Tyraquellus *de pœnis tem-*
perandis cauſa 51. *à n.* 67. & ſic citati à Zenedo *ad*
decretum collect. 24. *n.* 15. Duennas *reg.* 99. verſ.
12 *amplia undecimo.* † dixerunt ut excommunicatus ſit,
non ſolùm percutiens Clericum, ſed conſangui-
neum Clerici, Barboſa *in dicto cap. ſciant num.* 5.
& in terminis quod illud ſtatutum, de quo loqui-
mur ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, dicit
13 Bald. *in l.* 1. *cod. de in dicta viduit. toll. n.* 3. † Ubi
quod ſtatutum imponens pœnam conjunctis
Clericorum declinantium Juriſdictionem judicis
laici, non valeat, nec etiam quoad pœnam con-
junctorum, Bartolus *in l.* 1. *in fine ff. de his, quæ*
pœnæ nomine, Baldus, & Angelus *in l.* 1. *ff. de in*
Jus vocando, & *ibi* Alex. & Joannes de Imola
in l. hæres meus §. *fin. de condition.* & *demonſtrat.*
Abbas *hic in* 2. *lectura num.* 29. Felinus *num.* 99
Decius *num.* 180. Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
caſu 45. Cum Lapo *allegat.* 10 Bald. de Peruſino,
Bertachino, Federico de Sen. & aliis; qui id pro-
bant *num.* 4. nam cùm laici non poſſint directè
derogare libertati Eccleſiæ, dicantur illam per in-
directum offendere gravando conſanguineos Cle-
ricorum, quando ipſi Eccleſiaſtici ſunt cauſa fi-
nalis ipſius gravaminis per ſtatutum inducti, de
quo *in auth. caſſa in auth. ſtatuimus*, & per Baldum
in l. cunctos populos, & per alia Jura adducta in
præcedentibus quæſtionibus; imo Federicus de
Senis *in conſ.* 111. *quæſtio talis eſt an Diœceſanus*
colum. penult. comprobat, dum loquitur de colo-
nis, & fructuariis Eccleſiæ: alia Martha adducit
dicto caſu 45. explicans *à num.* 6. modos, quibus
modis videantur ſtatuta inferre gravamen Eccle-
ſiaſticis.

Ad tertiam quæſtionis partem an ſtatutum fa- 14
ctum de compromiſſis faciendis inter conjunctos
liget Clericos, quia ex propoſito de hoc dubio
latè agit Martha cum multis ab eo relatis *dicta*
p 4. *de Juriſdict. cent.* 1. *caſu* 40, & ego dixerim
quod ad deciſionem hujus dubii ſpectat, etſi non
ſic longè *ſupra quæſt.* 7. ſub verſ. *ad quartam*, *ubi*
de ſtatuto retractus, & *ibi* in verſ. *ex hac doctrina*
num. 41. de hoc dubio ideo gradum ad aliud du-
bium facio.

Ad quartam quæſtionis partem an ſtatutum 15
obligans filium ad debita patris cedentis, obliget
filios Clericos. Et adjunctis hic, quæ latè dixi
infra in cap. quia V. de judiciis quæſt. 18. ubi *an*
uxor pro marito, *vel filius pro patre teneatur ſol-*
vere debita: & *quæſt.* 22. ubi *an ſubrogatus*, &
ſuccedens in locum alterius eo Jure, *quo ille*, *maneat*
obnoxius: & quæſt. 23. *an ceſſionarius ita ſuccedat*
in jus cedentis, *ut habeat ex inſtrumento ſic execu-*
tionem paratam, *ſicut creditor cedens ſuas actiones*:
& *ibi quæſt.* 24. cum aliis antea. † Videtur quod 16
illos obliget, quia ſtatutum generaliter obligans
filios, & uxorem ad debita patris eſt validum,
etiam ſi non ſint hæredes patris, ut dicunt Bartol.
in tract. de repreſſaliis quæſt. 1. *numero* 8. † Speci- 17
ficans, ut ſtatutum florentinum, quo diſponitur
pro mercatore fugiente, ut teneantur liberi, &
uxor, ſit validum, ſequitur Balq. *in l. dotis num.* 4.
cod. de Jure dotium, Ubi quod tenentur filii etiam
ſi non probentur hæredes, vel conſtet, quod ex-
preſsè repudiaverint hæreditatem, Decius *conſ.*
359. Alex. *in l. ſæpè n.* 14. *ff. de re judic.* Stracha
in tract. de decoctoribus p. 4. *n.* 14. & 15. cum multis
Farin. *in tit. de delictis*, & *pœnis q.* 24. 1. *num.* 159.
† Nam valet ſtatutum quod pater teneatur pro 18
delicto filii ex Baldo *in l. receptitia cod. de conſti-*
tuta pecunia, & *in l. fin.* §. 1. *col. fin. cod. de uſuris rei*
judicatæ, de quo eſt caſus *in cap.* 2. in verſ. *Secun-*
dum conſuetudines de delictis puerorum.

Et confirmatur, quia talia ſtatuta; item, & 19
ſtatutum quod Dominus teneatur pro familia ex
Bart. *in l.* 1. §. *familia ff. de publician.* item ſta-
tutum ut illi teneantur de domo pro conſorte
ex Baldo *in l. ſcimus Cod. de pœnis*, Jaſone *in l.*
ſi quis ſuo §. *legis autem ff. de inofficioſo teſta-*
mento, valere conſtat. † Sicut conſuetudo quod 20
ut illa teneatur pro facientibus furta, Baldus
in l. de quibus ff. de legibus. † Ergo videtur ut 21
etiam Clericus filius teneatur, præcipuè, ſi con-
ſideres prædicta ſtatuta obligare, ſtante cauſa
legitima, aliàs non item, ut dixit Alex. *in dicta l.*
ſæpè numero 13. † Quia quod liberi, & uxor, 22
teneantur pro mercatore fallito, videtur diſpoſitum

legitimè

legitimè ad obviandum fraudibus, quæ poſſunt fieri in fallimentis in occupandis bonis deficientium, quod facilius poteſt fieri per uxorem, & liberos; item ut prudentius agant, & magis abſterreantur à delictis, imò ut ſufficiat ſola cauſa, etſi non interveniat culpa ejus, qui tenetur ex ſtatuto, cap. ſine culpa *de regul. jur. lib. 6. cap. quoniam* §. *ſi vero, ut lite non conteſt.* cum aliis per Alex. *ibi*, ergo.

23 Sed quidquid ſit de prædictis ſtatutis inter laicos, exiſtimo ut illa non porrigantur ad obligandos filios Clericos, etiam in minoribus ordinibus conſtitutos, quia negari non poteſt ut tale ſtatutum gravet ſtatui Eccleſiaſticorum, licet fundetur in rationabili cauſa, ſiquidem alia ſtatuta, ut plena manu adduxi *à quæſt.* 1. quantumvis habeant cauſam juſtam, Clericos, & Eccleſiaſticos non obligant, quia à laicis ſunt condita; ergo nec prædictum ſtatutum ex eadem ratione deducta ex doctrina textus no-
24 ſtri. † Eſt enim prædictum ſtatutum odioſum, cum ſit contra jus divinum, diſponens ut filius non portet patris iniquitatem *c. 1. in princ. de injuriis contra naturalem æquitatem, cap. 1. in princ. de injuriis lib. 6.* item contra jus civile, ut *cod. ne*
25 *filius pro patre & cod. ne uxor pro marito.* † Sed ſtatutum odioſum reſtringitur, & non extenditur ultra territorium ſtatuentium *ex cap. cum dilectus de conſuetudine, cap. ex litteris hoc tit. c. 2. eodem lib. 6. cap. à nobis de ſent. excomm. l. fin. ff. de juriſd. omn. judic.* Ancharranus *conſ. 91. pro ſpecifica n.* 1. Alex. *conſ. 41. n. 3. vol. 5.* & de quibus etiam dixi ſub hoc textu *& in cap. 1. ſupra.* Ergo non eſt mirum, ut cum Clerici non ſint de juriſdictione laici per ea, quæ latè ſcripſi *in cap. 2. 3. 4. 8. 13. & 17.* & aliis *de judiciis, cap. 2. 5. 8.* & aliis *de foro compet.* & ſub textu noſtro, ut ſtatutum, de quo loquimur, quantumvis obliget uxorem, & filios laicos, non tamen filios Clericos, ut docent in terminis Socinus *conſ. 57. n. 12. volum. 3.* poſt Alexand. quem citat *in conſ. 210. & conſ. ſequent. volum. 2.* Stracha *in dicto tr. de decoctoribus p. 4. n. 15.* Martha alia ſcribens *de ju-*
26 *riſdict. p. 4. cent. 1. caſu. 50. à n. 7.* † Ubi ut jam dixi *Supra* procedere ait, etiamſi poſt talè ſtatutum facti ſint Clerici; quia cum ante decoctionem agi non poſſit, & jam ſi tunc filius factus ſit Clericus, evenit ut uſque ad tempus, quo caſus accidat, nullo modo incipiat obligare, eo quod hæc obligatio incipiat à tempore, quo pater deliquit, non à condicto ſtatuto: ſic *n. fin.*

27 Ad quintam quæſtionis partem, an ſtatutum, quod maritus lucretur dotem, excluſis filiis primi matrimonii, comprehendat filios Eccleſiaſticos factos. Et adjunctis hic quæ dico *infrà in tit. de donat. inter virum, & uxorem, & ibi in cap. plerumque*, occaſione cujuſdam ſtatuti florentini agit Martha de hac quæſtione *dicta p. 4. de juriſdict. cent. caſu.* 53. & cum ſit receptiſſima concluſio ex proximè dictis, ut ſtatutum, non extendatur extra territorium ſtatuentium, cum multis probans *ibi n.* 3. ſicque pluries deciſum Chacherranus referat *deciſ. Pedemont. 100. in fine*, Puteus *in deciſ. Romana 351. p.* 1. Eccleſiaſtici non ſint Subditi ſtatuentium, ſequitur, ut talè ſtatutum non comprehendat Clericos, ſitque contra libertatem Eccleſiaſticam, quantumvis Pariſius *in conſ. 91. volum.* 3. affirmet Ec-
28 cleſiaſticos comprehendere. † Et patet quia cum tale ſtatutum principaliter ſit odioſum auferens filiis ſucceſſionem maternam contra textum *in l. maximum vitium cod. de liberis præteritis*, & contra diſpoſitionem *hac edictali cod. de ſecundis nuptiis*, quæ fundata eſt in jure naturæ, & juris communis correctorium debet ſtricte interpretari, Pariſius *conſ. 56. n. 6. vol. 2.* ut non comprehendat, niſi caſus expreſſos, *l. præcipimus cod. de appel. ſancimus cod. de teſtam. c. cupientes* §. *quod ſi per viginti, & ibi* gloſſa, & Doctores *de electione*, Bartol. & alii *in l. ſi vero* §. *de viro ff.* ſoluto matrimonio.

Nec obſtat dicere prædictum ſtatutum eſſe fa- 29
vorabile, ut notant Rolandus *de lucro dotis q. 24. n. 7.* eo quod eſt inductum favore matrimonii, ut viduæ facilius viros reperire poſſent, quod reſpicit publicam utilitatem, ut per Bald. *in conſ. 495. n. 4.* verſ. *item quia*, & *in fine volum.* 5. Ubi dicit non obſtare ſi dicatur dictum ſtatutum continere quandam iniquitatem, quia excludit filios primi matrimonii, ipſe reſpondens concedendo hoc ſtatutum, non eſſe æquum, ſed eſſe bonum ſecundum ſitum generativæ, id eſt appetitivæ regio-
nis. † Nam reſpondeo ex dictis, quod hæc utilitas 30
non eſt publica primario, ſed ſecundario, Bartol. *in l. 1.* §. *hujus ſtudii in 2. oppoſitione ff. de juſtitia, & jure, & in l. 1. in 4. oppoſitione* verſ. *exemplum ff. ſoluto matrim. & in l. ambitioſa col. 6.* verſ. *ſed pone quæro ff. de decretis ab ordine faciendis, & in l. 2. ff. ad municip.*

Qui idem confirmat *in l. ſi quis ſub conditione* 31
in fine cod. de conditionibus inſtitutionum, ubi dicit quod ſtatutum mandans, ne quis declinet juriſdictionem poteſtatis, non includit Clericos, ut etiam dixit, Joannes Monachus *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.* & alii *in dicta l. ſi vero* §. *de viro ff. ſoluto*, dicentes ut non comprehendat eos filios, de quibus in ſpecie diſponere non poterat.

Quare dixerunt Decius *hic n. 50. de conſt.* Cro- 32
tus *in* §. *Divi n. 80. de legat.* 1. & alii generalem ſtatuti diſpoſitionem, non trahi ad ea, quæ fieri non poſſunt in ſpecie; & quod non comprehendit ea, quæ ſpecialiter non venirent ex *l. obligatione generali ff. de pignoribus.* † Ergo cum ex defectu pote- 33
ſtatis arguatur voluntas *l. lucius* §. *penult. ff. ad municip. c. à nobis de ſent. excommunic.* ſequitur dicendum, ut cum Eccleſiaſtici ex jam longè actis *à quæſt. 1. & in dict. cap. 2. 3. 4. 8.* & aliis *de judic.* item & *in c. 2. & toto tit. de foro compet.* ſint omnino exempti à poteſtate, & juriſdictione laicorum, ut nullo modo prædictum ſtatutum comprehendat filios Clericos, nec illos excludere filios Eccleſiaſticos primi matrimonii de ſucceſſione matris ſecundo nubentis, præcipuè ſi de jure antiquo conſideretur, quod ſecundæ nuptiæ erant prohibitæ, ut *infra* latè noto; & ſcribo *in cap. penult. & fin. de ſecundis nuptiis*, item & *in Rub. ibi*, & docet in terminis relatus *Supra dict. conſ. 53. n. 2. & 9. in fine.* † Ex quin 34
nemo videtur apponere manum ad ſibi illicita, & impoſſibilia ex *l. miles* §. *eam* ubi Angel. *ff. de adulteriis*, Ancharran. *in cap. 1. de conſtit. lib. 6.* † Tum 35
etiam quia ſtatuta ad bonum publicum facta non ligant Clericos poſtea factos, Aretinus *in cap. quod Clericis in fine de foro comp.* Salicetus *in auth. caſſa n. 14. cod. de ſacroſanctis Eccleſ.* qui dicit ita fuiſſe in hac ſpecie determinatum per Valentiſſimos viros, & quod opinio fuerit recepta in tribunalibus dixerunt Capitius *deciſ.* 98. & Franchis *deciſ.* 411. † 36
Dicentes in caſu conſuetudinis Neapolitanæ prohibentis teſtari de bonis antiquis ante Clericatum, ut non comprehendat Clericos, Surdus *deciſ.* 20. de quo latè Martha *de juriſd. dicta 4. p. cent. 1. caſu* 4. Ubi dixit per textum *l. ſi cognatis ff. de rebus dubiis*, ut tunc filii Eccleſiaſtici dicantur excludi, quando venit caſus ſucceſſionis, & non ante, ſed eo

tempore non ſunt ſubditi laicorum; ergo. Et con-
firmatur, ex his, quæ dixi *ſupra q.* 5. in verſ. *ad*
primam, verſ. *ad ſecundam*, ubi quod ſtatutum
excludens fœminas propter maſculos, non compre-
hendat moniales, propter dictam rationem.
37 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſtatutum pro-
hibens venationes, & piſcationes comprehendat
Clericos. Et videtur affirmativè reſpondendum, cum
tale ſtatutum adjuvet canonicum jus prohibens in
titulo de Clerico venatore Clericis venationem; ſed
quia *ibi* fusè ago, quando venatio Clericis, item, &
laicis publica ratione poſſit prohiberi, veluti certis
tantum menſibus, in quibus animalia ſilveſtria ſo-
lent eſſe prægnantia; quod licet juxta quæ tradit
Padilla *in l. per agrum n.* 8. *cod. de ſervit.* & *aqua*, item
quando eſſet multùm exceſſiva circa quoddam ge-
nus animalium, quæ omnino extinguerentur, Gram-
mat. *deciſ.* 67. *n.* 11. aut ſi prohiberetur ad conſervan-
dam pacem, ne quis ingrederetur, ad aucupandum
38 in alienum fundum. † Nam ſi Dominus feudi po-
teſt prohibere ne ingrediatur venator §. *feræ* verſ.
plane inſt. de rerum diviſione, multò magis per Prin-
cipem ſuperiorem ad conſervandam pacem, id fieri
poterit juxta textum *in* §. *nemo retia de pace tuen-
da*, ſuper quo fundata eſt communis, quædam opi-
nio, ut queant Principes ex cauſa prohibere vena-
tionem, ut teſtatur Covar. *in c. peccatum de regul.
juris lib.* 6. *in* 2. §. 8. *n.* 1. Andreas Faquin. *lib.* 1. *con-
trover. c.* 1. *col.* 2. verſ. *quibus tamen non obſtantibus*,
qui congerunt multos alios Doctores hanc ſequen-
tes ſententiam; & in terminis quod venationis ſta-
tutum comprehendat Clericos, videtur amplecti
Clarus. *in* §. *fin. q.* 36. verſ. *alterius quæro*, ſicut etiam
illos comprehendit ſtatutum prohibens exportatio-
nem armorum per multa, quæ congerit Martha
dicta p. 4. *de juriſdict. caſu* 7. & ad propoſitum hu-
jus dubii legendus *caſu.* 57.
39 Verum quia longè ſub dicto *tit. Clerico venato-
re*, expendo non omnino eſſe Clericis illicitam ve-
nationem, aucupationem, ſed tantum ſi id volup-
tatem venati fuerint ut dicit textus *in cap.* 1. *de Cle-
rico venatore* in verſ. *quod ſi quiſpiam talium perſo-
narum in hac voluptate ſæpius detentus fuerit*, ut *ibi*
concludunt Abbas, Collectarius, & alii antiqui,
veluti ſi ſit periculoſa, ut venatio aprorum, &
clamoroſa; & ſic cum armis, ſecus ſi recreationis,
& ſanitatis cauſa, dummodo faciant cum ſilentio,
& modeſtia, cum multis Barboſa *in dicto cap.* 2. &
3. tanto magis cum in quibuſdam partibus Cleri-
ci non habentes redditus vivant de venationibus,
ut in Francia teſtatur Abbas *in dicto cap.* 1. verſ.
*ſicut in Francia licet eis, quia non faciunt ad volun-
tatem*, Hoſtienſ. *in cap.* 2. *eodem*, Guillielm. de
Benedictis *in cap. Raynucius* in verſ. & *uxorem no-
mine Adalaſiam n.* 313. Sebaſtiam Medicis *in tract.*
40 *de venation. q.* 8. *n.* 17. † Item quia in aliis parti-
bus habentes redditus poſſunt aliquando venari
recreationis cauſa, puta ut exercitarent appetitum,
propter infirmitatem præcedentem, ut dicit tex-
tus *in cap. dilectus de homicidio*, non inquam, ſi
voluptatis cauſa, & ſæpius in ipſa voluptate de-
tenti fuerint ex *dicto cap.* 1. & ut optimè advertit
Martha *dicto caſu.* 57. *n.* 17. dicens *n.* 19. 20. &
21. cum aliis in dubio præſumi venari recreatio-
nis cauſa; item præſumi, ut ex venationibus faciat
retractum ad vivendum, ut dicit Collectarius; at ex-
plicat Martha ſi in loco venetur, ubi non habet red-
ditus, & conſuetudine Clerici vivunt ex venationibus
41 Unde ergo reſolvendum eſt etſi libertas ve-
nandi, ſit de jure naturali, ſeu gentium *ex lib.*
1. *in fine*, *cum ſequent. ff. de acquirent. rerum do-
min. dicto* § *fera inſt. de rerum diviſ.* poſſitque
nihilominus Princeps juſtis de cauſis venationem
prohibere, inferioresque teneri ad parendum
huic mandato, & reſolvunt plures relati à Ze-
nedo *collect.* 56. *ad decretal.* Molina *de juſtitia
tract.* 2. *diſp.* 43. Farin. *in praxi q.* 174. *n.* 92. cum
infinitis Barboſa *in dicto cap.* 1. *de Clerico venatore
n.* 7. *ubi n.* 8. refert Doctores agentes de dubio,
utrum lex prohibens venationem, obliget ad pec-
catum: & an Clericos, inter quos Salced. *in
praxi cap.* 70. verſ. *ſed quid*, Martha *dicto caſu*
57. Tamen quantumvis Clericis de jure canoni-
co prohiberetur venatio, & piſcatio, non inde ſe-
qui, ut ſint obligati ad non venandum, & piſ-
candum virtute legis Principis venationem prohi-
bentis, quantumvis ex cauſa publica; quia ſi ex
hac cauſa poſſit Clericus venator peccare malè
agens, hoc erit, quia operatur contra rationem di-
ſtantem, ut non venetur, non contra legem laicam
illud præcipientem, ut latè dixi per regulas gene-
rales *ſupra q.* 1. & 2. & alibi in hoc textu, ſæpius;
& hoc præcipue ſi conſideretur venationem, & pi-
ſcationem licere jure naturæ de venatione *in dicto*
§. *feræ*, *de venatione* & *piſcatione ex cap. Eſau diſt.*
86. *cap. nunquam de conſecrat. di.* 5. Afflictis *in cap.*
4. §. *nemo retia n.* 4. *de pace tuenda.* † Etenim ve- 42
nationes, & piſcationes in jure qui parantur §. *flu-
mina inſtit. de rerum diviſ.* latè Decius probans *in
conſ.* 197. *col.* 2. & ſic quod dicta, ſunt de vena-
tionibus procedere in piſcationibus.
Verum quia Sebaſtianus Medicis *in tr. de vena-* 43
tione q. 8. ponit undecim cauſas, quibus aliquando
Clerici prohibeantur venari, & regulariter non
prohibeantur piſcari inter quas, quia ceſſant in ea
illæ rationes, quibus eſt prohibita venatio, & etiam
quia piſcatio habet exempla virorum Sanctorum,
nempe Apoſtolorum, quos piſcatores ad ſe Salva-
tor noſter vocavit Math. 4. Marci 1. Lucæ 5. Sal-
ced. ad Bernard. Diez *dicto c.* 70. *litt. A.* verſ. *piſca-
tio*, Menochius *de Arbitr. caſu.* 413. *n. fin.* Jacob.
de Graſſis *in aureis deciſion. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 3. verſ. *ſexta.*
Zened. *in l.* 1. *n.* 3. verſ. *niſi*, & piſcatio *tit.* 8. *lib.* 7.
novæ recop. Belletus *diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tit. de diſci-
plina Cleric.* §. 19. *n.* 8. Ubi intelligit. † dummodo 44
non fiat in ſolemnitatibus majoribus, aut animo
negotiandi, videtur ut differant multum piſcatio,
& venatio; & etiam facit textus *in c.* 1. in verſ. *piſ-
cationibus*, quæ ſiut regalia; ſed revera, ut dictum
eſt relata doctrina reſpectu venationis ex cauſa re-
creationis coæquatur cum piſcatione; & ſic dictum
de illa porrigatur ad piſcationem. † Nec obſtare 45
textum in *dict. cap.* 1. verſ. *piſcationibus*, quia ut op-
timè explicat Decius *in d. conſ.* 197. loquitur de da-
tiis ſuper piſcationem, ut affirmant *ibi* Doctores,
& Jacob. in inveſtitura in verſ. & *cum piſcationib.*
Bellon. *conſ.* 49. *n.* 9. Martha *dicto caſu.* 57. *n.* 16.
Domini autem nemorum, ſive fluminum, cer-
tum eſt, ut poſſint prohibere Clericis, ſicut aliis 46
etiam cum armis, ne venentur in nemore ſuo,
neve piſcentur in flumine proprio, quia ob defen-
ſionem rerum ſuarum poſſunt Clericis reſiſtere,
Innocent. *in cap. olim. de reſtit. ſpoliat.* per doctrinam
illius textus, quam fuſius expendi *ibi*, & ut ſcri-
bunt Civiliſtæ *in l. ut vim ff. de juſt.* & *jure* Cano-
niſtæ *in cap.* 2. *de homicidio*, ſic ut ſit contra prohi-
bitionem attentaverint, quia dicuntur facere inju-
riam, Aretin. *in dicto* §. *feræ inſtit. de rerum di-
viſ.* poſſint coram proprio Epiſcopo conveniri,
Martha *dict. caſu.* 57. *n. fin.* quia ut fatentur D. D.
in

Digitized by Google

traƈt.§.fera, & *ibi* in verſ. *planè*, & Franc. Marcus
*deciſ.delphin.*529. *n.*16. *p.* 1. Sebaſtian. Medicis *di-*
ƈtu tract. de venation. cap. 5. *n.* 4. poterunt Domini
locorum propriorum facere aliis ne ingrediantur ad
venandum neve ad piſcandum, quia in iſtis locis
militat ratio injuſtitiæ, quæ non adeſt, quando ve-
natur in loco publico, omnibus commune, vel in
47 flumine publico, aut in mari. † Sed ſolum in flumi-
ne privato, veluti in ſtagno, vel ubi ex conſuetudi-
ne, privilegio, ſive præſcriptione prohibitum fue-
rit piſcari, aut venari, Decius *dicto conſ.* 197. *in* 4.
fundamento, Roland. *in conſ.* 5. *n.*69. *volum.* 1. Ja-
cobin. in dicto verſ. & *cum piſcationibus n.* 3. & alii
plura dicentes & de multiplici venationis ſpecie op-
preſſiva ſcilicet arenoſa, & ſaltuoſa, Zened. cum
aliis *dict. col.*56. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. dict. caſu.*
413. *n.*3. Jacob. de Graſ. *in deciſ. aur. dict. p.*2. *lib.*
3. *dict. cap.*3. *n.* 1. & ſecundum hæc intelliges quæ
noviſſimè ſcribit Daniel *lib. controv. diſp.*61. *à n* 37.
ubi dicens quod Clerici tenentur ſervare legem pro-
hibentem venationem ibi *à n.* 39. cum multis ad-
dens *n. fin.* illis permitti piſcationem exemplo Apo-
ſtolorum, ſed non in Dominicis, & Feſtis ſolemnio-
ribus niſi ob cauſam adhibita licentia & portione
pauperibus data, *ex c. nunquam de conſecrat. diſt.*4. &
hoc non aſſiduè, cum Apoſtoli, poſtquam ſequuti
ſunt Dominum aſſiduè piſcationibus operam da-
rent ita cum Menoch. & Graſſis iterum Daniel *diſp.*
*n.*16. cum eod. Graſſ. *effectu* 2. *n.*264. Covar. & aliis
addit quod Clerici poſſunt per laicos ſpoliari retibus
& canibus, ſi ad venationem prohibitam ſe confe-
rant, etenim ipſe Daniel cum multis *diſp.*8. *n.*33. *ait*
ut quia venatio, piſcatio, aucupium prohiberi poſ-
ſunt ideo Eccleſiaſtici non conquerantur cum Graſſ.
ſup effect. 2 *n.*320. Riminald. Jun. *conſ.*35. latè, ſed
contra illos, & contra Villalobos *in ſumma t.*2. *tr.*10.
*diffic.*16. *n.*2. Ledeſma *in ſumma t.*2. *tra.*8. *c.*9. *concl.*
33. Salced. *in addition ad Diez. c.*68. Morlan. *in empo-*
rio p. 1. *tit. q.*16. *à n.*16. Zened. *in collect. decret.* 37. *n.*
19. *p.*1. inſurgit Diana *p.* 1. *tr.*2. *reſ.*11. *in fine* di-
cens ut etſi de jure canon. ſit prohibita Clericis pi-
ſcatio vel venatio ad hoc non poſſint à laico ſpolia-
ri avibus aut canibus & retibus, ſicut nec armis pro-
hib. per dicta *infrà q.*51. verſ. ad ſecundam in fine.
48 Ad ſeptimam quæſtionis partem, an ſtatutum,
quod occidens Clericum puniatur in pecunia, ſit con-
tra libertatem Eccleſiaſticam, occaſione hujus dubii,
ſolent Doctores aggregare plura de pœnis homicidii,
de quibus dico in ſuis titulis *infra de homicidio* & *de*
pœnis; ſed ad propoſitum nunc breviter agens, vide-
tur ut talè ſtatutum non ſit contra libertatem Eccle-
ſiaſticam; nam cum de jure canonico non ſit poſita
pœna mortis contra occidentes, ſed alia extraordina-
ria, quantumvis grave ſit delictum, gloſſa *in c. pravar.*
2. *q.*3. Innoc. *in c cum oporteat, in c qualiter,* & *quan-*
do de accuſ 49. Ubi Felin. & *in §. ad corrigendes,* & *in*
c. crim. Ubi Abbas *de coluſ. detegenda*, Caſtr. Alex. &
Jaſon. *in l. tranſigere cod. de tranſact.* Cæpola *in conſ.*
73. Socinus *in c. ſententiam ſanguinis*, ne Clerici, vel
Monachi, Abbas *in c. etſi Clerici* 4. *de judic.* Ubi
dicit non reperire de jure canonico pœnam ſan-
guinis; ergo videtur ut tale ſtatutum valeat, cum
adjuvet jus canonicum ex regula *cap.* 1. & 2. *de*
novi operis nunciatione, & aliis,
50 Tamen dicendum eſt tale ſtatutum eſſe contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, eo quod ſit nutritivum pec-
cati, & præbeat audaciam delinquendi ſicut dicitur.
51 † Quod pactum hujuſmodi non valet *l. conveniro ff.*
de pactis dotalib. c. quemadmodum de jurejur. Ubi dixi
latè plura conducibilia, per quam rationem ſic fir-
manunt Hoſtienſ. & Joannes Andr. *in c. fin. de conſuet.*
Aretio. *conſ.*59. *col.*8. *circa medium*; qui ſimpliciter
ſequitur opinionem Hoſtienſ. & Decius *in c. cognoſcen-*
*tes n.*4. *hoc tit.* qui dicit hanc eſſe communem, & præ-
dictam rationem expreſſit textus *in c. paup.*11. *q.*3.
per hæc verba *cito violatur auro juſtitia, nullamq; reus*
pertimeſcit culpam, quam redimere numeris exiſtimat.
Et confirmatur ex dicto Covar qui *l.*2. *var. c.*9. *n.* 52
2. verſ. *deinde quod pœna pecuniar.* ſequendo prædic-
tam opinionem dicit, *creſcit enim multitudo peccato-*
rum, cum redimendi peccatum datur ſpes, & *facilè itur*
ad culpas, ubi venalis eſt ignoſcentium gratia. Item quia
hoc ſtatutum adverſatur legi divinæ, & Evangelicæ,
per quas homicidia debet mori, Geneſis c.9. ibi *qui-*
cunque effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſan-
guis illius, & levit. c.24. *qui percuſſerit,* & *occiderit ho-*
minem, morte morietur, & Math. c.26. *omnes enim, qui*
acceperint gladium, gladio peribunt, Uti etiam legibus
civilibus, & Regiis cavetur; de quibus plena manu
*in c.*1. *de homicidio.* † Ergo apertè dici debet tale ſta- 53
tutum non valere, eſſeque contra libertatem Eccle-
ſiæ, ut firmat Felinus *hic in textu noſtro n.*102. *in fi-*
ne, Octavian. Vulpellus *in tr. de libert. Eccleſiaſt. p.*1.
*n.*6. Summa Tabienæ in verbo *excommunicatio caſu*
20. *n.* 1. & *ſequent.* Ubi quod ſic ſtatuentes inci-
dunt in excommunicationem. Marth. *de juriſd. dict.*
*p.*4. *caſu* 65. *cent.* 1. *n.* 11. & 15. Ubi cum eodem
Felino, *dicto n.*102. *in fine*, improbat aliud ſtatutum
venetorum, quo cavetur, ut laici vulnerantes Cleri-
cos, puniantur in quinque ſolidis ait idem Felinus *hic*
*n.*70. & cæteri canoniſtæ, ut ſæpius *Supra* dixi hu-
juſmodi ſtatuta eſſe contra libertatem Eccleſiaſti-
cam, ex quo Clerici efficiuntur timidiores: de quo la-
tè idem Martha *caſu* 36. verſ. *ſecundo caſu.* & Clarius
in §. homicidium verſ. *ſed nunquid valet. ſtatutum*,
cum multis probat noſtram opinionem, ut magis
communem, & ſecundum eam fuiſſe judicatum, eam-
que noſtris temporibus obſervari quidquid Alex. de
obſervantia ſcripſerit *in tract. de ſtatutis p.*2. *q.*120.
quod fortè procedebat ſuis temporibus.
Imò, & ipſe Martha, quia ſic amplectitur rogat de 54
ea dubitantes, ut perlegant Doctores citatos in con-
trarium à Deciano *in tr. crim. t.*2. *l.*9. *c.*20. *de legibus,*
circa homicidium latis, n. 25. & Marſilio *in ſingulari*
965. & à Romano *in ſingul.*714. & addentad eum,
& Anton. de Auguſt. de Arimino *in additionib. ad*
Angel. de maleficiis in verbo, & *ex intervallo n.* 7. eo
quod nullus ex dictis Doctoribus loquatur ſimpli-
citer, ſed aliqui dixerint ſtatutum eſſe validum,
quando pœna pecuniaria, non eſt contemptibilis;
quod ſi ſic eſſet tela araneatum ligans pauperes, &
non divitas, qui valentes ſolvere pœnam invitaren-
tur ad delinquendum. † Quare dico ut licet jure 55
canonico, non legatur pœna impoſita mortis, contra
Clericum occidentem. Tamen quia ſic delinquens
omni jure divino & humano, mortis pœna punia-
tur, ut dictum eſt, non eſt cur virtute ſtatuti Princi-
pis laici, ejus ſubditus occidens Clericum pœna tan-
tùm pecuniaria, plectatur, cum ſæpius poſſet eveni-
re, ut laici audaciores per tale ſtatutum, & non ti-
mentes graviorem punitionem, irruerent in Cleri-
cos illos occidendo, quod quantum ſit contra liber-
tatem Eccleſiæ, nemini latere poterit, nec enim
ut ſæpius dixi excuſabuntur hoc, & ſimilia ſtatuta;
eo quod aliter de jure canonico cavetur.
Ad octavam quæſt. partem an ſtatutum, quod occi- 56
ſor non ſuccedat occiſo, comprehendat Clericos per-
petrantes homicidiũ, etiam cum qualitate, aut poſſit
ferre præjudicium fiſco Eccleſiæ. Ut explicent Doc-
tores, plura diſtinguunt, nam licet primâ facie videatur

validum, tum ex cauſa juſta, qua veſtitur, tum
quia generaliter tale ſtatutum valet; & quia etiam
eſt validum ſtatutum, quod occiſor nihil poſſit
habere inter vivos, vel in ultima voluntate quo-
modo libet; imò & ab eo tanquam ab indigno fiſ-
cus auferre poſſit, ſequitur ut, & Clericos compre-
hendat, ut conſuluit Peregrin. *in conſ.* 91. etiam in
caſu, quo Clericus diabolico ſpiritu ductus, ſimilia
delicta perpetraret, & in homicidio qualificato,
puta parricidio, vel aſſino conſuluerunt, Barbatia
conſ. 8. *in* 3. *dubio* & Surdus *in conſ.* 16. quæ Va-
leot. confirmari ex his, quæ adduxi *infra in cap.
cum non ab homine de judiciis q.* 22. Ubi *de Cle-
rico aſſaſinio*, & *q.* 23. & *aliis.*
57 Adhuc vero exiſtimo, ut quantumvis illud ſtatu-
tum comprehendat ſubditos laicos Principis ſtatuen-
tis, ſed non Clericus, ex ea ratione, quia cum de
jure occiſor proximior occiſo, illi ſuccedat de jure
communi, etſi ab illo tanquam ab indigno, fiſcus
queat auferre, ſequitur ut tale ſtatutum directum
in Clericum occiſorem, removendo illum à ſucceſ-
ſione occiſi proximioris, ſit contra Eccleſiæ liber-
tatem, & perinde nullum, ut in terminis tenent
Baldus *in l. eam quam n.* 10. *ff. de fideicommiſ.* poſt
Dynum, quem refert, & ſequitur *in l. ſequens. quæ-
ſtio ff.* ad Syllanianum, idem Baldus poſt Cynum
in l. hæreditas cod. quibus ut indign. Ubi ſubdit quod
Bartolus, qui tenet contrariam opinionem *in l. cum
ratio* §. *fin. ff. de bonis damnator.* dixit contra caſum *l.
his conſequenter* §. 1. *ff. familiæ erciſcundæ*; idemq; di-
xit Flor. contra Bart. *in dicta l. his conſequenter* §. 1.
58 Et idem Bald. *in cap.* 1. §. *ſimiliter in primo, quibus
modis feudum amit.* ait ſi frater occidit fratrem, pri-
vatur feudo, & vadit ad agnatos proximos, ſi eſt pa-
ternum, & non applicatur fiſco, ſecus ſi non eſt pa-
ternum, refert, & ſequitur Joannes de Amicis *in conſ.*
10, *n.* 9. Angelus *in l. fin.* §. *ſi quis aliquem teſta prohib.*
Salicetus *in dicta l. hæreditas*, Benedictus *in cap Ray-
nucius* in verſ. *condidit in ſecundo n.* 10. Andreas Bar-
batia *in conſ.* 8. *in primo dubio* cum aliis per Boerium
deciſ. 25. imò Peregrin. *dict. conſ.* 91. *n.* 3. dixit hanc
eſſe magis communem opinionem, pro qua eſt caſus
59 *in l. lucius ff. de jure fiſci* &c. † Sic infert Martha *de
juriſd. p.* 4. *caſu* 85. ſtatutum auferens ſucceſſionem
occiſi ab occiſore, dici correctorium juris commu-
nis; & ſic non poſſe intelligi, ut corrigat reſpectu
60 Eccleſiarum. † Prima quia ſufficit ſtatutum in ſuo
actu aliquid operari; & ſic reſpectu laicorum, & po-
ſtea, ut minus corrigat, quam ſit poſſibile, *cap. cum
dilectus de conſuet.* Alex. *in l. inter cætera n.* 5. *ff. de li-
beris*, & poſth. & *in l.* 3. §. *Prætor ait ff. de damno infe-
cto* Curtius junior *conſ.* 7. *n.* 8. & *conſ.* 10. *col.* 1. Pariſ.
conſ. 46. *n.* 68. *vol.* 1. & *conſ.* 100. *n.* 1. *vol.* 3. Roland. à
Velle *conſ.* 72. *n.* 37. & *ſequent. vol.* 3. Jaſ. *in l. omnes
populi ff. de juſ.* Surd. *deciſ.* 56. *n.* 2. qui alios referunt.
61 Secundo quia licet ex diſpoſitione textus *in cap.* 1.
de homicidio lib. 6. propter animarum favorem, etiam
includantur perſonæ maximi gradus, & ſupra Prin-
cipem; nam ex quo majori dignitate ſunt præditi,
ut Epiſcopi, & Cardinales, qui poſſunt prædicta de-
licta facere, oportere ut à fraude alieni ſint, plus aliis,
juxta notata in *cap. cum quidam de jurejur.* & *in l.
presbyteri cod. de Epiſc.* & *Clericis*; pro quo facit *clem.*
1. *de renunciatione*; indeque dixerit Sarnenſis ſuper
regula de infirmis reſignantibus alios citans *in diſ-
poſitione dicti cap.* 1. *de homicidio*; comprehendi etiam
Cardinales, Felinus *in cap. ad aures de reſcriptis.* Ca-
ſador. *deciſ.* 38. *n.* 5. *de regula Cancel.* etſi ibi nomi-
nati non fuerint Cardinales, nec Epiſcopi, ſicque
viri Clariſſimi exiſtimaverint, comprehendi Archi-
epiſcopum Piſanum, qui fuit furcis ſuſpenſus à
populo florentino, propter conjurationem in Lau-
rentium Medices, Socinus *in conſ.* 20. *q.* 24. *in fine in-
ter concilia Franciſci Durii*, idem Curtius *conſ.* 21. † & 62
alii inferentes, ut cum ex prædicto ſtatuto agatur de
ſalute animarum, & è vitando peccato, videantur
etiam comprehendi Clerici, & Eccleſiaſtici. † Tamen 63
adhuc dici debere ex defectu poteſtatis non porrigi
ad Eccleſiaſticos; non enim præſumuntur ſtatuentes
laici velle, quod non eſt in eorum poteſtate *ex c. à
nobis in primo de ſent. excommunic.* cum aliis per Al-
bam. *in conſ.* 375. & ſic Abbas *in dicto c. à nobis n.* 4.
& 5. Alex. *conſ.* 120. *vol.* 2. Crotos *in conſ.* 75. *n.* 13.
Alba *in conſ.* 8. Martha *dicta p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 85. *n.* 16.
& 17. † Dixerunt, quod Eccleſiaſtici, qui non ſub-
duntur ſtatuentibus ſub ſtatuto, nullo modo com- 64
prehenduntur; & quod in materia juriſdictionis va-
leat argumentum, ſi non poſſunt expreſſè, non præ-
ſumuntur tacitè voluiſſe, ut ſæpius jam eſt dictum. † 65
Quare fit ut publica utilitas, quam conſideravit Pe-
regrin. *conſ.* 91. *n.* 11. imò & proximè adductum de
ſalute animarum, & de ratione vitandi peccati, non
potuerint dare juriſdictionem laici ſuper Eccleſia-
ſticos. Nam ut latè dixi *in c. novit.* 13. *de judiciis.* item
in c. fin. de præſcript. ratio vitandi peccati propriè con-
ſideratur per jus canonicum, ex qua ſolent Eccleſia-
ſtici judices cognoſcere de laicis, non autem è contra
judices laici de Eccleſiaſticis, ex qua cauſa potuit ex
diſpoſitione tantum Pontificia *in dicto c.* 1. *de homici-
dio l.* 6 comprehendere Card. Epiſcopos, & Archiepiſ-
copos, qui ſubſunt poteſtati Pontificiæ. † Et licet 66
plura alia ex multis adducat Martha *dicto caſu* 85. *à n.*
18. articulos faciens, verum ſatis ex præfatis latum eſt
reſponſum dubio propoſito; nam etſi revera æquum
eſſet, ut Clericus occiſor lege canonica, ut indignus
privaretur ſucceſſione ſui proximi occiſi, ſed hoc non
rectè ex lege civili; aut ſtatuto laico, ſed ex diſpoſi-
tione Pontificia, ut cavetur *in dicto c.* 1. *de homicidio
lib.* 6. & ex doctrina proximè relata.
Unde pro complemento ultimæ partis dubii, dico 67
ſtatuta excludentia fiſcum à publicatione bonorum
homicidæ, dici contra libertatem Eccleſiaſticam; quia
cum jam ſit dictum in toto verſ. *ad octavum*, homici-
dam non excludi de jure communi à ſucceſſione oc-
ciſi, & ab ipſo interfectore auferre fiſcum, tanquam
ab indigno ſed dici debet, ut hæc bonorum confiſ-
catio fiat à fiſco delinquentis, & ſic à fiſco Eccleſiæ,
ut tradunt Ant. de Butrio poſt gloſſam *in c. quia diver-
ſitatem de conceſſione præbendæ* cum aliis ad hoc addu-
ctis cum Bernar. Diaz *in ſua practica canonica c.* 135.
à n. 3. & ibi addentes, de quo latè ſcribit idem Mar-
tha *de juriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 137. † Et quod Eccleſia
habeat fiſcum dicunt gloſſa, & Ant. de Butrio *in dicto* 68
c. quia diverſitatem, Cardinal. *in clem.* 2. §. 1. *de hæret.*
Ubi Doctores, & Barboſa, Abbas *in c.* 2. *de ſucceſſio-
nibus ab inteſtato*, Felin. latè *in c. irrefragabili* §. *cæte-
rum* verſ. *quarta concluſio, de officio ordinarii*, Stephan.
Aufrerius ſuper Capell. Toloſanam *dec.* 274 Et hanc
opinionem, uti magis receptam, & uſu comprobatam
probat Covar. *l.* 2. *var. c.* 9. *n.* 11. & ſequitur Franciſ-
cus Marcus *deciſ.* 339 *n.* 12. *p.* 1 latè Foler. *in pract. c.
canon. f.* 68. *n.* 14. † & facit etiam quotidiana praxis 69
inquiſitionis, de qua tanquam ut patronis fiſcalis
per ſex annos, & ut inquiſitor per alios tres, & in
hoc concilio ſupremo video ſic procedere, dum pe-
tuntur bona incarceratorum ex cauſis fidei, ut appli-
centur fiſco Reali Regis, non ex vi legis; & ſtatuti,
Regum noſtrorum, ſed ex conſtitutionibus, & ſtatu-
tis, & conceſſionibus Pontificiis ob dotationes à Re-
gibus factas pro ſuſtentatione, & alimentis totius
officii inquiſitionis, ac miniſtrorum ſervientium.

Itaque

Digitized by Google

70 Itaque fiet ut quoties ſtatuentes, quæ tangunt Eccleſiaſticorum jura illa minuerint, etiam per indirectum non valeant, cum ſint contra Eccleſiæ libertatem, ut probant Gaſpar Calderinus *in conſ.* 12. *inter conſilia Ancharrani*, & collegium Bononienſ. *in conſ. ſequenti*, idem Ancharr. *in conſ.* 115. qui ſic refert judicatum *in conſ.* 298. *n.* 33. quidquid ſuper hujuſmodi confirmatione dixerit Romanus *in ſingulare* 579. incipit *hæres indignus*, cui fuſiùs reſpondet idem Martha videndus *dicta cent.* 2. *p.* 4. *dicto caſu* 137.

QUÆSTIO XXIX.

An Eccleſiaſtici teneantur recipere hoſpites, & milites in eorum domibus, aut Monaſteriis, vigore ordinum laicorum, ſive tempore neceſſitatis, belli ſive adventus Principis. Et quid quando Princeps invaditur. Et an Eccleſiaſtici teneantur ad præſtandum homagium Principibus, aut Prælatis ſuperioribus ratione ſpiritualitatis. Et an repreſſaliæ poſſint concedi contra Clericos per laicos judices, aut Eccleſiaſticos. An jura diſponentia de præſcriptione mobilium, vel immobilium, aut actionum, ut breviori quadraginta annorum præſcribantur, comprehendant Eccleſias, & Eccleſiaſticos. Et an aliqua præſcriptio currat contra Eccleſiam ſuper bonis alienatis ſine ſolemnitate Apoſtolica. Et an Princeps poſſit impedire presbyterum à miniſterio ſacramentorum tempore peſtis. Et an poſſit Princeps laicus ſtatuere corrigendo, vel minuendo jus Divinum.

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiaſtici non tenentur recipere hoſpites, & milites in eorum Domibus, aut Monaſteriis vigore ordinum laicorum, ſive tempore neceſſitatis, belli, ſive adventus Principis, etiam ſtante maxima, & gratiſſima neceſſitate ex mandato Principis, aut judicis laici* & n. 3. *cum aliis.*

2 Cap. 1. de immunit. Eccleſiat. lib. 6.

3 *Clerici non tenentur hoſpitare in ſuis Domibus legatos Principis, ſive alicujus Domini, ſive Comitis, ſive Duces militum & quare,*

4 *Executores privatorum non debent habitare in domibus Eccleſiarum, ſicut conneſtabuli & gentes armorum.*

Proviſionati non debent poni in Eccleſiis, nec in Domibus earum dict. n. 4.

5 *Hoſpitium in domibus Eccleſiarum non eſt permittendum, qualibet conſuetudine non obſtante.*

6 *Prælatus, & alii Clerici ſæculares tenentur pauperes hoſpitare, eiſque miniſtrare ex natura officii, ſed non ex præcepto laico, ut n.* 8. *reprobato Saliceto adducto* n. 7.

9 *Clerici virtute ſtatuti Principis, non compelluntur contribuere, quando Princeps ipſe invaditur; etſi alias propter communem, & publicam cauſam teneantur ſubvenire* à n. 14. *vide* 10. 11. 12. & à n. 16. 17. *Ubi de nonnullis diſtinctionibus.*

10 *Joas Rex Iſrael cepit omne aurum, & argentum, & univerſa vaſa, quæ inventa ſunt in Domo Domini.*

11 *Eccleſia habet aurum, ut eroget publicè neceſſitatibus.*

Epiſcoporum gloria eſt pauperum neceſſitatibus providere, & ignominia Sacerdotis ſtudere propriis divitiis.

12 L. nullus penitus Cod. de curſu publico.

13 L. neminem Cod. de Angariis.

14 *Contribuere Clerici non tenentur, quando Reſpublica invaditur à latronibus, & à Piratis; cum munus Principis ſit latrones, & Piratas propriis extirpare ſtipendiis.*

15 *Catalani, & Hiſpani bellum gerunt Dominis, quando non habent juſtitiam ab eis.*

17 *Clerici tenentur ad præſtandum ſervitium, etiam extra cauſas feudales, quando nulla præcedente culpa, aut civium Principio invaditur, conſulto Papa, niſi quando eſſet periculum in mora, & cum laici ſolvendo non ſunt, & Clero, & Epiſcopo conſentientibus. Et quid ſi non conſentirent* n. 8.

19 *Pontifices ſummi in neceſſitatibus publicis Principum, & Reipublicæ magnos reddituum copiosè præſtiterunt &* num. ſeq.

20 *Cæſar Maximilianus in bello contra Turcas ſuccurritur ab Alex. VI. cum proventibus annatarum.*

21 *Venetis bellum gerentibus contra Baiazetem Regem Turcarum Alex. VI. omnium proventuum tertiam partem donavit, quibus Sacerdotes in imperio Reipublicæ foverentur, exceptis Cardinalium Sacerdotiis.*

22 *Gallici belli uſui Alex. VI. omnem pecuniam ſedis Apoſtolicæ authoritate conceſſit de illo, quod vocatur cruciatum Neapolitano Regi, & Franciſco Regi Franciæ permiſit, ut in Gallia citeriori, & ulteriori redditus ſacerdotum bonis decimationibus decimaret* n. 23.

24 *Carolo V. Paul. III. in bello Germico contra Proteſtantes anno.* 1546. *permiſit dimidiam bonorum partem Eccleſiæ ſumere per Hiſpaniam, & ex annuis proventibus Monaſteriorum Hiſpaniæ dividere, uſque ad quingentos mille aureos. Et qua conditione* ibi & n. 27.

25 *Principes innumeras ædes ſacras donarunt, Eccleſiis Monaſteria conſtruendo, & dotando, & plures divinitus puniti invaſentes aurum, & argentum Eccleſiarum. Et* n. 26. *cum aliis.*

26 *Principes in magna neceſſitate, cum quibus conditionibus poterunt ſubſidiari de bonis Eccleſiaſticorum* n. 27.

28 *D. Ferdinando Regiæ, & Eliſabeth ſe ejus uxorè* Metimnæ el campo *conſuluerunt Theologi, & Juriſtæ ſalmantini licere eis ſubventionem de auro, & argento Eccleſiarum.*

29 Sacerdotes aurei olim utebantur Calicibus ligneis, nunc lignei ſacerdotes utuntur Calicibus aureis, *ut Bonifacius Epiſcopus, & Martyr. dicebat.* Chriſtianorum templa olim erant obſcura, & corda lucida, nunc templa ſunt lucida, corda verò obſcura *dicto* n. 29.

30 *Homagium dicitur ſpecies ſervitutis temporalis.*

31 *Homagium præſtare pro rebus ſpiritualibus, eſt ſimonia.*

32 *Homagium præſtare non tenentur Eccleſiaſticè ſuperioribus Eccleſiaſticis ratione ſpiritualium, nec Principibus laicis ratione bonorum temporalium* n. 33.

34 *Juramentum, quod præſtatur ratione originis, nec præſtatur ratione familiaritatis, domeſticitatis, habitationis, Clerici non præſtant Principibus* & n. 35. *fallit, ut* n. 37.

36 *Eccleſia libera eſt, & mater libertatis, & ſic ejus Miniſtri debent eſſe liberi.*

37 *Feudi ratione tenentur Eccleſiaſtici præſtare juramentum fidelitatis.*

38 *Repreſſaliæ ſunt, quando civis alicujus civitatis derobatur, vel damnificatur in territorio alterius, & illa civitas non facit ſibi fieri reſtitutionem* &c. *Et quando pigneratur alter pro altero* n. 39.

39 *Repreſſaliæ ſatis differunt à bello, cum iſtæ exerceantur inter privatos, quando unus pro alio, vel res unius pro alterius apprehenditur* n. 40.

41 *Repreſſaliæ ſunt prohibitæ, de jure civili, gentium, divino, & canonico: ita ut nullo modo ſint concedendæ à laico contra Clericos; alias concedentes incidunt in Bullam cœnæ, & alias niſi in menſe abſtineant, ut* n. 42. 43. 44. 45. & 47.

Cap. 1. de injuriis lib. 6. uſque ad num. 45.

46 Cap. Dominus noſter 23. q. 3.

Repreſſaliæ in bello publico videntur licere, quæ cœperunt frequentari à tempore quo imperium jaceret proſtratum per tempora multa, & Reges, & Principes, ac civitates, maximè in Italia, ſaltim de facto, Dominium in temporalibus non agnoſcerent. dict. n. 46.

47 *Repreſſaliæ ſi fuiſſent licitæ, liceret unicuique ſe vindicare de jure. Et videntur licere de jure civili, quando gens, & populus requiſiti negligunt juſtitiam facere; & quando judex haberi non poteſt.* n. 48. & 50.

Homo liber de jure canonico capi non poteſt. dict. n. 47.

48 *Jus dicere nobis licet, quando copia judicis haberi non poteſt.*

49 *Repreſſaliarum materiam qui tractent?*

50 *Repreſſaliæ conceduntur in caſum neglectæ juſtitiæ per ſuperiorem judicem ipſius rei, vel ſi fieret maxima, & notoria in juſtitia. Et quando id contingat* n. 51.

52 *Præſcribi res Eccleſiæ non poſſunt minus annorum 40. quantumvis jus civile aliter diſponat, etiam ſi aliter diſponatur à laico Principe.* & n. 53.

53 *Statutum quod præſcriptio currat contra Eccleſiam minori tempore annorum 40. non valet.*

54 *Statutum quod Eccleſia nunquam præſcribat non valet.*

55 *Statutum de præſcriptione debiti nullo modo afficit Eccleſiaſticos.*

56 *Præſcriptio nulla currit contra Eccleſiam ſuper bonis alienatis ſine ſolemnitate Apoſtolica.*

57 *Princeps nullo modo poteſt ſtatuere tempore peſtis, ut Presbyter adminiſtret ſacramenta illis infirmis, &* n. 6. *cum aliis.*

58 *Peſtilentia eſt omnium ægritudinum Regina, quæ immittitur tanquam Divina ultio* num. 59.

60 *Deum tentare videtur qui in loco contagioſo habitare conatur. Commercium cum infectis prohibetur* dict. n. 60.

62 *Lepræ tempore, qui erat morbus contagioſus, ſacerdos ingrediebatur Domum ægroti ad mundandum.*

63 *Curatus non debet obedire legi præcipienti, ut non adminiſtret infirmis peſte infectis fallit ut* n. 66.

64 *Prædicationem non poteſt Princeps impedire.*

65 *Religio, quæ vocatur* de los Agoniçantes, *bene inſtituta propter ejus officium, & finem.*

66 *Princeps bene poteſt impedire ſanos ne aſſiſtant cum infirmis, & curatis illis aſſiſtentibus.*

67 *Peſtis tempore omnia offerebantur, de domo radebantur lapides, & parietes, raſuraque in locum immundum extra civitatem projiciebatur.*

68 *Qui introibat Domum, quamdiu erat immunda, ipſe erat immundus uſque ad veſperam; & qui dormiebat in ea, vel comedebat, lavabat veſtimenta ſua.*

69 *Leproſis propter ſcandalum ſanorum, jure noſtro interdicitur Eccleſiæ ingreſſus.*

70 *Leproſorum filii ſeparantur à parentibus, & debent manere cum ſanis, ne inficiantur.*

71 *Leproſus factus Rector Eccleſiæ, removetur ab adminiſtratione. Et quare* ibi.

72 *Conjux ſana non tenetur habitare in eadem Domo, vel lecto cum Leproſo, ſi adſit mortis periculum.*

73 *Caroli Vomartienſis lex de miniſtrando corpus, & ſanguinem Chriſti leproſis, ſed de habitando cum ſanis, eſt juſta.* dict. n. 72.

74 *Princeps laicus nequit ſtatuere minuendo, vel corrigendo jus divinum, nec ſuper illo diſpenſare* n. 75. & 78.

76 *Reſcriptum principis contra jus naturale, non valet, vel divinum.*

77 *Poteſtas Principis ſuprema ſubjecta eſt divino juri.*

79 *Lex Principis, quæ addit ſupra jus naturale, aut divinum, valet.*

80 *Princeps diſpenſans in jure naturali peccat, & actus eſt nullus.*

81 *Jus civile poterit addi, vel mutari per Principem laicum, dum non offendatur lex Dei, vel naturalis.*

82 *Princeps laicus non poteſt diſponere contra jus civile, quando illud fundatum eſſet ſuper naturali æquitate.*

83 *Princeps diſpenſans in jure civili ſine cauſa, peccat.*

UT ad primam difficultatis partem reſpon- 1
deas, repetes quæ dixi *ſuprà q.* 9. & 10. per alias ſequentes, ubi an Eccleſiaſtici queant collectari. Et ibi *q.* 11. verſ. *ad ſecundam,* an *teneantur illas ſolvere pro introitu Regis. Et dict. q.* 10. an *tempore belli, hoſtilitatis, & peſtis* &c. Quibus ſuppoſitis breviter reſpondeo, ut non teneantur Clerici, & Eccleſiaſtici recipere in propriis ſuæ habitationis domibus, ſeu in aliis etiam ſuis ad mandatum Principis laici, alteriusvè judicis ſæcularis, & hoc etiam ſtante maxima neceſſitate, & graviſſima, ut docet Octavian. Vulpell. *in tract. de libert. Eccleſiaſt.* dicens quod iſte caſus, ſicut alii ab illo congeſti, contra libertatem Eccleſiaſticam, ſunt: ſic *lib.* 2. *à n.* 47. *de libertate Eccleſiaſtica,* nec quod conveniant illi egregio titulo per ſcripta à Martha *de juriſdict. dicta p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 1. & ego etiam *ad quæſt.* 10. expendi non teneri Clericos vigore alicujus ordinis laici, niſi ſtante maxima neceſſitate belli, & ubi bona laicorum non ſuppeterent. Et hoc non niſi per ſummum Pontificem declaretur, vel incertis caſibus, veluti ratione inſtantis periculi, per

Epiſcopum

2 Epiſcopum permittatur, juxta quæ longe dixit
a dicta quæſt. 10. † Et facit littera textus *in cap.* 1.
de Immunitate Eccleſiar. Ubi probant Doctores
congeſti à Barboſa, quod judex laicus non debet
judicare, nec hoſpitium quærere in domibus Ec-
cleſiaſticis. Et præter antiquos Navarrus *de horis*
Canonic. cap. 5. *a num.* 31. Azor. *inſtit. moral. p.* 2.
lib. 8. *cap.* 9. *quæſt.* 7. Ubi cum textus agat de pla-
cito, quid hoc ſit leges, ubi dixi, & expendi late
ſub cap. 1. *de feriis.*

3 Et ſic ex illo textu patet, ut Clerici, & ipſorum
domus non teneantur ad hoſpitandum legatos Prin-
cipis, ſive alicujus Domini, ſive comitis, ſive
Duces militum, aut milites; tum propter immuni-
tatem Eccleſiaſticarum perſonarum, tum vero pro-
pter diſſolutiones, & laſcivias, quæ plerumque
fiunt ab hujus modi militibus, ut per Abbatem *in*
dicto cap. 1. *num.* 1. & 3. Barboſa *n.* 1. & 4. Gre-
gorius Lopez *in l.* 5. *tit.* 6. *p.* 1. Perez *in l.* 11. *tit.* 2.
lib. 1. *ordinam pag.* 52. & *l.* 1. *tit* 3. *eodem lib.* 1. *pag.*
60. & *l.* 27. *tit.* 3. *eadem lib.* 1. *pag.* 109. Flores de
Mena, *variar. lib.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 27. Bonacina
in Bulla cœnæ Domini q. 19. *puncto* 3. §. 1. *num* 5. Fr.
Franc. Coriolan. *in explicat. Bullæ in cœna Domini*
excommunic. 18. verſ. 5. Filiucius *tract.* 16. *cap.* 11.
q. 2. *num.* 351. Modernus *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
caſu 86. *num.* 9. Bellet. *diſquiſit. Clerical. p.* 1. *tit. de*
exemptionibus Clericorum, & *eorundem bonorum à*
muneribus publicis §. 4. *n.* 4. & 5. Martha *de Juriſd.*
p. 4. *cent.* 1. *caſu* 86. *n.* 3. *qui num.* 4. cum Anton. de
4 Butrio *in dicto cap.* 1. *in primo notabili.* † addit quod
executores privatorum non debent habitare in do-
mibus Eccleſiarum, ſicut Comeſtabiles, & gen-
tes armorum, ac proviſionati non debent poni
in Eccleſiis, nec in domibus earum, quam-
quam male contrarium de facto obſervetur Flo-
rentinæ, & contra Bononienſes, qui ponunt
Dominos civitatum, & Tyrannos peſſimos in
Eccleſiis; & quod pejus eſt in mendicantium
Choris, in quibus fiunt omnes diſſolutiones, *ibi*
Abbas *in dicto cap.* 1. *n.* 3. & Innocent. *n.* 2. in
verſ. *ſed nobis alia dicunt.*

5 Et in tantum Doctores firmant hoc procedere,
ut nec prætextu alicujus conſuetudinis illud per-
mittatur hoſpitium, quia ut jam late dixi quæli-
bet conſuetudo longæva, etiam immemorialis mi-
nuens libertatem Eccleſiæ improbatur, ut poſt Jo-
annem Andream, & Anchar. *in dicto cap.* 1. probant
Abbas *num.* 4. Martha *ſub dicto caſu* 86. *num.* 7.
Suarez *de Religione tom.* 1 *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 4. Azor
dict. cap. 9. *quæſt.* 8. dicentes quod judices ſæculares
prætextu alicujus conſuetudinis hoſpitium in Ec-
cleſiarum domibus vindicare non debeant.

6 Nec obſtat dicere quod Prælatus debet eſſe
Hoſpitator pauperum, neceſſaria eis miniſtrare,
atque eleemoſynas maximè mendicantibus vere-
cundis erogare 1. *ad Thim. cap.* 3. ut habetur *in*
ſum. dict. 41. Et quod alii Clerici ſæculares te-
neantur ad hoſpitalitatem juxta textum, ubi Bar-
boſa, & Doctores *in cap. de Monachis de præbend.*
ubi Abbas *num.* 3. & 4. poſt Innocent. juxta mo-
7 deramen prudens, de quo *ibi*, & *alibi* dico. † Nec
quod Salicetus dicit *in l.* 1. *Cod. de Epiſcopis*, &
Clericis per textum in l. neminem cod. de ſacroſanct.
Eccleſ. & Gregor. Lopez *in l.* 51. *tit.* 6. *p.* 1. *in gloſ-*
ſa fin. nempe ut teneantur Clerici hoſpitare in
adventu Principis; eo quod domus, & poſſeſſio-
nes prædictæ erant Principibus obligatæ ad præ-
dictum munus perſonale, & militare hoſpitandi,
antequam pervenirent ad Eccleſiaſticos. † Sed 8
reſpondetur, ut licet prælati, & Eccleſiaſtici te-
neantur erogare eleemoſynas, & hoſpes, paupe-
res colligere. Hoc inquam procedit ex natura offi-
cii, non inquam ex vi legis laicæ per multa quæ
jam *ſupra* dixi; quare Doctores firmant doctri-
nam Saliceti *per dictam l. neminem*, *eſſe contra im-*
munitatem Eccleſiæ, Martha *dicto caſu* 86 *in fin.*
& Doctores ex textu noſtro; imo addo lege etiam
civili *in dict. l.* 1. *cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* eſſe Ec-
cleſiaſticos exemptos a receptione hoſpitum *ibi* in
verſ. *nec hoſpites ſuſcipietis.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Clerici, 9
Eccleſiaſticæve perſonæ teneantur contribuere
quando Princeps invaditur. Ut bene reſponſum
præbeas, repetes dicta *ſupra a quæſt.* 10. & *ibi*
quæſt. 12. cum aliis ſequentibus, ubi de tempore
belli, & magnæ neceſſitatis. Igitur etſi multi di-
xerint, ut Clerici teneantur contribuere, quando
Princeps invaditur ad onera bellica, Innocent.
in cap. 4. *num.* 5. *de immunit. Eccleſ.* Abbas *cap.* 3.
eodem, Ancharran. *conſ.* 96. Chacherran. *deciſ. pe-*
demont. 181. Ubi late tractat hunc caſum, Decian.
in conſ. 14. *num.* 20. *volum.* 1. Nicolaus Feſtaſius *de*
aſtimo & *collectis p.* 4. *a num.* 25. Franciſcus de A-
gelo *in tract. de Jure adoliæ num.* 46. Franciſcus
Arias *in tractatu de bello*, & *ejus juſtitia n.* 185. Gre-
gorius Lopez *in l.* 3. *gloſſa* 10. *p.* 2. Octavian. Vul-
pell. *de libert. Eccleſ. p.* 2. *num.* 30. Remigius de Go-
nis *in tract. de Charitativo ſubſidio quæſt.* 57. Caſa-
neus *in conſuetudinib. Burgundiæ Rub.* 1. *p.* 4. *num.*
26. Benedictus *in cap. Raynucius* in verſ. & *uxorem*
deciſ. 5. Ubi tractat *de ſucceſſione ab inteſtato num.*
473. & *ſequent.* † Et ubi probat Regiæ Franciæ 10
eſſe in hoc privilegio donatum, à ſede Apoſtolica,
fuiſſeque conceſſum privilegium illud ob beneme-
rita à Bonifacio Papa VIII. inducens verba illius
privilegii. Et hanc opinionem probant, eo quod
in caſu urgentis neceſſitatis poſſit Rex bona Eccle-
ſiaſtica capere, ut fecit Joas Rex Iſraël *lib.* 4. *Reg.*
cap. 14. verſ. 14. & 16. verſ. *tollitque omne aurum*,
& *argentum*, & *univerſa vaſa*, *quæ inventa ſunt*
in domo Domini, & *in theſauris Regis*, & *obſides*,
& *reverſus eſt in Samariam.* Aliaque plura exempla
refert Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 10. jux-
ta textum etiam *in cap.* 2. *de immunitate Eccleſiar.*
cap. aurum Eccleſia habet 12. *quæſt.* 2. & *in cap. ſe-*
quenti. † Ubi quod Eccleſia habet aurum, ut 11
eroget publicis neceſſitatibus, & quod gloria Epi-
ſcopi, & pauperum neceſſitatibus providere; ſic
ut ignominia Sacerdotū ſit propriis ſtudere divitiis.
† Imo addunt Doctores in concilio Germacienſi, de 12
quo *in cap. Sancitum* verſ. *de his* 23. *quæſt. ultima*,
deciſum fuiſſe, ut Eccleſia pro bonis ſuis teneatur
ad onera bellica: & ſic rectè *in l. nullus penitus*
Cod. decurſu lib. 12. dico quod Eccleſia in expedi-
tionibus teneatur contribuere, per quem textum
Bartul. dicit quod quando imminet aliquod peri-
culum prædonum, ut poſſint Clerici cogi ad contri-
butionem collectarum, ne ipſi Prædones accenotur,
cum ex hoc etiam Clerici commodum ſentiant.
Item etiam *ex l. fin.* §. *patrimoniorum ff. de mune-* 13
rib. & *honoribus*, *l. jubemus nullam*, *l. neminem ab*
Angariis cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, *l. de his cod. de*
Epiſcopis, & *Clericis*, & *in auth. de Eccleſiaſticis*
titulis §. *ad hac.*

Verum quia jam latiſſime dixi *ſupra à dicta* 14
quæſt. 10. *quæſt.* 11. & 12. *de caſibus*, in quibus
Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur con-

tribuere, & quod nunquam à principe, vel judice
laico queant compelli in perſonis, aut bonis,
etiam patrimonialibus; ideo diſtinguendo tres
caſus reſpondeo breviter, ut quando civitas inva-
ditur à latronibus, & Piratis, tunc Clerici non
teneantur contribuere; quia munus Principis eſt
propriis ſtipendiis latrones, & maleficos extirpa-
re; ex qua cauſa habet à laicis ſubditis tributa, ut
ſcribit late Albertus Brunus *in conſ.* 227. *col.* 6.
Andreas *in conſtit. Regni* incipit *inconſutilem in
princ.* & *in tit. de ſtatutis*, & *conſuetudinibus con-*
15 *tra libert. Eccleſ.* §. *navigia.* † Imo refert ex eodem
Lucas de Pena *in l.* 1. *col.* 7. *cod. ne ruſticani ad
ullum obſequium lib.* 11. quod Catalani, & Hiſpani
faciunt guerram Dominis, quando non habent ju-
ſtitiam ab eis, ut notat Martha *dicto caſu* 10 *num.*
9. advertens ſpectare huc dicta Paridis de Puteo *in
tract. de Syndic. in princ. de quibus ſyndicantur Reges.*
16 † Vel quando invaditur ab hoſtibus, & tunc non-
nulli diſtinguunt, ut ſi bellum ſupervenit ex cau-
ſa civium, Clerici non teneantur, quia ſi civitas
ipſam cauſam dedit, non eſt licitum ex facto illi-
cito gravari habentes immunitatem, ut tenuit
Raphael Cuman. *in l. ſi ex toto ff. de leg.* 1. Ubi
Alex. & Hercul. per textum cum ſui ratione *in l. ſi
merces* §. *culpæ ff.* locati eam recitant, ſed non ſe-
quuntur, quia videtur opinio nimis colorata.
17 Aut etiam quando Princeps invaditur nulla præ-
cedente culpa Principis, aut civium, & tunc
etiam extra cauſas feudales ratione quarum, ut
dixi *ſupra quæſt.*26. & per multa *in cap. cæterum de
judiciis*, Clerici tenentur ad præſtanda ſervitia:
plura repetit idem Martha cum multis *dicto caſu*
10. *à num.* 11. verſ. *num.* 15.16. & 17. ſic cum
aliis probat ex communi opinione, niſi eſſet ne-
ceſſitas magna; id eſt quando notoriè laici non
ſunt ſolvendo; & quod tunc debeat conſuli Ro-
manus Pontifex, niſi eſſet magna neceſſitas, quæ
inſtaret, quia tunc ait, ut late dixi *ſub dicta q.* 12.
ſupra, & *aliis ſequentibus*, Epiſcopus & Clerus
debent determinare contributionem pro rata, cum
ipſis laicis; & quod ſi hoc etiam caſu non con-
cordarent cum laicis, tunc oportere quod Clerus,
& populus principaliter convenirent, & delibera-
rent, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus
approbari. *Clem.* 1. & 2. *de cenſib. cap. ad hoc*
18 *de officio Archidiaconi.* † Quod ſi Clerus nollet;
ſive legitima cauſa, conſentire poſſe, implorari
ait auxilium immediati Superioris Eccleſiaſtici,
ut eoſdem compellat, ſecundum Innocent. Joan-
nem Andream, & Abbatem *in cap. ad minus de im-
munitate Eccleſiarum.* Quod ſi ille Superior nol-
let eos cogere poſſe haberi ad Papam recurſum;
de quo formulario expeditius dixi *à dicta quæſt.*
10.11. & 12. cum aliis *ſub q.*17. ex quibus liquet,
& ex ibi adductis reſponſum ad fundamenta addu-
cta in contrarium.
19 Cumque *ſub dicta q.* 10. *in fine* late ſcripſerim
quanto conatu debeant Principes ſe abſtinere à
collectatione in Eccleſiaſticos, & expreſſerim
mala, quibus ſolent ipſi, & populi immergi, ſi
ſine aſſenſu Pontificio Clericos, & Eccleſiaſticos
collectent ſua propria authoritate, & pluribus
exemplis jam adductis *ſub quæſt.* 14. conſtat, cum
qua liberalitate ſoleant Pontifices Regibus, &
Principibus CHRISTIANIS oppreſſis, præſto
eſſe aſſignando ſubſidia fructuum, & reddituum
Eccleſiaſticorum, & ex nunc relatis parum anti-
quis, præter alia moderna in temporibus hiſce,
videbis quam copioſius ſeſe Pontifices egerint cum
diverſis CHRISTIANIS Principibus. † ſiquidem 20
legimus promptius, & copioſius ex recurſu habi-
to ad Pontificem ſummum anno 1500. cum Cæ-
ſar Maximilianus primus cum Turcis bellum age-
ret, decretum eſſe Auguſtæ mittendam legationem
ad Pontificem Alex. VI. Ut Rempublicam ope,
Conciliogue juvaret: & hac de cauſa proventus
annatarum fuiſſe conceſſos, ut recenſet Sleidan.
lib. 4 Davidi Bruſio Scotorum Regi magna vi au-
ri redempto à ſuis, & in Scotiam, reverſo
Summi Pontificis conſenſu, Eccleſiaſticorum red-
dituum decimam partem fuiſſe donatam, Hector
Boethius *lib.* 15. † Et cum Veneti bellum gere-
rent contra Bajazet. Regem Turcarum, Alex.VI. 21
Pontif. Max. omnium proventuum, quibus Sa-
cerdotes in Imperio Reipublicæ fruerentur, ter-
tiam partem Venetis conceſſerit Cardinalium, Sa-
cerdotum exceptis Bem. *lib.* 5. *Hiſtor. Veneta.* † Et 22
quod idem Pontifex in uſum belli Gallici omnem
pecuniam, ſedis Apoſtolicæ authoritate in Hiſpa-
nia belli Sacri nomine, quod *cruciatum* appella-
runt coactum Neapolitano Regi conceſſit, ut
tradit Guiccian *lib.* 1. † Item Leo X. permiſſit 23
Franciſco Regi Franciſco ut in Gallia citeriore,
& ulteriore Sacerdotorum redditus, binis, deci-
mationibus decimaret, ut ſcribit Sabelicus *lib.* 6.
† Et Paulus III. Pontifex in bello Germanico con- 24
tra Proteſtantes anno 1546. permiſit Carolu V.
Imperatori dimidiam partem bonorum Eccleſiæ
ſumere per Hiſpaniam, & ex annuis proventibus
Monaſteriorum Hiſpaniæ divendere, donec ad au-
reorum millia quingenta conficeret, ea tamen
lege, ut de ſuis bonis tantundem illis invicem op-
pigoraret Sleidanus *lib.* 17. quæ omnia referet
Martha *dicto caſu* 10. *num.* 20. alia præteriens. Ex
quibus jam recte videtur quam præſto ſi cauſa ad-
eſt juxta ſunt Pontifices in ſobveniendo publicis
neceſſitatibus, ex redditibus Eccleſiaſticorum, non
alias Reges ex ſuo marte exculpentur in prætenſa
imponendarum contributionum Eccleſiaſticis ſua
propria authoritate, quod nunquam licuit, nec li-
cere valet ex antea dictis *ſupra.*
Imo D. Joannes de Solorzano *emblema* 41. poſt. 25
quam plures caſus narravit de Principibus donan-
tibus Eccleſiæ innumeras ædes Sacras, & Mo-
naſteria conſtruendo, & dotando, item &
alios, per quos propria authoritate Reges argentum,
& aurum Eccleſiarum invadentes, Divinitus
fuerunt puniti *num.* 27. concludens illa omnia
procedere contra Principes, qui per avaritiam, aut
nulla, aut non ſatis gravi neceſſitate premente
propria manu, & authoritate hos Eccleſiæ The-
ſauros convaſant, & in profanos uſus Sacrilega
præſumptione convertunt. † Et addens, ut ſi ita 26
urgens caſus emergat, quod non aliter, quam hoc
verum Eccleſiaſticarum ſubſidio Reges, & ſibi,
& ſuis Regnis, ac Vaſallis ſuccurrere poſſint, uti-
que hoc eis ab Eccleſiaſticis denegandum non eſſe,
ut exemplo eſſe Joas, & Eccleſiæ Sacra pagina
admonet *in l.* 3. *Regum c.* 15. & *lib.* 5. *c.* 12. † & 27
lib. 4. *cap.* 18. Sed ut Lytan. & Abulenſis Mon-
con. *in ſpeculo Princip.* aliique expoſitores ex-
poſcant quatuor ad hoc conditiones, prima ut
prius Rex ſui ærarii; atque etiam patrimonii
vires excutiat. Secunda ut non abſque prælato-
rum, & Eccleſiaſticorum aſſenſu in Sacra manum
injiciat, de quibus jam latè dixi *ſub dicta q.* 12. 13.
& 14. Tertia ut vaſa aurea, vel argentea, quæ
Sacro

Sacro altaris myſterio, aut etiam miniſterio próximè deſervierunt, prius conſentur, quam Regiis quæſtoribus attrectari ſignantur. Quarta ut Rex, qui ſe ejuſmodi bonis juvare prætendit tantundem in genere ſuo, quam citius potuerit rediturum ſub idonea cautione, ſeu fidejuſſione promittat.
28† Et quod Mariana *in hiſtoria Hiſpaniæ lib.24. cap.* 8. dicat Theologos, & Juriſprudentes congregatos in Curiis Metimnæ Campenſi anno 1475. Conſilium præſtitiſſe Regibus Ferdinando, & Eliſabethæ, contra Alfonſum Portugalliæ Regem bellum parantibus dicendo dictum ſubventionem eis licitam eſſe, ex multis aliis confirmans So-
29lorzano *emblema* 41. *à n.* 28. † Ubi *num.* 35. adducit illud Bonifacii Epiſcopi, & Martyris apophthegma ſoliti dicere *olim Sacerdotes aurei utebantur Calicibus ligneis, nunc lignei Sacerdotes utuntur Calicibus aureis.* Et de alio docto, & pio aliud ſimile refert *quondam erant CHRISTIANORUM templa obſcura, & corda Lucida, nunc templa ſunt Lucida, corda vero obſcura.* Plurima ante Solorzanum congeſſit legenda omninò noſtro Hiſpano idioma D. Didacus da Sahabedra Fajardus, emblema *hic tutior à fol.*169. idem Solorzanus plura in Principes avaros, *emblema* 40. & *emblema* 82. 83. 84, 85. & 86. Ubi de tributis imponendis, & quo moderamine apud quem, ſi legas infinita reperies ex bonis litteris curioſa, & altiora; & ſic non amplius immoror.

30 Ad tertiam quæſtionis partem, an Eccleſiaſtici teneantur homagium præſtare Principibus, aut Prælatis ſuperioribus ratione ſpiritualitatis: plura de homagio dixi *infra in cap.* 4. & 5. *de Jurejurando*, item, & de Juramento fidelitatis ratione Vaſallagii, aut feudi *in cap.* 14. *eodem tit.* & *in cap. cæterum de judiciis.* In quibus locis expendi quid ſit homagium, quid fidelitas, quid homagium ligium; de quibus, & aliis dixit ad propoſitum quæſtionis noſtræ Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 43. ubi *à num.* 9. & 10. dicit quod homagium dicitur ſpecies ſervitutis temporalis.
31† Et quod eſt Simonia præſtare homagium pro rebus ſpiritualibus.

32 Et ſic *num.* 8. reſolvit quod Eccleſiaſtici non tenentur præſtare homagium ſuperioribus Eccleſiaſticis ratione ſpiritualium, comprobans etiam ex aliis *à n.* 11.

33 Qui etiam *à n.* 15. dicit etiam cum multis quod Eccleſiaſtici non tenentur illud præſtare Principibus laicis ratione bonorum temporalium, cum ea
34bona ſint in Eccleſiam tranſlata. †Item nec Juramentum, quod præſtatur (ratione) originis puta
35quandu aliquis ſuccedit ad bona. † nec Juramentum quod præſtatur ratione familiaritatis, domaſticitatis, habitationis, vel longæ habitationis in ſua terra, quia omnes iſtæ Juramentorum ſpecies ſapiunt naturam ſervitutis, à qua libera ſunt bona Deo conſecrata, & facit doctrina Felini *in cap.*
36*non minus num.* 7. *de accuſation.* † Eſt enim Eccleſia libera, & mater libertatis, & ſic ejus miniſtri debent eſſe liberi, ut firmant Doctores *in cap. veniens de accuſat.* Corſetus *in cap. grandi de ſupplenda neglig. prælator. num.* 150. *in fine*, ubi reſpondet contrariis, Philippus Probus *in tractatu de Jure regular. q.* 1. *n.* 4. Abbas *in cap. ex diligenti de Simonia per illum textum.*

37 Sed hæc doctrina fallit in feudis, quia ut Doctores latè agnoſcunt per textum *in cap. unico* §. *verum de ſtatu regularium lib.* 6. *Eccleſiaſtici*, tenentur præſtare Juramentum fidelitatis feudi ratione, quia ut latè dixi *in dicto cap. cæterum de judicii*, & *in dicto cap.* 14. *de Jurejur.* dum conceditur feudum opus, eſt ut concurrant omnia requiſita cum ſubſtantia feudi, ſit fidelitas, & Juramentum fidelitatis, arguat rem eſſe feudalem, Afflictis *deciſ.* 80. *num.* 8. & *in deciſ.* 320. *num.* 4. Andr. *in cap.* 1. *ex quib. cauſ. feud. amit.* & *in cap.* 1. §. *ſimiliter de capit. qui cur vendidit*, Curtius Junior *de feud. p.* 1. *q.* 6. *princ.* Abbas *in conſ.* 82. *n* 6. *p.* 1. Ruinus *conſ.* 42. *n.* 1. *vol.* 1. Jaſon *in præludiis feudor. n.*28. cum aliis per Menochium *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumptione* 91. *n.*46. Et hæc quia à Pontificibus ſic eſt ſtabilitum, ut jam *ſupra* dixi.

Ad quartam quæſtionis partem an repreſſaliæ 38
poſſint concedi per laicos Principes contra Eccleſiaſticos. Sunt repreſſaliæ quando civis alicujus civitatis derobatur, vel damnificatur in territorio alterius, & illo civitas non facit ſibi fieri reſtitutionem, tunc civitas ſua concedit ſibi licentiam capiendi perſonas, & bona illius civitatis, in qua derobatus, vel damnificatus eſt, præmiſſis quibuſdam ſolemnitatibus, quas refert, & ponit Albericus *in tract. de ſtatutis p.* 1. *q.* 53. *ſub tit. de repreſſaliis num.*1. †39
Et quod repreſſaliæ ſint dumtaxat, quando pignoratur alter pro altero, ſive in perſona, ſive in bonis firmant Andreas Gailius *in lib. ſingulari de pignor. obſerv.* 2. *in principio*, Mynſing. *cent.*6. *obſerv.* 1. *in princ.* Afflictis *in conſtit. Regni*, incipit *pacis cultum n.* 53. Martha cum aliis *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. latè expendens *caſu* 41. † qui *num.* 1. ait 40
cum Bart. Lucas de Pen. & aliis repreſſalias ſatis à bello differre, ſiquidem illæ exercentur inter privatos, quando unus pro alio, vel res unius pro alterius apprehenditur, ut dicit textus *in cap.* 1. *de injuriis lib.* 6. ubi DD. textus *in l. unica cod. ut nullus ex vicaneis lib.* 11. & Bart. *in tract. de repreſſaliis q.* 1. *n.* 2. dicit quod repreſſaliæ multum latè accipiuntur.

His ergo breviter ſuppoſitis, jam ad dubium 41
reſpondeo, ut cum Doctores dicant *in dicto cap.* 1. *de injuriis lib.* 6. repreſſalias eſſe prohibitas de Jure civili, gentium, divino, & de Jure canonico, ut ex multis comprobat etiam Martha *dicto caſu* 41. ideo in caſu noſtro nullo modo concedendas eſſe repreſſalias à laico contra Clericos, ſic ut eas contra Clericos exercentes incidant in Bullam cœnæ Domini, ut probant Stephan. Aufrer. *in tract. de poteſtat.* Eccleſiaſtica in ſæculares *n.* 86. de quo latè Martha *de Juriſd. p.* 2. *cap.* 15. & Guido Papa *in deciſ.* 34. neſcit reſpondere ad textum *in dicto cap.* 1. tandem dicens non habere locum in Clarico debitore fugitivo; ſed ait Martha *dicta* 4. *p. dicto caſu* 43. *num.* 27. hoc non eſſe reſpondere ad illum textum; & quod nec valeat reſponſio Franciſci Marti *deciſ.* 359. *p.* 2. *num.* 1. dicentis quod loquitur de debito alieno, ſecus de debito proprio, quia hoc eſt violare illius literam, quæ generaliter loquitur; imo ait Martha quod ex defectu Juriſdictionis, non poſſunt laici; & quia regulariter ſunt prohibitæ, & odioſiſſimæ; ideo non dabeant extendi ad Clericos.

Imo notant Doctores de Jure quod imponen- 42
tes repreſſalias, incurrunt excommunicationis ſententiam, eaſque concedentes contra perſonas Eccleſiaſticas, vel eorum bona, niſi intra menſem, vel extenſione abſtinuerint, & revocaverint. Sin autem concedens, & imponens ſit univerſitas ſupponitur interdicto, Silveſter verbo *excommunicatio* 9. *num.* 62. *caſu* 32. Navarr. *in manuali*

cap. 27.

*cap.*27. *num.* 136. Rayner. *in Catalogo cenſurarum extra Bullam cap.* 7. *excommunic.* 9. Lavor. *de indulgent. p.* 2. *cap.* 13. *num.* 19. Bonacina *de cenſur. extra Bullam diſp.* 2. *quæſt.* 2. *puncto* 22. Filiucius *tract.* 14. *num.* 53. verſ. *decima tertia*, & *num.* 66. Gamba *de caſibus reſervatis cap.* 10. & 17. Barboſa *dict. cap.* 1. *de injuriis lib.* 6. *num.* 4. & videndus *in paſtorali p.* 3. *allegatione* 50. *n.* 218. ſecun-
43 dum Lugdunenſ. impreſſionem. † Et addit Martha *dicto caſu* 43. diſpoſitionem *dict. cap.* 1. *de injuriis* eſſe ad prohibendas repreſſalias contra Clericos; Et quod nullo modo concedantur à judicibus Eccleſiaſticis: nam cum laici nihil Juriſdictionis poſſent in Clericos exercere *ex hoc noſtro textu*, & *auth. ſtatuimus, cod. de Epiſcopis*, & *Clericis*, quid mirum, ut ex jam longe ſcriptis *à q.* 1. Ut nulla in illis eſſet ratio dubitandi; ſicque ejus diſpoſitionem pertinere ad obſervantiam canonici Juris, ut firmavit Jacobus à Canibus contra Bartol. *in tract. de repreſſaliis p.* 2. *in principio*, ubi dicit hanc tenere communiter Canoniſtas *in dicto cap.* 1.

44 Eſt enim ratio, quia ut *ſupra* dixi hæ ſunt omni Jure prohibitæ, civili, & canonico, ut patet *ex dicto cap.* 1. *de injuriis*, ibi *tanquam graves legibus*, & *æquitati naturali contrariæ civili ſunt Conſtitutione prohibitæ ut tamen earum prohibitio* &c. Nec debet valere Jacob. à Canibus *in dicto tract. de repreſſaliis p.* 1. *n.* 19. reſponſio dicentis illum textum procedere in caſibus ſpecialibus; ſed regulariter ipſas repreſſalias eſſe permiſſas, quia ille textus generaliter prohibet repreſſalias in Clericos. Ergo generaliter debet intelligi illa indefinita, ex qua fit Juris canonici diſpoſitio. Et probatur conſequentia ex doctrina Covarruv. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 13. *num.* 9. Nam ait ut ex quo inferimus univerſalem orationem neceſſario opus ſit dicere illam indefinitam orationem fuiſſe per legislato-
45 rem univerſalem intellectam. † Ex quo infert Martha *dicto caſu* 43. cum Baldo, & Gailio, ut ex quo Pontifex *in dicto cap.* 1. dixit repreſſalias eſſe Jure civili prohibitas, & propterea univerſaliter eſſe Jure civili prohibitas; quia cum ſint etiam de Jure naturæ prohibitæ, debent inquam omni Jure civili, & Canonico prohiberi, tum propter injuriam factam hominibus, tum propter peccatum, juxta doctrinam textus *in c. inde* 2. *q.* 4. & *in cap.* 2. 27. *quæſt.* 3. & *de Jure Divino cap.* 18. Ezechiel. & Math. *cap.* 21.

46 Nec his obſtat textus communiter allegatos *in cap. Dominus noſter* 23. *quæſt.* 3. & D. Thom. *in* 22. *q.* 40. *art.* 1. quibus nonnulli contendere poſſunt repreſſalias eſſe Jure Divino permiſſas; quia reſpondeo textum illum, & D. Thom. alioſque loqui de bello publico, ut cum aliis explicat Martha *de juriſdict. p.* 4 *caſu* 40. & *caſu* 41. *à num.* 17. Ubi infert errare Jacob. à Canib. *in dicta p.* 1. *num.* 15. Ubi voluit probare repreſſalias eſſe permiſſas de Jure gentium per textum *in l. omnes populi*, & *in* §. *quod vero inſt. de Jure naturali gentium*, & *civili*, quia hic non loquimur de bello publico (de quo alibi plura notavi) in quo fiunt captivi illo Jure §. *ſed naturalia inſt. de Jure natural. gent.* & *civil.* ſed de repreſſaliis; quæ inter privatos tantum exercentur, & quarum vigore alter punitur, & arreſtatur vel in perſona, vel in bonis, & Bartol. *in tract. de repreſſaliis in princ.* quidquid Zaſius dixerit *in l.* 2. §. & *ita legens quaſdam ff. de origine Juris*, & probans repreſſalias cœpiſſe frequentari à tempore, quo imperium jaceret poſtratum per tempora multa, & Reges, & Principes, ac etiam civitates maximè in Italia, ſaltem de facto dominium in temporalibus non agnoſcerent, propter quod de injuſtitiis ad ſuperiorem non poſſet haberi regreſſum.

Si enim repreſſaliæ eſſent permiſſæ liceret uni- 47
cuique ſine judice ſe vindicare contra titulum, & nemini liceat, & caperentur liberi homines contra formam Juris *ex l. qui filios ff. quæ res pignori obligar. poſſ. l. obeſt cod. de actionibus*, & *obligat.* ut *etiam de Jure canonico*, quo diſponitur hominum liberum capi non poſſe ex textu *in c.* 2. *de ſolutionib.* Juxta quæ longè expendi *ſub cap.* 9. *de Jurejur.* & ſic optimè illo Jure prohibitæ ſunt *ex dicto cap.* 1. *de injuriis lib.* 6. *ſicut de Jure Civili in auth. ut non fiant pignorationes*, & *auth. ſed omnino, Cod. ne uxor pro marito*, & *toto titulo cod. ne filius pro patre*, & *l.* 1. *Cod. ut nullus ex Vicariis lib.* 11. & *l. unica Cod. de probib. ſequeſt. pecuniæ*, multis rationibus comprobat Martha *dicto caſu* 41. *à num.* 29 ubi *num.* 22. reſpondet Bartulo *de repreſſaliis quæſt.* 1. *num.* 3. Ubi dicit quod ſunt permiſſæ de Jure civili, quando gens, & populus requiſiti negligunt facere juſtitiam, & Jacob. à Canib. *dicta p.* 1. *num.* 16. † Ubi quod quando copia 48
judicis haberi non poteſt; licet nobis ipſis Jus dicere, *ex l. ait prætor* §. *debitorem ff. quæ in fraudem credit*, *l. creditores Cod. de pignorib.* quia ut probat Mynſing. *in obſervatione* 2. iſti ſunt caſus ſpeciales, in quibus repreſſaliæ ſunt permiſſæ, & faciunt quæ dixi *in cap. olim. de reſtit. ſpoliat.* & Franciſcus Marcus *deciſ.* 767. *n.* 5. *p.* 1. dixit ut cum hoc remedium ſit odioſum ad evitandum ſcandalum, non ſemper debeat relaxari, niſi in defectum juſtitiæ.

Alia inquam pleraque poſſent hic adduci de re- 49
preſſaliis; ſed quia jam quod ad difficultatem ſpectat dictum eſt; ideo tractatum de repreſſaliis leges longe agentes de repreſſaliis eundem Bartol. & Jacob. à Canibus, Tyraquellus *in l. ſi unquam verbo ſuſceperit liberos n.* 147. *Cod. de revocand. donationib.* & quo tempore duret Jus agendi ad repreſſalias ipſe Tyraquellus *de retractu lineag.* §. 36. *gloſſa* 2. *num.* 41. Joannes Baptiſta *de remediis ſubſidiar. remedio* 17. *ex num.* 9. Sebaſtian. Naevius *in auth. ut non fiant pignorationes coll.* 5. *num.* 4. Covarruv. *in regula peccatum p.* 2. § 9. *n.* 5. *verſ. hinc denique*, Silvan. *conſ.* 34. *ad finem*, Peguera *deciſ.* 11. Bonacina *commun. crimin. p.* 2. *verb. repreſſalia pag.* 67. Gregor. Lopez *in l.* 15. *verb. in otros tit.* 10. *p.* 7. Perez. *in l.* 6. *tit.* 16. *lib.* 8. *ordinam pag.* 330. Azebed. *in l.* 6. *n.* 1. *tit.* 12. *lib.* 8. *novæ recopilat.* Valdeſius ad Suarez *p.* 2. *pag.* 93. Victoria *in relectione de Jure belli num.* 41. Henriquez *in ſumma lib.* 13. *cap.* 43. §. 5. *litt.* G. & alii *ſub tit. de bello*, Martha *dicto caſu* 41. *p.* 4. *de juriſdict. cent.* 1. Ubi fin. cum Bartulo *de repreſſaliis quæſt.* 2. Martin. Lauden. *in ejus tract. n.* 7. Franc. Marc. *dict. deciſ.* 767. *p.* 1. *num.* 5. † ait repreſſalias 50
concedi ſolum in caſum neglectæ, vel denegatæ juſtitiæ per Superiorem judicem ipſius rei, vel ſi fieret maxima, & notoria injuſtitia, Paris. de Puteo *in tractatu de ſyndicatu* in verbo *quidam*, & Jacob. de Canibus *dicto tract. de repreſſal. num.* 20. † Sed advertit non eſſe ſuperiores judi- 51
ces Eccleſiaſticos, qui omnibus petentibus poſſunt facere juſtitiam, & injuſtitiam quamlibet revocare, cum ſupra Epiſcopum, ſint Archiepiſcopus Patriarcha, & Summus Pontifex, quaſi dicat non illico ex denegata juſtitia à judice ordinario laico,

aut

aut Eccleſiaſtico repreſſalias permitti, ſed in eo ſo-
lo caſu, ut judex deficiat ad quem oppreſſus
queat recurrere.
52 Ad quintam quæſtionis partem an Jura diſpo-
nentia præſcriptionem mobilium, vel immobi-
lium, item actionom, ut præſcribantur braviori.
40. annorum, comprehendant Eccleſias, vel Ec-
cleſiaſticos. Et quia latiſſimè *ſub tit. de præſcriptio-
nibus* egi de hac præſcriptione quadragenaria *in
cap.* 3. *& in cap. de quarta* 4. *item in cap.* 7. *de
præſcript.* quibus liquet oon minus annis 40. res
Eccleſiæ præſcribi, quantumvis Jus civile aliter
diſponat, ut dixi *ibi in Rubrica*, *& ſub tit.* Ideò
breviter ad hanc difficultatem reſpondeo legem
Principis laici imperantem aliud, nillius eſſe mo-
menti, cum vellet diſponere contra res, & perſo-
53 nas exemptas divino, & Canonico Jure. † Et ſic
fieri, ut ſtatutum, quod contra Eccleſiam præſcri-
ptio currat minori tempore quadraginta annorum
non valeat, cum tendat in derogationem Jurium
Eccleſiæ, uti firmaruot Bald. *conſ.* 450. *volum.* 3.
Ancharran. *in conſ.* 258. *ſupra dictum ſtatutum*
Tyraquellus *in tract. de præſcript. gloſſa* 10. §. 1.
Joannes Andreas *in cap.* 1. *de Jure patron. lib.* 6.
in nobili Bovius *in tract. de ſtatutaria urbis præ-
ſcriptione gloſſa* 19. *num.* 200. Martha *de Juriſdict.*
54 *p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 48. † qui ut ſic reſolvat *num.* 28.
& 29. cum Bald. *in Rub. de conſtitutionibus*, &
Octaviano Vulpellio *in tract. de libert. Eccleſiaſt.
num.* 2. *p.* 2. dixit non valere ſtatutum, quod Ec-
cleſia nunquam præſcribat; *& num.* 32. cum Bar-
55 tulo, & alus. † Ut ſtatutum de præſcriptione de-
biti nullo modo afficit Eccleſiaſticos, de quibus
dixi *in cap.* 1. *&* 2. *in fine*, *& ſub dicto cap* 4. *de
præſcript.* antea *à num.* 1. tradidit. conducibilia ad
materiam textus *in dicto cap. de quarta*, *cap. cum
cauſam* 7. *de præſcript.* Ubi agitur de hoc quadra-
genario tempore.
56 Ad ſextam quæſtionis partem, quia itidem Mar-
tha *de Juriſdictione p.* 4. *cent.* 4. *caſu* 94. pleniſſimè
ex multis Juribus, & doctrinis reſolvit nullam
præſcriptionem currere contra Eccleſiam ſuper
bonis alienatis ſine ſolemnitate Apoſtolica per ex-
travag. ambitioſæ, ſecus ſit de Jure communi,
quod non cenſetur correctum circa validitatem
contractuum antea celebratorum; ideò ad illum
recurres, & ad proximè notata ſub verſ. *ad quin-
tam*, & ad ea, quæ latè ſcripſi *ſub dicto tit. de præ-
ſcriptionib.* ubi reperies plura conducibilia pro ex-
planatione hujus dubii, item ad textum *in cap.
nulli*, & titulum ibi *de rebus Eccleſ. alien. vel non.*
57 Ad ſeptimam quæſtionis partem ao Princeps
poſſit impedire presbyterum à Sacramentorum
adminiſtratione tempore peſtis. Pro reſolutione
hujus dubii conducunt quæ *ſupra* dixi *q.* 21. 22.
an Princeps poſſit ſtatuere ſuper impedimentis
matrimonii &c. Cum ergo latiſſimè dictum jam
ſit *à quæſt.* 1. nullo modo poſſe laicos Principes
ſtatuere in præjudicium bonorum Eccleſiæ, ſive
Eccleſiaſticorum, quanto minus poterit ſtatuere
impediendo, ut tempore peſtis Presbyter, ſeu Sa-
cerdos adminiſtret Sacramenta illis infirmis.
58 † quia etſi peſtilentia ſit omnium ægritudinum
Regina, *cap. ſicut de ſimonia*, *& plaga Dei*, ejuſ-
que virga nuncupetur *Exodi cap.* 9. *levit. cap.* 26.
deuteronom. cap. 28. *Reg. cap.* 24. *&* 1. *paralipomen.*
59 *cap.* 21. *& Ezechiel. cap.* 6. *cap.* 4. *& cap.* 33. † ideo-
que dixerint Bartol. & Doctores *in l. naturaliter
ff. de uſucapionib.* Anton. de Butrio, Abbas, & Fe-
linus *in cap. ex tranſmiſſa de præſcript.* eam tan-
quam Divinam ultionem immitti, cui humanæ
vires reſiſtere non poſſint. † Deumque tentare 60
conatur, qui in loco contagioſo habitare conatur,
ut dicit Abbas *in cap. dilecti de dolo*, *& contumacia*,
indeque prohibeatur, ne quis cum infectis ha-
beat commercium; imo eos ipſos infectos, ſeu
ſuſpectos de ſuis domibus ejici mandent, eorum-
que bona mobilia contaminata comburi, ut fuit
judicatum in Regio criminali Conſilio Cataloniæ
die 24. Maij 1583. de quo Ludovicus à Peguera
fecit deciſionem *cap.* 85. † Nihilominus in puncto 61
dubii noſtri non eſt admittendum, nam eſſet pro-
hibere ne presbyteri præſto eſſent, ut ex officio
debent ad procurandum per Sacramenta pœniten-
tiæ, & Euchariſtiæ, atque extremæ unctionis in-
firmos ſuccurrere, ad aſſequendam in æternam
vitam ſalvationem eorum. † Et ſic patet ex le- 62
vitico *cap.* 14. quod tempore lepræ, qui erat mor-
bus contagioſus Sacerdos ingrediebatur leproſi do-
mum ad mundandum, vel judicandum, nec ex-
pellebatur. Et ſic multominus debeat impediri
Sacerdos legis gratiæ, & Evangelicæ à prædicto
obſequio infectorum. † Et ſic D. Thomas *in* 1. 2. 63
quæſt, 96. *art.* 4. *ad ſecundum*, *& in* 2. 2. *quæſt.* 60.
art. 5. *ad primum*, dixit ut curatus non tenentur
obedire illi ſæcularium legi, quia oportet magis
obedire Deo, quam hominibus. † Et ideo idem 64
D. Thom. *in quodlibetis quæſt.* 18. *art.* 28. dicit
Principem non poſſe impedire prædicationem;
nam per talem legem Deus magis ad furorem, &
iracundiam provocaretur, cum multi in neceſſita-
te ſpirituali morientes, ſine auxilio damnaren-
tur. † Imò idem S. Thomas *in* 2. 2. *quæſt.* 188. 65
art. 2. *& art.* 4. Ut ad obſequium infectorum poſ-
ſet hodie aliqua Religio inſtitui; ad quod officium
nimis pium poteſt reduci religio de novo jam in-
ſtituta, quæ vocatur *de los agonizantes.* † plura 66
adducit Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 73.
qui etiam *à num.* 10. *limitat.* Ut quod tempore
peſtis poteſt Princeps impedire curatos, & aliis
miniſtrantes infectos à ſanorum commercio, ut
probatur *num. cap.* 5. *& levit. cap.* 13. *& cap.* 14.
Ubi etiam habetur *in cap. hoc ipſum* 33. *q.* 3. Ubi
habetur lex de ſeparatione Leproſi à Caſtris, ne
contaminet ea; *& levit. cap.* 14. Domus leproſi
claudebatur diebus ſeptem. † Quo tempore om- 67
nia efferebantur de domo, radebantur lapides, &
parietes raſura in locum immundum extra civi-
tatem projiciebatur. † Et demum ſi quis piam do- 68
mum introiiſſet quamdiu erat immunda, immun-
dus erat uſque ad veſperam & qui dormiebat in
ea, vel comedebat, lavabat veſtimenta ſua, ubi
Anton. da Tonſeca *in addition. ad commentar.
Cajetani* probat hanc legem fuiſſe juſtiſſimam.
† Et facit etiam Jure noſtro, quia leproſis propter 69
ſcandalum ſanorum interdicitur ingreſſus Eccleſiæ,
ut *in cap. de rectoribus*, ubi Abbas, & cum
multis Barboſa *de Clerico ægrotante*, quod magis
prævalet in peſtilentia, & contagio. † Et Silveſter 70
in ſumma verbo *lepra num.* 3. *in fine*, quod filii
leproſorum ſeparantur à parentibus, & debent
manere cum ſanis, ne inficiantur, & ex dicto *de
Rectoribus cap. tua illo tit.* & ex D. Thoma *in* 2. 2.
quæſt. 108. *art.* 4. *ad ſecundum*, *& in* 3. *p. ſumma di-
cta quæſt.* 82. *art.* 10. *ad tertium.* † Ubi Doctores 71
communiter dicunt quod ſi Rector Eccleſiæ le-
proſus factus fuerit, removetur ab adminiſtratione,
ne propter abominationem, & terrorem con-
tagii, ſani deterreantur, danduſque ſit ei coadju-
tor. † Imò D. Thomas, & communiter alii com- 72
eo

Digitized by Google

eo dicunt quod conjux ſana noo tenetur habitare
in eadem domo, vel lecto cum Leproſo, ſi immi-
neat periculum probabile mortis, vel ſimilis in-
fectionis, ut poteris etiam comprobare ex his,
quæ Doctores notant *ſub tit. infra de conjugio le-
proſorum.*

73 Hæc enim differuot, ut patet à primo caſu, in
illo inquam militat ratio divinæ, & naturalis legis,
ut infirmi eo contagio non pereant ſine Sacramen-
ti ſulatio. In hoc ſecuado caſu non ſic, imo è
contra militet alia lex naturalis de communi ſa-
lute tuenda, cuſtodiendaque à periculo contagii,
& infectionis; quare optima diſpoſitio fuit illa
Caroli Vomartienſis, qui *in cap.* 31. ſic cavit ſe-
quentibus verbis *Leproſi ſi fideles fuerint Dominici
corporis, & ſanguinis participatio tribuatur, cum
ſanis autem eis convivia celebrare non permittatur.*
Ad quod eſt celebris diſpoſitio *cap.* 1. & ibi gloſſa
de conjugio leproſorum, ubi Abbas, & Barboſa cum
multis. Eſt enim ſeparandus à converſatione le-
proſus, etiam à commercio ſanorum propter hor-
rorem, Abbas *in cap. 2. de Eccleſ. ædificandis*, *ap-
plicabis dicta infra q. 46. in fine.*

74 Ad ultimam quæſtionis partem, an poſſit laicus
ſtatuere minuendo, vel corrigendo Jus divinum.
Et ſuppoſitis quæ dixi *ſupra q. 1. in Rub. de firmi-
tate legis naturalis, & divinæ*, item *ſub tit. & Rub.
de ſumma Trinit. & fide Cathol.* & quæ dico *infra
in cap. fin. de conſuetudine*, & quæ dixi *ſupra in
cap. translato Sacerdotio*, & ibi *quæſt. fin.* Ubi de
abrogatione, ceſſatione, ſive derogatione legis;
item & quæ latè dixi *in cap. 12. de judiciis*, ubi
de interpretatione legis dubii &c. Et licet multi
Doctores, ut reſolvant præſens dubium agant
etiam de prædictis; ideo illis viſis, & conſideratis
breviter reſpondeo ad dubium dicendo, ut etſi
nonnulli exiſtimaverint poſſe ſuper Jus divinum
tendens ad res temporales, ut *in cap. quæ in Eccle-
ſiarum 7. hoc noſtro tit.* quia in ipſis habent Prin-
cipes temporales Juriſdictionem juxta plura, quæ
75 adduxi *in cap. novit. à quæſt. 1. de judiciis.* † Tamen
in ſpiritualibus certum eſt, ut nec Princeps, nec
judex laicus queant ſtatuere, cum ſolum ſpectet
ad Pontificem, Abbas in *dicto cap. 7. à n. 9.* Felinus
n. 3. & à num. 16. Decius *à n.* 43. Stephanus Au-
frerius *de poteſt. ſæcular. in Eccleſiaſt. Reg. 4. limita-
tione* 47. Martha abunde *de Juriſdict. p. 4. caſu* 93.
n. 1. & 2. & ibi *à num.* 3. Ubi firmaos doctrinam
quod Pontifex Summus poteſt conſtituere de-
clarando, limitando, atque diſponendo ſuper
Jure divino plures modos dicendi, ex D. Thoma,
Scoto, Ricardo, & aliis proſequitur uſque ad
num. 20.

76 Et quod Principes laici noo poſſint ſuper Jure
divino diſpenſare, eſt gloſſa *in l. fin. cod. ſi contra
Jus, vel utilitatem publicam*, & ibi Salicetus *in
princ. gloſſa 1. in fine in l. quoties cod. de precibus
Imperatori offerendis*, quam omnes ſequuntur ibi
& Felinus *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum 7. hoc
77 tit. à num.* 26. ibi Imola *n. 2. &* 3. † Ubi Archi-
diaconus *num.* 7. dicit quod non valet reſcriptum
Principis contra Jus oaturale, vel divinum, quia
inferior non poteſt contra legem ſuperioris *ex l.
nam & Magiſtratus ff. de arbitris*, ut reſpondet
78 Jaſon. *conſ. 145. n. 3. volum.* 2. † Cum ergo nulla
ſit major authoritas, quam lex æterna, ut probant
Baldus *in l. 2. num. 4. cod. de ſervit. & aqua*, & Cal-
caneus *in conſ. 53. num.* 14. ſequitur ut ſuprema
Principis poteſtas ſit ſubjecta Divino Juri, *cap.
ſunt quidam* 25. q. 1. per quem textum ita conclu-
dit Felinus *in cap. in cauſis in princ. de re judicata,
& ex cap. 1. 25. quæſt.* 1. per quem Lucas de Penn.
in l. fin. num. 57. cod. de locat. præd. civil. lib. 11.
Curtius Junior *in l. imperium num. 53. ff. de Juriſ-
dict. omnium Jud.* & Jaſon. *in conſ. 105. in fine
volum.* 1. Ergo non eſt cur poſſit laicus Princeps
contra Jus divinum diſpenſare, & derogare, ex
pluribus concludit *dicto caſu* 63. † qui admittit, 79
ut conſtitutione Principis, quæ addit ad ipſum
Jus divinum valeat per multa, quæ dixit antea
p. 3. cap. 9. dicens non dici legem naturalem mu-
tari per additionem; imo fuiſſe aliquando neceſ-
ſarium, cum lex Divina fuiſſet obſcurata per pec-
catum, atque vitiata ad occurrendum malitiæ hu-
manæ, & opus fuerit aliqua additione ſic *à n.* 18.
alia ſcribens conducibilia. † Quibus addo Scipion. 80
Theodor. *allegat. 10. n. 12. 13. &* 14. dicentem,
ut quando Princeps diſpenſat in Jure naturali ſine
cauſa legitima, non ſolum peccat, ſed actum eſſe
nullum.

Jus autem civile poterit addi, atque mutari per 81
Priocipem laicum, dummodo noo offendatur lex
Dei, vel naturalis, Andreas *in cap. naturales num. 1.
in fine ſi de feudo defuncti*, Fulgoſ. *conſ. 20. in fine*,
Anchar. *in dicto cap. quæ in Eccleſiarum*, ubi Ab-
bas, & *in cap. per tuas de arbitris*, & alii per Mar-
ſilium *in ſua practica crimin. §. ſequens num.* 39. &
alii DD. dicunt. † nec poſſe diſponere contra Jus 82
civile, quando illud fundatum eſſet ſuper naturali
æquitate ex ea ratione, quia lex fundata io natu-
rali ratione, æquiparatur Juri naturali, ut conclu-
dit Curtius Junior *in l. 1. in princ. num. 10. ff. quod
quiſque Juris*, & communiter Doctores per tex-
tum *in l. venia cod. de in Jus vocando*: quæ appli-
cabis ad ea, quæ dixi *in dicto cap. 3. hoc tit. q. fin.*
† Et relatus Scipio Theodor, dicit quod ſine Jure 83
civili diſpenſat Prioceps ſine cauſa peccat, ſed
actum dicit valere, & firmum eſſe in foro fori ibi
dict. allegat. 20. & repetit *allegat. 16. in fine.*

QUÆSTIO XXX.

An ſtatutum quod laici æquales ſint Cle-
ricis etiam in judiciis, ſit contra liber-
tatem Eccleſiæ. Statutum, quod non
poſſit haberi recurſus ad Papam, an ſit
contra libertatem Eccleſiæ. Et an ſta-
tutum negans audientiam non ſubdi-
to, niſi præſtet fidejuſſionem, num li-
get Clericos actores coram judice ſæ-
culari. Statutum, quod in foro ſæculari
non opponatur exceptio excommuni-
cationis, an valeat. Et quid de ſtatuto
ſuper probanda excommunicatione
per inſtrumentum. Et an ſtatutum de
exceptione inſtrumenti, etiam ſecun-
dum formam Guarentigiæ, habeat lo-
cum contra Clericos, & etiam in foro
Eccleſiaſtico. Statutum quod manda-
ta, ſive ad lites, ſive ad negotia, quan-
do non eſt adjectum tempus, durent
ſolo quinquennio, an comprehendant
mandata, quæ fiunt ab Eccleſiaſticis.
Et an ſit licitum ſtatutum quod Eccle-

ſiaſtici

ſiaſtici litigantes in foro ſæculari, in omnibus cauſis teneantur Jurare de calumnia. Et an reſpondere poſitionibus, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Et an leges civiles de Jurejurando in litem, Clericos comprehendant.

S U M M A R I U M.

1 *Statutum coæquans Clericos, & laicos, quoad ordinatoria judicii, debet valere.* & n. 2. *Quod ſi intenderet laica coæquare in aliis ſubſtantialibus judicii, non valebit* n. 3.

4 *Statutum, ut laici ſint æquales Clericis, & è contra, intelligitur de omni æqualitate, & privilegiis, quæ cadere poſſunt in perſonis eorum circa judicia.*

5 *Statutum, quo cavetur Clericis, reddendum idem Jus in foro ſæculari, quod redditur laicis in foro Eccleſiaſtico, eſt validum, cum in effectu nullum eis inferat præjudicium, niſi eſſet in ſubſtantialibus, ut* n. 6.

7 *Revocari num poſſint privilegia Eccleſiis conceſſa per Principem laicum.*

8 *Statutum quod non poſſit haberi recurſus ad Papam, nullo modo prohiberi poteſt. Et quare* num 20.

9 *Pontifex eſt judex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrit cum quolibet ordinario, etiam quoad collationem beneficiorum* n. 10. 12. & n. 13.

11 *Pontifex habet pro propria Diœceſi totum orbem.*

13 *Eccleſia Romana eſt refugium omnium oppreſſorum fidelium Chriſtianorum.*

14 *Judices, & Principum conſiliarii, ad quos cura faciendi leges ſpectat, impedientes oppreſſos ad Papam recurrere excommunicantur per Bullam cœnæ.*

15 *Recurſus, qui eſt pars defenſionis naturalis, impediri non poteſt, & ſi ſit prohibita appellatio, qui licet ad Papam in caſu notoriæ in juſtitiæ Imperatoris, & Regis, & ratione peccati, & negligentiæ laici judicis* n. 16. & 17.

18 *Summus Pontifex* CHRISTI *Domini Vicarius eſt faciens idem tribunal, & conſiſtorium cum* CHRISTO.

19 *Nullus appellat à Papa, nec ad Deum, vel ad alium hominem.* & n. 20.

20 *Appellantes à ſententia Papæ ad* CHRISTUM, *hæreſim videntur ſentire, quaſi Papam* CHRISTI *non eſſe Vicarium, nec unum cum eo tribunal habere credant.*

21 *Statutum negans audientiam non ſubdito, niſi præſtet fidejuſſionem, non comprehendit actores Clericos coram judice ſæculari. Et quare* n. 22.

22 *Statuta magis dicuntur contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ auferunt ea, quæ competunt Juris beneficio, quam ex privilegio.*

23 *Statutum negans audientiam forenſi, niſi præſtita fidejuſſione, intelligitur ſi petita fuerit: Ubi de ſtatuto Lucæ, & num ſit contra libertatem Eccleſiæ* num. 24.

25 *Statutum quod in foro ſæculari, non opponatur exceptio excommunicationis, non valet.*

26 *Excommunicatus nullatenus poteſt intervenire in judiciis, nec per viam reconventionis* num. 27. *Ubi quod nec uti judex notarius advocatus.*

27 *Reconventio eſt actionis ſpecies.*

28 *Statutum de probanda excommunicatione per inſtrumenta tantum, non valet.*

Excommunicationis probatio multis modo fit, ut per litteras ordinarii, & aliorum officialium; item & per denunciationem, dict. n. 28.

29 *Excommunicatio quoties opponitur in vim peremptoriæ, taliſque exceptio ſapiat objectum, debet clare dari, & probari, & per certiſſima argumenta, ut* n. 31.

30 *Excommunicatum appellans, ſeu vocans eum, qui talis non eſt, facit ei injuriam, & tenetur ad intereſſe.*

32 *Statutum de exceptione inſtrumenti, etiam ſecundum formam quarentigiæ non habet locum contra Clericos, etiam in foro Eccleſiaſtico; Et ſic non ſervandum in Curia Epiſcopi* n. 36. & *quid de praxi à* n. 37.

33 *Cauſæ in foro Eccleſiaſtico non ſunt judicandæ ſecundum laicorum leges.*

34 *Statutum de exceptione inſtrumenti, cum nullam admittat exceptionem contra inſtrumentum; ideo reſpicit meram executionem, & non præparatoria judiciorum.*

35 *Canonicum jus attenditur in executivis, & deciſivis; & non Jus civile.*

Executio de Jure canonico non fit pro debito civili, niſi prius facta diſcuſſione bonorum. dict. num. 35.

36 *Statuta quarentigiæ diſponunt debitorem poſſe in carceribus mancipari. Clericus debitor nullo modo poteſt incarcerari.* dict. num. 36.

37 *Ordinatoria judicii civilis, non dedignantur Canones ſequi, non ex vi illius Juris, ſed ex approbatione Pontificia,* n. 38. & 40. *etiam contra Clericos in executivis Quarentigiæ, excepta incarceratione,* n. 39.

41 *Statutum quod mandata, ſive ad lites, ſive ad negotia, quando non eſt adjectum tempus, durent per quinquennium, non comprehendit mandata facta per Eccleſiaſticos* n. 41. 43. & 44.

Clerici actores in foro laicorum ligantur legibus, & ſtylo illius fori, dict. n. 41. *niſi quando in parte eorum Jura minuantur, ut* n. 45.

42 *Mandatorum ad lites cognitio, non ſolum expectat ad litis deciſionem, ſed & ipſius cauſæ expeditionem, ut eſt, an Procurator debeat admitti, vel non.*

44 *Statutum Senarum diſponens de mandatis, in quibus certum tempus appoſitum non erat, ut durent anno, & non ultra, non comprehendit mandata facta per forenſes extra territorium Senarum; licet civem Senenſem Procuratorem conſtituerit, nec Eccleſiaſticos, qui non ſunt de juriſdictione ſtatuentium, ut* n. 45.

47 *Statutum quod Eccleſiaſtici litigantes in foro ſæculari, in omnibus cauſis teneantur Jurare de calumnia, quatenus eſt juxta formam Canonici Juris, & validum, ſi fiat cum Epiſcopi licentia* n. 49. & 51.

48 *Clerici ſive agant, ſive reconveniantur, tenentur præſtare calumniæ Juramentum.*

50 *Juramentum calumniæ defertur, authore Prætore.*

51 *Statutum quod Clericus teneatur reſpondere poſitionibus cum Juramento calumniæ comprehendit Clericos litigantes in foro ſæculari, niſi expoſitionibus adverſarii collitigantes. Jura Clericorum efficerentur deteriora, ſaltem quoad famam, & honorem* n. 52. & 53. *Ut ſi*

poſitiones eſſent criminoſæ, vel ſi eſſent captioſæ multiplices n. 54. *vel duplicatæ* n. 55.

56 *Leges imperiales de Jurejurando in litem, non habent locum in Clericos; licet aliquoties teneantur Jurare in litem* n. 59. 60. 61. 62. & 63,

57 *Juramentum in litem, & quod vocatur affectionis, quale ſit?*

62 *Eccleſia non poteſt petere, niſi in quantum damnum paſſa eſt.*

63 *Diſpoſita de Jurejurando non habent locum contra Clericum conventum in foro Eccleſiaſtico.*

Juramentum æſtimationis ex affecto non innitur principiis Juris Canonici dict. n. 63.

64 *Jurari in litem Juramento æſtimationis, & affectionis, non poteſt contra Clericum conventum in foro ſæculari.*

65 *Juramentum æſtimationis, & affectionis irrogat pœnam Deo ex voluntate Jurantis ſallit, ut* à n. 66.

66 *Juramentum in litem veritatis in defectum difficilis probationis, videtur permitti, &* n. 67. & 68.

1 AD primam quæſtionis partem plura ut reſponderet cumulat Martha cum multis ab eo relatis *de juriſdict. p. 4. cent.* 1. *caſu* 52. qui ut explicet
refert nonnulla, an Princeps queat revocare privilegium conceſſum per eum, de quo nonnulla di-
xi *ſupra ſub q.* 26. *in fine*, quæ certe non videtur
2 concludere ad ſatisfaciendum huic dubio. † Quare
ego ſub diſtinctione reſpondeo, ut ſi ſtatutum coæquarat Clericos, & laicos quoad ordinatoria judicii, debeat valere per illa, quæ dixi *in c. quod Clerici* 9. *de foro compet. q.* 1. *&* 3. *item & in cap.* 5. *& cap. cum ſit generale de foro compet.* quibus probatur actorem Clericum coæquari laico ad litigandum coram ſæculari judice, eo ſtylo, & praxi, ac laicus tenetur litigare: hæc enim, ut *ſupra* dixi *q.* 20. *à n.*
1. ibi *de ordine judicior.* non minuunt Eccleſiaſti-
3 cam libertatem. † Quod ſi ſtatutum laicum intenderet coæquare laicos Clericis, in aliis ſubſtantialibus judicii, exiſtimo nullo modo eſſe validum, cum intendat formam introducere contra determinationem Canonicam de quo videbis *ſupra q.* 27. *à n.* 1.
4 Sub qua diſtinctione exiſtimo intelligi quod dicit Albati *in tract. de ſtatutis q.* 164. nempe quod ſtatutum ut laici ſint æquales Clericis, & è contra intelligatur de omni æqualitate, & privilegiis, quæ cadere poſſunt in perſonis eorum, ut declarat Albericus *in dicto ſtatuto Pergami*, additque Martha *de juriſd. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 52. *n.* 1. Ut poſſit intelligi de æqualitate, quæ in judiciis ſervatur, de qua *in l. fin. cod. de fru-*
5 *ctibus, & litium expenſis.* † quare dixit Abbas hic in textu noſtro *n.* 24. *in* 1. *edit.* & Decius *n.* 183. eſſe ſtatutum validum, quo cavetur Clericis reddendum eſſe idem Jus in foro ſæculari, quod redditur laicis in foro Eccleſiaſtico, nam in effectu nullum ipſis infert præjudicium. Et longe ex multis ſcribens Martha,
6 ubi ſupra ex infinitis duo dicens *dicto caſu* 52. †
nempe quod tale ſtatutum, ut laici ſint æquales Clericis, etiam in judiciis, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, intelligatur in ſubſtantialibus, nempe judiciorum diſponens, juxta quæ ſcripſi *ſupra dicta quæſt.* 20. & uberius *ſub cap. quod*
7 *Clerici* 9. *de foro comp. à quæſt.* 1. *&* 3. † Alterum nempe quod privilegia Eccleſiis conceſſa, laicus Princeps non poſſit revocare late tractans ad comprobandum primum dubium poteris comprobare ex adductis *ſupra ſub dicta quæſt.* 20. *in fine*, de quo dixi ex propoſito *in cap.* 2. *de judiciis q.* 15. *à n.* 1. an queat Princeps revocare privilegia ſemel ab ipſo conceſſa.

Ad ſecundam difficultatis partem, an ſtatutum 8
quod non poſſit haberi recurſus ad Papam, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Et quia hæc quæſtio poteſt pro negativa ſententia exornari ex his, quæ late dixi *dicto cap.* 2. *de judic. q.* 19. per totam cum aliis, ubi de recurſu per viam violentiæ ad Regias audientias. Et pro affirmativa ſententia ex his, quæ late geſſi *ſub tit. de appellat.* & ibi *ſub cap.* 7. ubi *de appellatione ad Papam*; item & *ſub tit. de Clericis peregrinantibus*, & ex his latiſſimè dico *infra q.* 55. *verſ. ad ultimam* ubi de Bulla cœnæ vocatur *aurea.*

Ideo jam reſolutivè dico ut cum Summus Ponti- 9
fex ſit judex ordinarius omnium hominum totius mundi, & concurrat cum aliquo alio quolibet judice ordinario, *cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. Mohedan. *in deciſ.* 1. *n.* 4. *de conceſ. præbendæ*, Caputaq. *deciſ.* 282. *n.* 3. *p.* 1. Ludovic. Gomez *in proœmio regular. Cancel. q.* 2. *verſ. conſidera etiam, ſub num.* 7. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ p.* 2. *proœm. n.* 24. Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſion. tit.* 4. *n.* 10. Flamin. *de reſignat. beneficii lib.* 8. *q.* 7. *à n.* 4. Baldus *in c.* 1. *in*
princ. qui ſeud. dare poſſunt. † etiam quoad collatio- 10
nem beneficiorum, *cap. ſi à ſede de præb. lib.* 6. Ubi cum multis Barboſa, quia eſt Epiſcopus univerſalis Eccleſiæ, idem Flamin. *dict. tract. lib.* 11. *q.* 13. *n.* 132.
Cardinal. Baron. *tom.* 8. *annal. Eccleſiæ, anno* CHRISTI 11
595. *pag.* 64. *&* 68. habeatque pro propria diœceſi totum orbem ex gloſſa, verbo *privata in cap. felicis § fin. de pœn. lib.* 6. Gonzalez *in dicto §.* 2. *proœm. n.* 46.
† ideoque concurrat cum omnibus ordinariis, idem 12
Gonz. §. 2. *proœm. à n.* 42. Martha *de juriſdict. p.* 3. *cap.* 21. *à n.* 25. inde evenire, ut nullo modo poſſit ſtatutum prohibere ne habeatur recurſus ad Pa-
pam. † quia cum Eccleſia Romana ſit refugium 13
omnium oppreſſorum fidelium CHRISTIANORUM inſtar David. ad quem erat oppreſſorum recurſus *lib.* 1. *Regum c.* 22. omnis qui opprimebatur à Saule recurrebat ad David, ut habetur *in cap. ad Romanam* 2. *q.* 6. *cap. omnis oppreſſus eadem cauſa*, ut dixi latè *ſub Rub. de appellat.* item & *in dict. cap.* 7. *eodem*, ſequitur ut ille recurſus nequeat ſtatuto, aut aliter à laicis Principibus prohiberi, ut in terminis docent idem Martha *p.* 4. *de juriſdict. caſu*
56. *num.* 6. † Ubi *n.* 9. cum Cardinali Toleto, & 14
aliis concludit judices, & Principum conſiliarios, ad quos hujuſmodi cura faciendi leges pertinet ſingulis annis, ſic ſtatuentes excommunicari conſulentes, & impedientes eos oppreſſos ad Summum Pontificem, & Eccleſiam Romanam recurſum habere, Franc. Marcus *in deciſ. del-fin.* 196. *p.* 1.

Nec enim poteſt impediri recurſus, qui eſt pars 15
defenſionis naturalis, Minadous *dec.* 21. ſit ut quantumvis prohibita appellatione, ut in caſibus, quos congeſſi *in c.* 11. *de appell.* non intelligatur prohibitus recurſus, Minodan *dict. deciſ.* 27. *Neapol. & deciſ.* 42. Abbas *in c.* 1. *de reſcript.* latè Lancelot. *tit. de attentatis pendente recurſu c.* 19. ubi *n.* 21. poſt alios teſtatur hanc eſſe magis communem, & per Menoch.
de arbitr. judic. lib. 1. *q.* 20. † Et licet regulariter 16
de judicibus laicis non appelletur ad Papam, qui non ſunt de ejus juriſdictione temporali, Abbas *in Rub. de appell. n.* 9. & *ibi* Franchis *n.* 13. idem Abbas *in dicto cap. ſi duobus* 7. §. *denique num.* 5. per illum textum de appell. ubi ego latiſſimè probavi gradatim, appellandum de uno judice ſæculari inferiori ad alium Superiorem ſæcularem. Item de alio inferiore Eccleſiaſtico ad alium uſque ad Papam.

17 Papam. † Tamen quia per notoriam injuſtitiam
Imperatoris, aut Regis, & ratione peccati poſſit
Pontifex cognoſcere inter laicos, & in caſibus ar-
duis, juxta quæ longiſſimè expendi *in c. novit.* 13.
de judiciis, aut ex cauſa negligentiæ judicis laici
per illa, quæ late etiam dixi *in c. qualiter de judi-
ciis* & in aliis Jucibus *ſub tit. de foro comp.* & ex
aliis cauſis, quas congeſſit Martha *in c.* 1. *de Juriſd.
cap.* 8. *& dicta* 4. *p. caſu* 56. *à n.* 4. item nullo mo-
18 do ad Papam queat impediri recurſus. † quia cum
Summus Pontifex CHRISTI Domini Vicarius
ſit, *cap. inter corporalia*, *cap. quando*, *cap. licet de
translatione Epiſcopi*, unumque, & idem tribunal,
& conſiſtorium cum CHRISTO faciat, Selua de
beneficiis *p.* 3. *q.* 8. *n.* 25. Maluet. *de canonizatione
19 ſanctorum dub.* 2. *n.* 20. † Nec à Papa nullus appellet,
nec ad Deum, vel ad alium hominem, ſic ut alias
eſſet error in fide, Auguſtinus de Ancana *de po-
teſt. Papæ q.* 6. *art.* 3. Palacios Rubios *de jure obtenti
Regni Navarr. p.* 2 §. 4. *in princip.* Jacobat. *de concil.
lib.* 10. *art.* 1. Anton. Riciul. *de Jure præſ. extra gre-
mium Eccleſ. exiſtent. lib.* 9. *cap.* 2. *n.* 13. Dominic.
Puteo *tom.* 2. *inſtitut. de regular.* Ariſtrochatia *c.* 5.
num. 6. Barboſa *in dicto cap. cuncta per mundum à
20 n.* 4. † Ubi dicit ut hæreſim videantur ſentire qui
à ſententiâ Papæ ad CHRISTUM appellant,
quaſi Papam CHRISTI non eſſe vicarium, nec
cum eo idem tribunal habere credant, ut obſervant
citati, ſequitur fundamento irrefragabili, ut nullo
queat ſtatuto prohiberi recurſus ad Papam, quia
ſi ſtatutum faciens mentionem ſpecialem de Cle-
ricis, ut ſæpius jam dixi *à quaſt.* 1. eſt contra li-
bertatem Eccleſiæ ex textu noſtro, etiamſi privi-
legium eis concederet per modum legis ex regula
legis virtus *ff. de legibus*, Martha *dicto caſu* 56.
in fine, *& caſu* 55. *art.* 1. Sequitur ut multo ma-
gis ſit contra libertatem Eccleſiæ, quando de ipſo
Summo Pontifice mentionem facit, qui omnes
judicaturus, & à nemine judicetur ex *dicto cap.
cuncta per mundum* 9. *q.* 3. & ex his, quæ dixi ſub
cap. 12. *de judic.*

21 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum
negans audientiam non ſubdito, niſi præſtet fide-
juſſionem, num liget Clericos actores coram ju-
dice ſæculari; cum ergo ſtatutum faciens deterio-
rem conditionem Clericorum, quam ſit de Jure
communi, ſit contra libertatem Eccleſiæ, *auth.
caſſa*, *& irrita Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Ubi dici-
tur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, quod ſit
contra canones, & temporales Sanctiones, & dif-
ficilius tollatur quod competit Jure communi,
quam quod de Jure ſpeciali, *l. ejus militis* §. *militia
22 §. militia ff. de milit. teſtam.* Felinus hic. † *n.* 42.
& Decius *num.* 3. poſt Antonium de Butrio dicat
magis dici contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi
tollantur quæ Juris communis beneficio compe-
tunt, quàm ſi competant ex privilegio, ſequitur
optimo Jure dicendum prædictum ſtatutum non
comprehendere actores Clericos coram judice ſæ-
culari, ut notat plura adducens legendus Martha
23 *dict.* 4. *p. de juriſdict. caſu* 55. † Ubi addit *num.* 20.
tale ſtatutum negans audientiam forenſi, niſi
præſtita fidejuſſione intelligatur, ſi petita fuerit:
ſicque ille *num.* 20. & præter illa, quæ ipſe ſcribit,
ut explicet ſtatutum Lucæ *cap.* 145. denegans au-
dientiam non ſubdito, niſi præſtiterit fidejuſſio-
nem, de quo hic dixit Decius *à n.* 223. Ut Cleri-
cos etiam comprehendat, idemque conſuluerit
conſ. 275. cauſa Lucæ, & ſic reperiatur deci-
ſum per Rotam Lucenſem inter deciſiones noviſ-
ſimas Camilli Lapidi, & aliorum *deciſ.* 43. † In 24
meo tevera in puncto dubii reſolvendum eſt,
ſtatutum prædictum eſſe contra libertatem Eccle-
ſiaſticam ex doctrina generali, cum Clerici om-
nino ſint exempti à Juriſdictione laici ex multis,
quæ dixi *in tit. de judic. & foro compet.* Et pro do-
ctrina adjicies nonnulla, quæ ſcripſi ſub Rub.
de litis conteſt. q. fin. Ubi de fidejuſſione, & cau-
tione judiciali.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatutum 25
quod in foro ſæculari non opponatur exceptio ex-
communicationis, an valeat. Et ſuppoſitis quæ latè
ſcripſi *ſub c. intelleximus de judiciis*, *& in Rubrica*,
& tit. de exception. item & *in c. ad probandum de
re judic. & in cap. paſtoralis* §. *verum de appellat.*
quæ multum faciunt ad expeditionem hujus dubii,
& de quibus nonnulla capit Martha *de Juriſdict.
p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 58. ideo breviter reſpondeo, ut
nullomodo valeat tale ſtatutum, ut tenent Martha
ſupra num. 4. & ante illum Decius *hic n.* 197. cum
ſpecialiter diſponat de excommunicationibus, quæ
ſunt de foro Eccleſiæ: ſic docent Joannes de Ana-
nia *in cap poſtulaſti de homicidio*, Baldus *in l. pla-
cet cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* quem refert Decius
ibi, Alex. *in additionibus ad Bartol. in l.* 1. §. *quæ
onerandæ ff. quarum rerum actio non detur*, dicens eſſe
contra libertatem Eccleſiæ, pro ut legitur, & no-
tatur *in cap.* 1. verſ. *ſed ipſe aliquis in tit. de ſtatutis*,
& conſuetudinibus contra libertatem Eccleſ. poſt
Bartol. Bald. Jacob. Butr. & alios, quos ad hoc alle-
gant Alex. *in dicta additione* & Martha *ſupra* addit
alia fundamenta *dicto caſu* 48. *n.* 5. † quia excom- 26
municatus nempè nullatenus poſſit intervenire in
judiciis, *cap. decernimus de ſent. excommunic. lib.* 6.
nec uti actor *dicto cap. intelleximus de judiciis*, nec
per viam reconventionis; † quia reconventio eſt 27
ſpecies actionis *cap. cum inter de except.* nec uti
judex notarius advocatus, *dicto cap. decernimus*,
dicto cap. ad probandum de ſent. & re judicata, ubi
nec ut judex delegatus, nec ut arbiter &c.

Et addit Martha ſub *dicto caſu* 48. non valere 28
ſtatutum de probanda excommunicatione per in-
ſtrumenta tantum, quia etſi multi ſunt modi proban-
di excommunicationem in Jura, videlicet per litteras
ordinarii, *cap. poſt ceſſionem de probationibus* (ubi
latè ſcripſi) *cap. curæ* 11. *q.* 3. item per litteras alio-
rum officialium, Baldus *in l. pacta noviſſima cod. de
pactis*, Felinus *in dicto c. poſt ceſſionem n.* 12. item
per denunciationem, ut latè per Maſcardum *de
probat. concluſ.* 692. † Tamen quoties excommu- 29
nicatio opponitur in vim peremptoriæ, taliſque
exceptio ſapiat objectum, quod debet Clare dari
& probari, *cap. ſuper his de accuſationibus*, *cap.
accedens de electione.* † quia maxima fit injuria 30
appellando aliquem excommunicatum, qui non
eſt, & teneatur appellans ad intereſſe, Navarr.
in cap. ſi quando de reſcriptis tem. 2. *n.* 29. † Se- 31
quitur ut tunc excommunicatio, tanquam nego-
tium magni præjudicii, ſit probanda per certiſſi-
ma argumenta, juxta textum *in cap. pia de exce-
ptionibus lib.* 6. ſic Martha relatus *num.* 11. *&* 12.
videndus etiam *à n.* 13.

Ad quintam quæſtionis partem an ſtatutum *de* 32
exceptione inſtrumenti etiam ſecundum formam
quarentigiæ, habeat locum in Clericis. Et ſup-
poſitis quæ dixi *in cap.* 1. *de fide inſtrumen.* ubi
de inſtrumento quarentigio, & ejus executione,
breviter videtur reſpondendum cum Martha *dict.
cent.* 1. *caſu* 61. (etſi ut explicet plura dicat de tali
inſtrumento quarentigio, & ejus executione,

quæ miſſa facio) nempe ut ſtatutum illud non
habeat locum contra Clericos, etiam in foro
Eccleſiaſtico; & ſic non eſſe ſervandum ſtatu-
tum de inſtrumento quarentigio in Curia Epiſ-
copi contra Clericos: ſic Petrus de Ancharran.
in quadam diſput. quæ incipit *ea qua ſunt à judice*
maleficiorum, Aretin *in l. 1. cod. de ſumma Trini-*
tate col. 5. Caccial. *ibidem col.* 50. Afflictis *in con-*
ſtit. Regni incipit *ſi quis in poſterum.* 16. Felinus
hic n. 81. plurimos referens canoniſtas pro hac
opinione, Franciſcus Marcus *in decis. dalphin.* 61.
n. 6. *p.* 2. Bernardinus Pandus *in tractatu de execu-*
tione inſtrument. p. 2. *declarat.* 14. *n.* 2.

33 Et confirmant relati ex doctrina textus noſtri,
quia cauſæ in foro Eccleſiaſtico, non ſunt judi-
candæ ſecundùm leges laicorum, uti latè ſcripſit
cum multis idem Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1.
caſu 50. ut dico *quæſt. fin.* dum ago de quæſt.
an ſtatuta laicorum ſint ſervanda in curia Epiſ-
34 copi. † Et ex eo quia cum hoc ſtatutum nullam
admittat exceptionem contra inſtrumentum ideo
reſpicit meram executionem, & non preparato-
ria judiciorum, ut dicunt Doctores *in dict. l.* 1.
35 *Cod. de ſumma trinitate.* † Sed in executivis, &
deciſivis attenditur Jus canonicum, & non civile,
etiam in foro civili, ut dixit gloſſa *in cap. quod Cle-*
ricus 9. *de foro comp.* de quo dixi aliqua *ſupr. ſub*
q. 20. Baldus *in l. lex ea ff. de poſtulando.* Ergo cum
& de Jure canonico non fiat executio pro debito
civili, niſi prius facta diſcuſſione bonorum ex re-
gula textus in *cap. Odoardus de ſolut.* Ubi latiſſi-
mè dico ſequitur, ut attenta diſpoſitione noſtri
Canonici Juris, non poſſit fieri executio dicti in-
ſtrumenti vigore talis ſtatuti.

36 Iterum Doctores corroborant quia ſtatuta
quarentigiæ diſponunt debitorem poſſe in carce-
ribus mancipari, ſed de Jure canonico Clericus
debitor nullo modo poteſt in carceres mitti, *cap.*
ſi Clericos de ſententia excommunic. de quo latè
ſcripſit idem Martha *dicta cent.* 1. *caſu* 42. *art.* 3.
Ergo ſtatutum procedens contra diſpoſitionem
canonicam non eſt ſervandum in curia Epiſcopali.

37 Et ego ſic ſentio ſi conſideretur attenta vi le-
giſlatoris laici, alias inquam ſi inſpiciatur ad pra-
xim, & ſolum ad ordinatorium judicii, puto poſſe
admitti opinionem Bartoli *in dicta l.* 1. *n.* 29. *cod.*
de ſumma Trinitate contrarium aſſerentis adversùs
relatos Doctores, ſcilicet ut tali ſtatuto ſint Cle-
rici obnoxii, ut notat Martha *dicto caſu* 61. *n.* 16.
per illa etiam, quæ late ſcripſit *caſu* 31. qui etiam
in hoc caſu quando ſtatutum concerneret proce-
dendi modum, dicit ut non ſit ſervandum in Cu-
ria Epiſcopi, qui circa ordinatoria prædicta ſer-
vantur leges ejuſdem fori ex *reg. l.* 1. *cod. quemad-*
modum teſtam. aperiantur, & *l.* 2. *cod. de mancipat.*
38 *liberor.* † Et ob id dicit *num. fin.* non eſſe vera al-
legata per Covarruv. *in pract. cap.* 8. *numero* 5.
quia *reg. cap.* 1. & 2. *de novi operis nunciat.* non
habet locum in conſtitutionibus Regni derogan-
tibus aliquo modo Juribus Clericorum, ut latè
ſcripſit idem Martha *caſu* 19. *dict. cent.* 1. *p.* 4. vi-
39 dend. Caravita ſuper ritu 166. *num.* 38. † Praxis
vero Hiſpanica in his executivis video ut non de-
dignetur à Jure canonico juxta leges Regias in
ordinatoriis, ſcilicet judicii in hoc caſu inſtru-
menti quarentigiæ, excepta incarceratione, &
dum Clericus non defenditur remedio *dict. cap.*
Odoardus de ſolut. quod non debet procedere ex
vi diſpoſitionis legis Regiæ, ſed ex admiſſione,
40 & aſſenſu judicum Eccleſiaſticorum. † Imo dixit
idem Martha *dicto caſu* 51. *n.* 13. quod non poteſt
peti executio inſtrumenti juxta formam quaren-
tigiæ contra Clericum debitorem, ſic obligatum
coram ſuo Epiſcopo, ut firmarunt Benedict. de
Barz. *in tract. de quarentiglar. q.* 4. *col. penult.* ubi
probat huius opinionis fuiſſe Azor *in ſumma tit.*
de conſuet. §. *veritate* verſ. *ſed pone quod*, quod *ſta-*
tutum vult, & Bald. *in l. omni innovatione cod. de*
Sacroſanct. Eccleſ.

Ad ſextam quæſtionis partem an ſtatutum 41
quod mandata, ſive ad lites, ſive ad negotia, quan-
do non eſt adjectum tempus, durent, ſolo quin-
quennio comprehendant Clericos, & videtur
Clericos comprehendere ex nonnullis adductis,
& notatis in proximo verſ. *ad quintam.* Et quia
Clerici actores in foro laicorum ligantur legibus,
& Stylo illius fori tum ex his, quæ etiam dixi
in dicto cap. quod Clericis 9. *tum in cap. ſi Clericus*
laicum 5. *de foro compet.* tamen quia prædictum
ſtatutum pertinet ad litis deciſionem. † Cum 42
cognoſcere de mandatis ad lites: & an procu-
rator conſtitutus debeat admitti, vel non, non ſo-
lùm pertineat ad litis deciſionem; imo potius ad
ipſius cauſæ expeditionem, ut patet ex his, quæ
latè dico *infra de procuratoribus*, & ex dictis *infra*
ſub principio Rubrica de judiciis, & docens in ter-
minis Cacialupus *in dict. l.* 1. *cod. de ſumma Trini-*
tate n. 153. verſ. *non obſtant allegata in contrarium.*
† Sequitur ut ſtatutum, ut mandata ſine certo 43
tempore facta, durent quinquennio, non poſſint
comprehendere mandata facta per Eccleſiaſticos,
qui licet ligentur laicorum legibus ordinatoriis
judicii illius fori, ubi cauſam agunt, tamen ſecus
eſſe in cauſæ deciſione, ut habet latè expendens
Martha *dict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 31. & dixi *ſupra q.* 27.
à num. 1. † Et quod mandata ipſorum Clericorum 44
non ligentur prædicto ſtatuto, etiam in foro lai-
corum: ex multis rationibus concludit Cacialu-
pus *in dicta l.* 1. *n.* 152. verſ. *ſed quid ſi dicerem*,
& pluribus ſequentibus, ubi diſputans de ſtatuto
Senarum diſponente de mandatis, in quibus cer-
tum tempus appoſitum non erat, ut durent an-
no, & non ultra; † concludit poſt multos Do- 45
ctores non comprehendere mandata facta per
forenſes extra territorium Senarum, licet civem
Senenſem procuratorem conſtituerit; ſequuntur
Reminald. Junior *conſ.* 11. *num.* 13. *vol.* 1. Martha
caſu 77. *in fine p.* 4. *cent.* 1. † inferens ex eadem 46
ratione non comprehendere Eccleſiaſticos, qui
non ſunt de Juriſdictione ſtatuentium, & ſic ibi
num. 3. ait ex dictis per eum *dict. caſu* 31. non
ſemper veram eſſe illam opinionem Clericos
actores in foro laicorum ligari legibus, & ſtylo
illius fori, quia fallit regula quando in eodem foro
Clericorum Jura, ſaltim in parte diminuerentur,
ut in hoc caſu.

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an ſit lici- 47
tum ſtatutum, quod Eccleſiaſtici litigantes in fo-
ro ſæculari in omnibus cauſis teneantur Jurare
de calumnia, & an reſpondere poſitionibus,
ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Et ſuppo-
ſitis quæ latè dixi *infra* de obligatione præ-
ſtandi Juramentum de calumnia, à litiganti-
bus, etiam Clericis, *ſub Rub.* & *tit. de Juramento*
calumnia, & *ibi cap. cæterum* 5. Ubi ſpeciali-
ter de Clericis dixi. Item & quæ latiſſimè dixi *in*
cap. unico de litis conteſtatione, ubi poſitionibus,
& obligatione reſpondendi ad illos jam breviter ad
propoſitas difficultates reſpondeo. † quod cum 48
Clerici, ſive agant, ſive reconveniantur, teneantur

Jurare

Digitized by Google

Jurare de calumnia ex dicto *cap. caterum*, ubi
gloſſa, & Doctores de Juramento calumniæ in
verſ. *in civilibus cauſis* per ſe ipſos Jurare, quando
per ſe ipſos cauſas agunt, & hodie poſſint Jurare
per procuratores, niſi pars petiarit ab eis Jurari,
teneanturque Jurare de calumnia, ſive in prophanis,
ſive ſpiritualibus, ſive annexis; ſic ut Juramentum
calumniæ non poſſint tolli per contrariam
conſuetudinem, Abbas *in dicto c.caterum n.*3.&
ibi addentes; imo dicat Joannes Andreas *in cap.de
controverſ. inveſtitur.* non valere ſtatutum quod
procuratores fiſcales, ut ex multis hæc omnia
probat Martha *de Juriſdictione dicta p.*4. *cent.*1.
caſu 65. quæ non repeto, cum latius ego explicuerim
*in cap.*2. *& dict cap.caterum de Juramento
49 calumniæ.* † ideò dicendum eſt tale ſtatutum,
quantum eſt juxta formam Canonici Juris, ſit
validum; eo quod Clerici, ut dictum eſt, debeant
Jurare de calumnia in alterius foro, ſive Epiſcopi
non proprii, ſive ſæcularium; ſed hoc debeat fieri
cum licentia proprii Epiſcopi ſui per textum *in
50 cap.*1.*§.penult. & ibi gloſſa fin. eodem tit.* † ex eo
quia Juramentum calumniæ defertur auctore prætore
l. de pupillo §. qui opus de operis novi nunciat.
ubi Doctores, & *in dicto cap.*1. ſed Clericus non
poteſt conſentire in judicem, non ſolum ex *cap. ſi
diligenti de foro comp.cap.*1. *eodem*, *cap.ſignificaſti
ibi* Ergo nec Jurare coram alieno Judice Eccleſiaſtico,
ſive laico; qua declaratione intelligi dubium
propoſitum ait Martha *ſupra*, ubi *n.*8. *in fine*, &
per dicta ab eo *in caſu* 34. addit enim advertentia,
ut concedatur licentia ſpecialiter ad Jurandum ſuper
tali cauſa &c.

51 Quod attinet ad partem alienam hujus dubii
de poſitionibus, an ſtante ſtatuto, quod quælibet
pars teneatur reſpondere poſitionibus cum Juramento
calumniæ, comprehendat Clericos litigantes
in foro ſæculari, & in illis caſibus, in quibus
teneantur Jurare de calumnia, & reſpond t tale
ſtatutum valere, ligareque Clericos in ordinatoriis
judicii (ut dixi ſup) quæ non ſunt in extinctionem,
ſive diminutionem Jurium ipſorum
52 Clericorum. † Etenim ut dixi *dict. quæst.*27 *à
numero* 1. & in verſ. *ad quintam*, & *ſextam* hic
& ex dictis per Martham *dict. p.*4. *de Juriſdict.
cent.*1.*caſu* 31. *&* 64. *& caſu* 65. *numero* 9. *&* 10.
hoc ſtatutum noluit comprehendere Clericos ab
initio, ſed quod ipſi Clerici ſe ſubmiſerunt legibus
illius fori, contra quem agere ſatagebant.
† Quod limitant Innocent. *in cap.dudum de elect.*
53 Speculator, *in tit.de poſitionibus §.*7.*videndum n.*40.
Baldus *in l.*1.*§.quod obſervari num.*23. *Cod. de Juram.calumniæ*,
ut non procedant quoties ex poſitionibus
adverſarii colligantis Jura Clericorum,
efficerentur deteriora, ſaltem quoad famam, vel
honorem, quia tunc ſtatutum ex poſtfacto eſſet
contra libertatem Eccleſiæ, puta ſi poſitiones eſſent
criminoſæ. Quia tunc non tenerentur reſpondere.

54 Imo gloſſa *in cap.*2. *de confeſſis lib.*6. Speculator
*dict. §. ſeptimo videndum num.*41. dicunt, ut
non teneatur reſpondere, quando poſitiones eſſent
captioſæ, & multiplices, ſeu non ſimplices.
† Item etiam ut docent idem Speculator *num.* 1.
55 *ſup.* Bartol. *in l.manifeſtæ ff.de Jure.Jur.* Baldus
*in dicto §. quod obſervari num.*20. gloſſa *in dict.
cap.*2. verſ. *abſque ratione de confeſſis lib.*6. ut non
teneatur reſpondere, quando poſitiones eſſent
duplicatæ, ut ſolent multoties facere litigantes
ad finem, potius involvendi principalem, quam
veritatem habendi; item & in aliis caſibus congeſtis
per Speculatorem *in dicto §. ſeptimo videndum.*

Ad ultimam quæſtionis partem an leges Im- 56
periales de Jure-Jurando in litem, habeant locum
in Eccleſiaſticis. Et ſuppoſitis quæ latiſſimè dixi
*de hoc Juramento, & litis deciſorio, ac aliis in
cap.fin. de Jure-Jur.* per plures quæſtiones, ubi
quotuplex ſit & quale Juramentum veritatis in
litem; & quod hoc defertur in vim difficilis probationis;
item quale ſit Juramentum, quod vo- 57
catur affectionis; illud nempe, quando ultra
communem rei æſtimationem ex proprio, & ſingulari
affectu aliquid efflagitando juratur; de
quo habetur *in l. ſi tutor*, *& l. videamus ff. de in
litem Jurando*, *& l. qui reſtituere ff. de rei vind cat.*
† licet gloſſa *in l. nationibus §. planè ff.de in litem* 58
Jurando, Velit quod hoc propriè ſit Juramentum
in litem, in quo de affectu in rem Juratur,
quam ſequitur Baldus, & Decius *ibi numero* 23.
verſ. *hoc efficaciter*, & Hoſtienſis *in ſumma tit. de
Jure-Jurand.* ſed ut ait Martha *de Juriſdiction.
p.*4.*cent.*1. *caſu* 66.*numero* 4. ex aliis, communis
ſententia eſt in contrarium, alia adducens,
quæ ſatius expendo ſub *dicto cap.fin.* de Jure Jurando.

Unde jam reſpondeo leges Imperiales de Jure 59
Jurando in litem non habere locum in Clericos
ex vi earum; liceat teneantur aliquoties Jurare in
litem, ut latè apprehendes per dicta *in dicto cap.
fin.* etenim idem Martha *dicto caſu* 66. *a num.*5.
tres faciendo articulos, in primo determinat Clericos
agentes in foro ſæcularium, non debere Juramentum
in litem affectionis præſtare, Zaſius
in l. ſi tutor ff. de in litem Jurando. † Ubi dicit 60
quod æquitas CHRISTIANA, ut ultra verum
rei pretium aliquid ſolvatur, non patitur; † ideo- 61
que de Jure Canonico hunc titulum de in litem
Jurando non reperiri, ut ſequuntur Phanue. *in
tract.de in litem Jurando caſu* 2. *p.*1. *cap* 3.*num.*3.
Decius *conſ.* 1387. Ubi conſuluit Eccleſiam non 62
poſſe exigere pœnam, niſi quatenus damnum
paſſa eſt, & aliis congeſtis ab eodem Martha.
*ibi num.*7. *&* 8. † Qui pro ſecundo articulo *nu-* 63
mero 9. reſolvit diſpoſita de Jure-Jur. non habere
locum contra Clericum conventum in foro
Eccleſiaſtico, nam quantum pertinet ad Juramentum
æſtimationis ex affectu, non innititur
principiis Juris Canonici, cum contra æquitatem,
& ſummo Juris rigore procedat: & ſic non
obſervari Jure Canonico juxta quæ ipſe Martha
latè dixit *diſt.p.*4. *de Juriſdiction. cent.*1.*caſu* 19.
† qui etiam *dicto caſu* 66. *numero* 10. pro tertio 64
articulo, ait contra Clericum reconventum in
foro ſæculari, non poſſe Jurari in litem Juramento
æſtimationis, affectionis, quia hoc ſolum
datur ob dolum rei, *dict. l.in actionibus*: ideòque
multoties irrogat infamiam, quando caſus
eſſet hujuſmodi: quo caſu ait per textum noſtrum,
ſi leges civiles contra Clericos obſervarentur,
eſſent contra libertatem Eccleſiæ. † Item 65
quia hoc Juramentum irrogat pœnam reo ex
ſola voluntate Jurantis, gloſſa *in dict.l. in actionibus*
in verb. *non etiam ob culpam*, verſ. *item nec
quantum*, ſed leges civiles pœnales non habent
locum in Clericis, ut *ſupra* latè dixi *ſub quæſt.*24.
hoc textu, ergo.

Unum tamen notant Socinus *in conſ.*113. *à* 66
*num.*3.*volum.*2. Plotus *in tract. de in litem Jurando
n.*200. plura congerens, & alii Doctores poſſe

deferri Juramentum in litem veritatis. Et poteſt eſſe ratio quia tale Jurameotum id litem veritatis appellatur, ut cum proſequimur illud ſolum, quod nobis debetur abſque dolo adverſarii, & nihil aliud, quod ex affectione pluris æſtimaremus ex *dict. l.in actionibus §. planè ff. de in litem Jurando, l.ſi quando cod.unde vi, l.numis. & l.fin.cod.de Jure Domin. impetr. ex cap.fin. de his, quæ vi, metuſvè* 67*cauſa fiunt*. † deferrique hoc Juramentum ſolum in defectum difficilis probationis, ut conſuluit Abbas *in conſ.*109. *in fine, volum.*2. & declarat Phanucius *ſupra in tract. de in litem Jurando, dict.* 68*caſu* 2.*p.*1. † Ubi pooit etiam multas alias hujus Juramenti veritatis ſpecies, de quibus; ac de eodem Juramento, permiſſio noſtro Jure canonico, dixi latiſſimè *in dicto cap fin. de Jure-Jurando, à quæſt.*1. Ubi per alias etiam quæſtiones videbis.

QUÆSTIO XXXI.

Statuta diſponentia ſtandum eſſe Juramento damnum paſſi, an juvet Clericos. Statutum, ut notarius non matriculatus in Collegio, nequeat inſtrumenta conficere, an Clericos comprehendat. Statutum quod Banniti poſſint impune offendi, an Clericos comprehendat. Statutum quod libri mercatorum faciant fidem, an admittatur contra Clericos. An ſtatutum, quod ſi locator, vel conductor noluerit continuare reconductionem, teneatur alteri denunciare per duos menſes, ante finem temporis contractus, comprehendat Clericos. Statutum, quod ſolutio debiti non poſſint probari per teſtes, an afficiat Clericos litigantes in foro laico. Quid de Eccleſiaſtico venditore in evictione.

SUMMARIUM.

1 *Statuta diſponentia ſtandum eſſe Juramento damnum paſſi, qualiter ut privilegium juvet Clericos* n.3.45.6.7.8.9.

2 *Forenſes quare non poſſint frui beneficio ſtatutorum diſponentium quod ad probandum damnum, ſtatur Juramento damnum paſſi,* n.8.& 9.

3 *Clerici dicuntur cives deſtruales, etiam alienigenæ dum moram faciunt in civitate, qui debent gaudere beneficiis conceſſis cæteris civibus; etſi non ſint oneribus obnoxii* n.4. *&* quare n.5. & 6. & q.32.0.4.

6 *Clerici ſuſtinent in loco ſtatuti ſpiritualia, ut orationes, & vigilias.*

7 *Statuta, quæ poſſunt laici concedere per modum libertatis, & non Imperii, & Juriſdictionis proſunt Clericis.*

10 *Statutum, ut Notarius non matriculatus in Collegio, nequeat inſtrumenta conficere, Clericos non comprehendit, ut* n.14. *nec Notarios Pontificia authoritate creatos* n. 11.

Notarii Pontificia, vel imperiali authoritate creati, poſſunt ubilibet, & inter omnes perſonas inſtrumenta conficere dict. num. 10. & 11. *Ubi idem dicitur de Notario creato ab eo, cui imperator conceſſit facultatem, ut in Gallia, Anglia, Hiſpania.*

12 *Notarius creatus à Papa, à Principe, vel ab aliis comitibus, qui Principis authoritate Notarios faciunt, poſſit ubique locorum inſtrumenta conficere; quod non eſt ſic in Notariis creatis ab aliis inferioribus, ut* n.13.

14 *Notarius creatus ab uno Principe non poteſt rogari de inſtrumentis inter ſubditos alterius Principis; ſecus inter ſubditos ſui Principis, etiam extra territorium contra Boërium.*

15 *Bannitus in foro conſcientiæ, etiam poteſt occidi, ſtante ſtatuto laicorum de occidendis Bannitis, ſi occidens faciat zelo Reipublicæ; & animo exequendi ſtatutum, alias peccat, ſi animo fundendi ſanguinem & odio particulari.*

16 *Statutum, quod Banniti poſſint occidi impunè, non comprehendit Clericos bannitos ab Epiſcopo* n. 17.

17 *Clericus Bannitus non amittit, quæ ſunt ordinis; & ob id eum occidens excommunicatus eſt.*

Clerici nullomodo queunt occidere Bannitum, cum incurrant irregularitatem, ſi ſtatuto laici occidant. dicto n. 17. *& incurrent pœnam homicidii, ut* n. 18.

18 *Arma Clericorum debent eſſe lacrymæ, & orationes.*

19 *Statutum quod libri mercatorum faciant fidem, non comprehendit Clericos* n. 21.

20 *Statutum de adhibendo plenam fidem libris mercatorum; inducit facilitatem peccandi.*

22 *Libri mercatorum non faciunt fidem de fidejuſſione, etiam ſtante ſtatuto. Artium priores habentes Juriſdictionem, intelliguntur de pertinentibus ad illam artem.* dicto n. 22.

23 *Statutum quod ſi locator, vel conductor noluerit continuare reconductionem, Clericos non obligat* n. 24. 25. & 32.

24 *Succeſſor Prælati non tenetur ſtare locationi factæ à prædeceſſore.*

25 *Statuta de denunciando, quod non intendunt ſtare locationi, vel conductioni, non comprehendit Eccleſiaſticos, nec eorum bona.*

26 *Statutum Senenſe diſponens, quod conductores apothecarum, non poſſunt expendi ſolvendo penſionem, non comprehendit apothecas Clericorum, vel Eccleſiarum. Et quare* ibi num. 27.

28 *Conductor antiquus de Jure communi non poteſt expelli, ſi vult tantum ſolvere, quantum affert novus* n. 30.

29 *Inquilinus vetus non poteſt expelli, quando tantundem vult ſolvere cum diſtinctione, veluti in ruſticis, non in Urbanis; & quando Dominus nullam habet cauſam expellendi antiquum.*

32 *Statutum quod ſolutio debiti non poſſit probari, niſi per teſtes, non ligat Clericos, cum propriè reſpiciat perſonam.* n. 34. *contra Alexandrum, &* n. 36. 37. & 38.

34 *Probatio in multis caſibus non fit per teſtes, ſed per ſcripturam, & in Jure Canonico admittitur per teſtes* n. 35. *in multis.*

38 *Statutum injicit vinculum, quando actio exerceri queat, & poteſt.*

39 *Vendi-*

39 *Venditor Eccleſiaſticus, num teneatur de evictione; & an coram laico judice debeat ſe defendere interpellatus, ſeu denunciatus à laico emptore* n. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. & remiſſivè n. 48.

40 *Evictio non habet locum, niſi prius denunciata lite venditori, quæ debet eſſe judicialis arctiſſima* n. 41.

42 *Venditor denunciatus tenetur vigore pacti emptorem defendere, litemque in ſe ſuſcipere, alias abdicata re, teneatur de evictione.*

AD primam quæſtionis partem videtur reſpondendum ex regula textus noſtri, ut quantumvis prædicta ſtatuta diſponentia, ut ſtetur Juramento damnum paſſi, ſint favoribilia Clericis illis, non ſtetur, quia dimanant à poteſtate laica, 2 donec ab Eccleſia approbentur. † Deinde quia forenſes non poſſunt uti beneficio ſtatutorum diſponentium, quod ad probandum damnum, ſtetur Juramento damnum paſſi, ut probant Caſtrenſis *in l. omnes populi in fine ff. de juſtitia, & Jure* cum Bartulo *in tract. repræſſaliarum*, Albericus *in p. 2. ſtatutorum quæſt. 9.* Socinus *in conſ. 120. volum. 2.* Romanus *in conſ. 124 num. 6.* Alex. *in l. inter Claras* in verbo *exerces, cod. de ſumma trinit. & in conſ. 41. n. 3. & conſ. 111. vol. 7.* idem Caſtrens. *conſ. 156. vol. 1. & conſ. 224. vol. 1.* Marſil. *conſ. 153.* cum pluſimis aliis ad hoc allegatis per Mandoſium *in additionibus ad Romanum in dicto conſ. 224.* & per Plotum *de in litem Jurando num. 854.* latè per Pariſium *in conſ. 12. num. 16. volum. 3.* ſicque videri in Clericis, quia non ſunt de Juriſdictione laici.

3 Nihil ominus idem Caſtrenſis *in dicta l. omnes populi num. 8.* verſ. *item an Clerici*, Alex. *dicto conſ. 41. n. 4. & ſequent. & in dicto conſ. 111. vol. 7.* Decius *in conſ. 114. in 1. dubio, & in conſ. 276. in 1. dubio* cum aliis ad hoc cumulatis per Plotum *dict. tract. de in litem Jurando num. 854.* verſ. *Clerici tamen*, dicunt hujuſmodi ſtatuti beneficio poſſe Clericos gaudere; eo quod Clerici ſunt de corpore illius civitatis, & ut Caſaneus ſcribit *in conſuetudinibus Burgunt. Rub. 13. §. 9. num. 2* poſt Oldradum, Joannem Andream, Romanum, & 4 Abbatem Clericos eſſe cives diſtruales; † additque Martha poſt Bartol. Bald. Oldradum, Nattam, Marſilum, Felinum, & Bertrandum *de juriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 82. num. 5.* hoc procedere non ſolùm in Clericis originariis, ſed etiam in alienigenis, dummodo in loco habitent, vel habeant beneficia, quia habentur pro civibus, dum moram ibi trahunt cum Bartol. *in l. cives cod. de incolis lib. 10.* Andrea Barbatia *in cap. Rodulpho n. 137. de reſcriptis*, Felino *in cap. dictus in 2. num. 2. de reſcriptis*, Boërius *deciſ. 250. num. 20.* † Et licet 5 dicuntur cives privilegiati, ut dicit Alex. *dicto con. 41. num 4. vol. 7.* tamen adhuc debeant gaudere beneficiis ſtatutorum, ne conceſſa in privilegium, reſultent in odium contra regulam *in l. quod favore de legibus, & in l. nullam ff. eodem*; & 6 quod licet non ſuſtineant onera temporalia, ſufficiat tamen eos ſuſtinere ſpiritualia, ut orationes, & vigilias in loco ſtatuti, de quo dixit idem Martha etiam *in caſu 9.* ad hoc ut per modum privilegii, & libertatis Eccleſiaſticæ dictorum ſtatutorum beneficiis poſſint uti.

7 Et licet videatur hæc doctrina turbari per relatis *num. 1.* ſatis liquet ex jam *à quæſt. 1.* longè relatis: nam quoties ſtatuto laici poteſt Eccleſiaſtica immunitas minui, exploditur ſtatutum, & itidem ſi favorabilia ſit, niſi admittatur ab Eccleſia, uti exiſtimo ſtatuta de quibus hic admiſſa eſſe, cum ſpectent ad privilegium, quod laici queunt Clericis concedere per modum libertatis, & non Imperii, aut Juridictionis in Clericos, ut jam adduxi, † nec obſtare adductum de forenſibus, quia 8 ut putat Plotus *de in litem Jurando num. 284.* forenſis excluditur, quia non ſubdit onera civitatis, nec eſt civis; ſeu ut melius Alex. reſpondet *in conſ. 44. num. 5.* Martha *dict. caſu 83. num 2.* alia multa omittendo procedere, quia ſtatutum, de quo hic agimus diſponit de perſonis, & Juribus perſonalibus, & quod ſecus eſſet, ſi de rebus, & Juribus realibus diſponeret, quia concernit territorium; † & quia ſicut ſtatutum excludit, ita in- 9 cludit forenſes pro rebus ſibi ſubjectis, ut poteris comprobare ex his, quæ adduco *in cap. ſane 3. de foro comp.* Ubi de Juriſdictione, & foro ratione rei ſitæ.

Ad ſecundam quæſtionis partem an ſtatutum, 10 ut notarius non matriculatus in Collegio, nequeat inſtrumenta conficere, Clericos comprehendat, breviſſimè reſpondeo, ut cum tale ſtatutum non poſſit comprehendere notarios, Pontificia, vel Imperiali authoritate creatos, qui poſſunt ubilibet, & inter omnes perſonas, inſtrumenta conficere, ut communiter agnoſcunt Canoniſtæ *in cap. P. & G. de fide inſtrument.* Ubi ego plura ſcripſi, & in Rubrica, & aliis Juribus illius tituli, & Speculator *in tit. de inſtrumentor. edit. §. reſtat. num. 22. & ſequent.* † prober quod notarius crea- 11 tus ab Imperatore, vel ab eo, cui Imperator conceſſit facultatem, poſſit ubique inſtrumenta conficere in Francia, in Anglia, & in Hiſpania, Bartol. *in l. 2. ff. de officio proconſulis*; † Ubi quod nota- 12 rius creatus à Papa, vel a Principe, vel ab aliis comitibus, qui Principis authoritate notarios faciunt, poſſit ubique locorum inſtrumenta conficere, Rota Romana *in deciſ. 5. de fide inſtrument. in novis*, Rolandus *in conſ. 91. n. 18. vol. 3.* Surdus *in conſ. 257. num. 11.* Jaſon *in conſ. 242. vol. 4. col. 3.* Martha *4. p. de Juriſdict. cent. 1. caſu 87. à num. 6.* Uſque ad finem multis comprobans, ubi ait *n. 12.* † hæc non intelligi in notariis creatis ab aliis Prin- 13 cipibus inferioribus Papa, & Imperatore, qui non poſſunt exercere in loco non ſubdito. † Et 14 *n. 13.* Ubi quod notarius creatus ab uno Principe, non poteſt rogari de inſtrumentis inter ſubditos alterius Principis, ſecus inter ſubditos ſui Principis, etiam extra territorium &c. ſequitur ut quidquid Boerius dixerit contra prædictam reſolutionem in *deciſ. 242.* quod procedit potius de facto, quàm de Jure, ut prædictum ſtatutum, de quo nos loquimur; nec etiam Clericos comprehendat majori cum ratione; nam alias eſſet diſponere contra Eccleſiaſticos, vulnerans eorum immunitatem contra regulam textus noſtri: & ſic quantumvis tale ſtatutum pœna irroget illos non comprehendat; etſi annullaret inſtrumenta alias facta, quod procedit à defectu Juriſdictionis, & poteſtatis, ut ſæpius jam dixi. Et quia noviſſimè Gaito *de credito cap. 3. tit. 1. ex n. 482.* cum multis explicat quando & in quibus inſtrumenta per notarium Apoſtolicum confectum fidem faciat ideo leges quæ dixi ſub *cap.* Peth. *de fide inſtrum.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum, 15 quod Banniti poſſint impunè occidi, comprehendat Clericos. Et ſuppoſitis quæ plena manu dico

ſub.tit. de homicidio. Et quod Bnonitus poſſit
occidi etiam in ſoro conſcientiæ & etiam ſtante
ſtatuto ſæcularium de occidendis Bannitis, ſi
occidens faciat coelo Reipublicæ, & animo exe-
quendi ſtatutum, alias peccet, ſi animo funden-
di ſanguinem humanum, & ex odiu particula-
ri id exequatur, ut per Baldum *in l. ut vim ff.
de juſtitia, & jure*, Alex. *in l.ſi plagii ff. de verb.
obligat.* qui allegat Baldum *in l. Gracus cod. ad
leg. de adulter. & in l.2. col.12. cod. de confeſ. &
in l.1. col.3. cod. ſi à non comp. judice, & in l. 1.
col.9. cod. de ſumma Trinitate, & in l. fin. cod ſi
contra jus, vel utilitatem publicam*, Angelus *in
l. de quibus ff. de legibus*, Anton. de Butrio *in*
16 *cap. quæ in Eccleſiarum.7. hoc tit.* † Tamen cum
ſtatutum laicorum oon obliget Clericos ob cau-
ſam publicæ utilitatis, ut ſæpius *à quæſtione.1.*
dixi, quia nullum eſt tale ſtatutum ob defectum
juriſdictionis, ut latiſſimè Martha *de juriſdict.
p.4. cent.1. caſu.1.* & ex his, quæ dixi *cap. qua-
liter 17. de judiciis*, & in aliis illius *tit. de foro
comp.* ſequitur ut Clericus Bannus per Epiſco-
pum non poſſit impune offendi vigore ſtatoti
laicorum, quia in dubio nemo videtur eos vo-
luiſſe comprehendere in ſua diſpoſitione, de qui-
bus expreſſe diſponere non poſſit *cap. à nobis de
ſententia excommunicat. l. lucius §. fin. ff. ad mu-
nicipal.* ſic concludit ex multis Martha *dicta p.1.
de juriſdictione cent.1. caſu. 67. à n.2.* taliterque
procedere ait *n.10.* ut ſtatuentes, quando habent
intentionem comprehendendi Clericos, ſint ex-
communicati, ut dicit Franc. Plotus *in tract. de*
17 *excommunic.* § 30. *n.1.* † Et ſic concludit Mar-
tha ſtatutum prædictum nullomodo includere
Bannitos Clericos ab Epiſcopo, quia Clericus
Bannitus non amittit ea, quæ ſunt ordinis. Et ob
id eum occidens non excipiatur à regula *cap. ſi
quis ſuadente Diabolo* 17 q.4 quidquid dixerit
Baldus *in l.1. col 2. cod ſi à non comp. judice*, &
ad Speculatorem *in tit. de citatione col.* verb. *non
valet citatio.* Nec è contra quamtumvis liceat
Banniti occiſio, ſeu offenſio, juxta intellectum
communem, Ubi D.D. *cap. fin.de homicid.lib.6.
l. teſtamento centurio ff. de manumiſſis teſtamento*,
Clerico nullomodo queat occidere Bannitum,
cum incurrant irregularitatem, ſi vigore ſtatuti
laici occiderent, quia ſpecialiter Clericis prohi-
18 betur occiſio. † Cujus arma debent eſſe lachrimæ
& orationes, *cap. convenior 23.q.8. cap. porro*,
Ubi *gloſſa 16.q.4. gloſſa in cap. ex multa §. fin.
de voto*: & ſic contrafacientes Clerici, non ſo-
lùm peccant mortaliter, ſed debent pœna ho-
micidii, de qua per Bernald. Diez *in cap.4. ſuæ
pract.crim.Eccleſiaſt.* alia de Bannitis dixi alibi &
poſt hæc legi Daniel *de nobilibus diſp.40.* dicens
quod Bannitus impone occidi poteſt *ibi n.16.*cum
Suza, Dino *conſ.61.à n 8.*Nellis *de bannit.p.5 temp.
3.n.2.* Menoch.*de arbitr.q.90.n.*Giurba *conſ.80.n.
27.*ibi *n.15.* Duas referens ſententias de dubio no-
ſtro, & quod utraque habet ſuas ſectas ut per Graſ.
de effect. Cleric. effect.2. à n.369. ipſe tamen Da-
niel cum multis contrarium tenet de bannito
laico, & poſtmodum inter Eccleſiaſticos in frau-
dem adſcriptus, juridicè à laico bannito fiat
propter delictum quo perdit privilegium fori ut
in Aſſaſſinio cum iſto in caſu ſupponatur ſta-
tuto laico quo præcipitur ut impune occidi
poſſit: & ibi Daniel ex Guilielmo Benedicto Graſ.
effect.1. n.112 Giurba *conſ. 15.* & aliis, dicens
quod Clericatus ſuperveniens non extinguit ban-
num in aliquem irrogatum ob delictum dum lai-
cus exactè diſtinguit quoad pœnas irrogandas,
an quis ſe fecerit Clericum in fraudem vel non,
vel an ſit Imponenda pœna pecuniaria vel per-
ſonalis vel an tractetur de gradanda vel in mino-
ribus.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatutum 19
quod libri mercatorum faciant fidem, admitta-
tur contra Clericos. Et repetitis quæ dico latiſſi-
mè *in cap penult. de probat.* Ubi de probatione,
quam faciunt libri & aliæ inſcriptiones, & me-
lius ſub. *cap.1. de fide inſtrumentor.*, an rationes
& parcellæ diſpunctæ in liberis mercatorum ha-
beant executionem paratam, & alibi dictis.

Et quia concluſum eſt inter Doctores ſtatutum 20
vel conſuetudinem de adhibendo plenam fidem
libris mercatorum, quia inducit facilitatem de-
linquendi, & peccandi, Felinus *in dict. cap.1.
de fide inſtrumentor. & in cap. ſicut de prob.* Bal-
dus *in l. unica cod. de confeſ.* Abbas *in cap. bonæ
in 2. de poſtul. prælat.* Bartol. *in l. nuda ratio ff. de
donationib. & in l. quædam ff de edendo.* Ubi An-
gelus verbo *nummularios.* † ſicque à fortiori de- 21
bemus dicere tale ſtatutum, de adhibendo fidem
libris mercatorum, quod intelligitur, quatenus
ad mercaturam non comprehendere Clericos ex
defectu poteſtatis ſtatuentium, eum nec ſtatuta
laicorum debeant ſervari in curia Epiſcopi: ſic
in terminis alia adducens concludit Martha *de ju-
riſdict. dict.p.4. cent.1.caſu.86.n.1.* & 2. † Ubi 22
à n 3.ad.5. ait quod libri mercatorum non fa-
ciunt fidem de fidejuſſione, etiam ſtante ſtatuto;
& quod priores artium habentes juriſdictionem
in hominibus illius artis, intelliguntur de perti-
nentibus ad illam artem expendens ſub. *n.3.* &
4 eum multis textum *in l. ſi quis argentarius §. in
ratione ff. de edendo*, quæ non ſpectat ad hanc tra-
ctationem.

Ad quintam quæſtionis partem, an ſtatutum, 23
quod ſi locator, vel conductor noluerit continuare
reconductionem, teneatur alteri denunciare. Reſ-
pondeo Clericos non comprehendere, quia per
hujuſmodi ſtatutom prohiberentur Clerici loca-
re cui voluerint; imò efficerentur timidiores ad
faciendum id, quod ceſſante ſtatuto, & jure
communi inſpecto facerent libere, ut tenent
Bartol, & Angelus *in l. §.quæ oneranda, ff. qua-
rum rerum actio non detur*, Baldus, & Angel. *in
l.1. ff. de in jus vocando*, Abbas, & Ancharran.
hic io textu noſtro, Felinus *n.42.* verſ. *ſecundo
fuit*, & *n.69. ibi* Decius *n. 4.* additque Martha,
plura alia ſcribens *à n.8. caſu.98.* † Quo præla- 24
tus ſucceſſor non tenetur ſtare locationi, de quo
aliqua dixi *ſub. cap. quia V. de judiciis*, & pro-
prius *infrà in tit. de locato*, Ubi *n.6.* tanto magis
procedere ait, quia hujuſmodi ſtatutum dirigitur
in perſonam, ſicque non poſſit comprehendere
Eccleſiaſticos: de quibus in ſpecie diſponere non
poterat. † Ex qua cauſa idem Martha *dicto caſu* 25
98. cent.1.p. de juriſdictione ait *n.2.* ſtatuta de
denunciando, quod non intendunt ſtare locatio-
ni, vel conductioni, non comprehendunt Ec-
cleſiaſticos, nec eorum bona, ut ſcribunt An-
charran *in conſ. 25.* Alex. *in conſ. 17.* verſ. *nec ob-
ſtat vol.4.* Abbas *conſ.84.p.1.* Barbatia *in conſ.13.
vol.* Crotus *in repetitione legis filius familias. §.
Divi n.84.* verſ. *tertio elicitur de leg.1.* & *ibi* Fer-
din. *n.159.* Ancharran. *in cap.1. hoc tit.* verſ.
quæro etiam de quæſtione. † Ubi loquitur in ſtatuto 26
Senenſe diſponente, quod conductores apotheca-
rum,

rum, non poſſint expendi ſolvendo panſionem,
& probat non comprehendere aputhechas Cleri-
corum, vel Eccleſiarum, ut multis comprobat
Rochus *in tract. de conſuetudine ſect.* 8. *n.* 55.
Cujus poteſt eſſe ratio, quia magis ſunt contra
Eccleſiaſticam libertatem, quæ tollunt benefi-
cium juris communis, quam quæ auferunt com-
petentiam per privilegium, ut docent Decius
in textu noſtro *n.* 3. poſt Anton. de Butrio, Ga-
liaula *in receptione l. centurio n.* 156. *ff. de vulgari.*
27 *& pulpi.* † Ubi dicit quod ſi ea ſunt contra Ec-
cleſiaſticam libertatem, quæ tollunt multo ma-
gis, quæ ſunt contra jus commune reſpicientia
favorem Eccleſiarum, ut probat poſt plurimos
Doctores, quos allegat Calcanus *in conſ.* 7. *n.* 16.
Alba *in conſ.* 8. *n.* 7. Rochus *ſupra ſect.* 5. *n.* 20.
Clarus *in praxi §. fin. q.* 77. *n.* 28.
28 Huic doctrinæ videtur opponi, quia de jure
communi conductor antiquus non poteſt expelli,
ſi vult tantum ſolvere, quantum offert novus
Calcanus *conſ.* 8. *n.* 36. Cotta *in memorabil.* verſ.
locator. primus, Boerius latè *deciſ.* 107. per tex-
tum *in cap. ad aures*, & *ibi* Anton. de Butrio, &
alii de emptione, & venditione, quod ſaltem
procedit de æquitate per textum *in l.* 1. *§. permit-
titur ff de aqua quotidiana, & æſtiva*: de cujus
intellectu Guzadinus *in conſ.* 39. prima facie, *n.*
18. *& conſ.* 71. *in cauſa n.* 3. *& conſ.* 28. Videtur
29 *n.* 23. † Imò & quod non poſſit vetus inquili-
nus expelli, quando tantundem vult ſolvere,
Grammaticus *in conſ.* 4. *n.* 2. civilibus Afflictis
in deciſ. 238.
30 Sed reſpondeo ut quamtumvis hæc opinio
vera eſſet, procedat tantum in ruſticis, non au-
tem in urbanis, Alex. *conſ.* 80. *viſis opportune n.*
31 18. *vol.* 1. Mantua *conſ.* 48. † Itemque procedat
quando Dominus nullam habet juſtam cauſam
expellendi antiquum, cum ex æquitate præfe-
rendus ſi tunc antiquus, Alex. *in conſ.* 129. puto
quod de jure *vol.* 2. Jaſon *in authentica qui rem
cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, Curtius Senior *in
conſ.* 66. ſapienter *col.* 18. verſ. *capio nunc aliam*
32 *dubitationem.* † Et quod nullomodo poſſit pro-
cedere in Eccleſiaſticis, cum ex defectu pote-
ſtatis ſtatuentium ex regula textus noſtri, nulli-
ter fiat, concludit Martha *dicto caſu.* 98. *n.* 7. *in
fine.*
33 Ad ſextam quæſtionis partem, an ſtatutum,
quod ſolutio debiti non poſſit probari, niſi per
teſtes, afficiat Clericos litigantes. Et quia de
jure diſpoſitum eſt in multis caſibus, ut probatio
non fiat per teſtes, ſed requiratur ſcriptura, de
quo dixi nonnulla ſub titulis de teſtibus, & de
fide inſtrument, & agnoſcunt Doctores per tex-
tum *in l. nec cui cod. de locato*, *l. generaliter cod.
de non numerata pecunia*, *auth. ſed novo jure cod.
ſi certum petatur*, *auth. hoc jus porrectum cod. de
Sacroſanctis Eccleſ. l. teſtium cod. de teſtibus l.* 3.
l. ſi non ſe major dix. cap. 1. Ubi gloſſa, & D. D.
de cenſ. lib. 6. poteſt dic ut tale ſtatutum confor-
me juri communi Clericos utique comprehendat,
præcipuè ſi conſideras debitum eſſe, contractum
ante Clericatum, cum tunc potuerit injicere
vinculum Clericis poſtea factis, ut videtur di-
cere Alex. referendo Joan. Calderin. *in conſ.* 211.
n. 4. *in principio. vol.* 2.
34 Adhuc verò dicendum eſt tale ſtatutum non
ligare Clericos, cum propriè reſpiciat perſonam,
quæ debet ſubire probationis onus, ut dicit Alex.
dict. n. 4. verſ. *quia probatio propria reſpicit per-
ſonam, quæ ſecundum diſpoſitionem juris communis
poteſt probare per teſtes.* Ergo in quibus hæc fa-
cultas probandi limitaretur, corrigetur jus
commune, & auferrerentur Clericis ſibi compe-
tentia de jure communi, & ſic eſſet contra liber-
tatem Eccleſiaſticam; imò fortius. † Quia tol- 35
lerentur ſibi competentia de jure canonico, quo
admittitur probatio per teſtes. ut latè dixi *in
Rub. & tit. de teſtibus*, & *ibi* Doctores per tex-
tum *in cap. in omni negotio*, *& in cap. cum eſſet*,
cap. relatum de teſtam. ſic probant Felinus *in cap.
ſicut conſuetudo de probationib. n.* 15. poſt Joan-
nem Andream, & Anchorran, & Joannem de
Imola, quos allegat Marſil. *in rubrica de probat
n.* 56. Abbas *hic in textu noſtro n.* 46. poſt Archi-
diaconum, Cynum, quos hic allegat Decius *n.*
206. poſt Raphael Cuman *in conſ.* 139. *col.* 2.
quem allegat Alex. *in dict. conſ.* 211. *viſa facti
narratione vol.* 2. *n.* 4. Martha *de juriſdictione
dict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 69. † Qui *n.* 5. cum Mar- 36
ſilia *ſupra numero* 63. *&* 75. dicit propterea
dictum ſtatutum non habere locum in cauſis
piis, nec in dote.
Nec his obſtare dicta *n.* 1. quia etſi tale ſtatu- 37
tum de non probando per teſtes, ſed inſtrumenta
ſit de jure civili; imò & de jure canonico ex di-
cto *cap.* 1. *de cenſibus*, Ubi gloſa exemplificat in
caſibus multis. Sed cum iſte caſus ibi non cavea-
tur, ſed tantum à ſtatuto, ſeu lege laici legiſla-
toris, evanit, ut ex defectu juriſdictionis non
valeat per regulam textus noſtri, ex jam latè *ſu-
pra* dictis à quæſtione 1. † Minuſque obſtare 38
fundamentum ſecundum, quia ut jam ſæpius
ſupra dixi adicta *q.* 1. tunc ſtatutum injicit vin-
culum, quando actio exerceri queat, & poteſt,
ut probat etiam cum multis Martha *dicta p.* 4.
cent. 1. *caſu.* 22. *de juriſdict.* & ſic licet debitum
ſit ante Clericatum, quia tamen probatio con-
tingit fieri poſt Clericatum, ſequitur ex textu
noſtro, ut non poſſimus dicere, quod ſtatutum
injecerit vinculum ante Clericatum, ut etiam
dixit Decius *his n.* 206.
Ad ultimam quæſtionis partem de Eccleſiaſti- 39
co venditore, cum *infrà in cap. fin de emptione,
& vendit.* tractem de evictione rei venditæ, &
juxta propoſitum, de quo loquitur Martha *de
juriſd. dicta p.* 4. *cent.* 1. *caſu.* 34. latè ſcribat de ſe-
quenti quæſtione, an Eccleſiaſtici venditores
denunciati à laico in judicio evictionis, coram
laico, aut Eccleſiaſtico debeant, & poſſint com-
prehendi, atque cauſam defendere: & quid ſi
ipſi fuerint emptores, & non denunciaverint. † Et 40
à n. 1. præſupponat quod evictio non habet lo-
cum, niſi lite prius denunciata venditori per
textum *in l. habere licere ff. de evictionibus.* Nec
ſufficiat aliunde venditorem habere notitiam,
vel ex tertio, quia citatio, & denunciatio eſt de
forma *l. emptor. cod. de evictiion. dicto cap. fin. de
emptione, & vendit.* Ubi latiſſimè ſcribo, & per
multa. quæ dixi *infrà in cap. pen. de foro comp.
cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap.* 3. *de teſti-
bus.* citatio in hoc caſu non fiat ad certioran-
dum, ſed ad incitandum. † Ideoque requiratur 41
judicialis arctiſſima, Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 17.
illat. 1. Vivius *opin. commun.* 434. latè Gaſpar
Cavallin. *in tract. de evictionibus in §* 3. per totum.
† Et ipſe venditor denunciatus teneatur vigore 42
pacti emptorem illum defendere, litemque in ſe
ſuſcipere, alias abdicata re, teneantur de evi-
ctione.

Quare

43 Quare Doctores potuerunt legitimè dubitare, quid juris ſi Clericus venditor denunciaretur à laico emptore pulſato coram judice laico, an is Clericus debeat ex *l. venditer ff. de judiciis*, ſuſcipere in ſe judicium coram judice laico vel debeat per ejus inſtantiam remitti ad judicem Eccleſiaſticum propter ſuum intereſſe, & neceſſariam defenſionem, ad quam tenetur; licet idem Martha quatuor articulos faciat, ut explicet *dicto caſu* 34.
44 *cent.* 1. *p.* 4. *de juriſdictione.* † Primum ut debeat fieri Clerico venditori denunciatio coram judice Eccleſiaſtico, addens quod denunciatio facta, Clerico, eſt nulla, niſi coram judice Eccleſia-
45 ſtico. † Et pro ſecundo articulo dicat *ibi n.* 7. quod Eccleſiaſtici emptores poſſunt agere de evictione, licet non denunciaverint litem emptori cum Covarruv. & Cavall. *Supra*, Auſrerio, Tyraquello; etſi Antonius de Burgos contrarium doceat *in dicto cap. fin. de emptione n.* 9. & Cav. in §. 3. *à n.* 108. per textum *in c. brevi de jurejurando*, & *in cap. potuit de locate*, quibus late reſpondent Andreas Fraquineus *lib.* 2. *controverſ. cap.* 37. Covarruv. *in dict. cap.* 17. *lib.* 3. *variar.*
46 *illat* 4. † Et pro tertio articulo dicat Martha *à n.* 8. quod Clericus venditor denunciatus canonice coram judice Eccleſiaſtico poterit defendere laicum emptorem ſi vult, & habuerit licentiam ab Epiſcopo coram judice laico: Ubi *n.* 10. intelligit ſi Clericus velit, & de licentia Epiſcopi,
47 non alias † Ubi *n.* 11. ait quod Clericus venditor denunciatus coram laico, non poteſt trahere
48 cauſam ad judicem Eccleſiaſticum. † Et pro quarto articulo ponit aliud dubium *ibi à n.* 13. quid quando Clericus venditor denunciaretur in judicio ſæculari, & ita diceretur defenſor neceſſarius, an nunc poſſet trahere cauſam ad judicem Eccleſiaſticum. Et pro negativa, & affirmativa opinione diſceptans, de quo ego *in dicta cap. fin.* plura ipſe dicat etiam de fiſco denunciato emptore, aut venditore. Ideo quia haec quæſtio, de qua ago nunc in dicto verſ. *ad ultimam*, ſatis ſit reſoluta per illa, quæ ſcripſi infra *in dicto cap. penult. de foro compet. q.* 11. verſ. *ad ſecundam*, ubi loquutus fui de Clerico venditore interpellato ab emptore laico, ut eum defendat; item ibi *à n.* 5. expendi, quid de fiſco, de quo non amplius inſiſto.

Quæstio XXXII.

Privilegium patriæ ne incolæ trahantur ad judicium extra patriam, an comprehendat Eccleſiaſticos: An, teſtator poſſit Monaſterium, vel Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus, Monachus fuerit factus: An ſtatutum quod maritus poſt mortem ſuam, non poſſit relinquere Uxori ultra centum aureos, comprehendat caſum quando reliquit uxori multò majorem quantitatem pro eleemoſyna facienda pauperibus, diſtribuenda per ipſam: Et an legatum factum uxori, donec caſtè vixerit, & lectum vidualem ſervaverit debeatur etiam ingreſſæ Monaſterium, non obſtante quod communis uſus loquendi contrarium intelligeret: An teſtator poſſit præjudicare ordini Eccleſiaſtico per conditionem *ſine liberis*, quæ non excludit Eccleſiaſticos, nec Monaſterium ante profeſſionem, etiam ſi alter filius ſit ſubſtitutus.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium Patriæ ne incolæ trahantur ad judicium, extra patriam non debet determinari per deciſionem textus* in cap. dilecti 18. de foro comp. *Et num comprehendat Clericos* à n. 2.
2 *Clerici veniunt incolarum appellatione.*
3 *Eccleſia dicitur de corpore civitatis, & Clerici cives deſtruales, pars civitatis* n. 4.
5 *Privilegium utile Clerico, præſumitur approbatum à Papa.*
6 *Statutum privilegiale, ne incolæ trahantur ad judicem extra Patriam, Clericos non comprehendit, cum eis ſit præjudiciale ratione juriſdictionis* n. 7. 8. *Papa ſine cauſa non poteſt concedere poteſtatem, & juriſdictionem ſæculari cognoſcendi inter Clericos.* dict. n. 6.
9 *Teſtator nequit ab hæreditate excludere Eccleſiam, ſi hæres inſtitutus factus fuerit Monachus; ſic ut nulla conſuetudine poſſit teſtator Monaſterium excludere* n. 10. 11. *ſi hæres inſtitutus ingrediatur Religionem, ut* num. 12.
13 *Populus ille ſolus poteſt introducere conſuetudinem, qui poteſt ſtatutum facere.*
15 *Teſtator nec de rigore juris, nec de conſuetudine poteſt inducere conſuetudinem in præjudicium Religionis.*
16 *Statutum nullo modo poteſt derogare piæ cauſæ* & n. 18.
17 *Statutum quod maritus poſt mortem ſuam non poſſit relinquere uxori ultra centum aureos ſi maritus decedens ſit dives, & uxor inops, nihilominus non prohibet, ut uxor habitura ſit partem quartam bonorum mariti, ne laboret inopia, maxime, quia eſt ſucceſſio legalis* & n. 18. & *de dubio præſenti* n. 20.
18 *Maritus teſtando non poteſt de jure privare uxorem à quarta parte.*
19 *Legatum omne relictum uxori à marito, ſtante ſtatuto, ne maritus poſt mortem ſuam relinquat uxori, imputatur in quartam partem uxori debitam.*
20 *Statutum quod maritus poſt mortem ſuam non poſſit relinquere uxori ultra centum aureos, non comprehendit caſum, quando relinquit uxori multo majorem quantitatem pro eleemoſyna diſtribuenda pauperibus per ipſam.*
21 *Statutum, ut maritus non poſſit legare uxori, niſi certam quantitatem, etiam ſi legetur tertio, qui det uxori per ſtatuentes taxatam ad occurrendum infeſtationibus mulierum earum blanditiis, & delinimentis, valet & quare.*
22 *Statutum dicitur eſſe factum odio uxoris, quæ marito infirmo non ſerviret, niſi eidem quidquid vellet relinqueret.*
23 *Uſus loquendi communis non attenditur contra proprium*

propriam verborum ſignificationem, & naturas.

24 *Jura ſapientum deturpari non debent per ora ruſticorum, in quibus, ſeu eorum ſenſu non cadit vocabulorum differentia.*

Loquutiones imperitarum perſonarum non ſunt propria, ſed abuſiva dict. n. 24.

25 *Religioni præjudicium non fit per conſuetudines laicorum, & imperitiam loquendi.*

26 *Legatum relictum uxori; donec caſte vixerit, & lectum vidualem ſervaverit, debetur eidem, etiam ſi Monaſterium ingrediatur;* & n. 27. 28. 29.

Contra Reynaldum n. 30. & 31. *niſi teſtator aliud exprimeret, ut* à n. 41.

28 *Vidua dicitur uxor relicta, ingrediens Monaſterium, quæ ſemper aget in judicio in foro ſui mariti.*

29 *Teſtator, & ſtatuentes quæ non poſſunt expreſsè, nec tacite cogitaſſe de caſu, quem non poterant, cenſetur, nec diſponendo ad ſui libertatem arrogare ſibi juriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis.*

32 *Vidua propriè dicitur cujus maritus mortuus eſt; etſi ingrediatur Religionem, cum ſervet ibi Caſtitatem* n. 33. 34. 35. & 36.

35 *Uſus fructus non extinguitur relictus uxori per ejus ingreſſum. Religionis, qui Monaſterio acquiritur, donec ipſa vixerit.*

36 *Teſtatoris mens interpretatur, ut non trahatur ad odioſa.*

Honor marito ſervatur per ingreſſum Monaſterii ab ejus uxore vidua dicto n. 36.

37 *Statutum, vel conſuetudo, quod verba teſtamentorum ad litteram intelligantur, facit ut ſubſtitutus ſuccedat excluſo Monaſterio* & n. 38. *Ubi quid quando conſuetudo ſtat, ne ſuccedat Monaſterium.* & ibi n. 39. 40. *Vide* n. 48. & 49.

42 *Teſtator non præjudicat ordini Eccleſiaſtico per conditionem* ſi ſine liberis, *quæ non excludit Eccleſiaſticos* n. 43. 44. & n. 50.

45 *Teſtator non poteſt expreſsè Eccleſiam, vel Monaſterium ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus ingreſſus fuerit Monaſterium &* n. 47.

46 *Teſtatoris voluntas non eſt attendenda, quando jus adverſus illam diſponit.*

48 *Interpretationem, quam canones, & leges fieri permittunt pro filiis contra Monaſterium, eſt reſpectu legitimæ, quæ ſi relicta eſt filio, tunc de jure magis favetur Eccleſiæ, & Regioni* n. 49.

50 *Religionis favor procedit etiam, ſi ſubſtitutus ſub conditione factus fuerit Clericus ſæcularis.*

1 AD primam difficultatis partem; etſi nonnulli ſentiant reſpondendum eſſe juxta deciſionem textus *in cap. dilecti* 17. *de foro compet.* Ubi egi *quæſt.* 1. de illis *quare privilegiatus, qui ſolum tenetur reſpondere in certo loco, poſſit conveniri in alio loco, Ubi promiſit reſpondere vel ſolvere, vel ubi domicilium habet*: ex cujus deciſione Franc. Marcus, qui ex propoſito egit de quæſtione à nobis propoſita *in deciſ.* 1090. *p.* 1 Sed quia privilegium, de quo in dicto textu fuerit conceſſum à ſede Apoſtolica, ut *ibi* legitur expreſsè, & propterea ſint differentes termini; ideo, ut advertit Martha *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 59. non debet determinari dubium propoſitum per deciſionem illam, in quo agimus de privilegio laico.

Unde etſi pro affirmativa ſententia, & ut vo- 2
luit Franc. Marcus *in dicta deciſ.* 1090. poſſint conſiderari ſequentia, nempè, quia tale privilegium eſt conceſſum incolis, quorum appellatione veniunt Clerici ex doctrina Bartol. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. ad municip.* dicens ut veniat appellatione civium Baldus
in cap. 1. *de Vaſallo, qui arma bellica uepos.* † Ubi 3
dicit quod Eccleſia dicitur de corpore civitatis, Natta *in tract. de ſtatuto excluſivo fuminar. in* 3. *quæſt. princip. n.* 85. Marſilius *in tract. de Bannitis* in verbo *n.* 116. & Caſaoeus *in conſuetud. Burgun.*
4. *Rub.* 13. §. 9. *n.* 2. † Ubi dicit quod Clerici di- 4
cuntur cives diſtrictuales, & pars civitatis, Tyraquel. *de primog. q.* 44. *n.* 9. Cumias ſuper ritibus magnæ Curiæ Siciliæ *cap.* 40. *n.* 280. & procedat etiam in Clericis alienigenis, etiam ſi in eo loco habitent, vel habeant beneficia, quia habentur pro civibus, dum mora ibi trahunt, Bartol. *in l. cives cod. de incolis lib.* 10. Barbatia *in cap. Rodulphus n.* 137. *de reſcriptis*, Felinos *in cap. dilectus in* 2. *n.* 2. & 8. *de reſcriptis*, Boerius *deciſ.* 260. *n.*
20. faciunt quæ dixi *in cap.* 14 *q.* 1. *de foro comp.* † 5
Ex quibus Franciſcus Marcus movetur, item ex eo quia privilegium utile Clerico præſumitur approbatum à Papa ex his, quæ ſcribunt Hoſtieoſis *in cap. fin. de cenſib.* & Abbas *in texta noſtro numero* 9.

Tamen dicendum privilegiale, ſtatutum, de 6
quo in dubio agimus, non comprehendere Clericos propter magnum præjudicium, quod Clericis parat, & toti ordini Clericorum ex *cap. fin. de rebus Eccleſ. alien. vel non.* Ubi conſideratur hoc præjudicium ratione juriſdictionis, cujus Clericale privilegium eſt de jure divino, *cap. imperator.* 96. *dict.* & ex aliis, quæ late dixi *ſupra ſub. quæſt.* 17. verſ. *ad tertiam*, & *in cap.* 2. *cum aliis de judiciis q.* 2. & 3. & ob id Papam non poſſe ſine cauſa concedere alicui Principi ſæculari poteſtatem, & juriſdictionem cognoſcendi inter
Clericos. † Quare docent Doctores quid ſi vir- 7
tute illius privilegii Clerici, qui alias de jure deberent conveniri coram proprio Epiſcopo extra patriam exiſtente, exciperent de privilegio ſibi, ut civibus competenti tacite conſentirent in judicem non ſuum, nempè laicum, qui eſt incapax cognoſcendi de Clericis, juxta quæ dixi *in cap. ſi diligenti*, & *alibi de foro compet.* & *in cap. qualiter cum aliis de judiciis*, *cap. ſignificaſti eodem tit. de foro compet*, *cap. contingit. de ſent. excommunicat* Speculator. *in tit. de citatione* §. 1. verſ. *ſed pone*, late Grammaticus *in voto crim.* 18.
vol. 2. † Sequitur, ut illud ſtatutum quantum- 8
vis videatur favorabile prima facie propter relatum privilegium, quod parat ordini Clericali nullum ſit reſpectu Clericorum ex doctrina textus noſtri, & ex late jam adductis: docet in terminis Martha *dicto caſu* 59. *à n.* 5. 10. & 11. quia etſi Clericis patriæ eſſet utile, ſed offenſivum Clericorum ordini, contra quem Papa non ſolet diſponere: & ſic nunquam infringi ab imperatore ex *dict. cap. Imperator.*

Ad ſecundam quæſtionis partem, an teſtator 9
poſſit Monaſterium, vel Eccleſiam ab hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus Monachus fuerit factus. Et quia ut ſcribit Everardus in loco ab ultima

ultima voluntate,ad ſtatutum,legem, vel conſuetu-
dinem; ſicut procedat argumentum à ſtatutis ad
teſtandum diſpoſitiones; & ego latiſſimè *infra in*
10 *præſentia* de probationibus per textum *ibi*, & alia
Jura, quæ hic expendi, probaverim non eſſe Mo-
naſterium, vel Eccleſiam excludendos: ſequitur
ut quemadmodum ſtatutum, quod ingrediens Mo-
naſterium, non ſuccedat, & contra libertatem,
Eccleſiaſticam, ut ibi probant Canoniſtæ, Feli-
nus *n.* 35. Decius 53. de quo jam dixi *ſupra*, & la-
11 te ſcripſit Martha *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 76.
† Sequitur ut nec in dubio noſtro queat teſtator
excludere Eccleſiam, vel Monaſterium ab hære-
reditate ſi hæres inſtitutus factus fuerit Monachus:
ſic Canoniſtæ *in dicto cap. in præſentia* ibi Anto-
nius de Butrio *numero* 27. Aretin. 76. Felinus *nu-
mero* 67. Baldus *numero* 18. Abbas hic *numero* 55.
12 verſ. *ex his infertur* probat cum infiniis, etiam
ex antiquioribus legendus Martha *dict. p.*4. *cent.*1.
caſu 80. *à num.* 2. qui etiam *à numero* 10. corro-
borat dicens ut nulla conſuetudine etiam imme-
moriabili poſſit induci, ut teſtator poſſit expreſ-
ſè Monaſterium excludere, ſeu Eccleſiam, ſi hæ-
res inſtitutus ingrediatur religionem, quia intro-
ducere conſuetudinem eſt Juriſdictionis, ipſa enim
13 eſt lex, ut ait Alex. *in conſ.* 173. *numero* 12. *vol.*
6. † Ergo cum ſolus ille populus poſſit introdu-
cere conſuetudinem, qui poteſt facere ſtatutum,
Bald. poſt gloſſam *in l.* 2. *numero* 1. & 2. *oppo-
ſit. Cod. quæ ſit longa conſuetudo* Innocent. *in cap.*
14 *cum acceſſiſſent hoc tit.* Alex. cum aliis *in l. ſi non
ſpeciali col.* 2. *de teſtament.* † & laici ut ſupra *à
quæſt.* 1. latè dixerim non poſſint ſtatuta facere,
quæ tangant Clericis competentia de Jure com-
muni, ſive ax privilegio, ut eſt receptiſſima
omnium Doctorum ſententia in textu noſtro, ſe-
quitur ut nullu modo talis conſuetudo ſuſtinea-
15 tur, etiam ſi ſit mixta laicorum, & Clerico-
rum per dicta *infra in cap.* 8. *de judiciis.* † &
quod teſtator nec de rigore Juris, nec conſue-
tudine poſſit inducere conditionem in præjudi-
cium religionis, ita cum aliis concludit Martha
dicto caſu 80. *numero fin.* & per illa, quæ ſcrip-
ſit *in cap.* 2. *de juriſdictione cap.* 41. & quæ ſcri-
bit *infra dicta p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 95. quidquid alii
ſenſerint dicendo ut etſi de rigore Juris tale ſtatu-
tum non valeat expreſsè prohibens, ſed factum
ſuſtineri vigore generalis conſuetudinis; & rogo
ut repetas quæ ſcripſi *in dicto cap. in præſentia*; ex
quibus ad ſaturitatem dictis poteris exornare hu-
16 jus difficultatis punctum.

Ad tertiam quæſtionis partem, quia ſtatutum
nullo modo poteſt derogare piæ cauſæ, ut docent
communiter omnes in textu noſtro, & Martha *de
juriſdiction. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 88. *num.* 16. dicens
17 *numero* 17. ſtatuto laicorum non cenſeri deroga-
tum *aut. præterea cod. unde vir, & uxor.* † inferens
quod ſi maritus decedens eſt locuplex, & uxor
ſuperſtes inops, non obſtante dicto ſtatuto ipſa
uxor habitura ſit quartam partem bonorum ma-
riti, ne laboret inopia, maximè quia hæc eſt ſuc-
ceſſio legalis data à Jure, quæ per ſtatutum non
18 cenſetur ſublata, Ripa *in l. filiuſfamilias* §. *Divi
numero* 96. *ff. de leg.* 1. † & maritus teſtando non
poſſet privare uxorem ipſa quarta parte, Decius
in dicta auth. præterea numero 9. verſ. *ſexto nota*,
& tam *dicta auth.* præterea quam cætera Jura de
piis cauſis loquentia, ſint Jura limitatoria, quæ
non cenſentur ſublata per leges, aut ſtatuta nova,
per quæcunque verba generalia facta etiam cum
clauſula *non obſtantiarum* generali *l. ſciendum*, ubi
gloſſa verbo *non compelli*, verſ. *ſecundo an ſit hodie
correcta ff. qui ſatiſdare cogantur* ubi Alex. & Jaſon.
Roman. *in conſ.* 49. *viſis*, & *conſ.* 322. *in caſu*, &
conſ. 399. *præſens col.* 3. † & ideo omne legatum 19
relictum uxori à marito ſtante hoc ſtatuto impu-
tetur eidem uxori in illam quartam *dicta auth. præ-
terea in fine.* † Sequitur dicendum in puncto diffi- 20
cultatis noſtræ, ut ſtatutum quod maritus poſt
mortem ſuam non poſſit relinquere uxori ultra
centum aureos, non comprehendat caſum, quando
reliquit uxori multo majorem quantitatem pro elee-
moſyna diſtribuenda pauperibus per ipſam, ut late
proſequitur Martha *de juriſdict. p.*4.*cent.* 1.*caſu* 88.
Ubi leges. † Quæ reſolutio non turbatur ex eo quod 21
ſit validum ſtatutum, ut maritus non poſſit legare
uxori, niſi certam quantitatem, etiam ſi legetur
tertio qui det uxori per ſtatuentes taxatam ad oc-
currendum, in feſtationibus mulierum, & earum
importunitatibus, blanditiis, & inſidiis, & delini-
mentis, de quibus loquitur textus *in l. non eſt con-
ſentiendum ff. de inofficio teſtam.* quibus mariti mul-
toties inducuntur ad privandos filios, atque cæte-
ros proximiores omittendum cum longè in noſtro
caſu differat, ubi militat cauſa pia privilegiata, ut
eſt ponderatum; ſed in prædicto ſtatuto alia, quæ
in odium tendit, quia ut conſiderat Socinus tale
ſtatutum ſit in odium uxorum: ſic *in conſ.* 74. *dif-
ficultatem col.* 2. verſ. & *pro ſolutione*, & practica
Papienſ. in forma libelli, quo uxor agit ad dotem
§. *dedit*, & legavit circa princip. † Ubi dicit ſta- 22
tutum eſſe factum odio uxoris, quæ marito infir-
mo non ſerviret, niſi eidem quidquid vellet, re-
linqueret.

Ad quartam quæſtionis partem, an legatum fa- 23
ctum uxori,donec caſtè vixerit, & lectum vidualem
ſervaverit, debeatur etiam ingreſſæ Monaſterium,
non obſtante quod communis uſus loquendi con-
trarium intelligeret: & conſideratis aliquibus, quæ
dico *infra in dicto cap. in præſentia de probat. q.*19. *à
n.*1. & *alibi.* Breviter reſpondendo dico, ut quem-
admodum communis uſus loquendi, non attendi-
tur contra propriam verborum ſignificationem, &
naturam, † cum Jure ſapientum deturpari, non 24
debeant per ora ruſticorum, & idiotarum ſecun-
dum Bald. *in l.*2. *cod. de ſucceſſorio edicto*, & *in cap.*
1. *de ſucceſſ. feudor.* in quibus, ſeu in eorum ſenſu
non cadit veritas aut differentia vocabulorum, ut
atteſtatur gloſſa *in l. quid ſine potes, ff. de teſtam.
tutela*, & tales imperitarum perſonarum locutio-
nes non ſint propriè ſed, abuſivè, *l. item præter*
§. 1.*ff. de ſuis*, & *legitim.* † & multo fortius, nec at- 25
tendatur in præjudicium religionis, cui non poteſt
per laicorum conſuetudines, & imperitiam loquen-
di fieri aliquo modo præjudicium; † inde eveniat, 26
ut legatum factum uxori, donec caſte vixerit, &
lectum victualem ſervaverit, debeatur eidem,
etiamſi Monaſterium ingrediatur, quia religionis
ingreſſus, & profeſſio, non repugnat viduitati.
† Etenim relicta uxor ingrediens Monaſterium, vi- 27
dua dicitur, quia ſtat in continentia, & ſine viro
eſt; & licet monaſticam vitam profeſſa fuerit. † ta- 28
men ſemper aget, atque ut vidua relicta ſui mariti
prædefuncti, in judicio comparebit, & in foro ſui
dicti viri, ut dixit Joannes Andreas *in addition. ad
Speculator inſtit. de competentiis judicis additione* §. 1.
verſ. 44. ut late poteris confirmare ex his quæ
ſcripſi *in cap. ex tenore* 11. & *in cap. ex parte* 15.
de foro compet. Ubi de foro viduæ in judicio, &
miſerabilium perſonarum.

de foro compet, Ubi de foro viduæ in judicio, &
miſerabilium perſonarum.
29 Et quo fiet quia ſtatuentes non poſſint ex-
preſſe, & nec tacite cenſeantur cogitaſſe de caſu,
quem non poterant, ut jam ſæpius dixi, & nec
poſſit teſtator diſponendo ad ſui libitum arrogare
ſibi juriſdictionem ſuper Eccleſiaſticis, ut dici-
tur in *dicto cap. fin de rebus Eccleſ. non alienandis*,
& ſit frequentiſſimus horum legatorum uſus fa-
vore religionis, ut viduæ ingredienti religio-
nem, & monaſterium debeatur legatum ſub
prædicta clauſula *ſi caſte vixerit* factum, ut do-
cent Bald. *in l. Deo nobis numero* 11. *Cod. de Epiſ-
cop. & Cleric.* Alex. *in l. mulier. §. cum propone-
retur ff. ad Trebel.* Jaſon. *in l. fin. num.* 33. *Cod.
de indicta viduitate tollenda* Paulus de Montepico
in l. Titia §. Titia cum nuberet. numero 46. *ff. de
leg.* 2. Alciatus in *conſ.* 62. *numero* 11. *lib.* Creſ-
men *ſingulari* 142. Cardinalis Mantica *in tract.
de conject. lib.* 11. *art.* 19. *à numero* 17. Joannes
de Arnono *in ſoſilo quæſtione* 33. Caſſineus *in
conſuetud. Burgundiæ*, *Rub.* 4. §. *fœmina Maria*
in verb. *Pous eo juyrſa vie durant numero* 5. Ga-
briel. Sarayna *in addition. ad Mateſilan. in ſin-
gul.* 142.
30 Huic tamen receptiſſimæ ſententiæ ſe oppo-
ſuit Raynaldus Corſus, qui *in lib. 2. indagatio-
num cap.* 23. movetur, ex eo quia teſtator præ-
ſumitur ſe conformare cum communi uſu lo-
quendi, qui in ultimis voluntatibus interpre-
tandis primam locum obtinet ex congeſtis per
31 Mantuam *lib.* 3. *cap.* 8. *de conjecturis*; † & ſecun-
dùm ipium viduæ intelliguntur, quæ manent in
hæreditaria domo mariti, atque honeſtum ma-
triſfamilias cuſtodiunt nomen, nec vitæ mo-
naſticæ competere nomen viduæ ait; quinimo
ipſam deſponſari Deo, atque mutara nomen
& habitum, fierique novam creaturam.
32 Sed nihilominus prima ſententia eſt ample-
ctenda, nam licet vidua dicatur, quæ maritum
adhuc non habuit *l. malum §. viduam ff. de verb.
ſignif.* Tamen ex communi uſu loquendi illa pro-
prie vidua dicitur, cujus maritus mortuus eſt
cap. viduæ dist. 34. & permanet ſeparata à mari-
to, ut *ibi* dicit Archid. *dicto cap. ex tenore*, *dicto
cap. ex parte de foro comp.* Ubi expreſsè hoc di-
cit Abbas, & egu dixi Felinus *in proœmio decret.
colum.* 2. Rebuffus *in dicta l. malum §. viduam*,
verſ. *primo limitatur*, Ubi dicit quod illa di-
catur vidua, ut uſus obtinuit cujus maritus mor-
33 tuus eſt, † & Baldus *in l. decreto*, *Cod. ex qui-
bus cauſ.* Riminald. junior *conſ.* 112. *numero* 94.
volum 2. poſt Bald. *in conſ.* 267. *num.* 4. *volum.* 3.
dicentes prædicta verba ſatis ſignificari ſtante vi-
dua in habitu viduali, honorem, ac lectum ſer-
vante, ſi ipſa non nupſerit; ſed nullo, & hone-
ſtiori modo dicitur vidua relicta continentiam
ſervare, atque non nubere, quàm ſi religio-
34 nem profiteatur. † Ergo ſpecies hæc non nuben-
di vere verificatur religionem profitendo, cum
ex illo uſu loquendi teſtatoris, non excluditur
ingreſſus religionis, quo magis caſtè vivere po-
teſt juxta intentionem legantis, & multò ma-
35 gis conſiderato, ut dixi favore religionis., † cum
per ejus ingreſſum non extinguntur uſusfru-
ctus, ſed donec relicta uſufructuaria vixerit
monaſterio acquiratur, ut latè dixi *ſub cap. in
præſentia de probat.* & tradunt Bart. poſt gloſſam
in auth. ingreſſi in 1. *lectura in fine*, & *in repe-
tit. numero* 52. & *ſeq. Cod. de Sacroſanct. Ec-*
cleſ. Baldus *numero* 12. Jaſon *numero* 48. Alex.
conſ. 10. *numero* 14. *volum* 5. Abbas *in cap. fin.
numero* 2. *de pignoribus*, & eſſe communem ſen-
tentiam teſtatur Covarruv. *in cap.* 2. *numero* 8.
de teſtam. & ex multis aliis comprobat Martha
de juriſdict. dict. p. 4. *cent.* 1. *caſu.* 81. *à numero* 4.
† Ubi *numero* 7. ait cum aliis quod mens te- 36
ſtatoris interpretatur, ut non trahitur ad
odioſa ex *l. Lucius in* 2. *ff. de legat.* 2. *l. teſtamen-
to centurio ff. de manumiſ. teſtam. cap.* 1. *de filiis
preſbyterorum lib.* 6. Sed odium non reperitur ſi
vidua ingrediatur religionem, aut profiteatur;
imò potius ibi mariti memoria honoratur, ſi
ejus relicta monaſterium ingrediatur, ot *ibi*
Martha conſiderat. *numero* 9. & ante cum Lau-
rentius de Penu *in conſ.* 30. *numero* 2. cum ex
hoc modo excuſetur defunctus teſtator ab inju-
ria, ut fortè ejus bona alius occuparet ſecundus
maritus. Ergo.
Hæc inquam omnia ego limito, quando ſtat 37
ſtatutum, vel conſuetudo, quod verba teſta-
mentorum ad literam intelligantur, quia tunc
etiam ſubſtitutus ſuccedet, monaſterio excluſo,
ut per Sarmientum *lib.* 1. *ſelect. cap.* 6. *colum.
ultima*, verſ. *præterea*, Monachius, Mantica,
in triglicent. 3. *quæſtione* 63. *numero* 50. Fuſſar.
Gall. Ruſt. quos ſequitur Barboſa *de applat.*
verbo *filius numero* 154. † Ubi ex aliis multis 38
numero 155. 156. 157. limitat ſi in civitate ex-
tat ſtatutum, quod monaſterium, vel ingreſſi
in illud non ſuccedent: nam ſtatutum ſervan-
dum erit, ſecundum quod interpretabitur vo-
luntas teſtatoris: ſic cum Alciato, Peregrino,
Menochio, & aliis, † & quando ſtet in civi- 39
tate conſuetudo, quod monaſterium ingreſſi
ab inteſtato, non ſuccedant parentibus, & ag-
natis: ſic cum Boërio *deciſ.* 354. *numero* 7. & 8.
Mantica, Fuſſario, Gallo, & aliis, & limitari
in Gallia ait, † in quo monaſteria non ſucce- 40
dunt monachis profeſſis, Boërius Supra *numero*
8. Rebuffus, Benedictus, Fuſſar. Peregrinus,
& alii, quos refert idem Barboſa *dict. numero*
157. qui ante, & poſt *à numero* 158. alias pro-
ſequitur limitationes ad doctrinam textus *dicti
cap. in præſentia de probat.* cum aliis juribus,
quæ *ibi* ego ex propoſito expendi, qui *numero*
121. 122. 123. ponit ejus verum intellectum cum
multis ex modernioribus explicans. † Sed hæc 41
non videntur applicari ad dubium, de quo nunc
loquimur, niſi in caſu, quo teſtator expreſsè ca-
viſſet, quod relinquebat legatum viduæ caſtè vi-
venti in ſæculo, nec monaſterium intranti;
quod etiam ex adductis ſupra poſſet eſſe difficile
tamen magis teſtator tunc explanat ſuam volun-
tatem, quam quod explanaverit in noſtro caſu
& ot his quæſtionibus plenè ſatisfacias adjunges
alias quæ tractat Thomas del. Benè *de immunit.
p.* 1. *quæſtione* 8. *dubit* 2. *ex ſect.* 2. *uſque ad ſect.*
28. ubi de relictis piæ cauſæ.
Ad ultimam quæſtionis partem an teſtator 42
poſſit præjudicare ordini Eccleſiaſtico per con-
ditionem, *ſi ſine liberis*, quæ non excludit Ec-
cleſiaſticos, nec monaſterium ante profeſſio-
nem, etiam ſi alter filius ſit ſubſtitutus, ut hanc
difficultatem Doctores reſolvant ponunt plu-
res generales concluſiones, de quibus latiſſimè
ego dixi *in dicto cap. in præſentia, de probat.*
† Videlicet conditio, ſi *deceſſerit ſine liberis*, eva- 43
neſcit, quando inſtitutus, vel legatarius religionem
ingreditur. Idemque eſſe ſi conditio concepta ſit

ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus. Et quod
pro non ſcripta habeatur, ſi ingrediens religio-
44 nem mortuus ſuerit iotra annum. † Et quod di-
catur defeciſſe per ingreſſum monaſterii, etiam
ſi alter filius ſit ſubſtitutus; & expropoſito agens,
& alias concluſiones hujuſmodi ponendo Mar-
tha *de jurisdictione dicta p.4. cent.1.caſu* 95. re-
ſolvit in propoſito, ut teſtator noo præjudicat
ordini Eccleſiaſtico per dictam conditiooem, *ſi
ſine liberis deceſſerit*, quæ oon excludit Eccle-
ſiaſticos, nec monaſterium ante profeſſionem,
45 etiam ſubſtituto altero filio. † Et eſt ratio quia
ut ſcribit *ibi an.* 16, & anta *caſu*.80. teſtator oon
poteſt expreſſe monaſterium, vel Eccleſiam ab
hæreditate excludere, ſi hæres inſtitutus mo-
naſterium ingreſſus fuarit. Nec præſumi talem
fuiſſe teſtatoris voluntatem, ot potius voluiſſet
excludere monaſterium, & admitti ſubſtitutum,
ut probant Cardioalis Mantica *de conject. lib.*11.
*tit.*7. *numero* 13. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.* 83.
46 † Et nam quando jus diſponit contra teſtatoris
voluntatem non ſit attendanda ejus voluntas, nt
probant Dynus, & Bart. *in l. ſi ita quis* §.1.*ff.
de legat.*2. Cymus, Ruinus, Bart. & Angel. *in
auth. ſi rogati cod. ad Trebel.* Caſtrenſis, Imola
*in lib. ſi fideicommiſſum ff. de condit. & demon-
ſtrat.* per quam ratiooem Ruinus *in conſ.*153. *in*
47 *fine volum.*3. † Concludit in his terminis mona-
ſterium concludere etiam filium ſubſtitutum: &
comprobatur ex aliis congeſtis à Barboſa *de ap-
pel.* verbo *filius* ad *numero* 117. legendus uſque
ad fioem; etſi in multis caſibus per eum relatis,
videatur monaſterium excludi per ſubſtitutum,
aut aliter.
48 Et ſecundùm eos exiſtimo interpretandos eſſe
Maoticam, & Menochium relatos, & dicentes
permittere leges, & canones fieri iorerpretatio-
nem pro filiis contra monaſterium. Nam ut op-
timè, & diffuſè reſpondent Decius *in conſ.*425.
Martba *dicto caſu*, 95.*n.*21. hoc procedit reſpectu
49 legitimæ. † Sed qoaodo filio relicta eſt legitima,
tunc de jure magis favendum eſt religioni, &
Eccleſiæ, quàm filiis, ut multis ratiooibus pro-
bat Decius, quod monaſterium excludit etiam
filium ſubſtitutum, aliis etiam comprobat *ſupra
n.*22.23. & 24. Ubi cum Felioo *n.*25. *fin. in di-
50 *cto cap. in præſentia n.*56. † Dicit quod hic fa-
vor religionis procedit etiam, ſi ſubſtitutus ſub
hac cooditione *factus fuerit Clericus ſæcularis*,
& ſimpliciter ſacerdos, quia non poteſt reddi
ratio cur non idem favor, de quo in §. *ſed hoc
præſenti, auth. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, quæ ge-
neralis eſt ad favorem religionis in Clerico, quam
qui debetur vitæ mooachali, quando ipſa vita
Clericalis futura ſit perpetua: ſic cum Ruino *di-
cto conſ.*153. *in*.1.*vol.*3. & cum Maotica *dict. con-
jectur. dict. lib.*11. *tit.*7. *col. fin.* alios infinitos refe-
reote; & ut melius reſolvas explanabis hanc dif-
ficultatem per illa, quæ ego latiſſimè dixi *in dicto
cap. in præſentia à q.*1. cum pluribus ſubſequenti-
bus.

QUÆSTIO XXXIII.

Statuta laicorum an ſint ſervanda in curia Epiſcopi. Et an ſi Comes, aut Dux, ſive Marchio creatus fuerit Cardinalis, queat ſtatuto amittere Caſtrum, quod obtinuerat vigore primogenituræ. Et an quando civitas, ſeu univerſitas gravatur per numerum, focularıorum vigore ſtatuti de damno dato, comprehendantur etiam Clerici, & computentur in numero ipſorum. Et an ſi ſtatuta laicorum confirmeniur per Pontificem, comprehendant Eccleſiaſticos, & ejus ſucceſſores.

SUMMARIUM.

1 *Ritus magnæ vicariæ Hoſpitalis, non habent locum in curia Epiſcopali Et quare* n.2.

3 *Statuta laicorum quæ ſint condita in patrocinium Eccleſiaſticorum, dum non ſint per modum legis, videntur licere* n.4.

5 *Canonicum jus debet obſervari, dum agitur inter ſubjectos Eccleſiaſti.os, non ſtatuta civilia* o.6.

6 *Statuta laicorum non ſervantur, dum ageretur de rebus Eccleſiaſticis, ſed canonicum jus.*

7 *Spirituales cauſæ, ut uſurarum juramenti, & ſimiles concernentes peccatum, ſi tractarentur in foro ſæculari, debent decidi iuxta jus canonicum niſi in ordinatoriis judiciorum, ut* n.8. & 9.

10 *Cardinalis, ſive Epiſcopus creatus ille, qui erit Dux, Marchio, aut comes, non ideo feudum amittit, ut* n.13.14. & 15.

Feudorum jura prohibentia Eccleſiaſticos ſuccedere in feudis, non comprehendunt Cardinales. dict.n.10.

11 *Comes origine factus Epiſcopus non deſinit eſſe comes, nec perdit comitatum, etiamſi haberet in feudum ab imperatore.*

13 *Comes, aut Dux, ſive Marchio creatus Cardinalis, ſeu Epiſcopus; non ob id amittet Caſtrum, quod obtinuerat vigore pimogenituræ, non enim Cerici ſunt incapaces a feudis, nec à Majoratibus, & primogeniis, ut* n.14. & 15.

16 *Statutum ſuper numero focularıorum gabellam imponens, non comprehendit ſocularia Clericorum* o.18. *etſi ſtatutum quod univerſitates teneantur de incendiis, videatur Clericos includere* n. 17. & 23.

19 *Filius ingrediens Religionem fratrum minorum, non capacem bonorum in computatione legitimæ; nec facit partem, nec numerum* n.20.

21 *Clerici non tenentur ad pœnam de damno dato ſuper numerum focularıorum; quia numerum non faciunt in computatione ipſorum.* & n. 22.

22 *Statuta Flerentina Mediolani, Papiæ de damno dato quoad Clericos, intelliguntur in ſubſidium, ſicut de jure non comprehendantur minores, mulieres, ſenes, infirmi, & abſentes, ſed tantùm ad illud tenentur habiles, & præſentes tempore delicti, & maleficii, atque obligati ad cuſtodiam, & capturam* num. 23. & 24.

25 *Onus à quo relevantur aliqui, quando dividatur inter non exemptos; quando tamen cadat in eum, qui privilegium alicui concedit exemptionis* num. 26.

27 *Damnum paſſus tenetur pro modo facultatum contribuere partem ſuam.*

28 *Statuta laicorum approbata per Papam, generaliter non inconcludunt Eccleſiaſticos, ſi ſta-*

tuta

tata fuerint contra libertatem Eccleſiaſticam, n.29.30. & 31. *niſi ex certa ſcientia aliter Pontifex vellet* n.32. & 33.

31 *Confirmatio privilegiorum non prodeſt privilegio tujuſto, nec prodeſt rebus injuſtè poſſeſſis.*

33 *Confirmatus actus ex certa ſcientia à Papa, dicitur actus Apoſtolicæ ſedis.*

34 *Confirmatio ſtatutorum facta per obreptionem, & ſubreptionem non valet.*

1 AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ ſupra dixi *ſub. quæſt.*24 *à n.*1. & *q.* 30. item *q.*1. atiam *a n.*1. Ubi de nonnullis ſarvandis Clericis in judiciis laicorum, juxta doctrinam textus, de quo *ibi* dixi, *in cap. quod Clericis. 9.de foro compet*; in quo cavetur cauſas Clericorum eſſe decidendas ſecundum jus canonicum, & ob id ſtatuta laicorum non eſſe ſervanda ir foro Eccleſiaſtico, ut late jam *ſupra* dixi *à quæſt.* 1. & firmarunt Joannes Andreas Compoſtellan. & Antonius de Butrio *in Rub. de conſuetudine*, idem Antou. de Butrio *in dicto cap. quod Clericis*, Ubi Abbas *col.fin.* Alex. *in*
2 *conſ.*183. *viſo proceſſu col.*1. *vol.*2. † indequa dicat Afflictis *in conſtitutione Regni* incipit *ſi quis in poſterum n.*17. quid ritus magnæ vicariæ Neapolis non habent locum in curia Epiſcopi, ut ſequitur Joannes Anton. de Nigris *in extravag. unica de vita, & honeſtate Clericor. à n.*350.ex an quia leges laicorum non ligant Eccleſiaſticos ex noſtro textu, ut jam ſæpius dixi, niſi fuerint expraſsè approbatæ per Papam, vel tacitè ex regula textus *in cap.*1. & 2. *de novi operis nunciat.* cum ſimilibus intelligendum juxta quæ late ſcripſit Martha *juriſdict.p.*4. *cent.*1. *caſu.*19.

3 Unde licet ſtatuta laicorum, quæ eſſent condita in patrocinium Clericorum, deberent obſervari ex regula textus *in cap. ſi in adjutorium dect.*10. Ubi Doctores, & firmaruot Bald. poſt Bartol. & Oldradum *in l. cunctos populos cod. de ſumma Trinitate, & fide Cathol.* quos refert, & ſeqoitur Bald. Perus in *tract. de ſtatutis* io verbo *ſtatuere ſtatutarii n.*10. quos ſequitur Martha *de juriſdict. dicta* 4 *p. cent.*1. *caſu.*50. *numero fin.*
4 † Dummodo illa ſtatuta nou ſint condita per modum legis, de quo *in l. legisvirtus ff. de legibus*, Doctores par textum noſtrum; & per alia,
5 quæ dixi *ad quæſt.*1. † Tamen eum quoties fumus inter ſubjectos juriſdictioni Pontificiæ debeat ſervari jus canonicum, & non ſtatuta civilia, ut eſt communis opinio, de qua per Foller. *in ſuo practica cenſuali* in verb. *jur. vigorem numero* 22. poſt Innocentium, Fulgoſium, & alios, quos allegat Maranta *de ordine judiciorum in* 3.*p.n.*37. cum aliis Corneus *conſ.*169. *in hac conſultatione numero* 4. verſ. *his non obſtantibus*,
6 *vol.*3. & Canoniſtæ in textu noſtro. † imò & ſi ageretur da rebus Eccleſiaſticis, non ſarvarantur ſtatuta laicorum, ſed canonicum jus, Abbas, & cæteri *in cap.* 1. *hoc tit.* Ubi ego dixi latè, Decius *in* 2. *lectura n.*3. Maranta *ſupra dict.*3.*p.n.*
7 76. † ſicque dum fumus io foro canonico, & tractatur materia ſpiritualis, vel peccatum concernens ſicut uſurarum juramenti, & ſimiles, ut tunc tales eauſæ, etiam ſi agerentur in foro ſæculari, ſint decidendi juxta jus eanonicum Maranta *dicta p.*3. *numero* 73. Afflictis *deciſ.*322. Ubi Urſilis Socinus *in conſ.*77.*n.*20.*volum.*1. uti habetur *in cap. fin. de præſcript.* Ubi latè dixi, &

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

*in cap.*2. cum aliis *de judiciis*, & *in tit. de foro comp.* & *in cap. tuam de ordine cognit.* & tenent Feliaus *in cap. cum in cauſis numero* 1. *de teſtibus*, euenit tenendum, (ut *ſupra* dictum eſt quod non obſtet dicere conſuetudinem eſſe jus eivile, *l. de quibus ff. de legibus*, ipſamque factam etiam eſſe per Clericos de populo; ideoque aliquando judicandum eſſa jura civili laicorum in foro Eccleſiæ. † Quia reſpoodetur negando cum populus Eccleſiæ noo poſſit facere conſuetudinem, vel ſtatutum, ut poſt Hoſtiens. dicit Bald. *in* 8
cap. cum omnes in fine hoc tit. Barbatia *in additionibus ad Abbatem in dicto cap. cod. Clericis de foro comp. numero* 45. in addit quæ incipit *non valeret*, Martha *num.*7. *dicto caſu.*50. † Dicens 9
cum aliis etiam *numero* 4. ex regula textus *in cap. à nobis in* 1. *de ſententia excommunic.* & *in cap. ut animarum hoc tit. lib.*6. *cap. cum eſſes de teſtamentis*, ſtatutum pœnale non extcodi contra ooo ſubditum; quæ ego limitarem in ordinatoriis judiciorum, juxta quæ dixi *in dicto cap. quod Clericis quæſt.* 1. & 3. *ſupra in dicta quæſtione* 24. & *quæſt.*30.

Ad ſecundam quæſtioois partem breviter ex 10
jam dictis doctrinaliter loquens Martha *de juriſdict. dict.*4.*p. cent.*1. *caſu* 97. affirmat quod Cardinales poſſuut ſuccedere ad feudum *ibi n.*5. contra Ruinum *conſ.*42. *numero* 9. eum Jura feudorum prohibentia Eccleſiaſticos ſuccedere in feudis, non comprehendant Cardinales. Et *ibi numero* 2. quod comes, qui ſuccedit ad feudum vigore primogenituræ factus Epiſcopus, non amittat caſtrum, quia ſi Clericus primogenitus poteſt acquirera feudum; ergo multo magis retinere, Martha *dicto caſu.* 50. *numero* 2. ubi ex Caphalo *in toto conſ.*1. dicit hanc eſſe veram rationem conſulendi in hoe caſu. † & Baldus *in* 11
inter dilectos de fide inſtrument. in fina dicat quod comes origine factus Epiſcopus non deſinat eſſe comes, nee perdat comitatum, etiam ſi haberet in feudum ab imperatore; quia licet ſit factus miles Dei, non tamen deſinit eſſe miles ſæculi, ad quod eſt propriè textus *in dicto cap. inter dilectos*, uon inquam Epiſcopi comprahenduntur ſub genarali diſpoſitiona propter excellentiam dignitatis Epiſcopalis, ut ſcribit Zephalus *dicto conſ.*1.*col.penult.* per multos numeros.

Ex quibus, & ex his, quæ latè ſcripſi *ſupra* 12
*quæſt.*26. *a n.*1. Ubi an ſtatuta ſuper feudis comprehendant, aut excludant Clericos: & quid in majoratibus Hiſpaniæ per *ibi* dicto ex Molina *de primogeniis*, & ejus additionatoribus *ibi* relatis, & ex his, quæ dixi *in cap. in præſentia de prob.* verſ. *ad tertiam*, Ubi de dubio an majoratus profitentis tranſeat in monaſterium: & *ibi quæſt.*9. & *ibi quæſtione.*20. Ubi in verſ. *ad ſecundam* ſcripſi an *valeant conditiones in majoratibus adiectæ*, videlicet, *ne religioſus monialis, aut monaſterium ſuccedat.* † Breviter 13
nunc reſpondeo quod ſi comes, aut Dux, ſive Marchio fuarit ereatus Cardinalis, ſeu Epiſcopus, non ob id queat ſtatuto Caſtrum amittera, quod obtinuerat vigore primogenituræ. † Tum
quia ut dixi io locis citatis, & *in cap. cæterum* 5. *de iudiciis*, Clerici non ſunt incapaces à 14
feudis, nec à majoratibus, & primogenitura, quæ in Hiſpania practicatur. † Deinde quia tale ſtatutum laicum directè tenderat ad li- 15
bertatem Eccleſiæ impediendo, ut comes, Dux, vel Marchio timore amittandi Caſtrum

 ſuæ

ſuæ primogenituræ non fierent Cardinalis, ſive
Epiſcopus.
16 Ad tertiam quæſtionis partem, an quando ci-
vitas gravatur per numerum foculariorum vigo-
re ſtatuti de damno dato, comprehendantur Cle-
rici, & computentur in numero ipſorum, & quia
difficultas hæc pendet ad nodum ab his, quæ dixi
de contributione Clericorum *à quæſt.* 8.9. *&* 10.
cum aliis, itemque ſub *quæſtione* 24. etiam dixi
de ſtatutis pœnalibus, an in illis Clerici compre-
hendantur. Quibus viſis nunc, breviter reſpon-
dendo dico quod illo ſtatuto Clerici non tenentur,
tum ex dictis *à quæſtione* 6. *de locuſtis, vermi-
bus, & bruchis &c.* tum ex aliis adjunctis etiam
à quæſtione 10. *& à quæſt.* 1. per quæ ſatis abundè
probavi Clericos, & Eccleſiaſticos non teneri ad
reparanda damna communitatis, niſi in ſubſi-
dium, ut expendi ſub *quæſt.* 12. 13. *&* 14. quod
eſſet contributionis ſpecies illicita, ſi Clerici vir-
tute ſtatuti laici ad illa tenerentur, ſine aſſenſu
Pontificio, aut ſuperioris Eccleſiaſtici, ut *ibi* ex-
17 pendi. † Quare ut docent Bartolomæus de Cioua
ſuper caput *de clandeſtinis n.* 5. Martha *de juriſdi-
ctione dict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 96. *n.* 6. licet ſtatu-
tum, quod univerſitates teneantur de incendiis,
ut conſuluit Alba *in conſ.* 275. *& ſequent.* Roman.
in conſ. 7. verſ. *neceſſario*, Calcanus ſuper ſtatuto
Broxiæ *in conſ.* 61. incipit *ventura*, & in Regno
Neapoli adſint plures conſtitutiones, & capitula
Regni contra communitates ſuper proviſione præ-
dictorum damnorum, quæ ex foculariis vulgo
fuegos, Chimineas, o humos, ſunt ſoleantque ſimilia
ſtatuta condi ſub comminatione pœnæ ſolvendæ
per univerſitatem ſecundum numerum focula-
riorum, videanturque Clerici incluſi cum faciant
18 numerum foculariorum civitatis, vel villæ. †
Tamen verius eſſe ut Clericorum focularia non
computentur in numero quia numerus focula-
riorum tantùm intelligitur de ſubditis ipſi ſta-
tuenti ſolventibus, ſed Clerici non ſubſunt lai-
cis; ergo nec debent ſolvere damnum, & multò
minus pœnam per dicta latè *ſupra q.* 24.
19 Et confirmatur ex doctrina Baldi *in l. unica in
princ. numero* 11. *cod. de caducis tollend.* Alex. *in
l. planè §. ſi duobus n.* 7. *ff. de legat.* 1. Aretini *ibi
col.* 8. *in fine* verſ. *& quia*, Imola *col.* 2. *circa
finem*, Crotus *in l. recenjunch numero* 130. *ff. de
legat.* 3. Fabianus *in auth. noviſſima ord. de inoffi-
cioſo teſtam. numero* 211: idem Alex. *in l. ſi pater*
20 *filium num.* 143. *ff. de inofficioſo teſtam.* † Qui
dicunt idem de filio ingrediente religionem fra-
trum minorum, non capacem bonorum, qui in
computatione legitimæ filiorum, nec facit par-
21 tem, nec facit numerum. † Et ſic fiet ut ſi loqua-
mur de pœna applicanda fiſco, propter damnum
datum ex numero foculariorum, Clerici non te-
neantur, quia numerum non faciunt in compu-
22 tatione ipſorum ex dictis. † Itemque ſi loquamur
de damno dato, quia ut contigit pluribus ſtatu-
tis Mediolani, Papiæ, Florentiæ, & ſimilibus,
quibus tenentur communitates, emendam dam-
ni, intelligantur in ſubſidium, ut dicunt Albe-
rius *de ſtatutis p.* 2. *q.* 84. Hypolitus Bonacos, *in
quæſtion. criminal.* Rubr. de damno, & incendio
23 non comprehendantur Clerici. † Sicut nec de
jure communi comprehendantur minores, mu-
lieres, ſenes, infirmi, & abſentes, Albericus
ſupra q. 68. Bald. *in Rub. cod. qui accuſare non poſ.
n.* 50. Plotus *in l. ſi quando n.* 863. verſ. *quinqua-
geſimo ſexto cod. unde vi*, Romanus *dicto conſ.* 7.
n. 1. *&* 9. † Ad quod damnum datum ſolum te- 24
nentur habiles, & præſentes tempore delicti, &
maleficii, atque obligati ad cuſtodiam, & captu-
ram, ut dixit Innocent. *in cap. gravi de ſent. excom-
munic.* Afflictis *in conſtit. Regni* incip. *generalia
jura n.* 3. Thobias Novius *in conſ.* 46. † Ideoque 25
dixerit Petrus de Ubaldis *in tract. de collectis n.* 31.
ut augeri debeat onus aliis non exemptis, ſed com-
prehenſis à ſtatuto † Quod limito quando exem- 26
ptio facta eſt alicui particulari ex privilegio, quia
tunc non augetur onus aliis, ſed privilegium
vertitur in damnum concedentis, Bellon. *in conſ.*
28. & latè Nicolaus Feſtaſius *tract. de collectis
cap.* 2. *à n.* 67. & multò magis in privilegiatis de
jure communi, Martha. *n.* 11. *dicto caſu* 96. & uti-
nam ſic in noſtris Regnis practicaretur, ut vicini
comprehenſi in ſtatutis, non gravarentur in plus.
Et in utroquequo inquam articulo exiſtimo ut 27
comprehendatur ad ſolutionem damni, & pœnæ
is etiam, qui damnum paſſus eſt; nam ſecundùm
veram opinionem tenetur contribuere partem
ſuam pro modo facultatum ſuarum ex *l.* 2. *§. cum
in eadem nave ff. ad leg. Rhodiam de jactu*, Baldus
in l. ab omnibus *§. ſi Titio ff. de legat.* 1. Albericus
de ſtatutis in 2. *p. q.* 67. verſ. *item quæritur* Martha
dicto caſu 96. *in fin.* contra Bertrandum qui *conſ.*
227. *n.* 8. *p.* 1. contrarium conſuluit.
Ad quartam quæſtionis partem an ſtatuta lai- 28
corum confirmata per Papam, ſervanda ſint inter
Eccleſiaſticos: & licet communis Doctorum ſen-
tentia ſit affirmativa abſolutè, *in c. ad noſtram
de probat.* Abbas, & Felinus in hoc noſtro textu.
† Tamen quia generaliter approbans Papa laico- 29
rum ſtatuta non cenſetur approbare illa quæ ſunt
contra libertatem Eccleſiaſticam, ut docent Fe-
linus *hic n.* 4. *& in dicto cap. ad noſtram n.* 4 *de pro-
bat.* Corneus *conſ.* 9. *n.* 5. *& conſ.* 25. *à n.* 20. *& conſ.*
36. *in fine vol.* 3. Pariſius latè *conſ.* 206 *per totum
volum.* 3. Beroius *in conſ.* 107. *n.* 11. *&* 108. *n.* 25.
vol. 1. Honded. *in conſ.* 20. *n.* 25. *vol.* 2. † Dicunt 30
Zinus, & Baldus *in l. cum oportet cod. de bonis quæ
liber*; ut confirmatio privilegiorum non proſit
privilegio injuſto, imò, & Baldus *in l.* 1. *§. fin. ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris, & in c.* 1. per illum
textum, per quos fiat inveſtitura non prodeſt rebus
injuſtè poſſeſſis, Roman. *in conſ.* 27. *præſens caſus*;
& quod generalis confirmatio non comprehendat
injuſta, vel contra libertatem Eccleſiæ, ut diffuſè
ſcribunt idem Felinus *in c. cum veniſſent n.* 2. *de
teſtibus*, Ancharran. *in c. ex parte in* 1. *de reſcriptis*
ubi idem Felinus *à n.* 39. juxta multa etiam, quæ,
latiſſimè ſcripſi ſub *tit. & Rub. de confirmatione
utili, vel inutili.* † Sequitur dicendum, ut non om- 31
nia ſtatuta laicorum confirmata per Papam, ſint
ſervanda inter Eccleſiaſticos in præjudicium liber-
tatis Eccleſiaſticæ, & juriſdictionis Eccleſiæ, cui
non cenſetur ſummus Pontifex voluiſſe derogare,
niſi ex certa ſcientia, non inquam ex generali con-
firmatione, Baldus *in conſ.* 336. *vol.* 3. ſi tamen ex
certa ſcientia aliter debet dici. † Quia ut dicit 32
idem Bald. *in l. ex placito cod. de rerum permutat.*
actus confirmatus à Papa ex certa ſcientia, dici-
tur actus Sedis Apoſtolicæ; & ob id ut expendit
Martha ſint ſervanda ſtatuta à Papa ex certa
ſcientia alia congerens *lib.* 4. *de juriſdict. p.* 4.
caſu 99. † Ubi *numero* 5. addit ut confirmatio 33
ſtatutorum, etiam de plenitudine poteſtatis
facta per obreptionem, & ſubreptionem non
valeat ad quod præter alia generaliter dicta
latè infrà *in dicto titulo de confirmat. utili*,
vel

vel inutili, dixi Rub. *ibi ſub. quæſt.* 3. verſ. *ad tertiam*, & quando poſſit cognoſci confirmationem factam eſſe ex certa ſcientia Papæ, dixi *ibi in cap.*8.*q.*1. & de ea ſub Rubrica Et ſecundum relatam diſtinctionem intelligi debet Daniel *de nobilibus* qui in ſuis *contr. diſp.* 61.*n.*35. ait quod ſi ſtatuta confirmantur jure canonico non ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam & quod Clericus ea non ſervans punitur ab Eccleſiaſtico.

QUÆSTIO XXXIV.

An debeamus opinionem quæ favet Eccleſiæ amplecti, quando ſumus in dubiis ſi aliquod ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam. Et quid ſentiendum ſit de aliquibus Juſtiniani imperatoris conſtitutionibus, præſertim.3.5.6.57.*&* 58 Et an ſi conciliarii vulgo *de camara* in his Regnis Hiſpaniæ ex propoſito deſinant conſultare ad pinguiores Epiſcopatus Epiſcopos exiſtentes in minoribus ut ſic non expediantur tot Bullæ, ut ſolent in iſtis translationibus expediri in Curia Romana, faciant contra libertatem Eccleſiaſticam. Et quid debeant facere Epiſcopi, dum judices laici, aut Principes edunt aliquod ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ. Et an teneantur defendere ex officio Clericos tributis gravatos, & quomodo. Et an judices ſæculares ſtatuentes in Clericos, ſeu eos trahentes ad tribunal ſæculare, & perſonas Eccleſiaſticas extra caſus à jure permiſſos, poſſint examinari, & puniri in Sancto inquiſitionis tribunali.

SUMMARIUM.

1 *Opinio, quæ favet Eccleſiæ eſt in dubio tenenda, quando dubium eſt, ſi aliquod ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam propter exuberantiam immunitatis Eccleſiaſticæ, ut* n.2. *&* *de praxi* n. 10.

3 *Juſtinianus leges aliquas tulit de dogmatibus Eccleſiaſticis perſcrutandis, quæ juſte fuerunt. ſublatè.*

4 *Leges Juſtiniani de rebus Eccleſiaſticis, quatenus ſunt juſtæ, & legitimæ, non ſunt ſanctiones aliquid novi ordinantes, ſed executiones canonum jam ante in conciliis legitimè conſtitutorum.*

6 *Conciliarii de Camera, non proponentes Regi noſtro ad Epiſcopatus pinguieres, alios Epiſcopos inferiorum redditnum, abſtracto odio, non videntur infringere libertatem Eccleſiæ in fraudem obventionum Papæ, aut Cameræ Apoſtolicæ, ut* n 7.8.& 9.

9 *Actiones liberæ in ſe non obligant in conſcientia.*

10 *Statutum, ex quo dubium oritur, num præjudicetur libertati Eccleſiæ, debet mandato Epiſcopi à laico declarari; quod ſi aperte ſit contra eam debet tolli, & ab eo declarari irritum, & inane.*n.11.

12 *Epiſcopi ex officio tenentur defendere Clericos injuſte tributo gravatos, etiam ſi ipſi gravati non implorent officium Epiſcopi, alias peccent, ut* n.13.15. & 22

13 *Epiſcopi debent publicare in ſuis Diæceſibus eſſe excommunicatos, & interdictos à jure eos, qui ſuo, vel alieno nomine exigunt, vel extorquent ab Eccleſiaſticis contributiones extra cauſam negotiationis. Et quare?* n. 14. *Et quando id debeant facere, & cum qua citatione, & praxi.* n.18.

15 *Epiſcopi neligentes in defendendo immunitatem Eccleſiaſticam, excommunicati ſunt, & ligantur cenſuris ultro conſentientes gabellas ſeu non reſiſtentes prædictis impoſitionibus, ut* n.17. & 23.

19 *Citatio partis requiritur in declaratoria ſententia pœna incuriæ ipſo jure, etiam ſi factum ſit notorium, ut* n.20. *& hoc quando Epiſcopus vult procedere nominaliter exprimendo perſonas, non ſi generaliter* n.20.21.

22 *Epiſcopi poſſunt procedere ad declarandos excommunicatos eſſe imponentes, ſeu exigentes gabellas, etiam nulla præcedente quærela Eccleſiaſtici, qui gravatur.*

23 *Epiſcopi ultro conſentientes gabellis, & impoſitionibus abſque Romani Pontificis licentia expreſſa, non tantùm peccant mortaliter, ſed etiam incurrunt excommunicationem, & depoſitionem ipſo facto.*

24 *Statutorum laicorum ad juriſdictionem eorum ſit argumentum.*

25 *Immunitatis Eccleſiaſticæ fractores gabellis, & alus impoſitionibus non practicatur, ut puniantur in ſancte inquiſitionis Tribunali* à n.32. *Etſi aliter affirment Bannez, & Bartholom. Solonius, qui dicit ut ſint ſuſpecti de hæreſi judices, qui contra jura canonica, & civilia trahunt Eccleſiaſticos ad ſua tribunalia* n. 26. & 27. *& comedentes ſine neceſſitate carnes in die veneris, & qui communicarent ſub utraque ſpecie. Et Beltran de Guebara ex ſacra Rota dicens ſuſpectos ſe reddere, qui detrahunt immunitati Eccleſiaſticæ* num. 28. 29.30. & 31. *Ubi caſus de facto narratur de quodam, qui ſubiit cenſuram ſancti officii.*

32 *Inquiſitores Hiſpaniæ abſque conſultatione D. Inquiſitoris Generalis, ſupremique concilii in gravibus nimis, & contra perſonas Illuſtres non ſolent progredi; item, & inquiſitores itali, non niſi conſulta ſacra congregatione S. Romanæ, & univerſalis inquiſitionis &* n.33.

33 *Incarceratio in ſecretis carceribus; imò & qualibet alia apprehenſio, ſive vocatio, vel admonitio ab inquiſitoribus facta, maximam notam infaminæ infert.*

1 AD primam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ ex multis docet noviſſimè D. Tapia Archiepiſcopus Hiſpalenſ. *p.1.ſumma lib 4. de legib. q.15.* per plures articulos agens de obligatione legis dubiæ, & probabilis, de qua jam nonnulla dixi *ſupra in Rubrica*, & aliqua ſub *cap.1. hoc tit.* Nunc jam breviter ad propoſitum dubium reſpondeo affirmativè, eo quod in dubio eſt tenenda opinio quæ favet Eccleſiæ ex doctrina textus *in cap. fin. de ſent & re judic. & ex l.ſunt perſonæ ff. de religioſis, & ſumptibus funerum*: ſic docent Felinus *in dicto cap. 1. de conſtit.* Jaſon *in l.filius familias §. Divi n.*82. & in repetitione *n.* 110. *ff. de legat.* 1. Decianus *lib.* 3. *conſ.*80.*n.*28. Hondedeus *lib.* 1.*conſ.*3.*n.*24. Diana *p.1.tract.2. reſ.*65. Ubi dicit valde notandum, quia quotidianum Maynardus *de privilegiis contra venetos p.2. art.*22.*n.*61. Belletus *in diſquiſit.*
2 *Clericor.p.1.tit.6.§4.n.*13. † Et ſic amplector in caſu noſtro propter exuberans privilegium immunitatis; etſi certo ſciam in aliis dubiis, quæſtionibus ſtandum eſſe pro poſſeſſione, verum altius conſiderando exiſtimo rectè dictam doctrinam procedere, quia cum in tota tractatione hujus textus, actum ſit de invalidandis laicorum ſtatutis reſpectu Eccleſiaſticorum, ſequitur ut cum jam ſæpè dictum ſit ſtatuta laicorum, etiam Clericis favorabilia in quantum procedunt à laicis, non imperare; ergo multo melius, ſi dubium ſit an aliquod ſtatutum fuerit, aut ſit contra libertatem Eccleſiæ: & vide *infra* verſ. *ad quartam, & quintam.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem ſuppoſitis etiam multis, quæ *ſupra* expendi à quæſtione 1. hujus textus noſtri, quatenus dixi rejiciendas eſſe leges imperiales immunitatem Eccleſiæ invertentes. Et cum negari non poſſit Juſtinianum imperatorem nonnulla etiam liberius præter jus, faſqua ſanxiſſe, in qua re quantum, & ſibi, & toti imperio nocuerit, non obſcure oſtendat Berojus *anno Chriſti* 528. *& anno* 549. Ubi breviter ait eundum dogmatibus Eccleſiaſticis perſcrutandis pluſquam imperatorem decet curioſè vacaret univerſum peſſumdediſſe imperium, & Azor. *inſtit. moral. tom.1. lib.5. cap.20.§. item leges*, ſic dicentis ex *cauſa* 11.*q.* 1. *& cap.non minus de immunit. Eccleſ. cap. quamquam de cenſ.lib.6.cum* Bulla cœnæ *iniquis Juſtiniani legibus, & aliorum Principum ſæcularium circa perſonas, & cauſas Eccleſiaſticas ſancitis rectè communi jure derogatum*; ideo ſi leges illæ ſint contra libertatem, & iniuſtas
4 non ſuſtineantur. † Etſi revera, ut dicunt Tannerus *in* 2.2. *D. Thom.diſp.1.q.4.dubio.1.n.*30. Diana *p.1.tract.2.reſ.*105. conſtitutiones Juſtiniani de rebus Eccleſiaſticis, quatenus ſunt juſtæ, & legitimæ, non ſint leges, aut ſanctiones Eccleſiaſticæ novi quidpiam ordinantes, præſcribentes, aut definientes circa finem, diſciplinamque Eccleſiaſticam, & ſolùm ſint mere executiores canonum jam ante in conciliis legitimè conſtitutorum ſpectantes ad conſervationem, & eorundem ſecuriorem obſervationem: & ſic patet ex dictis *à quæſtione* 1.

5 Ad tertiam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ *infra* dico *in tit. de translatione Epiſcopi, & in cap. inter corporalia ibi*, quia dum hæc ſcribo in his proximè retro menſibus, nonnulli Epiſcopi Epiſcopatum impinguium tranſlati ſint Regum nominatione ad majores, & pinguiores, & in menſe junii huc actum fuerit de gabellandis Clericis juxta *ſupra* ponderata *quæſtione* 13. *&* 14. Et quia dictum erat noſtrum Alex. VII. Pontificem Maximum noluiſſe, nec prorogare ſexennium jam finitum die ultima julii anni 1656. antiquorum millionum, cujus Pontificio conſenſu in comeſtibilibus ſpeciebus, carnis, vini, olei &c. Sexennio per ultimam Innocentii. 10. prorogationem Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ collectarunt Regi noſtro Philippo IV. cum cæteris ſubditis caſtellæ utriuſque, & legionis Regnorum, & in ſimul alia nova gabella de uno aſſe in qualibet libra carnis, juxta relata *in dicta quæſt.*13 & quod ex non præſtito aſſenſu Pontificio nunc temporis in proximo menſe novembris practicatum, aut reſolutum à Conciliariis ſupremis *de la Camara*, quibus incumbit conſultare viros idoneos ad Epiſcopatus, ut Rex eligat, ne in poſterum conſultationes fierint de Epiſco-
pis actu exiſtentibus. † Venit (ut audivi in fine 6
prædicti menſis) in dubium an hæc reſolutio aliquo modo tenderet in gravamen Cameræ Apoſtolicæ, quia dum major copia, & numerus Epiſcopatuum eſt, ſit etiam amplior numerus bullarum expeditarum in curia, quarum cauſa, & expeditione patrimonium Papæ, & illius curiæ Romanæ ditatur. Et in cortice hoc dubio inſpecto ſuaderi poteſt ex multis, quod tale decretum, ſeu conſultatio verbo tantùm facta, nullius ſit momenti, ut ſtatutum factum à Principe, ſeu judice laicorum nocivum Eccleſiaſticæ libertati ex multis, quæ poſſunt hic aggregari *à quæſtione 1.hujus textus*, præcipuè ſi conſideretur fortè ex nullo alio prætextu oriri, quàm ex eo, quod ſummus Eccleſiæ Præſul negaverit petitam licentiam, ut Eccleſiaſtici collectarentur, quo facto nemo erit, qui valide negare poſſit timorem incuti talem toti curiæ Romanæ (etſi Papæ) qualis poteſt conſiderari ex denegata, aut reſtricta illius curæ, ſuſtentatione, & miniſtrorum in ea degentium ad tales expeditiones, & ſimiles deſtinatorum, ergo.

Verùm exiſtimatur dicendum quod ſi ex- 7
tra odium ſecluſo relato prætextu, ſed conſideratis tantùm hujus Regni, & ſubditorum etiam Eccleſiaſticorum neceſſitatibus, & quod ex extractione pecuniæ ab his Regnis non tantùm ipſi promoti, ſive tranſlati depauperantur, & depauperant conſanguineos, amicos, & non fidentes, à quibus mutuam pecuniam accipiunt, quam fortè poſtea ſolvere nequeunt, aut morte præventi; imò & derelinquunt pauperes proprios, & Epiſcopatus, quibus elargiri tenentur; eo quod pecunias, & redditus pro illis deſtinandos erogationis, & ſubventionis officio abſumunt in expeditionibus Bullarum ad ſe ipſos transferendis de Epiſcopatibus in Epiſcopatus, in quibus adeſt, & militat boni communis, & publici cauſa, ut prædicti conciliarii non conſultantes Epiſcopos transferendos, ſed viros provectos de novo Epiſcopos creandos non irrogent injuriam Pontifici, nec ſuæ cameræ Apoſtolicæ, aut miniſtris prædictis curiæ Ro-
manæ. † Et eſt ratio quia cum actus conſu- 8
lendi Epiſcopatus ſit mere facultatibus ex his, quæ dixi ad aliam propoſitum *in caput non liceat Papæ de præſcriptionibus*, ſequitur, ut quoties ſunt viri idonei alii, queat libere de illis conſultatio, & propoſitio ad Regem fiari

Digitized by Google

fieri, & non de aliis, qui jam Epiſcopi ſunt, maxi-
me ſi conſideremus oportere, ut quilibet Epiſco-
pus ſit unius, & ſingularis Eccleſiæ ſponſus, ut
cum amore tractet, & ſerviat, ejuſque bona, &
præeminentias, ſeu pertinentias curet, & admi-
niſtret, quod non ſic fit ab Epiſcopis multis, qui
dont aggregant pecunias, & forte indecenter
theſaurizando ad tales expeditiones Bullarum, &
ad ſe ipſos transferendos pauperes derelinquunt,
& amittunt plures ſuarum Eccleſiarum redditus,
& prærogativas ex qua cauſa ſi factum ſit utiliter
nimis, & CHRISTIANE factum credi debet,
niſi inter miſceretur aliquod peccatum ortum à
prætextu talis conſilii, ſeu decreti ponderato in
præcedenti verſiculo, quia non à natura actus,
ſed à malitia operantium, & conſulentium pro-
9 veniret; † Non enim actiones in ſe liberæ obli-
gant in conſcientia. Et ſic concludo quod ſive
conſulant viros Epiſcopos, aut alios non Epiſco-
pos ad Epiſcopatus, dum vero idoneos non eſſe,
nec Conſiliariis, nec Principi eligenti imputan-
dum ad culpam, nec ad aliquam immunitatis fra-
ctionem.

10 Ad quartam quæſtionis partem per dicta *n.* 1.
& in verſ. *ad quintam* abundè reſpondeti poteſt;
& ſic breviter nunc dico cum Sairo *de cenſuris*
lib. 3.*cap.*34. Alterio *lib.*8. *diſp.*16.*cap.*6. *dubio*,54.
Diana *p.* 3.*tract.* 1. *reſ.*68. Felino *hic n.*145. quod
ſi dubium eſt an ſtatutum editum à laico, ſit con-
tra libertatem Eccleſiaſticam, damnumque Eccle-
ſiis, & Clericis inferat, poſſit Epiſcopus tunc co-
gere ſtatuti conditorem ad declarandum expreſsè
tali ſtatuto Clericos, & Eccleſias non comprehen-
di; quod ſi perſpicue conſtet illud ſtatutum eſſe
contra libertatem Eccleſiaſticam, debet præcipere
conditori, & ipſis, ad quos pertinet, ut ipſum
11 omnino tollant; † ſed ſi hoc minimè efficere ve-
lint, debet ipſe Epiſcopus authoritate ſua tollere,
& declarare hujuſmodi legem, actum, ſive prag-
maticam, aut aliam ordinationem eſſe irritam, &
invalidam: & confirmatur ex dicendis ſtatim.

12 Ad quintam quæſtionis partem, an Epiſcopi
teneantur ex officio defendere Clericos injuſtè
tributo gravatos, & ex proximè dictis, dico ut
teneantur eos defendere ex vi, & obligatione ſui
officii, etiam ſi ipſi gravati non implorent offi-
cium Epiſcopi, quaſi ſi hanc defenſionem omit-
teret, peccaret mortaliter, cum ita præcipiatur,
& injungatur Epiſcopis in *Clem. fin. de cenſibus.*
13 † Ubi cavetur, ut diœceſani locorum omnino
publicent, & publicari faciant excommunicatio-
nis, & interdicti ſententias à Jure prolatas eos,
qui ſuo, vel alieno nomine exigunt, vel extor-
quent ab Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis pro
earum rebus propriis, quas non negotiandi cauſa
deferunt, vel deferri faciunt, vel tranſmittunt,
donec exacta reſtituantur, & tranſgreſſores ſatiſ-
fecerint competenter: ſic ordinarii Lap. Imola,
Abbas Zabarela, Panormitanus, Paulus del-Ca-
zer, Boniſac. de Vitalinis, Vivianus *in rationali*
lib. 3. *pag.* 412. Alagona *in compendio pag.* 528.
remiſſive Gomez *in concordant. p.* 1. & 2. noviſſi-
mè D. Tapia Archiepiſcop. Hiſpalen. *tom.* 1. *ſum-*
*ma lib.*4.*de legibus quæſt.* 11. *tit.*23. † Ubi *num.* 1.
14 addit procedere etiam quia eis ex officio compe-
tit defendere immunitatem Eccleſiaſticam à Sa-
cris canonibus, & conciliis generalibus ſtatutam,
ut patet ex jam adductis *à quæſt.* 1. & per illa,
quæ dixi *ſupra ſub quæſt.*17. à verſ. *ad ſecundam*,
ubi maxime commendatur in extravaganti unica
de immunitate Eccleſiarum, de qua *ibi* dixi.

Itaque præcipitur in dicta *Clem. fin. de cenſ.* ut 15
poſtquam ipſis Epiſcopis de his conſtiterit, de-
nuncient, ac omnino publicent eſſe excommuni-
catos, aut interdictos (reſpectivè ſcilicet) à Jure
eos, qui ab Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis pro
earum rebus propriis, ut dictum eſt *n. præcedenti*,
& eos tandiu faciant publicari, donec illi ſic extorta
reſtituerint, & de tranſgreſſione hujuſmodi ſatiſ-
fecerint competenter: ita Tapia. † addens quod 16
Epiſcopi ſic facere negligentes peccant mortali-
ter, ante illum Sanchez *tom.*1.*conſ. lib.* 2. *cap.* 4.
dubio 55. Ubi etiam dicit Epiſcopos excommu-
nicatos eſſe, quandoque differant Eccleſiaſticam
immunitatem defendere, Cardinalis Lugo *tom.*2.
*de juſtitia diſp.*36. *ſect.*7. *in fine*. Ubi plures refert,
† & ligari cenſuris Epiſcopos ultro conſentientes 17
gabellis, ſeu non reſiſtentes prædictis impoſitio-
nibus tenent Ugolinus *Bulla cænæ* verſ. *autem eiſ-*
dem num. 1. Doardus *q.*20. *n.* 4. Alterius *diſp.* 19.
*cap.*2. *col.* 2. & *ſeqq.* & *cap* 4. Belet *diſquiſit. Cle-*
*ricor.p.*1. *tit.de exemption. Cleric.* & Bonacina § 9.
*per tot, præſertim n.*2. *ad finem*, Nicolaus Garcia
de beneficiis, *p.*2. *cap.*3. *n.* 16. Palafox Epiſcopus
Oxomenſ. *in allegat. ſupra q.*13. & 14. relata pro
immunitate *lit. M. M. M.* & *in aliis litteris ſe-*
quentibus.

Hæc inquam debent practicari modo ſequenti, 18
ut non quomodolibet delictum conſtare debeat,
ſed parte vocata, & audita ab Epiſcopo, vel ejus
Vicario, ut ait gloſſa *in dicta clem. fin. de cenſ.* ubi
Cardinal. *quæſt.* 9. Imola *n.* 14. Navarrus *in ma-*
*nuali, cap.*17. *n.* 201. † ratio eſt quia citatio partis 19
sequiritur in declaratoria ſententiæ pœnæ incurſæ
ipſo Jure, ut per Tyraquel. *in tract. res inter alios*
*acta lim.*24. Gigas *de penſionibus q.*78. *n.* 5. Covarruv.
*in cap. alma mater p.*1. §.9. *num.*5. *ante finem*, Cla-
rus *in §. fin. q.*31. *n.*3. Mandoſius *in tract.de moni-*
*tor.quæſt.*26. *in fine*, Joannes Valerius *de different.*
inter utrumque forum verbo *excommunicatio* dif-
ferentia 20. *num.*1. verſ. *ſed certè* Fichard. *tom.* 1.
*comm. opinion. lib.*2. *tit.*2. *n.* 6. *pag.* 289. Aloyſius
Riccius *in collect. deciſ. par.* 4. *collect.* 869 Suarez
*tom.*5.*de cenſ. diſp.*3. *ſect.*20. *num.*5. Avila *de cen-*
*ſur.p.*2. *cap.*5. *diſp.*1. *concluſione* 2. *dub.*5. † Et hoc 20
verum eſſe ait D.Archiep. Hiſpalenſ. *n* 3. *art.* 23.
etiamſi factum ſit notorium, quia adhuc debet
pars citari, & judicialiter audiri, ut bene ait Imola
citatus, & patet ex *dicta clem.fin. de cenſ.* in verb.
ſi conſtiterit, de quo docent Seraphinus *deciſ.* 601.
*num.*3. Cardinal. Tuſchus *tom.*2.*lit.*C.*concluſ.*368.
*à num.*2. Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.* 34. *n.* 26.
Moneta *de commutat. ultimarum volunt.c* 7 *n.*139.
Nicolaus Garcia *de benef. p.* 6. *cap.* 3. *num.* 36.
Barboſa cum aliis pluribus *in tract. de clauſulis*
uſufrequent. clauſul. 146. *n.* 1. dicentes, ut im-
portet cognitionem judicialem.

Hanc verò doctrinam limitant Imola *in dicta* 21
*clem. num.*16. Tapia *dict. n.*3. *in fine*, ut id intelli-
gatur quando Epiſcopus vult nominaliter proce-
dere nominando diſtinctè, & expreſsè perſonas,
ſecus autem ſi procedat generaliter, quia tunc non
requiritur citatio. † Imo addit Archiep. Tapia 22
*num.*4. quod poteſt Epiſcopus de hoc exceſſu in-
quirere, etiam non præmiſſa querela Eccleſiaſti-
ci, qui gravatur, quia ut jam latiſſimè dixi *à q.*1.
hoc privilegium ſpectat Jus publicum, *cap. ſi di-*
ligenti de foro compet. & quia reſpicit periculum
animarum, ut dicitur in *prædicta clem. fin.* & te-
nent gloſſa *ibi* Cardin. *q.* 10. Imola *dicto n.* 16.

23 Imò addit idem Tapia *dicto art.* 23. *q.* 11. *lib.* 4.
de legibus num. fin. Ut Epiſcopi ultro conſentien-
tes talibus impoſitionibus, abſque Romani Pon-
tificis licentia expreſſa, non tantum peccent mor-
taliter, ſed etiam excommunicationem majorem,
& depoſitionem ipſo facto incurrant probans ex
expreſſo Concil. Lateranenſi noviſſimè ſub Leo-
ne V. anno 1521. *ſeſſ.* 9. *ad finem* §. *Et cum à Ju-*
re: de quo ultimo amplius non ago, cum latè
jam ſcripſerim *ſupra dicta q.* 17. in verſ. *ad ſecun-*
dam, ubi plura Jura, & Bullas expendi.

24 Ad ultimam quæſtionis partem, etſi pro latiori
materia poſſem alias adjicere, quarum plures re-
peries infra *in tit. de judiciis, & in tit. de foro com-*
pet. & in cap. tuam de ordine cognition. cum de
ſtatutis laicis ad Juriſdictionem laicorum in Ec-
cleſiaſticos bene inferant communiter omnes Do-
ctores docentes optimo Jure humano, & Divino
prohibitum ex his, quæ etiam dixi *ſupra dict. q.* 17.
25 verſ. *ad tertiam.* † Nunc pro coronyde, & ad ex-
citandam punitionem, aggravationem, & terro-
rem ſtatuentium laicorum, judicumque infrigen-
tium Eccleſiaſticorum immunitatem legitimum
dubium ſit, an ſic laici ſtatuentes in eos, vel tra-
hentes ad eorum tribunal Eccleſiaſticas perſonas,
ſive Clericos extra caſus à Jure permiſſos poſſint
in Sacro noſtro tribunali inquiſitionis à fidei quæ-
26 ſitoribus examinari. † Et pro affirmativa ſenten-
tia ſunt Doctores ſequentes, Dominicus Bañez
in 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *concluſ.* 4. Ubi ſic aſſerit ex
dictis, ſequitur ſuſpectos eſſe merito de hæreſi
Luterana ſæculares judices, qui Clericos contra
ſua privilegia comprehendunt, vel ad ſua tribuna-
lia trahunt, quia facto ipſo confirmant, quod error
Lutheranus aſſerit, ſcilicet Clericos ſubditos eſſe
Principibus ſæcularibus, quemadmodum ſi quis
imaginem conculcaret vehementer eſſet ſuſpectus
27 de hæreſi Lutherana, quæ aſſerit imagines non
eſſe colendas. † Et Bartholom. Salonius *in* 2.
2. *D. Thomæ q.* 67. *art.* 1. *concluſ.* 3. Ubi etiam ait
Principes vel Judices, qui contra Jura canonica,
& civilia, trahunt Eccleſiaſticos ad ſua tribunalia,
ſunt ſuſpecti de hæreſi Lutherana, poſſeque con-
tra iſtos juſtè officium Sanctæ Inquiſitionis pro-
cedere ex eo; nam qui convenit cum hæreticis in
factis; in quibus illi proteſtantur ſuas hæreſes, eſt
28 vehementer ſuſpectus de illa hæreſi. † Ut qui
comedit ſine ulla infirmitate carnes die veneris,
eſt ſuſpectus de hæreſi Lutherana, & qui com-
municaret ſub utraque ſpecie, eſſet maximè ſuſ-
pectus de hæreſi Bohemiorum, quia talia facta
proteſtantur illas hæreſes. Sed hæretici negantes
Juriſdictionem, & immunitatem Eccleſiaſticam,
docent à judice ſæculari eſſe judicandos. Ergo ju-
dex ſæcularis, ſi ita maniteſtè, convenit cum hæ-
reticis, quo proteſtantur ipſi ſuas hæreſes, & eſſet
ſimili hæreſi maximè ſuſpectus, & ab Inquiſito-
ribus examinandus ita Solonius.

29 Hanc tenet ſententiam Beltran de Guebara *in*
propugnac. libert. Eccleſ. aſſert. 2. §. 2. *num.* 21.
Bozius, *de Jure naturali, & Divino libert. Eccleſ.*
lib. 5. *cap.* 15. & Sacræ Rotæ auditores pro cauſa
Veneta anno 1606. in aſſertione libertatis Eccle-
ſiaſticæ circa finem in verbis ſequentibus *animad-*
vertere debent Doctores cujuſcumque notæ ſint, &
qualitatis, dum contra Sacros canones (eos ſæpè
pravè interpretando, & detorquendo) *Eccleſiaſ-*
ticæ detrahunt immunitati, & libertati ſuſpectos ſe
reddere, quod malè de ea ſentiant, & tacitè, vel
expreſsè cum illis conſentiant, quos jam Eccleſia
propterea merito condemnavit, quam auditores
ſubſcripſerunt nominatim.

Et ſic optimè videtur amplectendus Junnnius 30
Thomaſius Sacræ Rotæ auditor apud Bellamerum
conſ. 40. *num.* 35. verſ. *imo quodammodo* qui docuit
inquiri poſſe contra judicem ſæcularem violan-
tem Juriſdictionem Eccleſiæ, tanquam contra
ſuſpectum de fide. † & hinc obſervat Franc. Tor- 31
reblanca *in practicalibus Juris ſpiritualis lib.* 15.
cap. 4. *num.* 7. quod anno 1632. cum Granatæ
quidam miniſter laicus allegationem Typis evul-
gaſſet contra immunitatem, & libertatem Eccle-
ſiaſticam, & in qua defendebat quandam conſue-
tudinem trahendi Clericos, in quibuſdam delictis,
& criminalibus ad ſæcularia tribunalia, fuiſſe à
propria dignitate detruſum, & Sancti Officii
cenſuram ſubiiſſe.

Ego inquam, qui nondum Valliſoleti, ubi adeſt 32
Cancellaria Regia Doctiſſimorum Senatorum,
atque Advocatorum peritiſſimorum in praxi ca-
ſum vidiſſem, cum videam prædictos ſemper ex-
titiſſe prudentes, & moderatos in ſuis ſubrogatio-
nibus, & ampliationibus ſuæ Juriſdictionis exi-
ſtimo quod ſi caſus in praxi ſe offerrent, adverti
debere ab attentis, & prudentibus Doctoribus
Inquiſitoribus, ut prudenti arbitrio, maturaque
conſiderandas diſcuſſione qualitates perſonarum,
circunſtantias temporum, ſrequentiam delicti,
rationes contrarias &c. ut tradit Diana *p.* 7. *tract.*
1. *res fin. in fine*, putans ab eis nihil prorſus agen-
dum, niſi prius in his Regnis Hiſpaniæ conſulto
Inquiſitore noſtro Generali, & ſupremo Sanctæ
Inquiſitionis conſilio, ſeu apud Italos, & alios
conſulta Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ, 33
& univerſalis Inquiſitionis; † quia reſpectu Equi-
tum Dominorum de Vaſallis, Ducum, Marchio-
num, Comitum, Religioſorum, Clericorum, ac
dicum Regiorum praxis, tam inſtructionibus,
quàm legibus ſpecialibus hujus Sancti Officii,
vulgò *cartas acordadas*, Inquiſitores hic Valliſo-
letani, ſicut, nec cæteri aliarum inquiſitionum,
nequeunt ad apprehenſionem procedere, dum
non eſt periculum in mora, niſi conſulto ſupremo
conſilio, & ejus generali Inquiſitore, propter gra-
vitatem perſonarum, & ne de facili nota aſperge-
rentur ſic perſonæ in dignitate, honore, & reve-
rentia conſtitutæ fortè ex irreptione (ne dicam
imprudentia) aliquorum inquiſitorum. Ergo &
ex eodem motivo ſaltim in caſibus, qui contin-
gere poſſunt in dubio, de quo hic illa natura
conſideratione, & circumſpectione procedi de-
bere; ut ſic Jurgia, infeſtationes, atque deſidiæ
judicum laicorum, & inquiſitorum evitentur, quæ
aliàs ſine fructu immunitatis Eccleſiæ, poſſent
contingere, quia procedendo cum prædicto ma-
turo Conſilio magis ac magis examinabuntur
cauſæ, circunſtantiæ, motivi, & alia, quæ ad feli-
cem exitum toti Reipublicæ CHRISTIANÆ
acceptabilem, & pacabilem debent conſiderari,
atque ruminari, præcipuè in hoc Sancto officio,
ubi ne dum incarceratio in ſecretis maximam in-
fundit notam infamiæ, ſed & quælibet alia ap-
prehenſio, vel admonitio ab inquiſitoribus facta,
ut experientia clamitat.

QUÆSTIO XXXV.

An poſſit Rex ſua authoritate confinare in aliquo loco Eccleſiaſticum, ſive Eccleſiaſticos. Vel debeat illos remittere ad proprium judicem Eccleſiaſticum, ut ab eo condigne puniantur?

SUMMARIUM.

1 *Diſſenſio quadam inter Proceres D D. Bathaſar de la Cueba, & D D. Aluaro de Benavedes.*
2 *Confinare nequit Rex Eccleſiaſticos in aliquo locos ſpeciali &* à n.6.
Fundamenta contraria num.3. & à num.8.11. 17.34.
3 L. relegatorum 7.§. fin. ff. de interdictis, & releg.n.4. & 5. *explicatur* n.30.
4 *Rex Salomon exulavit ſacerdotem Abiathar.* n.31.
5 *Reges cognoſcunt de nonnullis inter Eccleſiaſticos, ſed non hic* n.11.
6 *Laicus judex eſt incapax exercendi actus in Clericos; etſi velit eos exulare, debet recurrere ad Eccleſiaſticum judicem* n.7. *aliter incurrat cenſuram.*
8 *Arreſtare aliquem in aliquo loco, eſt ac incarcerare.*
9 *Schedula Regia pro una provincia extenduntur ad alias, & ad alios judices* n.10.
12 *Reges anathemate feriunt exercentes actum Juriſdictionis contra Eccleſiaſticos.*
13 *Verbum* nullo colore, *quid comprehendat?*
14 *Reges nequeunt procedere ad puniendos Eccleſiaſticos, etiam in delicto Læſæ Majeſtatis humanæ.*
16 *Recurſus praxis non facit argumentum contra libertatem Eccleſiaſticam.*
18 *Reges, & ejus Conſiliarii poſſunt cognoſcere de regalibus decimis.*
19 *Caroli V. mandatum tempore communitatum, latum etiam contra Eccleſiaſticos proditores, ac turbatores: explicatur* n.20.
21 *Violatores libertatis Eccleſiaſticæ, variis plagiis ſoliti ſunt a Deo puniri.*
22 *Olias Rex privatus à Regno.*
23 *Reges Honorius Vandalorum, & Bermudus Caſtellæ, puniti ſunt propter non ſervatam immunitatem Eccleſiæ.*
24 *Monarchia Clodobei deſolata.*
25 *Sancius Rex Aragoniæ occiſus à ſagitta.*
26 *Rodericus Rex Hiſpaniæ amiſit Regnum; quia amiſit fidem in Juriſdictione contra Eccleſias.*
27 *Siſebuſtus Rex fecit quaſdam leges, quibus voluit cognoſcere de pertinentibus Prælatis Eccleſiæ.*
28 *Nicephori phocæ leges abrogatæ à Baſilio Imperatore.*
29 *Portugaliæ Regni annunciata rebellio ante ejus caſum.*
31 Cap.2. lib.3. Regum & n.32.
32 *Salomon fuit Rex, & ſacerdos ſimul.*
33 *Poteſtates duæ, una Eccleſiaſtica, alia ſæcularis, hæc non eſt capax illius.*
34 Cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17.q.4.
35 *Prohibitione una legis ceſſante, remanet alia.*
36 *Exemplis non eſt judicandum, niſi quando non eſt lex* num.39.
37 *Judicatum non eſt attendendum, ſed quid debeat judicari.*
38 *Sententia contra deciſiones juridicas, non eſt cur trahatur ad conſequentiam.*
40 *Collegia, & Collegæ ſunt de Juriſdictione Regia.*
41 *Confinationis Eccleſiaſticorum quidam caſus, qui non fuerunt decreti à toto ſenatu ſupremo Caſtellæ.*
42 *Exulandi & Bannieudi ac incarcerandi Eccleſiaſticos poteſtas num ſit in Rege remiſſivè.*

QUIA occaſione facti, ſive præcepti ſpecialis Aulæ *Delgouierno* Caſtellæ Conſilii, exorta quadam controverſia Salmanticæ inter Proceres D. D. Bathaſar de la Cueba filii Ducis *de Alburquerque* Collegam tunc D. Bartholomæi, D. D. Aluarum da Benevides, filium comitis *de Santeſteban del Duerto* tunc etiam Collegam, D. Jacobi Vulgo *de Quencas* in illa univerſitate primam Sacrorum Canonum Cathedram obtinentem, poſt iſte Auditor Regius Valliſolet. & nunc fiſcalis ſupremi Conſilii, & ille Auditor Regius Granatenſis, prædicti fuerunt diverſis in locis Caſtellæ veteris confinati, ſiva quodammodo exulati, non obſtante, quod ambo eſſent Eccleſiaſtici & unus Canonicus Toletanus. † Ut refert D. D. Chriſtophorus de Moſcoſo, & Corduba ejuſdem ſupremi Conſilii Caſtellæ Senator virtute, litteris, ac prudentia conſpicuus admodum, qui forte ea prædicta occaſione, ſive ex alia manu ſcriptum, ut ſolitus eſt Doctiſſimum perfecit ſuper adducto dubio, reſolves cum infinitis pro negativa ſententia; taliter ut nunquam Reges queant præcipere authoritate proprie ut confinentur Eccleſiaſtici in aliquo loco, vel locis, quin potius debeat illos remittere ad Eccleſiaſticum judicem, qui eos condigne puniat, objectis reſpondens juxta textus noſtri doctrinam. Ideò mihi viſum eſt à tanto viro potiora fundamenta, & authoritates tranſcribere, cum multum tendant ad confirmationem eorum, quæ latiſſimè huc uſque dixi *à quæſt.*1. dicti noſtri textus. 1 2

Sed videtur contra reſolutionem illius illuſtriſſimi viri facere quod ipſe *à num.*1. ſcribit; nempe ut ſit proprium Regale Regum confinare in quodam loco, à quo nullomodo exire poſſit ſine Regia licentia quem cum Eccleſiaſticum ſcandaloſe viventem, malaque exempla dantem, & hoc ratione legis, & gubernii politici, primo probans ex *l. relegatorum* 7.§. *fin. ff. de interdictis, & relegat.* in illis verbis: *ſolet præterea interdici ſententia quibuſdam, ne patriam excedant, & in vicis quibuſdam morentur.* 3

Et ex illo Regum *lib.*3. *cap.*2. Ubi refertur ſententia, quam tulit Rex Salomon exulans Sacerdotem Abiathar in patriam ſuam, ſub præcepto de non excundo ab ea in pœnam delicti perpetrati ab eo, ut juxta præſens dubium agit ex Suetonio Petrus Fabra *lib.*3. *Semeſtrium cap.*23. *fol.*361. & D. D. Joannes de Solorzano *tom.*2 *de gubernio indiarum lib.*3. *cap.*27. *à num* 48. ut queat ſine timore cenſuræ confinari Clericus, videtur reſolutum à Caietano *in ſumma* verbo 4

excommun.

excommunicatus cap. 10. Molina *de juſtitia*, & *Jure* 3. *tom. tract.* 3. *diſp.* 51. *num.* 1. Suarez *de cenſuris diſp* 22. *art.* 1. *n.* 31. Alphonſus Leo *de cenſuris relectione* 5. *n.* 137. cum Sayru, Bonacina, & aliis, & præter relatos ab eis, Graſſis *de effectibus Clericatus*, *effectu* 9. *num.* 232. & cum multis, & Caiet. Molina, & Coninch. noviſſime Thomas del-Bene *de immunitate Eccleſiarum tom.* 1. *cap.* 2.
5 *dubit.* 4. *ſect.* 6. *n.* 5. † Hæc fundamenta refert D. Moſcoſo, quibus ego addo alia, quæ ſcripſi *infra in cap.* 3. *de judiciis q.* 14. 17. & 18. & *ſub cap.* 5. *de foro compet.* item & quæ dixi *in dicto cap.* 2. *à quæſt.* 19. Ubi quod judices Regii expellunt Seditioſos Eccleſiaſticos à Regno, cognoſcunt de nonnullis cauſis ratione regaliæ; imo & de ſententiis judicum Eccleſiaſticorum per viam recurſus de latis ad Regias Cancellarias, & ſuprema conſilia, ubi ſolum poſſunt examinari inobedientiæ Eccleſiaſticorum nolentium comparere in hac Matritenſi curia ad rogitum Regis, ſeu ejus mandatis obedire, & hoc quadam extrajudiciali cognitione, ut dixi in præcitatis locis, & idem D. D. Moſcoſo refert cum Salgado *de retentione Bullar.* 4. *p. c.* 1. *num.* 115. Fontanella *tom.* 2. *deciſ.* 316. advertens eſſe expurgatum, Bobadillam in 1. ejus impreſſione; eo quod ſcripſerit Vaſallorum Dominos participare hoc privilegio, cum ſit privativum Regis cum miniſterio ſuorum Miniſtrorum Conſiliariorum exiſtentium in dictis Cancellariis, & Conſiliis ſupremis: in quo convenit etiam D. Joan. del-Caſtillo *lib.* 7. *controverſiar. cap. fin. numero* 163.

6 Nihilominus idem Domin. D. Chriſtophorus de Moſcoſo juxta Juris regulas, tam in Theorica, ac in praxi contrarium amplectitur, quod ipſe ſine aliquo dubio probari ait ex textibus canonicis, qui dicunt Judicem laicum eſſe incapacem exercendi Juriſdictionis actum in Eccleſiaſticum, quo ejus immunitas Eccleſiaſtica infringitur: ſic ex textu noſtro cum Auguſtino Barboſa plurimos referente, tam *in* 1. *p.* quam *in* 6. & *ex dict. cap.* 2. *de judic.* ubi cum multis Felicianus de Vega *à num.* 7. Carleval *de judic. tom.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *à n.* 392. Solorzanu *dict. cap.* 27. *à n.* 2. P. Gabriel Vaſquez *in* 2. *tom. diſp.* 167. *cap.* 4. *per totum*, Fragoſo *de Republica* 1. *tom. lib.* 2. *diſp* 4. *à n.* 264. ponderans bene Trid. *in c.* 20. *ſeſſ.* 25. exhortans Imperatores, & Reges, ne impediant Juriſdictionem, & libertatem Eccleſiaſticam, nec id permittant in verbis ſequentibus, *nec ab ullis Baronibus, Domicelliis, Rectoribus, aliiſve Dominis temporalibus, ſeu Magiſtratibus, maximiſque Miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur, ſed ſævire in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque Juriſdictionem impediunt, animadvertant*; item ex gravi doctrina Cardinalis Anaſthaſii Germoni *in aſſertione libertatis Eccleſiæ epitome* 4 §. 11. per totum ex illo pſalmi: *nolite tangere CHRISTOS meos?* id eſt Sacerdotes, ut ipſe interpretatur, addens cum Baldello *in Theologia morali lib.* 5. *diſp.* 33. *à num.* 20. & *diſp.* 36. *à n.* 21. & Thomas del-Bene *de immunitat. tom.* 5. *cap.* 6 *dub.* 10. *n.* 1. cum infinitis, extendens directe in dubio noſtro infringi libertatem Eccleſiæ, etiam in perſona Clerici; quantumvis Eccleſiaſticus judex ſit omiſſus, & negligens in puniendo ſubditos Eccleſiaſticos delinquentes ex regula textus *in cap. licet de foro compet.* & *cap. qualiter* 17. *de judic.* Ubi ego dixi, & in aliis Juribus utriuſque tituli latiſſime. Imo & idem Thomas del-Bene refert, quod declarant Sacra Congregatio hoc prohibens tempore Urbani VIII. anno 1641. † & *in tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 9. *ſect.* 1. *n.* 1. reſolvit cum multis, ut incurrat 7
laicus *in canone* 11. Bullæ in cœna Domini, exulans Eccleſiaſticos. Et quod ut ille, ſeu alii judices laici liberentur à cenſura, debeant recurrere ad judices Eccleſiaſticos, & Prælatos, ut Clericus delinquentes exulent, ac confinent cauſa cognita, eorum audiendo defenſiones, taliter ut ſi eo ordine non ſervato adhuc ſi Prælatus Eccleſiæ eos exularet, incurreret excommunicationem; quia non ut Epiſcopus, ſed tanquam privatus procederet: ita etiam Thomas del-Bene *ſupra num.* 12. ſequutus Martham *p.* 4. *de juriſdict. caſu* 140. *n.* 7. & *dict. cap.* 9. *dubit.* 22. *à num.* 1. ait ut nequeant Reges obligare Epiſcopos, ut redeant in propriis Eccleſiis tempore ſuæ obligationis juxta Trid. decretum cum Azorio, & Felino reprobando Ortiz contrarium dicentem.

Et pergens idem D. Moſcoſo, aut quod arreſtare 8
quem in certo loco privat libertate, cum ſit incarceratio; etſi minus ſtricta, quàm ordinaria correſpondens actui illi practico ſolito pronunciari contra non plectendum corporaliter, nempe *tenga la Villa, O Ciudad por Carçel* juxta deciſionem expreſſam, *l. Titio centum ff. de condit. & demonſtr.* Ut advertunt explicantes erudite, Guterru *de Jure maninum* 2. *cap.* 3. Amaya *lib.* 1. *obſervat. cap.* 6. Oſvald. *in comment. ad Donellum lib.* 12 *cap.* 21. *lit. B.* eleganter Solorzanus *tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 49. dicens dubium non eſſe, quin vel ex eo ſolo graviter infringatur libertas, quo quis certo in loco ſemper, vel aſſiduè morari cogitur; & in terminis quando quis habet certum locum pro carcere, reſolvit cum Magonio *in deciſ. Lucenſe* 9. Petrus Caballo *crimin. caſu* 8. *n.* 16. qui vult hoc procedere in vi eximentibus arreſtatum, id eſt eum, cui factum præceptum, ne exeat Domum, civitatem, aut alium locum; quia & is dicitur carceratus, quod veriſſimum credit, & cum eodem *n.* 31. & Farinacio *q.* 30. *crimin. n.* 46. plurimo referente, & Azevedo *in l.* 15. *tit.* 6. *lib* 3. *recop. n.* 13. idem Solorzano *in politica Indiana lib.* 4. *cap.* 27.

Et idem D. Moſcoſo hoc confirmat ex Sche- 9
dulis Regiis, quas refert Felicianus de Vega *in cap. cum non ab homine de judiciis n.* 36. miſſis ad Proreges Peru, ut exularent ab illis provinciis Clericos Scandaloſos, malæ vitæ, & exempli; quatenus in illis cavetur, ut hoc exequantur per proprios Clericorum Prælatos; & hoc cum minus ſit exulare, quàm confinare delinquentes; ſiquidem in iſto ultimo comprehenditur exulatio, ſed non item confinatio in exulatione. Et ponderans D. Moſcoſo, advertit mirandum eſſe potius, ut in tam remotis provinciis, in quibus Prælatorum Eccleſiaſticorum, non ſic viget authoritas, non fuerit commiſſa illa coërcitio Proregibus: ita ex reſolutione Doctiſſimi Solorzani jam relati. Et addit idem D. Moſcoſo has Schedulas loquentes cum pro regibus illarum partium, deberi etiam obſervari in nova Hiſpania, & in integris Indiis ex Bartoli doctrina *in dicta l. relegatorum §. interdicere*, reſolventis reſcriptum uni Præſidi, aliis etiam earum provinciarum reſcriptum cenſeri, hancque opinionem eſſe communiter approbatam, tradit ex Joanne Gutierrez *in l. nemo poteſt ff. de legat.* 1. *n.* 191. Abendaño *de cenſibus cap* 46. *num.* 16. Solorzano *de gubernio Indiarum tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 66. † Et in terminis Schedolarum 10
Regiarum ad unum Præſidem, quod porrigentur

ad

ad alios ex identitate rationis, Carleval. *de judiciis tom. 2. diſp. 8. tit. 2. num.* 10. Barboſa *lib.* 1. *voto* 4. *num.* 35. Ob idque dicit D. Moſcoſo ex hoc ſolo fundamento quando deficerent alia, reſolvendam fuiſſe noſtram quæſtionem, & refert ſic tenere per *dictam l. relegatorum* adductam pro contraria opinione, Petrus Faber *ibi* citatus, & Solorzanus *dict. cap.* 27. *n.* 12. dicens hanc tutiorem in utroque foro eſſe negari non poſſe.

11 Et quamvis oppugnatores explicent, proximè relata intelligi, quando Juriſdictionaliter vellent procedere Reges, & ejus Magiſtratus per viam Juris, & non quando œconomice juxta gubernium politicum via facti, habita tantum cognitione extrajudiciali ad inſtar cauſarum Eccleſiaſticarum delatarum per viam recurſus, (de quibus dixi *in dict. cap.* 2. *de judic. q.* 19. *per totum*) Nihilominus reſpondet Doctiſſimus D. Moſcoſo hanc inquam diſtinctionem eſſe chimericam utens verbi Antonini Dianæ eam reprobantis 1. *p. tract.* 2. *res.* 17. & eo non relato, Thomas del-Bene *de immunit.* 1. *tom. cap.* 6. *dubit.* 10. *à num.* 8. quia in effectu in caſu noſtræ quæſtionis exercetur Juriſdictionis actus contra Eccleſiæ libertatem, & diſpoſitum in Jure; quia ubi habemus effectum, non curamus de modo: & verificari ait Conſulti dictum *in l. actio ff. de negotiis geſtis*, ubi agens de actione utili, & directa, effectu idem eſt; quod in terminis ſit prohibitum procedi via facti extrajudicialiter adversùs Eccleſiaſticos, & ait etiam probari ex Bulla Martini V. ad reprimendos in verbis ſequentibus ibi: *nonnulli diverſorum Regnorum judices aſſerunt in eorum Dominiis poſſe coercere Eccleſiaſticos via facti in his, quæ attentant, non attendentes, quod in laicis nulla ſit poteſtas in perſonas Eccleſiaſticas, & eorum bona*, addens etiam amplius confirmari ex §. 10. *Bullæ cœnæ Domini*, ubi excommunicantur hi, qui Epiſcopos, vel Archiepiſcopos carcerant, vel etiam detinent; & ſine dubio, ut Pontifex non ita gravem pœnam pronunciaret, ſi non judicaret tanquam certum, quod detinendo Eccleſiaſticum in aliquo loco violatur libertas Eccleſiaſtica; imo eadem Bulla *in* §. 16. excommunicat eos, qui quocumque modo procedunt adversùs Eccleſiaſticos: & in hoc comprehendi omne coërcitionis genus affirmat idem D. Moſcoſo reſolutione D. Joannis de Solorzani *dict. cap.* 27. *n.* 7.

12 Iterum pro confirmatione idem vir prudens adducit Concilium Lateranenſe ſub Leone X. *tom.* 4. *Conciliorum generalium fol.* 609. Ubi ſub anathamate decernit, ne Principes, ac Reges exerceant actum aliquem Juriſdictionis contra Eccleſiaſticos quibuſdam notandis verbis ibi: *nullatenus procedant, modo aliquo detineant quovis colore, aut fumo*, ubi ponderat dictionem *nullatenus*, quæ excludit omnem intromiſſionem Juris, vel facti, ut tradit Menochius *conſ.* 383. *num.* 14. Zenedo
13 plurimis relatis *ſingulari* 69. *num.* 3. † Et quod verbum *nullo colore* &c. comprehendit quemlibet procedendi modum adverſus Eccleſiaſticos, ſic cum Geminiano *conſ.* 29. *num.* 5. & Auguſtino Barboſa *diction.* 335. *n.* 2. item confirmat ex noviſſima conſtitutione Urbani V. anni 1641. publicata, quam refert Cherubin. *in ultimo tomo Bullarii*, in qua ille Romanus Pontifex damnat moleſtias, & perturbationes contra perſonas Eccleſiaſticas factas quomodolibet, etiam de facto, quis enim poterit negare, ut deſinat moleſtari, ac perturbari Eccleſiaſticus detentus, & confinatus contra ejus voluntatem?

In prædictis ſolidis fundamentis ait D. Moſcoſo 14
fundari reſolutionem illam Juridicam certam, ac practicam à multis magnæ authoritatis Doctoribus conſtanter ſcientibus, ut nec in delicto criminis Læſæ Majeſtatis poſſint Reges procedere ad punitionem Eccleſiaſticorum; quod debeant eos remittere ad ſuos Prælatos, tradit ex Valenzuela Velaſquez *contra Venetos p.* 4. *n.* 70. *fol.* 154. Auguſtino Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegatione* 110. *à num.* 17. & *de Jure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 96. Salcedo *de lege Politica* cum Solorzano *lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 54 Giurba *conſ.* 67. *num.* 7. Ponte *deciſ.* 9. Maſtrillo *deciſ.* 269. Scacia *de judiciis c.* 11. *num.* 77. Borrello *de præſtantia Regis, cap.* 71. *à num.* 12. Farinacio *q.* 112. *num.* 231. Graſſis *de effectib. Cleric. effectu* 1. *à n.* 570. Zevallos *tract. per viam violentiæ p.* 2. *cap.* 77. *num.* 9. allegante plures Doctores, & narrante; & ſic practicatum Neapoli, cum multis dicit Diana 3. *p. tract.* 3. *res* 30. cum quodam Clerico Seditioſo, Thomas del-Bene *n.* 1. *de immunit. cap.* 6. *dubit* 4. *n.* 2.

Nec his obſtant fundamenta contraria in prin- 15
cipio adducta, non primum Petri Fabri, & aliorum *in dicta l. relegatorum* §. *fin. ff. de interdictis, & releg.* & ex illo *lib.* 3. *Regum cap.* 2. quia, ut jam dictum eſt ſub verſ. & *idem D. Moſcoſo* in fine potius ex illis probant noſtram ſententiam D. Petrus Faber, & Solorzanus *ibi* adductis: Vide *infra à n.* 30.

Non ſecundùm ex univerſa noſtræ Hiſpaniæ 16
praxi deferendi ſententias judicum Eccleſiæ per viam recurſus ad Cancellarias, & ſuprema conſilia; quia dicit præfatus D. Moſcoſo non poſſe argui ex illa extrajudiciali cognitione practica, & uſitata in Regalibus Cancellariis, & Conſiliis ſupremis, ad caſum, de quo inquirimus; quia illa cognitio extrajudicialis Cancellarium fundatur in præſcritione immemoriali qualificata lege Regia 2. *tit.* 6. *lib.* 1. & *l.* 39. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopilat.* & in multis principiis Juridicis eam juſtificantibus praxim, de quo late, & qualiter intelligetur, dixi *in dicto cap.* 2. *de judiciis q.* 19. cum aliis ſequentibus; & quod ea praxis non ſit contra Eccleſiæ libertatem, ſed in ejus favorem advertunt Felicianus de Vega Archiepiſcopus Mexicanus *in dicto cap.* 2. *de judiciis*, cum multis *num.* 164. D. Joannes del-Caſtillo cum Salgado, & aliis *lib.* 7. *controverſiar. cap. fin. num.* 166. cum quibus, & aliis dicentibus excuſari cognitionem recurſus, illamque juſtificantibus ait Moſcoſo fateri Doctores non poſſe Reges exulare, ſive confinare Eccleſiaſticos, cum ſit contrarium libertati naturali, & Eccleſiaſticæ. Et eam praxim defendunt etiam innumeri relati à Thomas del-Bene *de Parlamentis dubio* 4. *à ſect.* 1. cum aliis qui tamen multis Doctoribus, & fundamentis eam improbat & damnat quem leges.

Sed quæ faciunt non parum contra concluſio- 17
nem relatam, ſunt quæ ego dixi *ſub dicto cap.* 2. *de judiciis, dict. quæſt.* 14. 17. & 18. & *in dict. cap.* 5. *de foro comp.* quatenus agendo ibi de illis quæſtionibus, *an ſi Reges vocaverint ad ſuum regitum Prælatos, & Eccleſiaſticos poſſint eos punire. Et an judex Eccleſiaſticus poſſit procedere cenſuris contra Regios judices, qui expellunt à Regno turbantem Juriſdictionem Regiam, vel abſolute Reges, & Conſiliarios excommunicare.* Item de ea, *an judices ſæculares habeant cognoſcere adverſus Clericos ſuper bonis Regalibus: & quid de decimis Regi debitis:* Ubi pro affirmativa videtur à me reſolutum, & negari

Google

negari non poteſt quod illa reſolutio expellendi à Regno non eſt abſimilis ab agitata in hoc dubio confinandi ſcilicet Clericos in aliquo loco intra Regnum, quod minus videtur eſſe; quapropter oppreſſus ex dictis jam, & congeſtis per D.D. Chriſtophorum de Moſcoſo, qui cum ſit laicus, & è Conſiliis Regis noſtri Philippi IV. hac de cauſa in prædicto noſtro dubio poſſet cedere contrariæ reſolutioni ſuorum conjudicum illius urbis majoris Conſilii, poſſem etiam ego Juſtius abſolutè affirmare, (ut Clericus) nullomodo permitti debere Regibus, ac ejus ſupremis Magiſtratibus abſque licentia Pontificia exulare à Regno, ſive confinare intra Regnum in certo loco Eccleſiaſticos, etiam reos criminis Læſæ Majeſtatis humanæ, quantumvis ibi admittam œconomicè, & extrajudicialiter tantùm fieri valere, non judicialiter; quia ſi prædicta praxis non excuſatur præſcriptione, ſive conſuetudine immemoriali approbata, ſaltim tacitè, à Summis Pontificibus: nunc & ex jam longiſſimè dictis in textu noſtro agnoſco ſecurius in foro fori, & foro poli tenendam contrariam ſententiam, quam amplexus eſt D.D. Chriſtophorus Moſcoſo ex fundamentis adductis. etiam cum Regnicolis approbantibus praxim procedendi per viam recurſus, de qua dixi *ſub n.16. præced.* & *in dicto cap. 2. de judic. q.* 19. cum ratio ejus, non eſt cur extendatur ad caſus prædictos exulandi à Regno, vel confinandi in aliquo loco propter deciſiones canonicas; item Concilia, & Bullas Pontificias jam adductas, & alias, quas in aliis caſibus communitatis Eccleſiaſticæ à Gabellis, & tributis retuli ſub hoc textu,
18 præcipuè *q.* 10.11.12.13.14. & aliis. † Non nego poſſe Reges, Regioſque Conſiliarios cognoſcere de Regalibus, veluti de feudis, ut dixi *in cap.* 5. *de judiciis*; item de decimis Regi debitis, ut dixi ſub *dict. q.* 18. & *ſub dicto cap.* 5. *de foro compet.* uc de aliis multis; quia hoc provenit à natura ipſius rei poſſeſſæ à Clericis, quæ fallit illos ſubditos Regiæ Juriſdictionis, ut expendi in dictis locis, non ſic quoties tendit cognitio quantumvis œconomia, & extrajudicialis contra perſonas Eccleſiaſticorum, ut contingit in exulatione, coërcitione; item & confinatione in certo loco, de qua nunc loquimur.

19 Adhuc inquam pro contraria ſententia fortiter urget mandatum illius Piiſſimi, & Chriſtianiſſimi, atque invictiſſimi Regis noſtri, & Imperatoris Caroli V. qui tempore communitatum noſtræ Caſtellæ in pragmatica Sanctione, quam tulit in oppido *de Bornes*, relata à Ludovico Molina *lib.4. cap.* 11. *n.*57. *de primogenitis anno* 1520. *die* 17. *Decembris*; ex cujus contextura ab eo ad litteram relata, patet declaraſſe laicos quantumvis præcelſæ Dignitatis proditores, ac traditores; item & ut condemnentur morte, ac in amiſſione bonorum Majoratuum, etiam ſi clauſulas habeant à Regibus confirmatas, ut nunquam amittant ea bona, nec ex delictis Majeſtatis, Divinæ, & humanæ, & porrigens ad Eccleſiaſticos ſequentibus verbis cavit *e a las perſonas de Igleſia, y Religion aunque ſe an conſtituidas en Dignidad Arçabiſpal, O Epiſcopal que an los dichos delictos fueren culpados, e partiçipantes declararlos a ſi meſmo por trayderes, rebeldes, e inobedientes, y deſleales a Nos, ea nueſtra Corona, e por agenos, y eſtraños de eſtos nueſtros Reynos, e Señorios, e aver perdido la naturaleza, y temporalidades, que en ellos tienen, e incurrido en las otras penas eſtableçidas por leyes de eſtos Reynos contra los Pralados, e perſonas Eccleſiaſticas, que Caen en ſemejantes delictos, y para proçeder contra las dichas perſonas, a ſi Eccleſiaſticas, como Saglares, que en los ſobredichos caſos hanſido culpades, y a los declarar ſolamente ſavid alaverdad por Revaldes, y traydores, e inobedientes, y deſleales a Nos, y a nueſtra Corona, e proceder contra ellos, y haçer la dha declaraçion, como in caſo notorio, ſin Leſinas, citar, nillamar, ni haber contra ellos los proçeſos, ni tela, ni orden de juicio, Nos por la preſente del dho proprio motu, y çierta e ſçiençia, y poderio Real Voſdamos poder cumplido &c.* Et conſtat hanc delegationem factam fuiſſe laicis, non inquam Eccleſiaſticis antea in verbis ibi: *Por la preſente mandamos à vos los nueſtros Viſo Reyes, e aqualquier de vos en auſençia de los otros, e a los del nueſtro conſejo, que con vos reſiden &c.*

Sed cenſet idem D. Muſcoſo hoc factum, ac 20 decretum fuiſſe potius terrendi Eccleſiaſticos, ac ob evitandum majus malum colore Juſti doloris, quam Jure ſic colligens ex reſolutione Gaſpar Antonii Theſauri *lib.4. quæſtionum forenſium q.* 22. Goffredi Abbabo *in praxi criminali §. Læſæ Majeſtatis crimine n.*145. Anſaldi *de Juriſdictione p.* 2. *tit.* 11. *c.* 3. Chriſtophori Beſoldi, *tractatu de crimine Læſæ Majeſtatis num.* 6. Calixti Ramirez *de lege Regia* §. 17. *n.*11. Gabriel Pereira *de manu Regia* 2. *p. cap.*26. *n.*20. Alverici Gentil. *in l. quiſquis Cod. ad leg. Juliam Majeſt. fol.* 11. cujus opinionem dicit eſſe periculoſam nimis, & contrariam Juri Canonico.

Et pergens idem D. Moſcoſo ait ſe nunquam 21 vidiſſe, & legiſſe Doctorem illum aſſerentem poſſe Eccleſiaſticos confinari abſque violatione libertatis Eccleſiaſticæ, ſed legiſſe plures, qui id pro gravi exceſſu advertentes, ponderant punitiones, & plagas, quas Deus immiſerit in laicos, & Reges ſic præcipientes, & exequentes pateſaciens ſuam indignationem: ſic referens ex Simone Mago *lib.*1. *cap.* 1. *fol.* 22. plures referente, & verba D. Hieronymi ſuper *cap.* 7. Iſaiæ ibi: *Ut bene diſcant Reges quanta ſit ira Divina in violatores Eccleſiaſticæ libertatis, non ſolum quando uſurpant Jus Divinum, ſed etiam Juriſdictionem*, & Fr. Hieronym. de la Cruz *in Stoico illuſtrato cap.* 33. *fol.*367. *& ſequent.* ubi advertit Saul Regem fuiſſe privatum à Regno; eo quod uſupaverit Sacerdotium Prophetæ Samuel & eo quod carceraverit quoſdam Eccleſiaſticos. † & quod in hoc fundata 22 fuit demonſtratio, quam fecit replens Lepra Regem Ozias; & quod loquens cum illo D. Chryſoſtomus *homilia* 4. reprehendens ejus exceſſum dixerit, *mane intra terminos tuos; alii ſunt termini Regis, alii termini Sacerdotii;* Utpotè dicta verba refert P. Franc. Suarez *adversùs Regem lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 3.

Et quod Honorio Regi Vandalorum superve- 23 nerit infirmitas ſordida, qua deceſſit; quia uſurpare voluit gubernium Eccleſiaſticorum; & quia Rex Caſtellæ D. Bermudo; in vinculis præſit Epiſcopum Obaten, pluvia non ſupervenit è Cœlo terræ interim, quo fuit detentus in carcere, magna ſterilitate paſſa famis, quæ ceſſavit mittens Deus magnam pluviam illico, quod Rex pœnitens liberavit Epiſcopum à vinculis, ut narrant Hiſtoriæ.

Iterum addit quod Monarchia Clodobei deſo- 24 lata fuit; quia in prædictis exceſſit, refert idem D. Moſcoſo ex Genebrardo, authore Gallo, & gravi, cujus verba ait referri in venditiis Gallic. *fol.* 11.

Et

25 Et quod Rex D. Sanctius Aragoniæ occiſus à
ſagitta ſuper circunvalatione civitatis *de Gueſcar* à
ſuis Vaſallis habitum pro comperto illum occidiſ-
ſe caſum permiſſione Dei; quia uſurpavit bona
ab Eccleſia parvi pendens illius immunitatem,
ſicut refert P. Mariana in Hiſtoria Hiſpaniæ
lib. 10. *cap.*2. & Abbas Caramuel *in reſponſe* ad
manifeſtum Portugaliæ *fol.* 57 & cum Franc. Lon-
go D. Roderico de Acugnna *in cap. ſi gens Anglo-*
26*rum* 56.*diſt.* † Ut obſervavit Barboſa *de penſionib.*
*q.*5 *n.*41. & *de Jure Eccleſiaſt.lib.*1.*c.*39.§.2.*n* 200.
quod principalis inquam cauſa, ob quam Rex D.
Rodericus noſtræ Hiſpaniæ Regnum amiſit à
Mauris debellatum fuerit defectio à ſede Apoſto-
lica, non in rebus fidei, ſed in Juriſdictione, & tem-
poralitate: & me ſic ex Baronio reſolventem *in c.* 2.
*de judiciis dict q.*19.*n.*2.*in fine*, refert idem Moſ-
27coſo. † ubi ex eodem Mariana *lib.*2.*cap.*3 *fol.*203.
advertit quod Rex Siſebuſtus fecit leges duas,
quarum ſit mentio *in lib. fore Juzogo*, quæ diſpli-
cuerunt propter earum viſam reſolutionem in-
conſideratam, teſte Sancto Iſidoro qui rationem
præbens hujus erroris, & aliorum, ait res turbatæ
progrediebantur, nec mirum, ut in præcipitium
laborentur; quia Rex factus fuit judex eorum.
quæ deberent determinari à Prælatis Regibus
tantum incumbere curam, & gubernium ſeculare
legum, quod ſpectat ad Religionem, & guber-
nium ſpirituale ad Eccleſiaſticos attingere.

28 Amplius idem D. Moſcoſo addit ut fateatur Ba-
ſilius Imperator abrogans leges ſui prædeceſſoris
Nicephori Phocas; quia fuerunt injuſtæ, & præ-
judiciales adverſus libertatem Eccleſiarum, & quod
cauſarunt Imperil interitum in ſequentibus verbis:
*poſtquam cognovi legem à Nicephoro editam, dum ille
in Imperio viveret contra ſanctam Eccleſiam, & con-
tra Domos Dei militare: hocque fuiſſe cauſam, &
originem omnium malorum præſentium, quæ patimur,
& totius ruinæ, deſtructionis, & confuſionis noſtræ. Ob
id quod decreta Nicephori fuerunt injurioſa, non
ſolum Eccleſiæ ſanctæ, ſed etiam contra templa ejus,
& contra ſanctas Domos Dei; imo vero contra ipſum-
met Deum. Idcirco præcipie prædictas leges tanquam
injuſtas minimè obſervandas eſſe, quas revocamus, &
annullamus, ac deinceps eas leges ſancimus, & reſti-
tuimus, quæ antea inſtituta fuerant pro bono Eccle-
ſiæ, & Domorum Dei; quoniam experientia novimus,
quod nullum calamitatis genus fuerit, quod experti
non ſimus decretis illis permanentibus.* Et harum
inquam meminiſſe ait M. giſt. Zumel, in defen-
ſione pro Sancta Romane Eccleſia contra impia
29Venetorum decreta. † Et ad propoſitum refert
idem D. Moſcoſo audiviſſe à quodam Religioſo
ſpectatiſſimo, qui ei retulit, ut ante annum rebel-
lionis Luſitaniæ anni 1642. audiverit etiam à
nuncio, qui de Regno illo venit ad Curiam hanc
Matritenſem, ubi fuit detentus Regio mandato,
angens propter labores, & propter demonſtra-
tionem, quam reverebatur adeò venturam; itaque
accidiſſe in dicto anno ut patimur.

30 Jactis inquam prædictis iterum ſigillatim ſa-
tisfacit objectionibus in principio adductis. D.
Moſcoſo *ex dicta l. relegatorum § fin.ff. de interd.
& releg.* dicens textum illum intelligi reſpectu
ſecularium, & laicorum delinquentium, qui poſ-
ſunt puniri, exules fiari, ac confinari in pœnam
ſuæ culpæ, terminis, habilibus ſuppoſitis ex Re-
gia Juriſdictione, juxta textum *in l. quo teſtamento*
31*ff. de teſtam.* † Et quod *in dict.c.*2.*lib.*3. Regum
juxta intellectum Solorzani eruditè exponentis
*dict.cap.*27.*n.*45. & D. Petri Salcedo de lege Po-
litica *lib.* 1.*c.*10.*n.*57. reſponſum dantium ex doctri-
na Abulenſis in eo loco. † ait quod Salomon fuit 32
Rex, & ſacerdos ſimul habens illas duas Juriſdictio-
nes; quia Dignitati ſacredotali erat unita Dignitas
Regia, ad quam attendiſſe refert Poetam Latinum
dicentem de Anio *Rex idem hominum ſibique ſa-
cerdos*, ut advertit etiam cum Xenophonte Sueto-
nius, Dionyſius, Alicarnaſeus, S.Iſidorus, P.Mo-
lina *in inſtitutione ſacredotum tr.* 1. *c.*1. Valenzuela
Velaſquez *conſ.*142.*n* 97. Freytas *de Imperio A-
ſiatico c.*6. *num.* 15. Bullengero adverſus Caſſau-
bon. *diatribe.* 6. Surgento *in Neapoli illuſtrata
cap.*27.

Verum addit expendens dictus D. Moſcoſo, ut 33
quia ab adventu Xenophonti diviſæ fuerunt præ-
dictæ poteſtates, ac Juriſdictiones, temporalis reſi-
dens privativè in Regibus, & in ejus Miniſtris, &
Eccleſiaſtica in Summo Pontifice, & cæteris Præla-
tis, cujus ſunt incapaces, laicos, non poſſe ſe immiſ-
cere ad aliquid exercendum in ea, via Juris, aut facti,
juxta præcepta, & leges noſtrorum Regum Hiſpa-
niæ *in l.*5.*tit.*3.*lib.*1. & *l.*14.*tit.*1.*lib.*4.*recop. Porque
an ſi Comonos queremos guardar la Juriſdiçion a la
Igleſia, y Juezes Eccleſiaſticos, an ſi es raccon, de-
recho que la Igleſia, y Juezes de ella no ſe entreme-
tan en per Judicar la nueſtra Juriſdiction.*

Nec obſtare ait aliud fundamentum Doctorum 34
inſolventium licitum eſſe arreſtare in aliquo loco
Eccleſiaſticos; quia illis reſpondet ſatisfieri; eo quod
ipſi loquantur explicantes textum *in c. ſi quis ſua-
dente Diabolo* 17.*q.*4. qui excommunicat impo-
nentes manus violentas in Clericos. Et quia con-
finare non eſt violentiam Clericis facere corpora-
lem in ſenſu illo, de quo ille ea non fuit loquutus,
ſed alio capite violatæ libertatis Eccleſiaſticæ; ait
D. Moſcoſo incurri in aliis pœnis ſtatutis de Jure
canonico. † Utpotè cum ſunt duæ prohibitiones 35
legis; quia una ceſſante remanet altera ex regula
Imperatoris Juſtiniani *in §. affinitatis inſt. de nup-
tiis*, Ubi Accurſ. & cæteri animadvertunt, & cum
Bartulo, Baldo, & aliis pluribus Alvaro Valaſco
*in axiomatibus Juris litt.l.n.*23. & ego *in cap. di-
lecti de dolo, & contum.per ea, quæ ibi dixi.*

Nec exempla in contrarium exequuta ſibi vim 36
facere, dicit idem D. Moſcoſo quia reſpondet ex illa
Juris regula *in l. nemo judex cod. de sent. & interlocut.*
quod exemplis ſcilicet non eſt judicandum. † Et 37
quia non eſt attendendum judicato, ſed ad id, quod
debuit judicari, ac definiri *ex l. ſed licet iis ff. de
offic. Præſid.* ibi: *non quod Romæ factum eſt, ſed
quod fieri debuit*, juxta optimam exornationem,
quam ſcripſit cum Demoſthenes, & Borello Do-
ctus Solorzano 2. *tom de Jure indiarum lib.* 1.*c* 4.
*num.*64. † Et ut quoties ſententia eſt contra de- 38
ciſiones juridicas, & certas doctrinas, non eſt cur
trahatur ad conſequentiam ex cap. quod Juris ra-
tionem *de reg. Juris lib.*6. & ſic ita obſervaſſe ex-
planantes *dict. l. nemo judex* Petr. Surdum *conſ.*
454.*n.*53 & *conſ.*311.*n.*17. D. Joan. Del-Caſtillo
*lib.*7.*c.*30.*n.*5. cum aliis, & faciunt quæ longiſſimè
dixi *in cap.*1.*de ſent. & re judic.* † Sed tunc tantum 39
exemplis judicandum, quando non eſt lex, aut de-
ciſio in caſu deſiderato, dicit, & æſtimandam eſſe
doctrinam Bartoli ſingulariter relatam à Tyberio
Deciano *volum.* 3. *in fine, tract. pro reſponſis pru-
dentium c.*23.*n.*131. ex dicto Ciceronis in epiſtola
ad Servium Sulpicium, *quod exemplo fit, id Jure
etiam fieri putatur*, Oſvald. ad Donell. *lib.*26.*com-
ment. cap.* 2. *litt. A* dicens cum Philippo Corneo,

[illegible] D. *Fermoſin. de Leg. Eccleſ.*

Arumeo, & aliis, *magnum eſt in terminis habere deciſionem, & qui eam eſt adeptus tuto ſe fundat*, Andreas Nichen. *de veſtimentatum pactionibus 2. tom. cap. 3. n. 181.*

40 Et ad exemplum jam in principio relatum D. Alvari de Venavides, & D. Balthaſar de la Cueba, reſponde: fuiſſe decretum ab Aula ſupremi Conſilii Caſtellæ, quæ dicitur *de gobierno*, de qua ait D. Moſcoſo, ut etſi ſit maximæ authoritatis; manet tamen dubius, an in id aſſentiret integrum ſenatorum Conſilium, ſe particeps fieret de illo caſu. Et addit pro certo habere dictam Dominorum Aulam attendiſſe tantum ad qualitates collegiaturæ, quibus fruebantur præfati Proceres, ratione quarum ſunt de Juriſdictione Regia, juxta Doctam Doctrinam D. Eldiphonſi de Eſcobar illius Collegii Conchen quondam alumni *in ſuo tractatu de Pontificia, & Regia Juriſdictione c. 21. § ultimo à n. 283. & c. 35. à n. 1.* ſic ut in mentem eorum non venerit quod prædicti Proceres eſſent Eccleſiaſtici Canonici, ac Præbendati Eccleſiæ Toletanæ. Et ad id ſentiendum narrat ipſe D. Moſcoſo quod in dubio difficultatis noſtræ ſunt in eadem Aula *de el gobierno* judices ſenatores duo, qui modo dictu judicarunt contra prædictos Proceres; qui tamen caſu noſtri dubii, an Rex queat confinare in aliquo loco Eccleſiaſticos, dicunt ut non poſſit.

41 Et ob id reſpondet idem D. Moſcoſo ad aliud exemplum confinationis illatæ adverſus Decanum, & alium Præbendatum Eccleſiæ Conchen, qui fuerunt confinati juſſu Regali in diverſis Eccleſiis Cathedralibus hujus Coronæ; quia dicit id non proceſſiſſe à Concilio ſupremo Caſtellæ. Et amplius addit ut detentio præcepta Eminentiſſimi Cardinali De Trexo in Burgo Oxomenſi; item quod etiam in cœnobio D. Hieronymi hujus Curiæ Matritenſis fuerit detentus Epiſcopus quidam mandato Regis. D. Philippi II. nullo modo proceſſerit à Concilio illo ſupremo Caſtellæ ſenatu; quare prædictus DD. Chriſtophorus Muſcoſus ex dictis fundamentis, conſtanter reſolvis, ut Rex nequeat confinare Eccleſiaſticos; & quod debet illos remittere propriis eorum Prælatis, ut ab illis puniantur, condigne adverſus illos procedendo, Juris ordine ſervato ex doctrina Thom. del Bene jam relati ſic reſolventis &c.

42 Et ut amplius agas leges quæ dico infra *q. 45. à n. 1.* ubi de exulando, incarcerando, & banniendo Eccleſiaſticos, aliqua *ſub q. 43.* & addes quæ ex multis recolligit Thomas del-Bene *de parlam. dubio 4. Corollario 5.* contra innumeros, Giurbam, Pradillam, Antonium de Ballis, Soto Major, Cutellium & alios ex Gaiucurſa, Coriolano, Henriquez, Alterio, Scortia, Belleto, Duardo, Martha, & aliis pluribus fundamentis, & ex illo quia Eccleſiaſtici de Jure Divino habent ut liberè poſſint ubicunque habitare & officia Eccleſiaſtica exercere juxta illud Marci 16. *euntes in univerſum mundum, prædicate Evangelium omni creaturæ, & ex aliis.*

QUÆSTIO XXXVI.

An Principes ſtatuere poſſint, ut homines liberi, qui alias Prædones, ac viarum graſſatores ad Eccleſias confugerunt, abſtrahantur ab eis. Et an ſi carcerati petant, ut Eccleſiæ, à qua abſtracti fuerint reſtituantur, poſſint Judices, ſive Supremi, ſive inferiores ſtygmate illos in facie ſignare, & ex poſt facto illos Eccleſiæ reſtituere, ut eo modo apud omnes habiti ſint fures, ac graſſatores, ſive ut delinquentes ſic inſigniti.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies quorundam Zingarorum Valliſoleti in facie candenti ferro inſigniti ad Eccleſiam Cathedralem è carcere publico reſtituti. Et ubi quarum litterarum ſigna* n. 2. & n. 21.

3 *Zingari vulgo* Gitanos *habiti ſunt omnibus, & aliquando contra illos, & Ægyptianos procedit ſanctum tribunal.*

4 *Stigmatibus notari ſervile eſt.*

Cicero de ejus matre dixit ut ſoleret ſigillare amphoras, quæ jam antea cum melle, exiterant, ne famulæ, ſeu ancillæ prætextu vacuarent deguſtarent plenas, ac illas commixturarent.

6 *Viliſſima Utenſilium annulo clauſa.*

7 *Annulus ſignatorius, ex quo intelligatur celebratiſſimus, tam ſacris, quam prophanis authoribus.*

8 *Sigillo uxoratæ ſignabantur, ut ſic Domini præeſſent curam de rebus introcluſis adhibendo.*

9 *Domus ſervandæ cura uxoribus pertinent.*

10 *Job dictum ibi*, quæ præcipit ſoli, & non oritur, qui claudit ſtellas, quaſi ſub ſignaculo. *Quid ſibi vellit.*

11 *Servi ſignabantur cum ſigillo Dominorum ſuorum, ut agnoſcereatur, & in facie, ſi eſſent delinquentes* n. 13.

12 *Sigillum in qua parte corporis impingebatur.*

14 *Paulus ad Galatas cap. 6 dicitur ſervus S. & Clavo ſignatus Chriſti.*

15 *Stygmata ſunt ſigna ferro candenti facta in facie.*

16 *Facies Jure Divino poterant eruendo oculum deformari : Vide* n. 23.

17 *Fures Longobardorum poterant in facie ſigillari, & milites furantes de Jure Caſtellæ, & condemnatum in metallum* n. 19.

18 *Uxoratus bis ſigillabatur in fronte.*

20 *Sigillatio in facie eſt indicium ad torturam,* & num 13.

21 *Sigillare in facie Egyptianos pendente reſtitutione ab Eccleſia ex cauſa immunitates competentis, & prætenſa, eſt factum contra libertatem Eccleſiæ,* & n. 22. & n. 28. *& turpe ut* n. 31.

23 *Facies Latronum prohibitum eſt candenti ferro ſignare,* & n. 15.

24 *Statutum determinant, ut damnati ſigillentur ſtygmate ferri candentis non valet.*

26 *Immunitatis Eccleſiaſticæ dubium eſt priùs privativè per Eccleſiaſticum judicem decernendum,* & n. 27.

27 *Laicus pendente judicio immunitatis, poterit tantum teſtes examinare, ſed non judicare,* & n. 28.

29 *Sigillatre candentis ferri in facie plus eſt, quam delinquentem ad triremes damnare,* & numero 30.

31 *Pricipes laici ſtatuere nequeunt, ut candenti ferro in facie delinquentes ſigillentur.*

QUAN-

1 QUANTUMVIS hæ difficultates propter caſum referendum in civitate Valliſoletana anno præterito 1651. cum quibuſdam Zingaris Egyptianis vulgo *Gitanos*, quos ego vidi reſtitutos, propter immunitatem Eccleſiaſticam, quam poſtularunt, & intenderunt coram Vicario Generali Epiſcopi illius civitatis, dum eſſent incarcerati per Regios judices vulgo *Alcaldes de Corte* illius Cancellariæ; itaque factom fuiſſe, & poſiti ibi in Eccleſia Matritici; ut ſic reſtituti, ea immunitate gauderent, ad quam reſtitui expoſtularunt. Sed quia prædicti judices decreverunt eos in facie candenti ferro inſignire; imo & de facto ſic fecerint, poſt quod reſtitutioni Eccleſiaſticæ illos dederunt, & dubitaretur de Jure; quia tali facto inuſitato magnopere fuit illa civitas admiratione concuſſa, nec ulli litteratorum ibi in mentem veniret aliquid juridica allegatione monſtrare; nec ego adverterem de illo adnotare fortè; quia hujus caſus ſpecies ſpectat magis ad tractationem immunitatis Eccleſiaſticæ ratione loci, cujus propria ſedes eſt ſub tit. infra de immunitate Eccleſiarum, & ibi in cap. inter alia, & prædictæ difficultates illico diſceptandæ proprius ſpectarent, ſecundum quæ dixi in præmiſſo. Tamen quia hic Matriti nunc, cum hæc diſputo perlegi aliud manu ſcriptum DD. Chriſtophori Moſcoſo, & Cordoba viri laudandi utique; quia præditus litteris, pietate, Conſilio, prudentia, ac judicii maturitate; qui cum ſit è conſilio ſupremo Caſtellæ judex Regius, & ſæcularis in modum juſtè in prædictos judices Regios invehit; id eo diſcens; & nihil de meo cogitans, duxi pro reſolutione aſſignatorum difficultatum ejus perdoctam, & elaboratam lecturam tranſcribere.

2 Igitur ut tantus vir exordiatur reſolutionem præmittit dicendo, ut ſibi occaſionem præbuerit caſus relatus, eo quod præfati judices Regii vulgo *los Alcades* Regiæ Cancellariæ jam dictæ, deſignaverunt in facie prædictos Ægyptiacos, quos deinde reſtituerunt Eccleſiæ, poſt tres ſententias conformes, & hoc ſigno litterarum impreſſo ſequentis ſignificatus, *Ladrones, immunidad Eccleſiaſtica.*
3 † & ut faveat facto judicum ſcribit horum hominum genus vulgo *Gitanos* eſſe peſſimum ab omnibus odio habitum in ſingulis Republicis propter ejus feram naturam vagari inclinatam, deditam Latrociniis, homicidiis, ſuperſtitionibus, aliiſque fœdatiſſimis, & turpibus, adverſus quos ſignanter aſſignat Doctores ſcribentes ab origine de illis, atque de pœnis ſtabilitis in illos in diverſis Regnis. Et quando Tribunal ſancti officii poſſit contra illos, & Ægypuiacas procedere; inter quos refert eruditè loquentem Martin. Magero *de advocatia armata cap. 8. n. 70.* Fr. Joannem Marquez *in gubernatore* CHRISTIANO *lib. 1. cap. 2. fol. 16.* Chriſtophorum Beſoldo *diſſertatione de Ægyptianis*, & in Theſauro practico verbo *Zingari*, *fol. 97. n. 6.* Cæſar Caren. *de officio inquiſition. 2. p. tit. 12. à n. 156.* ubi agit de dubio illo, *an inquiſitores de Ægyptiacis Chiromantia artem profitentibus*, D. Joan. de Quinones in ſuo libello *de los Gitanos*, Olanum ex dictis nullo citatu, ſed eleganter *in ſuo Paralypomenon lib. 5. cap. 56.* D. Franc. de Cordoba *de Hiſcalia c. 50.* qui cum aliis maximè exclamando adverſus Ægyptiorum perverſam degentium vitam, plura ſcribunt, ubi poterunt videri in quos etiam, advertere etiam ait D. Joan. Solorzano *emblema 77. n. 36.* P. Saleed. de regimine Principum *lib. 2. c. 4. diſſertat. 22.*

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

4 Ob hæc inquam videri ait prædictos judices Regios, habita exiſtimatione de Ægyptianis debitis Latrociniis, aliiſque horrendis delictis excogitantibus, quod illi homines non potuerint condignè puniri ob reſtitutionem eorum Eccleſiæ faciendam, decreviſſe eos dicto modo inſignire, ut agnoſcerentur propter Ariſtotelis dictum *ſervile eſt, aut noxiorum ſtigmatibus notari*, uti ea refert verbo Joan. Langleo *lib. 1. ſemeſtrium cap. 2.*

5 Et ut probet primum ſupponit, ut neceſſarium D. Moſcoſo antiquam conſuetudinem regionum ſignandi res inanimatas, & tali cura merces, ac alia comeſtibilia, & talem quod dixerit Cicero de ejus Matre, ut ſolveret ſigillare amphoras, quæ jam antea cum melle extitiſſent, ne famulæ, ſive ancillæ prætextu vacuarum deguſtarent plenis, ac deinde illas commixturarent, nec ratio punctualis exigi poſſet traditarum. 6 † *Viliſſima Utenſilium annulo clauſa*, dixit Tacitus 2. *annalium p. 1.* 7 † ac de hac annotatione intelligi ſignificationem annuli ſignatorii apud authores celebrantiſſimo, tum Sacrus, quam prophanos, ut ex CHRISTIANEO Mathæo *in tract. 4. Monarchiarum lib. 4. fol. 57.* 8 † refert uxoratas ſigillo ſignari, ut ſic Domui præſint, curam de rebus introcluſis in ea adhibendo ita cum Plinio *lib. 33. cap. 11.* ibi. 9 † *nunc civi quoque, & potius annulo vindicatur à rapina* & ex Clem. Alexandrino *lib. 3.* ibi: *dat ergo ejus annulum aureum, nec eum quidem adornatum, ſed ut ea obſignentur, quadam ſignarunt, quæ cuſtodiantur, propterea quod ſervanda Domus ad eas cura pertineat*, uti id probat Pater Doctus Navarinus *lib. 3.* Sacrorum *cap. 7. n. 343.* inde etiam refert, ut Job conſideraverit prædictum morem, cum dixit.

10 *Quæ præcipit ſoli, & non oritur qui claudit ſtellas, quaſi ſub ſignaculo:* quæ verba expenſa vernaculo ſermone ex Fr. Joanne Marquez *in libello ſtatutum Jeruſalem ſpiritualis* verſ. 8. *conſiderat. 3. fol. 314.* ita dicit imperavit ſoli, ut non oriretur, & obedit cuſtodiendo ſtellis, ut ſigillatas ſigillo ſuo, & ex Baſilio Pontio Legionen. *Variar. diſp. quæſt. 7. cap. 2* dum dixit; denique non ſolum in animatis, verum & animatis quoque rebus Dominorum ſigna in Aſtra, vel appenſa fuiſſe oſtendamus. 11 † Et quod ſervi ſignabantur cum ſigillo ſuorum Dominorum, ut agnoſcerentur, & ex Alciato *lib. 1. Parergon. cap. 16.* Langlen *dict. cap. 2.* Marcial. *lib. 12. epigram. 62.* ibi *frons hæc ſtygmate non meo notanda eſt*, & ex Seneca *epiſtola 45.* ibi *non enim me cuiquam mancipavi nullius nomen fero* ex Theodoro Epingio *de Jure inſignium cap. 18. à numero 239.* multorum allegationibus exornante. 12 † qui addit ut quando prædicta fiebant relato fine impingebatur in parte tecta corporis, in humero ſeu Brachio *l. ſtygmata Cod. de fabricenſibus lib. 11. l. 2 ff. de ſervis fugitivis* ibi: *tandiu autem cuſtodiuntur fugitivi, quandiu ad præfectum Vigilum, vel ad Præfectum provinciæ deducantur eorumque nomina, & notæ, & cujus ſe ſervum quis eſſe dicat ad Magiſtratus deferantur, ut facilius agnoſci, & percipi fugitivi poſſint l. locum ff. de uſufructu* ibi: *quamvis uſusfructuarius, nec contrariis quidem miniſteriis, aut inuſitatis artificium ejus corrumpere poſſit, nec ſervum cicatricibus deformari.* Idemque probari juxta expoſitionem Conani *lib. 2. comment. cap. 6. numero 4.* dicentis, non negat ille facultatem eſſe notandi ſervi, dum ne cum

 deformes

deformet: nam ſi occulta aliqua corporis parte notas Servo inurere Dominum *indicantes*, ut oves ſolemus etiam, ſi fructuario fuit conceſſum.

13† Et quod delinquentes ſervi ſigillabantur in facie cauſa majoris ignominiæ propriæ, & terroris aliorum, de quibus loquutus fuit Auſonius in ſua Epigrama dicens.

Tam ſignis ſcriptor, quam lentus Pergame curſor
Fugiſti: & primo captus es in ſtadio:
Ergo notas ſcripto tolleraſti Pergame vultus,
Æquas neglexit dextera frons patitur.

Et ex Plinio *lib.3. cap.* 18. qui ob hoc ab illo appellati ſunt gens faciei inſcriptæ; *at nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent*, & ex Apulejo *de aſino aureo lib.* 3. Loquente *de ſervis ibi hinc litterati frontis*, & ex Laogleo cum Juvenali Theophilo, & aliis *dicto cap.*2. & Petro Gregorio *lib.*3 t. *Syntagmat.cap* 35. & P. M. Fr. Joan. Marquez in gubernatore Chriſtiano *lib.* 1. *fol.* 2. *cap.* 11. Navarrete *diſcurſu politico* 39. & cum Cicerone Seneca, & Plinio, P. Baſilius Ponce *dict. cap.*2. atque cum Plutarcho Vejecio, & aliis; Juſtus Lipſius *de militia Romana dialogo ult.* Petrus Francîſcus Tondutus *reſolution. Legalium p.*1.*q.*76. diſputans eleganter, & doctè, an ſit indicium ad torturam eſſe cum notis, & ſigillo in corpore *accuſati de maleficiis.*

14 Inſuper idem Domin. Moſcoſo confirmat, dum dicit ad id attendiſſe Apoſtolum Paulum dicentem ad Galat. *cap.* 6. *de cætero nemo mihi moleſtus ſit; ego enim Stygmata Domini JESU in corpore meo porto.* Quæ verba evertens ſermone vernaculo cum D. P. M. Fr. Joan. Marquez in ſpirituali Jeruſalem verſ.2. *conſiderat.*4. *folio* 300. ſic refert: *en lodemas nomeſeai moleſtos querela S.clavo de Jeſu-Chriſto mi ſeñor en los dos carillos me la hallareis eſcrita*; idemque in ſubſtancia dici à D. Baſilio Pontio dicto cap.2. fol.72. *eſto refiere Metaphoratas, y Ecumenio ſobre las palabras ſtygmata Domini JESU in corpere meo porto*, quibus intelligitur ut D. Paulus haberet litteras, ſeu ſigna in facie ſua; quia dicere ſtygmata Domini JESU in corpore meo porto, ſignificat habere ſigna cum ferro impreſſa in facie.

15† Nam *Stygmata* eſt punctum, vel nota aliqua ferro facta; & ex S. Thoma dicit, ut ſit ſignum factum candenti ferro antiquitati alludendo, in qua propter pœnam ſolebat exerceri; & quod in tempore Juliani Apoſtatæ crebior uſus eſſet inſcribendi frontes Chriſtianorum, ſicut hodie in ſervis in punitionem.

16 Et itidem confirmant *ex dicto Ariſtotelis* ibi *aut noxiorum ſtygmatibus notari*, ſicque videantur judices relati vulgo *los Alcades* excolpari eo etiam quia Jure Divino poſſet deformari facies pro pœna eruens oculum *cap.*22. *Exodi, & in Levitico c.*16. cumque hoc ſit plus, quam faciem ſigillare; ideo inferri bene ex regula cum licet, quod eſt plus multo magis, quod eſt minus, permitti debet.

17† Imò & lege Longobardorum relata à Camillo Borello *de Magiſtratuum edictis lib.* 2. *c.* 8. *n.* 444. fures poterant ſigillari in facie, & conſtitutione Regni Neapoli condita à Carolo, & in noſtra Caſtella *l.*6. *tit.*28. *p.*2. diſponi ut ſigillentur in facie
18 milites furantes in exercitu. † Ubi advertit Greg. Lopez *gloſſa* 3. & *l.*5. *tit.* 1. *lib.*5. *recopilat.* decrevit ut bis uxoratus ſigillaretur in fronte, ut explicant ibi Matienzo *gloſſ.* 4. *n.* 1. Azeved. *n.* 12. Auguſtin. Barboſa *in cap.*3. *de crimine falſi num.*3. cum Fari-
19 nacio *q.* 70. & aliis. † & etiam cum Theodoro Hepingio *dict. cap.* 18. *n.* 154. hancque pœnam inſigi condemnatis in metallum, ut ex Suetonio in Caligula, Plauto, & aliis obſervat erudité, ut ſemper Domin. Joannes de Solorzano 2. *tom. de gubernio indiarum lib.*1. *cap.*14.*n.*10. † & quod ſit
20 judicium ad torturam iterum eleganter ex eodem Petro Franc. Tondut. *lib.* 1. *quæſtionum, ac reſolutionum legalium c.* 76. Et prædictis inquam poſſemus dicere, ut tam judices præfati exculpentur à ſigillatione facta in facie prædictorum Ægyptianorum, ſicut & Reges legibus propriis relatas pœnas decernentes, exculpari valent: & ſic etiam in caſu prædictæ reſtitutionis ſine offendiculo libertatis, ac immunitatis Eccleſiæ, de qua latiſſimè dixi *à q.* 1. noſtri textus.

Nihilominus ex à me longè reſolutis breviter 21
cum eodem D. Moſcoſo dico, nec lege, nec conſtitutione, ſive ſtatuto Principes laicos poſſe decernere, ut Ægyptiani fures, ſive prædones, qui dum gauderent immunitate Eccleſiaſtica ab Eccleſia per judices laicos abſtracti, cuſtoditi in carceribus, exinde per ſe, ſive procuratores, aut Judex Eccleſiaſticus ex officio intendant ſuper reſtitutione facienda ſuarum perſonarum Eccleſiæ poſſent inſigniri, ſive ſigillari ferro candenti, ſive alio inſtrumento in facie, vel in alia parte corporis, ut ſic inſignitè haberentur publicè, ut tales latrones. Et eſt ratio quia dum diſceptatur ſuper impartienda immunitate Eccleſiæ delinquenti, cujus cognitio ſpectat ad judicem Eccleſiaſticum; ſilent judicia ſæcularia ex reg. textus *in cap. ſi judex laicus de ſent. excommun. lib* 6. ibi, ut infra refero in verſ. *ad ſecundam.*

Deinde quia palam eſt, ut maximè læderetur 22
immunitas eo facto, ſiquidem Ægyptiani illi debuerunt reſtitui Eccleſiæ ſine ſigillo ferri candentis in facia, & ſine alia nota de novo inflicta, alias inquam de facili fraudaretur Eccleſiæ libertas, ſicut in aliis relatis caſibus à prima *quæſt.* reſolutum eſt.

Et hæc doctrina certa eſt, eſto quod valerent 23
Reges ſtatuere, ut in facie ſubſigillarentur Ægyptiani, alivè latrones; ſed quia contrarium diſpoſitum eſt de Jure *in l.* 17. *cod. de pœnis verba* ibi: *ſi quis in metallum fuerit pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minimè in ejus facie ſcribatur, cum & in manibus, & in ſuris, poſſit pœna damnationi una inſcriptione comprehendi, quod facies quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis, eſt cæleſtis figurata minimè maculetur*, Salganetus de Jure publico *lib.* 1. *tit.*14. *num.*26. Nigris *cap.* 10. *n.*29. Azor. *inſtitut. mor. tom.*2. *lib.*2. *cap* 32. *q.*6.
† cum multis Theodorus Hepingius *dict. cap.* 18. 24
n 266. Borrellus, Baſilius Pontius, Petrus Gregor. & Solorzanus citandi, Borrellius *in n.* 445. cum Angelo Hoſtienſe, Joanne Baptiſta, Afinio, & aliis, affirmantes non valere ſtatutum condemnans ut ſtygmate ferrei candentis ſigillantur damnati ex aliquo delicto; ob hocque fuiſſe abrogatum conſuetudine quoddam ſtatutum conditum Neapoli à Carolo Rege; quia nimis ſeverum, & injuſtum viſum fuit. † Et ex hoc noſtro Jure Regio 25
per verba *leg.*6. *tit.* 31. *p.*7. ibi: *algunas maneras ſon de penas, que non las debendar a algun ome por ieroque aya fecho, an ſi como ſon ſeñalar a alguno en la cara confuego caliente, o cortandole las nariçes, nin ſacandole los ojos, nin dandole otra manera de pena en ella, de que finque ſeñalado, eſto es por que la cara del ome fiço Dios a ſu ſemejanza. E por ende ningun Juez non deue penar en la cara, ante defendemos que lo non fagan, ca pues Dios tanto loquiſo honrar, è en noblecer*

faciendo-

faziendolo à ſu ſemejanza, no quiſado que por ierro, apormaldad de les malos ſe à desfeado, nin deſtorpada la figura de el Señor.

26 Al ultimum quæſtionis partem ex proximè dictis, & ex ſequentibus exiſtimo reſpondendum prædictos judices Regios, *vulgo les Alcades de la Cançilleria de Valladolid* impie decreviſſe reſtitutionem facere Ægyptianorum, de quibus jam mentio facta eſt in offendiculum immunitatis Eccleſiaſticæ. Primo quia lite pendente ſuper dicta immunitate ſuſpenſa erat Juriſdictio illorum ex verbis textus *in dict. cap. ſi Judex laicus de ſent. excommunic. lib. 6.* ibi: *quovis proceſſus penitus conquieſcat;* quia ejus cognitio pertinet privativè ad judicem Eccleſiaſticum: ſic D. Moſcoſo cum Thoma del-Bene 2. *tom. de immunitate Eccleſiar. p. 2. dubit.* 41. & 47. dicente id abſque dubio verum, Petro Lazario *in tractatu de Blaſphemiis q.* 5 *n.* 71. Narbona *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. gloſſa 23. *n.* 14. Marc. Anton. Genuenſ. *in practica Archiep. cap.* 17. *n.* 5. Diana 3. *p. tractat.* 1. *reſol.* 32. Auguſtin. Barboſa *de penſionibus q.* 8. *n.* 46. & *de Jure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 158. qui juſtè reprobat Zavallos dicentem; ut in caſu notorio de non gaudendo delinquens immunitate Eccleſiæ, poſſit pronunciari interloquutio laicorum vulgo *dar ante delegos*, Feliciano de Vega *in cap.* 2. *de judiciis quæſt.* 136. affirmante ut licet ſæpius fiſci Patroni Limæ audientiæ ſic intendiſſent, ea quidem Regalis audientia declaravit non feciſſe vim factum per judicem Eccleſiaſticum illi remittendo cauſas, ut eas proſequeretur: & ſic affirmans Genuenſ. ſupra dicit ita judicatum.

27 Et amplius luceſſit; quia Pius ille Rex noſter Philippo III. glorioſæ memoriæ reſpondens conſultationi Conſilii ſupremi iudiarum hic Matriti à dubio liberavit, mandans ſua Schedula Regia 28. Martii anno 1618. Ut quamvis prætendatur dici quod delictum eſt proditorium qualificatum, ſeu ejus metri; ob quod nequeat reus gaudere immunitate Eccleſiæ, nihilominus cognitio ſuper eo dubio, & an debeat reus gaudere, nec ne, pertineat privativè ad judicem Eccleſiaſticum, & eam refert Feliciano de Vega *in dict. c.* 2. *n.* 137. & bene ejus verba referens DD. Petr. de Reyne *in libro perfecti Prælati* 1. *tom. lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 1. verſ.

28 *y porque.* † Et addit D. Moſcoſo ſolum judices illos Regios Valliſoletanos potuiſſe proceſſare, ſeu actuare examinando teſtes, ut dixit Michael Ferrer. 3. *p. obſervation. c.* 262. Cancerius *p.* 3. *variar. c.* 10. *n.* 63. ſed non progredi ad condemnandum; quia id eſt prohibitum *in dict. cap.* inter alia *de immunitate Eccleſiarum* ibi: *nec condemnare debet ad mortem, cap. id conſtituimus* ibi *de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri* 17. *q.* 4. *l. præſenti* 6. *§. ſanè cod. de his qui ad Eccleſiam confugerunt*, Antonio Diana cum aliis 6. *p. tract.* 1. *reſol.* 33. Bobadilla *lib.* 2. *politicæ, cap.* 14. *n.* 96. Mario Cutello *de immunitate Eccleſiæ lib.* 2. *q.* 12.

29 Ex quibus D. Moſcoſo infert, ut ex quo judices illi Regii ſigillarunt candenti ferro in facie cum relatis litteris plus fuit, quam eos damnaſſe ad triremes; quia pœna eſſet temporalis, quæ revocari valeret, ſed non illa, quæ perpetuo durat, conſiderans cum Seneca *lib.* 2. *cap.* 23. per maximè tramites juſtitiæ offendi ex executione pœnæ inſeparabilis dicente, *poteſt pœna delata exigi, non poteſt exacta revocari*, Aneo Roberto *lib.* 1. *rerum judicatarum cap.* 4. *folio* 44.

30 Item quia cum non eſſet Juriſdictio ſuſpenſa, eorumque culpa probata debuerunt juxta eam damnari, nec ultra ex *l. ſancimus cod. de pœnis* ibi; *nec ulterius progrediatur pœna, quam repetitur delictum*, Valenzuela, Velaſquez *conſ.* 91. *num.* 47. Aneo Roberto, *rerum judicatarum cap.* 9. Giurba *conſ.* 83. *n.* 19. Alvericus Gentil. *de Jure Belli lib.* 3. *cap.* 2. Julius Cæſar Calvinus *de æquitate cap.* 26. Farneſius *de Republica lib.* 2. *panegerico* 5. *cap.* 8. nec illos in facie Stygmate ſignare contra diſpoſitum *in dict. l.* 17. *cod. de pœnis*, & *in dicta l. Regia* 6. *tit.* 31. *p.* 7. quarum verba ſupra retuli.

Quare cum eodem D. Moſcoſo concludo turpi- 31
ter illos judices decreviſſe, ut illi Ægyptiani ſigillarentur in facie, & turpius ſi intelligerent ſic de Jure potuiſſe, cum non tantum peccarent in clara utriuſque Juris Civilis, & Regii diſpoſitione contradictorium *l.* 2. *ff. de origine Juris* ibi: *turpe eſt patritio, & nobili viro, & cauſas oranti Jus, in quo verſatur ignorare*, ut probat cum Antonio Fabro in Juriſprudentia Papinian. *tit.* 1. *princ* 4. *illatione* 2. Camillo Borello *conſ.* 23. *n.* 37. Bovadilla, *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 26. Oſvaldo ad Danellum *lib.* 1. *commentarior. cap.* 4. *litt. B.* qui inſuper ſi advertenter ſcientes quantum offenſa fuit immunitas Eccleſiaſtica, in quam irruerunt, quantaque injuria ei irrogata, reſtituendo prædictos Ægyptianos ſigillatos cum illo ſtygmate, cum deberent ſine tali nota illos in Eccleſiaſtico loco reponere, ut fruerentur ea immunitate, qua gaudebant, quando ab Eccleſia fuerunt deducti ſcandalo graviſſimo, peccaſſe certum eſſe, probat idem D. Moſcoſo.

E quibus omnibus clara eſt reſolutio, ut nec 32
Princeps poſſit ſtatuere ſuper ſigillando delinquentes in facie, nec judices illud exequi; imo ut tam Princeps, quam judices nullomodo in facto noſtro id potuiſſe, quantumvis alias de Jure, non ſtante lite ſuper fruitione immunitatis Eccleſiaſticæ ſic imperare, ac decernere valerent.

QUÆSTIO XXXVII.

An decretum Regis noſtri Philippi IV. quo ſtatutum fuit, ut filii æquitum nondum perfectæ pubertatis, ſeu impuberes; eo quod perſonaliter ad debellandum ire non poſſunt, ſuis expenſis, vel parentum ſuorum ſubrogent militem ſubſtitutum, vulgò *un Montado de acavallo*, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Et an Principes, Imperatores, ſive Reges, qui in Epiſcopalibus Eccleſiis Patroni eſſe dicuntur, poſſint aliquomodo compellere Epiſcopos ſcandaloſos ad renuntiandum Epiſcopatum?

SUMMARIUM.

1 *Præmiſſum aliquarum quæſtionum.*
2 *Advocati, ut litterati exiſtimentur, ſolent ſuſcipere cauſas juſtitia deſtitutas.*
3 *Fiſcalis cognita bona fide non tenetur impugnationes facere.*
4 *Pater qui intendit efficium publicum filio, tenetur pro negligentia, aut delicto ejus ſatiſfacere, & à n.* 12. & 13. *ubi de ratione.*
5 *Parentes non tenentur pro filiis ſuis equitibus*

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

ordinum ſub rogare militem vulgo Montado, *&* à n.10. & 27. *fallit* n.30.

6 *Minores annis* 17. *non compellebantur pugnare, & de ratione* n.7. & 15.

7 *Mulieres in caſu gravi neceſſitatis tenebantur ire ad debellandum, ut Hiſteriæ narrant.*

8 *Sexagenarii compellebantur dare ſubſtitutum pro pugna, non ſeptuagenarii.*

9 *Determinatio una pariformiter debet determinare.*

10 *D. Larrea Regius Caſtellæ Conſilii Fiſcalis impugnatur.*

11 *Peccati genus grave eſſe, alterum pro altero prægravare, ubi exemplificatur.*

14 *Militares habitus ordinum, non ſunt officia Regia, ſed vera Religionis.*n.15.

16 L. unica Cod. de periculo ſucceſſorum parent. lib 10. & num. ſequent.

17 *Officiales aſſumpti ad officia in die ſua poſſeſſionis, tenebantur erogare conſocii certam portionem pecuniæ ſerici: ſeu oſculentum pro* introitu, *quod vocabatur* ſportula, *quæ dabatur ſenatoribus.*

18 *Matronæ utebantur ſerico donato pro introitu officialis novi.*

19 *Parentes non tenentur pro filiis templa curantibus, niſi ad id obligarentur, nec etiamſi petant habitus pro filiis militarium ordinum* n.20.

21 *Actus non exit ultra intentionem partis.*

22 *Pater, etſi obligetur pro filio cauſa dotis receptæ, ſed non tenetur fidejuſſione, non ſic Jure Regio* n.23.

24 *Pater tenetur ſolvere mutuum datum filio; & quare.*

25 *Obligatio non compatitur in ſpontaneo.*

26 *Parentes ſi dum petunt filio gratiam à Rege militaris ordinis, ſciant mandatum dandi ſubſtitutum tenentur.*

27 *Rex Philippus IV. non eſt Magiſter ordinum militarium, ſed adminiſtrator.*

28 *Statutum Regis obligans, ut equites D. Jacobi, Alcantaræ &c. dent ſubſtitutum, videtur contra Eccleſiæ libertatem, verius quod non ſit* n.29 & 30.

30 *Equites dando pro ſe ſive filiis ſuis equitibus ſubſtitutum, non præſtant gabellam, ſive tributum.*

31 *Rex Hiſpaniæ eſt Patronus ad eligendum, ſive nominandos Epiſcopos.*

32 *Ordinari ad Eccleſiam Epiſcopalem debet nemo, invitis Regibus, quibus Jus Patronatus pertinet.*

33 *Principes poſſunt ſuſpectum electum Epiſcopum ſi Papa non admittere.*

34 Cap. niſi cum pridem de renunciatione.

35 *Rex nequit ſtatuere, ſeu compellere Epiſcopum ſcandaloſum ad reſignandum ſuum Epiſcopatum ſine Papa.*

36 *Papa debet amovere Epiſcopos non utiles in civitate, remotos non re aſſumere ob delictum in Rempublicam.*

37 *Expellere nequit Rex Epiſcopum eo quod Simoniacè ſit electus.*

1 AD primam quæſtionis partem, ut reſpondeam ſuppono quæ dixi *infra ſub cap.2. de foro compet.q.16.* Ubi egi *an equites Divi Iacobi, Alcantaræ, & Calatravæ* &c. *gaudeant immunitate Eccleſiaſtica; ita ut non conveniantur coram laico,* & *ibi q.17. an gaudeant privilegio fori negotii Divi Jacobi, Alcantara, & Calatrava &c.* & ſuppoſita etiam alia quæſtione, de qua *ibi q.20. an conſervatores Divi Iacobi, Alcantara, & Calatrava, Sancti Joanniſque, poſſint procedere cenſuris contra judicem laicum, ut ſe abſtineat à cognitione contra dictos milites &c.* Et ſuppoſita etiam *q.9.* de qua in hoc *cap. Eccleſia Sancta Mariæ de conſtitut.* verſ. *ad quintam*, ubi *an poſſint Principes collectas exigere ab equitibus D. Iacobi, Alcantara, & Calatravæ*, nunc quia perlegi aliud etiam ſcriptum D.D. Chryſtophori Moſcoſi, laudibus utique digniſſimi è Conſilio Caſtellæ Regio ſupremo elaboratum contra quandam allegationem fiſcalem ſcriptam à D. Don Joanne de Larrea *hic* Matriti, dum eſſet in eodem Conſilio ſupremo Regio Fiſci Patronus, quo totis viribus conatus eſt fundare, ut Parentes equitum impuberum, tenerentur propriis expenſis ſubrogare loco cujuſque impuberis equitis alium, qui militet perſonaliter.

Etenim D.D. Moſcoſo initians ſuam allegationem D. Larream carpendo ex verbis gloſſæ Accurſianæ *in l. quod ſi nolit § fin.* verbo *adhibueris ff de ædilitio edicto*, à ſimilitudine advocatorum, qui ut litterati exiſtimentur, ſuſcipiunt defendere cauſas juſtitiæ deſtitutas in verbis ibi: *Patronm peſſimam cauſaui poteſt facere videri bonam*, & ex Jano Langleo *lib.1. Semeſtrium cap.1. fol* 32. ibi *peſſimas cauſam facere honeſtates indicunt*, Euphormio *Satyrico 4.p. cap.15. fol.*359. † dicens hoc eſſe admodum alienum ab officio tanti Fiſci, & 3
aliorum exiſtentium in conſilijs, ſequentibus verbis perſequitur leges (ut plurimum) *non modo, & Candido genio perceptas, quo ducebantur, qui illas condiderunt, ſed deflexas per innumeros, anxioſque calliditatis articulos in præcipue ſcientia partem habent in iis aliquid inveniri, quod eludi ſimplicitas poſſit bono Jure utendum, glorioſiſſimum putatur:* & quod cognita bona fide officiu ſuo, non teneatur ad tales impugnationes probat cum Joanne Garcia *de nobilitate, gloſſa 3. §.1. num.*30 Joanne Theſoo *in pragmatica de antepbato verſ.3. obſervat 3.n.*215. adducens bonum textum *in l. quo tres §. ſicut in fine ff. de adminiſtrat. tutorum* ibi: *nec enim bonam fidem agnoſcere probibentur*, Barboſam *in l. venditor num.35.ff. de judic.* Joan. Gutier. *de tutelis 2.p.cap.4.num.14.* Mieres de *Majoratibus 4.p. q. 14. n. 49.*

Cumque decretum Regis fuerit, nempe ut quia neceſſitas urgebat ad manutenendum exercitum 4
æqueſtrem equites militarum ordinum comitarentur illum euntem ad bellum, ea nempe conditione, ut majores annorum ſexaginta excuſarentur, dum tamen quilibet pro ſe ſuis expenſis ſobrogaret perſonam aliam; & ſimiliter minores annis quatuordecim; dubiumque eſſet num etiam minores, qui jam eſſent ante decretum prædictum ordine equeſtri inſigniti, contra quos loquens prædictus D. Larrea Patroni Fiſcus illos obligari prætenderet eo fundamento, de quo meminit D. Franciſcus de Amaya *in l. 1. cod. de decurionibus lib.10. à num.1. & in l.3. cod. de munerib.n.42.* dicens ut Pater, qui intendit officium publicum, ſive gubernium locorum ſuis filijs, remanet obnoxius ad ſatisfaciendum damnum proveniens ex omiſſione, commiſſione, dolo, ſeu ignorantia filij, & ex alijs infra referendis, quibus ſine difficultate reſponſum præbetur.

Tamen ego cum eodem Domino Moſcoſo dico, ut nec Patres, nec filij, qui jam eſſent equi- 5
tes ordinis militaris, ſint ſub tali obligatione, exiſtimo

exiſtimo quidem non poſſe comprehendere equi-
tes illos minores, tum ex *ht. l.* 3. *tit.* 19. *p.* 2. &
ex ſtatutis ipſorum militarium ordinum, ubi ca-
vetur, ut minores annis quatuordecim, hoc eſt
6 impuberes. † Ubi refert *leg. Caii Sempronii Grac-
chi*, qua non poterant compelli ire ad pugnan-
dum minores nonorum 17. ut obſervavit idem
Amaya cum Plutarcho, Roſino, Cipſio, & aliis
in l. 1. *Cod. ſi ſervus ad libert. lib.* 10. *v.* 35. quam
ætatem, etſi non jure ſcripto ad militandum fore
legitimam advertunt Gellius *noct. atticarum cap.*
28. Petr. Gregor. *lib.* 19. *cap.* 3. *n.* 11. *ſyntagm.*
Gabriel. Nudæus *de ſtud. milit. lib.* 1. *pagina*
105. Camil. Borrello *de præſtantia Regis cap.* 32.
numero 53.
7 Et graviter idem D. Moſcoſo advertit notan-
dum maximè ex *dict. l.* 3. *part.* quod teneantur
ire ad debellandum, etiam mulieres in ſrangenti
neceſſitate, quarum nonnullas Hiſtoriæ referunt
pugnaſſe fortiter, ſed non inde obligaſſe impu-
beres unquam; eo quod natura debiles reputat,
nec habiles ad bellum; ſicque Azeved. concor-
daſſe *prædict. l.* 3. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 6. *recopilat.*
Ubi *n.* 100. reddit rationem hanc reſpectu mino-
8 rum impuberum. † Et aliam reſpectu ſexage-
nariorum obligatorum ab ſubſtituendos alios ſuis
expenſis; quia in illis fuit gratia, & juſtum, ut
compenſaretur dando ſubſtitutos, quemadmodum
ab utraque obligatione reſervavit majores ſeptua-
gintas; quia ſcilicet iſti jam natura debiles, & inermes
facit per *leg.* 1. *Cod. de cad. tollend.* & majori cum
ratione impuberes, cum iſti non ſolum viribus
9 careant, ſed etiam conſilio. † Et quia una de-
terminatio pariformiter debet determinare ex
l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill. ſubſt. quæ de-
bet meſſe in minoribus ex doctrina *l.* 4. *§. totes
ff. de damno infecto*, & gloſſa verb. *avocandum
in l. Mancipia Cod. de ſervis fugitivis*, Valenzuela
conſ. 18. *numero* 128. Surdo *conſ.* 430. *n.*17. &
conſ. 750. *n.* 78.
10 Et quamvis idem D. Larrea Patroni Fiſcus di-
cat ut parentes ſuorum filiorum equitum, te-
neantur pro illis ad dandum ſubſtitutos vulgo *el
mentado*; quia videntur obligari ad onera illa;
eo quod ſint, ut fidejuſſores ad prædictum onus
implendum, illud D. Moſcoſo rejicit optimis
principiis juris *ex §.* 1. *inſt. de fidejuſſoribus*, §.
fidejuſſores inſt. eodem ibi *nam eorum obligatio ac-
ceſſio eſt principalis obligationis l.* 3. *ff. eodem* cum
pluribus ad idem relatis ab Antonio Hieringio *in
tractatum de fidejuſſor. cap.* 3 *n.*29. Oſvald. ad Do-
nell. *lib.* 14. *cap.*48. Antonio Fabro *lib.* 15. *con-
jecturarum cap.* 18 *cum aliis*, dicatque certum
eſſe, ut ſubrogatus ſapiat naturam ſubrogati *l.
unica §. & plenius Cod. de rei uxoriæ actione. l.
ſi enim §. injuriarum ff. ſi quis cautionibus l.* 22.
tit. 11. *p.* 4. D. Joannes del Caſtillio cum multis
lib. 4. *cap.* 26. *n.* 51. nec prædictus D. Larrea mon-
ſtraverit prædictos filios impuberes, ſint obnoxii
ad dandum ſubſtitutos, ſequitur ut prædicti ſint
liberi; imò & eorum parentes; nam obligatio
contraria eſſet contra dictamen æquitatis, & ju-
ris *l. unica Cod. ut nullus ex vicariis lib.* 12. ibi
*grave eſt non ſolum legibus, verùm etiam æquitati
naturali contrarium pro alienis debitis alios mole-
ſtari, cap. unico de injuriis lib.* 6. ibi: *unum pro
alio prægravari, eſt legibus grave, & æquitati
naturali adverſarium*, auth. *ut non fiant pignora-
tiones col.* 5. ibi: *non habent rationem, alium
quidem eſſe debitorem, alium verò exigi*, addu-
cens illud Caſſiodori graviter ſentientis *lib.* 4.
epiſt. 10. filios non eſſe obligandos ad debita pa-
rentum; item & uxores ad debita maritorum, ſi
eorum hæredes non ſint in ſequentibus verbis:
*iis multo acerbiora jungentes alienis debitis ad ſo-
lutionem alios trahi, ſolamque cauſam probabilem
videri, ſi aliqua debitori potuit in civitate conjun-
gi ob iniquum perſuaſionis errorem dividuntur cau-
ſa germanis filius obligationibus paternis, ſi non
ſit hæres ex vita uxor maritalibus debitis, niſi per
ſucceſſionis vincula non tenetur, & ut audacia ad
ſolutionem trahit extraneos, cum abſolvant jura
conjunctos*, & ex eodem *in epiſtola* 14. ibi: *mag-
ni peccati genus eſſe pro alienis debitis alterum præ-
gravare*: ſic cum Valenzuela 1. *tom. conſ.* 94. *n.*
98. Amaya plures congerente *in dict. l.* 1. *Cod. de
decurion.* Solorzano *de jure indiarum lib.* 1. *cap.*
18. *n.*92. 100. & aliis, & ex Donello *in Rub.
Cod. ne uxor pro marito n.*7. ibi. † *ex quo conſe-* 11
*quens eſſe intelligitur neminem omnino quacumque
conditione ſit, pro alio conveniri poſſe ex l.* 1. & 2.
Cod. eo tit. non maritus pro uxore *l.* 3. *circa finem
eodem*, non mater pro filia *l.* 3. & *l. fin. ibi*: non
pater pro filio *l.* 1. & *penult. in proximo tit.* non
libertus pro Patrono, aut ſervus pro Domino,
& *fin. ibi.* ad quod probandum adjunges plures
quæſtiones, quas ego expendi *infrà ſub cap. quia
V. de judiciis.*
Iterum aliud fundamentum D. Larreæ fiſcalis 12
elidit idem D. Moſcoſo; quia quamtumvis co-
netur probare ex *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. à Titio
ff. de verb. obligat.* ut deciſa in caſu ſimili exten-
dantur ad conſimiles; & inde quia parentes obli-
gantur pro filiis in aliquibus officiis, & ſic in
caſu noſtro per *l. credendum ff. qui petantur tuto-
res* ibi *incidit in conſtitutionis verba, ſed ex ſen-
tentia excuſatur*, & *l.* 2. *§. ſi mater verſ. quid ſi
curatores? ff. ad Tertulianum* ibi: *verba reſcripti
deficiunt, ſed dicendum eſt eandem eſſe rationem*,
& ex *l. ſi quis adulterium §.* 1. *ff. de adulter.* ibi:
*ex ſententia legis tenetur, quamvis verbis non con-
tinetur*, & ex *l. ſed ſciendum ff. ad leg. Pomp. de
parricid.* ibi: *ſed & novercæ, & ſponſæ omiſſæ ſunt,
ſententia tamen legis continentur*, Valenzuela
*conſ.*62. Caſtillo *tom.*6. *cap*: 170. Salgado *de pro-
tect. Regia* 2. *p. cap.* 11. *n.*26. Oſvald. ad Donell.
lib. 1. *cap.* 14. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.*
26. *n.*39. Mar. Siurba *in conſtitutionibus ſenatus
Meſſanens. cap.* 6. *gloſſa* 1. *n.*12. & *cap.* 9. *gloſſa* 8.
*n.*2. Fontanella *de pactis nuptialib. tom.*2. *clauſu-
la.*7. *gloſſa* 3. *p.*9. *n.*28. & aliis. † Tamen idem 13
Moſcoſo fatendo hanc concluſionem, dicit eam
non practicari in caſu noſtro propter magnam
diverſitatem; quia gubernia, & officia, à qui-
bus dependent oblationes Populorum exigunt,
ut parentes obligentur pro filiis officialibus; eo
quod ex eorum approbatione filiis recepti fue-
runt, & ad illa etiam factum ſit bona fide, &
ſine dolo in favorem Reipublicæ ex *l. cum oſten-
dimus §. fin. ff. de fidejuſſorib.* in verbo *fidejuſſores*,
Gutierrez *pract. lib.* 1. *q.* 132. *n.*7. Avendannus *de
cenſib. cap.*97. *n.* 15. Bobadilla *in polit. lib.* 3. *cap.* 8.
*n.*52. Camillo Borrello *conſ.*47. *n.*80. † Sed 14
hoc ex integro ceſſare ait D. Moſcoſo in caſu
noſtro; quia habitus militares dati à Regibus
noſtris non ſunt officia juſtitiæ nec adminiſtra-
tionis bonorum, in quibus ratio eſt reddenda ex
l. 1. *ff. de Magiſtrat. conveniend. l.* 1. *Cod.* ut om-
nes judices, tam civiles, quàm criminales, Ca-
mill. Borrell. *de Magiſtratuum edictis lib.* 1. *cap.* 6.

Ponte *deciſ.* 26. Carleval. *de judic. q.* 4. *n.* 168. Ve-
ral *de viſitatione cap.* 15. *n.* 6. & Decuriones civi-
tatum ex toto *tit.* & *Cod. de decurionibus.*
15† Horum enim equitum prætenſio non ſic eſt
cum tantum ea ſi intrandi in Religionem appro-
batam à ſummis Pontificibus. Et ob id ait prædi-
ctos æquites ordinum militarium eſſe veros Re-
ligioſos, ut probat cum Garcia, Sanchez, Carle-
val. Antonio de Mairinis, Barboſa, & aliis, de
quo dixi *in præcitata quæſt.* 16 & 17. *dict. cap.* 2.
de foro comp. qui cum ſic admittantur ad ordines
militares, non obligantur in plus, quàm diſpo-
ſitum in ſuis conſtitutionibus militaribus, quæ
liberant, atque excipiunt impuberes, ne ad de-
bellandum eant, nihil caventibus, ut eorum ex-
cuſatio ſuppleatur per ſubſtitutos, eo quod eo-
rum obligatio tota ſit perſonalis, à qua diſpen-
ſatione relevantibus; etſi habitibus militaribus
onerentur propter debilitatem corporis nondum
habiti ad debellandum.
16 Et ut id comprobat Moſcoſo adducit pro exem-
plo deciſionem *leg. unicæ Cod. de periculo ſucceſſo-
rum parentis lib.* 10. ibi: *ſi de proprio muneris edi-
tionem tuo nomine pater tuus repromiſit, ideoque
ſacerdotem te creari, impetravit onus erogationis
commune omnium hæredum ejus præces provinciæ
non ignoravit.* Et ut hæc verba intelligantur.
17† Supponit conſuetudine generali ferè omnium
provinciarum in die poſſeſſionis officiorum, Ma-
giſtratuum, Dignitatum, & ordinis, in qui-
bus recipiebantur, aliqui erogabantur conſociis of-
ficialibus portio quædam pecuniaria ſeu ſerici pars,
ſeu oſculentum pro *introitu*, verbo, inquo uſi fue-
runt Plinius *lib.* 10. *epiſt. ad Trajanum* 113 Sueto-
nius *in Claudio c.* 9. & Scævola *in l. penult.* § *pen. ff.
de leg.* 3. quod vocabatur ſportula *l.* 6. §. 1. *de decu-
rionibus l.* 5. §. *penult. ff. de donat. inter novella.* 62. §.
ultimo, Alciatus *in l.* 134. §. *decuriones ff. de verbor.
ſignif.* Apulejus *lib.* 7. *de officiis Magiſtratuum*
Cicero *pro Plantio in officiis ſenatorum*, & *no-
vella.* 62. §. *ult.* Bobadilla *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 10. & in
dignitate *de lato clavo*, *l.* 42. *ff. de donat. inter*,
in verſ. *nuper*, quæ dabatur Senatoribus, & Pa-
triciis, Sueton *in vita octavi Auguſti lib.* 8. *cap.*
58. & *in vita Tiberii Cæſaris lib.* 3. *cap.* 35. Bul-
lengero *de imperio Romano lib.* 3. *cap.* 7. Marco
Mantua *in Polimatia lib.* 11. *cap.* 7. & cum multis
Theodorus Epingius *de jure inſignum q.* 2. *n.* 660.
18† Quod atiam Matronis Romanis, quæ de illo
ſerico pro ornatu corporis utebantur commune
fuiſſe, tradit ex Peroto *in cornu copia fol.* 206. ibi:
cujus mediam partem retrorſum jacebant ex Joanne
Baptiſſa de Soſa *in tractatu Joſia perſiquida, diſ-
curſo* 6. §. 3. *fol.* 319. & in ea Dignitate ordinis
æquiſtris ſimiliſſima noſtris militaribus *in dict. l.*
42. *part.* citat videndes, Ruſin. *antiquitatum
Romanor. lib.* 7. *cap.* 10. *litt. B.* Menenium *in
tract. deliciæ ordinum equeſtrium*, Joannem Da-
viti *de riginine mundi*, Rades de Andrada *de las
ordenes militares de España*, Andream Favian.
& alios, & de inſignibus Dignitatis Sacerdotalis
ex Cujacio, & Pancirolo juxta D. Franc. de Ama-
ya *in dict. l. unica Cod. de periculo ſucceſſorum*
iterum Cujacius *dict. novel.* §. 2. Ubi Joachimus
Stephan. & Stephanus Matthæus, Suetonius *in
Claudium cap.* 9. Apulejo *lib.* 11. Oſvald. elegan-
ter omnia comprehendens ad Donellum *lib.* 19.
cap. 4. *littera XX. folio* 140. & addit Moſcoſo
prædictam portionem, ſeu ſportulam fuiſſe onus,
& gravamen officiorum, Dignitatum, & ſa-
cerdotii, ut advertit Lucas de Pena *in dict. l.
unica numero* 1.
Et quod curabant bonorum templi, cui inſer- 19
viebant, & ad quæ fuerant admiſſi filii, qui
obligati erant ad ea reſtituenda: tamen etſi pa-
rentes pro filiis illa prætenderent, non ideo erant
obligati ad ſolvendum pro filiis, niſi ad id obli-
garentur, ut obſervavit Lucas de Pœna *ſupra in
l. illa*, ut videtur probari ex *dict. l.* in *verb. re-
promiſit*, quæ ſignificat promiſſum geminatum
factum, ut amplius ſe obligaret juxta textum *in
l. Baliſta ff. ad Trebell.* Et ita concludit Moſco-
ſo, ut non ex eo, quo parentes pro filiis petant
à Reges habitu illos militares, dicuntur obligati,
ad ſolvendam prædictam portionem, niſi eam
promiſiſſent. Et ob id clare reſpondet D. Moſco-
ſo ad fundamenta jacta per D. Fiſcalem Larrea
adducens diſparitatem ſupra traditam ex doctrina
etiam Joannis Garciæ *de nobilitate gloſſa* 1. §. 1.
n. 19. ex verbis *leg. Papinianus exul. ff. de mino-
rib.* ibi *quid enim commune habet delictum cum
venia ætatis l. fin. ff. de caluminiatoribus*, & ex Sixt.
de Regalibus lib. 1. *cap.* 5. *n.* 66. & Joanne Bapti-
ſta Coſta *conſ.* 1. *n.* 110. † Nec ſufficere ait obli- 20
gatos eſſe, ut vult Larrea propter cauſam publi-
cam, qualis eſt obligatio ad debellandum, quæ
connexa eſt ſuſceptioni habitus militaris; quia
hæc obligatio in illa ætate ex jam dictis non ſuf-
fragatur, cum minores ſint excuſati, & itidem
parentes eorum ex juribus jam adductis; non
enim retorquetur adonus, quod ad honorem
propter præmia ſervitiorum Patris datum eſt filio
ex doctrina Magiſtri Joannis Marquez *in guber-
natore Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 16. cum multis So-
lorzano *cap.* 18. *n.* 7. *de jure indiarum*, Paſcha-
lius *de partia poteſtate* 1. *p. cap.* 6. Nec enim ait
Moſcoſo Patres ad honorandos proprios filios
peterent à Rege habitus illos militares, ſi ſcirent
quod in tampus forent adſtricti ſub obligatione
tributi de ſubſtituendo propriis expenſis alium
militem vulgò *el montado.* † quia actus non 21
axüt ultra intentionem partis ex *l. non omnis ff.
de rebus credit*: nec creditur, ut parentes peten-
du voluerint obligari ad illum ſubſtituendum;
cum adhuc decretum Regum nec eſſet ſtabili-
tum, nec promulgatum, ut probat à contrario
ex *l.* 1. *ff. de obligationib.* & *actionib.* ibi: *conſenſu
fiunt obligationes*, adducens Azevedum, qui in
caſu ſimili reſolvit *in l.* 18. *tit.* 9. *lib.* 1. *recopil.
n.* 9. ibi: *item & fortius quia in contractibus vo-
luntatem, & poteſtatem partium attendendam eſſe.*
† Iterumque ſatisfacit alio fundamento Fiſcalis 22
adductis *in ſua allegatione n.* 40. ex deciſ. Surdis 62.
nempè ut pater nequeat eſſe fidejuſſor, uxorem
ducente filio de dote ei reddenda multos referens
confirmantes hoc dictum; & quod poſſit obli-
gari tanquam adminiſtrator; quia reſpondet aliud
aſſe obligari ex cauſa dotis receptæ, aliud fide
jubere pro filio emancipato eam poſſidente juxta
veram interpretationem legis *ſi cum dotem* §.
traſgrediamur ff. ſoluto matrim. Ubi Barboſa, *n.* 16.
Surdus *deciſ.* 47. Marius Cutellius! *de donat. con-
templat. matrim. tract.* 1. *diſcurſo* 3. *p.* 1. *n.* 7. Fon-
tanella *de pactis nuptialib. Clauſula* 7. *gloſſa.* 3. *p.*
12. Hector Capicius Latro benè exornans *deciſ.*
36. per totam, Catillus *dicto n.* 19. † qui ad- 23
vertit diſtinctionem prædictam ceſſare hodie no-
ſtro jure Regio; quia cùm ducit uxorem filius-
familias liberatur à patria poteſtata *ex l.* 8. *tit.* 1.
lib. 5. *recopil.* & quod pater non recipiens dotem,
non

non ſit obnoxius pro reſtitutione illius, nec prædicari relatam Surdi deciſio em, quæ fundatur in hoc, quæ ceſſat taliter in habitibus militaribus, ex quorum acceptione ex inſtantia parentum filii nihil accipiunt reſtitutione dignum.

24† Et ex ſimili reſpondet D. Moſcoſo ad aliud fundamentum juris, nempe, quod pater tenetur ſolvere mutuum datum filio ex *l. ſed Julianus §. quod dicimus ff. ad Macedon.* quia obligatio eſt alimentorum cauſa ſtudii, aut ex alia, quæ provenit à jure naturæ habens ſpecialitatem in jure, ut omnes fatentur; quæ omnino ceſſat in aliis caſibus, per quam ſubſtituta, & impleta fuit eadem obligatio, quam habent parentes ad alendum filios, quæ ceſſat in caſu noſtro: nam procurare patres illos habitus filiis, procedit à voluntate, nec tenentur etiam ſi filii illos com-
25pellerent. † Non enim expontaneo compatitur obligatio ut dixit textus *in l. ſub hac conditione ff. de actionibus, & obligat.* ibi: *pro non dicto enim eſt*
26*quod dare, niſi velis, cogi non poſſis.* † Quare ex jactis rationibus, & fundamentis affirmat idem D. Moſcoſo liberatos fuiſſe parentes ab obligatione dandi ſubſtitutum vulgò *montado* pro filiis ſuis equitibus ordinum militarium ante illud decretum ex regula juris, dequa ego dixi latè *in cap. 2. & cap. fin. de conſtitution.* nempè quod lex reſpicit ad futura, non ad præterita; ſed affirmat prædictum decretum obligare parentes ad ſubſtituendum pro filiis ſuis impuberibus factis equitibus ordinum Divi Jacobi, Alcantaræ, & Calatravæ &c. quia jam tunc videntur ſubjici legi, eum ſcientes illam, nihilominus petunt habitus illos militares: & hoc procedere ex proximè relata regula.

27 Adhuc verò nondum præbuimus verum reſponſum ad primam difficultatis partem; quia omnia dicta videntur ut præparatoria: quare jam breviter ſuppoſito quod Rex noſter, non eſt Magiſter ordinum, ut advertunt Fr. Eman. Rodrigue 2. *tom. regul. q.* 122. *art.* 3. Barboſa *in collect. ad concil. ſeſſ* 25. *de regularib. cap.* 21. *n.* 4. Pereira *deciſ.* 58. *n.* 7. Mariana *in Hiſtoria Hiſpanica. lib.* 25 *cap.* 23. & *lib.* 26. *cap.* 5. Carleval. *de judic. q.* 6. *ſect.* 5. *n.* 418. Federicus Picardus *in diſputationibus politicis in* 1. *de præmiis n.* 61. idem Domin. Moſcoſo, ubi convincit Joannem Gutierraz *lib* 4. *practicar. q.* 7. *n.* 8. dicentem contrarium; ſed tantum ſit perpetuus adminiſtrator, & hoc ex Pontificia facultate, cum prædicti ordines militarium equitum, ſint Eccleſiaſtici juxta quas *ſub. n.* 1. hujus difficultatis, ſignavit quæſtiones.

28 Ideo ex ibi dictis, & *ſupra* in textu noſtro ſub *quæſt.* 9. verſ. *ad quintam*; videtur dicendum ut nullo in caſu queat, aut quiverit Rex noſter compellere, ut tam filii equites impuberes, quàm eorum parentes teneantur ſubrogare propriis expenſis alium ſubſtitum vulgò *montado*, ex eo quià nemini dubium eſſe poteſt, ut hæc compulſio ſit tributaria, quam Religioſi pati nequeunt, ut *ibi* etiam dixi de iſtis equitibus, qui ad contribuendum cum laicis non tenentur, ſicut nec Clerici.

29 Sed nihilominus contrarium exiſtimo dicendum & in praxi ſequendum, præcipè in equitibus militaribus prædictorum ordinum D. Jacobi, Alcanturæ, & Calatravæ &c. eo quod iſti equites eo ipſo quod ad equeſtrem ordinem aſcenderunt Regis gratia, & beneficio, ſunt obligati ad ſubeunda onera militaria, in quæ ex ſua propria inſtitutione ſunt creati; & ſic ire in perſona ad pugnandum contra inimicos in Bello, quare mirum non eſt ut in caſu excuſationis gratioſæ teneantur ad dandum ſubſtitutum vulgò *montado* ſuis expenſis, cum hoc ſit ad inſtar feudi, quod præſtare tenentur etiam Clerici feudatarii alicujus Principis laici, ut dixi latè *in cap. cæterum* 5. *de judiciis*, & *ibi q.* 6. 7. & 8. Ubi etiam dixi, an iſti equites ſint feudi capaces. Deinde quia Rex non ut talis, ſed ut perpetuus adminiſtrator Magiſtrorum ordinum militarium ex facultate Pontificia id decernit; imò etiam ſi de commiſſione conſtet, non implicat ut ſic Rex poſſit compellere ad ſubſtitutum præſtandum: nam ut dixi *in cap. quanto* 3. *q.* 5. *de judic.* & jam ex commiſſione Pontificia poteſt conferre beneficia, quod difficilius eſt, tum etiam quia à graciando equites militaris ordinis, poteſt illos in eo obligare, ut perſpicuum eſt cum ipſi ſic agraciati, & admiſſi ſubjectentur legi impoſitæ, quæ etiam extendetur ad equites jam ante creatos; dum tamen decernat etiam de præterito, ſecundum quæ adduxi *ſupra in dict. cap.* 2. & *fin. de conſtitut.*

Non enim hæc obligatio dicitur tributum, 30
collecta, ſive gabella, à quibus iſti equites liberantur, dum imponuntur à Rege abſque Papæ conſenſu, ut dixi *in dicta quæſt.* 9. verſ. *ad quintam*, ſicut in toto textu noſtro *à quæſt.* 1. dictum eſt de Clericis; Religioſis, & aliis perſonis, & rebus Eccleſiaſticis, cum ipſi equites etiam Religioſæ dicantur perſonæ; ſed tantùm eſt quædam obligatio ſubſidiaria connaturalis dignitati equeſtri ad bellum inſtituta, ſicut colligitur ex doctrina jacta *à n.* 1. hujus difficultatis, ubi licet contra D. Carream fiſci Patronum acerrime eum D. Moſco probatum ſit parentes pro filiis non teneti ad ſubrogandam perſonam ſuis expenſis, vulgo *montado*, ſed hoc provenire dictum eſt *ibi*; quia non eſt æquum rationi, & juri, ut parentes pro filiis ſuis impuberibus jam æquitibus creatis, ad illud compellerentur, propter rationes, quas longè ſcripſi, ubi conceſſum eſt potuiſſe Regem compellere ſuo decreto impuberes factos, & creatos equites, poſtea ex ratione *dict. cap.* 2. & & *fin. de conſtitut.* ex quibus facilis eſt etiam reſponſio ad alia quælibet dubia, quæ ſeſe offerre valeant ſuper quæſtione, de qua huc uſque.

Ad ſecundum quæſtionis partem an Princi- 31
pes, Imperatores, ſive Reges, qui in Epiſcopalibus Eccleſiis Patroni eſſe dicuntur, poſſint aliquomodo compellere Epiſcopos ſcandaloſos ad renunciandum Epiſcopatum. Et ſuppoſito da Regibus noſtris Hiſpanis ut ſint Patroni ad nominandos Epiſcopos in ſuis Regnis illos Pontifici præſentandos, ut eos eligat, & confirmet ſecundùm quæ latè dixi *in cap. cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſ. q.* 2. & proprius *à q.* 3. & ut aſſigno *infrà ſub Rub. & tit. de elect.* 96. videtur, ut poſſit tales compellere Epiſcopos ad ſic reſignandum ſuos Epiſcopatus; & videtur confirmari ex dictis *infrà de judiciis q.* 14. & 17. Ubi quod poſſit compellere Epiſcopos, ut eant ad Curiam Regiam, ubi adducuntur Doctores dicentes poſſe inobedientes rejicere à Regno: & in terminis agens de hac quæſtione Franciſc. Anſaldus *de juriſdictione ſæculari p.* 3. *cap.* 20. videtur tenere; tum quia Reges, & Principes ſæculares ſunt Patroni

Digitized by Google

troni in Epiſcopalibus Eccleſiis ex *cap. principali* 15. *cap. Reatina Eccleſia* 16. *cap. nobis Dominus* 17. *cap. lectis* 18. *deciſ.* 63. Ubi notat Geminianus *in princip.* quod Stephanus Papa diſtulit electum ad Reatinam Eccleſiam confirmare, uſque quo Imperatoris Patrooi voluotatem haberet, & dixit Baldus menti tenendum *in dict. cap.*
32 *quante* 3. *de judiciis. n.* 11. *ad finem* † Et quia nullus debet ordinari Epiſcopus ad Eccleſiam Epiſcopalem invitis, & noo petentibus Principibus ſæcularibus in ſuo reſpectivè Dominio ex *cap. nullus invitis* 13. *dict.* 61. *cap. ſi fortè* 36. *dict.* 63. ex ea ratione, ne civitas Epiſcoourn nun optatum, aut contemnat, aut oderit gloſſa 1. ad
33 finem *dicto cap. nullus*, ubi Archidiaconus. † & ob id practicari ex Innocentio *in cap. ſuper bis* 16. *de accuſation.* & ex Abbate *in cap.* 1. *de elect. n* 19. verſ. *item poteſt*, Hoſtiens Geminian; & aliis, ut puſſint Principes ſæculares ſuſpectum electum à Papa non admittere; quia nnn teoentur Principes Prælatum admittere in corum civitatibus, de quo confidere non poſſint: & ſubjungit Joannes Andreas *in cap. nobis* 25. *de jure Patrenatus* verb. *boneſtius*, uti etiam dicunt Paul. de Caſtru *in l. quicunque* 14. *Cod. de Epiſcopis, & Clericis. n.* 1. Franc. Marc. *deciſ.* 355. *quæritur an ſit licitum Principi. n.* 5. *& deciſ.* 1390. *p.* 1. *n.*4.
34 Et ſic ex dictis, & per textum *in cap. niſi cum pridem de renunciat.* verſ. *intueri te itaque volumus*, & in verſ. *ſed inter ſcandalum*, quatenus ibi dicitur quod *qui ſcandali caverit unum de pupillis, qui in Deum credunt, expedit ut ſuſpendatur mola aſinaria in colle ejus, & demergatur in profundum Maris*, dicit Anſaldus *dict. cap.* 20. *n.* 7. *&* 8. ut poſtea quam Principes petitum, non ſuſpectum Epiſcopum admiſerunt, ſi per ejuſmodi Epiſcupi perſonam viderint, & cognoverint ſcandalum Eccleſiæ, ſeo civitati generari, poſſet hujuſmodi Epiſcopus compelli ad hujuſmodi Epiſcopatum renunciandum, & Bellamera *in dicto cap. niſi* verſ. *propter malitiam. n.* 4. rationem reddens ſic tenet; quia publica utilitas in hoc privatæ præfertur, Paulus de Caſtro *in dicta l. quicunque n.* 1. Ludovic Rouan. *ſingulari* 796. Antonius Corcetus *in ſuis ſingul*, ſub verbo *Rex*, incipit *Epiſcopus tenetur pro bono pacis*, alia in quam referentes de ſcandalo, dequo ego latè dixi ſub *cap.* 2. *de præſcriptionibus.*
35 Sed ego exiſtimo nullomodo poſſe Reges per ſe cum effectu compellere Epiſcopum ſcandaloſum ad reſignandum ſuum Epiſcopatum ſine conſenſu Pontificis, à quo omnino dependet talem Epiſcopum avellere à ſuo Epiſcopatu, vel illum transferendo de ſuo Epiſcopatu, in quo ſcandalum præſtat ad alium, ſeu illum removendo, & ex authorizando per ea, quæ dico *infra in dicto cap. niſi cum pridem de renunciat.* item, & *in tit. de tranſlatione Epiſcopi*; quia quamtumvis cauſæ ſupra enumeratæ, ſint ſufficientes de per ſe, mediante Pontifice, ſed non ex Regis poteſtate; quia eum ſit omnino incapax ad ſic compellendum ex dictis in textu noſtro, & in aliis ſub *cap.* 2. *& tit de judiciis, & in tit. de foro comp.* ſequitur ut ad ſic reſignandum, eum nequent compellere; & ſic videtur ſcribere idem Anſal-
36 dus. † cum dicit *dict. cap.* 20. ex Bald. *in dicta l. quicunque Cod. de Epiſcop. & Cleric. n.* 2. quod Papa, quando Epiſcopi non ſunt utiles in civitate, debet eos amovere: & idem Bald. *ex dicta l. quicunque*, & Paulus & Caſtro *ibi*, quos ſequitur Anſaldus, dicunt quod ſi, non propter ſolam ſuſpicionem, ſed propter delictum in Rempublicam commiſſum, removeatur, Epiſcopus non ſit ad Epiſcopatum revocandus; quia præſumitur deteriora illum Epiſcopatum adhuc moliri.

Ex quibus & ex alibi dictis breviter addo quod, 37
non poſſunt Reges expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu ſi ſimoniacè is electus ſit quia tam reſpectu cauſæ quæ eſt ſpiritualis quam reſpectu perſonæ quæ Eccleſiaſtici eſt; illius cognitio ſpectat ad Papam ſic docent in terminis Megalius *in* 3. *p. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 18. Thomas del-Beoe *de parlem. dubit.* 4. *ſect.* 7. *ſub corolar.* 5. *n.* 8.

QUÆSTIO XXXVIII.

An dictum principis ſive Præfecti pretium taxativum imponens victualibus, comprehendat Clericos, etiamſi viliori pretio taxata fuerint tempore chareſtiæ. Et an propter dicta victualia vendenda à ſæculari, vel ab Eccleſiaſtico judice, ſint compellendi dicti Clerici.

SUMMARIUM.

1 *Victualia, & annonæ taxari poſſunt per Principem, ſive Præfectum, ut chareſtia, & neceſſitas vitetur, & fertilitas habeatur* & n. 14.
2 *Vendere victualia quilibet cogi poteſt tempore neceſſitatis, etiam Clericus.* n. 14.
3 *Contribuere debent omnes, qui ſunt in navi jactu facto.*
4 *Privilegiatus tempore guerræ contribuere tenetur, & ad munitionem victualium.*
5 *Chareſtiæ tempore omnes tenentur eleemoſynam facere* n. 11.
6 *Dives officio judicis poteſt compelli erogare Pauperibus.*
7 *Miſericordiæ præceptum eſt omnibus commune.*
8 *Clerici tenentur vendere pretio currenti, & legali fructus, ac bona ſua victui ſervientia jure naturali,* & n. 9.
9 *Principes Eccleſiaſtici debent juvare ſuis edictis taxas, & pœnas ſæcularium factas ob miſericordiam.*
10 *Clericus nequit majori pretio rem ſuam vendere; quam fuerint aliæ taxatæ ejuſdem generis à judice laico; & Clerici magis ad id tenentur ratione ſui ſtatus tempore egene.*
12 *Laici tempore neceſſitatis ſuccurri etiam debent ex bonis Eccleſiaſticorum.*
13 *Eccleſiaſtici ſunt obligati; ut laici ad ea, quæ ad pacem, & tranquillitatem ſpectant, & ſub peccato taxam ſervare.*
14 *Pauperum cura ſpectat ad Principem tempore Chareſtiæ.*
15 *Epiſcopi, & Clerici debent eleemoſynam facere, ut ſint aliis exemplo.*
16 *Clerici tenentur, ubi adeſt vitæ periculum obſervare leges laicas; non quia imperatas a laico, ſed jure naturali, ſed compelli debent*

bent à judice Eccleſiaſtico tantùm.

17 *Clerici non niſi Papa, aut Epiſcopo conſentiente præſtant Gabellas tempore neceſſitatis ſed ad ſubveniendum pauperibus, etiam ſine eo* n. 19.

18 *Leges habent vim canonis, ubi canones non contradicunt.*

19 *Textus canonici loquentes, ut Clerici non teneantur contribuere ſine Papa, aut Epiſcopi conſenſu in neceſſitatibus communibus Reipublicæ: fallunt in pretio taxato rebus venalibus.*

20 *Victualia nemo cogitur vendere pretio taxato, ſi ſibi, familiaque ſuæ neceſſaria ſunt.*

21 Victus *verbo, intelliguntur veſtimenta; & habitatio.*

22 *Mercatores tenentur veſtitus juxta taxam vendere.*

1 AD has duas difficultates; reſpondeat Franciſcus Anſaldus *de juriſdic.p.3.cap.19.* latè à *n.1.* reſoluit aliam affirmativè, nempè ad Principem, ſive ad Præfectum urbis, aut annonæ ſpectare, ut victualibus juſto vendantur pretio per textum *in l.1.§. cum cura carnis ff. de officio Præfecti urbis*, Ubi Bart. & Bald. qui notat ex eadem lege victualia eſſe per Præfectum taxanda; & ſic Benevent. *tract. de mercatura p 4* Rub. *mercatura in quibus cauſis poſſit exerceri n. 74.* ſcripſerit quod Præfecti annonæ ordinem dare poſſunt, quo ordine, quantumvè frumentum quolibet menſe Hebdomada, aut die poſſit vendi; ob id que etiam dixiſſe Felinum *in cap. 1. de judæis n. 3.* verſ. idem *in habente frumentum tempore Chareſtiæ*, Decium *in l. rogaſti 11. ff. ſi certum petatur n. 2.* Angel. Aretin *in §. erat olim inſt. de donatio. n. 1.* verſ. *item fallit* pro fertilitate habenda, & chareſtia vitanda, Abbat *in cap. de empt. & vendit. n. 6.* verſ. *aut ſub-*
2 *eſt neceſſitas.* † Tempore ſcilicet neceſſitatis, ſeu Chareſtiæ per Principem, ſive Præfectum urbis, aut annonæ poſſe quem cogi, ut victualia vendat, ſive per Principem, ſive per Præfectum urbis, aut annonæ quia tempora neceſſitatis omnia victualia debent eſſe communia ex *l. ſi laborante §. cum in eadem nave ad finem ff. de leg. Rhodiam de jactu*, juncta ibi gloſſa in verbo *ſi*
3 *conferret.* † Ubi juriſconſult. Paul. reſpondet, quod jactu facto, omnes, qui ſunt in navi, habent contribuere, excepto libero corpore, & cibario; eo magis, quia ſi quando ea deficerent in navigationem, quid quiſque haberet in commu-
4 nionem conferret, † Nam privilegiatus ab omni, & quocumque onere, quod dici, & ex cogitari valeat propter guerram adhuc ad munitiones victualium civitatis tenetur, ut reſponderunt Balb. *conſ. 406. n. 5*, verſ. *porro lib.* Roland à Valle *conſ. 80. n. 17. volum 3. ad finem*; eo quod tempore famis, & guerræ debent privilegia ſilere ex *l. prœ Tyronibus n. 3. Cod. de privilegiis Domus Auguſtæ lib. 11.* Roland. *dicto conſ. 80. n. 20.* An-
5 ſaldus, qui infinita referens *à n. 27.* † ait *n. 26.* Chareſtiæ tempore omnes cogandos eſſe officio judicis egenis eleemoſynam facere ex gloſſa *in cap. ſicut ii 8. per textum ibi diſt. 47.* Covar. *tom. 1. variar. lib. 3. cap. 14. n. 5.* verſ. *etenim quoties* ſcribens ex D. Thoma 1. 2. q. 1. 1. *art. 4. ad ſecun-*
6 *dum*, † quod quoties quis eleemoſynam erogare tenetur, id ex legali debito contingit; ſic ut judicis officio poſſit dives cogi pauperibus diſtribuere, quæ ratione juſtitiæ ad commune bonum pertinentis pauperibus elargiri debebat, cum ea retinens, & dare recuſans, omnino violet juſtitiam ipſam, quæ ad communem utilitatem ipſum debitorem conſtituit. † Etenim miſericordiæ 7
præceptum omnibus commune eſt, *cap. non ſatis 14. cap. in ſingulis 19. dict. 86. gloſſa 1. in cap. exigunt cauſæ 18. q. 7.*

Et cum jam ſupra *ſub q. 1. & 2.* latè dixerim 8
qualiter Clerici teneantur obſervare leges civiles reſpicientes ad politicam Reipublicæ gubernationem, quales ſunt taxantes pretia rerum; imò & certum ſit poſſe Reges condere leges ad bonam, rectamque gubernationem Reipublicæ taliter, ut dixerint Gregorius Lopez *in l. 16. tit. 1. p. 1. gloſſa 4.* Magiſt. Fr. Joannes Marquez *in lib. de gubernatore Chriſtiano lib. 1. cap. 16. §. 3.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 5. diſp. 7.* Granado *p. 1. contr. 7. tract. 3. diſp. 7.* Suarez *lib. 3. de legibus cap. 19.* Lorca *in eodem tract. 2. p. diſp. 20.* Epiſcopus Troiæ *de taxa panis cap. 8. folio 113.* D. Joan. del Caſtillo *de tertiis cap. 41. n. 77.* Baldello *lib. 5. diſp. 18.* Araujo 1. 2. *q. 97. diſp. 3.* Adam *concent. lib. 5. politicor. cap. 8. §. 13.* D. Tapia Archiepiſcopus Hiſpal. *in catena morali lib. 4. tr. 9. fol. 323.* neceſſariam non eſſe à populo earum acceptationem; quia talium legum valor non dependet à populi conſenſu. Ideo factum eſt; ut leges politicæ de quibus hic ordinatæ ad meliorem adminiſtrationem comprehendant etiam Eccleſiaſticos, ut dixit Antonius Diana *4. p. 1. ref. 52.* cum Villalobos alios allegante; Anaſtaſius Gremon *in aſſertione libertatis Eccleſiaſticæ cap. 7. §. 1. fol. 62.* cum Navarro & Epiſcopo Troiæ, reprobans Marcum Antonium Genuene. hujus veræ reſolutionis oppugnatorem, Fontanella *tom. 2. deciſ. 415.* D. Franc. Salgado cum multis *de Regia protect. 1. cap. 1. n. 64.* D. Petr. Salced. *de contraband. cap. fin.* verſ. *concluſiones n. 10.* Fragoſo *de regimine Reipublicæ. 1. p. diſp. 4. § 3. n. 304.* ao quod ſunt Reipublicæ membra, quos obligat naturale jus ad vendendos fructus ſuos pretio currenti, & legali.

Quare dixerunt Navarrus *tom. 1. de emptione,* 9
& vendit. cap. 23. n. 88. verſ. *dixi in emptione,* Alderanus Maſcard. *de generali ſtatutorum interpretat. concluſ. 1. n. 240.* quod Principes Eccleſiaſtici, qui majori miſericordia reſplendere debent taxas & pœnas ſecularium, quas ob miſericordiam faciunt ſuis edictis juvare habent. † & 10
Franciſcus Anſaldus *dict. cap. 19. n. 6.* quod Clerici non poſſunt rem ſuam vendere pretio quam fuerit à Magiſtratu juſtè taxatum, eo quia licet legi non ſubjiciantur, ſæculari legi tamen naturali, & Divinæ præcipienti, ne quis res ſuas ultra juſtum pretium vendat, ſubjecti ſunt, & juſtum pretium dici, quod ab habente poteſtatem præſtitutum eſt; & quod hoc obſervare tenentur. † Et ſic ut chareſtiæ tempore ad victualia vendenda taxato per Principem, aut Præfectum viliori etiam pretio inficiabitur ſe obnoxius eſſe; imò tanto magis Eccleſiam, & Clericos ultro, citroque teneri victualia eo tempore viliori pretio vendenda exponere; quia in hoc non tantùm verſatur publica utilitas, verùm quia de eorum etiam ſtatu; & ſic de promiſcua, & communi ſæcularium, & Eccleſiaſticarum perſonarum utilitate agitur; quo in caſu voluerunt

Bartol.

Bartol. *in l. unica cod. ut nemin. in empt. ſpecul. lic. ſe excuſare lib.* 10. *num.* 4. & 5. idem Anſaldus *dict. cap.* 19. *a num.* 37. Eccleſiam, & Clericos nullam examptionem habere, & Lucas de Pena *in l. cum ad feliciſſimam* 2. *Cod. quibus muneribus, vel præſtation. nemini liceat ſe excuſare lib.* 10. *num.* 2. verſ. *quibus omnibus matura cricumſpectione degeſtis*, ſcribit quod ſatis patet Clericos, & Eccleſiam eſſe ad hujuſmodi ſubeunda munera rationabiliter de-
12 bitores; † quia ſatis juſtum eſt, ut laici ex rebus Eccleſiarum, & Clericorum ſubſidium habeant, qui de eorum cuſtodia, & ſalvatione ſtudium gerunt, cum ſit hoc de Jure naturæ ex textu *in l. ſecundum naturam ff. de reg. Juris* Joan. de Platea *in dicta l. unica num* 8. Andreas Barbatia *conſ.* 29. *num.* 17. *volum.* 4. Petr. Caball. *reſol. crim.* 9. *n.* 6. Anton. Theſaurus *deciſ.* 234. *numero* 10. Franc. Marc. *deciſ.* 541. *tom.* 1. *numero* 5. & Sotus *in* 4. *ſententiarum diſt.* 25. *quæſt.* 2. *art.* 2. *col.* 4. verſ.
13 *quarta concluſio.* † qui ſcribit quod perſonæ Eccleſiaſticæ, nec Jure Divino, nec Jure humano ſunt omnino exemptæ à legibus civilibus; quia Clericatu non obſtante, ſunt cives, & membra Reipublicæ ſæcularis; & quod propterea legibus ſæcularibus ligantur circa ea, quae ad pacem, & tranquillitatem Reipublicæ ſpectant, qui etiam *n.* 6. ſubjungit ut ob id ſi Princeps pretia victualium moderatur, id pretium Clerici tenentur ſervare; & quod alias peccent mortaliter, & ad reſtitutionem teneantur, cum magis, quàm alii ad charitatem exercendam obligati ſint Clerici; quia ad pietatis uſum principaliter beneficia eorum fuerint inſtituta.

14 Unde Franciſcus Anſaldus *dicto cap.* 19. *n.* 71. 72. & 73. poſt alia ab eo congeſta concludit ad Principem pertinere tempore præſertim Chareſtiæ, ſive ad Præfectum annonæ pauperum curam ex *dict. l. §. cum carnis ff. de officio Præfect. urbis l. annonam* 6. *cod. de extraordinariis criminibus*, quod non eſſe contra, ſed ſecundùm libertatem Eccleſiæ, dicit, cenſens Principem, ſive præfectum illum, qui Careſtiæ, ſive, Luis tempore videns pauperes oppreſſos, & moram periculum allaturam victualia cujuſcunque Eccleſiaſticæ perſonæ ſuo brachio ad vendendum taxato etiam pretio viliori, ſed communi omnium provide piè, & Charitativè curabit, prout ſcripſerunt Oſaſcus Cacheranus *deciſ.* 180. *n.* 14. & *deciſ.* 181. *num.* 23. & 24. Nicolaus Baldus poſt ductas deciſiones Oſaſc. *conſ. unico n.* 29. 30. 31. & 32. ea ratione motus ſub *num.* 30. Quia dum Romæ conſuleretur, vel diſſidium Prælati ſignificaretur, pauperes fame perirent; occidit enim qui non pavit, *cap. paſce fame* 21. *dict.* 86. imo & contra Eccleſiaſticam libertatem eſſe pauperes opprimere, vel in pauperum proſilire diſpendium, dixit textus cum gloſſa impoſitione caſus *in cap. qui*, & *divinis* 24.
15 *cauſa* 12. *q.* 2. † Et ſic Anſaldus plura congerens *in dicto cap* 9. *à num.* 48. de obligatione cujuſlibet Epiſcopi, Prælati, ſeu Clerici ad erogandam aleemoſynam, ut ſint aliis exemplo ex *cap. ad liberandum* 17. *de judiciis*, & *ex cap. fratrem noſtrum* 6. *diſt.* 86. & *ibi cap. non ſatis*, *cap. prabenda* 16. & *cap. præcipuè* 3. §. *ſcire etenim* 11. *quæſt.* 3. quia dicuntur quaſi ſignum ad ſagittam poſiti, *cap. qualiter* 24. *de accuſation.* quorum factum de facili in exemplum trahitur, *cap. magna de voto*, & *in cap. pulchra etiam liberalitas diſt.* 86.

16 Ego autem in hoc dubio, ubi tantum adeſſat vitæ periculum, exiſtimo revera prædictis laicorum legibus, & mandatis politicis eſſe obligatos Eccleſiaſticos; non quia eas imperarunt legislatores laici, ſed quia ita Jure naturali dictante, conveniebat obſervari, ut *ſupra* diſtingui *in dicta q.* 1. & 2. Et hoc ita poſito non obſtabit reſolutio, quam aſſumpſi quæſtionis poſitæ ſupra *in q.* 6. verſ. *ad ſecundam*, ubi egi de quæſtione illa, *an Clerici compelli poſſint tempore Careſtia ad triticum vendendum*, ubi dixi non id fieri poſſe per judicem laicum, ſed eſſe requirendum Eccleſiaſticum ſecundùm etiam quæ expendi *ſupra q.* 16. verſ. *ad quartam*, ubi agens de illa quæſtione, *an Clericus vendens vinum, frumentum, aut alia extra taxam à Principe impoſitam, poſſit juſtitia ſæcularis dicta victualia ei in pœnam tollere, ut eſt per legem conditum*: & reſolvi contra multos negativè, nec hoc negat Franciſcus Anſaldus, cum tantum loquatur in caſu urgentiſſimæ Careſtiæ, in qua periculum eſſet in mora, ſi ſuperior conſuleretur prius, vel quando Prælati requiſiti deſides inquam fuiſſent ad ſubveniendum tali neceſſitati, ut colligi videtur ex his, quæ ipſe congerit *dict. cap.* 19. *p.* 3. *de Juriſd. tit. unico à n.* 66. dicens, ut ſi deſides, aut negligentes contra proprium officium (quod abſit, & non eſſe credendum) Epiſcopi, ſeu Prælati fuerint, & pauperes propter eorum deſidiam patiantur; adeò quod mora inconſulendo Summo Pontifice, damnum afficeret; eo quia ubi mora periculum afferre poſſet multa permittuntur, quæ regulariter non permitterentur comprobans exemplo textus in *cap. babtizari autem* 3. *diſt.* 5. Ubi mulier extra, vel quo ex ipſa natum ſit, ſtatim in periculo mortis baptizari poſſit, ne parva mora imminente, quod redimatur, nequeat inveniri, ut habetur ex *cap. cum ab Eccleſiarum* 3. cum gloſſa ultima ad finem *de offic. ordin. cap. Sacro* 58. §. *caveat etiam diligenter* cum gloſſa, ſub verbo *periculo mortis de ſent. excommunic.* & pro alio exemplo applicabis quæſtionem, de qua *infra in cap.* 4. *de judic. q.* 26. ubi *an Epiſcopus in caſu magnæ neceſſitatis poſſit diſpenſare in impedimentis matrimonii.*

Nec etiam obſtat alia reſolutio adducta *ſupra* 17
ſub quæſt. 10. verſ. *ad ſecundam*, ubi agens de illa, *an Princeps, ſeu ſuperior laicus ſine conſenſu Cleri poſſit imponere gabellas ex aliqua publica neceſſitate peſtis, belli &c.* Ubi concludit hoc fieri debere, etiam ſtante periculo recurrendi ad Papam cum conſenſu Cleri ſaltim; quia ibi agitur de gabellando; in noſtro verò caſu de ſubveniendo nimiæ Careſtiæ Reipublicæ, in qua Prælati, & Clerici requiſiti clamores populi non exaudierunt.

Unde etſi ibi explicuerim Jura *in cap. adver-* 18
ſus, cap. non minus de immunitate Eccleſiaſtica, tamen hic in caſu noſtro proprius dici debet ut ea Jura non obſtent, quatenus loquuntur, & etiam textus *in cap.* 1. *cap. Clericis* 3. *eodem tit. lib.* 6. *clem. unica eodem*, quod Clerici non debent neceſſitatibus, ſeu utilitatibus civitatum, ſive aliorum locorum, etiam ubi laicorum non ſuppetunt facultates Romano inconſulto Pontifice ſubvenire; quia etſi reſpondeant Joannes Baptiſta, Laderch. *conſ.* 145. *opinor ex his numero* 4. Andreas Barbat. *conſ.* 29. *Clementiſſimum Dominum numero* 25. *volum.* 4. Franciſc. Anſald. *dict. p.* 3. *de Juriſdict. cap.* 19. *à num.* 45. Ut præcitati canones de omnibus loquantur, quæ non ex neceſſitate, ſed ad libitum laicorum contra Clericos, & Ec-
cleſias

cleſias imponuntur ; & quod idem canones provideant contra gravamina extraordinaria Clericis indicta : nam ſi intelligerentur dicti canones de omnibus moneribus, multæ corrigerentur leges, & canones, quod dicendum non eſt, cum leges habeant vim canonum, ubi canones non contradicunt, ex *cap.* 1. *de novi oper. nunciat.* Lucas de Penna *in dict. l. cum ad feliciſſimum* 2. *Cod. quibus muner. vel præſtation. liceat ſe excuſ. lib.* 10. *n.* 2. verſ. *in contrarium eſt*, ſcribens quod ſupra citata jura diſponentia Clericos, & Eccleſiam in prædictis edictis contineri, non inveniuntur expreſsè correcta.

19 Se adhuc dico ut ſint intelligenda juxta doctrinam, de qua dixi ſupra late *à quæſt.*20. nempe in collectis impoſitis etiam inſtantibus neceſſitatibus, nec loqui de caſu noſtræ difficultatis, quando urgente chareſtia impoſita eſt rebus venalibus uſui quotidiano communibus taxa, ad quam ſervandam tenentur Eccleſiaſtici vi directiva propter legem naturalem, non ſic vi coactiva propter legem ipſam civilem decretam à laico legislatore, juxta quæ dixi *in dict. q.* 1. & 2. & alibi ſæpè in hac tractatione.

20 Ad ſecundam quæſtionis partem, an propter dicta victualia vendenda à ſæculari, vel ab Eccleſiaſtico judice ſint compellendi prædicti Clerici, reſponſum præbui in proximis numeris relatis; & ſic nihil aliud dico, ſolùm enim addo ignorandum non eſſe, ut quis victualia vendere etiam juſto pretio cogendus non ſit, ſi non habet ultra quam ſibi neceſſarium ſit, ut reſoluit, addens ad Decium *in l. rogaſti* 11. *ſi certum petatur*; Anſaldus
21 *dict. cap.*19. *numero fin.* † item ex eodem *num.*
4. & 5. ut verbo *victus* veſtimenta etiam, & habitatio continentur per textum in lege verbo *vi-*
22 *ctus*, *ff. de verb. ſignif.* † Imò quod in iſtis poſſit mercatoribus juſtum pretium taxari, ut dixerunt Bald. *in l.* 1. *Cod. de Epiſcop. aud. numero* 3. Abbas *in cap.* 1. *de empt. & vendit. numero* 5. verſ. *ex quo infert. Bald. Benevent.* Strach. *de mercatur p.*4. Rubr. *mercatura, in quibus caſibus exerceri poſſit numero* 51. Stephanus Aufrerius *ad deciſionem Capellæ Toloſanæ* 447. *n.*2 verſ. *ex quo infertur*, Covar. *tom.* 1. *variar. lib.* 3. *cap.* 14. *numero* 3. verſ. *ſecundus caſus in princ.* Petr. Caball. *reſolut crimin.*9. *n.*2. 3. & 4. *tom.* 1.

QUÆSTIO XXXIX.

An ſtante conceſſione Pontificia, ut Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur contribuere in illa communi collecta ſpecierum carnis, ſcilicet vini, aceti, & olei &c. quæ fuit impoſita vulgò *para falta de los* 19. *millones y medio*, in commitiis publicis hic Matriti anno. 1632. poſſint Clerici compelli ad ejus ſolutionem, juxta legem à ſupremo Conſilio Caſtellæ diſpoſitam, in qua fuit aſſignata forma pro exactione prædictorum millionum. Et an ſi aliquis Epiſcoporum in ſuo territorio mandet ſub cenſuris latæ ſententiæ, aliiſque pœnis pecuniariis, ut nullomodo pro vendendis ſuis fructibus petant ab administratoribus Regiis licentiam, nec fidejuſſionem petitam à laico præſtent ordinans, ut ſi propter hæc dicti Adminiſtratores illos moleſtaverint judices Eccleſiaſtici, accipiant informationem, eamque prædicto Epiſcopo remittant ad procedendum contra illos, queat conſilium ſupremum procedere contra talem Epiſcopum pœnis pecuniariis, aut illum vocando ad hanc curiam. Et an ſi prædicta gratia Pontificia ſit prorogata per aliquod aſſignatum tempus ; dum tamen Princeps, ſive ejus conſiliarii, aut adminiſtratores non excedant modum exactionis cujuslibet ante acti anni, poſſint nihilominus eum augere; ut ſic integra millionum contributio perſolveretur, ne egeret alia prorogatione Pontificia fortè neganda. Et an ſi ceſſante tempore à Pontifice aſſignato, reſtet adhuc exigenda aliqua contributionis prædictæ pars, queant. Rex, conſiliarii, ſive adminiſtratores prædictorum millionum proſequi eandem exactionem contra Eccleſiaſticos, ſaltim ſub ſpe, quod Pontifex iterum prorogabit conceſſionem repetitam aliis vicibus. Et an ſi de facto Epiſcopis, & Clero conſentientibus adminiſtratore recaudent & proſequantur prædictam collectam in perſonas Eccleſiaſticas, ſit in hoc puncto practicandum idem, quod ſupra adduco ſub *quæſt.*13. & 14. de novo eſſe impoſito in qualibet libra carnis, juxta Regiam ſchedulam 19. menſis Iulii 1656. Et an quia in hoc 1657. in commitiis publicis fuit alia Regni conceſſio facta Trium millionum perſolvenda ſuper carne, vino. Nec adſit conceſſio, ſive licentia Pontificia ut à Clericis exigatur, debeat idem in praxi obſervari. Et num inſtante belli oppreſſione queant Reges aſſumere ab Eccleſiis aurea & argentea.

SUMMARIUM.

1 *Milliones* 19. & *dimidium conceſſi fuerunt in publicis commitiis in ſpeciebus carnis, vini, olei, aceti,* Javon, y velas de ſevo; *ad quorum contributionem ab anno* 1632. *de ſexennio in ſexennium per Pontifices Vrban VIII. Innocent. X. prorogati fuerunt uſque ad diem ultimum Julii* 1656.

2 *Decreto Regio adminiſtratores collectas recaudabant:* & *de praxi n.* 3. *remiſſivè, expenditur à n.* 4.

4 *Legum, non tam verbis, quàm menti attend tur.*

4 *Sexennio tranſacto brevis Pontificii, non poteſt exigi collecta ab Eccleſiaſticis, nec cum illo ultra octavam partem.*

6 *D. D Petrus Tapia Archiepiſcopus Hiſpalenſ. dum*

viveret magnopere pugnavit pro defendendo Clericos à collectis Regiis ſine brevi Pontificio.

7 *Decreta quædam conſilii Regis adverſus D. Archiepiſcopum, carpit D. Chriſtophorus Moſcoſo conſiliarius Regius, ubi docet de praxi, ad quam Archiepiſcopus compelli poſſet, & non ultra* n. 8.

9 *Decretum conſilii ſuppremi Caſtellæ de vocando Archiepiſcopum Hiſpalenſ. ad hanc curiam intempeſtive, & rigidè damnat D. Moſcoſo; & quare* ibi & n. 10.

10 *Archiepiſcopus Hiſpalenſ. de ſuis redditibus Epiſcopalibus magna donativa fecit Regi noſtro Philippo.* 4.

11 *Allegatio damnata à Papa, qua dictum erat pro juridica expulſione à Regno contra quendam Prælatum decreta: ubi de aliis declarationibus*

12 *Diſſimulare licet ratione temporis ſæpè ſæpius.*

13 *Adminiſtratores Regis nequeunt pœnas ab Eccleſiaſticis exigere, nec eorum Domus inviſere cauſa regiſtrandi, ſive ſequeſtrandi ſine interventione Eccleſiaſtici.*

14 *Philippi. II. prudentiſſimi Regis refertur inſtructione Eccleſiaſtici graventur miniſtris laicis; etſi brevi Pontificio, tunc temporis liceret.* n. 15. *ubi quod reliquerit poſteris Regibus exemplum mirabile.*

16 *Sexennii ultimi brevi finito jam ſine novo brevi, non potuit exigi ab Eccleſiaſticis collecta.*

17 *D. Archiepiſ. Hiſpalens. quid fecit in ultimo ſpiritu.*

18 *Reges, & adminiſtratores ſub ſpe prorogationis brevis Pontificii, nequeunt interim collectas exigere, &* n. 19. *quid de facto Epiſcopo, & Clero conſentientibus.*

20 *Alia nova conceſſio trium millionum refertur.*

21 *D. D. Chriſtophorus Moſcoſo ante concordiam exclamat exhortans ad as ſenſum Pontificium* n. 22.

22 *Aurea argentea Eccleſiis quando belli neceſſitate queant Reges aſſumere &* n. 24 25. & 26.

23 *Concordia ſumpta inter Regem, & Archiepiſcopum Toletanum.*

1 UT ad has difficultates plene reſpondeam, adverteodum eſt quod in his Caſtellæ Regnis anno præterito 1632 fuerunt à Procuratoribus Curiæ vulgò *Procuradores de Cortes* pro ſublevandis Regni, & Regis neceſſitatibus conceſſi milliones. 19. & dimidium ducatorum ſolvendi in octava parte; & ut ab Eccleſiaſticis exactio legitimè fieret ſuper ſpeciebus carnis, vini, aceti, & Olei &c. fuerit licentia, breveque Pontificium ab Urbano. VIII. conceſſum Regi noſtro Philippo. IV. pro tempore certo, quo ſemel tranſacto, atque iterum prorogato pro ſexennio à bonæ memoriæ Innocentio Papa X. quod ultimum diem prædictæ prorogationis clauſit die ultima menſis Julii anni præteriti 1656. nec hodie, dum ſcribo die 28. Octubris hujus anni 1657. videamus Pontificem ſummum, qui nunc vivit, & ad multos annos vivat, Alexandrum VII. etſi à Rege noſtro, ejusque legato Romæ pro tempore exiſtente, inſtanter, & inſtantiſſimè rogatum, non dum aliud prorogationis breve conceſſiſſe, & à die 1. Auguſti dicti anni 1656. nec ceſſaſſe in continuatione exactionis illius adminiſtratores Regios in civitatibus, & provinciis, de quo Epiſcopi, ſtatuſque Eccleſiaſticus ægrè ferentes conquæruntur admodum, ſicut & conqueſti fuerunt de alia illa poſtrema impoſitione unius aſſis pro qualibet libra carnis emptæ in Macello publico juxta quæ latè *ſupra* dixi *tota quæſtione* 13. & 14. cum aliis ante, & poſt.

Suppono etiam quod his Matriti fuit ab hoc ſenatu ſupremo Caſtellæ latum decretum, ut adminiſtratores Regii cujuſlibet territorii provinciæ, aut civitatis recuperarent nomine Regio collectas ſuper dictis ſpeciebus, tam ab Eccleſiaſticis, quàm à laicis: de quo decreto, ſive mandato dixi *in dicta quæſt.* 13. & 14. & in aliis, ubi expendi quo pacto ſuſtineatur reſpectu Eccleſiaſticorum. Quibus ſuppoſitis; & quia cum hæc addiicio die 28. Octobris, video concordatum inter Regem, & Archiepiſcopum Toletanum, juxta tenorem ſcripturæ poſitæ *infrà* in fine hujus quæſtionis ſermone Hiſpano; ideo breviter me geram. 2

Ad primam ergo jam difficultatis quæſtionem 3
admiſſo quod ſi ex forma Pontificii brevis conſtet, ut non ſolum Clerici, Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur contribuere in dictis, ſeu aliis millionibus, ſed etiam obnoxii ſint comparere coram adminiſtratoribus Regiis pro obtinanda licentia ad vendendum fructus; quia ita de conſenſu Pontificio poteſt, ac debet profiteri; argum. eorum, quæ dixi ſæpius ſub titulo *de judic. & foro comp. & in cap. 3. de judic. q. 5. & in cap. novit.* & alibi, ubi probatum eſſe poſſe laicos admitti ad judicandum inter Clericos; imò & ad conferenda beneficia, ut *in dicta q. 5.* quia eorum incapacitas auferri queit per Pontifices. Tota difficultas eſt num ex illa generali conceſſione contribuendi, faciat Clericos ita ad contribuendum, ſubiectos ut ſicut laici ſubditi ſubduntur legibus pœnalibus ſuper modo exactionis perficiendæ, ita & Eccleſiaſtici ſubdantur. Et quia ex ſæpè ſupra adductis poteris hanc reſolvere quæſtionis partem; ideo ne repetam, præcor ut legas ea, quæ *ſupra* ſcripſi *ſub dicta q.* 14. *in hoc textu* in verſ. *ad quartam*, ubi egi de illa: *an Reges poſſint aliqua lege obligare Eccleſiaſticos, ut regiſtrationem faciant coram Eccleſiaſtico, & laico judice, aut ſolùm coram laico, ut ex vino pene, ſeu aliis ſpeciebus tributariis venditiis, ſolvatur Regi gabella,* ubi latiſſimè plura conducibilia explanavi, ex quibus poteſt reſponſum fieri præſenti dubio, ſicut etiam ex alia reſoluta quæſtione *ſupra q.* 15. *ſtatim ſequenti* in verſ. *ad quartam*, ubi egi de alia, *an Clerici teneantur ſolvere vectigal ex extractione frumenti vini, & ſimilium &c.* & in aliis inquam queſtionibus; jam de praxi videbis in fine concordatum cum Archiepiſcopo Toletano.

Ad ſecundum quæſtionis partem, quia D.Fr.D. 4
Petr. de Tapia Archiep. Hiſpal. promulgavit mandatum prohibens Eccleſiaſticis ſub cenſurarum pœnis latæ ſententiæ, & aureorum quinquaginta, ut ejus ſubditi Eccleſiaſtici nullam licentiam peterent ab adminiſtratoribus Regiis, ad vendendos fructus ſuos; & quod ſi ex præfata cauſa vexentur informationes confluant, eaſque ad illum remittant, ut eis viſis procedat, ſcito prædicto mandato conſilium ſuppremum ſæpius conferens, volens prorumpere ad mulctandum predictum Archiepiſcopum, cum iret in varios medios, & inter illos eligeret, ut manu Regia ad hunc vocaretur curiam, & ex eo ſenatu ille Doctiſſimus ſanguine, & literis conſpicuus admodum vir. D.D. Chriſtophorus

Moſcoſo

Moſcoſo manuſcriptum legale confecerit, mihi viſum eſt non ab eo diſcedere; quin potius libenter hoc dubium adimplere, atqua reſolvere ex membris ſuæ eruditæ, allegationis, quam nunc ad manus habeo exiſtimando ſecure progredi ſequendo tanti Doctoris maturo judicio, pium, & Chriſtianam doctrinam ſupponit ergo ipſe dubium fuiſſe, an Archiepiſcopus contraveniret decreto ſupremi conſilii, cum in legibus non tam verbis, quàm ejus intentioni attenditùr, ac menti cum Tyraqoello plures allegante leges *in l. ſi unquam* verb. *revertatur n.* 48. *ff. de revocand. donationib.* & Oſvaldo *lib.* 1. *c.* 12. per verba *legis penult. ff. ad exhibend.* ibi: *non ſunt verba captanda, ſed quæ mens aliquid diceretur animadvertere oportet*, & per verba Ciceronis pro Cæcinna ibi: *ſcriptum ſequi calumniatoris eſt boni autem judicii, voluntatem ſcriptoris, & authoritatem defendere prætermiſſis verbis*: & ex Giurba plurimis relatis *in conſtit. Meſſanient. in proœmio n* 5. Farinacio *p.* 1. *noviſſimarum deciſ.* 535. cui videtur pro Archiepiſcopo reſpondendo, dicere poſſe ipſum Archiepiſcopum reſpondere non ſciviſſe mandatum ſupremi conſilii, & eſto, ut ſciret, monituſque eſſet de illo, adhuc de jure talè decretum, nec valuiſſe, nec potuiſſe ex defectu juriſdictionis Eccleſiaſticos comprehendere, etiam ſi talis decreti lex fieret propter cauſam publicam, & advertit ex eleganti doctrina Anaſtaſii Germonii *c.* 7. §. 1. *fol.* 61. qui cum Molion, Fortunio Garcia, & aliis dicentium; quod & ſi omnes leges huc ſpectent, ut benè, beateque vivamus, ad huc ejus publica utilitas non tribuit non habeotibus juriſdictionem, cum in hoc caſu ſit nulla, ut latè contra immunitatem Eccleſiaſticam hæc, dequa dubium eſt obligans Eccleſiaſticos, ut ad vendendos proprios ſuos fructus in Tabernis, petant à dictis adminiſtratoribus Regiis licentiam, cum talis venditio ſit Eccleſiaſticis permiſſa de jure ex gloſſa celebri *cap. negotiatorem* 88. *diſt. approbata* per multos, quos refert, & ſequitur Thomas del-Benè *de immunit. Eccleſiaſt.* 1. *p. cap.* 5. *dubit.* 7. *ſect.* 14. noviſſime Epiſcopus Balbaſtrens. *in ſuo paſtor* 2. *p. q.* 16. *n.* 13. addentes quod illud decretum Regium obligans Eccleſiaſticos ad præſtandum fidejuſſorem, cootinet gravamen, reddens difficilem, imò impediens venditorem; cum non ſit facile fidejuſſores invenire ad ſolvendum debitum, & in poſterum debendum, nondum liquidata quantitate, uti etiam reſolvit & ex aliis Diana *p.* 4. *tractatu* 1.

5 Tum etiam quia idem Archiepiſcopus dicit excedi per illum Regium decretum à forma brevis Innocentii X. exigendo, & recuperaodo ab Eccleſiaſticis majorem partem, quàm octavam in brevi Pontificio diſpoſitam, ut ſoluant, & obligat breve illud, ut cenſuris noo permittat illam exactiooem; & licet Miniſtri Regii voluerint dicere, in contextura brevis, non contineatur talis prohibitio; nempè ut contributio non excedat partem octavam; & quod ea expreſſio fuerit demonſtrativa, non verò taxativa: tamen idem D. Moſcoſo dicit illorum dicto non potuiſſe ſe cooformare; etſi ſic optaret; & hoc quia in illo ſit mentio, quod Regno in commitiis, congregato, ait convocato, conceſſit Regi noſtro prædictum ſervitium 19. millionum, & dimidiom perſolvendum ſexennio, ſolutionem conſignans in prædictis ſex ſpeciebus per illa verba, videlicet *octavæ partis*, declarans, ut illa dicto *videlicet* ſit declarativa, & reſtrictiva ex *lib. videlicet de pactis*, Marcus Anton. Mata *conſ.* 310. Zenedus cum multis *in ſingulari* 66. hocque Pontificem concedere, & noo amplius; & quia idem breve exprimit, ut contributio prædicta ceſſet ſexenoio illo adimpleto; quamvis illi 19. milliones nondum exacti, recepti fuerint iotegre: hoc idem confirmat nec cum eſſet poſſibile hunc cauſam dari, ſi liceret exceſſus prædictæ octavæ partis, cum augeretur ad hoc, ut intra illud ſexennium integri fuiſſent exacti: & faciuot quæſtiones ſequentes, de quibus dixi *ſupra quæſtione* 11. *in fine* ubi *an ſi dictæ gabellæ excedant octavam partem rei valoris, ſint injuſtæ*, & q. 13. verſ. *ad ſeptimam*.

Iterum qoia idem Archiepiſcopus ait, ut ſtante dubio, ſi adeſt exceſſus, & contraveniatur brevi, libertatique Eccleſiaſticæ, ille debeat eſſe judex, cum ſit ſuper interpretatione brevis Apoſtolici, & ſuper materia Eccleſiaſtica, immunitatis ſcilicet, & exactionis tributi, cum talis cognitio ei ſit privativè commiſſa; ob idque eum non deberi impugnari dicendo ejus prætenſionem injuſtam eſſe. † Et carpens lenter ipſe Dominos Moſcoſo quamdam reſolutionem aſſumptam ab ipſo conſilio Caſtellæ ſupremo de mittendo epiſtolam ad ipſum Archiepiſcopum, qua notaretur actio de eo, quod ipſe Prælatus ſcripſerat aotea D. D. Joanni de Gongora ipſius conſilii, & cameræ ſenatori, ac Præſidi conſilii millionum, & Patrimonii Regii quam Typis mandaverat. Inquo tractatu, & ſeſſione ait Dominus Moſcoſo ſe præſtitiſſe ſuffragium, ut pro tunc ſuperſederetur, donec viſum eſſet de juxta querela Archiepiſcopi; & quod ipſe haberet quid reſponderet; & proſequens diſcurſum, ait ut licet prædictum Archiepiſcopi maodatum haberetur, ut deteſtabile, & inſuper judicetur Archiepiſcopum exceſſiſſe, dignumque eſſe gravis demonſtrationis; ſed tantus conſiliarius improbat demonſtrationes à conſilio factas contra illum, non verò illam, ut fiſci Patronus millionum porrigat libellum petens, ut ipſe Archiepiſcopus reformet mandatum; quia ſi Archiepiſcopus noller, & haberet ſuperiorem. † Ad nihil aliud tunc poſſe progredi ſcribit, quam ad aliquandam chartam incitativam, *cap. licet incorrigendis de officio ordin.* ut in termino brevi decerneret, ſeu definiret abſque eo; quod eſſet locus ad recurſum per viam violentiæ, qui non datur de actu ſcilicet negativo de non ſententiando joxta doctrinam Joannis Garciæ, ac ſtylum ordinarium. Et addit etiam nec eſſe efficacius aliud remedium propoſitum à conſilio, ſpectare nempè, ut ipſe Archiepiſcopus procederet contra adminiſtratorem laicum millionum; quia etſi declaratur vim facere, tamen id eſſe non poſſe in cognoſcendo, & procedendo; quod ſi fuerit vulgò *de no otorgar*, tunc ſuperior ſi juſtum eſt confirmabit ejos actum; ita ut aſſequi nequeat illud, quod eſt neceſſarium ad repelleodum præjudiciom jam pnoderatum in cauſa.

9 Minus prodeſſe ait idem Dominus Moſcoſo aliud, quod vulgo jactabatur; nempe decretum fuiſſe à ſenatu de comparendo Archiepiſco-

po in hac Matritenſi curia, cui dicit, ut libenter aſſentiret, nempe ſi verbis blandis, quaſi rogans Princeps noſter vocaret dictum Archiepiſcopum illum honorans, ac ſavens admodum: tamen diſcedit Doctor præſtantiſſimus exiſtimans non ideo alliciendum fuiſſe prædictum Prælatum ad mutandum ſuum declaratum dictameo, inquo radices firmas feciſſet ſcribendo ad aram, & ſanguinem ſe defenſurum illud, & quod reportaret triumphum glorioſiſſimum, intelligens pati merito ſuperiori; & quod hoc facto fiet ipſe gratior Deo, & hominibus relinquens exemplum ab aliis hominibus maximè deſiderandum tantorum equidem ut poſſet congregari concilium rationale. Et amplius ponderat ipſe Dominus Moſcoſo; ut ſi dicto mandato Regio obediens ipſe compararet Archiepiſcopus in hac curia in tempore æſtivo cum periculo vitæ propriæ, excitaretur tantus Eccleſiaſticorum clamor, viſo, & conſiderato fieri; ideo quia eſt defenſor immunitatis Eccleſiaſticæ, & à quam plurium pauperum ſæcularium plorantium defectum eleemoſynariæ largitionis, quam ob expenſas itineris, & manſionis io hac curia, non poſſet facere Archiepiſcopus, quod poſſet timeri publicus Reipublicæ dolor.

10 Amplius inquam conſiderat D. Moſcoſo, ut ſi fortè Archiepiſcopus ille comparendo non reduceretur ad mutandum dictamen, Rex atque conſilium ſupremum Caſtellæ decernerent illum privare temporalitatum commodis inſuæ contumaciæ ſive inobedentiæ pœnam eveniret, ut totis noſtræ Caſtellæ, & legionis, Regnis eſſet dies tempeſtuoſus, inquo viderent gentes à Regno eiici tantùm prælatum, litteris atque virtute præditum, qui antea fecit ſervitia ex fructibus ſuarum Dignitatum Epiſcopalium, quas primo obtinuerat Epiſcopatus Segobienſis, & Epiſcopatus Sangunt. & Cordubens. non levia uti in relata Epiſtola numeravit; & quod iſte caſus perveniret ad aures Pontificis ſummi cujus cenſura eſſet gravis admodum, & rigoroſa juxta probatæ authoritatis ſcriptores reprobantes, Regaliam quæ tractat de privando Eccleſiaſticos à temporalitatibus; quia hæc praxis procedit de facto, &
11 non de jure. † Et refert cum Thomas del-Benè *de immunit.* 1. *tom. cap.* 6. *dubit.* 10. ut anno præterito 1641. Pontificatus Urban. VIII. congregatio Cardinalium, declaraverit incurriſſe in cenſuris Miniſtros Sardos, qui expulerunt à Regno Epiſcopum *del Algar*; & quod anno ſequenti poſito fuit io corpore librorum prohibitorum quædam allegatio juris ſcripta in favorem prædictorum Miniſtrorum laicorum. Ex coadiuvatur hoc dictum ex relatis *ſupra quæſtione* 35. ubi etiam ex eodem Moſcoſo ago de illa quæſtione: *an poſſit Rex ſua authoritate confinare Eccleſiaſticos. &c.*

12 Addit verò Dominus Moſcoſo, ut licet exequi poſſet prædictum, ſed tempus eſſe adverſum nimis; adquod attendit de liberate jus, ut rationis, & prudentiæ fundamento probat textus *in l. in bello §. medio tempore ff. de captivis, & poſt liminio reverſis* in verbis illis: *non uirum, quia illius temporis conditio, & neceſſitas exigebat*: & ſic præſtans ſuffragium in præſenti dubio, dicit præſtitiſſe illud, nempè ut ſupremum Caſtellæ conſilium, ejus que conſiliarii diſſimularent; quia ſic procedere in occaſionibus eſt neceſſarium juxta Salomonis conſilium *in cap.* 10. *ſapientiæ* in illis verbis *pratioſior eſt ſapientia, & gloria parva, & ad tempus ſtultitia*: & aliam ſenteotiam Catonis ibi: *ſtultitiam ſimulare loco prudentia, ſumma eſt*, & cum Patre Zelada *in judic. cap.* 1. *n.* 186. concludit dicens: nam hæc affectata ſtultitia, diſerta ſtultitia eſt: & qui ſic magis deſipit, ſapit magis, addens quid enim notæ paſſus fuit Rex David fingens ſe dementem.

Quod ſi adhuc virtute legis Regiæ conditæ, 13
ſeu decreti conſilii ſupremi, vellent adminiſtratores laici Regii exequi tenorem illius inſtrutionis in Eccleſiaſticos, dicit idem Domin. Moſcoſo ſibi videri maximè conveniens, ut ea lex revideretur, ac reformaretur in executione pœnarum, comprehendens in ſua generalitate Eccleſiaſticos, eo quod nequeunt illi judices ſæculares eas exequi, cum hoc pertineat ad judicem Eccleſiaſticum ut reſoluunt Salced. *in addition. ad Bernard. Diaz cap.* 55. Carleval. *de judicii tom.* 1. *n.* 159. Florid. Mauſanio *de contrabandis cap. n.* 21. Autonin. Diana *p.* 4. *tract.* 1. *res.* 8. & 52. D. Petr. Salcedo *in cap. fin.* conceden huuc eſſe ſtylum, & praxim Hiſpaniæ, Anaſtaſio Germonio *ſupra in principio dict. cap.* 7. §. 1. verſ. *at nemo folio* 64. & diſſonara ſibi admodum dicit, ut queant adminiſtratores propria ſua authoritate ſubintrare Domus Eccleſiaſticorum ad illas recognoſcendas, nam cum non poſſit judex Eccleſiaſticus apprehendere ſæcularem, nec ſequæſtrare ejus bona, abſque invocatione auxilii brachii ſæcularis, multo magis non poſſe ait, intrare judicem ſæcularem Domum Eccleſiaſtici ſine interventione ſui proprii judicis: & ad id probandum laudat nimis reſolutionem Hieronimi Leonis *deciſ.* 89 Seſſe, Marttæ, Cavalcan, & aliorum, quos ſequitur Doctus Peguera poſt practicam civilem, & criminalem, *in tractatu de ordine judiciario Rub.* 3. & Antonii de Marianis *cap.* 44. nempè, ut nequeat judex laicus ſequæſtrare bona Eccleſiaſtici, & ſint ſub cuſtodia, & poteſtate alicujus laici, cum debeat eſſe mediante judice Eccleſiaſtico; ut ſic evitentur diſſidia, & ſubuer-
ſiones. † & inconuanientia, quæ ſanctè, ritè, 14
& prudenter conſideravit Dominus Rex D. Philip. III. in quadam epiſtola, cujus verba refert Eminentiſſimus Domin. Cardinalis *Sandoval*, quam antea D. Moſcoſo refert vidiſſe apud Quintána Dueñas *in ſingularibus moralibus Theologiæ tract.* 3. *ſingul.* 11. *folio* 420. inmemoriali quodam, lecto, ac viſo in dicto ſupremo conſilio Caſtellæ, declarans Sanctum, ac juſtum deſiderium ſuum, ut exactio millionum procedere melioribus modis; & ut excuſarentur violentiæ aliquorum adminiſtratorum ob hanc cauſam remiſit D. Rex ad judicem Eccleſiaſticum informationem recipiendam exceſſuum, ac fraudum tributorum Regalium, quæ juxta præfatum breve Pontificium habere poterant laici judices motus ex ratione verborum ſequentium *Porque el dicho breve ſu Santidad conçedio* (*como aveis entendido*) *que los de el dicho eſtado Ecleſiaſtico pueden ſer compelides a ello por los miniſtros que el Reyno nombrare, y ſe nos ha hecho relacion que de haçerſe por mano de miniſtros legos la averiguazion del vino, y aceyte, que en las caſas de los Clerigos, y los conventos ubiere, ſe podia ſeguir alguna de la authoridad de el dicho eſtado, y otros inconvenientes; porque no todes procederan con la conſideration, y reſpecto, que yo le do ſeo y ſe le deve: me*

apare-

ha parezido ſe haga la aberiguazion por orden de
15 *los Prelados.* † Si enim tunc temporis Piiſſimus
ille Rex D. Philippus III. cum poſſet virtute con-
ceſſi Pontificii brevis exequi per ſuos Miniſtros
laicos exactionem tributorum contra Eccleſiaſti-
cos; item & proſequi ad inviſenda, & regiſtrandas
Domus Eccleſiaſticorum, ut fraudes expellen-
tur, & ob moleſtias ab eo conſideratas renunciavit
privilegio Pontificio ſibi conceſſo, non ne miran-
dum exemplum poſteritati reliquit, ne ullomodo
quoties non ad eſt conceſſum ſimile breve Ponti-
ficium, queant Reges, ejuſque ſupremi conſiliarii
ſtatuere, ſive decernere, ut Miniſtri laici ſint tales
executores, & multo minus, ſi ut cautum eſt in jam
relato brevi Inocent. X. hoc illis interdicatur. Unde
ben etantum Regem laudans D. Moſcoſo, ideo ſi-
ne dubio refert Deum Optimum, Maximum ope-
raſſe tempore illius Piiſſimi Regis tot miracula,
cum mirabiliter gratior reddatur Divina Maie-
ſtas uſitatae venerationis, qua utuntur laici cum
Eccleſiaſticis.
16 Ad tertiam quaeſtionis partem brevite rex dictis
jam dico non poſſe excedi in exigenda contribu-
tione praedictorum 19 & dimidium millionum vir-
tute prorogati ſexennii Pontificis ſummi Innocent.
X. quia ut patet ex verbis relatis praedicti brevis
talis major ſumma partis octavae ibi permiſſa de-
negata fuit &c. Et ſic videmus à fine menſis Julii
anni praeteriti 1656. inquo finitum fuit proroga-
tionis ſexennium, ut nequeant Eccleſiaſtici ſine
novo brevi contribuere continuando ſolutionem
17 illorum millionum. † Et hac de cauſa conſtanter
ſe gabens D. D. Archiepiſcopus Tapia in extre-
mis agens ſuae vitae in menſe Auguſti hujus anni
1657. declaravit incurſos in excommunicatio-
nem Bullae coenae Adminiſtratores Regios, poe-
nitens de dilatione ab ipſo conceſſa.
18 Ad quartam quaeſtionis partem an Rex ſcilicet,
& ejus conſiliarii poſſint proſequi talem exactio-
nem ſub ſpe prorogationis concedendae à Pontifi-
ce. Et huic dubio eſt negativè reſpondendum per
illa, quae longè dixi *dict. q.* 13. *in hoc cap.* & ante in
aliis & in ſequentibus & infrà *ſub q.* 47. & 48. Et
ob id non facio amplam repetionem, ſolùm dicit
D. Moſcoſo, quod anno praeterito 1631. reſolu-
tum fuit in conſilio ſupremo, ut poſſit continuari
ſub illa ſpe; eo quod durarat tunc eadem neceſſita-
tis cauſa, qua motus Potifex breve conceſſit; &
hoc ex illa ſpe certa prorogandi à Pontifice, & ex
illa reſtitutionis oblatione, quam Rex promiſit in
caſu, quo Pontifex non proroget, aut concedat, ſic
tenens cum conditionibus, quas ponit Thomas
del-Bene *de immunitate p.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 7. *ſect.*
13. & uti poſui *in dicta quaeſtione* 13.
19 Ad quintam quaeſtionis partem, an ſi de facto
Epiſcopo, & Clero conſentientibus adminiſtrato-
res laici exigant praedictam contributionem, ſit
practicandum idem, quo *ſupra* dixi *in dicta q.* 13. de
dubio hiſce Regnis fortiter diſcuſſo in relata ibi
conceſſione unius aſſis in qualibet libra carnis. Et
exiſtimo allegationem ibi factam deſervire ad in-
tellectum hujus dubii, per eundemque modum, &
ſtylum, video nunc inter Regium ſupremum
conſilium Caſtellae, & alterum millionum admi-
niſtratoreſque laicos gubernari cum Archiepiſ-
copis, & Epiſcopis, ac ſtatu Eccleſiaſtico; & ſic
reſolutio penes omnia dubia ibi diſcuſſa deſervit
pro praeſentibus.
Ad ſextam quaeſtionis partem propoſitae de alia
20 conceſſione alterius aſſis ſuper vino, catue &c. in

hoc anno 1657. menſe Julii in comitiis publicis
hujus Regni trium millionum pro ſublevandis
Regis, & Regni neceſſitatibus ex cauſa continuati
belli in partibus memoratis in dicta q. 13. Et pro
reſolutione exiſtimo reſpondendum juxta diſtin-
ctiones traditas *ſub dict. quaeſtione* 13. & aliis *à
quaeſtione* 10. & *à quaeſt.* 14.
Et quia jam faxit Deus quod veritas Eccleſiaſti- 21
ca clareſceret deſiderans Regi noſtro oppreſſo tot,
tantiſque neceſſitatibus collectare; & quod ſum-
mus Pontifex dignetur ſic condonare; interim le-
ges concordatum à Rege noſtro cum Domino Ar-
chiepiſcopo Toletano in forma adductas *n.* 27.
Procurante pro ſtatu Eccleſiaſtico D. Joannes de
Aſtorga canonico D. Jacobi, Matriti exiſtante,
Eccleſiarum procuratore generali.
Et quia poſt haec vidi M. S D. D. Chriſtoph Moſ- 22
coſi à conſilio ſupremo Caſtellae, & Sanctae inqui-
ſitionis elaboratum ut ſolent alia ſcripta ejus, quo
à principio praedictae exactionis ac contributionis
viſis aliis M. S. tam Epiſcopi Oxomens. quàm
aliorum Doctorum è conſilio Regis, de quibus latè
ſupra ſub q. 14. dixi maximè convaleſcens, admonēs
& exhortans pro ſētētia à nobis tradita *ibi* & *q. prae-
ced.* 3. ut juxta quaſdam epiſtolas Regi noſtro miſ-
ſas, & ejus conſilio ſupremo, à relato eminentiſſimo
Cardinali Archiep. Toletan. de quibus hic dixi non-
nulla, ipſe Moſcoſo fuit in voto juxta arbitria do-
ctrinae noſtrae relatae hic & in jam dictis *q.* 13. &
14. etſi non ita longè, tamen erudiè ex Doctrina
D. D. Jann. de Solorzano *de iure indiar. lib.* 1. *q.* 4. *n.*
38. & D. D. Laurent. Ramirez de Prado Ejuſdem
conſilii Caſtellae innotis & diſcurſis ad *cap.* 11. *lib.* 3.
fol. 72. vocati *conſejo y conſejero* dicentium melius
eſſe praevenire quàm mederi ex verbis *l. fin. ff. ex
quibus cauſis reſtitutio in integr. non eſt neceſſaria*
ibi *melius eſt in tempore occurrere quam poſt vulne-
ratam cauſam remedium quaerere* ex Doctrina
etiam Q. Fabii *in oratione ad ſancta limina* ibi *mi-
ſerum eſt ſerum capere conſilium* concludens bo-
nis authoribus non aſſa pugnandum adverſus
mentem Pontificis tot Bullis enixe declarata
denegantem contributionem relatam contra Ec-
cleſiaſticos imponendam à Principibus ſaeculi
ſine Papae conſenſu eo quod eſſet exponere
ſe ſe gravibus periculis animae ob parvum tem-
porale intereſſe nam advertunt ex Imp. Octavian.
Auguſto Petrus Fernandez Navarrete *conſejo* 8.
fol. 65. Ayala *de jure belli lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. *no es
prudencia peſcar vermejuelas con anzuelo de oro* &
Bartholom. Philipp. *de conſilio Principis fol.* 52. &
114. Petr. Barboſa *in ſua Politica art.* 3. *Praeſu-
pueſto* 2. *fol.* 56. & 78. dicentes, *que es grave yerro
aventurar mucho por poco*, ponderans Moſcoſo
gravitatem incurrendam cenſurarum adducens
in exemplum illud mirabile factum Regis no-
ſtri Ferdinandi vulgò *el ſancto* qui expugna-
turus Hiſpalam civitatem laborans & oppreſſus
egeſtate plurima perſuaſus ut acciperet de Eccle-
ſiis argentum, reſpondit ut jam *ſupra* retuli ſub
quaeſtione 17. multa exempla referenda amplius
fidere, ſibique promittere conſequi ſi ab orationi-
bus & ſacrificiis Eccleſiaſticorum quam ab ar-
gento eorum & inſtantaneae ſibi ſubjectam &
traditam eſſe ei eam civitatem ſic à è M. im-
pertitum fuiſſe praemium Ferdinando ob illius
Sanctum Zelum, ut refert D. Mariana, *in hiſt.
hiſp. lib.* 13. *c.* 7. † Sed quia Fragoſus *p.* 1. *lib.* 2.
de repub. Chriſtiana diſp. 4. *de legibus* § 4. *membr.* 1. 23

agens de dubio *à numero* 330. quomodo tenentur Clerici contribuere ad opera laica & per quem judicem n. 333. dicat ut ſi urgeat neceſſitas reſpiciens commodum tam Clericorum quam laicorum ut ſuperior Eccleſiaſticus nolit ſubvenire vel differat, ſitque periculum in mora poſſe authoritate laica bona ſeu fructus Clericorum apprehend. pro rata eorum ad quæ Eccleſia tenentur contribuere ex eo quod de jure naturali omnes Clerici tenentur ſubvenire extremè indigentibus etiamſi exigatur ſubſidium à miniſtro ſæculari cum neceſſitas non obediat legi permiſſivæ prohibitivæ, nec conſultoriæ, quia ut ſcribit Tiraqu. *de retractu conſang.* §. 1. *Gloſ.* 9. & §. 26. *Gloſſa* 1. *numero* 16. gravis neceſſitas omnibus dominatur ut quos univerſæ naturæ prævalent ut ante illum dixerat Thales Mileſius apud Plutarch. *lib.* 1. *de Placitis Philoſophor. cap.* 26. & Diogenes Laert. *in vita ipſius*, dicat validiſſimum ſivè fortiſſimum telum quidem neceſſitatem eſſe, adeo quod inculpabile judicetur quod neceſſitas intulit ut *in cap. ad limina* 30. *quæſt.* 1. quod expreſſe neceſſitatis robur extulit Livius *lib. ab urbe condita* 9. cum dixit, *pareatur neceſſitate* quam nec Dii quidem ſuperant; indeque exemplis ſacræ paginæ excuſent *lib.* 3. *Regum cap.* 15. ubi Aſa Rex juda ut ſe ſuosque tueretur à Baaſa rege Iſraël, omne aurum & argentum & repoſitum in theſauro domus Dei ad eam reportaverit; & 4. *Regum cap.* 18. legatur de Ezechia Rege Juda, qui ut ſe liberaret de Mame Regis Aſſyriorum, omne argentum quod repoſitum erat in domo Domini eidem regi dono miſerit; imò & eodem remedio alter Rex Ferdinand. vocatus Catholicus & ejus Regina Elizabeth uſi fuerunt contra Regem Alphonſ. hujus nominis Portugalliæ quando bellum moverent ad recuperandum antiquiſſimæ patriæ meæ Tauri civitatem de quo Illeſcas *in hiſtoria Pontificali* 2. *p. fol.* 229. aſſumentes omne aurum & argentum Eccleſiarum ad alendum exercitum ut etiam referunt idem Fragoſ. ſupra numero 334. & poſt Daniel, *de nobilib. in addit. ad ſuam.* 50. *diſp. ſub. numero* 18. referens ibi etiam ut civitate Lucenſi acerrimo bello preſſa anno. 1430. & 1431. Vaſa aurea & argentea ab Eccleſiis in uſum reipub. ad conflandam pecuniam data poteris acerrime defendere in relata neceſſitate & defferente Epiſcopo ad ſenſum præſtare poſſe laicum bona Eccleſiaſtica capere nec inde damnandum ut ait Fragoſus. *d. numero* 333. interius.

24 Tamen quia caſus de auro & argento accipiendo & aſſumendo ab Eccleſiis tempore belli redditur clarus ex doctrina quam retuli *ſupra, tota quæſt.* 10. & in aliis; ideo juxta illum, reſolves hanc, laudando factum proximè relatum, numero 23. in fine, à Rege Ferdinando, vulgò *el Santo* non capiendo exempla ſcripturæ ſacræ, cum ibi, ut jam *ſub. quæſt.* 14. dixit, & dico *infrà ſub. quæſt.* 43. & 45. facta Regum veteris teſtamenti admittimus, quia etiam ut Pontifices fecerunt, nec damnandos eſſe D. Ferdinandum Catholicum, & Iſabellam uxorem ejus, quia aſſumptio aurei & argentei ab ipſis facta propter neceſſitatem belli tauri fuerit executa ſine Cleri contradictione, cum viſi ſint ſpontaneè aſſenſiſſe, & hoc ſuſtineri tantùm, ait Fragoſus, quando inſtante neceſſitate eſt periculum in mora, dummodo poſtea Principes reſarciant Eccleſiis omnia quæ abſtulerunt, ita ille, alia adducens delicata apprehenſione per laicos Principes in caſu urgentiſſimæ neceſſitatis, & quando non datur recurſus ad ſummum Pontificem *ibi d.* §. 4. *num.* 335. legendus Daniel *ſupra d. num.* 18. *in fine* qui *numero* 17. affert Clerum Lucenſem adeo operam navaſſe, ut ex florente, ab anno 1200. uſque ad annum 1320. jam Tyrannide inchoata, pluries & pluries pro reſtauratione murorum ob bella ad prædonum expulſionem, ad redimenda caſtra, & ob alias cauſas promptiſſimè ſemper contribuerit, uno vel duobus ex Eccleſiaſticis exigentibus, ut publica documenta, tum in epiſcopo, tum in tabulario Olivetanorum, & alibi teſtantur (ita ille) ex quo exemplo videmus argentea & aurea de quibus non quidam aſſumenda renuentibus Clero & Epiſcopo; quando propter periculum inſtans non patet ad Papam recurſos, ſed credendum exiſtimemus in urgentiſſima admodum neceſſitate ut pote defendendi civitatem invaſam (ſi ita veritas ſit) nunquam Clerum ſeu Epiſcopos contradicturos, præcipuè ſi argentea poſtea reſtituantur lego tamen ultra Fragoſum quod Sanchez *conſ. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *numero* 42. & 43. dixerit ut ſi imminente neceſſitate judex Eccleſiaſticus requiſitus recurſaret, vel plus æquo differret, tunc quia conſuetudo dat facultatem collectandi, ut dicit Daniel, *d. numero* 16. allegans Flores Diez *variar. quæſt. lib.* 1. *à numero* 144. poſſe legi à laicis quia ut dicit Fragoſus *d. n.* 335. in caſu urgentiſſimo nec directè nec indirectè gravatur nec incurritur cenſura aliqua ſic cum Lucas de Penna *in l.* 2. & 3. *Cod. quibus muneribus vel præſt. nem. ſe excuſet*, quia non peccant mortaliter Principes ſic exigendo ſeu apprehendendo bona Clericorum ut dixerunt etiam Navarrus *in manuali cap.* 27. *numero* 115. *verſ. ſiquidem* Vivald. *cap.* 2. *candelabri in explicatione bullæ Cœnæ* Abiles *in cap. prætor* 23. Gloſſa *den orden. numero* 9. *ad finem numero* 10 qui ſequutus Lucam de Penna, ad dictam opinionem eſſe certiſſimam.

25 Quare poſſunt admoni Zinus *in l. neminem Cod. de ſacris Eccleſ.* Caſſan. *in conſuetud. burgundiæ in rubrica* 1. §. 5. in verbis *il à grace n.* 51. Joann. de Anibalis *in l. nemo poteſt u.* 51. *ff. de legatis* 1. dicentes poſſe Reges occaſione urgentiſſimi belli etiam inconſulto Papa apprehendere calices & cruces & cætera bona Eccleſiæ pro ſubſidio dummodo ceſſante bello reſtituant: applicabis quæ dixi ſub q. 13. *verſ. ad quantam in fine* pro doctrina hujus reſolutionis & *quæſt.* 10. 14. 17. & aliis *q.* 45. *n.* 20

EN La Ciudad de Toledo à cartorce dias del mes de Junio de mil y ſeiſcientos y cincuenta y ſiete años, por ante mi el Jurado Eugenio Franciſco de Valladolid, Eſcrivano publico del Numero deſta Ciudad, y teſtigos, el Eminentiſſimo ſeñor D. Baltaſar de Moſcoſo y Sandoval, Cardenal de la Santa Igleſia de Roma, del titulo de Santa Cruz en Jeruſalen, Arçobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Canciller mayor de Caſtilla, del Conſejo de Eſtado de ſu Mageſtad, &c. Y el Iluſtriſſimo Cabildo deſta Santa Igleſia, y en ſu nombre, y como ſus Comiſſarios para eſte efecto, los ſeñores dun Pedro Lopez de Ynarra Iſaſi, Dignidad de Teſorero, Doctor D. Miguel Ferrer, Obiſpo electo de Tuy, D. Antonio de Iſla, y D. Diego de Alaysa, todos quatro Canonigos deſta Santa Igleſia.

Y el

Y el dicho Eminentiſſimo ſeñor Cardenal Sandoval; y Cabildo deſta Santa Igleſia, por el Eſtado Ecleſiaſtico, Secular, y Regular de eſte Arçobiſpado, de la una parte, y de la otra el ſeñor D. Geronimo de Sanvitores de la Portilla, Cavallero de la Orden de Santiago, del Conſejo, y Contaduria mayor de Hazienda de ſu Mageſtad, y de ſu Comiſſion de millones del Reyno, y Adminiſtrador general dellos en la Provincia de Madrid, que eſtà incluſa en eſte Arçobiſpado, y el ſeñor D. Diego de Miranda y Mendoza, Cavallero de la dicha Orden de Santiago, y Adminiſtrador general de millones deſta ciudad de Toledo, y ſu Reynado: ambos en virtud de ordenes de ſu Mageſtad (que Dios guarde) que declaran taner para eſte ajuſtamiento, y ambas las dichas partes dixeron; Que es aſſi, que por el dicho Eminentiſſimo ſeñor Cardenal Arçobiſpo de Toledo, ſe declarò al dicho ſeñor D. Diego de Miranda, y a otros ſus anteceſſores en dicha adminiſtracion general de millones deſta Ciudad, y ſu Reynado, y de ſus partidos, y Teſorerias, por incurſos en las cenſuras de la Bula in Cœna Domini, y Breves Apoſtolicos de nueſtros muy Santos Padres Vrbano VIII. y Inocencio X. de feliz recordacion, para que reſtituyan a el dicho Eſtado Ecleſiaſtico, la cantidad que dèl ſe ha cobrado por la contribucion de millones, en las ſeis eſpecies de carnes, azeyte, vino, vinagre, jabon, y velas de ſebo contenidas, y declaradas en dichos Breves, cuya conceſſion eſpirò en fin de Julio del año paſſado de mil y ſeiſcientos y cincuenta y ſeis, y para que en adelante no ſe cobraſſe: y por parte de ſu Mageſtad, y en ſu Real nombre los dichos ſeñores Adminiſtradores generales han ofrecido dar la dicha ſatisfacion de lo cobrado haſta oy, y forma, para que en adelante ſe guarde la dicha immunidad Ecleſiaſtica, y cumplimiento de dicha Bula, y Breves Apoſtolicos: para lo qual ſe ha hecho ajuſte, y reconocimiento de los Ecleſiaſticos que ay en eſta Ciudad, y de la cantidad que cada uno para ſi, y ſu familia neceſſita, y conſume de dichas eſpecies cada año, ſacado de las declaraciones juradas, que han hecho los dichos Ecleſiaſticos, que eſtà ajuſtado, y reconocido por ambas partes, de cuyo mandato aqui le incorporè, que es del tenor ſiguiente,

Aiuſtamiento. Por el ajuſtamiento, y liquidacion que ſe ha hecho en eſta Ciudad del gaſto, y conſumo que tienen los Ecleſiaſticos ſeculares deſta dicha Ciudad, y de los cinco lugares, Bargas, Olias, Magan, Mocejon, y Azuqueca, parece conſumen lo ſiguiente.

En los Ecleſiaſticos deſta Ciudad, ſe hallan trecientas y treinta y ſiete familias, en ellas mil, y docientas, y quarenta perſonas, y ſe quitan veinte y quatro, las quince ſon coſecheros, y nueve por los Colegios, y Hoſpitales, y entran en el rateo del vino, y vinagre, trecientas y trece familias, y en las demas eſpecies contenidas en el Breve, trecientas y veinte y ocho por no aver coſecheros; las quales, ſegun ſus declaraciones, que ſe han fecho por ante el ſeñor D. Alonſo Santiſo y Neyra, Canonigo, Inquiſidor, y Vicario general, por
Vino. ante mi, como tal Notario de ſu Audiencia, parace gaſtan, y conſumen todas juntas cada dia diez y ocho arrobas y ſiete quartillos de vino, y cada una cada un año veinte y una arrobas, y ocho quartillos eſcaſos, de que les coreſponde a todas en cada un año ſeis mil y ſeiſcientas y quarenta y nueve arrobas, y veinte y ſiete quartillos. 6U549 q. Vinagre.

Parece conſumen de vinagre cada dia tres arrobas, y tres quartillos, y de cada año mil y treinta y ſeis arrobas y veinte y ſeis quartillos. 1U036. q. Azeite.

Deſta eſpecie de azeite gaſta cada familia en cada uo año ſiete arrobas y catorce libras, de que correſponde a todas en cada un año dos mil y quatrocientas y ochenta arrobas y tres libras. 2U480. q. Velas de ſebo.

En eſta eſpecie de velas, ſe conſiderò, que por ſer el Eſtado Ecleſiaſtico quien gaſta mucha parte deſte genero, y que lo que puede importar el derecho de ſu conſumo, excede a la cantidad en que eſtà arrendada eſta renta, ſe aplique al Eſtado Ecleſiaſtico, Secular, y Regular, por refaccion, el quinto del valor de dicha renta en eſta Ciudad de Toledo, que parece eſtà arrẽdada en cinquenta mil maravedis, ſe cootidera por refacciun la quinta parte, que ſon diez maravedis. 10U. Jabon.

De jabon, parece conſume cada familia en cada un año, quarenta y ſiete libras, de que toca a todas en cada un año, quinientas y noventa arrobas, y diez libras. U590. Carne.

Para el conſumo deſta eſpecie de carne, ſe hizo la quenta entre mil y ciento y treinta y ſiete perſonas, quitadas las de los Colegios, y Hoſpitales deſta Ciudad, por tener quenta a parte, a los quales ſe les ſeñalò a razon de a media libra a cada una, que a tres maravedis, conforme el millon, montan en cada un año, quitada la tercia parte dèl, por los dias Quareſmales, quatrocientas y cinquenta y un mil novecientos y ochenta maravedis. 451U980.

Ecleſiaſticos de los lugares de Bargas, Olias Mocejon, Magan, y Azuqueca.

Conforme las declaraciones de los Ecleſiaſticos de dichos lugares, que corren por la adminiſtracion de millones deſta Ciudad, por las quales parece ay veinta y dos familias, y de las eſpecies del Breve, conſumen, y le tocan lo ſiguiente.

De vino a cada familia en cada un año, diez y Vino. nueve arrobas y ſiete azumbres, y juntas en cada un año, correſponde a todas quatrocientas y treinta y ſiete arrobas, y dos azumbres. U417. q. 2. Vinagre.

De vinagre, toca a cada familia en cada un año, una arroba, y ſeis azumbres, de que le correſponden al año veinte y quatro arrobas y ſeis azumbres. U024. q. 6. Azeyte.

De Azeyte, gaſta cada familia a razon de quatro arrobas diez y ſeis libras en cada un año, de que le correſponde a todas an cada año, ciento y dos arrobas y dos libras. U102. 2. Jabon.

Deſta eſpecie de jabon, toca a cada familia, ſegun ſu gaſto, en cada un año, una arroba, y diez libras, de que les toca a todos en cada un año, veinte y ſiete arrobas, y ſiete libras, y media. U057. 7. Carnero.

Conforma a las dichas declaraciones de carne, deſcontado el tercio de cada un año, por la Quareſma, y Vigilias, toca a cada uno ſiete mil y ſeiſcientas y dos libras, que a tres maravedis monta en cada un año, veinte, y dos mil ochocientos y ſeis marevedis 22U806.

La caſa del Cardenal mi ſeñor.

Conforme la certificacion del Mayordomo del Cardenal mi ſeñor, parece ſe gaſta en cada un año de las aſpecies arriba referidas, lo ſiguiente.

Carneros. Se gaſta en cada ſemana de carneros quarenta y ſeis, que correſponde al año dos mil y trecientos y noventa y dos, y baxadas las ſiete ſemanas de Quareſma, conſiderando en los quarenta, y ſeis dias della a dos carneros cada una, quedan liquidos en cada un año dos mil y ciento y ſeſenta y dos.

2 y 162. Vino. De vino, montan en cada un año dos mil y trecientas y ochenta y cinco arrobas, y tres quartillos.

2. U 385. Vinagre. De vinagre, ſe gaſtan, y conſumen en cada un año, docientas y ſeſenta y ſiete arrobas y diez y ocho quartillos.

U 267. 18. Azeyte. De azeyte, quinientas, y ſetenta y nueue arrobas, y ocho libras.

U 579. 8. Jabon. De jabon, docientas, y ſeſenta arrobas, y quince libras.

U 260. 15.

Como todo lo ſuſodicho conſta, y parece mas largamente de la quenta, y autos, que ſobre eſte ajuſte ſe ha fecho por mandado del dicho ſeñor Inquiſidor, Vicario general, a que me remito, que eſtà, y queda entre los papeles de mi oficio. Y para que conſte de ſu mandato, yo Franciſco Melgar Bezerro, Clerigo Presbytero, Notario del Santo Oficio, publico, y Apoſtolico, por autoridad Apoſtolica, y ordinaria, eſcrito en el archivo de la Curia Romana, perpetuo, y vno de los del Numero de eſta Audiencia, y Corte Arçobiſpal deſta Imperial Ciudad de Toledo; di el preſente, en ella a catorce dias del mes de Junio de mil y ſeiſcientos y cinquenta y ſiete años, y lo ſignè. En teſtimonio de verdad. Franciſco Melgar Bezerro.

Proſigue. Y para que tenga efecto la dicha refaccion, y forma en adelante, ambas las dichas partes aſſientan, y convienen lo contenido en los capitulos ſiguientes.

1. Que la cantidad de arrobas de vino por cada familia de Eclesiaſticos, ſegun el ajuſtamiento que và inſerto, ſe ha de mandar deſpachar por el ſeñor Adminiſtrador general, que es, ò fuere deſta Ciudad, y ſu Provincia, y demas Adminiſtradores deſte Arçubiſpado, cada uno en ſu diſtrito, para que ſe pueda traer del lugar donde ſe comprare, libra de lo que correſpondiere al derecho de la octava parte, y veinte y ocho maravedis, que es lo que ſe cobra en los lugares de la coſecha al tiempo de la ſaca, porque los demas impueſtos, ſe pagan en el lugar donde ſe conſume, ſobre que ſe ha de hazer ajuſtamiento aparte, guardando en las dichas eſpecies de carnes, vino, y azeyte, la forma, y proporcion deſta eſcritura, y en las demas eſpecies conforme ſe ajuſtare.

Y en caſo que algun Eclesiaſtico deſte Arçobiſpado quiſiere comprar por junto el vino (haſta en la cantidad que ſe le huviere ſeñalado) en eſta Ciudad de Toledo, ò en otro lugar de qualquier partido, de que el traginero, ò vendedor aya pagado los dichos derechos, ſe le ha de dar refaccion a dicho Eclesiaſtico de los dichos derechos, conforme a la guia que ſe diò a dicho vendedor.

2. Iten, que lo miſmo que ſe aſſienta, y diſpone en quanto al vino en el capitulo antecedente, ſe ha de obſervàr en quanto al gaſto de azeyte, y vinagre ſeñalado a cada familia de Eclesiaſtico, ſegun la dicha declaracion, y ajuſtamiento inſerto.

3 Itan reſpecto deque la parte de ſu Mageſtad ha de dar, como va aſſentado a todo el numero de trecientas y treze familias de Eclesiaſticos, contenidas en dicho ajuſtamiento, inſerto, al reſpecto de veinte y una arrobas, y ocho quartillos de vino cada año, y tres arrobas, y diez quartillos de vinagre, ſiete arrobas, y catorce libras de azeyte, libre de dichos derechos. La diſtribucion dentro deſta cantidad, de mas, ò menos entre dichas familias, porque unas ſe componen de mas, y otras de menos perſonas, y de mayor, ò menor conſumo, queda al ſeñor Vicario general, que es, ò fuere deſte Arçobiſpado, y conforme à la relacion que dicho ſeñor Vicario general diere de la cantidad que huviere de aver cada familia de Eclesiaſtico. El ſeñor Adminiſtrador general, ha de dar deſpacho para que entre libre, ſin que exceda de dicho numero por mayor, en que và ajuſtado para todos cada año.

4. Que los deſpachos que el ſeñor Adminiſtrador general ha de dar para la ſaca, de dichos generos, de vino, vinagre, y azeyte, y las guias que ſe traxeren para conducirlo para el gaſto de los Eclesiaſticos, todo ha de ſer libre de derechos, y papel ſellado, ſin que el Juez, ò Eſcrivano, ni otra alguna perſona, los pueda pedir, y el Miniſtro que no lo cumpliere aſſi, ha de ſer caſtigado por todo rigor de derecho.

5. Que los deſpachos que ſe dieren para ſacar los dichos generos de vino, vinagre, y azeyte, para el gaſto de los Eclesiaſticos, han de quedar en poder de los coſecheros, para ſu reſguardo en la cuenta que dieren de ſus frutos: y el arriero, ò perſona, que conduxere eſtos generos para el gaſto de los Eclesiaſticos, ha de ſacar guia, expreſſando en ella, de quien ha comprado, que cantidad de arrobas, y a que precio, y quanto correſponde a dichos derechos de octava parte, y veinte y ocho mrs.

6. Que en caſo que algun Eclesiaſtico deſte Arçobiſpado, quiſiere traer vino, azeyte, ò vinagre de lugares deſta, ò otra Provincia, ſe le ha de dar deſpacho para ello por el dicho ſeñor Adminiſtrador general, ò por quien exerciere ſu oficio en cada lugar, para que ſe le dè libre, en conformidad de lo diſpueſto, y mandado en eſte punto, por los ſeñores de la Sala de millones: de que ſe ha de dar deſpacho general para todos.

7. Que ſi creciera el numero de los Eclesiaſticos, ſe ha de aumentar, ſegun ſu declaracion jurada, la cantidad que huvieren meneſter para ſu gaſto, y ſi ſe minorare, ſe ha de baxar, y deſcontar lo que importare el menor numero de lo que les eſtà ſeñalado en la nomina hecha.

8. Que en quanto à los coſecheros Eclesiaſticos, ſe guarde lo que ſe ha acoſtumbrado aqui, dandoles lo que huvieren meneſter para ſu conſumo, y labores, como ſe ha hecho, ſin que en nada aya de aver novedad, y tambien lo que fuere neceſſario para el gaſto del Culto Divino: y no pidiendoſe por mayor, ſe dè refaccion por menor.

9. Iten, que la ſiſa de la carne, ſe ha de ajuſtar, y obſervar dentro deſta Ciudad de Toledo, lo miſmo que haſta aqui en la media libra que eſtà ſeñalada.

10 Que por quanto a los Eclesiaſticos del caſco deſta Ciudad de Toledo, ſe les dà ſolamente ocho onças de carnero libre, y no ſe conſiderò lo que conſumiràn de tozino, ſe les ha de permitir entrar libre una cabeça de ganado de cerda, para cada familia en cada un año, y a la que no le entrare, ſe le ha dar la refaccion de tres reales, por el impueſto de veinte y quatro millones.

11 Que a los Conventos de Frayles, y Monaſterios

naſterios de Monjas, y Hoſpitales, y Colegios, ſe les ha de dar permiſſion para entrar las cabeças de ganados, vino, vinagre, azeyte, y jabon, de que neceſſitaren para ſu gaſto, y conſumo, libres de todos derechos, precediendo deſpachos de el ſeñor Adminiſtrador general, como mas expreſſamente ſe dirà en otro capitulo deſta eſcritura.

12 Que en quanto a las demas communidades Eclesiaſticas, que huvieren eſtado en coſtumbre de no pagar derechos, ſe les han de dar deſpachos para la entrada, reſpecto a la cantidad que ſe ajuſtare neceſſitan para ſu conſumo.

13 Que a los Ecleſiaſticos que cupieren en la ſemana, ſegun lo ſeñalado, treinta y quatro libras de carne, ſe les de permiſſion para entrar un carnero para ſu gaſto en cada ſemana, libre de derechos, ſi le quiſieren entrar.

14 Que en los lugares donde fuere tan corto el numero de Ecleſiaſticos, que ſin confuſion ſe les pueda dar libre en las carnicerias lo que huvieren meneſter para ſu gaſto, y de ſus familias, ſe les dè: y eſto quede a diſpoſicion de los ſeñores Vicarios generales, y foraneos, cada uno en ſu diſtrito, y Adminiſtrador general deſta dicha Ciudad, y de los demas partidos, y el declarar la cantidad que à cada Ecleſiaſtico ſe le ha de dar para ſu gaſto, de carne, y de las dichas demas eſpecies.

15 Que por averſe averiguado, que gran parte del gaſto de velas de ſebo ſe haze por los Ecleſiaſticos, ſe les ha de dar por refaccion en cada un año, la quinta parte de la cantidad en que eſtuvieren arrendados eſtos derechos en las velas de ſebo, en eſta Ciudad: y eſte ajuſte ſe entiende ſolo para Toledo.

16 Que en quanto al jabon, ſe ha de dar libre a las familias, y perſonas Ecleſiaſticas, en la conformidad, y cantidad que ſe dize en el dicho ajuſtamiento inſerto en eſta eſcritura.

17 Que en quanto a los Conventos de Religioſos, y Religioſas, Hoſpitales, y Colegios, ſe les han de dar libres de derechos las dichas ſeis eſpecies contenidas en el Breve, ſegun las declaraciones que cada Comunidad ha fecho, en virtud de auto del ſeñor Vicario general, por ante Franciſco Melgar Bezerro, Notario publico de ſu Audiencia, en nueve deſte mes, y año. Y ſi adelante conſtare, que há meneſter mas que lo que tiene declarado, ſe les ha de dar, y ſi menos ſe les ha de limitar, y moderar a lo que pareciere juſto, y de lo paſſado ſe ha de dar refacion a dichas comunidades, conforme à dichas declaraciones.

18 Que en la conformidad contenida, liquida, y capitulada en el dicho ajuſtamiento inſerto, y capitulos antecedentes, ſe ha de dar eſta refaccion el dicho Eſtado Ecleſiaſtico deſta Ciudad, y ſu Arçobiſpado, lo que toca deſde primero de Agoſto de ſeiſcientos y cinquenta y ſeis, haſta fin de Março de ſeiſcientos y cinquenta y ſiete, luego de contado, y correr en la meſma conformidad deſde primero de Abril de cinquenta y ſiete en adelante, pagando lo que toca a cada paga dos meſes cumplida, que ſerà la de fin de Setiembre deſte preſente año de cinquenta y ſiete, a fin de Noviembre del, y la de fin de Março de ſeiſcientos y cinquenta y ocho, a fin de Mayo del, y anſi ſuceſſivamente en eſta miſma forma en las demas pagas, y años de adelante, todo ello pueſto en la parte donde ſe ſeñalare por los dichos ſeñores Vicarios generales deſte Arçobiſpado, y foraneos, para que de alli, de ſu orden ſe hagá diſtribucion entre los dichos Ecleſiaſticos.

19 Que todos los gaſtos que ſe han hecho, y hizieren en las declaraciones de los Ecleſiaſticos, han de ſer por quenta de la Real Hazienda, y los de pagar el ſeñor Adminiſtrador general de millones, ò quien adminiſtrare en cada lugar.

20 Que los Ecleſiaſticos coſecheros, han de jurar, y declarar la cantidad de arrobas de los frutos de ſus coſechas, y que cogieren ante ſus Juezes Ecleſiaſticos, viendolo la parte de ſu Mageſtad, y ſe les han de dar, y ſeñalar lo que huvieren de conſumir en ſus labores, y familias, y de eſtas declaraciones ſe han de dar copias, y traslados al ſeñor Adminiſtrador general, y a los del partido que la pidieren, y dichos Ecleſiaſticos han de declarar lo que han vendido por mayor; y quanto por menor, para que paguen a ſu Mageſtad las ſiſas que huvieren percibido: y han de declarar aſſimiſmo, que cantidad les quede en ſer; y la taſſacion, y gaſto de ſus caſas, y labores ha de hazerla el Juez Ecleſiaſtico, con citacion de la juſticia, ò Miniſtro de Millones que aſſiſtiere en cada lugar, y todos los gaſtos en eſtas diligencias, ſe han de hazer a coſta de ſu Mageſtad, y de la Adminiſtracion de millones: y eſta declaracion ſe ha de hazer ſiempre que los Miniſtros de ſu Mageſtad lo pidieren, y eſto ſe ha de guardar, y cumplir anſi en quanto a los Ecleſiaſticos, no obſtante qualeſquier ordenes que en contrario eſten dadas, o ſe dieren para la Adminiſtracion de Millones.

21 Que eſta eſcritura ſe ha de guardar no viniendo Breve de ſu Santidad, para que contribuya en eſtas ſiſas el Eſtado Ecleſiaſtico; porque ſi viniere, ſe ha de executar, ſegun, y en la conformidad que en dicho Breve ſe expreſſare.

22 Que deſta eſcritura ſe ha de remitir traslado a los Señores del Real Conſejo, y Junta de Millones, para que precediendo ſu aprobacion, ſe deſpache Cedula de ſu Mageſtad para ſu execucion en todos los lugares comprehendidos en eſte Arçobiſpado de Toledo, para que corra en todas partes: y haſta que ſe haga dicha aprobacion deſta eſcritura, ninguna de las partes queda obligada a ſu cumplimiento por ella.

23 Iten, de parte a parte ſe acepta todo lo contenido en eſta eſcritura, a cuyo cumplimiento, procediendo la aprobacion contenida en el capitulo antecedente, y no de otra forma, obligan ſu Eminencia, y el dicho Illuſtriſſimo Cabildo, a el dicho Eſtado Ecleſiaſtico, y los dichos ſeñores D. Geronimo de Sauvitores, y Don Diego de Miranda, las rentas de la dicha Adminiſtracion de Millones: y ambas partes dieron poder à las Juſticias, que deſtas cauſas pueden conocer, para que las apremien en ſu cumplimiento, como por ſentencia paſſada en coſa juzgada, renunciaron las demas leyes de ſu favor, y la general, y ſus derechos, y lo otorgaron, y firmaron ante mi el Eſcrivano, que doy fee conozco a todos los dichos ſeñores otorgantes, ſiendo teſtigos, el Doctor D. Bernardino de las Quentas y Zayos, D. Alonſo de Caſtro, D. Franciſco de la Corredera, y D. Franciſco de Isla, todos quatro del Conſejo de la Governacion deſte Arçobiſpado, eſtantes en Toledo. El Cardenal Sandoval. D. Geronimo de Sanvitores de la Portilla. D. Pedro Lopez de Ynarra Yſaſi, D. Miguel Ferrer, D. Diego Miranda y Mendoza. Lic. D. Antonio de Isla.

Isla. Doctor D. Diego de Alayza. Ante mi Eugenio de Valladolid, Eſcrivano Publico.

Deſpues por juſtas cauſas que a ello movieron, ſe hizo la declaracion, y adicion ſiguiente.

QUE por quanto por el capitulo 20. de la dicha concordia ſe aſſento que los Ecleſiaſticos coſecheros han de jurar, y declarar la cantidad de arrobas de los frutos de ſus coſechas, y que cogieren, ante ſus Juezes Ecleſiaſticos, y lo demas que contiene el dicho capitulo, aora conviene eo que à los Ecleſiaſticos coſecheros en lugar de las declaraciones juradas que refiere la dicha coodicion, ſe les aya de regiſtrar, y aforar ſus bodegas, almacenes, y coſechas por ſus Juezes Ecleſiaſticos coo aſſiſtencia del Adminiſtrador de millones, ò Miniſtro de ſu Mageſtad que aſſiſtiere eu cada lugar para que aſſiſta a los dichos aforos, como parte por la de ſu Mageſtad, y con dichos aforos no tengan obligacion à hazer declaraciones juradas de ſus coſechas, y a los dichos coſecheros ſe les ha de dar, y ſeñalar lo que huvieren meneſter, y conſumir en ſus labores, y familias, y de dichos aforos, y ſeñalamiento, ſe han de dar copias, y traslados al ſeñor Adminiſtrador general, y a los del partido que los pidieren, y dichos Ecleſiaſticos han de dar quenta ante los dichos ſus juezes de lo que han vendido por mayor, y quanto por menor, para que paguen à ſu Mageſtad las ſiſas que huviereu percibido; y ſe les ha de aforar aſſimiſmo que cantidad les queda en ſer, y la taſſacion dél, gaſtos de ſus caſas, y labores ha de hazerla el juez Ecleſiaſtico con citacion de la juſticia, ò Miniſtro de millones que aſſiſtiere eu cada lugar, como irà advertido en el capitulo tercero de eſtas adiciones, y todos los gaſtos en eſtas diligencias, ſe hao de hazer à coſta de ſu Mageſtad, y de la adminiſtracion de millones, y dichos aforos, y quenta de lo vendido por mayor, y menor ſe han de hazer ſiempre que los Miniſtros de ſu Mageſtad lo pidieren, y todo lo referido ſe ha de guardar, y cumplir aſſi en quanto a los Ecleſiaſticos, no obſtante qualeſquier ordeoes que en contrario eſtèn dadas, ò ſe dieren para la adminiſtracioo de millones, y a lo que contiene eſte capitulo queda reducido todo lo contenido eu el capit. 20. de dicha eſcritura.

Que eo quanto a los Clerigos tratantes, y compradores uo ſe ha de hazer novedad, ſino procederſe contra ellos, como haſta aqui, cuuforme a Derecho, y ſagrados Canones.

Iten, que reſpeto de que para hazer la dicha eſcritura, como por ella ſe relaciona, ſe hizo ajuſte, y reconcimiento de los Ecleſiaſticos que ay en eſtà Ciudad, y de la caotidad que cada uno para ſi, y ſu familia neceſſita, y conſume de dichas eſpacies cada año ſacado de las declaraciones juradas que hizieron los Ecleſiaſticos, que ſe ajuſtò, y reconocið por ambas partes coo aſſiſtencia del Adminiſtrador geoeral de millones que aſſiſtio como parte de la de ſu Mageſtad, aora ſe ajuſtan, y convienen en que los ajuſtamieutos de lo que cada familia de Ecleſiaſtico buviere meneſter para ſu conſumo de dichas eſpecies en todo eſte Arçobiſpado, ſe haga en la miſma forma por el Juez Ecleſiaſtico en cada lugar con intervencioo de la parte de ſu Mageſtad, y en ſu nombre el Adminiſtrador de millones, ò Miniſtro de ellos, que aſſiſtiere en cada lugar, a cuya diſpoſicion de ambos queda, que en los lugares donde fuere tan corto el numero de los Ecleſiaſticos, que ſin confuſion ſe les pueda dar libre en las carnicerias lo que huvieren meneſter para ſu gaſto, y de ſu familia, ſeles dè como ſe diſpone en el capitulo 14. de dicha eſcritura.

Iten que de la refaccion que ſe ha de dar de los generos que por menor ſe compraren, ſe aya de baxar la cantidad que importare lo que dellos introduxeron por mayor, libre de derechos.

EL REY.

DON Diego de Miranda y Mendoza, Adminiſtrador general de los Millones de la Ciudad de Toledo, y ſu Reynado, y los demas Adminiſtradores particulares, y Juſticias à quien tocare la execucion en el Arçobiſpado de Toledo: Por quanto es mi voluntad, que al Eſtado Ecleſiaſtico ſe le dè ſatisfacion, y refaccion de lo que ha contribuido en los Millones, deſde que ſe acabò el Breve de la Santidad de Inocencio Dezimo; y aſſimiſmo de lo que contribuiere de aqui adelante, haſta el dia que ſu Santidad me hiziere la gracia que tengo pedida, para que el Eſtado Ecleſiaſtico contribuia en el ſervicio delos veinte, y quatro millones, juutamente con el ſecular; os mando que promptamente, y con efecto deis ſatisfacion, y refaccion al Eſtado Ecleſiaſtico, ſecular, y regular de la dicha Ciudad de Toledo, y ſu Arçobiſpado, de todo lo que ha contribuido deſde que ſe acabò el Breve, y contribuiere, haſta que venga, eo la cantidad, y calidad que teneis ajuſtada con el Cardenal Arçobiſpo de Toledo, y Cabildo de ſu Igleſia, con aſſiſtencia de Don Geronimo de San-Vitores, de mi Conſejo de Hazienda, y Junta de Millones, y de vos D. Diego de Miranda, ſu fecha en catorce de Junio paſſado deſte año, ante Eugeoio de Valladolid Eſcrivano, lo qual cumplid, y executad en la cantidad, calidad, y forma de ſeparacioo, adonde la pudiere aver, que eſtà ajuſtado, ſin embargo de qualeſquier otras ordenes, y decretos que ſe ayan dado antes deſta en razon de lo referido en eſta Cedula, y que para ſu execucion ſe déo pro vos, ò los dichos Adminiſtradores, y Juſticias, doode no los buviere, las ordenes, y deſpachos que fuereu neceſſarios, que aſſi es mi voluntad: y que deſta mi Cedula ſe tome la razon por los Contadores del Reyno, y mi Eſcrivano mayor de Rentas de millones, y en la Contaduria de los de la dicha Ciudad de Toledo. Fecha en Madrid a treiuta y un dias del mes de Setiembre, de mil y ſeiſcientos y cinquenta y ſiete años. YO EL REY. Por mandado del Rey nueſtro Señor. Bartholomè de Legaſa.

CHARIS-

CHARISSIMO IN CHRISTO Filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico.

ALEXANDER PAPA VII.

CHARISSIME in Chriſto Fili noſter, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Orthodoxæ fidei obſervandæ, & propagandæ zelus, ac ſingularis in Nos, & Apoſtolicam Sedem devotio, aliaque Catholici nomine, optimò jure inſigni Regis præclara merita, quæ in Majeſtate tua cœleſti gratia reſplendent, plane exigunt, ut ſubſidia pro ejuſdem fidei, & dominiorum tuorum, præſertim adverſus hæreticorum conatus defenſione à tuis ſubditis promptè tibi oblata, quantum cum Domino poſſumus, ac prout poſtulare videtur temporum conditio, adiuvemus. Cum itaque ſicut Majeſtatis tuæ nomine nobis nuper expoſitum fuit, laici ſubditi tuorum Regnorum Caſtellæ, & Legionis in eorum Comitiis, ſeu Curiis infraſcriptum ſubſidium Majeſtati tuæ præſtare promptè obtulerint; & ad prædictum effectum conſenſerint impoſitioni gabellarum, ſeu ſiſarum ſuper vino, aceto, oleo, & carnè, videlicet octavæ partis ſpecierum, vel prætii vini, aceti, & olei, ac ultra ſiſas ſuper carne antea impoſitas, & trium Regalium pro quolibet capite pecudum, & trium marapetinorum pro qualibet libra carnis, quæ minutatim venditur, ſexdecimque marapetinorum pro qualibet menſura, arroba nuncupata, vini ſiſati, alteriuſque marapetini, pro qualibet menſura, açumbre nuncupata, vini, etiam ſiſati, ac ſexdecim marapetinorum pro qualibet menſura olei arruba nuncupata, & quatuor marapetinorum, pro qualibet libra candelarum de ſevo, & ſaponis, vel aliàs verintribus quantitatibus impoſitarum, & auctarum, quæ ſunt exigendæ, & percipiendæ, durante ſexennio, incepto a prima die menſis Auguſti, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti, nempè pro ſumma decem & novem millionum, cum dimidio alterius, millionis ad rationem trium millionum, & ducentorum & quinquaginta millium ducatorum monetæ Hiſpaniæ, quolibet anno prædicti ſexennii ſolvenda, ex prædictis gabellis, ſeu ſiſis, ſuper prædictarum rerum ſpecies, ut præmittitur, impoſitis, & auctis, ita ut omnes tam laici, quam Eccleſiaſtici prædictorum Regnorum, non ſolum ementes, vendentes, ſed etiam illi, qui prædictas rerum ſpecies percipiunt, ex propriis terreni, vel affictibus, aut reſpectiva emunt in uvis, vel olivis, ſeu colligunt pro decimis, aut etiam dono accipiunt, ſeu aliàs ex quovis alio reddituu, & introitu habent, & conſumunt; ita ut omnes laici cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis, ac præeminentiæ ad id Subſidium contribuere, ac gabellas, ſeu ſiſas hujuſmodi ſolvere deberent, nec ullus laicus immunis, aut exemptus eſſet, Eccleſiaſtici quoque eorumdem Regnorum, ſi, & poſtquam noſtra, & hujus Sanctæ Sedis licentia, & approbatio acceſſerit in Subſidio hujuſmodi, ſcilicet in prædictis gabellis ſuper eiſdem ſpeciebus impoſitis, & auctis, contribuere, ac gabellas, ſeu ſiſas prædictas, juxta litterarum noſtrarum in forma Brevis ſuper prædicta licentia, ſeu approbatione expediendarum formam continentium, & tenorem perſolvere deberent. Idcirco pro parte ejuſdem Majeſtatis tuæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, pro approbatione oneris Cleri, Eccleſiarum, locorùmque piorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum ad contribuendum in prædicto ſexennio, incœpto à prædicto menſe Auguſti, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti, & ut ſequitur, uſque ad menſem Auguſti milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi ſecundi finiendo, in prædictis ſiſis, & gabellis, jam ut præfertur impoſitis, & auctis pro ſolutione prædictorum millionum decem & novem, cum dimidio alterius millionis, attento quod, ut Majeſtas tua aſſerit, hactenus actum fuerit, & de præſenti agatur de communi defenſione, & intereſſe, tam laicorum, quam Cleri, Eccleſiarum, locorum piorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum prædictorom Regnorum, quodque facultates laicorum ad ſummam prædictam conficiendam, eaquæ expedit celeritate infra tempus opportunum non ſufficerent. Nos igitur nedum promptam, & obſequentem eorundem laicorum ſubditorum tuorum erga te oblationem, ſed etiam Majeſtatis tuæ erga fidem Catholicam zelum commendantes, & ad ingentes ſumptus, quibus Majeſtas tua gravatur ob aſſidua, quæ pro defenſione fidei Catholicæ, tuorùmque Regnorum, & dominiorum jugiter in pluribus Orbis partibus, & præſertim adverſus invaſiones Anglorum hæreticorum ſuſtines bella, paternè dirigentes conſiderationis intuitum, motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prævia etiam reſpectu exactorum hactenus à prædicta prima die Auguſti abſolutione à quibuſcumque cenſuris, & pœnis, quam tenore præſentium concedimus. Volentes, Majeſtatem tuam favore proſequi gratioſo, Clerum, omneſque, & ſingulas Eccleſias, loca pia, perſonaſque Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quam cujuſvis ordinis, etiam exempti, etiam Societatis Jeſu, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecti Regulares, necnon Monaſteria utriuſque ſexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula quarumcumque Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis præfatorum, ac in eiſdem Regnis commorantes, & commorantia, & reſpectivè conſiſtentes, & conſiſtentia, ad conferendum, & contribuendum pro eorum rata ad inſtar laicorum in dictis gabellis, ſeu ſiſis, quoad prædictam ſummam dumtaxat decem & novem millionum, cum dimidio alterius millionis prædictorum monetæ illorum Regnorum, mediante, ſcilicèt, ſolutione prædictarum gabellarum, ſeu ſiſarum in prædicta quantitate tantum, & ſuper prædictis rerum ſpeciebus dumtaxat in dictis Regnis colligendis, & conſumendis, ut præfertur, impoſitarum durante ſexennio dumtaxat à prædicto menſe Auguſti, anni milleſimi ſexcenteſimi quinquageſimi ſexti, ut præmittitur inchoato, & ut ſequitur finiendo, & non ultra teneri, & obligatos eſſe, non tamen quoad prædictas rerum ſpecies, quas Clerus, Eccleſiæ, locaque pia prædicta, & perſonæ Eccleſiaſticæ prædictæ ex propriis terrenis, ſeu decimis, & aliis quibuſcumque redditibus propriis per ſe, vel alios, etiam affictuarios ſuos, vel etiam ex eleemoſynis, ſive oſtiatim,

tim, ſive alio quovis modo pro tempore datis, & erogatis, ac ipſis traditis, percipiunt, & pro divino cultu, ſeu propriis, vel familiarum ſuarum uſibus juxta taxationem, ubi ſuper his partes diſcordes fuerint, ad inſtantiam cujuſlibet earum, expenſis tamen perperam contradicentis per Ordinarios locorum Eccleſiaſticos, ſeu ab eis deputatos faciendam conſumunt, pro quibus omnino immunes, & exempti ſint, & elapſo prædicto ſexennio exactio reſpectu Eccleſiaſticorum ceſſet, & nullatenus quovis prætextu, vel cauſa continuari poſſit, etiam ſi integra ſumma decem & novem millionum, cum dimidio alterius millionis hujuſmodi, adhuc non fuiſſet exacta, quodque ſi ante finem ſexennii prædicti ſumma decem & novem millionum cum dimidio alterius millionis ducatorum hujuſmodi confecta fuerit, Eccleſiaſtici prædicti amplius contribuere, & dictas gabellas, ſeu ſiſas, ut præfertur, ſolvere non debeant, ſed præſens gratia expiret, nullaque ſit eo ipſo. Quodque Clerus, Eccleſiæ, loca pia, & perſonæ Eccleſiaſticæ prædictæ, durante prædicto ſexennio, non poſſint gravari ratione cujuſvis alterius novi augmenti prædictarum gabellarum, & ſiſarum ſuper eiſdem, ac novæ impoſitionis aliarum gabellarum, & ſiſarum, ſuper quibuſcumque rerum ſpeciebus, nec etiam pro portionibus, juros nuncupatis, de laicorum tantum conſenſu alias erectis, & impoſitis, eorùm fructibus, niſi ſi & poſtquam beneplacitum noſtrum, ſeu à ſucceſſoribus noſtris conceſſum fuerit, alias in quolibet caſu contraventionis, quilibet contraveniens eo ipſo, abſque alia monitione, & declaratione ſententiam excommunicationis majoris, reſervata illius, ut infra exprimitur, abſolutione, incurrat, & ad reſtitutionem illius, in quo exceſſerit, teneatur, tenore earumdem præſentium decernimus, & declaramus. Volentes etiam, quod omnes, & ſinguli Eccleſiaſtici prædicti ſolvere recuſantes, opportunis juris, & facti remediis per Ordinarios locorum Eccleſiaſticos tantum ad ſolutionem hujuſmodi cogantur, non autem coram judicibus laicis, ſive exactoribus earumdem gabellarum, ſive ſiſarum, neque coram quibuſvis aliis judicibus laicis, aut Miniſtris, ſub pœna excommunicationis majoris, & aliis pœnis à ſacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis inflictis, & comminatis, ipſo facto, ſine alia monitione, & declaratione incurrendis, à quibus à nemine præterquam à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore exiſtente abſolvi, etiam vigore quorumcumque privilegiorum Apoſtolicorum, etiam Cruciatæ Sanctæ, nequeant, conveniri ullo modo poſſint, ſeu debeant, ſed à prædictis Ordinariis Eccleſiaſticis tantum ad ſolutionem hujuſmodi compelli valeant, quibus Ordinariis, ſeu interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à divinis, necnon omnibus, & ſingulis ejuſdem Majeſtatis tuæ Officialibus, & Miniſtris cujuſcùmque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, ac aliis quibuſcumque, etiam ſpeciali nota dignis, etiam Apoſtolicæ Sedis Delegatis, & Commiſſariis, etiam Cruciatæ prædictæ, cæteriſque omnibus aliis, ad quos quomodolibet ſpectat, & pro tempore ſpectabit, ſub prædicta excommunicationis majoris pœna, ut præfertur, eo ipſo incurrenda ejus abſolutione iiſdem, ut ſupra, reſervata, ac ſub obteſtatione divini Judicii, & interminatione maledictionis æternæ diſtrictè præcipiendo, mandamus, ne Eccleſias, & loca prædicta, ac Clerum, & Eccleſiaſticos, aliosque prædictos indebitè, neque ultra, præter, aut contra continentiam, & tenorem præſentium noſtrarum litterarum gravent quomodolibet, nec à quocumque gravari permittant, & nedum contra quoſcumque contravenientes, & quomodolibet inobſervantes ad ſententiarum, & pænarum prædictarum declarationem, & promulgationem reſpectivè, ſed etiam contra eoſdem Eccleſiaſticos, Regulares, etiam exemptos, Nobiſque & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectos, etiam Societatis Jeſu, ſolvere recuſantes, ad quancumque ſimplicem eorumdem exactorum requiſitionem, etiam executivè, ac quacumque appellatione remota auctoritate noſtra procedant. Volumus autem, quod iſtud Subſidium reſpectu contributionis Cleri, & Eccleſiarum, locorùmque piorum, perſonarum Eccleſiaſticarum prædictorum Regnorum, ſcilicet decem & novem millionum prædictorum ducatorum, cum dimidio alterius millionis ſuccedat, loco quorumcùmque onerum, gravaminum, & impoſitionum, etiam pro Militibus, & aliis quibuſcumque impoſitorum, ac etiam loco quorumcùmque aliorum Subſidiorum, ſuper millonibus per felicis recordationis Innocentium Papam Decimum, alioſque prædeceſſores noſtros, hactenus approbatorum conceſſorum, ita quod illorum vigore nihil amplius à Clero, nec à quoquam Eccleſiarum, locorum piorum, & Eccleſiaſticorum prædictorum exigi poſſit, quodque pecuniæ ex prædictis Subſidiis, & gabellis, ſeu ſiſis, ut præfertur, à dictis Eccleſiaſticis exigendæ, in prædictos, & non in alios uſus convertantur, ſuper quo ejuſdem Majeſtatis tuæ, ejuſque Miniſtrorum, & Officialium quorumcùmque conſcientias oneramus. Decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſicque, & non aliter quovis prætextu, ratione, vel cauſa, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata quacùmque, omnibus, & ſingulis cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, qualitatis, præeminentiæ, & dignitatis, etiam Eccleſiaſticæ, etiam individua mentione dignis quomodolibet in contrarium judicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, interpretari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in generalibus Conciliis editis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis Eccleſiis, Regnis, perſonis, Capitulis, Monaſteriis, Conventibus, Collegiis, & aliis prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſquè, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorùmque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, exprimerentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore perman-

permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem præſentes noſtræ litteræ, cum opus fuerit, ad omnium notitiam facilius devenire poſſint, decernimus; ut earum exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die decimaquarta Septembris milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo octavo. Pontificatus noſtri anno quarto G. Gualterius.

QUÆSTIO XL.

An ſtatutum laicorum puniens damna data in agris per Beſtias, comprehendat damna data per Beſtias Clericorum. Et an cuſtodes animalium Eccleſiæ, ſive Clerici coram ſæculari judice poſſint accuſari.

SUMMARIUM

1 *Præmiſſum.*
2 L. 12. tit. 3. lib. 1. recopilat & n. 12.
3 *Neceſſitas, & communis utilitas in pluribus æque obligat Clericos & laicos, ut exemplificatur*
4 *Clerici per Jura Imperatorum dicunt hæres & pecora mea ſunt.*
5 *Clerici debent in Paſcuis communibus taxatum pretium ſolvere, ſicut alii pro ſuis pecoribus.*
6 *Communitas procedit pro rebus ſuis, ſicut privatus.*
7 *Domini rerum offenſarum retinent animalia Clericorum, non ut offendant ſed pro damno dato.*
8 *Occidens clericum ſe defendendo non eſt excommunicatus.*
9 *Animalia Clericorum deprehenſa in paſcuis alienis oſendi non debent, ſicut nec Clericorum perſona & n. 14.*
10 *Offenſio non ſolum fit in perſona, ſed & in rebus.*
Cap. Eccleſiarum ſervos, cap. eos, cap. ſimiliter, cap. in ſingulis, §. ad hæc de ſtatu Monachorum, cap. pervenit de teſtibus cogendis, cap. noverint 49. diſt cap gravamen 53. de ſent.
13 *Clerici obligati ſunt lege naturali ad conformandum ſe legibus politicis Reipublicæ, & imponentibus pretio rebus uſualibus neceſſitatis temporis.*
14 *Damnó dato per animalia Clerici eorum Domini non compelluntur ſolvere à judice laicio, nec extra judicialiter, niſi tantum juxta arbitrium Eccleſiaſticus judex*
15 *Statutum, quo cavetur ut cuſtodes animalium Clericorum puniantur à judice laico propter damna, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*
16. *Statum gravans perſonas, & Colanos Clericorum profectis ipſorum eſt iniquum, & injuſtum.*
17 *Cuſtodes animalium Clericorum, quando accuſari poſſunt coram judice laico.*

AD has duas quæſtiones, ut latè reſpondeas adjunges quæ dixi *ſupra in*
1 *textum hoc ſub q. 24.* verſ. *ad quartam*, ubi egi de illa quæſtione, *an ſtatuta, ſeu edicta de non paſcandis animalibus in paſcuis univerſitatis, niſi ſoluta certá pecunia ſub pœna, comprehendat etiam Clericorum animalia*, & quæſtionem de qua egi *infra in c. quia V. 11. de judiciis ſub. q. 9.* verſ. *ad ſecundam à n. 9.* ubi egi de illo dubio, *an executio poſſit fieri in peccarios Clericorùmque damnum dederant in prædio alieno*: aliqua dixi *in cap. qua. iter 17. ſub. num 8. & in cap. 2. dict. tit de judiciis q. 9.*

Ad primam igitur; quia de Jure Regio facit diffi-
2 cultatem *lex 12. t. 3. l. 1. recopilat.* quam expendi per ejus verba *in dicta q 24.* verſ. *ad quartam*, quatenus in aliquibus hujus Regni locis cavetur per ſtatutum, ut cuſtodiantur prata, agri, & vineæ, tunc ſi in ais inventa fuerint animalia, debeant damnum ſolvere eorū Domini, etiamſi Clerici ſint, quos propter publicā utilitatē comprehendit hujuſmodi ſtatutum, ut ſenſerunt Joannes Andreas, & Abbas *hic* Lucas de Penna *in l. jubemus n. 1. cod de navib non excuſandis lib. 11.* Azevedus *in dict. l. 12. n. 2.* Gutierez *pract. lib. 1. q. 4.* ubi teſtatur de praxi in Regia Cancellaria Vallisolet. & Granatenſi, Salcedo ad Bernard. Diaz *in pract c. 58. verſ. 7. cum ſequent.* & alii, quos refert Barboſa *de Jure Eccleſ lib. 1. c. 19. §. 2. n. 42.* Merla *in emporio tit. 1. q. 16. n. 29.* Zevallos *de cognit per viam viol. p. 2. q 11. 41. cum ſeqq.* Curia Philipic. *tomo 1. p. 3. §. 17. n. 13.* Carlevan *de judiciis diſp. 2. q. 3.* Gabriel Pereira *de manu Regia cap. 29.* Riccius *in collect. 103.* Vivianus *deciſ. 208.* Villar Maldonado *reſp. 5. q. 3. à n. 6.* † Et quia neceſſitas, & communis utilitas æque laicos, & Clericos obligat, ut in 3
multis caſibus, quos congeſſit idem Barboſa *de Jure Eccleſ. lib. 1. dict. c. 30. §. 2. n. 38.* Veluti ad viam ante Domū reparare, & mūdare, vel ad montium, nemorum & prædiorū communem cuſtodiā, ſeu ad ſolvendas collectas pro rata, quæ imponuntur generaliter pro cuſtodiēdis vineis, vel pratis, & ad expellēdos, ſeu occidēdos vermes, locuſtas, aut alia nociva, quæ in prædiis, vineis, ſeu viridariis naſcūtur, & ad collectas impoſitas propter famē, & peſtem, & ad ignem extinguendū, vel ad cuſtodiā portarum, quando ab hoſtibus invaditur, & in ſimilibus aliis, de quibus latiſſimè, & per quæſtiones *ſupra* dixi *a q. 1.*

Quare videtur in propoſito quæſtionis ex textu *in c. ſanctorum Patrum de præſcriptionibus*, ut quod 4
pecora Eccleſiæ, & Clericorū ſub hujuſmodi cōtineāntur ſtatutis, quatenus in eo textu habetur quod eodē in tēpore præſcribuntur res Epiſcoporū, quo & res laicorū *c. 1. d. diſt. 8.* ubi per D. Auguſt. *tract. 6. ad c. 1. Joannis*, dicitur quod villæ, Eccleſiæ jure nō Divino, ſed humano tuentur; & ſic ſequi quod Clerici per Jura Imperatoris dicūt hæres, & pecora mea ſunt, *c. convenior 21. in princ. 23. q.* juncta *ibi* gloſſa ſcribēte, quod omnia (tēporalia ſcilicet) ſint Imperatoris quoad Juriſdictionem, & defenſionem, ut ſequitur eam Archidiaconus *ibi n. 7. & propterea*, ibi *dicit omnia, cap. bene quidem 1.* verſ. *Petrus Epiſcopus Rabbenatis diſt. 96.* juncta *ibi* gloſſa ſub verb. *Canonibus*, & Archid. *n.* ſcribens quod omnes leges, quæ canōibus non obviant, intelliguntur eſſe confirmatæ, & a Papa approbatæ; & quod valēt ſuper rebus, & bonis Eccleſiaſticis, ubi etiā dicit Lucas de Penna alias authoritates adducens *in l. jubemus cod. de navibus excuſand lib. 11. n. 2.*

Et confirmāt Doctores nōnulli ex doctrina Ab- 5
batis *concl. 6. caſus, ſuper quo petitæ fuerunt ante n. 1. p. 1.* ubi reſpondet quod licet Clerici reperiātur privilegiari, ut de eorum rebus non ſolvāt gabellas ex *c quanquam 4. de cenſ. lib. 6. clem præſenti conſt. eodem tit.* ſed non privilegiatos reperiri, ut pro ſe, & pro animalibus eorū poſſint uti rebus communibus laicorū: nam ex diſpoſitione Divina (Clericis decimis tantum reſervatis) terna promiſſionis laicis promiſſa, & conceſſa fuerit ut habetur *n. 18.* & notat *c. 1. de decimus lib. 6.* quare dicunt ut ſi aliqua communitas haberet locum ad paſturam (certo tamen eidem communitati, taxato pretio ſolvendo) deſtinata, non poſſent ipſi Clerici animalia ſua in dictis locis habere, taliter, ut ſi velit ubi rebus communitatis laicis, debeant ſolvere taxatum, ſive taxandum juſtum pretium, ſicuti ſi vellent animalia eorum
paſcere in privatis locis ad id tenerentur, * quia cō- 6
munitas procedit pro rebus ſuis, ſicut privatus pro ſuis argum. textus *in c. licet cauſam. 9. de probat. c.*

conqueſtus 16. *de foro comp.* Jaſon *in l. placet.* 5. *in prima lect. n.* 19. verſ. *adverte tamen*, & *in* 2. *lectura. n.*25. *cod. de ſacro-ſanct. Eccleſiis*, Joannes Anton. Niger *in repetition. clem.* 7 *de vita*, & *honeſt. Clericor. n.* 112. verſ. *etiam ſi communitas habere.*

7 Et ſecundo confirmant Vulpell. *de libert. Eccleſiaſt. p.* 3. *n.* 15. Carolus de Graſſis *de effectibus Clericor. effectu* 2. *n.* 450. Lucas de Penna *in dicta l. jubemus n.* 2. verſ. *fortius poſſunt animalia Clericorum*, Franciſcus Anſaldus *de Juriſd. ſæculari p.* 3. *tit. unico cap.* 18. & *ibi à n.* 19. quia in præceptis Decalogi habetur prohibitum; ne Chriſtianus ullus, & eo magis Clericus alienis, ne dum uti; imò deſiderari rebus debeat, hujuſmodi animalia Clerici, & Eccleſiæ à paſcuis laicorum, ſeu alienis arceri poſſe; & vigore laicalia ſtatuti ſi damnum dederint, offendi impune, & pro emendatione damni retineri licere ea quidem ratione evidenti, & ſenſata moti; quia cum omnes rerum fructus, natura hominum gratia comparaverit, textus *in l. pecudum* 28. *ff. de uſuris, cap. præcipimus* 24. *cauſa* 12. *q.* 1. Domini rerum offenſarum ea principali mente, ſeu inſtinctu naturali arcent, retinent, aut offendunt animalia Clericorum, & Eccleſiæ, non, ut Clericos, Eccleſiam, & eorum res offendant, ſed ut proprias res, & fructus teneantur, & defendant quod dicunt ſibi facere licere ex doctrina textus *in l. ut vim.* 3. *juncta ibi gloſſa* ſub verbo *nam Jure ff. de juſt.* & *Jure*, & aliis vulgatis Juribus, de quibus dico

8 *in c.* 2 *de homicid* † deinde confirmant ex eo; quoniã Clericum occidens non inferendo; ſed injuriã propulſando, excommunicatus non dicitur, *cap. perpendimus* 23. *de ſent. excommunic.* & quia fruſtra auxilium Eccleſiæ implorat, qui committit in ipſam, *ex cap. in audientia noſtra* 25 *eodem tit.* & faciunt alia fundamenta, quæ adduxi *in dicto c. quia V. de judiciis dict. q.* 9 *ſub. dict. n.* 9. & 10. item & ex dictis *ſupra q.* 38. *a n.* 1. Ubi de Principe, ſive ſtatuto taxante pretia rerum Clericos obligante, ut ibi dixi.

9 Sed licet rationes *ſupra* dictæ, aut earum non nullæ admittantur, quatenus ad propulſanda pecora, ſeu animalia Clericorum, faciendo ut ea recedant à partis, ſeu paſcuis communibus civitatis, vel opidi; & quatenus pro damno dato, atque taxato Clerici obligentur, ſicut & laici illius communitatis pro ſuis animalibus damnum inferentibus: tamen quatenus ad exactionem pœnæ, atque ad punienda damna data in agris, & paſcuis, videtur non eſſe recedendum à ſententia, quam ſumus amplexi *ſupra dicta. q.* 24. *dict.* verſ. *ad quartam.* & *infra in dict. cap. quia V. de judic. dicta q.* 9. *n.* 9. & 10. tum etiam qui Hoſtienſis *in cap. in ſingulis* 7. §. *ult de ſtatu Monachorum col.* 4. Innocent. *in cap ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignif n.* 3. Joannes Andreas *in cap. gravem* 53. *de ſent. excommunic. n.* 5. dicunt quod in ſtatutis laicorum punientibus damna data per Beſtias in alieno territorio, non comprehenduntur animalia Clericorum; quia ſicuti Clerici, & Eccleſiæ, ita, & eorum animalia ſunt à poteſtate ſæculari exempta, *ex cap. Eccleſiarum ſervos.* 69. 12. *quæſt.* 1. *cap. nos* 6. *diſt.* 87 *cap. ſimiliter* 58. 16 *q.* 1. † Et quia offenſio fit non ſolum in perſona, ſed etiam in rebus ex

10 *dict. cap. in ſingulis* §. *ad hoc diſtrictè* per quem textum innocentius præcipit Diœceſanus, ut per cenſuram Eccleſiaſticam compellant conſules magnates, & milites, nec Monaſteria præſumant offendere, tum in perſona, tum in rebus *ex cap. pervenit ad nos.* 5. *de teſtibus cogendis*, *cum gloſſa* 1. & 2. Ubi quod rerum Eccleſiaſticarum appellatione, continentur Clerici.

Nec ex multorum ſententia obſtat textus *in dict. l.* 12 *tit.* 3. *lib.* 1. *recop.* de qua in principio hujus quæſtionis; quia ultra quæ in ejus explicationem cum multis adduxi ſub dicto verſ. *ad quartam in dict. q.*24. hujus textus, & *in dicto cap. quia V. q.* 9. *ſub. n.*9 & 10. dico quod eam legem, tanquam immunitati Eccleſiaſticæ contrariam reprobant Gregorius Lopez *in l.* 24. *tit.* 5. *p.* 7. Perez *in l.* 1. *gloſſa* 1 *otit* 3. *lib.* 5 *ordinam.* verſ & *eſt*, & *aliud privilegium*, Alderanus Maſcard. *de interpret. ſtatutorum concluſ.* 2. *ex n.* 204 & *n* 249. M[illegible] *de Juriſdict. p.* 4. *caſu* 8. Carol de Graſſis *de effectis Clericor. effect.* 2. *n* 448. Felicianus de Vega *in cap. qualiter*, & *quando de judic. n.* 14. Diana *p.* 1. *tract.* 2 *reſol.* 80. & *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 72. Barboſa *in collect. ad textum. noſtrum n.*6. idem. *voto.* 26. *num.* 76. & ante illum D D. Chriſtophorus Moſcoſo Doctiſſimus ſupremi Caſtellæ Concilii in allegatione, quam ego perlegi *n.* 17. & à qua idem Barboſa integrum illud votum ad plures caſus communitatis confecit. 11

Nec implicat ut contrarii, quos ſequitur Franciſcus Anſaldus *diſt. p.* 3. *de Juriſdiſd. cap.* 18 *num.* 15. reſpondeant ad Jura, quibus noſtra fundatur ſententia *in dicto cap. Eccleſiarum ſervos*, *cap. eos*, *cap. ſimiliter*, & *cap. in ſingulis* 7. §. *ad hoc de ſtatu Monachor. c. pervenit.* 5. *de teſtib. cogend.* ut loquantur contra invaſores, & offenſores rerum Eccleſiæ, ſicut nec *in cap. noverit.* 49. *dict. cap. gravamen* 53. *de ſent excommunic.* qui diſponunt contra offendentes tantùm directè Eccleſiaſticam libertatem ſic intelligendos Doctores noſtræ ſententiæ, vel quod alias ſequi non debeamus; quia loquuti ſumus extra caſum, de quo contrarii loquuntur, cum libertas Eccleſiaſtica in damno alterius eſſe non debeat, nec ullibi reperiatur; imo reperiri valeat ſancitum, quod Clerici, Dominis invitis, poſſint alienis rebus uti, ne prout Pelagius Papa advertit *in cap.* 1. *cauſa* 8. *q.* 3. Clericatus ambitio ſiat rapinæ ſecuritas. 12

Quia & nos etiam non negamus eorum fundamenta vera eſſe, cum libenter fateamur eſſe obligatos Clericos lege naturali, & vi directiva ad conformandum ſe legibus Politicis Reipublicæ, 13
ut dixi *q.* 1. & 2. & *alibi* in textu noſtro, item, & legibus imponentibus pretia rebus uſualibus in tempore neceſſitatis præcipuè, * quod nunc ne- 14
gamus, eſt ut Clerici virtute ſtatuti laici poſſint compelli juridice à laico, aut extrajudicialiter ad perſolvenda damna data in pratis, ſeu paſcuis communibus, niſi tantùm per ſuum judicem Eccleſiaſticum, qui debebit, ſive poterit arbitrari quo iure pœnæ impoſitæ à lege, vel ſtatuto populi politico non ex vi illius, quatenus dicit imperium, & mandatum legis ſæcularis, ſed quatenus ſit conformis reſtitutioni compenſandæ ipſo naturali Jure, ut ſæpius in textu noſtro dixi, & habetur in ſupradictis aſſignatis locis, & ut ſuadetur ex his, quæ latè dixi *in cap* 2. 3. 4. 8. 10. 12. 17. & aliis *de judiis;* item & *in c.* 5. & aliis *de foro comp.* Ubi quod Clerici per ſe, & pro rebus ſuis debeant conveniri coram judice Eccleſiaſtico, *niſi* alias in eos per Papæ conceſſionem, laici judices in aliquibus caſibus cognoſcant, ut aſſignavi ſub *dict. cap.* 1. *de judic.* & *ibi q. fin.* & *ſub cap. cæterum*, & alibi in illis titulis, de quibus, & de caſu noſtro optimè Fragoſus de Republica *lib.* 2. *diſp.* 4. §. 4 4. *a d.* 337. *ubi* 346. probat enim multis valere leges ſæculares præcipientes quod animalia Clericorum ſolvant pœnas impoſitas pacto damno dato.

15 Ad ſecundam difficultatis partem, an ſcilicet cuſtodes animalium Eccleſiæ, ſive Clerici coram ſæculari judice poſſint accuſari. Et ne longe agam exiſtimo diſtinctione componendas eſſe duas contrarias ſententias, nempe, ut ſi ſtatuto laicorum caveatur, quod cuſtodes animalium Eccleſiæ, ſive Clericorum, non niſi coram judice laico accuſentur; tunc revera tale ſtatutum, quod nôn parum nocumenti afferre poteſt Clericis, ſive Eccleſiæ, quorum animalia cuſtodes paſcuntur, ſeu in agris cuſtodiunt non valere, ut decernens contra libertatem Eccleſiaſticam, exiſtimo dicendum ex pluribus fundamentis, quæ percipi poſ-
16 ſunt *a q.* 1. textus noſtri per alias ſequentes. † Et ſecundum hunc dicendi modum videtur amplecti debere negativam ſententiam Felini *hic n* 126. verſ. *decimo tertio quæro*, ut dicit quod ſtatutum gravans perſonas, & colonos Clericorum pro factis ipſorum Clericorum, eſt iniquum, & injuſtum ex *auth. caſſa*, *& irrita Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. dict. cap. noverit* 49. *cap gravamen* 53. *de ſentent. excommunic.* decernentibus ſtatuta contra Eccleſiaſticam libertatem non valere, eaque condentes excommunicatos eſſe; & ſic dicit Bartol. *in l. hi penes* 4. *cod. de agricolis*, *& cenſitus lib.* 10. *num.* 1. quod ſtatutum hujuſmodi perſonas, & homines Clericorum aggravans non ſubſiſtit.

17 Verum ſi ſtatuto ante acto non ſic caveatur exiſtimo, ut etſi non præciſe, tamen ad præventionem, tanquam cauſa mixta, queant tales cuſtodes animalium Clericorum, & Eccleſia etiam coram laico judice accuſari, dum tamen præcaveatur de cuſtodia, animalibus, & rebus Clericorum; & ſic intelligo gloſſam ſub verb. *ad eam in l. Prætor ait* 2. §. *idem labeo ſcribit ff. ne quid in loco publico fiat*, in ſequentibus verbis: *contra eum ergo agitur*, *qui* (animalia ſcilicet) *ducit ea paſcendo*, *ut porcos*, *qui terram ſodiunt*. Et in terminis tenentea Anton. de Butrio *in dicto cap. gravamen.* 53. *de ſent excommunic.* Felin. *hic in textu noſtro n.* 140. *ad finem*, *& in cap. nullus judic.* 2. *de foro comp. n.* 4. Lucas de Penna *in dicta l. jubemus num.* 1. *ad finem* verſ. ibi. *tenet Joannes Andreas in notula* Joan. Anton. Niger *in repet. clementina unica de vita*, *& honeſt. Clericor. n.* 110. Marcambrum ab Anguide *conſ.* 18. ſuper inquiſitione fraudati vectigalis *numero* 44. Carolus de Graſſ. *de effectibus Clericatus effectu* 2. *n.* 449. Franc. Anſald. *de Juriſdictione ſæculari dict. cap.* 18. *num.* 14. *&* 15. quia ait ut licet Clericus non niſi coram Eccleſiaſtico judice poſſit accuſari per text. *in cap.* 2. *cap. ſi diligenti de foro comp.* cuſtodes tamen eorum, & Eccleſiæ animalium coram ſæculari judice valeant accuſari ex dicta gloſſa. Et eſt ratio quia in hoc ſecundo caſu non adeſt ſtatutum neceſſario imperans, quod alias eſſet contra longe dicta *à quæſt.* 1. ex regula textus noſtri, & redundans in deſtructionem libertatis Eccleſiaſticæ ſaltim per accidens. ſed non ſic quando non ita cavetur ſtatuto laico: quo pacto debet interpretari Felinus qui hic *dict. n.* 126. primam ſententiam tuetur, & idem qui *dict. n.* 140. ſecundam hanc amplectitur.

18 Etſi ad utranque partem volueris amplius diſputare, poteris applicare diverſas illas opiniones, quas retuli *in cap. ſi Clericus laicum* 5. *de foro comp. & ibi in quæſt.* 5 6. *&* 7. Ubi coram quo judice poſſit conveniri laicus decimarum conductor, ſive an laicus emphytheuta Eccleſiæ conveniendus ſit coram Eccleſiaſtico, vel laico judice: de quibus etiam aliqua *infra q.* 42.

QUÆSTIO XLI

An Reges condendo legem, ſive ſtatutum, ut familiares laici, Epiſcopi, Clerici, ſeu alterius Dignitatis ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ, non gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, faciat contra libertatem Eccleſiaſticam. Et an famuli laici legati Nuncii pro tempore exiſtentis in his Regnis Hiſpaniæ, & in hac Curia Matritenſi, ſic debeant gaudere, ut in quocumque delicto debeant judices ſupremi, vulgo *Alcades de Corte*, ſeu Prætor, vel ejus locum tenentes, remittere delinquentes, conſtito de tali famulatu, etiam ſi idem Nuncius legatus, nec petat ad ſe remitti delinquentem ejus famulum, nec relatos judices ſæculares inhibeat: Ubi quid de famulis, Cardinalium, inquiſitionis, Epiſcoporum, ſive Clericorum.

SUMMARIUM.

1 *Præmiſſum quarundam allegationum occaſione aliquorum incarceratorum nuncii &* n. 7. & 23.
2 L. 14. tit. 1. lib. 4. recopil. n 43. & 44.
3 *Schedula Regum D. Ferdinandi, & D. Eliſabeth* num. 44.
4 Cap. 6. Trid. ſeſſ. 23. de reform.
Clerici ut gaudeant privilegio fori quæ debeant habere?
5 *Famuli Epiſcopi gaudent privilegio fori* n. 9. & *ſicut iſti, an famuli nuncii* n 6 & à n. 18. 20. & *aliis.*
8 *Famuli laici Epiſcoporum, & nuncii non declinantes, videntur ſubjici Juriſdictioni laici.*
9 *Judices Eccleſiaſtici, & negligentes notantur.*
10 *Pontifex non eximit laicos à Juriſdictione ſuorum judicum, niſi in ordine ad finem ſuper naturalem* n. 36. & 37.
11 *Ordinatio Granatens Cancell & ſub* n. 3.
12 *Theſauri deciſio*, cap. 78.
13 Cap. fin. de officio Archidiaconi, cap. 1. de pœnis, cap. Eccleſiarum ſervos, 12 q. 2. l. 2. cod. de Epiſcop. & Cleric. & ſub n. 47.
18 *Famuli aſſalariati laici ipſius nuncii, gaudent privilegio fori.*
19 *Privilegium Epiſcopis conceſſum protrahi debet.*
20 *Perſona exempta videtur ut liberet ejus familiam.*
21 *Nuncius legatus Papæ quam Juriſdictionem exerceat, & quam exemptionem habeat, & ejus familia.*
22 *Familia laica nuncii legati, gaudet foro Domini, & ſæpius declaratum, & contrarium factum eſſe non de Jure.*
23 *Famulus publice verberatus, non erat famulus ejus, ſed cujuſdam ejus nepotis; & ſic bene punitus.*
24 *Famuli nuncii potiuntur fori privilegio ex triplici capite, qui, ſi laici ſint num queant renunciare?* n. 25. 27.
26 *Opinio minus probabilis debet ſequi in cauſa immunitatis.*
28 *Officiales, & miniſtri inquiſitionis, queunt conſentire Juriſdictioni laici judicis, ut* n. 29.

30 *Inquiſitores quid facere poſſint, quando ſui miniſtri conſentiunt litigare coram laico.*
31 *D. D. Chriſtophorus de Moſcoſo, ne ſibi contrarius ſiet, intelligitur.*
32 *Familia Epiſcopi quæ dicatur, ut gaudeat fori privilegio* & n. 33.
33 *Fundamenta D. Moſcoſi explicantur* & à n. 34. & 35. *ubi de aliis gaudentibus* & n. 36.
34 *Declarationibus Cardinalium ſtatur poſt decretum Urbani VIII.*
35 *Congregationes Cardinalium pro quo ſint fundatæ.*
37 *Pontifex qua de cauſa poteſt famulos Laicos Epiſcopi, ſive nuncii eximere à Juriſdictione judicis laici* & n. 38 *declaratum à Pontifice* n. 45.
38 *Conſtantinus Imperator in Conſilio aſſurgens à parva ſella, noluit ſedere, donec omnes Epiſcopi.*
39 *Familia Eccleſiaſticorum inferiorum, non gaudet privilegio fori.*
40 *Romæ quare familiares Epiſcoporum,* & *Cardinalium foro non gaudeant.*
41 *Romæ in ſuis ædibus nequeunt Epiſcopi celebrare.*
42 *Famuli exempti nuncii, Epiſcopi, Cardinalis, nuncii,* & *ſancti officii ſunt pauci.*
43 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam.*
46 *Lis ſuper Juriſdictione tractatur coram Eccleſiaſtico.*
48 *Statuta Regum, ut famuli laici Epiſcopi, ſive nuncii, non gaudeant privilegio fori, ſunt nulla; quia contra libertatem Eccleſiæ condita.*

1 HAs inquam difficultas poteria reſolvere ex his, quæ dixi *in cap. cum contingat* 13. *de foro comp. q.* 10. 11. 12. 13. 14. Ubi an familia Epiſcopi, inquiſitorum, Cardinalium, ſive nuncii, gaudeant privilegio fori, ubi *dict. q.* 14. qui proprie dicantur familiares ad effectum gaudendi immunitate, & qualiter probetur, & ex multis, quæ ibi ter tetigi in allegatione fiſcali pro ſancto officio inquiſitionis Valliſoleti contra D. Hieronymum de Tordeſillas illius civitatis Prætorem anno præterita 1648. quam poſui poſt indicem generalem tractatus *infra de judiciis de foro comp.* & alibi in iſto tractatu aliquid dixi *infra ſub q* 43. Sed quia tunc breviter de familia nuncii ſim loquutus, & in *dicta q.* 13. mentionem fecerim allegationis D. D. Chriſtophori Moſcoſi, tunc temporis referendi, Patronus fiſci in Conſilio ſupremo Caſtellæ, qui contra Dianam, & acerrime, loquutus eſt, & inſuper ego referam contra illum ſcribentem, iterum Diana *p* 6. *tr.* 2. *reſ.* 1. & ex propoſito, ac deinde in alio ſe oblato caſu cujuſdam alterius famuli nuncii, vulgo *Gentilhombre* deprehenſi à Prætore hujus Curiæ, propter quandam reſiſtentiam ſuis Aquacelis. Et inſuper poſt prædictam D. D. Moſcoſi allegationem relatam reſponſionem Dianæ, ac proximi ultimi caſus in favorem nuncii, aliam à litteratiſſimis licentiatis D. Petr. Fernandez de Minanno, & D. Franciſco de Palacios pro defendendo dictum famulum nuncii *Dominicum*, ſcilicet *Caſtelan.* ac poſtremo aliam ejuſdem Domini D. Chriſtophori Moſcoſi hæc nondum typis mandatam, ſed contrariam omnino, cum ſit loquutus in favorem nuncii; licet ipſe in ilis heri narraverit, quod juxta primam ſuam allegationem, et an in relato ſecundo caſu præſenſerint Domini ſenatores ejus conſocii in ſupremo hoc Caſtellæ ſenatu, quas cum mihi mutuaverit, ho-
2 dieque perlegerim. † illico in mentem venit hic formare prædictas duas quæſtiones occaſione legis Regiæ 24. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* ibi: *por que a ſi comonos queremos guardar la Juriſdicion à la Igleſia, y à los Eccleſiaſticos Juezes à ſi es razon, y derecho, que la Igleſia, y Jueces de ella no ſe entremetan en perturbar la nueſtra Juriſdicion:* & *l.* 27 *tit.* 25. eodem lib. *y an ſi meſmo imbien relacion ſo la miſma pena dentro del anno, en que caſos, y coſas los ſobre dichos Prelados, y Juezes Eccleſiaſticos uſurpan nueſtra Juriſdicion Real.* † & Clarius ex verbis Schedulæ Regiæ 3
Regum D Ferdinandi, & D Eliſabeth anni 1504 loquentis cum D Ferdinando Henriquez Abbate Valliſoletano in ſequentibus verbis: *Don Fernando Henriquez Abbad de Vallidolid y a ſabeis lo que Domingo de Zevallos y Diego de Buſtamente, y Franciſco de Heredia hicieren en la reſiſtencia de el Alquacil de eſa nueſtra Cancilleria y como fueron condenados por los Alcaldes de eſa nueſtra Corte y Cancilleria en cierto deſtierro, y pena de pecunias, y agora diz que ſe queriam eſcuſar O ſalvar de la dicha pena, diciendo vueſtros familiares; y ſomos de ello maravilla dos; porque allende que de derecho negocan por vueſtros familiares, ne deviades vos favore cerlos; porque que daſenſin pena deel delito fecho contra la juſticia. Porende uos nos Progamos, y encargamos que de ſeis de los ſavorezer, y ajudar ſobre eſte caſo. E ſi algunas Cartas eſtan dadas contra nueſtros Alcaldes, las hagais revocar y abſolver los dichos Alcaldas, de manera que ſe cumpla la ſentencia que ellos dieron. De la villa de Medina del campo à 3. dias del mes de Julio* &c. Et de hac Schedula patet in ordinationibus illius Regiæ Valliſoletanæ Cancellariæ lib. 3 *de los familiares, de las perſonas Eccleſiaſticas y de las ordenes tit.* 10 *fol.* 141. item & ex quodam alio capit. *lib.* 5. *tit* 8. *de lo extravagante fol.* 16. in illis verbis *los familiares de el Prelado noan porſer tales familiares de eximirſe de la Juriſdicion Real ni gozar de exencion alguna, por librarſe de la juſticia ſeglar ni el Abbad de Valladolid los deve favorecer ni dar ſobre ello cartas, ni cenſuras contra los Alcaldes, como ſe contiene, y declara en el tit. de los familiares, donde eſta inſerto el tenor de la zedula Real, que ſobre ello ay.*

His enim legibus, & Schedulis, ac aliis allegationibus, contrariiſque fundamentis reſpondendo in ſua dicta prima allegatione impugnat admodum D. Moſcoſo, dicens nullomodo poſſe famulos laicos Clericorum, Epiſcoporum; ſive nuncii legati horum Regnorum, potiri privilegio fori Eccleſiaſtici propter ſuos Dominos; quia jam per Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de reform.* nullus gaudere poteſt, niſi ſit ſaltim prima tonſura initiatus, & habeat beneficium, incedatque in habitu Clericali, ſicut retuli in jam præcitatis quæſtionibus, & ut erius loquutus fui *ſub c.* 2. *de foro comp. à q.* 1. per plures alias, ne hic repetam, quæ idem Moſcoſus retulit, ac ſcripſit in hoc puncto de clericatu ad fruendum foro Eccleſiæ, alias non item; ſed quia Concilii locum interpretatus ſum *ibi,* & *in dicto c. cum contingat à dict. q.* 1 quatenus ſolum *ibi* agatur de Clericatu in Clerico, ad hoc ut ejus perſona gaudeat privilegio canonis, & foro, de quo etiam latiſſime dixi *in c. cum non ab homine de judiciis,* non inquam de famulis eorum, ac Epiſcoporum, ſeu nuncii; ideoque longe ponderat ipſe Moſcoſo. † Et pro contraria ſen- 5
tentia Diana loquens de famulis laicis nuncii *dict. p.* 6 *tr.* 2. *reſ.* 1. ubi *reſ.* 2. in confirmationem ſuæ ſententiæ adducit 84. Doctores, qui alios etiam adducunt, & quos relati litterati etiam nominarunt in præcitata allegatione dicentes in perſona Epiſcopi, ejus famulos potiri ejuſdem privilegii foro per textum *in cap fin. de officio Archid cap.* 1. *de panis, cap. Eccleſiarum ſervos* 12. *q.* 2. *cap. per hoc de hære-*

hæreticis *lib.6.l.2.cod.deEpiſcopis, & Clericis, auth. de SanctiſſimisEpiſcopis §. ſportularum,* & ex verbis Regiæ *legis 51.tit.6.p* 1. ibi *eſta miſma franqueza, qua an ellos con ſus bienes, ea quellos que moran con*
6 *ellos en ſus caſas, evos ſilven.* &c. † ideo ne longus ſim nihil aliud de familiaribus Epiſcoporum, ſive Clericorum repeto, quam quæ in dictis quæſtionibus adduxi, ubi expendiJura utriuſque pugnantis claſis; & ſic licet idemDom. Moſcoſo poſtea, ut judex in relato ſecundo caſu ſentiret cum eodem Diana contra prius ab ipſo ſcriptam allegationem præcitatam, & caſus de famulis nunciis omnesDoctores, & ipſe, acDiana cum illis corroborent ex doctrina de famulis Epiſcopi, ſive Clerici, aut inquiſitorum: de quibus omnibus abunde jam ego egi, tam ſub *dict. cap. cum contingat de foro comp.* quam in dicta allegatione contra Prætorem Valliſoletan. ideo jam nunc eo ad ſecundum punctum propoſitæ quæſtionis noſtræ.

7 Ad ſecundam difficultatis partem in favorem judicum laicorum vulgo *los Alcades de eſta Corte,* deſioit ac reſolvit D.D. Chriſtophorus Moſcoſo in dicta ſua prima allegatione laudendo illorum judicum cognitionem, quatenus inter aliquos delinquentes ex reſiſtentia facta Alquacelis quibuſdam hujus Curiæ, à quorum manibus eripuerunt famuli laici nuncii quendam apprehenſum, cujus occaſione ex prædictis famulis apprehenſis *Vincentio Vaſquez, Lazaro Gomat, Joanne Fernandez* alio nomine *Barbilla D. Petro Gueſala,* dicti nuncii famulis laicis anno præterito 1637. in eos fuit lata ſententia triennium ad decennium; & ut dictus Gomat etiam fuſtigaretur publice perCalles, & exequuta ſententia, non obſtante quod eam intimaverit, auribus Regis noſtri Philippi IV. D. Ferdinandus Valdes tunc temporis Caſtellæ Præſes, ut obvia fieret executioni illius, nec offenderetur nuncii perſona in prædictis ſuis famulis; & de facto ſic à Rege præciperetur celeriter, & ineunctanter nulla interpellata mora; & nihilominus jam ante prædicti judices fuſtigaſſent dictum *Gomat;* quam ob cauſam iratus Rex, quendam ex dictis judicibus vulgo *Alcalde de Corte* nomine *D. Lope de las Cuebas* exulavit ab hac Curia per annos 10.

8 Nihilominus idem Domin. Moſcoſo. † Suam allegationem relatam proſequutus factum dictorum judicium hujus Curiæ exculpat de Jure, tum ex dictis legibus, ac Schedulis Regiis, tum ex interpretatione *dict. c.6. Trident. ſeſſ.23.* tum quia dicti delinquentes rei ſunt ſæculares; & ob id ſubjecti Juriſdictioni privative fundatæ contra illos, a qua ut ſe liberet captus debet opponere declinatoriam per textum *in l.1.§. cum urbem ff. de officio Præfecti urbis l.1. & 2. tit.1. lib.4. recopilation.* Archidiac. *in c. Clericum 11.q.1.* Barboſa in *l. Titta ff. ſoluto matrim.* & cum Thoma Velaſco referente *tom.1. allegat.22. à n.1.* ſic ut nequeant conſentire in Juriſdictione Eccleſiaſtica, ut demandentur, ſeu plectantur ex gloſſa *in c. imperialem §. præterea de prohib. feudi alien. l. conſulta Divalia cod. de teſtam. l. 4. tit.17.p.3.* & cum Bart. *in l.1. §. & poſt operis ff. de novi operis nunciat.* Pereira *de manu Regia tom. 1. concordia 55. & tom.2. cap.35.* Carleval *de judiciis diſp.2. quæſt.8. ſect.3. n 1100.* Anton. Fabi *cod. de appellat. tanquam ab abuſu diſin.* 19. Rodriquez *de annuis redditibus lib.1.q.17.n.71.* Zevallos *de cognitione per viam viol. gloſſa 15.n.20.* Anguiano *de legibus lib.3. controverſia.22.* Salgado *de Regia protect. p.1. cap.2. n.69.* Barboſa *de penſionibus q.4. num.14.* Capiblanco *de Baronibus pragmat.2.n.161.* Bobadil. *D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ.*

la *lib.2. cap.18.n.192.* Jacob. Cancerio *3. p. variar. cap.10. à n.26.* & jam me citante in margine *in cap. 10. de foro compet. q.3. tom.2.* & ego addo *ibi* adducta *q. 5.* ubi diſputo de quæſtione, *an lex civilis poſſit pœnis prohibere, ne laici in prophanis cauſis ſe ſubmittant juriſdictioni Eccleſiaſticæ. Et an per ſolam citationem tales pœnas incurrantur.*

Et ſecundo loco dicit certum non eſſe, ut famuli laici Epiſcoporum debeant gaudere fori privilegio: de quo puncto diverſas ex multis referens ſententias *à n.22. à n.15.* ait eſto certum eſſe ut gaudeant, explicat illud privilegium non ampliari ad caſus alterius Prælati, & non Epiſcopi famulos; quia de hoc nulla eſt deciſio in toto Jure: ſic ex Bobadilla *dict. lib.2. cap.17.n.97.* ibi: *porque en derecho no eſta diſpueſto tal privilegio, y darſeya materia de delinquir,* Gaſpar Antonio Theſauro *lib.3 q. forenſ. c.74.n.4.* Suarez *in defenſ. fidei lib. 4.c.19.n.10.* & ad id refert ſequentia verba Annei Roberti *lib.1. rerum judicatar. c.6. fol.89.* ibi: *nam quemadmodum Plinius de ſenatu Romano dixit ſervius in cæteros ſenatoribus ſolis de ſimulatione quaſi mutua parcis, ſic etiam nemo eſt, qui neſciat judices Eccleſiaſticos hoc tempore uno, omnes hoc vitio laborare, quod in vindicandis omnibus ſui ordinis delictis, adeo remiſſe, & moliter ſe gerunt, ut potius tanquam conſcii conniveant, quam ut judices de damnatione, & ſcelerum pœna agunt:* & ex verbis Fr. Dominici Soti *in 4. ſententiarium diſt.52.q.2. art.2. ad finem* ibi: *jam vero in ejuſmodi privilegiis Eccleſiaſticis, & exemptionibus obſervandis primum poteſtas Eccleſiaſtica obnubilatur, cui rei cauſam negligentiam ſuggeſſit, qui juſto remiſſius Clericorum crimina ulciſcuntur.*

Et tertio, nam regulariter ſcribit certum eſſe, ut non poſſit Pontifex Summus liberare laicos à Juriſdictione, ut eos de foro Eccleſiæ facit Principibus invitis, quorum Vaſalli ſunt: ſic ex concordi omnium ſententia cum D. Thoma *2.2.q.10. art.10.* Bellarm. *lib. de poteſt. Papæ contra* Barclaium *in prolog.* Fr. Baſilio de Leon. *de matrim lib.5.c.12.§ unico n.10.* Mario Cutello cum multis *de donat. inter patrem & filios contemplat. matrim. factis, tract.1. diſcurſu 2.p.6.n.5. & dict.2.p. controverſ.n.193. ad medium fol.183.* ſicut nec negavit Auguſtinus Barboſa *de jure Eccleſiaſt. c.39. §.2.n.57.* ubi referens duas contrarias, hanc non repulit, cum nulla poſſit ratio eſſe præcipua, ut in temporalibus, veluti tributis, & aliis, generaliter Pontifex eximat laicos alterius Principis ſubditos: & hoc probat etiam ex verbis textus *in cap. cauſam quæ qui filii ſint legitimi* ibi: *ne videamur Juri Reges Anglorum detrahere, qui ipſorum judicium ad ſe aſſerit pertinere, & ex cap. quoniam diſt. 10.* ibi: *officia utriuſque poteſtatis diſcrevit, cap. cum ad verum 96. diſt.* ibi: *ultra ſibi nec Imperator Jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum uſurpavit, cap. ſolitæ de majorit. & obed. c. novit. de judic.* Ubi ego plures quæſtiones, ac multa Jura expendi, *cap. ſi duobus 9. §. denique de appellat.* cum multis Barboſa *in dict. cap. cauſam,* Marta *de Juriſdiction. 2. p. cap. 39. numero 16.* Pereira *de manu Regia preludio.2. num 4.* Joannes Garcia *de nobilit. gloſſa 1. num.17.* ex aliis pleriſque in confirmationem adductis.

Item quarto adducit, quandam ordinationem Cancellariæ Granat. *à num.40.* obſervatam etiam Valliſolet. & in Conſilio Regio, & aliis audientiis Regiis, quæ ſtat *in lib.1. tit.7. folio 30.* qua jubetur; ut laici nequeant ſe ſubmittere Juriſdictioni

9, 10, 11 (right-column paragraph numbers: 9 beside "Et ſecundo loco", 10 beside "Et tertio", 11 beside "Item quarto")

Eccleſiæ. Quo conſtito *auto* laicorum providetur, ex officio lato annullatur proceſſus, & mandatur ab auditoribus, ut cauſa remittatur ad laicum judicem qui de illa poſſit cognoſcere.

12 Quinto nam in terminis noſtri caſus refert deciſum ex Gaſpar Antonio Theſauro, qui occaſione cujuſdam homicidæ famuli nuncii Sabaudiæ adverſus quem procedebat Judex ſæcularis, prædicta quæſtione diſputata, ad partes in illo ſenatu, à majori parte fuit reſolutum in favorem laicorum Judicum: ſic *cap.* 78. *num.* 4. in verbis ſequentibus Theſaurum referens: *Verum apud me illa communis opinio ſemper fuit dubitabilis; quia nec Jure, nec ratione probatur quod familiaris Epiſcopi, ſeu nuncii laicus, gaudeat privilegio fori, præſertim in delictis; quia in hoc ſit magnum præjudicium juriſdictioni Principis ſæcularis, & illa admiſſa poſſent evenire multa abſurda, & inconvenientia, & omnis ratio naturalis eſt in contrarium quod imo judex ſæcularis, qui habet juriſdictionem ordinariam ſuper laicos, debet ipſe in cauſa cognoſcere.*

13 Et ſexto; quia Jura, in quo fundatur ſententia contraria, non hoc probant, nam textus *in dict. cap. fin. de officio Archidiac.* id non probat; eo quod longe in alio loquitur caſu: nam prætendes ibi Archidiaconus quod in ſuo territorio habebat Juriſdictionem ordinariam cum excluſione familiæ Archiepiſcopi. Conſtito de hoc, ſolum partis relatione, judices nominavit, qui cauſam finirent; nec ibi de alia deciſione Honorii III. Pontificis conſtat, ut advertit Cutellus 2. *p. controverſ. num* 193. ibi: *tantoque minus, quanto decretalis illa nudam facti narrationem continet, nihilque in propoſita materia decidit*, & comprobat ex Barboſa *de Jure Eccleſiaſt. dict. cap.* 39. *lib.* 1. *§.* 2. *n.* 60. in illis verbis ad textum vero *in cap. fin. de offic. Archidiaconis reſpondetur nihil probare verba enim in argumentum adducta, nullam continens Pontificis deciſionem. ſed ſolum partis allegationem, quæ non*
14 *in Jure ſcripto fundabatur.* † Et item quia ut ait Bonacina *de cenſuris in Bulla cœnæ, contentis lib.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 3. *p.* 3. *num.* 7. verſ. *addunt*, non obſtat *cap. dilecto*: nam ubi agitur de particulari caſu exemptionis familiæ Archiepiſcopi, & Religioſorum à poteſtate cujuſdam Archidiaconi, quem caſum Summus Pontifex definiri, & expediri mandat, juxta pacificam illius loci conſuetudinem; nec ullum facit verbum de exemptione familiarium Epiſcopi à laico poteſtate: quare conſiderat cum Parladorio *rerum quotid. p. ult. differ* 9. *§.* 1. *num* 8. in verbis ibi: *quin & familiaris Epiſcoporum, idem recipiendum putaverim, niſi conſuetudine aliud comparatum fuerit*: nam textus *in cap. fin. de officio Archid.* in quo contraria nititur opinio, conſuetudine hoc Jus tribuit, addens quod cum omnes ibi eſſent Eccleſiaſtici, nihil inferri valebat ad Juriſdictionem ſæcularem in dependentem totaliter ab Eccleſiaſtica: ſic ex Covarruv. *pract. cap.* 31. Petro Gregorio *de Republica lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. & 8. & *cap.* 20. *n.* 12. & 13. Valenzuela Velaſquez *conſ.* 35. *n.* 8. Chriſtophoro Beſoldo *trad. de ſtudioſis quæſtionib quæſt.*
15 *unica fol.* 242. † Item ad textum *in dict. cap.* 1. *de pœnis lib.* 6. ait quod ibi non conceditur privilegium aliquod famulis Epiſcopi, ut cum ſint ſæculares portantur fori exemptione: nam ibi deciſum eſt tantum ut ſi viſitans Metropolitanus ſuam provinciam ab aliquibus impediatur ſe injuriantes famuli ejus, poſſit contra illos procedere, atque punire. † Et ad textum *in dicto cap. Eccleſiarum* 16
ſervos, ait loqui de ſervis perpetuis Eccleſiæ, & adſcriptitiis, qui habentur, ut pars prædiorum, quæ elaborantur, quorum beneficio ſunt aſſignati ex *l. cum ſatis* 23. *cod. de agricolis*, & *cenſitis lib.* 13. Lucas de Penna, & Platea *ibi*; & Valenzuela Piſcator, Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 19. *n.* 1. Gaſpar. Anton. Fabr. *in Papinien. tit.* 5. *princ.* 2. *illatione* 7. Schifor Degerius 3 *tom tract.* 26. *q.* 6. & inter immobilia referri, Gregor. Lopez *in l.* 1. verbo *las raizes tit.* 19. *p.* 2. Andres Knichen, *tractatu de vetuſtar. pactionibus cap.* 3. *num.* 17. † Et 17
dictum §. ſportularum, & *l.* 2. *cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* & *leg. Partitæ* dicit non agere de privilegio fori, ſed tantum ne graventur Epiſcopi pro rebus ſuæ Eccleſiæ ſportulis, & de aliis exemptionibus Clericis conceſſis, ut in exemplis dictæ legis partitæ facile demonſtratur, & notat Gregorius Lopez gloſſa *que moran con ellos* Zevallos *p.* 2. de las Fuerez *q.* 58. *n.* 18. addens fuiſſe privilegium gratia Imperatorum conceſſum, & Regis Eldifonſi, qui ſuos voluerunt exornare de contentis in relatis legibus. Et item elidit *ibi à n.* 75. D. Moſcoſo æquiparationem famulorum inquiſitorum à famulis Epiſcoporum, de quo *infra* dico.

His inquam non obſtantibus diverſa alia ratione jam in ſua ultima allegatione manuſcriptæ 18
affirmat famulos laicos nuncii Hiſpaniæ exiſtentis gaudere fori privilegio. Et præmiſſis quæ dico late *infra in cap. fin. de foro comp. à quæſt.* 21. Ubi de officio, & immunitate legati: & *ibi quæſt.* 29. Ubi egi de illa quæſtione, *an legati, ſeu famuli eorum delicta perpetrantes, poſſint à Principibus puniri ultione condigna abſque violatione Juris gentium* &c. Nunc vero dicendum eſt famulos laicos aſſalariatos ipſius Nuncii gaudere privilegio fori, etiam quod reſpectu aliorum legatorum ſæcularium, aliter dictum ſit *in dicta quæſt.* 29. Et eſt potiſſima ratio; quia iſti famuli pertinent ad Miniſtrum in Dignitate Eccleſiæ conſtitutum, ex qua parte non debent eſſe inferioris conditionis ejus famuli, ac ſunt alii famuli Epiſcoporum, ac inquiſitorum, de quibus dixi ſub *dict. cap. cum contingat de foro comp. à quæſt.* 10. item & in dicta allegatione *in princ.* citata. Deinde, & ex eo plus quia ex quo eorum Dominus fungitur officio legati, ac Nuncii, debent itidem potiri honoribus, & immunitatibus quoad fori privilegium, ne alias in diſpendium, ac offenſam officii ſic nobilis ejus familia diſtraheretur; & ita cum multis Barboſa *dicto cap. fin. de officio Archid. n.* 2. & *de Jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *dict. cap.* 39. *§.* 2 *à num.* 55. & *§.* 4. *num.* 95. ait familiam Nuncii Apoſtolici potiri; quia is in provincia ſibi decreta habet Juriſdictionem ordinariam, qualem habet Epiſcopus in ſua Diæceſi, ſic probans cum Abbate, Ancharrano, Speculore, Calderina, & aliis, & Anton. Diana contra D. Moſcoſo *dict. p.* 6. *tract.* 2. *de familia laica Nuncii Apoſtolici* cum 80. interpretibus, ubi à reſolutione 2. probat, tum quia familia Epiſcopi ſic gaudet, cui comparatur, & *ibi reſ.* 3. *ex dict. cap. Eccleſiarum ſervos*, & aliis. † Quia 19
privilegium Epiſcopis conceſſum protrahi debet *ex cap. quamvis de privileg. cap. licet eodem tit. lib.* 6. & *ex auth. habita cod. ne filius pro patre.* Ubi privilegium fori conceſſum Scholaſticis comprehendit etiam eorum famulos, & ſervos, qui ad tempus ſerviunt, ut obſervat *ibidem* Baldus, & Salicetus. † Et quia perſona exempta ab hujus fori, videtur etiam exempta tota ejus familia, 20

cap.

Digitized by Google

cap. 1. *de privileg. lib.* 6. *l. non aliter ff. de judiciis, & l.* 2. *cod. de Epiſcop. & Cleric.* maxime ut docet Oldradus *conſ.* 293. *numero* 5. quando Dominis uſus familiarum redderetur incommodior. Et quia privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ, & favorabile, ut tradit Gratian. *tom.* 2. *diſcept.* 340. *n.* 21. & ideo extendendum, ut docent Gambacurta *de immunit. Eccleſiaſtica lib.* 4. *cap.* 3. Decianus *conſ.* 80. *n.* 19. & 21. *lib.* 3. Ambroſius *de immunit. c.* 16. *n.* 7. & alii, quos citat, & ſequitur Farinac. *in apend. de immunit. c.* 2. *n.* 21. & Sperel. *deciſ.* 63. *n.* 10. multis inquam deciſionibus litteris, & epiſtolis, ubi contra DD. Moſcoſum 1. allegatione acerrime negantem familiam laicam Epiſcopi, gaudere ſori privilegio, ipſe eum Tuſco *tom.* 3. *litt. E. concluſ.* 27. *n.* 21. Julio Claro *in praxi crimin.* §. *fin. q.* 35. *n.* 18. Joanne de Monte Sperello penes Calcaneum *conſ.* 72. Gratiano *deciſ. Marchiæ* 235. *n.* 2. Capicio *deciſ.* 12. *n.* 1. Suarez *in Theſauro recept. ſentent.* verb. *Clericus num.* 129. Farinac. *in praxi q.* 8. *n.* 40. cum aliis infinitis, & in terminis numerat. 75. Doctores relata ultima allegatione manu ſcripta in principio citata, quorum plures narrant Barboſa, & Diana relati, quibus addo Thomam del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. c.* 4. *dubit.* 15. *ſect.* 1. & 2. Torreblanca *de Jure ſpirituali lib.* 25. *c.* 6. *n.* 56. & Rotam *deciſ.* 121. *n.* 7. *p.* 5. Barboſam *in collect. deciſ. Apoſtolic.* verb. *familiares n.* 9. conſiderantes Nuncium, & ejus familiam majori cum ratione frui debere privilegio fori; quia ultra quod potitur, ut judex ordinarius, ſicut Epiſcopus tali privilegio in tota ſua provincia, debet etiam potiri ut legatus à latere Pontificis, ut ſtatim dicitur.

21 Cum ergo Nuncius Legatus Pontificis, ultra Patriarchalem Dignitatem Hieruſalem, exerceat ordinariam Juriſdictionem in omnibus Hiſpaniæ Regnis, ſicut Epiſcopi in Diæceſibus ſuis, ut tenent Abbas *in cap.* 1. *de officio leg. n.* 2. & 3. Anchar. *in c.* 1. *de tranſact. n.* 5. Barbatia *de Cardin legato q.* 5. *n.* 18. Gutierrez *in canonicis c.* 11. *n.* 5. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 21. *n.* 36. & cum eis Barboſa *de Jure Eccleſ. p.* 1. *dict. c.* 39. §. 4. *n.* 94. Thomas del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 4. *dub.* 18. Toodutus *de prævertione judiciali p.* 1. *cap.* 29. *n.* 29. & amplius cum Nuncius conſideretur privilegiatus, ſicut Legatus à latere Pontificis maximi; quid mirum, ut licet non admittant Doctores nuncium, ejuſque familiam aſſimilari Epiſcopis in Juriſdictione, & præeminentiis, neque admittatur prærogativa ſuæ Patriarchalis Dignitatis, ut ſaltem debeant fateri, nuncii familiam potiri dicto privilegio fori; quia legati Apoſtolici, ac Nuncii ſunt exempti à Juriſdictione regali, & alterius cujuſvis Juriſdictionis; eo quod tales famuli ſunt privative ſubjecti Juriſdictioni nunciorum; quantumvis delicta ſuorum famulorum laicorum graviora, & atrociora ſint, ut dicunt Zacharias Paſqualigius *deciſ.* 508. *numero* 17. ibi: *delegatis enim Pontificis non eſt eadem ratio; quia ii per ſacros Canones, utpote Eccleſiaſtici exempti ſunt à poteſtate Principis ſæcularis, & cum intra ipſius ditionem, erigant proprium tribunal, pertinet ad ipſos cognoſcere de delictis familiæ, ut jam à Summis Pontificibus declaratum eſt; at oratores ſæculares non habent hanc exemptionem, nec faciunt tribunal, quia nec à Principe proprio hoc eis concedi poteſt; cum non exerceat Juriſdictionem in alieno territorio; nec à Principe, apud quem reſident, conceſſum eſt, ut clare conſtat ita ille.* Quare ergo aliud agens *in dict. cap. fin. de foro dicto q.* 29. dum dixi à *numero* 3. quod legati, & eorum familiares delinquentes in provincia, in qua ſunt aſſignati, poſſunt ibi puniri; tamen *n.* 7. dixi quæ ibi retuli non procedere in legato, & nuncio Pontificis: nam non ſolum ipſe, ſed nec ejus familia à Principe ſæculari puniri poſſunt ex delictis commiſſis tempore legationis.

Et in terminis ſic decretum eſſe, ac declaratum 22
in duplici brevi Pauli V. & Urbani VIII. quorum tenorem refert Diana *dict. p.* 6. *tract.* 2. *in fine*, aliaſque litteras Pontificias referens *ibi ſub reſ.* 3. & *in dict. p.* 6. *tract.* 8. *Miſcellaneo reſol.* 2. verſ. *verum*, ubi pleniſſime cum infinitis agens delegatis, & eorum famulis in genere tenet, ut dictum eſt de Nunciis legatis Pontificis, & eorum familia ſæculari: & ex hac ratione quoties caſus ſe obtulit definitum fuiſſe judicialiter in diverſis hujus Regni provinciis, ut in Regno Aragoniæ teſtatur Zenedus *in practicis quæſtion. canon. q.* 4. *n.* 16. & in Regno Portugalliæ in favorem nuncii, Gabriel. Pereira *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 12. & in comitatu Cataloniæ, Fontanella *deciſ.* 338. *n.* 18. & in Regno Siciliæ Giurba *conſ.* 88. Unde neſcio quo pacto potuerit, teſte Octaviano Maggio *de legato lib.* 1. *cap.* 1. quidam Rex Clementis V. Pontificis Maximi legatum carceribus mancipare, qui erat ad eum miſſus CHRISTIANUM, ut Regem ad arma in Turcos vocaret, ut exclamat Diana *dict. p.* 6. *tract.* 8. *reſ.* 2 *ſub dict.* verſ. *verum*, ubi dicit proceſſiſſe de facto, & non de Jure, ſicut & poſſumus, ac dicere debemus contra quoſcumque judices ſæculares, ſi de facto incarcerarent, exularent, ſive fuſtigarent Nuncii famulos laicos, & in terminis præter alios relatos docent hanc ſententiam Kec Kermanum *diſp. pract.* 33. *problema* 11. & *ſequent.* Kirchenero *delegato cap.* 1. Hotomanus *de legato cap.* 4. *numero* 3. Paſchalius *de legato cap.* 74. Beccius *de ſecuritate, & ſalvo conducto theſ.* 181. & 183. Chriſtophor. Beſold. *in politica lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 30. & *de Jure, ordinibus quæ civium, diſſert.* 2. *cap.* 7. *n.* 5.

Nec obſtare dicunt litterati D. Petr. Fernandez 23
de Minanno, & Domin. D. Franciſc. de Palacios *in ſua citata jam allegatione n.* 16. actum executum dicto an. 1637. Verberando publico in hac curia unum ex famulis Nuncii jam *ſupra relatis*; quia ut patet ex relatione facti poſiti *in ſua* 1. *allegat.* à Domin. D. Moſcoſo *in princ. ſub n.* 3. ille famulus verberatus non erat famulus Nuncii, ſed cujuſdam ejus nepotis, ut ibi refert *n.* 20. & ſic nihil mirum ut in hoc caſu judices vulgo *los Alcades de eſta Corte* contra illum famulum procederent propter talem reſiſtentiam; non enim cavetur, ut nuncii nepotes, ac ejus famuli ſori immunitate gaudeant, qua ejus Avunculus Nuncius, cum ex diverſis non debeat illatio fieri ex *l. Papinian. exuli ff. de minoribus cum vulgatis.* Item quia in illo caſu non fuit decreta inhibitio à dicto Nuncio contra illos judices, ut famulos illos remitterent ad ſe. Item quia eſto quod decreta fuiſſet, & judices illi requiſiti adhuc procederant. Tamen Rex noſter Philippus IV. ſic in eo illuc ſcito prorupit dolore juſto ſcandeſcens, ut illico mandaverit quod unus ex illis judicibus *el Alcalde* ſcilicet *Don Lope de las Cuevas* exularetur, ut factum fuit taliter, ut in exilio deceſſerit; ex quo Piiſſimus tantus Rex notavit exceſſum prædictorum judicum, & referunt prædicti litterati, quoties in hac Curia contigit incarcerari, ſive per dictos judices, aut Prætorem aliqui famulorum Nuncii illico habita notitia talis familiaritatis juridice; imo & extra-

Digitized by Google

judicialiter fieri remiſſionem incarcerati ad ipſum nuncium.

24 Nec obſtare etiam dicunt, quod in aliquo caſu contingerit aliquando, ut laici judicés apprehenderent famulos ſæculares Epiſcoporum, de illis quæ cognoviſſent: nam talis caſus non debet in conſequentiam trahi ad famulos nuncii; quia ut dictum eſt iſti potiuntur fori privilegio ex triplici capite jam ſupra relato, Patriarchatus ſcili-
25 cet, legati, ac judicis ordinarii. † Nec quod delinquens non declinaverit juriſdictionem laici judicis; quia etſi ut relatum eſt accidiſſet, non potuit præjudicare jus Patroni fiſcalis nunciaturæ, cum privilegium exemptionis principaliter fuerit conceſſum, non in favorem famulorum, ſed in favorem ipſius nuncii, & cæterorum Prælatorum, in quorum præjudicium, nec tacite, nec expreſſe queunt illud renunciare ex *cap. cum in tempore de arbitris*, *cap. 2. de integr. reſtit. cap. cum olim l. 2. de privileg* Eraſmo Chochier *de juriſdict. in exemptos 2. p. q. 7. n. 4. & p. 3. q. fin. per totam*, Felicianus *de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. ex n. 13.* Carleval. *de judicii tom. 1. tit. 1. diſp. 2. ex numero* 10. *cap. 6.* Salgado *de ſupplicatione ad Pontificem 2. p. cap. 11. ex n. 15.* Tamburino *de jure abbat. tom. diſp. 15. q. 12.* Toudutus *de prævent. p. 1. cap. 29.* qui poſt quam late ſcripſit, familiares Epiſcoporum, & nuncii illico frui privilegio fori *ibi n. 9.* ait: *Et præmiſſa notanda ſunt ad materiam præventionis; non enim his caſibus datur præventio inter judicem ordinarium laicum; & Eccleſiaſticum; & quamvis cauſa eſſet præventa in tribunalibus judicis laici, & coram ipſo comparaviſſent partes, poſſet Epiſcopus petere ipſius cauſæ remiſſionem ad ſuum tribunal pro intereſſe ſuæ juriſdictionis*, Calcan. *conſ. 51. & 72.* qui dicit judicem laicum remittere cauſam, recuſan-
26 tem eſſe excommunicatum. † addens etiam quod in cauſa immunitatis opinio minus probabilis debet ſequi, ut dixit Souſa *in Bulla cœnæ cap. 14. diſp. 76. n. 5.* & cum aliis Diana *tom. 1. tract. de immunit. reſolut. 22.* & ex doctrina *cap. ſi judex laicus de ſent excommunic. lib. 6.* Ubi quando adeſt controverſia ſuper cognitione inter laicum, & Eccleſiaſticum, pertinet cognitio ad Eccleſiaſticum, Sperell. *deciſ. 128. n. 23.* Ubi refert Covarruv. & alios Diana *tom. 6. tract. 2. reſ. 9. verſ. ad ſextum circa medium* Rota in Barchinonens exemption. 13. Junii 1649. *in §. quia fraudibus, & §. ſequent.* coram Cardinal. Cortado:

27 Quare etſi præfati litterati dicant contra D. D. Moſcoſum, ut prædicti famuli laici nuncii nequeant conſentire cognitioni ſæcularis Judicis; tamen ego verius exiſtimo ut etſi Clerici nequeant ſive tacite, vel expreſſe ſuæ juriſdictioni renunciare, etiam cum juramento conſentiendo, ſive prorogando juriſdictionem judicis laici, ut late dixi *infra per textum in cap. ſi diligenti de foro comp. quæſt. 1.* & in aliis. Tamen qui *ibi* dixi in aliis privilegatis contrarium procedere, ut diſputavi ibi per plures alias quæſtiones; ideo quantumvis Doctores ad partes diſputent, num familia laica Epiſcopi, ſive nuncii privative gaudeat fori privilegio; ego ſic nempe intelligerem, ut laici famuli ſcilicet delinquentes tacite conſentientes in cognitione judicis laici, poſſint de delicto commiſſo ibi puniri, ſic illius juriſdictionem non declinaverint, vel ſi à proprio ſuo Domino Epiſcopo, vel nuncio non repetantur, ſive inhibitione, cenſuris, aut aliis juris remediis; eo quod non debet eſſe eadem ratio de iſtis famu-
lis laicis, ac eſt in privilegio Clericali. † Et ſic 28
video in privilegio conceſſo laicis familiaribus Sanctæ inquiſitionis, & in ejus miniſtris officialibus, ut pote ſecretariis, & aliis, quia ſi iſti delinquentes extra ſuum officium incarcerati à quolibet judice laico, conſentiant coram illo litigare, tunc revera proprio inquiſitionis foro non gaudebunt cui poſſunt renunciare, ut diſerte probat Narbonna *in l. 20. tit. 1. lib. 4. de concordia familiarium gloſſa 21. ex num. 29.* Ubi nedum de familiaribus; imo *ibi & n. 31. & 32.* idem dicit de cæteris officialibus ſancti officii, ſecretariis ſcilicet nuncii, & aliis quibuſcumque; ita ut ſi officialis conventus ſuper crimine coram judice ſæculari, non allegat ſe officialem eſſe, ſed ibi litem permittat, inchoari, non poſſit poſtea pœnitere, & cauſam ad inquiſitores remitti poſtulare, cum itidem per ſupremum hoc inquiſitionis conſilium ſic ſtatutum ſit litteris hic Matriti datis 13. Maji 1536. & Valliſoleti 14. Julii anni ejuſdem 1536. C. Toletano etiam in Gazophilacio reconditus, quibus cavetur quod quamvis regulariter officiales prædicti, ſive rei, ſive actore ſtiterint in cauſis criminalibus, coram inquiſitoribus convcoiantor, vel alios convenire queant: tamen ſi officialis injuriatus damno, vel contumelia affectus foro Sanctæ inquiſitionis renunciet, & coram judicibus ſæcularibus emendam, vel ſatisfactionem petere velit id ei facere liceat, ut ſæculare judicium ſubeat; licet ut litteræ ipſæ inquiunt in eo officialis improle verſabitur, & inquiſitoribus reddetur infeſtus.

Et quamvis tantum videantur loqui de offi- 29
ciali inquiſitionis actore injuriato, non vero reo delinquente; mihi tamen idem reſpondendum eſſe videtur; quia ſic & jam in terminis de familiaribus delinquentibus dicunt idem Narbona *dict. num. 29. & 30.* & Petrus Zenedo *in pract. canonic. q. 12. n. 6.* procedere, qui ſi in criminalibus cauſis regulariter ad examen inquiſitorum ſpectantibus judicis ſæcularis juriſdictionem prorogare poſſint, & in eo conſentire; ità ut amplius familiares ipſi prædictorum judicum ſæcularium, forum declinare nequeant; quia cujuſvis fraudis ſuſpicio ceſſet & familiaris in judicem ſæcularem conſenſerit coram ipſo reſpondendo; nec fori inquiſitionis præſcriptionem allegando à cognitione cauſæ hujuſmodi familiaris, manum inquiſitores amovere debent, nec illum ulla ratione à judicibus ſæcularibus ſubducere; ut Regii noſtri ac ſupremi ſenatus juſſio cootinet, data hic Matrici 26. Martii 1568. cujus ſeries in Archetipo Toletano ſervatur, ut tenent expreſſe relati Zenedus, & Narbona. † qui 30
etiam addunt quod ſi inquiſitores ipſi compere-rint juriſdictionem laici prorogaſſe familiares delinquentes in fraudem ſuæ juriſdictionis, tunc valeant poſtulare ſibi reſtitui familiares illos, & ad id etiam judices ſæculares adigere, & compellere poſſint: quod ſic in praxi obſervatum vidi in ſancto inquiſitionis tribunali Valliſoletano alioquoties in cauſis familiarium, & in alia incarceratione D. Franciſci de Arze Zevallos, illius Sancti officii ſecretarii nam illis non declinantibus; imo conſentientibus in juriſdictionem laici, non curavit ſanctum illud tribunal amovere eorum caoſas eo quod non reſultarent in offenſam

juriſd.

Digitized by Google

juriſdictionis ſancti officii, ſecus è contra, me judice practicatum fuit in alia incarceratione D. D. Franciſci, ac aliorum, quando ſcilicet reengmum eſſet dictos familiares, ſeu officiales prorogationem illam facere cum injuria ejuſdem ſancti officii. Et ſic explicandum, ac diſtinguendum judicio Barboſam, qui late agens *in dicto cap. cum tempore de arbitris*, videtur ex multis probare quod exemptus remunerare non poſſit privilegio ſuo ſine licentia Papæ; & ſic, nec Prælatos, & Religioſos, cujus dicta etiam de aliis ſubjectis exemptis non valentibus prorogare juriſdictionem judiciis non ſui *ibi numero* 6. 7. & 8. ſatis aperte, & diſcrete intelliges ex his, quæ latiſſime dixi *in cap. 1. cap. ſi diligenti*, & *cap. 18. de foro compet*, quare non immoror.

31 Unde ego jam conſidero D. D. Chriſtophorum Moſcoſum; etſi in ſua prima allegatione negaverit exemptionem famulorum laicorum Epiſcopi ex jam adductis fundamentis, eamque conceſſerit reſpectu familiarium inquiſitionis; eo quod hæc exemptio expreſſe caveatur Regia conceſſione in multis ſchedulis; item & in *dicta l. 20. recopilat.* eſſe intelligendum juxta proxime dicta, tum propter contradictionem, quam ei opponunt relati hujus Curiæ literati; tum quia ipſe Diana *dicta p. 6 tract. 2. reſ. 9.* illum impugnat dicendo ex qua cauſa poteſt dicere D. Moſcoſo abſurdum eſſe Epiſcopos eſſe judices in delictis ſuorum famulorum, & quare non ſit abſurdum, ut inquiſitores, qui ſecundum ipſum ex privilegio Regis *ibi n.* 75. judicant de delictis ſuorum famulorum, & ſit abſurdum ex privilegio Papæ adducens imperatores Martiani volentis *in l. 3. Cod. de Præpoſitis Sacror. ſcrin. cubic. lib.* 12. juriſdictionem exercere in ſuos cubicularios, & imperatoris Zenonis volentis eam exercere in ſilentiarios, ut cavetur *in l. 4. Cod. de ſilentiariis eodem lib.* cum noſtri faciant illationem de privilegio familiæ Epiſcoporum ad familiares, & miniſtros inquiſitionis, ut notanter probavi in relata allegatione pro ſancto officio inquiſitionis Valliſoletanæ dicto anno 1648.

32 Quare noſtri ad ſecundum fundamentum D. Moſcoſi *ſupra* relatum in verſ. *ſecundo loco*, quatenus dixit certum non eſſe, ut famuli Epiſcoporum non gaudeant privilegio fori, & magis certum ut illo non gaudeant famuli aliorum Eccleſiaſticorum inferioris dignitatis, dicunt nedum familiam Epiſcoporum ſuis expenſis ſalariatam; imo & Miniſtros officiales ſuæ curiæ fori privilegio gaudere, ut præter Barboſam, Riccium, Gratianum; Gavantum, Schilantem, Marinum, Bonacivam & Alcedum, quos refert, & ſequitur Diana *p. 4. tract. 1. reſ.* 30. ipſe adverſus Cutellum maxime invehentem *in Cod legum ſecularum Martini Regis poſt. cap. 21. in concordia iuqu ſit. cap. 2. à n. 10. & in Patrocinio Regiæ juriſdictionis n.*201. probat abunde *p. 5. reſ. 1. a verſ. ſed omnia* cum à Ponte *deciſ.* 63. Aurelio Auguſtino in conſilio, quod ponit Barboſa *de jure Eccleſiaſtico lib. 1. cap 39. à n.* 14. Guacino *in defenſione rarum tom. 1. defenſ* 20. *cap. 9. n.* 24. Marta *de juriſdict. p. 4. cent* 20. *caſu* 3. *n.* 2. Genuenſ. *in praxi cap. 9. n.* 4. Mactatenſ. *lib. 1. reſolut.* 75. & ex Doctoribus noſtris Hiſpanis D. Alfons. Narbona *in dicta l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. gloſſa* 23. *à n.* 9. Simon Raus *in dubiis de immunitate Eccleſiaſt. folio* 94. qui multos adducit caſus, in quibus magna curia Siciliæ remiſit Epiſcopis aliquos officiarios laicos proſequutos de criminibus extra officium commiſſis, & Marius Giurba *conſ. 70. n.* 20. Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. q. 65. n.* 81. Ubi teſtatur ita ſervari in magna Curia Regni Neapolis ipſe Diana latiſſime probat *dicta reſ. 1. p.* 5. jure noſtro canonico ex *dict. cap. fin. de offici. Archid.* Ubi cum infinitis Barboſa *n.* 2. qui dicit de familia Epiſcopi dici fiſcalem nuncium, ſive curſorem carcerum cuſtodes, Barriſellum. Birruarios, & his ſimiles, ubi refert ſic anno 1614. declaratum prædictos officiales annumerari in familia Epiſcopi; & inſuper addit Barboſa cum Gratiano Marchiæ *deciſ.* 233. & *diſcep. forenſ. cap.* 340. *&* 341. Belleto *diſquiſit. Clericor. p. 1. tit de favore Clericorum reali* §. 1. *n.* 16. Aloiſio Riccio *reſolut.* 471. *à n.* 4 Marin Giurba *conſ.* 884. cenſeri quoque de familia Epiſcopi notarios, & procedere in Notario non exercente immediate; idem Giurba late agens, qua propter dicit cum aliis Barboſa optimo jure ſanctam congregationem ſuper negotiis Epiſcoporum, & regular, præpoſita mandaſſe Epiſcopo Ortunenſ. 6. Auguſti 1602. ne ſuſpenderet cenſuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Lanciam, niſi prius relaxato è carceribus ejus Notario Regiis hortatoriis, ac aliis quibuſcumque non obſtantibus.

Et inſuper ipſe Diana *dicta reſ. 1. p.* 5. multis 33 aliis in caſibus declaratum affirmat, & facto verbo cum Sanctiſſimo Urbano VIII. Papa. ab eadem congregatione ſic declaratum ut apparet ex epiſtola, quam per extenſum ponit Raus ſupra, idem Diana *dict. p. 6. reſ. 6. tract.* 2. loquens contra D. D Moſcoſum, ubi refert, & cum in Regno Siciliæ anno 1637. emanatæ fuerint aliquæ ordinationes prohibentes miniſtros Curiæ Epiſcopalis gaudere privilegio fori in delictis communibus, ſtatim Sacra congregatio ſcripſiſſet ad omnes illius Regni Epiſcopos epiſtolam, quam ibi ad litteram ponit, & inſuper alias, quibus confirmatur noſtra relata ſententia; & ſic reſolvit Diana miniſtros laicos Curiæ Epiſcopalis, tanquam de familia Epiſcopi, gaudere privilegio fori, non ſolum in officio commiſſis, ſed etiam in delictis communibus, ubi reſpondet D. Moſcoſo aſſerenti non conſtare de prædictis declarationibus Cardinalium dicens ex lite habita inter Sanctum Carolum Borromeum, & miniſtros Regios Mediolanenſes coram Pontifice, & ex reſponſionibus, quæ à Sancta congregatione ubique terrarum miſſæ fuerunt authenticæ, & in dies mittuntur ad Epiſcopos, hoc eſſe ita clarum, & notorium, ut non indigeat probatione ex gloſſa *in cap. appellanti de appellat.* Felino, & Doctoribus *in cap. ſuper litteris de reſcriptis*, Abbate, & Scribent *in cap. ſi debitus de appellat.* & *ex l. ſi adulterium* §. *idem Poloni ff. de adulteriis*, contrariumque aſſerere eſſe in luce meridiana velle cæcutire. † Et ad aliud, quod dicit D D. Moſcoſo ex eodem Diana, ut non ſit neceſſario 34 ſtandum declarationibus Cardinalium, reſpondet jam non eſſe admittendum poſt decretum Urbani VIII. die 2. Auguſti 1631. & præſertim quando declarationes Cardinalium feruntur ex ordine facto verbo cum Sanctiſſimo ut docet Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 4. dubio 12. n.* 173. & ſic dicit refellendum eſſe D. Moſcoſum, dicentem declarationes Cardinalium in caſu noſtro procedere in tertiis. Ubi Pontifex habet domi-

nium

nium temporale, cum contrarium pateat & mul-
tis litteris auditoris Cameræ (quas ipſe refert)
35 directas extra ſtatum Eccleſiæ. † Addens quod
congregationes Cardinalium fundatæ ſunt à ſum-
mo Pontifice pro explanandis difficultatibus uni-
verſæ Reipublicæ Chriſtianæ, & non pro ſolo
ſtatu Eccleſiæ, & de jure civili etiam relatam
ſententiam probat Diana *in dict. p. 5. ex textu in
l. in Sacris Cod. de proximis ſacr. ſcrin.* Ubi pro-
batur abſque limitatione ſcrinia, ſcilicet ſecreta-
rios, Archivarios, cæteroſque in ſcrinio mili-
tantes, & in epiſtolarum, libellorum ſacrorum-
que imperatoris diſpoſitionum memoriam, ac
cuſtodiam inſervientes privilegio fori imperialis
gaudere; ita ut non poſſint cognoſci ab ordi-
nariis locorum, ſed conveniri debere coram
Magiſtro officiorum ipſiuſmet ſacri Palatii &c.
36 Ad aliud fundamentum D. Moſcoſi adductum
ſupra in verſ. *& tertio nam regulariter*, quatenus
probat certum eſſe, ut non poſſit Pontifex libe-
rare laicos à juriſdictione, ut eos de foro Eccle-
ſiæ faciat, Cui ut reſpondeat Diana *dicta p. 6.
tract. 6. reſ. 7.* memor illius quæſtionis, aut Pon-
tifex in temporalibus habeat Dominium directum,
de qua remittit ſe ad Martam *de juriſd. p. 1. à cap.
18.* ad Innocent. Hoſtienſ. Joan. Andream, Fe-
lin. & Decium *in cap. novit. de judiciis*, & de qua
ego dixi latiſſime *ibi q. 4. & ibi q. 6.* Ubi de illa, *an
Rex Franciæ, & Hiſpaniæ ſubſint Papæ in tempo-
ralibus, & ibi q. 8.* dico cum infinitis breviter,
ut etiam dixi ſub *dicto cap. novit. q. 1.* Pontificem
ſummum in ordine ad finem ſpiritualem poſſe
eximere laicos à juriſdictione judicum laicorum,
& probat cum Solorzano *de jure indiarum lib. 2.
cap. 22. à n. 17.* D. Dioniſio de Portocarreto *al-
leg. pro ſancto officio n. 33. fol. 15.* Balboa *in cap. 1.
de foro comp. n. 6.* qui ſunt Doctores Hiſpani
cum Mancio Merolla, & ex aliis plurimis, uti
& ego etiam dixi ſub *dicta allegatione pro ſancto
officio Inquiſitionis Valliſolet. ibi n. 33.* & applicat
Diana plura juris exempla, ex quibus, ſicut
prædicta laicorum exemptio queit à Pontifice
fieri, factumque eſſe de famulis Epiſcoporum;
quia id exigebat honor debitus dignitati Epiſco-
pali, & recta adminiſtratio cauſarum fori Eccle-
ſiaſtici, ſic & multos alios reperiri exemptos à
juriſdictione ſuorum judicum ordinariorum, ut
patet *in l. fin. Cod. de juriſdict. omn. judic. l. in of-
ficiales Cod. de officio Rector. provinc. l. ex eo Cod.
de agentibus in rebus l. eos Cod. de apparitor. Mag.
l. viros Cod. de diverſ. official. l. viros Cod. de pala-
tinis l. fin Cod. de veteranis l. hac lege Cod. de pri-
vileg. ſcolar. lib. 10.* quam exemptionem eſſe
etiam conceſſam officialium uxoribus, ut probat
lex ad diverſa *Cod. de ſilentiarii lib. 12.* & etiam
filiis, *l. eos Cod. de fabricenſ. lib. 10. & l. fin. Cod.
de profeſſor, & medicis*, & etiam matribus, ut
in l. fin. Cod. de caſtrenſ. peculio, & etiam ſervis,
& colonis, ut patet *in dict. l. in ſacris Cod. de
ſacr. ſcrin. lib. 11.* & hoc non ſolum ſi eſſent rei,
ſed etiam actores, ut habetur *in l. viros Cod. de
comitibus conſiſtoriarii lib. 11.*
Et ſic etiam pateat ex nonnullis, quæ dixi de
37 viduis, quæ maritorum ſuorum privilegiis po-
tiuntur in *cap. ex tenore 11. de foro comp. q. 5. &
in dict. cap. cum contingat 13. eodem tit. ibi q. 13.
ubi an uxor Clerici Græci illo foro gaudeat &c.*
ſequitur ex conſideratis per me *in dict. cap. novit.
de judic.* ex majori cauſa, & fundamento; imo
& à fortiori ſummum Pontificem habuiſſe in
ſtam cauſam eximendi familiam laicam Epiſcopi
à Juriſdictione ordinaria Principis ſæcularis, ſub-
deſque Juriſdictioni Epiſcopi, hoc exigente, ut
dictum eſt reverentia tantæ Dignitatis debita,
& recta adminiſtratio negotiorum fori ſpiritua-
lis, & Eccleſiaſtici, ut ſic etiam comprobatur
ex verbis textus *in l. 3. Cod. de præpoſitis ſacrorum
cubiculariis lib. 12.* ubi habetur: *cubicularios tam
Sacri Cubiculinei, quam venerabilis Auguſtæ, quos
utroſque certum eſt obſequiis eſſe occupatos, & aulæ
penetralibus inhærentes, diverſa judicia obire non
poſſe obſervatione aliorum tribunalium liberantes
&c.* & ex *l. 4. Cod. de ſilentiariis eodem lib.* ibi: *ne
ad diverſa tracti viri devoti ſilentiarii Judicia Sa-
cris abſtrahi videantur obſequiis.*
Si ergo propter honorem debitum Regiæ Ma- 38
jeſtati eorum familiares per dictas leges ab aliis
tribunalibus eximuntur; Juſte quidem ſummus
Pontifex potuit eximere à ſæculari poteſtate, fa-
miliares Epiſcoporum, qui merito à D. Ambro-
ſio *de Dignit. ſacerd. cap. 2* Chriſoſtomo *lib. 3.
de ſacerd.* Navarrano *oratione 17.* Regibus præ-
feruntur; & ob id Conſtantinus ille Magnus in-
greſſus locum, inquo Epiſcopi convenerant ad
concilium Nicenum celebrandum in medio con-
ventum erectus conſtitit, & cum parva quædam
ſella ibi eſſet loco poſita non prius conſedit,
quam Epiſcopi ad id annuiſſent: ſic Diana *ſupra
dict. reſ. 7.* ex Euſebio *lib. 3. de vita ejuſdem cap.
10* quare reſolvit diſplicere D. Moſcoſum *in
dict. alleg.* negantem non ſolum Pontifices exi-
miſſe familiam laicam Epiſcoporum à poteſtate
ſæculari, ſed etiam non poſſe exiſtimans falſum
dicere, cum Pontifices id feciſſe conſtet, non
ſolum ex ſacris canonibus, ſed etiam noviſſime
ex declaratione, & facto Sanctiſſimi PP. noſtri
Urbani VIII. ut probat ex epiſtolis quas refert
ex *reſol. 4.* ad comitem Novellaræ; item probans
factum Papæ in dubium revocari non debere
propter textum *in cap. in memoriam 96. diſt.* & ex
Anton. de Butrio *in cap. 2. n. 6. de tranſact.* &
aliis, & ex textu *in cap. cum inter vir os ꝗ. ju. de
re jud & cap. abſit. 11. q. 3.* dicentibus declara-
tiones ejus eſſe juſtas; quoniam ipſe eſt fons ju-
ſtitiæ, *Clem. 1. de probat.* & amplius reſpondet
Moſcoſo *n. 40.* dicenti laicos non poſſe ſe ſubji-
cere Eccleſiaſticæ juriſdictioni aliud conſtare
utroque Jure, cannonico ſcilicet *in cap. ſignificaſti
de foro comp* (ſed tu dices, ac diſtingues, ut ibi
ego dico) & *in l. ſiquis ex conſenſu, & l. Epiſco-
pali Cod. de Epiſcop. aud.* & ex Paurmeiſter *de
juriſd. imperii Romani lib. 2. cap 8 n. 68.* Duareno
de ſacr. Eccleſiaſt. Miniſt & benef. lib. 1. cap. 1.
& cum aliis multis ipſe Diana *dict. p. 5. tract. 1.
reſ 8.* de quo dico *q. ſequenti.*
Nec obſtabit dicere familiam aliorum Eccle-
ſiaſticorum inferiorum non gaudere privile- 39
gio fori Eccleſiaſtici; & ſic ſicut reſpectu iſto-
rum privilegium eſt perſonale; ita etiam reſ-
pectu Epiſcoporum, legati, nuntii, & Cardi-
nalium &c. Sed ut ſupra viſum eſt non eadem
ratio Dignitatis præſtat in clericis, ac in prædi-
ctis in tali Dignitate conſtitutis, ad quorum or-
natum; imo & ad neceſſaria officia ſuæ Digni-
tatis, familia laica eſt admodum neceſſaria, ut
experientia demonſtrat. † Nec inquam debet 40
obeſſe D. Moſcoſo, qui *n. 79* ſuæ allegationis
dixit, Romæ inquam familiares Epiſcoporum non
gaudere privilegio fori; ſed reſpondet Diana *dict.
e. 6. tract. 2. reſ. 10.* in verſ. *ad id*, non ex eo ſequi
recte

rectè, ut alibi extra Romam non debeat gaudere: nam Romæ id obſervatur ex aliqua juſta cauſa bene viſa ſummo Pontifici; & elare videtur eſſe, cum ibi aſſiſtat idem Pontifex; qui eſt omnium Epiſcoporum Maximus: nam cum jam latè ego dixcrim *in dicto cap. cum contingat*. 3. *de foro comp.q.* 12. familias Cardinalium gaudere fori privilegio, & ubique debeant gaudere palatio illorum immunitate, ut docent Peregrinus *de immunit. cap. 4. an.* 75. Sanchez *in opuſculo tom. 2. lib. 6.* Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib. 1. cap.4.n.* 80. eum aliis, quos citat Diana *dict.p.5. tract.2.res.* 54. tamen Romæ non gaudere dicta immunitate docet Duardus *in Bulla cænæ lib. 2. can.* 15.*q.* 16. & alii; & nec magis in terminis familiares Cardinalium Romæ non gaudere, ut tradunt Pereira *de manu Regia tom* 1. *cap.* 10. *n.* 13 Carleval. *de judic.lib.* 1.*tit.*1.*diſp.* 2. *q.* 6· *ſect.* 6.*n.*509. Barboſa *de jure Eccleſiaſt.lib.*4.*c* 4.*n.*85. & in praxi Romæ hoc non ſervari teſtantur Bonacina *tom.* 3.*diſp.* 1.*q.* 16. *punct.*3. *n* 7. Scacia *de judiciis, tom.* 1. *lib.* 1.*cap.* 11.*n.*22. & hoc forſitan eſſe introductum reſolvit idem Diana in dicto verſ. *ad id* in fine, propter reverentiam ſummo Pontifici debitam.

Ad etiam quod etſi Epiſcopi habeant pri-
41 vilegium, ut in ſuis ædibus celebretur ſingulis diebus, ſed dum Romæ morantur, hoc privilegio uti non poſſent.

Undè etſi idem D Moſeoſo, ae alii oppugna-
42 tores dicant ex tali familia laica Epiſcoporum, ae nuncii nimium detrahi juriſdictioni ſæculari, reſpondet tamen Diana *dict. res* 10.*in principio* cum D. Dionifio de Portocarrero *in dicto alleg. pro Sancto officio n.6. folio.* 3. non obſtare: quia miniſtri laici Epiſcoporum, Cardinalium, ae Nuncii, ſolent eſſe nimia pauei, ſicut & ipſe Portocarreno de Miniſtris Sanctæ inquiſitionis, diſerte verbis loquitur ſequentibus ibi: *granſalta hazen à un virrey, oa un corregendor cinquenta perſonas entre millores de millares que goviernam à todas las demas olvidam por moleſtar a eſtas, ſolas ellas viven eſcandaloſa mente, y turban la paz publica en ſolas ellas echa de ver que ſe diſminue la juriſdiccion Real. &c.* Et ad alia ejuſdem D. Moſcoſi ſigillatim reſpondens ipſe Diana etiam abunde contra ipſum, & alios *res.*5. probat eum infinitis Epiſcopos poſſe habere familiam armatam, & Miniſtros executores ad carcerandum, qui debent gaudere, ſicut dixi *in cap cum non ab homine de judic. q.* 14. Ubi de quæſt. *an Epiſcopus poſſit habere familiam armatam od capturam, & ad executionem ſententiæ*. ubi affirmavi, ſicut *ibi* diſtinxi.

43 Ad fundamentum 4. adductum *ſupra* in verſ. *item quarto*, ubi adducta eſt ordinatio Granatenſis; item & *legis Regiæ in principio* 14. *tit* 1. *lib.* 4. *recop* & alterius ſchedulæ Regum D Ferdinandi, & D. Eliſabeth anni 1504. quarum verba *ibi* retuli, & ad alias ſimiles leges, edicta; ſeu decreta Regia, aut eivilia, reſponde in his materiis, de quibus longè dictum eſt in toto noſtro capite, magis ſtandum eſſe ordinationibus Pontificiis, quàm Regiis, quantumvis D Moſcoſus in defenſionem ſuæ ſententiæ *in dict. alleg. n.* 46. argumentetur ſequentia etiam verba exprimendo ibi; *Reyes Chriſtianiſſimos que mereçieron el nombre de Catolicos bijos verdaderos de la Igleſia, y ſumnamente atentos aexaltarla, ſino eſtuvieran miuy çiertos deque los ſeglares familiares de los obiſtos eran de ſu Juriſdiçion, no orden aran en lo zedula Referida al Abbad de Valladolid que edſiſteri de ſavoreçerlo, y ol caſ. las cenſuras, conque no aqia podido inhibir alos Alcaldes &c.*

Quia ultra quod ſupra à quæſtione longè ſcri- 44
ptum ſit prædictis legibus Regiis contra immunitatem Eccleſiaſticam pugnantibus ſtandum non eſſe, ut etiam firmatur ex alio Caroli V, eorum nepote decreto *quæſt ſequenti* referendo. * Reſ- 45
pondeo eum Diana *dict.p. 6.tract. 2. res.*8. verſ. *ad ſextum*, quod Urbanus VIII.. qui ſedit in Cathedra D. Petri, qui à Chriſto Domino clavem ſcientiæ recepit, qui authoritatem habebat interpretendi canones, concilia ex his, quæ dixi *in cap.cum veniſſent* 12. *de judiciis.* ſi non eſſet certus quod familiâres laici Epiſcoporum eſſent de ſua Juriſdictione, non præciperet ſub pœna excommunicationis, quod familia laica Archiepiſcopi Rhodienſis, gauderet privilegio fori, nec id etiam declaraſſet Paul.V. & ſic admonet lectorem ad ſuum, vel D D. Moſcoſi argumentum prævalere debeat, & cui credendum ſit circa intelligentiam canonum, & concilii Trid. Cæſari, an Pontifici. II. & in ſuper addit non eſſe recedendum à communi regula Doctorum; pro qua. 46
† Adducit, ut quando inter judicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum, lis adeſt, ad quem ſpectat Juriſdictio, non ad ſæcularem, ſed Eccleſiaſticum ſpectare ex Felino, Jaſone, Ripa, Sperelln, Laymen, Sanchez, & aliis; quos ipſe etiam citavit *inp. 4.tract. 1.reſol.*64. de quo dubio dixi *ſub Rub de foro comp.q.* 1. etenim ille Abbas Valliſolet. ordinariam habebat Juriſdictionem Epiſcopalem, ut certum eſt, quare ſicut de Epiſcopis debuit cum eo loqui.

Unde quamvis D. Moſcoſus conetur ſatisface- 47
re juribus noſtræ ſententiæ, nempe *cap.fin. de officio Archidiac.* & aliis relatis *ſupra* in verſ. & *ſexto quia jura.* Tamen ex jam adductis declarationibus Pontificiis, & praxi; quantumvis deciſio illorum jurium eſſet obſcura, adhuc noſtræ ſtandum eſſe ſententiæ, nempè, ut familia laica nuncii gaudeat privilegio fori ex fundamentis *Supra* adductis; & licet idem Diana *dict. res.* 10. *tract.*2 6.*in fine*, maximè de Domino Moſcoſo conqueratur dicent: *in prædicta allegatione* Dianam ipſum opiniones falſas docere illum venerando; ſed ego ex prædicta allegatione ipſius Domini Moſcoſi, & alia manu ſcripta, in qua noſtram ſententiam arripit in caſu ſecundo, ſuper quo ſcripſerunt litterati hujus Curiæ *ſupra* mentionati, video ipſum contra ſenatores conſilii ſupremi inſurgere prædicto ſecundo caſu cujuſdam famuli nuncii ex reſiſtentia incarcerati juriſdictionem declinantis, & inhibitione petiti ab ipſo nuncio, ipſum famulum fuiſſe à Prætore hujus Curiæ remittendum nuncio, ut factum fuit; ſed non inquam in caſu ſuæ primæ allegationis; quia famulus, de quo agebatur tunc præterquam quod declinatorium non intentavit, nec nuncius illum remitti petierit, judices illos Regios inhibendo vulgó *à los Alcaldes de corte* erat famulus nepotis, ſive Conſobrini ejuſdem nuncii, ad quem fori privilegium non erat, cur extenderetur.

Ex quibus, & aliis dicendis *quæſt ſequenti*, & 48
ex aliis *à quæſt* 1. late dictis patet dicendum in dubio noſtro Reges condendo legem, ſive ſtatutum, ut familiares laici nuncii, legati, Cardinalis, Epiſcopi &c. facere contra libertatem, & immunitatem

immunitatem Eccleſiaſticam, quantumvis pateat juxta diſtinctiones ſupra relatas, ut ſi tales famuli laici conſenſerint in juriſdictionem judicis ſecularis, nec ab Eccleſiaſtico remiſſio petatur, intelligantur ſuo privilegio renunciaſſe; cum aliud ſit renunciare, aliud inquam Reges ſtatuere, ne prædicti famuli gaudeant privilegio fori, quibus finitur hæc quæſtio die 8. ſeptembris, feſto ſcilicet Navitatis virginis Mariæ anni 1657.

QUÆSTIO XLII.

An liceat egibus condere pragmaticam prohibentem laicis prorogationem alienæ juriſdictionis, & an liceat condere, ſive ſtatutum ne laici conductores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico. Et an queant ſtatuere, ne contractus jurentur, ut ſic nunquam *Eccleſiaſtici* judices queant de contractibus ſperatis inter laicos cognoſcere. Et an ſtatuere Principes valeant, ut Epiſcopus ſtare debeat proceſſui facto à judice laico, ſi reus remittendus ſit, vel non. An Inquiſitores poſſint cogere Dominos, & Magiſtratus, qui fecerunt aliqua ſtatuta, & decreta impedientia eorum juriſdictionem, ut illa revocent. Et de duobus notabilibus pro integra materia libertatis Eccleſiaſticæ.

SUMMARIUM.

1 *Statutum Regium, ne laici prorogent juriſdictionem Eccleſiaſtici judicii, & abſolute dicantur contra libertatem Eccleſiæ, &* n 2. *tamen diſtingues ut* n. 54.

3 *Eccleſia habet facultatem, ut poſſit contrahere cum laicis.*

4 *Leges penales, ut laicus conveniat laicum coram judice laico ſuper re profana ſunt juſtæ.*

5 *Principes, & Papa extra materiam ſpiritualem habent juriſdictionem diſtinctam, & ſeparatam.*

6 *Statutum ne conductor, ſive emphitheuta fructuum, & rerum Eccleſiæ, conveniatur coram laico, eſt contra libertatem Eccleſiæ: item pro ratione Prabenda locatæ* numero 7.

8 *Statutum, ſive lex probibent, laici contractus Jurent qualiter ſit, vel non contra libertatem Eccleſiæ* n. 9. & à n. 10.

10 *Laici Jurare non debent contractus ſuper rebus prophanis, ne hoc modo ſubterfugiant judicium ſæculare, ſecus ſuper rebus Eccleſiaſticis* n. 11.

12 L. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. recopil. *non decidunt contra Eccleſiæ libertatem probibendo ne laici jurent contractus de rebus prophanis.*

13 *Statutum poteſt probibere ne juretur ſed non probibere, ut juramentum ſemel præſtitum obſervetur.*

14 *Principes ſtatuere nequeunt, ut Epiſcopi debeant ſtare proceſſui a judice laico factos.*

15 *Inquiſitores poſſunt cogere Principes, ac Magiſtratus, qui fecerunt aliqua ſtatuta impedientia liberum inquiſitionis exercitium, ut ea revocent, ubi quando dicatur impediri.*

16 *Inquiſitores poſſunt pænis, & cenſuris procedere adverſus ſtatuentes in præjudicium procedendi in ſancto officio.*

17 *Inquiſitores adverſus Magiſtratus auxilium non dantes pro exercitio inquiſitionis, poſſunt pænis, & cenſuris procedere*

18 *Delinquens incarceratus a laico debet remitti ad Sanctum Tribunal inquiſitionis pro delicto ad ſe pertinenti.*

19 *Incarceratus, qui ex propoſito aliquid hæreticale protulit, ut ſic cauſa deferatur, non remittitur ad Inquiſitores.*

20 *Hæretici punitio antiquitus ſpectabat ad laicos, quid hodie* n. 21.

22 *Rex poteſt procedere contra hæreticos, u ejiciat à Regno illud turbantes.*

23 *Principes ſtatuentes poſſunt cogi per cenſuras ad declarandum ſuum edictum, ſive pragmaticam ne lædant Eccleſiæ.*

24 *Caroli V. decretum, quo judicia ab Eccleſiaſticis fieri inter laicos commendatur, &* num. 25. *de juriſdictione olim data Epiſcopis, quæ eis non competebat.*

25 *Baronii dictum nimis præ oculis habendum, ne Principes ſtatuant, ſive judices laici procedant contra Eccleſiaſticos.*

AD primam quæſtionis partem videtur 1
dicendum, ut Rex prohibens laicis prorogationem juriſdictionis in judicem Eccleſiaſticum ad hunc effectum, pragmaticam, ſive legem condendo, faciat contra Eccleſiæ immunitatem ex doctrina Belletii *in diſquiſit. Clericor. tit. de favor. Clericor. perſ.* §. 2. *n.* 26. dicentis laicum poſſe prorogare juriſdionem in Epiſcopum, ne ab ejus ſuperiore poſſe inhiberi, Marta *de juriſd p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 92. *num.* 2 Riccius *p.* 2. *deciſ.* 211 *num.* 5. Genuenſ. *in praxi Epiſcopali cap.* 13. *num.* 2. aſſerentes prædictum ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, & illud ferentes incurrere in excommunicationem Bullæ cœnæ, Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 8. Ubi dicit prædictam pragmaticam nullam eſſe, tanquam Eccleſiæ libertati contrarium, illamque ſtatuentes incurrere in Bullæ cœnæ excommunicationem, nec ſufficere quod publicetur ſine aliqua mentione Eccleſiaſticorum: nam non eſt conſiderandum cum quo lex loquatur, ſed in quem voluntatis dirigatur intentio ex *l. cum Pater* §. *donationis ff deleg.* 1. & ſic licet taliter ſtatuentes quoad verba, non videantur infringere libertatem Eccleſiaſticam, faciendo tamen fraudem, quantum ad mentem Eccleſiæ libertatem violant; ac proinde cenſendi ſint, ac ſi expreſſe Eccleſiam nominarent, ut docuit ſemper Rota Sacra, & ſignanter in una Naſ. frenſi coram Pamphilo die. 21. Junii anni 1591. & in una cryptæ ferratæ coram Nillino die. 16. Januarii anno 1604. & docent ad ſatietatem; etenim talia ſtatuta faciunt fraudem de perſona ad perſonam, ut optimè notat gloſſa *in cap fin. de immunit. Eccleſ lib.* 6. verb. *libertatis* Joannes Andreas, Ancharranus, & Geminiam *ibi n.* 1. idem

Anchar.

Anchar. *conſ.* 115. *n.* 7. Abbas *in textu noſtro n.* 27. & 31. Albac. *conſ.* 8. *à n.* 13. *& ſub n.* 10. alij, quos citat Ugolin. *in reſponſo ad juriſconſult. Gymnaſij Patavini cap.* 6. *n.* 8. Collegium Bononienſe *in reſponſo pro libert. Eccleſ. n.* 14. Maynard. *de privileg. Eccleſia art.* 21. *n.* 6. Diana *p* 4. *tract.* 1 *reſ.* 52. verſ. *his ſuppoſitis.* Et adeo ita tenet P. Suarez ad Regem Angliæ *lib.* 4. *c.* 35. *n.* 6. quod dum diſponitur circa perſonas laicas, & ordinatur gravamen ad Clericos, ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

2 Et deinde in terminis videtur probari; quia ſtatutum, quod tollit Clericis id, quod eis competit de jure communi, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ut patet *in c. cum terra de elect.* ubi Imola, & Butr. idem tenentes *hic n.* 3. & Felin. *n.* 68. Decius *n.* 3. Alex Riminaldus, Malvaſia, Hodus, & Hondedeus, quos citat, & ſequitur Philippus Maynardus *de privileg. Eccleſ. p.* 2. *n* 24. quibus adde Caſtillo de Sotomayor *tom.* 3 *de tertijs c.* 9 Aponte *in reſponſo pro cenſura veneta fol.* 71. Laderchius *conſ.* 103. *n.* 8. Germon. *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 5. §. 5. Mandellus *volum.* 1. *conſ.* 164. *n.* 13. Fagnano *in reſponſo pro validitate cenſura Pauli V. p.* 3. *fol.* 58. Sacra Rota Romana in una corrigienſi die 16. februarij anno 1589. coram Gypſio, & in una Naſſaſrenſi 21. Junij 1591. & in præcitata Cryptæ, & in una venetæ, quam penes ſe impreſſam habeſe ait Diana *p.* 5. *tr* 1. *reſ.* 8. verſ *ſed his* in fine. collegium Bononienſ. *ſup. n.* 17. Valenzuela *in defenſ. Monit. p.* 1. *n.* 55. D. Beltran. de Guebera *in propugnac. libert. Eccleſiaſt. aſſert.* 1 §. 5. *n.* 15. Tornus *in apologia pro libertat. Eccleſ. fol.* 23. Sed ſic eſt qood laici poſſunt porogare jurisdictione judicis Eccleſiaſtici ut latè dixi per textum *ibi in c. ſignificavit;* & *in c.* 5. *de foro comp.* & patet ex *l. ſiqui ex conſenſu, & l. Epiſcop. Cod. de Epiſcop audientia,* ut docent Caldericus, Federicus de Senia, Ubameſius, Tuſchus, & alij, quos citat, & ſequitur Joannes à Chochier *in vendic. libert. Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 66. *n.* 5. & 10. Baldus, Jacob. Lappus, Maſullus, Vivius, & Capicius, quo citat, & ſequitur Carol de Graſ. *de effect. Clericor. effectu.* 1. *n.* 75. Narbona *in l.* 2. *tit.* 4. *l.* 59. *gloſſa* 1. *n.* 9. *recopil.* Madius *de ſacram ordinis c.* 13. *n.* 23. Boërius *decis* 69 *n.* 5. Natta *tom.* 2. *conſ.* 413. *n.* 4. Novarius *de elect. fori ſect.* 3. *q.* 13. *n.* 15. Petrus Barboſ. *in l* 1. *art.* 3. *n.* 139. *ff. de judic.* ex Menochio *volum.* 4. *conſ.* 322. *n.* 20. Diana *p.* 5 *tract.* 1. *dict. reſ.* 8. optimè D. Joan. Beltran. de Guebara *in propugnac. libert. Eccleſ. aſſert.* 1. §. 6. *n.* 61.
3 *Ergo cum Eccleſia habeat facultatem, ut poſſint contrahere cum laicis; ſic ot quoties arctatur eis, libertas hæc ſit contra ejus immunitatem; ſequitur ut tale ſtatutum de non prorogando jurisdictionem, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ut docent relati, & Laderchius *dict. conſ.* 103. Aponte *in reſponſ. ſuper cenſur. veneta fol.* 85. & alij.

4 Nihilominus non utique generaliter, & abſolutè veram eſſe ſententiam proximè relatam in puncto dubij propoſiti; quãtumvis in alijs caſibus de quibus à *q.* 1. huc uſque diximus, mihi verius videtur per illa, quæ dixi *in d. c. ſignificaſti* 18. *de foro comp. q.* 8. Ubi *n.* 3. dixi ſtatuto diverſarum provinciarum laicorum prorogare jurisdictionem judicum Eccleſiaſticorum, ubi egi latè de illa quæſtione *à n.* 1. *an ſemper verum ſit ut laici queant prorogare jurisdictionem judicis non ſui abſque licentia ſuperior.* & ex his, quæ dixi *in c. licet ex ſuſcepto* 10. *eod. tit. q.* 3. Ubi *à n.* 3. probavi leges pœnales, quibus noſtro Regio jure *ut in l.* 10. *tit.* 1. *l.* 4. *rec.* & aliæ prohibentur laici conſentire in judicem Eccleſiaſticum, & quibus conſtituitur, ut laici ſuper ſe prophana, laicos conveniant coram judice ſuo laico eſſe juſtas, nec infringere libertatem Eccleſiaſticam.
*Tum per plura, quæ dixi *in c. novit. de judic.* 5
Ubi extra materiam ſpiritualem, & peccati, Principes laici, & Papa habent in prophania jurisdictionem diſtinctam, & ſeparatam quam quilibet pro viribus tenetur defendere, ne uſurpationi jurisdictionis detur locus, ut dixi *in Rub. eod. tit.* & *in eo illo tit.* & per latè dicta *ibi in dicta c.* 5. *à q.* 1. ubi aliud inquam eſſet de ſtatuto prohibente, ut pro re Eccleſiæ, quam poſſideret laicus non conveniretur coram Eccleſiaſtico; & ſic videndo in præcitatis locis à me dicta, invenies hanc doctrinam cum hac diſtinctione veriſſimam eſſe. Et *in eo tit.* dixi quod ſi contra præceptum *dict. leg.* 10. 12. & 13 *rec.* contingeret qood laici cauſa definiretur à laico, utique tale judicium valere; quia tunc ſtat prædicta regula, ut cuilibet liceat prorogare jurisdictionem Eccleſiaſtici, cum ea lex ſit tantùm pœnalis, juxta ea, quæ dico *infrà in cap. per hoc tit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an liceat Principibus laicis pragmaticam, ſive ſtatutum condere ne laici conductores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico. Ut abunde queas reſpondere, leges quæ latiſſimè ſcripſi *in dict c. ſi Cleric. laicum.* 5. *de foro comp. à q.* 1. & per *ibi dicta q.* 3. & proprius *q.* 4. 5. & 6. cum alijs, ubi aſſirmo, ut laicus queat conveniri coram Eccleſiaſtico, non ſolum in re Eccleſiæ, ſed etiam in fructibus, item ut poſſit convenire laicum conductorem decimarum & *ibi q.* 7. idem de laico emphiteuta Eccleſiæ; in his enim caſibus, & quæſtionibus, ſive alija ſimilibus exiſtimo verum, ut laicus conductor, ſive emphiteuta fructuum Eccleſiaſticorum, quantumvis illi ſint temporales, poſſint ſe ſubmittere cognitioni judicis Eccleſiaſtici; imò & de jore noſtro canonico procedere, quamtumvis eſſet lex Regia prohibens laicos prorogare jurisdictionem laici. Et eſt ratio qua ut *ibi in dict.* 5. & *alibi in eo tit.* dixi poſſunt Clerici convenire laicos coram Eccleſiaſtico pro rebus Eccleſiæ; vel ſuis ſive agatur actione reali, ſive perſonali, vel ex legato, vel locato, ut patet etiam *in c. ſi annum de judic. lib.* 6. ubi Anchar. Francus, Philippus, & Archidiaconus cum gloſſa verb. *dependentibus,* & tenent Inocent. & Abbas. *in c. ſi Cleric.* 5. Gratianus *diſcept. forens. tom.* 2. *c.* 238. *n.* 17. Diana *dict. p.* 5. *tr.* 1 *reſ.* 8. in verſ. *confirmatur.* quia licet involvat relata *hic à n.* 1. & alia de hoc caſu debet intelligi cum ibi formet dubiũ, an ne laici poſſeſſores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico, licitum ſit condere pragmaticam prohibentem laicis prorogationem jurisdictionis; & addit ibi textum *in c. Epiſcopum* 17. *q.* 1. & *in c. quia nos de teſtam.* & *in c. poſtulaſti de homicidio;* tunc enim quodlibet ſtatutum prohibens, ne laici convenirentur coram Eccleſiaſtico judice; eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſi Eccleſiæ, Eccleſiaſticæ ve perſonæ non nominarentur; quia ſe intromiſit in rebus Eccleſiæ, & Clericorum: alia dico infrà ſub. verſ. *ad tertiam.*

7 Quare ex dictis *in dicto c. ſi Cleric. laicum dict. q.* 5 addo, ut ratione præbendæ ſibi locatæ, debeat laicus ſuper fructibus conveniri coram judice Eccleſiaſtico; præſertim quando contrahentes laici renunciaſſent fori privilegio, & judici Eccleſiaſtico ſe ſubmiſiſſent, non inquam ſi Princeps laicus hanc ſubmiſſionem, & renunciationem

30 *Inquiſitores quid facere poſſint, quando ſui miniſtri conſentiunt litigare coram laico.*

31 *D. D. Chriſtophorus de Moſcoſo, ne ſibi contrarius ſiet, intelligitur.*

32 *Familia Epiſcopi quæ dicatur, ut gaudeat fori privilegio & n. 33.*

33 *Fundamenta D. Moſcoſi explicantur & à n. 34. & 35. ubi de aliis gaudentibus & n. 36.*

34 *Declarationibus Cardinalium ſtatur poſt decretum Urbani VIII.*

35 *Congregationes Cardinalium pro que ſint fundatæ.*

37 *Pontifex qua de cauſa poteſt famules laicos Epiſcopi ſive nuncii eximere a Jurisdictione judicis laici & n. 38 declaratum à Pontifice n 45.*

38 *Conſtantinus Imperator in Conſilio aſſurgens a parva ſella, nolunt ſederes donec omnes Epiſcopi.*

39 *Familia Eccleſiaſticorum inferiorum, non gaudet privilegio fori.*

40 *Romæ quare familiares Epiſcoporum, & Cardinalium foro non gaudeant.*

41 *Romæ in ſuis ædibus nequeunt Epiſcopi celebrare.*

42 *Famuli exempti nuncii, Epiſcopi, Cardinalis, nuncii, & ſancti officii ſunt pauci.*

43 *Epiſcopus poteſt habere familiam armatam.*

46 *Lis ſuper Jurisdictione tractatur coram Eccleſiaſtico.*

48 *Statuta Regum, ut famuli laici Epiſcopi, ſive nuncii, num gaudeant privilegio fori, ſunt nulla; quia contra libertatem Eccleſiæ condita.*

1 HAs inquam difficultas poteria reſolvere ex his, quæ dixi *in cap. cum contingat 13. de foro comp. q.* 10. 11. 12. 13. 14. Ubi an familia Epiſcopi, inquiſitorum, Cardinalium, ſive nuncii, gaudeant privilegio fori, ubi *dict. q.* 14. qui proprie dicantur familiares ad effectum gaudendi immunitate, & qualiter probetur, & ex multis, quæ ibi ter tetigi in allegatione fiſcali pro ſancto officio inquiſitionis Valliſoleti contra D. Hieronymum de Tordeſillas illius civitatis Prætorem anno præterita 1648. quam poſui poſt indicem generalem tractatus *infra de judiciis de foro comp.* & alibi in illo tractatu aliquid dixi *infra ſub q.* 43. Sed quia tunc breviter de familia nuncii ſim loquutus, & in *dicta q.* 13. mentionem fecerim allegationis D. D. Chriſtophori Moſcoſi, tunc temporis referendi, Patronus fiſci in Conſilio ſupremo Caſtellæ, qui contra Dianam, & acerrime, loquutus eſt, & inſuper ego referam contra illum ſcribentem, iterum Diana *p 6. tr. 2. reſ. 1.* & ex propoſito, ac deinde in alio ſe oblato caſu cujuſdam alterius famuli nuncii, vulgo *Gentilhombre* deprehenſi à Prætore hujus Curiæ, propter quandam reſiſtentiam ſuis Aquacelis. Et inſuper poſt prædictam D. D. Moſcoſi allegationem relatam reſponſionem Dianæ, ac proximi ultimi caſus in favorem nuncii, aliam à litteratiſſimis licentiatis D. Petr. Fernandez de Minanno, & D. Franciſco de Palacios pro defendendo dictum famulum nuncii *Dominicum*, ſcilicet *Catelan.* ac poſtremo aliam ejuſdem Domini D. Chriſtophori Moſcoſi hæc nondum typis mandatam, ſed contrariam omnino, cum ſit loquutus in favorem nuncii; licet ipſe mihi heri narraverit, quod juxta primam ſuam allegationem, et iam in relato ſecundo caſu præſenſerint Domini ſenatores ejus conſocii in ſupremo hoc Caſtellæ ſenatu, quas cum mihi mutuaverit, ho-
2 dieque perlegerim. † illico in mentem venit hic formare prædictas duas queſtiones occaſione legis Regiæ 24. *tit. 1. lib. 4. recopil.* ibi: *por quo a ſi comonos queremos guardar la Jurisdicion à la Igleſia, y a los Eccleſiaſtices Juezes à ſi eſtacon, y derecho, que la Igleſia, y Jueces de ella no ſe entremetan en perturbar la nueſtra Jurisdicion.* & in l 27 *tit.* 25. eodem lib. *y an ſi meſmo imbien relacion ſo la miſma pena dentro del anno, en que caſes, y coſas los ſobre dichos Prelados, y Juezes Eccleſiaſticos uſurpam nueſtra Jurisdicion Real.* † & Clarius ex verbis Schedulæ Regiæ 3
Regum D Ferdinandi, & D Eliſabeth anni 1504. loquentis cum D Ferdinando Henriquez Abbate Valliſoletano in ſequentibus verbis: *Don Fernando Henriquez Abbadde de Vallidolid y a ſabeis lo que Domingo de Zeval os y Diego de Buſtamente, y Franciſco de Heredia hicieren en la reſiſtencia de el Alquacil de eſa nueſtra Cancilleria y como fueron condenados por los Alcaldes de eſa nueſtra Corte y Cancilloria en cierto deſtierre, y pena de pecunias, y agora diz que ſequeriam eſcuſar O ſalvar de la dicha pena, diciendo vueſtros familiares, y ſemos de ello maravilla dos; porque allendeque de derecho negocam por vueſtros familiares, no deviades vos favore cerlos: porque que dafenſin pena deal delito feche contra la juſticia. Porende noſuos Progamos. y encargamos que de ſeis de los favorezer, y ajudar ſobre eſte caſo. E ſi algunas Cartas eſtan dadas contra nueſtros Alcaldes. las hagais revocar y abſolver los dichos Alcaldas. de manera que ſe cumpla la ſentencia que ellos dieren. De la villa de Medina del campo à 3. dias del mes de Julio* &c. Et de hac Schedula patet in ordinationibus illius Regiæ Valliſoletanæ Cancellariæ lib. 3. *de los familiares, de las perſonas Eccleſiaſticas y de las ordenes tit.* 10 *fol.* 141. item & ex quodam alio capit. *lib.* 5. *tit* 8. *de le extravagante fol.* 16. in illis verbis: *los familiares de el Prelado noan porſer tales familiares de eximirſe de la Jurisdicion Real ni gocar de exencion alguna, por librarſe de la juſticia ſeglar ni el Abbad de Valladolid los deve favorecer ni dar ſobre ello cartas, ni cenſuras contra los Alcaldes, como ſo contiene, y declara en el tit. de los familiares, donde eſta inſerto el tenor de la zedula Real, que ſobre elle ay.*

His enim legibus, & Schedulis, ac aliis allegationibus, contrariiſque fundamentis reſpondendo in ſua dicta prima allegatione impugnat admodum D. Moſcoſo, dicens nullomodo poſſe famulos laicos Clericorum, Epiſcoporum; ſive nuncii legati horum Regnorum, potiri privilegio fori Eccleſiaſtici propter ſuos Dominos, quia jam per Trid. *ſeſſ. 23. c. 6. de reform.* nullus gaudere poteſt, niſi ſit ſaltim prima tonſura initiatus, & habeat beneficium, incedatque in habitu Clericali, ſicut retuli in jam præcitatis quæſtionibus, & ulterius loquutus ſui *ſub c. 2. de foro comp. à q. 1.* per plures alias, ne hic repetam, quæ idem Moſcoſus retulit, ac ſcripſit in hoc puncto de clericatu ad fruendum foro Eccleſiæ, alias non item; ſed quia Concilii locum interpretatus ſum *ibi, & in dicto c. cum contingat à dict. q.* 1 quatenus ſolum *ibi* agatur de Clericatu in Clerico, ad hoc ut ejus perſona gaudeat privilegio canonis, & foro, de quo etiam latiſſime dixi *in c. cum non ab homine de judiciis*, non inquam de famulis eorum, ac Epiſcoporum, ſeu nuncii; ideoque longe ponderat ipſe Moſcoſo. † Et pro contraria ſen- 5
tentia Diana loquens de famulis laicis nuncii *dict. p.6 tr. 2. reſ. 1.* ubi *reſ.* 2. in confirmationem ſuæ ſententiæ addocit 84. Doctores, qui alios etiam adducunt, & quos relati litterati etiam nominarunt in præcitata allegatione dicentes in perſona Epiſcopi, ejus famulos potiri ejuſdem privilegii foro per textum *in cap fin. de officio Archid cap. 1. de panis, cap. Eccleſiarum ſervos 12. q. 2. cap. per hoc de* hare-

hæreticis lib.6.l.2.cod.de Epiſcopis, & Clericis, auth. de SanctiſſimisEpiſcopis §. *ſportularum*, & ex verbis Regiæ *legis* 51.*tit.*6.*p* 1. ibi *eſta miſma franqueza, qua an ellos con ſus bomes, ea quellos que moran con*
6 *ellos en ſus caſas, evos filven.* &c. † ideo ne longus ſim nihil aliud de familiaribus Epiſcoporum, ſive Clericorum repeto, quam quæ in dictis quæſtionibus addnxi, ubi expendi Jura utriuſque pugnantis claſis; & ſic licet idem Dom. Moſcoſo poſtea, ut judex in relato ſecundo caſu ſentiret enm eodem Diana contra prius ab ipſo ſcriptam allegationem præcitatam, & caſus de famulis nunciis omnes Doctores, & ipſe, ac Diana cum illis corroborent ex doctrina de famulis Epiſcopi, ſive Clerici, aut inquiſitorum: de quibus omnibus abunde jam ego egi, tam ſub *dict. cap. cum contingat de foro comp.* quam in dicta allegatioue contra Prætorem Valliſoletan. ideo jam nunc eo ad ſecundum punctum propoſitæ quæſtionis noſtræ.

7 Ad ſecundam difficultatis partem in favorem judicum laicorum vulgo *los Alcades de eſta Corte*, defiuit ac reſolvit D. D. Chriſtophorus Moſcoſo in dicta ſua prima allegatione laudendo illorum judicum cognitionem, quatenus inter aliquos delinquentes ex reſiſtentia facta Alquacelia quibuſdam hujus Curiæ, à quorum manibus eripuerunt famuli laici nuncii quendam apprehenſum, cujus occaſione ex prædictis famulis apprehenſis *Vincentio Vaſquez, Lazaro Gomat, Joanne Fernandez* alio nomine *Barbilla D. Petro Gueſala*, dicti nuncii famulis laicis anno præterito 1637. in eos fuit lata ſententia triennium ad decennium; & ut dictus Gomat etiam fuſtigaretur publice per Callea, & exequuta ſententia, non obſtante quod eam intimaverit, auribus Regis noſtri Philippi IV. D. Ferdinandus Valdes tunc temporis Caſtellæ Præſes, ut obvia fieret executioni illius, nec offenderetur nuncii perſona in prædictis ſuis famulis; & de facto ſic à Rege præciperetur celeriter, & incunctanter nulla interpellata mora; & nihilominus jam ante prædicti judices fuſtigaſſent dictum *Gomat*; quam ob cauſam iratus Rex, quendam ex dictis judicibus vulgo *Alcalde de Corte* nomine *D. Lope de las Cuebas* exulavit ab hac Curia per annos 10.

8 Nihilominus idem Domin. Moſcoſo. † Suam allegationem relatam proſequutus factum dictorum judicium hujus Curiæ exculpat de Jure, tum ex dictis legibus, ac Schedulis Regiis, tum ex interpretatione *dict. c.6. Trident. ſeſſ.*23. tum quia dicti delinquentes rei ſunt ſæculares; & ob id ſubjecti Juriſdictioni privative fundatæ contra illos, a qua ut ſe liberet captus debet opponere declinatoriam per textum *in l.* 1. §. *cum urbem ff. de officio Præfecti urbis l.* 1. & 2. *tit.* 1. *lib.*4. *recopilation.* Archidiac. *in c. Clericum* 11. *q.* 1. Barboſa in *l. Titia ff. ſoluto matrim.* & cum Thoma Velaſco referente *tom.* 1. *allegat.*22. *à n.* 1. ſic ut nequeant conſentire in Juriſdictione Eccleſiaſtica, ut demandentur, ſeu plectantur ex gloſſa *in c. imperialem* ꝫ. *præterea de probib. ſeudi alien. l. conſulta Divalia cod. de teſtam. l.* 4. *tit.* 17. *p.* 3. & cum Bart *in l.* 1. ꝫ. & *poſt operis ff. de novi operis nunciat.* Pereira *de manu Regia tom.* 1. *concordia* 55. & *tom.*2. *cap.*35. Carleval *de judiciis diſp.* 2. *quæſt.* 8. *ſect.* 3. *n.* 1100. Anton. Fabi *cod. de appellat. tanquam ab abuſu diſin.* 19. Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 1. *q* 17. *n.*71. Zevallos *de cognitione per viam viol. gloſſa* 15. *n.*20. Anguiano *de legibus lib.* 3. *controverſia.*22. Salgado *de Regia protect. p.* 1. *cap.*2. *n.*69. Barboſa *de penſionibus q.*4 *num.*14. Capiblanco *de Baronitu pragmat.*2. *n.*161. Bobadil-la *lib.*2. *cap.*18. *n.* 192. Jacob. Cancerio 3. *p. variar. cap.* 10. *à n.*26. & jam me citante in margine *in cap.* 10. *de foro compet. q.* 3. *tom.* 2. & ego addo ibi adducta *q.* 5. ubi diſputo de quæſtione, *an lex civilis poſſit pœnis prohibere, ne laici in prophanis cauſis ſe ſubmittant juriſdictioni Eccleſiaſticæ. Et an per ſolam citationem tales pœnas incurrantur.*

Et ſecundo loco dicit certum non eſſe, ut fa- 9
muli laici Epiſcoporum debeant gaudere fori privilegio: de quo puncto diverſas ex multis referens ſententias *à n.*22. *à n.*15. ſit eſto certum eſſe ut gaudeant, explicat illud privilegium non ampliari ad caſus alterius Prælati, & non Epiſcopi famulos; quia de hoc nulla eſt deciſio in toto Jure: ſic ex Bobadilla *dict. lib.*2. *cap.*17. *n.*97. ibi: *porque en derecho no eſta diſpueſto tal privilegio, y darſeya materia de delinquir*, Gaſpar Antonio Theſauro *lib.*3. *q. forenſ. c.*74. *n.*4. Suarez *in defenſ. fidei lib.* 4. *c.*19. *n.* 10. & ad id refert ſequentia verba Annei Roberti *lib.* 1. *rerum judicatar. c.*6. *fol.*89. ibi: *nam quemadmodum Plinius de ſenatu Romano dixit ſervius in cæteros ſenatoribus ſolis de ſimulatione quaſi mutua parcit, ſic etiam nemo eſt, qui neſciat judices Eccleſiaſticos hoc tempore uno, omnes hoc vitio laborare, quod in vindicandis omnibus ſui ordinis delictis, adeo remiſſe, & moliter ſe gerunt, ut potius tanquam conſcii conniveant, quam ut judices de damnatione, & ſcelerum pœna agunt*: & ex verbis Fr. Dominici Soti *in* 4. *ſententiarium diſt.*52. *q.*2. *art.*2. *ad finem* ibi: *jam vero in ejuſmodi privilegiis Eccleſiaſticis, & exemptionibus obſervandis primum poteſtas Eccleſiaſtica obnubilatur, cui rei cauſam negligentiam ſuggeſſit, qui juſto remiſſius Clericorum crimina ulciſcuntur.*

Et tertio, nam regulariter ſcribit certum eſſe, ut 10
non poſſit Pontifex Summus liberare laicos à Juriſdictione, ut eos de foro Eccleſiæ facit Principibus invitis, quorum Vaſalli ſunt: ſic ex concordi omnium ſententia cum D. Thoma 2.2. *q.* 10. *art.* 10. Bellarm. *lib. de poteſt. Papæ contra* Barclaium *in prolog.* Fr. Baſilio de Leon. *de matrim lib.*5. *c.*12. § *unico n.* 10. Mario Cutello cum multis *de donat. inter patrem & filios contemplat. matrim. factis, tract.* 1. *diſcurſu* 2. *p.*6. *n.*5. & *dict.*2. *p. controverſ. n.* 193. *ad medium fol.* 183. ſicut nec negavit Auguſtinus Barboſa *de jure Eccleſiaſt. c.*39. ꝫ. 2. *n.*57. ubi referens duas contrarias, hanc non repulit, cum nulla poſſit ratio eſſe præcipua, ut in temporalibus, veluti tributis, & aliis, generaliter Pontifex eximat laicos alterius Principis ſubditos: & hoc probat etiam ex verbis textus *in cap. cauſam quæ qui filii ſint legitimi* ibi: *ne videamur Juri Reges Anglorum detrahere, qui ipſorum judicium ad ſe aſſerit pertinere*, & *ex cap. quoniam diſt.* 10. ibi: *officia utriuſque poteſtatis diſcrevit*, *cap. cum ad verum* 96. *diſt.* ibi: *ultra ſibi nec Imperator Jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum uſurpavit*, *cap. ſolitæ de majorit. & obed. c. novit. de judic.* Ubi ego plures quæſtiones, ac multa Jura expendi, *cap. ſi duobus* 9. §. *denique de appellat.* cum multis Barboſa *in dict. cap. cauſam*, Marta *de Juriſdiction.* 2. *p. cap.* 39. *numero* 16. Pereira *de manu Regia præludio.*2. *num* 4. Joannes Garcia *de nobilit. gloſſa* 1. *num.*17. ex aliis pleriſque in confirmationem adductis.

Item quarto adducit, quandam ordinationem 11
Cancellariæ Granat. *à num.*40. obſervatam etiam Valliſolet. & In Conſilio Regio, & aliis audientiis Regiis, quæ ſtat *in lib.* 1. *tit.*7. *folio* 30. qua jubetur, ut laici nequeant ſe ſubmittere Juriſdictioni Eccleſiæ,

Eccleſiæ. Quo conſtito *ante* laicorum providetur, ex officio lato annullatur proceſſus, & mandatur ab auditoribus, ut cauſa remittatur ad laicum judicem qui de illa poſſit cognoſcere.

12 Quinto nam in terminis noſtri caſus refert deciſum ex Gaſpar Antonio Theſauro, qui occaſione cujuſdam homicidæ famuli nuncii Sabaudiæ adverſus quem procedebat Judex ſæcularis, prædicta quæſtione diſputata, ad partes in illo ſenatu, à majori parte fuit reſolutum in favorem laicorum Judicum: ſic *cap.* 78. *num.* 4. in verbis ſequentibus Theſaurum referens: *Verum apud me illa communis opinio ſemper fuit dubitabilis; quia nec Jure, nec ratione probatur quod familiaris Epiſcopi, ſeu nuncii laicus, gaudeat privilegio fori, præſertim in delictis; quia in hoc ſit magnum præjudicium juriſdictioni Principis ſæcularis, & illa admiſſa poſſent evenire multa abſurda, & inconvenientia, & omnis ratio naturalis eſt in contrarium quod imo judex ſæcularis, qui habet juriſdictionem ordinariam ſuper laicos, debet ipſe in cauſa cognoſcere.*

13 Et ſexto; quia Jura, in quo fundatur ſententia contraria, non hoc probant, nam textus *in dict. cap. fin. de officio Archidiac.* id non probat; eo quod longe in alio loquitur caſu: nam prætendebat ibi Archidiaconus quod in ſuo territorio habebat Juriſdictionem ordinariam cum excluſione familiæ Archiepiſcopi. Conſtito de hoc, ſolum partis relatione, judices nominavit, qui cauſam finirent; nec ibi de alia deciſione Honorii III. Pontificis conſtat, ut advertit Cutellus 2. *p. controverſ. num* 193. ibi: *tantoque minus, quanto decretalis illa nudam facti narrationem continet, nihilque in propoſita materia decidit*, & comprobat ex Barboſa *de Jure Eccleſiaſt. dict. cap.* 39. *lib.* 1. *§.* 2. *n.* 60. in illis verbis ad textum vero *in cap. fin. de offic. Archidiaconis reſpondetur nihil probare verba enim in argumentum adducta, nullam continens Pontificis deciſionem, ſed ſolum partis allegationem, quæ non*

14 *in Jure ſcripto fundabatur.* † Et item quia ut ait Boniacina *de cenſuris in Bulla cœnæ, contentis lib.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 3. *p.* 3. *num.* 7. verſ. *addunt*, non obſtat *cap. dilecto*: nam ubi agitur de particulari caſu exemptionis familiæ Archiepiſcopi, & Religioſorum à poteſtate cujuſdam Archidiaconi, quem caſum Summus Pontifex definiri. & expediri mandat, juxta pacificam illius loci conſuetudinem; nec ullum facit verbum de exemptione familiarium Epiſcopi à laico poteſtate: quare conſiderat cum Paladorio *rerum quotid. p. ult. diſer* 9. *§.* 1. *num* 8. in verbis ibi: *quin & familiaris Epiſcoporum, idem recipiendum putaverim, niſi conſuetudine aliud comparatum fuerit*: nam textus *in cap. fin. de officio Archid.* in quo contraria nititur opinio, conſuetudine hoc Jus tribuit, addens quod cum omnes ibi eſſent Eccleſiaſtici, nihil inferri valebat ad Juriſdictionem ſæcularem independentem totaliter ab Eccleſiaſtica: ſic ex Covarruv. *pract. cap.* 31. Petro Gregorio *de Republica lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. & 8. & *cap.* 20. *n.* 12. & 13. Valenzuela Velaſquez *conſ.* 35. *n.* 8. Chriſtophoro Beſoldo *trad. de ſtudioſis quæſtionib quaſt.*

15 *unica fol.* 242. † Item ad textum *in dict. cap.* 1. *de pœnis lib.* 6. ait quod ibi non conceditur privilegium aliquod famulis Epiſcopi, ut cum ſint ſæculares potiantur fori exemptione: nam ibi deciſum eſt tantum ut ſi viſitans Metropolitanus ſuam provinciam ab aliquibus impediatur ſe injuriantes famuli ejus, poſſit contra illos procedere, atque punire. † Et ad textum *in dicto cap. Eccleſiarum* 16
ſervos, ait loqui de ſervis perpetuis Eccleſiæ, & adſcriptis, qui habentur, ut pars prædiorum, quæ elaborantur: quorum beneficio ſunt aſſignati ex *l. cum ſatis* 23. *cod. de agricolis*, & *cenſitis lib.* 13. Lucas de Penna, & Platea *ibi*; & Valenzuela Piſcator, Thomas Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 19. *n.* 1. Gaſpar. Anton. Fabr. *in Papinien. tit.* 5. *princ.* 2. *illatione* 7. Schifor Degerius 3 *tom tract.* 26. *q.* 6. & inter immobilia referri, Gregor. Lopez *in l.* 1. verbo *las raizes tit.* 19. *p.* 2. Andres Knichen, *tractatu de vetuſtat. pactionibus cap.* 3. *num.* 17. † Et 17
dictum §. ſportularum, & *l.* 2. *cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* & *leg. Partitæ* dicit non agere de privilegio fori, ſed tantum ne graventur Epiſcopi pro rebus ſuæ Eccleſiæ ſportulis, & de aliis exemptionibus Clericis conceſſis, ut in exemplis dictæ legis partitæ facile demonſtratur, & notat Gregorius Lopez gloſſa *que moran con ellos* Zevallos *p.* 2. de las Fuerez *q.* 58. *n.* 18. addens fuiſſe privilegium gratia Imperatorum conceſſum, & Regis Eldifonſi, qui ſuos voluerunt exornare de contentis in relatis legibus. Et item elidit *ibi à n.* 75. D. Moſcoſo æquiparationem famulorum inquiſitorum à famulis Epiſcoporum, de quo *infra* dico.

His inquam non obſtantibus diverſa alia ratione jam in ſua ultima allegatione manuſcriptæ 18
affirmat famulos laicos nuncii Hiſpaniæ exiſtentis gaudere fori privilegio. Et præmiſſis quæ dico late *infra in cap. fin. de foro comp. à quæſt.* 21. Ubi de officio, & immunitate legati: & *ibi quæſt.* 29. Ubi egi de illa quæſtione, *an legati, ſeu famuli eorum delicta perpetrantes, poſſint à Principibus puniri ultione condigna abſque violatione Juris gentium* &c. Nunc vero dicendum eſt famulos laicos aſſalariatos ipſius Nuncii gaudere privilegio fori, etiam quod reſpectu aliorum legatorum ſæcularium, aliter dictum ſit *in dicta quæſt.* 29. Et eſt potiſſima ratio; quia iſti famuli pertinent ad Miniſtrum in Dignitate Eccleſiæ conſtitutum, ex qua parte non debent eſſe inferioris conditionis ejus famuli, ac ſunt alii famuli Epiſcoporum, ac inquiſitorum, de quibus dixi ſub *dict. cap. cum contingat de foro comp. à quæſt.* 10. item & in dicta allegatione *in princ.* citata. Deinde, & ex eo plus quia ex quo eorum Dominus fungitur officio legati, ac Nuncii, debent itidem potiri honoribus, & immunitatibus quoad fori privilegium, ne alias in diſpendium, ac offenſam officii ſic nobilis ejus familia diſtraheretur; & ita cum multis Barboſa *dicto cap. fin. de officio Archid. n.* 2. & *de Jure Eccleſiaſtico lib.* 1. *dict. cap.* 39. *§.* 2 *a num.* 55. & *§.* 4. *num.* 95. ait familiam Nuncii Apoſtolici potiri; quia is in provincia ſibi decreta habet Juriſdictionem ordinariam, qualem habet Epiſcopus in ſua Diœceſi, ſic probans cum Abbate, Ancharrano, Speculore, Calderina, & aliis, & Anton. Diana contra D. Moſcoſo *dict. p.* 6. *tract.* 2. *de famulus laica Nuncii Apoſtolici* cum 80. interpretibus, ubi à reſolutione. 2. probat, tum quia familia Epiſcopi ſic gaudet, cui comparatur, & *ibi res* 3. *ex dict. cap. Eccleſiarum ſervos*, & aliis. † Quia 19
privilegium Epiſcopi a conceſſum protrahi debet *ex cap. quamtis de privileg. cap. liceat eodem tit. lib.* 6. & *ex auth. habita cod. ne filius pro patre.* Ubi privilegium fori conceſſum Scholaſticis comprehendit etiam eorum famulos, & ſervos, qui ad tempus ſerviunt, ut obſervat *ibidem* Baldus, & Salicetus. † Et quia perſona exempta ab alicu- 20
jus fori, videtur etiam exempta tota ejus familia,

cap. 4.

cap. 1. *de privileg. lib.* 6. *l. non aliter ff. de judiciis,* & *l.* 2. *cod. de Epiſcop.* & *Cleric.* maxime ut docet Oldradus *conſ.* 293. *numero* 5. quando Dominis uſus familiarum redderetur incommodior. Et quia privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ, & favorabile, ut tradit Gratian. *tom.* 2. *diſcept.* 340. *n.* 21. & ideo extendendum, ut docent Gambacurta *de immunit. Eccleſiaſtica lib.* 4. *cap.* 3. Decianus *conſ.* 80. *n.* 19. & 21. *lib.* 3. Ambroſius *de immunit. c.* 10. *n.* 7. & alii, quos citat, & ſequitur Farinac. *in apend. de immunit. c.* 2. *n.* 21. & Sperel. *deciſ.* 63. *n.* 10. multis inquam deciſionibus litteris, & epiſtolis, ubi contra DD. Moſcoſum 1. allegatione acerrime negantem familiam laicam Epiſcopi, gaudere fori privilegio, ipſe cum Tuſco *tom.* 3. *litt. E. concluſ.* 27. *n.* 21. Julio Claro *in praxi crimin.* §. *fin. q.* 35. *n.* 18. Joanne de Monte Sperello penes Calcaneum *conſ.* 72. Gratiano *deciſ. Marchiæ* 235. *n.* 2. Capicio *deciſ.* 12. *n.* 1. Suarez *in Theſauro receptar. ſentent.* verb. *Clericus num.* 129. Farinac. *in praxi q.* 8. *n.* 40. cum aliis infinitis, & in terminis numerat. 75. Doctores relata ultima allegatione manu ſcripta in principio citata, quorum plures narrant Barboſa, & Diana relati, quibus addo Thomam del Bene *de immunit. Eccleſiaſt. c.* 4. *dubit.* 15. *ſect.* 1. & 2. Torreblanca *de Jure ſpirituali lib.* 25. *c.* 6. *n.* 56. & Rotam *deciſ.* 121. *n.* 7. *p.* 5. Barboſam *in collect. deciſ. Apoſtolic.* verb. *familiares n.* 9. conſiderantes Nuncium, & ejus familiam majori cum ratione frui debere privilegio fori; quia ultra quod potitur, ut judex ordinarius, ſicut Epiſcopus tali privilegio in tota ſua provincia, debet etiam potiri ut legatus à latere Pontificis, ut ſtatim dicitur.

21 Cum ergo Nuncius Legatus Pontificis, ultra Patriarchalem Dignitatem Hieruſalem, exerceat ordinariam Juriſdictionem io omnibus Hiſpaniæ Regnis, ſicut Epiſcopi in Diæceſibus ſuis, ut tenent Abbas *in cap.* 1. *de officio leg. n.* 2. & 3. Ancharran. *c.* 1. *de tranſact. n.* 5. Barbatia *de Cardin legato q.* 5. *n.* 18. Gutierez *in canonicis c.* 11. *n.* 5. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 21. *n.* 36. & cum eis Barboſa *de Jure Eccleſ. p.* 1. *dict. c.* 39. §. 4. *n.* 94. Thomas del-Bene *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 4. *dub.* 18. Tondutus *de prævertione judiciali p.* 1. *cap.* 29. *n.* 29. & amplius cum Nuncius conſideretur privilegiatus, ſicut Legàtus à latere Pontificis maximi; quid mirum, ut licet non admittant Doctores nuncium, ejuſque familiam aſſimilari Epiſcopis in Juriſdictione, & præeminentiis, neque admittatur prærogativa ſuæ Patriarchalis Dignitatis, ut ſaltem debeant fateri, nuncii familiam potiri dicto privilegio fori; quia legati Apoſtolici, ac Nuncii ſunt exempti à Juriſdictione regali, & alterius cujuſvis Juriſdictionis; eo quod tales famuli ſunt privative ſubjecti Juriſdictioni nunciorum; quantumvis delicta ſuorum famulorum laicorum graviora, & atrociora ſint, ut dicunt Zacharias Paſqualigius *deciſ.* 508. *numero* 17. ibi: *delegatis enim Pontificis non eſt eadem ratio; quia ii per ſacros Canones, utpote Eccleſiaſtici exempti ſunt à poteſtate Principis ſæcularis,* & *cum intra ipſum dictionem, erigant proprium tribunal, pertinet ad ipſos cognoſcere de delictis familiæ, ut jam à Summis Pontificibus declaratum eſt; at oratores ſæculares non habent hanc exemptionem, nec faciunt tribunal, quia nec à Principe proprio hoc eis concedi poteſt, cum non exerceat Juriſdictionem in alieno territorio, nec à Principe, apud quem reſident, conceſſum eſt, ut clare conſtat:* ita ille. Quare ergo aliud agens *in dict. cap. fin. de foro dicta q.* 29. dum dixi *à numero* 3. quod legati, & eorum familiares delinquentes in provincia, in qua ſunt aſſignati, poſſunt ibi puniri; tamen *n.* 7. dixi quæ ibi retuli non procedere in legato, & nuncio Pontificis: nam non ſolum ipſe, ſed nec ejus familia à Principe ſæculari puniri poſſunt ex delictis commiſſis tempore legationis.

Et in terminis ſic decretum eſſe, ac declaratum 22 in duplici brevi Pauli V. & Urbani VIII. quorum tenorem refert Diana *dict. p.* 6. *tract.* 2. *in fine,* aliaſque litteras Pontificias referens *ibi ſub reſ.* 3. & *in dict. p.* 6. *tract.* 8. *Miſcellaneo reſol.* 2. verſ. *verum,* ubi pleniſſimè cum infinitis agens delegatis, & eorum famulis in genere tenet, ut dictum eſt de Nunciis legatis Pontificis, & eorum familia ſæculari: & ex hac ratione quoties caſus ſe obtulit definitum fuiſſe judicialiter in diverſis hujus Regni provinciis, ut in Regno Aragoniæ teſtatur Zenedus *in practicis quæſtion. canon. q.* 4. *n.* 16. & in Regno Portugalliæ in favorem nuncii, Gabriel. Pereira *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 12. & in comitatu Cataloniæ, Fontanella *deciſ.* 338. *n.* 18. & in Regno Siciliæ Giurba *conſ.* 88. Unde neſcio quo pacto potuerit, teſte Octaviano Maggio *de legato lib.* 1. *cap.* 1. quidam Rex Clementis V. Pontificis Maximi leg[illegible]m carceribus mancipare, qui erat ad eum miſſus CHRISTIANUM, ut Regem ad arma in Turcos vocaret, ut exclamat Diana *dict. p.* 6. *tract.* 8. *reſ.* 2. *ſub dict.* verſ. *verum,* ubi dicit proceſſiſſe de facto, & non de Jure, ſicut & poſſumus, ac dicere debemus contra quoſcumque judices ſæculares, ſi de facto incarcerarent, exularent, ſive fuſtigarent Nuncii famulos laicos, & in terminis præter alios relatos docent hanc ſententiam Kec Kermanum *diſp. pract.* 33. *problemâ* 21. & *ſequent.* Kirchenero *delegato cap.* 1. Hotomanus *de legato cap.* 4. *numero* 3. Paſchalius *de legato cap.* 74. Beccius *de ſecuritate,* & *ſalvo conducto theſ.* 181. & 183. Chriſtophor. Beſold. *in politica lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 30. & *de Jure, ordinibus quæ civium, differt.* 2. *cap.* 7. *n.* 5.

Nec obſtare dicunt litterati D. Petr. Fernandez 23 de Minanno, & Domin. D. Franciſc. de Palacios *in ſua citata jam allegatione n.* 16. actum executum dicto an. 1637. Verberando publice in hac curia unum ex famulis Nuncii jam *ſupra* relatis; quia ut patet ex relatione facti poſiti *in ſua* 1. *allegat.* à Domin. D. Moſcoſo *in princ. ſub n.* 3. ille famulus verberatus non erat famulus Nuncii, ſed cujuſdam ejus nepotis, ut ibi refert *n.* 20. & ſic nihil mirum ut in hoc caſu judices vulgo *los Alcódes de eſta Corte* contra illum famulum procederent propter talem reſiſtentiam; non enim cavetur, ut nuncii nepotes, ac ejus famuli fori immunitate gaudeant, qua ejus Avunculus Nuncius, cum ex diverſis non debeat illatio fieri ex *l. Papinian. exuli ff. de minoribus cum vulgatis.* Item quia in illo caſu non fuit decreta inhibitio à dicto Nuncio contra illos judices, ut famulos illos remitterent ad ſe. Item quia eſto quod decreta fuiſſet, & judices illi requiſiti adhuc procederent. Tamen Rex noſter Philippus IV. ſic in eos illuc ſcito prorupit dolore juſto ſcandeſcens, ut illico mandaverit quod unus ex illis judicibus *el Alcalde* ſcilicet *Don Lope de las Cuevas* exularetur, ut factum fuit taliter, ut in exilio deceſſerit: ex quo Piiſſimus tantus Rex notavit exceſſum prædictorum judicum, & referunt prædicti litterati, quoties in hac Curia contigit incarcerari, ſive per dictos judices, aut Prætorem aliqui famulorum Nuncii illico habita notitia talis familiaritatis juridice; imo & extra-

Digitized by Google

judicialiter fieri remiſſionem incarcerati ad ip-
ſum nuncium.
24 Nec obſtare etiam dicunt, quod in aliquo caſu
contingerit aliquando, ut laici judices apprehen-
derent famulos ſæculares Epiſcoporum, de illis
quæ cognoviſſent: nam talis caſus non debet
in conſequentiam trahi ad famulos nuncii; quia
ut dictum eſt iſti potiuntur fori privilegio ex tri-
plici capite jam ſupra relato, Patriarchatus ſcili-
25 cet, legati, ac judicis ordinarii. † Nec quod delin-
quens non declinaverit juriſdictionem laici judi-
cis; quia etſi ut relatum eſt accidiſſet, non potuit
præjudicare jua Patroni fiſcalis nunciaturæ, cum
privilegium exemptionis principaliter fuerit con-
ceſſum, non in favorem famulorum, ſed in favo-
rem ipſius nuncii, & cæterorum Prælatorum, in
quorum præjudicium, nec tacite, nec expreſſe
queunt illud renunciare ex *cap. cum in tempore
de arbitris*, *cap. 2. de integr. reſtit. cap. cum
olim l. 2. de privileg* Eraſmo Chochier *de juriſ-
dict. in exemptos 2. p. q. 7. n. 4. & p. 3. q. fin. per to-
tam*, Felicianus *de cenſib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. ex
n. 13.* Carleval. *de judicii tom. 1. tit. 1. diſp. 2. ex
numero 10. cap. 6.* Salgado *de ſupplicatione ad
Pontificem 2. p. cap. 11. ex n. 15.* Tamburino *de
jure abbat. tom. diſp. 15. q. 12.* Tondutus *de
prævent. p. 1. cap. 29.* qui poſt quam late ſcripſit,
familiares Epiſcoporum, & nuncii illico frui
privilegio fori *ibi n. 9.* ait: *Et præmiſſa notanda
ſunt ad materiam præventionis; non enim his caſi-
bus datur præventio inter judicem ordinarium lai-
cum; & Eccleſiaſticum; & quamvis cauſa eſſet
præventa in tribunalibus judicis laici, & coram
ipſo comparaviſſent partes, poſſet Epiſcopus petere
ipſius cauſæ remiſſionem ad ſuum tribunal pro inter-
eſſe ſuæ juriſdictionis*, Calcan. *conſ. 51. & 72.* qui
dicit judicem laicum remittere cauſam, recuſan-
26 tem eſſe excommunicatum. † addens etiam quod
in cauſa immunitatis opinio minus probabilis de-
bet ſequi, ut dixit Souſa *in Bulla cœnæ cap. 14.
diſp. 76. n. 5.* & cum aliis Diana *tom. 1. tract. de
immunit. reſolut. 22.* & ex doctrina *cap. ſi judex
laicus de ſent excommunic. lib. 6.* Ubi quando ad-
eſt controverſia ſuper cognitione inter laicum,
& Eccleſiaſticum, pertinet cognitio ad Eccle-
ſiaſticum, Sperell. *deciſ. 128. n. 23.* Ubi refert
Covarruv. & alios Diana *tom. 6. tract. 2. reſ. 9.
verſ. ad ſextum circa medium* Rota in Barchino-
nenſ exemption. 13. Junii 1649. *in §. quia
fraudibus, & §. ſequent.* coram Cardinal. Cor-
rado.
27 Quare etſi præfati litterati dicant contra D.
D. Moſcoſum, ut prædicti famuli laici nuncii
nequeant conſentire cognitioni ſæcularis Judicis;
tamen ego verius exiſtimo ut etſi Clerici ne-
queant ſive tacite, vel expreſſe ſuæ juriſdictioni
renunciare, etiam cum juramento conſentiendo,
ſive prorogando juriſdictionem judicis laici, ut
late dixi *infra per textum in cap. ſi diligenti de foro
comp. quæſt. 1.* & in aliis. Tamen qui *ibi* dixi in
aliis privilegatis contrarium procedere, ut diſ-
putavi ibi per plures alias quæſtiones; ideo quan-
tumvis Doctores ad partes diſputent, num fami-
lia laica Epiſcopi, ſive nuncii privative gaudeat
fori privilegio; ego ſic nempe intelligerem, ut
laici famuli ſcilicet delinquentes tacite conſen-
tientes in cognitione judicis laici, poſſint de de-
licto commiſſo ibi puniri, ſic illius juriſdictio-
nem non declinaverint, vel ſi à proprio ſuo Do-
mino Epiſcopo, vel nuncio non repetantur, ſive
inhibitione, cenſuris, aut aliis juris remediis;
eo quod non debet eſſe eadem ratio de iſtis famu-
lis laicis, ac eſt in privilegio Clericali; † Et ſic 28
video in privilegio conceſſo laicis familiaribus
Sanctæ inquiſitionis, & in ejus miniſtris officia-
libus, ut pote ſecretariis, & aliis, quia ſi iſti
delinquentes extra ſuum officium incarcerati à
quolibet judice laico, conſentiant coram illo li-
tigare, tunc revera proprio inquiſitionis foro
non gaudebunt cui poſſunt renunciare, ut diſer-
te probat Narbonna *in l. 20. tit. 1. lib. 4. de concor-
dia familiarium gloſſa 21. ex num. 29.* Ubi non
dum de familiaribus; imo *ibi & n. 31. & 32.* idem
dicit de cæteris officialibus ſancti officii, ſecreta-
riis ſcilicet nuncii, & aliis quibuſcumque; ita
ut ſi officialis conventus ſuper crimine coram
judice ſæculari, non allegat ſe officialem eſſe,
ſed ibi litem permittat, inchoari, non poſſit
poſtea pœnitere, & cauſam ad inquiſitores re-
mitti poſtulare, cum itidem per ſupremum hoc
inquiſitionis conſilium ſic ſtatutum ſit litteris hic
Matriti datis 13. Maji 2536. & Valliſoleti 14.
Julii anni ejuſdem 1536. C. Toletano etiam in
Gazophilacio reconditis, quibus cavetur quod
quamvis regulariter officiales prædicti, ſive rei,
ſive actore ſtiterint in cauſis criminalibus, co-
ram inquiſitoribus conveniantur, vel alios con-
venire queant: tamen ſi officialis injuriatus dam-
no, vel contumelia affectus foro Sanctæ inqui-
ſitionis renunciet, & coram judicibus ſæculari-
bus emendam, vel ſatisfactionem petere velit
id ei facere liceat, ut ſæculare judicium ſubeat;
licet ut litteræ ipſæ inquiunt in eo officialis im-
prole verſabitur, & inquiſitoribus reddetur
infeſtus.
Et quamvis tantum videantur loqui de offi- 29
ciali inquiſitionis actore injuriato, non vero reo
delinquente; mihi tamen idem reſpondendum
eſſe videtur; quia ſic & jam in terminis de fami-
liaribus delinquentibus dicunt idem Narbona
dict. num. 29. & 30. & Petrus Zenedo *in pract.
canonic. q. 12. n. 6.* procedere, qui ſi in cri-
minalibus cauſis regulariter ad examen inquiſi-
torum ſpectantibus judicis ſæcularis juriſdictio-
nem prorogare poſſint, & in eo conſentire; ita
ut amplius familiares ipſi prædictorum judicum
ſæcularium, forum declinare nequeant; quia
cujuſvis fraudis ſuſpicio ceſſet & familiaris in ju-
dicem ſæcularem conſenſerit coram ipſo reſpon-
dendo; nec fori inquiſitionis præſcriptionem al-
legando à cognitione cauſæ hujuſmodi familiaris,
manum inquiſitores amovere debent, nec illum
ulla ratione à judicibus ſæcularibus ſubducere,
ut Regii noſtri ac ſupremi ſenatus juſſio conti-
net, data hic Matrici 26. Martii 1568. cujus
ſeries in Archetipo Toletano ſervatur, ut te-
nent expreſſe relati Zenedus, & Narbona. † qui 30
etiam addunt quod ſi inquiſitores ipſi compere-
rint juriſdictionem laici prorogaſſe familiares de-
linquentes in fraudem ſuæ juriſdictionis, tunc
valeant poſtulare ſibi reſtitui familiares illos, &
ad id etiam judices ſæculares adigere, & com-
pellere poſſint: quod ſic in praxi obſervatum
vidi in ſancto inquiſitionis tribunali Valliſoletano
alioquoties in cauſis familiarium, & in alia incar-
ceratione D. Franciſci de Arze Zevallos, illius
Sancti officii ſecretarii nam illis non declinanti-
bus; imo conſentientibus in juriſdictionem laici,
non curavit ſanctum illud tribunal amovere co-
rum cauſas, eo quod non reſultarent in offenſionem
juriſ-

juriſdictionis ſancti officii, ſecus è contra, me judice practicarum fuit in alia in carceratione D. D. Franciſci, ac aliorum, quando ſcilicet recognitum eſſet dictos familiares, ſeu officiales prorogationem illam facere cum injuria ejuſdem ſancti officii. Et ſic explicandum, ac diſtinguendum judicio Barboſam, qui late agens *in dicto cap. cum tempore de arbitris*, videtur ex multis probare quod exemptus remunerare non poſſit privilegio ſuo ſine licentia Papæ; & ſic, nec Prælatos, & Religioſos, cujus dicta etiam de aliis ſubjectis exemptis non valentibus prorogare juriſdictionem judicis non ſui *ibi numero* 6. 7. & 8. ſatis aperte, & diſcrete intelliges ex his, quæ latiſſime dixi in *cap. 1. cap. ſi diligenti*, & *cap. 18. de foro compet*, quare non immoror.

31 Unde ego jam conſidero D. D. Chriſtophorum Moſcoſum; etſi in ſua prima allegatione negaverit exemptionem famulorum laicorum Epiſcopi ex jam adductis fundamentis, eamque conceſſerit reſpectu familiarium inquiſitionis; eo quod hæc exemptio expreſſe caveatur Regia conceſſione in multis ſchedulis; item & in *dicta l. 20. recopilat.* eſſe intelligendum juxta proxime dicta, tum propter contradictionem, quam ei opponunt relati hujus Curiæ literati; tum quia ipſe Diana *dicta p. 6 tract. 2. reſ. 9.* illum impugnat dicendo ex qua cauſa poteſt dicere D. Moſcoſo abſurdum eſſe Epiſcopos eſſe judices in delictis ſuorum famulorum, & quare non ſit abſurdum, ut inquiſitores, qui ſecundum ipſum ex privilegio Regis *ibi n. 75.* judicant de delictis ſuorum famulorum, & ſit abſurdum ex privilegio Papæ ad inſtar imperatores Martiani volentis *in l. 3. Cod. de Præpoſitis Sacror. ſcrin. cubic. lib. 12.* juriſdictionem exercere in ſuos cubicularios, & imperatoris Zenonis volentis eam exercere in ſilentiarios, ut cavetur *in l. 4. Cod. de ſilentiariis eodem lib.* cum noſtri faciant illationem de privilegio familiæ Epiſcoporum ad familiares, & miniſtros inquiſitionis, ut notanter probavi in relata allegatione pro ſancto officio inquiſitionis Valliſoletanæ dicto anno 1648.

32 Quare noſtri ad ſecundum fundamentum D. Moſcoſi *ſupra* relatum in verſ. *ſecundo loco*, quatenus dixit certum non eſſe, ut famuli Epiſcoporum non gaudeant privilegio fori, & magis certum ut illo non gaudeant famuli aliorum Eccleſiaſticorum inferioris dignitatis, dicunt nedum familiam Epiſcoporum ſuis expenſis ſalariatam; imo & Miniſtros officiales ſuæ curiæ fori privilegio gaudere, ut præter Barboſam, Riccium, Gratianum; Gavantum, Schilantem, Marinum, Bonacivam & Alcedum, quos refert, & ſequitur Diana *p. 4. tract. 1. reſ. 30.* ipſe adverſus Cutellum maxime invehentem *in Cod legum ſecularium Martini Regis poſt. cap. 21. in concordia inquiſit. cap. 2. à n. 10.* & *in Patrocinio Regiæ juriſdictionis n. 201.* probat abunde *p. 5. reſ. 1. à verſ. ſed omnia* cum à Ponte *deciſ. 63.* Aurelio Auguſtino in conſilio, quod ponit Barboſa *de jure Eccleſiaſtico lib. 1. cap 39. à n. 14.* Guacino *in defenſione earum tom. 1. defenſ 20. cap. 9. n. 24.* Marta *de juriſdict. p. 4. cent 20. caſu 3. n. 2.* Genuenſ. *in praxi cap. 9. n. 4.* Macrateoſ. *lib. 1. reſolut. 75.* & ex Doctoribus noſtris Hiſpanis D. Alfons. Narbona *in dicta l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. gloſſa 23. à n. 9.* Simon Raus *in dubiis de immunitate Eccleſiaſt. folio 94.* qui multos adducit caſus, in quibus magna cura Siciliæ remiſit Epiſcopis aliquos officiarios laicos proſequutos de criminibus extra officium commiſſis, & Marius Giurba *conſ. 70. n. 20.* Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto cent. 1. q. 65. n. 81.* Ubi teſtatur ita ſervari in magna Curia Regni Neapolis ipſe Diana latiſſime probat *dicta reſ 1. p. 5.* jure noſtro canonico ex *dict. cap. fin. de officio Archid.* Ubi cum infinitis Barboſa *n. 2.* qui dicit de familia Epiſcopi dici fiſcalem nuncium, ſive curſorem carcerum cuſtodes, Barriſellum, Birruarios, & his ſimiles, ubi refert ſic anno 1614. declaratum prædictos officiales annumerari in familia Epiſcopi; & inſuper addit Barboſa cum Gratiano Marchiæ *deciſ. 233.* & *diſcep. forenſ. cap. 340. & 341.* Belleto *diſquiſit. Clericor. p. 1. tit de favore Clericorum reali §. 1. n. 16.* Aloiſio Riccio *reſolut. 471. à n. 4* Mario Giurba *conſ. 884.* cenſeri quoque de familia Epiſcopi notarios, & procedere in Notario non exercente immediate; idem Giurba late agens, qua propter dicit cum aliis Barboſa optimo jure ſanctam congregationem ſuper negotiis Epiſcoporum, & regular, præpoſita mandaſſe Epiſcopo Oſtunenſ. 6. Auguſti 1602. ne ſuſpenderet cenſuras latas, & publicatas contra Gubernatorem Lanciani, niſi prius relaxato è carceribus ejus Notario Regiis hortatoriis, ac aliis quibuſcumque non obſtantibus.

Et inſuper ipſe Diana *dicta reſ. 1. p. 5.* multis 33 aliis in caſibus declaratum affirmat, & facto verbo cum Sanctiſſimo Urbano VIII. Papa, ab eadem congregatione ſic declaratum ut apparet ex epiſtola, quam per extenſum ponit Raus ſupra, idem Diana *dict. p. 6. reſ. 6. tract. 2.* loquens contra D. D Moſcoſum, ubi refert, & cum in Regno Siciliæ anno 1637. emanatæ fuerint aliquæ ordinationes prohibentes miniſtros Curiæ Epiſcopalis gaudere privilegio fori in delictis communibus, ſtatim Sacra congregatio ſcripſiſſet ad omnes illius Regni Epiſcopos epiſtolam, quam ibi ad litteram ponit, & inſuper alias, quibus confirmatur noſtra relata ſententia; & ſic reſolvit Diana miniſtros laicos Curiæ Epiſcopalis, tanquam de familia Epiſcopi, gaudere privilegio fori, non ſolum in officio commiſſis, ſed etiam in delictis communibus, ubi reſpondet D. Moſcoſo aſſerenti non conſtare de prædictis declarationibus Cardinalium dicens ex lite habita inter Sanctum Carolum Borromeum, & miniſtros Regios Mediolanenſes coram Pontifice, & ex reſponſionibus, quæ à Sancta congregatione ubique terrarum miſſæ fuerunt authenticæ, & in dies mittuntur ad Epiſcopos, hoc eſſe ita clarum, & notorium, ut non indigeat probatione ex gloſſa *in cap. appellanti de appellat.* Felino, & Doctoribus *in cap. ſuper litteris de reſcriptis*, Abbate, & Scribent *in cap. ſi debitus de appellat.* & *ex l. ſi adulterium §. idem Poloni ff. de adulteriis*, contrariumque aſſerere eſſe in luce meridiana velle cæcutire. † Et ad aliud, quod dicit D D. 34 Moſcoſo ex eodem Diana, ut non ſit neceſſario ſtandum declarationibus Cardinalium, reſpondet jam non eſſe admittendum poſt decretum Urbani VIII. die 2. Auguſti 1631. & præſertim quando declarationes Cardinalium feruntur ex ordine facto verbo cum Sanctiſſimo ut docet Merolla *tom. 2. diſp. 4. cap. 4. dubio 12. n. 173.* & ſic dicit refellendum eſſe D. Moſcoſum, dicentem declarationes Cardinalium in caſu noſtro procedere in tertiis. Ubi Pontifex habet domi-

nium

nium temporale, cum contrarium pateat & mul-
tis litteris auditoris Cameræ (quas ipſe refert)
35 directas extra ſtatum Eccleſiæ. † Addens quod
congregationes Cardinalium fundatæ ſunt à ſum-
mo Pontifice pro explanandis difficultatibus uni-
verſæ Reipublicæ Chriſtianæ, & non pro ſolo
ſtatu Eccleſiæ, & de jure civili etiam relatam
ſententiam probat Diana *in dict. p. 5. ex textu in
l. in Sacris Cod. de proximis ſacr. ſcrin.* Ubi pro-
batur abſque limitatione ſcrinia, ſcilicet ſecreta-
rios, Archivarios, cæteroſque in ſcrinio mili-
tantes, & in epiſtolarum, libellorum ſacrorum-
que imperatoris diſpoſitionum memoriam, ac
cuſtodiam inſervientes privilegio fori imperialis
gaudere; ita ut non poſſint cognoſci ab ordi-
nariis locorum, ſed conveniri debere coram
Magiſtro officiorum ipſiuſmet ſacri Palatii &c.

36 Ad aliud fundamentum D. Moſcoſi adductum
ſupra in verſ. *& tertio nam regulariter*, quatenus
probat certum eſſe, ut non poſſit Pontifex libe-
rare laicos à juriſdictione, ut eos de foro Eccle-
ſiæ faciat. Cui ut reſpondeat Diana *dicta p. 6.
tract. 6. reſ. 7.* memor illius quæſtionis, aut Pon-
tifex in temporalibus habeat Dominium directum,
de qua remittit ſe ad Martam *de juriſd. p. 1. à cap.*
18. ad Innocent. Hoſtienſ. Joan. Andream, Fe-
lin. & Decium *in cap. novit. de judiciis*, & de qua
ego dixi latiſſime *ibi q. 4. & ibi q. 6.* Ubi de illa, *an
Rex Franciæ, & Hiſpaniæ ſubſint Papæ in tempo-
ralibus, & ibi q. 8.* dico cum infinitis breviter,
ut etiam dixi ſub *dicto cap. novit. q. 1.* Pontificem
ſummum in ordine ad finem ſpiritualem poſſe
eximere laicos à juriſdictione judicum laicorum,
& probat cum Solorzano *de jure indiarum lib. 2.
cap. 22. à n. 17.* D. Dioniſio de Portocarrero *al-
leg. pro ſancto officio* n. 33. *fol.* 15. Balboa *in cap. 1.
de foro comp.* n. 6. qui ſunt Doctores Hiſpani
cum Mancio Merolla, & ex aliis plurimis, uti
& ego etiam dixi ſub *dicta allegatione pro ſancto
officio Inquiſitionis Valliſolet. ibi* n. 33. & applicat
Diana plura juris exempla, ex quibus, ſicut
prædicta laicorum exemptio queit à Pontifice
fieri, factumque eſſe de famulis Epiſcoporum;
quia id exigebat honor debitus dignitati Epiſco-
pali, & recta adminiſtratio cauſarum fori Eccle-
ſiaſtici, ſic & multos alios reperiri exemptos à
juriſdictione ſuorum judicum ordinariorum, ut
patet *in l. fin. Cod. de juriſdict. omn. judic. l. in of-
ficiales Cod. de officio Rector. provinc. l. ex eo Cod.
de agentibus in rebus l. eos Cod. de apparitor. Mag.
l. viros Cod. de diverſ. official. l. viros Cod. de pala-
tinis l. fin Cod. de veteranis l. hac lege Cod. de pri-
vileg. ſcolar. lib.* 10. quam exemptionem eſſe
etiam conceſſam officialium uxoribus, ut probat
lex ad diverſa *Cod. de ſilentiarii lib.* 12. & etiam
filiis, *l. eos Cod. de fabricenſ. lib.* 10. *& l. fin. Cod.
de profeſſor, & medicis*, & etiam matribus, ut
in l. fin. Cod. de caſtrenſ. peculio, & etiam ſervis,
& colonis, ut patet *in dict. l. in ſacris Cod. de
ſacr. ſcrin. lib.* 11. & hoc non ſolum ſi eſſent rei,
ſed etiam actores, ut habetur *in l. viros Cod. de
comitibus conſiſtoriarii lib.* 11.

Et ſic etiam pateat ex nonnullis, quæ dixi de
37 viduis, quæ maritorum ſuorum privilegiis po-
tiuntur in *cap. ex tenore* 11. *de foro comp. q.* 5. *&
in dict. cap. cum contingat* 13. *eodem tit. ibi q.* 13.
ubi an uxor Clerici Græci illo foro gaudeat &c.
ſequitur ex conſideratis per me *in dict. cap. novit.
de judic.* ex majori cauſa, & fundamento; imo
& à fortiori ſummum Pontificem habuiſſe in
ſtam cauſam eximendi familiam laicam Epiſcopi
à Juriſdictione ordinaria Principis ſæcularis, ſub-
deque Juriſdictioni Epiſcopi, hoc exigente, ut
dictum eſt reverentia tantæ Dignitatis debita,
& recta adminiſtratio negotiorum fori ſpiritua-
lis, & Eccleſiaſtici, ut ſic etiam comprobatur
ex verbis textus *in l. 3. Cod. de præpoſitis ſacrorum
cubiculariis lib.* 12. ubi habetur: *cubicularios tam
Sacri Cubiculinei, quam venerabilis Auguſtæ, quos
utroſque certum eſt obſequiis eſſe occupatos, & aulæ
penetralibus inhærentes, diverſa judicia obire non
poſſe obſervatione aliorum tribunalium liberantes
&c.* & ex *l. 4. Cod. de ſilentiariis eodem lib.* ibi: *ne
ad diverſa tracti viri devoti ſilentiarii Judicia Sa-
cris abſtrahi videantur obſequiis.*

Si ergo propter honorem debitum Regiæ Ma- 38
jeſtati eorum familiares per dictas leges ab aliis
tribunalibus eximuntur; Juſte quidem ſummus
Pontifex potuit eximere à ſæculari poteſtate, fa-
miliares Epiſcoporum, qui merito à D. Ambro-
ſio *de Dignit. ſacerd. cap.* 2. Chriſoſtomo *lib. 3.
de ſacerd.* Navarrano *oratione* 17. Regibus præ-
feruntur; & ob id Conſtantinus ille Magnus in-
greſſus locum, inquo Epiſcopi convenerant ad
concilium Nicenum celebrandum in medio con-
ventum erectus conſtitit, & cum parva quædam
ſella ibi eſſet loco poſita non prius conſedit,
quam Epiſcopi ad id annuiſſent: ſic Diana *ſupra
dict. reſ. 7.* ex Euſebio *lib. 3. de vita ejuſdem cap.*
10. quare reſolvit diſplicere D. Moſcoſum *in
dict. alleg.* negantem non ſolum Pontifices exi-
miſſe familiam laicam Epiſcoporum à poteſtate
ſæculari, ſed etiam non poſſe exiſtimans falſum
dicere, cum Pontifices id feciſſe conſtet, non
ſolum ex ſacris canonibus, ſed etiam noviſſime
ex declaratione, & facto Sanctiſſimi PP. noſtri
Urbani VIII. ut probat ex epiſtolis quas refert
ex *reſol.* 4. ad comitem Novellaræ; item prolans
factum Papæ in dubium revocari non debere
propter textum *in cap. in memoriam 96. diſt.* & ex
Anton. de Butrio *in cap. 2. n. 6. de tranſact.* &
aliis, & ex textu *in cap. cum inter viros §. fin. de
re jud & cap. abſit.* 11. *q.* 3. dicentibus declara-
tiones ejus eſſe juſtas; quoniam ipſe eſt fons ju-
ſtitiæ, *Clem. 1. de probat.* & amplius reſpondet
Moſcoſo n. 40. dicenti laicos non poſſe ſe ſubji-
cere Eccleſiaſticæ juriſdictioni aliud conſtare
utroque Jure, canonico ſcilicet *in cap. ſignificaſti
de foro comp* (ſed tu dices, ac diſtingues, ut ibi
ego dico) *& in l. ſiqui ex conſenſu, & l. Epiſco-
pali Cod. de Epiſcop. aud.* & ex Paurmeiſter *de
juriſd. imperii Romani lib. 2. cap* 8 *n.* 68. Duareno
de ſacr. Eccleſiaſt. Miniſt & beneſ lib. 1. cap. 1.
& cum aliis multis ipſe Diana *dict. p. 5. tract. 1.
reſ* 8. de quo dico *q. ſequenti.*

Nec obſtabit dicere familiam aliorum Eccle-
ſiaſticorum inferiorum non gaudere privile- 39
gio fori Eccleſiaſtici; & ſic ſicut reſpectu iſto-
rum privilegium eſt perſonale; ita etiam reſ-
pectu Epiſcoporum, legati, nuntii, & Cardi-
nalium &c. Sed ut ſupra viſum eſt non eadem
ratio Dignitatis præſtat in clericis, ac in prædi-
ctis in tali Dignitate conſtitutis, ad quorum or-
natum; imo & ad neceſſaria officia ſuæ Digni-
tatis, familia laica eſt admodum neceſſaria, ut
experientia demonſtrat. † Nec inquam debet 40
obeſſe D. Moſcoſo, qui *n.* 79 ſuæ allegationis
dixit, Romæ inquam familiares Epiſcoporum non
gaudere privilegio fori; ſed reſpondet Diana *dict.
c. 6. tract. 2. reſ. 10. in verſ. ad id*, non ex eo ſequi
recte

rectè, ut alibi extra Romam non debeat gaude-
re: nam Romæ id obſervatur ex aliqua juſta
cauſa bene viſa ſummo Pontifici; & clare vide-
tur eſſe, cum ibi aſſiſtat idem Pontifex; qui eſt
omnium Epiſcoporum Maximus: nam cum jam
latè ego dixerim *in dicto cap. cum contingat*. 3.
*de foro comp.q.*12. familias Cardinalium gaudere
fori privilegio, & ubique debeant gaudere pa-
latio illorum immunitate, ut docent Peregrinus
de immunit. cap. 4. *an.* 75. Sanchez *in opuſculo
tom.* 2. *lib.* 6. Barboſa *de jure Eccleſiaſt. lib.* 1.
*cap.*4.*n.* 80. cum aliis, quos citat Diana *dict.p.* 5.
*tract.*2.*res.* 54. tamen Romæ non gaudere dicta
immunitate docet Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2.
can. 15.*q.* 16. & alii; & nec magis in terminis
familiares Cardinalium Romæ non gaudere, ut
tradunt Pereira *de manu Regia tom.* 1. *cap.* 10. *n.*
13 Carleval. *de judic lib.* 1.*tit.* 1.*diſp.* 2. *q.* 6 *ſect.*
6.*n.*509. Barboſa *de jure Eccleſiaſt.lib.*4.*c* 4.*n.*85.
& in praxi Romæ hoc non ſervari teſtantur Bona-
cina *tom.* 3.*diſp.* 1.*q.* 16. *punct.*3. *n* 7. Scacia *de
judiciis, tom.* 1. *lib.* 1.*cap.* 11 *n.*22. & hoc forſi-
tan eſſe introductum reſolvit idem Diana in dicto
verſ. *ad id* in fine, propter reverentiam ſummo
Pontifici debitam.

Ad etiam quod etſi Epiſcopi habeant pri-
41 vilegium, ut in ſuis ædibus celebretur ſingulis
diebus, ſed dum Romæ morantur, hoc privile-
gio uti non poſſent.

Undè etſi idem D Moſcoſo, ac alii oppugna-
42 tores dicant ex tali familia laica Epiſcoporum,
ac nuncii nimium detrahi juriſdictioni ſæculari,
reſpondet tamen Diana *dict. res* 10.*in principio*
cum D. Dioniſio de Portocarrero *in dicta alleg.
pro Sancto officio n.*6. *folio.* 3. non obſtare: quia
miniſtri laici Epiſcoporum, Cardinalium, ac
Nuncii, ſolent eſſe nimis pauci, ſicut & ipſe
Portocarreno de Miniſtris Sanctæ inquiſitionis,
diſerte verbis loquitur ſequentibus ibi: *granfalta
hazen à un virrey, oa un corregendor cinquenta
perſonas entre mallores de millares que goviernam à
todas las demas olvidam por molettar a eſtas, ſolas
ellas viven eſcandaloſa mente, y turban la paz pu-
blica en ſolas ellas echa de ver que ſe diſminue la
juriſdiccion Real.* &c. Et ad alia ejuſdem D. Moſ-
coſi ſigillatim reſpondens ipſe Diana etiam abun-
de contra ipſum, & alios *res.* 5. probat cum infi-
nitis Epiſcopos poſſe habere familiam armatam,
& Miniſtros executores ad carcerandum, qui de-
bent gaudere, ſicut dixi *in cap cum non ab homi-
ne de judic. q.* 14. Ubi de quæſt. *an Epiſcopus poſ-
ſit habere familiam armatam ad capturam, & ad
executionem ſententiæ.* ubi affirmavi, ſicut *ibi*
diſtinxi.

43 Ad fundamentum 4. adductum *ſupra* in verſ.
item quarto, ubi adducta eſt ordinatio Granaten-
ſis; item & *legis Regiæ in principio* 14. *tit* 1. *lib.* 4.
recop & alterius ſchedulæ Regum D Ferdinandi,
& D. Eliſabeth anni 1504. quarum verba *ibi* retu-
li, & ad alias ſimiles leges, edicta; ſeu decreta
Regia, aut civilia, reſponde in his materiis, de
quibus longè dictum eſt in toto noſtro capite,
magis ſtandum eſſe ordinationibus Pontificiis,
quàm Regiis, quantumvis D Moſcoſus in de-
fenſionem ſuæ ſententiæ *in dict. alleg. n.* 46. ar-
gumentetur ſequentia etiam verba exprimendo
ibi; *Reyes Chriſtianiſſimos que mereſieron el nom-
bre de Catolicos hijos verdaderos de la Igleſia, y
ſummamente atentos a exaltarla, ſino eſtuvieran
muy ciertos deque los ſeglares familiares de los
obiſpos eran de ſu Juriſdiçion, no orden aran en
la zedula Referida al Abbad de Valladolid que ed-
ſiſteri de favoreçerlo, y al caſ. las cenſuras, conque
no aqia podido inhibir alos Alcaldes &c.*

Quia ultra quod ſupra à quæſtione longè ſcri- 44
ptum ſit prædictis legibus Regiis contra immu-
nitatem Eccleſiaſticam pugnantibus ſtandum non
eſſe, ut etiam firmatur ex alio Caroli V, eorum
nepote decreto *quæſt ſequenti* referendo. * Reſ 45
pondeo cum Diana *dict.p.* 6.*tract.* 2. *res.*8. verſ.
ad ſextum, quod Urbanus VIII.. qui ſedit in Ca-
thedra D. Petri, qui à Chriſto Domino cla-
vem ſcientiæ recepit, qui authoritatem habebat
interpretendi canones, concilis ex his, quæ dixi
in cap.cum veniſſent 12. *de judiciis.* ſi non eſſet
certus quod familiares laici Epiſcoporum eſſent
de ſua Juriſdictione, non præciperet ſub pœna
excommunicationis, quod familia laica Archie-
piſcopi Rhodienſis, gauderet privilegio fori, nec
id etiam declaraſſet Paul. V. & ſic admonet lecto-
rem an ſuum, vel D D. Moſcoſi argumentum
prævalere debeat, & cui credendum ſit circa in-
telligentiam canonum, & concilii Trid. Cæſari,
an Pontifici. II. & in ſuper addit non eſſe rece-
dendum à communi regula Doctorum; pro quo. 46
† Adducit, ut quando inter judicem ſæcularem,
& Eccleſiaſticum, lis adeſt, ad quem ſpectat
Juriſdictio, non ad ſæcularem, ſed Eccleſiaſti-
cum ſpectare ex Felino, Jaſone, Ripa, Sperello,
Laymen, Sanchez, & aliis; quos ipſe etiam ci-
tavit *in p.* 4.*tract.* 1.*reſol.*64. de quo dubio dixi
ſub Rub de foro comp.q. 1. etenim ille Abbas Val-
liſolet. ordinariam habebat Juriſdictionem Epiſ-
copalem, ut certum eſt, quare ſicut de Epiſcopis
debuit cum eo loqui.

Unde quamvis D. Moſcoſus conetur ſatisface- 47
re juribus noſtræ ſententiæ, nempe *cap.fin. de
officio Archidiac.* & aliis relatis *ſupra* in verſ. &
ſexto quia jura. Tamen ex jam adductis declara-
tionibus Pontificiis, & praxi; quantumvis de-
ciſio illorum jurium eſſet obſcura, adhuc noſtræ
ſtandum eſſe ſententiæ, nempè, ut familia laica
nuncii gaudeat privilegio fori ex fundamentis
Supra adductis; & licet idem Diana *dict. res.* 10.
*tract.*2 6.*in fine*, maximè de Domino Moſcoſo
conqueratur dicens *in prædicta allegatione* Dia-
nam ipſum opiniones falſas docere illum vene-
rando; ſed ego ex prædicta allegatione ipſius
Domini Moſcoſi, & alia manu ſcripta, in qua
noſtram ſententiam arripit in caſu ſecundo, ſuper
quo ſcripſerunt litterati hujus Curiæ *ſupra* men-
tionati. video ipſum contra ſenatores conſilii
ſupremi inſurgere prædicto ſecundo caſu cu-
juſdam famuli nuncii ex reſiſtentia incarcerati
juriſdictionem declinantis, & inhibitione petiti
ab ipſo nuncio, ipſum famulum fuiſſe à Præto-
re hujus Curiæ remittendum nuncio, ut factum
fuit; ſed non inquam in caſu ſuæ primæ allega-
tionis; quia famulus, de quo agebatur tunc præ-
terquam quod declinatorium non intentavit, nec
nuncius illum remitti petierit, judices illos Re-
gios inhibendo vulgó *à los Alcaldes de corte* erat
famulus nepotis, ſive Conſobrini ejuſdem nun-
cii, ad quem fori privilegium non erat, cur ex-
tenderetur.

Ex quibus, & aliis dicendis *quæſt ſequenti*, &
ex aliis *à quæſt* 1. latè dictis patet dicendum in 48
dubio noſtro Reges condendo legem, ſive ſtatu-
tum, ut familiares laici nuncii, legati, Cardina-
lis, Epiſcopi &c. facere contra libertatem, &

immunitatem

Anchar. *conſ.* 115. *n.* 7. Abbas *in textu noſtro n.* 27. *&* 31. Albac. *conſ.* 8. *à n.* 13. *& ſub n.* 10. alij, quos citat Ugolin. *in reſponſo ad juriſconſult. Gymnaſij Patavini cap.* 6. *n.* 8. Collegium Bononienſe *in reſponſo pro libert. Eccleſ. n.* 14. Maynard. *de privileg. Eccleſiæ art.* 21. *n.* 6. Diana *p.* 4. *tract.* 1 *reſ.* 52. verſ. *bis ſuppoſitis.* Et adeo ita tenet P. Suarez ad Regem Angliæ *lib.* 4. *c.* 35. *n.* 6. quod dum diſponitur circa perſonas laicas, & ordinatur gravamen ad Clericos, ſtatutum eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.

2 Et deinde in terminis videtur probari; quia ſtatutum, quòd tollit Clericis id, quod eis competit de jure communi, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ut patet *in c. cum terra de elect.* ubi Imola, & Butr. idem tenentes *hic n.* 3. & Felin. *n.* 68. Decius *n.* 3. Alex Riminaldus, Malvaſia, Hodus, & Hondedeus, quos citat, & ſequitur Philippus Maynardus *de privileg. Eccleſ. p.* 1. *n* 24. quibus addo Caſtillo de Sotomayor *tom.* 3. *de tertijs c.* 9 Aponte *in reſponſo pro cenſura venata fol.* 71. Laderchius *conſ.* 103. *n.* 8. Germon. *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 5. § 5 Mandellus *volum.* 1. *conſ.* 164. *n.* 13 Fagnano *in reſponſo pro validitate cenſuræ Pauli V. p.* 3. *fol.* 58. Sacra Rota Romana in una coitigicuſi die 16. februarij annò 1589. coram Gypſio, & in una Naſſafienſi 21. Junij 1591. & in præcitata Cryptæ, & in una venetæ, quam penes ſe impreſſam habere ait Diana *p.* 5. *tr* 1. *reſ.* 8. verſ *ſed his* in fine, eulegium Bononienſ *ſup. n.* 17. Valenzuela *in defenſ. Monit. p.* 1. *n.* 55. D. Beltran. de Guebera *in propugnac. libert Eccleſiaſt. aſſert.* 1 § 5. *n.* 15. Tornus *in apolegia pro libertat. Eccleſ. fol.* 23. Sed ſic eſt quod laici poſſunt porogare jurisdictione judicis Eccleſiaſtici ut latè dixi per textum *ibi in c. ſignificavit*; *& in c.* 5. *de foro comp.* & patet ex *l. ſiqui ex conſenſu, & l. Epiſcop. Cod. de Epiſcop audientia*, ut docent Caldericus, Federicus de Senis, Ubameſius, Tuſchus, & alij, quos citat, & ſequitur Joannes à Chochier *in vendic. libert. Eccleſiaſt. p.* 1. *c.* 66. *n.* 5. *&* 10. Baldus, Jacob. Lappus, Maſullus, Vivius, & Capicius, quo citat, & ſequitur Carol de Graſ. *de effectib. Clericor. effect. n.* 1. *n.* 75. Narbona *in l.* 2. *tit.* 4. *l.* 59. *gloſſa* 1. *n.* 9. *recopil.* Madius *de ſacram ordinis c* 13. *n.* 23. Boërius *decis* 69 *n.* 5. Natta *tom.* 2. *conſ.* 413. *n.* 4. Novarius *de elect. fori ſect.* 3. *q.* 13. *n.* 15. Petrus Barboſ. *in l* 1. *art.* 3. *n.* 139. *ff. de judic.* ex Menochio *volum.* 4. *conſ.* 322. *n.* 20. Diana *p.* 5 *tract.* 1. *dict. reſ.* 8. optimè D. Joan. Beltran. de Guebara *in propugnac. libert. Eccleſ. aſſert.* 1. § 6. *n.* 61.

3 *Ergo cum Eccleſia habeat facultatem, ut poſſint contrahere cum laicis; ſic ut quoties arctatur eis, libertas hæc ſit contra ejus immunitatem; ſequitur ut tale ſtatutum de non prorogando jurisdictionem, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ut docent relati, & Laderchius *dict. conſ.* 103. Aponte *in reſponſ. ſuper cenſur. veneta fol.* 85. & alij.

4 Nihilominus non utique generaliter, & abſolutè veram eſſe ſententiam proximè relatam in puncto dubij propoſiti; quãtumvis in alijs caſibus de quibus à q. 1. huc uſque diximus, mihi verius videtur per illa, quæ dixi *in d. c. ſignificaſti* 18. *de foro comp.* q. 8. Ubi n. 3. dixi ſtatuto diverſarum provinciarum laicorum prorogare jurisdictionem judicum Eccleſiaſticorum, ubi egi latè de illa quæſtione *à n.* 1. *an ſemper verum ſit ut laici queant prorogare jurisdictionem judicis non ſui abſque licentia ſuperior.* & ex his, quæ dixi *in c. licet ex ſuſcepto* 10. *eod. tit. q.* 3. Ubi *à n.* 3. probavi leges pœnales, quibus noſtro Regio jure *ut in l.* 10. *tit.* 1. *l.* 4. *rec.* & aliæ prohibentur laici conſentire in judicem Eccleſiaſticum, & quibus conſtituitur, ut laici ſuper re prophana, laicos conveniant coram judice ſuo laico eſſe juſtas, nec infringere libertatem Eccleſiaſticam. *Tum per pluta, quæ dixi *in c. novit. de judic.* Ubi extra materiam ſpiritualem, & peccati, Principes laici, & Papa habent in prophania jurisdictionem diſtinctam, & ſeparatam quam quilibet pro viribus tenetur defendere, ne uſurpationi jurisdictionis detur locus, ut dixi *in Rub. eod. tit. & in toto illo tit.* & per latè dicta *ibi in dicto c.* 5. *à q.* 1. ubi aliud inquam eſſet de ſtatuto prohibente, ut pro re Eccleſiæ, quam poſſideret laicus non conveniretur coram Eccleſiaſtico; & ſic videndo in præcitatis locis à me dicta, invenies hanc doctrinam cum hac diſtinctione veriſſimam eſſe. Et *in eo tit.* dixi quod ſi contra præceptum *dict. leg.* 10. 12. *&* 13. *rec.* contingeret quod laici cauſa definiretur à laico, utique tale judicium valere; quia tunc ſtat prædicta regula, ut cuilibet liceat prorogare jurisdictionem Eccleſiaſtici, cum ea lex ſit tantùm pœnalis, juxta ea, quæ dico *infrà in cap. per hoc tit.*

Ad ſecundam quæſtionis partem an liceat Principibus laicis pragmaticam, ſive ſtatutum condere ne laici conductores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico. Ut abunde queas reſpondere, leges quæ latiſſimè ſcripſi *in dict. c. ſi Cleric. laicum.* 5. *de foro comp. à q.* 1. & per *ibi dicta q.* 3. & proprius *q.* 4. 5. *&* 6. cum alijs, ubi affirmo, ut laicus queat conveniri coram Eccleſiaſtico, non ſolum in re Eccleſiæ, ſed etiam in fructibus, item ut poſſit convenire laicum conductorem decimarum *& ibi q.* 7. idem de laico emphiteuta Eccleſiæ; in his enim caſibus, & quæſtionibus, ſive alijs ſimilibus exiſtimo verum, ut laicus conductor, ſive emphiteuta fructuum Eccleſiaſticorum, quantumvis illi ſint temporales, poſſint ſe ſubmittere cognitioni judicis Eccleſiaſtici; imò & de jure noſtro canonico procedere, quamtumvis eſſet lex Regia prohibens laicos prorogare jurisdictionem laici. Et eſt ratio qua ut *ibi in dict.* 5. *& alibi in eo tit.* dixi poſſunt Clerici convenire laicos coram Eccleſiaſtico pro rebus Eccleſiæ; vel ſuis ſive agatur actione reali, ſive perſonali, vel ex legato, vel locato, ut paret etiam *in c. ſi annum de judic. lib.* 6. ubi Anchar. Francus, Philippus, & Archidiaconus cum gloſſa verb. *dependentibus*, & tenent Inocent. & Abbas. *in c. ſi Cleric.* 5. Gratianus *diſcept. forens. tom.* 2. *c.* 238. *n.* 17. Diana *dict. p.* 5. *tr.* 1 *reſ.* 8. in verſ. *confirmatur.* quia licet involvat relata *hic à n.* 1. & alia de hoc caſu debet intelligi cum ibi formet dubiũ, an ne laici poſſeſſores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico, licitum ſit condere pragmaticam prohibentem laicis prorogationem jurisdictionis; & addit ibi textum *in c. Epiſcopum* 17. *q.* 1. *& in c. quia nos de teſtam. & in c. poſtulaſti de homicidio*; tunc enim quodlibet ſtatutum prohibens, ne laici convenirentur coram Eccleſiaſtico judice; eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſi Eccleſiæ, Eccleſiaſticæve perſonæ non nominarentur; quia ſe intromiſit in rebus Eccleſiæ, & Clericorum: alia dico infrà ſub. verſ. *ad tertiam.*

7 Quare ex dictis *in dicto c. ſi Cleric laicum dict. q.* 5 addo, ut ratione præbendæ ſibi locaræ, debeat laicus ſuper fructibus conveniri coram judice Eccleſiaſtico; præſertim quando contrahentes laici renunciaſſent fori privilegio, & judici Eccleſiaſtico ſe ſubmiſiſſent, non inquam ſi Princeps laicus hanc ſubmiſſionem, & renunciationem

prohiberet, per aliquam ſuam conſtitutionem
ſuſtineretur, uti faciens contra juriſdictionem, &
libertatem Eccleſiaſticam, ut rectè obſervant Ma-
ceratens. *variarum reſol. lib. 1. reſolut. 48. per totam*
Diana cum alijs *dict. p. 4. reſol.* 24. quem citavi
8 *in dicta quæſtione* 5. *de foro*, ſed tu illum, &
alios interpretabis, ut ibi ego ſcripſi &c.

Ad tertiam quæſtionis partem, an Principes
laici queant ſtatuere, ne contractus jurentur; ſic
ut taliter conſtituendo; faciunt contra libertatem
Eccleſiæ. Et ſuppoſitis quæ latè dixi iuſià *in cap.
novit de judic. quæſtione* 8. & 9. Ubi egi de ea,
*an laici Principes, aut judices, poſſint, de jura-
mentis cognoſcere: & ibi quæſtione* 13. Ubi de illa
*an cum judex Eccleſiaſticus de juramento cognoſ-
cit, & conſequenter poſſit cognoſcere de contracti-
bus à laico juratis*, & ſtatutum ſit in hoc Reg-
no *per lib. 11. tit. 1. dict. lib. 4. recop.* quæ pro-
hibet ſtatutum jurare, ne ratione juramenti ha-
beat judex Eccleſiaſticus cognoſcere, & inſuper
ſtatutum ſit legib. 12. & 13. ejuſdem tituli; ut
puniantur laici declinantes malitiosè juriſdictio-
nem ſæcularem; ideo juſtè de hac difficultate
nunc inquirendo, videtur abſolute dicendum,
ut tales leges non admittantur, ut ſentiunt non-
nulli infrà referendi; quia cum juramentum di-
rectè pertineat ad virtutem Religionis, & ejus
vinculum ſit res ſpiritualis excedens poteſta-
tem ſæcularem; inde inferentes non poſſe circa
illud Principes laicos diſponere, cum multis
Carolus de Graſſ. *de effectibus Clericor. effectu.* 2.
numero 81. Duardus *in Bulla cœnæ lib. 2 can. 15.
quæſtione* 19. *numero* 36. Maria *de juriſd. p.* 4.
cent. 1, *caſu* 72. *numero* 18. qui vocat contra-
riam ſententiam falſam, Diana *p. 1. tractatu 2,
reſ.* 72. alia referens; & ſit dictas leges inter
juriſconſultos Hiſpanos doctiſſimè Sahagun de
Villa-Sante *in cap. decernimus de judic. num.* 127.
ex D. Thom. nullas eſſe docet, tanquam Eccle-
ſiæ poteſtati contrarias, Marcſcotus *lib. variar.*
9 *cap.* 12 *à numero* 10. Seraphin. *de juram privileg.*
76. *numero* 18.

Quare Suarez *de Religione tom. 2. lib. 2. cap.*
78. *numeros* 5. dubius, & hezitans dicit non care-
re difficultate leges illas irritantes contractum
ſolum propter ſubjectionem juramenti: nam vi-
dentur ſaltim indirectè eſſe contra libertatem
Eccleſiaſticam; licet lex Caſtellæ expreſsè id ne-
get; & Bonacina *in Bulla cœna diſp. 1. quæſtione
26. ſect. 1. puncto 2. numero* 26. poſtquam firma-
vit poſſe Principes ad evitanda perjuria, quæ
paſſim fiunt, ſtatuere, ne juramenta in celebra-
tione contractuum adhibeantur; hoc tamen cen-
ſet modo id fiat ſine præjudicio libertatis Eccle-
ſiaſticæ, quamobrem (ait) ſi princeps prohi-
beat juramentum contractui apponi, ne cauſæ
temporales prætextu vitandi perjuria ad forum
Eccleſiaſticum deducantur à culpa, non excuſa-
tur; quia libertatem Eccleſiaſticam, ſaltim in-
directè offendit; & conſentit, Molina *tom. 2. de
juſtitia tract. 2. diſp.* 171. *numero* 3.
10 Sed nihilominus in hoc puncto exiſtimo reſ-
pondendum juxta diſtinctionem adhibitam in pri-
mo dubio de prorogatione, nempe ut ſi Princeps
omnino, & generaliter prohiberet juramento
corroborare omnes contractus à laicis ſubditis
factis, aut faciendis, revera tunc talem prohi-
bitionem eſſe omnino improbandam. Verum ſi
mandaret ut ſuper rebus omnino prophanis con-
tractus non jurarentur, ne ex hoc daretur adi-
tus ad judicem Eccleſiæ circa cognitionem illius,
indeque eveniret, ut illuderetur juriſdictio ſæ-
cularis fugiendo ſubditi ab ea, & ſe ſubjiciendo
judicibus Eccleſiæ, puto bene prohibitionem 11
procedere. † Nec inde offendi libertatem Eccle-
ſiaſticam, nec ejus exemptionem, cum id non
præcipiant, nec ſtatuant Principes laici ad æmula-
tionem juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed ad ſuam
Juriſdictionem tenendam: ita Balboa, & Seſſe re-
lati Diana *ſub dict. q. 8. tract. 1. p. 5. verſ. hinc* qui-
bus & ego *in dict. cap. novit q* 8. probando diſtin-
ctam eſſe poteſtatem ſæcularem, & Eccleſiaſti-
cam, nec unam alteri impedimento eſſe quoad
cognitionem cauſarum ſubditorum; eo quod
Chriſtus Dominus *in cap. cum ad verum 6. dist.*
96. actibus proprijs, & Dignitatibus diſtinctis offi-
cia poteſtatis Pontificiæ, & imperatoriæ diſcreve-
rit; atque adeo Imperator jura Pontificatus arri-
puerit, nec Pontifex imperatorum nomen uſur-
paverit, & ex alijs ibi à *n.* 5. adductis; ideo bene
cum Covarruv. *in cap. quamvis pactum.* 1. *p.* § 3. *n.*
8. *de pactis*, Guttierrez *in auth. ſacramenta pube-
rum Cod. ſi adverſus venditorem à n.* 53. Antonio
Gomez 2. *tom. variar. cap.* 14. *n.* 22. & Balboa cum
alijs in eo textu *n.* 63. dixi deciſionem *dict. l. 11. tit.
1. l. 4. rec.* quæ ſub certis pœnis prohibet laicos Ec-
cleſiaſticæ juſdictioni ſe ſubmittere, & pro rebus
prophanis ſe obligare publica obligationis ſcrip-
tura cum juramento, ſic ut alias tales ſcripturæ &
obligationes nullius momenti ſint, & rebelliones,
coram quibus confectæ ſint pœnis dictæ legis Re-
giæ ſubijciant, nullomodo eſſe Religioni, aut liber-
tati Eccleſiaſticæ contrariam, ut latius ibi patet *n.*
8.9 & de modo qualiter poſſit practicari *ibi d. q.* 9. 12
Et quamvis Fagundez *in præcepto. 1. lib. 3. cap. 7.
n.* 1. & Alvarez Valaſquez *tom. 1. conſult. 99. n* 3.
& alij, putaverint dictas leges Regias fuiſſe latas
ex privilegio ſummi Pontificis, nam alias poſſent
in omnibus ſtatutis contra libertatem Eccleſiaſti-
cam ſe tueri laici prædicta reſponſione, quod ab-
ſurdiſſimum eſſe dicit Diana *ubi ſupra*, ſed reve-
ra in puncto juris, & ſecluſo omni privilegio, do
quo non conſtat, potuerunt Reges noſtri Hiſpa-
ni dictas leges Regias condere, cum tantùm lo-
quantur de contractibus laicorum ſuper rebus
prophanis non jurandis, ſecus inquam in contra-
ctibus, quibus laici conductores redditus Eccleſia-
rum, & Eccleſiaſticorum, quos juramento corro-
borari illæ leges non prohibent; quia cum tales
contractus pertineant ad res Eccleſiæ, & Eccleſia-
ſticorum, bene contractus cum juramento valent,
cum utcumque ſine eo magis ſit receptum in
praxi pertinere de illis judicium ad Eccleſiaſticum
judicium ex longe dictis *in dicto cap. ſi Clericus
laicum. 5. de foro comp. à quæſt. 1. & ibi q.* 5. 6. &
7. cum alijs: & ſic docent præter Balboam *in
cap. 1. & 2. de foro compet. n.* 10. Azevedus *in
dict. leg. 11. tit. 1. lib. 4. recop. in fine* Gutierrez
ſupra Molina Theologus *de juſt. tom. 1. tract. 2.
diſp.* 149. *n.* 15. Covarruv. in pract. *cap. 35. n.* 2.
Caſtrus Palaus *tom. 2. tract. 10. puncto.* 15 *n.* 9. Fa-
gundez *præcepto 5. lib. 3. cap. 5. n.* 11. & ex Doctori-
bus Italis Gratianus *tom* 2. *c.* 238. *n.* 18. videbis quæ
latè dixi *dict q.* 9. à *n.* 4. ubi *n.* 10. cum Anaſtaſio
Germonio, Bartolo, & alijs. *Ubi quod ſtatutum 13
poteſt prohibere ne juretur (modo dicto) ſed poſt-
quam juratum eſt non poſſe prohibere, ne jura-
mentum obſervetur; quia ut dicunt Bartol. *in l. om-
nes populi ff de juſtitia, & jure*, & cum eo, & Aleia-
to, Anaſtaſius *de ſacrorum imm. lib. 3. c. 21. n.* 163.
Balboa

Balboa *in cap.* 1 *de jurejur.* lex civilis directè prohibens ne juretur, ſed prohibens indirectè præſtari ad tollendas fraudes tenet; ad quem ergo effectum, conſtat prædictas leges Regias poſitas, & conditas, ne fraudetur, ſcilicet Principis juriſdictio in rebus prophanis alia de hac quæſtione videbis *ſupra q.* 10. verſ. *ad quintam.*

14 Ad quartam quæſtionis partem an Principes ſtatuere poſſint, ut Epiſcopus ſtare debeat proceſſui à judice laico ſi reus remittendus ſit, necne, ſed quia dixi *in cap. etſi Clerici*, 4. *de judic. quæſtione* 2. de ea difficultate, an Epiſcopus ſtare debeat proceſſui facto à judice laico, ſi reus remittendus ſit necne; & quod non debeat ſtare concluſum ibi, ſit contra Giurbam, ſequitur dicendum ex regula textus noſtri, & ex jam longè dictis à *quæſtione* 1. quod ſi Principes laici ſtatuerent, ut Epiſcopi, ſive judices Eccleſiæ ſtarent proceſſui facto à judice laico in caſu difficultatis, infringerent Eccleſiaſticam libertatem, ſiquidem tali facto prohibeant fieri proceſſum, & informationem à judice Eccleſiæ; non enim ut dixi *ibi quæſtione* 5. poteſt laicus judex proceſſare Clericum ad effectum remittendi eum ad ſummum Pontificem: nec amplius huic dubio inſiſto.

15 Ad quintam quæſtionis partem, an inquiſitores poſſint cogere Dominos, ac Magiſtratus, qui fecerunt aliqua ſtatuta, & decreta impedientia eorum juriſdictionem, ut illa revocent & repetita hic quæſtione, de qua *ſupra ſub q* 34 verſ. *ad ultimam à numero* 24. & ſcito quod Sanctum inquiſitionis officium directo dicitur impediri: quando ſtatutum mandat, ne aliquis civis accuſari, aut inquiri poſſit in crimine hæreſis; item quando mandaret quod nullus contra alium de crimine hæreſis teſtificari audeat, ut notant Eymericus *in director. inquiſit. p.* 2. *quæſtione* 54. *n.* 1. *&* 2. ubi Penia *comment.* 79. *lit. A* verſ. *primo*, Farin. *de hæreſi quæſtione* 182. *§.* 5. *numero* 75. Jam ergo ad difficultatem reſpondeo affirmativè ex textu *in cap. ſtatutum* 9. *de hæret. lib.* 6. Ubi docet Pontifex quod ſtatuta loci, quæ directè, vel indirectè impedire, vel retardare poſſunt Inquiſitionem, ne procedat, non valeant; ut docent *ibi* Doctores, Sylveſter *in ſummam.* Verb. *hæreticus* §. 2. *numero* 8. verſ. *quartum Domini* Umbert. locato *in judic. inquiſit.* in verbo *Domini temporales. numero* 3. & in verb. *ordinare numero* 1. Zanchin. *de hæreticis cap.* 31. *numero* 6. Eymericus *in director. inquiſitor. p.* 3. *quæſtione* 34. Ubi Penia *comment.* 883. Ubi quod omnia hujuſmodi ſtatuta, ſeu leges directè, vel indirectè officium inquiſitionis impedientia, ſunt ipſo jure nulla, qui recenſent, & Farinac. *dict. quæſt.* 182. *dict.* §. 5. *numero* 76. Summorum Pontificum reſcripta ſuper hoc diſponentia, quæ ſunt Alex. IV. Innocentij IV. & Urbani VII. quibus probatur, ut nec ſubditi dictis legibus teneantur obedire, ut contra Eccleſiæ Catholicæ leges, promulgatis.

16 Unde Diana *p.* 4. *tract.* 8. *res.* 104. cum præfatis, & cum Barboſa *in dicto cap. ſtatutum*, Zanardio *in directorio theolog. p.* 1. *prac.* 1. *cap* 6. *q.* 28. & alijs firmat, ut inquiſitores in tali caſu poſſint ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis contra fautores hæreticorum decretis, adverſus tales ſtatuentes procedere; imò & Abb. Archidiacon, Germinian, Joan. Andreas, Ancharran, Domin. Monach. Franc. Vician. Alagona, Lap. & alij ordinarij per textum *ibi in dict. cap.*

D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ.

ſtatutum, dicunt quod Rectores compelli valent cenſuris, ut ſtatutum deferant inquiſitori, et ſi tale reperitur, ſit revocandum, vel moderandum, ne impediatur, vel retardetur proceſſus inquiſitionis aliquo modo; tenetur enim ſæcularis judex litteras, & mandata Inquiſitorum hæreticæ pravitatis celeriter exequi, & illorum officium nullatenus impedire, Mandez à Caſtro *in praxi luſitan. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 26. Bobadilla *in politica l.* 2. *c.* 17. *n.* 81. Azeved. *in l.* 15. *tit.* 1. *lib.* 4. *recop. n* 7 Simancas *de Cathol. inſtitut. tit.* 23. *n.* 9. *lucerna Inquiſitorum.* Verbo *impedientes.*

17 Et ob id quia Inquiſitores poſſunt invocare auxilium brachij ſæcularis pro capiendis hæreticis, eorumque credentibus &c. ac omnibus alijs de hæreſi damnatis, vel inſpectis; ideo ſi Magiſtratus negligentes, aut contumaces fuerint in hoc auxilio præſtando, poterunt Inquiſitores eos excommunicare, honore privare, ac alijs pœnis pro qualitate criminis coercere ex *c. officium* §. *denique de hæret cap. ad abolendam cap. pen. cap. excommunicamus* § *moneatur eodem.* Ubi Doctores ordinarij, & alij adducti *ibi* à Barboſa.

18 Pro complemento hujus dubij judico notandum cum Diana *dicta res.* 104. verſ *notandum*, & cum Joſeph. Seſſe *de inhibition. c.* 30. *à n.* 52. ut incarceratus pro quibuſcumque delictis etiam atrociſſimus apud judicem ſæcularem ſtatim remittendo ſit ad Tribunal. Sancti officij quandocunque petatur ob negotium fidei à DD. Inquiſitoribus ſtante conſtitutione Pij V. cujus meminere Simancas *de Cathol. inſtitut. in fine*, Pegna in *addit. ad tractatum de ſtragijs.*

19 Tamen ſi aliquis ad mortem damnatus, dicit ex propoſito aliquid hæreticum, ut eo prætextu mora differatur, ſi talis antea de hæreſi non erat ſuſpectus, non eſt tunc remittendus ad Inquiſitores; quia talis dolus, vel fraus patrocinari non debet ex regula textus *in l. in fraudem ff. de jure fiſci, cap. ex tenore de reſcrip. c. officij de teſtam.* ſic Simancas *de Cathol. inſtitut. cap.* 36 Diana *ſupra* tradit ex Roja referente Bartoli opinionem, *Quod antiquitus hæreticorum punitio ad Principes ſæculares pertinebat, ut in deuteron *c.* 2. Ubi man latum fuit Populo Iſraëlito ut aras hæreticorum ſubverteret, ſicut patet ex textu *in c. ſi audieris* 23 *q.* 3 *& deuteron. c.* 23. Ubi Joſias oſſa hæreticorum comburi fecit, & ex illo *l.* 4. *Reg. c.* 10. Ubi de illo Rege Jelin, qui occidit ſacerdotes colentes Baal, & ex textu expreſſo *in l. quicumque Cod. de hær.* præſertim quod quando hujuſmodi traditio fit ab Inquiſitoribus ipſi pro hæretico efficaciter apud judicem ſæcularem intercedant, ne poteſtas ſæcularis talem hæreticum pœna ſanguinis puniat, & ne Inquiſitores videantur ſanguinis effuſioni conſentire, *ex c. novimus de verb. ſignificat.* ibi: *procedebat Eccleſia efficaciter intercedere c. rerum.* 17. *q.* 4.

21 *Sed hanc Bart. opinionem *in l. Divus n.* 3. *& in l. non dubium Cod. de cuſtodia reorum* & Decij *in l. Magiſtratibus ff. de juriſd. omn. judic. n.* 12. non admittit idem Rojas, nec alij ſcriptores: quia hæreſis crimen, eſt merè Eccleſiaſticum, cujus cognitio ad Dominos Inquiſitores privativè ſpectat, ut latè dixi *ſub c. cum non ab homine* 10. *de judic.* & alibi.

22 Unum tamen notat idem Rojas *d. ſingul.* 107. in fine cum Abbate *in c. cum terra de elect.* quem ad illud allegat Egidius Boſſius *in pract. crimin. tit. de hæret n.* 13. ut poſſit Rex contra hæreticos procedere, & à Regno ejicere propter ſeditionē, & perturbationem in ſuo Regno quod notabis *q.* 44. *à n.* 2. *infrà.*

23 Sed quia materia, de qua in textu noſtro loquuti ſumus, poteſt admodum ad alios caſus porrig, qui facillimo negotio cum diſtinctionibus *à quæſtione* 1. poſitis, poſſunt reſponderi, & inſuper illos valeas aggregare ex longà à me diſputatis, & reſolutis in *toto tit. de judic. & foro comp.* cum eadem incapacitas, quàm *ibi* conſideravi reſpectu judicum laicorum in cognoſcendo de Clericis, niſi in aliquibus caſibus ex facultate Pontificia, ut dixi *ſub. cap* 215. & alijs, eademmet debeat conſiderari ex textu noſtro reſpectu Principis laici ſtatuta facientis in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ; ideo pro coronide totius hujus tractationis duxi notandum primo, ut Principes ſtatuentes poſſint cogi per cenſuras ad declarandum eorum edictum, pragmaticam, ſive ſtatutum; ita ut nec Eccleſiam, nec Clericos ligare determinaverit illo, ut tenent Hieronymus Gabriel *conſ.* 37. *volum.* 2. *numero* 3. Felinus *in textu noſtro numero* 81. Ancharr. *conſ.* 155. Geminianus *in cap fin. de immunit. Eccleſiaſt. in* 6. *numero* 4. & Francus *numero* 2. Diana *dict. p.* 5. *tract.* 1 *res* 8. verſ. *dicendum* in fine, Sacro congregatio immunitatis die 7. Dec. anno 1632. & Sacra Rota Romana in una venata Cenſurat, anno 1606. folio 6. & alij, quos *ſuprà* retuli.

24 Secundo duxi notandum, ne de facili Principes laici ſtatuant in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ, nec laici judices de cauſis Eccleſiæ, & Clericorum cognoſcant illud decretum Caroli 5. verè magni, quod tradit, ac refert Baronius Cardinalis *tom. 9. annal. anno Chriſti* 801 ego etiam de quo memini ſub. *dict. cap. novit de judic. in dict.* q. 8. *n.* 3. cujus conſtitutionem ex illo textu etiam refert Diana *dicta p.* 5. *tract.* 1. *res.* 8. *in fine*, & ambo verbis ſequentibus ejusdem Imperatoris Caroli ibi: *quicumque litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, vel in initio litis vel decurſis temporum curriculis, ſi judicium elegerit Sacroſancta legis Antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alias pars refragatur ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigentium dirigatur, omnes itaque cauſa, quæ vel Prætorio jure, vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminata perpetuo ſtabilitatis jure firmantur. nec liceat ulterius tractatu negocium, quod Epiſcoporum ſententiis deciderit &c.*

25 Undè ut legislatores, & judices laici retrahant ſe ab ſtatutis condendis, ac à judicando rerum Eccleſiaſticarum, & Clericorum, rogo, ut perlegant ſequentia Baronij verba ibi: *audeant, & erubeſcant illi, qui ijs penitus adverſarius leges ſtatuunt, & contraria edicta proponunt timoribus ex agitantes populos novis ad inventionibus inhibentes, quacumque occaſione prætenſa via indirecta procurant, ne laicis ipſi attingant limen Eccleſiaſtici fori, timeo* (inquit) *iſtis nequando ſi iſta facere perſeverant* (quod abſit) *Deus tandem vindex exurgens virga furoris ferrea ſecundum illud Davidicum tanquam vas figuli confringas eos, unde ut ob imminens quod adſtat periculum aque cum eodem ipſo ex alto corde vociferor.* (nunc Reges intelligite, & erudimini, qui judicatis terram) *& exemplo diſcite Caroli Magna Regna propugnare, & imperia, atque firmiter ſtabilire*: ita Baronius, qui amplius exclamat, quod olim Epiſcopia dabatur juriſdictio. quæ eis de jure non competebat; nunc verò faxit Deus quod ab eis non tollatur juriſdictio, quæ de jure eis competit.

QUÆSTIO XLIII.

An Eccleſiaſtici teneantur revereri laicis Judicibus, taliter ut ſi contra faciant eos verbis, ſive facto injuriando, queant ipſi laici judices injuriare, incarcerare, aut diffamare Eccleſiaſticos.

S U M M A R I U M.

1 *Clerici debent obſequi. & revereri Principibus, & judicibus laicis; ſunt enim ſub eorum protectione.*

2 *Clerici ſalutant judices ex urbanitate cum galero, ſive pileo in manu habitis.*

3 *Clericus injurians verbo, aut facto judici laico, capi queit à laico effectum. ut eum remittat puniendum intra* 24. *horas ſuo judici Eccleſiaſtico, & n.* 4.

5 *Caſus de facto narratur de quodam Clerico non ſalutante judici laico.*

6 *Clericus non ſalutans, ac reverentiam præbens laico judici, non excuſatur à culpa.*

7 *Injurians Clericos atrociter, delinquit, publiceque plecti debet, & ipſum Chriſtum injuriat, & Eccleſiam n.* 8 *&* 9.

8 *Sacerdotes ſunt facies Chriſti.*

9 *Injurians Clerici familiam, aut famulum, ſive conjunctum, à quo puniatur n.* 10.

11 *Magiſtratus injurians Clericum gravius delinquit, quam privatus, ut n* 12. *cui debet pœna correſpondere n.* 13. *nec excuſatur per Clerici provocationem n.* 14.

14 *Prætor ex efficio debet eſſe prudens.*

15 *Pœna, quæ fuit impoſita Prætori injurianti Clericum.*

EX dictis latè *ſupra* in hoc textu, & in *tit. infrà de judicijs, & foro comp.* ab unde colliges quantam teneres tiam debeant exhibere Clerici, Eccleſiaſticævè perſonæ etiam religiosè judicibus laicis: argum. textus *in cap. ut debitus honor de appellat*: nam ſi Clerici Principibus laicis eam exhibere tenentur propter ea, quæ ſint Reipublicæ caput, ipſique Clerici ſententiam, veluti membra illius, & ob hoc ad Principes, & judices laicos ſpectet, ne juſtitia Clericis denegetur, & ne injuris inferatur alijs in ipſa Republica exiſtentibus, ut latè prob at Zevallos *de cognit. per viam violentia* 1. *p. gloſſa.* 6. *n.* 68. Pereira *de manu Regia* 2 *p c* 4 à *n.* 1. Zevedus *in quæſt. canon q.* 4. *n.* 17 *circa finem.* Velaſcus *conſult.* 100. *ex n.* 2 Sotus *in* 4 *diſt.* 25 *q* 2. *art.* 2. verſ. *quarta concluſ.* Felicianus de Vega *in cap.* 2. *de judic. n.* 140 & 181. *fin.* & hoc propter protectionem, quam Clericis faciunt, etſi in eos juriſdictionem non exerceant. Evenit 2 ut teneantur illis honorem debitum præſtare verbis, & facto, ſalutando, detrahendo pileum, ſive galerum à capite in manu tenendo tali obſequio, quo apud gentem cognoſcatur judicibus Regijs ab Eccleſiaſticis obſequium reverentiale præſtari etiam & ipſi Magiſtratus, & judices laici ſint brachium Principis gubernantis Rempublicam mediantibus ipſis, qua de cauſa potiuntur indulgentijs, honoribus & prærogativis, de quibus dixi *in Rub de elect.* q 7. ubi dixi quales debeant ad Magiſtratus eligi.

Ob quod ſi contingeret, ut Eccleſiaſticorum 3 aliquis publicè in hoc deficeret conſultò, & animo

ma injuriandi eos, debeat admodum à ſuo judi-
ce Eccleſiaſtico competenti puniri, ut infrà dico,
& dixi late *ſub c.* 10. *de judicijs*, non inquam à judi-
ce laico injuriam, quia etſi ut latè dixi *in cap. cum*
veniſſent 12. *de judicijs q.* 10. *& in cap.* 19. *de foro*
comp. item & *ſub cap.* 5 & *ibi in Rubrica* quilibet ju-
dex queat cognoſcere, an ſibi competat juriſdic-
tio, item & punire ſibi offendentes, injuriantes,
ſive uſurpantes ejus juriſdictionem: tamen quia
reſpectu Clericorum judices laici ſunt incapaces
ut latè dixi ſub. noſtro textu, & *in cap.* 2. 3. 4. 8.
10. 13. *& fin. de judicijs*, & in alijs ſub. *dict.*
tit. de foro comp. evenit ut nullo poſſint modo,
quamtumvis ab Eccleſiaſticis injuriati verbo,
aut facto, judices laici in ipſos ſcandeſcere, in-
carcerando, reinjuriando, flagellando, aut alio
modo puniendo, & contra eos judicialiter pro-
cedendo ex dictis in relatis locis. †Quia etſi
4 Tyberius Decianus. *tom.* 3. *tract. crimin. lib.* 4.
cap. 9. *numero* 141. ex Bobadilla *in politica lib.* 2.
cap. 18. *numero* 89. *in fine*, aſſerat, ut Clericus
poſſit mulctari pecuniaria aliqua pœna, propter
irreverentiam habitam contra eundem judicem
ſæcularem, vel cum illum conſulto non ſalutaret,
vel alias eis officium ſuum exequenti reſiſteret:
argum. textus *in l. ad dictos* 7. *Cod. de Epiſcopali*
audiant, cap. 1. *de pœnis lib.* 6. junctis his, quæ
notant. Abiles *in cap.* 3 *prat.* gloſſa verbo *juriſ-*
diction. numero 3. & Joannes Garcia *de Hiſpanor.*
nobilitate; gloſſa. 9. *numero* 32. Tamen hoc, ut
dicunt Zevallos 4. *p. pract. quæſtione* 897. *numero*
135. & cum alijs, & *infrà* referendis Felicianus
de Vega *in cap. ſi diligenti de foro comp. num.* 58.
& 59. *& in cap.* 2. *de jud. numero* 70. debet in-
telligi juxta eos terminos, ut nihil laicus judex
faciat authoritate, & ex jure proprio, ſed tan-
tùm ex permiſſione ſibi facta, quoad eum ſolum
effectum à lege Pontificia permiſſum ob majus
malum vitandum, & cum moderamine eo, quod
intra 24. horas reſtituat ſuo judici Eccleſiaſtico,
ut illum puniat, & caſtiget, ut infrà: aliquid
de reverentia præſtanda per Clericos Principibus
dico *infrà q.* 45. *ſub. n.* 17.

Undè offert ſe ſe caſus hic tranſcribendus à
5 Doctiſſimo, jam *ſupra* alijs dubijs relato D. Chri-
ſtophoro Moſcoſo, & Corduba Caſtellæ ſupremi
conſilij Regio conſiliario; item & Sanctæ inqui-
ſitionis, qui poſtquam retulit de quodam ſacer-
dote nolente revereri cuidam Prætori cum ſuo ga-
lero, pileo, ſive birreto in manu, & inſtanter
tunc ipſe Prætor in illum irruens abſtulerit ex
capite illius gallerum, cum eoque ſæpius percuſ-
ſerit quaſi alapas jaciendo in faciem illius, pugno-
que feriens, ſimulque verbis injurians ac percuſ-
ſionibus incarcerem injiciens, cum vinculis tra-
dens ſuo vicario Eccleſiaſtico, ut contra talem Ec-
cleſiaſticum, ut potè ſubdictum, ſuum procederet.

6 Et cum tantus Magiſter non liberet, nec ex-
cuſet Clericum illum à culpa; ut ego cum eo ſe-
quor, nec improbet factum narrativæ faciendæ
judici Eccleſiaſtico, ut Clericum ſubditum puni-
ret; imò amplius ſeribat liberum aliquando eſſe
judici laico comprehendere Eccleſiaſticum, ut
remittat illum puniendum ante 24. horas ſuo
proprio judici Eccleſiaſtico, ex his, quæ dixi *in-*
frà in cap. cum non ab homine 10. *de judic. quæſt.*
9 *&* 17. †Verum ipſe ponderans ex *l.* 4. *Cod.*
7 *de injurijs*, injuriam a Prætore talis in cauſam atro-
cem eſſe in illis verbis: *atrocem eſſe injuriam ſine*
dubio, quæ tibi facta eſt, cum ſit Sacerdos ex men-

te, Farinacij ita, cum multis reſolventis *in pract.*
quæſtione 105. *numero* 195. delictum ſua enormi-
tate publicum eſſe, nimis, ex officio plectendum
juxta textum *in l. ſiquis in hoc genus* §. 1. *Cod. de*
Epiſcop. & Cleric. ibi: *ſit cunctis laudabile inju-*
rias ſacerdotibus factas, velut crimen publicum
perſequi, & de talibus reis ultionem mereri, cujus
delicti gravitatem ponderant Salgadus *de Regia*
protect. 1. *p. cap.* 1. *numero* 70. Zevallos *tom.* 5. *q.*
59. *n.* 1. Anaſtaſius Germon. *in aſſertione liber-*
tatis Eccleſiaſticæ c. 4. §. 11. explicans verba Chri-
ſti: *nolite tangere Chriſtos meos, id eſt ſacerdotes*
de quo latè dixi *ſub dict. cap.* 2. *de judic. & alibi*;
eo quod ut latè probat Pater Gaſpar Sanchez à
ſocietate JESU *in lib.* 13. *moral.* ex capitibus
Sacræ ſcripturæ. †Sacerdotes ſint facies Eccleſiæ, 8
& ſpeculum, in quo nos videre debemus, inferen-
tes inde, quod qui ſacerdotes contemnit, dehono-
rat, injurioſè tractat, & manus violentas in illos
injicit, expuit in faciem Eccleſiæ, eamque alapis
ferit, per verba ibi: *perinde enim eſt, ac ſiquis in Ec-*
cleſiæ faciem conſpueret, aut illam deformaret fœ-
de, aut palmas infligeret impiæ, & audaces.

Cui addo verbo textus *in c. nulli* 5. 3. *q.* 1. ibi: *qui* 9
Clericum injurias, Eccleſiam, ſive Dominum no-
ſtrum injuriare dicitur; imò & iterum ipſum cru-
cifigere exiſtimatur, Juxta Alex. Papa *in epiſtola*
ibi relata; ob id que maleficium in Clericum fa-
ctum, totam Eccleſiam tangere dicatur: ita cum
multis Felicianus de Vega *in cap. cum ſit generale*
de foro comp. à numero 12. Ubi ait cum Novario
in praxi electionis fori ſect. 1. *quæſt.* 31. *num.* 2. re-
ferendo Anan, Franch, & alijs pertinere ad om-
nes habitatores loci, ubi contingent vindicatio ſe-
cundùm id, quod referunt Bald, & Paul. de Ca-
ſtro *in l.* 1 §. *hujus ſtudij ff. de juſt. & jure*; & ita
judicatum referre, ait Vivius *lib. quæſt. forenſ.* in
quibuſdam Regijs audientijs, quarum meminit
quæſtione 7. *in Princip.* D. Carol. de Graſ. *de effe-*
ctib. Cleric. effectu. 1. *à n.* 5. 8. *Quam doctrinam
extendunt idem Novarius, Felicianus de Vega, &
relati à Farinacio *in pract. crimin. tit. de var.*, *&*
diverſ. criminib quæſt. 105. *n.* 88. *p.* 3. & [illegible] Lip.
Paſchal. *in tract. de viribus patriæ poteſt.* 1. *p. cap.*
10. per totum ad caſum, quo non proprijs perſo-
nis Clericorum, ſed ſuis fratribus, ſive alijs con-
junctis, injuria, ſive violentia illata fuerit, ad-
ducentes ad hoc probandum quod dixit Bartol. *in* 10
l. lex Cornelius ff. de injurijs, videlicet quod quan-
do injuria fit uni de familia, omnibus alijs de ea-
dem familia facta judicantur: & videtur confir-
mari ex his, quæ latè dico *in cap. cum contingat.*
13. *de foro comp.* q. 10. 11. *&* 12. Ubi quod famuli
Epiſcoporum, Inquiſitorum, Cardinalium, gau-
dent fori privilegio & item ad hoc leges plura
quæ latiſſimè adduxi *ſupra lib. q.* 41. 11

Et quod crimen tale commiſſum à Magiſtratu,
Prætore, ſive juſtitiæ miniſtro, ſit gravius com-
miſſo ab alio homine privato, probat D. Moſcoſo
ex Giurba *conſ.* 38. dicente verbis ſequentibus, *ut*
ſint inſtituti Magiſtratus, quo ſubditis proſint; non
ut obſint juſtitiæ ſint ſacerdotes, & cultores, non inju-
riarum authores; non enim tales miniſtri à Rege
miſſi, ut juſtitiam adminiſtrent, ſuo exemplo ſub-
ditos obligare curando eorum ſolatium, & defen-
ſionem; non inquam illos injuriare, & infamare,
ut idem Giurba advertit deducens hic ex *l.* 1. *ff. de*
juſt. & jure, *& ex l* 2. *ff. de orig. jur.* 12

Et quanto major in judice culpa ſit, probat tex-
tus *in l. meminerint Cod. unde vi*, *Trid. concil. ſeſſ.* 24

cap. 9. ibi : *maximè neſarium eſt , ut inde injuriæ naſcantur , unde jura deſiderantur ,* ut erudite exornavit D.D. Joannes de Solorzano *de gubernio indiarum lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 7. *& in emblema* 11. *n.* 27. Valenzuela *conſ.* 91. *n.* 54. Marius Giurba *conſ.* 1. *n.* 4. *& conſ.* 38. *n.* 2. Narbona *in lib.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *gloſſa.* 20. *n.* 6. D Joannes de la Rea *diſp.* 38. in ſequentibus verbis : *ſunt enim acerbius vindicanda , quæ à Magiſtratibus, committuntur ; illi enim , qui ſubditis exemplum virtutis præbere debent , nequiori ſacto delinquere cenſentur , & majori pœna digni exiſtimandi.* eleganter Joann. Anton. Velaſquez *in pſalmo* 100. *lib.* 4 *adnotat.* 6. *n.* 8. referens de Cypriani verba *in epiſtola* 2. *ad Donatum* , ubi de talibus judicibus loquens Cyprianus ait : *inter leges ipſas delinquitur , inter jura peccatur , qui ſedet crimina vindicaturus admittit;*
13 *& ut reus pereat , fit nocent judex.* * Itaque D. Moſcoſo cum D. Joanne Solorzano *emblem.* 73. Barboſa *voto* 53. *n.* 8. Giurba *conſ.* 83. *n.* 8. ait ut tali atrocitati injurioſæ debeat correſpondere pœna , *l. ſancimus Cod. de pœnis. & cap.* 1. *eodem tit. lib.* 6. & Ciceronis *de legib.* ibi , *noxiæ parem eſſe pœnam oportet.*

14 Nec obſtare ait relatæ doctrinæ provocationem Sacerdotis incapacis injuriandi , à quo non debet vindicationis ſatisfactio aſſumi ; eo quod ſatis eſſet quod Prætor illum ſevere reprehenderet , quærelando contra illum coram judice ſuo Eccleſiaſtico , ut juxta arbitrium illum cum demonſtratione puniret, debuiſſe Prætorem, ait ex officio prudentem fuiſſe , nec ultra proceſſiſſe ; aliterque exceſſiſſe cum circunſtantia ſcandaloſa , malique exempli ſore dicit , ſi prætor ille non plectatur rigide , ne detur occaſio Prætoribus ; equitibus , & alijs inferioribus , ut ſine timore pœnæ gravis , inferant injurias in ſacerdotes contra reverentiam eis debite impertiendam.

15 Et quibus fundamentis pergens D. Moſcoſo, ait votum præſtitiſſe in conſilio ſupremo Caſtellæ confirmatorium mulctæ quingentorum ducatorum ipſi quærelanti propter ab eo paſſum, & conſumptum , & centum fabricæ Eccleſiæ, ubi Beneficiatus reſidet injuriatus , & millium Ducatorum Cameræ , & ſumptibus , & in duobus annis ſoſpenſionis ab officio cum attentione ad id , nempè quod ille Prætor (appellatus D. Michaël de Camergo) deliquit abutens officio , & contra diſpoſitum à jure , ac reſolutum D. Garcia Maſtrillus *in tract. de indultis cap.* 40. Farinac. *in conſ.* 5. item etiam ad reſolutionem conſilij cum probavit ab officio D.D. Alberum de Oca Auditorem Cancellariæ Granatens. quendam injuriavit Clericum verbis ; eo quod Clericus ille non abſtulit à capite gallerum cum tanta venia , ut ſibi viſum erat deberi ; in quo incomparabiliter minùs exceſſiſſe ait ; eo quod injuria fuit verbalis , non realis , quæ ab omnibus utique gravior cenſetur , ut advertit , ac exornat eruditè Uldericus Gumnio *tom.* 3. *diſp.* 30. *de privatis delictis quæſtione* 36. imó addit idem D. Moſcoſo non condigne adhuc Prætorum illum plecti, Sed ab eo audivi in conſilio ſupremo mulctatum fuiſſe Prætorem pecuniaria mulcta 50. *v.* marepetinorum.

QUÆSTIO XLIV.

An Principibus liceat concedere hæreticis libertatem conſcientiæ ſine conſenſu ſummi Pontificis ? Et an Synagogas Judæorum permittere? Et quid ſi in utroque caſu inſtet periculum ? Et an ſufficiat tacitus Papæ conſenſus? Et an ad tempus tantùm licita ſint pacta cum hæreticis , eſto quod in perpetuum nunquam licent. Et num queat Imperator , ſive Rex aliquis legem ferre , qua diſponatur , ut nullus miles deſerat bellum , ut ſequatur vitam religioſam , aut Religionem ingrediatur , vel ordines recipiat. ſeu facere legem , quà prohibeat dotare Capellanias , beneficia Eccleſiaſtica , & anniverſaria, ne bona temporalia ſpiritualitate , immunia reddantur â tributis, collectis, & gabellis.

S U M M A R I U M.

1 *Libertas conſcientiæ non licet concedi à Principibus ſæcularibus : & quare numeris ſequentib. & 5. contra aliquos relatos* n. 6. *& ratio* n. 28.

2 *Hæretici paciſci ſolent ſuper bonis Eccleſiæ , quando tractant de libertate conſcientiæ cum Principibus Chriſtianis,*

3 *Pontificibus datum eſt arcere lupos , ideſt hæreticos à civili Eccleſia.*

4 *Pontifex retinet jus in hæreticos deficientes à fide.*

5 *Pacta ſuper libertate conſcientiæ à laicis Principibus , nequeunt fieri in conſulto Pontifice.*

7 *Bona Eccleſiæ conceſſa cenſentur pura , & ſine ulla conditione , & irrovocabiliter.*

8 *Eccleſia habet jus acquiſitum in bonis , redditibus , & alijs temporalibus conceſſis à laicis Principibus.*

9 *Principes ſæculares nequeunt diſponere de bonis temporalibus donatis Eccleſiæ quamtumvis ea incipiant eſſe nociva Reipublicæ ſine beneplacito Papæ.*

10 *Hæretici paciſcentes cum Principibus laicis ſuper libertate conſcientiæ , intendunt extinguere bona Eccleſiæ , & Epiſcopatuum.*

11 *Beneficia Eccleſiaſtica nequeunt extingui à Principibus laicis.*

12 *Chriſtophorus Reſoldus quando erat hæreticus compoſuit quandam diſceptationem de educat. & ſtudijs litterarum.*

13 *Synagoga judæorum nequeunt permitti à Principibus Chriſtianis in ſuis Regnis , niſi facultate Pontificia.*

14 *Principes ſæculares ſine Papa nequeunt dare facultatem Judæis exercendi uſuras in ſuis provinciis , etiam ſi populi utilitas expoſcat* numero 15. *Nec ſi conſulant juris peritos ,* ut num. 16.

Pater

16 *Pater Ubadingus explicatur, & Petrus Guedelingus.*

17 *Principes ſæculares nihil poſſunt diſponere circa fidem Catholicam, nec paciſci ſuper libertate conſcientiæ, ulla neceſſitate, niſi Papæ permiſſione*, ut n. 18. & 19.

18 *Hæreſis eſt delictum mere Eccleſiaſticum.*

19 *Pacta irrita ſuper libertate conſcientiæ cum hæreticis intelliguntur, ſalvis juribus Pontificijs.*

21 *Papæ tacitus conſenſus non ſufficit ad pacta ſuper libertate conſcientiæ* n. 22. & 23. *ſed ſufficiet pro remiſſione pœnæ, ut* n. 24.

25 *Pacta ſuper libertate conſcientiæ, nec fieri queunt ad tempus, neceſſitate urgente ſine Papæ conſenſu* n. 26.

26 *Principes laici non arbitrantur paciſcendo ſuper rebus ſpiritualibus, etiam in neceſſitate graviſſima.*

27 *Joſaphat fœdus temporale, quale inſecit cum idololatris.*

28 *Principes laici paciſcendo ſuper libertate conſcientiæ in perpetuum cum hæreticis adimerent ſibi poteſtatem exterminandi eos à Regno, ad quod ſemper tenentur.*

29 *Conſcientiæ libertas hæreticis conceſſa, eſt invalida.*

30 *Domicilium nequit concedi in locis Italiæ Hæreticis à principibus Catholicis laicis.*

31 *Lex fieri nequit ab Imperatore, per quam qui miles eſt nequeat fieri Religioſus, vel ordinari* n. 31.

32 *Gregor. Magnus electus fuit Papa* anno 590

33 *Patriarcha Joannes Conſtantinopolitanus à quodam conciliabulo declaratus fuit univerſalis Prælatus.*

34 *Juramentum, & votum impeditivum melioris boni non valet.*

35 L. 35. tit. 3. lib. 1. recopilat. n. 36.

36 *Capellanias, & beneficia fundare nulla lege ſæculari poſſunt prohiberi.*

37 *Epiſcopus nequit cogere ordinandos cum Patrimonio, ut faciant Capellaniam de illo.*

1 AD primam difficultatis partem, etſi affirment nonnulli, quibus reſpondeo infra abſolutè tenendum eſſe cenſeo, non licere Principibus ſæcularibus concedere libertatem conſcientiæ hæreticis ſine conſenſu Summi Pontificis, quod probant ex adductis in textu noſtro, & *ſupra ſub tit. de ſumma Trinit. & fide Cathol.* cum certum ſit circa fidem Catholicam nihil poſſe Principes ſæculares diſponere; & ſic nec de oppoſita hæreſi. † So-
2 lent ergo Principes quando concedunt hæreticis libertatem conſcientiæ paciſci cum ipſis de bonis Eccleſiarum, quorum Dominium ad ſolum Deum, ſive Chriſtum ſpectat ſecundum aliquos; uſus verò, & adminiſtratio ad Prælatos ſeu communitatem cujuſque Eccleſiæ ex probabiliori, ut docuerunt Major *in 4. diſt. 24. quæſt. 4.* Navarr. *in comment. 2. de regul. num. 34. & q. 1. de reditib. monitione* 40. *& in cap. non liceat* §. 9. *num. 4.* Ubi etiam de fide cenſet, ſed non rectè, quia contraria ſententia eſt probabilis aſſerens ejuſmodi Dominium eſſe penes cœtum Eccleſiaſticum, quamvis Religioſorum cujuſque Eccleſiæ, ut ſequitur Fragoſus de Baptiſmate *tom. 2. lib. 3. diſp. 9.* §. *4. num.* 116. Ubaldenſis *lib. 4. Doctrinalis art. 3. c. 43. columna de reditibus c. 23. num.* 105. Leſſius *de juſtitia lib. 2. c. 4. dub* 5. *&* 7. & alij, quod ſequitur Roman. Hay. *in Aſtro, & inſtructo q. 3. n. 5. fol.* 157.

Et facit etiam illud *Joan.* 21. *paſce oves meas*, 3
per quod Pontificibus datum eſt ab ovili Eccleſiæ arcere Lupos, id eſt hæreticos, aut reducere, vel tollerare, cum pertineat ad paciſcendi jus, ut patet ex his, quæ latè dixi *ſub cap. novit. de judic.* & probat Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect. 3. num.* 21. Diana *p. 10. tract. 3 reſ. 2.* Ubi probat a nomine hoc fieri poſſe ſine Summi Pontificis conſenſu; inferens non pertinere ad Principes laicos, quo pacto tractandi ſint hæretici in hoc ovili, quia ipſi ſunt etiam oves, & cæteri, ſed ad ſupremum Ovilis Chriſtiani Paſtorem, qui eſt Summus Pontifex, cui pertinet de hæreticis diſponere in ordine ad Religionem, circa quos habet Jus acquiſitum ratione Baptiſmi, cum ejus Caracterem hæretici retineant, ut dixit textus *in cap. quod quidem 1. quæſt. 1. cap cum in nobis de conſecrat. dict. 4.*

Non enim ex eo quod hæretici à fide defecerint Pontifex deſinit retinere Jus in illos, ſicut 4
Paſtor in oves errantes, *cap. majore de Baptiſmo, cap. 1. de ſponſalib.* & ibi gloſſa, verbo *non debet*, & in alijs Juribus; & ob id bene à Chriſto Domino juxta parabolam Evangelij Math. *cap.* 13. in qua judicium de Zizania eradicanda, vel non eradicanda præbetur Patri famil. qui eſt Summus Pontifex, ut obſervat Cardinal Bellarm. *tract. de poteſtate Papali cap. 9. §. 16.* & hoc Clarius, ſi attendas cum Auguſtino, Hieronymo, Chryſoſtomo, Cypriano *lib. 3. epiſt. 3.* & ex Scholaſticis Lorca *in 22. D. Thomæ q. 11. art. 4. diſp. 34. n. 4. Zizaniam*, de qua ibi dici hæreticos: itaque in terminis Pater Maldonatus *in dict. c.* Math. *n. 26.* ſequentia protulit aurea verba: *Non vero hoc dico, quod non malim hæreticos converti, quam occidi. ſed tantum quia Principes iſta lecturi non ſunt, eos qui Principes monere poſſunt, admoneo non licere illis iſtas, quas vocant conſcientiæ libertates, nimium noſtro tempore uſitatas hæreticis dare, niſi prius Eccleſia, aut is, qui Eccleſiæ caput eſt, Romanus Pontifex Chriſti perſonæ, & tanquam Pater-familias judicaverit, non poſſe evelli Zizania, niſi ſimul, & triticum evellatur, & ita Eccleſiæ eſſe, ut uſque ad meſſem permittantur utraque creſcere* (juxta quæ hodie in miſſa Dominicæ V. poſt Epiphaniam legi) *hujus enim rei non Principum, qui Patris familias ſervi ſunt. ſed ipſius Patris familias, id eſt Eccleſiæ Gubernatoris judicium eſſe debet.*

Unde evenit ut cum in ejuſmodi pactis, & conventis tractetur non ſolum de rebus temporali- 5
bus, ſed de Religione, rebuſque ſpiritualibus, ac ſimul per ea ſaltim, & ea conſequenti derogetur communibus Juribus; & legibus Eccleſiæ; ad quæ alioquin tuenda Principes ipſi, velut Eccleſiæ protectores obligentur juxta quæ dixi ſub Rub. noſtri tituli, item ſub textu noſtro, & ſub toto *tit. de judiciis; & foro comp.* & per dicta à Doctoribus infrà *in cap. ſolitæ, de majorit. & obed.* & per multa Jura *dict.* 96. videtur neceſſarium per ſe loquendo, ut ea inconſulto Pontifice, ad quem ejuſmodi cauſæ pertinent non ineantur, cujus eſt ſtatuere, & judicare, quid præſenti ſtatui expediens ſit, docet latè doctrinam hanc præter adductos, Cardinalis Rugo *de fide diſp. 19. ſect. 1. c. 4. num. 124.* Severtius *de fide hæret. ler. ſect. 9.* Tannerus *tom. 3. diſp. 1. q. 9. dub. 3. n* 191. & auctores compoſitionis pacis *cap. 5. q. 28. num.* 26. & alij

 conclu-

concludentes ſemper, & in omni eventu in fœderibus Principum ſæcularium cum hæreticis, quo ad libertatem Religionis, conſulendum eſſe Summum Pontificem, nec illo inconſulto talia fœdera eſſe ineunda; & quod judicium de tolerandis, vel non tolerandis hæreticis, non poſſit pertinere ad Principes ſæculares; quia ipſi in Domo Eccleſiæ ſunt ſubditi, & non Pater familias.

6 Nec prædictis, ac alijs pro hac ſententia obſtant Benedictus Carpzonius *in legem Regiam Germanorum cap.* 3. *ſect.* 6. *n.* 1. & Chriſtophorus Chieveothal. *in collegio politico exercit.* 13. *q.* 7. & Martinus Rumelinus ad auream Bullam Caroli 4. *p.* 3. *diſſert.* 1. *in Corollar. de pace religionis* 1 qui videntur tenere, ut queant Principes laici libertatem conſcientiæ concedere. Quia reſpondeo prædictos eſſe Doctores hæreticos multos inſenſos Apoſtolicæ Sedi. Sed ſi legas D. Carpzonium, cujus operam nimiam offenſionem afferunt Chriſtianæ fidei, videbis illum ibi fateri noſtram ſententiam tenere, ac docere Patres ſocietatis JESU.

7 Quod ſi obſtes ſequenti juridico argumento, nempe ut quemadmodum bona Eccleſiæ antefuerunt Reipublicæ temporalis Eccleſiæ, tamen conceſſa cum condinione tacita ea, nempe ſi eorum exemptio non eſſet nociva Reipublicæ; ſic, ut ſentias cum quodam Theologo Neotherico bona temporalia Eccleſiæ prius extitiſſe ſæcularia & altum Dominium ſemper remanſiſſe apud Principes. Reſpondeo adhuc cum Diana *dict. p.* 10. *res.* 3. *verſ. nec obſtat*, & ex his, quæ dixi latè *in cap.* 2. *de judic. q.* 15. bona conceſſa Eccleſiæ cenſeri pure conceſſa, abſolutè, & ſine ulla conditione, ut tradunt Ubameſius *tom.* 1. *conſ.* 174. *n.* 7. Cochier *de libertate Eccleſiaſt lib.* 1. *cap* 20. *n* 9. non revocabilia, ut dixi *in dicta quæſt.* 15. *& in al. legat. fiſcali anno* 1648. pro ſancto officio Valliſolet.
8 †Item quia ut docent Molina, Sotus, Victoria, & Salonius 22. *q* 65. *art* 1. *contr.* 1. *concl.* 2. hæreditates, redditus, & bona temporalia Eccleſiæ conceſſa Regum donatione, poſtquam ſemel ipſi conceſſa ſunt, habere in illis Eccleſiam Jus acquiſitum: indéque nec repeti, nec revocari poſſe à Principibus, & ex eadem cauſa dato, & non conceſſo, quod privilegium fori Eccleſiæ conceſſum pro Clericis fuerit ex donatione, & largitione Imperatorum, ut retuli etiam cum eodem Soto *ſub dicto cap.* 2. *de judic.* tamen non poſſe amplius Principes illud revocare, vel limitare, ut docent etiam Amicus *in curſu Tbologico tom.* 5. *diſp.* 9. *n.* 140. Hurtad. *de juſtitia, & Jure diſp.* 14. *dif.* 13. & alij, quos ego adduxi, & etiam retulit Diana contra Rebardeum *p.* 7. *tract* 1. *res.* 8. qui *dict. p.* 10. *ſub dict. res.* 3. infert, ut ex hypotheſi quod talia privilegia, inciperent eſſe nociva, debeant Principes recurrere ad Pontificem pro remedio opportuno, quia dictum privilegium ſemel conceſſum, non poſſent amplius revocare, reſtringere, aut limitare.

9 Ex quo fit ad caſum noſtrum, dato quod deventum eſſet ad tale ſtatum, quod bonorum Eccleſiaſticorum exemptio, eſſet bono publico nociva, non inde ſequi poſſe Principes ſæculares de dictis bonis propria authoritate diſponere, & de illis cum hæreticis paciſci: ſed hoc faciendum eſſe à Pontifice, qui limitare, ſuſpendere, & dicta bona alienare ex juſta cauſa poteſt juxta quæ dixi ſupra ſub *q.* 7 & 8. Noſtri textus, cum alioquin ex doctrina in contrarium allata, Principes poſſent collectare bona Eccleſiaſtica in extrema neceſſitate labentis Reipublicæ ſine beneplacito Papæ, quod omnino negari debet per latè dicta in *hoc textu à quæſtione* 10. cum alijs pluribus contra diſpoſitionem textus *in cap. non minus, cap. adverſus de immunit. Eccleſiar, & contra Bullam cœnæ Domini*, de qua dixi in prædictis locis à *quæſt.* 10. ita Diana *ſub dicta res.* 3. addens quod ſi Principes non poſſunt in ſtatu labentis Reipublicæ collectare ſine conſenſu Pontificis bona Eccleſiaſtica tantum in parte magis dicendum, ut nec in caſu noſtro, in quo non ſolum collectarent in parte bona Eccleſiaſtica, ſed etiam de illis inconſulto Pontifice diſponerent, ac hæreticis traderent.
*Quod a fortiori procedere ait Layman *in juſta defenſione Pontificis cap.* 4. *fol.* 215. § *eadem neque non ſeq.* ſi Principes inirent pacta cum hæreticis, ex quibus non ſolum reditus cum bonis, & ditionibus Eccleſiaſticis, illis tranſcriberentur, verum etiam ipſi tituli ſpirituales Epiſcopatuum, Canonicatuum, Præbendarum, tam re, quam nomine extinguerentur, & in ſæculares Marchionatus, Ducatus, Principatus tranſmitterentur, nec ſciente, nec approbante Pontifice, qui ſolus omnimodam poteſtatem habet ſuper beneficia, ut Doctores communiter aſſerunt ſuper textum in cap per venerabilem qui filij ſint legitimi, ut ſequitur Lotterius *de re benef. lib.* 2. *q.* 22. *n.* 9. †Non enim Principes habent poteſtatem extinguendi beneficia Eccleſiaſtica, ut obſervat Navarr. in manuali *cap.* 27 *num.* 13. Sed tantum Pontifex, ut notat D Bernardus *epiſt.* 131. ad cives Mediolanenſes, Michael Tarrede, *in ſua amplitudine beneficiaria diſp.* 1. *q.* 2. *n.* 1. 10 11

Et quamvis Chriſtophorus Beſoldus *in opere politico diſſert.* 1. *de educat, & ſtudijs litterarum & cap.* 10. *n.* 11. qui Chriſtianus cum hæreticis videtur aſſentire, adhuc reſpondeo cum Diana *dict p.* 10 *res.* 5. illum compoſuiſſe diſſertationem relatam, quando erat Lutheranus, qui poſtquam feliciter ad Eccleſiæ Romanæ gremium redijt, & piè ingolſtadij obijt; ut ſi iterum eam quæſtionem pertractaſſet, quod mutaſſet ſententiam, ut palam colligitur eo quod quando Catholicus denuo recuſit Ingolſtadij 1637. Suam Synopſim politicæ doctrinæ *lib.* 1. *cap* 3. *num.* 8. exiſtimaverit fœdera cum hæreticis plerùmque pernicioſa eſſe. 12

Ad ſecundam difficultatis partem ex dictis breviter reſpondeo, Principes ſæculares Chriſtianos non poſſe permittere in ſuis Regnis, ac provincijs Judæorum Synagogas, ut colliges ex his, quæ latè dico infrà *ſub tit de judæis. & Saracenis*, ne inquam ex tam pernicioſa commixtione fides Catholica compurceretur, ſeu Vacillaret. ita docent in terminis Doctores relati, Diana, ubi *ſupra dict p.* 10. *res.* 4. & Pater Puente Hurtado de Mendoza *volum* 5 *de fide diſp.* 79 *ſect.* 5. & 6. & §. 32. 33. & 36. quatenus inter alia omnino legenda, dicunt non licere Principi laico permittere Synagogas, niſi ex facultate Romani Pontificis, qui idem dicunt eſſe etiam de conſcientiæ libertate: nam quoties agitur de Religione, debet conſuli Summus Rom. Pontifex, cui Deus adeſt, ſpeciali providentia Petro ob ſingularem fidem promiſſa. Et applicabis quæ dico infra *in cap. Judæi* 21. *de teſtibus*. 13

Unde etſi ex Catholicis Petr. Ubadingus è Societate JESU *tract de contract. diſp.* 5. *dub.* 13. *n.* 1, aſſerat poſſe Principes inconſulto Pontifice ex cauſa neceſſitate publicæ, dare licentiam Judæis 14

exercendi

exercendi uſuras, nec poſſe in hac re per Eccleſiam impediri, putans in hoc par paſſu procedere tollerantiam, & permiſſionem exercitij uſurarum, & libertatis conſcientiæ, qui *diſp 3* videtur etiam ſentire Principes inire poſſe pacta cum hæreticis inconſulto Pontifice, dicens quod in hoc judex Eccleſiaſticus debeat ſtare judicio Principis ſæcularis, videndus *ibi, dub.4.§.2.num.6.* Tamen illum loquentem de uſuris, non admittunt Epiſcopus Antverpienſis Joannes Malder. *de juſt. tract. 3. cap.3.dub.24.§.7.* docens Judæos ad uſuras exercendas inter Chriſtianos admitti non poſſe per Principem ſæcularem ſine authoritate Papæ, Joannes Vuigers *de juſt tr.5. c.6. dub.23.n.111.* Sylveſter verb. *uſura 9.quæſt.22.* Diana *dict p.10.*
15 *tract 4. res.5.* †Ubi refert contra Navarrum dictum eſſe ab ejus additionatore *conſ.33.* de uſuris inter omnes ferè Doctores conſtare nullam Principem extra Pontificem Maximum poſſe hebræis publicè fœnerandi poteſtatem, etiamſi Populi utilitas, aut neceſſitas id poſtulet facere; idemque docent Maſcardus de Suſannis *tract. de Judæis p. 1. cap. 11. n. 11.* Decius *conſ.* 170. Petrus Ruiz, *in deciſionibus lituanicis* 5. à *n.* 308.

16 Nec enim idem Pater Ubadingus loquens in ordine ad caſum noſtrum de hæreticis, aliquid contra relatam doctrinam aſſertivè defendit *dict. dub.4.§.2.* imo ſi eum legas invenies proteſtari ſe illam difficultatem nolle docere, ſed tantùm diſputare; & ſic nihil contra noſtram à *num.1.* relatam ſententiam affert; ubi quod exiſtimo non obſtare Petrum Gudelingum Juriſconſultum, & profeſſorem Regium Academiæ Lovanienſis *in commentarijs de Jure pacis cap. 9.* cujus verba retuli Diana *Dict p.10 tract 4.res.1.* quia ut ille ſatisfacit *dict. rec. 5 in fine*, prædictus auctor fecit tantùm argumentum negativum, ſcribens debere Principes adire Juriſ-conſultos, & Theologos, ſed ex hoc non ſequi, ait Diana, ipſis auditis non eſſe recurrendum ad Summum Pontificem cauſas, & rationes a ipſis excogitatas illi proponendo, ut poſtea de illis judicet, & ſuum proferat beneplacitum. Concludit ergo Diana Gudelini authoritatem eſſe intelligendam, ſervatis, ſervandis, ſicut aliam Malderi 2.2.q.10.*art.*11 Becani *de fide hæretitor. ſervand. cap.* 10. *n.* 13. & aliorum.

17 Ad tertiam quæſtionis partem, quid ſi in duobus caſibus relatis inſtet periculum in mora, exiſtimo reſpondendum ex adductis *ſupra dict p* 10. hujus textus cum alijs ſequentibus, & *ibi ſub q.13.* & 14 nam cum ibi dixerim, nec inſtante neceſſitate, aut periculo, Eccleſiaſticos non eſſe collectandos à Principibus laicis irrequiſito, aſſenſu Papæ, aut Epiſcopi, judiceſvè, vel ſtatus Eccleſiaſtici cum talis imperij, ut per longè ſcripſi ſint Principes laici incapaces, ſequitur, & in noſtro caſu dicendum, ita quia cum certum ſit circà fidem Catholicam nil poſſe Principes ſæculares diſponere, & per conſequens, nec aliquid diſponere de oppoſita hæreſi, videlicet, ut eſt in caſu noſtro, urgente neceſſitate, ſit tolleranda nec ne? nam oppoſitorum eadem eſt ratio, & Juriſconſultis ex oppoſitis validum eſſe argumentum, ut obſervant Menochius *conſ.* 97. *num.*63. Hypolitus Riminald. *volum.6. conſ.*977 *num.* 32. Maſcard. *conſ.*450. *num.*50. & alij. *Cumque pacta relata
18 ratione ejuſdem materiæ, quæ eſt permiſſio hæreſis propriè Summo Pontifici, & Eccleſiæ poteſtati ſubjiciantur, & hæreſis, ut dixi *ſub cap. non ab homine de judic.* ſit crimen mere Eccleſiaſticum, evenit, ut nullo in caſu poſſint à Principibus inire, ipſo Pontifice non approbante, tradunt jam *ſupra* relati *dict. p.* 10. *tract.* 4. *res.* 2. verſ. *confirmatur.*

19 Quod eſt verum in ſe, & ſi ipſi Paulo ante *ibi in princip* Videatur oppoſitum admittere, quando adeſt periculum in mora; quatenus noſtram à *num.* 1. relatam doctrinam defendit, ſi periculum non ſit in mora; quod forte contingere poterit permiſſione, in ordine ad Papæ conſenſum, inſtante tali periculo deſtructionis populi, niſi celeriter talia pacta Catholici cum hæreticis admitterent. Etenim tali ceſſante periculo, ſemper requirendum eſſe conſenſum Pontificum, non eſt ambigendum ex dictis à *num* 1. & ex eo etiam ut firmius hujuſmodi pacta, & conventa fiant, quemadmodum conſiderat idem Diana ne forte ſi poſtea Pontificis authoritate, ea cauſa non nunquam nova ſcandala perturbationeſque in
20 Eccleſia ſubſequantur. *Quare dico cum Adamo Tannero *tom 3 diſp.1.q.9.dub 4 num* 104. & 121. & cum Sebaſtiano Hereſſin refutatione aphoriſmorum *cap 2.aphoriſmo 1.num* 47 in omnium opinione certum eſſe pacta, & fœdera de libertate conſcientiæ inita cum hæreticis Principibus, ſine conſenſu Pontificis intelligenda eſſe, ſalvis Juribus Pontificijs, & Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque Juriſdictionis, ad quam, ut dixi, crimen hæreſis ſpectat.

21 Ad quartam quæſtionis partem, an ſufficiat tacitus Papæ conſenſus, ſuppoſitis quæ adduxi *ſub cap.1.de foro comp.* de tacito conſenſu Epiſcopi *ſub quæſt.5.* Ut Clerici queant alienam prorogare Juriſdictionem; & pro ſolo ratio conſenſu faciunt verba Layman, qui *in Theologa moralis lib.* 1. *tract.2.cap.16.§.16.num.14.* modo ſequenti loquitur: *Sed hæ, & aliæ pœnæ hujuſmodi locum non habent in Lutheranis confeſſioniſtis qui licet ab Eccleſia Romana receſſerint: tamen ſtatim, ac fœdus cum illis initum eſt, ſummo Pontifice permittente, & tacitè conſentiente, liberos ſuos in poteſtate retinent, alijſque Juribus, & immunitatibus civilibus, non item Eccleſiaſticis una cum Catholicis pacifice gaudent:* & facit axioma illud legis cum quid *ff. ſi certum petatur l. fin. ff. de legat. l. cum quis ff. de pactis*, & ex alijs vulgatis Juribus, quæ adducit Menochius *conſ* 108 *num.*54 cum pluribus, & alij in præcitatis legibus, nempe quod taciti, & expreſſi idem eſt judicium; ſed ſic eſt quod accedente expreſsè Pontificio conſenſu prædicta pacta ſuſtinebuntur; ergo & accidente tacito.

22 Verum ego exiſtimo nunquam præmiſſa videri talia pacta ex tacito conſenſu in re ita ardua, ad difficilima: nam ſi conſideramus brevi. Pontificia Pauli III. & Clem. VIII. aliorumque recentiorum Pontificum, quorum meminit Diana *dict. p.10. tract.4. res. 4. in fine*, negamus in his pactionibus, in quibus agitur de cauſa Religionis de bonis Eccleſiaſticis de extinctione canonicatuum, & Epiſcopatuum, de impunitate, & perpetuitate hæreſis; imo de ejus extenſione, & amplificatione, & de æquiparatione hæreticorum cum Catholicis, Principes poſſe ſupponere tacitum Papæ conſenſum; eo quod in dictis brevibus Pontifices ſemper contra dictas pacificationes, & fœdera expreſsè poteſtati ſunt per ſuos nuncios, & legatos.

23 Et ſic non obſtant relati *ſupra num. præced.* tam ex *dict. q 5. cap. 1. de foro comp.* & allati axiom. *taciti, & expreſſi idem eſſe judicium*; quia in re tam

ardua,

ardua, non debet admitti, cum prædicta non debeant præſumi vel à Pontifice, judicio ſæcularium
24 committi. *Nec verba Layman cum ut vides ex illis non loquatur de ſubſtantia fœderis ipſius initi cum hæreticis, & pacti in eo contenta, ſed de ſola ceſſatione pœnarum, ut etiam docet Diana *ſub dicta reſ.* 4. Ubi addit quod licet Pontifices tollerent, & tacitè conſentiant in ſuſpenſionem pœnarum, de quibus ſolis loquitur Layman, verum non conſentire in dictam ſuſpenſionem, vigore pacificationis, vel pacti initi cum hæreticis à Principibus ſæcularibus, & prout in eis ſancitur abſolutam, & inconditionatam perpetuitatem, aut alia pacta, quaſi tacitè, vel implicitè approbantes, ſed pro circunſtantijs neceſſitatis, aut majoris periculi, vel boni, per quas ejuſmodi ſuſpenſionem pœnarum, cùm per ſe mala non ſit cohoneſtari clarum eſſe ait; nec inde ſequi ut Pontifex approbet pacta, & ipſas pacificationes abſque ſuo expreſſo conſenſu hæreticis inita licet poſtea tolleret pœnas eis debitas non irrogari.

25 Ad quartam quæſtionis partem cum certum ſit, ut nequeant Principes laici pacta ſuper libertate conſcientiæ perpetuò, & irrevocabiliter celebrare, ut patet ex jam adductis, & ſit dubium prout eos, num ad tempus aliquod determinatum. Et pro affirmativa ſententia videtur ſentire Uvadingus *de contract. dict. diſp. 3. dub. 4. num. 6.* cujus verba referens Diana *dict. p. 10 ſub reſ. 3.* quatenus quoties de non pactionando cum hæreticis periclitaretur fides Catholica, totaque civitas, ſive provincia ſubverteretur ad hæreſim; pro quo facit Joſaphat factum, ut habetur *lib. 3. Reg. 23.* qui in initio ſui Regni permiſit idololatriam, cui Populus erat addictus, quia non poterat eam impedire; qui poſtea, confirmato jam Regno, cum & potentior, & audacior factus eſſet, non amplius permiſit; ſed impedivit, ut patet. *2. Paralipomen* 22.

26 Sed adhuc quod caſus Uvadingui in praxi accidere poſſet, exiſtimo dicendum non inde Principes laicos, inconſulto Pontifice, tale fœdus cum hæreticis inire poſſe, cum, ut dixi, ad illos pertineat in re tam gravi judicare; num tanta ſit neceſſitas, & talis rerum ſtatus, ut ſancito fœdere Religionis, libertatem concedere oporteat, maximè perpetuam, cum tale fœdus indirectè verſetur circa materiam ſpiritualem, videlicet circa permiſſionem religionis falſæ, ut diſertis verbis docet Joannes Molanus *de fide hæret. ſer. l. 1. c.* 23. ſic aſſerens: *quamvis libera Religio non ſit ab ullo Principe admittenda, cogitur tamen aliquando Catholicus Princeps in quibuſdam locis, quæ hæretici violenta manu retinent; non quidem omnibus, ſed unius tantum, aut alterius generis ſectarijs libertatem ſub certis conditionibus admittere, aut potius non tam eis dare, quàm permittere, quod jam, eo nolente occuparunt, ne ſi minus malum tollerare nolit, majora in Republica ſua perpeti cogatur. Sed in his rebus maxima opus eſt prudentia; eo quod res longè omnium graviſſimum, & periculoſiſſima tractatur; cum enim primo loco præ omnibus alijs ab omnibus, & ſingulis Chriſtianis Religio ſit conſervanda, & ſæcularis Principatus; atque poteſtas nullum fœdus inire, aut ſalvum conductum dare poſſit in præjudicium Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticæ poteſtatis, facilè hic, aut per ignorantiam, aut per tepiditatem, aut per timorem, ubi non foret timor, aut per imperitiam, & inadvertentiam quædam tractarentur, quæ poſtea nullius roboris eſſe judicaverint; idque nihil tutius eſt, quam ſi furore hæreticorum Republica aliqua vexatur ad aliquas iniquas, & bonis hominibus præduras conditiones, ut omnia antequam fœdus perficiatur, diligentiſſimè, & prudentiſſimè ſint examinata, & diſcurſa, atque in re tam ardua ad ſecurè conquieſcendum, etiam Apoſtolicæ ſedis interveniat authoritas:* ita ille.

Vides ergo nec pactiones, ac fœdera temporalia poſſe Principes inire cum hæreticis de libertate conſcientiæ. Nec obſtat dicere quod Joſaphat per ſe ſolùm inierit fœdus temporale (à quo recedere non poſſet, ſi fuiſſet perpetuum de idololatria tolleranda) quia tunc temporis tale pactum potuit fieri in urgente ea neceſſitate, non requiſito alio conſenſu, cum fuerit factum teſtamenti veteris, in quo tempore poteſtas Regia, & Sacerdotalis ſimul in Regibus reſidebat, & dixi ad alia *ſub q.* 14. & in alijs. 27

Itàque ratio, ob quam nec perpetua fœdera cum hæreticis ineunda etiam de aſſenſu Pontificio exiſtimo, quia ut docet Tannerus. *tom. 3. dict. diſp. 1. dub. 3. num.* 94. & Diana *dict. reſ. 3. tract.* 4. in verſ. *& hæc* vix unquam licitè fieri poteſt, quia ejuſmodi abſoluta, & indefinita pactio, ſeu conventio per ſe loquendo, & quantum eſt natura rei omnem Principi, etiam in perpetuum adimit facultatem, permiſſam hæreſim ex ſua provincia exterminandi etiam, ſi mutatis rerum circunſtantijs, id quandòque opportunum eſſet futurum; ſemper enim vi ſui pacti inhibetur, ne id unquam audeat facere, ſi modo violatæ fidei reus haberi non volit, juxta quæ Doctores docent *in cap. 1. & 2.* & quæ dixi *in cap. 1. de probation.* quod ſi perpetua fœdera cum hæreticis inirentur, Princeps adimeret ſibi Jus; cum poſtea opportunum eſſet puniendi, & exterminandi hæreticos à ſuis Regnis, & provincijs contra id, quod determinat Concilium Lateranenſe *in cap. excommunicatus §. moneantur de hæreſ.* ibi: *teneatur quicumque Princeps, etiam ſupremus terram ſuam expurgare ab hæreticis ſub pœna amiſſionis ſui Principatus, & mandatur omnibus Principibus ut Jurent ſe hæreticos non tolleraturos*; idemquè de Jure civili habetur *in auth. ſi vero Dominus Cod. de hæret.* & in conſt. Federici *de ſtatu, & conſuet.* §. 6. & 7. & utrobique Doctores. 28

Imo & video, quod Severtius *de fide hæreticor. ſervanda ſect.* 9. & Petrus Hurtadus de Mendoza *de fide volum. 1. dict. diſp. 79. ſect. 5. & 6. §.* 32. 33. & 36. non ſolùm ſententiam, & firmeat libertatem conſcientiæ hæreticis conceſſam, in conſulto Pontifice eſſe illicitam, ſed & plus (valdè notandum) videlicet eſſe invalidam, quod placet ex jam adductis à *num.* 1. †Quod ſi ad ſatuitatem, velis rationibus & authoritatibus comprobare leges *quæſt.* quam reſolvit ſimilem Cæſar Carena *de officio inquiſitorum* in fine *in q.* 10. Andreas Folcodij *ubi à num.* 16. uſque ad finem, probat locis Sacræ ſcripturæ SS. & Concilijs. Juribus & pluribus rationibus, non eſſe licitum alicui Principi Catholico concedere liberum Domicilium Hæreticis in locis Italiæ, eſto ceſſaret periculum proximum infectionis, ſcandali, & contemptus noſtræ fidei ubi, *num. fin.* ſatisfacit argumentis contrarijs. 29 30

Ad ſextam quæſtionis partem, quæ ſub ſe tria dubia continere videtur, unico verbo judico reſpondendum, ſuppoſitis quæ jam latè dixi *à q.* 2. noſtri textus, & quæ dico *infrà in tit. de voto, & voti redemptione*, & infrà *ſub tit. de temporib. ordinationum, & de ſacramentis*, circa quæ nihil poteſt 31

nihil ullus Princeps ſæcularis diſponere minnendo, vel augendo, uti etiam diai ſub hoc textu.
32 † Nam ot legimus *anno* 598. cum Imperator Mauritius contenderet ex adverſo eum S. Pontifice Gregorio (electus Papa anuo 390. vocatus Magnus propter ejus nobilitatem, virtutes, litteras, & Sanctitatem, qui fuit filius Gordioni Ducis, admodum ſenator Romæ, dum eſſet ſecularis, poſtea Monachus Sancti Benedicti, ut narrant authores ejus ſeribentes vitam) quorum inquam erat diſſenſio orta cauſæ malæ vitæ, vitiorumque *exarei* Romani, quæ creverunt multa facta lege perjudiciali admodum ſtatui Eccleſiaſtieo relata à Baronio *in eodem anno*, & à Fratre Ferdinando de Camergo, & Salgado *de compendio hiſtoriæ Eccleſiaſt. dicto anno* 598. verſ. *las paſſiones*, qua cavebatur, ut nullus miles poſſet militiam deſerere, ut ſequeretur vitam religioſam, aut aſſumere habitum Monachatus, nec ordinea aceipere, niſi debilitatus, ſive mutilus eſſe in membris ſuis, ſive inhabilis ad debellandum: ex quo facto iratus Pontiſex D. Gregor. Magnus, Imperatorem objurgavit, ae reprehendit.
33 † Item & Patriarcham Joannem Conſtantinopolitanum harum diſcordiarum inventorem, qui inde incenſi congregaveruot Conſtantinopoli quoddam Concilabulum, quo declaravere Patriareham Conſtantinopolitanum eſſe œeumenicum, & univerſalem Prælatum; & noo qui degit Romæ: alia dicit videnda Baronius.

34 Et confirmatur contradictio Gregorij Magni; quia nullum eſt votum, & Juramentum melioris boni impeditivum, ut dixi *ſub tit. de Jure-Jurando*, & dico *ſub tit. de voto*, ſicut nec alia, quælibet lex impeditiva boni ſpititualis per plura, quæ jam latè ſcripſi ſub oostro textu, quàre in alia exornatione non immoror.

35 Ad ultimam quæſtioois partem, quæ latè tractari poteſt per illa, quæ ſcribit Narbona *in recopil. lib. t. n. 3. l. 35. gloſſa* 2. *per totum*, edita à Philippo II. anno 1593. ad petitionem comitiarum procuratorum circa verba *dict. leg.* ibi: *Por quanto los Procuratores de Cortes ſenos han quejado, que en algunos Obiſpados de eſtos Reynos ſe acoſtumbra, que jendo ſe à ordena algimos, que no tienen beneficios, ni Capellanias, à titulo de Patrimonio como es permitido porel ſancto Concilio de trento les compelen los ordinarios a hazer Capellanias de ſu Patrimonio*, & ibi: *deque reſulta que darſe Eccleſiaſticos los bienes, y libres depecho, mandamos le deſpachas Cedulas nueſtras atodos los Prælados de eſtos Reynos, referiendo en ellas dicha queja; que aunque no ſe cree de ſus perſonas, que ayan acho ſeme jante fuerza a los Clerigos, imbien relazion de lo que Ha paſado, y paſa, y entretanto no les Compelan a fundar dichas Capellanias.*
36 † Et quibus prima facie diſpoſitum à tam Catholico, & prudentiſſimo Principe, videtur cootra libertatem Eccleſiæ, eam graviſſimè lædendo, & contra quæ latiſſimè dixi à *quaſt.* 1. textus noſtri, & contra Jura *in cap. ſunt qui opes cap. ſacrilegium* 17. q. 4. *cap. noverit*, & *cap. grave de ſent. excommunication.* Joannes Lup. *tract. de libert. Eccleſiaſt. caſu* 9. Valenzuela *contra venetos p.* 4. *n.* 208. cum nihil aliud referat prohibere beneficiorum, ſeu Capellanearum erectionem, quam impia ſanctione decernere, ne bona quovis titulo poſſint à laicis in Eccleſiam transferri: quo in caſu lex, ſeu ſtatutum id decernens, ut impium. & deteſtabile damnatur *in cap. eor de immunit. Eccleſ. lib.* 6. Platea *tract. de excommunic.* §. 30. *n.* 17. Alvarus Pelagius *lib.* 2. *de planctu Eccleſ. cap.* 29. verſ. *tum favore* Valenzuela *ſupra n.* 27. Martha *de Jurisdict.* 4. *p. cent.* 1. *caſu* 25. *à num.* 1. & *caſu* 68. *à num.* 7. & *caſu* 4. *num.* 5. Tuſchus, Guillelmus, Duran. Octavian. Vulpel. Alderan. Maſcard. quos refert *ſupra* Narbona *dict. gloſſa* 1. *à n.* 26.

Sed ut vides cum ex Tridentino non prohibeatur; ut quia ordinari queat ad titulum Patrimonij, ot patet ex verbis *cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *de reform.* ibi *Patrimonium* ſimul cum verſ. ibi: *niſi illi, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum*: explicant Doctores prædictam legem Regiam, & cum illis Narbona *dicta gloſſa* 2. (Videndus ad plura alia) dicendo per eam minimè auferri facultatem erigendi Eccleſiaſtici beneficia, & Capellanias de licentia ordinarij, cum non ſit eredendum Catholicum illum Regem, & cæteros Hiſpaniæ voluiſſe promulgare legem quodammodo damnoſam Eccleſiæ; & quod eorum intentio tantùm per talem legem eſt obviare ordinariorum initiandos cogentium, ut rerum ſuarum Dominio nudentur per erectionem novæ Capellaniæ; contentis tamen eisdem temporali vitæ emolumento; imo & fuiſſe latam in favorem Eccleſiaſticorum, cum Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiaſticis omne ambitionis, & cupiditatis vitium procul abeſſe debeat, qui ad ſic erigendum compellendo tales ſe monſtrarent, non enim Deo amabilis poteſt videri talis coactio, qui non coactum, ſed voluntarium admittit obſequium *ex cap. non eſt* 15. *q.* 1. *cap. ſi quis* . 4. *quaſt.* 1. Panormit. *in cap. ſine de regular.* Quam deciſionem tali temperamento admittos non verò in allo ſenſu, aliqua dixi de hac legé Regia, *ſupra q.* 3. verſ. *ad ſecundam n.* 10. 37

QUÆSTIO XLV.

An Eccleſiaſtici poſſint carcerari vel banniri ſaltim ad tempus, vel per oſtraciſmum diſcolarum, aut ſaltim coerctione politica, ſi non contentioſa? an ſtatuta de retractu patrimoniali habeant locum quoad equites S. Jacobi? Et an ſtatui poſſit quod ſi eques militenſis civem offendat, & arma geſtet, queat puniri à Magiſtratu laico, vel capi remittendus ad ſuum judicem.

SUMMARIUM.

1 *Libertas Eccleſiaſtica momento temporis offenditur, etiam incarceratione Eccleſiaſtici* num. 2.
3 *Immunitas Eccleſiaſtica ſub pœna ſacrilegij, & cenſura, prohibet citare, capere, aut incarcerare Clericum, etiam in privato carcere* n. 4 & 5.
5 *Poteſtas ſicut requiritur ad judicandum Clericos; ita ad incarcerandum*
6 *Immunitas Eccleſiæ infringitur, cum Clericus ſine dedecore exire non poteſt, ibi de oſtraciſmo.*
7 *Ejicere de aliquo loco idem eſt, ac bannire perpetuò, vel ad tempus.*

8 *Bannire, ſive relegare Eccleſiaſticos, eſt laicis prohibitum.*

9 *Magiſtratus laici per Bullam cœnæ, prohibentur bannire, proceſſare, aut ſententiare Eccleſiaſticos, item, & alij judices, & neceſſarij.* num. 10.

10 *Miniſtri laici exequentes aliquid in Clericos, incurrunt Bullæ cenſuram; & ſi deſiſtant ab incepto. Limita ſi ſit ad effectum remittendi ad ſuos judices, ut* n. 11.

12 *Laicus præcipiens exilium in Clericum, ſi aliud non interveniat, non incurrit cenſuram. Aliud eſt ſi diceret ei* ſequere me, *aliud rè, ut* num. 13.

14 *Senator qui reſiſtit, ut non fiat ſtatutum contra libertatem Eccleſiæ, non incurrit cenſuram* num. 16.

15 *Senatores debent adeſſe, & injuſta impedire, alias peccant mortaliter.*

16 *Senator deſcribendo nomen Clerici, & faciendo proceſſum, incurrit Bullæ cenſuram.*

17 *Clerici non deferentes Principi debitum honorem, num exulari poſſint, ſeu coerceri politice.* & n. 18. & 19.

18 *Periculo ceſſante, non proceditur in Eccleſiaſticos, niſi per viam Juris.*

19 *Juriſdictionis œconomicæ, & contentioſæ diſtinctio, videtur Chimerica.*

20 *Laicus nulliter procedit in Clericum, niſi eum defenſio eſt evidenter juſta, nec adeſt aditus ad ſuperiorem Eccleſiæ, & eſt periculum in mora.*

21 *Equites Divi Jacobi, qualiter dicuntur Religioſi? Et in quo diſtinguantur à Religioſis ejuſdem ordinis?* n. 22.

22 *Equites Divi Jacobi laici collectantur, niſi aliter indultum ſit in ſpecie: quid apud nos* n. 23.

24 *Equites militen. ſunt verè Religioſi; & ſic exempti à laicis, nec ab eis puniri poſſunt,* num. 25.

25 *Eques militen. poteſt puniri in privatione officij.*

26 *Equitem militen. quando adeſt fuga timor poſſunt capi à laicis, ut remittantur ad judices ſuos.*

27 Cap Princeps ſæculi 23. q. 5.

28 *Capi poteſt à laica Eccleſiaſticus repertus in fragranti delicto. Quia de reperto cum armis, & nocte illicite?*

AD primam quæſtionis partem, ut diſſolvas, præmittes quæ dixi *ſupra quæſt.* 35. *à num.* 1. Ubi egi de quæſtione illa: *an poſſit Rex ſua authoritate confinare Clericos in aliquo loco?*
1 Et quæ dixi *ſupra quæſt.* 43. ubi: *an laicus judex poſſit incarcerare Clericum ei injuriam inferentem.* Unde breviter videtur reſpondendum, ut cum etiam momento temporis libertas Eccleſiaſtica offendatur, ut dixit Lapus *alleg.* 118. *ſub. n.* 5.
2 *verſ. cum enim iſtud.* *Lædatur etiam ſi Eccleſiaſtici carcerentur, bannianturvè etiam ad breve tempus. *Eo quod immunitas Eccleſiaſtica pro-
3 hibeat laicis ſub ſacrilegij, aut excommunicationis pœna citare, capere, aut incarcerare Eccleſiaſticum, *Cap. ſi quis ſuadente* 17. *quæſt.* 4. *cap. ut fama, cap. nuper de ſent. excommunic. cap. cum non ab homine de judicijs,* ubi dixi, Farinac. *q.* 8. *n.* 1. *in praxi*, Graſſ. *de effectibus Clericorum effectu* 1 *num.* 134. Urries *de cognat. Cleric. part.* 1. *num.* 28 & paſſim ita haberi, docet noviſſimè Daniël *de nobilibus controverſ. diſp.* 47. *Ubi addit procede- 4
re, ſive Clericus detrudatur in carcerem publicum, ſive privatum, ſive capiatur, ſive ponatur ſub cuſtodia, vel cum armis, vel alio modo, ita ut non poſſit libere exire, ſive id manuum injectione ſine minis, ut ante illum docuerent Graſſis *de effectibus Clericorum effectu* 1. *numero* 99. & 534. Alterius *diſp.* 20. *cap* 1. *colum.* 8. verſ. *Capiendo folio* 749. Filiucius *tract.* 14. & 4. *de cenſuris in part. cap.* 1. *quæſt.* 5. *numero* 17. & 32. *de excommunic Papæ reſerv.* Navarr. *conſ.* 33. *de ſent. excommunic. lib.* 5. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *de excommunic. cap.* 17. *numero* 207 Suarez *diſp.* 22 *ſect.* 1. *num.* 29. *tom.* 5. *de cenſ.* Aufrer. *de poteſt. ſæcular ſub Eccleſ. perſ. Reg.* 3. *numero* 5 Bonacina *ad Bullam diſput.* 1. *quæſt.* 20. *puncto* 1. *num.* 12 & 13. & *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *puncto* 6. §. 1. *n.* 9.
*Qui etiam *ibi quæſt.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 5. *num.* 32. 5
excipiens caſus nonnullos, comprobat ex eo, quia ſicut Eccleſiaſticus non poteſt detineri à laica poteſtate, ita nec carcerari: nam ſicut requiritur poteſtas ad judicandum, & puniendum, ita & ad capiendum. Videbis Barboſam *de Jure Eccleſ. lib* 1. *tit. de privileg. Cleric. cap.* 38. §. 1. *num.* 28. & 29. & Socin. *in cap. pervenit numero* 8. & 12.
de ſent. excommunic. *Et addunt etiam Aufrerius, 6
ubi ſupra reg. 1. *numero* 4. *in fine*, poſt alios Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 3 §. 1. *num.* 4. & 4. & Daniël *diſp.* 56. *numero* 24. Innocent. *in cap. nuper de ſent. excommunic.* etiam procedere ſi non poſſet exire ſine dedecore, idem Daniël *dict. diſp.* 56. *n.* 3. *in fine*, ex eo, quia, ſi prohibetur Eccleſiaſticos exire è Domo, vel civitate, jam tunc datur actus Juriſdictionis prohibitæ ibi legendus *à num.* 4. latè alijs fundamentis comprobans. Oſtrociſmus igitur in facinoroſos, qui dicitur quando quis damnatur à majori votorum parte in exilium proficiſci Clericos non comprehendit, ſive ut condemnet ſive ut abſolvat, eo quod in illo tractetur de actu Juriſdictionali & auctoritativo ſic Daniël *de nob. lib. diſp* 10. *num. fin.* Franciſcus Leo *in theſ. fer. Eccleſ. p.* 3. *q.* 38. *n.* 134. & 145.

Et confirmatur, quia cum ejicere ex aliquo 7
loco, nihil aliud ſit, quam bannire, vel relegare, privando aliquem civitate, vel Patria perpetuò, vel ad tempus *et l. relegatorum ff. de interdictis*, Sylveſter verb: *bannum* §. 4. Ugolin. *de cenſur. Pont. reſerv. p.* 2. *cap.* 19. *numero* 3. Filiuc. *tract.* 16. & 6. *de cenſ. in particulari. cap.* 11. & alij. *Et 8
bannire, vel relegare Eccleſiaſticos ſit laicis prohibitum omnino, *cap. olim de injuriis clem.* 1. *de pœnis dict. cap. cum non ab homine de indic.* Lupus
de libert Eccleſiaſt. p. 2. *quæſt.* 1. *per tot.* & per Bul- 9
lam cœnæ prohibeatur Magiſtratibus ſæcularibus ſe ſe quomodolibet interponere in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra Eccleſiaſticas perſonas, eas proceſſando, banniendo, aut ſententias contra eas proferendo, aut exequi faciendo, interdicaturquè eis omnis actio, ratio, & modus ſe ſe in his comiſcendi, ut ſignificat dictio *quomodolibet*, Pariſius *conſ.* 68. *num.* 10. *lib.* 1. & in terminis Bullæ. Alter ad Bullam cœnæ *fol.* 749. verſ. *banniendo*. & *fol.* 746. verſ. *quomodolibet.* Ugolin. *p.* 2 §. 1. verſ. *quinto afficiuntur*, Bonacina *ad Bullam diſp.* 1. *quæſt* 20. *puncto* 1. *n.* 2. &
per totum numer. 2. *Ubi ait eadem excommu- 10
nicatione affici quemlibet Conſiliarium, Senatorum, Judicem, aut Cancellarium, qui ſuo mandato, Conſilio, aut favore, concurrit contra Eccleſiaſticum in actionibus expreſſis in Bulla, qua

tenentur

tenentur etiam judices notarii, & executores ci-
tantes, mandantes, capientes, etiam ſi ab incepto
deſiſtant,uti ex ea ſcribunt; & licet non ſequatur
effectus Ugolinus *de cenſuris Pontif.reſervat.p.2.*
cap. 19. ꝯ. 1. verſ.*quinto afficit*, Alterius *ſupra fol.*
149. verſ. *capiendo*; ſequitur ita, ut dictum eſt,
tenendum in puncto, de quo loquimur,
11 Quod ego limitatem libenter, ut *ſupra q.* 43.
adduxi, & dico *infra ſub. q.* 46. quando caſu oc-
curreret capiendi, & incarcerandi Clericum ad
effectum remittendi eum ad ſuum judicem Ec-
cleſiaſticum,ut ab eo condigne de delicto patrato
12 puniatur, † imò addunt aliqui non incurrere lai-
cum excommunicationem prædictæ Bullæ, ſi
præcipiat exilio Clericum, nec aliud interveniat,
quia ex bujuſmodi actu, non adeſt actu phyſico
violentia, quæ tangat Clerici perſonam, per
quam lædatur, detineatur, aut impediatur,quo-
minus poſſit ire, quo vult: ita Daniël eximente
dicti cap.ſi quis ſuadente 17. *quæſt.* 4. docet poſt
Cajetanum, Reginald. *in praxi fori lib. in Apen-*
*dice de excommunic.cap.*18.*ſub.n.*207.*in additione*
ad dict.diſp. 56. Ubi addit *n.* 2.eum eodem Re-
ginaldo *ſupra*, & Suarez *de cenſ. diſput.*22.*ſect.*1.
13 *num.* 131. † quod ſi metus fundaretur in aliqua
actione abſoluta circa perſonam, puta ſi diceretur
Clerico *ſequere me: alioquin te interficiam*; quia
non eſſet purusmetus, ſed proveniret ex violen-
tia, adeſſet eacommunicatio; imo ait negari non
poſſe, quin præcipiens Eccleſiaſticum exilio, ſe
ſe in actione probibita immiſceat, & contra per-
ſonam inquam non habet Juriſdictionem,& pro-
hibeat habitationem in civitate & libere agere,
& libere pati, ſicut ſubtrahens eiſdem neceſſaria
ex Domo, unde Clericus exire, & Jus ſuum re-
linquere cogatur; & ſic dicit conſiderandum eſſe
quomodo hæc fiant; & qua authoritate, ac hoc
modo, an poſſint reddi Clerici timidiores, unde
alii arceantur à ſtatu Clericali, cum ſic videant
Eccleſiaſtici haberi, & eveniente caſu, diſtin-
guendum: & leges Suarez *de immunit.lib.*4.*c.*22.
num. 16.& Graſſ.*de effectibus Clericorum effectu* 9.
*n.*99. Ubi dicit eam excommunicationem etiam
incurri ab impediente obſequia præſtari Clerico,
& ex obſequiis prohibitis.
14 Sed dico,ut excommunicationem non incurrat
ille ſenator, qui reſiſtit quantùm poteſt, quod
non fias ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſti-
cam,ſecùs non repugnando,aut conſentiendo,ut
dicunt D D. *in cap. noverit de ſent. excommunic.*
Alterius *diſp.*16.*de excommunic.Bullæ lib.*5.*cap.*4.
fol. 695.*col.*1. *in fine,& colum. num.* 2. Alderan.
Maſcard. *de interp. ſtatutorum concluſ.*1.*num* 86.
& 87. Et in ſimili Paleot. *de conſt. p.*4.*quæſt.* 10.
verſ. *quo vero ad,& p.*5.*q.*7. verſ. *ex altera parte.*
15 Etenim Senatores tenentur adeſſe; & cum
tractatur de re injuſta debent impedire; quantum
poſſunt, alias peccant mortaliter,ut docent Petrus
de Ledeſma *in ſumma tom.*2.*tract.*7.*cap.*2 *concluſ.*
24.*fol.*198. *col.* 2. Ubi diſputans, an teneatur Se-
nator ire, & reddere votum, cum tractatur de re
injuſta ſub reatu mortalis, & reſtitutionis con-
cludit: *que ſi el negoçio no eſta echo, ſi no qui pue-*
den impedir con ſus votos la in juſtiçia, tienen obli-
gazion de ir acregimiento, y votar lo que es juſto;
ſequitur Anton. Diana *p.* 4. *tract* 3. *de Partam.*
reſol 18. Daniël. *de nobilibus dicta diſp.* 57 *n.*19.
& 20. ex eo,quia quilibet ex univerſitate tenetur
contra dicere rei injuſtæ, alias habeatur pro con-
ſentiente: ita cum Armila verb. *conſentire n.* 3.

Tabiena verb. *electhion.* 3. Riccio *p.* 3. *deciſ.* 276.
*num.*5. Silveſtro verbo *conſenſus q.*3.idem Diana
p. 3. *tract.* 2.*de dubiis regular.*
Igitur propoſito caſu, non ſolum non ſunt 16
damnandi,qui voto contradicunt rei injuſtæ ſed
malè facerent, ſi non contradicerent; non enim
ſunt participes in proceſſu facto,cum nomen non
deſcripſerint, nec in ſententia ferenda cum ſuf-
fragiis ſe ſe opponant rei injuſtæ: & ob id cen-
ſuit Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. cap.* 38. *n.*14.
Ut ii non poſſint damnari: tamen quod ille: vel
qui deſcriberet nomen Eccleſiaſtici, vel recita-
tum, voto illum damnaret, utroque caſu fieri rem
prohibitàm à Senatore Jus dicente, deſcribendo
nomen; & ſic faciendo proceſſum (eo modo,quo
fieri ſolet) & ſumendo informationem contra
Eccleſiaſticum ad eum condemnandum,quod eſt
prohibitum in Bulla, docent Ugolinus *de cenſ.*
*pont. reſerv.p.*2.*cap.*19. *num.* 2 Bonacina *ad Bul-*
lam diſp. 1. *quæſt.* 20. *p* 1.*num* 36. Velut Magiſ-
tratus, tunc juſtitiam miniſtrans, Alterius *ſup.*
dict. diſp 20.*lib.*5.*cap.*1.*fol* 746 *col.*1. verſ. *Ma-*
giſtratus, & quod quando redditur votum,fertur
ſententia; & ſic contra Bullæ diſpoſitionem,
Ugolinus *p.* 2.*cap.*19 verſ. *primo in fine*, Daniël
*dict.cap.*57.*num.*25. Ubi dicit hoc caſu procedere
dicta per Leonem, *ubi ſupra num.* 47 cum aliis,
& hæc applicabis ad ea *quæ dixi in cap.cum omnes*
6. *de conſtit. q.* 2. *in fine.*
Et licet allegati à Diana *p.* 1. *tract.*2 *res* 18.& 17
poſt alios Giurba *conſ.* 49. *n.* 15. circumlocutio-
ne verborum dixerint Clericos debitum honorem
Principi non deferentes, vel publicam turbantes
pacem, poſſe plecti correctione politica œcono-
mice, ſimul tamen idem Diana *p.*1.*tract.* 1 & 2.
& *p.*3.*tract.*1. Suarez *contra Regem Angliæ lib.*4.
pus *de libertate Eccleſiaſtica p.*2.*per tot.* & Daniël
cum aliis *dicto cap.*57. Videndus à *n.*28.latè reſol-
vunt laicos nullam habere Juriſdictionem in Ec-
cleſiaſticos, nec quod vim coactivam, nec dire-
ctivam,directè, vel indirectè,& dicunt expreſſam
eſſe Eccleſiaſticorum immunitatem quoad perſo-
nas, & bona. † & ſic ceſſante imminenti peri-
culo, procedendum eſſe per viam Juris, nec ad- 18
mittendam eſſe diſtinctionem Juriſdictionis, ſeu
correctionis politicæ, & contentioſæ, negantes
poſſe à Regno ejici Eccleſiaſticos, aſſerta Juriſ-
dictione politica,quæ ab ipſo Principe dependet
cum totus politicus ordo ſub Regiam poteſtatem
cadat, adducens ea Diana *dict.p.*1.*tract.*2.*res* 18.
† prædictam diſtinctionem Juriſdictionis œcono- 19
micæ, & contentioſæ chimericam eſſe,ſic ut non
deſerviat pro contraria opinione exemplum fa-
muli Clerici, qui a Domino Patre familias, poteſt
è Domo expelli,cum nullum Jus habeat commo-
randi in ejus Domo, niſi quatenus ipſe Dominus
eidem conceſſit: non enim ait ſic de Clericis in-
telligendum, cum in nihilo, quoad hoc depen-
deant à laico,ſiquidem à Pontifice conſtituuntur
ad ſervitium, & regimen Eccleſiæ.
Itaque ut defenſionis Juſta neceſſitas locum ha- 20
beat, debet eſſe periculum in mora clarè, & evi-
denter; & quod violentia ſit clara, & manifeſta,
non dubia; & quod defenſio fiat cum moderami-
ne inculpatæ, erit hujuſmodi, quando Prælatus
v. g. Eccleſiaſticus non vult providere, aut non
poteſt, vel non datur aditus ad illum: quibus in
caſibus latè dicunt Suarez *contra Regem Angliæ*
*lib.*4.*cap.*34. *à numer.* 4. Diana cum aliis *tract.*2.
*p.*5.*dict.res* 18.& *p.* 3.*tract.* 1. *res* 27. Ubi refert

fuiſſe in concordia inita cum Regina Eleonora
dictum, quod malè geſtum fuerat in eijciendo
Eccleſiaſticos, quia contra libertatem Eccleſiaſti-
cam tenent etiam relati ab Alderan. Maſcard. *de
interpret. ſtatutor. concluſ.* 1 *à. num.* 102. Daniël
de nobilib. controv. dict. diſp. 57. *ſub n.* 30. dicen-
tes in illis caſibus ad alium Prælatum, ſi poteſt,
& tandem ad Pontificem recurrendum; etſi pe-
riculum urget; adeò quod non permittit ſuperio-
rem Eccleſiaſticum adiri, vel nullum aliud re-
medium ſupereſt, ut conjuratio Pateana demon-
ſtravit, tunc poſſit fieri quod recta ratio dictat
ad impediendum damnum imminens: juxta ad-
ducta *ſupra quæſt.* 10. *&* q. 13. verſ. *ad quintam in
fine, &* q. *à num.* 23. Hoc tamen dicit Daniel
nōn procedere in caſu noſtræ quæſtionis, ubi non
tractatur de obviando delicto præſenti, nec de
futuro, nec de carcerando Eccleſiaſticum ſuſpe-
ctum de fuga, nec de ſubdito caſu de expellen-
do Eccleſiaſticum, cum tempus concedit, latè poſ-
ſe ad ſuperiorem recurri.

21 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſtatuta
de retractu Patrimoniali, habeant locum quoad
equites D. Jacobi, ut reſpondeam præmitto quæ
dixi *infra ſub cap.* 2. *de foro comp.* q. 16 in aliis,
item *in hoc cap ſub.* q. 9. Ubi an iſti ſint Eccleſia-
ſtici, taliter, ut gaudeant privilegio fori; & nec
collectantur: & quia cum multis Daniel *de nobi-
libus contr. diſp.* 54. latè defendat iſtos equites non
eſſe verè Religioſos, ſed ſecundùm quid à *n.* 7.,
dicens propriè non dici Religioſos, qui non ſer-
vant caſtitatem; imò & equites, qui matrimonio
utuntur nullomodo dici Religioſos, nec perſonas
Eccleſiaſticas, qui tantum equites illius ordinis,
ſed quod non Religioſi appellentur in Bulla
Alex. III. qui primus approbavit ordinem eorum
militum, addens quod in Bullis Martini V. &
aliorum Pontif. diſtinguuntur Clerici & Religioſi
à laicis ejuſdem ordinis; prout etiam diſcretis no-
minibus de his fit mentio in legibus, ſeu regulis
dicti ordinis, ut videri poteſt *fol.* 52. tergo ibi:
*que todos los frayles de nueſtro orden, an ſi Clerigos,
como legos*, & *cap.* 21. *fol.* 44. & Clarius *cap.* 33.
fol. 46. *& in cap. ſequenti, & per totum illum. lib.*
nunquam iſti milites appellantur Religioſi, ſed
ſolùm eo nomine appellantur Clerici illius ordi-
nis reſidentes in ſuis conventibus, ut *fol* 59 *tit.* 3.

22 † Itaque laici reputentur, & collectentur nec
gaudeant immunitate Eccleſiæ, niſi quatenus eis
conceſſum eſt in ſpecie, nec ſint exempti à Juriſ-
dictione laica, maximè in Italia: ſic ibi Januæ
obſervatum, cujus ſtatuti occaſione idem Doctor
reſolvit in ea civitate collectatos, carceratos, con-
demnatoſquè fuiſſe; quia ut laici habentur exem-
plis exornans; ideò in propoſito difficultatis pro-
poſitæ concludit dictos equites, nec eſſe propriè
Religioſos, nec comprehendi ſub ſtatuto de pri-
vilegio Clericorum, & conſequenter uti poſſe
beneficio ſtatuti de venditione in agnatos, quod
eſt retractus, & per ea, quæ adduxi legenda *de
retractu* q. 7. poteris de retractu ſcribere hic, &
23 repetere, *ut ſuper in textu noſtro ſub* q. 8. † in Hiſ-
pana inquam aliter procedit, quod non negat
Daniel *ſub n.* 16. *&* 17. ex dictis in relatis locis.

24 Ad tertiam quæſtionis partem, an eques mili-
ten. oſtendens civem, & arma geſtans, queat à
judice, ſeu Magiſtratu laico puniri, vel capi ad
ſuum judicem tranſmittendo: quia latiſſimè hu-
jus dubii occaſione idem Daniel *de nobilibus contr.
diſp.* 56. agens *ibi n.* 12. reſolvit hos milites verè
eſſe Religioſos, & Eccleſiaſticas perſonas, cum
tria ſubſtantialia vota emittant, ob quod uno ferè
ore omnes dicant illos eſſe exemptos ab omni
laica poteſtate probans cum infinitis, inter quos
Giurba *dict. conſ.* 21. *num.* 3 *& conſ.* 4. *à num.* 1.
Diana *p.* 2 *tract.* 16. *miſcel.* 2 *reſ.* 36 Villas *de co-
gnit. Clericor p.* 2. *num.* 109. qui alios plures refe-
runt. † Ideò omnes illi, & alii, quos ego retuli 25
ſub *dicto cap.* 2. *de foro comp* q. 15. 16 *&* 17 & ex
jam adductis *in hoc cap. & ſub tit. de judic. & foro*,
dicunt iſtos milites non poſſe puniri à laicis judi-
cibus (quantumvis in Gallia aliter obſervaretur)
& quantumvis ratione adminiſtrationis ſubja-
ceant ſtatutis laicorum, ut concordat Graſſ. *de ef-
fectibus Cleric. effectu* 13. *n.* 2. *& effectu* 1. *n.* 150.
Ubi extendens ad equites Melitenſes, ait quod
poſſint puniri in privatione officii, vel ubi adeſt
prohibitio Synodalis, prohibens Clericis admini-
ſtrare officia ſæcularia, vel poſt trinam monitio-
nem † Sed non negant, quando adeſt timor fugæ 26
iſtos Religioſos, ſicut cæteros Clericos delin-
quentes poſſe capi à laico ſuo judice tranſmitten-
tes per textum *in dicto cap. cum non ab homine de
judiciis*, ubi Abbas, Butr. alii. & ego cum nullus
Canon reſiſtat, nec quoad mentem, nec quoad
verba, ſi adeſt timor fugæ, vel ſuſpicio. † Etenim 27
textus *in dicto cap. Princeps ſeculi* 23 q. 5. ut lai-
cus poſſit diſtinguere Clericum, quando Eccle-
ſiaſticus non poteſt; quod evenire videri exiſti-
mant, cum delinquens fuga ſtatuere conatur: ita
contra Hoſtienſem, Aretin. & alios negantes
licere laico immittere manus in Eccleſiaſticum,
quamvis det cauſam; ut quia, ut jam *ſupra dixi* q.
43. ad prædictum effectum remittendi; licet ſer-
vato modo, de quo ibi; in prædicto enim caſu fu-
gæ quilibet dicitur habere mandatum à lege: *ar-
gum. l. raptores Cod de Epiſcop. & Cleric.* cum infini-
tis. longè ſcribens Daniel *ſupra, & à num.* 39. † Ubi 28
approbans ſecundùm veriorem opinionem poſſe
Eccleſiaſticum repertum in fraganti delicto à ju-
dice ſæculari, ejuſque Miniſtris capi, reddit ratio-
nem; quia ſi ſpectaretur ſuperioris Eccleſiaſtici
licentia, *Cane mingente, effugeret vulpes*, ut eſt in
proverbio; etenim daretur ampla facultas, vel
conſummandi delictum inchoatum, aliudvè per-
petrandi, & forſan impunè: ita Toler. *in pract.
crim Canon.* verb. *Clericus*, Villalobos *commun.
opinion. eodem verb.* Graſſ. *de effectibus Cleric. ef-
fectu* 1. *n.* 537. *&* 538. Ubi etiamſi non adſit fugæ
ſuſpicio *n* 543. † Ubi de reperto noctè illicitè, 29
& cum armis, & illicitè incedente, *n* 545. Ubi
de reperto in proſtibulo. Scaccia *de judic. p.* 1.
cap. 11 *n.* 99. *& cap.* 78. *ſub n.* 5 Zevallos *in pract.
quæſt* 267 *n.* 5 Farin. q. 122. Peregrin. Olivarius,
& alii allegati à Diana *p.* 1 *tract.* 1 *reſ.* 13. idem
Daniel *dict. cap.* 56. *reſ.* 40. Cum Abbate, Urbaldo,
Navarro, *Theſauro for. Eccleſ.* Alderano, Maſcar-
do, Alterio, Sayro, Homobon, Viries, & aliis ad
alia longè videndus. de lege prohibente dela-
tionem armorum, dico *infra ſub tit. de vita, &
honeſtate Cleric.* interim idem Daniel *diſp.* 62.
& 64.

QUÆST.

QUÆSTIO XLVI.

An poſſit Princeps laicus decernere gabellam ab Eccleſiaſticis quoque perſolvenda cum promiſſione eiſdem reſtituendi? An ſtatutum de ſolvendo taxam, vel concedens favorem ſervandum ſit ab Eccleſiaſticis; & quomodo teneantur Clerici contribuere? Et an poſſit Princeps ſubditis prohibere ne ad hanc, vel aliam Eccleſiam accedant, etiam ad peccata expianda.

SUMMARIUM.

1 *Clerici ſunt immunes à gabellis de Jure Divino, nec poſſunt ſuper his convenire, inconſulto Pontifice cum laico*: fallit n. 4.

2 *Promiſſio de reſtituendo gabellas à laicis, non ſufficit.* & quare n. 3.

3 *Injuria perſonalis in Clericum, parit duplicem offenſam, Clerici unam, Eccleſiæ aliam, quæ non tollitur.*

5 *Statutum laicum conceſſivum Clericis, eos adjuvat; etſi non obliget.*

6 *Clerici ad quas expenſas, ſive gabellas teneantur ſigillatim.*

7 *Laici de Sacramentis nequeunt diſponere, & de ſpiritualibus.*

8 *Eccleſiæ matrimoniales ædificari poſſunt abſque Principis conſenſu.*

9 *Confeſſio Sacramentales non prohibetur à laico, ut fiat libere confeſſario.*

10 *Libertas Eccleſiaſtica læditur, dum prohibetur, ne communicent laici cum Eccleſiaſticis, aut eis obſequia præſtent.*

1 AB his omnibus difficultatibus, quas poſt ſupra ſcripta vidi tractatas à Daniel *de nobilibus contr.* io locis referendis, breviter me expediam per dicta in toto textu noſtro. Igitur quia ad primam quæſtionem jam præbui, lato calamo reſponſum *ſub. quæſt.* 13. ibi à verſ. *ad ſecundam*; ideo omittens nonnulla generalia, quæ repetit idem Daniel *diſput.* 14. *à num.* 1. nempe quod Clerici ſunt immunes à gabellis de Jure Divino; & quod Clerici oon poſſunt de hoc convenire, inconſulto Pontifice, cum laicis, Bonacina poſt alios *tract. de cenſ. diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 5. *à num.* 2. Alterius *de cenſur. diſp.* 10. *de cauſ. excommunic. lib.* 3. *cap.* 8. Sayrus *in theſauro lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. eo quod non tantum in Bulla eſt prohibita impoſitio gabellarum ipſis Clericis, ſed & exactio ab eiſdem, etiam ſponte ſolventibus, inconſultò
2 Pontifice, † indeque inferant Azor *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 34. verſ. *ad hoc dicendum*, & Daniel *ſupra diſp.* 14. *num.* 6. *per textum in cap. quamquam de cenſibus in* 6. *& in Clem fin. eodem*, ut licet promiſſio de reſtituendo, vel ipſamet reſtitutio non ſufficeret; quia hæc reſpicit offenſam hominis. quoad damnum pecuniarium, ſed non quatenus ſpectat ad ſatisfactionem injuriæ
3 irrogatam Eccleſiæ quoad impoſitionem. † quia ut docet Graſſ. *de effectibus Cleric. effectu* 1. à

D. Fermoſin de Leg. Eccleſ.

Graſſius *deciſ. aurea p.* 1. *lib.* 2. *n.* 62. ex iojuria perſonali irrogata in Clericum, duplex offenſa noſcitur, una in Clericum, alia in Eccleſiam; & quod per remiſſionem primæ non tollitur ſecunda; & ob id tenenent Navarr. *in manuali cap.* 17. *n.* 101. & cum illo Alterius *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. *fol.* 734. verſ. *ſexto notandum* ibi: *non excuſare ab hac cenſura, meo judicio, qui exigunt, vel mandant exigi hujuſmodi tributa à Clericis animo reſtituenda in fine anni; quamvis profiteantur hujuſmodi modum ſervare cauſa evitandi fraudes publicanorum exigentium gabellas; & ratio eſt, quia prima cogunt antea ad ſolvendum; & hoc eſt magnum onus, & incommodum Clericis, & verè exiguntur ab invitis; deinde quia nunquam reſtituant tantumdem. ut experientia docet*: ita ille. † Verum quia hæc cenſet limitari Daniel 4
ſup. dict. diſp. 14. *in fine*, ſi ex conſilio peritorum, vel ex aliis circunſtantiis adeſſet in Principe bona fides, vel aliæ qualitates excuſantes adeſſent. non exprimit, & ego *ſupra in dicta quæſt.* 13. ſub dicto verſ. *ad ſecundam*, à verbo *alii* illas adduxerim cum modo juſtificante eas; ideo in hoc puncto dices, ut *ibi*, *& q.* 14. cum aliis, *& q.* 39. & vide *infra q.* 54. verſ. *ad ſextam*.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quia jam 5
à quæſt 1. dixi Clericos non ex vi ſtatuti laicorum, ſed naturalis legis teneri ſe cooformare cum taxa impoſita rebus venalibus; & quod ex noſtro textu Clerici noo obligentur ex vi ſtatuti laicorum ipſis favorabilia: tameo tale ſtatutum, dum de Clericis non diſponat in ſpecie, quia conceſſivum adjuvabit illos, ut dicunt allegati à Graſſ. *de effectib. Cleric. effectu* 2. *numer.* 130. Seraphin. *de privileg. Juram. privileg.* 77. *num.* 26. Burſat, benè, & latè *conſ.* 93 *lib.* 1. *num.* 22. & 24. Daniel *diſp.* 40. *à n.* 1. *& à n.* 10. & ſi alio caſu loqui videatur.

Ad tertiam quæſtionis partem, quomodo te- 6
neantur Clerici contribuere, quia in toto noſtro textu, præcipuè *à quæſt* 9. latiſſimè adduxerim, quando, & qualiter ad reparationem viarum, locuſtæ, Pontium, murorum, & aliorum, de quibus Daniel *de nobilibus tota quæſt* 50. dicens Clericos teneri ad collectas, quando tractatur de communi utilitate; & hoc naturali, Divino, & Canonico Jure, debitumque eſſe conſcientiæ, non tantùm voluntatis; ſi tamen requiratur conſenſus eorum & adſit neceſſitas; & quod Epiſcopus tenetur ex injuſtitia approbare, ſi adſit juſta cauſa; & quod nou requiritur cooſenſus Pontificis in caſu urgentis oeceſſitatis, nec quando tractatur de Clerici immediata utilitate; ſic ut valeat ſolus Cleri aſſenſus, & ſic à Papa puniri valeaot; eo quod in canone nullum verbum irritans, Cleri conſenſum adſit, & alioquin Jure ordinario conſentire poſſit, ut dixit Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 17. & 18. & quod Clerici tenentur ad expenſas, quæ naturali ratione ei iocumbunt; & quæ ſiot juſtæ, ut ad mundandas vias aquæ ductus, ad non eijciendum immunditiam ex feneſtris, ad purgationem Putei, & fontis, ad Salaria, 7
quæ ſolvuntur Campariis, & ad nonnulla alia ejuſmodi, ad gabellas impoſitas plauſtris, ad redimendam communem vexationem prædonum, & militum, ad defendendam Patriam, neceſſitate urgente, ad contribuendum pro cuſtodia portarum, & murorum, pro conſervanda, ſeu liberanda Patria à peſtilentia, ad expenſas Medicorum, vel

concionatorum,ad expenſas ſtudii,ad muniendas
fluminum ripas, & derivare aquas, & vendere
vaſa argentea,& aurea, niſi quando inimici pro-
cul ſint, quando ſeſe offert defenſio Patriæ, qui
plurimorum authoritate comprobat rationes ad-
ducens; ſed quia hæc omnia abundè reſolvuntur
ex dictis *à dict. quæſt. 9. & 10.* Ubi de intellectu
textus *in cap. 2. cap non minus, cap. adversùs*,&
aliorum,ubi hæc omnia, & alia explanantur;ideò
loquus non ego, Alia addit Daniël *in addit. ad
dict. diſp. 50. n. 12.*
7 Ad quartam quæſtionis partem, quia poteris
abundè reſpondere ex his, quæ adduxi *ſupra q. 12.
& 22.* & propterea *ſub quæſt. 19.* Ubi egi de illa,
an poſſit Princeps impedire Presbyterum à mini-
ſterio Sacramentorum tempore peſtis; ideò bre-
viter reſpondeo,ut quia non licet laicis diſponere
de Sacramentis vel de ſpiritualibus,Suarez *contra
Regem Angliæ lib. 4. cap. 33. num. 1* taliaque ſint
quæ ad Sacramenta, & eadem pertinent, & ad
Divinum cultum, ut patet ex dictis per Alderan.
Maſcard *de interpret. ſtatutorum, concluſ. 1. n. 55.*
8 *& 56* Fa inac. *quæſt. 8 n. 18. & 20.* † Nec etiam
prohiberi poſſit, quin Eccleſiæ materiales ædifi-
centur abſque conſenſu Principis, Riccius in pra-
9 xi *reſ. 207. num 7. p. 4.* Dianus *tract. 2. p. 1. reſ. 62.*
de quo in textu noſtro dixi. † Quid mirum, ut ne-
queat impedire ſpiritualem ædificationem templi,
qualis eſt, ut quilibet fidelis pergat ad confitenda,
& expianda peccata, ponens ſe ad pedes illius,
vel alterius confeſſarii: ita in terminis Daniel *de
nobilibus*, præmittendo nonnulla generalia *de im-
munitate diſp. 58. à num. 11.* quia ſi prohibeatur
ægrotus condere teſtamentum, ad id negari non
poſſe; ut ſi ego prohibeor accedere ad hanc, vel
illam Eccleſiam, vel tractare cum hoc, vel illo
Religioſo non prohibeantur Eccleſiaſtici illi me-
cum loqui, & ſi prohibeor ego ad pedes eorum
meas expiare culpas, prohibeantur illi me audire,
& me Deo per Sacramentum pœnitentiæ recon-
ciliare ex regula *l. an inutilis de acceptilationib.*
ubi uno prohibito, aliud cenſetur prohibitum.
10 † Et facit pro hac doctrina, quia dum puniuntur,
aut prohibetur laici, ne communicent cum Ec-
cleſiaſticis, aut aliqua obſequia eis non præſtent,
violatur indirectè, & per circuitum libertas Ec-
cleſiaſtica, quod non licet, ut expreſsè patet *ex
cap. fin. de immunit. Eccleſiaſt. lib. 6.* Ubi gloſſa
verb. *libertatis*, variè exemplificat: Graſſ. *de effe-
ctibus Clericorum effectu 2. num 65. 358. & 359.*
Diana *p. 1. tract. 2 reſ. 54.* Barboſa *in dict. cap.
fin* Bonacina *ad Bullam diſp. 1. quæſt. 16. puncto
2. propoſitione unica num. 4.* probat etiam Daniel
lib. cont. diſp. 39. n. 5. 6. 8. 9. 14. qui *dict. diſp.
58 n. 12. in fine* infert: quia ſi hæc ita proce-
dunt in temporalibus, quanto magis in ſpiritua-
libus.

QUÆSTIO XLVII.

An emptio facta à Principe, ne Eccleſiaſticus emat, violet libertatem Eccleſiaſticam? An conſtitutio, ob quam redditus Archiepiſcopi minuuntur, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? Et an Eccleſiaſtici poſſint conqueri de ſtatuto imponente gabellam vendentibus rem immobilem? An lex Luſitana poſſit juſte aliquid Clericis ſtatuere? Et an excommunicentur in Bulla cœnæ exigentes gabellas à Clericis ſponte ſolventibus? Ubi aliquid de gabella carnis?

SUMMARIUM.

1 *Libertas Eccleſiaſtica frangitur, ſi Princeps prohibet, ne Eccleſiaſtici emant, vel ſi ipſe emeret tali prætextu* n. 4. 5. 6. 7. & 8.

3 *Parva ſunt habere non poſſe, aut cum magna difficultate.*

4 *Res, quæ ſunt in manibus Principis, non ſunt in libero hominum commercio.*

5 *Venatio de Jure communi eſt libera.*

6 *Libertas Eccleſiaſtica infringitur, dum prohibitionis, vel emptionis objectum adverſus Eccleſiaſticos fit.*

7 *Eccleſiaſtici prioris conditionis fient, quam laici ſi eis tolli poſſet convictum politicum.*

9 *Clerici poſſunt à Principe prohiberi, ne emant quæ neceſſaria ſunt ad uſum publicum Reipublicæ,* & n. 15.

10 *Statutum prohibens vendi Eccleſiaſticis certo caſu, vel modo valet,* & n. 17.

11 *Victualium delato ad civitatem prohiberi poteſt ad evitandam peſtem, vel ſi impedirentur fures, ne deferrent.*

12 *Hæreticum receptans, conſanguineus non incidit in excommunicationem.*

13 *Receptatores ob res tuendas ſuas, & ex aliis cauſis, num excommunicentur* & n. 14.

14 *Latro ſpolians euntem ad ſanctam ſedem, non incidit in cenſuram.*

15 *Statutum, vel actio bonum publicum reſpiciens principaliter, non eſt contra Eccleſiæ libertatem, ſi non fiat animo lædendi eam; ſecus ſi juſta cauſa non adeſt* n. 16. & 17.

17 *Prohibitum aliquid ob malum prohibetur etiam qualibet actio ſub illo genere contenta.*

18 *Statui à Principe nequit, ne ſubditi molant huic, vel illi Clerico particulari.*

19 *Offendens Clericum unum, omnes offendit, quando agitur de his, quæ competunt omnibus.*

20 *Libertas Eccleſiaſtica læditur quando tolluntur privilegia à Deo, ab imperio, Pontifice, ſeu jure Eccleſiaſticis conceſſa, vel quando impediuntur.*

21 *Libertas Eccleſiaſtica læditur, quando aliquid prohibetur Eccleſiaſticis, quod nec Divino, nec humano Jure eſt eis prohibitum. Et quando tollitur facultas actuum, qui fundantur in libero arbitrio; & quando Eccleſiaſtici redduntur timidiores directè, vel indirectè,* & n. 22.

23 *Venditio*

23 *Venditio laicis prohibita, facit, ut prohibeatur Eccleſiaſticus emere.*

24 *Principes nequeunt prohibere, ne vendant laici bona Eccleſiaſticis, etiam ſi prohiberentur non ſubditis vendi, quatenus decretum extenderetur ad Eccleſiaſticos.*

25 *Ædificare Eccleſiaſtici à Principe prohiberi nequeunt.*

26 *Res ſuas quilibet relinquere poteſt Eccleſiis.*

27 *Conſtitutio, qua redditus Archiepiſcopi, ſeu alterius Eccleſiaſtici minuuntur, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam: Ubi de tributo ſpeciali, quod ſolvebatur ad portam civitatis.*

28 *Statutum imponens gabellam vendentibus rem immobilem, non infringit libertatem Eccleſiæ, & quare* o. 29.

30 *Lex Luſitana* lib. 2. ordinam. ꝑ. 20. *expenditur* num. 31. *quatenus videtur prohibere paſcua Clericis, & præcipere, ne illi conveniantur ſuper calumniis, & ſalario famulorum coram laico judice* o. 31. & 33.

31 *Laicus ex delegatione Pontificis, queit cognoſcere de Clericis, & bonis eorum.*

32 *Papa nequit delegare laicis omnia negotia Eccleſiaſtica; aliqua verò ſic.*

33 *Clericus lege Luſitana convenitur coram ſuo judice quoad pœnam criminalem, & damni dati.*

34 *Exigentes gabellas à Clericis omnino ſponte ſolventibus, non excommunicantur, Et quare* n. 35. & 36.

35 *Donare poteſt Clericus gabellas, ſed quomodo* n. 37.

38 *Carnis gabella in quo ſenſu non gravet Eccleſiaſticos* n. 40. & 41.

39 *Vinum Clericus deferens, tenetur ad pœnam.*

40 *Clericus tenetur obſervare ſtatutum prohibens extractionem, & quod vetat introduci extra, Vina.*

41 *Immunitas quatenus lædi poſſit, aut non contrahendo.*

42 *Clerici non gravantur Carnis emendo per taxam, ut* n. 43. & 44.

44 *Taxa pro pretio rerum differt à tributo.*

1 AD has omnes difficultates facilè per *ſupra dicta à quæſt.* 1. textus noſtri, abundè reſponderi poteſt, ſi longè agere cupias; ſed ego colligens propriam doctrinam ex jam ante adductis in præcitatis locis, exiſtimavi reſolutivè loquendum.

2 Ad primam igitur, quia per adducta *ſupra q. 7. in fine, & quæſt. 8. per totam*, Ubi de legibus amortizationis, & ne immobilia tranſeant in Eccleſiaſticos, *& ibi quæſt 9. à num. 1. an Principes ſcilicet poſſint ſtatuere, ne laici vendant Clericis, ne molant, aut coquant, vel ne exhibeant aliqua ſervitia.* Reſpondeo, quod ſi Princeps prohiber, ne Eccleſiaſtici frumentum emerent, vel aliqua vicina prohiberet eis vendi, vel emeret ipſe hoc fine principaliter inſpecto, ſtatim eis tolleret, ſeu impediret privilegium emendi. & Jus congrui, quod eis Jure communi competit, de quo dixi *ſub dict. quæſt. 7.* verſ. *ad tertiam*, libertas violetur Eccleſiaſtica; eo quod paria ſunt non admittere venditionem, vel admittere cum majori difficul-

3 tate. † prout paria etiam ſunt habere non poſſe, vel cum magna difficultate, Bald. *in l. materna.* n. 17. *Cod. de rei vind. l. naturalem ff. de acquirendo rerum dom.* contràque dicamus eam rem obtinere quam facilè obtinere poſſumus, ut *in enchirid. par*, vel ſimili verbo *habere non poſſe.* dicantquè gloſſa *in cap. quamvis* verbo *contineatis de offic. ordin. lib. 6. & encherid.* verb. *facere difficulter.* ut paria ſint facere non poſſe facile, vel non facere poſſe.

Deinde quia ex tali prohibitione, liberum com- 4
mercium prohiberetur, prout ex emptione: nam ea, quæ ſunt in manibus Principis, non ſunt in libero hominum commercio, & libera facultate, ut experientia docet; & ſic per emptionem frumenti, vel alterius rei, quam faceret Princeps liberum commercium emptionis, & venditionis impediretur, Socinus *conſ. 56. num. 2. lib.* 1. Valer. Reginald. *lib. 9. cap. 23. ſub num.* 358. Marius Altenus *ſuper Bulla* verſ *reſpondet Petrus fol.* 706. Tuſchus verſ. *libertas num.* 100. *&* 108. & alii 5
ſubditique cogerentur non vendere, vel vendere ipſi Principi, cum de Jure communi venditio ſit libera Et quia Eccleſiaſtici redderentur timidiores metuendo, nedum emerent, Princeps ægre ferret per doctrinam Surdi *conſ. 2. num. 25. lib.* 1. & multo timidius omnia agere cogerentur videntes objectum Principes verſari in privando eis commodis, cum civibus, tum Religioſis conceſſis, & quibus uti quilibet poteſt ut patet per Jura *in cap. gravamen de ſent. excomm. lib. 6. clem. 1. de exceſſibus Prælator, cap. quant de privileg.* & laici deterreri: ex his etiam poſſent ad intrandum Religionem; & econtra audaciores ad illos forſan infeſtandum.

Item quia indirectè violaretur libertas Eccle- 6
ſiaſtica, dum prohibitionis, vel emptionis objectum eſſet adversùs Eccleſiaſticos, & reſpectu ipſorum prohibitiones, ſeu emptiones fierent: ita Suarez *in tract. de defenſ. fidei contra Regem Angliæ lib. 4. de immunitate cap.* 22. *n* 11. *uſque ad*
19 Reginald. *lib. 9. c. 23. ſub. n.* 358. † Ubi quod ſi 7
poſſent Eccleſiaſticis tolli ſpectantia ad convictum politicum, eſſent pejoris conditionis, quàm alii, Tuſchus *concluſ.* 342 *n.* 137. Lapus *alleg.* 92. *n.* 3. & ſic fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, docent Riccius *in praxi rerum quotid. reſol.* 207 *p.* 3. *n.* 5. in terminis noſtri dubii Daniel *de nobilibus in lib. contr. diſp 9. per totam, & à n.* 27 ubi *num.* 28. cum Graſſ. *de affectib Cleric. effectu* 2 *n* 345. & cum Felino *in textu noſtro n.* 86. & per doctri-
nam Albæ *conſ.* 8. *n.* 16. † ait quod ſi prohibere lai- 8
cis, ne Eccleſiaſticis venderent frumenta, vel vina, vel Princeps emeret, ne Eccleſiaſticis emere poſſent, conſtaret de difficultate in primo caſu ob prohibitionem; & in ſecundo quia nullus peteret à Principe quod ſibi venderet, ſi non vellet, nec contra eum ob reverentiam lis Juris congrui, ob bona ſtabilia, vel aliud judicium intentaretur, indèque eſſet, ac ſi Eccleſiaſtici non poſſent emere, ut in terminis. quando Principis requiritur conſenſus. Doctores tenent *in cap. filius de teſtam.* Felin. & Graſſ. adducti, & ex aliis fundamenta comprobant adducti à Daniel *dict diſ.* 39. *à n* 35.

Fallit tamen relata doctrina, quando bona v. g. 9
eſſent neceſſaria ad uſum Principis, veluti ad muros extruendos, vel ſi eſſent in confinibus, vel tractaretur de domibus ad uſum publicum deſtinatis, quæ in clericos tranſlatæ non poſſent amplius conduci, vel ne cum majori incommodo, & impendio, vel exteri poſſidentes aliquid in publicum præjudicium moli-

rentur; quia tunc à Principe poſſent emi, vel
prohiberi, ne Clericis venderentur, ut dixerunt
hic Felinus *n.* 88. ubi Decius *n.* 55. *verſ. ſimi-*
liter Alterius *ſuper Bulla lib.* 5. *fol* 699. *verſ.*
quarto dubitatur Ladeich. *conſ.* 103. *num.* 1. *verſ.*
aſt lex municipalis, ubi pluribus Graff *de effectib.*
Cleric dicta effectu 2. *num.* 344. Daniel *ſupra dict.*
10 *diſp.* 39. *num.* 40. † dicens cum. Domin *in cap. fin.*
de immunit. Eccleſ. lib. 6. Decio *hic num.* 55. Al-
terio *diſp.* 16. *de excommunic. Bulla lib.* 5. *cap.* 5.
Ut ex adductis declarat Surdus *conſ.* 2. *lib.* 1 n 41.
aliquam actionem in aliquo individuo non eſſe
ſemper malam; & ſic ſtatutum prohibens vendi
Eccleſiaſticis certo caſu, vel ſub certo modo,
valere.

11 Et confirmatur limitatio, quia ob annonæ ege-
ſtatem prohiberi poteſt delatio victualium ad
Curiam, veluti, ad evitandam peſtem, vel ſi im-
pedirentur fures, ne deferrent, & aliis caſibus,
quibus bona fide, & intentione, prohibetur de-
latio victualium; non autem hujuſmodi, ut hu-
juſmodi delatio impediatur, ut poſt alios Bartho-
lom. Ugolin. *in tract. de cenſ. Pontifici reſervatis*
p. 2. *cap.* 8. *§.* 4. *num.* 1. Sayro *in Theſauro lib.* 3.
cap. 12. *num.* 4. Reginald. *in praxi. lib.* 9. *cap.* 19.
num. 306. *notab.* 2. Daniel *dict. diſp.* 39 *ſub n.* 41.
12 † Ubi etiam exemplificat in receptante hæreti-
cum ob conſanguinitatem, qui non incidit in ex-
communicationem; quia non dicitur favere hæ-
13 reſi. † prout, nec receptans ob ſuas res tuendas,
vel ob communem utilitatem, nec diſcurrentea
mare cauſa negociationis, ſi oblatam expoliant
navim, nec arma infidelibus tradens, ut eum ad-
juvent, & defendant, nec juridice interficiens
euntem ad Sanctam, Sedem, & in aliis caſibus,
quos congerunt Ugolinus, Sayrus, & Reg. ſup.
Alterius *diſp.* 12. *de excommunic. Bulla lib.* 5. *cap.*
1. *fol.* 645. *col.* 2. *in fine, & fol.* 646. *col.* 1 *in princ,*
14 *& col* 2. *verſ. minus quoque.* † Nec Latro Spolians
euntem ad Sanctam Sedem, Reginald. *dict. lib.* 9.
cap. 19. *numero* 315. *in* 3. *notab.* qui omnes, &
Daniel idem dicunt de offendente litem haben-
tem in Curia Romana, & non offendat ob cita-
tiones, & monitoria, ſed alias ob cauſas, ut per
Ugolinum *p* 2. *cap.* 13. *verſ. qui ve illa ſimpliciter*
ſub. verſ. excipitur. tamen. Sayrus *ubi ſup. cap* 14.
n. 8. *& cap.* 16. *num.* Regio. *in dict. lib.* 9. *c.* 16.
n. 310.

15 Itaque ſi adſint debitæ circunſtantiæ non vio-
labitur libertas Eccleſiaſtica ex eo, quia ſtatutum,
vel actio principaliter bonum publicum reſpi-
ciens, nec facta eo animo ut violatur libertas Ec-
cleſiaſtica, nec ſuper eo, quod ſui natura illi de-
roget; licet per accidens damnum inferat, non
reprobetur, ut dicunt Suarez *contra Regem An-*
gliæ lib. 6. *cap.* 22. *à n.* 12 Daniel *ſupra n.* 42. com-
probans ex adductis caſibus, & ex Ugolino *dicta*
p. 2. *cap.* 15. *verſ. nec non qui ſtat. §.* 4. *n.* 2 *fol.* 360.
16 † Secus autem ſi hujuſmodi juſta cauſa non adeſ-
ſet, nec aliquo univerſali, & publico bono inſpe-
cto, ſolùm illuc digeretur ipſius ſtatuti materia,
ut Eccleſiaſtici hac, vel illa facultate privarentur;
& ſic ex ſe, & ex ſui natura, & non per accidens
illorum Juri derogaretur, ut declarant Marius Al-
terius *de excommunic. lib.* 3. *diſp.* 16 *verſ quod verò*
ſpectat. Reginald. *dict. lib.* 9 *cap* 23. *n* 359. *verſ.*
ex prava intentione.

17 Quare affirmo cum eodem Daniel *dict. diſp.* 39.
n. 40. *verſ. & propter ea dicta à num.* 1. procce-
dere, quando prohibitio, vel emptio fiant, eo tan-
tùm inſpecto, ut Eccleſiaſtici excludantur: nam
ſi ob alias cauſas licitas jam proximè adductas
non eſſent mala, nec reprobata; etenim quando
aliquid, ut malum, prohibitum eſt, prohibetur
etiam quælibet actio ſub illo genere contenta;
nec enim ulla poteſt eſſe ſubſtantialis differentia,
quod non poſſit aliquid in genere fieri; & quod
poſſit fieri in aliquo caſu particolari, veluti pro-
hibetur per canones ſupra relatos. † quod non 18
poſſit præcipi ſubditis, ne bladum molant Ec-
cleſiaſticis, ut latè tradit Graſſius *de effectibus*
Cleric. dicto effectu 2. *n.* 358. Daniel *dict. diſp.* 39.
n. 38. *&* 39. inferentes, ut non poſſit prohiberi,
nec molant huic vel illi, de quo latè dixi *ſup. q.*
& in cap. 6. *q.* 1. Quia qui in uno offendit, factus
eſt omnium reus. † Et quia qui unicum Cleri- 19
cum offendit, omnes offendit, *Cap olim de inju-*
riis, *cap. ſi diligenti de foro comp.* Ubi latiſſimè
probavi. Lapus *allegat* 92. *n.* 2. Felin. *hic n.* 69.
verſ. ſecundo decidit, ut i Decius *n* 5. Alder. Maſ-
card. *de interpret. ſtatutor. concluſ.* 1. *n.* 69 Tuſchus
in verb. *libertas concluſ.* 342. *n.* 17. *&* 18. Graſſ.
dicto effectu 2. *num.* 71. *&* 72. Riccius *in praxi*
rerum quotid. Eccleſ. dict. res. 207. *num* 6. *& ſub.*
n 9. *dict. p.* 3. quod declarant Lapus *dicta alleg.*
92 *n.* 2. 3. *&* 6. Tuſchus *dict. concluſ.* 342. *n.* 24.
25. *&* 53. Barbatia *conſ.* 31. *num.* 1 *lib.* 4. Daniel
num. 39 *diſp.* 39. quando tractatur de his, quæ
competunt omnibus, ſecus ſi privato Jure. † Tunc 20
ergo libertas Eccleſiaſtica læditur, quando pri-
vilegia à Deo, ab imperio, à Pontifice, aut à Ju-
re communi Eccleſiaſticis tribuuntur, aut impe-
diuntur, aut quando Eccleſiaſticis ea, quæ de
Jure competunt omnibus tolluntur, ſeu impe-
diuntur in totum, vel in partem, vel impediuntur
ea Eccleſiaſtici agere, quæ de Jure communi vel
canonico, vel civili, cuilibet competunt; & ſic
libere agi & libere pati. † Et quando Eccleſiaſti- 21
cis aliquid prohibetur, quod nec Divino, nec hu-
mano Jure eis prohibitum eſt, ſive ſpectet ad eſſe
naturale, ſive ſpirituale. ſive ad operari ſive re-
cipere, ſive ad quodcumque aliud. † Vel etiam 22
quando tollitur, aut arctatur facultas actuum qui
fundantur in libero arbitrio, ex *l cum ita legatum*
ff. de cond. & demonſtrat. Anchananus 145. *ſub.*
num. 7. & quando Eccleſiaſticis redduntur timi-
diores directè, vel indirectè, expreſſè, & clarè,
vel tacitè per circuitum, ut ex jam ante actis
à quæſt. 1. Uberrimè probatur, & docent Co-
varruv. Graſſ. Lapus, Alderan. Maſcard Alte-
rius, Reginald. & alii infinit. quos refert Daniel
dict. diſp. 39. *à n.* 1. *per textum in auth. Caſſa,*
& irrita cod. de ſacroſanct. Eccleſ. in cap quanta de
privileg. in cap gravamen de ſent. excommunic. in
cap. noverint eodem tit. Ubi D D. & in textu
noſtro.

Unde pro completa cognitione difficultatis, 23
dico quod, dum prohibetur laicus vendere pro-
hibetur Eccleſiaſticus emere; & ſic impediri li-
beram facultatem diſponendi de re ſua, & li-
bertatem emendi; & ſic Clericis ea, quæ cuili-
bet competunt, ut competit emere, & vendere,
l. nec amore, *Cod. de Jure deliberandi*, *l. quam-*
vis in fine princ. ff de action cap. fin. de immu-
nit. Eccleſiar. lib. 6 Socinus *conſ.* 56 *numer* 2.
lib. 2. Bartol. *in l fin cod. de ſacroſanct. Eccleſiis*
num. 10. Ubi dicit eſſe notandum, Angel. *conſ.*
48. *numer.* 3. Anchar. *dict. conſ.* 55. Bobadilla *in*
politica lib. 3 *cap.* 4. *n.* 13. † Quare Graſſ. *de* 24
effectibus Cleric. dicto effectu 2. *n.* 343 *&* 358. Daniel

dict.

dict. diſp. 39. *ſub. num.* 17. dicunt non poſſe ſubditis prohiberi quod non vendant Eccleſiaſticis bona; idemque procedere, ſi prohiberentur vendi perſonis non ſubditis, quatenus decretum ſe extenderet ad Eccleſiaſticos; quia ſic indirectè Clerici prohiberentur emere, eſſetque excommunicationi locus, ut tenent DD. per dicta jura *in cap noverint de ſentent. excomm. cap. fin. de immunitate Eccleſ.* Ubi Joannes Andreas, Domin. & Franc. Felin. *hic n.* 89. & 93. Decius *num.* 55. Abbas *conſ.* 26 *ſub n.* 1. poſt longam diſputatio-
25 nem, Albericus *de ſtatutis p.* 2. *q.* 2. *in fine.* † Ubi concluſ. ultim. quod non poteſt prohiberi Eccleſiaſticis quod non ædificant, Joannes *in dict. cap. fin. circa finem*. Domin. *col.* 2. verſ. *immo*, Ubi ſubdit, quod non eſt hæc permiſſio concedenda.
26 † Quia quilibet poteſt relinquere rem ſuam Eccleſiis, contra quas Tyranni diverſas machinationes ingerunt, contra quos concilium generale *de rebus Eccleſ. non alien. cap. fin*, Bald, *conſ.* 358. *lib.* 1 Alba *conſ.* 8. *n.* 9. Surdus *conſ.* 2. *n.* 14. 15. & 31. Tuſchus *concluſ* 342. *n.* 54 & 84. cum aliis Graſſ *dicto effectu.* 2. *n.* 36. & alii, *vide ſup. q.* 20. & *quæſt* 6. *n.* 8.

27 Ad ſecundam difficultatis partem ex dictis *à numero & à quæſtione* 1. breviter reſpondeo, quod conſtitutio, ob quam redditus Archiepiſcopi minuuntur, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, & eſſe nullam, cum reprobetur ratione cauſæ finalis tendentis contra ſalutem animarum; & ſic in ſpecie de conſtitutione ſolvendi certum quid ad portam, quæ tendebat ad Archiepiſcopi molendinum, cujus redditus idcirco minuebantur, docent Imola *hic col.* 6. *poſt medium* ſub. verſ. *& per prædicta*, Felinus *n.* 103. Alderanus Maſcard. *de interpret. ſtatutor. concluſ.* 1. *n.* 33. 153. & 155. Alex. *conſ.* 210. *n.* 8. *lib.* 2. & *conſ.* 211. *n.* 2. *eodem lib.* Grammaticus *deciſ.* 110. *n.* 13. idem Alderan. Maſcard. *n.* 11. Reginald. *in praxi lib* 9. *cap.* 23. *n.* 358. & 359. Tuſcus *concluſ.* 342. *n.* 140. verb. *libertas*, Covarruv. *in reg. poſſeſſor.* 2. *p. relect, cap.* 4. *n.* 89. Ubi reſpondet ad Graſſum contrarium tenentem, Marius Alterius *de excomm. diſp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 3. verſ, *decima dubitatio* Maceraten *reſol.* 65. *n.* 7. *lib.* 1. Ubi ſimilem caſum adfert, Daniel *de nobilibus dicta diſp.* 39. *numero* 9. cum allegatis, à Graſſ. *de effectibus Cleric. effectu* 2. *n.* 310. Riccio *in praxi rerum quotid. Eccleſ. reſolut.* 207. *n.* 9. Ubi latè ante omnes Socinus *conſ.* 247. *n.* 3. *lib.* 1. Tuſcus *ſupra* cum aliis *n.* 99. quod etiam debet extendi, ſi conſtitutio fieret contra alium quemlibet Epiſcopum, ſeu Eccleſiaſticum inferiorem à paritate rationis, cum prædicti Doctores examplificando in Archiepiſcopos iſtos non excludant *per dicta ſuprà quæſtione* 9. *à n.* 1. & *in cap.* 6. *q.* 1.

28 Ad tertiam quæſtionis partem, an Eccleſiaſticus poſſit conqueri de ſtatuto imponente gabellam. vendentibus rem immobilem; & quod nequeat conqueri docent Bald. in textu noſtro *n.* 22. quando ſcilicet tale ſtatutum inducit eis privationem lucri, loquens de ſtatuto imponente gabellam vendenti bona ſtabilia non ſubdito, pulchrè Signorolus videndus *conſ.* 28. *per totum*; præſertim. *n* 12. 13. Barbatia *conſ.* 30. *n.* 1. 4. 6. 10. & 16. *lib.* 4. Natta *conſ.* 180. *n.* 5. & 515. *per totum* præſertim. *n.* 10. & *ſub. n.* 13. Abbas *in cap. quod Clericis n.* 28. *de foro comp.* & *conſ.* 93. *n.* 3. *lib.* 1. Burſat *conſ.* 93. *lib.* 1 *n.* 29. Ripa *in tract. de peſte tit. de præſerv. remed. n.* 120. Graſſ. *de effectib. Cleric. effectu.* 2. *n.* 343. Menochius *de arbitr. caſu.* 562. *n.* 46. Daniel *de nobilib lib. contr. diſp.* 8. *n.* 5. qui dicunt tractari de acquirendis per immunem, non de acquiſitis, juxta quæ admittimus pro regalibus *ſupra ſub q.* 14. *in fine*: quare relati à Graſſ. *lib.* 1. *de effectib. Cleric. effectu.* 1. *n.* 188. reſolvunt quod tale ſtatutum habet locum, † Et
29 confirmat Daniel ex eo quod non venditur, nec emitur res immunis; quia ego, cum id nulla lex, vel non dicat, alias licet privilegium exemptionis, tamquam perſonale perſonis non egrediatur, *l. cum Patronus in fine ff. de leg.* 2. Roland. *conſ.* 2. *n.* 10. 11. & 13. Natta *conſ.* 139. verſ. *in tertio dubio*, Matheus Brunus *conſ.* 32. *n* 7. poſſet dici omnia, quæ emuntur, vel conducuntur, eſſe immunia à gabellis, eſſet abſurdum, ut de Eccleſiaſticis condentibus paſcua univerſitatis, quoad onera teneantur, ut tradit Abbas *conſ.* 6. *n* 2 Feſtas *de collectis p.* 4. *n.* 48. Remigius Gonni *de charitativo ſubſidio q.* 74. *Reg, munus Reale. quod imponitur*; prout ſi ſtatutum generaliter imponit datium cuicumque ad paſtura accedenti, Graſſ. *de effectib Cleric. effectu.* 2. *n.* 422. Daniel *diſp.* 8. *ſub. n.* 6. cum aliis, dicentes ſecus eſſe ſi de animalibus in ſpecie Clericorum præcipiatur.

Ad quartam quæſtionis partem, an lex luſi- 30
tana, poſſit aliquid Clericis ſtatuere? Et quia video quod pro affirmativa ſententia ſtat noviſſimè P. Baptiſta Fragoſus è ſocietate Jeſu luſitanus *de Republica lib.* 1. *de legib diſp.* 4. §. 4. *membro* 2. *per l. ordinam. lib.* 2. *tit.* 1 §. 20. *à n.* 341. quatenus ſcribit legem luſitanam diſponentem ibi poſſe *Clericos conveniri ſuper calumniis coram judice ſæculari, & ſuper ſalario, ac ſervitio famulorum*, eſſe juſtam, uſque receptam, ut conſtat ex concordia habita cum Rege Joanne. 1. *art.* 86. *n.* 156. & cum. Rege Per. *art.* 16. *n.* 156. de qua Doctiſſimus Gabriel Pereira meminit 2. *p. manus Regiæ cap.* 39. *in princ.* & ex eo, quia leges civiles, ſeu ſtatuta, quæ tendunt ad bonum commune, tam laicorum, quàm Clericorum, ſunt ſervandæ à Clericis cum ſint membra, & partes ipſius Reipublicæ: addens *numero* 343. inde fieri, ut lex, quæ paſcuis conſulit, providetque, ne prædia laicorum, Clericorumque ab animalibus vaſtentur, non poſſit dici contra libertatem Eccleſiaſticam, etiam ſi aliquid diſponat circa eorum animalia, ut tollatur anſa depaſcendi agros alienos: & ut compeſcatur libertas eorum, quas leges quæ laicis competunt à Clericis ſervandas, ut aiunt Perez *in l* 2. *tit.* 14. *lib.* 2. *ordinam.* & *in l.* 1. *tit.* 1 *lib.* 4. *col.* 1333. & *col* 118. verb. *ſtatuto*. Avandannus *de exequendis mandatis cap.* 13. *num.* 7. Salcedus ad Berna d. Diez *cap.* 55. Matienco *in lib.* 1. *tit.* 25 *gloſſa* 1. *n.* 1. & *gloſſ.* 19. *n.* 1. *lib.* 5. *recopil.* & concludit *à n.* 344. *ex* §. 29. *lib.* 2. *tit.* 1. videri Clericos conſtringere ad pœnam ibi impoſitam applicandam civitati, vel oppido ob calumnias, hoc eſt *Coimas*; imò, & ut Clericus conveniri valeat pro pœna illati damni coram ædilibus *ex* §. 16. ibi *no que toca à pena civil*, alia adducens in comprobationem provenientia à jure naturali, ut prædicta lex de paſcuis ſervandis, & lex prohibens venationem, ac piſcationem certis temporibus, quæ bono communi conſulunt, de quibus ordinatio luſitana *lib.* 5. *tit.* 18.

Sed quia jam à *q.* 1. reſolutum latè ſit, quali- 31
ter ad leges communes teneantur Eccleſiaſtici

cum laicis, & quali differentia illi nempè tan-
tumvis directiva; laici autem etiam vi coactiva;
ideo nunc breviter in puncto juris reſpondeo eas
leges luſitanas quoad vim directivam obligare
Clericos, non tamen quoad coactivam, & pœ-
nalem exequendam per miniſtros laicos, niſi ta-
men quoad utrumque delegetur ita à Summo
Pontifice: quo enim modo videtur amplecti ſuam
32 opinionem Fragoſus *ſub dict. n.* 141. † Dicens,
ut quamvis ſummus Pontifex non poſſit omnia
Eccleſiaſtica negotia ſubmittere cognitioni alicu-
jus Principis ſæcularis; bene tamen poſſit aliquas
cauſas committere ipſi, ejuſque miniſtris, cum
in hoc non videatur committere, ut ſint ordina-
rii judices, ſed de legati ex Marta *p.* 2. *de juriſd.*
cap. 5. *n.* 32. cum aliis, qui dixit in hoc caſu ju-
dice laico non judicare ex propria authoritate
Clericos, ſed authoritate delegantis, ſicut po-
teſt concedere laico poteſtatem conferendi bene-
ficia, ut dixi *in cap. quanto* 3. *de judit. q.* 5. alias
non item, niſi quatenus de paſcuis, & de ani-
malibus Clericorum damna dantibus, dixi *ſupr.*
ſub quæſt. 14. *&* 40. & de piſcationibus, vena-
tionibusvè ſub noſtra *q.* 1. & alia relata, & de
ordinationibus litium *ſupra quæſtion.* 27. ac in
aliis.

33 Etenim ex eadem luſitana lege *dict. lib.* 5. *tit.*
87. *in principio* quoad pœnam ratione damni dati,
& quoad pœnam criminalem, patet convenien-
dum eſſe Clericum coram ſuo judice, ut fuiſſe
reſolutum ſæpè tradit idem Fragoſus *dict. diſp.* 4.
§. 4. *membro* 2. *ſub n.* 344. in Senatu luſitano;
quia cum hoc non expreſſè declaretur, & res
ſit odiosè limitanda ſit: *nos fertos de coimas,* Ut
ibi dumtaxat exprimitur: nam cum ibi agatur
de pœna, etiam criminali, perſonalique ſimul,
fit, ut utrumque petendum ſit coram judice ſuo
competenti, qualis eſt Eccleſiaſticus, uti concor
dant Joannes Gutierrez *pract. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 1 Ubi
refert fundamenta non levia, lucas de Penna *in*
l. jubemus Cod. de navibus non excuſand. lib. 11.
col. 2. verſ. *hæc faciunt,* & conſonat *lex Reg. luſit.*
lib. 3. *tit.* 11. *§.* 6. Ubi dicitur Clericum ratione
rei ſitæ non poſſe conveniri, niſi coram ſuo ju-
dice: ex quo infert Fragoſ. *n.* 344. *in fine,* ut etiam
Clericus citetur ad reſarciendum damnum rei,
non poſſit reſpondere, niſi coram ſuo judice,
etiam ſi conveniatur intra annum, Et hæc ſuffi-
ciant pro reſolutione hujus dubii, & juxta di-
ſtinctionem prædictum intelliguntur Bobadilla
in politica lib. 2. *cap.* 18. *n.* 243. *&* 244. Daniel
in addit. ad ſuam diſp. 8. *n.* 8. qui quatenus di-
cunt Eccleſiaſticos non poſſe paciſci animalia abſ-
que ſolutione Collectæ: addunt tutius eſſe quod
damnum petatur coram Eccleſiaſtico; & quæ ex
multis repetit idem Daniel *diſp.* 7 *ſub. n.* 6. quate-
nus dicit quod Clerici tenentur ad onera paſcuo-
rum, & ad damna.

34 Ad quintam quæſtionis partem, an excom-
municentur in Bulla cœnæ exigentes gabellas à
Clericis ſponte ſolventibus? Et ſuppoſitis multis
à *quæſt.* 9. adductis & *ſub. quæſt.* 1. Ubi ad cenſuræ
impoſitæ à jure communi, adhuc durent; brevi-
ter reſpondeo, ut quantumvis Bulla cœnæ Do-
mini canon. 18. excommunicet imponentes ga-
bellas Clericis, ab eiſdem exigentes illis im-
poſitas, ut patet ex longè adductis *ad quæſt.* 9.
& reſolvit noviſſimè cum multis Daniel *de nobi-*
libus lib. contr. diſp. 8. à *n.* 1. tamen hoc limitat
ſi Clerici ſponte ſolvant cum tunc non cogi,

ſed donare videantur, ac proinde liceat ab eis re-
cipere; ita docent cum multis Ugolinus *de cens*
Pontif. reſervat p. 2. in verſ. *Bulla, ſeu imponi,*
vel augeri §. 1. *num.* 2. *fol.* 49. Filiuc *quæſt. mo-*
ral. tom. 1. *tract.* 16. *&* 6. *de cenſ. in particulari*
cap. 5. *n.* 112 Alterius, & Sayrus *in theſauro*
lib. 2. *cap.* 19. Perſonal. *de gabellis numera* 96.
alios referens Graſſ. *de effectib. Cleric. effectu* 3.
n. 98. 99. *&* 100. Ubi hanc eſſe magis commu-
nem teſtatur: licet ſecus quoad munera perſo-
nalia.

Et iterum comprobant relati Doctores, & 35
referendi, quia dum Clericus ſponte gabellas ſol-
vit, non obligatus cenſetur donare: argum. tex-
tus *in cujus per errorem ff. de reg. juris,* Caſtrenſ.
in puncto conſ. 423. *ſub. num.* 1. *lib.* 2. Graſſis, Say-
rus allegati; non enim eſt difficultas, ut Cleri-
cus poſſit donare, cum unuſquiſque rerum ſua-
rum ſit moderator, & arbiter, ut *in l. in re man-*
data ff. mandati cum ſimilibus, in terminis poſt
alios Graſſ. *dict. effectu* 3. *&* *n.* 99 † Et ex eo, 36
quia, dum Clerici ſponte ſolvunt nulla; quia
volentes afficiuntur injuria juxta *l.* 1. *§. uſque ad-*
eo ff. de injuriis, Ubi Bartol. Albericus, & alii,
Riminald. Junior. *conſ* 48. *lib.* 1. *num.* 51. Meno-
chius *conſ.* 237. *num.* 20. Graſſ. *ſupra num.* 108.
& eiſdem rationibus Daniel *dict. diſp.* 8. *numero* 2.
5. *&* 6.

Et licet adverſus hæc videantur quæ longè 37
ſcripſi *ſupra q.* 17. toto verſ. *ad ſecundam,* quæ
poterant repeti pro enodatione hujus dubii: ta-
men exiſtimo canones antiquos, de quo ibi non
loqui de ſolventibus ſpontanitate; quæ provenit
a mera donatione; & quando gabella impoſita
non fuit à Principe laico contra Eccleſia-
ſticos, ſicut contra laicos; ſed quando ſolùm-
modo in ſubditos: tunc Clerici, Eccleſiaſticivè
voluntarie ſubintrant ad ſolvendam gabellam, ad
quam nec lege Regia, aliovè laicorum ſtatuto
comprehendebantur; alias inquam, tamen cano-
nes ibi adducti, quàm Bulla cœnæ obſtarent ad-
modum. Et ſub hac diſtinctione intelligitur quod
dixi in fine dicti verſ. & patet ex dictis hic in
verſ. *ad tertiam.* in fine.

Ex his infertur ad gabellam ſuper carne, ut is, 38
qui eſt immunis, non poſſit dici ex dicta im-
poſitione, vel ex aliis ſe affici, cum oneretur non
exemptus, cujus onus emptorem ipſum exem-
ptum non tangit. † Ut in ſimili propoſito dicunt 39
Cephalus *conſ.* 553. *lib.* 4. *ſub. ſub. num.* 81. Daniel
dict. diſp. 8. *n.* 8. prout dixerunt Baldus *conſ* 61.
in antiquis lib. 1. Joannes de amicis *conſ.* 18. *in*
fine, Roland *conſ.* 61. *num.* 22. *lib.* 1. de deſe-
rente vinum Clerici, qui tenetur ad pœnam;
licet ad eam ad ſtringi Clericus non poſſet, niſi
à ſuperiore Eccleſiaſtico. † Cum teneantur ex 40
dictamine rationis obſervare ſtatutum prohibens
extractionem per ea, quæ allegat Carolus de
Graſſis *dicto effectu.* 2. à *num.* 29. prout etiam de
ſtatuto vent. introduci extera vina, quod ſer-
vari in civitate Parnomi: & licet hinc inde Do-
ctores diſſentiant, ut dicit Graſſ. *ibidem.* n. 316.
& 316. *&* Daniel *ſupra num.* 9. *&* 14. Tu inquam
hoc ultimum reſolves juxta quæ longè ſcripſi
ſupra quæſtione 15. *in fine, & quæſt.* 16. *à princi-*
pio. & de gabella ſuper carne, & vino, aliiſque
ſpe iebus *quæſtione* 13. *&* 14. alia dico *infra quæſt.*
ſeq. in verſ. *ad ultimam,* & ibi verſ. *pro comple-*
mento.

Unde, etſi dicamus quod res temporales Ec- 41
cleſiam

Digitized by Google

cleſiam jure communi uti, uti dicunt Doctores per textum *in cap pervenit de cenſibus*, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 131. *n.* 62. & ob id non poſſint exempti conqueri, quod facultas aliis competens, eis reſtringatur, cum contrahendo, tunc immunia nullo jure ſpeciali, ſed jure communi cum alii utatur, nec lædatur ejus immunitas, & exemptio, ut dicunt Barbatia *conſ.* 30. *n.* 13. *lib.* 4. faciant quæ tradit per Graſſ. *de effectibus Cleric. effectu.* 2. *n.* 176. pulchrè Alderan Maſcard. *de interpret. ſtatutor. concluſ.* 7. *ſub. num.* 47. *verſ. nec poteſt dici*, quia ſemper ea regula ſit ſervanda: quod tibi non vis, alteri non feceris. † Nec
42 poſſit dici Eccleſiaſticos privari per indirectum aliquo lucro, vel commodo; ob id, quod ob Principis prohibitionem carius ement, nec indirectè onerari cum tantum cauſativè ſolvatur pretium ab emere volente, ut declarant Caſtrenſis *conſ.* 423. *lib.* 2. Felius *de collectis p.* 4 *in princ. n.* 43. cum hic adſit non vis coactiva, qua obligarent leges civiles, quatenus tales, ſed directiva, qua ligitur etiam Eccleſiaſtici vi juris naturalis, quatenus bonum commune ſpectatur Claus. Regia *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 16. & 17. Bonacina *de legib.*
43 *diſp.* 1. *q.* 1. *puncto.* 6. *n* 30. 35. & alii. † Sed tu hæc, & alia ſimilia admittes juxta quæ latè dixi ſupra à *quæſtione* 1. de taxa rebus impoſita, qua Clerici gravarentur, quia etſi de illis lex non exprimat qua de cauſa valeret dici Clericos per indirectum gravatos eſſe; juxta quam diſtinctionem admitti debent quæ latè ſub involucro verbonorum ſcribit idem Daniel jam loquens de gabella, & jam de lege taxante carnes, paonos, piſces, venationes, aucupia, & alia.

44 Et confirmatur ex his, quæ ipſe Daniel tradit *dict. diſp.* 8. *numero* 15. inferens, quod cum Eccleſiaſtici teneantur vendere eorum proventus ſecundum taxam Principis; licet vilius vendentes minus lucrentur, teneri exemptos multo magis ad emendum aliena bona pro pretio taxato, cum vere aliud plus, quod dicitur eſſe datum, verè non ſit datum, ſed pars pretii: argum. textus *in l. fin. ff. de contrab. empt* ſicut in ſpecie tradit Caſtro *dicto conſ.* 423. & quamvis ipſe Daniel illico ad *num.* 16. videatur loqui de collectis, & gabellis, debuit inquam diſtinguere, cum aliud ſit taxam juſtam, ſcilicet, & pretia rebus aſſignari per Principem; juxta quam vivere Eccleſiaſtici debent illi ſe conformando, ut dixi à dicta *quæſtione* 1. aliud inquam contributionem imponere juxta plura, quæ dixi à *quæſtione* 9. cum aliis ſequentibus, ubi de differentia inter utrumque caſum, quod collecta, vel tributum eſt ultra taxam a lege, vel hominum communi æſtimo ſuperimpoſitio gravoſa. Et videbis quæ dixi *ſupra quæſt.* 37.

QUÆSTIO XLVIII.

An ſicut libertas Eccleſiaſtica violatur legibus, & ſtatutis laici legiſlatoris, violetur etiam, & actionibus? Et an hoc diſtinguatur ex onere impoſitio actui venditionis, aut omnino ſeparato? Et cui horum teneantur Clerici, quando tributum imponitur? Et qualiter ad tributum pro ſale; Et an grave peccatum ſit frangere immunitatem Eccleſiaſticam; etiam, ſi per plures annos, aut tempore immemoriali Clerici ſponte gabellam ſolventes, in ſine contradicendo, ad ejus ſolutionem congerentur? Ubi de decreto Regio ſuper Regiſtro vulgò *de coches n.* 40.

SUMMARIUM.

1 *Libertas Eccleſiaſtica violatur legibus, & actionibus. De primo modo à* num. 2. *De ſecundo* numero 4. *Et de utriuſque differentia* n. 5.

3 *Leges objectiva pugnantes contra libertatem Eccleſiæ, in jure præcipuè probibentur.*

4 *Libertas Eccleſiaſtica infligitur manuum injectione, & per injuriam privatam in Clericos.*

6 *Excommunicatio Bullæ cœnæ prodit contra ſtatuentes, decernentes etiam indirectè adverſus libertatem Eccleſiæ, à qua non abſolvuntur, niſi deleto ſtatuto, & Papa certiorato, ut* n. 7.

8 *Gabella impoſita, qualiter gravet, ſi imponatur actui venditionis, vel contractus, aut actui ſeparato.* & numero 9. 14. & 15.

12 *Exempti comprehunduntur ſub gabella impoſita laicis. non animo gravandi Eccleſiaſticos Et quid de conſuetudine* numero 11. 13. & 14.

13 *Opinio qua ſit amplectenda in conflictu opinionum.*

14 *Clerici conqueri non debent, quando impoſitio non ſit per modum tributi, ſed ut pars pretiis.*

15 *Clerici non onerantur, quando gabella non eſt impoſita venditioni carnium, ſed pecudi viva juſta taxa, ut hic & reſolvas, ut* num. 38.

16 *Gabellas tenentur laici ſolvere, quando res eorum ſunt mixturata cum rebus Clericorum doloſe.*

17 *Clerici tenentur manifeſtare res emptas Gabellario.*

18 *Gabella ſolvenda eſt à conductore, vel emptores aſportantibus fructus emptos. ſive conductos ab Eccleſiaſticis, ſi actus eſt ſeparatus, non ſi dependet* n. 19.

19 *Fiſcus eſt immunis à gabella, ſed non ementes, aut conducentes ab eo.*

20 *Domus conſtituta, ubi vendatur panis, ſeu quid aliud, inde ſolvatur Principi certum quid.*

quid, num ſapiat ad monopolium, ſive tributum.

21 *Salis tributum qualiter, & quando à Clericis ſolvatur.*

22 *Regale jus non perditur; etſi Clericis carius vendantur.*

23 *Libertatis Eccleſiaſticæ fractio parit peccatum mortale graviſſimum.*

24 *Libertatem Eccleſiaſticam lædentes, pluribus excommunicationibus inodantur* num. 25. & n. 35.

26 *Cenſura cauſa fractæ libertatis Eccleſiaſticæ incurritur abſque ſtatuta, ſola prohibitione vel decreta, aut præcepta, verbò tantùm* numero 26.

27 *Clerici ſponte gabellam pluribus annis ſolventes, & exigentes, non excommunicantur, dum durat ſpontanea Clericorum voluntas* numero 28. *aliter ſi voluntas ceſſet* num. 29. 30. & 32. *& expenditur* n. 33. & 34. *aliter videtur* n. 38.

28 *Conſuetudo exigendi gabellas excuſat à pœna impoſita à lege.*

29 *Conſuetudo etiam immemorialis exigendi gabellas à Clericis, non excuſat à cenſuris, niſi Papa approbet.*

30 *Solutio ſpontanea gabellæ, habet vim tacitæ conceſſionis; & inducit diſpenſationem.*

31 *Intentio omnium ſatis declaratur in id, quod habet tractum ſucceſſivum.*

32 *Coactionis præſumptio tollitur ex geminatione actus ſimplicis, & quando exemptus facit ſe deſcribi in æſtima, nec proteſtatur.*

33 Conventio, *ſive pactum, inter Clerum, & laicum ſuper ſolvendis gabellis, prohibita eſt, Papa inconſulto.*

34 *Statutum intendens collectare Eccleſiaſticos ſimul cum laicis, etiam ſi adderetur promiſſio de reſtituendo, Eccleſiaſticis prohibetur.*

35 *Solutio ſpontanea gabellarum, non excuſat Clericos à cenſuris, ſi fiat ex uſurpata juriſdictione: ſecus ſi juris conſervandi, & pie inducta, ut* n. 36.

37 *Gabella quædam ſuper arietibus, & in carne mortua, qualiter permitteretur ad debellandas hæreticorum Claſſes. Diſtinguitur* numero. 38.

39 *Curruum vulgò* Coches *regiſtratio & ſuper habentibus gabellas ducatorum* 100. *Hiſpaniæ facta anno* 1658. numero obliget *Clericos.*

1 AD primam quæſtionis partem affirmative reſpondeo, ſcilicet duobus modis violari Eccleſiaſticam immunitatem legibus, & actionibus. Primo modo, quando leges conduntur, vel ſtatuta adverſùs libertatem Eccleſiaſticam juxta longiſſimè adducta à *quæſt.* 1. hujus textus cum cæteris ſequentibus, quod
2 iterum modis duobus contingere poteſt. † Primo quando lex ſpecialiter dirigitur ad perſonas, vel res Eccleſiaſticas, vel ſi ſit generalior ad eas, peculiariter extenditur, quia repugnat libertati Eccleſiaſticæ; etiam ſi id, quod diſponit non ſit contra Eccleſiaſticæ commoda Princeps enim, qui in Clericos juriſdictionem non habet, ſe tamen ſuperiorem exhibet; ita ut hæc contrarietas in objecto legis, & in ipſo actu præcipiendi conſiſtat; ſic ut formaliter poſſit vocari contraria libertati Eccleſiaſticæ.
† Secundo modo, nempè, ut aliæ leges poſ- 3
ſint dici contrariæ objecticæ, quia præcipiunt aliquid fieri contra ſtatutum Eccleſiaſticum, ejuſvè exemptionem, ſive laicis reſpectu Clericorum præcipiatur, veluti quod à Clericis exigant tributa, & quid ſimile, ſive ipſis Clericis quod ſolvant, vel compareant, & poſſit dici eſſe tunc repugnantiam formalem, & objectivam: & has inquam leges quæ objectivè ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam in jure, præcipuè prohiberi conſtat *in cap. noverit de ſent. excommunic.* & in aliis juribus, & legibus jam *à q.* 1. adductis.

Nec ſolis legibus libertatem infringi, ſed 4
etiam per actiones, & facta patet, ut per manuum injectionem, per privatam injuriam, & actiones contra immunitatem Eccleſiaſticam juxta ea quæ dixi latè ſub *tit. de judic. & fora comp.* & dicentur *in tit. de ſent. excommunic.* & in aliis
locis. * Ado tamen diſtingui violationem, quæ, 5
vel in legibus, vel in facto conſiſtit, maximè in ferendis legibus Primo quando fit, vel diſponitur aliquid manifeſtè contra Clericorum exemptionem, ut ſi præcipiatur Clericos ſub tributis comprehendi, vel ſi citetur Clericus ad comparendum coram laico. Secundo per circuitum id agitur; hoc eſt indirectè, & tacitè juſta quæ adduxi *quæſt. præced.* quare Marius, Alterius ſuper Bulla *diſp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 688. *& diſp.* 14. *cap.* 1. verbo *& aliorum decretorum* Ugolinus *de cenſur. Pontif. reſervatis cap.* 15. in § *Bulla* incip. *nec non qui ſtatuta lib* 3. *per totum*, Daniel *de nobilib. lib. contr. diſp.* 17 *ſub n.* 14. *&* 15. † Dixe- 6
runt ad proximè relata reſpexiſſe Pontifices, dum in ſæpius adducta Bulla cœnæ reſervando excommunicationem, excommunicant facientes ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, aut alia decreta in genere aut in ſpecie quavis de cauſa, aut quæſito colore &c. quibus ſupprimatur, infringatur, aut tollatur directè, vel indirectè in toto, vel in parte Eccleſiaſtica libertas; & prout latius in Bulla: ex cujus verbis ſtatuta municipalia quamlibet conſtitutionem, decretum, aut ſtatutum, aut per viam ſtatuti, aut præcepti, ſententiæ, vel commiſſionis, aut alio modo contra omnes Clericos emanatum, vel in ſpecie contra aliquos cum limitatione, vel ſine libere, aut aliquo colore, vel fictione: quæ omnia contingunt ne explificando hic faſtidioſi videamur per caſus à prima quæſtione adductos. † Et- 7
enim concludunt Doctores non abſolvi à tali excommunicatione legislatores, ſive ſtatuentes, aut decernentes, niſi ſtatuta deleverint, & de hoc Pontificem certioraverint, ut ex Bulla reſolvunt Daniel, & Riccius *in praxi rerum quotid. Eccleſiaſt. p.* 3 *numer.* 10. *res* 207. Sed his omnibus addo cum Bonacina *ad Bullam diſp* 1. *quæſtione* 10. *punct.* 16. *& quæſt* 16. *ſect* 1. *p.* 4 *de excommunic.* Daniel *in addit* 40. *diſp numer.* 4. *& ſub diſp* 93. *num.* 38. ut violetur libertas Eccleſiaſtica, etiam verbis, non condito decreto, cum ſufficiat ſimplex prohibitio, aut præceptum juxta *cap. fin de immunit. Eccleſ. lib.* 6. quæ reſervata non eſt prout quando ſit ſtatutum.

Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo 8
breviter ſub diſtinctione: nam ſi onus eſt impoſitum venditionis, & contractus actui, poſſet ſe extendi ad ementem immunem, ſecus quando onus impoſitum eſt omnino ſeparato: ita diſtinguunt

gnunt Daniël *lib. contr. diſp* 8. *n.* 11. poſt Bald
Joannes de Amie *conſ.* 18 *num.* 13. & 17. Ga
brieli *conſ.* 161. *lib* 2. *numer.*3. Rolandus à Valle
conſ. 51. *n.* 18. & 19. *lib.* 4. dicentes ut emptos
conqueri non poſſit, etiám Eccleſiaſticus, ſi in
ſeparato actu veluti introductioni quoad panios
V. G. & necationis beſtiæ quoad lanium, qui
poſtea vendunt, vel donant de quo latè dixi *quæ*
à n. 17. & 25. *ibi leges.*

9 Quæ diſtinctionum ſub obſcura videatur, pote-
rit expendi doctrina Thomæ Sanchez *lib* 2. *con-
ſil. tom.* 1. *dub.* 56 & *in diſput. n* 16. Daniel *in ad-
ditionib ad dict. diſp.* 8. *ſub. n* 3. verſ. *nunc vero n.*
42. quatenus dicunt impoſitionem factam ſuper
carnis quæ ad Eccleſiaſticos, eſſe injuſtam, cum im-
ponatur pro tributo: nam ſi tale non eſſet, totum
pretium ſolveretur Domino mercis declarantes
exemplo, quia ſi libra carnis venditur viginti
marapetinis, & decernatur eam vendi viginti
duobus, & omnibus, docent tunc quidem non
adeſſe cauſam, cur Clerici non querantur; ſed
ſi illa duo ſuper addita ſolvenda decernerentur
per modum aſſiſi; ob publicam aliquam cauſam,
jam eſſe tributum; quod injuſtè à Clericis abſque
conditionibus requiſitis affirmant: & ita etiam
tenuiſſe valde Doctos, & recentiores.

10 Unde fiat, ut ſi impoſitio fiat laicis, non ani-
mo Clericis injuriandi, & extorquendi ab im-
munibus, & exemptis, ſed ad providendum ne-
ceſſitatibus; ſic ut impoſitio nihilominus fieret,
etiam ſi exempti, & Eccleſiaſtici non adeſſent:
tunc exemptos quoque comprehendi, & maxi-
mè etiam ſi poſſent alibi id emere; licet non ita
commodè, docent, tum in aliis caſibus, tum de
impoſitione ſuper carne reſpectu Eccleſiaſtico-
rum Silveſter *in ſumma verb immunitas* 1 *n.* 22.
verſ. *quantum poſito*, Ricard. *in quodlibeto tom* 2.
q 30 *col antep. circa medium* verbo *poſſent ta-
men*, Roſella verb. *pedagium n.* 17 Hoſtienſ. *in
ſumm. lib.* 6. 2. *p. tit.* 3. *art.* 4. verſ *poſſunt tamen*
col. 3. Angel. *de Clav. in ſumm.* verb *immunitas.*
1 *n.* 42. verſ. *quid de gabella*, quæ ponitur ſuper
carnibus, Medina *de rebus reſtit. q.* 15. *art.* 3. verſ.
cum his, Ripa *de Eccleſ. ædificand. aut reparand.*
reſponſo 2 *n.* 5 verſ. *prædictis*, & *n.* 6. alias
reſponſo 68. incipit *ex præmiſſo themate*, ubi de
datione vini, quo minutatim venditur, & car-
nium: & ſic judicatum Caſtrenſ. *conſ* 423. *lib.* 2.
præcipuè verſ. *ex quibus patet*, ubi informatiori
caſu de Clerico ad minutum vendere, Feſtas *de
collectis* p. 4. *n.* 48. Purpurat *conſ.* 50 *n.* 4. *Ster. &
facit quod vult.* bene Burſatus *conſ.* 1. *n.* 9. *lib* 2.
Azeved *in lib* 8 *tit.* 18 *lib.* 9. *recopil. n.* 5. verſ.
ſedeis Ignatius Laſartè *de decima vendit. cap.* 19.
Ubi ſicut Azevedus loquitur de datio carnibus,
cunctiſque aliis comeſtibilibus impoſito, dum
venduntur ſolvendo ab emente; & ſic ſervari Le-
lius Zecchius *in tract. de Republica Chriſtiana ſub.
cap.* 29. *tit. de privileg. Clericor.* ſub verbo *aut ga-
bella ſunt folio* 285. Bovadilla *in politica cap* 18.
n 270 Contrad. *reſponſ.* 136. *in addition.* verb.
Clerici tenentur. Carolus de Graſſ. *in tract. de ef-*
11 *fectib. Cleric. effectu* 2. *n.* 288. † Ubi quod Cleri-
ci tenentur pro vino, quod vendunt adminutum,
& pro carnibus, ſi conſuetudo adſit Sygnorol
conſ 82. *n* 7. & 8. de gabella vini in doliis in-
cluſo, Boërius *deciſ.* 296. Ubi gabella vini, quod
Eccleſiaſtici vendunt ad minutum, Roderic *ca-
non, regul. quæſt. tom.* 1. *cap.* 74. *art* 7. &
art. 23. Daniel *dict. diſp.* 8. *à n.* 17. qui prædictos

referens, ait hanc opinionem, ut magis commu-
nem eſſe amplectendam per textum *in l. fin. Cod.
de pæn.* cum Zephalo *conſ* 309. *n.* 75 Maceratcn.
variar. reſ. 59. *caſu* 10. verſ. *præterea in omnem*,
& *reſ.* 102 *lib.* 2 *n.* 22. Rota *in noviſſimis deciſ.*
49. *n.* 8. *p* 2. in praxi ab eo non recedendum,
Pariſius *de reſignat. benef. lib* 9 *q.* 7. *n.* & 8.
† Et quia in conflictu opinionum in ea ſententia
amplectenda, quæ magis placet, vel quæ magis 12
vera putatur, ut dicunt DD. *in cap. litteras de
reſtit. ſpol.* Azor. *inſtit. mor. lib* 1. *cap* 16. verſ.
ſecundo quæritur. & 6. *quæritur.* Alterius *de cenſ.
diſp.* 16. *lib.* 5 *cap.* 3. *pag* 69. *col.* 6. *litteram.* 6.
Navar. *conſ.* 4. *n.* 6 3. 9. *de uſuris lib.* 5. *decret.*
Alex *conſ.* 76. *n.* 10. *lib.* 2. † Et quia ob longævam 13
conſuetudinem hominum memoriam exceden-
tem regulariter attenditur jus exigendi collectas
ex Navarro *in manuali cap.* 17 *ſub n.* 202. Burſat.
conſ. 161. *lib.* 2. *n.* 19. Feſtaſio *de collect. p.* 2. *tit.*
an, & quando forenſ à *n.* 23. & cum infinitis
aliis Daniel *dicta diſp.* 8 *à n.* 20. & 30. Ubi *n.* 23.
quod conſuetudo immemorabilis, licet onerota
Eccleſiæ, valeat, ut poſt alios tradunt Petr. Ur-
ries *de Clerici cognit. p.* 1. *n.* 145. & quando opi-
niones ſunt dubiæ, Duenes poſt alios *reg.* 100.
limit 1. Covar. *pract cap.* 31 & *ſub. n.* 5 verſ *juris
etenim* & Riccius *in praxi reſ* 171. *ſub. n.* 1. di-
centes etiam, quod non obſtante prohibitione
juris poſitivi, attenditur conſuetudo in contra-
rium, Auguſtin. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi al-
leg.* 93. *n* 30. Juxta quæ etiam dixi *in Rub. & in
cap. fin. infrà de cenſ.*

Sed pace inquam tot Doctorum tu dices, ut 14
quando taxa, ſive impoſitio non ſit per modum
tributi, ſed ut pars pretii, ſic ut ex eo pretio, ni-
hil detur in publicam utilitatem. Sed tantùm ven-
ditori; ita ut etſi impoſitio fuerit aucta; non tamen
ſic auctum pretium carnium ipſorum, ita ut tunc
poſſet fortè dici, quod non debent Clerici con-
queri: nam ut dicit Sanchez *diſp.* 16. hu-
juſmodi impoſitio, non eſt datium, ſed pars pre-
tii Daniël *in addit. diſp.* 8. *ſub n.* 3. & 4. Ubi
n. 6. ait non diſſentire ad hoc Dianam *p.* 1. *tr.* 2.
reſ. 46. & 83. cum ſupponat pretium rei augeri
in favorem Reipublicæ cum & *reſ.* 49. diſtinguat
inter onus impoſitum ipſi contractui venditionis,
& emptionis; & ſic Clericos reſpiciens, licet
nulliter, aut vero actui ſeparato à venditione,
puta exportatione vini; quo caſu dicit valere;
ſequuntur Capitlancus *in proœm.* 12 *à n.* 29. &
in puncto videtur loqui Salon 2.2. *q.* 78. *art.* 4.
contr. 3. *ſub. n.* 12. † Dicens Clericos non one- 15
rari in carnibus, quando gabella non eſt impo-
ſita venditioni carnium; ſed pecudi vivæ quan-
do dicitur à venditore; & Dominicus Pueronus
ad Bullam *in cap.* 5. *de excommunic. imp. no. peda-
gia* ſub *n* 30. Ubi ſupponens adeſſe domum ſa-
lis, aut ſimilium, ex qua Dominus loci à ven-
dente exigit taxam, dicit quod ſi venditur majo-
ri pretio, ob illam taxam, damnatur venditio;
quia major expenſa eſt onus pertinens ad empto-
res, quod dicitur gabella. Tamen ſi non excedi-
tur juſtum pretium, ſed lucrum tantùm exigitur,
ex quo ſolvitur taxa, tunc non contrahi cenſu-
ram.

Et hæc poſſunt ſic admitti juxta quæ dixi à 16
quæſt. 1. de legibus taxantibus pretia rerum, vel
de imponentibus gabellis, quibus gravantur ſub-
diti & per inde Clerici, cum tunc non debet
impoſitio admitti, niſi ut dixi à *quæſt.* 10. 13 &

14.

25. cum aliis Ubi uberrime: ex quibus quod di-
ctum eſt in boc dubio à verſ. *ad ſecundam* di-
ſtingui poterit; & licet Bardellon. *conſ.* 31. *n.*
13. & 20, *lib.* 1. Frugoſus *de regim. Reipublicæ
Chriſtianæ p.*2.*lib.* 2. *diſp.* 4. *n.* 319. quem refert
Daniël *in additionib. ad diſp.* 50. *n.* 19. ubi tan-
tum dicit quod ſi bona laicorum miſceantur do-
losè cum rebus Clericorum, à fortiori debeatur
17 gabella de rebus illis. † Et quod Clerici eſto ſint
immunes, tenentur manifeſtare res emptas ga-
bellario; ſic ut aliter cadant in commiſſum, res
que ipſas exemptas à gabellis, admittant *per leg.
luſitan lib.*2.*tit.*11. §. 2. ibi: *& poſtoque as ditas
peſſoas* ex doctrina *legis fin.*§. *Divus ff. de public.
& vectigal,* Ubi Doctores, addem ita judicatum
contra quendam canonicum Bracarenſem aſpor-
tantem ea Galecia res defuncti Clerici, quas non
regiſtravit in oppido. *Chaves* jure interceptas fuiſ-
ſe à cuſtodibus Regiis; non inquam dicit quod
quando tractatur in gabella carnis, an Eccleſia-
ſtici ad eam onerentur, conſideretur an gabella
ſit nec ne appoſita actui ſeparato à venditione,
puta macellationi, vel introductioni; ſic ut tunc
non poſſint Eccleſiaſtici ſe ex utare, ut retulit
Daniel; quia non inquam id Fragoſus in dict.
18 loco dixit. † Benè tamen dixit *ibi n.* 329 verſ.
dixi quando, Ubi amplectitur relatam diſtin-
ctionem, eamque generaliter firmat gabellam
eſſe exſolvendam, ſi conductor, vel emptor ex-
portet fructus emptos, ſive conductos, eoſque
traducat, cum actu iſte ſit ſeparatus, ac diſtin-
ctus à priori contractu celebrato, cum Eccleſia,
ſeu beneficiato; cum ex hoc non gravetur Ec-
cleſia, ſive Eccleſiaſticus, nec ejus conductores;
ſi quidem ſolutio vectigalis non fit immediatè
propter contractum, ſed propter actum exporta-
tionis; quia actus nihil habet commune cum Ec-
cleſia, ita cum Baldo, Speculatore explicantibus.
L. licitatio §. *fin. ff. de publicam, & vectig.* Ubi
19 ſcribit Pompon. *de Fiſco immuni ob omni ſolutione
gabellæ*, non tamen ementes ab eo; quod dicta
lex loquitur in actu ſeparato, & remoto; non
autem in actu immediato, convicto, ut bene
notavit Bald. *conſ.* 31. *col.* 1. *lib.* 1. verſ. *ſolutio*;
quia ut ipſe deducit ex *l. ſi venditor.* §. *vult ff.
ſervis exportand.* quando exptor emit immediatè
à venditore, & conductor conducit immediatè
à locante contractu, ita inter eos immediatè ce-
lebrato, ſi alter eorum; nempè Eccleſia ſit im-
munis ab onere, alter fruitur eodem exemptionis
privilegio à gabellis; cum aliter, uno læſo, fieri
non poſſit, quin Eccleſia lædatur, dum cogitur
vilius ſua bona diſtrahere propter gabellam ab
emptore ſolvendam; quod ego porrigo ad caſus
omnes, in quibus, & per indirectum, & poſſet
contingere, juxta quæ adduxi in relatis quæſt.
& ſub *q.* 16. Ubi de extractione, & introductio-
ne plura dixi.
20 Pro complemento dubitabis, quid dicendum,
quando conſtituitur V. G. Domus, Ubi venda-
tur panis, vel quid aliud; & inde ſolvatur Prin-
cipi certum quid; in quo dubio dicit Bonacina *ad
Bullam cœnæ diſp* 1 *q.* 7. *punct.* 1. *n.*4. verſ. *rurſus*
eſſe monopolium non gabellam: tamen Domini-
cus Pueronus *in dict. cap.* 5. *ad Bullam n.* 30. ut
refert Daniël *in addit. ad diſp.* 50. *in fine*, diſtin-
guit, quod aut ſolum ibidem venduntur, ut ma-
jus pretium imponat Princeps; & ſic majus onus
ad emptorem pertineat, & Princeps irretitur, niſi
adſit neceſſitas, aut verò juſtum pretium non
exceditur, ſed lucrum uni tantum aſſignatur; ex
quo congrua portio Principi detur; & tunc non
contrahi cenſuram firmat.
Ad tertiam quæſtionis partem, Clerici quo- 21
modo teneantur ad tributum pro ſale? ſatisfacies
juxta doctrinam proximè relatam; & tunc teneri
quando impoſito non eſt datium, ſed pars pre-
tii; ejuſque taxa juſta, qua cæteri concives laici
teneantur; quia tunc, ut dicunt Ferretus *de ga-
bellis n.*405. Daniël *in addit. ad diſp.* 8. *lib. ſu. r.
contr n.*4. dicens, ut ſic videatur ſenſiſſe Joan.
Gutierrez *q* 92. *de gabellis n.*38. & *q.*87. *n.*4. dum
improbat ſiſſam ſuper ſpeciebus octavæ partis:
nam Clerici duplici onere gravarentur, cum vir-
tu aliter ſentientiant onus alcabalæ in his, quæ
carius; quia à venditoribus ſolvitur, ſed licet
ad illam decimam alcabalæ non teneantur Cle-
rici, teneri tamen venditores, ait expreſſè Eman.
Rodrig. *tom.* 3. *regul q* 74 *art.*7. † Subdens quod 22
etſi Clerici carius emant, non debeat ideò perdi
jus Regale, ſicuti ſolvunt cætera mercibus impo-
ſita; etſi Clericis vendenda; itaque deciſum in
quadam lege noſtræ Hiſpaniæ uti, & allegat ipſe
Daniël *dicta diſp.* 8. *ſub. n.* 8. una cum Laſſarte,
& Azevedo; itaque de ſale videtur reſolvendum
ſub diſtinctione relata in verſ. *ſed pace*, verbo *ubi
ſupponens* hic tamen aſſignata jud eo reſolvenda
ex adductis *ſupra à q.*11 9. 10. 13. & 14. cum aliis
cum diſtinctionibus ibi tactis.
Ad quartam quæſtionis partem, quale pecca- 23
tum ſit infringere immunitatem, & libertatem
Eccleſiaſticam? ſatis abunde reſpondere poteris,
tum ex adductis *ſuprà à quæſt.* 1. & *à quæſt.* 9. cum
aliis ſequentibus, Ubi de cenſuris, quas incur-
runt, tum de jure antiquo, quam Bullæ gabel-
lantes Eccleſiaſticos, eorumque immunitatem
infringentes, & juxta longè *dicta ſub. tit. de judic.
& fora cpmp.* & *alibi* ſæpius; quare nunc illis
omnibus præhabitis, breviſſimè ad dubium reſ-
pondeo, libertatis Eccleſiaſticæ violationem, eſſe
graviſſimum peccatum, quia contra juſtitiam;
& quia ſic uſurpatur juriſdictio, quam quis non
habet, imò Sacrilegium reſpicit, quia circa per-
ſonas, vel materias Eccleſiaſticas, quæ etiam re-
ligionis reſpectum, ac Divini cultus connexum
habet pulchrè Suarez *in defenſorio fidei adver-
ſus Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 33. *n.* 1. Tuſchus
conclus. 342. à *n.*142. Daniel *de nobilib. lib. contr.
diſp.* 17. *n.* 30.
Et hinc merito in eam lædentes pluries ex- 24
communicationis injectum telum exclament ju-
ra conſtitutiones, & Bullæ Pontificiæ *in cap.
gravem de ſent. excomm. in Clem.* 1. *de exceſſibus
prælator. in cap. quanto de privileg. in cap. fin. de
immunitate Eccleſiar. lib.*6. Ubi excommunican-
tur prohibentes emere, vendere, panem coquere,
bladum molere, aut alia obſequia Eccleſiaſticis
præſtare, ut latè dixi in præcitatis quæſtionibus,
& uberius *ſub quæſt.* 17. in verſ. *ad ſecundam.*
Et tamen notandum ad incurrendam cenſu- 25
ram, ſeu excommunicationem, non requiri ſta-
tutum, vel decretum, cum verificatur in prohi-
bitione, vel decreto, ut ex verbo *interdicunt*,
quod prohibitionem non perpetuam, ſed tempo-
ralem importat, quaſi interim dicant Rebuff *de
verborum ſignif l.* 162. *circa finem*, Daniël *dict.
diſp.*17. *n.* 11. † Etenim excommunicatio incur- 26
ritur etiam ex præcepto, verbo tantùm facto;
licet non reſervata Bulla: ita Suarez *de excom-
munic. diſp.*23. *ſect.* 4. *n.* 25. & poſt alios Riccius

in

in praxi rerum quotid. Eccleſ. reſol. 207. *p.* 3. *ſub numer.* 10. verſ. *hic autem* Navarri *in manuali cap.* 27. *numer.* 30. Marius Alterius *diſp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 4. *in fine fol.* 699. Daniel *dicta diſp.* 17. *n.*12. Ubi *numer.* 13. & *ibi ſub numer.* 15. ait extare aliam excommunicationem contra ſtatutarios, ſcriptores ſtatutorum, conſiliarios judices, & ſtatuta ſervari facientes, libertatem Eccleſiaſticam lædentia, quæ reſervata non eſt. *in cap noverint de ſententia excommunicat.*

27 Ad ultimam quæſtionis partem, quid ſi per plures annos ſponte Clerici gabellam ſolverent, quam in fine renuerent; numquid peccent ratione tantæ conſuetudinis eam exigentes? Et videtur quod non; tum per dicta *ſuprà quæſt. præced.* verſ. *ad quartam*, quatenus *ibi* dictum eſt non excommunicari exigentes gabellas à Clericis ſponte ſolventibus; & facit, quia quoties tractatur de uſu ab immemoriali introducto; & ſic de caſu non frequentato, abeſt excommunicatio, cum dubium illius, ſicuti etiam juris dubii ignorantia, excuſationem præbeat à pœna, Craveta *conſ.* 279. & à cenſuris ipſis Navarr. *conſ.* 4. *de uſuris lib.* 5. *numer.* 7. & *conſ.* 4. *de officio delegati numer.* 2. *lib.* 1. & *conſ. fin. de ſepulturis numer.* 7. *lib.* 3. Monachus *in cap. ignorantia de regul. juris lib.* 6. Azor *inſt. moral. lib.* 1. *cap.* 16. *quæſtione* 2. qui in terminis *p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. cum aliis, dicit conſuetudinem exigendi gabellas ab Eccleſiaſticis excuſare ab excommunicatione: ita etiam Riccius *res.* 171. *per totam.*
28 *p.* 2. † Et ſequi videtur Alterius *de cenſur. diſp.* 12. *de interdicto cap.* 3. *fol.* 502. *col.* 2. verſ. *verum*, Ubi loquens in ſpecie de conſuetudine adversùs diſpoſitum *in cap. quamquam de cenſibus lib.* 6. concludit, quod licet non poſſit induci conſuetudo, quod exigatur à Clericis; poteſt tamen judici quæ abroget pœnam inductam à legè, maximè ſi rationabilis eſſet: & ſubdit, & hoc Papa ſciente, refert Daniel *lib. controverſ. diſp.* 17. *numer.* 95. Ubi approbat quandam conſuetudinem, de qua ibi; eo quod habuerit ortum ex Pontificis conceſſione; & quia adfuit Clericorum voluntas, & Epiſcopi tollerantia.

29 Sed ut vides quamtumvis ipſe Daniel omnino legendus per totam dictam *diſp.* 17. videatur prædictam conſuetudinem introductam approbare. Tamen ego tantum admitterem; etſi per plures annos Clerici ſponte ſolverent, ſi Pontifex approbaret modo dicto, nec Clerici proteſtarent ullo unquam tempore contra illam, ſed libenter collectas ipſi, & ſucceſſores ſolverent: nam tunc quoad præteritum tempus tollerari poſſet, ſed non in futurum præjudicium, cum tractetur de actu reiterabili, ut docent Guid. Pap. *quæſtione* 387. incip. *ſed quid ſi nobilis*, Natta *conſ.* 446. *numero* 16. & 17. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 75. *numero* 70. *lib.* 1. Gratus *conſ.* 61. *numero* 45. verſ. *ſecundo dico lib.* 1. Ubi quod præteritum non poteſt repeti, Menoch. *conſ.* 322. *numer.* 14. *lib.* 4. Gozadinus *conſ.* 23. *numer.* 10. Zephalus *conſ.* 154. *numer.* 20. *lib.* 2. Feſtas *de collect. p.* 4. *tit. de revoc. immunit. quæſtione* 1. *à numer.* 31.

30 Habet inquam ſolutio illa ſpontanea vim tacitæ conceſſionis, ut dixit Seraphinus *deciſ.* 478. *numer.* 2. inducitque quandam diſpenſationem, ut multis exemplis comprobat Daniel *à numer.* 78. ex Burſato, Giurba, & aliis, dicens *num.* 16. hæc procedere etiam in univerſitatis, collegii, aut civitatis præjudicium, cui ſingulorum contraventio in ſolvendo, quando in omnium notitiam pervenire potuit nocet, cum videatur approbaſſe, ut dixerunt Abbas *conſ.* 61. *ſub. numer.* 7. *lib.* 2. Decius *in cap. cum acceſſiſſent ſub numer.* 18. *hoc tit.* Ubi in ſpecie loquitur de
privilegio Clericorum. † Etenim ut docent An- 31
charranus *conſ.* 158. *ſub numer.* 12. Afflictis *deciſ.* 31. *numer.* 5. Jaſon *conſ.* 139. *lib.* 4. Decius *conſ.* 486. ſatis declaratur omnium intentio, cum omnes in id, quod tractum ſucceſſiuum habet, & continuatum tacendo, vel non contradicendo concurrant.

Quo fit, ut ſi tot emenſo annorum curricu- 32
lo, tantiſque ſolutionibus, & receptionibus Clericis palam factis, nulla inquam, vel minima interceſſerit proteſtatio, per quam removeretur conſenſus ab actu, ut latiſſime dixi *ſub. cap. fin. de appellat.* & Seraphin. *deciſ.* 859. *numero* 5. tollatur præſumptio coactionis ex ſimplici actus geminatione, idem Seraphin. *deciſ.* 1350. item & immunis ſponte ſolvens collectas, & ſe deſcribi faciens, ſeu permittens in libro æſtimi, ſi non appellat, vel proteſtatur, Daniel *dict. diſp.* 17. *numer.* 13. & 15. *in principio* & *à numer.* 21. Ubi quod ſpontanea ſolutio inſpicitur ex multiplicitate actuum reiteratorum, ut dixerunt Rota Romana *deciſ.* 166. *diverſ. in fine*, Ubi de trino actu Seraphin. *deciſ.* 306. *in fine*, & 1147. *num.* 3. & ex curſu temporis Decius *conſ.* 185. *ſub numero* 12. Nonius *conſ.* 83. *numero* 8. Rotæ *deciſ.* 166. *ſub. numero* 2. *p.* 1. *diverſ.* & ex aliis pluribus conjecturis, & præſumptionibus, quas comprobat cum multis idem Daniel *tota dicta diſp.* 17. conſuetudinem probari relatam, ipſe latè exornat.

Hæc inquam, & dictum quæſt præced. in 33
dicto verſ. *ad quintam* ergo admitterem, ſi abſque pacto ullo, aut conventione cum laici, Clerici, Eccleſiaſticævè perſonæ ſolverent ſponte, ſine metu, coactionevè, ſua propria voluntate, ac deſtinatione; dum tamen laici imponentes eas gabellas non animo collectandi Eccleſiaſticos procederent juxta quæ longè adduxi à *quæſt.* 9. cum multis ſequentibus; quia ſi ut ibi dixi omnis conventio inter Clerum, & laicum prohibita eſt ſpecifice ſuper gabellarum exactione ab ipſis Eccleſiaſticis fienda, inconſulto Pontifice, etiam Epiſcopi conſenſu adhibito; & ſic multo magis dicatur irrita quælibet conſtitutio, quæ fieret à laico ſolummodo de exigendo ab Eccleſiaſticis, ut patet ad ſenſum, certumque eſſe, & tot cenſuræ incurrantur, quot ſunt formaliter actus, ſeu tranſgreſſiones contra præceptum, ut docent Bonacina poſt alios *de cenſuris diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto.* 5. *à num.* 2. Alterius *de cenſ. tom.* 1. *diſp.* 10. *de cauſa excommunic. lib.* 3. *cap.* 8. Saycus *in theſauro lib.* 1. *cap.* 10.
numero 8. † Sequitur ut prohibita ſit quælibet 34
conventio, lex, vel ſtatutum intendens collective Clericos ſimul cum laicis, etiam ſi adderetur promiſſio de reſtituendo Eccleſiaſticis: ſic docet Daniel *diſp.* 14. *à numero* 2. Videndus *ibi in addit.* qui fatendo poſſe Eccleſiaſticos ſolvere ſponte impoſitiones, ſed non ſibi, uti Clericis factas, ſed tantùm factas laicis, uti laicis juxta textum *in cap. quamquam de cenſibus lib.* 6. probans *ibi*, ut non poſſit fieri aliqua impoſitio

reſpiciens eoſdem Eccleſiaſticos, etiam ſi conſentiant, nec etiam, conſentiente Epiſcopo, per textum *in cap. non minus, cap. adverſus de immunit. Eccleſiar.* qui, ſublatis dec aratinnibus Bonifacii VIII. *in cap. Clericis de immunitate Eccleſ. lib. 6.* & Benedicti XI. *in Clem. quod olim eodem tit.* fuerunt renovota à Clemente V. *in Clem. quoniam eodem tit.* & poſtea per concilium lateranenſe ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. & tandem *in Bulla cœnæ*, ait reſtitui omnia decreta, & concilia generalia, & conſtitutiones alias editas, ut tradunt Theſaur- *lib.* 3. *cap.* 21. *in fine*, & *cap.* 34. Contradus *quæſit* 138. *p.* 2. Alterius *de cenſuris tom.* 1. *diſp.* 19. *lib.* 5. *cap.* 3. verſ. *notandum eſt*, & *cap.* 5. *per totum*, & Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* innovat omnes canones, & ſtatuta ad libertatem Eccleſiaſticam pertinentia; ita ut prædictos cannnes eſſe modo canones concilii, tradat Alterius *tom.* 1. *de cenſuris diſp.* 19. *lib.* 5. *cap.* 5. *circa finem folio* 7,8. *de excommunic. Bullæ*, Tuſchus *concluſione* 342. *n.* 122.

35 Imò videtur ex dicta Bulla cœnæ comprehendi ſub cenſuria ejus Eccleſiaſticos, etiam ſponte ſolventes; quatenus ibi prohibita eſt actio duplex impoſitio gabellarum, ſcilicet Clericis ipſis, & exactio ab eiſdem etiam ſponte ſolventibus inconſulto Romano Pontifice; ita ut excommunicationis gladio ij quoque percutiantur, qui directè, aut indirectè prædicta faciunt, vel exequi procurant, aut conſilium, auxilium, favorem, votum, vel ſuffragium palam, vel occultè præſtare non verentur, ut dixit Azor. *inſtit. mor. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *in fine*, Sayrus *in Theſauro dict. cap.* 22. *lib.* 3. *numero* 2. Ubi dicit, quod in ea principaliter impoſitio, & exactio prohibentur; acceſſorie vero auxilium, favor &c. Et addunt ipſe Azor *dict. q.* 3. *lib.* 4. *cap.* 34. verſ. *ad hoc dicendum*, & Daniel cùm aliis videndus *dict. diſp.* 14. & in additionibus *ibi* per jura *in dicto cap. quamquam de cenſibus lib.* 6. & *in Clem. fin. eodem*, Ubi Doctores antiqui quod promiſſio de reſtituendo, vel ipſam & reſtitutio non ſufficeret, cum hæc reſpiciat offenſam hominis quoad damnum pecuniarium, ſed non ſatisfactionem injuriæ irrogatam Eccleſiæ quoad impoſitionem, quæ neceſſaria eſt, ut jam adduxi *ſuprà*, Ubi datus fuit intellectus præter adducta *ſub quæſt.* 13. 14. & 39.

36 Ex quibus jam colligitur ex quamtumvis longæva conſuetudine non poſſe collectas permitti in Eccleſiaſticos, ſi ut contra tales directè; vel indirectè impoſitæ ſint à laicis, etiam ſi Eccleſiaſticæ perſonæ ſponte ſolvant; ſeu ſolverint illis exactoribus, ut latiſſimè probavi *ſub quæſtione* 16. à verſ. *ad quintam*, Ubi videbis quo in ſenſu loquitur Suarez *de immunitate lib.* 4. *cap.* 34. *à numero* 10. qui limitat quando fuerit introducta, & continuata, tum à laicis; tum ab Eccleſiaſticis; & à piis viris indicata; non ex uſurpata juriſdictione, ſed juris conſervandi, ut dicit ipſe *numero* 13. & ſequitur Daniel *in addit. ad diſp.* 17. *numero* 7. & ita ſentio; non modo alio poſſe honeſtari repetitam aliam iterationem ſolvendi ſponte à Clericis gabellas, cum alias, tam canones antiqui, quàm Bulla in cœna, & Tridentinum inſurgant adversùs imponentes exigentes; & ſponte ſolventes; ſic ut ea inveterata conſuetudo nullum jus præſtet in futurum, quin quandoque Clerici, Eccleſiaſticævè perſonæ reſiliendo, & cōtradicendo poſſint manere obligati; eſt hoc, ut ſubſiſtere valeant quæ reſolui *dict. q.* 13. cum aliis, & conventum cum Eminentiſſimo Cardinali Archiep. Toletano, de quo ſub *dict. q.* 39.

Pro complemento libuit recenſere gabellam, 37
quam refert impoſitam Thomas Sanchez *tom.* 1. *conſ. lib* 2. *dubit.* 55. *à n.* 37. & cum eo Daniel. *in addit. ad relatam diſp.* 8. dicentes, ut cum ad debellandas hæreticorum claſſes fuiſſet facta impoſitio, à qua nullus excuſaretur facultate à Pontifice, ſi opus eſſet quoad Clericos impetranda, & tali poſtmodum pacto impoſita capita, & exta arietum, quæ ſingulo dimidio argenteo vendebantur pretio; deinde arietis penderentur; ſicque tribus argenteis, ob quemlibet arietem, qui in Macello venderetur, duo argentei ſolverentur à venditore laico, aut Clerico, qui argentei ſuper additi Regi ſunt conceſſi, & dicentibus Clericis non potuiſſe abſque Pontificis licentia gravari, tum ob duos argenteos ab ipſis ſolvendos ex arietibus, quos venderent; tum quia carius capita, & exta emerent, quàm retroactis temporibus, tertio ob duos argenteos, quos ſolverent alii venditores, quos ipſis Clericis venderent, qui ideo carius emerent. † Tamen diſtinguendo Sanchez 38
ſup. n. 38. dicit impoſitionem factam Clericis eſſe injuſtam; quia abſque Pontificis conſenſu; & *n.* 39. etiam quia imponitur gabella authoritate laica; ſed quoad arietes, quos venderent laici, ait *n.* 40. ibi non eſſe illicitam, licet Eccleſiaſtici carius emant, quia ſemper carius merces à mercatoribus, qui tamen gabellas ſolvunt, quæ non ſunt injuſtæ; item quia Doctores tenent poſſe indiſtinctè imponi gabellas ſuper carne, vino, Oleo, non animo Clericos injuriandi, & ab eis pecunias extorquendi quas aliter non poſſunt, cum id etiam imponeretur; licet Clerici non adeſſent; & quia nec imponitur gabella ſuper his, quæ ſæpius emunt Clerici, allegans Silveſter, Angelum, & Aſtenſem; & ultra eos Lopez *p.* 1. *intr. nov. cap.* 150. *fol.* 51. *pag.* 2. ut refert Daniel *ſuprà numero* 3. qui ſic dicit tenuiſſe recentiores. Sed tu ultimam hanc diſtinctionem non amplecteris, niſi juxta modos admiſſos *ſuprà à quæſt.* 12. & 13. cum aliis, ſiquidem alias introduceretur de facili, ut hac via, ſi non directè ſaltim indirectè, & quæſito colore collectarentur Eccleſiaſticæ perſonæ.

Et quia his diebus menſis Auguſti anni 39
1658. occaſione circumvalationis factæ à luſitano exercitu in civitatem de Baldajoz noſtri Regis Philippi IV. decreto generali imperata fuit Regiſtratio omnium curruum vulgo *Choches y carrocas* coram DD. Hyeronimo Camargo ſui conſilii Caſtellæ; & quod quilibet ex ſubditis, eas habens, collectaret centum ducata æreæ monetæ pro una vice; & excitaretur dubium; nunquid Eccleſiaſtici tenerentur; & ad regiſtrationem, & ad eam collectam ſub pœna duplici, aliarumque incurſarum per moram, ſeu alia omiſſione; practicato ſuper hoc inter conſiliarios dicti ſupremi conſilii facta fuit conſultatio ad noſtrum invictiſſimum Philippum, ad illam collectam non tenebantur virtute illius Regii decreti. Quod juſtè admodum ſic reſolutum, ne læderetur immunitas Eccleſiaſticorum ſcio tamen fere omnes etiam Eccleſiaſticos regiſtraſſe ſuos currus, nec ab hoc abſtinuiſſe, aſpicientes ad legem

politi-

politicam vaſſallagii ; eo quod exiſtimarunt ea regiſtratione immunitatem non lædi, ſed non ſoluiſſe illam collectam centum Ducatorum, cum metuerent cenſuras Bullæ in cœna Domini, & alias juris ; aliqui verò ſponte, & ſine ulla coactione donarunt Regi, vel eandem ſummam, ſeu aliam minorem, ſive majorem, ſicut vidi, & audivi à fide Dignis, ſic condonatum, conſiderando afflictionem, & anguſtiam hujus Provinciæ, ſi obvia non fieret contra hoſtes illos Tyranos in hos irruentes ; ad quorum debellationem cum vice Regia iter ab hac curia Matritenſi arripuit Excellentiſſimus. D.D. Ludovicus de Haro tanti Regis unicus collateralis vulgò *el Privado* cum ingenti militia congregata ex hac noſtra Provincia Caſtellana, & vetuſa.

QUÆSTIO XLIX.

An Magiſtratus ſæcularis poſſit concedere ſalvum conductum Clerico Bannito ab alio Magiſtratu laico contra Sacros canones? Et an Baro mortaliter peccet, ſitque obligatus ad reſtitutionem, ſi certo ſciens agrum ficto eſſe Clerico donatum quod tamen probare non poſſit ut auferat Colonos carceret illos prætextu fiſcalium, quos tamen certo ſcit eſſe pauperrimos, & omninò impotentes? Et an Gabella poſita lanionibus, ut pro ſingulis bobus ſolvant duos aureos, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam ; eo quod indirectè illa gravantur Clerici, qui carius emunt? Et an ſtatutum cogens Clericos ad vinum vendendum, ſit contra Eccleſiæ libertatem? Et an laici ementes vinum à Clericis, tenentur ſolvere Gabellam? Et an colonica, teneantur ſolvere gabellam? Ubi de emphytheuta?

SUMMARIUM.

1 *Salvum conductum petens Eccleſiaſticus à laico ſine graviſſima cauſa, peccat mortaliter* num 5.

2 *Renunciare nequit Eccleſiaſticus privilegio ſui fori, & ſi inde aliquod patiatur damnum. de ratione* n. 3. & 4.

3 *Judex ſæcularis ſalvum conductum concedens Eccleſiaſtico, peccat mortaliter.*

5 *Juriſdictio non minus exercetur à laico in Eccleſiaſticum ligando per Bannum, quam ſolvendo per ſalvum conductum, & utroque violatur juriſdictio Eccleſiaſtica.*

6 *Judex laicus non minus violat juriſdictionem Eccleſiaſticam abſolvendo, quàm condemnando Clericum* n. 7.

7 *Laicus Judex trahendo Clericum ad ſuum Tribunal animo abſolvendi, incurrit etiam in cenſuras Bullæ in cœna.*

8 *Baro incarcerans colonos pauperes Eccleſiæ prætextu ficta donationis, peccat cum onere reſtituendi* n. 9. & 10.

9 *Malum intrinſecum ex natura ſua operi prævalet intentioni; extrinſeca, & operantis fini extrinſeco.*

10 *Baro incarcerans colonos pauperes damnans Clericos, poteſt excommunicari in foro externo. Et qualiter excuſetur in foro interno* n. 11.

12 *Vexare vexantem, poſſum negando creditori totum debitum petenti plus debito*

13 *Gabella impoſita lanionibus, ut pro bobus ſingulis ſolvant duos aureos quando ſit contra libertatem Eccleſiaſticam* n. 14. 15. *Ubi ſub diſtinctione.*

15 *Gabella impoſita laicis pro aſportatione, vel pro licentia publicè vendendi, quæ de cauſa non gravat Clericos carius ex eo ementes* n. 16. & n. 29.

17 *Statutum cogens Clericum ad vinum vendendum, quando dicatur eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

18 *Vendere licet cuicumque, quod proprium eſt vendentibus.*

19 *Negotiator non dicitur Clericus ſi ſuum vinum vendat ad minutum in Taberna, & alia ſua comeſtibilia.*

20 *Eccleſia habet privilegium vendendi ſua, cui voluerit.*

21 *Statutum Parlamenti Monolis decernens imponere gabellam quatuor obolum pro ſingulis phialis vini, damnatum eſt; quia decrevit, ut Clerici venderent vinum ſuum deputatis, ut carius venderetur; & quare* n. 22. & 23. *Ubi quid, nec ad id poſſunt cogi per Epiſcopos*

22 *Uſurpatio qualibet juriſdictionis Eccleſiæ à laico, majoris eſt incommodi, quam commodum quodlibet à laico oblatum Eccleſiæ.*

23 *Libertas con eſſe Clericis vendendi, cui ipſi voluerint, eſt pretio æſtimabilis.*

24 *Laicus emens vinum a Clerico, ſecundum plures tenetur ſolvere gabellam, alii contrà docent* numero 25. & 26. *Ubi de caſu Panormitano, qualiter utraque ſententia valeat practicari* n. 29.

25 *Privilegium venditoris tranſit ad emptorem.*

27 *Magiſtratus taxans vinum, vini conſiderat inter circumſtantias, præcipue onus Gabellæ.*

28 *Gabella impoſita, partim redundat in damnum venditoris, partim emptoris.*

30 *Coloni Eccleſiarum pro ſua portione colonicâ ſunt immunes a gabellis, & ab aliis ſunt exempti ex Bulla Pii V.* num. 32 & 33. *fallit quando gabella poſita eſt colonis deferentibus fructus ſuos de loco ad locum* numero 3 .

31 *Monachi, ac alii regulares ex Bulla Pii V. & eorum coloni à multis oneribus liberi ſunt.*

34 *Affectatores, ſeu Coloni prædiorum Eccleſiaſticorum, non tenentur ſolvere gabellam.*

35 *Emphytheuta Eccleſiæ non tenentur ad collectam communem, quamvis emphytheuta laici teneretur fallit in cenſu redimibili ut* num. 36.

1 AD primam quæſtionis partem ex
jam *ſuprà* adductis *à quæſt.* 1. nunc
reſpondeo ut quemadmodum pec-
cat Eccleſiaſticus petens ſalvum con-
ductum ſine graviſſima cauſa; eo
quod non poteſt Eccleſiaſticus ſponte ſe ſub-
jicere juriſdictioni laicali, cum nequeat renun-
ciare privilegio univerſo Eccleſiaſtico ſtatui
conceſſo per illa, quæ etiam latiſſimè dixi *in cap.*
ſi diligenti de foro comp. Ubi Abbas *n.*2. *& in cap.*
ſignificavit, cap. poſtulaſti eodem, & in cap. cum
accedentibus de privileg. cap. in ſolita 11. *q.* 1. *cap.*
qualiter, & quando de judiciis, Ubi Joannes An-
2 tedas *numer* 11. Abbas *numer.*7. Butrius *num.*8.
Anchar *numer.*5. Imola *numer* 3. † Et Eccleſia-
ſticus teneatur renunciare privilegio ſui fori,
quamvis aliquod damnum. vel incommodum
ex hoc proveniat; dummodo non ſit graviſſi-
mum. ut vitæ, aut perpetui exilii; quia tene-
tur ſervare legem Eccleſiaſticam cum ſuo incom-
modo, ſi non ſervando majus incommodum af-
fertur communitati, ut tenent Sotus *lib.* 1.*de juſt.*
q 6.*art.*4 *& in* 4.*dict.* 22. *q.*10. *art.* 4. Vaſquez
1.2.*q.*161 *cap.*2

Ideo cum in caſu noſtro major injuria inferatur
3 ſtatui Eccleſiaſtico ex exercitio juriſdictionis in
Eccleſiaſticum, quam ſit hujus incommodum, ſi
non habeat ſalvum conductum, ſequitur ut quem-
admodum Clericus peccat ſe ſubjiciendo laicali
juriſdictioni: ſic & ſecolaris Magiſtratus conce-
dendo Clerico Bannito prædictum ſalvum con-
ductum. Ratio eſt, quia Eccleſiaſtica lex (ut ſæpius
jam dixi) reprobat eas ſæcularium Principum
leges, aut diſpoſitiones, quæ de Eccleſiaſticis
perſonis, ſpeciatim decernunt, præcipiendo;
prohibendo, quamvis ipſius Eccleſiæ favorem,
aut Patrocinium continere videantur, ex eo nem-
pè; quia per hujuſmodi diſpoſitiones, quæ con-
tinent aliquod præceptum, vel prohibitionem
(prout in prædicto ſalvo conducto prætenditur)
directa laicorum Principum poteſtas ſuper Eccle-
ſiaſticos. † Oſtenditur & inde veniat ut talis
4 uſurpatio poteſtatis, repugnet admodum libertati
Eccleſiaſticæ cum majus Eccleſiæ præjudicium
inferatur, quam afferatur commodum, ut expreſ-
ſè habetur *in cap.* 1. 96. *dict.* & *hic* in textu no-
ſtro, Ubi Abbas *numer.* 10. Felinus *numer.* 80.
Angelus verbo *lex numer.* 5: Suarez. *de legib. lib.*3.
*cap.*34.*numer.* 13 *& lib* 4. *contra Regem Angliæ.*
*cap.*6.*n.*7. Diana cum aliis *p.*1.*tract.*1. *res*14. *& p.*
3.*tract.*1.*res.*13. Menochius *conſ.*29.*n* 25. *vol.*1.
Oddus *conſ* 44.*n.*13. Rimin. Senior. *conſ* 218.*n.*8.
*Berojus conſ.*31.*numer*22. *&* 34. *volum.* 1. Pictus
*conſ.*93. *v.*2. Surdus *conſ.* 103. *n.* 13. *volum* 2.
Cavalcanus *deciſ.*33 *n.*16. *lib* 3.

5 Et in terminis noſtri dubii contra Doctrinam
Suarez *dict. lib.* 4 *in Regem Angliæ cap.* 34 *num.*
9. dicentem, quod quando in loco infidelium
nullus eſt Eccleſiaſticus judex, licite Eccleſiaſti-
cus convenitur coram laico; & quia lex Eccle-
ſiaſtica non obligat cum magno incommodo,
nec cum periculo mortis, aut perpetui exilii, ut
dictum eſt, & contra alia fundamenta Leſſii
lib. 2. *de juſtit. cap.* 29. *numer.* 182. & contra
praxim deferendi cauſas per viam violentiæ ad
Regia tribunalia. de qua latè dixi *infrà ſub cap.*
de judiciis, à quæſt. 19 docet in noſtro dubio
Berricellus *p* 1. *quæſt. moral. & legal. tract.* 8.
miſcel. quæſtione 10. *ex numero* 3. verſ. *reſpon-*
detur per ea fundamenta; quia authoritate libe-
rare ab anno, ſupponit eum, qui liberatur eſſe
ſubditum, ac valide Bannitum; & quia cum
non minus exerceatur juriſdictio ligando per
Bannum, quàm ſolvendo per ſalvum condu-
ctum, utroquemodo violabitur juriſdictio Ec-
cleſiaſtica, cum ligare, & ſolvere ſint correla-
tiva. * Nec minus judex laicus violet juriſdi- 6
ctionem Eccleſiaſticam abſolvendo quàm con-
demnando Clericum, ut docent Bonacina *in*
Bulla cœnæ diſp. 1. *quæſtione.* 16. *ſect.* 1. *puncto* 5.
† *numer.* 13. Ubi ait quod ſi laicus judex trahit 7
Eccleſiaſticum ad ſuum tribunal, intentione ab-
ſolvendi eum, adhuc incidit in cenſuras Bullæ;
quia ſolutio ſupponit juriſdictionem in eum,
qui abſolvitur, Decianus *lib.* 4.*p.* 1.*cap* 9.*num.*
9. Carol de Graſſis *de effectibus Clericatus effe-*
ctu. 1. *numer.* 257. quibus, & aliis Berricellus
ſuprà concludit etiam per abſolutionem lædi
libertatem Eccleſiaſticam, lædique etiam non
minus banniendo, quàm concedendo ſalvum
conductum.

Ad ſecundam difficultatis partem reſpondeo 8
Baronem hos pauperes colonos incarcerantem
peccare mortaliter, tenerique ad reſtitutionem
damnorum ipſis carceratis; quia illicitum eſt
opus, quod ex natura ſua directè, & intrin-
ſecè ordinatur damnum Innocentis; quamvis
ex extrinſeca intentione operantis, ordinetur
ad damnum nocentis, & operanti ſumme diſ-
pliceat innocentis damnum, cum ergo carcera-
tio ordinetur ex natura ſua ad damnum inno-
centis intrinſecè, & directè, & non poſſit ju-
ſtificari talis carceratio ex intentione intrinſeca
ſe defendi à Clerico † Quia quod eſt operi in-
trinſecum, & ex natura ſua talè prævalet inten- 9
tioni extrinſecæ & operantis fini extrinſeco, ſe-
quitur dicendum quod cum prædicta incarcera-
tio, quæ immediatè, & ex natura ſua tendit ad
damnum pauperis incarcerati, mediatè tendat, ac
cedat in damnum Clerici ut illa ſit illicita omni-
no docet in terminis, pluribus exemplis exor-
nans Berricel. *p.*1. *quæſt. moralium dict. tract.* 8.
miſcel. q. 11. *ex n.*5. à verſ. *quod ſecundam*, Ubi
etſi pro contraria ſententia proponat fundamen-
tum; quia licet Baroni ſe defendere à fictis dona-
tionibus Clericorum, auferendo illis colonos, ſed
nullo Doctore comprobans, reſidet in proxima
relata Doctrina, quæ juvatur admodum ex dictis
in textu noſtro, per tam plures quæſtiones: quare
omitto alia, quæ Berricellus ſupponit non mul-
tùm neceſſaria pro intellectu, & reſolutione hu-
jus dubii.

Etenim prædicta incarceratio damnoſa eſt duo- 10
bus perſonis, nempè Clerico, & Colono, & quate-
nus damnoſa eſt Clerico, cujus obſequia Baro
præhibet, poteſt in foro externo prædictus Baro
declarari excommunicatus juxta textum *in cap. fin.*
de immunit. Eccleſ. lib. 6. juxta quæ dixi *ſuprà ſub*
q. 17.. Sed quod in foro interno poſſit excuſari ab 11
excommunicatione. & à peccato, quo juſte ve-
xat Clericum, ſe fictis donationibus vexantem,
probat idem Berricel. *dict. tract.* 8 *quæſtion* 11.
*numer.*1. ex Doctrina Bartholi *in l. qui ſolidum*
in princ. ff. de leg. 2. Covarruv. 1. *variar. cap.* 2.
numero 5. verſ. *ad ſextum*, Menochii *de arbitr.*
caſu 177.*n.* 15.

Dicentium ut poſſit à me negari totum de- 12
bitum creditori petenti plus debito, vexan-
do vexantem, ut à vexatione recedat: & ad-
dit Berricel, ut nec peccet ratione ſcandali, cum
omnes

omnes ſciant fictas eſſe hujuſmodi donationes.

13 Ad tertiam quæſtionis partem, quia negat Berricellus *quæſtionum moral. & legalium p.1.tract.8. micell. quæſt. 13. ex numer. 6. in verſ. his non obſtantibus* ex Doctrina Molinæ *de juſt. & jure tract. 2. tom. 3. diſp. 663. numer. 5. in verſ. ex eo* & in *verſ. quoniam*, Thomæ Sanchez *opuſcul. tom. 1. lib. 2 cap. 4. dub. 55. numer.* 40. Pauli Layman *in theologia morali lib. 3. p. 1. cap. 3. numer. 4.* Emanuel Rodriguez *quæſt. regular. tom. 3. quæſt. 74. art. 7.* Henriquez *in ſumma lib. 10. cap. 15. n. 5. in gloſſa litt. V.* Maldero *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 11.* Silveſtro verb. *immunitas. 1. quæſt. 6. n. 22.* ex Cardinali Lugo *de juſt. tom. 2. diſp. 36. ſect. 9. numer. 142.* eorum verba referens ex aliis Theologis, etiam ut ſunt Roſella verbo *pedagium num. 17.* Ricardus *quodlibeto 2. quæſt. 30.* Aſtenſis *in ſumm. lib. 3. art. 3. tit. 4.* Lopez *inſtruct. confeſſar. lib. 2. cap. 40. quæſt. 6. verſ. ſed ulterius*, Duardus *in Bulla cœnæ lib. 2. can. 18. quæſt. 20. numer.* 10. Coriolanus *ibi excommunic. 18. fol.* 949. Azorius *tom. 3. lib. 5. cap. 20. quæſt. 2.* ex juris peritis Bart. *in l. licitatio §. fin. ff. de publican, & veſtig.* Archidiacon. *in cap. fin. de cenſib. lib. 6.* Menochius *de arbitr. caſu. 562. numer.* 44. Berthaquino *de gabellis p. 7. quæſt. 7.* Bœrius *deciſ. 213. numer.* 19. Burſatus *conſ. 32. numer. 14. volum.* 1. Purpuratus *conſ. 489. numer.* 7. Laſſarte *de decim. vendit. cap. 19. numer.* 10. Paulus de Caſtro *conſ. 432. volum. 2.* Mexia *in pragmat. taxæ panis concluſ. 7. numer.* 39. Velaſeus *de jure emphytheutico quæſt. 17. numer.* 5. Octavius Vulpellius *de libertate Eccleſiaſt. p. 2. numer.* 51. Tyraquel. *de retractu §. 1. gloſſa. 13. numer.* 12. cum aliis antiquis, quos ipſe citat pariter ſcribentes poſſe Principem imponere gabellam ſuis ſubditis, qui tenentur eam ſolvere, quamvis emant à Clericis; licet indirectè graventur Clerici, qui propter onus gabellæ vilius vendunt.

14 E contra verò videatur reſpondendum ex Doctrina, quam ſæpius adduxi *ſuprà à quæſtione* 1. & ex Graciano *diſcept. forenſ. cap.* 39. Laderchio *conſ. 108. à numer. 8. uſque ad* 15. Thomas del-Benè *de commitiis, dub. 30. ſect. 1. numer. 2. &* 5. Valenzuela contra Venetos *p. 3. num.* 123. Surdo *conſ.* 109. Marta *de juriſd. p. 4. caſu.* 13. Felino *hic numer.* 69. & aliis juriſtis *per cap. ſtatutum de hæret. lib. 6. & cap. quanto de privilegiis*, docentibus Principem, nec directè, nec indirectè poſſe ſuis gabellis gravare Clericos, ut expreſsè cavetur in *dicta Bulla cœnæ can.* 8. & quis ex quo ex gabella impoſita laicis tantùm, indirectè impoſita videatur ſolutio Clericis, ipſique inde carius ement, aut viliùs vendant, apparet gravatos eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, non ergo ut docent Zerola *in praxi Epiſcopor. p. 2. verb. gabella quæſtione* 4. Laderchius *conſ. 103. numer. 5. &* 9. Mandellus *conſ. 8. numer.* 16. 17. & 18. Thomas del-Benè *ſuprà ſect.* 5. Homobonus *p. 2. tract. 9. cap. 1. quæſtione* 1. Alterius *de cenſuris tom. 1. diſp. 19. lib. 5. cap. 6. fol. 740. col.* 2. Aponte *de cenſ. Pauli V. fol.* 82. poteſt imponi gabella ſolvenda laico ementi vinum à Clericis, cum ſic indirectè gravetur Clericus, qui vilius vendet, & ex aliis inquam fundamentis, quæ poſſunt ex longè antè adductis *à q.* 1. hic adjici.

15 Sed quia in tam gravi difficultate communis diſtinctio Doctorum ſit ea, quam Thomas del-Benè *dict. dubio 30. ſect. 10. numer.* 2. Diana *p.* *tract. 2. reſ.* 49. Belletius *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exemptione Clericor. §. 8. numer.* 2. Roland *conſ. 61. numer. 18. volum.* 4. Riminaldi *conſ. 724. numer. 49. & 59. volum.* 6. Surdi *conſ. 12. numer.* 66. & de qua ego dixi *ſupra quæſtione* 48. in *verſ. ad ſecundam*, & *ſub. quæſtione 15. ex numer.* 17. & 25. nempe quod ſi onus gabellæ annexum eſt contractui, ſeu actui venditionis, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, quia ex illa indirectè, & per ſe gravantur Clerici ementes proinde carius, tunc ſit reſpondendum juxta affirmativam ſententiam. † Verùm ſi gabella eſt im- 16
poſita actui ſeparato à venditione, tunc non eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam; qui imponitur rei laicali, & laico, qui poteſt non minus laicis, quàm Clericis vendere, ſitque per accidens quod Clericus vendat cariori pretio, veluti quando talis gabella impoſita eſt pro aſportatione, vel pro licentia publicè vendendi, & ut explicatur *ſub dicta quæſtione 15. & quæſt.* 48. & ut diſtinxit ante omnes Bald. *conſ. 31. volum.* 1. ideo exiſtimo difficultatem propoſitam reſolvendam eſſe penſato modo, quo impoſita eſt, annexa ſcilicet ipſi contractui, aut actui, vel actui ſeparato, quomodo plura à nobis *ſuprà à quæſtione* 1. dicta elareſcunt, & juxta, diſtinctionem prædictam, quam poſui *in dict. quæſt. 48. verſ. ad ſecundam* cum aliis duabus ſequentibus.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatu- 17
tum cogens Clericum ad vinum vendendum, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? Et præmiſſis quæ adduxi *ſub quæſt. 2. quæſt. 16. quæſt.* 38. cum aliis, & quæ dico in *verſ. ad quintam*, hic breviter reſpondeo tale, & quod obligat ad vendendum res ſuas, eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; quia ſtatutum auferens ea, quæ competunt Clerico jure communi, vel illi prohibens quæ jure communi prohibita non ſunt, eſt directè contra libertatem Eccleſiæ, ut ſæpè jam dixi, & docent Felinus *hic numero 69. verſ. tertia opinio*, Ubi Imola *numero* 11. Decius *num.* 3. Imola *in cap. cum terra de elect.* Valenzuela *contra venetos p. 1. numero 62. & 64. & numer.* 55. Caſtrenſis *in auth. caſſa numer.* 4. Ubi Decius *numer. 17. de ſacroſanct. Eccleſ.* † Sed jure com- 18
muni quilibet eſt liber ad vendendum cui vult, nec cogitur invitus uni vendere, *l. invitum ff. de contrah. emptione*, *l. nec emere Cod. de jure deliber*; ergo eſt contra libertatem Eccleſiaſticam eos cogere ad vendendum: & in terminis docet Berricel. *dict. quæſtione 12. numero 8. 9. &* 10. Sanchez *in conſ. lib. 2. cap. 4. dubio 54. numer.* 24. Valenzuela *ſuprà*, Didacus Perez *lib. 1. ordin. tit. 3. l.* 1. & alii per textum *in cap. 1. de immun. Eccleſ. lib.* 6.

Deinde probant Doctores, quia ut jam ſu- 19
prà dixi *quæſtione* 18. concedunt Clerico ut ſuum vinum per alios vendat ad minutum in Taberna, quia hoc non eſt negotiari, ut dicunt Geminianus, & Francus *in cap. unico de vita & honeſt. Clericor. lib.* 6. Barboſa *de officio Epiſcopi p. 2. alleg.* 13. Marta *de juriſd. p. 4. cent. 1. caſu. 3. numero* 9. qui & dicunt quod onerantur, dum talis libertas eis aufertur, & quia poſſunt cum vino, & alia ſua comeſtibilia vendere in Taberna, & honeſtè lucrari juxta quæ dixi *ſuprà dict. quæſtione 18. in verſ. ad tertiam*, dum egi de illa quæſtione: *an ſi in aliqua terra alicujus*

Domini vendantur commeſtibilia tantum in ejus
Taberna , vulgo , vadegon , poſſunt adhuc Cleri-
ci aperire Tebernas , vendere vinum , nivem , &
alia recollecta in eorum prædiis , & per illa , quæ
dixi *ibi quæſtione* 15. verſ *ad quartam* , dum egi
de illa : *an Clerici teneantur ſolvere vectigal ex*
exactione frumenti , vini , & ſimilium , quæ ex
bonis patrimonialibus collegerunt , ut alibi condu-
cendo , carius vendant à numer. 29. & in aliis ad-
20 ductis in textu noſtro. † Ergo cum Eccleſia ha-
beat privilegium , ut libere poſſit cui libuerit
vendere , alioquin deterioris conditionis eſſent
Clerici , quàm laici , quod eſſe contra immuni-
tatem Eccleſiaſticam , jam ſæpè dictum eſt , ut
docent Felinus *hic numer.* 111. Zabarrella *in cap.*
pervenit numer. 13. *de immunit. Eccleſ.* Riccius
in praxi tom. 3. *res.* 207. *numer.* 7. Valenzuela
contra venetos p. 3. *numero* 158. ſequitur conclu-
21 dendum ut dicimus. † Ob quæ Berricellus *dict.*
quæſt. 12 *in princ.* & *in fine numer. fin.* & ex dictis
à num. 7. damnat ſtatutum civitatis Monopolis ,
quæ in publico Parlamento decrevit imponere
gabellam quatuor obolorum pro ſingulis Phialis
vini ; & quia eſt in antiqua poſſeſſione taxandi
vini pretium , quod venditur tam à laicis , quàm
á Clericis; ideo ut evitarentur fraudes ſtatuerit,
ut vinum Clericorum , quod ab illis vendendum
eſſe ad minutum , totum ſimul ematur à depu-
tatis civitatis juxta impoſitam taxam , ut illud
deinde civitas poſſit cum gabella ſuis civibus ven-
dere ; & quod tamen Clericis ementibus , debi-
tior ſioe gabella , & probat ex dictis , & ex eo ;
quia quamvis regulariter Clerici teneantur ven-
dere triticum , & vinum juxta taxam Magiſtra-
tus laici (ut jam *ſuprà* adduxi *ſub quæſtione* 1.
& 2. & alibi) tamen io caſu noſtro reſolvit Ber-
ricel. ut non teneantur vendere deputatis civita-
tis in conſcientia juxta taxam ; quia ex tali coa-
ctione de vendendo totum ſuum vinum juxta
taxam illis , & non aliis , etiam ſatis gravaren-
tur ; & quia ut jam adduxi *hic in quæſtione noſtra* ,
& *ſuprà ſub dicta quæſtione* 2. io verſ. *ad ſecun-*
dam , & docuerunt Felinus *hic numero* 80. Surdus
conſ. 301. Diana *dict. p.* 3. *tract.* 1. *res.* 13. & *p.* 4.
tract. 1. *res.* 14. cum multis Suarez *de legit. lib.* 3.
cap. 34. *numero* 13. & *contra Regem Angliæ lib.* 4.
cap. 16. *numero* 9. Angelus verb. *lex numero* 5.
Loyzau *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 13. *numer.* 12. idem
Berricel. *ſuprà numer.* 10. cum Abbate *hic num.*
22 10. † Ex eo , quia hoc ipſo quod ſtatutum ſpe-
ciatim nominat Clericos , illis aliquid præci-
piendo , etiam ſi eſſet favorabile Clericis tale ſta-
tutum ex defectu juriſdictionis , & nullum , &
contra Libertatem Eccleſiaſticam , nec ut ſit con-
ſiderabilis utilitas , quam affert Clericis , quin
ſit contra libertatem Eccleſiæ ; eo quod majus
præjudicium infertur uſurpando Eccleſiæ juriſdi-
ctionem , quam ſit quodcumque commodum ,
quod poſſit afferri ; & in prædicto ſtatuto civita-
tis Monopolis nullum conſiderari poteſt Cleri-
cis ; licet liberet eos à gabella impoſita laicis ,
cum reperiantur Clerici gravati in coactione
vendendi potius deputatis illius civitatis totum ,
vinum , & non aliis , quod eſt conſiderabile præ-
judicium , & eſto non gravarentur , non debuit
civitas illos cogere expreſsè ad vendendum ſuum
totum vinum ſolis Deputatis.

Et in tantum hunc adſtruit ſententiam Berri-
23 cellus *dict. quæſt.* 12. *tr.* 8. *moralium p.* 1. *ſub n.* 7.
verſ. *ergo* ex Doctrina Suarez *de legib. lib.* 3. *dict.*
cap. 34. *numer.* 3. Dianæ *p.* 4. *tract.* 1. *res.* 59. Feli-
ni in textu noſtro *numer.* 104. ut dicant Clericos
non poſſe cogi ab Epiſcopo , ut vendant cum
gabella , & juxta taxam ; ſic ut nec vendentes ſi-
ne gabella , & ultra taxam queant ab Epiſcopo
puniri , cum ſequantur opinionem probabi-
lem , non peccent graventurque , dum per
ſtatutum coguntur vendere cum gabella , aut de-
putatis juxta taxam ; quia poſſunt in conſcientia
vendere ſine gabella , & ſic ultra taxam : etenim
libertas vendendi , cum ipſis libuerit , eſt pretio
æſtimabilis, pro ut dicunt Doctores de mutuante,
qui uſuram committit , ſi mutuatur cum onere ,
ut ab ipſo amas , aut illi vendas , cum ergo hoc
onus imponere Clericis , ſit libertatem auferre,
ſequitur ut vendens laico non teneatur ſervare
taxam , non enim poteſt vendere ſine gabella ,
quia taxa , quæ erat juſta , adjuncta gabella eva-
dit vilis , & Clerico injuſta , cum vendit ſine
gabella ; ob idque non poſſe compelli ab Epiſco-
po , concludit , ut vendant Deputatis civitatis
juxta taxam; ſiquidem poſſunt in conſcientia ven-
dere ſine gabella ; & ſic ultra taxam , & mul-
to minus , ut laici poſſint illos cogere ad ven-
dendum vinum deputatis civitatis juſta taxam ,
cum id manifeſtè repugnet libertati Eccleſia-
ſticæ.

Ad quartam quæſtionis partem, an laici emen-
tes vinum à Clericis , teneantur ſolvere gabel-
lam? In quo dubito reperio duas opiniones contra-
rias , & prima eſt , quod laicus emens à Clerico 24
teneatur ſolvere , & hanc corroborant DD. ex
dictis de colono infrà in verſ. *ad ſextam* : Dein-
de quia immunitas à gabella, eſt privilegium per-
ſonale Clerici , quo non debet juvari laicus ab
eo emens : ſic docent plures citati à P. Thomas
del-Benè *de parlament. dub.* 30. *ſect.* 1. *numer.* 6.
Rodrig. *quæſt. regular. tom.* 3. *quæſt.* 74. *art.* 7. 10.
& 13. Molina *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 663. *numer.* 6.
gloſſ , Paulus , & Imola *in Clem. ult. de cenſib.*
Guid. Pap. *deciſ.* 208. Bald. *conſ.* 496. *lib.* 4. Ubi
ait ita ubique locorum obſervari , Boërius *deciſ.*
213. *numer.* 19. Tyraquellus innumeros citans
ſuo more *de tractatu conſang.* §. 1. *gloſſa.* 13. *nu-*
mero 12.

Secunda tamen opinio , & quidem infinitis
plauſibilior , & quam Doctores referendi tutiſ-
ſimam in conſcientia appellant , eſt nempè , 25
quod laicus emens vinum à Clerico , non tenea-
tur ſolvere gabellam , & probant eo quod pri-
vilegium venditoris tranſit ad emptorem , ex *l.*
Rutilia Polla , Ubi Bartol. & alii *ff. de contrah.*
empt. & ſic dicunt , ut ſicut à gabella immunis
eſt Clericus ita emens ab illo ; tum quia Cle-
ricus propter injunctam gabellam indirectè gra-
vatur : nam pretium vini decreſcit propter
onus gabellæ ; ſiquidem ſi nulla eſſet ſolvenda ,
gabella , taxa impoſita vino eſſet V. G. *quinque*
pro Phiala , Sed propter impoſitionem gabel-
læ erit vilior taxa V. G. *quatuor cum dimidio* ,
& ultra taxam ſolventur quatuor oboli pro ga-
bella : quare dicunt quod propter adjunctum
onus gabellæ , vilior eſt vini taxa ; ſic ut per
gabellam partim gravetur emptor , qui carius
emit , & partim venditor , qui vilius vendit :
ita docent , & ex aliis fundamentis de Colo-
no , & emphitheuta Eccleſiæ Felinus *hic nu-*
mero 66. Menochius *lib.* 2. *Conſil.* 136. Gra-

tianus

tianus diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 290. Laderchius, conſ. 103. Riccius in praxi tom. 2. res 187. num. 2. & res. 282. Surdus conſ 305. Homobonus in examine Eccleſiaſt. p. 2. tract. 9. cap. 1. q. 1. Zerola
26 in praxi Epiſcop. 1. verb. gabella q. 4. * Sequitur Diana p. tract. 2 res. 48. Ubi ait quod Senatus Panormitan. videns rem eſſe periculoſam, noluit imponere gabellam vino, quod emebant laici à Clericis: idem docet cum aliis p 4. tract. 1. res. 52. & cum multis Thomas del-Bene de Parlam. dict. dub 30 ſect. 1. num. 5. Apontè reſponſo de cenſura Pauli V. fol. 82. Mandellus conſ. 8. 16. 17. & 18. Rodiquez in ſumma tom. 1. cap. 75. num. 14. Alterius tom. 1. diſp. 19. lib. 5. cap. 6. ſol. 140. col. 2. Megal. 1. 2. lib. cap. 18. q. 6. n. 107.

27 Unde inferunt DD. quod ſi laicus emens à Clerico, tenetur ſolvere gabellam, indirectè gravatur Clericus, probantes ut ſit utilior taxa ob adjunctam gabellam, ut experientia patet: nam Vagiſtratus cum taxat pretium vini conſiderat omnes circumſtantias, inter quas præcipua eſt onus gabellæ; & ſic firmant, ut propter gabellam adjunctam
28 ſolvendam ab emptore, utilior ſit taxa. † indèque fieri ut gabella redundat partim in damnum emptoris, & partim venditoris, ut addunt Thomas del-Bene de Parlam. dub. 20. ſect. 9. num. 2 ex multis & cum alia Diana dicta res. 48. Bonacina de contract. diſp. 3. q. 9. puncto 1. num. 4. Turrianus tom 2. in 2. 2. diſp. 46. dub. 8. Vaſquez opuſculo de reſt. cap 6. §. 2 dub. 9. n. 52. Molina de juſt. tom. 3. diſp. 608. & diſp. 678. num. 2. Leſſius lib 4 cap. 33 n. 68. & Caſtrenſis conſ. 433. num. 2.
29 gabellam eſſe partem pretii.

Ego inquam optarem, quod hæc ſecunda ſententia in praxi obſervaretur, & ad minus non rejiciendo primam, quæ habet Patronus, exiſtimo hanc componi juxta diſtinctionem poſitam in verſ. ad tertiam, in verbo ſed quia in tam gravi ex ibi notatis per dicta ſupra in quæſt. 48. præced. à verſ. ad ſecundam: nam quando imponitur gabella in ipſo actu emptionis probabiliter nimis dicunt DD. non eſſe ſolvendam à laico emente num ò Clerico; quia vinum adhuc eſt Clerici, cum actu venditur, aut imponitur gabella; ſecus verò, ut ſit ſcilicet ſolvenda gabella, quando illa imponitur pro actu ſeparato v. g. pro aſportatione vini; quia tunc vinum eſt, non Clerici: ita tenent ex Baldo conſ. 31. volum. 1 Belletus diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de exempt. Clericorum § 8. n. 2. Thomas del-Bene cum aliis de Parlam. dicto dubio 30. ſect. 10. n. 2. Surdus conſ. 127. num. 66 Riminald. 726 n 49. & 59. vol. 6 Roland. conſ. 61. n. 18. lib. 4. iterum videbis eundem Thomas del Bene de immunitate p. 1. 1 q. 5. ſect. 15. idem repetentem.

30 Ad ſextam quæſtionis partem, an Coloni Eccleſiarum portione collonica teneantur ſolvere gabellam? Et ſuppoſitis quæ poſui ſupra quæſt 42. verſ. ad ſecundam. ubi de quæſtione, & an conductores bonorum Eccleſiaſticorum poſſint conveniri coram judice Eccleſiaſtico, de qua latiſſimè, ac de aliis, etiam de colono, & emphyteuta ſcripſi ſub cap. 5. de foro comp. aliqua ſub. q. 31. verſ. ad quintam, & alibi; & quod non teneantur; quia ex hoc gravarentur Clerici, qui vilius locarent ſua prædia, docent Bart. in l. placet in fine cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Abbas conſ. 9. verſ. ad ſecundum lib. 1. & in cap. ex parte n. 4. & 6. de decimis Gratus conſ 130 volum. 1 Natta conſ 409. Burſat. 25. volum. 1. cum multis Thomas Del-Bene de comitiis dubio 30. ſect. 18. Berricel noviſſime dict. 1. p. moral. & legal. quæſtion. tract 8 q. 13. n. 4. & q 12. num. 5. Diana p. 3. tract. 1. res. 19. Franciſcus Leo in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 14. num. 35. Peyrynus de privilegiis minimorum tomo 1. conſt. 2. §. 33. n. 42. Tamburinus de Jure Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 21. dub. Menochius de arbitr. caſu 662 n. 42. Cardinalis Lugo de juſt. tom. 2. diſp. 36. ſect. 7. n. 107.

Et ita licet alii non pauci affirmativè reſpondeant. ut refert Diana, dict. res. 19. in princ. quos 51
libenter admittam cum Filiucio tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 302. & cum Diana ubi ſupra in verſ. illud quando, v. g. Coloni Religioſorum, & Clericorum deferrent de loco ad locum fructus collectos, aut illos alienarent; quia tunc ſunt bona laicorum, quæ non pertinent, nec indirectè ad Eccleſiaſticos; aliter verò reſpondendum eſt juxta primam relatam ſententiam.* Siquidem patet ex 52
Bulla Pii V. quod per illam Summus Pontifex exemerit fratres Monachos moniales, ac alias regulares perſonas, eorùmque monaſteria, Cænobis, Conventus, Eccleſias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, poſſiones, prædia, agros, & bona, nec non laboratores Colonos, arrendatarios, affictuarios, ac geſtores ſuorum negotiorum ab omnibus exactionibus, tam Urbanis, quàm ruſticis, necnon datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, Collectis, impoſitionibus, oneribus ordinariis, & extraordinariis, ac tam realibus, quam perſonalibus, meris, & mixtis, etiam ſubſidio trienali, & augmento, ac foreulatoribus, equorum taxis, militùmque Hoſpitiis &c.

Quæ maximè procedere dicunt Menochius 53
de arbitrar. dict. caſu 562. num. 56. Marchabrunus conſ. 18. n. 39. Diana ſupra, & alii, quando Colonus à principio fuiſſet pactitatus cum Eccleſia, quod vellet etiam immunitatem conſequi pro parte ſibi competente. * Unde notat ipſe Diana 45
dict. res. 19. in fine à fortiori Colonos, ſeu affectatores prædiorum Eccleſiaſticorum non teneri ſolvere gabellam vulgò de luxiuri; quia quando dicti Gabellarii taxant: & pretiant dictam gabellam, fructus non eſt ſeparatus à ſolo Eccleſiaſtico immoni à gabella, & in facti contingentia, Carolus de Graſſis de effectib. Cleric. effectu 3. n. 90. firmat ut in urbe Panormi fuerit deciſum pro emptoribus fructuum pendentium cujuſdam Viridarii Religionis Melitenſis contra Gabellotos, qui prætendebant Jus gabellæ ad ipſis emptoribus; & hoc quia fructus non erant ſeparati à ſolo tempore venditionis. Et iterum repetentem videbis Thomam del-Bene de immunit. p. 1. cap. 5. dub. 7. ſect. 18. & ſect. ubi de Colonis Regularium circa ſolvendas decimas.

Ad ultimam de emphyteuta, & præhabitis 55
quæ dixi ſupra ſub. quæſt. 25. & 26. pro intellectu cap. quæ in Eccleſiarum 7. hujus tituli, & ſub. dict. cap. 5. de foro comp. Ubi de foro ſortiendi ab emphyteutis Eccleſiæ, & colonia; Reſpondeo ex Doctrina proximè adducta in dicto verſ. ad ſextam, ne longius agam, ot non teneatur emphyteuta Eccleſiæ ad collectam communem; quamvis emphyteuta laici teneretur, ut in terminis docent, Bartol. & Joannes De Platea in privatæ cod. de excuſat. munier. lib. 10. Saliect, & Albericus in l. 2. cod. de Jure emphyt. Baldus in l. 1. 1. cod. eodem, & cum aliis noviſſimè Berricel. dict. p. 1. quæſt. moral. & legal. tract. 8 quæſt. 12. num. 6. & cum aliis Thomas del-Bene de Parlam. dict. dubit. 30. ſect. 17. & Valenzuela contra venetos p. 1. numer. 59.

36 † Sed idem Thomas del-Bene *n.* 3. cum Feliciano *de cenſibus lib.* 1. *tom.* 2. *in addit.* & *tom.* 1. *d. lib. cap.* 10. *n.* 5. & 15. limitat in emphyteuta Eccleſiæ redimibili dicens ut non gaudeat privilegio exemptionis debitor cenſus Prædiique poſſeſſor, ſi Eccleſia vel perſona privilegiata, domum, agrum, vineam vel quid aliud in cenſum Emphyteuticum redimibilem concedit ex ea ratione quia in hac forma conventionis dominium nullum remanet penes Eccleſiam vel perſonam privilegiatam, ſed tantus Jus recipiendi penſionem annuam, repetit eadem *de immunit. p.* 1. *dub.* 7. *cap.* 5. *ſect.* 17. & *dubitatione* 28. videbis quæ dixi *quæſt.* 7. verſ. *ad ſecundam.*

QUÆSTIO L.

An peccet Clericus ſolvens vectigal, aut renuncians Franchitiam, ne fraudetur ſolutione ſuorum reddituum ſibi debita à Rege, an ſit danda Franchitia Clerico alterius expenſis viventi? Et an Clerico abſente ſtudiorum cauſa, debeatur ejus familiæ Franchitia, ſeu immunitas à gabellis? Et an ſtatutum dicatur contra immunitatem, eo ſolùm, quod circunſtantiis appareat Principem indirectè habuiſſe intentionem extorquendi à Clericis? Et quid ſit indirectè, & per accidens gravare Clericos? An gabella dicatur pars pretii: Ubi an ad incurrendam excommunicationem Bullæ cœnæ Domini ſufficiat actus attentus? Et an ſi ſeptem v. g. Conſiliarii conſuluerunt immunitatem Eccleſiaſticam, quintus, ſextus, & ſeptimus incidant excommunicationem?

SUMMARIUM.

1 *Clerici ſolventes gabellam, ut debitam laicis, quo pacto liberentur à peccato, & cenſura* 2. 3. 4. 5. 6. 7.

4 *Clericus ſolvens gabellam ad redimendam vexationem, nec peccat, nec incurrit cenſuram, idem ſi ſolvat, ut donum* n. 6.

5 *Electoribus paratis facere electionem de indigno, licet pecuniam dare, ne id faciant.*

7 *Clericus non tenetur tueri privilegium Clericale cum magno damno ſui, ſi eſt præſens, ſi quod paratur communitati non eſt ſic.*

8 *Franchitia, ſive immunitas à gabellis datur Clerico alterius expenſis viventi* n. 9.

9 *Franchitia datur famulis Domini, cui ea competit, etſi victum in pecunia recipiant: Ubi de ſtatuto Mantuano* n. 10.

11 *Franchitia debetur familiæ Clerici abſentis à Domo propria, & oppido ſtudiorum cauſa.*

12 *Clericus abſens de licentia ſui Prælati, reputatur præſens quoad percipiendos fructus ſuæ Præbendæ* n. 13.

13 *Camera Regia rectè conſuevit aſſignare Clerico franchitiæ duorum mediorum in ſingulos menſes; etſi Clericus vix unum comedat, cum pars ſuperſtes aſſignata videatur pro ejus familia.*

14 *Statutum ne quis frumentum emat extra ſuum uſum, non prohibet ut qui habet licentiam pro uſu ſuo, certam frumenti quantitatem, queat deinde illud frumentum vendere, & ſi eo non utatur.*

15 *Franchitia decreta ſemel v. g.* 24. *mediorum debetur, etſi Clericus nollet tot uti pro ſuo uſu, & familiæ, fallit ut* n. 16.

17 *Statutum factum à laicis, ut Clerici ſolvant gabellam, etiamſi prius agerent de obtinenda facultate à Papa, eſt contra immunitatem. Aliter dicunt alii* n. 19. 20. 21. 22. *ſed reſolve ut* n. 23.

18 *Statuta laicorum per circuitum tendentia in Eccleſiaſticos, ſunt nulla.*

19 *Statutum laicum, ut cognoſcatur num ſit contra immunitatem Eccleſiæ, attenditur finis operis, non operantis, &* n. 20. 21.

20 *Animus malus non facit ut res, quæ non eſt contra juſtitiam, ſit contra eam.*

21 *Doloſus nec fraudulentus eſt, qui facit aliquid, ob quod fugiat obligationem legis, non animo doloſo, & fraudulento.*

22 *Jejunii obligationem unius loci ſi quis fugit, ſe transferendo in alium locum, ubi non eſt tale præceptum, num rite fugiat* n. 24.

25 *Bullæ in cœna Domini incurſus cenſuræ contingit per actum attentatum, ut* n. 26. *ſi deventum eſt ad aliquem actum exteriorem ut* num. 25.

28 *Immunitas Eccleſiaſtica, quibus modis dicatur indirectè Læſa per ſtatuta laica? explicatur variis dicendi modis ut* n. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

31 *Indirecta, ſeu per accidens Læſio immunitatis Eccleſiaſticæ differunt &* n. 31.

32 *Per accidens contingentia, non habentur in conſideratione.*

33 *Detrimentum non dicitur ejus, qui ſecundario læditur.*

35 *Gabella pars pretii dicitur contra aliquos, eâque gravatur immunitas Eccleſiaſtica, & quare* num. 36.

37 *Conſiliarii ultimi votantes, ut primi, quando peccant, vel non, diſtinctione componitur, ut* n. 38. 39. 40. 41.

AD primam difficultatis partem, pro cujus vera reſolutione faciunt quæ dixi *ſupra à q.* 17. in verſ. *ad ſecundam*, & alibi *ſub q.* 13. & 14. Nunc video Doctores affirmantes, & negantes; affirmant inquam multi per textum *in cap. Clericos de immunit. Eccleſ. lib.* 6. Ubi Bonifacius VIII. excommunicat Clericos ſponte ſolventes onera à laicis ipſis impoſita. Et quamvis Clemens V *in Clem. quoniam de immunitate Eccleſiar.* revocaverit conſtitutionem Bonifacii, revocat eam tamen quoad excommunicationem, & ſic relinqui, ut remaneat obligatio ſub mortali non conſentiendi ſolutioni gabellæ cum præjudicio immunitatis Eccleſiaſticæ. † Deinde quia 2
quamvis Clericus poſſit libere donare, & ſolvere eam pecuniam, ſeu gabellam; & ſic nec recipiens peccet ab ita libere dante juxta dicta *ſub q.* 48. *in fine, verſ. ad quintam*, ubi de ſolvente Clerico gabellam ſponte per plures annos. † at ſi ſolvat tanquam debitam, & propter exactionem, peccat 3
recipi-

recipiens, ut dicunt Suarez *de conſ. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 49. & Duardus *in Bullam cœnæ lib.* 2. *can.* 19. *quæſt.* 16. præcipuè ſi conſideremus ex regula textus *in cap. ſi diligenti de foro comp.* ubi latiſſimè ſcripſi Clericum peccare renunciando immunitati Eccleſiaſticæ quoad bona, & quoad perſonas per ea etiam, quæ latiſſimè dixi *in cap.* 5. *eodem,* & *in cap.* 2. cum aliis *de judiciis*; ſiquidem faceret injuriam toto ſtatui Eccleſiaſtico; ergo videtur evinci, ut etiam peccet Clericus ſolvens, tanquam debitum, & propter actionem; cum ita præjudicet totius ſtatus Eccleſiaſtici privilegio. Et quare autem Clerici ſponte ſolventes gabellam, non incurrant cenſuram, dixi late *ſupra ſub q.* 47. verſ. *ad quintam.*

4 Verùm alii probabilius dicunt eſſe, ut Clericus nec peccet, nec ſit excommunicatus ex eo, quod in caſu noſtro ſolvit gabellam ad redimendam vexationem. Non enim peccant Eccleſiaſtici, qui ad majora mala vitanda, permittunt aliquid fieri à laicis contra immunitatem Eccleſiaſticam, ut docent Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 8. *num.* 4. & Berricel. noviſſimè *quæſt. moral.* & *legal. p.* 1. *tract.* 8. *quæſt.* 16 ex Doctrina Scobar. *in Theologia morali tract.* 6. *exam.* 3. *cap.* 1. verſ. *num. ulla.* Alterii *de cenſuris lib.* 5. *diſp.* 19. *cap.* 3. verſ. *notandum*, qui quamvis loquantur de excommunicatione propter eandem rationem, idem de peccato procedere dicit Berricel. & juvat Doctrina *lib.* 9. *de juſt. q.* 6. *art.* 1. Cajetani *opuſculo de ſimonia q.* 3. Aragon. *in* 2 2. *quæſt.* 100. *art.* 1. *fin.* Ledeſm. *in ſum.* 1.
5 *tom. tract.* 12. *poſt* 27. *concluſ.* Villalob. † Dicentium quod quando electores parati ſunt eligere ad beneficium indignum, licet dare pretium illis, ne id faciant; quia id non eſt emere rem ſacram, ſed impedire peccatum; imo addunt alii ſimoniam non committi, cum datur aliquod pretium ad redimendam vexationem.

6 Et confirmatur quia poſſunt Clerici liberè ſolvere, tanquam donum, non tanquam debitum; & ſic ad redimendam vexationem; non enim videntur in utroque caſu renunciare beneficio immunitatis Clericalis; quia in neutro agnoſcunt ſe debere, cum non ſolvant, tanquam debitum, ſed tanquam Donum. Præterea, quia quando dam-
7 num, ſeu præjudicium, quod communitati infertur, non eſt præſens, ſed remotum, & damnum, quod actu patitur. Clericus eſt præſens, ac magnum, tunc non tenebitur cum magno, & præſenti damno tueri privilegium Clericale, nec remote præjudicetur bono communi. Sed ex hoc quod aliqui Clerici, ut conſequantur quod ipſis debetur à Rege, ſolvunt gabellam, non præjudicatur proximè cæteris Clericis; quippe qui non coguntur inviti ad ſolutionem, ergo. Quibus fundamentis hunc docet Berricel. *ubi ſupra dict. q.* 16. quam non refero; & ſi hoc ultimum fundamentum non ſit admodum firmè.

8 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſit danda franchitia Clerico alterius expenſis viventi? Affirmativè reſpondeo, tum per illa, quæ latè dixi *in dicto cap.* 2. 3. 4. 8. 13. 17. & *fin. ne judiciis*; item & *in cap.* 2. 5. & *aliis*, *de foro comp.* item ex eo etiam, quia ſi Clericus iſte non haberet franchitiam, quamvis ipſe non ſolverit immediatè gabellam; tamen revera ſolveret immediatè; non enim refert à quo ſolvatur mediatè, vel immediatè gabella, ſi Clericus ratione gabellæ gravatur, ut docent Gratianus *diſcept. forenſ. tomo* 2. *cap.* 290. Menoch. *conſ.* 136. Riccius *in praxi tom.* 2. *res.* 187. *num.* 2. & *res.* 283. & ut ait Berricel. *dict. p.* 1. *quæſt. moral. tract.* 8. *q.* 9. conſuetudine obtentum eſt, ut Clerici, quia in alienis Domibus victum obtinent, franchitiam recipiant.

Et patet; tum ex adductis *ſub. q præced.* 49. *in fine*, nempe; quia ſi nulla adeſſet gabella, victus eſſet vilior; & ſic ſi à Domino, præter victum reciperet v.g. pro Salario, ac ſtante gabella cum victus ſit carior, reciperet tantùm viginti; ſequitur ut mediatè ſolvat gabellam. Quæ ſententia ultra praxim, communem etiam in his Regnis Hiſpaniæ nongabellandi Clericis viventibus alienis expenſis. * Probatur ex ſtatoto mantuano, ut famuli, ſcilicet viventes, expenſis civium, gaudeant immunitate gabellæ; & ſic tale ſtatutum explicantes, Surdus *deciſ* 35. Berret *conſ.* 150. Bellen. *diſquiſit. Clerical* §. 7 *n.* 2. referentes deciſum eſſe in Senatu Mantuano eadem immunitate gaudere famulos, ſi ſibi ipſis victum miniſtrent recipientes pecuniam à Dominis; quia æquivalenter dicuntur ab illis recipere victum, & ſic relati, & Berricel. reſolventes Clerico procedere, vivente ex ſua pecunia; quia utique ei debetur franchitia firmant in Clerico, qui vivit ſibi miniſtrans victum ejus Dominus loco pecuniæ, quæ alioqui à Domino ſibi eſſet danda. 9 10

Ad tertiam quæſtionis partem, an Clerico, abſente cauſa ſtudiorum, debeatur ejus familiæ franchitia, ſeu immunitas à gabellis? reſpondeo affirmativè, quia Clerici pro ſe, ſuaque familia, exempti ſunt à gabellis, à pari ergo qui tenetur alere Dominum, tenetur quoque ejus famulo alimenta præſtare, gloſſa *in cap.* 1. verbo *neceſſitatem* 21. gloſſa *in cap. ſtudeat in fine diſt* 50. Roman. *conſ* 189. *in princip.* Surdus *de alimentis tit.* 4. *q.* 18. *n.* 10. cum verò Clerici familia vivat expenſis illius; quid mirum, ſi illo abſente, ea perſeveret in Domo, ut neceſſario debeatur franchitia prædicta familiæ, cum nihil ad propoſitum interſit, præſens ne ſit, aut abſens Clericus. Etenim Clericus abſens de licentia ſui prælati reputatur præſens quoad fructus ſuæ Præbendæ percipiendos per gloſſam, Bartol & Plateam *in l. hac lege cod. de proxim. ſacror. ſcriniorum lib.* 12. Romanus *ſingul.* 453. ſic & ex aliis fundamentis docent in terminis Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu*, *numer.* 306. Viſcius *deciſ.* 88. *num.* 5. † qui refert ita deciſum, dum dicit, quod Regia Camera rectè conſuevit aſſignare Clerico franchitiam duorum modiorum in ſingulos menſes, cum Clericus via unum comedat, & partem ſuperſtitem aſſignaſſe pro ejus familia, quæ cum perſeveret; abſente Clerico, utique ei debeantur franchitia, Riccius *id praxi p.* 2. *res* 329. faciuntquè textus *in l. univerſi ff. de vectigal. clem.* 1. *præſenti*, ubi Cardinalis *n.* 8. *de cenſibus*, Bertachinus *tract. de gabell p.* 7. *q.* 7. § *item verum*, Roland. *conſ.* 34. *num* 18. *volum.* 3 & *conſ.* 71. *n.* 14. *volum.* 4. Bohus *tit de Principe n* 178. Baldus *conſ* 242. *volum.* 4. Imola *conſ.* 84. *num.* 1. Ruinus *conſ.* 112. *n.* 5 *volum.* 5. Boërius *deciſ.* 213. *num.* 8 Burſatus *conſ.* 42 *n.* 4. & 17. *colum* 1. quatenus, ut jam dixi probant quod Clerici pro ſe, ſuaque familia ſunt immunes à gabellis. 11 12 13

Et confirmatur ex ſententia Bartoli *in l. cætera* §. *fin ff. delegati* 1. Ubi ait quod prohibente ſtaturo, nequis frumentum emat ultra ſuum uſum, ſi quis habet licentiam extrahendi pro uſu ſuo certam frumenti quantitatem, nihil referat, ſi deinde ille frumentum vendat, eòque non utatur, ut dicunt etiam Baldus *in l. inde quærit ff. de exercit. actione* 14

actione

actione, Felinus *in cap.* 2. *hoc tit.* Marſilius *ſingul.*
66. Brunus *de ſtatuto excludente fœminas art.* 6.
num. 28 t. Afflictis *deciſ.* 72. *n.* 8. Surdus *conſ.* 41.
lib. 1. *n.* 4.* Infert ergo Berricel *dicta p.* 1. *tract.* 8.
15 *quaſt moral.* & *legal.* prædictam amplectens ſen-
tentiam in caſu noſtro *quaſt.* 8. quodſi ſemel ſit
determinata franchitia v. g. 24. modiorum, ſit
eadem ſolvenda; quamvis nollet deinde Clericus
24. modios pro ſuo uſu conſumere: nam ex quo
Regia Camera tot modios aſſignat Clerico, non
curat, an comedat, vel non comedat, an ſit abſens,
vel præſens, ſed intelligit procedere in caſu, quo
prædicta franchitia 24. modiorum, vix ſufficeret
familiæ Clerici abſentis, vel quamvis familia tanta
non indigeret quantitate, in nullius etenim præ-
judicium redundare dicit quod totam franchitiam
16 ſibi debitam reciperet in Patria † Limitat verò
quando præjudicaret gabellæ conductori: nam
tunc debebit partem recipere franchitiæ, ubi ſtu-
det Neapoli pro ſua perſona, & aliam partem pro
ſua familia in Patria; quod videtur congruum, &
rationabile.

17 Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatutum
videatur contra immunitatem Eccleſiæ; eo ipſo
quod circumſtantiis appareat Principem indirectè
habuiſſe intentionem extorquendi à Clericis?
Et ſuppoſitis quæ dixi *ſupra q* 2. verſ. *ad quartam*
num. 36. nempe quod *immunitas* & *libertas Ec-*
cleſiaſticorum non dependet à bono vel malo animo
ſtatuentium, ſed ex natura rei &c. Et ſuppoſitis
quæ dico *infra hoc* verſ. *ad quartam* videtur ut ſit
reſolvenda præſens difficultas; ſiquidem Cardi-
nalis Lugo *de juſt. diſp.* 36. *ſect. num.* 138. & 139.
ait quod ſi in Senatu, aut Principis Conſilio
actum ſit de imponenda Clericis gabella, & non
obtinenda facultate, prout volebat ad exigen-
dum à Clericis, quærunt alia media, quibus hoc
ipſum in re obtineant tale ſtatutum (inquit Lu-
go) eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam, † qui
18 & *dicto num.* 39 in fine ait quod immunitas hæc
dat Jus Clericis, ne intendatur eorum gravamen,
ſeu ne fiant ſtatuta talia, quæ in talibus circum-
ſtantiis ordinata ſunt ad eorum gravamen; pro-
hibet enim Eccleſiæ etiam gravamina indirecta,
quæ in his circumſtantiis præſumuntur etiam ad
gravandum Eccleſiaſticos per circuitum; & hujus
Doctrina videtur juvari ex multis in hoc textu
dictis.

19 Verùm Suarez *de cenſuris diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 91.
Sanchez *in opuſcul. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 55.
num 41. Caſtillus de Soto mayor *de tertiis debitis*
Regi cap. 9. *n* 54. Berricellus *dict. p.* 1. *quaſt. moral.*
tract. 8. *miſcel. q.* 13. *n.* 11. acerrimè defendunt in
caſu propoſitæ quæſtionis non lædi immunitatē
Eccleſiaſticam, quando ſcilicet petita à Summo
Pontifice licentia directè gravandi Clericos, &
cogendi ad contributionem, illa fuit denegata, ſi
modus ſolvendi gabellam, ſeu ſtatutum per ſe,
& ex natura ſua gravet laicos, & per accidens
Clericos, quidquid ſit de Principis voluntate; ait
enim Suarez in dignoſcendo, an ſtatutum ſit con-
tra libertatem Eccleſiaſticam, attendi debere fi-
nem operis, non finem operantis. † Nam ut ait
Sanchez, malus animus non facit quod res, quæ
20 alioquin non erat contra juſtitiam, ſit contra ju-
ſtitiam; indèque eveniat, ut mala intentio ſtatuen-
tium, non faciat quod ſtatutum ſit contra liberta-
tem Eccleſiaſticam, ſi independenter à tali inten-
tione tale ſtatutum non lædat per ſe libertatem
Eccleſiaſticam.

Et confirmatur, quia quemadmodum licet mi- 21
hi agere aliquid; ob quod fugiam obligationem
legis, etſi expreſſam habeam intentionem ſubtra-
hendi, ſeu fugiendi eam obligationem, non ſum
doloſus, nec fraudulentus, niſi eam obligationem
vellem evadere per dolum, & fraudem, & per
conſequens in caſu noſtro Princeps ſtatuendo,
fugit exemptionem Clericorum, quando ſcilicet
modus ſolvendi gabellam per ſe gravat laicos, per
accidens tamen Clericos, ut ex Doctrina Fagun-
dez *præcepto* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* & Antonii Dianæ
p. 1. *tract* 9. *reſ* 19. † Dicentium poſſe quem fu-
gere obligationem præcepti, ſcilicet jejunii, ſe 22
transferendo ad alium locum, ubi non eſt tale
præceptum, fugiendo à proprio Domicilio, ubi
illud obligat; eo quod in tali caſu non detur pro-
priè fraus, nec formaliter, cum fraus ſolum detur
propriè, ubi adeſt legis obligatio, quam per
dolum, & fraudem vult evadere; dicunt enim in
hoc caſu potius dari fugam quandam obligatio-
nis, quæ fuga de ſe, nec bona nec mala dicitur
& fugiens utatur Jure ſuo; quod etiam exempli-
ficat Berricellus *ſub dicto num.* 11. in verſ. *quarto*
cum Francho *deciſ.* 384 & 709. & Barboſa *de po-*
teſt Epiſcopi allegat 12. *num* 29. de illo qui ut fu-
giat ſeculare judicium poſt delictum, ſuſcipit
Clericatum; item ex Duardo *in Bulla cœnæ lib.* 2.
Canon. 18. *q.* 7. *n* 2. Diana *p* 1 *tract.* 2. *reſ.* 44 de aſ-
ſumente habitum Clericale ſine animo perſeve-
randi, ſed tantùm intentione fraudandi gabellas,
qui & adhuc gaudet immunitate, de quibus dixi
ſub tit de tempor. ordin. & *ſub cap.* 10. *de judiciis.*

Ego nihilominus in propoſito caſu noſtræ quæ- 23
ſtionis, etſi fatear relata fundamenta in ſe vera
eſſe, non video qualiter applicentur dubio; de
quo inquirimus, cum reverà Princeps intentio-
nem habuerit extorquendi gabellam à Clericis;
ſiquidem eo fine expoſtularit licentiam à Papa,
qua non obtenta adhuc ſtatuit; nec video quo
pacto ejus intentio ſit accidentalis tantùm, &
damnum, quod cauſatur Clericis, etiam acciden-
tale: quare in dicto caſu potius inſiſto pro ſen-
tentia Eminentiſſimi Cardinalis Lugo, quidquid
loquatur, ac reſolvat Berricel *dicto num.* 11. cum
verba Suarez, quibus fundatur, tendunt tantùm
Doctrinam generalem ſæpius repetitam in hoc
textu; ſed non applicantur caſui noſtræ difficul-
tatis, ut ex illis patet ibi: *aliud explicandum erat*
quando ſtatutum aliquid cenſendum ſit contra li-
bertatem Eccleſiaſticam; & *de hoc ait Cajetanus*
tunc ſtatutum eſſe hujuſmodi, quando ex intentione,
& *per ſe attingit libertatem Eccleſiaſticam, eamque*
lædit; rectè autem declarat hoc intelligendum eſſe,
non de intentione ferentis ſtatutum, ſed de intentione
ipſius operis, ut ſic dicam, ſeu ex virtute, & *directa*
materia ipſius ſtatuti: nam ſi hæc talis ſit, ut per ſe
non reſpiciat res Eccleſiaſticas, nec earum exem-
ptionem diminuat; licet ipſe legiſlator directè in-
tendat detrimentum aliquod, quod per accidens in-
de poteſt reſultare in Eccleſiaſticas perſonas, &
peccet, non tamen aget contra hanc prohibitionem,
& *cenſuram; quia ſtatutum ipſum per ſe non eſt*
contra libertatem Eccleſiæ, & *ea, quæ fiunt per ac-*
cidens, non conſiderantur: ita ille. Ergo inquam
quo protextu poſſunt hæc verba applicari dubio
noſtro in quo conſtat, quod Princeps habuerit
intentionem indirectè extorquendi à Clericis ad
minus; ſiquidem petita licentia à Papa directè
gravandi Clericos, & cogendi ad contributioné,
illa fuerit denegata; patet in prædicto ſtatuto
intervenisſe

interveniſſe, non ſolùm Principis inteotionem, ferendo illud, ſed etiam operis intentionem.

24 Nec etiam applicantur exempla, quibus intendit Berricellus favere ſuæ ſententiæ; quia ut ſuis locis dixi ſunt alterius nominis; imo & io caſu fugiendi doloſè obligationem jejunii, docet Leſſius *lib. 4. cap. 2. dubio* 8. *num.* 60. Silveſter verb. *jejunium quæſt.* 2. Roſella eodem verbo *num.* 16. Medina *in p.* 2.*q.* 56.*art.* 5. Ut nequeat aliquis fugere eam obligationem præcepti, transferendo ſed alium locum propioquum, ut non jejunet, ſi jejunetur in ſuo; quia malitia, & fraus non debet patrocinari, & communiter aſſerunt Juriſperiti, & ego *infra ſub cap. ſuper litteris* 20. *de reſcript.* & alibi.

25 Ad quintam quæſtionis partem; an ad incurrendam cenſuram Bullæ cœnæ Domini ſufficiat actus attentatus? Et licet pro negativa ſententia poſſint applicari nonnulla, quæ dico ſub *cap.* 1. *de præſumptionibus*, ubi qualiter intelligatur dicterium (*cogitationis pœnam nemo meretur*) & Gambacurta *lib.* 8. *p.* 13. neget, quatenus putat quod ſi aliquis attentaret extrahere per vim reum ab Eccleſia, & revera non extraheret, non incurreret in pœnas coogſtitutionis; quia talis actus non fuit

26 completus, ſed attentatus. † Tamen revera dicendum eſt, ut illam incurrat, ut patet ex verbis Bullæ ibi: *quidquam præter* (*aut contra hujus noſtræ Bullæ tenorem attentare præſumpſerit*) *declaramus etiam.* Docent Peregrin. *de immunitat. Eccleſ. cap.* 14. *num.* 7. Marius Italia *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. *§.* 2. *num.* 60. Farinacius *in tractatu de immunit. Eccleſ. cap.* 20. *num.* 322. *ex authorit. leg.* 2. *cod. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt* in illis verbis: *ſi quiſquam contra hanc legem venire tantaverit*, quod etiam notavit gloſſa ibi verbo *tantaverit*, & Megala *in* 3. *p. lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 30. *in fine.*

27 Et licet idem Gambacurta exiſtimet ſupra dicta verba Bullæ intelligenda eſſe de attentato cum effectu ſubſequuto; ego tamen exiſtimo cum Farinacio, Peregrino, Diana *p.* 1. *tract.* 1. *reſ.* 15. Ambroſino *tract. de immunit. cap.* 15. *num.* 6. & aliis, non ſufficere ſolam cogitationem extrahendi, ſed requiri quod deventum fuerit ad aliquem actum exteriorem per illa, quæ dixi *in dicto cap.* 1. *de præſ.* videnda, & applicanda, & quæ tractant Doctores *in cap. fin. de ſponſal.* ex quibus jam poteris videre qualiter reſolutio præcedentis dubii in dicto verſ. *ad quartam* expendi debeat.

28 Ad ſextam quæſtionis partem quid ſibi velit, *ly indirectè gravare Clericos*, in materia, de qua loquimur in toto noſtro textu; & quia ſæpiſſimè repetitum eſt, non poſſe Priocipes laicos ſtatuta facere, quibus directè, vel indirectè gravetur Clericorum immunitas, & qualiter hoc intelligatur, percipere queas ex latè actis ſub quæſtionibus in hac tractatione jactis; tamen ut de facili offendas, libuit ſequentia hic adnotare; igitur.

29 † In hoc dubio idem Suarez *in Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 5. a quo parum differt Cardinal. Lugo *de juſtitia diſp.* 36. *ſection.* 9. *n.* 136. dicunt tunc immunitatem Eccleſiaſticam indirectè lædi, quando aliquid in talibus circunſtantiis præcipitur, ut ſatis appareat id fieri ad obtinendum aliquid à Clericis, quod directè ab ipſis obtineri

30 non poſſet. † Vel ut ait Sanchez *lib.* 6. *ſumma cap.* 28. *n.* 24. quando ſcilicet, non expreſſis verbis, ſed alio quæſito colore immunitas Eccleſiaſtica læditur, qui *ibi num.* 23. dixit Ly *indirectè* nihil addere novum, aut diverſum gravamen à directo gravamine Clericorum, ſed tantum expreſſioribus verbis ſignificari omne gravamen interdicti: ita ipſe in ſimili caſu ſenſit.

Sed quia ſupra *ſub quæſt.* 2. verſ. *ad quartam* 31
ſub diverſa ſpecie poſita ſunt adverbia dicta *indirectè*, aut *per accidens*, ibique appareat ut ſtatutum gravans Clericos ad gabellam indirectè, non ſuſtineatur, ſecus verò ſi per accidens; ideò clarius hæc diſtinguendo exiſtimant dicendum alii, tunc nempe indirectam læſionem contra immunitatem Clericorum, eſſe probibitam; Quando ita gravantur laici, ut nequaquam gravarentur, niſi intuitu Clericorum: tamen eam læſionem indirectam non eſſe prohibitam dicunt, quæ ſequitur ſecundario, & per accidens, videlicet quando eſto per impoſſibile nullæ ſint perſonæ Eccleſiaſticæ in ea civitate; adhuc eadem gabella eodem modo præciperetur, cumque tunc ſtatutum per ſe, & primario ex natura ſua ſit ad laicos, & ſubditos gravandos; Secundario autem, & per accidens gravantur inde Clerici, reſolvunt tale ſtatutum tunc eſſe juſtum, nec eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam. † quia ea, quæ ſecundario, & per 32
accidens contingunt, non habentur in conſideratione per *l.* 1. *ff. de authoritate Tutelæ*, Jaſon *in l. quoties col. fin. cod. de judiciis*, in terminis Berricel. *ſupra dicto tract.* 8. *p.* 1. *quæſt. moral. q.* 13. *ſub n.* 10. *in fine.* † quia ut recte conſideraverunt Baldus 33
de præſcript. p. 1. quartæ principalis *in principio num.* 20. Felinus *in cap. cum M. hoc tit. col.* 13. non dicitur detrimentum ejus, qui ſecundario læditur, quomodo inſinuant indirectæ Læſionis explicationem, Duardus *in Bullam cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 18. *q.* 17. Menochius *de arbitrariis caſu* 562. *num.* 47. & juvat diſtinctio ſimilis, quam poſuit ex aliquibus, *in cap. ſi diligenti de foro competenti*, ut diſſolveretur difficultas leg. ſi quis in conſcribendo, *Cod. de pactis.*

Et ut ab ſcrupuloſa hac explicatione tot modis dicendi compoſita, ſecurius incedas; quia patet ex 34
dictis *ſupra quæſt.* 1. & 2. & ibi verſ. *ad tertiam*, ubi expendo, an, & quando *ſtatuta dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam*; ideò ex ibi poſitis, ac in aliis ſequentibus quæſtionibus hanc dubitationem explanabis. Et applicabis quæ iterum dixit Thomas del-Bene *de immunitate Eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. dum agit de quæſtione illa *an Eccleſiaſtici ſunt immunes indirectè* ubi ait *num.* 2. quod directè vel indirectè ſunt differentiæ materiales quæ impertinenter ſe habent cum non varient effectum à parte rei ubi reſpondet objectis per plures ſectiones juxta prius dicta *cap.* 1.

Ad ſeptimam quæſtionis partem, an gabella ſit 35
pretii pars; & ob id dicatur gravoſa immunitas Eccleſiæ? Reſpondeo ut licet graviſſimi Doctores negent gabellam eſſe partem pretii, inter quos Comitolus *reſponſor. lib.* 4. *quæſt.* 38. *num.* 2. Gratianus *decept. forenſium tomo* 2. *cap.* 258 *n.* 42. Parladorius *rerum quotidianarum lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. Velaſcus *conſ.* 60. *num.* 14. *volumine* 1. Caſtillo *deciſ.* 127. *num.* 12. *volum.* 2. & ſecundum iſtos poſſet dici tantum Clericos gravatos dici, non ratione gabellæ à laicò impoſitæ, ſed ab ipſo ſtatuto dimanante à laico, nullam Juriſdictionem habente in Clericos per dicta in textu noſtro, & *in cap.* 2. 3. 4. 8. 13. 17. & aliis *de judiciis*, & *in tit. de foro competenti.* Tam ex jam adductis in tota noſtra tractatione, & ſub hac *quæſtione* 50. & *in cap.* 49. & in aliis antecedentibus, verius eſt ut gabella impoſita dicatur pars pretii; ſiquidem apparet

eviden-

evidenter ex latè ante actis, quod merces hac de cauſa carius emuntur, quarum gabellam venditor ſolvit; quia in pretiis rerum taxandis ſpectandæ ſunt omnes circunſtantiæ; præſertim venditorum onera, ſolvendi gabellam.

36 Quare merito Doctores tradiderunt gabellam eſſe pretii partem, eáque Clericos gravari, eorúmque immunitatem infringi, ut docent Molina *de juſtitia tractatu* 2. *tom.* 3. *diſp.* 668. *numer.* 2. & *diſp.* 678. *n.* 6. Malderus *n.* 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 5. *in fine*, Bonacina *de contractibus diſput.* 2. *quæſt.* 9. *puncto* 2. *num.* 4. Læſius *de juſt. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. *numer.* 68. Vaſquez *in opuſcul. de reſtit. cap.* 6. §. 2. *dub.* 9. *n.* 52. Turrianus 2. 2. *tomo* 2. *diſput.* 46. *dub.* 8. *num.* 9. Paulus *conſ.* 433 *num.* 2. Laterta *de decima vendit. cap.* 5. *num.* 19. & ſic docens Berricel. *Ubi ſupra dicta quæſt.* 13. *n.* 2. *tract.* 8. *lib. moral. quæſt.* materialiter ſe habere ait, quod venditoribus laicis, aut Clericis imponatur ſolutio gabellæ; eo ut perinde ſit quod ipſis Clericis emptoribus imponatur, cum ipſi revera graventur.

37 Ad ultimam quæſtionis partem, an ſi ſeptem Conſiliarii &c. quia hæc quæſtio diſſolvi admodum poteſt ex his, quæ dixi *ſupra in cap.* 6. *hoc titulo quæſt.* 1. & *ſub quæſt.* 2. & *in tit. de elect. ſub Rubrica*, & *ſub cap.* 42. ideò nunc exiſtimo cum distinctione reſpondendum huic dubio. Sunt ergo tres caſus, quibus in apparet tota difficultatis anſa; igitur ſi vota, aut ſuffragia ſunt ſecreta, tunc quemlibet Conſiliarium incurrere excommunicationem, cum ſit eadem ratio de primo, ac de ultimo voto; non enim tunc minus unum, quam alterum ſuffragium influit in pravam conclusionem votantium, v. g. gabellas.

38 Quod ſi vota ſunt publica, & deciſiva, ſitque ſpes, quod poſſim meo recto Conſilio, ac juſto mutare aliorum determinationem, ſi malè conſultam, pecco, & excommunicationem incurro: nam adhuc ſum cauſa virtualis pravæ concluſionis; quia poſſum, ac teneor ex officio eam impedire. Sin autem certus ſum, quod non poſſum mutare aliorum determinationem, tunc pecco quidem; quia pravæ concluſioni præſto aſſenſum, ſed non incurro excommunicationem, nec obligationem reſtituendi; eo quod tunc, nec formaliter, nec virtualiter ſum cauſa pravæ concluſionis.

39 Verùm ſi vota ſunt publica, vel ſecreta; at non ſunt deciſiva, ſed conſultiva; ita ut poſſit Princeps uni ſoli Conſiliario adhærere; tunc quilibet Conſiliarius excommunicationem incurret, ea ratione; quia omne verè ſinguli influunt: non enim eſt major ratio, cur unus magis, quàm alter, cum omnes ſe habeant per modum unius pravi conſulentis, quilibétque teneatur dare rectum Conſilium ex officio, in terminis reſolvit Berricellus *dicta p.* 1. *quæſtionum moral.* & *legalium, tractatu* 8. *quæſt.* 4. Ubi concludit hoc in caſu omnes Conſiliarios incurrere excommunicationem.

40 Et juxta has diſtinctiones debent intelligi modi reſolvendi aliorum, ſcilicet Navarri *in manuali cap.* 27. *n.* 51. Duardi *in Bulla cœnæ Domini lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 5. quatenus negant comprehendi quintum, ſextum, & ſeptimum conſulentem, cum jam ſine eorum Conſilio ſequutum ſit delictum, ex ea ratione; quia cum verba legis intelligantur cum effectu, nulliuſque effectus ſequutus ſit; præcisè ex ſuffragio iſtorum, ſive ex Conſilio ſeptimi; quia ſine eo, adhuc immunitas Eccleſiaſtica, eſſe violata. Item & alius modus dicendi Cajetani. Verbo *reſtitutio cap.* 1. verſ. *attende*, Vaſquez *de reſtit. cap.* 9. §. 1. *n.* 16. Molinæ *tom.* 3. *diſp.* 732. dicentium quod ſi nihil ſim profecturus, quando video majorem partem Conſiliariorum, iniquum dediſſe ſuffragium, nec alii ſint ſuam ſententiam mutaturi, tunc pecco quidem ſuffragando, & conſentiendo; ſed ut non tenear reſtitutioni, nec ſim ligatus excommunicatione; eo quod tale conſilium non eſt cauſa influens in pravum effectum, quorum dicendi modi obſcuritatem continent, niſi reducantur ad jam propoſitas diſtinctiones, quibus hæc abſolvitur quæſtio; imò & integer, ac abſolutiſſimus tractatus à nobis propoſitus de ſtatutis laicorum in Eccleſiaſticos invalidis, quibuſque modis honeſtentur &c.

QUÆSTIO LI.

An gabella impoſita ſuper rebus, quæ ad uſum familiæ neceſſario emuntur, vel advehuntur, ſit injuſta, ſic ut Princeps eam imponens incidat in canon Bullæ cœnæ: Ubi quid reſpectu Clericorum? Et an ſtatutum laicorum præcipiens ut falſis menſuris, vel corrupta ſubſtantia, vel ſupra taxatum pretium vendentes ſerico utentes, victualia, vel pecuniam extrahentes, arma incerta ſpecie, vel incerta hora prohibita geſtantes &c. pœna aliqua pecuniaria afficiantur, vel rebus ipſis, tanquam in commiſſum ciderint ſpolientur etiam, ſi tales Clerici fuerint; ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? An ſtatutum invalidans donationem ultra quingentos aureos Eccleſiæ factam, ſi non adſit inſinuatio ſit contra Eccleſiæ immunitatem? Et quid ſi invalidet donationem omnium bonorum, vel majoris partis à patre, filio exempto (ut potè Clerico) factam? Et an ſtatutum laicum diſponens ſuper utili Dominio rei emphyteuticæ Eccleſiæ, ſeu ſuper directo, ſit contra immunitatem?

SUMMARIUM.

1 *Gabella impoſita ſuper rebus, quæ ad uſum familiæ neceſſarium emuntur, injuſta eſt ſecundum aliquòs, alii negant* à num. 3. & 6. *Ubi de praxi* n. 8 9.

2 *Gabellæ de Jure ſuper mercimoniis tantum poſſunt imponi.*

3 *Pauperes minus gravantur, quam Divites, qui ſolent Divitibus operas ſuas vendere* n. 4. & num. 6.

5 *Membra Reipublicæ tenentur pro bono communi omnes facultates quin & vitam exponere, ſi neceſſe ſit.*

6 *Pauperes ſolent comeſtibilia abſumere in rudiori eſu, quam divites, imò & rerum, ſuper quibus non ſunt pedagia.*

7 *Agricolæ divites propter operas, quas mercenariis*

præſtant

præſtant incidere ſolent in egeſtatem, gravati etiam tributis.

8 *Gabellas imponentes ſuper comeſtibilibus non incurrunt cenſuras contentas in Bulla cœnæ.*

9 *Clerici, ubi à contributione non ſunt exempti, tenentur & ſi ſint pauperes.*

10 *Statutum laicorum præcipiens, ut falſis menſuris, vel corrupta ſubſtantia, vel ſupra taxam vendentes, ſerico utentes, victualia vel pecuniam extrahentes, pecunia puniantur, vel amiſſione, Clericos comprehendens, eſt contra libertatem Eccleſiæ, non obſtante aliqua conſuetudine Fallit in Clericis negociatoribus n. 11, contra alii tenent n. 12. non bene.*

12 *Leges mandantes ſpoliari Clericis ferentibus arma de nocte ex vi directiva obligant, non coactiva n. 13.*

14 *Arma deferre Clerici prohibetur Jure canonico; & ſic à judice Eccleſiæ privantur illis. Ubi de praxi n. 15. 16. 17.*

17. *Alguaceli deprehendentes cum armis Clericos de nocte, qualiter ea auferendo non incidant in cenſuras.*

18 *Statutum invalidans donationem ultra quingentos ſolidos, ſi non inſinuetur reſpectu Clericorum, eſt contra libertatem Eccleſiæ.*

19 *Inſinuatio, donatio ultra quingentos ſolidos, quid dicatur.*

20 *Statutum invalidans donationem omnium bonorum factam Clerico eſt contra immunitatem n. 21.*

21 L. 11. tit. 10. lib. 5. Recopilat.

22 *Donatio facta Clerico in fraudem creditorum, quando dicatur nulla, vel non.*

23 *Statutum laicorum diſponens ſuper directo Dominio Eccleſiæ, eſt contra libertatem Eccleſiæ n. 24. & idem de utili n. 25. 26.*

25 *Dominium utile eſt una, & eadem res cum dominio directo illud ſequens inhærens illi inſeparabiliter n. 27.*

26 *Dominus utilis Dominii rei Eccleſiaſticæ, non tenetur ſtatuto laico de gabellis præſtandis.*

1 AD primam quæſtionis partem, etſi aliquantum deviet ab inſtituto, videamque ut occaſione hujus tractatioois à Doctoribus agitetur; ideo quia conducit admodum referam duas opiniones contrarias, affirmativam unam, ſcilicet, ut ſit injuſta talis gabella per text. *in l. univerſi Cod. de vectigal.* Ubi pœna capitis imponitur iis, qui de rebus ad proprium uſum vectigalia exigunt, &
2 *in l. omnium cod. eodem.* † Ubi determinatur quod gabellæ tantum imponantur, vel exigantur pro rebus, vel ex rebus mercimonii, & negotiationis cauſa aſportatis, vel delatis; & ex eo; quia in illis pauperiores onerantur ſicut divites, quod eſt contra juſtam formam tributi, quæ efficit ut unuſquiſque ſolvat juxta proportionem ſuarum facultatum; imo & quia plus gravantur pauperes, quam Divites, qui ſolent in propriis fructibus ad uſum neceſſaria recolligere; & quia ex iſtis tribus æque gravantur peregrini, ac incolæ, cum tamen cauſa ad Peregrinos non pertineat. Deinde quia cum regulariter Jure noſtro canonico etiam damnatæ ſint exactiones pedagiorum per textum *in cap. quamquam, de cenſib lib 6.* Sequitur ut id intelligatur utique de pedagiis, quæ imponuntur rebus, quas ad ſuum quiſque uſum defert: ſic docent Toletus *in ſum. lib. 5 cap 74.* Cajetan. *in ſumma* verb. *vectigal,* Tabiena *eodem verb. n 4.* & Angel, verb. *pedagium n. 2.* Armilla verb. *gabella n. 2.* Ledeſma 2. 4. q. 18. *art. 3.* Medina *in 2. p. q. 59. art. 4.* Beja *p. 1.* *D. Fermoſ. de Leg. Eccleſ.* *caſu 13.* Gabriel *in 4. diſt. 15. concluſ. 1. litt. Z.* Driado *lib 2. de libert. Chriſtiana. cap. 5.* quos referunt noviſſime Thomas del Bene *de immunitate p. 1 cap. 5. dubit. 31. ſect. 2.* & ante illum Diana *p. 1. tract. 11. de Bulla Cruciata reſ. 38.*

Negativam vero ſententiam, ut communiorem, 3
& practicabiliorem docent Suarez *de legib. lib. 5. cap. 16.* Turrianus *in 2. 2 tom. 2. diſp. 44. dub. 3. n. 4.* cum aliis multis Joannes de la Cruz *in directior p. 1. præcepto 7. art. 3. dub. 1. concluſ. 1.* Gaſpar Hurtado *de juſt. diſput. 14 dif. 4.* Diana *dict. tract. 11.* quia licet pauperes habeant, aliquando tamen communiter qui pauperes ſunt minus emunt ex his rebus, quæ ad vitæ uſum ſunt neceſſaria, quam Divites, & Malderus 2. 2. *tract 5. c. 6. dub. 6.* dicit ut licet Pauperes in his gabellis contribuant, ac Divites, ac etiam amplius, quam Divites hoc ipſum tamen additoribus compenſari. † nam quo cariora ſunt, 4
quæ ad commune uſum pertinent, eo ſolent carius vendi opera, quæ pauperiores præſtant in Republica; & ſic moraliter in quantum fieri poteſt ſervari inter Dives, ac pauperes æqualitatem, probat noviſſime Thomas del-Bene *ſupra*, cui non diſplicet hæc ſententia cum Silveſtro verbo *gabella 3. quæſt. 5.* S. Antonino 2. *p. tom. 1. cap. 13. prope fin.* Molina *de juſtitia tom. 3. tract. 2. diſp. 669.* Navarr. *cap. 17. n. 103.* Valent. *tom. 3. diſp. 5. q. 6. puncto 5. in fine,* Petro Navarr. *de reſtitut. lib. 3. cap. 1. n. 230.* Layman *in Theolog. mor. lib. 3. tract. 3. cap. 3. n. 3.* † eo quod membra Reipublicæ tenentur 5
pro bono communi omnes facultates, quin & vitam exponere, ſi neceſſe ſit; & ſic multo magis ex rebus ad victum neceſſariis aliquid ſolvere, ſi aliter bono communi provideri non poſſit, & ex aliis conſiderationibus, quas ex Molina, *ubi ſupra* referunt Diana, & Thomas del-Bene.

Ego inquam in praxi huic ſecundæ accedo ſen- 6
tentiæ; quia ut in plurimum video, ut quemadmodum Mercatores; eo quod majora tributa, & pedagia ſolvunt ratione mercium, quas emunt inde carius populi gentibus vendant, ita & pauperes, etſi cum divitibus ad tributa concurrant, ſeu contingat, ut aliqui eorum cauſa ampiioris familiæ, quam illa, quam divites habent abſumant plus ex comeſtibilibus ſubjectis gabellæ; tamen ſolent abſumere in minori quantitate; item & viliori uſu comeſtibilia, viliora edendo, in quibus pedagia poſita nunquam ſunt; etſi aliqua vini, carnis, & olei abſumant, non in ea magna parte, ac Divites, quam compenſant ſua opera, vulgo *Jornales* divitibus vendendo, aut locando, ut ab hinc annis 46. Video quotannis ab illis præſtari. † quo- 7
rum cauſa Agricolæ Divites ſolent in paupertatem incidere; qui fructuum perceptorum diſtractio, ſive venditio, non correſpondent damno paſſo ex Chareſtia operum talium hominum opera præſtantium, juſtioremque dicerem hanc ſententiam, ſi in impoſitione dictarum gabellarum ſervarentur conditiones, quas ponunt, Leſſius *lib. 2 de juſt. cap. 33. dub. 7. n. 51.* Regiuald. *in praxi tom. 1. lib. 20. cap. 25. n. 377.* Molfeſius *in ſumma tom. 2. tract. 12. cap. 22 n. 96.* Fauſtus *in ſpeculo confeſ. diſp. 33. q. 22. n. 4.* Layman *ſupra lib. 3. ſect. 5. tract. 3. cap. 3. n. 3.* Tannerus *in 2. 2. diſp 4 q. 6 dub. 12. n. 345.* & aliis, de quibus ago *infra in cap. 2. de cenſibus,* ubi de tributorum, ac gabellarum juſtificatione in communi.

Unde quia Diana, & Thomas del-Bene jam ad- 8
ducti reſpodent omnium DD. fundamentis, eſſe etiam ſententiam velles ſequi affirmativam, dicendo ſupra dictas gabellas eſſe injuſtas. adhuc Sayrus *de cenſuris lib. 3. cap. 9. n. 6.* & alii ſenſerunt, ut tu-

ponentes tales gabellas, non incurrant cenſuras contentas in Bulla cœnæ, putantes ſic imponentes ſolum eas incurrere ex defectu cauſæ efficientis, nempe ſi non habeant poteſtatem eas imponendi; non vero ex defectu cauſæ materialis, ut eſſet in caſu noſtro, vel ex defectu cauſæ formalis, ut ſi imponerentur Clericis, vel aliis exemptis; alii vero obſolute contrarium docent, dicentes poſſe aliquem in dictam excommunicationem incurrere ex defectu etiam cauſæ materialis, formalis, & finalis.

9 Unde alia hic applicanda omittens, evenit ex late actis ſupra præcipue *à q.* 10. quod ubi Clerici à contributione non ſunt exempti ex natura rei, ſive concurrente aſſenſu Pontificio, aut Epiſcopi eo modo, quo dixi *q.* 11. 12. 13. 39. & aliis teneantur non ſolum Clerici Divites, verum, & pauperes ad ſolutionem gabellarum æque, ut dictum eſt, abſque eo, quod objici poſſit, lædi reſpectu pauperum immunitatem Eccleſiæ, non tamen reſpectu divitum Clericorum, aliorumve Eccleſiaſticorum. Et procedit ex *ibi* dictis, & *q.* 5. & 2. non ex vi legislatoris laici, ſed ex aſſenſu Pontificio.

10 Ad ſecundam quæſtionis partem de ſtatuto laicorum præcipiente ut falſis menſuris, vel corrupta ſubſtantis, aut ſupra taxam &c. ſuppoſitis quæ dixi *ſupra q.* 16. *verſ. ad tertiam*, & *q.* 18. *verſ. ad ſecundam*, & *q.* 38. *à n.* 1. Reſpondeo, ut tale ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam; quia laici ut *ibi* dixi nequeunt ſtatuere contra Clericos expreſſe propter defectum Juriſdictionis, quamtumvis ſint juſtæ exactiones, ſive prohibitiones in tali ſtatuto contentæ, non obſtante qualibet conſuetudine ſpoliandi Clericos de talibus rebus juxta quæ dixi contra conſuetudines, etiam immemoriales *ſupra q.* 15. *in fine*, nec ſi ea eſſet improbata quotannis per Bullam Urbani VIII. quæ incipit *Romanus Pontifex* † niſi contingat in Cle-
11 ricis negotiatoribus; quia horum reſpectu, etſi gabella debeatur ex Doctrina textus *in cap fin. de vita, & honeſt.* tamen pœna nonniſi, quatenus explicavi *ſupra quæſt.* 15. *in fine*: ita docent Surdus *conſ.* 301. Suarez *in defenſ. fidei lib* 4. *q.* 34. *num.* 14. Lavman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4. *n.* 7. Vaſquez *in p.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 167. *cap* 4. *n.* 29. Belletus *in diſquiſit. Clerical. p.* 2. §. 50. *n.* 7 Vigianus *de immunit. Eccleſ. diſp.* 2. *concluſ.* 5. Malderus *in* 2. *p. q.* 96. *art.* 5. Baldellus *tom.* 1. *lib.* 1. *diſput.* 37. *n.* 16. Monteſinus *in p.* 2. *S. Thomæ diſp.* 13 *q.* 11. *dif.* 13. *n.* 200. & *ſeqq.* Schilante *de privileg Clericor. cap.* 7. *n.* 96. & *cap.* 8. *n.* 39. Martha *de Juriſdict. p.* 4 *cent.* 1. *caſu* 7. Maynard. *de privileg. Eccleſ. cap* 7. §. 6. Fagnanus *de cenſuris Pauli V. p.* 3. *fol.* 72. Bonacina *in Bullam cœnæ diſp.* 1. *q.* 16. *puncto* 5. *num.* 27. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *puncto* 14. §. 6. *n.* 9. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 9. & *p.* 4. *tr.* 1. *reſ.* 19. Merola *tom.* 2. *diſp.* 4 *cap.* 3. *dif.* 2. *n.* 608. Thomas del Bene *de immun.* 1. *p. cap.* 8. *dubit.* 16. Barboſ. *de Jure Eccleſ. lib.* 2 *cap.* 4. *n.* 140.

12 Et licet aliter alii ſentiant per Doctrinam Covarruv. *lib* 2. *reſolut. cap.* 20. *prope finem*, & *pract. cap.* 33. *in fine* Julii Clari *in pract. crim. q.* 36. *n.* 26. Joannis de Boa *in apologia Juris Princip. q.* 2. *n.* 70. Naldi verbo *Clericus n.* 23. Pereiræ *de manu Regia p* 2. *cap.* 43. *n.* 2. Cutellii *ad leges Federici c.* 15. *notab* 17 *n* 2. & *cap.* 116. *not.* 105. *n.* 3. & *ad leg. Jacobi cap.* 58. *not.* 7. *in fine*, & *cap* 62. *not.* 75 *n.* 3. & *ad leg. Martin. cap.* 41 *not* 42. *n.* 4. & *Eccleſiaſt. libert. lib.* 2. *q.* 71 & 77. Gaballi *cent.* 1. *caſu* 9. *n.* 13. Salcedi *in pract. crim. cap.* 66. §. *quamvis ab hac opinione.* Villadiego *in politica cap.* 5. §. 20. *a num.* 66. Peguerae *deciſ.* 56. *à n.* 14. Altiſtis *in præludio conſtit. Neapol. q.* 7. *n.* 2. Proſperi Rendillæ, *tract de paſculis p.* 1. *cap.* 13. & aliorum dicentium poſſe laicum ſpoliare Clericum armis prohibitis, illumque illis privare abſque metu excommunicationis, & maxime tempore noctis, ut vult Zevallos *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 54. *n.* 17. ita ut nec compelli poſſit à judice Eccleſiaſtico arma illa reſtituere, cum ita ſe habeat conſuetudo, & tacita Eccleſiaſticorum permiſſio, Axeved. *lib.* 1. *recop. tit.* 3. *leg.* 9. Borrellus *de præſt. Reg. cat. c.* 71. *n.* 45. Duenas *reg.* 75. Plaza *de delictis lib* 1. *cap.* 8. *n.* 9. Anton. Gomez *in l.* 54. *Tauri n.* 48. Zened. *in collect. Juris Canon. p.* 1. *collect.* 37. *n.* 17. Morla *in emporio p.* 1. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n* 71. Curia Philippica *p.* 3. §. 3. *n.* 9. & alii ex eo etiam quod dictæ res ceciderunt in
commiſſum. † Tamen hæc ex vi tantum directi- 13
va legis ob bonum commune late poſſunt ſuſtineri, non inquam ex vi coërcitiva, & pœnalis legislatoris laici, ut ſæpiſſime jam dictum eſt.

Sed quamvis reſpectu amorum ita procedant 14
in praxi judices laici, quam etiam approbant Pereira *de manu Regia p.* 2. *cap.* 43. *n.* 2. & alii adducti *ſupra* à Thomas del Bene, & à Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 9 & *p.* 4. *reſ.* 19. quia cum Jus Canonicum Clericis prohibeat arma deferre, & omni Jure id prohibeatur omnibus; & ſic non mirum ſi laici Miniſtri eis auferre poſſint abſque metu excommunicationis, de quo videbis *dicta ſupra q.* 16. *n.* 8. & 9. ut tenent etiam ex Theologis Bannez 2 2. *q.* 67. *art.* 1. *dub.* 2. *concl.* 5. Graffius *in deciſ. p.* 1. *lib* 4. *c.* 18. *n.* 155. Coriolanus *in Bulla cœnæ excommun.* 20 *fol.* 950. Petr. Lorca *in p.* 2. *tom.* 2. *tract. de legib diſp.* 25. *memb.* 4. *fol.* 486. Vaſquez *in p.* 2. *tom.* 2. *diſp.* 167. *c.* 4. *n.* 31. hi duo ultimi dicentes in tali cauſa Miniſtros Regios auferendo arma Clericis, non inducere pœnam legis, ſed efficere, ut lex ſervetur, & impedire tranſgreſſionem legis, & Rendina ſequutus Pereiram, dixit in tali caſu poſſe judicem ſæcularem damnare Clericum ad pœnam pecuniariam impoſitam à lege.

Tamen dictam legem eſſe contra Eccleſiæ li- 15
bertatem, acerrime defendunt Barb. *in collect. dec. lib.* 3. *c.* 2. *de vita, & honeſtate Cleric. n.* 6. Madius *in tract de ſacris ordinibus c.* 19 *n.* 21 Bonacina *de leg. diſp.* 10. *q.* 2. *p.* 1. §. 1. *n.* 2. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 2 *can.* 12. *q.* 11. *n.* 91. Beilet. *in diſquiſit. Cleric. p.* 1. *tract.* 2. §. 2 *n.* 38. Martha *de Juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 7. *n.* 20. Meg lia in 3. *p. lib* 3. *c.* 74. *n.* 6. Diana *p.* 1. *tract.* 2 *reſ.* 9. & *p.* 4. *tract.* 1. *reſ.* 19. dicentes quod contrarii longe falluntur; quia ut bene obſervat Salas *de legib q* 96. *tract.* 14 *diſp.* 14. *ſect.* 9. *n.* 106. non ſpectat ad judicem ſæcularem propria authoritate efficere, ut leges civiles à Clericis obſerven-
tur, cum nullam in eos habeant poteſtatem. † Et 16
ſic minime poſſe armis prohibitis Clericos ſpoliare, qui tantum poterunt ad obviandum delicto eos deducere ad Epiſcopum, qui diſpenſabit de armis: ita DD quod ſi arma ſic ablata à birruariis laicis reſtituerentur, Clerico tolleret, Caſtrus Palaus *dict. prax. tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *puncto* 14. §. 6. *n.* 9. *de cenſ. non tollerandum*, quod applicentur Fiſco Regio, ut fit, quia tunc jam punirentur Clerici à ſæcularibus in pœnam delicti commiſſi; & quia licet arma portare, ſit Clericis prohibitum de Jure Canonico, ut adverſarii volunt; ſed non inde ſequi poſſe illos ex hac legis tranſgreſſione puniri à judice laico, ſed ab Eccleſiaſtico, nec ut valeat dicere quod arma in tali caſu cadunt in commiſſum ex dictis *hic*, & *dict. q* 17. *n.* 8 & 9. & quod non capiatur cum aliqua controverſia judiciali. Quia reſpondent hanc eſſe ſpeculationem chi-

mericam, Bonacina *in Bulla cœnæ diſp.* 1. *q.* 16. *p.* 5.
n. 27. Diana *dict. p.* 4. *reſ.* 19. cum ſemper hoc pro-
cedat ex pœna apposita in ipſa lege, ad quam
non tenentur Clerici, niſi condemnati à judice Ec-
cleſiaſtico etiam ſi lex lata ſit in bonum publicum;
& ſic bene reſpondet Riccius *p.* 3. *deciſ.* 299. *per
totam*, juſte poſſe Clericum arma ſerentem reſi-
17 ſtere Birruario laico volenti eum capere. † & ita
ut praxis contraria honeſta fiet, ſit ut dicit rela-
tus Bonacina ad evitanda ſcandala, dent (ut ſo-
lent) Epiſcopi facultatem Birruariis laicis, quod ſi
nocte inveniant Clericos cum armis prohibitis,
illos capiant, & eos deducant, ſicque evitari ſcan-
dala, & conſulis bono publico, ſine tamen diminu-
tione immunitatis Eccleſiaſticæ Nec valet dicere
ut contrarii exiſtimant, quod arma non tolluntur
in pœnam transgreſſionis legis, ſed potius ne
Clericus proſequatur in violationem legis; quia
dicit Paulus *ſupra* hanc reſponſionem foro ad-
mittendam, ſi poſtea Clerico redderentur arma,
& non aliter: ita & alii ex adductis.

His omnibus obſtat caſus poſitus *ſupra q.* 2. *n.*
34. ſed loquitur in armis quæ tranſportantur ad
aliud Regnum cum turbatione Reipublicæ.

18 Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum in-
validans donationem ultra quingentos aureos Ec-
cleſiæ factam, ſi non adſit inſinuatio, ſit contra
libertatem Eccleſiæ? Et ſuppoſitis quæ dixi *ſupra
q.* 26. *in fine*, & alibi breviter reſpondeo cum Ho-
ſtienſi, & Joanne Andrea *in cap. fin. de fide inſtrum.*
Vitali, *in tract. clauſular. in c. an legibus inſinuatio
exigi. poſt renunc. n.* 105. Regente de Ponte *in re-
ſponſ. ſuper cenſur. Pauli V. fol* 99. & Thoma del Be-
ne *de immunit. p.* 1. *c.* 8. *dub.* 24. tale ſtatutum eſſe
contra libertatem diſpoſitionem Jure conceſſam
in acquiſitione, & contractione inter laicos, &
Clericos; & ſic impedire libertatem Eccleſiaſti-
cam, quæ laicæ poteſtati & Juriſdictioni non ſub-
jacet. Subdunt ergo prædicti Doctores, quod, le-
ges *l. illud Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis, & l. ſancimus
cod. de donat.* ſint irritæ, & nullæ, quatenus volunt
requirere prædictam inſinuationem in donatione
19 Eccleſiæ facta. † Eſt tamen inſinuatio *ſolemnitas
quædam conſiſtens in regiſtratione penes acta coram ju-
dice ſæculari ſuper donationem interponente ſuam au-
thoritatem*, ut notavit gloſſa, & *ibi* Doctores *in d.
illud* in verbo *geſta in auth. ut non fiant pignor.* vi-
dendi DD. *in §. aliæ inſtit. de donat. in l.* 1. *cod. de do-
nat. in l. Theodoſ.* Pichardus *in d. §. lib.* 2. *variar. c.* 4.
n. 6. ubi cum multis Haillon ejus Additionator,
Portius *concluſ.* 40. Matienc. *in l.* 7. *tit.* 10. *gloſſa* 6.
ex n. 1. *lib* 5. *recopil.* Hotoman. *in diſputat. de donat.
fol.* 85. Regnicolæ *per l.* 9. *tit.* 4. *p.* 5. ubi cum
infinitis Hermoſilla legendus.

20 Ad quartam quæſtionis partem de ſtatuto in-
validante donationem omnium bonorum, ſeu ma-
joris partis filio exempto, utpote Clerico &c. ſup-
poſitis quæ dixi *ſupra dict. q.* 26. *& q.* 44. *in fine*, re-
ſpondeo cum Thomas del Bene *dicta* 21. *p.* 1. *c.* 8.
dub. 25. ut ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. †
21 abſque eo, quod obſtet diſpoſitio *leg.* 11. *tit.* 10.
lib. Recop. ubi contrarium decerni videtur; quia il-
la nunquam lex non impedit homini libero liberam
adminiſtrationem ſuarum rerum in favorem Ec-
cleſiæ, modo licito & in caſibus Jure permiſſis;
ſic ut non irritet donationem filio Clerico fa-
ctam, ſed ſolum illam præſumit fraudulentam;
concedit enim dict. lex Donatori allegandi de ſuo
Jure licentiam, quæ licentia de nihilo deſerviret,
ſi donatio ſemper, & in omni caſu eſſet nulla.
Unde fit ut præſumptio orta ex illa lege non ſit

Juris, & de Jure, cum poſſit probari contrarium,
ſed ſolum Juris juxta quæ late dixi *ſub cap. afferte,
& cap.* 1. *de præſumpt. & ibi in Rub.* & ſic ut nullitas,
ibi inducta, non ſit nullitas vera, ſed præſumpta, ac
adeo revocabilis, veritate reperta, ut docet præter
alios Flores De Mena *variar q. lib.* 2. *q.* 21. *§.* 2 *n.*
73. contra Azeved. *tom.* 3. *lib.* 5. *tit.* 10. *leg.* 11 *n.* 18.
Recop. & Matienc. *in dict. l.* 11. *n* 18 *gloſſa* 5.

Dubium vero eſt, an ſit ipſo Jure invalida dona- 22
tio ſi facta fuiſſe Clerico in fraudem creditorum;
& licet in hoc dubio Thomas del-Bene dicit il-
lud ſtatutum eſſe nullum. Ego dico ut ſi diſponat
irritando donationem Clerico factam, tunc quia
lex civilis in Clericos ex ſæpe dictis defectu Juriſ-
dictionis non ſuſtinetur, erit invalida; ſin autem
pateat de fraude, & fine non ſolvendi tributa, ſu-
ſtinetur; quia prohibet fraudes Clatas, & non præ-
ſumptas, ut ſentit Vaſquez *in opuſculo de reſtit. cap.*
6. *§.* 1. *dubie.* 2. *n.* 34. & licet non clare, tamen in ex
relata doctrina ſunt ambo DD. intelligendi, imo
& amplecti videtur idem Thomas del Bene.

Ad ultimam quæſtionis partem, an ſtatutum 23
laicum diſponens ſuper utili Dominio Eccleſiæ,
aut directo, ſit contra libertatem Eccleſiæ? ſup-
poſitis quæ dixi *ſupra q.* 7. *verſ. ad tertiam*, & *q.* 49.
in fine verſ. ad ultimam, & quæ *infra* Dico late *in
Rub. de rebus Eccleſ. alien. vel non, & ibi in cap. nulli,*
ubi de prohibitia rerum Eccleſiaſticarum aliena-
tione, & quæ latiſſime ſcribit Thomas del Bene
de immunit. p. 2. *cap.* 10 *dubit.* 16. dum agit de illa
quæſtione, an judex laicus poſſit de dominio utili
rei Eccleſiaſticæ emphytheuticæ inter laicos
cognoſcere, item & de dominio directo, & per
illa, quæ dixi ſub *c.* 5. *de foro comp. & in c. fin. de ju-
dic. q* 2. Ubi an laicus ſit judex poſſeſſorii rei Ec-
cleſiaſticæ. † In puncto hoc quatenus ſpectat ad 24
Dominium directum, reſpondetur tale ſtatutum
eſſe contra Eccleſiæ libertatem; eo quod cauſa
eſt omnino Eccleſiaſtica; & ſicut quemadmodum
nunquam ſit à judice laico tractanda, ſed ab Ec-
cleſiaſtico per *dict. cap* 2. *de judic. cap bene quidem,
c. denique* 96 *diſp. c. continua, c. relatum. cap. ſi quis
cauſa, cap. placuit* 11. *q.* 1. Ubi habetur quod Apo-
ſtolus hujuſmodi cauſas ad Eccleſiam deferri, &
ibi determinari præceperit, Turrecremata *in ſum-
ma Eccleſ lib.* 4 *p.* 2. *cap.* 37. Ubi refert ſuper hoc *ex-
travag. Joan.* 22. quæ incipit *licet*, Bannez *in* 2. 2.
D. Thoma q. 65. *art.* 1. Azor *p.* 1. *mor. lib.* 5 *c.* 52 Bel-
larmin. *controverſ tom.* 2. *tit. de Cler. c.* 24. Sequitur
eodem modo dicendum, ut nec per ſtatutum lai-
eorum poſſit aliquid diſponi circa tale Domi-
nium, ut ex dictis Juribus, & aliis tenet Thomas
del Bene, *ubi ſupra à n.* 43. arguens etiam de con-
nexione Juris Patronatus Eccleſiaſti cum re ſpiri-
tuali, de quo late dixi *in cap quanto* 3. *de judic.* qui,
& in utili Dominio, *à n.* 1. late defendit. † Et quia 25
ut ait *à n* 49 *&* 55. dominium utile eſt una, & ea-
dem res cum Dominio directo, & talis naturæ,
ut directum ſemper ſequatur, ſicut incrementum
alluvionis Inſula, addens *ibi num.* 50. quod ſub-
jectum bonorum emphytheuticorum eſt materia-
liter ſemper Eccleſiaſticum, taliter ut non poſſit
actualiter, ſaltem ſeparari à Dominio directo.

Et ut confirmet idem Thomas del-Bene, ad- 26
dit ut ratione dictæ connexionis Dominii utilis
cum directo emphytheuticæ Eccleſiæ, non te-
neantur ad collectas, & onera realia per ſtatuta
Laicorum ſuper rebus, & bonis impoſita, Bart. *in
l. privata n.* 2 *Cod. de excuſat. muner. lib.* 10. Jaſon
in auth quas actiones n. 42. *cod. de ſacroſanct. Eccleſ.*
Ripa *in tract. de peſte, tit. de privileg. ad conſerv. and.*

verit atem 124. Pet. de Ubaldis *conſ.* 2. *poſt tract. de*
collect. per tot. Silv. *conſ.* 9. Marcus Anton. Eugen.
conſ. 96. *n.* 23. *lib* 1. Faquin, *controv. Jur. c.* 91 *lib.* 1.
Menochius *conſ.* 44. *n.* 27. Ruinus *conſ.* 111. *n.* 10.
Remigius Gonny *de charitat. ſubſidio q.* 69. *n* 29.
& *q.* 39. *n* 21. Oddus *conſ.* 70. ubi *n.* 30. & *n.* 40.
ait hanc opinionem eſſe probabiliorem, nec non
magis æquam; item etiam præter titulum con-
nexionis ex prærogativa qualitatis, & ſubjecti
Eccleſiaſtici; ſiquidem hoc Dominium utili Va-
ſalli, ſubjicitur, & famulatur Dominio Domini
principalis, ut dicunt Alciatus *in l. ſi quis* § *differen-*
tia n. 12. ubi Zaſius *n.* 22. *ff. de acquirenda poſſeſſ.*
27 Surdus *conſ.* 57. *n.* 23. † Cum aliis Thomas del Be-
ne, & ex aliis fundamentis *dict. dub.* 16. *c.* 10. *de im-*
munit. à n. 56. Ubi dicit eſſe Dominium utile in
proprietate, tanquam in prima cauſa inſeparabili-
ter, inhærens, ſine qua ſubſiſtere non poſſit: Unde
quid mirum ut prædictum ſtatutum, cum redun-
dare queat in præjudicium directi Dominii Eccle-
ſiæ, ſit invalidum ex latiſſime adductis *à q.* 1.

QUÆSTIO LII

An quando Clerus conſentit cum con-
ſenſu Pontificis, & aliis ſolemnibus
in aliquam contributionem, ad quam
tenebatur, afficiat etiam in Eccleſiaſti-
cos ſucceſſores? An ſtatuta laicorum
prohibens, ne Clericis potiantur pri-
vilegiis, quæ aliis civibus conceſſa
ſunt, ſit contra libertatem Eccleſiaſti-
cam? Et an poſſit Dominus apponere
conditionem rebus, caſtris, & ſimili-
bus, ut hæc ſubſint oneribus à Princi-
pe imponendis in quaſcumq; manus
devenirent? Et an Eccleſiaſtici ſint im-
munes, non ſolum quoad imponen-
da, ſed etiam quoad impoſita prius,
quam bona ad ipſos perveniſſent.

SUMMARIUM.

1 *Clerici ſucceſſores tenentur ad gabellas ſtatutas, & admiſſas per prædeceſſores cum conſenſu* n. 2. *fallit ſi conſenſus præſtetur ad tempus ut* n. 5.

2 *Exemptus poteſt renunciare ſuo privilegio cum conſenſu Pontificis.*

3 *Exigentes gabellas à Clericis, quando non incurrant excommunicationem.*

4 *Privilegium exemptionis à gabellis conceſſum Clericis non eſt perſonale, ſed reale.*

6 *Statutum laicorum ne Clerici potiantur privilegiis civibus conceſſis, eſt contra libertatem Eccleſiæ* n. 7.

7 *Clerici de Jure communi gaudent, ac fruuntur beneficio ſtatutorum, & privilegiorum alicui univerſitati, ſeu certo generi perſonarum conceſſo, alii non improbabiliter contra tenent ut* n. 8.

9 *Dominus imponens conditionem rebus, Caſtris, aut aliis ſuis, in quaſcumque manus devenerit afficit etiam Clericos, ut* n. 10. *Explicatur ut* n. 15.

10 *Quilibet rei ſuæ eſt moderator, eſt arbiter, ut imponat onus, quod voluerit, transferens in alios.*

11 *Tranſit cum ſuo onere res.*

12 *Onus annexum fundat Jus tertii, cui ex vi talis oneris reſtat obligata.*

13 *Res tranſiens cum oneribus variabilibus in Eccleſiam, diſtinguitur ab eo quod tranſeat cum obligatione ad onera variabilia.*

14 *Eccleſiaſtici ratione feudorum tenentur præſtare auxilia Principi in ordine ad Bellum.*

15 *Eccleſiaſtici quando ad onera imponenda teneantur, ſicut ad impoſita antequam ad illos res perveniſſet.*

16 *Tributa inter mere realia debent commemorari, ut* n. 18.

AD primam difficultatis partem, ut reſpon- 1
deam præmitto pro uberiori tractatione
adjicienda hic, quæ dixi *infra ſub cap. quia V. de*
judiciis, ubi per plures quæſtiones de modo, quo
obligentur ſucceſſores facto prædeceſſorum. Un-
de ad propoſitam difficultatem, etſi exemptio à
gabellis ſit privilegium perſonale ex quo videre-
tur ut tantum obligentur primo talli gabellarum
oneri obnoxii per nonnulla, quæ dixi *in tit. de*
Jure Jur. in cap. 14. & *in c. pen.* Ubi an Juramentum
unius extendatur ad ſucceſſores: tamen in pun-
cto noſtri dubii dicendum eſt, ut ſucceſſores Cle-
rici, teneantur ſtare tali conſenſui tanquam le-
gitimo, & canonico, utpote cum omnibus ſo-
lennitatibus *in c. non minus*, &*c. adverſus de im-*
munitate Eccleſiarum, requiſitis præſtito. † Et ra- 2
tio eſt, quia cum exemptus poſſit renunciare ſuo
privilegio cum conſenſu Pontificis per adducta
in cap. 1. *cap. ſi diligenti*; & aliis *de foro comp. cap.*
cum tempore de arbitris, ut omnes ſequitur, quod
talis conſenſus ſit validus; ſic ut afficiat etiam
Eccleſiaſticos ſucceſſorem cum ſubintret Jus
commune tollens exceptionem; ſiquidem ſtante
communi neceſſitate, remittitur exceptio à ga-
bellis ab ipſo Clero cum neceſſitatibus requiſitis
in dicto cap. non minus, dicto cap. adverſus (de qui-
bus dixi *ſupra à q.* 10.) qua exceptione ſublata,
per Jus commune, afficiuntur etiam ſucceſſores,
utpote Juri communi ſubjecti, præſertim, quia
conſenſus Cleri, & quædam declaratio, quod
locum habeant Jura prædicta, & conſenſus Pon-
tificis eſt talis declarationis confirmatio: ita do-
cent in terminis Staibanus *reſol.* 37. Thomas
del Bene *de immunit. Eccleſ. c.* 5. *dub.* 23.
Itaque dicendum eſt, ut in prædicto caſu non 3
incurrant excommunicationem petentes, & exi-
gentes gabellas ab Eccleſiaſticis; quia nulla inter-
cedit violatio immunitatis Eccleſiaſticæ. † Et ſi- 4
cut privilegium exemptionis à gabellis non eſt
perſonale, immediate conceſſum ſingulis perſo-
nis, ſed toti ordini, ſeu ſtatui Clericali, & ſic com-
munitati Eccleſiaſticorum, & tale inquam privile-
gium non ſit ſpeciale, ſed reale, ſequitur, ut ſit ſub
diſpoſitione communitatis, taliter quod conſen-
tiente ſuperiore, ad quem ſpectat dicti privilegii
conſervatio, ſive remiſſio obliget etiam ſucceſſo-
res Clericos, cum multis Thomas del Bene *num.*
10. *dict. dubit.* 23 & confirmatur ex doctrina San-
chez *de matrim. lib. lib.* 8. *diſp.* 30. *n.* 14. Tyraquelli,
quod ceſſante cauſa eos; *effect. p.* 2. *limit.* 12. Suarez
de legib. lib. 8. *cap.* 30. *n.* 18. dum dicunt, quod pri-
vilegium ſpeciale, derogat etiam immunitati ſuc-
ceſſorum; quia durat, ſaltim, dum cauſa durat. † 5
Prædicta tamen Doctrina limitatur, dummodo
non fuerit præſtitus conſenſus ad tempus limi-
tatum, quod jam tranſiit, & non ceſſaverit cau-
ſa, ob quam fuit præſtitus: ita adducti.

Ad

6 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſtatutum laicorum, ne Clerici potiantur privilegiis, quæ aliis civibus conceſſa ſunt, ſi contra libertatem Eccleſiaſticam? Et ſuppoſitis, quæ dixi etiam *ſupra q.2. verſ. ad quintam*, ubi egi de ſimili dubio, *an ſcilicet ſi Princeps ſæcularis ſtatuat, ne ſuis privilegiis potiantur hi, qui ſubditi non ſunt, faciat contra libertatem Eccleſiaſticam, & eis uti non poſſint Clerici.* Et adjecto *ibi* dictis potiori fundamento in hoc dubio, hoc ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; tum quia illud facit expreſſam mentionem de Clericis; tum quia Clerici ſunt partes civitatis; imo, & cives digniores omnibus civibus aliis conceſſi: Deinde quia ſi participes non fiant, in odium Clericatus fieri videtur; præſertim quia tali via Clerici efficiuntur deterioris conditionis, & ad agendum timidiores,
7 quam ſæculares. † Item etiam quia cum de Jure communi Clerici poſſint gaudere, & frui beneficio ſtatutorum, & privilegiorum alicui univerſitati, vel certo generi perſonarum conceſſo, ut patet ex *cap. conſtitutus de reſtit. in integ.* & docent Duard. *in Bullam cœnæ lib 2. can. 15. q 19. à n. 11. & 12* Thomas del. Bene *de immunit p. 1. c 8. dubit. 8.* & per hujuſmodi ſtatutum tolleretur quod eis de Jure communi competit, Decius *in textu noſtro n. 8.* Felinus *n 6*. Magalinus *in 3. p. lib 3. c. 10 q. 1. n. 56.* Mandellus de Alba *lib. 1. conſ. 8. n. 3. & 10.* Riccius *in praxi tomo 3. reſ 20.* & Fuucius *tomo 1. tract. 16. cap. 10. q. 8. n. 271.* ſequitur, ut ſit contra libertatem Eccleſiaſt. ut docent Suarez *lib. 4. de immunit. cap. 22. à n. 16. & cap. 33. à n. 5.* Duardus *ubi ſupra n. 41.* Diana *p. 1 tract. 2. reſ. 59.* Thomas del-Bene *ſupra, & de Parlam. dub. 30. ſect. 1. 20 & ſequentibus de immunit. dict. p. 1. cap. 5. dub. 7. ſect. 1. 20. & ſequentibus.*

8 Nec obſtant Felinus *hic*, Pereira *de manu Regia p. 2. cap. 67. n. 15.* Graff. *de effectib. Cleric. effectu 1. num. 26.* Cutellius *de immunit. Eccleſ. lib. 2. q. 61. num. 21. & 26.* Azor *tom. 1. lib 5. cap. 13. q. 4* non improbabiliter ſentientes contrarium ex eo quod aliud ſit beneficium, ſeu privilegium non concedere, & aliud ſit beneficium conceſſum revocare, cum beneficium non concedere fiat ſine alterius injuria; derogare autem, vel minuere non fiat ſine alterius damno, & injuria; quia facile reſpondetur per adducta fundamenta *hic*, & in jam adducta *q. 2.*

9 Ad tertiam quæſtionis partem, an poſſit Dominus, rebus, Caſtris &c. videtur quod tale ſtatutum ſit contra immunitatem; eo quod ſaltim lædatur aliquo modo immunitas Eccleſiaſtica, cum talis conditio appoſita, videatur eſſe appoſita in in odium ipſius immunitatis Eccleſiaſticæ, quod ſcilicet Eccleſiaſticæ perſonæ ſubjiciantur oneribus, quibus non debent ſubjici, & quod bona, quæ tranſeunt ad ipſos, non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica, contra textum *in dict. c. quamquam de cenſibus lib. 6 cap. 1. de immunitate Eccleſ.* & Bullam cœnæ *in c. 18.* & pro hac parte faciunt infinita, quæ adduxi *ſupra à q 1. & 2.*

10 Sed vera, & brevis reſolutio eſt, ut quia quilibet rei ſuæ ſit moderator, & arbiter ex *l. in re mandata Cod. mandati, l. poſſa cod. de bis. quibus ut indignis hæredit. auſer. & §. 1. inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni Juris*, poſſit ſuis rebus imponere onus, quod voluerit, ſic ut quando transfert in alterum per enfeudationem, vel alio modo, transferat cum tali
11 onere à ſe impoſito. † quia res tranſit cum ſuo onere, *cap. ex litteris de pignorib. l ſi convenit. 2. §. ſi fundus ff. de pignoratitia actione, l. bovem §. pignori ff. de ædilitio edicto. l. ſi Divina actione cod. de exactoribus tribut. & leg. alienatio ff de contrah. emptione*, taque dicendum eſſe, ut cum res tranſeunt in Eccleſiam, retineant onus in ipſis invariabiliter impoſitum ex vi privati Domini, ut docent Bart. *in l. de iis Cod. de Epiſcop. & Cleric. in l. placet cod de ſacroſanct Eccleſ.* Innocent. *in dicto cap. non minus de immunit. Eccleſ.* Archidiacon *in cap. ſecundum Canonicam 23. quæſt. 8.* Joannes Monach. *in dict c. 1. de immunit.* Joannes Andreas *ibi* Abbas *in fin. n. 12. de vita, & honeſt. Cleric.* Sylveſter verb. *immunitas q 5.* Angel. *n 36.* Greg. Lop *2 p. 1. tit. 6 l ſi gloſſa 4. tit. 15. l. 1. gloſſa 4. in fine*, Cardinalis Albanus *tract. de immunit. in ſolut. 4. rationis*, Suarez *lib. 4. contra Regem Angliæ 20. n. 6.*

Et confirmatur, quia onus annexum fundat Jus 12
tertii, cui ex vi talis oneris reſtat obligata, ex eo inquam quod res tranſeat ad Eccleſiam, non privatur quis Jure ſuo; quia bona Eccleſiæ ſunt quidem immunia, ſed ſervata juſtitia cujuſcumque; quapropter *in cap. verum de conditionibus appoſitis, cap præterea de Jure Patron. & cap cum delicti de donat.* habetur ut docent *ibi* DD. quod ſervanda ſit conditio, ſub qua donatio facta eſt Eccleſiæ.

Nec obſtat dicere ut cum onera rebus impo- 13
nenda, ſint variabilia, & incerta; & ſic nec tranſire ad Eccleſiam, ut ex communi docet Abbas *hic in textu noſtro.* Tamen hic adjunctis, quæ latiſſime *ſupra* expendi *ſub q. 17. late à n. 5.* Ubi late diſtinxi. Breviter nunc reſpondeo aliud eſſe quod res tranſeat cum oneribus variabilibus, & aliud quod tranſeat cum obligatione ad onera variabilia; ſiquidem hæc obligatio eſt onus invariabile adhærens rei ex conditione appoſita ab ipſo Domino;
& ideo cum ipſa tranſire debeat. † Indeque eve- 14
nire ut Eccleſiaſtici ratione feudorum teneantur præſtare auxilia Principe in ordine ad Bellum, ſecundum quæ adduxi late *infra ſub cap. cæterum 5. de judiciis*; licet ſint incerta, & variabilia; quia in feudo fundatur obligatio ad præſtanda hæc auxilia certa, & invariabilia, ut docent Albanus *de Jure fiſci cap. 8. n. 2.* Petr. de Greg. *de conceſſione feudi p. 8. q. 2.* Marta *de Juriſdictione p. 4. cent. 1. caſu 18. n. 16.* Carol. de Graſ. *lib. 2. Regal. francor. Jur. 14.* Intrigliol *de feudis q. 30. n. 24.*

Nec enim ut contrariæ ſatisfiat opinioni, læditur immunitas, 15
ex eo quod quis velit res ſua pervenire ad Eccleſiam cum aliquo; ſiquidem in hoc utitur Jure ſuo, nec faciat aliquid in odium immunitatis, cum donat rem gravatam, ſed tantum per hoc minus donet; nec inde fiat, ut acquiratur Principi ſæculari aliquod Jus, ſupra perſonas Eccleſiaſticas, ratione cujus poſſit in illas Juriſdictionem exercere, tantumque acquirere Jus ad rem, quæ in Eccleſia tranſit, cum imponendo onera cæteris rebus poſſit etiam ab ipſa exigere eadem onera ſervata, debita proportione, non Juriſdictionali modo, ſed per viam juſtitiæ, & aliquid ſibi debitum. Et ſic optime hanc ſententiam, præter adductos docent etiam ex antiquis Felin. *hic in textu noſtro n. 27.* Hoſtienſ. *in cap. verum de foro comp.* Joannes Andreas *ibi* Abbas, & alii paſſim, *in dict. cap. verum de condition. appoſit.* Ancharranus *conſ. 223.* Caſtrenſis *in l. ſi negotium §. fin. ff. de negociis geſtis*, Joannes Anton. de Nigro *in clem. 1. de vita, & honeſtate Clericorum n. 253* Molin. *de Juſt. & Jure tract. 5. diſputation. 6.* Suarez *ſupra, cap. 14. n. 13.* Azor. *inſtit. mor. lib. 5. cap. 13. quæſt. 1.* Bartol. *in l. reſcripto §. ſe-*

eundem ff. de munerib. & honorib. Martha *4. p. de Juriſd. caſu* 14. Gutierrez *lib.* 1. *pract. q.*3. Reginald. *lib.*9 *n* 130.& ex aliis moderniori bus Filiucius *tract.*6.*cap.*11. *n.*294. Duardus *in Bulla cœnæ lib.*2.*can.*18. *q.*6. *n.*6. Magalius *p.*2.*lib.*5.*cap.*17. *quæſt.*6.*num.*98. & 103. Alterius *de cenſur. tom.* 1. *diſp.*19. *lib.*5. *cap.*6. Molfeſ. *p.*2. *ſumm. tract.* 12. *cap.*22. *à num* 167. Turrian. *tom* 2. *in* 2.2. *diſp* 44. *dub.*4. *n.* 13. Souſa *in Bulla cœn. cap.* 19 *diſp.*92. *n.* 5. Barboſa *tom.* 1. *collect. ad textum in cap.*4. *n.* 5. *tit. de immunitat. Eccleſ.* cum Molina, Azorio, Proſpero de Auguſta ad Quarantam, & aliis, Thomas del-Bene *de immunit. p.*1. *cap.*5. *dub. fin* idem *de Parlam. dubit.*4. *ſect.* 15. *n.* 5. & *ſect.*20. Bonacina *de cenſ. diſp.*29. *puncto* 3. *cap.* 1. *n.* 18. Carolus de Graſſ. *de effectibus Cleric. effectu* 2. *num.* 336. & *effectu* 3. *n.* 168. & 274. Squilante *de privileg. Cleric. cap.*8. *num.* 56. & faciunt gloſſa *in cap. ſecundum Canonicam* 23. *q.* 8. *cap. tributum* verſ. *de exterioribus. cap ſancitum* verbo *annua*, *cap. ſecundum eadem cauſa cap.* 1. verb. *bonorum, de immunit. lib.*6. *cap. convenior.* 23. *q* 8. & *cap. ſi tributum cap. magnæ* 11. *q.* 1. *cap. conſtat*, *cap. cum ſit. cap. paſtoralis de decimis* &c.

16 Ad ultimam quæſtionis partem, de qua late DD. ſolent agere reſponſum ex proxime adductis in verſ. *ad tertiam*, & *dict. q.*17. *à n.* 5. & *ante q.*8. verſ. *ad quartam*, habes ideo nunc breviter reſpondeo quod ſi poſſeſſio, vel res habebat aliquod onus perpetuum, & invariabile annexum, antequam veniret ad Jus Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticorum, ut v. g. aliquem cenſum, ſervitutem Principi debitam, onus reparandæ viæ publicæ adjacentis, vel quid ſimile; tunc hoc onus ab Eccleſiaſtica perſona ſolvendum eſt; quia res tranſit cum onere ſuo ex *dicto cap. cum non ſit* 33. *cap. Paſtoralis* 28. *de decimis*, cum tale onus ſit reale, ſecus ſi ſit variabile, & incertum, ut probant *n. praced.* adducti, & *in dicta quæſt.* 17. Ubi late diſtinguendo reſolvi, & bene, ac longe loquens Thomas del-Bene *de immunit. p.*1. *cap.*5. *dubit.*6. cum Silvio, Filiucio, Azor, Duardo, Megolio, Souſa, Torriano, Molfeſio, Layman, Suarez, & aliis, qui & *n.*7. & 23. dicit procedere in oneribus invariabilibus mere realibus, quæ ſine habitudine ad perſonæ qualitatem rebus ipſis, Jure perpetuo inhærent, procedat in Eccleſiaſticos poſſeſſores contra Cardinal. Albanum, Peſantium, Guebaram, & alios, quos refert Carol. de Graſ. *de effect. Clericat. effectu* 3. *à n.* 162 *ad* 176. † Et dicat inter

17 mere realia numeranda non eſſe tributa, quæ ſæcularis Princeps lege ordinaria ſubditis de bonis eorum præſtanda imponit, ac proinde hæc tributa, ſeu onera una eum bonis, ſeu poſſeſſionibus, non debeant tranſire ad Eccleſiaſticos; quia talia tributa non ſunt onus reale; ſed conveniat rebus propter perſonas, quæ ſub Principis Juriſdictione exiſtentes, lege tributi obligari poſſunt. † Tamen ego intelligo, ut ſi illa onera tributa-

18 ria ſint ex antiquo impoſita perpetuo, ut ratione feudi contractus cenſualis, aliorumve ſimilium, tunc teneri ad ſolutionem eorum Eccleſiaſticos ex ratione *l. munerum ff. de muner. & honorib. auth. de Eccleſ. tit.* §. *ad hac*; ſecus tamen ſi tributa ſint gabellaria, quæ ut imponuntur ſolent mutari arbitrio Principum: nam in iſtis, ut *ſupra* dixi *dict. q.* 17. non procedit ex mutatione perſonæ, ut *ibi.*

QUÆSTIO LIII.

An ſtatutum quod laici venditores vini Eccleſiaſticorum, teneantur præſtare fidejuſſionem de ſolvendis pœnis, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam? an ſtatutum laicorum privans Clericos, ſi Juriſdictionem ſæcularem declinaverint, officiis ſæcularibus, & bonis à Rege conceſſis, ſit contra immunitatem? Et an ſtatutum laicorum diſponens, ut mortuo Epiſcopo inventarium bonorum pro ſpolio fieri poſſit à Judice ſæculari, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam? Vel illud, quod diſponit, ut licet Epiſcopus legata pia exequatur contra hæredem, non tamen exequi poſſit contra laicum tertium poſſeſſorem?

SUMMARIUM.

1 *Statutum laicum, quod laici venditores vini Eccleſiaſticorum teneantur præſtare fidejuſſionem de præſtandis pœnis, eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

2 *Dominus laicus, ſicut tenetur ad pœnam; ita & ad fidejuſſionem præſtandam de ſolvendo gabellam vini venditi.*

3 *Statutum laicum privans Clericos officiis ſæcularibus, ſi Juriſdictionem laici declinaverint, eſt contra libertatem Eccleſiæ. Fallit in cauſis feudalibus, & in aliis, ut* n. 4. 5. 6.

5 L. 3. tit. 4. lib. 5. Recopilationis.

6 *Clericus qui vult judicari in feudalibus cenſualibus, & officiis a Rege ſibi datis, non ut laicus, non debet officia ſæcularia retinere.*

7 *Privatio officiorum temporalium ob injuſtam Clerici declinatoriam a Judice laico, non eſt propria pœna reclamationis.*

8 *Clericus attentans declinatoriam à laico, ſi eſt injuſta, etiam privatur officiis à Rege ſibi datis virtute laici ſtatuti ſine fractione immunitatis, non ipſo Jure* n. 9.

10 *Inventarium bonorum Epiſcopi mortui fit à Prætore illius civitatis in praxi ut* n. 11.

11 *Statutum diſponens, ut mortuo Epiſcopo, poſſit à Judice laico fieri de Jure Canonico eſt contra immunitatem. Et quare?* n. 12.

12 *Epiſcopi decedunt abinteſtato, cujus hæredes ſunt, vel alii Epiſcopi, ſeu Eccleſio, aut Camera Apoſtolica.*

13 *Statutum laicum diſponens, ut Epiſcopus non poſſit exequi contra laicum tertium poſſeſſorem pium legatum eſt contra immunitatem.*

14 *Legatum ut conſequatur, tres competunt actiones, realis, perſonalis, & mixta.*

15 *Legatum ut conſequatur, datur etiam interdictum Salvianum.*

16 *Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius poteſt exequi legatum, etiam ſi in teſtamento ſint omnia legata profana: Quid in praxi.*

1 AD primam quæſtionis partem etſi non ſit dubia reſpouſio ex late adductis *à quæſt.* 1. *& ſub quæſt.* 39. in terminis, reſpondeo ut tale ſtatutum ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam; quia quemadmodum ſæpius dixi, & *ſub q.* 24. ut Clerici, & Eccleſiaſtici nequeant coerceri pœnis à laicis impoſitis, ſic nec ut præſtent fidejuſſionem de ſolvendis pœnis; quia & ſi iſtæ perſonæ, ut ſæpe dixi, teneantur obſervare juſtas laicorum leges, ut *in quæſt.* 1. *&* 2. in proxime præcedenti; tamen quia per boc ſtatutum Eccleſiaſtici indirecte coguntur ſolvere pœnas prædictas, ac reddere immunem laicum fidejubentem; quod ſi ita adſtringerentur, contingeret, ut vel nunquam invenirent fidejuſſores, aut ſi invenirent, eſſet cum gravamine prædicto, privarenturque facultate, quæ de omni jure ſibi ipſis competit libere contrahendi cum laicis, & vendendi res ſuas, ut jam *ſupra* adduxi *ſub q.* 15. 16. *&* 18. ac in aliis, & in præcedenti docent in terminis Thomas del-Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 5. *ſect.* 14. ex Doctrina Squilantis *de privileg. Clericor. cap.* 8. *n.* 38. Proſper de Auguſta *ad Quarantam* verſ. *vectigal,* Genuenſ. *in praxi Archiep. cap.* 62. *n.* 7. Marihæ *p.* 4. *de juriſd. caſu.* 3. *n.* 13. Barboſæ
2 Geminiani, & aliorum. † Quod ſecus eſt in Domino laico vini obligato ad talem fidejuſſionem præſtandam; quia ille de jure, ſicut tenentur ad pœnam, & gabellam præſtandam, ſic & ad fidejuſſionem talem præſtandam, ut reſolvit del-Bene *dict. ſect.* 14. *in fine.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem privans Clericos, ſi juriſdictionem ſæcularem declinaverint officiis ſæcularibus, & bonis à Rege conceſſis &c. ſuppoſitis quæ latiſſime dico *infra ſub toto tit. de judiciis de foro comp.* & qualiter Clerici Eccleſiaſticæque perſonæ ſutut liberæ à juriſdictione laicorum, applicando etiam hic plura alia dicta *ſupra à quæſt.* 27. quatenus loquuntur de juriſdictionalibus, & quod dixi *quæſt.* 24. *à n.* 1. de quæſtione illa, *an ſcilicet Princeps ſæcularis poſſit ſtatuere, ut puniatur Clericus delinquens ratione officii ſibimet à Principe conceſſi.* Ideo jam reſpondeo tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam; ſiquidem afficit Clericos pœnis, quas
4 judex laicus in Clericos exequi non poteſt. † Quod intelligo de Clericis inquam, qui juxta jus juriſdictionem declinaviſſent, ſed illam declinaſſent circa cauſas V. G. feudales, ut dixi late *in cap. cæterum* 5. *de judiciis*, aut aliis cenſualibus in quibus laicus poteſt eſſe judex; quia ſic eſt in jure, aut privilegio Principibus conceſſum, exiſtimo jam in hoc caſu poſſe ſtatutum hoc tollerari; quia Princeps juſte ſtatuit: nec punit Clericos coercitive, tantum vero privat illos ab officiis ſæcularibus, & bonis à Rege conceſſis, quod eſt Regibus denegandum quando juſte
5 proceditur ut hic. † Et in hoc caſu non eſt rejicienda deciſio *leg.* 3. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopil.* Ubi habetur quod Clerici primæ tonſuræ, publicis officiis ſæcularibus, reputentur indigni, ſi citati coram judice laico, ejus juriſdictionem declinaverint, & *in l.* 4. *eodem tit.* Ubi habetur, hujuſmodi Clerici, qui à Rege terras, & vineas habent; eo ipſo poſſeſſionibus ſint privati, ſimiliter ſi ejus Regiam juriſdictionem declinaverint: ita docet Gutierrez, has leges ſic intelligens *lib.* 1. *pract. q.* 9. *&* 10. Thomas del Bene pluribus probans *de immunit. p.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 19.

Ex ea ratione, & aliis, quia ſi in tali Clericus vult judicari; non ut ſæcularis, ſed ut Eccleſiaſticus, non deberet officia ſæcularia retinere, cum textus *in cap. ſacerdotibus, ne Clerici, vel Monachi*, Ubi Barboſa cum infinitis, & Covarruv. *pract. cap.* 33. *n.* 6. officia ſecularia Clericis interdicat. 6

Etenim etſi ex generali reſolutione aliorum 7
caſuum, tam ſub texto noſtro quam ſub dictis *tit. judiciis, & foro comp.* reſpondendum ſit ut tale inquam ſtatutum ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ut etiam docet idem Thomas del-Bene *dict. dubit.* 9. *cap.* 8. ex dictis *dubit* 2. *& dubit.* 4. *ſect.* 15. *uſque ad* 20. *de parlam. & in cap.* 9. *de immunit. dict. p.* 1. tamen procedit quando ſtatutum præciperet injuſte auferendo declinatoriam à Clericis in caſibus, in quibus ſunt immunes à juriſdictione laicorum, ſecus quando ſubſunt juriſdictioni laicorum modo dicto; quia tunc etſi pœnis ut dixi coercere non poſſit criminalibus, ſive pecuniariis Eccleſiaſticos; poterit tamen eos officiis ſæcularibus privare; quia talia privatio non eſt proprie reclamationis pœna, ſed eſt officiorum, & poſſeſſionum privatio ex voluntate Regis ita donantis; nam ſicut dixi quæſt. præced. ſub dicto verſ. *ad quartam* liberum eſt Regi donare, liberum erit eidem hanc conditionem apponere, ſeu ſub hac conditione donare, alias ſi ea non ſervetur donatio ceſſet.

Dubium eſt tamen, num ſi Clericus tantum 8
attentaverit declinatoriam nec ad effectum perveniat, veniat nihilominus privandus officiis à Rege illi conceſſis? Et in hoc caſu affirmant. Gutierrez *Ubi ſupra ex dicta l.* 3. *&* 4. *tit* 4. *lib.* 1. *recopil.* & faciunt adducta *q.* 50. *n.* 25. Ubi quod attentans, etſi ſine effectu punitur, Covar. *dicto cap.* 33 *n.* 6. Sed Thomas del-Bene in boc puncto reſolvit, ut hæc privatio non habeat locum ex ſolo facto declinandi, niſi ſuper declinatoria pronuncietur à judice laico, quod malitioſe Clericus declinaverit; ſic ut quo uſque de tali declinatione juridice non conſtet, non debeat Clericus officiis, & poſſeſſionibus dictus inhabilem reddi, vel privari, cum in omnibus pœnis, etiam ipſo jure latis id requiratur: ita ipſe Thomas del-Bene. Vide *infra cap. ex litteris* Ubi de lege pœnali. † Tamen quia dictum eſt ſtatutum præ- 9
dictum non eſſe pœnale, ſed tantum privationis, videtur ut ipſo jure ex ſolo attentatu incurrat Clericus declinans in eo; nihilominus faciunt pro Thomas del-Bene quæ dixi *in cap. cum non ab homine de judiciis q* 28. 29. *&* 30 Ubi an perjurus, homicida, ſive falſans litteras Apoſtolicas, privetur ipſo jure ſine ſententia declaratoria beneficiis, quæ obtinet, ubi requiri talem ſententiam dictum eſt.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum 10
diſponens, ut mortuo Epiſcopo inventarium bonorum pro ſpolio fieri poſſit à judice ſæculari, cum in praxi videamus quod Prætor civitatis, ubi Epiſcopus moritur, illud faciat, videtur dicendum non eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, ut in terminis defendunt Joannes Gutierrez *in practicis lib.* 2. *q.* 49. *n.* 3. Zevallos *de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 78. *numer.* 13. Cabedus *deciſ.* 83. & alii.

Sed quod illud ſtatutum ſit contra libertatem 11
Eccleſiaſticam, probat in terminis Thomas del-Bene *de immunitate Eccleſ. cap.* 5. *dubit.* 23. ex

Doctrina Barboſæ *de jure Eccleſiaſt. p. 1. cap 8. n* 88. dicentes contra Zevallos, & Cavedum minus bene exiſtimantes tale inventarium faciendum eſſe à judice laico, debere tantum fieri, ac confiſci à judice Eccleſiaſtico.
12 † eo quod Epiſcopi decedunt ab in teſtato, & eorum hæredes ſunt, vel alii Epiſcopi, ſeu Eccleſia, aut camera Apoſtolica, quæ omnes ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſuper quibus nullam juriſdictionem habet ſæcularis, juxta vulgaria jura, & ut ego retuli *in tota tit. de judiciis, & foro comp. & in cap. tuam de ordine cognit. &c.* ita Barboſa, cum Franciſco Marco *in deciſ.* 105. *p.* 1. *Delphin.* Martha *de juriſdic. p.* 4. *caſu* 122. *numero* 16. & ex illis del-Bene *ſupra*.

13 Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatutum laicorum diſponens ut Epiſcopus, licet legata pia exequatur contra hæredem; non tamen exequi poſſit contra laicum tertium poſſeſſorem, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? Et quia videtur reſolvenda per ea, quæ dixi *infra in cap. ſi clericus laicum de foro comp. q.* 9. *ex n.* 19 *ad* 24. dum egi de illa, *an Epiſcopus poſſit exequi legata pie contra tertium poſſeſſorem?* ideo breviter reſpondeo cum Gratiano *diſceptat. forenſ. tomo* 1. *cap.* 62. *à n.* 27. Gutierrez *lib.* 4. *pract. cap.* 24. *n.* 14. Ciarlino *in controverſ. forenſ. cap.* 28. *n.* 25. & 26. & Thomas del-Bene *dicta p.* 8. *de immunit. cap.* 23. *p.* 1. Ubi reſolvit de aliis caſibus eſſe contra immunitatem; quorum ratio eſt; quia jura præbentia Epiſcopo, quod legata dicta exequi poſſit, indiſtincte loquentur, & conſequenter indiſtincte debent intelligi, & non reſtringi; alioquin enim facile illuderetur munus, & officium Epiſcopi, intervertendo ſcilicet poſſeſſionem bonorum in tertiam perſonam.

14 Deinde quia ad conſequendum legatum dantur tres actiones, nempe perſonalis, realis, & hypothecaria, ut probant DD. per textum *in cap. noſtra autem inſtit. de legatis*, & conſequenter quod Epiſcopus poterit procedere contra tertium poſſeſſorem, ſi non actione perſonali (quia ille non eſt hæres) ſaltim actione reali, quæ ſolum requirit Dominium ex parte agentis, & poſſeſſionem ex parte rei; & ita adducti DD. probant, ut cum hoc verum ſit in legatis profanis, & multo magis in legatis piis.

15 Et confirmant, nam poteſt talis actio, etiam non addita hæreditate contra tertium intentari poſſeſſorem, ex lege in rem *ff. de rei vindic.* §. *omnium autem inſtit. de actionibus*; & deinde quia pro conſequendo legato, & acquirenda ejus poſſeſſione, datur contra tertium etiam aliud remedium, ſcilicet inter dictum Salvianum, ut latius ego explicui *in dicto cap.* 5. *de foro q.* 9. verſ. *ad ſecundum* verbo *unde* ex *n.* 21. & per aliqua, quæ dixi *in cap. examinata de judic.* ut utrobique le-
16 ges. † Itaque Thomas del-Bene *ſupra à num.* 8. contra Zevallos *ſupra p.* 2. *q.* 21. *n* 8. Bobadillam *in polit. tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 103. reſolvit primo quod id exequi poſſit Epiſcopus, & ejus vicarius, etiam in caſu, quo in teſtamento non ſint legata pia, ſed profana omnia, & in caſu quo judex ſæcularis non ſit negligens, & in caſu, noo procedent ex officio, ſed ad inſtantiam partis, quod ſcilicet executores, aut hæredes laici dicta legata exequantur, de quibus tribus caſibus circa praxim Hiſpaniæ non multim confido, propterea, quod judice laici clipeo muniuntur.

QUÆSTIO LIV

An ſtatutum laicorum invalidans vel relaxans juramenta, etiam ob juſtam cauſam V. G. quia metu, vel injuria extorta ſunt ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? An ſtatutum laicorum prohibens ne Clerici, è laicis exigant Decimas quæ per conſuetudinem ſolvi non ſolent, ſit contra libertatem Eccleſiæ? An ſtatutum laicorum, ſaltim, ſi ſit confirmatum à ſummo Pontifice, præſertim ex certa ſcientia, obliget Eccleſiaſticos? An conſenſus Pontificis expoſtulandus ſit, ut Eccleſiaſtici gabellas ſolvant, ſi ſtatutum æque principaliter Clericos, ac laicos concernat? Et an Epiſcopi debeant executioni mandare ſtatim licentias Pontificum ſuper ſolvendis tributis? Et an exigens gabellas ab Eccleſiaſticis, etiam cum animo reſtituendi ſimul cum intereſſe in fine anni, quod interim exactam fuit, faciat contra immunitatem Eccleſiaſticam.

SUMMARIUM.

1 *Statutum laicum invalidans, vel relaxans juramenta ob juſtam cauſam, dicitur contra immunitatem, ſi fiat per modum diſpenſationis, vel abſolutionis, ſecus relaxatione indirecta, ut n.* 2.

3 *Statuere à laicis ſuper jure decimandi, quo pacto ſit contra Eccleſiæ immunitatem, &* num. 4.

5 *Statutum laicum confirmatum à Papa, qualiter deſinat eſſe contra libertatem Eccleſiæ à* n. 6. & 9.

6 *Statutum laicum à quocumque factum fuerit, de ſe non extenditur ad Eccleſiaſticos, nec ad bona ipſorum.*

7 *Confirmatio non extendit confirmatum extra ſuos terminos.*

8 *Confirmatio cadit ſuper confirmatum ſecundum ejus capacitatem tantum nec ad perſonas non incluſas extenditur.*

9 *Statutum laicum faciens mentionem de Clericis, ſi confirmatur à Papa, illos obligat; ſecus ſi illos non includat.*

10 *Confirmatio Papæ validat, quod alias non valeret quando ſit ex certa ſcientia.*

11 *Confirmatum ſtatutum à Papa, recipit ab ipſo valorem.*

12 *Conſenſus Pontificis, ut Clerici gabellas ſolvant, non ſolum in re publica, ſed etiam communi Clericis requiritur, ſi alias mora non ſit nociva, ut* num. 13. 14. 15. *idem de conſenſu Epiſcopi* n. 18.

13 *Exempla, quibus pateſit etiam urgente neceſſitate, expoſtulari ad gabellas in Clericos conſenſus Papæ.*

15 *Epiſcopus non debet, niſi viſis videndis executionem*

tionem, dare licentias Pontificum ſuper ſolvendis à Clero tributis, & citato Clero, etiam ut cumque obtentæ ſint à laico Principe, ut n. 16.

17 *Exactio in Eccleſiaſticos tributorum, etiam in communi utilitate eorum, fit à judice Eccleſiaſtico.*

19 *Exigens gabellas ab Eccleſiaſticis cum animo reſtituendi in fine anni tantundem ſimul cum intereſſe, etſi faciet contra immunitatem Eccleſiæ ſuſtinetur tamen ut* numero 20. & 21.

1 AD primam quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ adduxi *ſupra in hoc cap. ſub q.* 20. in verſ. *ad ſextam*, Ubi egi de illa *an poſſint Principes ſtatuere irritando aliqua juramenta apponi ſolita in contractibus & q.* 30. verſ. *ad ultimam*, & *q.* 31. verſ. *ad primam*, & alibi. Item & adjectis quæ longiſſime *infra dico in cap.* 1. *de jure jur.* & alibi in eo tit. *an judex laicus queat relaxare juramenta?* Quibus præhabitis jam breviter debemus ad præſentem difficultatem ſub diſtinctione reſpondere, ut directe nequeat Princeps ſuo ſtatuto invalidare, ſeu relaxare talia juramenta per illa, quæ etiam dixi *in cap. novit. de judiciis ſub q.* 9. & *ſub q.* 13. ſi faciat nempe per modum diſpenſationis, vel abſolutionis; quia hæc ad Eccleſiaſticam tantum poteſtatem ſpectat, ut adduxi in prædictis locis, cum ſit quædam remiſſio ex parte Dei facta per ejus miniſtrum, cujuſmodi facultas omnino Eccleſiaſtica, & ſpiritualis eſt, ut in
2 præfatis locis ſcripſi. †Quod ſi tamen invalidet, vel relaxet relaxatione indirecta, quæ fit ratione materiæ, vel ſupplendo vicem ejus, cui juratum eſt, & qui remittere debebat, tunc quidem ad poteſtatem laicam ſpectare poteſt: ita Ledeſma *tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 4. *dubit.* 3. cum aliis Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 114. Thomas del-Bene *de parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 27. *ſub ſect.* 1. & 2. & 16. ipſe *de immunit. p.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 28. *ſect.* 1. Molina *de juſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 149. Raphaël de la Torre *in* 2.2. *tomo* 2. *q.* 89. *art.* 9. *dub.* 5. Gutierrez, *in auth. ſacramenta puber. n.* 46. Suarez *lib.* 2. *de juram. cap.* 41. *n.* 16. Sanchez *lib.* 3. *moral. cap* 22. *n.* 13. qui & alios referunt dicentes ſic intelligendos, Covarruv. *in cap. quamvis pactum p.* 1. §. 3. *n.* 22. Rodriguez *tom.* 1. *ſumma cap* 192 *n.* 9. firmantes abſolute eſſe tale ſtatutum contra immunitatem, & ex his infert Thomas del-Bene *dict. dubit.* 28. *lib. de immunit. cap.* 8. per quinque ſectiones, ad reſolutionem quinque caſuum, qui facile diluuntur ex dictis *infra in dict. cap.* 1. & *aliis de jure jurando.*

3 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſtatutum prohibens, ne Clerici exigant Decimas è laicis, quæ per conſuetudinem ſolvi non ſolent, ſive præſcriptione &c. Et ſuppoſitis quæ dixi late *in cap. ad aures*, & *cap. cauſam* 7. *de præſcript.* & *in cap. de quarta eodem* ubi de conſuetudine, aut præſcriptione, etiam in materia Decimarum. Et adjectis hic etiam quæ adduxi *ſupra q.* 29. verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quintam*, ubi de duabus quæſtionibus in ſtatutis laicorum circa materiam etiam præſcriptionis rei Eccleſiaſticæ, licet Thomas del-Bene longe ſcribat *de immunit. Eccleſiaſt. dict. cap.* 8. *p.* 1. *dubit.* 29. *per ſeptem ſectiones.* Ego quia exiſtimo ad præſens dubium, per dicta *infra in cap. fin. de conſuetudine in toto illo tit.* item & *in dicto cap. de quarta*, & aliis proxime citatis de præſcriptione reſponden. Ideo etſi admittam decimandi jus poſſe à laico præſcribi, ſeu conſuetudine acquiri, ſi interveniant requiſita ad talem acquiſitionem, de quibus *ibi*, dixi: tamen aliter ſentio cum Azor *tom.* 1. *mor. lib.* 7. *cap* 26. *q.* 3. Raphaël de la Torre *in* 2 2. *D. Thomæ q.* 87. *art.* 1. & Thomas del-Bene, niſi privilegio ſummi Pontificis honeſtetur tale ſtatutum. quorum ratio eſt; quia jus Decimandi eſt ſpirituale, ut dicitur *in cap. tuam de ordine cognit.* per DD. & *alibi*, & Dianam *in tit. de decimis.*

Nec obſtat dicere quod hujuſmodi ſtatuto 4
tantum laici præcipiunt, quod conſuetudo non ſolvendi decimas recepta, ſervetur, juxta jura, quæ decernunt talem conſuetudinem receptam, ſive præſcriptionem ſervandam; & ſic tale ſtatutum non eſſe contra libertatem. Quia reſpondeo dictum argumentum ſolum probare, quod ne talis conſuetudo violetur, providere, ſpectet quidem ad laicos, ac idem, ne talis præſcriptio violetur, ſed non quod etiam ſpectet ad laicos præcipere, ne contra eam Clerici faciant; quia hoc tantum ſpectat ad Eccleſiaſticos. ſcilicet ad Epiſcopos, & ſummum Pontificem. Quare etſi Turrianus *in ſumma p.* 1. *cap.* 137. *dubit.* 4. *concluſ.* 3. dicat cum Covarruv. *in pract. cap.* 35. *n.* 2. *verſ.* 4. & *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *n.* 8. quod juſtæ ſunt leges Caroli V. & Philippi II. Regis Hiſpaniarum, quibus decernitur, quod laici non ſolvant decimas, quæ per conſuetudinem conſueverunt non ſolvi. Tamen ſunt intelligendæ cum diſtinctione proxime adducta, alias inquam ſtatuere à laicis ſuper jure decimandi, erit contra Eccleſiæ immunitatem; etenim ideo conſuetudo, & præſcriptio poſſunt contra tale jus procedere; non quia procedunt à laico imperante, ſive diſponente, ſed à jure Pontificio permittente, & approbante, ut patet in præcitatis juribus, ac in aliis de conſuetudine, & præſcriptione circa jus decimandi.

Ad tertiam quæſtionis partem, an ſtatutum 5
laicorum, ſaltim ſi ſit confirmatum à ſummo Pontifice; præſertim ex certa ſcientia obliget Eccleſiaſticos? Et ſuppoſitis quæ dica late ſub *tit. de confirmat. utili, vel inutili*, Ubi *in Rubr.* per quæſtiones egi de confirmatione ex certa ſcientia Papæ; & *ibi cap.* 1. *q.* 1. ex quibus talis ſcientia probatur, aut præſumatur, & pro affirmativa ſententia eſt, quia talis confirmatio facit, ut illud ſtatutum cenſeatur, quaſi factum ab ipſo Pontifice corroborante per textum *in l.* 1. §. *omnia cod. de veteri jure enucleandi*, in verbis illis, *tanquam à noſtro divino fuerint ore profuſa; omnia enim merito noſtra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur authoritas.* Et per verba textus *in cap. ſi Apoſtolicæ de præbend.* ibi: *cum ipſa proviſio ipſius legati poſt impertitam à nobis authoritatem, noſtra cenſetur effecta.* Etenim in propoſito ſunt DD plurimi dicentes dictum ſtatutum, accedente confirmatione Pontificis, eſſe Papale, ut docent Pariſ. *conſ.* 27. *n.* 12 *lib.* 3. Urſillus de Afflictis *deciſ.* 310. *n.* 13 *in fine*, Bart. *in l. privilegia Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Alex. *conſ* 59. *volum.* 1. Abbas *in textu noſtro*, & Decius *a n.* 17. Romanus *conſ.* 381. *n.* 4. Ruinus *conſ.* 130. *n.* 8. *vol.* 2. Roland. *conſ* 86. *n.* 28. Surdus *conſ.* 535. *num.* 15. Martha *de juriſdict.* 4. *p. cent.* 1. *caſu* 99. Crotus *conſ.* 37. *n.* 4. Gabriel *conſ.* 127. *lib.* 1. *n.* 24 Honded.

conſi

conſ. 4. *n.* 42. *lib.* 2. Theſaurus Jun. *lib.* 2. *quæſt. forenſ. q.* 5. *n.* 13. Joannes Anton. Bellon. *conſ.* 74. *n.* 125. Seraphinus 797. *n.* 26. Gratianus *diſcep. forenſ. cap.* 10. *n.* 4. Rota *deciſ.* 452. *p.* 1. *n.* 1. *diverſ.* Durand *deciſ.* 365. *n.* 2. *p.* 2. Beltraminus ad deciſ. Ludoviſii *deciſ.* 576. *n.* 18. Dominicus Picus *de contract. ſine certa forma non valit. ad ſtat. verb. lib. cap.* 151. *gloſſa* 2. *à n.* 27. Bellet *part. diſquiſit. Clerical.* §. 1. *de exception. Cleric. n.* 44. & faciunt inſuper ſæpius dicta in hac tractatione, quod etſi ſtatuta laicorum ex propria vi non obligent Eccleſiaſticos ad gabellas, manent ipſi nihilominus obligati, quoties accedit Pontificis aſſenſus.

6 Adhuc exiſtimo in hoc puncto loquendum ſub diſtinctione; quia cum ſtatutum laicale à quocumque factum fuerit, de ſe non extendatur ad Eccleſiaſticos, nec ad ipſorum bona ex textu noſtro, & ex jam late adductis *à q.* 1. *& ex cap. fin. de rebus Eccleſ. non alien.* quia non extenditur in plus, quam ſtatutis poteſtas; & ſic non valeat quoad non ſubditos ex *l.* 1. §. *hoc autem ff. quod quiſque juris in alium*, *l.* 1. *Cod. de ſumma Trinit. cap. a nobis* 1. *de ſent. excom. cap. quod autem de pænit. & remiſ. cap.* 2. *de conſtit. lib.* 6. & ſic ex noſtro textu, nec Eccleſia, nec Eccleſiaſtici ſubdantur ſtatuenti laico; ſic ut nec habeat locum inter laicos, quando agitur de re Eccleſiaſtica, ut eſſet emphytheuſis Eccleſiæ, & inde alii probent ſtatutum laicale non extendi per confirmationem ſummi Pontificis, etiam ex certa ſcientia ad Eccleſiaſticos, niſi ad hos à ſummo Pontifice
7 de facto illud extendi aliunde conſtet. † quia confirmatio non extendit confirmatum extra ſuos terminos, ſed ſolum det robur intra illos, ut docuerunt Decius *in l. more n.* 34. *ff. de juriſd. omn. judic.* Baldus *in l. nominationes in fine Cod. de appellat.* Menochius *conſ.* 378. *n.* 39. *& conſ.* 704. *n.* 36. Socinus Senior. *conſ.* 158. *n.* 16. *lib.* 1. Craveta *conſ.* 36. *n.* 6. Archidiaconus *in cap. ſervetis* 25. *q.* 2. *n.* 2. Rota Romana penſionis Domus 16. Januar. 1598. Thomas del Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 7. *dubit.* 46. late probans † ex eo etiam quod
8 confirmatio cadit ſuper confirmatum ſecundum ejus capacitatem tantum, & intelligatur in terminis, in quibus intelligitur ſtatutum, ſic non extendi ad perſonas non incluſas in ſtatuto, ut docent Bald. *in auth. quibuſcumque Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ruinus *conſ.* 60. *n.* 3. Gierg Querar. *conſ.* 28. *n.* 43. *volum.* 2. Corneus *conſ.* 9. *n.* 5. *& conſ.* 25. *n.* 21. *volum.* 3. & ex aliis.

9 Ideo ego utramque approbando ſententiam, exiſtimo hanc ſecundam procedere, quoties Papa confirmans ſtatutum Principis laici, non exprimit aliquid amplius, quam ipſe ſtatuens: quare cum Princeps ſtatuendo, incapax eſt ad obligandos Eccleſiaſticos ſuo ſtatuto, nec de illis feciſſet mentionem, ſequitur ex proxime relata Doctrina, ut cum confirmatio non ſe extendat ultra rem confirmandam, nec ei det alium novum valorem, præter quem habet ab ſtatuente, nec ſe extendat ad Eccleſiaſticos, de quibus nullam feciſſet mentionem Princeps ſtatuens, ſecus ſi mentionem feciſſet; quia etſi illud ſtatutum reſpectu Eccleſiaſticorum nullum foret. † tamen
10 accedente confirmatione Pontificia valet; non quia ſtatutum eſt laicorum, ſed ut nova diſpoſitio Pontificia, ut colligitur ex ſæpe à nobis adductis *à quæſt.* 1. Itaque concludo quod cum *confirmare*, etſi in rigore nihil de novo tribuat ex *cap. inter dilectos* §. *porro de fide inſtrum.* Abbas *in cap. examinata de confirm. utili, vel inutili* & per *ibi* à me dicta. Tamen quia Papa confirmans illud ſtatutum, porrigit ejus aſſenſum ad præſtandum valorem, & robur diſpoſitioni laicæ, alias nullæ reſpectu Clericorum, evenit ut quia Papa ex certa ſcientia, & cum cognitione cauſæ, confirmat, faciat in ſuo genere validum, quod alias non erat validum ex *cap.* 1. *cap. veniens de tranſact.* Decius *in cap.* 1. *n.* 8. *de confirm. utili*, Paris *conſ.* 3. *n.* 39. *lib.* 4. † Recipit inquam tale ſtatu- 11
tum ab ipſo Papa confirmante totam vim, ac poteſtatem obligandi; & ob id ab ipſo concedi videri probant relati pro prima ſententia, & in hoc caſu loquuntur Jura *in principio* relata, ut expandunt del Bene *dict. dubit.* 46. *in fine*, Suarez *de legib. cap.* 26. *n.* 16. Granad. *in* 1. 2. *controverſ.* 7. *p.* 2. *tract.* 3. *diſp. ult.* Caſtrus Palaus *p.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 5. *puncto* 2. §. 2. *n.* 8. Bonacina *de legib. diſp.* 1. *puncto* 1. *n.* 16. ex Doctrina Bart *in l. omnes Populi ff. de juſt. & jure, quæſt.* 3. *princip. quæſtiuncula* 4. Felin. *in cap. cum acceſſiſſent. n.* 5. *hoc tit.* Bellon. *conſ.* 37. *n.* 8. & melius procedet, quando nihil loquutus Princeps in ſtatuto de Clericis, Pontifex in confirmando ſtatuto, illud confirmaret diſponendo etiam contra Clericos, quia jam tunc omnino diſponit de novo, & ex certa ſcientia à ſe ipſo.

Ad quartam quæſtionis partem, an conſenſus 12
Pontificis expoſtulandus ſit, ut Eccleſiaſtici gabellas ſolvant, ſi ſtatutum æque principaliter Clericos, ac laicos concernat? & ut non ſit neceſſarius videtur adſtrui ex dictis *ſupra à q.* 1. 10. 11. 12. cum aliis; quia ut apparet ex *ibi* adductis contributio in caſu, hoc non fit ſolum propter utilitatem publicam, ſed etiam propter privatam Eccleſiaſticorum; ita ut in tali caſu non habeat locum deciſio textus *in cap. non minus de immunit.* de cujus intellectu dixi plura *in dict. q.* 10. 11. 12. & aliis: ſic docent *ibi* Abbas, Guilielm. Benedict. *in relect. cap. Raynuncius in verb. uxorem deciſ.* 5. *n.* 470. Grattian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 390. *n.* 19. Carniſius *part.* 4. *de collectis n.* 37. Decianus *conſ.* 51. *n.* 63. *vol.* 2. Megalina *in part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6. *n.* 121. *& conſ.* 72. *n.* 18. Silveſter verb. *immunitas* 5. *n.* 22. Ange. *eodem verb. num.* 3. Tabiena verb. *excommunicatio.* 5. *caſu.* 18. *n.* 4. Garcia *de nobilit. Hiſpan. gloſſa* 9. *n.* 53. Bobadilla *in Politica tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 181. Rodriguez *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 75. *n.* 13. Joan. de la Cruz *in ſumm. p.* 1. *princip.* 7. *q.* 7. *art.* 3. *dub.* 1. Ledeſma *in ſumma tom* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *concluſ.* 27. Lopez *p.* 2. *cap.* 40. Molina *de juſt. tom.* 3. *diſp.* 672. *n.* 5. *concluſ.* 3. Hypolit. de Maul. *in pract. ſraggredior. n.* 63.

Nihilominus quia ut retuli *ſupra* in jam addu- 13
ctis quæſtionibus 10. 11. & 12. *ibi n.* 40. & *à n.* 4. *n.* 16. & in aliis prementibus neceſſitatibus Belli, aut alterius periculi communis debeant contribuere ex ſolo aſſenſu Epiſcopi, & ejus compulſione, & ſine conſenſu Papæ interim, quo eſſe qui non poſſint; ideo duxi hic adjicere exempla quorum nonnulla jam in dictis, & aliis quæſtionibus poſui, ut de veritate dubii conſtet; quia ſicut dixi *dict. n.* 16. *q.* 12. quod Clerici tenentur ad ſubveniendum cum laicis in neceſſitatibus communibus, ſi quidem, reſte Martha *de juriſdic.* 4. *p. cent.* 1. *caſu.* 1. *n.* 52. Civitas florentina anno 1600. obtinuit à Clem. VIII. Bullam pro imponenda contributione Clericis ad reparandum

dum flumen Arneum penes quod bona Clericorum eſſent, & civitas Panormitana anno 1634. teſte Diana *p.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 11. *&* *p.* 1. *tract.* 2. *reſ.* 40. pro expenſis factis tempore peſtis impetravit ab Urbano VIII. Bullam, qua Clerici per aliquot annos includerentur in contributione impoſita ſuper vino in introitu portæ Civitatis, aliaque ſimilis Bulla obtenta fuerit à Gregorio XV. Die 23. Februar. 1622. pro Etraria, & alia ab Urbano VIII. Die 10. Maji 1624. pro Ducatu Mediolanenſi, & de hac re poſſint videri Maximilian. Fauſt. *de ærario Clauſ.* 17. *conſ.* 4. qui refert multa alia exempla, ut Maximiliani I. Caroli V. Imperarorum petentium licentiam ab Alex VI. & Paul. III. obtinendi ſubſidium ab Eccleſiaſticis pro Bello contra Turcas, & hæreticos, pro ut etiam obtinuit Emanuel Rex Luſitaniæ à Leone X. pro Bello contra Mauritanos, & Reſpublica veneta pro Bello contra Turcas, teſte Bembo. *lib.* 5. *Hiſt.* & referat Thomas del-Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 5. *dubit.* 18. *ſect.* 2.

14 Ideò reſolvendum eſt, ut ex ſolo Epiſcopi conſenſu, & compulſione, ſi moram patiatur conſenſus Pontificii, obtentio, poſſit talis ſubſidiaria contributio fieri dum durat periculi inſtantia; ſic ut non ex hoc ſit omittenda diligentia pro obtinenda facultate Pontificia, ut jam alibi dixi, & *in q.* 13. *&* 14. Et hoc pacto componendas eſſe contrarias Doctorum ſententias plurium, quos citat Narbona *in* 3. *p. Recopil. lib.* 2. *l.* 57. *in gloſſa unica n.* 47. Marchinus, Gutierrez, Peirinus, Caſtilio *de tertiis tom.* 7. *cap.* 9. *à n.* 32. Medina, Gigas, Azevedus, Abilelius, Thomas del-Bene, & Diana, adducti etiam alii *in dicta q.* 11. *&* 12. quibus abunde dubium præſens intelligitur.

15 Ad quintam quæſtionis partem, an Epiſcopi debeant ſtatim executioni mandare licentias Pontificum ſuper ſolvendis tributis? & quia jam *ſupra ſub q.* 34. in verſ. *ad quartam*, ubi *quid debeant facere Epiſcopi, dum judices laici, aut Princeps edunt aliquod ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam*, & verſ. *ad quintam an teneantur ex officio defendere Clericos tributis gravatos?* Et licet aliquid jam dixerim, de hoc puncto, dico, per illa, quæ dico *infra in cap. ſi quando de reſcriptis, & in cap.* 12. *de judiciis*, quod Epiſcopus non debeat, niſi viſis videndis, licentias Pontificum executioni mandare, quando in Bullis Pontificiis, ponuntur hæc, & ſimilia verba: *ſtantibus præmiſſis, conſtito tibi de narratis &c.* Juxta quæ etiam dixi *in cap. cæterum, cap.* 7 *cap.* 18. *cap.* 20. & in aliis *de reſcript.* quia ut ait, Marchin. *de peſte p.* 4. *cap.* 4. *num.* 29. prædicta verba requirunt cognitionem judicialem narratorum; & quia cum in dictis Bullis dicatur *vocato Clero*, videtur etiam, ut ait idem Marchinus, & ſequitur Thomas del-Bene *infra*, ut inſuper requiratur quod citatur Clerus,
16 & audiatur, cum agatur de ejus inter eſſe. † Et in tantum procedere dicit idem del-Bene *p.* 1. *de immunit. cap.* 5. *dubit.* 19. *ſect.* 3. ut procedat hæc praxis etiam in caſu, quo (juxta proxime dicta in verſ. *ad quartam*) Princeps obtinuerit Bullam à Pnñtifice, quod Clerus in publicis neceſſitatibus, vel utilitatibus contributionem præſtet ſimul cum laicis, cum Balboa, Mogrovejo in allegatione, quam ad Regem ſcripſit pro capitulo, & Decano Eccleſiæ Salmantinæ *concluſ.* 12. *à n.* 147. dicentes eſſe obſervandam praxim textus *dict. cap. non mi-*
17 *nus de immunit. Eccleſ.* † Item quod exactio eſt facienda per Eccleſiaſticas perſonas tantum, juxta ſæpius dicta, & *ſupra q.* 14. *in fine* ex Bulla Urbani VIII. conceſſa pro Ducatu Mediolanenſi verſ. *volumus &c.* & patet ex his, quæ dicit Gutierr. *de gabellis q.* 92. *n.* 65. Thomas del-Bene *ſupra n.* 4. & ibi *dict. cap.* 5. *dubit.* 21. Ubi agit de hoc puncto per ſectiones; item & *in cap.* 9. *per totum de immunitate Eccleſiaſtica p.* 2.

Notat Thomas del-Bene, quod ſi ex ratione 18
imminentis neceſſitatis, qua ex ſolo conſenſu Epiſcopi juxta dicta in verſ. *ad quartam* hic, & ſine Pontificio, ſi talis ea ſit neceſſitas, quæ ſine ſcandalo dilationem non permittat, contingat etiam reſpectu Epiſcopi, tunc etiam eo irrequiſito, ubi per injuriam conſentire norit, ſi in mora periculum verſetur, poſſit nihilominus ejus conſenſus omitti; *quia propter quod unum quodque tale, & illud magis* ex Ariſtotel. & *ex auth. multo magis Cod. de Sacroſanctis Eccleſ.* præſertim; nec tunc videtur habere locum naturæ jus, de quo jam aliquid dixi *ſupra ſub dict. q.* 13. Ubi *quando Prælati ſunt negligentes in exequendo*, quæ eſt diverſa ab hoc puncto.

Ad ſextam quæſtionis partem; an exigens 19
gabellas ab Eccleſiaſticis cum animo reſtituendi ſimul cum intereſſe in fine anni, quod interim exactum fuit faciant contra immunitatem? Et quia de hoc dubio ſatis, & abunde liquet per *ſupra dicta tota quæſt.* 13. præcipue *à n.* 6. *&* 8. *cum ſequentibus* & aliqua *ſupra q.* 46. *a n.* 1. verſ. *ad ſecundam*, Ubi diſputavi ad utramque partem. Ideo nunc breviter & contra Cutellium *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 45. dicant Altenus *de cenſuris tom.* 1. *diſp.* 19. *lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 734 Duardus *in Bullam cœnæ lib.* 2. *can.* 18. *q.* 15. *n.* 6. ut exigere, vel mandare exigi ab Eccleſiaſticis gabellas, etiam cum animo reſtituendi in fine anni ſimul cum intereſſe, etiam cauſa evitandæ fraudis publicanorum exigentium gabellas, ſit contra immunitatem; quia inde magnum onus ſentiunt, & incommodum, & aliquando magnum inter eſſe, ſi cogantur ad ſolvendum anticipate, quod ſolvere non debent: pro quibus faciunt rationes, & fundamenta, quæ adduxi *dict. q.* 13. *ſub n.* 8. *&* 9. ſic ut incurrant in peccatum, & in cenſuram Bullæ. † Tamen quia idem ſentiens Thomas del- 20
Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 5. *dubit* 7. *ſect.* 13. ad hoc cum eodem Duardo firmet quod effugeretur tamen peccatum contra immunitatem; & ſic etiam cenſuram Bullæ cœnæ Domini, ſi reſtitueretur Eccleſiaſticis in fine anni ſimul cum intereſſe (ſi revera intercesſit) totum, quod exactum fuit (& ipſis exigentibus) aliquid plus in compenſationem incommodi, quod revera illi per annum paſſi ſunt quia ſic ipſorum immunitas non aufertur, ſed differtur, & multo magis, ſi quod exigitur ad finem boni communis ut, ſcilicet evitentur fraudes publicanorum exigentium gabellas, exigatur ipſis volentibus, ac conſentientibus à conſentiente ipſo ſummo Pontifice.

Ideo ego iterum exiſtimo dubium hoc reſolvendum, juxta illa, quæ *ibi ſub dicta q.* 13. ſcripſi; 21
ſiquidem etiam in hoc puncto, ubi ultra ſic exactum intereſſe, intercedit, facta reſtitutione ad æqualitatem, non militat gravamen, nec onus, aut damnum in Eccleſiaſticos, & dum tamen, ut advertit idem Thomas del-Bene, quando Eccleſiaſticis fit ſolutio in fine anni, nullam moleſtiam, nullumve incommodum, nullamque intereſſe ſentiant in ea conſequenda, cum alioquin in illud reincideterent, ut ſcilicet prnptet onus, grava-

gravamen, in commodum, quod hic Eccleſiaſtici ſentiunt, lædatur ex hoc alio capite, dicta Eccleſiaſtica immunitas; quæ doctrina non dictat ab ſcripta *ſub dict. q.* 13. Ubi leges ad ſaturitatem.

QUÆSTIO LV.

An ſtatutum laicorum præcipiens ne vocentur Religioſi, niſi prius vocati fuerint Parrochiæ Clerici, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam? An ſtatutum laicorum diſponens de crimine hæreſis infligendo pœnas, in illud committentes, ſit contra immunitatem Eccleſiæ? ſeu an laicus poſſit condere ſtatuta, quibus præſcribatur modus procedendi, vel puniendi hoc crimen diverſus ab eo, quem Eccleſia præſcribit? An Principes ſtatuentes, ut non poſſint familiares Sanctæ Inquiſitionis gaudere privilegio fori in aliquo delicto. faciant contra immunitatem Eccleſiæ? Et an in omnibus cauſis, in quibus infringi valet libertas Eccleſiæ, excludi poſſint per Principes laicos appellationes ad Papam? Ubi de Bulla, quæ vocatur aurea?

SUMMARIUM.

1 *Statutum laicorum, ne vocentur ad pia Religioſi, niſi prius vocatæ fuerint Parrochiæ eſt contra libertatem fallit ut* n. 3.

2 *Religioſi jus habent, ut defunctorum exequiis poſſint aſſiſtere.*

3 *Statutum etiam à Clericis factum offendens Parrochiale jus, eſt nullius roboris.*

4 *Statutum laicorum diſponens de crimine hæreſis infligendo pœnas, eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam fallit* ut n. 5.

5 *Leges civiles infligentes pœnas, & loquentes de cognoſcendo contra hæreticos ſuſtinentur in quantum ſunt canonicatæ, ſuntque latæ ab Imperatoribus, tanquam protectoribus Eccleſiæ, ut* n. 6.

7 *Princeps laicus nequit ſtatuta condere, quibus præſcribatur modus procedendi in crimine hæreſis, ut* n. 8.

8 *Statuta laica ſuper modo procedendi in re Eccleſiaſtica, ſolum tollerantur, quando augent, & promovent puniendi modum, quem Eccleſia obſervat.*

9 *Statutum laicorum diſponens, ne familiares ſanctæ inquiſitionis non gaudeant privilegio, qualiter poſſit dici eſſe contra Eccleſiæ immunitatem.*

10 *Appellatio ad Papam interdici nequit à Principe laico abſque fractione libertatis Eccleſiaſticæ.*

11 *Bulla* aurea *lotharingiæ &c. circa appellationes, quid contineat,* num. ſequentibus, & n. 19. 26. 27. & 28.

13 *Appellatio in Concilio Milevitano, & Carthaginenſi, qualiter dicatur prohibita* n. 78.

14 *Bulla* aurea, *etſi dirigatur ad Epiſcopos, non derogat immunitati Eccleſiæ.*

15 *Eccleſiaſtici habentes feudum ab Imperatore, vel Rege, ipſis ſubduntur in pertinentibus ad feudum. Et quare* n. 16.

19 *Bulla* aurea *voluit tantum reducere appellationes, & recurſus ad terminos juri. communis, probibendo peregrina judicia reſpectu ſubditorum Ducis lotharingiæ, ſicut fuerant probibita à concilio Milevitano, ut* numero 20.

20 *Appellationes, ſive recurſus ad Papam impediens virtute Bullæ, quæ vocatur* aurea *incidit in excommunicationem* can. 15. Bullæ cœnæ Domini.

21 *Appellandi jus ad Papam, nequit conſuetudine, aut præſcriptione tolli* n. 22. & 23. *nec privilegio* n. 28.

22 *Subjectio ad Papam nequit præſcribi.*

23 *Subditus, manens ſubditus, nequit præſcribere jus ſuperioritatis, nec jus appellationum, niſi abjiciendo ſubjectionem.*

24 *Poteſtas Pontificis etſi ſumma, eſt coarctata ad limites rationis.*

25 *Pontifex accepit poteſtatem à Chriſto, non in deſtructionem, ſed in ædificationem.*

27 *Præſumendum non eſt, quod lex non dicit, nec exprimit, præſertim ſi illud non ſit juſtum & rationabile.*

28 *Lex quod vult, id exprimit.*

AD primam difficultatis partem ſuppoſitis quæ dixi *ſupra q.* 23. *verſ. ad ſecundam, ut an Principes laici habeant jus convocandi Epiſcopos propter aliquod negotium Reipublicæ vel bonum ipſarum Eccleſiarum.* Et applicando hic propius quæ dixi *in quæſt.* 19. à *verſ. ad tertiam,* ubi *an Principes laici queant ſtatuere in funeralibus, ac cereis defunctorum,* & dicta de legatis piis *ſub quæſt.* 32. jam ad propoſitum dubium reſpondeo cum Azor *in 2 p. inſtit. moral. lib.* 9. *cap.* 11. *in ſecundo privilegio Cleric.* & cum Thomas del Bene *de immunit. p.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 6. & per illa quæ ipſe dixit *ibi dubit.* 2. quod ſtatutum laicorum præcipiens, ſeu diſponens, ne vocentur Religioſi, niſi prius vocentur omnes Parrochiæ Clerici, ſit contra libertatem Eccleſiæ; ſic ut non liget Religioſos; quia præter quam tale ſtatutum expreſſe loquitur de Religioſis contra reſoluta *à quæſt.* 1. & 2 pietati adverſatur; & quia liberæ morientium voluntati, ac electioni limitem ponit. † Deinde quia derogat jus, quod Religioſi habent, ut defunctorum exequiis poſſint aſſiſtere. 1 2

Imo ſubdit Azor approbans del Bene propter eaſdem rationes dictum ſtatutum, etiam à Clericis factum, eſſe nullius Roboris, quod ultimum intelligo, niſi alias offenderetur Parochialium jus ex diſpoſitione moribundi juxta Dicenda *ſub tit. de teſtamentis, de ſepulturis, ac de Parrochiis.* 3

Ad ſecundam quæſtionis partem. *an ſtatuta laicorum diſponens de crimine hæreſis &c.* & licet pro parte affirmativa faciat diſpoſitum in legibus imperialibus, quibus immane crimen hoc hæreſis graviſſimis pœnas plecti jubetur, ut *in l. Manicheos Cod. haret, l. Apoſtatarum Cod. de Apoſt. lib.* 2. *in princ. tit.* 26. *p.* 7. *l.* 21. *tit.* 3. *lib.* 8. *ordinam.* & DD *ibi, & in l.* 2. *Cod. de apoſtatis. & in cap. ſicut* 17. *q.* 4. † Tamen quia ut late dixi ſub *cap.* 4

cum

cum non ab homine 10.*de judiciis,& ſub.cap.fin.*& alibi,hoc crimen eſſe mere Ecclesiaſticum; imò & jura canonica aperte prohibeant, ne laici de hoc crimine quoquomodo judiceut, ac cognoſcant, ut patet ex verbis textus *in cap. ut inquiſitionis*, verſ. *probibemus de hæret.lib.6.cap.ſtatutum civitatis, cap. accuſatus. §. Sacerdote dict. tit. & lib.* idemque ſtatuatur in conſtit. Julii. 3.apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas*, Pariſius *lib.4. conſ.* 2. *n.* 107.Simanchas *de Cathol. inſtit.tit.*36.*Rub. de judicib. ſæcularibus n.* 1. *& in enchirydion. viol.* Religion. tit.66.in eadem Rub. n. 1. Farinacius cam multis de hæret.*q.*186.*n.*154.Clarus *in pract. crim. §. hæreſis n.* 4. Caſtrus de juſta *hæret. punit cap.*23. Scaccia *tract. de judic. cauſar. cap. n.* 15. firmantes ex verbo *quoquo modo dict. cap. ut inquiſitionis*, quod laicæ poteſtati interdicatur cognoſcere de crimine hæreſis, etiam incidenter; ideo affirmandum eſt tale ſtatutum eſſe contra libertatem Eeeleſiæ.

5 Et quia ad propoſitum dubium,item quod ſubſequi in verſ. *ad tertiam* hic poteris adjungere plura;quæ dixi *q.*44.ubi an Principes laici queant concedere hæreticis libertatem conſcientiæ ſine conſenſu ſummi Pontificis &c. Et Bonifacius 8. *in dicto cap.ut inquiſitionis* approbet leges civiles in devotionem Eccleſiæ, & hæreticorum exterminium latas;& ſic ſuſtineatur,dum non obvient diſpoſitis à jure canonico,ut patet ex littera illius textus;ideo dicendum eſt jam tunc leges illas canonicatas eſſe; & ſic ut ſæpius retuli à *q.*1. non ex vi poteſtatis laicæ, Sed ex diſpoſitione Pontificia procedere, & ſub hac declaratione intelligendos eſſe dico Pegnam *in direct.inquiſit.p.*3.*q.*86.*comment.*135. Farin.*dict.q.*186.*n.*157.Carr. *tract.de hæret. n.*84.Deciam *tract.crimin. lib.*5.*c.*35.*n.*2.& docent Cardinal.lugn *tract.de fide diſp.* 24.Carena *in praxi Sancti officii p.* 2.*tit* 3.*§.*4.*n.*13.Thomas del-Benè *de imm.p.* 1. *c.* 8. *dub.* 26. *ſect.*1. Legendus etiam *in* 2.*p.c.*10.*dub* 2.*& c.*14.

6 *à dubi.*9.†Quatenus dicunt quod poſſit poteſtas laica dicto crimini alias pœnas imponere, proſequi, & exercere,& addit Carena leges aductas latas eſſe ab imperatoribus, non uti judicibus competentibus, ſed uti proteſtatoribus Eccleſiæ;quia ut inquit Leo *in epiſtola.* 5.*ad Leonem Auguſtum*, debet Imperator *incunctanter advertere Regiam poteſtatem, non ſibi ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collectam, ut auſus temerarios comprimendo, & quæ benè ſtatuta ſint, defendat, & veram pacem iis, quæ ſunt turbata reſtituat.*

7 Ad tertiam quæſtionis pertem, & ſupoſitis quæ dixi *ſuprà q.*27. *ubi de ſtatutis laicis circa ordinationem litis*,& alibi,breviter ex proximè dictis reſpondeo,ut Princeps laicus nequeat ſtatuta condere, quibus præſcribatur modus procedendi in dicto crimine hæreſis, aut illud puniendi,dum à Pontifice Romano non approbantur,ut probant DD.per textum *in dict.c.ut inquiſit.de hæret.lib.*5. de cujus intellectu *ibi* Barboſa *in dicto §.probibemus*,Diana *p.*3.*tr.*1 *reſ.*2.*& p.*4.*tr.*1.*reſ.*12. cum multis, quibus addo Seſſe *de inhibit. juſt. Aragoniæ c.*30.*n.*Morlam *in emporio juris tom.*1.*de juriſdic.omn.judic.n.*136.Anguianum.*de leg.& conſtit. Princip.lib.*3 *tom.*1.*contr.* 31.*n.*8.*&* 9.Fontanellam *de pactis nupt.clau.*4.*gloſſa.*13.*p.*2 *n* 41.*tom.* 1. Bobadillam *in polit lib.*2.*cap.*17.*n* 71.Caſtrum Palaum *in opere morali, tom.*1.*tr.* 4.*diſp* 8.*puncto.* 14.*per totum.* Sebaſtian.Ximenez. *in ſuis concord ad dict.§ prohibemus*;item & per textum *in c quæ*

Eccleſiar. 7.*hoc tit.& c,fin.de imm.Eccleſ.c. noverit de ſent. excommunic.*ſi enim prœdicta ſtatuta condere illis permitteretur,eſſet de hoc crimine cognoſcere, & in alienam meſſem falſem mittere. † 8
Et ſic etiam Thomas del Benè *dict.cap.*8.*p.*1.*de imm. dubit.*26.*ſect.*3.docent talia ſtatuta eſſe nullius momenti, & tantum illa tollerat, quando ſolum augent, vel promovent procedendi, & puniendi, modum, quem Eccleſia obſervat; quia tunc non cederent in diminutionem Eccleſiaſticæ juriſdictionis, ſed potius in argumentum.

Ad quartam quæſtionis partem de ſtatuto laicorum diſponente, ut familiares Sanctæ inquiſitionis non gaudeant ſine conſenſu inquiſitorum privilegio fori in aliquo delicto. Suppoſitis quæ dixi *ſupra* q. 42. *an poſſint inquiſitores compellere Dominos, vel Magiſtratus, qui fecerunt aliqua ſtatuta,vel decreta impedientia eorum juriſdictionem, ut illa revocent*, ibi in verſ. *ad ultimam*, & *ibi q.* 41. in fine, ubi *quid de famulis Cardinalium, inquiſitionis & Epiſcoporum* &c. & *in cap.*2.*q.*22.*de judiciis*, ubi, *an poſſint facere ut familiares Sanctæ Inquiſitionis non gaudeant privilegio fori*.Et adjunctis quæ dixi *in c. cum contingat.*13.*de foro comp. q.* 11.ubi *an inquiſitores poſſint judicare inter ſuos familiares*,& *q.*16.qui propriè familiares dicantur, & *alibi, & in illo tit.* & quæ dixi ſub alleg. fiſcali cum Prætore Valliſoletano poſita in fine *tit. de foro comp* & pro intellectu concordiæ familiarum poſitæ *in l.*20.*tit.*1.*lib.* 4.*recop.* de qua Narbona latiſſime, & ſuppoſita reſolutione, dequa dixi *ibi à n.*26.*& in c,*2.*de judiciis, q,*15. ubi *an Princeps queat revocare exemptionem ſemel Clericis ab ipſis conceſſam* in puncto noſtri dubii reſpondent, ut ſi Principes ſtatuant quod familiares Sanctæ inquiſitionis non gaudeant privilegio ſuo fori in aliquo delicto ſine conſenſu inquiſitorum faciant contra libertatem Eccleſiæ? Quia eſto ea exemptio procedat à Rege, fuit tamen data propter benemerita, & publicum bonum, ſcilicet propter ſervitia facta S. Tribunali,indeque ſit privilegium remuneratorium ob bonum publicum, tranſiens in vim contractus, & irrevocabile, ut in terminis reſolvit Thomas del-Bene *de immunit.* 1.*c.*8. *dub.*26. ex doctrina Suarez *contra Regem Angliæ, c.*34.*n.*27 Portocarreri *in alleg.pro S.officio inquiſitionis n.* 44.Narbonæ *dict.l.* 20.*gloſ.*22 *n.*21.Panormit. *in reſp.*2.*pro juriſdit.ſancti officii n* 149.& 142.Tuſchi *tom.*5.verb.*libertas Eccleſiaſt.conclus.* 342. idem del.Benè commendat videndos Surdum *in conſ.*104.*n.*38.Grammaticum *deciſ.* 65.*n.* 24.Oſaſcum *deciſ.*139.Roland.à Valle *conſ.*13.*n.* 30.*vol.*3.Aponte *conſ.*60.*n.*22.Chochier *de libert Eccleſiaſt p.*1.*c.*30.Bayetolam *in alleg pro juriſd. S.officii.art.*5.*n.*91.quibus addo plura alia fundamenta,& DD.quos refert,& ſequitur Diana *p.* 4. *tract.*1.*reſ.*82.ex Doctrina Baſilii Pontii *de matrim.lib.*8.*cap.*29.*§.*2.*n.*12.Azorii *p.*1.*lib.*5.*cap.*13. *q.*5.Peſantii *de immunit.Eccleſiaſt. diſp.*9. Filiucii *t.* 1.*tr.*19.*c.*10.*n.*269.Alterii *de cenſ. t.* 2.*diſp.*16. *lib.*5.*c.*6.& aliorum;quia ſcilicet privilegium hoc fuit conceſſum Tribunali ſanctæ inquiſitionis. quod eſt Eccleſiaſticum, & quemadmodum privilegium non ſubdito, aut Clerico ſemel conceſſum revocari nequit,ut dicit Felinus in textu noſtro *n.* 124. ita nec iſtud familiaribus cum concedatur pro ipſo tribunali.

Ad ultimam quæſt. partem, an Principes laici 10
poſſint excludere appellationes ad Papam ſine fractione libertatis Eccleſiaſticæ? Et quia jam *ſuprà* egi q.30.verſ.*ad ſecundam* de quæſtione,*an ſtatut.*

quod non poſſit haberi recurſus ad Papam, ſit contra
libertatem Eccleſiæ, reſponderimque eſſe contra
diſpoſitum in Bulla cœnæ Domini, ut ibi adduxi
à *n.*8.*&* 14 ideo jam nunc breviter, etſi Thomas
del. Bene *de immunit. Eccleſiaſtica* latè loquatur
de hoc puncto *p. de immunit. dict. cap.*8.*dubit.*47.
per plures ſectiones expendens Bullam, quæ vo-
11 catur *aurea* Caroli IV. † quatenus prohibens, ne
quis Ducatus Lotharingiæ, & Marchionatuum
Imperii, & eorum diſtrictum, in quibuſcumque
cauſis civilibus, criminalibus, realibus, aut perſo-
nalibus, res, vitam, vel honorem concernentibus
poſſit evocari ad inſtantiam cujuſcumque perſo-
næ; inde videantur excludere appellationes ad
Rom. Pontificem: Reſpondeo in tali Bulla ſolùm
diſponi circa perſonas tantum temporales, non
autem circa res, & perſonas Eccleſiaſticas, ut col-
ligitur ſatis ex verbis relatis dictæ Bullæ; dum
ejus diſpoſitio coarctatur ad ſubditos Lotharin-
giæ &c. ibi *aliquam Juriſdictionem ſeu judiciariam*
poteſtatem, temporaliter in ſubditos, Vaſallos, ac
ſervitores dictorum Ducis hæredum, & ſucceſſorum
ipſius: nam ut ait del-Bene *n.*7. ſi ad hos terminos
non reduceretur, eſſet contra Eccleſiæ immuni-
tatem; & ſic intelligitur ab Additionatore Martini
Rumelini *in dicta Bulla aurea Caroli* 4. *p.* 2. *diſſert.*
1. *Th* 7. dicente quod Jus non evocandi ad ex-
tranea tribunalia conceſſum per talem Bullam,
ſit accipiendum de judiciis ſupremis conſtitutis
per imperium, ut Camera imperialis.

12 Nec obſtat eam Bullam dirigi ad Epiſcopos, &
Archiepiſcopos, quibus prohibet, quod exerceant
Juriſdictionem in ſubditos dict. Ducis Lotharin-
giæ. Item quod non obſtante privilegio de non
evocando, poſſit evocari in cauſa feudali, ut per
textum expreſſum aureæ Bullæ, *cap.* 11. in Ger-
manica editione, tradunt idem additionator Mar-
tini Rumelini, Roſent. *de feudis cap.*12.*concluſ.* 1.
*n.*25. Manehſn. *lib.* 2. *deciſ.* 1. *n.* 12. Buxtorph. *ad*
*dictam Bullam auream theſ.*94. *litt. A.* Schrade *p.*
10. *de feudis ſect.* 1 *n.* 102.

13 Nec quod in Concilio Milevitano *Canon.*22.
fuerit prohibitum ſub pœna excommunicatio-
nis, Presbyteris, & aliis inferioribus Clericis appel-
late ad Romanam Sedem. Nec quod in Concilio
Carthagienſi VI. cui etiam S. Auguſtinus inter-
fuit, ubi videtur negatum eſſe Romano Pontifici
jus appellationis recipiendæ ex Africa.

14 Quia reſpondetur ad primum quod licet dicta
Bulla dirigat ejus diſpoſitionem ad Epiſcopos, &
Archiepiſcopos, non inde ſequi, ut extendatur ad
perſonas, & res Eccleſiaſticas, cum dirigat Impe-
rator illam ad ſubditos Imperio, atque adeò non
ut ad perſonas Eccleſiaſticas, ſed ut ad Principes
temporales; & ſic in ordine ad Juriſdictionem lai-
cam, & cauſas laicas, quæ pertinent ad judices
15 laicos in favorem ejuſdem Ducis. † Item ad ſe-
cundum; cum latè *ſupra* dixerim *ſub cap. cæterum*
*de judiciis, & ſupra q.*52. verſ. *ad quartam* cum ibi
notatis; quia cum Dominus feudi, etiam laicus
habeat ſupremam poteſtatem, & cognitionem ſu-
per cauſa feudali, etiam inter Eccleſiaſticos feu-
datarios, ut *ibi* dixi latiſſimè, ſequitur, ut rectè in
dicta Bulla aurea proviſum fuerit, quod Eccleſia-
ſtici habentes feudum ab Imperatore, vel Rege,
quatenus feudatarii in his, quæ pertinent ad feu-
dum ſubdantur Imperatori, vel Regi, ad quem
pertinet judicare, in terminis Thomas del-Bene
*n.*10. *&* 12. probans ex *cap. verum, & cap. tranſmiſſa*
de foro comp de quibus latè dixi *in dicto cap. cæte-*
rum cum Abbate, Mynſing. Gaylio, Surdo, Bajar-
do, Martha, Ambroſino, Duardo, & aliis, & ite-
rum ipſe del-Bene *de Parlam. dub.* 4 *ſect.*20. *ſub.*
*ſect.*2. *n.* 1. † ex ea inquam ratione, quia cum Do- 16
minium directum feudi maneat apud Imperato-
rem, vel Regem, eveniat inde, quod cum diſponat
de his, quæ pertinent ad feudum, non diſponat
de Clerici rebus, ſed de propria re.

Nec adductum ex dicto Concilio Milevitano; 17
quia ut reſpondent idem Thomas del-Bene *dict.*
*c.*8. *dubit.*47. *ſect.* 5. *ex n.*8. cum Baronio *anno* 416.
num. 3. dictum Concilium Milevitanum condidit
ſolum octo priores canones contra hæreſim Pe-
lagii. Cæteros verò Canones, qui præter octo prio-
res tribuntur eidem Concilio, dicunt fuiſſe quo-
rundam Africanorum Conciliorum, quorum unus
eſt citatus 22 qui confirmatus non fuit ab Inno-
cent. I *in ſua Epiſtola* 25. *q.*93. inter epiſtolas S.
Auguſtini; eo quod ipſe Pontifex tantum appro-
bare acta contra Pelagium, ut ex ipſa probant: &
deinde, nam cum illo Canone prohibeatur appel-
latio ad tranſmarina, non intelligunt inquam de
appellatione prohibita ad Romanam ſedem. Alia
pro intellectu tradit Bellamera *de Romano Pontif.*
*cap.*24. alia addit pro reſponſione del-Bene qui
& ſect. 6 *à n.*2. † Reſpondet ad Concil. Carthagi- 18
nens. 6. probans, & latiſſimè, nullo modo ex diſ-
poſitione illius Concilii firmari Epiſcopos Afri-
cæ independenter à Pontifice operari; & ſi quid
in puncto appellationis auferendæ factum proce-
dere ab ipſa Pontificia diſpoſitione.

Quare breviter concluditur in hoc puncto, 19
omiſſis quæ latè dixi *in cap.*7. & aliis *de appellat.*
& per textum *in cap lege Imperator diſt.* 10. *cap.*
bene quidem cap. cum ad verum, cap. ſatis eviden-
*ter, cap. ſi Imperator, cap nunquam diſt.*96. & per
textum noſtrum, *& dicto cap. quæ in Eccleſiarum* 7.
hic, cap. non minus, cap adverſus de immunit. Eccleſ.
cap. noverint, cap. graviter, de ſent excommunic. cap.
*fin de immunit. Eccleſ. lib.*6. *cap.* 2 *de judiciis*, Ubi
laicis Eccleſiaſtica negotia tractare minimè præ-
mittatur, *cap. placuit* 16 *q.*7. ubi habetur quod laici
nullam habeant facultatem ſtatuendi circa res
Eccleſiaſticas, de quibus, & aliis *ſupra* latiſſimè in
textu noſtro, *& in tit. de judiciis, & foro comp.* quod
prædicta Bulla ſolùm voluerit appellationes, &
recurſus reducere ad terminos Juris communis,
prohibendo ſcilicet peregrina judicia reſpectu
ſubditorum Ducis Lotharingiæ. † Sicut fuerant 20
prohibita reſpectu Clericorum à Concilio dict.
Milevitano *can.*22. à Fabiano Papa *epiſt.* 3 *decret.*
cap. 2. & ab Innocent. I. *epiſt.* 2. Decret. *cap.* 3. ex-
plicat idem Thomas del-Bene à *n.* 17 Legendus,
alia dicens, qui, & Filiucius *in tract.* 15. *c.* 10. *n.*
268. Bonacina *de cenſ. in particulari diſp* 1 *quæſt.*
16. *ſect* 2 *puncto* 2. *n.*9. Alterius *de cenſur in Bulla*
cœnæ, Canon 15. *cap.* 3. verſ. *vel. factis*, Duardus
*ibidem quæſt.*74. *n.* 1. Sayrus *de cenſ. lib* 3. *cap.*19.
num. 10. colligunt, quod ſi quis exiſtimans per
dictam Bullam auream prohiberi appellationes,
ad recurſum ad Romanum Pontificem, impediat
tales appellationes, ac recurſus, incidat in ex-
communicationem *Can.* 15. Bullæ in cœna Do-
mini contra utentes legibus, ac ſtatutis adver-
ſus immunitatem Eccleſiaſticam; ſiquidem faceret
obſervari dictam Bullam auream, tanquam pro-
hibitivam recurſus ad Romanum Pontificem, at-
que ideo tanquam præjudicialem Juriſdictioni
Eccleſiaſticæ.

Etenim amplius agens idem Thomas del-Bene 21
ſect 3. *&* 4. ut nec poſſit præſcriptione, & cõſuetu-
dine acquiri, quod nõ appellatur ad Papã, quia hæc
non

Digitized by Google

non valent introduci contra ſupremam Papæ poteſtatem, & jus ſuperioritatis, quod eſt in Principe, ut notant Baldus *in auth. quas actiones.* Oldradus *conſ* 172. & 244 Covar. *in reg. poſſeſſor* §. 2. *n.* 8. Cravetta *conſ.* 209. *n.* 9. *vol.* 2 Petra *de poteſt. sel Princip.* *c.* 6. *n.* 96. Merola *tom.* 3. *diſp* 7 *cap.* 1. *n.* 159. *in fine.*

22 Et ſic quod nec poſſit ullo modo præſcribi ſubjectio ad Romanum Pontificem Chriſti vicarium, cui non poteſt non ſubjici omnis fidelis; ſiquidem ex inſtitutione Chriſti omnis ſubjicitur Matthæi. 16 *tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam* &c. & Joan. 21. *paſce oves meas*, quod expendens del-Benè *dicta ſect.* 3. *n.* 6. & 7. cum Oldrado *conſ.* 154. & 244 & Covar. *in Regula poſ-*
23 *ſeſſor.* §. 2. *p.* 2. *n.* 8. & aliis. †Ut ſubditus manens ſubditus, nequeat præſcribere jus ſuperioritatis; & ſic nec jus appellationum, olli abjiciendo ſubjectionem, & ſe ſubtrahendo à Domino Principis.
24 †Et quod nec privilegio idem Thomas del-Benè *dict. c.* 8. *ſub.* 47. *ſect* 4. ubi tale privilegium vocat irrationabile, cum eſſet vicarius Chriſti, concordans ita, ſive donans, ne appellaretur ad ſedem Apoſtolicam diſſipator jurium; eo quod licet Pontificis poteſtas ſit ſumma; eſt tamen coarctata ad limites rationis; ita ut non poſſit facere Pontifex quæ ſunt irrationabilia, cum non ſit poteſtas, niſi rationabilis, & juxta ex *l.* 2. *ff. de uſufructu, & earum rerum, quæ uſu conſumuntur l. penult. ff. de feriis. l. reprehendenda Cod. de inſtitut. & ſubſtitut.* &c.
25 *ſunt quadam* 25 *q.* 1. † Notantque DD. communiter, præſertim in Pontifice, qui poteſtatem accepit à Chriſto, non in deſtructionem, ſed in ædificationem juxta ill. *dict.* 2. *ad corinth.* 10. *verſ. octavo, cap.* 2. *de donat,* & æquè dixi *in cap. novit. de judiciis à quæſt* 1 *uſque ad ſextam.*

Ex ſubdens Thomas del-Benè *dict. dubit* 47.
26 *ſect.* 1. à *n.* 8 ex verbis dictæ Bullæ aureæ, ibi: *niſi primitus efficaciter evidenti, ac legitimo documento probetur, quod à judicibus, officialibus, & aliis fidelibus auctorum, Ducis, hæredum, ac ſucceſſorum ipſius, qui pro tempore fuerint miniſtrandæ juſtitiæ deputatis, petenti, juſtitia fuerit denegata, nec conſequi potuit juſtitiæ complementum*, ut quia dicta Bulla prohibuerit Epiſcopo, Archiepiſcopis, Principibus, comitibus, Baronibus, & cæteris imperio ſubditis, ne ſe immiſcerent in cauſis ſubditorum dicti Ducis Lotharingiæ &c. ne eos evocarent, & prædicti non eſſent ſuperiores dicti Ducis; & inde non poſſet de jure ad ipſos eſſe appellatio, vel recurſus; quia appellatio eſt ad ſuperiorem, ut dico late *infra in Rub. & tit. de appellationib. & in dict. cap* 11. & ex quadam conſuetudine evocarentur ſubditi Ducis Lotharingiæ &c ad judices de jure non competentes; ideo explicat idem del-Benè, ut propterea idem imperator voluerit id ſolum habere locum, quando eſt mere neceſſarium pro naturali defenſione; id eſt quando aliter non poſſet obtineri adminiſtratio juſtitiæ, probans ex jam adductis verbis, & ex his, quæ dicit in *dicto cap* 8. *dubit.* 47. *p.* 1. *de immunit ſect.* 7. & quæ dixi *infra in c* 2. *de judiciis. à quæſt.* 19. Ubi de recurſu ad Regia tribunalia extra judicialt.

27 Et quamvis in dicta Bulla aurea videatur imperator exercere juriſdictionem in ſubditos dicti Ducis Lotharingiæ per verba ibi: *ſtatuentes quod nullus Epiſcopus, Archiepiſcopus, princeps, comes, Baro nobilis, vel cujuſcumque conditionis exiſtat* &c. Sed tamen non abdicat à ſe jus appellationum, nec prohibet appellari ad Romanum Pontificem, ut ex ipſamet Bulla probat idem Thomas del-Benè *dicta ſect.* 1. *n.* 15. *ubi.* & 15. concludit non eſſe cur per dictam Bullam excludantur appellationes ad Romanum Pontificem, cum non ſit præſumendum quod lex non dicit, nec exprimit, ut *in l. diſſentientis, Cod. de repudiis cap. illa, ne ſede vacante*, præſertim, ſi illud non ſit juſtum, & rationabile. † Quod enim vult lex, id exprimit, ut *in l. unica* §. *ſin autem cod. de caducis tollendis, l ſi ſervus* §. 28 *Prætor ait ff. de acquir. hæredit cap ad audientiam.* 2. *de decimis, & cap.* 2. *de tranſlatione Prælator;* ergo cum dicta Bulla ſic conſulto lata de hoc non caverit, ſequitur, ut conſideraverit legislator in ea quod nunquam potuerit impedire appellationem, nec recurſum ad Pontificem.

QUÆSTIO LVI.

An Reges, & Principes ſupremi poſſint imponere gabellas ſuper ejus juribus Regalibus, ſolo aſſenſu Populi laici inconſulto Clero? Et an ad ſolutionem earum, teneantur Eccleſiaſtici ſola conceſſione Parlamenti laici abſque Privilegio Papæ? Et quæ dicantur Regalia ad prædictum effectum? Ubi de nonnullis conceſſionibus retroactis temporibus in his Regnis Hiſpaniæ? Et quid in præſenti intendatur, tam ex parte Regis, quam ex parte ſtatus Eccleſiaſtici? Et an Clerici teneantur ad datium, vel ad gabellam earum rerum, à quibus abſtinere poſſunt & in quibus queat exemplificari? Et an ſi Clericus ſupplicat Principi, teneantur ſolvere taxam ſupplicantibus impoſitam? Et quid operatur in delictis ſalvus conductus.

SUMMARIUM.

1 *Curiæ in Regnis Caſtellæ, & legion. ex ſolo ſtatu laicorum congregantur ad donativa, & collectas.*

2 *Status Eccleſiaſticus videtur juſte poſtulare, in ſimul cum laico curiis intervenire.*

3 *Brachia tria, ſæculare, militare, & Eccleſiaſticum, conſtituunt Parlamentum in curiis ad leges, conſtitutiones, ſtatuta, & conceſſiones de jure. Et n.* 4. *ubi qualiter. Et de ratione n.* 5.

6 *Eccleſiaſtici ad ſolutionem gabellarum ex ſola conceſſione Brachii ſæcularis ſine aſſenſu Pontificio non tenentur à n.* 11.

7 *Eccleſiaſticus ſtatuto ſuper incendiis, & paſcuis, favorabilibus, quando teneatur.*

8 *Statuto de eo, de quo diſponere poteſt Princeps, ſi eo Clericus utitur videtur obligari.*

9 *Statutum datum diſponens executivè, qualiter obliget Clericum, eo uti volentem, & n.* 51.

10 *Gabellæ ſuper Regalibus impoſita, videntur Eccleſiaſticos obligare. Verius contra à n.* 11. 12. *etiam ſi prætextu taxæ imponantur exceſſive.*

11 *Regalia ad effectum imponendi collectas, quæ dicantur? & à n.* 12.

13 *Piſcaria, Ripatica, Salinæ, Portus, & alia, etſi ſint de Regalibus, ſunt tamen vectigalia n.* 14. 15. & 16.

17 *Vectigal dicitur omni id, ex quo fiſcus cenſum accipitur.*

18 *Fracta jus, quod ſolvitur ex extractione aliquarum mercium, ex Portu, gabella eſt.*

19 *Clerici ad tributa, & collectas ſupra ſale. papyro, alba potione Chocolatica, tabacho, & aliis, non tenentur ſine pontificis aſſenſu.*

20 *Clerici de impoſitione, quæ fit, ut pars pretii, quando conqueri poſſint juſtè, vel non, &* n. 22.

21 *Taxatio venalium, eſt Regalia, quæ debet fieri moderata, ut obliget omnes* n. 24. 25. 26.

23 *Clerici ſtatutis circa lites proſequendas in foro laico, tenentur.*

24 *Comeſtilium quadam ſunt neceſſaria vitæ humanæ alia non ſic, ut potio Chocolatica.*

27 *Supplica refertur facta ad Gaſpar de Sobremonte Nuncio extraordinario in curia Romana pro conſequendo aſſenſu Pontificio, ut Eccleſiaſtici ſolvant gabellas aliquorum millionum, ſicut laici: ubi de fundamentis, ac de rationibus, quæ contra militant pro ſtatu Eccleſiaſtico*, num ſequentibus.

28 *Patrimonium Regum Hiſpaniæ in his Regnis Caſtellæ, & legion, reputabatur fuiſſe* 12. *millionum quotannis.*

29 *Patrimonium Regium fere exauctum.*

30 *Bona immobilia, ac mobilia laicorum depauperata fundationes plures in Eccleſia.*

32 *Siſſa quæ ſunt conceſſa in commitiis Regum, ad quas intendatur, ut ſtatus Eccleſiaſticus concurrat*, & à n. 37.

34 *Status Eccleſiaſticus contribuit, non ſponte ſine Papa immemoratis impoſitionibus.*

37 *Supplica pro Regno, non porrigitur ad petandum aſſenſum Papæ pro ſiſſis Tabachi, Chocolaticæ potionis, & papyri albæ; quia ſine eo dicitur juſtificata jure Regalia. Sed contra* n. 39.

38 *Rex ab anno* 1635. *precepit reddi ſatisfactionem Clero de ſiſſis ab eo ſolutis, quæ non dum ſortita eſt effectum.*

39 *Status Eccleſiaſticus plorat depauperatus à propriis decimationibus, & redditibus ob plures cauſas, &* à n. 40.

45 *Status Eccleſiaſticus contribuit cum laicis in tributo antiquo, & novo de* Alcavala, *qualiter in Papyro ſigillata* n. 46.

47 *Status Eccleſiaſticus plures habet redditus vulgò* en juros *ſuper Patrimonio Regio, qui jam non integre ſolvuntur.*

48 *Penſiones Eccleſiaſticæ magnæ impoſitæ ſuper redditibus Epiſcopatuum, & Dignitatum Eccleſiaſticarum, ac beneficiorum.*

49 *Redditus Eccleſiaſtici computati tempore Regis Philippi. II. pro decem millionibus, valuerunt & ſunt infima ſumma reſpectu onerum.*

50 *Status Eccleſiaſticus agnoſcit Regis neceſſitatem, expoſcit tamen, ne ad contributiones cum laicis onerentur ſine Pontificio aſſenſu.*

52 *Statutum de ſolvendo taxam, quando aliquis ob delictum agratiatur, num liget Clericos? numeris ſequentib. ad* 60.

53 *Supplica virtute ſtatuti taxantis condonationem delicti, non eſt quid judiciale.*

54 *Statutum de delendo delicto, quando liget Clericum volentem illo uti.*

55 *Prohibere aliquid ſimpliciter, differt ab ſtatuto emanato ob publicum omnium commodum.*

56 *Salvus conductus in delictis operatur, ut effectus Banni ſuſpendatur, etiam pro Clericis* n. 59.

58 *Securus eſt ille qui nihil formidat.*

60 *Exhortatio ſupplex pro legislatoribus ſtatuentibus circa res Eccleſiaſticorum.*

PRo coronide hujus tractatus libuit de his 1
propoſitis dubiis pauca conſcribere, cum longè ex adductis in tot poſitis à q. 1. noſtri textus, poſſent nunc tractari. Ad primam igitur difficultatis partem, quia videmus in Regnis noſtris Caſtellæ, & legion à ſolis Procuratoribus laicis nominatis, ſive ſortitis à civitatibus votum in curiis, practicari, ut contributiones Regibus noſtris fiant, videamque querelas Eccleſiaſticorum, quare non vocentur ad colloquendum in hac curia aliqui capitulares de capitulis Eccleſiarum Cathedralium, qui nomine ſtatus Eccleſiaſtici, ac alii pro Epiſcopis interveniant, quorum rationibus auditis, magis ac magis exactiones juſtificentur, & animus Pontificis informetur ad præſtandum, vel non aſſenſum, ut Eccleſiaſtici collectentur; videmus pro Eccleſiaſtico ſtatu, & contra praxim dictorum Regnorum facere ſequentia.

Primo, quia ut lex, ſeu capitulum conſenſum in 2
curiis poſſit obligare, & obliget omnes ſubditos commorantes in Regno, ſive Provincia, neceſſarium eſt, ut concedatur ad petitionem, & ex conſenſu triplicis Brachii, Regii ſcilicet militaris, & Eccleſiaſtici, & non aliter, Marius *proœm. Rit. n.* 14. Giurba *decis.* 16 *n.* 1. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 77. *n.* 23 Caſſaneus *in conſuetudinib. Burg. Rub* 9. *§.* 9. *n.* 51. *& Rub.* 4 *§* 7. *n.* 59 Maſtrilius *de Magiſt. l.* 5 *cap.* 15. *n.* 18.. Tyraq. *de legib. connub. gloſſa* 8. *numero* 175.

Cum ergo prædicta tria brachia, ſive teſtamen- 3
ta forment, & conſtituant Parlamentum in curiis, quæ repreſentat integrum, ut tradunt Belluga *in ſpecul. Princip Rub.* 6. *n.* 17. Petrus Grego. *de conceſ. feudor.* 1. *p. q* 1. *à n.* 15. D. Vico *ad pragmaticam Regni Sardin. lib.* 2 *tit.* 2. *c.* 2. 6. & 8. Maſtril. *dicto c.* 15. *n.* 7. Calixtus Ramirez *de lege Regia §.* 19. *n.* 2. Fontan. *de pactis nupt. clauſ.* 3. *n.* 69. Ripol. *de Regal. cap* 4. *à n.* 6 Lorenz. Matheu *de regimine valent. c.* 3. *§.* 1 *à n.* 36. ſequitur quod ad obligandos omnes debeant de tribus illis brachiis in curiis concurrere ut ſuffragia præſtent, alias inquam ſi fiat ſtatutum à ſolo uno brachio ſæculari, vel ſimul militari, non comprehendetur ſub tali decreto; teſtamento, aut edicto ſtatus Eccleſiaſticus.
† Ir. D Joan. de Xart *ad c. Regni ſard in proœm. n.* 4
23. Commuta *in proœm. n.* 8. & Portaleo cum multis *in ſcholiis ad Moxin* 1. 1 *in §. Cleris à n.* 17. ait namque *deficiente, & non concurrente conſenſu Brachii Eccleſiaſtici, pragmaticas Sanctiones, & capitula curiæ, etiam ad petitionem aliorum Brachiorum conceſſa, non obligare, nec ligare Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas, concluſum fuiſſe per illam Regiam Audientiam.* alia adducens Dexart. qui *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *n* 67 cum Maſtrillo *dict. cap.* 15. & 20. & Muta *dict. cap.* 11. *à n.* 1271. ait quod major pars cujuslibet Brachii, obligat minorem non tamen, quod unum obliget aliud, nec quod duo Brachia, obligationem quoad tertium inducant ex *l. nominationum* 45 *Cod. de Decurionib. lib.* 10. *l. quod major ff. ad municip.* & de incolis Maſtril. & Belug *ſup Rub.* 45. D. Joan. *deciſ.* 21 *n.* 6. Ponte *de Regal. in poſſeſſ. in Rub. à n.* 20. Cacer. 3 *p. variar c.* 4. *n* 132. † Et omnium ratio eſt, quia capitula, & fo- 5
ri, quæ conceduntur in curiis ſapiunt naturam contractus, ratione conceſſionis, ſeu donativi in eis factæ Alex *conſ.* 716. *n* 8. *vol.* 2. Bolognet *conſ.* 1. Olivanus *de jure fiſci cap* 1. *n.* 16. Calic *in extravag. curiar cap.* 7 *in fine*, Maſtril. *dict. cap.* 15. *n.* 65. Fontan *dict. gloſſa* 3. *n.* 70. Dexart. *dicto lib.* 1. *tit* 7. *c.* 3. *n.* 2. *ex gloſſa. fin. in c.* 2. *de mut. petitionibus*, ubi

Abbas

Abbas probat non teneri aliquem recipere con-
tra ſe illud, quod ad ejus petitionem, non fuit
conceſſum, Felin. & alii; per cum in textu noſtro
n. 81. cum multis Cutellus, reſol controverſ. in-
ter ſicul; inquiſitor, & ordin. Magiſt. n. 83. cum Fe-
lino *hic*, Abbate, Decio, Covar. & aliis.
6 Ad ſecundam quæſtionis partam, an ad ſolu-
tionem teneantur Eccleſiaſtici ſola conceſſione
Parlamenti, ſeu Brachii laici abſque privilegio Pa-
pæ? Et pro affirmitiva ſententia faciunt ſequentia.
7 † quia Eccleſiaſticus ſi ſuper incendiis V.G. ſta-
tuto, aut edicto, uti velit, ſive uti paſcuis laicorum,
& adſit edictum, quod quicumque ſolvat, tantum
teneatur datium ſolvere; & quia generaliter volens
Clericus uti ſtatuto, tenetur uti cum onere ei adi-
tundo, & cum omnibus ſuis qualitatibus cum nul-
la injuria irrogetur ei, cui beneficium non datur,
8 niſi quatenus quis velit. † & ſic dum conditur ſta-
tutum generale de re, de qua diſponere poteſt Prin-
ceps; licet poſt modum poſſit per accidens evenie-
re, quod ſponte Clericus ſupplicet, nulla in eum
exercetur juriſdictio cum tantùm ſtatuti benefi-
cium quærendum à principio ei adimatur, qui non
vult ſtatuto cum ſuis qualitatibus uti; & ſic valere
ſimile ſtatutum, docent Decius *in textu noſtro n.*
47. *&* 53. verſ. *& ſupra dicta procedunt*, & verſ.
tertia concluſio, Tyraquellus *de retract conſanguin.*
§. 1. gloſſa. 8. n. 42. Ubi plures, Surdus *conſ.* 2. *n.* 43.
lib. 1. cum multis Daniel *de nobilib diſp* 40. *ex n.* 4.
cum Alex. *conſ.* 109. Abbate *conſ.* 6 loquente de paſ-
cuis, Menochio *conſ.* 300. *n.* 28 *lib* 8. Graſſ. *de effect.*
Cleric. effectu. 2. *n.* 422. poſt alio Maſtrillo *deciſ* 49.
per totam. præſertim *à n.* 7. loquentibus de datio.
9 Et confirmatur, quia ſi ſtatutum agenti execu-
tive datium imponat illud tenetur ſolvere etiam
Clericus, ſi executivè agere velit, Perſonal. *de ga-*
bellis n. 90 & poſt eum Graſ. *effectibus Cleric effec-*
tu. 3. *n.* 288. & ſic dixit Decius in fine textus no-
ſtri, & cum eo Daniel *dict. diſp.* 40. *n.* 9. ut Clerici
teneantur ad gabellam quando volunt ut benefi-
cio ſtatuti; pro quo gabella imponitur, & hoc quia
ſtatutum, commodum, aut incommodum Eccle-
ſiaſticis adferre valens, & valet, illos comprehen-
dit, quando ſcilicet eſt conceſſivum, & non diſpo-
nit 10 ſpecie de Clericis, Burſat. latè *conſ.* 93. *n.* 22.
& 14 *lib.* 1. Graſ. *de effect. effectu* 2. *n.* 230. Sera-
phin. *de privileg. juram privileg.* 77. *n.* 26. Daniel
ſupra n. 10.
10 Et ſic poteſt dici quod teneantur Eccleſiaſtici
ad ſolvendas gabellas impoſitas abſque privilegio
Pontificio ſuper Regalibus, videlicet ſuper papy-
ro, ſuper potione *chocolatica, tabacho, ſale, & ſacha-*
ro, ac aliarum mercium, quæ ex aliis Regnis aſpor-
tantur, cum hæc taliter ſint de Regalia Regum,
ac Principum, ut ad ipſos ſpectet taxare. & gabel-
lare præfatas res ea Doctrina multorum, quot
jam *ſupra* adducti ſunt in quæſtionibus hic refe-
rendis noſtri tractatus.
11 Sed ego nihilominus in propoſito quæſtionis
noſtræ, etſi fatear, ut jam *ſupra* retuli q. 7. *à n.* 1. ubi
dum egerim de papyro ſigiliata, dixi *ibi n.* 10. quod
angariæ, & per angariæ, ſalinaria, guidagia, &
pedagia, item piſcariæ, portus, ac alia ſint de re-
galibus *ibi n.* 14. & de multis aliis noviſſimè Six-
tinus, & Ripol. *de Regalib. cap.* 7. *&* 16. ac in aliis
multis alia aſſignantes, quæ dicantur Regalia,
ubi etiam de theſauris.
12 Tamen quia redditus ipſorum fiſco provenien-
tes, inter vectigalia connumerentur, perinde di-
cendum eſt ex longè, tamen *in dicta q.* 7. *à n.* 1.
quam à *quæſt.* 1. cum aliis infinitis, ſimilia ſtatuta
ſub prætextu taxæ, eſſe contra libertatem Eccle-
ſiaſticam; quia quamtumvis ſtatuta favorabilia Cle-
ricis, illis proderint in vim favoris, & privilegii,
juxta quæ ſcripſi *ſupra q* 2. verſ. *ad ſecundam*, quis
non videt, ut hæc de quibus in præſentiarum lo-
quimur, gravamen ipſius, ſicut laicis inferant Ob-
ſervant ergo Syxtinus de Regalibus. *lib.* 2. *c* 13.
Cujacius *in l. ultim. Cod. de fabricenſibus lib.* 11. *in*
lexico feudali. verb. *angaria*, Alfarus *de officioſiſ ca-*
lis, gloſſa 20. *§.* 12. *a.* 471. Godolinus *de jure noviſ-*
ſimo lib. 5. *cap.* 3. Limdemanus *in exercit. feudal.*
cap. 3. *n.* 57. quod gabellæ dicuntur Regaliæ; ita ut
ſub nomine Regaliarum, veniant etiam angariæ,
& perangariæ.
Item & Piſcariæ, ut tradant Decius *conſ.* 196. 13
n. 2. Cavedo *deciſ. p.* 2. *deciſ.* 54. Syxtinus *dicto lib.*
2. *c.* 18. *n.* 12. ſunt de Regalibus, & nihilominus di-
cuntur gabellæ, & vectigalia, ex *l. inter publica §.*
fin. ff. de verb. ſignif. ut tradunt etiam Bocerus *de*
Regalibus c. 3. *n.* 141. Arumæus *volum.* 2. *diſcurſ.* 15.
n. 55. Albericus *in comment. ad tit. de verb. ſignif. in* 14
dicta l. inter publica fol. 49. † Item & quod Ripa-
tica ſint de Regalibus, docent idem Bocerus *n.* 154.
Arumæus 93. Maſtrillus *de Magiſtratibus lib.* 3.
c. 10. *n.* 291. quæ tamen dicunt vocari vectigalia.
Et quod Salinæ in ſententia communi ſint de 15
Regalibus, & tamen inter vectigalia numerentur,
dicta l. inter publicas. ff. de verb. § ultim. notant Bul-
lengerus *de imperatore Rom. lib.* 9. *cap.* 21. Bornitius
in tract. de ærario lib. 5. *cap.* 4 Beſoldus *in diſcurſu*
politico de ærario c 4. *n.* 13. Klocxius *tract. de con-*
tribus cap. 8. *n.* 156. Bodinus *de Republica lib.* 1. *c.* 16
10. *n.* 170. † Et quod Portus ſint etiam de Regali-
bus, & tamen eorum proventus, vectigalia cen-
ſeantur, docent DD. per textum *in dicta l. inter pu-*
blica §. ultimo de verb. ſignif. l. 3. *Cod. de vectigal. &*
l. cum & plures § vehiculum ff. locati, ubi *Portorium*,
Portus, *& vectigal.* idem ſunt, docent Arumæus
vol. 1. *diſcurſ.* 3. *c* 4. *n.* 44. *& vol.* 2. *diſcurſ.* 20. *n.* 6.
Alfarus *dict. gloſſa.* 20 *§.* 2. *n.* 16. *&* 18. *& §.* 8. *n.*
114. & alii, quos citat, & ſequitur Solorzanus *tom.*
2. *de jure indiar. lib.* 2. *c.* 1 *n.* 52. *&* 53. Beſoldus *de*
juribus Majeſt. cap. 7. *n.* 8. Arniſeus *de jure Majeſt.*
lib. 3. *c.* 5. *à n.* 3. Althuſius *in politica c.* 12 *n.* 16. † 17
qui rite etiam docent, ac ſubdunt, quod omne,
id, ex quo fiſcus cenſum accipit, vectigal. ſit, V.G.
vectigal. *portus ſalinarium*, *Metallorum*, *piſcatio-*
num &c. uti ipſi inquiunt.
Unde quia, & jus tractæ quod ſolvitur ex extra- 18
ctione aliquorum mercium ex portu, gabella ſit,
& ſic ad illam, niſi cauſa negociationis extrabant,
Eccleſiaſtici non teneantur, ut dixi *q.* 5. verſ. *ad*
tertiam. & *q.* 15. verſ. *ad quartam*, & in aliis; &
quod ſi alicubi conſuetudo in contrarium, eſt cor-
ruptela, ſit, ut in Bulla cœnæ *c.* 19. *diſp.* 92 *concluſ.*
1. *n.* 4. Laurentius Oroſcius *lib.* 4. *c.* 2. Ciarlinus *in*
controverſ. forenſ. c. 31. *n.* 11. *&* 56. Thomas del-Be-
nè *de imm. Eccleſ. c.* 1. *dubit.* 4 *ſect.* 5. *n.* 8. Legand. *à*
n. 1. qui excipit, niſi forſan dicta conſuetudo ſit ex
privilegio per Pontificem conceſſo, quod an ve-
rum ſit, & dato olim fuerit, modo non ſit per con-
cilium Tridet, Bullam cœnæ Domini, & Bullam
Urbani. VIII quæ incipi *Romanus Pontifex*, refe-
rat revocatum ex illis; ad quod applicabis quæ ad-
duxi *ſupra* à *q* 16. v6. *ad quintam*, & verſ. *ad ulti-*
mam. ubi de conſuetudine egi etiam immemoriali
circa hanc materiam. † Sequitur dicendum, ut 19
ut quemadmodum probavi *dict. q.* 1. *à n.* 1. quod
nec Clerici teneantur ad gabellam ſuper papyro,
& ex proximè relatis de portu, piſcaria, metallo,
Salinariis, ita de *ſale, potione Chocolatica, tabacho*,
ac de aliis ſpeciebus, quæ introducuntur ex aliis
Regnis, & provinciis.

Adhuc, Urgenc relata hic in verſ. *ad ſecundam*,
20 cum duobus ſequentibus nam late *ſupra* dixi q. 48.
quoties impoſitio non fitper modum tributi,
ſed ut pars pretii, Clerici conueri non debent
ibi numer. 14. & ex aliis dictis cum diſtinctione,
de qua *à n.* 8. etiam ibi. Ergo ſic io caſibus rela-
tis Reges noſtri Hiſpaniæ, & alii ſupremi Prin-
cipes in ſuis terris imponant, noo ut tributa,
ac gabellas, ſed ut partem pretii taxam cariorem
ſuperdictis ſpeciebus ſuprà illam, quàm naturali-
ter tempores ponerent, videtur dicendum, ut ad
illam teneaotur Eccleſiaſtici ſicut alii ſubditi;
præcipuè ſi conſideres, ut in his ſpeciebus, quæ
vitæ humanæ non ſunt multùm neceſſariæ Cleri-
ci non conprimantur taxa, eo quod in eorum
poteſtate eſt, tales ſpecies emere. † Tum quia ta-
21 xatio venalium, ac comeſtibilium eſt de regalia Re-
gum, ut agnoſcunt adducti, & patet ex dictis *ſu-
pra ſub. q.* 1. & aliis, & quod dixi de ſale *dict. q.*
48. in verſ. *ad tertiam*; & ut de papyro retuli alios
contra nos loquentes *in dicta q.* 7. & alibi de *Sacca-
ro, Vino, Oleo, aceto* &c. ut ſub *q.* 13. 14. & 39. &
ſub aliis, & facit quo dixi de valore monetæ *ſub
q.* 7. & docent communiter DD. firmantes quod
impreſſio ſigni publici in moneta, quæ auget va-
lorem monetæ intrinſecum; obligat etiam Ec-
cleſiaſticos.

Sed ſi revera in relatis ſpeciebus à Principe ta-
22 xatio fiat, cui videatur ſtare Eccleſiaſtici ſi ea ſit
tantùm ratione pretii immoderati excedentis non
in minimo, ſed in magno juſtum valorem intrin-
ſecum earum ſimul, ratiocinatis expenſis tranſpor-
tationis illarum ad hæc V G. Regna: tunc reve-
ra juxta adducta in præcitatis locis, & diſtinctio-
nem, quam poſui ſub *dict. q.* 48. *ſub.* verſ. *ad ſe-
cundam* ibi in verſ. *ſed pace*, non obligabit Eccle-
ſiaſticos. cum gravamen induceret gabellarium,
& tributarium, quod noo ſuſtinetur reſpectu
Eccleſiaſticorum; alias enim daretur, quod poſita
taxatio per modum pretii, & non gabellæ, ſive
tributi, liceret etiam contra Eccleſiaſticos, & hac
via inventus eſſe modus gravandi illos taxa pretii
exceſſivi, aſſignata pro venditione illarum ſpe-
cierum, quod non eſt ferendum etſi in minimo
ſuſtineatur propter rationes poſitas in dicta
quæſt. 7. *à. numer.* 16.

Nec obſtant adducta in principio dict. verſ. *ad*
23 *ſecundam* cum duobus ſequentibus; quia illa ſol-
vontur per adducta *in dict. q.* 7. *n.* 19. Ubi dixi de
de ratione, quare Clerici litigantes in tribunali-
bus laicis ſolvant gabellam Papyri ſigillatæ, ſi-
cut & alii laici, & *ibi n.* 42 & faciunt quæ dixi
etiam *ſuprà q.* 27. *à n.* 1. Ubi de ſtatutis circa or-
dinationes litis, ac inſtantia ſervanda, & in aliis
ibi, & de aliis quæſtionibus, quæ noo gravant
Eccleſiaſticos litigantes in foro laicorum per *ibi*
dicta & quæ dixi in *cap.* 8. *de foro comp.* quæ omnia
proportionabiliter applicantur pro ſolutioone con-
trariorum. † Nec adductum de gabellis, ſeu cario-
24 ri taxa per ſacaro V. G. potione *Chocolatica*, *Ta-
baco*, & aliis non multum neceſſariis vitæ huma-
næ, & aquarum uſu, & emptione poſſunt ſe Cle-
rici ſubſtrahere, ac abſtinere; ob idque ſi illas
emanc ſpecies, debeant ſe conformare cum
laicis, circa taxam & ut gabellas ſuper eis impo-
ſitas ſulvant, quia reſpondetur ex adductis proxi-
me de ſale: & papyro, etſi inſtes hæc exempla,
& alia ſimilia noo eſſe cum Papyrus, ſal & alia
hujuſce geoeris videantur neceſſaria vitæ huma-
næ, ſicut caro, vinum, oleum &c. ſuper quibus
ſpeciebus, ut dixi *a q.* 10. & proprius *in dicta q.*
13. 14. cum aliis, & *q.* 39. *& ſequentibus & à q.*
47. 48. 49. 50. 51. *&c.* Reſpondetur taxa.

Juxtam, & moderatam ſuſtineri, ad quam Prin-
cipes ſupremi poſſint aſſignandam procedere ju-
re Regaliæ ex adductis *q.* 1. & aliis; non inquam
ad immoderatam, & exceſſivam. ultra intrinſe-
cum valorem earum ſpecierum; quia tunc, ſpe-
cies illæ oon ſint multùm neceſſariæ ad vitam, au-
fert nihilominus taxatio immoderata uſum earum
Eccleſiaſticis, qoarum uti actionem habent ad li-
bitum, ut cives Rei publicæ ſine gravamine, &
incommodo per ſæpius dicta in hoc textu.

Ex quibus patet & ex ante millies repetitis, di-
cendum eſſe non teneri Clericos, ſive ad taxam 26
ratione pretii immoderati, ſeu tributi, etiam mini-
mi ex ſolo ſtatuto taxante à Principe, aut à Par-
lamento, ſenatuvè Regali ex Doctrina noſtri tex-
tus & aliorum jurium in hac tractatione expedi-
torum ſine Brevi, aſſenſuque Pontificio juxta illa,
quæ dixi *ſub.* 10 11. 12. 13. 14. & aliis *dicta q.*
39. & in jam adductis *à q.* 48. Quæ autem dican-
tur Regalia ad prædictum effectum, dicta ſunt in
hac quæſtione, & io proximè ſignatis, & aliis;
licet teneantur jure naturali obſervare taxam juſ-
tam, & moderatam ut dixi *ſub dict. q.* 1.

Ad tertiam quæſtionis partem, in cujus incidi-
mus tractationem, occaſione, cujuſdam petitio- 27
nis factæ ab Oratore *D. Gaſpar de ſubremonte*,
nunc in curia Romana nuncio extraordinario,
Regio vices gerente, & è conciliis ſupremi Caſtel-
læ, & Italiæ, qua ſub hoc verſ. videtur inquam
reſpoodendum ex proxime dictis, & ut radicitus
fiat, duxi prius recenſere conceſſiooes millio-
num, quorum nonnulla retuli *dict. q.* 13. 14 &
39. cum aliis, & de papyro *dict. q.* 7. originem
trahentes ab anno 1592. ut ubi poſui. Io ſumma
ergo ſupplicationis teneor verbis vernaculis con-
ceptus, conſiſtit in ſequentibus à tempore, ſcili-
cet Caroli V. cauſa multiplicis Belli contra hæreti-
cos, D. Regunt Philipi II. & III. exhauſtum eſſe
Regium Patrimonium. † quod reputabatur quot
annis duodecim millionum, parum plus minusvè, 28
& quod ad defenſionem ſuorum Regoorum ege-
bat illa eadem quantitate in moneta aurea, quæ
in moneta aurea, ſive argentea complet millio-
nes octo; temporibus hiſce, & admodum dict.
Regium Patrimonium exhauſtum eſſe, redditus
perſolvendis ob ſummas à vaſallis ſæcularibus,
& Eccleſiaſticis in modum cenſum impoſitas ſu-
per eo, ut jam fere dict Patrimonium adimpleat
ſummam Ducatorum ſexcenta millia proponens,
ut impoſſibile, quod Rex noſter Philip. IV. cu-
jus nomine fit ſupplicatio; poſſit defendere Reg-
na ſua, ac Religionem Catholicam. Hacque de
cauſa Pontifices ſummos pr deceſſores; & Alex.
VII. à quo ſupplicatur conceſſio, aſſenſus, ac pro-
rogatiooes annis præteritis conceſſerunt, ac pro-
rogarunt uſque ad hæc tempora; indeque in com-
mitiis Regni, congregati, ut ſolet & ut retuli
ſub dicta quæſt 13. anno præterito 1656. ad de-
bellandos, ſeu propulſandos inimicos Regiæ co-
ronæ fuiſſe practicatum circa dictas prorogatio-
oes, ac novas conceſſiones, in quibus etiam ut
laici, contribuerent Eccleſiaſtici, & hoc quatuor
de cauſis, quæ ſunt, ut jacent.

Prima proximè relata de Regio Patrimonio ex-
hauſto, quæ revera negari nequit, & ſtatus Eccle- 29
ſiaſticus

ſiaſticus fatetur. †Secunda quia redditus bonorum
30 mobilium, acimmobilium ſtatus laici, ſunt etiam depauperati; è contra verò Eccleſiaſticos ditatos; eo quod in computo facto redditũum omnium Eccleſiaſticorum tempore D. Philippi II. Regis anno prædicto 1592 excedebat Summam decem millionum, quadragintorum millium Ducatorum, excreviſſeque propter novas fundationes, uſque ad præſens tempus multum. Tertia quia Comitiales Capitulares Regni, non aliter concesserunt Regi ad præfatos fines proſequendos, niſi cum conditione, quod ſtatus Eccleſiaſticus perſolveret Siſſas, ac collectas ſicut laicus. Sin auteoi excuſaretur Eccleſiaſticus, nunquam laicus, aut vellet, aut poſſet Regibus, ac tam publicis, & communibus neceſſitatibus ſubvenire. Quarta ideo, quia eſt impoſſibilis ſeparatiu tributorum, & ut excuſentur fraudes, & judicium, competentias juxta quæ adduxi *ſupra ſub dicta q.* 13 in verſ. *ad ſecundam*: & in aliis aſſig-
31 natis. † Ad qua, omnes ſatisfaciens ſtatus Eccleſiaſticus, non ſe excuſans à contributionibus jam Pontificio aſſenſu, ac prorogatibus ſtabilitis, ſuplicat etiam à B. Patre Alex VII. ne pro aliis de novo impoſitis, aſſenſum præbeat, rationem excuſatiunis narrans, prout etiam jacet conceſſiones referendo factæ à dicto anno 1592. ſuper quibus ſpeciebus; prout etiam continet ſupplica porrecta à D Gaſpar de Sobremonte.

32 Igitur prima conceſſio millionum, vulgo *de ſiſſas* ſuper ſpeciebus comeſtibilibus, *Carnis*, *vini*, *aceti*, & *olei* &c. fuit decem, & novam millionum, ac dimidiũ, ſub quo nomine tot prorogationes factæ ſunt à dicto anno, & ultima Pont. D. Alex VII anno proximè præterito 1658 Die 14. Septembris, ut patet ex Brevi poſito *ſupra ſub fine dicta quaſt.* 39. & hæc inquam tantum, ut patet de ſupplica D. Gaſp. & ſub qua conceſſio; & prorogationes Apoſtolicæ ceciderunt, reliquæ ſequentes non adhuc, & ob eaſdem cauſas, ac illa prima conceſſio expoſcit à ſede Apoſtolica confirmationem, cæterarumquè ſubſequuntur, & cum de facto Clerici eas perſolvant, petit Pontificium aſſenſum, ſimul cum præceptorum tributorum, collectarum, & ſiſſarum condonatione, ac abſolutione cenſurarum, in quas incurrerint ratione Dictarum impoſitionum, de quibus Pontifex gratia acceptum faciat prorogans etiam pro uno ſexennio.

33 Sunt namque impoſitiones ad ſolutionem; quarum ſupplica porrigitur, prout in ea jacet, & in quibus ſtatus Eccleſiaſticus ſimul cum laico æqualiter contribuit ſequentes. Primo illa antiqua memorata 19. *millionum*, ac *dimidii*, ad quam ut proximè diximus factæ ſunt dictæ pro-
34 rogationes præceptorum. *Sine tamen Brevi Pontificio contribuit juxta tenorem dictæ ſupplicæ in uno *trecentorum millia Ducatorum*, plus, minuſvè ad conſervationem ſervitii co neceſſi per Regnum militum octo mille impoſitum ad rationem quatuor marapetinorum in unaquaque amphora vulgò *arroba* veni ſiſſata, & in unaquaque libra carnis aretinæ & ſuper quolibet capite arietis caſtreati hanc tamen contributionem ait ſtatus Eccleſiaſticus excedere *quingenta millia Ducatorum*: alia viginti millia ſuper comeſtilibus.

35 Alia impoſitio impoſita, & quæ durat fuit, ac eſt *aliorum duorum millionam* communiter vocata *de qaiebras* ad effectum ſupplendi quod uſurpabatur, & quod deficiebat ad ſolutionem dictæ primæ conceſſionis 19. *millionum*, & *dimidii*, quam impoſitionem diſtribuunt civitates & oppida proportionabiliter ſine mediorum onere certo, ſed ad libitum, juxta medium magis cuilibet civitati, ac populo commodu cujus computum quotannis eſt 106. *v.* 666. Ducatorum.

Alia verò impoſitio eſt aliorum *duorum millionum*, *ac dimidii*, octo marapetinorum in qualibet 36
libra piſcati maris, ac fluminum hujus Regni, (exceptis *las ſardinas ſaladas arenques y Albures*, quæ ſunt pauperum ſuſtentaculum) cujus redditus, & ſupplica natras, æſtimantur in 70. *v.* 666. Ducatis in forma ſequenti. ſuper quolibet æſtimo ſacri. vulgo *arroba* fabricato in Regno Granatæ, ſeptem dragma de illo, qui vocatur liquido, ac puro vulgo *del mas cabado*, & Dragma quatuor ſuper alio vili vocato *de eſpumas*, & duo Dragma ſuper alio ſacaro infimo, ac viliori vulgo *en de maleça*, *y miel de eſpuma* conceſſo à Regno, ut ea conditione ſolvant æqualiter cum laicis & ad conceſſionem faciliorem reddendam, ſupplica narrat, jam memoratas Regis, & laicorum neceſſitates, & ſupper excreſcentiam reddituum Eccleſiaſticorum, inſuper addens, quod exiſtente eorum computo ſupra *decem milliorum*, ea contributio reſpectu ſtatus Eccleſiaſtici non excedit redditus *centum*, & *quinquaginta millium Ducatorum*; & quia eſt admodum difficilis ſeparatio Eccleſiaſticorum à laicis modo jam aſſignato.

Ad prædictas tantum millionum ſpecies juſti- 37
ficandas reſpectu Eccleſiaſticorum, relata ſupplica implorat Pontificum diploma. Sed quia ex parte ſtatus Eccleſiaſtici, etiam dicitur gravatum eſſe aliarum præſtationum impoſitionibus ſcilicet ſuper *tabacho*, *Chocolate*, *Papyro Alba*, *non ſigillato*, aliarumquè ſpecierum, quæ de aliis Regnis ad noſtra vehuntur Caſtellæ, & legionis, ad quas exactiones ſtatus Eccleſiaſticus proportionatè concurrit cum laico, nec ad has juſtificandas, ſupplica porrigitur; eo quod exiſtimant Rex, Regnum, & Conſiliarii eſſe de Regalibus, quæ taxari poſſunt ad libitum. Et in alia quatuor millionum conceſſa per ſexenium à Regno, ſuper ſale, & in alia trium millionum impoſita anno præterito 1657. ſuper vino, aceto, & oleo &c.

Et quamvis Rex noſter perceperit dandum ſa- 38
tisfactionem omnium dictarum contributionum, Clero ab anno 1645. quæ quia nondum ſortita eſt effectum, & ſupplica inſtet pro condonatione dictorum millionum ſuper piſcatis, & ſacaro, nullam mentionem de aliis relatis ſpeciebus, ſcilicet *Tabachi Chocolate*, *papyri*, cum dicta quinquè genera ſpecierum ſint aſſignata ad ſolutionem duorum millionum, ac dimidii memoratorum; ideo ſtatus Eccleſiaſticus dicit, nec de iſtis, nec ad tributum ſalis, quantumlibet de regalia Regum conſiderentur eſſe ab ipſo contribuendũ, ſive per modum pretii taxati; quia exceſſivum eſt, quod habet vim contributionis, ſive impoſitæ ſint expreſſo nomine, collectarum.

De quo omnium gravamine, ac aliorum ſimi- 39
lium, quæ in tempus ſequens poteſt aſtutia excogitari, plorat, ac conqueritur ſtatus Eccleſiaſticus ſupplex, repræſentans Summo Eccleſiæ Præſuli, ut liberet illum à tot oneribus præ oculis ponens clauſulam jam adductæ prærogationis D. Noſt Alex VII. de dicto anno 1658. loquentem de adducta prorogationis 19. *millionum*, & *dimidii* narratorum pro alio ſexennio; dum tamen, eo durante, nequeat ſtatus Eccleſiaſticus gravari,

augmento dictarum fiſtarum, nec aliis novis im-
poſitionibus quarumlibet aliarum ſpecierum, ad
quod proponit depauperatum jam temporibus
hiſce Patrimonium Eccleſiæ; & quod inſuper
conceſſionibus Apoſtolicis ex decimis, alias Ec-
cleſiæ debitis percipit Rex noſter, ac aliæ perſo-
næ laicæ decimationes plures in forma ſequenti.
40 † Primo illas, quæ vocantur *tercias Reales*, quæ
41 componuntur duæ de partibus novem. † item
decimationes Magiſtrum militarium ordinum D.
Jacobi, Alcantara, Calatrava, quæ excedunt *quin-
ginta millia Ducatorum* item decimationes com-
mendarum dictorum ordinum, quæ ſunt valoris
42 *quatuor centum millia Ducatorum*. † Item quod
Prioratus, & commendarum S. Joannis, gratia
Pontificia laici plures percipiunt decimationes
43 magnas. † Item quod plures Religioſorum fami-
liæ habent privilegia ad non decimandum, & ſi-
mili modo Collegia, ac Hoſpitalia &c. quæ ha-
bent annexa beneficia, ac alia opera pia ſæcula-
res ſtatus, conſuetudine, aut privilegio non deci-
44 mant. † Et quod præterea etiam recipiunt Reges
noſtri gratia Apoſtolica ſubſidia, & excuſata quo-
tannis ab ſtatu Eccleſiaſtico ſoluta, ad ſolvenda
in poſterum, quæ important 650. V. Ducata, &
inſuper pro recaudandis iſtis; quo uſque in burſa
Regia cuſtodiantur, & reponantur, abſumit alia
centum milia Ducata in ſolvendis executoribus,
ac aliis interventoribus.

45 Et addit etiam ſtatus quod contribuit ſimul
cum laicis in tributo illo antiquo vulgo *alcavala*,
& in illa nova, quæ vocatur trexento; qui etſi
illam collectam non ſolvat de his, quæ à Clero
venduntur, quod parum eſt; eo quod locat ſuos
redditus Eccleſiaſticos, laicis tamen intrinſecè
ſolvit de omnibus quæ conſumit, ac emit victui,
ſi quidem arrendatarii, ac venditores cariores in
pretio ſunt tributorum, ac collectarum cauſa.

46 Contribuit etiam in Papyro ſigillata, qua agunt
Eccleſiaſtici litigantes coram laicis, & in inſtru-
mentia locationum, venditionum, ac emptionum,
mandatorum, teſtamentorum, ac aliorum inſtru-
mentorum, quæ coram laicis ſcribis, & Tabellio-
nibus laicis authorizantur; quæ contributio eſt
quantitatis magnæ, contribuit etiam in aliis con-
tributionibus municipalibus civitatum, ac loco-
rum, quas imponunt expenſis nonnullis, quarum,
etſi in nonnullis populis reddatur aliqua quotta
pro ſatisfactione; ſunt tamen infiniti populi, in
quibus nulla ſatisfactio præſtatur.

47 Item proponit ſtatus Eccleſiæ, quod plures ha-
bet redditus ſuper Patrimonio Regio, vulgò dicti
Juros, & quod de iſtis dimidiam, ut in plurimum
partem abſumit Regia Majeſtas; & licet integros
perſolvat multis communitatibus Eccleſiaſticis,
Hoſpitalibus, ac piis locis, hanc ſolutionem non
importare tertiam partem dicit. Item proponit
quod Papa Urban. VIII. conceſſit Regi decimam
quandam *ſexcentorum millia Ducatorum*, quam ſol-
vit ſtatus Eccleſiaſticus. Et poſt Inocent. Papa X.
48 conceſſit aliam 800. V. Ducatorum. † Proponit
inquam penſionum graviſſimas Summas, quæ Di-
plomate Pontificio ſuperimponuntur ſuper red-
ditibus Epiſcopatuum, Dignitatum, Præbenda-
rum, ac beneficiorum Eccleſiaſticorum. Et quod
in mutationibus monetæ æris quantitates plures
amiſerit, ex quibus omnibus ſatisfaciens memo-
riali nomine Regio à dicto Oratore D Gaſpar à
Sobremonte Pontifici N. Alex VII. oblato ratio-
49 nando redditus totius, ac univerſi ſtatus. † Et
quia ex defectu Agricolarum redditus Eccleſia-
ſtici, qui tempore Regis Philippi II. computati
pro ſumma decem milionum, jam hodie ſolum ſit
4. milionum, & 333. V. Ducatorum, de quibus
plures ex contributionibus adductis per Clerum
ſolvuntur, & dicit Eccleſiæ ſtatus temporibus
hiſce dictam hanc ultimam 4. millionum ſummam
depauperari admodum, & quod inſuper major
pars, quæ ex ea reſtat abſumitur ab Epiſcopis, &
Eccleſiaſticis in erogandis eleemoſynis pauperi-
bus laicis extraneis, ſive cognatis, quod redun-
dat in beneficium ſtatus laici.

Et ultimo agnoſcens dictus ſtatus Eccleſiaſti-
cus depauperationem ejus provenire à diminu-
tione divitiarum laici ſtatus, & abſolutione dicta-
rum collectarum, & decimationibus, & ſubſidiis
Regibus ſolutis; & quod Reges noſtri ſunt ære
alieno gravati admodum, & bellis compreſſi, qui-
bus reſiſtere nequeunt ſola contributione laica;
& quod juſtum ſit, ut ſtatus Eccleſiaſticus propor-
tionate ſubveniat ad depellendos fidei, ſeu Regni
inimicos, ſed tali medio, ut non depauperentur à
fructibus, ſic ut mendicent in dedecorem; &
quod Reges ſeu Principes non gravent impo-
nendo tributa, & collectas expreſſè, aut tacitè, ex-
plicitè, ſive implicitè, directè, aut indirectè, nec
ſub velamine taxæ ſpecierum, jam adductarum,
quæ immoderatæ videantur, ſapiantque tributo-
rum, ac collectarum onera ſine privilegio, & aſ-
ſenſu Pontificio, nec eo inquam prætextu, quod
prædictæ, aut aliæ ſpecies, tam adductæ de aliis
Regnis, quam collectæ de propriis, & quæ vitæ
neceſſariæ ſint, aut parum utiles, & non neceſſa-
ria ſint de Regalia Regis, in quibus taxandis, ſeu
collectandis, non egere privilegio ullo; ſiquidem,
ut patet ex dictis ſub verſ. *ad ſecundam*, ut con-
tribuant Eccleſiaſtici, ſemper requiritur Papæ aſ-
ſenſus, excepto tantum illo modo, de quo *ibi* aſſi-
gnato, & dixi *ſub quæſt*. 9.

Ad quartam quæſtionis partem, an ſtatus Ec- 51
cleſiaſticus teneatur ſolvere datum, ſeu gabellam
earum rerum, à quibus abſtinere poſſunt; quia
jam ſubdito verſ. *ad ſecundam* diſſerui, & reſpon-
ſum præbui, ubi etiam dixi, & exemplificavi quæ
iſthæc res dicantur, & *ibi n*. 9. ubi *dedatio*; ideò
non repeto.

Ad quintam quæſtionis partem repetitis hic, 52
quæ latiſſimè dico *infra in cap*. 23. *de ſent. & re
judicata*, ubi de agratiandis pœnis delictorum
per Principes ſupremos; nunc ex Decio *conſ*. 10.
n 2. & ex allegatis per Felinum *in cap. quoniam
hoc sit ſub n*. 14. & ut refert Daniel *de nobilib.
dicta diſp*. 40. *n* 13. & 14. quia ſolet ſtatutum fieri
de ſolvendo taxam, quando aliquis ob delictum
condemnatus ſupplices Principi, libellos vult præ-
ſentare, alias ſupplicare non poſſit quod ſi Prin-
cipi aliquid tribuit emolumenti; & quod etiam
pœnam ipſo Jure imponat (ſiquis ſupplicare po-
ſtea velit) ſtatim, ac committitur delictum, inde
queat dici executorum; ideo num hoc ſtatutum
comprehendat Clericos, dubium eſt.

Et per adducta *ſupra* ſub dicto verſ. *ad ſecun-* 53
dam in principio; pro affirmativa ſententia reſ-
pondendum videtur. Et quia in prædicto ſtatuto
non agitur de pœnis irrogandis ſed de beneficio
impertiendo; non enim duæ ſupplicatur tractatur
de actu, in quo Juriſdictio exercetur; quia ſup-
plicatio (ad agratiandum ſcilicet delictum) non eſt
actus judicialis *l*. 1. *cod de precib. imper. offerend*.
Bald. *in l*. §. *eum qui ff. de poſtul. prope finem*, Sfortia

Oddus

Oddus *de reſt.p.2.q.* 92.*art.* 1.*n.* 2.& 3.ſic ex doctrina Baldi per gloſſam *in l. nemo qui condemnare ff.de reg.Jur. conſ.* 30 *num.* 2.*lib.* 1. quem ſequitur Cravata *conſ.* 441. *ſub.n.* 6. verſ. *magis in lib.* 3.

54 Deinde quia nec dici poſſit libertati Eccleſiaſticæ contrarium ſtatutum, per quod v. g. ſi ita, qui laicus à judice laico ob perpetratum delictum in exilium ejectus, in Eccleſiaſticum poſt modum ordinem receptus ex libris publicis, in quibus omnes Banniti deſcribuntur, ſuum deleri nomen deſideret; ſicque ſupra ſcripta lege municipali executoria uti ad onus ex eadem lege municipali inductum: & ita cenſet Daniel *de nobilibus dict. diſp.* 40. Cum aliud ſit aliquid ſimpliciter prohibere, aliud ſtatuti commodum ob publicum omnium bonorum emanatum decernere, vel aliquid prohibere, tenerique omnes cenſet ad obſervantiam omnium ab ipſa lege diſpoſitorum, quod ea uti debeat cum omnibus ſuis qualitatibus, potueritque ſtatuens à principio, etiam conditionem ponere, & aliud onus, quod ſibi magis expediens videretur, & faciunt quæ dixi *ſupra q.* 52. *verſ. ad quartam.*

55 Iterum quia cum aliud ſit aliquid ſimpliciter prohibere, aliud ſtatuti commodum ob publicum omnium bonorum emanatum decernere, vel aliquid prohibere, nec in prædicto ſtatuto aliqua mentio fiat de Eccleſiaſticis, nec decernatur Eccleſiaſticos poſſe, vel non in hoc, vel in illo caſu recurrere ad Principem, ſed ſolum generaliter quemlibet volentem ſupplicare ad hunc, vel illam taxam teneri ſolvendam, in terminis reſolvit Daniel *dict. diſp* 40.*n.* 1 4. *in fine*, & fin. ex Doctrina eorum, quæ adduxi ſub dicto verſ. *ad ſecundam*, in principio.

56 Dicens ut non poſſit dici contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi quis ex Eccleſiaſticis eo uti velit ſtatuto, cum non ſit contra Eccleſiaſticos, ſed tantùm adjiciat onus ... ſolvendi, qui voluit ſtatuto uti, ut tradunt Bald. *in l. venditiones n.* 5. *cod de contrah. empt.* Dec. *in cap. Eccleſia ſanct. Mariæ in fine de conſtit.* Alex *conſ.* 2 1 7 *n.* 17 Ubi quod teneantur ad tegillrationem E. ... &c. Sed quia hoc ſtatutum, quod de te g... eſt, taxa in eo appoſita ad condonationem delicti, pœnale poſſit dici; ideo ex multis à *quæſt.* ... reſolutis videtur, ut lædat Eccleſiaſticam libertatem, in quo tu cogita.

57 Ad ultimam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ latè dixi de ſalvo conduct. *in cap.* 3 *ut lite non conteſt. teſtes non recip.* 44. Ubi plura de ſalvo conducto. Ideò nunc breviter dico, quod ſalvus conductus in delictis operatur, ut effectu. B... non ſuſpendatur; & quod illius tempore durante, eſt ac ſi quis non eſſet Bannitus; indeque interim offendi non poſſit, cum ſecurum reddat pro eo tempore, ut docent Angel. *in l. utimur num* 8 *de ſepulch. violat.* Magalot. *de ſalvo cond. in princ, & per tot* Bertac. *in repert.* verb. *ſalvus conductus n.* 22. Ubi quod ſuſpendit Bannum, & pœnam, Gozadin *conſ.* 61 *n.* 1. & poſt alios Burſat. *conſ.* 54.*n.*8.& 9.*lib* 1. latè Farin *q* 29 *à n.* 1. Menoch. *de arbitr.q* 90.*n* 6, allegati per Giurbam.*conſ.*80.

58 *n.* 27. Ubi alia cumulat. † Eſt enim ſecurus ille, qui nihil reformidat, & ſecuritatem efficacem habet, ut *in l* 1.*ff de act.empti*, Bald *in lib ſtatutor.*

59 verb. *ſecuritas*, Bertazol *eodem verb n* 3. † De quo exiſtimo etiam gaudere Eccleſiaſticos, cum favorem contineat, ac privilegium omnino, juxta ea, quæ dixi *ſupra quæſt* 2. *in fine*, & *n. fin.*

Jam ergo huic tractationi ultimam imponendo 60
manum, quæ ferè occurſum facit omnes caſus, qui ſe offerre poſſunt de ſtatutis laicorum in gravamen Clericorum, concludo exhortando legiſlatores, eorumque Conſiliarios, ut perpenſo admodum judicio, decreta ferant, præ oculis habendo Deum & juſtitiam, ut in aliis minoribus, & exiguis, utique obſervant, & ne importunitate inſtigentur, menti proponant fatales caſus, & ruinas relatas *ſupra in q.* 17. *in fine à n.* 72. verſ. *quare uſque ad finem*, & *q.* 12. verſ. *ad ultimam à num.* 66. Ubi narrata ſunt inſaulta multa colligendo Eccleſiaſticos; e contra autem propterea al à Principibus obtingentia, propter reverentiam habitam ab ipſis erga Eccleſiæ immunitatem, & franchitiam. Conſiderant etiam quanta gratitudine & liberalitate ſe gerunt Summi Pontifices elargiendi de bonis Eccleſiæ & Clericorum veris, & non præſumptis, ac imaginariis neceſſitatibus occurrentibus Principum laicorum totius orbis Chriſtiani, ut legenti apparet ex proximè adductis *hic* verſ. *ad tertiam*, & ſpecie ſi legat condonationes factas à Pontificibus, pluribus Eccleſiæ laicis Pontificibus, ut retuli *ſupra quæſt.* 19. *ex n* 19. à verſ. *cumque ſub aicta q* 17. & nonnulla *ſub. q.* 14. Item rogo ut conſiderate imprimant ſenſibus monita relata *ſub.q* 42. *in fine à num.* 23. *ad finem*, ex verſ. *ſed quia materia.* Aliaque plura ob introducta, quibus curavi capere Doctrinæ veritatem potius quam ferreo animo fronteque torva, ut quidam ſolent irrepere, quaſi doloſo conatus motus parando, ſive pro legiſlatore laico, ſive pro ſtatu Eccleſiaſtico remigantes: enim verò hæc recollegi, non capitoſus, ſed deſiderans aperire verum e fonte Juris naturalis Divini, etiam Canonici, & civilis, aliarumque conſtitutionum, & Bullarum Summorum Pontificum, utinam ad cauſam D. N. Jeſu-Chriſti, Deiparæque Virginis Mariæ, matris ejus, & in obſequium Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, omniumque Principum fidelium orbis.

QUÆSTIO LVII.

An Epiſcopi, alii ve Prælati teneantur ex vi legis Regiæ ire ad debellandum inimicos Regni ſimul cum aliis laicis, ſeu ſervire cum tot militibus ſuis expenſis vulgo *ſervir con lanças* ſine Papæ conſenſu ex eo ſolùm quod Vaſſalli ſunt, aut ex eo, quod terras, aut Juriſdictiones acceperint à Regibus cum tali, aut ſine tali penſione, & onere? Et an poſt mortem Epiſcoporum ſit obnoxium ſpolium eorum ad dictam ſolutionem, & ſi cedat in præjudicium Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ? Et quid ſi exigantur à laicis Miniſtris de fructibus Epiſcopatuum, qui medio tempore à morte unius Epiſcopi ad electionem, & confirmationem alterius adquiruntur etiam Reverendæ Cameræ?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Caius magnus vulgò* junta grande de competençias *Matriti diſpoſitus ad imponendum finem competentiis Juriſdictionis ortis inter judices ordinarios, & alios exemptos ab anno* 1657.
2 Cap. ii in morte 23 q. 8. & n. 39. 40. & 45.
3 L. 52. tit. 6. p. 1. & n. 40.
4 L. 176. & 8. tit. 466. & Recopil. & à n. 40.
5 L. .. tit. 13. lib. 4. ordinam, & n. 41.
6 L. ſuo victu 18. ff. de operis libert. Cap. 1. de nova formâ fidelitatis, cap. 1. hic finitur lex in principio. Cap. licet, ſi de feudo defuncti contentio ſit.
7 *Regi obedire omnes tenentur, & bellum gerenti fideliter aſſiſtere.*
8 *Magnates vulgò* Ricos omnes Caſtellæ *ſic denominati à divitiis, id quorum nomen ſucceſſerunt Comites, Marchiones, & Duces tenebantur ad ſervitia, pro bellis præſtanda Regi.*
9 *Epiſcopis qualiter pro bellis gerendis tenebantur Regi Caſtellæ miniſtrare?*
10 *Dominium, quod habent Epiſcopi de rebus donatis à Rege, eſt, ſicut illud, quod habent Duces, & alii Domini temporales.*
11 *Epiſcopi poſſunt habere villas, Caſtella, Civitates, & Juriſdictionem temporalem cum titulo Comitum, & n. 12.*
12 *Palentinus, & Ovetenſis Epiſcopus eſt Comes, ille de* Pernia, *iſte de* Honozoña.
13 *Compoſtellanus Archiepiſcopus, & alii Epiſcopi Galleciæ ſunt etiam Dominis temporales.*
14 *Vaſſalli Regis illi potius vocantur, qui habent terras, & Juriſdictiones à Rege.*
15 *Lancearum tributum à quo habuit Originem, & quare.*
16 *Epiſcopi ire ad Bellum per ſe pugnaturi minimè poſſunt, & numeris ſequentibus.*
17 *Epiſcopi, & Clerici ſunt Chriſti Miniſtri ipſum repræſentantes.*
18 *Arma Clericorum ſunt lachrymæ, & orationes.*
19 *Leges Regiæ tributariæ nequeunt Epiſcopos afficere.*
20 *Epiſcopi poſſidentes Caſtella, Villas, aliaſvè Juriſdictiones Regias ex voto à Rege facto, ſunt liberi à feudo, aliter ſi cum onere feudi, aut cenſu datæ fuiſſent, ut à n. 21. & n. 43. & 44.*
22 *Arbiter, & moderator quilibet eſt in re ſua, quam donat.*
23 *Annonariæ præſtationes ſunt dandæ ab eo, qui prædia poſſidet, & n. 24. 25. & 26.*
24 *Fundus quocumquè vadat tranſit cum onere ſuo, & quare n. 25. & 26.*
26 *Vectigalia, quæ infixa ſunt prædiis non tam à poſſeſſoribus, quàm ab ipſis prædiis videntur exigi, & num. 30*
27 *Poſſeſſores propter rem conveniri dicuntur, & n. 28. & 30.*
28 *Libellus concipiendus eſt potius nomine prædii ab eo qui contendit ſibi deberi ſervitutem.*
29 *Fundus affectu onere reali, eſt obligatus, etſi deveniat ad Eccleſiam ad ſolutionem tributi, & quare? n. 30 & 33.*
31 *Mutatur per mutationem perſonæ qualitas inhærens rei, & à n. 24. & quando ſic intelligantur n. 37. 38. & 56.*
32 *Pœna Eccleſiaſticorum acquiſita, & acquirendi ſunt immunia à tributis. Limitatur ut num 33.*
33 *Tributa, & infeudationes rebus à donatore tranſlatis in Eccleſiam, certa, & invariabilia ſolvi debent, aliter ſi eſſent variabilia, ut n. 34 37. & 56.*
35 Cap. ſanctum 23. q. 8.
36 *Epiſcopi de Jure prohibentur accedere ad comitatum, ſeu Curiam Principis.*
38 *Tributum reſpiciens potius ad perſonas, quàm ad res, variatur, perſona mutata, ut contingit in vectigali vulgò pecho.*
40 *Epiſcopi tenentur ire ad bellum, quod fit contra Mauros, & inimicos fidei, non ad aliud Civile, requiſita licentia Papæ.*
41 *Clericis licet in multis caſibus pugnare, ſi ſit in defenſionem, & quo Jure ſint prohibiti miniſtrare.* num. 42.
45 *Poſſeſſiones donatæ à Principe ſine aliquo onere Eccleſiæ, poſtea non emphyteutantur.*
46 *Vaſſallus quando teneatur ad præſtanda ſervitia Domino, & qua requiſitione Dominum in bellis ſequi* remiſſivè.
47 *Succeſſores tenentur ad onera realia prædeceſſorum,* & num. 46. *& etiam in decimis ipſi prædio, ut* n. 50.
48 *Epiſcopi, & beneficiati tenentur ad ſolvendas penſiones decurſas prædeceſſorum,* num. 49. & 55.
49 *Hæres conveniri poteſt à Fiſco pro decurſa anteceſſoris.*
50 *Decimæ impoſitæ prædio tranſeunt cum eo, & quare* n. 55. *in fine, ſecus ſi potius reſpiciant ad perſonam, ut expenditur à* n. 56.
51 *Decimalis præſtatio, eſt tributum, ſeu onus reale, quod debet præſtari à poſſeſſore, etiam pro tempore præterito.*
52 *Decimæ debentur, etiam ſi terra mutetur in aliam qualitatem,* & n. 54.
53 *Poſſeſſionem habens in aliquibus Debeſſit, ſive ſilva, tuendus eſt in Jure paſcendi, aut colligendi fructus.*
54 *Seminatio, ſeu plantatio non facit in præjudicium Juris jam quæſiti.*
55 *Majoratus poſſeſſor tenetur ſolvere Canones prædeceſſoris.*
56 *Tributa de fructibus Epiſcopatuum vacantium, debentur Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ ſi inhærent prædiis.*
57 *Cenſum recognoſcens; num teneatur ad decurſas debitas à prædeceſſore,* & n. 59.
59 *Conſtitutio cenſus dicitur obligatio perſonalis, quamvis inducta ratione rei.*
60 *Obligatio ſuper re Epiſcopali adhærens rei, verius eſt, ut ſi tranſit ad Eccleſiam, non exequatur à Miniſtro laico, & minus, ſi adhæreat, ut* n. 61. & 62.
61 *Dignitas Eccleſiaſtica poſſidens, etſi ex titulo, invalidè nequit compelli ad ſolutionem Canonis per laicum.*
62 *Fiſci Jus nequit à privatis infringi.*
63 *Memoriale præſtitum Regi noſtro Philippo IV. à Fiſcali Cameræ Apoſtolicæ pro defendendis Epiſcopis à ſolutione lancearum.*
64 *Tributi obligatio tranſit ad quemlibet ſucceſſorem, ſi ſit debita ex certo fundo, & hypotheca*
65 *Eccleſia habet privilegium conveniendi novum aut antiquum prædiis poſſeſſorem.*

Quia

1 QUia in hac Matritenſi Curia ab hinc paucis Diebus, fuit admodum dubitatum inter Magnos Theologos, & primo in Curia Nuncii Papæ, hic ad præſens degentis, & intet ſuperiores Caſtellæ Conſiliarios. De ſecundo ptopter competentias Juriſdictionis inter judices Regios magnæ congregationis communiter appellatæ *Junta de competençias*, compoſitæ juſſu noſtri Philippi Quarti Regis Hiſpaniarum ab anno proximè præterio milleſimo, ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo, ut ibi quaſi ſine ulteriori alio remedio finirentur competentiæ Juriſdictionis, quæ quotidie excitantur intet juſtitias Regis ordinarias in locis, civitatibus, Audientiis Regiis, & Cancellaris, & inter ſubditos laicos aliarum Juriſdictionum exemptarum, quales ſunt Miniſtri Conſilii, Belli, ut milites, & alii; item bonorum Regii Patrimonii vulgò *de los conſejos de hacienda, y millones* & Conſilii ordinum pro ſuis equeſtribus, ac ſubditis, & aliorum exemptorum, ac demum familiarum Sanctæ inquiſitionis utilibet exiſtentium, juxta concordata *in leg. 20. tit. 4. lib 4. recopilat.* de qua dixi latiſſimè in competentia Juriſdictionis inter Prætorem Valliſoletanem, & illam inquiſitionem anno præterito 1648. quam poſui *ſupra* in fine titulorum *de dic. & foro competenti.* Ideo mihi viſum fuit de his dubiis diſſerere, utpotè ſpectantibus ad materiam, de qua in hoc textu loquimur.

2 Ad primam igitur difficultatis partem videtur affirmandum per dictum Gregorii Papæ *lib. 7. epiſt. 1. ad Sabinianum relatum in capite ſi in morte 23. q. 8.* in illis verbis: *quomodo ergo Leo Papa adverſus Sarracenos urbem egreditur, & ut eos procul à littore arceat, populum convocat, & ſuorum injurias præſentialiter vindicat; atque cum Gregorio milites ad arma invitat?* & ibi *porro alii ſunt, qui non contenti decimis, & primitiis, prædia, villas Caſtella, & Civitates poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa, niſi imperiali benignitate immunitatem ab hujuſmodi promeruerint, quibus à Domino dicitur* (redditè, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo) *quibus idem Apoſtolus* (reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui
3 vectigal, vectigal) † & Clarius ad deſerviendum perſonaliter in bello, cavetur *in l. 52. tit. 6 partita 1.* in verbis ſequentib. *Otraſi, los obiſpos, y los otros Prelados, que tuvieren tierra de el Rey, O heredamiendo alguno, por que le deban facer ſervicio, deben ir enhueſte con el Rey.* † & faciunt verba *l. 1.*
4 *& 6.* cum ſequentib. & *l. 8.* ibi *los nueſtros Vaſallos, que de Nos tieren tierre, ſon tenudos à nos ſervir en guerras por ſus perſonas, y no ſe pueden eſcuſar.*
5 *tit. 4. lib. 6. recopil.* † Et facit. *l. 1. tit. 13. lib. 4. ordinam* ibi *por que los nueſtros Vaſſallos, que de Nos tenen tierras. Nos ſirvan, y eſtan ciertos, y preſtos para Hos ſervir, al tiempo, que Hos los imbiaremos allamar. Mandamos que ſeun tenides de Has ſervir con ſus Cuerpos, donde los mandaramos venir, y al placa que por Hos les fuere aſſignado con ſus Cavallos, e armas, e Cada uno con un hombre de apie.*

6 † Et faciunt etiam textus *in l. ſua victu 18. ff. de operis libertor, & cap. 1. de nova forma fidelitatis,* abi Accurſius verbo *jeſte offendere cap 1. hic finitur lex in princip. cap. licet, ſi de feudo defuncti contentio ſit inter Domin. & ag. in feud* & deinde faciunt quæ dixi latè *infra in cap. cæterum de judiciis.*

7 Et ratio fundamentalis eſt, quia ſi omnes in Regno noſtro Generali obligatione tenentur Regi obedire, & bellum gerenti fideliter aſſiſtere, Nobiles tamen, & Prælati præcipuo, & ſingulari quodam Jure tenebuntur ad prædictum bellandi ſervitium per ſe, aut dando tot ſcilicet milites ſuis expenſis, quod apud nos dicitur *ſervir con lances, que es lo miſmo que ſervir con tantos ſoldados;* eo quod iſti nobiles, videlicet Duces, Marchiones, Comites & Principes, viri Proceres, ſeu magnates, quos dicimus *grandes, y titulos*, ad illud præſtandum etiam tenentur, cum acceperint à Regibus terras, & alios honores; & ſic Epiſcopi propter eandem cauſam ad illud ſervitium præſtandum ſint obnoxii juxta verba *dict. leg. 52. tit. 6. p. 1* & aliorum proximè adductarum.

Conſtat enim, ut ſicut prædicti Magnates, & 8
Proceres, qui alias ævo antiquorum Regum vocabantur *Ricos omes l. 10. tit. 25. p. 4.* à divitiis ipſis ita denominati, ut referunt D Thomas *de regimines Princip. lib. 3. cap. fin.* & alii relaci à Moreno de Bargas *de nobilit. diſcurſu 23. à n. 13.* Puente *de las conveniencias de las Monarchias lib. 4. cap 5. circa finem,* Salazar de Mendoza *lib. 1. de las Dignidades cap. 9.* in quorum nomén, & Dignitatem, Comites, Marchiones, & Duces ſucceſſerunt, ut docent proximè adducti, & D. Franciſcus de Amaya *in l. 2. cod. de annonis, & tributis ex num. 58.* tenentur ad prædicta ſervitia præſtanda. † Et ſimiliter Epiſcopi: 9
nam ſicut illi nobiles Vaſallorum Domini à Rege terras, reddituſque multos, & pecuniam acceperint, *l. 2. tit. 26. p. 4.* qua da cauſa tenentur Regi obſequium, & ſervitium exhibere ſuis expenſis, militibus conductis, cum bellum ingruit, & ejus latus cingere, non minus quidem ad idem teneantur Epiſcopi, aliique Prælati, qui à Rege terras, Juriſdictiones, poſſeſſiones, & alios honores acceperunt.

Et confirmatur: nam exercitum Dominii, 10
quid habent Epiſcopi circa tales res condonatas à Rege, & quod habent alii Prælati, ſive perſonæ Eccleſiaſticæ, non competit illis, ut Epiſcopis, & Clericis, ſed ut Ducibus, & Comitibus, ſeu Dominis aliis temporalibus: nam ſicut poſſunt habere villas, & Caſtella Principium conceſſione, & ita habere Juriſdictionem, quæ una cum illis transfertur: non enim docent Theodoretus, *lib. 2. cap. 30.* Duarenus *lib. 1. de ſacris, & Eccleſ. miniſter.* ut Dominus unius civitatis, ſi eſt idoneus, ſit etiam Epiſcopus illius, quorum Vaſſalli proteguntur, ac ſuſtentantur, minus, ac cæteri Regis, & Dominorum ſæcularium, ut advertit Caſtillo de Bobadilla *in ſua politica lib. 2. de Juriſdictione Eccleſiaſtica cap. 17. à n. 16.* Legendus à *num.* 13. 11
Nec eſt negandum poſſe Epiſcopos, habere villas, Caſtella, Civitates, & juriſdictionem temporalem cum titulo Comitum. Juxta gloſſam per textum *ibi* verb. *in civitate §. privilegia de pace conſtan in feud.* Bald. *in tit. de feud. March.* quem refert, & ſequitur Baptiſta Severinus *in l. 1. col. 7. Cod. de ſacro. ſanct. Eccleſ.* Socin *conſ. 165. num. 1. & 2.* Hoſtienſis *in cap. licet ex ſuſcepto de foro comp.* Abbas *in cap. inter dilectos col. 3. & ibi* Feninus *col. 5. de fide inſtrument.* Cacheran. *in deciſ. pedemont. 30. n. 6.* Bobadilla *dicto cap. 17. num. 21.*
† qui addit in noſtris Regnis Epiſcopum Ovetenſ. eſſe etiam Comitem *de Noroña*, & Epiſco- 12
pum Palentinum eſſe Comitem *de Pernia.* † Et 13
inſuper Archiepiſcopum Compoſtell. ac cæteros Regni Gallatiæ Epiſcopos videmus eſſe Dominos temporales quoad Juriſdictionem temporalem,

aſſignando,

aſſignando, & nominando judices ordinarios, ac
alios Miniſtros ſæculares pro tuenda Juriſdictio-
ne temporali, illaque conſervanda.
14 Et facit, nam etſi omnes ſub territorio Regis
degentes nominentur Vaſalli fidelitati ejus obno-
xii, ſed nulli proprius dicuntur tales, nec alios
Rex eo nomine appellat in ſuis proviſionibus, ac
litteris Regiis Vaſallos, niſi illos qui habent vil-
las, & Caſtella cum juriſdictione, ut habetur *in
leg. 1. tit. 25. de los Vaſallos p. 4. & in l. 2. tit. 26.
eadem part. & leg. 10. 11. tit. 4. lib. 6. Recopil.* do-
cet Bobadilla *in dicto cap.* 17. *n.* 18. bene & le-
gendus Molina *de primog. lib. 1 cap. 13 à num.* 47.
cum multis Velaſquez *in l. 40. Tauri gloſſa 2. n. 42.*
D. Franc. de Amaya, *in dicta l. 2. cod. de annonis.*
15 *& tributis lib.* 10. *n.* 88. † Ubi advertit cum Joan-
ne Mandariaga, *de ſenatu, & Principe, cap.* 40. hoc
fuiſſe præcipuum hujus tributi, quod fuit reda-
ctum ad tot Lanceas, ſeu milites, & *n.* 85. quod
dictum genus tributi, aut ſervitii inductum fuit
non ſolum in ſignum ſuperioritatis Regiæ, &
fidelitatis, quem Vaſalli tenentur Domino ſuo ex-
hibere, verum etiam, & ob gratitudinem hono-
ris accepti ab ipſo Principe, à quo ad honorem,
& divitiarum Culmen evehuntur; indeque non
ſolùm Jure Civili ad illud præſtandum ſint obno-
xii, verum, & naturali proveniente quidem ab
ipſa defenſione Reipublicæ, & Principis, ob quo-
rum tutamen, utilitatem, vita ipſa contemnitur,
leg. 1. *& toto tit. 13. l. 3.* verſ. *e del ſeñor tit. 29 p.
2. l. 4. & 6. tit. 27 eadem part.* ubi Gregor. poſt
Bald. *in cap. 1. in principio quibus modo feud. admitt.*
& facit ſecundùm Amayam *in dict. l. 2. cod. de an-
nonis n. 87. in fine l. 26. tit. 14. p. 2.*
16 Econtra verò, ſi à jam longè dictis ſub hoc tex-
tu arguamus, abſolutè poſſemus firmare, ut nullo
modo Epiſcopi teneantur ire ad bellum, ut per
ſe pugnent, cum hoc ipſis, & Clericis ſit omnino
prohibitum; ſunt inquam omnes iſti dicati Deo
ſervire, à qua profeſſione militia multum removet.
17 † Item quia Clerici, & Epiſcopi ſunt Chriſti Mi-
niſtri ipſum repræſentantes, qui proprium ſan-
guinem pro ſalute effudit, & in tantum proce-
dere multi dicunt, ut & Jure naturali ipſis hoc
prohibeatur, cum ex propria conditione ſtatus,
atque ex ipſa natura ita proveniat; & quia ut di-
xit D. Paulus II. *ad Thimot.* 2. *nemo militans Deo
implicat ſe negotiis ſæcularibus* juxta, ea, quæ DD.
docent ex toto titulo, ne Clerici, vel voventes;
& quia Gregor. Nazianzen. *orat.* 2. *de pace* ex di-
ctis Pauli verbis aſſervit arma prohibita eſſe Cle-
ricis, Bernard. *lib. 4 de conſideratione ad Eugen.
Papam* explanans illa verba. D. Matth. *cap.* 26.
18 *mitte gladium tuum in Vaginam.* † Etenim ut
communiter fatentur ſcriptores *in cap. convenior.*
23 *q.* 8. per textum *ibi* & Ambroſium ad Marcel-
linam ſororem *epiſt.* 33. dicentem *lacrymæ meæ
arma ſunt*, arma Clericorum ſunt lacrymæ, &
orationes, Fians. Marc. *deciſ.* 455. *n.* 53. *p.* 1. Navar.
conſ. 8. ſub. tit. de his, qui vi n. 10. Zephal. *conſ.* 151.
n. 6. lib. 2. Rendon. *de Princip. Majeſt.* verbo *non
armis* in 2. *p. n.* 177. Menochius *de arbitrar. caſu*
364 *n.* 32. Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de diſ-
ciplina Cleric* §. 18. *n.* 9. ergo dicendum videtur,
ut quantumvis Epiſcopi feudalia, Villas, Caſtra,
Civitates, & Juriſdictiones, ſeu honores à Rege
ſuſceperint, nullo modo teneantur ire per ſe ad
pugnandum cum inimicis.
19 Et quod nec ad prædicta tributa præſtanda cæ-
terum militum, ac ſervitii lancearum, idem vide-
tur etiam dicendum, tum ex doctrina longè ad-
ducta à relata *quæſt.* 1. cum ſequentibus ad hanc;
tum quia ut ſæpius diximus, mutatione perſonæ,
mutatur rerum natura; tum quia cum adductæ le-
ges Regiæ ſint tributariæ, & collectariæ, non eſt
cur valeant Epiſcopos, & Clericos afficere; cum
ergo annonæ, vel tributi præſtatio ſequatur poſ-
ſeſſorem, qui ſequitur rem, & poſſeſſor nullo mo-
do valeat à Regibus collectari, ſive tributari, (ut
de Epiſcopis, Clericis, & Religioſis, atque aliis
exemptis hucuſque ſcripſimus latè à dicta *q.* 1.)
ſequitur prædictas leges Regias, & alias impera-
torias, ut potè injuſtas, eſſe omnino rejiciendas
ex doctrina textus noſtri, *cap. quæ in Eccleſiarum
7. hic cap. 2. non minus, cap. adverſùs de immunit.
Eccleſ. & cap fin eodem lib.* 6.
Sed quia hæc difficultas pendet ex *ibi* adductis, 20
præcipuè *ſub. q.* 8. verſ. *ad quartam à n.* 40. Ubi
egi de illa quæſtione, *an Clerici teneantur ſolvere
collectam certam, & invariabilem impoſitam per
ſtatutum ſuper aliqua bona prius quam ad eos per-
veniſſent?* & *q. 17. ex n. 1. & ex n. 5. ad* 22. aliqua
q. 52. verſ. *ad quartam, & ultimam,* Ubi egi de re
illa, quæ ante quam caderet in poteſtatem Eccle-
ſiaſticam, habeat aliquod onus perpetuum, ve-
luti cenſum, aut ſervitutem Principi debitam,
onus reparandæ viæ publicæ adjacentis, vel quid
ſimile, ut ibi exemplificavi; ideo jam nunc brevi-
ter ad propoſitam nobis difficultatem reſponden-
dum judico duplici diſtinctione. Prima quando
v. g. Epiſcopi, aut cæteri Eccleſiæ Prælati poſſi-
dent prædictas terras, poſſeſſiones, & Regias Ju-
riſdictiones per promiſſiones, & vota, quæ Deo,
Domino noſtro Jeſu-Chriſto, Virginique Mariæ,
aut ſanctis, dum erant in conflictu belli, aut in
aliis periculis, vel quando poſt victoriam par-
tam aliquorum Regnorum, civitatum, aliorum-
vè populorum, ſubjugando inimicos; & tunc qui-
dem prædicta omnia voti cauſa ſine cenſu tra-
dita eſſe Eccleſiæ reperiuntur, à qua, & ab Epiſco-
pis Eccleſiiſvè ita libere frui, ut abſque tributo,
ac penſione ulla omnino reperiantur immunitate
gaudere, ut apparet ex doctrina Soti *lib. 10. de juſt.
& Jure q. 4 art. 5. pag 905. Call. 2. in medio* Caſtillo
de Bobadilla *ſupra dicto cap. 17 lib. 2. politica n.*
17. Ubi refert caſus nonnullos, in quibus viſibili-
ter aliqui ſancti, & D. Jacobus propugnavit ini-
micos fidei, eos perdendo in favorem Chriſtianæ
religionis.
Sed quando Epiſcopi, aliivè dictas villas, Ca- 21
ſtra, civitates, poſſeſſiones, ſeu Juriſdictiones ha-
bent cum onere feudi, tamquam Regis Vaſalli,
ac ſubditi: tunc reverà, ut teneantur ad ſolutio-
nem præadducti oneris, & cenſus lancearum, ſeu
tot militum, cum bellum ingruit, videtur faten-
dum; quia in tali eventu ſtat regula in adductis
proximè locis collectæ invariabilis, & perpetuæ,
quod vel ante traditionem ab antiquo erat inſi-
tum in ipſis bonis, ortum habuit ſimul cum ipſa
donatione, pacto, & traditione à Rege impoſita
ex regula alia. † quilibet in re ſua eſt moderator, 22
& arbiter, & ex alia res tranſit cum onere ſuo, de
quibus nonnulla dixi in adductis locis. † Et quia 23
de Jure conſtat ſpecies annuarias præſtandas eſſe
ab eo, qui prædia poſſidet, *in l. 2. & fin. Cod. ſine
cenſu, vel reliq. l 2. in fine cod. de præd. navicular.*
† ita ut quocumquè vadat fundus tranſeat cum cau- 24
ſa ſua, *l. ſi convenerit 18. § ſi fundus ff. de pignorat.
actione. l. via 23. §. 1. ff de ſervit. ruſtic. l. in facto 60.
§. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l. alienatio 67. ff. de*

contrahenda

trahenda empt. l. ſi debitor 12. *Cod. de diſtractione*
pignorum, l.unica Cod. rem alien.gerent. † Et eſt ra-
tio, nam in his tributis, cenſibus, & penſionibus,
prædia ipſa ſunt ad præſtandum eas obligata; non
perſonæ, *l. cum ſervum* 39. *alias l. apud Julianum* §.
hæres. 5. *ff. de leg.* 1. *l. prædiis* 36. *ff. de jure fiſci, l. cum*
poſſeſſor. 5. §. *fin ff. de cenſibus l.* 1. *Cod. in quibus cau-*
ſis pignus, dicta l. 2. *de præd. Navical.* & facit ele-
gans juris conſulti reſponſum *in l. etſi forte* §. *etiam*
ff. ſi ſervitus indicetur ibi *hanc ſervitutem non homi-*
nem debere, ſed rem. l. denique 19 *ff de jure fiſci.*
26 Quare notarunt Accurſius per textum *ibi in l.* 4.
§. *ii vero ff. de cenſibus*, verbo *profiteri* & D. Fran-
ciſcus de Amaya *in dicta l.* 2. *Cod. de annon ſub n.* 2.
dicta tributa, & vectigalia, quæ infixa ſunt præ-
diis, non tam à poſſeſſoribus, quam ab ipſis prædiis
exigi; imò Lucas Platea, Rebuff. Valenzuela *ibi n.*
2. Novar. *n.* 1. Cujacius *lib.* 3. *reſponſ.* Papin *in l. præ-*
diis ff. de jure fiſci, Donel *lib.* 15. *comment. cap.* 34.
D. Franc. de Leon. *deciſ.* 1. *valent. à n.* 2. Anton. Fa-
ber. *lib.* 20. *conject. cap.* 9. Afflictis *deciſ.* 45. Pine-
lloſi *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis.* 2. *p n.* 72. † Dixe-
27 runt propter rem poſſeſſores conveniri, probantes
ſi ex *l.* 3. *Cod. ſine cenſu*: qua propter Caſtrenſis *in*
l. 1. *de ſervit. urbanor. n.* 2. *& in l.* 2 *ff ſi vind.* ubi Ful-
gos. Bartol. *n.* 3 Jaſon. *n.* 11. *in. in l.* 2. § *ſi prius* 15. *ff.*
de novi oper. & alii relat à Socino *Reg.* 319. Ze-
pola *de ſervit. Urban. cp.* 2 *n.* 2. Peralta *in l. Mævius*
§. *fundi ff. de leg.* 2. *n.* 14. † In tantum procedere
28 dixerunt, ut ſi aliquis ſervitutum deberi ſibi con-
tendat melius facere illum ſi libellum concipiat
nomine prædii ex *l. qui in aliena* 33. §. *fin. alias l.*
liberto 31. §. *fin ff. de negot geſtis cum l.* 2. *Cod. de no-*
xal l. lex veſtigali ff. de pigneribus. l. venditor. 14 *ff.*
communia præd.
29 Et confirmatur ex regula ſæpius repetita in hoc
tractatu nempè, ut fundus affectus onere relati ita
ſit obligatus, quod etſi devenerit in Eccleſiam, vel
Eccleſiaſticam perſonam teneatur ad tributorum
ſolutionem, nulla habita immunitatis Eccleſiaſticæ
contemplatione, *cap. ea enim* §. *item præurium.* 10.
q. 2. *cap. cap. ſi tributum* 11. *q.* 1. *cap. tributum* 23. *q.* 8.
l. fin. Cod. de exaction. tributor. l. placet. 5. verſ.
poſtremo Cod. de Sacroſanctis, l. 53. *tit.* 6. *p.* 1. *l.* 11.
tit. 3. *lib.* 1. *recopil. gloſſa in cap. ſecundum* 24. 23.
q. 8. verbo *manſo* verſ. *item nec de decimis, & in*
30 *cap. tributum* verbo *de exterioribus.* † Eodem ex eo
quia in tali caſu, ut dictum eſt, prædia ipſa magis
videntur conveniri, quam Eccleſia, aut perſonæ
Eccleſiaſticæ, *dict cap. ſi tributum* ibi *agri Eccleſia*
tributum ſolvunt: ſic in terminis doceat præter or-
dinarios in dictis Juribus, & Caſtrens. *in l. inter.*
43. *ff. de pactis n.* 4. Convarruv. cum aliis *lib.* 1. *var.*
cap. 4. *n.* 9. Didacus Perez *in l.* 1 *tit.* 2. alios addu-
cens. *lib.* 1. *ordinam*, & Alphonſus Narbona *in l.*
35. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil* cum multis *gloſſa* 4. *n.* 19. *&*
20. Queſada *quæſtion. diverſ. juris cap* 4. Azevedus
in l. 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil.* per textum *ibi*, Florez.
de Mena *lib.* 2. *variar. quæſt.* 21. *n.* 208. *&* 233.
Valaſcus *de jure emphyt q.* 9. *n.* 7. Zevallus *in pra-*
cticis q. 36. *à n.* 14. *& q.* 899. *ex n.* 1. Molina *de*
juſtitia, & Jure tom. 1. *diſp* 456. verſ. *quando res*,
Gratianus *tom.* 1. *diſcep. forenſ. cap.* 16. *à n.* 19. re-
lati à Barboſa *in cap. non minus de immunit. Ec-*
cleſ. n. 4. *&* 5. D. Joan. Beltran. de Guebara olim.
Archiep. compoſtell. *in diſcurſ contra venatos.* §. 6.
aſſertione. 1. *n.* 29. D. Joannes de el Caſtillo legen-
dus *de tertiis cap.* 36. *à n.* 56.
31 Et licet huic aſſertioni obſtet alia regula nem-
pè quod per mutationem perſonæ mutetur quali-
tes inhærens rei ratione perſonæ, *l. locato* §. *fiſcus*
ff. de publicam, & vectigalib. l. procuratorem 89. *ff.*
de acquirenda hæred. cum vulgatis, quæ ſuprà jam
ſunt adductas, & ex *c. ſancitum* 23. *b.* 8. ubi ea, quæ
concedi ſunt ſolita Eccleſiæ, non juri Imperatorum
adſtricta manere ſed Epiſcopi. † & ex *c.* 1. *de imm.* 32
Eccleſ. lib. 6. ubi etiam habetur, quod bona Eccle-
ſiaſticorum perſonarum acquiſita, ac acquirenda
ſunt immunia à tributis, & multis probarunt Dia-
na *reſol. moral. p.* 1. *tract* 2. *reſ.* 42. Duard. *in Bullam*
cænæ lib. 2. *can.* 18 *q.* 6 *à n.* 1. Filiucius *tom.* 1. *tract.*
16. *cap.* 11. *n.* 298. Leſſius *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 3. *dub*
3. *n.* 19. Gutier. *præſt. lib.* 1. *q.* 3. Valerius Reginald.
in praxi rerum fori Eccleſiaſt. lib 9. *cap.* 25. *n.* 377.
Suarez *de immunit. lib.* 4. *cap.* 25. Martha *de ju-*
riſdict. p. 4. *caſu.* 11. *ex. n.* 28. & aliis communiter.
Tamen in puncto juris non eſt recedendum à 33
prædicta prima regula huic contraria, quoties vero
opera, tributa, cenſus, penſiones, empheudationes,
aliave onera impoſita fuerint à Donatore, aut aliter
alienante ipſis bonis, antequam in Eccleſias, ſeu
Eccleſiaſticas perſonas transferantur, ſi ſint certa, in-
variabilia, ac perpetua, juxta illa, quæ longè adduxi
ſuper in hoc textu ſub dicta q. 8. verſ. *ad quartam*
& ſub. dict. q. 17. *à n.* 5. vbi latiſſimè, *& in dict. q.* 52.
verſ. *ad ultimam*, & ibi in verſ. *ad tertiam*, dum egi
de illo dubio, *an poſſit Dominus apponere conditio-*
nem rebus, Caſtris, & ſimilibus, ut hæc ſubſint oneri-
bus à Principe imponendis, in quaſcumque manus
devenerint, qui caſus rigidior eſt.
Qu d ſi onera, onera, tributa, aut collectæ fuiſ- 34
ſent extraordinaria, quæ juxta negotiorum varieta-
tem, & rerum neceſſitatē in majori aliquando ſum-
ma, & aliquando in minori imponi ſolent; tunc ro-
vera, ſecunda regula, quod mutata perſona, mute-
tur qualitas inhærens rei patet & adductis locis
proximè aſſignatis, & diſtinxit Felin. *hic. n.* 7 verſ.
quanto queritur Barboſa *in dicto cap. non minus de*
immunit. Eccleſ. n. 6. ubi cum Regiminaldo, Alte-
rio, Filiucio, Carolo de Graſſis, Duardo, Martha,
Cardoſo, Comitalo, Tuſcho Pereira, Soarez, Lay-
man, Maldero, Molſeſio, Proſpero de Auguſta,
Flores, Molina, Azor, Azevedo, Perez, Henrriquez
a Roſenthal, G●lio, Geminiano, Barbatin, An-
charrano, Everardo Silvano, Veroyo, Nata, Lan-
celoto, Gal. Ferret. Borſato, Avendanno, Surdo,
Theſiuro, Menchaca, & Gutierrez.
Quibus addo omnino legendum Amayam *in* 35
d. l. 2. *Cod. de annonis à n.* 14. ubi loquutus de prima
regula, & reſpondens, ſeu potius explicans textum
in d. c. ſancitum 239. quo Martha fundavit ſuam
ſententiam *ſuprà*, dicendo *ibi n.* 16. textum illum
non loqui de tributis ſolvendis, ſed in eo caſu, nem-
pè, ne Epiſcopi proficiſcantur in Caſtra cum Prin-
cipibus, ne ſcilicet deferant ſuas ſedes. † ut conſtat 36
ibi ex capitulis ſequentib. quæ poſtea Gratianus
ſubjicit, ubi prohibentur Epicoſpi ad comitatum,
ſeu curiam Principi accedere, colligens ſic ex verſ.
ibi, *& hoc ipſum* firmans mentem Gratiani ad illum
caſum tantum eſſe referendam, non ad ſolutionem
tributorum, probans ex *c. ſi qua cauſa.* 26. §. *his ita.*
11. *q.* 1 & expreſſè ex Urbani ſententia *in dict. c. tri-*
butum. 23. *q.* 8. † ipſe inquam Amaya *in dict l.* 2. 37
Cod. de annonis n. 17. dicit prædictam ſecundam re-
gulam *mutata perſona, mutatur rei qualitas*, ut dixit
etiam *l. unica de Metropoli. d. lib.* 10. *codic.* eſſe intelli-
gendum, quoties perſona eſt immediata cauſa talis
conditionis; non verò quando hoc rei ipſi affixum
erat, & innatum; quia tunc tamquam quædam qua-
litas Glebis ipſis affixa ad quemcumque poſſeſſo-

rem vadat poſſeſſio, oous non axcutit, ut dixerunt etiam Zevallos *in pract. dicta quæſt.* 899. *à* 92. Dom D. Joan. de el Caſtillo *in dicto cap.* 36. *de tertiis n.* 54. alia tradit longè idem Amaya *in tota dicta l.* 2. qui & *à n.* 19. expendit textum difficilem contra nos *in l. fin. §. fin. ff. de contrahenda empt. & ibi à numer.* 22. *l. Regiam* 8. *tit.* 16. *lib.* 9. *Recopil. uſque ad num.* 30. qui & *à n.* 31. diſputat de illa gravi quæſtione, *an in re oneri reali affecta, vel hypotheca ſuppoſita cum pacto de non alienando; quæ in Eccleſiam tranſit, ſi executio petatur contra talia prædia petenda ſit coram judice ſæculari, vel coram Eccleſiaſtico* & ibi à n. 60. agit de alia non levi, *an onus reale, quo res eſt affecta, quemadmodum afficit totam rem, afficiat quoque melioramenta; ita ut ipſa ſentiant onus*, quam latè expendit plura difficilia jura explicaos uſque ad *n.* 84.

38 Unde infertur dicendum, quod ſi tributum non certum, & fixum eſſet, ſed tale, quod perſonas magis ſpectaret, quam res, quale V.G. eſt vectigal. quod Plebei ſolent pendere vulgo *pecho*, ut probant Garcia *de nobilit. gloſſa.* 1. § 1. *n.* 18. & cum Otalora Florez de Mena *var. q.* 21. *n.* 3 tunc quidem etiam ſi Eccleſia, vel Clericus ex aliqua cauſa bona plebeiorum adquireret, etiam ſi in æſtimo (quod aiunt) communitatis poſita, & collectis per pactum obligata generaliter, ad tale tributum non teneretur, dum tamen fraus per talem acquſitionem, fiſco facta non ſit, ut notant Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 6. verb. *per raçon* Azeved. *in dict. l.* 11. Mena *dict. q.* 21. *n.* 208. Anneus Robertus *lib.* 2. *rerum judic. cap* 2. Zevallos *dicta quæſt.* 899. *à n* 77. Amaya *in dicta l.* 2. *Cod. de annonis à n.* 18. ubi explicat *dictam l. fin §. fin ff. de contrab. empt. & dict. l.* 16. *lib.* 4. *Recopil. à n.* 19. D. Joan. del Caſtillo *dict. cap.* 36. *numer.* 58.

39 Et ſic ſuppoſita hac diſtinctione jam ad primum requiſitum noſtri dubii propoſiti *à n.* 1. reſpondeo, quod licet apertè ex verbis textus *in dicto cap. ſi in morte* 23. *q.* 8. adductis in princ. verſ. *ad primam*, videatur firmari obligatio, quam habent Epiſcopi eundi ad bella ſed potius apparet contrarium ex aliis ejuſdem verbis ibi *ecce quod Nicolaus Papa probibet Epiſcopos ſæculari militia occupari, nec etiam contra Maritimas Piratas permittit*
40 *eos ad pugnam accedere.* † Nec obſtant alia verba *ibi* adducta *l.* 52. *tit. p.* 1. quæ expreſsè ſermonem faciendo de Epiſcopis, & aliis Prælatis habentibus terras Regis, aliavè ipſius hæreditaria, ait, ut teneant ire in perſona cum eo ad bellum, quia veniunt intelligenda juxta diſtinctionem, de qua *ibi in principio*, facta diſtinctione inter bellum cum Mauris, aut aliis inimicis fidei. In hoc enim caſu diſerte loquitur in verbis ſequentibus *pero ſi, ac a eſçieſo que moros, è otros, que fueſſen enemigos de la fe, cerca ſen alguna villa, O Caſtillo, en tal raçon como eſta, noſe deben los Clerigos excuſar que non valen, e non guarden los Muros, o eſto ſe entieude ſciendo gran meneſter &c.* & in eodem caſu de Epiſcopis intelligitur in ſuprà adductis verbi relati; verſ. *e otro ſi los obiſpos*, ibi *deben ir en heſte con el Rey, o con qualquier que imbiare en ſu lugar contra los enemigos de la fe, e ſi por ventura elles non pudieſſemir, deben inbiar ſus Cavalleros, e ſus añudas, ſegun la tierra que tuvieren; pero ſi el Rey Oviere guerra con Chriſtianos, deve eſcuſarlos Prelados, e los otros Clerigos que non vayan &c.* Et tunc etiam videtur requiri Papæ licentia juxta plurima ex pluribus, quæ congerit Gregor. Lopez *ibi* in gloſſa *de benir en hueſte* omnino legenda; nam ut dixit Hugo relatus à Papa Alex. *in cap. Clericum diſt.* 50. Clerici Hiſpani, qui quotidiè pugnant contra Sarracenos, & portant arma offendibilia male faciunt niſi quis velit eos defendere authoritate Patriarchæ dantis licentiam, & authoritate Apoſtolica; quæ etſi expreſsè eis non dat licentiam, tamen hoc ipſo quod ſcit iſtam conſuetudinem, & tollerat, & non improbat, videtur tollerare.

Et ex his jam liquent cætera verba relata in dicto 41
verſ. *ad primam* aliarum legum ordinam. & Recopil. Nec obſtat dicere licitum eſſe Clericis in multis caſibus pugnare, ut ob defenſionem propriæ vitæ, aut proximi Innocentis valde, præſertim utilis reipublicæ, aut ob defenſionem Patriæ neceſſariam, aut civitatis contra injuſtos invaſores: argum. textus *in c.* 2. *de imm. Eccleſ.* aut ſi neceſſum ſit ad conſequutionem juſtæ, victoriæ, ex qua ſalus Eccleſiæ, vel Reipublicæ Chriſtianæ multùm pendet; ſic ut tunc pugnantes, & occidentes, non ſint irregulares, ut dixerunt Hurtad. de Mendoça *vol.* 2. *diſp.* 126. *ſect.* 2 §. 139. Diana *p.* 6. *tr.* 4. *de bello reſ.* 25. ex Maldero Molina, Caſtro Palao, & Becano, cum hæc intelligantur de bello defenſivo non ſic de offenſivo, ad quod ordinariè non ſeſe offert talis neceſſitas, cum plerumque ad illud milites laici adhiberi poſſint: alia congerit videnda Diana *ſuprà reſol.* 36. 37. 38. 39. & 40. ex Conink. S. Thoma, Lorca, Henriquez, Avila, & aliis.

Et in tantum procedunt, quod etſi fateamur lo- 42
cum ibi adductum Pauli, D. Bernardi, & Mathæi, *c.* 26. non eſſe impedimento Epiſcopis, aut Clericis de jure naturali, aut Divino, ſed tantùm de jure poſitivo Eccleſiaſtico militiam Clericis prohibitam eſſe, ut conſtat ex *c. Cleric. c. de bis Cleris c. eos qui* 20. *q.* 3. *Clericis c. quicumque Clericis, c. ex multa de voto*, & aliis, ubi DD. & Diana *res* 33. *in fine*: tamen ſemper adeſt convenientia fundata in ipſo naturali, & Divino jure ut Clerici militiæ non aſ-
ſiſtant. † Reſtat verò ad alium obligationem con 43
tribuendi cum tot militibus, vel lanceis, quam habent Epiſcopi, reſpondere, nempè ut ſi revera habeant Caſtra poſſeſſiones, terras Caſtella, & Juriſdictiones à Rege annexa Dignitati Epiſcopali, non ex voto, ſed ſub onere cenſus, ac feudi antiqui, ſeu impoſiti, tempore conceſſionis, revera tunc ut diſtinximus, ſint obligati Epiſcopi, & Prælati Eccleſiaſtici ad talem cenſum, & canuuem præſtandum, utpotè fixum, & invariabilem, cum res tranſierit in Eccleſiam onere illo reali, juxta quæ jam longè dixi.

Et juxta hunc ſecundum caſum exiſtimo intel- 44
ligenda verba jam *Suprà* adducta ſub dicto verſ. *ad primam* textus *in dicto cap. ſi in morte* 23 *q.* 8. in verſ. *porro alii ſunt, qui non contenti de decimis, & primitiis, prædia, villas Caſtella, & civitate poſſident, ex quibus Cæſari debent tributa &c.* ſecus ſi tantum poſſiderent ſpiritualia, ſive temporalia illis annexa ſine aliquo onere à quibusvis, donata etiam à principe libere, aut remunerativè juxta primam diſtinctionem partis, de qua uſus fuit D. Gregor. Papa *dict lib.* 7. *epiſt.* 1. ibi *notandum eſt quoſdam Epiſcopos levitica tantùm portione contentos eſſe, qui ſicut in Dei ſortem tantùm numerantur, ſi ipſum Deum ſolummodo in hæreditatem accipiunt dicentes* (Dominus pars hæreditatis meæ) *his nihil eſt commune cum principibus ſæculi; quia temporalia penitus abjiciunt, ne eorum occaſione legibus Imperatorum obnoxii teneantur, talibus nulla Occaſio relinquitur. occupationis ſæcularis militiæ; quia cum de decimis, & primitiis vivant, tanquam*

filii

Google

filii ſummi Regis in omni Regno, à terrenis exactionibus liberi ſunt, ita ut dicere valeant, venit Princeps hujus mundi, & in nobis non habet quidquam &c.

45 Nec obſtes dicendo ex his verbis nondum diſ-
ſolvi difficultatem; eo quod ſi temporali Regum
adjuncta ſint aliis bonis Eccleſiæ, debent nihil-
ominus affecta eſſe oneribus, quibus ante dona-
tionem implicabantur; quia facilis eſt ſolutio, habi-
ta diſtinctione de qua jam hic ſumos latè loquuti,
& *in dictis q.* 8. verſ. *ad quartam dict. q.* 17. *in* 5.
dict. q. 52. verſ. *ad tertiam, & ultimam*, quia quo-
ties Principes terras, & juriſdictiones donant, ſive
aliquo gravamine inhærent Eccleſiæ, ſicut aliæ
res non tributariæ, & quæ omnino liberæ ſunt à
cenſu. Quare poſtquam Caſtillo de Bobadilla di-
xit *dict. lib.* 2. *politico n.* 18. *cap.* 17. quod Prælati
tenentes dictas villas, civitates, & juriſdictiones
Regum in fundum, ſiſtunt obligati ad oſtenden-
dum titulus, quibus ea bona poſſident, ac habent
ex *l.* 3. *tit.* 1. *lib* 4. *Recopil.* addit *ibi*, & per gloſſam
litteram D. ex *cap. unice* verbo *nos* in fine, & ver-
bo *privilegia*, & ibi gloſſa verbo *in civitate de
pace conſtant. in feud. dict. cap. ſi in morte in fine*,
& *dict. l.* 52. *tit.* 6. *p.* 1. dixit etiam prædictas ter-
ras, Juriſdictiones, & Vaſallos teneri ab Epiſco-
pis ſub certis obligationibus, conditionibus, &
tributis, viſumque fuiſſe in ſuo tempore, quod &
Cardinalis D. Gaſpar de Quiroga Archiepiſcopus
Toletan. miſit lanceas quinquaginta (quæ ſunt
pars media ſuæ obligationis) pro ſervitio Regis,
ut adjuvarentur Catholici Galli in factione tunc
temporis excitata.

46 Quod ſi dubites quandiu teneatur ad præſtan-
da ſervitia Domino Vaſallus, & qua requiſitio-
ne teneatur Dominum in bellis juſtis ſequi, &
atque alia, & contra quos? leges quæ notabili-
ter congerit videndus Didacus Perez *in dicta l.* 1.
lib. 4. *tit.* 3. *ordinam*: gloſſa *que de nos tienem tier-
ras* cum Antonio Rubeo, Alex. Alvaro, Barba-
tio, Caſtro *de leges*, & aliis, in quibus non ioſi-
ſtimus, cum videantur aliena à dubio noſtro.

47 Ad ſecundam quæſtionis partem, an poſt mor-
tem Epiſcoporum, ſit obnoxium ſpolium eorum
ad dictam ſolutionem, etſi cedat in præjudicium
Reverendæ Camaræ Apoſtolicæ? Quo in dubio
ſatis fieri valet ex proximè dictis, & ex doctrina
eorum, quæ dixi latiſſime in *cap. quia V.* 11. *de
judic.* ubi probatur teneri ſucceſſores ad onera
48 Realia prædeceſſorum, & *à quæſtione* 14. † Ubi
leges qua de cauſa Epiſcopi, & Beneficiati tenean-
tur ad ſulvendas penſiones decurſas prædeceſſo-
rum ſuorum, ut ibi q. 16. quia ſunt onus reale
49 beneficio cohærens &c. † Et eſt etiam ratio fun-
damentalis, quia jus ſolvendi reliqua decurſa præ-
terito tempore habet locum, etiam in hærede, qui
conveniri poteſt à Fiſco ex cauſa præteritorum,
quæ defunctus non ſolvit ſua Die, etiam omiſſo
legatorio, cui prædita talia relicta fuerunt ex *l. cum
ſervum* 39. alias apud Julianum §. *hæres ff. de leg.* 1.
quia etſi hæres re certa legata, non teneatur ãplius,
quam ut talem rem præſtet, qualis eſt cum ſuo one-
re, vel jore, *l. ſi ù ſubſtituto* 43. *ff.* §. *de leg.* 1. erit plane
in Fiſci electione, vel cum legatario experiri, tan-
quam cum ſucceſſore, vel cum hærede, qui jam
cœpit debere tributum præteriti temporis ex per-
ſona defuncti. Eſt enim in hoc caſu res ipſa obliga-
ta, quæ tenetur luere per *leg. ſi res.* 57. *ff. de leg.* 1. ut
ibi notarunt D D. poſt Bartol. Caſtrens. Duaren.
& alios, & Amayam *in dict. l.* 2. *Cod. de annonis
à num* 6.

Et in tantùm ad onera præteriti tempori poſ- 50
ſeſſor ac ſucceſſor tenetur, ut habeat locum re-
lata doctrina, etiam in Decimis impoſitis ipſi
prædio, ad quas tenetur, non ſolùm à Die poſſeſ-
ſionis, ſed ad ſolvendas quæ debentur à prædeceſ-
ſore, ut docent DD. per textum *in cap tua nobis*
26. *de decimis*, ubi gloſſa verſ. *ſic & Dominus* in
fine quam ſequitur Panurmit. *n.* 10. & *in cap. cum
homines n.* 6. *eodem tit.* Franc. Marcus *p.* 1. *q.* 550.
Rebuff. *de decimis q.* 9. & cum Riccio, & aliis,
Novat. in *dict. l.* 2. *Cod. de annonis lib.* 10. Didacus
Perez *in l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 1. *ordinum*, verſ. *dubitatur*,
Pinelus *in l.* 1. *Cod de bonis maternis.* 2. *p.* n. 72. verſ.
nono in decimis, Barboſa cum aliis *in dicto cap. tua
ex n.* 23. cum Baptiſta Anſtao. *de partatione rata
q.* 140. *n.* 11. Franc. Marco, *del-fin. deciſ.* 345 *n.* 5.
& 6. *volum.* 1. Camillo Borrello *in ſummu deciſ. tit.*
9. *n.* 63. † Et eſt ratio, quia decimalis præſtatio eſt 51
tributum, ſeu onus reale, quod debet præſtari à
poſſeſſore, etiam pro tempore præterito, Ama-
ya *ubi ſuprà*, & Capicius *deciſ.* 20. *a* n. 16. Caſſa-
neus *in conſuetud. Burgundiæ Rub.* 4 §. 6. verbo &
ſupporter. n. 5. *pag.* 155. Azor. Suarez, Tyraquel.
Valaſcus, Franchis, Zenedus, & aliis, quos ſe-
quitur D. Barboſa dicentes prædictum onus, eſſe
reale ſequens poſſeſſorem; & quod inde poſſeſſor
feudi conveniri poſſit pro Decimis præteritis.

Et ulterius ſic procedit, etiam ſi terra mutetur 52
in aliam qualitatem, veluti ſi terra prius erat fru-
mentaria, & fuit converſa in vineam, ſeu in ea
fuerit olivetum poſitum, ubi prius erant vites,
cap. commiſſum. 4. *de decimis l. certo generi* 13. *ff.
de ſervit. ruſticorum prædior.* ubi Accurs. Bartol.
& Alveric. *cap. cum in tua* 30. *de decimis*, Ubi
habetur, ut præſcribens Decimas alicujus certi
fructus, in uno prædio poſſit habere Decimas
alterius rei ſatæ, Rebuff. *de decimis quæſtione* 14.
numer. 18. & 25. Azeved. *in l.* 2. *nume.* 9. *tit.* 5.
lib. 1. *recopil.* Suarez *de religione tom.* 1. *tract.* 2.
lib. 1. *cap.* 21. *numer.* 14. † Et facit dictum Burg. 53
de Paz. *conſ.* 50. *numer* 8. & Barboſæ *in dicto cap.
commiſſum.* 4. *de decimis* nempè, ut qui habet
poſſeſſionem de omni armento, ſeu grege in ali-
quibus deheſſis, ſive Sylva depaſcentibus, tuen-
dus eſt in quaſi poſſeſſione percipiendi Decimas
de omni frumento; ſeu fructus in eadem Sylva
collecto, poſtquam ad culturam redacta fuit; quod
idem docent Mieres *de Majorib.* 1. *p. quæſtion.* 10.
numer. 116. Valaſcus *conſultatione* 58. *nume* 14.
Valenzuela 1. *p. conſ.* 33. Videndus *ex numer.* 26.
de Joan. de el Caſtillo cum multis *in tract. de
tertiis. cap.* 15. per totum legendus ex *numer.* 2. &
omnes per textum *in l. fin. ff. de uſu*, & *habit.*
† Non enim ſeminatiu, aut plantatio facit in 54
præjudicium juris quæſiti, ut dicunt adducti, &
Amaya *in dicta l.* 2. *Cod. de annonis*, *ſub num.* 10.
qui *numer.* 11. cum Nicolao Garcia *de benefic. p.* 1.
cap. 5. *a num.* 190. Gigante *de penſ. quæſt.* 43. 44.
& 51. Gratiano *diſcep. forenſ. cap.* 94. *à num.* 51.
Zevallos *in pract. quæſtione* 36. *à numero* 18. &
tomo. 4. *quæſt.* 897. *ex numer.* 505. Caſtillo *tomo* 6.
controv. cap. 161. *numero* 31. & *de tertiis cap.* 2.
numero 17. † Dicit idem procedere in ſolutio- 55
ne penſionis impoſitæ ſuper aliquo beneficio,
quam ſolvere tenetur beneficii poſſeſſor, etiam
ſi eam deberet prædeceſſor, & in poſſeſſore Ma-
joratus, & in tertio poſſeſſore rei emphyteuticæ,
qui eſt, tenetur ſolvere canones præteriti temporis,
ut tenent Molina *de juſt. & jure diſp.* 146. verſ. *quod
vero* Pinellus *ſupra dict. n.* 72. verſ. *non ampliatur*

Maſtrillus *deciſ.* 171. & omnes quidem, quia quoties tributum, ſeu penſio ſolvenda, eſt quid reale inhærens prædio, ſive beneficio, aut Dignitati, non perſonæ, nihil impedit, quominus poſſeſſor illa reportet, quod mutetur ſeminatio, planetatio, aut perſona in præjudicium juris jam quæſiti ex Doctrina jam *Supra* adducta, & quam omnes profitentur per *dict. l. fin. ff. de uſu & habit.*

56 Quod ſit, ut jam ſupra ſub verſ. *ad primam*, diximus tributum non ſit fixum, & certum, ſed tale, quod perſonas magis ſpectaret, quàm res, quale eſt vectigal, quod plebei ſolent pendere, ut *ibi* dicetur, aut jus percipiendi erat ratione fructuum collectorum, tunc fiet, ut ex mutatione planctationis, ſeu perſonæ, immutetur etiam ſolvendi obligatio in ſucceſſores, cum onus illud jam non ſit reale, ſed perſonale tantum per illa, quæ docet cum multis D. Joan. del Caſtillo *de tertiis dicto cap.* 36. *n.* 54. & 59. & *c.* 15. *n.* 36. Amaya *ſub n.* 10. *in fine*, referens ita contigiſſe in curia Valliſoletana ſententiatum, definitum in quadam lite. Et ſic in puncto de quo tractamus, diſtinguendum eſſe fatemur, pro ut diſtinximus ſub dicto verſ. *ad primam*: nam ſi tributum *Lancearum* ſit impoſitum cum ipſa conceſſione terrarum conceſſarum Dignitati Epiſcopali, teneatur etiam ad ſolutionem quilibet ſucceſſor in ſpolio, quod de jure procedit, niſi aliud praxis ſuadeat.

57 Ad tertiam quæſtionis partem, quid ſit dicendum, quando à miniſtris laicis petuntur tributa de fructibus Epiſcopatuum, qui medio tempore a morte unius Epiſcopi, ad electionem, & confirmationem alterius requiruntur, etiam Reverendæ Cameræ. In quo dubio etiam reſpondendum eſt juxta prohibitas diſtinctiones inter actionem realem, & perſonalem; quia ſi apparet obligationem ſolvendi canonem, aut penſionem, adhærere prædio, tenebitur prædium ipſum ad ſolutionem, an-
58 tequam datus ſit ſucceſſor poſſidens. † Qua de cauſa voluerunt Avendañus *de cenſibus c.* 99. *n.* 4. Felician. *de cenſib. lib.* 3. *cap. fin. n.* 3 & *in addit. n.* 2. cum pluribus Pinellus *ſupra dicto n.* 72. verſ. *quinto limitatur*, Valaſcus *de jure emphyt. q.* 17. ut recognoſcentes cenſum, teneantur non ſolùm ad futuras, ſed etiam ad præteritas quæſtiones; quia cenſus conſtituitur ſuper re ex *l.* 1. & 2. *Cod. de jure emphyt.* cum verba *ſuper re* inducant obligationen pignoris, vel hypothecæ, & ſic obligationem realem: argum. *leg. Codicillis penult. §. inſtituto ff. de legat.* 2. ubi Bartol. *l. fundum quem* 9. *l. cujus.* 12. *ff. de annuis legatis*, Caſtillo *in l.* 66. *Tauri:* pro quo faciunt
59 quæ tradit Covarruv. *lib.* 3. *variar. c.* 7. *n.* 6. † Quibus non aſſentit D. Franc. de Amaye *in dict. l.* 2. *Cod. de annonis n.* 13. ſic indiſtinctè exiſtimans minimè poſt recognitionem teneri tertium poſſeſſorem ad prædictas penſiones; quia conſtitutio cenſus, eſt obligatio perſonalis, quamvis inducta reſpectu rei; ob idque non tranſire contra tertium poſſeſſorem ex regula *leg.* 1. *§. ſi hæres ff. ad ſenat. conſult. Trebell.* ibi *nec enim æris alieni perſonalis actio fundum ſequitur*, & ex dicta *l. fin. §. finali ff. de contrah. empt.* ſi intelligens, niſi jam ante recognitionem poſſediſſet, cum jam tunc ex poſſeſſione antea habita conveniretur.

60 Qua de cauſa in puncto dubii noſtri, poſſet dici, quod ſi obligatio ſuper re Epiſcopali, Dignitati ſubjecta adhæreret tributum, ſeu penſio ſolvenda, tunc quidem à Miniſtro laico, ut cumque exigi poſſe; ſecus tamen ſi obligatio eſſet ſuper fructibus Dignitatis, & ea eſſet perſonalis. Unde poſſunt applicari quæ ſcripſi latè *in dicto cap. quia V. de judiciis q.* 9. Ubi agens de illa quæſtione, *an executio fieri poſſit per judicem ſæcularem in prædio, & poſſeſſionem ſpecialiter obligata, & hypotheca à laico cum pacto de non alienando, quæ ex aliquo titulo in Eccleſiaſticam perſonam tranſivit?* Ad utramque partem diſputando *à n.* 1. *ad* 7. ubi rationes in favorem judicis laici adduxi cum pluribus Doctoribus, quibus addu Gutierrez *lib.* 2. *pract. q.* 132. *num. fin.* Rodriguez *de annuis redditibus lib.* 2. *q.* 9. *à n.* 58. Anton. Richard. *in manuduct. ad praxim.* 2. *p. precept. cap.* 4. *n.* 8. Salgadum *de Regia protect.* 4 *p. cap.* 14. *à n.* 103. & 105. Guzmam *de eviction. q.* 7. *n.* 34. Graſſis *de effectibus Clericor. p.* 1. *à n.* 855. Gratianum *tom.* 1. *diſcep. forens. cap.* 16. *à n.* 20. & *cap.* 141. *à n.* 6. ſibi contrario omnino videndo jure difficilia explanante, Amaya *in dicta l.* 2. *Cod de annonis ex n.* 31. *ad* 48 *per leg. fin. Cod. ſi unus ex pluribus* ibi, *cum ejus vindicatio non perſonam obliget, ſed rem ſequatur*, & quia ſententiam prædio datur, ut ex *l.* 4 *§. aliter ff. finium regundor.* & *l. legato.* 31. *§. fin. ff. de negot. geſtis*, & ex doctrina Innocent. *in cap. non minus de immunit. Eccleſiar.*

Verum ut dixi *in dicta quæſtione.* 9. *dict. cap. quia V. de judic. n.* 8. cum multis, exiſtimo dicendum ut licet res vendita ſemper præſumatur eſſe in Dominio debitoris principalis, & ſucceſſor teneatur ad penſiones, & tributa preterita, & ad Decimam, & onera reali ſequentur poſſeſſorem, ut lepra leproſum, ut dixi *ibi* 3. 4. & 5. & ex aliis dictis *à n.* 1. *hic.* & in verſ. *ad ſecundam* quia quo ad jus exigendi, & compellendi poſſeſſorem Eccleſiaſticum ad ipſam rem jam ſpiritualem, atque redactam ſub Dominio Eccleſiæ, vel penſionem ſolvendam, eſt adeundus judex Eccleſiaſticus; quippe qui competens eſt, non laicus, qui dicitur incapax per illa, quæ dixi latè *in cap. qualiter* 17. *de judiciis q.* 7. & *in c.* 5. *de foro comp.* & alibi ſæpius in illis titulis, & ſub noſtro textu *ſuprà q.* 16. verſ. *ad quartam*, cum ſatis ſit, quod Dignitas Eccleſiaſtica poſſideat, licet ex titulo invalido, ad hoc, ut executio procedat tantùm coram judice Eccleſiaſtico pro decurſis penſionibus, aut à vocanda re ipſa, ut cum multis probavi *dicto n.* 8. quibus addo relatos à Guaman *ſuprà n.* 35. & Rodrig. *n.* 58. & 59. Fontanellam *de pactis nuptial. tom.* 2. *claus.* 7. *gloſſa.* 3. *p.* 3. *n.* 29. Bobadillam *lib.* 2. *politica cap.* 18. *num.* 164 quam alias contra Eccleſiaſticos judices video propugnatorem. 61

Et licet jus fiſci laici Principis conſiſtat in con- 62 ſervandis juribus Regalibus; ſic ut nunquam privatorum pacta, aliquid poſſint contra illud, ut agnoſcunt D D. per *l.* 3. *Cod. de Primipilo*, & quod nec à privatis queat tale jus infringi ex *l. jus publicum ff. de pactis* cum hic, quæ adduxi *in cap. ſi diligenti de foro comp.* & nec ob id tributa realia fiſco Regio debita non minuatur ex jam adductis; nihilhominus quoad conveniendum Clericum fiſci Regii debitorem, ſive Dignitatem Epiſcopalem pro penſione, ſive tributo ſolvendo, exactio, & lis, debet agitari tantum coram judice Eccleſiaſtico, per illa etiam, quæ *in c. penult. de foro comp. q.* 21. omnino legenda, & *ibi q.* 12. cum aliis. Et juxta hæc omnia, qualem locum poſſit habere petitio ad Regem noſtrum, cocepta à Fiſcali Reverendæ Cameræ Apoſt. jam vides quæ ſe habet, ut ſequitur.

Señor.

Don Raphaël Fabretti, fiſcal. de la Reverenda Camara Apoſt. diçes: que D. García de Porras, y Sylva 63
Cavallero

cavallero de la ordem de ſantiago, del conſejo de V. M. de la S. inquiſicion) como juez privativo, que diçe ſer para la cobrança de los ſerviçios de lanças, y ſueldos de ſoldados, de los Preſidios de las fronteras de Eſpaña, ha proçedido, y proçede contra los Adminiſtradores de la Camara Apoſtolica, y ſusbienes, en los Obiſpos de Plaſançia, y Malaga, ſobre la paga de las lanças que ſupone devian dichos obiſpos del tiempo quelo fueron: y aunque para juſtificarſe laque ja de eſtos proçedimientos, noſe neçeſſita por parte de dicha Reverenda camara, mas que do dar cuenta à V. Mag. de la introducçion de eſta, novedad, y que lo que no ſo à intentado contra los dichos obiſpos en el tiempo que lo han ſido, ſe pretende contra la dicha camara ſin embargo para que V. Mag. recouoſca el à gravio grande que ſe le haçe, y que à todas luçes mirada la cobranza de eſte ſerviçio de dichos Expolios, es contra Derecho: Repreſenta à V. Mag. queſta contribuçion de lanças, es un ſerviçio Militar, y feudo, quo pagan en eſtos Reynos los Titulos, y Grandes ala Real Haçienda en reconocimiento del luſtre, y Grandeça, que reçivieron de los Señores Reyes, y nole pagan los demas Vaſallos, que tienen juriſdicçiones temporales; y ſi ſo cobrare, ſerà de algunos, que tienen dichas juriſdicçiones en feudo, que es alo maſque ſe olargan Authores de eſtos Reynos, que han eſcripto ſobre la naturaliça, y origen del dicho ſerviçio Militar, y perſonas que le deven pagar: y ſi de los ſeglares(auntenieado juriſd.cioo, no ſiendo feudatarios) *no ſe cobra, ni ay razon para cobrar eſte ſervicio Militar, no teniendo los dichos obiſpos juriſdiçion alguna temporal en feudo* (como era neçeſſario para que tuniera color la brança del dicho Servicio) *ni conſtando que lo tengan, aun ſin la dicha calidad; no parece que puede aver raçon paracobrarle dellos, y de la Reverenda Camara Apoſtolica; Sucçeſſora en ſus biene, en quienes contantos Reales, Reſplandeçe la immunidad Eclesiaſtica, ſiendo, como es cierto, que por Derecho Divino, canonico, y Real, todas las perſonas Ecleſiaſticas de qualquiera calidad, que ſean, eſtan libres, y exemptos de quales quiera ſerviçios, Reales y mas principalmente la ſede Apoſtolica, en raçon de dichos Expolios, que ſon ſu provia haçienda. Y aſi parece, Señor, que ſe halla ofendida, y leſa la inmunidad Ecleſiaſtica, y per judicados los Derechos de la Reverenda Camara Apoſtolica; pues ſe pretende cobra de ſus bienes un nuevo impueſto, con titulo de lanças, ſin tener color, ni titulo alguno, por donda ſe pueda cobrar, y ſin beneplacito Apoſtolico. Atento à loqual ſuplica a V. Mag. que amparando, como acoſtumbra, en imitacion de ſus Reales Parando, como acoſtumbra, en imitacion de ſus Reales Progenitores, la inmunidad Ecleſiatica; ſe ſirua de mandar formar una junta de ſus mayores Miniſtros, para que en ella ſeuire eſta materia; con la atencion, que pide la gravedad de ella y ſe Reconoſca la evidencia de la Raçon, que aſiſte à los Obiſpos, y a la Reverenda Camara: y en el interin no ſe haga innovacion alguna en la cobranca de eſte ſervicio. Aſi lo eſpera de la Gandeca, Chriſtiandad, y Catholico celo de V. Mag.*

64 Ex cujus tenore apparet, ut quoties conſtat de fundo emphytheutico, ſeu re nominatim hypothecato præſtationi tributi, aut penſionis realis, tunc obligatio tributi debiti ex certo fundo tranſeat ad quemlibet poſſeſſorem; quia cenſatur tacitè hypothecatus, Guid. Pap. *q.* 432. *n.* 15. Zeoedus *ad decretal. collect* 86.*n.*2. Gama *Inſit. deciſ.* 145. *Morla in emporio juris p.* 1. *tit. de locato n.* 37. Valaſcus *de jure emphyt. q.* 4. *n.* 6. & *q.* 17. *n.* 17. *caldas Pereyra de renovat emphytheus q.* 32. *n.* 13. & 14. Rom. Luſita. D. Fermoſin. de Leg. Ecclef. *deciſ.* 141. Surd. *conſ.* 162. *n.* 11. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. dict. c.* 16. *n.* 16. & *c.* 141. *n.* 1. Barboſa *in cap. tua.* 26 *de decimis n.* 13. 14. & 15. ubi cum Giganti, Valaſcus, Caldas, Gutierrez, Pereyra; idem reſoluit in beneficiis poſſeſſorem pro præteritis penſionibus, dicens pro illis poſſe conveniri ut jam diximus. † Et cum Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ* 65
art. 1. *gloſſa.* 24. *n.* 25. reſoluit in optione Eccleſiæ eſſe quem vellet convenire novum, & antiquum prædii poſſeſſorem, & quod pro decimis fundus cenſetur tacite hypothecatus. Et num fiſcus Regius pro tributis ſolvendis valeat convenire novũ, ac antiquũ prædii tributarii poſſeſſorem? latè agit D. Franc. de Amaya *ſub d. l.* 2. *Cod de annonis* Legeod. ex *n.* 34.

Quæstio LVIII.

An leges Regiæ Caſtellæ, & Valentiæ, quæ prohibent vulgo *las Piſtolas, y Tercerolas* quibuſcumque exemptis, & etiam familiaribus Sancti officii inquiſitionis, poſſint eſſe juſtæ ſi inde Miniſtri inquiſitionis non valerent tute præſto eſſe in carcerationibus reorum Sancti officii? Et an lex Regia, quæ mandat delictum poligamiæ cognoſci à judicibus laicis, ſit contra libertatem Sãcti officii inquiſitionis.

Summarium.

1 *Piſtolarum arma in Regnis valentiæ, Aragon, & in noſtris Caſtellæ magnas excitarunt competentias inter judices Regios, & inquiſitores pro defendendis familiaribus, & Miniſtris Sancti officii,* & à n. 2. & n. 7.

2 L. 17. tit. 23. lib. 8. recopilat. & à n. 16. lib. 12. tit. 6. lib 6. recopil. & à n. 16. lib. 16. dicto tit. 13. lib. 8. recopil. & à n. 16.

3 *Piſtolæ deferri de Die, aut de nocte omnibus prohibet. etiam exemptis, ac familiaribus, & Miniſtris Sancti officii legibus Regiis Caſtellæ ſub certis pœnis,* & n. 4. & *in Regnis Arag. ut à n.* 5.

4 *Custodes Caſtellæ vulgo* Las guardas de Caſtilla *poſſunt deferre Piſtolas.*

5 *Pragmatica ſanctio Regni Valentiæ prohibet Piſtolas deferre, etiam à familiaribus, & Miniſtris Sancti officii ſub certis pœnis: ubi de Archabuſis,* & à n. 6.

6 *Pragmatica ſanctio ſuper armis, & Piſtolis in Regno Valentiæ anni* 1621. *quæ modificat, non habet locum in Piſtolis.*

7 *Regia ſchedula Pro Regibus Valentiæ miſſa pro confortanda pragmatica contra portantes arma ſulphurea, ut Archabuſia, & Piſtolas, & in ordine ad terminandas competentias.*

9 *Armorum perſcrutatio in Domibus familiarum, & Miniſtrorum Sancti officii inquiſitionis, nec Pragmaticis, nec ſchedulis Regiis pro Valentino Regno præcipitur, etſi de acto contra quoſdam fieret apprehenſio, & incarceratio de reſolutione* infrà n. fin. & n. 15.

10 *Familiares, Miniſtri Sanctæ inquiſitionis, perterrentur plus à Miniſtris Regiis Juſtitiæ quam alii non exempti delinquentes, & arma prohibita portantes.*

11 *Familiares S. officii, quia exuuntur violenter à fruitione privilegiorum Sancti officii per Miniſtrorum Regiorum oppreſſionem, tenent jam creati illis ſe defendere, & alii abhorrent*

fieri Miniſtri Sanctæ inquiſitionis.

12 *Arma proditoria portari juſte ob publicam ſalutem Reipublicæ jure Regali, & gubernio aconomico, ne pax publica turbetur, ſtabilitum eſt in Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & aliis.*

13 *Familiares, & Miniſtri Sancti officij, quando collecti à Miniſtris Regiis cum Piſtolis de nocte poſſint deprebendi: ubi quod plures familiares remiſſi ſunt ad inquiſitores cum prædictis Piſtolis,* & n. 14.

15 *Familiares Sanctæ inquiſitionis portantes Piſtolas, ſi incedant, ac eant cum Patente inquiſitorum, etiam de nocte non ſunt armis ſpoliandi à Regiis Miniſtris.*

16 *Lex Regia Caſtellæ prohibet Archabuſia, ſclopetum, & Piſtolas deferre.*

17 *Piſtolæ etiam Domi retineri probibitum eſt lege Regia Caſtellæ; item Archabuſia minera; non enim hæc arma ſunt ad bellum utilia.*

18 *Piſtolarum perſcrutatio in Domibus etiam familiarum Sanctæ inquiſitionis ſuadetur licita à Miniſtris Regiis cujuſque Regni* & numero 19.

19 *Conſultatio quædam conſilii Aragoniæ quoad arma probibita, etiam à familiaribus ſancti officii deferri, & de ejus fundamentis à* num. 20.

20 *Arma Domi habere lege Julia de vi publica olim fuit prohibitum, & aliis antiquoribus, ut à* n. 21. 22.

22 *Clerici, etſi nimis exempti, probibentur arma portare, item & alii in Domo Regum.*

23 *Arma portare prohibitum fuit ne dum ruſticis, verum, & nobilibus olim.*

24 *Arma fraudoloſa deferentes juſte, apud omnes puniuntur.*

25 Clem. II. de hæreticis, à n. 24. cap. ſtatutum 1. hæret. lib. 6. & à n. 24.

26 *Inquiſitores poſſunt habere familiam armatam, niſi abuterentur conceſſione armorum,* & n. 27. 28. 31. & 32. *Ubi quod etiam à Clemente. V. & Joannes. XII. fuerit illis hoc privilegium conceſſum,* & n. 33.

27 *Armorum abuſus, quando in inquiſitionibus, & familiaribus dicatur?*

28 *Armorum uſus quoad familiares Sancti officii hodie eſt limitatus.*

29 *Familiares Sancti officii, & cæteri illius miniſtri non prohibentur retinere Domi quodlibet genus armorum ad caſus neceſſarios, & occurrentes, tangentes fidei cauſam, qui tunc poterunt, etiam noctu deferre licite, & quare à* n. 30. 31. & 32.

30 *Armorum uſus jure communi fuit interdictus.*

31 *Familiares arma portare valent, præſertim de licentia inquiſitorum, & plures alii Miniſtri inquiſitionis pro capiendis Reis Sancti officii.*

33 *Arma poſſunt portari à Magiſtratibus, & eorum familia, item à miniſtris Epiſcopi.*

34 *Arma Occiſoro Bannitum licent.*

35 *Bannitus quilibet eſt à populo deſidatus.*

36 *Familiares Sancti officii Bullis Apoſtolicis creati ſunt pro adjutorio Sancti officii ex cauſa publica admodum.*

37 *Archabuſia longa non probibentur deferri,* & *alia arma, ut* n. 38.

38 *Enſis, & Pugio in noſtro Regno unicuique permittitur, ut publice deferantur juxta petitiones Valliſoleti, & Toleti.*

39 *Cultelli delatio permittitur cuilibet ad panem incidendum, vel ad aptandam.*

40 *Familiares Sancti officii juſte de licentia inquiſitorum poſſunt uti Piſtolis, tercerolis, & aliis armis proditoriis pro capiendis delinquentibus in fidem Catbolicam; ſic ut contra hunc effectum nullum ſtatutum laicum valere poſſit, ut impeditivum cauſarum fidei Sanctæ inquiſitionis, ut* n. 41. & 49.

41 *Leges Regiæ, & Pragmaticæ probibentes familiaribus, & Miniſtris Sancti officii delationem Piſtolarum &c. limitantur, quando familiares utuntur illis pro capiendis reis Sanctæ inquiſitionis.*

42 *Familiares Sancti officii, non minus, quàm cæteri Miniſtri Regii debent uti armis prohibitis contra facineroſos ſimilis, aut alia arma ſecum portantes crebra.*

43 *Piſtolæ nimis in uſu fuerunt tempore retro, etſi poſt probibitæ ſchedulis Regiis pro Valentino Regno, ut* n. 44.

44 *Banniti, & perverſi homines in Regno valentino frequenter utuntur armis proditoriis, contra quos, etiam permiſſa fuerunt nobilibus, & aliis civibus probatæ vitæ, ut* num. 45.

45 *Archabuſiorum oblongorum uſus permiſſus pro declaratione Pragmaticæ valentini Regni, non impedit familiaribus Sancti officii, & , aliis Miniſtris juſtitiæ laicæ uti Piſtolis, & Tercerolis ut capiant Bannitos, & facinoroſos homines.*

46 *Piſtolarum Domi retentio Suadetur probibita, cum praxis judicum Regiorum ſit illas etiam Domi inventas apprehendere, at familiares Sancti officii illas habentes incarcerare, quaſi ſi arriperere velint, id poterunt exequi, aſſumendo eas ex Archivo S. inquiſitionis de mandato inquiſitorum, quando caſus occurrit.*

47 *Regentes Aragoniæ, & valentini Regni in quadam conſultatione votum præſtantes & damnantes armorum portationem, ſalvarunt Sancti officii familiares, & Miniſtros quando illis, & Piſtolis uterentur pro captura Reorum Sancti officii.*

48 *Familiares officiales, ac Miniſtri Sancti officii, ut præſto ſint ad exequenda mandata inquiſitorum, debent habere, ſaltim Domi præparata arma, quantumvis proditoria.*

49 *Leges* 16. & 17. tit. 23. lib. 7. recopilat. *probibuerunt arma familiaribus Sancti officii inconſulto inquiſitore Generali. Et num ſint contra libertatem Sancti officii* n. 52.

50 *Familiares, & Miniſtri Sancti officii uti nequeunt armis à legibus Regiis prohibitis, nec ea Domi retinere, ſi ſint inquieti, pacis publicæ turbatores.*

51 *Familiares Sancti officii debent eſſe tales, qui velint, & poſſint ei deſervire, aliàs juſtè probibentur armis uti, & Domi retinere liceat, juxta certas concordias valentiæ* n. 52. & 53.

54 *Familiare quidam Domi habentes Piſtolas à Miniſtris Regiis incarcerati poſt ventilatam Competentiam, remiſſi fuerunt à Rege noſtro Philippo. IV. ad inquiſitores.*

AD

1 AD primam difficultatis partem, quæ temporibus hiſce oondom ſedata eſt inter judices Regios, ao Sanctæ inquiſitionis, iu tantumque pullulet, ſive pungat, ut quotidie magna competentiæ excitentur inter dictas juriſdictiones, Regiaque Majeſtas ooo parum profligetur ſupplicibus petiuonibus hinc inde, quia cooferentiarum judices dati, tam in cancellariis, quàm in aliis Audientiis Regiis, Coronæ Aragoniæ, Siciliæ; imò & ooſtri conciliarii Caſtellæ, & inquiſitioois quotidiè diſcordent; quapropter Rex cooſulitur, qui ſolet remittere competeotiam terminandam magno illi cœtui coadunato ex ſingulis proceribus, ac coojudicibus conſiliariis uniuſcujuſque ſupremi conſilii, Caſtellæ, Aragoniæ, S. Ioquiſitionis, iodiarum Italiæ, ordioum, Regis Patrimooii, atque millionum; item, & cruciatæ, ubi ſole diu diſquiri, & aliquando familiares exuere ab indultis, & exemptionibus fori Saocti officii; eo quod offenduntur cum armis ſulphureis prohibitis, vel quia in eorum Domibus ſecreto retentis inquiruntur, qua de cauſa moleſte laboribus, & expenſis familiares, ac Miniſtri Sancti officii incarcerantur à laicis judicibus, venit in meotem de legibus, ac Schedulis Regiis ſuper hoc loquentibus diſputare.

2 Et pro parte judicum laicorum faciunt expreſſa verba *legis 17. tit. 23. lib. 8. recapil.* quæ poſt alias prohibitiones relatas *in l. 8. tit. 6. lib. 6. l. 12. tit. 6. lib. 6.* ubi prohibentur dicta arma deferri, ſive de nocte, aut de Die, & *in l. 16. dict. tit. 23.* ibi *y el que lotuuiere en ſu caſa, aunque no ſo le pruede averla Sacado arma, ni pendençia, por ſolo hallarſele, incurra en pen, de el deſtierro de Reyno, y conſiſcaçion de la mitad de ſus bienes, y quela terçera parte de la pena pecuniaria ſea para el Denunçiador &c.* & expreſſius *in dicta* 17. quæ loquitur contra exemptos, latè à noſtro Regè Philippo *el grande* hic Matriti anno præterito 1632. Die. 8.
3 Decemb. † referens oon adhuc cautum eſſe aliis prædeceſſorum legibus, & mandati ibi expreſsè, præcipit, ut oullus exemptorum Regnorum Caſtellæ, & legioo queat portare, ſive habere ſecum *Piſtoletos*, eo quod ſint inſtrumenta, quibus mortes ſecuræ, & proditoriæ patrantur; imò & arma traditorum talia quidem prohibens, ut à miniſtris juſtitiæ poſſint deferri, etiam ſi dicaot ea deferre pro executione juſtitiæ, alteriusvè officii, ſeu miniſterii abſque ſpe moderationis, ſive remiſſionis à quolibet ſupremo conſilio faciendæ, nec à conſilio cameræ agratiandi; imò ut oec ipſe Rex cooſulatur in verbis ſequentibus ibi *ordena, y mando que ſe cumplan las dichas leyes, y prematicas* (loquens de prædictis legibus Regiis, & aliis) *y ſe executen las penas de ellas, y las demas que eſtan eſtableçidas contra los, que cometen, O caen en caſo de aleva declarande, como declaro per alevoſo alque hiere, matare, otraiera los dichos Piſtoletes, aunque ſea para execuçion, O cumplimiento de la juſtiçia, O de qualquier otro officio, O miniſterio, y prohibo que no ſequedan moderar por ningun conſeja, Tribunal, ni juez ni remitirme, ni conſultarme la remiſion de ellas por el conſejo de camara* præſtans facultatem cæteris judicibus ordinariis inferioribus pro exequendis pœnis accumulativè, non privativè ad judices exemptorum, ſi præveniant in cauſa, contra quoslibet exemptos, etiam Sancti officii familiares & officiales titulatos, ibi *y qualeſquier perſonas de qualquier calidadque ſeans juſtiçias, y miniſtros de illa, cavalleros de las ordenes militares, capitanes, ſoldados, aunque ſean de mi Guarda, o de la de eſtos Reynos, o de miliçia, Artilleros, criados de mi caſa* (officiales titulados, o familiares de el Sancto officio) *o los demas exemptos de la juriſdiçion ordinaria ſin excepçion de perſona alguna* Et ibi, *Perque quanto à las execuçion de las penas de las dihas leyes, y Cada Una de ellas, ordeno, y mando que eſte delito quede acumulative, y a prevençion entretodas las juſtiçias, que dando entodo lodemas los privilegios, que a los dichos exemptos tengo conçedidos en ſu fuerça, y Vigor. Y declaro, que la juſtiçia que primero prendiere al delinquente, O aprehendiere o hallare el Piſtolete, o arma de fuego tenga el conoçimiento; aunque deſpues ſe preſente el Reo, o lo prenda la otra juſtiçia.*

Verba quidem clara, & aperta videntur cootra Familiares, ac officiales Sancti officii, ſicut, & contra cæteros exemptos hujus Regni, à qua diſpoſitione tantum, videntur excepti per eundem ooſtrum Regem cuſtodes Caſtellæ, vulgò *las Guardas de Caſtilla*, quibus anno ſequenti Die undecima Julii anni 1633. declaravit, ut diſpoſitio *dicta leg.* 17. noo comprehendiſſe hos cuſtodes; imò illis permiſiſſe ſingulis deferre duplex inſtrumentum ſulphureum in verbis ſequentibus, *alos quales ſe les permite traer des Piſtola terçerolas, y alos cavallos ligeros una.* 4

Nec minus aperta videntur alia, quibus in Regnis Aragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, Sardaniæ, Majoricarum, talis, ſi non major habetur prohibitio. Primo in pragmatica ſanctione lata a Rege Philippo. III. Die. 14. Martii anni præteri 1613. intitulata modo ſequenti *Real Pragmati-a habia qual la Mageſtad de el Rey Don Phelipe noſtre Señor probibir tot genero de Pedrenyaes de qual ſevol llegaria queſſen, y los Arcabuços de mecha menero de tres palms, y mig. de elna de valençia*; eo quod arma prædicta ſunt proditoria, illicita, maligna reprobada, *aunque eſten pueſtos en cañon largo de qualquier a medida, o largeria, que dicho cañon ſea, y de qualquier nombre, que los dichos Pedernales ſe nombren, ſiquiera ſediganſo Piſtola o Piſtoletes, o Pedernal de Rueda, ò chiſpa, ò pedreñala, o Raſtrillo, ò Buſete, o arcabus, o de otra qualquier manera, con al qual con piedra, o qualquier otro ingenio, ſin mecha ençendida ſo pueda tirar, o diſparar un Arcabuz largo, o corto* ille quidem prohibendo omni perſonarum generi, etiam officialibus, Familiaribus Sancti officii in verbis aliis ſequentibus, *y prohibimos, y vedemos, el uſo de los tales Pedernales, y cañones de Arcabuz, o Eſcopeta, aunque de ellos ſe uſe con mecha o de otra, manera ſin Pedernal, a todas, y qualeſquier perſonas, de qualquier grado, condiçion, y eſtado, que ſean, aunque ſean exemptos, y privilegiados comiſſarios, o quales quier offiçiales Reales (a familiares, a officiales de el ſancto offiçia) de la Capitania general; de talmanera, que ninguna perſona puda traer eſpeçie alguna de Pedernal de qualquera largaria que ſea, o cañon de menos de tres palmos, y medio de largo, ni tenerle en ſu caſa, ni en otra parte publica ni ſecreta eſcondide, ni permitir, que otra le tenga; y que aunque no ſean hallados, quando tripraan tales Pedernales, y cañones, ni preſos con ellos, ni tan poco los pedernales, y cañoñes ſean hallados en ſus caſas, o en el lugar dondelos tenian ſiempre que ſeran convençidos de auercos traiide, a tenido paſado el termino en eſta Pregmatica puſto, caygan en penas, es aſaver elque fuero hallado tener Pedernal, certo, menor de le dicha medi-* 5

de, en pena de muerte natural, y en las demas penas cum ſacultatè, ut à qnolibet poſſit incarcerari, & apprehendi cum aſſignatione tertiæ partis, tanquam Denunciatori; imo quod nec pœnæ queant remitti, ſicut cavetur io adductis legibus Caſtellæ.

6 Et quamvis alia pragmatica ſanctione 7. Auguſti anni præteriti 1621. Videantur proximè relata, ad modificatiunem redacta; eo quod ſolerent facinoroſi illis inſtrumentis de facili uti, oec Miniſtri juſtitiæ valerent illos apprehendere, & incarcerare; indequè ibi cautum, ut etiam Miniſtri Regii, poſſent ſecum talia portare arma; imo & eos aſſociantes in verbis ſequentibns ibi: *porque conſerme ala diſpoſiçion de la dicha Pragmatica no pudien los Officiales, O Miniſtros juſticia, an ſi Reales, como Barones uſar de las dichas armas, ſin las quales era impuſible perſiguir, ni prender a la gente ſaçinoroſa, que las llevava*, ibi *Y en reſpecto de los miniſtros de juſtiçia exerçiendo ſus officios, por que eſtos los an meneſter en muchas ocaſiones in opinadas para ſeguridad de ſus perſonas, y cumplir con las obligaçiones de ſus Cargos, y para prender Delinquentes lo remitimes al arbitrio de nueſtre lugarteniente, y Capitan general, quo oy es, y por tiempo fuere &c.* Quæ permiſſio fuit ſolùm ad arma ſulphurea oblonga, non ad breviora, ut cavetur ibi in aliis verbis ibi: *Porande contenor de la preſente nueſtra Real Pragmatica de nueſtra çiençia cierta, y Real authoridad deliberada mente, y conſulta permittimos, conſentimos, y damos liçençia, y facultad a todas, y qualeſquier perſonas, de qualquier Calidad, y condiçion que ſe an, reſidentes, eſtantes, declinantes, y converſantes en el dichos nueſtro Reyno de Valençia, que puedan para deſenſa, y ſeguridad ſuya, y de ſus Caſas, y haçiendas, Uſar, y tener publicamente los dichos pederuales, y armas deſuego arriba declaradas, agora ſea en poblado, O ſuera del, conque el Canon de ellas ſeà de quatro palmos; medida de Cataluna; y conque fuera de ſus caſas no uſen de ellas, ſino fuera, ſendo Camino, detalmanera, que en poblado entrando, ni ſaliendo, no las lleveu Cargadas, ſolas penas, que incurriera, ſi las llevavan, quando eſtavan probidas da todo puncto.*

7 Nihilominus videmus per alias poſteriores Schedulas primam 30. menſis Septemb. anni 1633. ſcriptam ad Marchionem *de los velez* tunc Valentiæ Pro Regis, & per aliam ad eundem ibi poſitam 27. Decemb. ejuſdem anni, quibus cavetur in ordine ad terminandas competentias inter judices Regios, & ſanctæ inquiſitionis ibi exiſtentes, ut omnino ſervaretur tenor dictæ Pragmaticæ anni 1613. datæ Die 14. Martii, ac publicatæ in Regno Valentiæ Aprilis 26. dicti anni; ſic ut ne quæcumquè exempti prædicta arma tenentes modo ibi expreſſo; imo & Officiales, Miniſtri, & Familiares ſanctæ inquiſitionis, quoties competentia Juriſdictionis ſe ſe offecat, prædicta arma portantes, aut delinquendo cum illis, queant eximi à Juriſdictiona Regia, quominus cauſæ cognitio ad illam ſpectet in verbis ſequentibus, *y que ninguna de las dichas perſonas eſentas, O privilegiadas llevandolas dichas armas, O delinquido con ellas, puede eximirſe de la Juriſdiçion, y Conoçimiento demi lugarteniente, y Capitan general de la dicha Ziudad, y Reyno de Valençia, y de la Real Audiençia, y otros officiales Reales, en lo que toca a dicha Real Pragmatica, y en los caſos de ella, no puedan alegar ſu proprio fuero, ni declinar el de los officiales Reales, en las penas contenidos en la dicha Real pragmatica.* † Et inſuper in alio mandato, 8
ubi refertur quædam ſuſpenſio præcepta in executione, & obſervantia prædictæ Schedulæ facta in quadam epiſtola Diei 8. præcedentis menſis, repetit obſervari debere relatam Pragmaticam in verbis ſequentibus. *Y por que en Capitulo de otra mi Carta os mande, que ſe ſobreiſſe en los proçedimientos, que ſe haçian por e ſa Audiençia, y otros tribunales contra Familiares por delito de las armas en la dicha Pragmatica, y que no ſe pas a ſo adelante en las cauſas de eſta Calidad haſta otra orden. He reſuelto de nuevo que ſe executela dicha Prematica de el año de 1613. y ſe paſe adelante ſin embargo de dicha cartade de el paſado; paro que la execuçion, ſea contoda iqualdad; por que el Tribunal de la Inquiſiçien, ſo queſan quene latieneu en los Miniſtres de el ſancto officio. Y ſi eneſto ubi eſſe exçeſo mandare haçer la demonſtraçion, que conviene, de ſandela mano libre ala Inquiſiçion, para que proçeda, de que ſe os advierte, para que vos, y eſam Real Audiençia lo hagais cumplir a ſi, que en eſta conformidad ſe eſcrive por el Conſejo de la general Inquiſiçion alos Inquiſidores de eſe ſancto officio, para que cumplan loqueles tocare.*

In quibus omnibus diſpoſitionibus Valentini 9
Regni, nihil cavetur de inviſendis Domibus Miniſtrorum, Officialium, aut Familiarium ſancti officii, ut auferee valeaot arma ſulphurea, quamtumvis alias proditoria exiſtimentur, qualia ſunt *Piſtolæ*, ſen *Tercerolæ* de minori menſura, & marcha. Ex quo procedit, ut cum ſæpius ab hinc annis; imo, & ab anno præterito 1658. Miniſtri Regii perſcrutatores extiterint in Domo Joannis Eſpejo Familiaris Valentiæ, & in Domo Joanois Regno Valentino Familiaris ſancti officii in hoc anno 1660. Et apud nos Caſtellanos in civitate Segobienſ. ibi locum tenens anno 1659. de Domo Antonii de Abila Familiaris ſancti officii, apprehendiſſet Piſtolam, & inſuper Familiarem incarceraret, & hic Matriti pendeat, dum hæc ſcribo alia competentia contra D. Auguſtinum Ponce, incarceratum, non tam ut mandatorem Aſſaſſini de quo imputatur delinquens, quam contrahentem in proprio Cubiculo ſecretè Piſtolam quandam præparatam, eàque de cauſa apprehenſam, & ipſe ex tunc, & nunc per plures menſes incarceratus, & oppreſſus exiſtat, ſicut in cæteris proximè relatis accidit per plures alios menſes, aut ultra annum patiendo incommoda multa, labores, & impenſas ingentes, qualia nunquam viſa ſunt, nec experta in aliis † delinquentibus, non 10
miniſtris, nec officialibus, aut Familiaribus ſancti officii, apertè apparet procedere Regios Miniſtros, non ex æquitate, nec ſervata æqualitate, quam præcipit obſervari Magn. Rex noſter Philippus IV. in ordinatione proximè adducta extorſionibus enervando Juriſdictionem ſancti officii cum ea via impediant, nec in poſterum appareant prætenſores Familiares, qui inſerviant, ac protegant authoritatem ſancti officii, quod ſereodum non patitur ratio per illa, quæ dixi latiſſimè *in allegatione Fiſcali* Typis mandata anno præterito 1648. contra Prætorem Valliſoletanum poſita *in fine tit. de judic. & foro compet.* Et de facto quotidie videmus, ſic ut licet vacent familiaturæ ferè ullus reperiatur in oppidis, qui appetat S. Officio inſervire, ut Miniſter, ſive Familiaris fugiendo à perterritionibus ſolitis infringi per judices, & Miniſtros Regios, & hoc in ſingulis Regnis, & provinciis noſtro Philippo ſubjectis,

ſicut

ſicut querelæ omnium tribunalium ſanctæ inquiſitionis miſſæ ad aures noſtri Conſilii ſupremi
11 demonſtrant. † Et ego, ut Promotor Fiſcalis, ac Inquiſitor præteritis annis in Valliſoletano ſanctæ Inquiſitionis Tribunali vidi, & perlegi quam plures Miniſtros, & Familiares in ſingulis civitatibus, & oppidis illius territorii juxta numerum aſſignatum in concordia *l* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopil.* de qua Narbona, & ego *in dicta allegatione*, & ratiocinavi cum computo deficere ultra numerum trium millium, ſicut de inquiſitione Aragoniæ etiam narratur, de Bavinon, & Valentiæ. Indèquè evenire jam, ut ſinus in caſu quod Dominus noſter Rex præcipiat, ut libera, & integra delictorum cognitio de Miniſtris, & Familiaribus delinquentibus, ſancti officii relinquatur Inquiſitoribus cujuſquè territorii; ſiquidem videmus, ut ſi forte aliquis Familiaris graviter delinquat, qui occurrit ad S. Tribunal, vexatur in modum à judice laico præveniente incarceratione rigoroſa, & infinitis expenſis, qualia non exercent in cæteros delinquentes ejuſdem delicti. Hæc, & alia Miniſtri, & Familiares patiuntur, quibus prægravati, ac profligati abhorrent ſervire in ſancto officio.

12 Quod ſi nobis opponatur, ideò prædicta arma prohiberi, quia proditoria, indèquè comprehendi ſancti officii Miniſtros, & Familiares, cæteroſquè exemptos, ut evitentur homicidia ſecura, inſultus, & facinora quotidiana ſolita patrari in Regno Aragoniæ, ac Valentiæ, ut repræſentavit Aragoniæ Conſilium ſupremum ex quadam Concordia anni præteriti 1622. & in una conſultatione anni 1633. Januarii 24. & alia Junii 12. propter cauſam publicam omnes tangentem; & quia talis prohibitio eſt Jus Regale abſolutum, quod non
13 negamus, quoties publica ſalus inſpicitur. † Tamen ad caſum, de quo eſt noſtra difficultas non porrigitur, nec adducta pragmatica anni 1613. nec aliæ quæquè diſpoſitiones adductæ loquuntur de Miniſtris, & Familiaribus ſancti officii inventis in propria Domo cum dictis *Piſtolis*, ac *Tercerolis*, ſed tantùm quando offenduntur de nocte per Calles ambulantes cum illis, ut ex littera dictæ Pragmaticæ, & aliorum mandatorum apparet.
14 † Imo & in hoc ultimo caſu perſæpè liquet miniſtros, & Familiares ſancti officii pernoctent per Calles cum dictis Piſtolis, & cum illis collectis à Miniſtris Regiis, omnes competentias cum Conſilio Aragoniæ remiſſas fuiſſe retro ad inquiſitionem à publicatione dictæ Pragmaticæ, & ſpecialiter anno 1617. Hieronymus Llodia, anno 1621. Thomas Byllo dellana, & Michael Auhio, Petrus Antonius Calvo, & Doctor Paulus Garcia; item anno 1622. Michaël Pannades, & anno 1628. Vincentius S. German. omnes quidem delinquentes homicidæ Piſtolis, & Sclopeti; quod quidem juvatur quadam epiſtola Regia anni 1566. qua fuerat cautum ut officiales, & Familiares, ac famuli ſancti officii portantes arma prædicta prohibita ex commiſſione Inquiſitorum Valentini Regni, ſecum portant licentiam in ſcriptis vulgo *Patente ſuya*, qua patefacta Alguacello, ſeu cuilibet alii Miniſtro Juſtitiæ Regiæ *que rondando los topare*, ſinat illos, etiam ſi portent dicta arma prohibita. Sin autem dixerint ſe tales Familiares, & non patefaciant dictam licentiam, ſiva commiſſionem, tum ipſi Miniſtri Regii, illos deferant ſic inventos, ut ſciant, num ſint Familiares, ac Miniſtri inquiſitionis.

Et quamvis ex alia concordata 1568. *cap.* 19. 15
apparet ſimilia arma prohibita eſſe omnibus quidem exemptis, etiam Familiaribus, & Officialibus ſancti officii; ſic ut apprehenſio atque cognitio ſit vice Regis, & Miniſtrorum Audientiæ Regiæ; excipitur tamen caſus, quando tales Miniſtri Familiares, ac Famuli ſanctæ inquiſitionis eant cum Patente Inquiſitorum. Ex quibus omnino apparet nullam fieri prohibitionem de Piſtolis, & Tercerolis inventis in Domibus Familiarium, ac Officialium inquiſitionis Regni Aragoniæ, & Valentiæ, cum tunc, nec delinquant contra dictam Pragmaticam anni 1613. nec ſint in actu proximo delinquendi, ſicut erunt, quando inveniantur deambulantes per civitatem cum illis.

At his omnibus obſtat præcitata lex Regia 16. 16
tit. 23. *lib.* 8. *recopil* quæ loquens de prohibitione Archabuſium, Sclopetarum, Piſtolarum, alteriuſque cujuſquè inſtrumenti ſulphurei, etiam extendit prohibitionem, & pœnas Rex Philippus III. anno 1618. Die 2. Junii ad Domi. ca retinentes. Quæ etſi non exprimat quid de familiaribus S. Officii, *en dicta l.* 17. ſequenti præcipiendo ſervari tenorem *dicta leg.* 16. extendit ad exemptos omnes etiam Officiales, & Familiares S. Officii; & ob id comprehendi patet in verbis ſequentibus *dicta leg.* 16. *Por laqual prohibimos, y mandamos, que de aqui adelante ninguna perſona de ningun eſtado, calidad, y condiçion que ſea, no ſea oſado detener los dichos Piſtoletes, ni los puedan traer conſigo (ni tenerlos en ſu caſa) y que ſi los trajeren, O tiraren con ellos en riñas, opendençias aunque no maten, ni hieran con ellos y incurran en pena de muerte, y perdimiento de todos ſus bienes, y ſo an tenidos por alevoſos (y el que lo tuviere en ſu caſa) aunque no ſele prueba averle Sacado a riaña, ni pendençia, por ſole hallarſele, incurra en pena de Deſtierro de el Reyno, y confiſcaçion de lamitad de ſus bienes, y que laterçia parte de la pena pecuniaria ſea para el Denunçiador, y que las juſtiçias de eſtos nueſtros Reynos, lo executen inviolablemente, ſin que oneſto pueda aver ninguna remiſion* &c.

Ex quibus verbis *in dicta l.* 16. *Caſtellæ*, Clarè 17
inſpicitur quanta ſit prohibitio circa deferendum, aut Domi habendum Piſtolas, & Archahuſia minoris menſuræ; eo quod ſint arma proditoria, & ad occidendum ſecrete ſecura, nec ullo modo ad bellum utilia; ut cavit Pius Rex Philippus III. *in dicta l.* in verb. ſequentibus, *y an ſi miſmo eſt an prohibidos los Piſtoletes, y Arcabuçes pequenos, que fueren menores de quatro palmos el canon por ſer arma traydora, y que ſe puede traer ſecreta mente, y que no ſirve para la guerra, ni ſon de otro effecto, ſi no es de haçer muertes ſeguras, y alevoſas*, & ibi, *y de pocos annos aeſta parte ſe han echo muchas muertes con los dichos Piſtoletes, y Arcabuçes pequenos* &c. † Et ob id Pragmaticam relatam anni 18
1613. Regni Valentiæ, eſſe multo plus benigniorem, cum nihil loquatur, nec aliæ Regiæ Schedulæ de puniendo Miniſtrus, & officiales ſancti officii talia Domi arma habentes, niſi quando extra in civitate offenduntur cum illis à Miniſtris Regiis; & ſic videri per rationem ſummam noſtrorum legum Regiarum *in dicta l.* 16. & 17. *dict. tit.* 23. *lib* 8. *recopil.* magno enim ſundamento praxim, & uſum invaluiſſe, etiam in illo Valentino Regno, & in cæteris Aragoniæ Coronæ, atque Siciliæ inviſendi Regios Miniſtros, miniſtrorum, & Familiarium ſanctæ inquiſitionis Domus, pro capiendis dictis armis, vulgo *Piſtolas, y*

Terçerolas,

Terçerolas, cum hæc nullo modo, nec ad officium ſanctæ inquiſitionis exercendum, aut defendendum, nec ad capiendos hæreticos, ac cæteros delinquentes in fide ſint utiliora, cum potius hæc valeant exequi aliis ſulphureis armis grandioribus, qualia ſunt Archabulia, & *moſquetes*.

19 Qua de cauſa in relata conſultatione Conſilii Aragoniæ dicti anni 1633. facta cum ejus commiſſione à Regentibus D. Franciſco Vico, & D. Melchiori Siſternes inter alia pro juſtificatione dictæ Pragmaticæ anni 1613. & aliorum Schedularum, præſtant reſponſum ad fundamenta pro parte inquiſitionis, dicendo permiſſionem armorum pro dicto ſancto officio in ſuis Miniſtris, & Familiaribus, ut quamvis ſanctum officium prætendat tueri, atque defendi in uſu talium armorum, hoc inquam tantum procedere in armis ordinariis, non verò proditoriis, & tunc expreſſa licentia Inquiſitorum ad executionem præceptorum ſancti tribunalis, & non extra illa juxta concordatum *in dicto cap.* 19. relatæ concordiæ dictorum duorum tribunalium, nempe Valentinæ inquiſitionis, & Regiæ Audientiæ.

20 Quam prohibitionem Juſtiſſimis de cauſis factum fuiſſe, ſatis liquet ex verbis, tam relatæ Pragmaticæ, quàm noſtrarum legum Regiarum cum quo Jure cautum expreſſe ſit per caput legis Juliæ de vi publica, ne quis arma Domi habeat, etiam ſi vim nullam inferat, *l.*1.*ff.ad leg. Jul. de vi publica*; quaſi tunc lex pro eo habeat id, ac ſi illa meditatione illic reposita ſint, ut noceant; ſiquidem cum ad communem uſum non pertineant, non alia ratione haberi creduntur, quam ut illis
21 intervenientibus vis inferri poſſit. † Et ante prædictam Juris diſpoſitionem prohibitum fuiſſe arma habere, etiam Domi, ſancivit Servius Tullius, & deinde C. Pompejus, qui ut ſcribit Plinius *lib* 34. *naturalis Hiſtoriæ cap.* 14. Vetuit in tumultu necis Clodianæ ullum in urbe telum eſſe, & ſubſequuti fuere etiam C. Cæſar, vel Auguſtus, & mox Theodoſius *tit. ut armorum uſus lib.* 11. in ſequentibus verbis *nulli prorſus nobis inſciis, atque inconſultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur*; & deinde Juſtinianus *in auth. de armis*, ſua ſanctione cavit non licere cuiquam privatim arma fabricare vel Domi habere, Regum munus, hoc eſt. Sed cum juxta hæc procedant relatæ leges Regiæ Caſtellæ, Pragmatica Valentiæ, aliæque Schedulæ Regiæ Aragoniæ Coronæ, quam apertè ſint fundamenta pro Miniſtris Regiis contra officiales, & miniſtros ſanctæ inquiſitionis arma portantes, ſive Domi tenentes, præcipuè proditoria ſine tergiverſatione patet, certamque eſſe & invariabilem conſultationem Conſiliæ Aragoniæ, dum ait leges de permiſſione, aut prohibitione armorum pendere in valore, & conſervatione à poteſtate Regia.

22 Et in tantum certa eſt prædicta armorum prohibitio, ut comprehendat etiam Clericos, ut latè dicemus per textum *ibi in cap. Clerici de vita, & honeſt. Clericor.* in tantum, ut cogi poſſint à judicibus laicis; ne arma deferant quæ adduxi *ſupra q.* & contra eos, qui in Principum Palatiis, arma deferunt, *cap.* 1. §. *ad Palatium de pace tenenda in uſibus feudor.* & hoc etiam ſi abſit Princeps, vel Prætor, & procedit etiam ſi Princeps ipſe ſciat aliquem arma, vel Domi habere, vel portare; non enim à pœna legis Juliæ ſola hæc ſcientia, & patientia excuſat, ut cenſuerunt Lucas de Pena *in dicta l. unica Cod. ut armor. uſus lib.* 11. Andreas Iſernia *in cap.* 1. hic finitur lex in uſibus feudorum, quos ſequutus eſt Carol. Molin. *in comment. ad conſuet. Pariſiens. tit.* 1. § 1. *gloſſa* 6. *num.* 13. alii quos refert Decian. *in tract. criminal. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 28. latè agens, & omnino legendus Menochius *de arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 4. *caſu* 394. *ex num.* 18. Ubi probat procedere etiam in Ruſticis, quibus armorum uſus eſt ademptus, *ut in cap.* 1. §. *ſi quis ruſticus, de pace tenenda in uſibus feudor.*

23 Et confirmatur, quia hæc prohibitio de Jure antiquo, non modo ruſticis appoſita eſt, verum & extenditur ad nobiles, quibus etiam arma ſunt prohibita, cum verè, & ipſis nobilibus, inſcio Principe, armis uti non licet, ſicut ſentiunt rectius Jacob, Alvar. Cardinal. Alex. & Afflict. *in dicto* §. *ſi quis ruſticus*, quos ſequti ſunt alii plures relati à Tiraquello *in tract. nobilit. cap.* 20. *n.* 71. *& cap.* 3. *n.* 15. *& num.* 16. qui, & Comites, & Caſtrorum Dominos prohibere ſcribit: ſic relati ſequuntur contra Lucam de Pena *in dicta l. unica ut armor. uſus lib.* 11. Joan. Rayn. *tract. nobilit. q.* 7. *Princip. effect. n.* 3. Bonum *de Curtil. tract. nobil. p.* 1. *priv.* 38. Rebuff. *in comment. ad concord.* Regis Franciæ *tit. de collat.* §. *cum vero.*

24 Unde procedet ut adverſus miniſtros Officiales, & Familiares ſanctæ inquiſitionis juſtis de cauſis ſic debeat dici, cum non minus in ipſis militet æqua ratio prohibitionis, ac in nobilibus leges conſiderarunt; cùmque de Jure fortius relata prohibitio armorum procedat adverſus eos, qui arma venenata, vel Domi habent, vel deferunt; ſiquidem ſunt puniendi, dicta lege Julia de vi publica; imò & gravius quemadmodum in ſpecie hac adnotarunt Placa *in epitome de delictis cap.* 7. *num.* 21. Barbat. *in tract. de Cardin. legat. à latere quæſt. ultima*, Decianus *in tract. crimin. lib.* 8. *dicto cap.* 3. *num.* 29. præcipuè ſi conſideremus dictam Pragmaticam Valentiæ, ac cæteras leges Caſtellæ eſſe fundatas in publica utilitate, quæ reſultat ex prohibitione armorum, quæ ſic proditoria ſunt, doloſa, ac fraudulenta, & hoc juxta conſiderationem quam ſcribit Menochius *ſupra de arbitrar. dicto caſu* 394 *n.* 41. dicens inde rectè ſancitum eſſe in ſtatuto Brixiæ 141. *de pœna portantis ferrum fraudoloſum*, dum dicit pœnam eſſe duplicandam in eum, qui arma fraudoloſa fert; ſiquidem gravius delinquit, ſic etiam accipiens aliud ſtatutum 44. Papiæ diſponens eadem duplicata pœna eſſe puniendum, qui fraudoloſè arma ferunt in Domo Prætoris, vel Palatio.

25 Ultimo præter alia, quæ hic poſſent adjungi, videntur facere admodum diſpoſitiones Sacrorum Canonum, & conſtitutionum Pontificum, quibus contraria ſententia nititur; quia ſi conſideretur diſpoſitio Clem. II. *de hæreticis*, in qua, & *ſub cap. ſtatutum cl.* 1. *de hæret. lib.* 6. DD. firmant amplè.

26 † Licere inquiſitoribus familiam armatam habere, eorumquè miniſtris, & familiaribus uſum armorum pro juvando, & auxiliando ſancto inquiſitionis officio. Hoc inquam limitatur quoties inquiſitores abuterentur conceſſione armorum delationis præſtita officialibus, qui etiam abutuntur illis juxta verba textus in *dicta Clem* 2. *de hæret.* ibi: *porro inquiſitores ipſis diſtrictius inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet conceſſione portationis armorum*: ſic Cardinalis, & Zobarella, ubi etiam ſubdit, quod abuſus conſiderari poteſt tam ex qualitate cauſæ, quàm ex qualitate perſonarum: ſic etiam addentes ad gloſſam *in cap. ſtatutum* 1. *dict. tit. de hæret. lib.* 6. in verbo *tale* ubi Joannes

Andreas

Andreas *num.2. in fine* verſ. in gloſſa, Sylveſter *in ſumma* verb. *hæreticus n.*13. verſ. *item ne abutantur*, Farinacius *de hæreticis q.*182.§.6.*n.*92.93.
27 & 94. qui cum aliis expendit inquiſitores abuti conceſſione portationis armorum, quando concedunt licentiam officialibus non neceſſariis, ut in *dicta Clem.* verb. *ne officialis*, vel quando licentiam concedunt aliquibus, qui actu non ſerviunt ſancto officio inquiſitionis, ut videtur colligere dictæ Clem. ibi *tales, qui ſe conferant ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officio exequenda* ſumpta ex ipſis verbis argumento à contrario ſenſu; & ex verbis extravag. Joannis 21. edictæ anno 1321. quæ incipit *exigit veſtri ordinis religio*, ibi *nec aliquibus de cætero extra familiam veſtram, quam vobis cum habetis continuè, niſi forſan illis, qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiſcum*, vel etiam in aliis caſibus, in quibus vobis pro ſecuritate veſtra forſitan expediret deferendi arma per dictam civitatem, & diſtrictum licentiam concedatis, ſicut eam retulit. Franc. Pegna inter litteras Apoſtolicas poſt *dictor. inquiſit. fol.* 80. & inſuper ſi ipſi Familiares abuterentur armorum uſu, & delatione, qui tales dicentur ſi licentia eſſet reſtricta ad certum genus armorum, & ipſi aliud genus Principis ſæcularis edicto vetitum portarent; etiamſi arma ſibi conceſſa geſtarent in Domibus Meretricum in Lupanari publico, in publicis tripudiis, & Cauponis; & cum his delicta deliberata perpetrarent, quod eſt manifeſtum; ſiquidem armorum uſus, qui Familiaribus conceditur, eſt ad capiendum hæreticos, & ad perſonam inquiſitori. defendendam, ut dicunt Eymericus *in* 3.*p.* *q* 56. Salcedus *ad cap.*54. Bernardi Diez *num.*34. quo fine ceſſante, alius quidem uſus in familiaribus armorum prohibitorum erit illicitus, Cæſar Carena *de officio inquiſitorum* 1.*p.tit.*12. §.4. *ex num.*10. cum Accacio Georgio. † Et in id facit
28 dictum Jacobi Septimani *inſtit. Cathol. cap.* 41. *n.*3. allegantis Pragmaticam factam Pintiæ anno 1545. Ubi dicit hoc die armorum uſum quoad Familiares ſancti officii limitatum eſſe, ſicut & refert Rojas *ſingulari* 21. *num.*9. cum Ludovico Carr. *de hæret* §. *verſa autem vice n.*8. allegando Cardinal. *in dicta Clem.* 2. & Petrum Duen. *in reg.*55. incipit, *arma portare*, *limit.*2. inquiens fortaſſis ſic proviſum propter Familiarium multitudinem.

Sed his, & aliis non obſtantibus aſſerendum
29 eſt caſum, de quo præſens diſputatio conſtat, non comprehendi, nec includi in adductis diſpoſitionibus ævi Juris; item nec Imperatorum, nec legum Regiarum Caſtellæ, Valentiæ, & Aragoniæ; imo nec Juris Pontificii; quia ſi attentè legantur non prohibent, ut Familiares, ac cæteri miniſtri ſanctæ inquiſitionis Domi teneant arma pro caſibus neceſſariis occurrentibus, tam ut defendant ipſos inquiſitores ab injuriis eos invadentium, quam ut hæreticos, ac cæteros fidei Catholicæ inimicos apprehendant, & in carceribus S. Officii detrudant; eſt enim permiſſum fidei favore, & in odium hæreſis, quod non obſtante quacumquè lege civili, vel municipali prohibente delationem armorum officiales, & Familiares hæreticæ pravitatis in quocumque tempore, Die, noctequè pulſato, etiam cimbalo omnia arma prohibita ſine aliqua pœna poſſint deferre, & portare, ut admittunt communiter DD. per dictam *Clem.* 2.§.*fin.* *dict. cap. ſtatutum*, ubi gloſſa verbo *directè* & in verbo *retardetur*, ac ut habetur in petitione 19. facta Toleti anno 1525. ut refert, & ſequitur Rojas *dict. ſingul.* 21.*num.*8. Hypolitus *in practica cum* §.*pro complemento n.* 5. Ravena *in ſuo Alphabetico* in verbo *arma fol.* 6. *col.*3. Gundiſalv. de Villad. *de hæret.q.*11.*n.*16. Simanchas *ſupra dicto cap.*41.*n.*3. & *ante cap* 37. *num.* 14. & ſic docent etiam Eymericus *in director. inquiſit p.*3. *q.*56.*ibi* Pegna, *Lucerna inquiſitor*, verb. *inquiſitor n.* 14. Paulus Fuſcus *de viſitat. lib.*2. *cap.*32. *n.*17. Rolandus *conſ.*37.*n.*9.*volum* 4. Menoch. *de arbitrar. dicto caſu* 394. *n.*66. *gloſſa in dicto cap. ſtatutum* verbo *indirectè*, ubi dixit per indirectum impediri officium ſanctæ inquiſitionis, quando poteſtas ſæcularis facit edictum, ſeu ſtatutum, ut nullus niſi ſit de familia poteſtatis poſſit arma portare: ſic ex communi Doctorum Canoniſt. per gloſſam ibi, Sylveſtro, Franc. Pegna, & aliis reſolvit idem Farinacius videndus *de hæreſi dicta quæſt.*182.§.6. *ex n.*89. *ad* 92.

Et omnium eſt ratio, qoia licet armorum uſus 30
Jure communi interdictus ſit ex adductis *ſupra à n.*1. & ex *l.*33 *tit.*13.*lib.*2.*ordinam*, & ultra ſupra adductos, Paris. de Puteo *de ſyndicatu* in verbo *mandavit Rex* præter antiquos Farin. *ſupra n* 91. Rojas *dict. ſingul.*21. *à n.*1. legendus, ubi ex dicta gloſſa *dict* §. *ſi quis ruſticas* in verbo *mercator*, infert quod portans arma, habere malum animum præſumitur, niſi ea portet ligata, & ad alia plures DD. referens. † Poſſunt tamen officiales inquiſi- 31
tionis, & Familiares impunè arma portari, præſertim de licentia ipſorum inquiſitorum, ut probant adducti à Farinacio *ſupra* per gloſſam *in dicta Clem.*2. §. *fin.* ubi gloſſa in verbo *conceſſione*, ubi quod inquiſitores poſſunt habere officiales armatos ex privilegiis ipſis conceſſis, ut dicunt *ibi* Anchar. *n.*11. Cardinal Zabarela *in dicto* §. *porro n.*1.*in* 2.*notab.* Imola *n* 9.*in fine*, & *num.*10. verſ. *ſed quærit hic Paulus*, & Bonifacius de Vitalinis *n.*124. Marſil. *in pract. crimin. in* §.*pro complemento num.* 5. Gundiſalvus de Villa Diego, *in tract. de hæret. q.*11. *num* 16. Simancas *ſupra dicta cap.*34.*n.*23. & *cap.*41. *per tot.* ubi ponit ſigillatim omnes officiales, & miniſtros ſancti officii, quos, & alios refert *in enchirid. violatæ relig. tit.*7. *Rub. de inquiſit. n.*9. Report. *inquiſit.* verbo *arma* verſ. *ſed utrum inquiſitores* Campeg. in addit ad Zanchin. *in tract. de hæret. cap* 9. *littera A.* verſ. *item quia Jura* in fine verſ. Barboſa *in dicta Clem.*2.*cum aliis n.*8 9. & 10. Ubi cum Pegna dicit hanc armorum licentiam, non ſolum dandam eſſe officialibus deſtinatis ad denunciandos hæreticos, ſed etiam cæteris, qui quamvis alia ratione ſancto officio inſerviunt, veluti Advocatis, Notariis, Conſultoribus, Cuſtodibus, aut illis, qui adversùs hæreticos publicè ſcribunt, dummodo non ſint perſonæ Sceleſtæ, & alienigenæ, nec ex Judæis, aut aliis infidelibus converſis, ſicut etiam refert, ac ſequitur Farinacius, † qui omnes, & aliam præ- 32
ſtant rationem, eam nempe, quod inquiſitores poſſunt retinere familiam armatam pro defenſione ſuarum perſonarum, ac familiarum, & ad capiendum hæreticos, & addit Rojas, quem etiam ſequitur Farin. *ſupra n.*90. hoc privilegium habendi familiam armatam conceſſum eſſe inquiſitoribus à Clemente V. & Joanne XXII. & juxta quæ adduxi *in cap. cum non ab homine de judiciis q.* 14. *per totam*, ubi probavi quod poſſunt Epiſcopi habere familiam armatam ad capturam, & ad executionem ſententiæ, & *ibi n.*13. & hoc licet poſſint invocare brachium ſæculare, ut de inquiſitoribus

ribus cavetur in privilegiis conceſſis ad Urhan. IV.
33 Et confirmatur, nam caput prædictæ legis li-
mitatur in pluribus caſibus, quos ſigillatim refe-
rens, & probans pluribus authoritatibus Jacobus
Menochius *de arbitrar. dicta conſt.* 4. *caſu* 394 *a*
*n.*65. *n.*71. 72. 73. dicit regulam de armis prohi-
bitis, nec ejus pœnam ooo procedere in Magiſtra-
tibus, & eorum familia; nam his permiſſum eſt
arma babere, & ferre, *l. nam & ſalutem* §. *ultim ff.*
de offic. præfect. vigil. Ubi Bald. qui idem dixit in
Officialibus Epiſcopi legati à latere, quod intelli-
git cum multis idem Menoch. procedere in aliis
quibuslibet Officialibus, qui juſtitiam admini-
ſtrant, quemadmodum inquiſitoribus hæreticæ
pravitatis ex *dict. Clem.*2. §. *fin.* ubi Butr. Anchar-
ran. & Vitalin. Gundiſalu *dict. q.*11. Simanchas *de*
*Cathol. dicto tit.*41. *n.*14. Deciao. *in crimin. dict. p.*8.
*cap.*3. *n.*44. Ubi declarat, & Plaza *lib.*1. *in epitom.*
*de delict. cap.*8 *n.*18. qui & *n.*17. de aliis ſcribit.
34 Secundo confirmatur, nam quemadmodum
limitatur regula *à dict. n.*1. adducta in eo, qui fert
arma cauſa occidendi Bannitum, ut docent Bart.
in l. pidiculis de auro, & argato legato, Bald. *in di-*
*cto cap.*1. *hic finitur lex, feudor. dict.* §. *ſi quis ru-*
ſticus de pace tenenda, quos ſequuti ſunt Socinus
*in tract. fallent. reg.*30. *fallent.*5. Joannes Baptiſta
à Sancto Severino *in l. omnes populi num.*213. *ff. de*
juſt. & Jure, Decian. *dicto cap.*3. *n.*38. Ubi de-
35 clarat. † idem Menochius *dicto caſu* 395. *num.*28.
qui ex cauſa publica eſt defendendus à populis,
cum quilibet Baonitus ſit vitæ ſceleſtis perverſis
moribus imbutus: argumento eorum, quæ adduxi
36 *in cap. intelleximus* 7. *de judiciis q.*11. † ſic & à for-
tiori procedere debeat in Miniſtris Officialibus,
& Familiaribus ſancti Officii; qui Bullis, & con-
conceſſionibus Apoſtolicis creati ſunt in adjuto-
rium ſancti Officii inquiſitiunis, & ut ſumma
libertate gaudeant ejns inquiſitores, cæteriquè
Miniſtri, & Juriſdictionis exercitium, ut abundè
probavi *in dicta alleg. fiſcali anni* 1648. argum.
textus *in cap. præterea de officio de leg. & l.*2. *cod. de*
Juriſdict. omnium judic. Tales inquam officiales,
& Familiares ex magis utili, neceſſaria, ac publica
cauſa creati ſunt, quam quæ inſpicitur in occi-
dendo Bannito, ut patet.
Quod ſi replices dicendo, non prohiberi à le-
37 gibus Regiis, quod Officiales, & Familiares ſan-
cti Officii armis utantur abſolutè, ſed tantùm
proditoriis, qualia ſunt Piſtolæ, & Tercerolæ, ut
jam dictum eſt ex *dict. n.*1. pro contraria ſenten-
tia; non inquam de aliis armis, quæ ad propriam
defenſionem permittuntur cæteris laicis Mini-
ſtris, ac civibus juxta quæ refert ex Marſilio,
Afflicto, & Deciano *dict. cap.*3. *n.*37. Menochius
38 *ſupra dicto caſu* 394. *n.*84. & 85. † Et quales ſunt
enſes, quibus uti ex noſtris legibus Regiis per-
miſſum eſt unicuique citra aliquam pœnam
unum enſem, aut gladium ſecum ferre; dummodo
duæ, vel tres perſonæ ſocii, vel familiares noo
comitentur, juxta tenorem petitionis Pintiæ an-
no 1525. poſtea additum, ut ultra enſem ſine ali-
qua pœna poſſet quilibet ſecum portare Pugio-
nem, vel in petitione ultima facta Toleti anni
1525. Rojas alia adducens *dict. ſingul.*21. *ſub n.*4.
alia addens videnda. † Sicut nec de delatione Cul-
39 telli ad panem incidendum, vel adaptandum pœ-
nas ex *cap. lator de homicidio gloſſa in* §. *prohiben-*
tur in auth. de armis in ſpecie, Barhatia *tract. de*
*Cardinal. legat. n.*18. Socin. *tract. fallent. regal* 30.
*fall.*1. Amodæus *tract. ſyndicatus num.*89. Decian.
*dict. cap.*3 *num.*54. Menoch. *dict. caſu* 394. *n.*77.
Tamen reſpondetur quod quoties de licentia 40
Inquiſitorum Miniſtri Officiales, ac Familiares,
Sancti Officii citantur ab Ioquiſitoribus præci-
piendis hæreticis; non eſt cur prohibitio piſtola-
rum, aliorumquè armorum, quæ apta ſunt homi-
cidiis proditoriis, atque ſecuris, valeant ipſis pro-
hiberi, cum hoc quodammodo procederet in of-
fendiculum exercitii Juriſdictionis ſancti Officii,
quod cum magori Cautela, ſecreto, atque ſine ſtre-
pitu fieri opurtet; alias verò periclitaretur finis,
nec ſic de facili hæretici apprehenderentur, ſicut
apprehenduntur etiam à paucis Miniſtris, & Fa-
miliaribus incedentibus ſine ſonitu, & apparatu
armorum, quibus fortè delinqueotes in fidem
Catholicam fugam facerent, ut de ſe patet, &
quotidie accidit in hac Curia Matritenſi, in qua
ſolent duo, aut tres Familiares ſine armis appa-
rentibus apprehendere, & incarcerare de manda-
to ſuperiorum quam plures S. Officii inquiſitio-
nis reos etiam potentiores. Et ſic potuerunt dice-
re Hypolitus *in practica criminali* §. *pro compli-*
*mento n.*5. Joan. Rendin. *in tract. de Majeſt. Prin-*
*cipis p.*1. poſt longam tractationem, de delatione,
uſu, ſive prohibitione armorum, etiam Clericis
*n.*188. *ex dict. cap. ſtatutum*, cum gloſſa *ibi de hæ-*
*ret. dict. lib.*6. non poſſe illa prohiberi ſtatuto,
mandatovè judicis ſæcularis, ut à Familiaribus
gerantur, judiceſquè ſæculares prohibentes pu-
niendos fore, ac turbatores inquiſitionis hæreticæ
pravitatis, cum uſus armorum familiæ inquiſito-
rum prohibitus noo ſit, & hoc quidem; quia iſti
familiares defenduntur privilegiis Pontificis, ſicut
cruce ſignati, qui erant milites deſignati ad recu-
perationem terræ ſanctæ, ut declaravit Concil.
declaramonte, præſidente Urbano II. aono 1094.
& ut recognovit Philippus Rex Francorum in
concordata, quam fecit cum Eccleſia ſuper cruce
ſignatis cum interventione cujuſdam legati *Pon-*
tificiis anno 1214. quam refert ad litteram An-
dreas Favin. *tom.*2. *Theatri Domini, & equeſtrium*
*Franciæ lib.*9. *in principio*: Videndi Plaza *de deli-*
*ctis lib.*1. *cap.*8. Covar. 2. *Variar. cap.*20. Robad.
*lib.*1. *cap.*13. *à n.*71.
Et in hoc ſinè ſenſu delatio Piſtolarum, cre- 41
dendum eſt, ut noo fuerit prohibita, nec in dicta
Pragmatica Valentiæ, nec *in dictis legibus Regiis*
Caſtellæ 16. *dict. tit.*23. *lib.*8. *recopil.* quæ alio modo
aſſumptæ admodum obſtant,) & hoc præ maxi-
mè, ſi conſideretur, quod homines facinoroſi com-
munes, & vilipendioris exiſtimationis, qui in plu-
rimum ſunt ad patranda homicidia, & facinora
proclives Piſtolis, Terterolis, atque aliis armis
proditoriis, & ſecuris vulgo *traydoras* utuntur
ſecum ubilibet deferendo, atque portando per ci-
vitatem Die, noctuquè, qui ſi à judicibus capi,
& incarcerari mandarentur, non æquè facilè exe-
qui valeret. † niſi miniſtri juſtitiæ ſimilibus, imò 42
& ſecurioribus, atque ſuperioribus armis uteren-
tur. † Etenim temporibus hiſce; imo & retro- 43
præteritis ſic in deſuetudinem abiit circa prædi-
cta legum regiarum adducta rigoroſa præceptio,
& obſervantia, quod nihilo obſtantibus, atque
metum incutientibus pœnis in ipſis appoſitis fre-
quenter uſus prædictarum piſtolarum, & Terce-
rolarum invaluerit: qua de cauſa, quamtumvis
prohibitio ſit imperata in dicta Pragmatica Va-
lentiæ, atque in adductis legibus Caſtellæ, & in
cæteris Schedulis Regiis debemus meotem addu-
cere, & conſervare, illam aliam permiſſiooem pro
Regno

Google

Regno Valentiæ à Rege noſtro cautam in Schedula ibi aſſignata 30. Decemb. anni 1630. ad eumdem Marchionem de los Velez, ibi *y tambien la ha dado* (loquens de avunculo tuo in alia Schedula 4. Decemb. 1566.) *para que los familiares, Oficiales, Criados de el ſanto Oficio, que fueren de noche adeshora con comiſion de los Inquiſidores, que ay ronden, lleven conſigo una patente ſuya, para que moſtrandola al Alguacil, que fuere rondando, y los topare, los deje, aunque lleven armas, y vayan ſin luçes, y ſi dixeren que ſon Familiares, Oficiales, o criados, y no moſtraren Patente, los lleven à la Inquiſiçion para ſaver ſi ſon de ella. Con lo qual pareçe que queda bien proveido lo que à eſto toca, para que la Pragmatica, que ſe a pregonado en eſe Reyno no deje de tener ſu devida execuçion.*

44 Et melius previſum fuiſſe in alia poſtea pragmatica anni 1621. additionatrix dictæ antecedentis anni 1613. pro eodem Regno Valentiæ, ubi præmittendo Rex Philippus relatam anni 1613. malè obſervari; imò experientia quotidiana viſum, quod homines Banniti, ac alii curarent de habendis, & retinendis prædictis armis, ſicut cum effectu poſſidebant, & ex prohibita delatione prædictorum armorum per primam Pragmaticam anni 1613. homines honorati, ac cives perſequerentur à malevolis homicidiis, Latrocinis, ac aliis facinoribus; eo quod iſti, nec talia arma portare, aut in domibus propriis habere non poſſent, quibus ſe defendere, ac tutari valerent à perverſis graſſatoribus invadentibus etiam ſua propria bona, turbantibuſquè publicam pacem commercium, & captivantibus plures perſonas in itineribus, nemoribus, campis, atque in propriis domibus ſine timore pœnarum, & oppugnarentur.

45 Cavit Rex ſuper permiſſione talium armorum in miniſtris Juſtitiæ & quod vice Reges darent etiam licentiam ea permittendi pro arbitrio in verbis ſequentibus *por ende con tenor de la preſente nueſtra Real Pregmatica de nueſtra cierta, ciencia, y Real authoridad delibeꝛadamente, y Conſulta, permitimos, conſentimos, y damos licencia, y facultad à todas, y qualeſquier perſonas de qualquier Calidad, y condicion que ſean, reſidentes, eſtantes, declinantes, y converſantes en el dicho Reyno de Valencia que puedan para defenſa, y ſeguridad ſuya, y de ſus caſas, y haciendas uſar, y tener publicamente los dichos Pedernales, y armas de fuego, a hora ſea en poblado, o fuera de el*, & ex aliis ſubſequentibus, & antecedentibus, quæ etſi tantum videantur limitare prædictam prohibitionem generalem ante adductæ Pragmaticæ anni 1613. arma ob longa velutì *Archabuſia*, non quidem ad Piſtolas, & alia, quæ fuerint minoris menſuræ, ac breviores. Tamen quoad prædictos officiales, atque Familiares ſancti Officii pro exercendo illius miniſterio, revera juſtus eſt talium armorum, ſcilicet Piſtolarum uſus; dum illis non abutantur; quia ſi, ut patet, ſæpius mali homines ſecreto ea deferant inſulta patrando, quid mirum, ut miniſtri juſtitiæ, ſive Regiæ, aut Eccleſiaſticæ, aut ſancti Officii in caſibus pro perſecutione ſceleſtium hominum illis utantur ſine metu, & incurſu pœnarum.

46 Hucuſquè dicta ex doctrina ſententiæ adverſæ fortius loquuntur contra deferentes arma, non ſic contra ea Domi retinentes, & nihilominus, curant DD. Pragmaticam dicti anni 1613. cum aliis ſimilibus Schedulis Regiis, item etiam adductarum legum Caſtellæ defendere prædictos Familiares Sanctæ Inquiſitionis, alioſquè Officiales, qui in propriis Domibus habent dicta arma vulgò *Piſtolas* ſecreto eſſe ab illis privandos, incarcerandos, atque plectendos à judicibus Regiis, & laicis, eo quod licet diſpoſitiones Juris communis circa prohibitionem delationis armorum non habeant locum in eo, qui habet in Domo arma, ut jam pro nobis eſt dictum, ſed limitant quando nova lege, vel edicto prohibentur etiam haberi arma in domo, ut dixit ex communi DD. Menochius *dicto caſu* 394. *cent.* 4. *de arbitrar. num.* 86. *in fine.* Et ſic hodiè procedere ex dictis Pragmaticis, Schedulis, atque legibus Regiis Caſtellæ, quibus nec habere licet Piſtolas in Domo, imo ſavius prohiberi ſub gravibus pœnis. Addentes inquam non in hoc offendi Sanctum Officium Inquiſitionis; quia ſi caſus occurrant ut per miniſtros fiant incarcerationes hæreticorum, aliorùmvè reorum S.Officiì, ad quos eunt miniſtri officiales, & Familiares Inquiſitionis de licentia, & cum commiſſione Inquiſitorum, tunc ex Archivio Sanctæ Inquiſitionis debeant arma talia impetrari; non quidem liceat ſingulis Miniſtris, & Familiaribus in propria Domo retinere ad libitum; ſiquidem de facili eveniret ut tales auſu talium armorum nonnulla patrarentur delicta turbantia pacem publicam.

Quæ conſideratio obſtat parum, nam conceſſo 47 principio à judicibus Regiis, miniſtros, & Familiares pro adjuvando Sancto Officio; item & incarcerando hæreticos eſſe creatos, tam in legibus Regiis, quàm conſtitutionibus Pontificiis, ut in *dicta Clem.* 2. §. *porro de hæreticis*, & aliis adductis *ſupra*, ſicut apparet ex clauſula quadam jam adductæ conſultationis ad Regem noſtrum Philippum dict. ubi apparet inter Regentes Conſilii Aragoniæ, & inquiſitores quoſdam ſupremi Conſilii inquiſitionis ſacta ex parte Regentium concordatum pro explicanda adducta Pragmatica Valentiæ anni 1613. qui in verbis ſequentibus votum præſtantes ita alloquuti ſunt ibi *en execuçion de la qual ſon de voto, y pareçer los dichos Regentes, que la Juriſdiçion, y conoçimiento de eſſe genero de cauſas de armas de arcabuçes Cortos, Piſtolas, y de pedernal, y pro dictorias, toca y es de V. Mageſtad, Virrei, y Audiençia, y ſus Oficiales Reales, aunque los que delinquieren, y fueren hallados con ellas, ſean Familiares, Criados, ù Oficiales de el ſanto Oficio, ſalvo quando fueren en execucion de el ſanto Oficio, y llevaren Patente de los Inquiſidores.*

† Si enim hæc agnoſcunt ipſi Regentes, & à for- 48 tiori omnes alii judices Regii debent agnoſcere bonam fidem, & neceſſitatem, ut talia arma ab Officialibus, & Familiaribus ſancti Officii Domi retineantur ut hoc modo præſtito ſint pro ſervitio ſanctæ Inquiſitionis, pro quo ſecretè, & ſine ſtrepitu, ac ſine publicitate exequendo, ſolent inquiſitores è tribunali, ubi ſedent mittere epiſtolam, aut nuncium Miniſtrum cum commiſſione ad oppidum ſpecialem, ſeu ad oppidos alios particulares cum inſtructione, & cum facultate, ſecreto alliciendi nonnullos oppidorum familiares, qui ſi inermes venirent, nec aprehendere, nec incarcerare valerent hæreticos cum convenienti ſecreto, quod frangeretur de facili, ſi tales Familiares concurrerent cum armis ob longis, & ſine dubio eveniret, & accideret fuga plurium delinquentium: qua de cauſa, & ne contingat, dicti Familiares ſolent habere Piſtolas, & alia arma ſulphurea, nec

D. Fermoſin. de Leg. Eccleſ.

longa, quibus ſtando in procintu, exeant de propriis domibus, vel ante primam lucem diei, aut in hora competentis noctis; ut ſic armati, facilius exequantur mandatum inquiſitorum in rebus tanti momenti, exeundo de propriis Domibus cum Piſtolis, & Tercerolis præparatis ad prædictos effectus ſecurè conſequendos in miniſterium ſancti Officii inquiſitionis, qui nullo unquam modo aliter conſequi valerent, nec præſto eſſe pro obediendo mandato inquiſitorum, ut conſideravi conſultatio facta pro dictis ſupremis Conſiliariis ſupremæ inquiſitionis in conſultatione dicti anni 1622.

49 Et clarior eſt noſtra ſententia contra rigoroſa verba *dicta leg.* 16.*tit.* 23.*lib.*8. *recopil.* in qua expreſsè domi prohibentur talia arma teneri, & *dict.l.* 17.*ibi*, quæ extendit dictam prohibitionem, etiam ad miniſtros, & Familiares ſanctæ inquiſitionis; ſiquidem earum diſpoſitio nullo modo poteſt obligare dictos S. Inquiſitionis Miniſtros, & Familiares ſine expreſſo conſenſu, & concordata Dom. Inquiſitoris Generalis; quamtumvis opponatur ex parte adverſa leges politicas publicæ pacis à Rege conditas, & promulgatas, omnes ſubditos ſine exceptione comprehendere, cum videmus, ut dicta Concordia Valentiæ obligaret, eguiſſe, etiam aſſenſu, & conferentia Dominorum Conſilii ſupremi; & approbatione inquiſitoris Generalis, & ſimiliter in caſibus plus annexis Regiæ jurisdictioni reſpectu Familiarium fuit concordatum cum conſenſu Domini inquiſitoris Generalis *in addu-cta l.* 20. *tit.* 1. *lib* 4 *recopil.*

50 Ex quibus omnibus, & aliis jam liquido evincitur generalem prohibitionem armorum, etiam in Miniſtris, Officialibus, & Familiaribus S. Officii; ſolum intelligi cum prohibitis, & ſine neceſſitate interveniendi in cauſis fidei, & qui deferunt arma de die, aut nocte prohibita, ac proditoria, ut ſunt piſtolæ, ſecus ſi ea domi retineant, ut inſerviant ſancto miniſterio inquiſitionis, quoties caſus occurrant; & hoc præſertim ſi tales Miniſtri, & Familiares ſint homines pacifici, non turbulenti, atque facinoroſi; tunc inquam ſi offendantur cum illis, non eſt negandum poſſe illis privari a Miniſtris Regiis juxta longè adducta in prima ſententia; Tum quia contra Familiares adeſt illa cauſa publica expurgandi facinoroſos de civitate, illoſquè emendandi Tum ſi non deſt in illis actus propinquus, & immediatus cauſe vaudi actum dicto miniſterio: quæ quidem ſuadentur ex verbis *dicta Clem.* 2. *de hereticis* in verſ. *porro inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, ut nec abutantur quomodolibet conceſſione armorum portationis, nec officiales, niſi ſibi neceſſarios habeant tales, qui ſe conferunt ad ſua cum inquiſitoribus ipſis officia*

51 *exequenda.* † Qui debent eſſe tales, qui velint, & poſſint Officio deſervire, ut declarat gloſſa fin. *ibi* per textum *in cap. ſuper ordinata de prebend.* & *cap.*3. & 4 *de Clericis non reſident.* ſic intelligentes, Farinac *dicta quæſt.* 182. *de hæreſi num* 92. & Barboſa *in dicta Clem. n.* 10. *in fine*, dum dicunt ejus concluſionem intelligendam ſi prædicti Officiales armorum delatione, & inquiſitores licentiarum conceſſione non abutantur.

52 Unde etſi nos contra primam ſententiam moverimus quæſtionem, an prædictæ Pragmaticæ Valentiæ, aut Aragoniæ, & dictæ leges Caſtellæ 16 & 17. *tit.* 23. *lib.*8.*recopil.* ſint contra libertatem ſancti Officii, & poſſit ſic teneri, & profiteri per reſolutiones adductas *quæſt.* 42. verſ. *ad quin-tam*; Et alibi & ſupra contra dictum *num.* 41. Tamen nos inquam fatendo, & admittendo, ut volunt Regentes Aragoniæ, ac cæteri judices ſupremi Regii; imò & ordinarii locorum juſtas eſſe prædictas diſpoſitiones, & mandata licita, firmamus procedere circa arma, & caſus, quos jam diſtinximus, iniquas tamen, ſi in omni eventu prohibeant Miniſtros ſancti Officii illa habere, ac Domi retinere ad effectus proximè adductos; & ita, practicandum ſentimus, etiam juxtas poſteriores concordias anni 1554. *n.* 10. ibi *iten que para traer armas los familiares, es privilegio tan manifieſto, y favorecido de derecho*, & ibi *no ſe les impida traerlas en manera alguna*, & in alia 1568. *n.* 19. ibi *itenque los familiares en el traer de las armas, cerca de la medida guarden las Prematicas de eſſe Reyno, y los inquiſidores contra eſto no los amparen, ſalvo quando fueren en execucion de el ſanto Oficio, que entonçes llebaren las, que por los inquiſidores ſeles ordenaren.* Ex quibus verbis patet non eſ- 53
ſe prohibitum miniſtris, Officialibus, & Familiaribus Domi habere præmemoratas piſtolas, & tercerolas pro inſerviendo ſancto Officio cum armis, quibus placuerit inquiſitoribus, ut illi pergant ad exequendas apprehenſiones, & incarcerationes hæreticorum; & hoc ambo[illegible] icentia, ſiquidem, referunt inquiſitores Valentini in epiſtola miſſa ad Concilium 13 Januarii hoc anno 1660. ſuper incarceratione Gaſpare[illegible] Alvarach familiaris oppidi Baeboto; quia inter ſupellectiles lectus ſui inventa fuit quædam Tercerola præparata, moleſtè tractatur à judicibus Regiis, conquærentes Inquiſitores ſe de hoc, & aliis caſibus ſimilibus, & potius quidem, cum videant, quod tales judices Regii permittunt, ut ſui Alguacilli, & alii miniſtri prædicti arma, ac alii proditoriis per urbem incederent, & contra æqualitatem præceptum Schedulis anni 1633. & 1652.

Ad ſecundam quæſtionis partem ſi le lege Regia 54
præcipiente delictum Polygamiæ puniendum à judice laico, quia abunde reſponſum præbuimus *infra in cap.* 4. *de bigamis quæſt.* 4 *à num.* 1. ideo ad *ibi* dicta te remitto, quoniam hic amplius dico.

Et qui his proximè diebus à Rege noſtro Phi- 55
lippo in competentia, quæ ſe obtulit hic Matriti contra D. Auguſtinum Ponce Familiarem S. Officii; in quem duo imputabantur delicta. Unum quod per quandam ſuam epiſtolam incitaret quoſdam Aſſaſſinos Valentinos ad perpetrandum hic Matriti delictum, & quod ipſe ad id arma præparata haberet, quem D. Rex liberum declaravit à tanto delicto ob non probatum. Aliud quia Miniſtri Juſtitiæ invenerunt in Domo ejus quandam Piſtolam præparatam quam etiam aggravando præcepit, ut ei redderetur: ſic in hoc menſe Octobris 1660. & anno præterito 1658. & 1659. idem præcepit in aliis duobus competentiis. Unam contra Jaymem Spej, Familiarem Valentinum. Aliam contra Antonium Avilam Familiarem Segobienſ. Et aliam contra D. Sebaſtianum Calahorra Notarium, & Hoſtiarum hujus noſtri ſupremi Conſilii inquiſitionis, quibus etiam, redditæ fuerunt per agrariationem quædam Piſtolæ Collectæ à miniſtris Regiis in Domibus dictorum Familiarium, quæ competentiæ acquiſitæ fuerant, etſi me fiſcali labore, ac ſtudio Collegæ noſtri D. Gundiſalvo Bravo, electo etiam Conſiliario pro defendendis competentiis ad favorem Familiarum S. Officii, quin quodam ſuo memoriali Juridico punctavit quædam

by Google

dam fundamenta fortiſſima pro licita delatione, & Domi retentione armorum à Familiaribus habenda, probans forè revocanda quælibet Regia ſtatuta contra hoc facta, ut impeditiva libertatis S Officii inquiſitionis ex *dicto cap. ſtatuu*, & ex Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ cap.* 17. *n.* 105. & aliis.

QUÆSTIO LIX.

An forus Aragoniæ in favorem Baronum, ſeu Dominorum de Vaſallis, ut queant furca ſuſpendere lamias, Sagas, & ſtriges, vulgo *alas Brujas*; eo quod illis imputantur infanticidia, deroget in aliquo foro Sancti Officii inquiſitionis? Et an lex, forus, aut concordata, quæ prohibet, ut rei ſancti officii prius apprehenſi, & incarcerati à Judice Regio, non tradantur Inquiſitoribus illos petentibus, ut reos inquiſitionis, niſi dicant expreſsè illos petere ex cauſa fidei, offendant in aliquo modum procedendi cum ſecreto in Tribunalibus ſanctæ Inquiſitionis? & an Valentiæ forus, ſeu concordata, quæ Schedulis Regiis, prohibet, ne creentur Familiares ſancti Officii, niſi homines privati cives, non iuquam Barones, Proceres, ſeu Vaſſallorum Domini, infringat in aliquo libertatem, ac privilegia ſancti Officii, vel ſi tam creatos privet à foro, & indultis ſancti Officii, quibus debent gaudere ex eo, quod bannire dicantur? Et an ſi familiaris defidatus, vulgò *retado* ab alio illum in diffidatione occidat non proditoriè, non inſidiosè, ſed facie ad faciem cum enſe privari poſſit à foro, virtute legis Regiæ Caſtellæ 20. *tit.* 4. *lib.* 4. *recop.*

SUMMARIUM.

1 *Lamiarum, ſeu ſagarum facta eſt triplicis generis hæreſis, ſuperſtitionis, & illuſionis, & quando contra eas procedant inquiſitores, &* à n. 2.

2 *Lamiæ, Sagæ, & ſtriges in principio ſuæ hæreſis ſolent abnegare fidem Catholicam, & Dæmones adorare deinceps, cum illis fœdus, atque neſanda facere.*

3 *Inquiſitores per Bullas Summorum Pontificum Innocentii VIII. Julii II. Adriani VI. & Clementis VII. habent cognoſcere de delictis lamiarum, &* à n. 7.

4 *Lamiæ ſunt ſuſpectæ de hæreſi; ſic ut raro hæc ſuſpicio fallat. Et quæ crimina ſoleant committere* n. 6.

5 *Sagarum, & ſtrigum ſignificatio* remiſſivè.

6 *Maleſici inter alia crimina, quæ committunt, eſt abnegare fidem Dei in Baptiſma ſuſceptam, & alia.*

7 *Logroña inquiſitio anno præterito* 1611. *cognovit contra plures lamias vulgo* Brujas *illius Deſtricti.*

8 *Barones Regni Aragoniæ ſolent furca ſuſpendere lamias & ſtriges propter infanticidia &* à n. 9.

9 *Lamiarum & ſtrigum cauſa primo pertinent ad Inquiſitores, & quare?*

10 *Concilium ſupremum Inquiſitionis mandatum inquiſitoribus Aragoniæ, ut inhibitionibus, ac remediis Juridicis reducerent ad carceres inquiſitionis lamias, & ſtriges primo incarceratas a Baronibus, Dominis Vaſallorum, & ab aliis judicibus Regiis illius Regni* n. 11. 12. & 13.

12 *Lamiæ ab inquiſitoribus punitæ, ſunt remittendæ, & reſtituendæ carceribus judicis laici, à quibus fuerant avocatæ, ut de infanticidiis ratione quorum fuerunt ibi præventæ, puniantur.*

13 *Inquiſitores, ſi dum cognoſcunt de lamiis, & ſtrigibus, vident eas non eſſe hæreticas, nec de hæreſi ſuſpectas, debent illico illas reſtituere ſæcularibus, qui primo cognoſcebant. Quid ſi non probentur infanticidia fuiſſe* n. 14. & à n. 25.

15 *Lamiæ, & ſtriges, qua Dæmonis arte incedant, & conveniantur, &* à n. 16.

16 Cap. Epiſcopi 26. q. 5. *verſ.* illud & n. 20.

17 *Lamiæ celeriter ſolent aſportari, & in campis nudæ inveniri, ut* n. 18. *quæ ſolent etiam transformari in alias ſpecies animalium* n. 19.

20 *Lamiæ qualiter probentur tales, &* à n. 21. & *torqueri valeant* n. 22. 23.

23 *Lamiæ teſtes contra alios de eodem delicto poſſunt ſalli.*

24 *Logroñæ inquiſitionis quidam actus fidei celeberrimus refertur contra lamias, & ſtriges, & de quadam praxi.*

25 *Infanticidia à lamiis facta eſſe, eſt difficilis probationis, quæ ſpectat ad judices Regios* n. 26.

26 *Lamiæ propter infanticidia pœna ignis non valent puniri, ſed tantùm ſuſpendi.*

27 *Lamiarum crimen frequentius invenitur in fœminis, quam in viris, quæ facilius ſolent moveri Dæmonum policitationibus.*

28 *Lamiæ fœdiſſimè ſolent cum Dæmonibus complecti.*

29 *Bulla Pii V. quæ præcipit reos fidei tradendos eſſe inquiſitoribus per judices laicos, qualiter intelligatur num. ſequentibus.*

30 *Aragoniæ Regni concordata ſuper tradendis reis fidei inquiſitorum Carceri per judices laicos juxta Bullam Pii V.* & n. 35.

31 *Inquiſitores quando, & quibus caſibus poſſunt petere reos incarceratos in carcere laico ſibi reſtitui, ut puniantur, qui non debent cautionem præſtare de reſtituendo illos dicto Carceri laico poſtquam puniti ſint de delicto hæreſis, ut* n. 32. 33. 34. 35.

33 *Cancellaria Valliſoletana ſtatim remittit reos, quantumvis crimimoſos, ſi petantur ab inquiſitoribus ex cauſa fidei.*

34 *Matriti Curia Criminalium delictorum ſtatim remittit delinquentes incarceratos, ſi ex delicto fidei petantur ab inquiſitoribus.*

35 *Hæreſis rei petiti ab inquiſitoribus, debent illico tradi per laicos judices, antequam puniant illos de delicto diverſo, pro quo fuerant incarcerati* n. 40. & 41.

36 *Manifeſtationis indultum Regni Aragoniæ ceſſat, quando patitur reus à laico incarceratus ex cauſa fidei per inquiſitores, &* n. 37. & 54.

38 *Manifeſtari nequit captus ab Inquiſitoribus in Regno Aragoniæ, nec à juſtitia avocari* n. 39. *fallit* n. 49.

40 *Anima incarcerati à judice laico pro delicto externo poteſt perire miſerè, ſi prius ab Inquiſitoribus reus non puniatur, & corrigatur de delicto contra fidem.*

41 *Leges diſponentes, ut reus fidei prius puniatur de alio delicto, quàm quod inquiſitoribus tradatur, viribus carent; impediunt enim liberum exercitium inquiſitionis, quæ nec à judicibus ſæcularibus ſunt obſervandæ, ut n.* 42.

43 *Inquiſitores poſſunt tollere omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes officium ſanctæ inquiſitionis.*

44 *Leges omnes Civiles, & regulares, quoties fuerint contrariæ ſanctionibus Canonicis poſſunt annullari à Papa.*

45 *Remittere debent judices ſæculares delinquentes incarceratos ad inquiſitores, non obſtantibus quibuſvis legibus ſæcularibus.*

46 *Laici judices in tantum tenentur remittere ad Inquiſitores res fidei, ut minimè valeant ſe intromittere, num juſtè, aut injuſtè procedant, qui & exequi tenentur mandata inquiſitorum abſque ullo examine.*

47 *Laicus judex non tenetur remittere ad inquiſitores reum detentum in Carcere ſuo, ſi non petatur ex cauſa fidei, & n.* 52.

48 *Manifeſtari ſe facere poteſt coram juſtitia Aragoniæ reus-captus, ne remittatur ad inquiſitores extra caſus fidei, niſi delictum, ob quod patitur ſit diverſum.*

50 *Inquiſitores, quando petunt reos incarceratos à laicis ſibi reſtitui, probabilius eſt, ut teneantur illos petere, dicendo ex cauſa fidei; interim verò ad remiſſionem non teneri judices laicos, & ſi petant eos ſibi tradi pro negotio inquiſitionis, ſeu tangente officium inquiſitionis, ut n.* 51. *fallit n.* 53.

51 *Inquiſitores ſolent cognoſcere extra caſus fidei de nonnullis delinquentibus.*

53 *Laicus Judex tenetur remittere reum à ſe incarceratum ad inquiſitionem, ſi inquiſitores illum petant ſibi tradi ex cauſa ſpectante ad ſecretum S. inquiſitionis.*

55 *Inquiſitores petentes ſibi tradi reum ex cauſa fidei, creduntur verum dicere, cum aliàs venirent denunciandi ſedi Apoſtolicæ, ut delinquentes.*

56 *Valentiæ Regni concordia pro tradendis reis fidei à laico, quando petuntur ab inquiſitoribus,* n. 57. & 58.

59 *Inquiſitores ſunt obligati reſtituere ad carcerem laici judicis reos abſtractos ab eo ex cauſa fidei.*

60 *Familiares ſanctæ inquiſitionis prohibentur eſſe concordata in Regno Valentiæ Barones, Domini Vaſſallorum, & alii Proceres, alias aſſumpti, privantur foro, ut n.* 61. *& de ratione n.*66. & 67.

26 *Familiares inquiſitionis fieri nequeunt, non purè Banniti & Homicidæ in Regno Valentino n.* 62. 63.

63 *Familiam armatam habere poſſunt inquiſitores compoſitam ex bonis miniſtris pacificis ut n.* 63.

64 *Familiares ſancti officii eligendi, debent eſſe uxorati, non ſoluti, nec minores, niſi diſpenſentur à Domino inquiſitore generali.*

65 *Familiares ſanctæ inquiſitionis nequeunt eligi alienigenæ.*

66 *Barones, Domini Vaſſallorum, & alii Proceres Regni Valentiæ, & Aragoniæ ſunt proni ad facinora, homicidia, diſturbia; ob quod prohibentur eligi familiares, aliter in praxi ut n.* 69. 70. 71. 77.

68 *Barones Familiares delinquentes, mandati ſunt ſæpius remitti ab inquiſitoribus Regio decreto, ut puniantur à laicis judicibus Aragoniæ, & Valentiæ, & quære n.*68.

69 *Familiares ſancti Officii creati in Regno Valentino, non obſtante concordata, Barones, Domini Vaſſallorum, & Proceres, juſtè quidem* n.70 & 72.

70 *Poteſtates temporales tenentur Jurare de exterminando hæreticos ab Eccleſia damnatos.*

71 *Familiares* 32. *recenſentur creati Barones, & Proceres ab anno* 1575. *in inquiſitione Valentina.*

72 *Barones, & Proceres Familiares ſancti Officii Valentiæ incarcerati in carcere Regio pluries remiſſi, fuerunt petiti ab inquiſitoribus, & recenſentur.*

73 *Lex, ſeu pragmatica non obſervata caret vi.*

74 *Barones, Domini Vaſſallorum, & Proceres, ac Principes, non prohibentur in Regnis Caſtellæ, Indiarum, Siciliæ, & aliis, creati Familiares S. Officii, &* n.75.

75 *Sancto Officio inquiſitionis ſervire, eſt munus honorificum*

76 *Præfectus urbi debet eligere comites probos, & muneribus aptos.*

77 *Barones, & Proceres nondum notati de aliquo delicto Banniti, & homicidii, non eſt cur prohibeantur Pragmatica Valentina eligi familiares ſancti Officii, ſecus ſi jam eſſent notati, ut n.*78.

78 *Familiares ſancti Officii fieri contra dicuntur homines malæ vitæ, de qua ſolet ante admiſſionem perquiri in ſecreto ſanctæ inquiſitionis.*

79 *Familiaris eſſe prætendens ſancti Officii, & ſi per informationes purus appareat, non honoratur titulo, ſi malis moribus imbutus notatus reperiatur, nec gaudebit privilegio fori.*

80 *Barones, Proceres, & alii potentiores Creati familiares ſancti Officii, ſi Banniti poſtea fuerint, ac malefactorum auxiliatores, amittunt forum inquiſitionis, &* n.91.

81 *Familiares creandi juxta concordiam Caſtellæ Regni, debent eſſe homines probi, quieti, & pacifici.*

82 *Familiares Coronæ Caſtellæ in pluribus delictis atrocibus, recenſitis in concordia, non defenduntur ab inquiſitoribus, &* n.83. & 84.

84 *Exempti homines tenentur obſervare ſtatuta, & banna edicta pro bono regimine publico.*

85 *Familiares tam juxta concordiam Caſtellæ, quam Valentiæ privantur foro inquiſitionis ſi ſint pacis publicæ turbatores, non ſic quando ſemel, aut iterum cum aliquo rixati ſunt.*

86 *Familiaris abutens privilegio ſanctæ inquiſitionis, cognoſcitur, & punitur ab inquiſitoribus ſuper abuſu armorum, & quære?* n 87. & 88.

87 *Judex privilegium concedens, cognoſcit de illius abuſu* n.88.

88 *Familiares delinquendo in abuſu armorum, dicuntur fractores pacis publicæ, ſuntque puniendi ab inquiſitoribus, & titulo privandi.*

89 *Familiares ſancti Officii de Jure à ſolis inquiſitoribus valent puniri, ſicut, & alii miniſtri, niſi aliter concordatum ſit cum Domino inquiſitore generali, ut factum eſt in Concordiis Caſtellæ, & Valentiæ in nonnullis graviſſimis criminibus.*

90 *Regula*

90 *Regula Juris extat, quoties ejus exceptio non eſt Clara.*
91 *Inquiſitores debent cognoſcere, num Barones familiares ſancti Officii in Regno Valentino fuerint Banniti, aut turbatores Reipublicæ, quo cognito, illos non defendent.*
92 *Familiaris diffidens, ſeu defidatus ex pluribus, ut non gaudeat foro inquiſitionis juxta volitum judicium Conſilii Caſtellæ ad conferendum cum Coſiliariis inquiſitionis ſupremæ electis in caſucujuſdam familiaris Lucerna, aliter à* n.96.
93 *Diffidans, & deffidatus per Concilium Trid. ſunt excommunicati, & lege Regia aliis puniuntur pœnis* n. 95. & n. 100.
94 *Diffidantes, & diffidati, & eorum filii ſunt infames in Regno Franciæ, &* n 107.
95 L. 10.tit.7.lib.8. recopilat. & n. 100. & 102.
96 *Diffidationis crimen non eſt proditorum; non enim fit doloſè, & incautè, &* num.97. & 100.
97 *Familiaris alium diffidans, non amittit privilegium fori ſanctæ inquiſitionis.*
98 *Occidens alium in rixa, & Paleſtra, & in diffidatione aſſignata, gaudet immunitate Eccleſiaſtica confugiens ad Eccleſiam, &* 99. *& practicatum in Cancellaria Pintiana, ut* num. 102
99 Cap. 19. Trid. ſeſſ.25, de reformat. adduct. n. 93. de diffidatione, *expenditur.*
100 *Diffidantes non dicuntur proditorii, eo quod lege Regiâ puniantur eiſdem pœnis; non enim iſti dicuntur alevoſi* n. 101. 102. & 104.
101 *Diffidationes, qualiter hodie fiunt; & olim fierent.*
102 *Alevoſum quem eſſe, aut pœnis alevoſiæ puniri differunt, uti judicatum fuit in Regia Cancellaria anno* 1578. *in diffidatione D. Didaci Ramirez, & D. Beltran. de Guebara.*
103 L. 5.tit.22.lib.8.recopil. & n. 104.
104 *Captum à carceribus eximens, etſi pœnis alevoſiæ puniantur, alevoſus non eſt.*
105 *Furtum facienti opem, & Conſilium præſtans fur non eſt, etſi actione furti teneantur.*
106 *Lucerna familiaris, ſuper quo militat competentia, diffidatus fuit; & ſic Juſtus ab inquiſitoribus defenditur.*
108 *Diffidatus aggreſſus occidens ex vi naturalis legis non eſt in culpa.*
109 *Diffidati, D. Gomez cauſ. remiſſa fuit per Regem noſtrum Philippum IV. anno* 1661. *ad inquiſitores terminandam.*

1 CUM ſtrigarum, ſeu Lamiarum ſectæ ſint triplicis generis, hæreſis ſcilicet, ſuperſtitionis, & illuſionis; inde merito Doctores fatentur, ut contra ſtriges, & lamias, ſive Sagas valeant inquiſitores procedere, quia fidem negant, & multa faciunt, quæ hæreſim manifeſtam ſapiunt; & quia ut plurimum Apoſtatæ ſunt à fide Catholica ex eo nam coram Diabolo, CHRISTUM abnegarunt, Eccleſiæ ſancta ſacramenta conculcant, & Diabolo obedientiam promiſerunt: ſic docent Umberius locat. *in judiciali inquiſit.* in verbo *Lamia*, Rojas *de hæreticis p.1. ſingul.96. n.* Simanchas latè *de Cathol. inſtit. tit 37. & ibi n. 13.* † Ubi dicit iſtas in
2 principio ſuæ hæreſis ſolere fidem Catholicam abnegare, & deinceps Dæmones adorare, cum illis fœdus, atque nefanda facere; & ſic Spined. *in tract. de ſtrigibus cap.5.* idem Simanchas, Malleus, Maleficar. *p.1.q.14.* Sylveſter *in ſumma* verbo *hæreſis 3.* in fine, Alphonſus de Caſtro *lib 1. de juſta hæret. punit. cap.16.* Alciatus *Parerg. cap.22.* † Et 3
alii dixarunt per Bullas Summorum Pontificum Innocentii VIII Julii II. Adriani, §. & Clem. VII. datum eſſe inquiſitoribus de cauſa lamiarum cognoſcere, Farinacius *de hæreſi q.181. §.1. ex n 45.* & poſt illos Diana, Carena, Bordon, & cæteri ſcriptores Martinus del-Rius *diſquiſit. Magicar. lib.5. ſect.5.* † Ubi dixit quod Lamiæ ſunt ſuſpectæ de hære- 4
ſi; ſic ut raro hæc ſuſpicio fallit; cum ſemper earum facta ferè hæreſim ſapiant manifeſtam, & *ſect.15. in princ.* ubi etiam dicit lamiarum, ſeu ſtrigum crimen ſemper cum hæreſi conjunctum eſſe, Petr. Binsfeld. *de confeſ. memb.2. poſt 5. concluſionem princ. §. hac quæſtio* verſ. *ſecunda concluſio.* ubi dicit, quod omnium judicio, maleficorum crimen ad hæreſim refertur, tacitéque in hæreſi procedunt, etiam in maleficiis; tum quia militat eadem ratio; tum etiam quia omni crimine atrocius eſt.

Unde ad primam difficultatis partem, ſuppoſi- 5
ta ſignificatione vocum dictarum lamiarum, ſcilicet Sagarum, & ſtrigum, quam ex bonis authoribus expendit Simanchas *dicto cap.37. de Cathol. inſtit. n.1. & 2.* & ſuppoſitis omnibus aliis, quæ Doctores docent de materia lamiarum, inter quos Franc. Poncinib. *in tract. de lamiis*, Bartholom. Spin. *in ſuo tract. de ſtrigibus*, Petrus Gregor. *Syntagm. Juris lib.34. cap.20.* Eymericus *in directorio inquiſitor. p.2.q.42 n.8.* verſ. *ex his apparet 1. & 2.* Ubi Pegna *in additionibus comment.68. litt. R. in fine* Lælius Zechius *in ſumma p.1. in tit. de fide c.20.* Rub. de lamiis, & ſtrigibus per totam, Martin. del-Rius *ubi ſupra lib.2.* † Petrus Binsfeld. *in* 6
comment. ad l. nemo cod. de maleficis, & Mathemat. in princip. Ubi ponit omnia ſcelerata opera, quæ malefici, & lamiæ committunt, & inter alia Dei abnegationem, fidei in Baptiſmo, ſuſceptæ abrenunciationem, pactum cum Dæmone Apoſtaſiam, & idololatriam, in Congregatione abuſum ſceleratiſſimi Dæmonis in forma incubi, aut ſuccubi, conſpirationem ad perpetrandum aliquod malum contra Reipublicæ, & Patriæ ſalutem, homicidium animalium, perditionem, ſacrilegium, & abuſu Euchariſtiæ & Blaſfemiæ, Bernard. Comoen. *in tract. de ſtrigibus* Joannes Pineda. *p.1.1. dela agricultura Chriſtian dialogo 4. §. 32* Pedraza *in ſumma ib 1. præcepto decalogi* verſ.11. *ſi erce.* DD. *in cap. Epiſcopi 26. quæſt.5.* † jam patet optimo quidem Jure cognitionem 7
contra lamias, & ſtriges ex cauſa fidei pertinere ad Dominos Inquiſitores, ut quotidie ſtylus obſervat, & practicatum fuit anno præterito 1611. in tribunali ſanctæ inquiſitionis Regni Navarræ in civitate de *Logrono*, & in terminis cum Pegna *in additionibus ad lucernam inquiſitorum in tractatu de ſtrigibus*, verſ. *quod ſi quæras fol.157.* noviſſimè Carena *de offic. inquitor. tit. 12.p.2. §.19. num* 170. dicit ut ſoli inquiſitores poſſint procedere ſine ordinariis locorum eas condemnando referens ſic cautum per conſtitutionem Adriani IV. incipit *cum acceperimus*: addit verò tutius eſſe, & decentius, ut inquiſitores procedant in his cauſis, ut in hæreticos, proceſſus faciendo cum Epiſcopo.

8 Nec obſtat dicere poſſe judices ſæculares prædictas ſtrigas, & lamias abſolore ſurca ſuſpendare propter infanticidia ab ipſis commiſſa, ut praxis obſervat in Regno Aragoniæ inter Barones, ac Vaſſallorum Dominos, qui eas furca ſuſpandi mandant, conſtito in forma à judiciali, etiam ſummariè de delicto, ac profeſſione dictarum mulierum; ita ut quamvis ipſæ delinquentes petantur ab inquiſitoribus, ut puniantur de delicto hæreticali; nihilominus eas furca ſaciunt ſuſpendi; quia ex proximè dictis, dicendum eſt prædictos Barones, ac Dominos acceleratè nimis procedere, non conſiderantes prædictas ſamias, & ſtriges involvi maleficiis, ac ſortilegiis hæreticalibus, quorum cognitio primativè ſpectat ad ipſos Inquiſitores, juxta quæ DD. firmant *in cap. accuſatus in §. ſanè de hæret. lib.6.* ſicut & etiam probavimus in caſu Polygaminæ, *in cap. nuper 4. de bigamis q.4.n.1.* quam notavi *in quæſt. præcedenti* in verſ. *ad ſecundam partem*: nam *ibi* dicta non parum valent applicari ad noſtrum caſum.

9 Quare juxta reſponſum, quod his diebus vidi à Domino inquiſitore generali, Doctiſſimo admodum, & in omnibus conſpicuo Dom. meo D. Didaco de Arze, & Reynoſo una cum Conſilio ſibi in officio adſtantium, & me præſente, poſt digeſtum in aliquibus conferentiis, conſultationem factam ab inquiſitoribus Cæſar Auguſtæ Regni Aragoniæ in hoc anno 1660. conquerentibus, de progreſſibus, & executionibus in lamias, & ſtriges, in quas dicti Barones, & Domini Vaſſallorum continuo irruunt eas furca ſuſpendendo, propter infanticidia, omittendo inquiſitoribus reſcribere, ut ante id puniant illas ex cauſa hæreſis, ſive ſuſpicionis ejus, ſicut debet fieri, ac
10 prædicatur in aliis cauſis fidei. † Fuit enim datum, & epiſtola nunciatum illud, nempe, ut dicti Inquiſitores, quoties ſciant lamias incarceratas eſſe à prædictis Baronibus, Dominis Vaſſallorum, ſeu ab aliis judicibus Regiis inhibitionibus, & cenſuris inſtanter petant tradi miniſtris inquiſitionis, ut perſonaliter incarcerentur in carceribus ſecretis ad effectum eas corrigendi, & puniendi ex cauſa fidei Catholicæ, ex eo nempe, quia iſtæ ſunt delinquentes & Rega ſancti Officii.

11 Unde praxis, quam ſolent circa hoc punctum DD. docere, illa quidem eſt, ut ſi judices laici ſtriges propter infanticidia apprehendant, & in vinculis cuſtodiant, ac in cognoſcendo inſpiciant illas eſſe de hæreſi ſuſpectas, tenentur remittere eas ad inquiſitores, & in cognitione ceſſare, eo uſque punitæ ſint ab Inquiſitoribus. Sin autem nolint remittere, ipſi inquiſitores, habita informatione, diligenter ſumpta, non ceſſabunt in exactione mediis Urbanis, & Juridicis uſque ad conſecutionem, in cognoſcendo ſibimet competentem.

12 † Quod ſi dictæ Laminæ inquiſitoribus tradantur, puniendæ ab illis pœna condigna, & poſt debent eas reſtituere carceribus ipſorum judicum laicorum, in quibus ante incarceratæ erant ad effectum; ut puniantur de delicto, ſive infanticidii, aut alterius, cujus de cauſa erant primo à laicis judicibus in vinculis detentæ. Etenim inquiſitores debent illam reſtitutionem facere reponendo Lamiam, & ſtriges in illo ſtatu, in quo prius erant; quia perfecto judiciu hæreſis, eſt malefica reſtituenda eidem judici ſæculari, ut aliorum criminum cœptum judicium, legibus civilibus peragat; & quia ut Maſyerus *in practica forenſi tit. de remiſſion. prope finem*, Simanchas *dicto cap* 37.*n.* 19. *in fine* per textum *in l. ſolemnis §. ultima ff. de judiciis*, *cap.2. de privileg. cap. cum ad verum*, *cap. duo ſunt 96. diſt.* Alphonſus de Caſtro *lib.2. de juſta hæret. punitione cap.*16. dicunt quod ſi Lamiæ propter crimen hæreſis ab Inquiſitoribus punitæ ſint, nihilominus tamen à judicibus ſæcularibus puniri valent de infanticidiis, aliiſque ſceleribus, quorum cognitio ad laicum tantùm judicem pertinet.

Quod ſi inquiſitores ipſi, dum de dictis Lamiis 13
cognoſcunt viderint illas non eſſe hæreticas, nec de hæreſi ſuſpectas, tunc quidem ſine ulla difficultate facient reſtitui dictis judicibus ſæcularibus, qui primo cognoſcere inceperiſſent, ut tales judices laici cognoſcant de infanticidiis, aliiſque criminibus non ſapientibus hæreſim; non quidem ex proceſſu coram inquiſitoribus fabricato, ſed cum eorum proprio proceſſu: ſic Simanchas *dicto cap.*37.*n.*18. & 19. Campegius *in additionibus ad Zanchinum in tract. de hæret. cap.*22. *litera* verſ. *ſubditi ulterius* Farinacius *dicta quæſt.*181. §.1. *ſub n* 48. *in fin.*

Majus dubium poſſet ſe ſe offerre, quando ſci- 14
licet primo prædictæ Lamiæ fuerant apprehenſæ, & incarceratæ ab inquiſitoribus, num quid, aut conſtito illas hæreticas non eſſe, aut de hæreſi ſuſpectas, debeant inquiſitores eas tradere judicibus laicis, qui illas puniant propter infanticidia, aut alia delicta, ſi forte probata ſint in proceſſu facto in inquiſitione, vel non ſint probata, ſed quæ poſſent probari in judicio ſæculari. Cui dubio reſpondetur ex dicendis *hic* in verſ. *ad ſecundam*, & quæ dixi *infra in c. nuper de bigamis q.*4. verſ. *ad ſecundam*.

Et ſic jam pro complemento hujus dubii, atque 15
ut aliquid de probatione contra Lamias, & de infanticidio probando, ac de aliis, breviter præmitto, quod etſi nonnulli ex verbis *dicti cap. Epiſcopi* 26.*q.*5. verſ. *illud etiam non eſt omittendum* exiſtiment nocturnos ſtrigum conventus eſſe imaginarios, nec alia in loca ipſas verè transvehi, ſed ſola cogitatione, & diabolica illuſione illis conventibus intereſſe illúcque transferri; ac proinde Navarrus *in man. cap.*11.*n.*38. *verſ.*32. Fr. Emman. Rodrig. *in ſumma tom.*1.*cap.*6.*n.*9. dicunt peccare mortaliter id credentes; & ob id etiam, ſicut refert Villalobos *in ſumma* 2.*p. tit.*38. *diſ.*10. *n.*6. falſo dicunt, ut Dæmonis induſtria de loco ad locum eant, ſed quod tantùm unguntur, dormitantur, ac imaginent ire: ſic probantes illo textu etiamen verius eſt, ut etſi ſæpè accidat ſtriges ſola imaginatione deferri, nonnumquam etiam transferantur à Dæmone de loco in locum, ut tradunt Patres Orthodoxi, S. Greg. lib.1. *dialog. cap.*4. *lib.*2. *in Job. cap.*9. S. Stephan. *lib.*2. *contra hæreſ. cap.*30. S. Auguſtin. *lib.*2. *ad ſimplicium q.*3. & *de civitate Dei lib.*2. *cap.* 23. & *lib.*6. *cap. fin.* & *lib* 8. *cap.*29. & *lib.*10. *cap.*9. & *lib.*18. *cap.*17. & *lib.*21. *cap.*7. & Theologi, tam veteres, quàm recentiores cum D. Thoma *in* 2.2.*q* 92. & 93. & *lib.*3. *contra gentes*, *cap.*104. & 105. Alphonſus de Caſtro *de juſta hæret. punitione lib.*1. *cap.* 16. † qui 16
reſpondet textum *in dicto cap. Epiſcopi* loqui, non de lamiis, & ſtrigibus, quæ nunc uſitantur, ſed de quibuſdam ſolum mulierculis, quas tunc temporis Dæmones fallebant illo inquam modo; & ſic Martinus del-Rejus *diſquiſit. magicar. lib.*2. *cap.*16. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.*2. *de ſuperſtitione cap.*16. *à num.*23. Leſſius *de juſtitia lib.*2. *cap.*44. *dubio* 3. *n.*15. & 16. Azor *inſtit. moral. p.*1. *lib.*6. *cap.*25. *q.*3.

Villalobos

Villalobos *ſupra* cum aliis, Thomas Sanchez *in præcepta decalogi tom.1.lib.2. cap.4. n.6.* & cum Toſtato, Victoria, Majoro, Toleto, Emanuel Valle, Valentia, & aliis, Barboſa *in dicto cap. Epiſcopi n. 4. & 5.* dicentes intellegi textum illum de credentibus cum illis in dicto textu narratis, nempe, ut hujuſmodi Lamiæ conviventur cum Dea Diana, & cum Dea Herodiade.

17 Nec obſtat quod conventus illi, ad quos corporaliter deferunt Lamiæ, & ſtrages, vel nota ſibi pinguedine inunctæ, vel etiam ſine unctione inſidentes, aliquando ſupra, arundine, baculo etiam verò à Demone tamen ſublevato, ut enarrat Nicolaus Remig. *lib. 1. de monol. cap.14. 24. & 29.* Videndus *ibi cap.54.* Griland. *de ſortileg. q.4 ex n.26.* Petr. Binsfeld. *ſup. in confeſ. Maleficor. memb.1. concluſ.12.* ſubito pronunciato, nomine *JESU* evaneſcunt, quod fieri non poſſet, ſi vera eſſent corpora; quia reſpondetur Lamias non ſubito tunc evaneſcere, ſed perſtrictis intuentium oculis à Dæmone celerrimè aſportari; ſic dici evaneſcere; 18 id eſt deſinere videri. † Ut experientia docuit in illis, quæ, intercepto itinere, vel ſoluta impia ſocietate, Divino quodam judicio in paramis, & campeſtribus locis nudæ repertæ ſunt, Clara Luce ſupina, ita ut pedibus ad Patriam redire cogantur; prout obſervant Griland. *de ſortileg. q.7.n.27. & 28.* Sprengen. *in Mall p.2.q 3* Binsfeld. *ubi ſupra prælud.6.* Nicolaus Remig. *lib.1.c.14.* Joan. 19 Cæſar. *lib.10. miracul. cap 1.* † Alia videnda de hominum transformatione, etiam in alias ſpecies animalium, ut Canis, equi &c. del-Rius, Villalobos, Barboſa, & multi alii loquentes de transformatione Nabuchodunoſor in Bovem, Daniel *c.4.* & uxoris Loth in ſtatuam, Geneſ. *cap.29.* & hoc ex voluntate Divina; non enim implicat dicunt, quin à Dæmonibus valeat aliæ apparere factæ, non quidem veræ, ſed ut ſic videantur oculis eas intuentium, quoad viſum exteriorem, non in ſubſtantia, ſic ut etiam valeat facere transformationes naturales applicando *activa paſſivis*, aut in forma hirci de loco ad locum transferendo, ut explicat del-Rius *ſupra*: alia videnda pro explicatione *dicti cap. Epiſcopi*, expendentes verba Concilii Aucirani *cap.1.* à quo ille deſumptus fuit. docent idem del-Rius *diſquiſit. Magicar. lib.5.ſect.12.pag.44.* Saytus *in Clavi Regia lib 4.cap.6.13.in fine*; Suarez *de religione tom.1.lib.2. de ſuperſt.cap.9.n.26.* latè Torreblanca *de Magica. lib.6. cap.36. ex n.5.* Ubi multum elaborat pro inveſtigando authore illius textus, circa quod etiam ex aliis aliquid Barboſa reſolvit *ibi n 1.*

Quibus ſuppoſitis jam reſpondemus, quod etſi 20 videatur improbabilis informatio eo quod plerumquè Lamiæ à Dæmonibus decipiuntur, & in ſolo ſpiritu, & non in corpore eveniunt illis illuſione adductæ. Reſpondetur primo nihilominus probationem admitti, vel propriis confeſſionibus, quibus convinci poſſunt, non ſecus, atque alii quicumque reorum, ut explicat Jacob. Simanchas *de Cathol. inſtit. dicto tit 35.n. 15.* ex Thologis, & Juriſtis per textum *in l.2 cod. de confeſ. & l.1.§. ſed etſi quod ff. de vi, & vi armata, cap. cum quis de ſent. excommunic. lib. 6. cap. teſtamentum diſt. 6.*

21 Vel aliis mediis, veluti atteſtationibus aliorum Sagarum, ſed qualiter eſt in magno dubio; quia etſi Binsfeldius *de confeſſionibus ſagarum membro 2. poſt 6. concluſionem dubio 2. fere per totum*, & verſ. *ſeptimo illatum*, Martin. del Rius *diſquiſition. Magicar. lib. 5. appendice 2. quæſt. 8. per totam*, & Gregor. de Valentia *in 2.2. diſp.6.q.13. puncto 4. §.3.* verſ. *regula*, dicant ex depoſitionibus Lamiarum hujuſmodi conſurgere urgentiſſimum indicium ad torturam; ſed Farinacius *de hæreſi quæſt. 185. num.153.* verſ. *adverte tamen quod vera non eſt*, Carena *de officio inquiſitorum p.2. de ſortilegiis § 26.27.28.* † Et alii obſervant in praxi nullo modo prædictas Lamias torqueri, quia ſic 22 cautum fuit in decreto quodam ſanctæ ſupremæ Romanæ inquiſitionis, de cujus viſu, & obſervantia teſtatur ipſe Farinacius, & provenire di- 23 cunt ab ea ratione; quia Sagæ illæ de viſu deponentes potuerunt per Diabolicam illuſionem eſſe deceptæ; quia licet verè quandoquè ad ludum corporaliter transferantur per Diabolum; attamen negari non poſſe quin quandoquè etiam decipiantur; ita ut tranſlatio illa ſit imaginaria, & inde ſequi quod earum depoſitio de viſu, poſſit eſſe Falſa, ut ex Leſſio, Sanchez, del-Rio; docet Carena *ſupra n.226.in fine*, Simanchas *de Cathol.inſtitut. dicto tit. 37 n.14.* Sigiſmundus Scacia *de judic. civil & crimin. & hæret.lib.1.c.82.n.10* Bernard. Comens. *in tract. de ſtrigibus impreſſo poſt Lucernam inquiſitor. n.6* Petr. Binsfeld. *de confeſ. ſagarum, & maleficorum membro 1. concluſ.12.per totum*, & ſic abſurdum dici, quod ex earum depoſitionibus detur indicium ad torturam ſufficiens, cum indicia ſufficientia ad illam debeant eſſe certa, non dubia, & æquivoca; prout latiſſime docuit pluribus relatis Farin. *de indiciis, & tortura q.38 à n.6.* & ſic etiam Carena refert *ſupra §.27 ſub n.127.* ex eodem Scacia, earum depoſitiones non ſufficere ad inquirendum, prout etiam ita fuit à S.C S. Officii de urbe decifum.

Quapropter Ferdinandus de Caſtro Palatio *in* 24 *ſuo opere morali 1.p tract. diſp 8. puncto 16.§ 5.n.2.* Diana *p.4. tract.6. reſol.30* Adamus Tannerus *in Theologia ſcholaſtica tom. 3. diſp.4. quæſt 5 per totam*, omnino legendus Quevedo *lib. de indiciis, & tortura p.2.cap 5.n.91.* ibi *pero en el delito Brujas no aprovecha ſolo ſu declaraçion para eſte effecto; por que como los Brujos pro ilnſion de el Demonio andan de ordinario enganados, penſando que verdadero lo que les repreſenta, et muy puſible ſe an acuſadas hombres ſanctos, y juſtos, en cuyos cuerpos ſepn de transformar*, noſter practicus Collega Dom. Sanch. Vincente *in ſuis manuſcriptis c. 13: §.2. & 7.* & Caſtrus Palaus *ſupra* obſervantes in noſtro Tribunali Hiſpanico ex diſpoſitione præciſa complicum, in hoc delicto minimè recontapi, ſed actus exteriores comprobatos requiri. † Videndi etiam Pater Maſſinus *in praxi S.Officii* 25 *p.9.aſſert.14 t.prima impreſſ.* Layman *in Theologia morali lib.3.ſect.5. tract 6.cap.15. à n.8.* Carena, & Palaus *ſupra* referentes ex ſpeciali inſtructione Matritenſi 15. & 20. anno præterito 1612. cautum fuiſſe cujuſdam actus publici ſancti Officii celebrati in Logronenſe civitate; in quo plures damnati fuerant propter id delictum; poſteaquè compertas plures fallacias in condemnatione adfuiſſe, ob quas bona eorum, qui fuerant damnati, non fuerunt Fiſco applicata, nec eorum ſententiæ Eccleſiis affixæ; & inſuper fuiſſe declaratos habiles cujuſque Officii ſanctæ inquiſitiones eodem ipſo anno 1612. imo ut comprobet Scacia *ſupra* atteſtatur quendam ignarum Sacerdotem Commiſſarium tormentis quandam mulierem ex talibus depoſitionibus, qui propterea ex decreto ſacri ſupremi ſenatus inquiſitionis debitas pœnas luit. At prædicta fallere dicendum eſt cum eodem Simancha, Scacia, & Carena, qui alia dicit videnda

dicto tit. de ſortilegiis p.2.§.28. ubi agens de dubio, an depoſitiones Sagarum contra ſocios valeant ſine earum tortura *ii n.* 28. *ſub dicto num.* 227. in *verſ. quod verum*, ſi prædictæ Lamiæ, ſtriges, aut Sagæ depoſuiſſent de his, quæ viderunt ante conventum, ut quod ſocia ſe unxit ad volandum, invocavit Dæmonem &c. latè Simanchas exemplificat Legendus *dicto tit.* 37. *n.* 15. *ex l. teſtium de teſtibus, cap. cum cauſam eodem, l.36.ff.eodem*, cum Punſinobio, & aliis.

25 Circa infanticidia à lamiis ſolita perpetrari probanda ex his quam difficile ſit, ad effectum, ut judices laici, ſive Barones, atque Domini Vaſſallorum iſtas furca ſuſpendant licitè, & in Regno Aragoniæ, jam vides. Non enim negandum eſt harum cognitionem, & punitionem pertinere ad judices Regios; quia etſi nonnulli putarint ſicut refert Simanchas *de Cathol. inſtit. dicto tit. 37. de lamiis n.* 17. ſtrigum punitionem nihilominus eſervari ipſis Inquiſitoribus propter infanticidia, & alia nefanda, & atrociora delicta; eo quod Dæmonum ope facinora illa committuntur; quia indignæ videntur miſericordia maleficæ talia perpetrantes; at ipſi, & Arnaldo, Albertino latè ſcribenti, & nobis verius videntur, ut ſi prædictæ lamiæ, & obſtriges redire velint ad agendam condignam pœnitentiam poterint relinqui curiæ ſeculari, cum nullo modo infanticidiorum cognitio; item & aliorum criminum præter hæreſis ad Inquiſitores ſpectet; quippè eſſent Inquiſitores iniqui, qui talibus maleficis beneficium abſolutionis, & pœnitentiam ſalutarem denegarent; non enim poſſunt ipſi Inquiſitores claudere gremium Eccleſiæ, niſi impœnitentibus, aut relapſis: ſic Albertinus *lib. de agnoſcend. aſſert. Cathol. q.* 25. *n.*

26 66. ibi legendus. † Qui & *n.* 18. ait ut judices Regii non poſſint punire maleficas non hæreticas pœna ignis, ſed pœna furcarum, aut qualicumque alia contra ſicarios, aut maledicos, legibus civilibus conſtituta, & addit nec facile de infanticidiis fidem adhibendam eſſe lamiis, niſi prius conſtiterit infantes ipſos eodem tempore occiſos eſſe ex *etſi Clerici de judic. l. nemo, l. multi Cod. de malefic. & Mathemat. l. 1. §. item illud ff. ad ſilanian.*

27 Pro complemento hujus dubii notabis inter plura alia, quæ de lamiis, ſtrigibus, & ſagis ſcribunt D D. adducti; quod licet viri ſoleant in his criminibus deprehendi; ſed quia in hac ſecta plerumque mulieres; & raro viri reperiuntur; ideo de lamiis, ſagibus, & ſtrigibus fœmineo nomine D D. diſputant; quia mulieres proniores ſunt ad maleficia, quæ citius credunt, & facilius decipiuntur, quàm viri, & ob id Dæmones facilius aggredi, ac fallere; ſunt enim mulieres, ut Comicus ait ferme, ut pueri levis ſententiæ aptiores ad recipiendas prædictas revelationes, quæque facile Dæmonum pollicitationibus ſolent moveri: etiam Simanchas *dicto dict.* 35. *n.* 3. qui præterea firmat, ut quia non eſt ira ſuper iram mulieris, ut ſapiens ait, & ſicut alius canit, nemo magis gaudet vindicta, quam fœmina; indeque evenire, ut nonnumquam ad iram exequendam opera Dæ-

28 monium abutantur. † additque Simanchas compertum quippe eſſe, ut tota illa Diabolica tragedia, quam maleficæ dictæ mulieres, cum incubis peragere ſolent, ut chorearum, ſaltationum, conviviorum fictorum, ſpurciſſimarum cæremoniarum, aliarumque generis hujus eo tendat, ut poſt illuſiones plurimas hanc quoque maximam, fœdiſſimamque patiantur, ſcilicet, ut nefariis complexibus, ſceleratiſſimiſque connubiis Dæmonibus, qui humana forma eas ludificant, libidinosè commiſceantur, Eccleſ. *cap.* 25. *proverb.* 30. *cap. in eo* 32 *quæſt.* 4. Ubi D D. Simanchas *Supra*, dum dicit proniores eſſe mulieres ad libidinem, quàm viri, quod multis probat Tyraquel. *ad l. connubial. ſub. l.* 19. 15. & alibi ibi ſæpius dicens finem præcipuum, ad quem hujus artis profeſſores tendunt eſſe carnis voluptatem, cujus illæ fœminæ inſatiabiles ſunt.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an Lex ſo- 29
ris, aut concordia, quæ prohibet, ut rei Sancti officii prius apprehenſi, & incarcerati à judice, non tradantur Inquiſitoribus illos petentibus, ut reus inquiſitionis, niſi dicant expreſsè eos petere ex cauſa fidei, offendant in aliquo modum ſecre tum procedendi in tribunalibus Sanctæ inquiſitionis. Et quia videtur abunde cautum per verba bullæ Pii V. traditæ ab Eymerico *in fine ſui tract. de officio inquiſitorum ſub pag.* 135. incipit *Sanctiſſimus ibi Pius V. mandavit in ſequentibus verbis, ut negotia fidei omnibus, & ſingulis aliis præferantur, cum fides ſit ſubſtantia, & fundamentum Chriſtianæ religionis, idcirco omnibus militantibus ſub Republica Chriſtiana mandat ſub excommunicationis ſententia, ipſo jure incurrenda, ut Cardinalibus, Inquiſitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuſcumque officio Sanctæ inquiſitionis pareant & obediant nec non carceratos quoſcumque pro quibuſvis delictis, & debitis etiam atrocibus apud dictum inquiſitionis officium, quomodolibet delatos, vel denunciatos, ſuſpenſa aliorum criminum inferiorum cognitione ad eſdem Cardinales & inquiſitionis Carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totalem cognitionem, & expeditionem retinendos, & poſtea ad eoſdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos ſine mora tranſmittant.*

Et quia in Regno Aragoniæ idem concorda- 30
tum reperitur juxta dicta verba Pii V. in quadam concordia, authoritate Regis, ac inquiſitoris generalis, Sanctæ inquiſitionis inita & pactata inter officiales Regios, & Miniſtros Sanctæ inquiſitionis poſita in fine actuum Curiæ illius Regni, ſicut teſtatur, ac refert Seſſe *de inhibet.* Legendus *toto cap.* 30. *fin. ex n.* 52. *& in n.* 117. in verbis ſequentibus, *itenque ſi a caeçiereque alguna perſona que eſte preſa en las carçeles Reales fuere repetida por lors Inquiſidores por coſas tocantes al crimen de la hereſia, a dependientes de ella, que en caſo, que las dichas perſonas no ayan de ſer relaxadas a la juſtiçia, y braço Real, en tal caſo los Inquiſidores acavadas, y fereçidas por ellos las cauſas de los que anſi ubieren repetido, los remitan, y tornen a la carçel de donde fueron traydos a la inquiſition*, ubi *n.* 118. firmat dictam concordiam obſervari, & eſſe in uſu in illo Regno: nam ait quod multi Inquiſitores reſtituerunt perſonas ſibi remiſſas eiſdem judicibus ſæcularibus, ut pro criminibus ſæcularibus punirentur; qui & *n.* 120. prohibitum eſſe refert Inquiſitoribus extra prædictas fidei cauſas petere reos incarceratos à judicibus laicis in verbis ipſius Concordiæ ſequentibus ibi, *item que los Inquiſidores fuera de los caſos de el crimen de la hereſia, o dependientos de ellos, no impidan a los jueçes Reales la execuçion de ſu juſtiçia con perſonas, que no ſean de la juriſdiçion de el Sancto officio con ocaſon, que los dichos Inquiſidores digan, que los tales Delinquentes, an cometido delitos, cujo conocimiento les*

pertençe,

pertenece, ſino que libremente ocurriendo caſos ſemejantes, y aviendo prevenido la juſticia ſeglar en la priſion, deien à los iueces ſeglares hacer ſu juſticia, pues podran ellos proceder deſpues al caſtigo, y punicion de los tales delinquentes.

31 Quæ omnia verba clare demonſtrant, quando, & qua de cauſa Inquiſitores poſſunt petere reos Sancti officii præventos etiam à judicibus laicis in propriis carceribus, ſicut latè explicat omnino Legendus dictus Seſſe *in dicto cap. fin. ex n.*121. qui poſtea *à n.*131. ut explicet facit diſtinctionem, cum Domini Inquiſitores petunt ſibi remitti delinquentes ex fide, vel ex cauſa dependente ex fide, vel ex alia cauſa ſeparata firmans, ut in primo caſu ſit illico reus remittendus, nulla cautione præſtitu à Dominis Inquiſi-

32 toribus. † Non enim ait idem Seſſe Legendus *à n.*111. & 113. debent Inquiſitores in ſimili remiſſione cautionem aliquam præſtare de iterum reſtituenda ſeu tradenda perſona præmiſſa, ut eam pro delicto ſæculari puniant ſæculares, cum id omne committendum ſit arbitrio dictorum Inquiſitorum, quibus, nec ſacri canones, nec Papales conſtitutiones ullum mandatum faciunt; imò & addit quod nec Judices ſæculares illum reum petere poſſunt; pro ut nunquam petierunt; eo quod in omnibus remiſſionibus factis ex cauſa hæreſis, nec in aliis quibuſcumque, tale quid nec legatur, nec videatur, & quod nec ſubeſſe poſſit ſuſpicio aliqua, ut per Dominos Inquiſitores extrahatur à Regno talis captus, cum hoc ſit ſpeciale in cauſa hæreſis, cum remiſſio non fiat de provincia in provinciam in eo crimine, ex quo hæreticus ubicumque delinquit, & ubicumque puniri debeat, ut docent Simanchas *de Cathol. inſtit. cap.*2. *n.*3. Carrer. *in* §. *nunc de pœnis. n.*16. & alii ordinario de Sancto officio ſcribentes, Jacob. Butrius *in l. Adriani Cod. de hæreticis*, Decian. *in cap.*20. *crim. n.*53. quod tamen declarat Covar. *in pract. cap.*11. *n.*12. qualiter ſit accipiendum.

33 Dictam praxim in Cancellaria Valliſoletana ſæpius vidi, præcipuè in duobus reis, qui incarcerati erant à judicibus ſupremis Aulæ *de el crimen*; quia Latrones famoſi, & unus dixit habere ſecreta fidei Catholicæ propalare de ſe, & de aliis, cujus declaratione ab eo facta, & viſa per Dominos Inquiſitores præcepta, fuit petitus ab illis judicibus Regiis, & ſtatim remiſſus, & traditus Miniſtris Sanctæ inquiſitionis, quem illico in carceribus ſecretis intromiſerunt. Alter verò ex Polygamiæ crimine petitus etiam, & traditus, atque remiſſus, qui è carceribus ſecretis Sancti officii aufugit, & nihilominus judices illi Regiis conqueſti non fuerunt de Inquiſitoribus, cum ſint, ac fuerint experti, ut licet nulla cautione exacta ab Inquiſitoribus de tradendo iterum ſimiles reos carceribus judicum laicorum, ubi præventi erant ipſimet Inquiſitores, finito negotio fidei, illos ſtatim reſtituunt dictis judicibus laicis, à quibus erat proventus reus, ſicut vidi ſtatim traditum, & remiſſum primum adductum reum.

34 Et ut hic Matriti vidi anno præterito in perſona alterius facinoroſi latronis, & uxoricidii, qui petitus ex Polygamia fuit ab Inquiſitore, qui dicitur *de Corte*, punitus, ac deinde traditus Carceri *de Corte*, Ubi erat ante præventus, qui poſt parvum tempus, fuit furca ſuſpenſus, & in aliis pluribus vidimus quotidie in hac curia, quæ praxis de ſecunda remiſſione, quam faciunt Inquiſitores de reo jam punito ex cauſa fidei, aut ab ea dependenti, fundatur in ultimis verbis Bullæ Pii V. jam relatis ibi *ad eoſdem Cardinales, & Inquiſitionis carceres, ibidemque ad criminis hæreſis totalem cognitionem, & expeditionem retinendo, & poſtea ad eoſdem officiales* (Loquitur de ſæcularibus) *pro aliorum criminum expeditione remittendos, ſine mora tranſmittant*, ut dicunt, & explicant idem Seſſe *de inhibit. dict. cap. fin. numer.* 116. Maſverus *in practica tit. de remiſſion. n.*14. ubi id expreſſe tenet.

Et quatenus idem Seſſe *dict. cap.*30. *n.*111. & 35
112. dicat poſſe, non obſtante remiſſione, ad Inquiſitores, cognoſci à locum tenente Aragoniæ Juſtitiæ ulterius de cauſa contra dictum captum, pro ut tenet Molin. in verbo *captus fol.*57. *col.*4. *in fine* ibi, *& quod debebat cognoſcere*; ſic ut non obſtet dicta Bulla Pii. V. inqua habetur, quo debet fieri remiſſio ad Dominos Inquiſitores, ſuſpenſa aliorum criminum cognitione; quia ex hoc contingeret, ut reus ille commodum reportaret ex ſuſpenſa punitione, dicendo verba dictæ Bullæ tantùm intelligi quoad effectum, ne impediatur remiſſio, qua non impedita, videatur à judice remittente etiam procedendum, adhuc in praxi, qualiter hoc dictum procedat, non video, cum interim, in quo durat cauſa fidei, quæ cæteras abſolvit, ſileant cæteræ juriſdictiones laicorum; Imò & Epiſcopi per jam dicta, & illa etiam, quæ dixi *in dicto cap. nuper de Bigamis dict. q.*4. *à n.*1. de Polygamia idem Seſſe, qui *in dicto cap.*10. *à n.*29. & 30. *per reg. textus in cap. ut inquiſitionis* §. *prohibemus cap. ut officium* §. *cognoſcendi hæret. lib.*6. *& per extravag. Urbam. IV. & Clem. IV. Rom. Pontific. ibi* plenè D D. dicit quod ſi quis apud judicem ſæcularem captus detineatur pro quocumque crimine, etiam graviſſimo, iſque tam quam hæreticus, & ex cauſa fidei, & hæreſis reperiatur per Inquiſitores mediantibus ſuis litteris repetitoriis, ſit illico tradendus. † Et quam primo, non 36
obſtante quod manifeſtatus exiſtat ſeu manifeſtari ſe faciat, vel ſe tanquam male, & nulliter captum aſſerat liberandum per viam, ut dicunt privilegiatam; quia cum reſpectu hujus delicti, leges ſæculares non ſint ſervandæ ideo non ſit curandum de manifeſtatione uſitata in illo Regno, hoc eſt liberatione privilegiata, quæ apud Nos videtur æquivalere delationi per viam violentiæ à judice Eccleſiaſtico ad Regios Auditores, quæ contra Tribunal inquiſitionis, & minus in cauſis fidei locum non habet, ut bene probavi *in allegatione fiſcali* anno præterito 1648. pro juriſdictione Sancti officii poſita in fine tit. de foro comp.

Et ſic videtur in illo Regno Aragoniæ proce- 37
dere, ſicut idem Seſſe probat ex doctrina Azevedi, & Simanchæ *in dicto cap.* 30. *de inhibit. à n.*54. dum dicit Pium. V. in jam adducta ejus Bulla mandare dictam traditionem à laico rei capti, faciendam eſſe Inquiſitoribus de perſona hæretici, non obſtante, quod apud judices ſæculares intentet remedium ſublevandi vi oppreſſos manifeſtationis firmæ, & ſimilium; & de illo Regno refert traditum ab omnibus foriſtis, & Bardaxi *ſub tit. de manifeſtatione perſonarum in præfat. n.*3. verſ. *non tamen.* † Ubi aſſerit, quod captus per 38
Inquiſitores ex cauſa hæreſis, non poteſt manifeſtari, Molin. *in repertor.* in verb. *captus*, per juſtitiam Aragoniæ fol.57. ubi refert quod anno

1497.

1497. pro parte inquiſitorum hæreticæ pravita-
tis, locum tenentes juſtitiæ Aragonum, fue-
runt requiſiti, ut remitterent eis perſonam Jacobi
de Rueſte capti apud dictam Curiam, idque in-
frà 20. horas, & facto verbo in conſilio, con-
corditer fuiſſe reſolutum, ut deberet illico reſti-
39 tui. † Sic ut ſimul apprehenſus ab Inquiſitoribus
non poſſit per juſtitiam Aragoniæ amoveri ad
Curiam Regiam, nec extrahi per manifeſtatio-
nem, nec appellitus à manibus Inquiſitorum, ut
dixit idem Molin. in verbu *manifeſtatio* verſ. *qui-
dam fuit captus*: idem Seſſe *n.*51. 56. 57. qui &
*n.*50. ait tales Inquiſitorum determinationes fuiſ-
ſe obſervatas, & cuſtoditas in illo Regno, & ob-
ſervandas in judicando, conſulendo firmiter, aſ-
ſeverans multis exemplis, tam antiquis tempori-
bus, quàm ejus, comprobans obſervatum, ut re-
cenſet ſigillatim *ibi à numer.*59. *ad* 64. inter quæ
Caſum Antonii Perez olim. Secretarii Philip-
pi Reg. II.

40 Nec his obſtat dicere qood ſi cognitio Inqui-
ſitorum obſervaret quamcumque delinquentis
cognitionem factam à laico, eveniret, ut ſæpè de-
linquentes extra cauſam fidei, impuniti remane-
rent, quod non ſit ferendum; & ob id juſtas
eſſe leges ſæculares prædictam remiſſionem dene-
gantes; quia reſpondemus, quod cum cauſa hæ-
reſis ſit præcipua omnium cauſarum, & omni-
bus præferenda (ut dictum eſt) inde in dubio
nunquam eſſe præſumendam comprehendi ſub
generali prohibitione, eo quia ſi judex, ſæcula-
ris poſſet eam denegare ſub prætextu, quod hæ-
reticum penes ſe detendum, velit pro alio crimi-
ne punire, & morti tradere, anima ipſius hære-
tici periret, & ſine ſalute ad inferos perpetuo cru-
cianda deſcenderet, quod Chriſtiana religio abhor-
ret. Quare ait idem Seſſe *dict.cap.*30 *ex n.*65. ſan-
citum eſſe, tam per Romanos Pontifices, quam
per DD. obſervatum, ne tale damnum ſequatur
in Republica Chriſtiana, ut judex ſæcularis di-
ctam remiſſionem faciat; antequam poſſit pro
crimine ſæculari reum punire, cum id poſtea face-
re poſſit, eo ſibi reſtituto, prout Pius V. in re-
latis verbis decrevit, & cum eo dicunt Maſue-
rus, & alii.

Nec iterum obſtabit dicere eſſe leges ſæculares
contra hanc determinationem denegantes, nempè
prædictam remiſſionem; quia præterquam quod
à parte non conſtant, reſpondetur per illa, quæ
dixi *in cap. novit. de judiciis*, quod Papa in con-
41 cernentibus ad ſpiritualia, & ut evitentur pec-
cata, habet diſponere directè contra leges impe-
ratorum aliter diſponentes, & ex eo amplius;
quia leges omnes civiles, ſtatuta, & fori, quæ
directè vel indirectè officium Inquiſitorum, pu-
nitionem, & repetitionem hæreticorum quo
quomodo prohibent, viribus carent, & ipſo jure
42 nolla ſunt. † in tantum, ut nec obſervari de-
beant à judicibus ſæcularibus juxta verba textus
in cap. ſtatutum 1. *de hæret.lib.*6. ubi cum antiquis,
& modernis Auguſtinus Barboſa, & *in cap. ac-
cuſatus* §. *Sacerdotes eoſdem*, Decianus, Sylveſter
Covarruv. Simanchas, Carrerius, Campegius *in
additionib. ad Zanquin. cap.* 17. *collat.* 7. verſ.
rurſus arbitrium, Decian. *in crim. cap.*26.*n*4.
43 & *cap.*22. † Ubi quod Inquiſitores poſſunt tollere
omnia ſtatuta, & conſuetudines impedientes of-
44 ficium Sanctæ Inquiſitionis. † Poteſt inquam
Rom. Pontifex annullare leges omnes civiles, &
regulares, & nullas declarare, quoties ipſæ fue-
rint contrariæ canonicis Sanctionibus in cauſa
fidei ex *dicto cap. ſtatutum* cum aliis, & ex conſt.
Alex. IV. cujus tenorem recitat Campegius, *ubi
ſuprà*, & in quibus animæ periculum vertitur, per
textum *in cap. fin. de ſecundis nupt.* & *in cap. fin.
de foro comp. lib.*6. *cap fin. de Jurejur*, *eodem* cum
aliis, Alphonſus de Caſtro *de leg. pœnali l.*1. *lib.*2.
*cap.*10. verſ. *ad capitulum* cum aliis, & ex aliis
principiis, idem Seſſe *dict.cap.* 30. *fin. de inhibi-
tion.ex n.*65. *ad* 79. † Ubi reſolvit remiſſiones 45
hæreticorum fieri debere à ſæcularibus, non ob-
ſtantibus quibus vis legibus ſæcularibus.

In tantum ad id teneri, ut nullomodo valeant 46
ſe intromittere ad cognoſcendum de injuſtitia,
vel injuſtitia delicti hæreſis, cum (ut dicunt)
clauſo oculo, eam traditionem fecere teneantur,
quod extendit ad caſum, quoties Inquiſitores ali-
quam executionem faciendam de perſonis, ſeu
bonis hæreticorum, injunxerint Judicibus ſæcu-
laribus abſque examine proceſſus ipſorum, ut om-
nes agnoſcunt, & per textum *in cap. ut Inquiſ-
tionis* §. *prohibemus eodem tit. lib.*6. latè, cum tan-
tum ſit in cauſa hæreſis executor, non cognitor,
ut præter ordinarios ibi docent relati à Barboſa
*n.*4. ex Zenedo, Miranda, Simanchas, Villa Die-
go, Campegio, Tuſco, *lucerna inquiſit.* Belluga,
Borrello, Azevedo, Pegna, Paz, Mendez à
Caſtro, Riccio, Sanctarelo, & aliis, Farin.
*in pract. q.*97.*p.*3. *n.*103. plura alia idem *dict.
cap. fin.* Legendus *à numer.*80. uſque *ad.* 110. &
deinde.

Jam ergo quæ in contrarium addocerentur 47
tantùm poſſent habere locum, quando non ex cau-
ſa fidei, ſed alia tantùm civili, aut criminali petere-
tur per Inquiſitores aliquis delinquens, tunc qui-
dam ſi peteretur ab Inquiſitoribus, habet laicus ju-
dex, qui reum incarcerando prævenit jus illum
detinendi uſque ad finem cauſæ, ac delicti, pro-
pter quod fuit incarceratus: in terminis compro-
bat, & explicat idem Seſſe etiam Legendos *dicto
cap.fin.ex n.*120. & 221. † ubi *à n.*22. addit quod 48
captus ad hunc effectum poterit ſe facere mani-
feſtari, & aliis debitis remediis uti eo quod tunc
ceſſant privilegia Inquiſitoribus competentia ex
cauſis fidei. Concedit verò, ut poſt finitam cau-
ſam à ſæculari cœptam, punito reo, relaxetur In-
quiſitoribus, ut eum puniant, & de cauſa co-
gnoſcant, ſi eſt diverſa per textum, ubi DD. *in
l.ſi cui crimen.*§. *fin ff. de accuſat.l.ſi quis ſervum* §.
qui exhibendi ff.de cuſtodia reorum, Decianus *cap.*
25.*n.*2. per textum *in auth. de Santiſſimi Epiſcop.*
& per regulam, *ubi cœptum ff.de judiciis*, de qua
dixi Latiſſimè *in cap. penult.* & *fin. de foro comp.*
& per plura alia, quæ dixi de remiſſionem delin-
quentium de uno judice ad alium, ibi † Quare po- 49
tuit dicere idem Seſſe *dicto cap. fin.n.*65. leges ci-
viles aliter diſponentes eſſe ſic practicandas in aliis
criminibus, extra hæreſim.

Tota verò difficultas ex his conſiſtit in verifi- 50
cando, quando teneatur ad requiſitionem Inqui-
ſitorum judex laicus, qui incarceravit delinquen-
tem, illum illico tradere, ſuſpendendo cognitio-
nem cauſæ ab eo præventæ. In quo articulo video
etiam his temporibus, quod aliqui judices laici
noſtri territorii Caſtellani; imò & Aragoniæ, ac
Valentiæ Regnorum cum adjacentibus non
quamcumque petitionem audire, ſed velle quod
expreſſè dicant Inquiſitores illum reum petere
ex cauſa fidei, nec ſufficere ſi dicant in ſuis litte-
ris repetere captum pro negotio inquiſitionis, ſeu

tangente

tangente officium inquiſitionis; Et quamvis nonnulli exiſtiment per locutionam *dicti. cap. ſtatutum.* 1. quod officium inquiſitionis apte explicet præſciodi ad cauſam, ſcilicet fidei, quæ directè, nec indirectè, poteſt per ſæcularem impediri, de qua tantùm privativè inquiſitores cognoſcunt contra hæreticos, vel de hereſi ſuſpectos, contra eorum receptatores, defenſores, & fautores, de quibus *in cap. quicumque* §. 1. *&* §. *hæretici dict. tit. lib. 6. & in cap. excommunicamus* extra eodem cum aliis.

51 Ego inquam exiſtimo, quod ſi judices ſeculares advertant dubiam eſſe loquutionem Inquiſitorum, cum in litteris utuntur prædicta formula ſore ab Inquiſitoribus exprimendum delinquentem petere ſibi tradi ex cauſa fidei, ex eo quidem, quia jam in Regnis Aragoniæ, & in noſtris Regnis per privilegia Pontificia conceſſiones Regum, & conſuetudines cognoſcere valent de aliis nonnullis delinquentibus; imò & cauſis non tangentibus in aliquo ad cauſas fidei, veluti ſi oriantur ex rixa, inimicitia cum Miniſtris Sancti Officii, aut Familiaribus, quibus competit trahere in agendo, & defendendo cauſas proprias contra cæteros homines ad Tribunal Sancti Officii, in quibus grave nimis foret, quod vellent Inquiſitores arripere delinquentes propter aliam cauſam, ſeu crimen præventos in carceribus à judicibus laicis, dicendo ſolùm illos petere pro negotio inquiſitionis, ſeu tangente officium inquiſitionis: ita docet in terminis Legendus Seſſa *de inhibitionibus dicto cap.* 30. *à n.* 131. ubi firmat de praxi, qua utuntur Inquiſitores Aragoniæ, qui tamquam prudentiſſimi, literatiſſimi & religioſiſſimi, numquam unum pro alio atteſtari ſolent, ſed juxta rei veritatem unumquemque repetunt ex ſua cauſa; & juxta hanc diſtinctionem defendendam praxim illius Regni; imò & forum, jam ſuprà in princip. noſtri verſ. *ad ſecundam* adductam, cujus

52 verba ibi retuli † Ac refert idem Seſſe *in dicto cap. fin. n.* 118. *& n.* 120. ubi cavetur primò, ut ſi repetatur Delinquens ex rebus fidei, aut eis tangentibus per Inquiſitores ſine cunctatione, laicus judex, remittat, & tradat: ſin autem extra illas cauſas non impediatur laicus primo cognoſcere de cauſa Delinquentis apprehenſi, poſt quod habebit locum remiſſio ad Inquiſitores.

53 Hinc poſſet eſſe dubium, quid ſi Inquiſitores repeterent delinquentem exprimendo illum petere ex cauſa ſpectante ad ſecretum S. Inquiſitionis? In quo articulo puto ſufficere; quia ſatis Inquiſitores explanant illum petere ſibi tradi ex cauſa fidei, quæ tantum ſub ſecreto à Pontificibus maximè commendato, ſolent ſub tanto ſigillo tractari; non ſi aliæ cauſæ criminales ex aliis delictis, cum in iſtis procedatur apertà petionibus, & replicationibus partium litigantium juxta ſtylum cæterorum Judiciorum, quæ ſolent agitari in aliis quibosvis Tribunalibus; non enim illæ cauſæ ſunt de ſecreto Inquiſitionis, ſicut

54 cauſæ fidei, ſupra quas cædit. † Secretum, & ſigillum commendatum Tribunalibus Sanctæ Inquiſitionis; & ſic Bardaxi *ſub tit. de manifeſtatione perſonarum in præfatione dicto n.* 3. verſ. *non tamen*, dum dixit, quod cautus per Inquiſitores, non poteſt manifeſtari, ſi ſit ex cauſa hæreſis, vel ſi Inquiſitores dicant quod eſt delatus, & denunciatus pro cauſa hæreſis, vel cauſa fidei, *& hic intellectus, eſt jam ſine dubio; quia cum in cap.* 9. *concordiæ.* 3. *Siciliæ.* 29. *Auguſti* 1635. *dicitur* (que ayan de declarar los Inquiſidores en la repeticion da algun preſo que es para negocio de fe) *tamen, qui in hoc talis concordata viſa eſt, ut prædicaret Stylo, & ſecreto S. Oficii*, y qua puede cauſar nota en el que fuere llamado, ſi ſe dijere qua para cauſa de fe *con acuerdo de los conſejos de Inquiſicion, y el de Italia ſe declaro que baſtaſe decir los Inquiſidores que avian meneſter los preſos para cauſas de el ſecreto*, ut patet ex epiſto. 27. Septembris 1635. Scripta ad Siciliam, en que ſe dice que ſu Magettad eſcrive al Virrey &c.

Et amplius facit, quia quemadmodum cre- 55
di debet aſſertioni duorum Inquiſitorum atteſtantium, & reum ob cauſam fidei repetentium, ſicut idem Seſſe bene expendit *in dicto cap. fin.* Legendus *à n.* 93. ad 108. ubi referens quanta maturitate ſemper procedant, quia viri probi in omnibus ſont, concludit credendum non eſſe ut Inquiſitores hæreticæ pravitatis viri alioqui Sanctitate, & doctrina pollentes, ſint impuſituri alicui crimen hæreſis, qui hæreticus non ſit, eum alioqui ultra quod malè exercerent officium ſuum in ao deliquentes, & tanquam tales denunciandi eſſent ſedi Apoſtolicæ modis, & formis traditis à Deciano *in praxi crimin. cap.* 24. *n.* 17. qui & in ſententiam excommunicationis incidarent ab ea non abſolvendi, præterquam in mortis articulo, & tunc non aliter, quam ſatisfactione præmiſſa juxta *Clem. II.* §. *verum*, ubi DD de hæret.

Et omnia dicta videntur apertius declarata in 56
cap. 20. *&* 21. *concordiæ Regni Valentiæ* 1568. adducta *ſuprà* ſub verſ. *ad primam* ibi, *iten que los Inquiſidores fuera de los caſos del crimen de la heregia, o dependientes de ellos, no impidan à los Juezes Reales la execucion de la Juſticia en perſonas que no ſean de la Juriſdicion de el Santo Oficio con ocaſion que los dichos Inquiſidores digan que los tales delinquentes han cometido delitos, cuyo conocimiento les pertenece ſino que libremente occurriendo tales caſos, y aviendo prevenido la Juſticia ſeglar en la priſion, dejen à los Juezes ſeglares hazer Juſticia; pues podran proceder ellos deſpues al caſtigo, y punicion de los tales delinquentes.*

Et prædicta ſententia videtur amplius juſtifi- 57
cari juxta diſtinctionem adductam ex aliis verbis dictæ concordiæ, *n.* 22. ibi, *item que los Inquiſidores en los caſos, y cauſas criminales, de que pueden conocer, fuera de el crimen de la heregia, o eſpecie della, o de ella dependiente, no ſaquen los delinquentes à el auto publico de la fe; y quando ubiere de aver en ſemejantes cauſas relajacion al brazo ſeglar, llamen por conſultor, o conſultores para la determinacion de ellas los Juezes, à quien ſe deviere hazer la tal relajacion.* Ex quibus primis patet ut Inquiſitoras valeant cognoſcere de aliis cauſis præter cauſas fidei, & ſic quando reum repetunt teneri declarare, qua de cauſa illum repetunt per jam adducta.

Et magis, ac magis etiam declaratur ex alia 58
clauſula dictæ concordiæ. *à n.* 21. in verbis ſequentibus ibi, *iten ſi acaeciere que alguna perſona, que eſte preſa en las carceles Reales, fuere repetida por los Inquiſidores por coſas tocantes al crimen de la heregia, o dependiente de ella, que en caſo, que las dichas perſonas, no ayan de ſer relajadas a la Juſticia, y brazo ſeglar, en tal caſo los Inquiſidores acavadas, y fenecidas por ellos las cauſas de los que aſi ubieren repetido, los remitan, e tornen à la Carcel de donde fueren traidos à la*

Inquiſi-

59 *Inquiſition.* † Ex quibus etiam conſtat de obligatione, quam habent Inquiſitores inſtituendi res, preventos à laico, finita cauſa fidei ad carcerem laici judicis, in qua antea erat, & hoc ſine metu irregularitatis, etſi fortè talis eſſet cauſa delicti agitata coram laico, ut ex ea decapitaretur out moutilaretur delinquens præventus, & hoc per illa, quæ adduxi *infrà de bigamis in dicto cap. nuper* in verſ. *ad ſecundam*; ſecus autem ſi reus præventus, & incarceratus eſſet ab inquiſitoribus, qui repeteretur à laico; quia tunc ooo militat eadem obligationis præventæ ratio, nec effugient Inquiſitores irregularitatem, ſi ex traditione talis Delinquentis per illos facta, poſtea idem reus traditus decapitaretur, ſeu mutilaretur à laico ex ibi dictis.

60 Ad tertiam quæſtionis partem de foro, ſive concordata, ut non creentur familiares Sanctæ Inquiſitionis Barones, ac Domini Vaſallorum, aliique Proceres in dicto Valeotino Regno, nec potentes, ſed tantum homines privati puri, & bonorum morum &c. per verba dictæ Pragmaticæ, ſive coocordiæ anni 1568. in verbis ſequentibus *n.* 10. ibi *yten que no aya Familiares poderoſos, ſino Llanos, y de aqui adelante los Inquiſidores guardarau la Zedula de concordia, y nombraràn perſonas Llanas, que no ſean poderoſas, ni de los Cavalleros, ni Barones, que llamen en el Reyno de Valencia, y los dichos Familiares no goçaràu de el privilegio de el fuero en los delitos, que ubie-*
61 *ren cometido antes de ſer Familiares.* † Quænam diſpoſitio adjuncta alteri adductæ in dicta concordia *n.* 8. videtur ſatis juvari, dum in illa, ſi eligantur non poniri homicidæ, aut Banniti, nihil fiet, etſi fortè aliqui jam ſint electi habentes dictas qualitates, ipſo jure priventur à ſuis familiaturis, ut nec foro gaudeant, oec ipſi Inquiſitores queant illos defendere per verba ibi: *iten los dichos Inquiſidores no haràn, ni crearàn familiares, que no ſean Chriſtianos viejos, y de limpia generacion, ellos, y ſus mugeres, ni homiçidas, ni vandoleros ni hombres proçeſados, ni façinoroſos, ni que eſten preſos por caſos enormes, y graves, ni inquietos, y ſi algunos ubiere al preſente que tengan los dichas qualidades, ſean privados luego de las dichas ſus familiaturas, para que no goçen de ellas, ni los dichos Inquiſidores los puedan amparar.*

62 Et juxta diſpoſitionem adductam hic, videtur in praxi ſervandum, nam ex quo ut jam ſuprà dixi *à n.* 1. & alibi, permittitur Inquiſitoribus habere familiam armatam, ut docuerunt canoniſtæ *in dicta Clem. II. de hæret.* per textum *ibi in §. fin.* Farinac. *de hæreſi quæſt.* 189. *& ſequent*, Rojas *de hæret. p.* 2. *n.* 422. Peñ. *in* 3. *p. director. comment.* 105. Molinus & Brachio ſæculari *cap.* 18. *n.* 11. Rohod. à Valle *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 31. Bobadilla alios plures cumulans *in polit. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 88. *in Apoſtilla*, Barboſa *de officio Epiſcopi, alleg.* 107. *n.* 6. & alii. † Sed de quibus
63 minioſtris, & Familiaribus, cum poſſet eſſe dubium, declaratum habemus *in dicta extravag. Joan. XXII.* incipit *exigit ordinis veſtri religio* in verbis ſequentibus loquente *diſcretioni veſtra per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus neminem familiarem, niſi ejuſdem Eccleſiæ fidelem, ac devotum, & laudabilis converſationis, & vita habere quomodolibet præſumatis*; iodeque Simanchas *de Cathol. inſtit. tit.* 41. *n.* 15. quem ſequitur Carena *de officio inquiſitor. p.* 1. *tit.* 14. §. 2. & 3. & DD, Joan. de Eſcobar. *in ſuo tract. de puritate ſanguinis p.* 1. *&* 2. cum infinitis, dixerunt eligendos eſſe viros bonos, & pacificos. † Et quod 64
ex quadam epiſtola ſupremi ſenatus, non eligantur in noſtris Regni Hiſpaniæ, niſi Uxorati, ut quotidiè vidi in inquiſit. Valliſoletana, & de omnibus quotidiè audio & video in hoc conſilio, ubi practicatur, ut ſi aliquis non uxoratus, aut minor annis 25. prætendat non poſſit ab Inquiſitoribus Tribunalium admitti, niſi prævia diſpeoſatione Domini Inquiſitoris Generalis, qui ſæpè, ut video diſpenſat.

Ex cum addant idem Pegna *dicto comment.* 105. 65
verſ. *quibus autem*, Zavard. *in ſumma Diuinorum prater.* 1. *p. cap.* 6. *de inquiſitorib.* 27. non ſceleratos viros, nec alienigenas eligendos eſſe in S. Officii Familiares; ſic ut ſi eligerentur (niſi reſpectu alienigenarum adeſſet magna cauſa) certè iſte eſſet uous ex caſibus, in quibus Inquiſitor diceretur abuti ſacultate conceſſionis prædictorum ex qualitate perſonarum, ut refert Carena *ſuprà dicto n.* 3. & dicunt Zabarella *in dicta Clem. II. §. porro in ſummario, & in* 1. *notab.* Salcedo *ad cap.* 154. Diez *v.* 28. *praxis crimin.* † Et inſuper Barone 66
Domini Vaſallorum, Proceres, ac potentes in Regno Valeotiæ; imò & in aliis coronæ Aragoniæ ſint proni ad facinora, homicidia ac diſturbia pacis publicæ, quam ſolent Banniti illorum Regnorum turbare vulgò *los vandoleros*; ideò rectè videtur concordatum in dicto Valentiæ Regno *in dicto n.* 8. & 10. ut prædictæ perſonæ non eligantur Familiares S. Officii. † Et quod nec gaudeant 67
electi fori privilegio Sanctæ Inquiſitionis, quo ſolebant abuti; eoque audaciores fierent, ut ſæpius à Regibus noſtris ex tunc commendatum eſt; imò & in præſenti anno, cujus occaſione hæc ſcribimus per quatuor decreta; præcipuè Rex noſter Philip. IV. ad petitionem conſilii Aragoniæ, ut nonoulli ſamiliares præventi in carcere Inquiſitorum remitterentur, ad Regios Judices, ut liquet ex decreto Januarii. 11. & Aprilis. 15. & Junii. 1. & alia. 26. Junii, miſſo ad Dominum Inquiſitorem Generalem, noſtrumque conſilium; ibi enim immodum Rex noſter conſuluit per dictum conſilium ſupremum Regni Aragoniæ ad prædictam traditionem dictorum familiarium; ob quod anxiè Princeps noſter in 1. ſuo Decreto modo ſequenti loquutus fuit.

En el Reyno de Valencia han ſido, y ſon graves 68
los delitos, y exceſſos, que ſe han cometido, y cometen por las quadrillas de vandidos, que le inquietan, con gran daño de la quietud publica, y de el reſpeto que ſe deve à la Juſtiçia; y eſtandoſe tratando de perſeguirlos, y caſtigarlos, conforme à la gravedad de ſus exceſos, y a los receptadores, y auxiliadores de eſtos Delinquentes, ſe ha entendido que algunos de los compreendidos en eſta compliçidad, y crimen, que ſon Oficiales, y Familiares de el ſanto Oficio, pretenden valerſe de eſte fuero para èvadirſe de el caſtigo, que tienen merecido. Y ſupueſto que (como ſaveis) los titulos, y Barones de aquel Reyno, conforme à las concordias, y à mis ordenes Reales, no pueden ſer admitidos à Familiares, ni tampoco las perſonas inquietas, mezcladas en bandos. Os encargo que luego embieis Orden à los Inquiſidores de Valencia para que los Oficiales, y Familiares de el Santo Oficio no ſean amparados en eſtos delitos, ni ſe embaraçe à las Juſtiçias ardinarias en el conocimiento de ellos, y ſu caſtigo; que es tan en ſervicio de Dios, y mio, y dareiſme quenta de averlo executado, por lo que conviene,

viene naſe retarde un punto el dar ſatisfaccion ala juſticia con el Caſtigo de los que fueren culpados. Quod poſtea aliis confirmavit ad effectum, ut S. Tribunal Valentiæ noſtri Conſilii mandato traderet aliquos Familiares præſentatos Juſtitiæ ſæculari illius Regni.

69 Io quo dubio exiſtimu ad partes reſpondendum : nam ſi loquamur de prohibita creatione Familiarium eligendi Dominos *de Titulo*, ſeu Vaſſallorum Proceres, ac Barones ; videtur ut licet admittamus à Rege ſic fieri potuiſſe ſine contraventione Bullarum Apoſtolicarum, ac diſpoſitionis Juris Canonici juxta capitulum 10. adductæ concordiæ anni 1568. Tamen videmus in eo Regno in uſu eſſe, etiam ab illo tempore eligere tales ſublimes perſonas ad Familiaturas S. Officii. Docet enim ur tantum Tribunal deſtinatum ad cauſas fidei Catholicæ fovendas, repellendas hæreſes, debellandos, ac perterrendos inimicos Eccleſiæ Romanæ, à nobilioribus miniſtris, & Familiaribus adjuvetur.

70 Quare diſpoſuit Papa Innocent. III. *in c. excommunicamus* 13. §. *moneantur*, *& in* §. *Catholici*, ut poteſtates ſæculares perpetuæ, val temporales tenerentur Jurare univerſos hæreticos ab Eccleſia damnatos, pro viribus exterminare ; & quod temporalis Dominus non purgans terram ſuam hæreticis, excommunicetur. Si enim hæc obligatio ligat potentiores propter cauſam fidei, quid mirum, ut potentiores in Repuhlica debeant eligi pro armata militia ſanctæ inquiſitionis, ot ſic magis, ac magis Dei cauſa defendatur?

71 Cùmquè pateat ex teſtimonio Joſephi *Vicente de el olmo* ab anno 1575. creatos fuiſſe 32. familiares Proceres, titulatos, & Dominos Vaſſallorum uſque ad annum 1650. ioter quos Dominus da Alfafar in dicto anno, Gubernator Conçentayne, 1578. D. Almirante de Aragon, Dominus de Bevi mexir in eodem anno, Marchio de la Caſta, & Comes de Aloquos 1579. Dominus de la Vallas 1587. Baro de Auri, Dominus de Alfabaſi, 1589. Marchio de Benavites 1595. Dom. Joan. de Borja, nepos Ducis Gandiæ, 1597. D. Eldiphonſus Milan. Aragon, filius comitis de Albayda eodem anno, & alter ipſius comitis filius, dictus D. Franc. Milan. anno 1614. D. de Betera comes de Abalat eodem anno, comes de Taura. 1614. comes da Bunol, 1611. Domin. de Seniera 1613. D. de Almaçera 1614. D. Joan. Picades Borja del Pont, filius comitis de Anna 1619. comes del Real D. Gimen Perez de Calatayut 1623. D. de Naquera 1622. D. de Bracheta 1625. comes del Caſal 1625. D. de Panus 1626. comes de la Villanueba, 1629. D. de S. Pare 1630. D. de Alcantara 1638. D. de Carcel, & Baro. 1640. D. del-Toro, & de Vival. 1641. D. S. Joan. 1642. Dominus à Alcalali 1650. & alii

72 proceres. † qui & alio ſuo teſtimonio præſtat fidem, quod cum eſſent relatorum 24. qui à judicibus ſæcularibus remiſſi fuerunt ad ſanctum Tribunal inquiſitionis, ut pacem firmarent propter rixas initas cum aliis de Jurisdictione Regali ; dum tamen iſti prius pacem firmarent coram judicibus ſæcularibus. Et alio inquam ſuo teſtimonio, quo ſingulariter recenſet alios 24. caſus, in quibus, titulati, Proceres, & Barones diverſis criminibus apprehenſi à judicibus ſæcularibus, remiſſi fuerunt ad inquiſitores, anno 1579. D. Philippus de Cardoon, Almirannte de Aragon, qui fuit inventus cum quadam Piſtola, D. Vincentius Milan, vir potens qui conatus fuerat Dominam Bruniſem de Perolles anni 1592. D. Joan. de la Caſta cauſa concubinatus anno 1614. D. Gaſpar Mercadet, qui fuit inventus de nocte cum Scopleta da pedernali 1591. & alii.

† Qua de cauſa ſtamus in terminis doctrinæ textus 73
in l. ſi quis in aliquo documento cod. de edendo, cum vulgatis, ubi DD. probant legem, ſeu Pragmaticam non obſervatam carere vi, & obligatione per illa, quæ dixi *in hoc tit. ſub. Rub.* 4. 5. *& in Rub. & cap. fin. infra de conſuetudine*, & hoc quidem propter rationem Sovmam, ſtabilem & perpetuam, quæ juvat, ut quanto nobiliores, potentiores, & Proceres ſint familiares ſancti Officii, tanto magis S. Officii dignitas præſtantior, cuſtodiatur, & conſervetur.

Ex quibus, & aliis, quæ pro prædicto dicterio 74
valent cumulari, exiſtimamus dicendum, ut ſicuti in noſtris Regnis Caſtellæ, provinciæ veticæ, & in ramotis Indiarum ; item, & Siciliæ, Aragooiæ, Cataloniæ, Majoricarum, & Sardaniæ in plurimum Proceres, titulati, Domini Vaſallorum, & Barones, creantur miniſtri, & familiares ſancti Officii, ſic etiam in Regno Valentino debeat utique practicari, abſque eo, ut obſtet finis, quo mota fuit prædicta Pragmatica, & inſtaurata cætera Regia decreta. † 75
Quia cum ſervire ſub gremio ſanctæ inquiſitionis, officium ſit ita honorificum, ſicut experientia docet, & ut omnes ſatentur, ac latè cum infinitis probat DD. Joannes de Scobar *in ſue tract. de puritate ſanguinis*, debeantquè eſſe *miniſtri ſecundùm judicem populi* Eccleſiaſt. *cap.* 10. ſequitur ut cum, & ipſi inquiſitores, debeant tot virtutibus præcellere, ut ad tantum Officium exercendum requiritur juxta quæ poſt alios refert Cæſar Carena 1. *p. de officio inquiſitor tit.* 5. §. 4. Ubi de qualitatibus eligendi inquiſitorem ex Bobadilla, Maſtrillo, Caſtro, Palao, & ex aliis Doctoribus *in Clem. nolentes de haret.* juxta Bullas etiam Urbani IV. Clem. IV. & aliis perinde, & cæteri miniſtri, & Familiares. † Juxta illud etiam Eccleſ. *Præfe-* 76
ctus urbi comites eligere debet probos prudentes, & muneribus aptes : nam ſi quid perperam geſſerint, id à Præfecto præſtandum eſt : quippe cum debeat bonos viros ad Reipulica miniſteria eligere, & ex illo Iſocrates ad Dominum *Delectus ad Magiſtratum nullius improbi miniſterio in obeundis negotiis utitor : nam quad illi delequerit, id tibi imputabitur*, & inde procedere à natura rei ; quod ſi fieri poſſet, eſſent ſemper eligendi ad miniſterium S. Officii Proceres Reipublicæ in familiares.

Unde ſit, quod licet juxta mandata Regin non 77
ſint admittendi in eo Reguo Valentiæ prædicti Proceres, nec alii Banniti ; quia tumultuoſi, inquieti, & facinoroſi cæteros habitatores profligant, & ſatius exiſtimantes, quod ſint protecti ſanctæ inquiſitionis Scuto, ne puniantur à Magiſtratibus locorum ; nihilominus quia in dicta Pragmatica, aliaquè præcepta, concordata reſpectu Procerum, nondum delinquentium, praxis contrarium docet, ut ab illo tempore liquet, & nunc in viridi obſervatur juxta exempla proximè adducta, & alia quæ hic non adjiciuntur ; ideò dici videtur, antequam dicti Proceres ſint notati de aliquo crimina turbationis, ſicut contingit in Bannitis, nullomodo ſint prohibendi à functione miniſterii ſancti Officii, cum aliquo modo poſſet dici offendi libertatem illius contra tot Bullas Pontificum, & illam *ſi de protegendis* Pii V. in cujus explicatione plura DD. cumulant videnda, eſſet enim talis prohibitio impeditiva electionis ab Inquiſitoribus faciendæ aptiorum miniſtrorum, & Familiarium, quales præſumuntur futuri, qui

D. Feruſoſin. de Leg. Eccleſ.

nobiliores in Republica extiterunt juxta quæ no-
tavi *ſub cap. penult. & fin. de præſumpt.*

78 Admittere tamen non veremur, quod ſi Proce-
res dicti, aut aliqui eorum ſint ante prætenſio-
nem cum aliqua nota in moribus pronis ad turba-
tionem pacis, nullomodo ſint admitendi in fami-
liares Sancti Officii, quod punctualiter obſervant
inquiſitores in quolibet territorio; ſiquidem ante
ſolent perquirere, & ſaltim inter miniſtros à Se-
cretis Sancti Officii, de qualitatibus, & moribus
prætenſoris, præter alia, quæ ex inſtrumentis, &
Prothocolis ſecreti adnotantur circa familiam, &
ex ſola morum nota, deſinont prætenſorem ad
gratiam admittere, ut ego Valliſoleti per novem
annos expertus fui, & apud cætera tribunia per-
79 quiri, ſicut in hoc conſilio ſupremo video. † Præ-
ter quam quod ſi aliquis admitiatur ad gratiam, &
ex informationibus puritatis appareat eſſe inquie-
tus, aut crimine aliquo inquietudinis notata, nec
bonis moribus imbutus, non admittitur ad hono-
res fori, & privilegium Sancti Officii: nam ei non
datur titulus, quo adjudicetur gremio, ſed tantum
teſtimonium de ſua puritate, hoc eſt *de eſtar apro-
badas ſus informaçiones*, quæ praxis eſt etiam cauta
in inſtructionibus interogatorii, & in epiſtulis S.
Officii, quæ vocantur *cartas acordadas* pro inte-
gro, ac ſaniori gubernio ad quodque Trib. miſſis.

80 Tota ergo difficultas poſſet eſſe, numquid, ſi di-
cti Proceres aſſent inquieti, pacis turbatores, Ban-
diti, aut qui Banditos protegerent, illoſvè fove-
rent, ac adjuvarent quo minus à Magiſtratibus va-
lerent puniri, ſint ipſo jure exuti à privilegio fori
Sanctæ Inquiſitionis; ita ut licèt ſe præſentarent
in carceribus Sancti Officii, non ſint ab Inquiſito-
ribus protegendi, ſed potius illico remittendi ad
Magiſtratus ſæculares; & in hoc caſu videtur pra-
cticanda Pragmatica adducta anni 1568. cum cæ-
teris Regiis decretis, cum tunc jam polleat ratio
prohibitionis, dictique Miniſtri, ſi certo ſcirent
tutandos eſſe juriſdictione Inquiſitorum, fierent au-
81 daciores, & inſolentiores. † Deinde quia juxta
concordiam inter Regiam Juriſdictionem, & San-
cti Officii pro Familiaribus Sanctæ Inquiſitionis
cautam *dicta l. 10. tit. 1. lib. 4. recopil.* cavetur *in
2. illius c.* quod providendi in Familiares, debent
eſſe homines probi, ac quieti, & pacifici, ſicut
congruit, ne in populis detur diſturbium in verbis
ſequentibus *los que ubieren deſer proveidos familia-
res ſean hombres Llanos, y paçificos, y quales convie-
ne para Miniſtros de Offiçio tan Sancto, y paraneder*
82 *en los Pueblos diſturbie.* † Et *ibi in cap.* 5. ubi cau-
tum eſt, de quibus namque delictis à familiari-
bus patratis, nequeunt Inquiſitores cognoſcere;
imò debent Familiares in carcere præventos di-
mittere, & ejicere e dicto carcere, veluti de cri-
mine læſæ Majeſtatis, nefandi contra naturam,
ſublevationis, ſeu commotionis provinciæ, aut
populi, falſificationis literarum Regiarum, re-
bellationis, ſivè inobedientiæ ad Regis mandata,
ſeu caſus proditorii mulieris vi oppreſſæ, aut rap-
tus illius, prædonis publici, domus effractionis, Ec-
cleſiæ ſeu monaſterii, domus combuſtionis, aut
campi cum fraude, in aliiſvè delictis horum ma-
joribus, & reſiſtentiæ contra juſtitias ſæculares
per verba ſequentia ibi: *que los dichos Inquiſidores
no tengan Juriſdiçion ſobre los dichos familiares pa-
ra conoçer de los delitos que juſo ſe hara mençion,
ſino que el conoçimiento, y determinaçion de ellos, que
de los Jueçes, como, en las cauſas criminales de los
otros legos, es a ſaver* (en el) *crimen læſæ Majeſta-
tis humana, y en el crimen neſando contra natura, y
en el crimen de levantamiento, O commoçio nde pro-
vinçia, o pueble, y en quebrantamiento de cartas, ſe-
gures de ſu Mag. o ſiveſtros, y revelion, e inobedien-
çia a los mandamientos Reales, o en caſo de aleve, for-
zamiento de muger, o robo de ella, y de robador pu-
blico, y de quebrantamiento* de caſa, o Monaſterio,
y quema de caſa, y de campo condolo, y en otros
delictos majores, que eſtos; iten en reſiſtançia, o
deſacado, calificato contra nueſtras Juſtiçias Rea-
les) *porque en el conoçimiento de eſtos caſos, los di-
chos Inquiſidores, nosè han de entremeter, ni tener
Juriſdiçion ſobre los dichos Familiares, ſino que lo
Juriſdiçion de los dichos arriba exceptuados, que de
en los dichos Iueçes ſeglares.*

Et quia omnes prædictos caſus, & alios expli- 83
cant cum ſuis ampliationibus, & limitationibus
omnino videndi D. Alphonſus de Narbona *in di-
ctal. 20. per 22.* gloſſas, reſumtivè Simanchas *de
Cathol. inſtit. tit. 41. n. 19.* Volano *in curia Phili-
pica III. p. §. 1. n. 25.* Villadiego *in politica c. 5. §. 1.
n. 147.* Marius Giurba *conſ. 96. in princip. & per
totum* Zevallos *de cognit. per viam viol. 1. p. gloſſa.
15. n. 17. & 18. & q. 23. n. 9. & 10.* Carleval.
de judic. p. 1. diſp. 11. de judic. à n. 58. & 511. qui
& exprimunt alios caſus, nempè quando familiares
delinquunt in Officiis Regiæ adminiſtrationis, ac
numeris publici, etiam omittendo ut contra Nar-
bonam latè defendit Carleval. *ibi à n.* 516. vel ſi fa-
miliares violent Pragmaticas Regias deferendo ali-
quid contra ſcriptam normam, ſi ludant ludis pro-
hibitis per leges Regias, ſi introducant in Regnum,
aut extrahant merces prohibitas, aurum, vel argen-
tum, vel monetam. † Quoniam omnia ſtatuta, Prag- 84
maticas, & bona edita pro bono regimine publico,
tenentur exempti obſervare: ſic Carlév. *ſuprà n.*
522. legendus Narbona *in d. l. 20. gloſſa 22. ex n.*
& alii. † ideò jam ab dubium adductum dicendum 85
exiſtimamus, tàm juxta dictam concordiam Ca-
ſtellæ, quàm Valentiæ, prædictos familiares foro
inquiſitionis privari, ſi ſint pacis publicæ turbato-
res; non ſic quando ſemel, aut iterum cum aliquo
privato, aut aliquibus rixati ſint; quia iſti actus,
non ſunt de illis, qui connumerantur in adductis
Pragmaticis, ut ex eorum tenore liquet.

Quod ſi negetur hæc diſtinctio, tunc revera pro 86
foro Inquiſitionis, quo debent gaudere etiam in
gravioribus delictis urgent ſequentia; quia etſi Fa-
miliares delinquentes in uſo armorum videantur, ut
turbatores, exui à fruitione talis privilegii fori per
dicta *ſuprà in q. 58. præced.* Nihilominus video Do-
ctores etiam defenſores Regiæ Juriſdictionis contra
Familiares S. Officii docere, ut tales Familiares armis
malè utentes, & qui ob id graviſſime ſint puniendi,
non per judices ipſos Regios, ſed per Inquiſitores
tantùm. † ex eo quia de abuſu privilegii, tantùm co- 87
gnoſcit judex privilegium concedens, qui melius
quàm alius ſcit, quo uſq; ſua privilegiãdi facultas ſe
extẽdat, & ob quã cauſam privilegia largiatur. Po-
teſt enim Inquiſitor punire officiales, & miniſtros
ſuos delinquẽtes, ut notoriũ eſt, ac docent Seſſe *de
inhib. Juſt. Aragon. c. 30. n. 211.* Caſtillo de Bobad.
in ſua politica lib. 2. c. 17. n. 127. quatenus ipſe, &
Campegius *in additionib. ad Zanchien. de hæreticis
c. 32. verſ. ceſſat præterea* in fine Dicius *in 1. tom.
crim. lib. 5. c. 22. n. 36.* dicunt, ut poſſint Inquiſi-
tores amovere familiares, & officiales delinquen-
tes in officio, alios in locum eorum ſubrogando.

Et magis in terminis Georgius Accavius *de pri-* 88
vileg. lib. 3. c. 17. n. 13. & cum eo Cæſar Carena
de Inquiſitor. 1. p. dict. tit. 14. §. 4. à num. 14. id
dicunt ita procedere, quin familiares hoc ipſo
quod licentiam armorum, & litteras familiaritatis
obtinue-

obtinuerunt ab Inquiſitore ei quoad ipſis conceſſa
ſubſunt, & hoc maximè procedere in dicto armo-
rum caſu, in quo agitur de interpretatione Bulla-
rum, & Apoſtolicarum conſtitutionum, quibus
uſus armorum licitus eſt familiaribus ad capiendos
hœreticos, & ad perſonam Inquiſitoris, & ſuam
defendendam, niſi illis utendo, aliis ſint ſcandalo,
ut dixit D. Gerorg. Accacius *dicta cap.* 17.*n.*38. qui
ellegat jura plura; ſed Femilares delinquendo in
uſu armorum dicuntur pecis publicæ effractores,
cæteris concivibus ſcandalum generantes; item &
delinquere ſub prætextu licentiæ, ut miniſtri In-
quiſitorum reduplicativè; ergo debent ab ipſis pu-
niri, & non ab aliis judicibus: idem Carena *suprà*
n. 16. *in fine*, ubi teſtatur inquiſitione Cremo-
næ, ubi per 12. annos fuit verſatus, plures fami-
liares fuiſſe punitos, & privatos titulo familiari-
tatis per Inquiſitores ex abuſu armorum, nec mi-
nus ſemper vidi punitos delinquentes in alio de-
lictorum genere in Valliſoletana Inquiſitione per
plures etiam annos, quam punirentur in Regia
Cancelleria alii graviores delinquentes, non fa-
miliares Sancti Officii.

89 Ex quibus èvincitur quod cum privilegia fa-
milieribus conceſſa pro aſſiſtendo negotiis Sancti
Officii, & pro defendendis Inquiſitoribus, prove-
niant ab indultis Pontificum, ut longè notavi in
allegatione fiſcali, quam poſui in fine *tit. de judi-*
ciis, *&* *foro comp.* ſi ipſi delinquant, veniant, ab
Inquiſitoribus puniendi, & quod licet aliis fruan-
tur privilegiis, & indultis à Regibus noſtris, id
procedat adjuvando Pontificiam illam conceſſio-
nem, & exemptionem pro miniſtris, & familieri-
bus Sancti Officii, quam Principes ſemel conceſ-
ſam non revocant; & licet in dicta Pragmetica
Velentiæ, & in dicta etiam noſtræ Caſtellæ, vi-
deantur exempti caſus jam adducti, ſed hoc in-
quam, etſi pro bono regimine non fuit mandatum
à ſolo Rege, ſed cum conſenſu Domini Inquiſi-
toris Generalis concordatum gerentis in tota In-
quiſitione Hiſpanica Pontificis vices. † Unde vi-
90 detur regulam eſſe Bullis Pontificiis, & à jure ca-
nonico ſtabilitam, ut Familiares, officiales San-
cti Officii, qui verè tales ſunt ac conſtat, habeant
pro ſe regulam generalem exemptionis fori contra
judices Regios, & quod judices Regii non habeant
de illis cognoſcere, niſi tantùm in criminibus ex-
ceptis à regula jam ſuprà adductis; indeque
procedere, ut quoties regulæ exceptio non ſit
clara, debeat pro regula ſtari.

91 Et ſic fiet, quod Proceres, Barones, cumites,
& tituli queant familiares creari in dicto Valen-
tiæ Regno, dum Banditi non fuerint, nec defen-
ſores, ant faotores Banditorum, item nec turba-
tores pacis publicæ, cum, ut diximus nulle ſit
ratio fortis ſufficiens, quæ privet illos à tanto one-
ro in fraudem Sancti Officii inquiſitionis, etſi de-
linquentes, ut tales, illo privilegio fori jam edep-
to priventur, ut indigni, & effractores pacis pu-
blicæ contra dictam concordiem valentinem. So-
lùm poſſet dubium eſſe an hæc cognitio ſpectet
ad judices Regios, & exiſtimamus ex proximè
adductis pertinere ad Inquiſitores ipſos, ut ſic
videant, deinde judices Regii in prædictos Pro-
ceres, Barones, atque titulos, & Dominos Va-
ſallorum procedere.

Ad ultimam quæſtionis partem, an ſi familia-
92 ris alium diſidans, occidat, vel ſi ipſe diſidatus
ſit, diſidantem occiderit, debeat amittere privi-
legium fori inquiſitionis tamquam qui prodito-
rie occidit, ſecure, aut ex aſſaſſinatu? Et quia
dum hæc ſcribo remiſſus fuit per duos conſilia-
rios ſupremi conſilii Caſtellæ, & alios duos con-
ſilii noſtri Sanctæ Inquiſitionis caſus quidam
de quodam Familiari civitatis Lucenæ, qui diſi-
datus diſidentem facie ad faciem occidit cum ſuo
enſe occiſum etiam cum proprio ſuo rixantem,
ad Regem noſtrum in ſuo magno conſilio, vulgò
la junta grande de competençias, ut ab illa decide-
retur, & audierim diſſenſum conſereutium con-
ſiliariorum pro parte Regiæ juriſdictionis fuiſſe;
quia telis, qui diſidavit, aut, qui diſidatus fuit nul-
lo gaudere debeat exemptionis privilegio † Tum 93
nam per Trid. concilio *in cap.* 19. *ſeſſ.* 25. *de re-*
format. diſidantes ſic prohibitæ ſunt ſimillimæ
torneamentis, quæ etiam prohibita ſunt de jure
noſtro canonico. † Et quia taliter in Regno Fran- 94
ciæ ſunt prohibitæ; quia diſidatores, & diſidati,
item, & eorum filii ſunt infames, & habiti, ut
traditores. † Item quia per *leg.* 10. *tit.* 8. *lib.* 8. 95
recopil. cavetur ut qui ſe diſidaunt, & epiſtolam
diſidationis miſerunt, etiam eorum Patrini, vel
quicumque alii, qui de hujuſmodi diſidatione tra-
ctarunt, opem illis, vel favorem impertientes,
alevoſiæ pœna plectuntur.

Et quidquid per proximè dicta, & alia DD. 96
nonnulli velint tentare, dicendum eſt ut licèt
diſidantes, & diſidati, ac cæteri nominati, tam
legibus canonicis, & Tridentino, quàm dicta
lege Regia Recopil, & Regio mandato, apud
Francos nullo modo ſint annumerandi inter pro-
ditores, & alevoſos delinquentes ad effectum, ut
comprehenſi dicantur Familiares S. Officii in
amiſſione privilegii fori Inquiſitionis, ſicut in
illis delictis eo foro non proteguntur; quia etſi
tot pœnæ canonicæ, & Regiæ ſtabilitæ ſint, qua-
les contra proditorios, & alevoſos familiares, qui
dicto foro gaudere non valent, et quoad hunc
effectum nullomodo comprehenſi dicantur in
amiſſione exemptionis dicti privilegii fori In-
quiſitorum, ſicut illi qui comprehenduntur in
declaratione *dictæ l.* 20. *tit.* 1. *lib* 4. *recopil.* qui di-
ſidationis crimen non eſt proditorium crimen,
nec alevoſiæ culpa; non enim incaute, dolosè, &
cum aſſecuratione aliquid fit; ſed tantùm homi-
cidium, quod contingit, provenit à pactione præ-
via inter rixantes interveniente. † Et ſic fieri, ne 97
ſi familiaris diſidaverit, etiam ſi ibi adverſarium
occiderat, non ideò ſic alevoſus, ſivè homicida
proditorius cenſeatur, ut judicibus ſæcularibus re-
mitti debeat, ſed potius de tali crimine ab Inqui-
ſitoribus cognoſcendum, cum revera ex diſi-
datione, non efficiatur aliquis alevoſus, homi-
cidia; non enim in dictis diſidationibus ad-
ſunt inſidiæ, ſeu alevoſi; ſic ut homicidium ibi
factum dicatur mors ſecura Juxta quod expoſcit
l. 10. *tit.* 26. *lib.* 8. *recepil.* in terminis Caſtillus
de Bobodilla *in Politica cap.* 14. *numero* 40. *&*
41. *aliàs* 39. † Ubi poſtquam dixit occiden- 98
tem alterum in diſidatione eſſignata gaudere
Eccleſiæ immunitate, ad quam confugit, ſi id
accidiſſet in Paleſtra, ſeu rixa facie ad faciem,
armis æqualibus in verbis ibi *quando ſucçede*
en riña, ope lea roſtro, a roſtro, y ſin venta-
jas ſavida, y conoçidamente, Narbona *ad dict.*
l. 20. *titulo* 1. *lib.* 4 *recopil. gloſſa.* 12. *n.* 11. *&* 13.
Nec huic ſententiæ obſtat Trid. quia non dici-
tur crimen illud eſſe proditionis, aut mortis ſecuræ

ſed quod diſſidantes ſint exe immunicati, quibus
Eccleſiaſtica denegatur ſepoltura morieotibus in
ipſo actu, præter alias bonorum, & infamiæ pœ-
nas, ſed non prohibet quem illorum, qui vivus
remanſit, ſi fugit ad Eccleſiam, ut gaudeat immuni-
100 tate illius. † Et minus obſtat *dicta lex Regia* 10.
tit.8.lib.8.recopil. quia hæc tantum diſponit ut, qui
diſſidat plectatur eiſdem pœnis, quibus proditorie,
ac ſecure occidentes plectuntur, ſed non inde ſe-
qui, quod Diſſidantes ſint proditorii, quia diſſidao-
tes ſe juxta duelli leges, de quibus latiſſimè dico
infrà lib. 5. ſub. tit de torneamentis, & de Clericis
101 *pugnantibus in duello.* † non dicuntur, nec ſunt
alevoſi; eo quod rixa paratur cum oſſignatione
campi, oppognando cum trompheis, Patrinis, &
judicibus cum partione ſolis, & concordando in
armis, quibus pugna eſſet injenda juxta quod olim
in diſſidationibus, & campis aſſignatis fiebat, ſicut
præter Alciatum *in tract. de ſingul. certam cap.* 16.
Conrard. *in templo judicum lib. 3. cap. 1. de impe-
rator.* §.3 verb. *duellum prohibere*, advertunt Joannes
de Liguano *in tract. de duello* §. 1. & 2. & §. *circa
quartum* Putrus *eodem tract.* Menchaca *lib. contro-
verſ. illuſtr. cap. 49 à n.* 11. poſt tradita in propo-
ſito poſt Angel. *de maleficiis* in parte *Sempronium
col.3.*verſ. *ſexto quaro* Hypolitus *ſingul.* 181. verbo
mandans fieri conſ.27.n.3.vol.1.gloſſa in cap. Memo-
102 moch am per textum *ibi* 2.q.4. † idem Caſtillo *dicto
n.*41. Ubi explicandò *dict.l.*10 *Regni*, ſolum ait, ut
diſſidans puniatur pœnis quibus alevoſi, & prodi-
torii, ſed non qood ſit alevoſus: nam juxta juris
regulas aliud eſt eſſe quem alevoſum, aliud verò
pœnis alevoſiæ poniri juxta gloſſam verb. *mangones
in l. mercis* 207 *ff. de verb. ſignif.* Narbona *in dicta
l.20.gloſſa.*12.*n.*12. dicens multum hæc duo differ-
re, Juxta quæ latè tradunt Baltol. *in l. ſi maritus* 15.
§. 1. *per totum ff. ad leg. jul. de adulter. in l. ſi is qui pro
emptore* 15.*n.*34 *ff. de uſucapion* & in termiois ſic ju-
dicatum fuiſſe à noſtris conſiliariis noſtri Caſtellæ
ſupremi Regii conſilii onno Domini. 1578. in cauſa
quæ delata fuit per viam violentiæ ſuper morte D.
Didaci Ramirez equitis nobilis originarii hujus vil-
læ Matriti, quem in diſſidatione occidit D. Beltran
de Guebara ejus affinis juxta Rivum *de Balnegral*,
qui fuit reſtitutus ad Monaſterium D. Franciſci,
à quo extractus fuerat per quendam Miniſtrum
volgò *Alcalde de Corte*, qui ut ſequitur etiam
idem Narbona *dicto n.*10. *in fine*, addit ob hanc cau-
ſam delinquentes hujuſmodi, qui ſe diſſidaverunt
Patrinos, vel mediatores ab Eccleſiis invitos ex-
trahendos nullatenus eſſe, nec ob id privilegium
Eccleſiaſticæ immunitatis ceſſare.

103 Et confirmatur exe duobus, ſequentibus funda-
mentis Primum nam etſi ex *l. 5. tit. 22. lib. 8. recopil.*
caveatur ut, eximens captum à carceribus, vel
manibus ſatellitum, eadem pœna plectatur, ac in-
carceratus ipſe afficeretur, ſi adhuc in vinculis re-
104 manſiſſet. † id tameo debeat intelligi cum modi-
ficatione, nempè ut ſi captum propter alevoſinæ
crimen à carceribus aliquis exemerit; non ideo a-
levoſus cenſeatur; quia *in dicta l.5.* ſolum agitur de
puniendo extrahentem è carcere eadem pœna, ac
ponitetur alevoſus, qui eſſet extractus, non quidem
ut extrahens, inde eſſet alevoſus: ſic expendunt
idem Narbona *dicta gloſſa.*12 *n.*14. Azeved. *in di-*
105 *cta l.* 5. *tit.* 10.*n.* 11. † Secundum, nam licet jure
diſpoſitum ſit, ut qui opem, & conſilium præbet
facienti furtum, actione furti teneatur, ut dicunt
Cumanus & Alex. *in l. 3. §. ſi rem ff. de acquirenda
poſſeſſ.* quos ſequitur Didacus Perez. *in l.*29 *tit.*19.
lib.8. ordinam. gloſſa unica poſt medium; ſed non
inde dici illum eſſe verum furem, ac verum fur-
tum commiſiſſe, ut ipſi docent, & Narbona *ſub di-
cta gloſſa.* 12. *dict. n.* 12 & alii communiter.

Unde patet facilius ad noſtrum caſum reſpon- 106
dendum fore in quo Familiares Sancti Officii Lu-
cenæ N. qui occidit N. diſſidantem, eſt juvandus
privilegio fori Sancti Officii, cum ipſe fuerit diſſi-
datus, & diſſidans, qui occiſus fuit. In quo caſu ne-
mini dubium poteſt eſſe, ut quamtumvis Trid. *in
dicto cap.*19. *ſeſſ.*25 *de reformat.* auferat duellorum
uſum, puniendo pugnantes, ac permittentes tot
acerbiſſimis pœnis, non obſtante quocumque pri-
vilegio ſeu prava conſuetudine, etiam immemorta-
li; ſicut æqua lance metiri videantur diſſidatum, ac
diſſidantem, & hoc etiam juxta Bullam Pii V. in-
cip. *ea, quæ à prædeceſſoribus* ſub data idibus No-
vemb. 1560. quæ approbat alias conſtitutiones Ju-
lii. II. Leonis. X. & clem. VII. & aliam Gregorii
XIII. incipit *ad tollendum* ſub data 24. Decemb.
1582, & alteram Clem. VIII. in ſua conſt. incipit.
illius vices, ſub data 2. Septemb. 1592. ubi confir-
mat, declarat, & extendit ſupradictas, & Trid. *in
dicto cap.* 19. † Et juxta alium decretum Piiſſimi 107
Ludovici. XIII. Francorum Regis, qui abolitis, &
caſſatis quibuſcumque prædeceſſorum conſtitu-
tionibus, & irritatis omnibus conſuetudinibus bel-
landi ſingulari certamine, addidit præterea pœnam
contumacibus, & inobedientibus, confiſcationis
bonorum, Dignitatis, nobilitatis quoad hoc ut
gens ſibi ſubdita, facilis ad pognam eximeretur,
hac turpi, & inhumana lavienta, quas refert; & ea-
rum diſpoſitiones Barboſa *in dicto cap.* 19. *n.* 2. 3.
4.5. ubi *n.*1. refert præter ſummiſtas 45. DD. agètes
de duello, & diſſidatione. † Adhuc ex lege naturæ 108
adjuvâtes aggreſſû ex vi defēſivæ legis, diſſidatus nó
eſt in culpa, etſi in aliquo multò minori, eum pro-
vocatus pugnet ut contingit in noſtro Familiari.

Et ita poſt hæc ſcripta ſuo decreto D. Rex noſter 109
Philip. IV. reſponſum præbens conſultationi idem
factæ & porrectæ die 4. novéb. 1660. per noſtrum
conſilium & viſa conſultatione conſilii ſupremi
Caſtellæ, ſequentibus verbis, terminavit in favo-
rem inquiſitionis ibi *etendidas las circonſtancias de
eſte o dicho reſuelto que el proceſo ſe remita a la inquiſi-
cion a quen toca el conocimiento de la cauſa* quo miſſo
per ſuam majeſtatem atque lecto in noſtro conſilio
præceptum fuit; ut ſcriberetur epiſtola ad inquiſi-
tionem Toletanam in qua ſe præſentavit D. Gomez
Muño de angulio occiſor familiaris S. Officii de ci-
vitatis Lucenæ numero, ubi diſſidatus Dominum
Martinum de Guzman diſſidantem incolam illius
civitatis & ſic jam vides quam juſtè prædictus fami-
liaris ſe præſêtavit petens defêdi ab inquiſitoribus.

QUÆSTIO LX.

An ſi tributorum & collectarum leges Regi ferantur ſuper farina, tritico, ordeo &c. in pecunia numerata pro ſingulis fanecis, vel quod de centum fanecis Regi ſolvantur quinque, quæ vocatur dimidia decimatio, poſſint eſſe juſtè in noſtris Regnis caſt. etſi in aliis Regnis ſolvantur? Et an ſi juſtè fuiſſent reſpectu laicorum ratione cauſæ publicæ, poſſent, & conſtringere Eccleſiaſticos ſine aſſenſu Pontificio.

SUMMA-

SUMMARIUM

1 *Farinæ tritici collecta imponenda diu in conſerentiam ſapientiſſimorum propoſita, & nondum reſoluta,* & à n.8.9.10. & 11.
2 *Tributorum Juſtificatio* remiſſivè.
3 *Farina, & tritici collecta practicatur in diverſis Regnis, ac provinciis, & de ratione* à n.4. & 7. & n.14. *de fundamentis* à num.36. 54. & 55.
5 *Tributa dicuntur Juſtificata, ſi juxta proportionem facultatis imponantur, & in rebus, quæ ad negotiationem ſpectant* num.6. & à num.20. 22.
7 *Archiepiſcopus Tapia quid conſuluit Regi Philippi.IV. Aragoniæ exiſtenti anno.* 1646. à numero 16.
8 *Tributum imponi ſuper molendinis fuit in conferentiam deductum anno* 1650. *& de ratione Juſtificat illum, aliis tributis ſublatis* n.9.
10 *Millionum contributio incommoda repræſentata fuit anno* 1618. *in quodam memoriali Regi Philipo III. porrecto.*
11 *Farinæ contributio iterum anno.* 1660. *in conferentiam, à multis approbata; ſed ſuſpenſa ex voto alterius, ut* n. 12.
12 *Tributum dimidiæ decimationis ſuper granis præſtanda ab agricolis fuit in conferentiam deductum anno* 1655. *& de Inquiſitione* à num. 13.
13 *Farina, ſeu tritici, aut decimationis contributio conſideratur ſufficiens, ut ceſſent cætera ſiſſarum quodam computo,* & n.14
14 *Tributum farinæ, & tritici videtur ut generaliter reſpiciat omnes, & magis ſuave, ac liberum a fraudibus, & in diverſis Regnis practicari,* & n 15.
16 *Farinæ tritici, molendinorum, ac dimidiæ decimationis tributum improbatur ex numeris ſequentibus,* & n.35. & n.39.
17 *D.R.M.Fr. Martinez confeſſarius noſtri Philip. IV. Regis, impugnat contributiones imponi ſuper farina molendinis, & tritico, item de dimidia decimatione, multis fundamentis, & experientiis ex* n.18. *& juſtificatur de illis* n.19.
18 *Pauperiores gravabuntur nimis in contributione farinæ, tritici; item Agricolæ ipſi.*
20 *Tributorum juſtificatio ex Cajetano, & aliis Doctoribus refertur ex* n.21. & 22.
22 *Siſſarum, & millionum impoſitio ab anno.*1592. *in his Regnis juſtificata refertur.*
23 *Panis valor debet eſſe pretii moderati, ne tumultus excitentur à popularibus.*
25 *Horrea publica ſunt in oppidis, & civitatibus, ut provideatur Charoſtiæ panis, & ab antiquo etiam inventa,* n.26.27.& 31. *& de cura in noſtra Hiſpania* n.20. *& quare* n.30.
27 *Frumentum eſt nervus totius Reipublicæ, quo nihil eſt ad vitam conſervandam convenientius; quod ſi deficiat parat tumultus.*
28 *Tritici venditio eſt neceſſaria.*
29 *Annona præ vitio ſemper attenditur.*
30 *Tritici ſpecies apta eſt correptioni, in cujus cuſtodia debet eſſe magna cura.*
31 *Horreorum diverſa genera ad diverſas ſpecies antiquites invenit.*
32 *Tritici cuſtodia commendata nimis ab antiquitate ad diverſos effectus,* & n.33.
33 *Frumentaria largitio quantum creverit antiquo refertur.*
34 *Collecta imponenda ſuper farina dicitur impracticabilis.*
35 *Fames in nulla alia ſpecie urgere poteſt quàm in chareſtia panis.*
37 *Farinæ tributum ſæpius impugnatum in curiis, refertur ab anno* 1587. & 1509. *nec ad illud deventum noſtra Hiſpania à Mauris devaſtata, ut* n.44. & 45.
38 *Petrus Gregorius adductus pro tributo farinæ expenditur aliis.*
39 *Decimationis dimidia imponenda collecta ſuper granis agriculturæ improbatur* n.40, & 41.
40 *Agricolis, & coloni ſi collectarentur in granis cito egerent, fierentque deſertores agriculturæ, ut* n.43.48 & 50.
41 *S.Joan. Chriſoſthomi pulchra verba pro Agricolis.*
42 Cap.47. Genes. verſ. 24. *& explicatur* n.57. 58. & 59.
43 *Siſſarum, & millionum tributa tollerabiliera ſunt quam ſuper farina, & granis.*
45 *Agricolæ hodie in majori egeſtate ſunt, quam erant anno* 1619 *quando ſuper farina negatum fuit imponi tributum &* n. 56.
46 *Tributa plura ab anno.*1619. *huc uſque inventa ſunt, quæ deploratam Rempublicam reddunt, ut* n.47.
48 *Agricultura jam ſunt magnæ expenſæ.*
49 *Agricultura omnium artium convenientior cæteris, eſt in Republica, ad quam invitarunt antiqui, ut* n. 51.
50 *Agriculturæ deſertio excitatur per contributiotionem in granis* & n.52. & 53.
52 *Agricola in, noſtra Caſtella privilegiis induliti ſunt, ut invitentur ad colendam terram.*
54 *Collectæ in farina, tritico, aut molendinis, etſi licerent, impracticabilis conſiderantur in Regnis Caſtellæ, quamvis practicentur Aragoniæ, & alibi in minima quantitate,* & n. 55.
55 *Tributum farinæ in aliis Regnis ſuſtinetur; quia impoſitum cum magno temperamento, in Caſtella non, & de differentia politica naturali.*
57 *Decimæ debentur Miniſtris Eccleſiæ omni jure.*
60 *Farinæ, ſivè tritici, aut dimidiæ decimationis contributio, adhuc ſi liceret Rege imponi inter ſuos Vaſallos, non in Eccleſ. ſine aſſenſu Pontificio* n. 61. 62. 63. *& his ſecluſis, inutilisfore, ut* n. 64.

MUltis ab hinc annis ſæpius à conclaviſtis Regiis in hac curia Matritenſi fuit conſerentiatum ſuper harum gabellarum juſtificatione, eo inquam prætextu, quod cætera graviſſima, & incomportabilia tributa, quæ nunc uſitantur, cauſa multiplicis belli hucuſque impoſita in curriculo noſtro magni Regis Philippi.IV. ex integro tollerentur; quia per ſolam collectationem, de qua in præſenti dubin, putabatur ſufficienter poſſe ſublevari omnes ingentes neceſſitates, & oppreſſiones Regis, & Regni, & dum viri doctiſſimi, experti, verſati admodum, ac practici, ſummi, magis, ac magis in dies colloquuti ſunt, non eſt viſa dies, in qua decerneretur ſuper hujuſmodi gabellatione intrinſece eam non faciant injuſtam, extrinſecè tamen eam, ut nimis depravatam, ac turbulentam inſpiciunt, ac ruminantur, in tantum, quod dum hæc ſcribo fuerint factæ, ac in præſēs fiant plures conſerentiæ à peritiſſimis conſiliariis pro politico gubernio, etiā in foro poli & fori diſſertatoribus, tū Theologis ſapiētiſſimis, tū juriſtis, & canoniſtis conſūmatiſſimis 1

tiſſimis pro bono publico, & conſcientia Regis deſtinatis, & ſic quæ ad manus venere propoſitiones, & concluſiones hinc inde ventilatæ pro licita, aut injuſta contributione collectæ à me tranſcriptæ laconicè, & reſumptivè gradum faciam ad ultimum difficultatis punctum, ſuper quo loquemur quia eſt noſtri inſtituti infra in verſ. *ad ſecundam*; & quia multum illius reſolutio dependet à digeſtione primæ difficultatis; ideò leges quæ ſubſequuntur.

2 Ad primam difficultatis partem, præmiſſis cauſis de quibus ſolent differere Doctores pro juſtificando quolibet tributo gabellis ſivè collectis quas ſolent congregare ad longum diſputantes de materia tributorum, de qua infrà *in cap. omnis anima.* 2. & aliis de cenſibus, ubi propriè reſidet illa; & aliquid ſub hoc textu in nonnullis præcedentibus quæſtionibus attigerim; ideò nunc deliberatè curram per fundamenta, quæ honeſtant, & per alia, quæ inhoneſtant, ut ſic in ſingulis propoſitionibus ventilatis, vera apprehendatur in uſu practico reſolutio, precor Deum, quod illuminet ſenſum, mentem, & intellectum meum, ut ſine nebula tanta, & tam gravis difficultas retorquens ingenia, & lucubrationes tot prudentiſſimorum virorum mihi parvulo in omnibus aliqua veritatis ſcintilla applicetur.

3 Igitur pro juſtificatione omnimoda ſolent repræſentari ſimiles gabellationes cæterorum Regnorum, ut ſunt in Regno Aragoniæ, & Valentiæ, & in Republica Genevenſi; item etiam in Regno Siciliæ, & in civiate Romana, ut audivi à concivibus dictorum Regnorum, provinciarum, ac civi-
4 tatum. † Item quia triticum, & Bladum, quibus Significantur omnes granorum ſegetes, ſunt proportionata materia ad dictas contributiones, ſicut alia, quæcumque mercimonialia rerum comeſtibilium, ut carnium, aceti, Olei, vini, &c. quæ ſunt deſtinata ad victum, & communem Reipublicæ ſuſtentationem, in quibus, ut jam ſæpius hic diximus tributa, & collecta pro communi, & publica Regum neceſſitate, licitè imponuntur, ſic poſt antiquos in ſitiſis, & millionibus, qui ab anno 1592 incœperunt, (ut memini *ſuprà ſub.q.*39.) docent Fr. Joan. de la Cruz *in ſumma p.*7. *præcepto de reſtit. art* 3. *dubin.*1. Trulenque. *lib.*7. *in præcepta Decalogi cap.* 11. *dubio.*6. *n.*44. de Caſtillo *de Juſt. & jure lib.*2. *tr.* 29. *diſp.*1. *dubio.*2. Fr. Eman. Rodriguez *in ſumma* 2. *tom. cap.*73. *conclus.* 1. Bartholomeus de Sancto Fauſto *in ſpeculo confeſſor. de reſtit. diſp.*33. *q.*22. Jacob. de Graſſis *deciſ. aur. lib.*2. *cap.*24. *de gabell. n.*8. Suarez Legendus *lib.*5. *de legib. cap* 26. *à n.*3. Gutierrez *de Gabellis q.*3. *n.*44. Diana *tom.*1. *tract.*11. & Bulla cruciata *ref.*38. Cardinalis Lugo de juſtitia tom.2. de juſta diſtributione in imponendis gabellis *diſp.*36. *ſect.*2. *n.*24. Salon *de juſt. & jure tom.*2. *de vectigal. art.*3. *controverſ.*6. M. Fr. Marcos Serra *in* 2.2. *q.*62. *art.*3. Sylveſter verbo *gabella*, Navar. *in manuali c.*17. *n.*202. Leſſio *de juſtitia & jur. lib.*2. *cap.*65. *dubio.*7. Aragon. *de juſt. & jure q.*62. *art.*3. verſ. *res exempta*, Molina *tom.*3. *de juſt. & jure diſp.* 668. Vaſquez *opuſculo de reſt. cap.*6. *de gabellis. dubio* 2. *n.*29. 30. & 31. Regioald. *in ſuma tom.*1. *lib.* 10. *cap.*25. *ſect.*1. *n.*366. Valentia *tom.*3. *diſp.*5. *q.*6. *puncto.*5. Luis de Torres *de juſt. & jure diſp.*46. *de gabellis dubio.*3. *num.*4. Thomas Sanchez *in con-*
5 *ſil. moral. tom.*1. *lib.*2. *cap.*4. *dubio.*44. † Qui & alii Dicentes, ut juſtificata ſint tributa quotieſcunque imponuntur, ſi juxta proportionem fa-
6 cultatis imponantur. † Etſi in his rebus conſtituantur, quæ ad negotiationem, emptionem, & venditionem pertinent, non autem in his, quæ quis ad uſum, & neceſſitatem ſuam acquirit. S. Antoninus *p.*2. *ſummæ tit.*1. *cap.*15. *de rapina* §. 9. *de pedagiis*, quatenus dicit de pedagiis, quæ exiguntur ſuper Blado, vel vino, vel aliis hujuſmodi, quæ quis defert, vel deferri facit & magis ad propoſitum, & in tritico videtur fatari Azor. *lib* 5. *moral. cap.*21. † qui poſtquam dicit, non eſſe condem- 7
nandum morem, quo gabellæ imponuntur carnibus, piſcibus, vino &c. addit etiam *frumentum* & D. Archiepiſcop. Hiſpalenſ. Petr. de Tapia *lib.*4. *de legibus q.*11. *art.*8. qui licet pro hac ſententia conſultus, atque vocatus, quando erat Epiſcopus Saguntio. ad Cæſar Auguſtan, anno præterito 1646. ubi tunc Rex noſter Philippus IV. degebat propter bella contra Francos, & Catalonos, ubi in conferentiis Doctiſſimorum, & in quibus primo fuit diſputatum circa juſtificandum, necne tributum, ſcilicet de imponendo gravamine quatuor dragmatum ſuper ſingulas fanecas farinæ, qui in favorem hujus impoſitionis tunc votum protulerit, ſicut teſtatur noviſſimè D. R. P. M. Joan. Martinez confeſſarius D. Regis Philippi IV. teſtis de viſu, & conferentiarum noviſſimè in ſuo per illuſtri tractatu, & de tritico, diſcurſ. 5. 6. & 7. inter alios tractatus rerum practicabilium, quem abunde Typis mandavit hoc anno 1660. ac ipſe Archiepiſc. ſatis demonſtrat tunc ſenſiſſe, etſi poſtea aliter ſentiat in dicta *q.*11. *art.*8. in verbis ſequentibus *hæc ſunt, quæ magnopere reddunt arduum hoc tributum* (*nec ſi meam ſententiam proferre fas eſſet*) *illud probarem*, & proſequens addit alia, in quibus contrariam ſententiam manifeſtè tenuit, etſi ſubterfugere futili diſtinctione intendat ibi *ſi enim aliquando in ejus favorem aliquid dixerim, non ad praxim, ſeu executionem, ſed ſpeculationis gratia attenta ſola, ſpecies ejus abſtracta à circumſtantiis.*

Et ſic de cauſis juſtificantibus dictum tribu- 8
tum quatuor Dragmatum ſuper ſingulis fanecis farinæ, iterum poſt dictum annum 1646. fuit revocatum ad conferentiam publicam in curiis anni 1650. in quo jam tunc diſcutiendi, & juſtificandi cauſa fuit, quod per propoſitam impoſitionem, ceſſaturæ eſſent omnes aliæ contributiones, & Siſſæ, de qua relevatione in primis non fuit aliquid dictum, & ne horrori fuiſſet Vaſallis tributi nominatio ſuper *farina* alio nuncupato nomine tale tributum dicendum eſſe ſuper molendina vulgò *ſobrelas moliendas*, & refert idem D. R. P. M. Fr. Joannez Martinez, etiam teſtis oculatis, fuiſſe porrectum memoriale Domino N. Regi, & in curiis repreſentatum Mai 17. dicti ann. 1650. incipit *Señor la obligacion de contribuir*, & finit, *y Remitta al Reyno, que con la noticia y la conferençia ſe ajuſtè lo mas conveniente.*

Ad cujus juſticationem inter alia capitula, 9
hodie non tractari de nova impoſitione, ſed tantùm de ſubrogando huc uſque impoſitis in aliam, & quod prædictum molendinarum medium fuit conferentiarum in diverſis curiis tempore Regis Philippi II. ad auferendam Alcavalam, & ut in ejus locum ſubrogaretur, & quod illud conſtantiſſimè fuit approbatum à Conſiliariis Cameræ, viſis memorialibus diverſis pro hujus tributi juſtificatione, & in exequendo facilitate & ſimilis gabella ſuper farina, aut tritico amplexa fuit, ut honeſta etiam ab impugnantibus curialibus, ſi ea impoſita aliæ antiquiores ceſſarent,

ceſſarent, dicendo hanc eſſa illis anteponendam,
10 out conventiorem. † Et quod anno præterito 1618. porrectum ſuit Regi Philippo III. Ubi perpendebantur damna magna, quæ oriebantur ex millionibus, & è contra illa commoda allevatio onerum, ſi hæc impoſitio tantùm curreret ſubrogata loco cæterarum, & in tantum convenientius fore exiſtimarint Regii Miniſtri ſuperiores Regum Philip. II. & Philippi III. intelligentes ex adverſo mala, quibus Caſtellæ Regna opprimuntur procedere ab impoſitione millionum.

11 His, & aliis juſtificationis capitulis refertur conſultos fuiſſe Theologos celeberrimos hujus Curiæ temporibus hiſce, & quod ab omnibus fuerit approbatum dictum tributum ſuffragia ſua ſcripto mandantibus, eaque ſubſcribentibus, addentes illi, non ſolum eſſe juſtum, & licitum; imò in conſcientia neceſſarium; ita ut deberet Rex noſter imponere ſubrogando illud loco antiquarum contributionum millionum, & ſiſſarum.

12 Hæ enim conferentiæ de impoſitiona quatuor Dragmatum ſuper qualibet faneca farinæ, ſive molendinarum, admodum fuit conferentiata dicto anno præterito 1650. quæ uno ex conferentiæ votis ſubverſa fuit nec hucuſque decreta, qui etiam refert ad longum adducens pro utraque parte fundamenta, anno ſequenti 1655: conferentiatum acerrimè fuiſſe ſuper alio medio, ut ſequitur; nempe quod quilibet Agricola, & Colonus ſolveret Regi quandam mediam decimationem, de centum quinque, ſeu ex qualibet faneca tritici Dragma unum, & ex qualibet faneca ordei, & centeni dimidium Dragma. Et fundamenta, quibus conantur hujus impoſitionis auxiliatores juſtificare dictum tributum, ſunt proximè adducta; ſiquidem Agricolæ & Coloni, qui impoſito hoc tributo eſſent eo gravati, ex alia parte relevarentur à cæteris contributionibus ſiſſarum, quibus plus onerantur.

13 Et ad majorem juſtificationem pergunt memorialiſtæ, & conſulentes ad computum inter ſolatium, quod recipiont contribuentes, ſublatis ſiſſis, & millionibus, cum illo minori gravamine, quod reſultat ex ſubſtitutione dictæ impoſitionis farinæ, ſeu dictæ mediæ decimationis. Hanc tranſactis hiſce contributionibus ad farinam, triticum, ordeum, & centenum, vini contributio, quæ auſertur eſt quindecim marapetinorum in qualibet *acumbre*, & in qualibet libra carnis marapetinorum octo; & quod qui hodie abſumit quotidie unam carnis libram, aliamque uni *Azumbre*, ſolvit ex tributo 25. merapetinos, etſi attenditur ad contributionem propoſitam farinæ, & molendinarum, concesſo, quod quælibet perſona inter majores, & minores abſumet unam panis libram, non ſolvet etſi multùm gravetur ultra duos marapetinos, quia in qualibet faneca tritici poſſunt conſiderari 42. panes duarum librarum; & ſic oriri, ut computo facto de pane florido; medio, & infimo cocto, & quod quælibet perſona, quæ comedit quotidie duas libras, adhuc erit gravata, ſi ex alia parte abſumat unam libram carnis, & unam *Azumbre* de vino ferè in 20. marapetinis, & ſupereſt contributio aceti, & olei, quæ uno eſt parum conſiderabilis. Et ad verificandam dictam ratiocinationem dividunt conſulentes in octo claſſes perſonas, quæ poſſunt contribuere, *primam* Ducum, Magnatum, titulorum, equitum, atque miniſtrorum, *ſecundam* religionem, *tertiam* particularium perſonarum, quæ ſunt divites in bonis, aut in mercantiis, *quartam* Agricolarum, qui habent famulos ad greges agriculturam, & armenta, *quintam* Officialium miniſtralium Reipublicæ, *ſextam* mercenariorum, *ſeptimam* puerorum, & mulierum, *Octavam* pauperum mendicantium; & quod in illis nihil ſupponit dicta impoſitio, concludentes ex hac geometrica computatione inveniri, & clare probari, magnates, titulos, Religiones, Agricolas, & divites famulos habentes, eſſe majores collectatores, quam pauperes, etiam in farina, & tritico, quam Officiales, miniſtrales, & pauperes mulieres, & pueri; & ſic dictam impoſitionem non plus gravare, pauperes; & quod licet in materiis gubernii nequit poni regula certa, ſed evinci, ut certius dictis contributionibus panis, æquabili omnimodo gravari divites, ac pauperes, quam in contributione carnis, vini, aceti, & olei; eo quod divites ſoleant has ſpecies commodiori pretio, & in magna quantitate emere vulgo *teniendolo por junto*; pauperes verò emendo minutatim in Tabernis publicis ſiſſis, & tributis magis gravari, & ex aliis etiam conſiderationibus.

Et confirmatur quia dictum tributum farinæ, 14
aut tritici, reſpicit generaliter omnes, & cum æquali, & juſta proportione, nam omnis farina conſumenda, non poteſt non pertranſire manifeſte per molendinos, atque adeò nemo poſſet ſubterfugere hanc contributionem ſecundùm proportionem ſuæ poſſibilitatis, & ſumptus; tum quia hoc tributum eſt minus ſenſibile, minuſque oneroſum, & ſubditis magis æquale; quoniam ditiores plus farinæ conſumunt, atque adeò plus ſolvent hujus tributi, quàm pauperes; & quia exactio hujus tributi non indiget tot miniſtris; & quia eſt multùm ſuavior adminiſtrandi, & exigendi; imo, & utilior, utpote uberior contributio; item quod hoc medium ſit minus ſubiectum fraudibus, & ſumptibus, & moleſtiis inſligendis ſubditis; & quia ob has, & alias cauſas eſt poſitum hoc tributum in Italia, & in aliis Regnis, & Romæ; præcipuè ſicut refert D. Tapia Archiepiſc. Hiſpalenſ. Videndus *in Theolog. morali tract. de legibus q.* 11. *art.* 8. ubi *num.* 4. addit in noſtro Regno impoſitum eſſe *Alcavala* tributum ſuper tritico; & quod non eſt repertum majus inconveniens ſpeciale; eo quod ſit tributum ſuper tritico. Et addit etiam quod ſic in exteris Regnis non eſt expertum grave damnum ex eo, quod imponatur ſuper farina; imo ut levius videatur ferri à Republica; & ſic evenire, ut liberius maneat commercium cum Regnis exteris in aliis ſpeciebus vini, olei &c. quibus abundat Hiſpania; & quod impeditur per tributa ſiſſarum commercium nationibus.

Quare dicunt authores, atque Theologi hujus 15
tributi multo congruentius eſſe, & ferè neceſſarium, attentis ſtatu, & circunſtantiis Regni; ſiquidem, ut proteſtantur, tale tributum non additur aliis, ſed tantùm ſubrogatur, cæteris ſublatis, & caſſatis; & ſic manere ſolùm levius multùm in ſubſtantia, & in modo exigendi illud; indequè amplectentes, ut cenſeant optimum medium Regi, & ſubditis, & bono communi imponere ſingulis menſuris farinæ duodecim modiorum vulgo *fanega* quatuor argenteos Caſtellæ ſolvendos in ipſis molendinis ab aſportantibus triticum molendum, ad quod ſat eſſe in ſingulis molendinis fluviorum aſſiſtere unum adminiſtratorem, qui exigat, recipiat, & ſervet contributionem, & de

ea reddat rationem Theſaurariis Regis: ſic etiam D. Archiep. Hiſpalenſ. *dicto art.* 8. *num.* 1. Ubi dicit hoc tributum non eſſe intrinſecè ex ſe malum; quia nullo Jure eſt prohibitum, & in eo ſimiliter procedere, ac in juſtificatione cæterorum tributorum, ſiſſarum, & millionum. Et ego addo ex dictis relatis ſundamentis, ut videatur facilius, æquius, convenientius, & omnibus ſubditis minus gravius; quia gravamen, quod ſingulis accreſcitur ex hoc tributo, decreſcit in triplum ex ceſſatione, ceſſatione, & quitantia cæterorum tributorum, cum cætera omnia comeſtibilia, & utenſilia minori pretio veniant neceſſario emenda ab omnibus divitibus, & pauperibus, qui cum in plurimum degant expenſis divitum, ut titulorum, equitum, mercatorum, ſive agricolarum facient, ut onera impoſita ſuper pane plus gravet divites, quàm pauperes, hoſtiarios, mercenarios, aut incolas.

16 Hæc, & alia de hac difficilima in praxi quæſtione alii D D. agentes ab illo tempore, & nunc quando etiam tractatum eſt de alio illo tributo, nempe decimatione quinque fanecarum ex centum, non amplectuntur; imò adducta, & alia fundamenta refutant, & explodunt acerrimè defendentes nunquam in praxi licuiſſe, nec ad præſens, nec in poſterum licere poſſe, & fundantes hanc ſententiam, dicunt ut quamvis in imponendis tributis non requiratur æqualitas mathematica inter ſolventes; ſit tamen ſervanda moralis ſecundùm poſſibilem æquitatem, maximè erga pauperiores ſubditos, non mendicos, qui tributa non ſolvunt, cum eleemoſynis ſuſtentarentur, ſed eos, qui exiguas habent facultates, & labore manuum ſuarum vivunt, & ſuſtentantur, quibus ferè unicus victus, & ſuſtentatio eſt panis. Sic noviſſimè conſideravit Doctiſſimus Archiepiſcopus Tapia, unus ex principalioribus ſuffragiis contrariæ ſententiæ, quando ſuum præſtitit interrogatus à Principe, & conferentians cum aliis votantibus in congreſſibus ad id deſtinatis, qui ſecum poſtea magis, ac magis conſideratus *in dicto tract. de legibus dict. quæſt.* 11. *lib.* 4. *art.* 9. acerrimè defendit non poſſe ſententiam contrariam ad praxim redigi; quia in hoc tributo non ſervatur æqualitas ex proximo fundamento, conſiderans quod in his Regnis ſunt Agricolæ paſtores mercenarii, & Officiales, ſolo pane, & pulmento caulium, vel aliorum olerum vivunt, hujuſque claſſis eſſe innumeros homines, non ſolùm pueros, & fœminas, ſed etiam viros, qui ſolo pane, & ad ſummum pulmento ſuſtentantur, quibus ultima adderetur miſeria, & afflictio, ut nihil ſibi ederent ſine onere tributi, addens quod iſtæ perſonæ ſunt valdo utiles, & neceſſariæ in Republica, ſine quibus ipſa poſſet conſiſtere; indèquè ſubſequi, ut ſi gravarentur, vel deſiſterent à labore agrorum, vel ſugerent ad alias provincias, ubi ederent, ſaltem bucellam panis ſine amaritudine tributi, firmans hoc afferre magnum Reipublicæ incommodum, ne dicat totalem ruinam: ita ille *n.* 2. alia conſiderans, & reſpondens fundamentis contrariis *à n.* 3. de quo aliquid *infra*.

17 Sed quia magis noviſſimè Doctus, & Pius D. Magiſter Reu, Fr. Joannes Martinez noſtri magni Philippi IV. Confeſſarius, & noſtri Conſilii Collega, fuerit ſemper in voto, ut mihi aliquoties manifeſtavit, dicendo non ſolùm illud tributum eſſe inæquale plus gravans pauperes, quàm divites, ſed imo injuſtum, & omnino inpracticabile, & ut teſtis oculatus conferentiarum ab hinc plus annis 12. videns, & audiens Theologorum, ac Juriſconſultorum contraria ſuffragia, ipſequè ſolus aliquando reſiſteret; imo quod in quadam urgentiſſima oppreſſione, dum jam properaret tributi publica impoſitio auribus omnium ſubditorum promulganda per Pragmaticam ſanctionem, ut moris eſt, colloquutum ſuiſſe cum Rege noſtro, qui tunc temporis mandaverit ſuſpendi tractatus, ſicut & in bis proximè diebus, etiam decretum, quando conſideratis diverſis mediis per conſulentes, & inter illos iſtum, & poſitos in quæſtionis noſtræ præambulo, decreta ſuit in fine menſis ſeptembris hujus anni 1660. noviſſimè alia Pragmatica ſuper triplicandam æream hujus Regni monetam, ut ex emolumento, cederent Regi emolumenta, ad minus quinque millionea pro debellando, ſive recuperando Regno Portugaliæ à Duce Bergamiæ nunc ab annis 20. detentatore, & uſurpatore, quæ illico intra quindecim dies caſſata ſuit propter innumeras difficultates, quæ ſe ſe illico obtulerunt, & inter alias, ne ſubditi egre ferentes, turbarent Rempublicam, & Regnum propter manifeſtam carentiam comeſtibilium utenſilium & aliorum mercimonialium, quæ cœperant irruere, ac in pane quotidiano exprimebatur; ſiquidem in dictis quindecim illis Diebus illius emendicatio inſpiciebatur; & quod inveniebantur panes cocti, quilibet duplicis libræ, excedebant à pretio communi, in quo currebat ante illius promulgationem plus marapetinis octos; & inſuper moneta argentea, & aurea abſcondetetur à Ditioribus animo æſtimandi plus pretio exceſſivo, quod nunquam habuerit; quibus omnibus deſolatio Reipublicæ minabatur, ſicut una voce omnes Doctores; imò & populares conſiderabant. Et ob id, cum hæc ſcribo 12. Octobris dicti anni animus noſtri magnanimi Principis, qui pro omnibus viribus conatur ſolatium ſubditorum, eſt apud nos manifeſtus cudendi aliam novam monetam, ex mixtura æris, & argentei, & valoris intrinſeci; utinam exequatur loco totius æris monetæ, quæ tam facilis eſt, ut mutetur, ſicut ſæpius ab anno 1628. 1642. 1651. & anno præterito 1659. experti ſumus magnis quidem incommodis omnium Regnorum, & exceſſivis commodis, ac lucris Regnorum exteriorum.

Igitur prædictus P. R. in ſuo tractatu perutili 18
doctrina, ac etiam exemplis ad oculos manualibus, & palpabilibus diſcurſo 5, de tributo ſuper farinam ex *num.* 1. §. 1 proponons tres concluſiones. Primam, ut impoſitio quatuor Dragmatum ſuper quamlibet fanecam farinæ eſſe injuſtum. Secundam, ut ſi inpracticabilis exactio facienda in molendinis. Tertiam eſſe graviter nocivam paci, ac quieti ſubditorum Regis, proponens *à n.* 3. conſiderationes in quolibet tributo imponendo permittendas, plene etiam *à n.* 6. probans dictum tributum eſſe injuſtum, nimis inæquale, ac gravoſum Agricolis, aliiſquè officialibus, & mercenariis computo mathematico, illo ſcilicet, quod divites qui abundant frequenter carnibus, vino, ac aliis comeſtibilibus magnæ ſubſtentationis, parum panis abſumunt; ſiquidem cum quinque fanecis, & dimidia farinæ abundanter degunt in integro anno; ſed Agricolæ, Coloni, Paſtores, cæterique laboratores, cujus præcipua ſubſtentatio eſt panis, abſumunt in quantitate exceſſiva plus, quàm illi, & ad minus quilibet 17. ſanecas farinæ, comprobans ex verbis Platinæ, qui loquutus de

famæ,

famæ, & Chariſtia experta, tempore Pontificatus Gregorii XII. in civitate Romæ, ea verba protulit: *quare homines pauperiores, qui parum obnoxii comedunt, ſed nudo ferè pane nutriuntur, ſæpè una*
19 *vice octo vajocos in pane conſumerent.* † Et poſt alia ipſe *n.* 11. ait quod ipſe practicarit miniſtrando Agricolis camporum cultoribus pro ſingulis Diebus cuique pitantiam trium librarum panis cocti, concludens, ut quælibet harum perſonarum quotidie conſumat plus, quàm quilibet alius dives duas libras panis cocti, qui *n.* 13. probans etiam pauperes eſſe in multo majori numero, quàm divites; & in quolibet populo, & civitate, & conſequenter evenire inæqualitatem tributi in pane, potius quàm in alia qualicumquè ſpecie de his, in quibus alia tributa ſunt impoſita, & *n.* 14. 15. & aliis rationem præſtat, quia mercenarii vulgo *Jornaleros* corporaliter laborantes, & cum ſudore quantitatem triplicem conſumunt pro una, quàm conſumunt Divites: & addens numerum dictorum mercenariorum triplo alio excedere numerum divitum nobilium, & mercatorum, opulenter ſe ſuſtentantium, evidentius apparere de injuſtitia dicti tributi: *num.* 18. §. 2. ſatisfaciens objectantium communi fundamento, nempe quod panis æqualiter neceſſarius eſt divitibus, & pauperibus; quia etſi ſic procedat, conſiderata vitæ humanæ ſuſtentationa, ſed eſt inæqualis reſpectu abſumentium ad effectum juſtificandi tributum hoc æqua lance inter divites, & pauperes, ad quod notanter applicat verba S. Thomæ *lib.* 4 *de regimine Principum cap.* 9. ibi: *quartum eſt gravamen minorum propter majores, comparantes enim gratiam potentum oppreſſione innocentium, quæ negotiatio eſt valde iniqua, & Diabolica*, & Salvianum in ſequentibus verbis *hoc ipſum quamvis duriſſimum ſit, & inhumanum, minus acerbum erat, ſi omnes æqualiter, atque in commune tollerarent, illud indiguint, ac pœnalius, quod omnium onus, non omnes ſuſtinent; imo pauperculos homines tributa divitum premunt, & infirmiores ferunt Sarcinas fortiorum.*

20 Et inſuper ipſe R. M. ad literam adducens pro hac ſententia clarioris nominis Doctores præſtantiſſimos *in* §. 3. *n.* 40. refert verba ſequentia Cardinalis Cajetani *in ſumma* verbo *vectigal*, verſ. *vectigalia iniqua*, in quorum explicatione ſunt etiam plures alii neoterici interpretes ut referuntur; igitur ex Cajetani verbis ſatis deducitur pro hac ſecunda ſententia ibi: *ex forma ſunt vectigalia injuſta, quæ æqualitatem proportionabilem non continent, ſed plus gravant minus gravandos, ſicut enim communes honores æqualitate proportionabili diſtribuendi ſunt, ut digniores plus honorentur &c. ita onera communia ſic diſtribuenda ſunt, ut ſecundùm ratam à quolibet tollerentur, & propterea injuſta ex forma ſunt vectigalia, quæ onerant improportionabiliter; hoc eſt plus gravant minus gravandos; & hæc manifeſtè videntur, quæ pro his, quæ vehuntur ad uſum proprium exiguntur; quoniam radix uſus eſt, & indigentia; ita quod quanto homo magis indiget, magis utitur; qui enim plures habet filios, plus indiget, ac per hoc plus utitur; & ſic conſequenter plus ſolvit vectigalis, ac per hoc de primo ad ultimum, qui plus indiget, plus gravatur de vectigali, quod eſt iniquum: ita ille*, & ex aliis Martini de Ledeſma *in* 2. *p. fol.* 158. *col.* 4. ad finem ibi *qui ut proprio neceſſitati ſuccurrat; rem aliquam emit, & lex illa, et ratio reclamare videntur: nam tunc non qui plus habet, aut plus lucratur, ſed qui plus eget, amplius ſolvit*, Cardinalis Toletus *in ſumma lib.* 5. *cap.* 73. *ſub. num.* 3 legendus in verſ. *ſecundam*, & in fine illius per verb. ibi revera injuſtitia committi, cum plus ſolvat, qui plus in proprios vehit uſus; plus autem invehit, qui plus indiget, quomodo ergo juſtum eſt plus exigere à plus indigente?

Et tem hanc alii proſequentes ſpecialiter lo- 21
quentes de tributo ſiſſarum, & millionum, qui in modum creverunt apud nos loquitur Alphonſus de Caſtro *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 5. verſ. *ſed quia ibi ſtatuitur, namquè in prædictis oppidis quoddam extraordinarium tributum quod in lingua Hiſpanica dicitur* (ſiſa) *& eſt aliquid certum additum ultra pretium taxatum, tum pro libra carnis, aut piſcis*, & ibi *hic modus diſtributionis ad ſolvendum tributum conjicitur eſſe injuſtus, ex his, quæ ſupra diximus; quoniam juxta illud non ſervatur æqualitas proportionis, quæ debet eſſe inter tributum, quod redditur, & facultatem reddentis, nam artifices mechanici, ut ſutores, Sartores, & alii ſimiles, quamvis paucas, aut mediocres habeant divitias, ſæpè habent multo majorem familiam, quam alii cives multò ditiores; quia pro arte mechanica, quam exercent oportet illos habere multos operarios, quos Domi habere tenentur; & inde ſequitur quod multo plus carnes, & piſces emere cogantur, quam alii cives, qui ſunt multo ditiores &c.* His accedunt Layman *tom.* 1. *ſum. ſect.* 5. *tract.* 3. *de tributis, & vectigalib. cap.* 3. *num.* 3. Durando *in Bulla cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 5. *q.* 5. *&* 6. Salas *de legibus q.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 15. *ſect.* 10. *num.* 120. Soto *de juſtitia lib.* 3. *q.* 5. *art.* 7. Fr. Anton. de Cordova *in ſumma q.* 95. *ad finem*, Bonacina *tom.* 2 *de reſt. q.* 9. *puncto* 1. Petr. Navarr. *de reſtit cap.* 2. *lib.* 3. *n.* 236. *ſelut.* 8. Armilla *q.* 6. *num.* 344. Sayro *de cenſur. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 6. Filiucio *tom.* 2. *tract.* 28. 17 *de obligat. ſubditor. erga Principem n.* 114 Bartholom. de Medina *q.* 96. *art.* 4. Pater Luis *de verá reſponſ. moral. lib.* 1. *cap.* 13. *fol.* 149. Fr. Petr Ledeſma *tract.* 7. *de juſt. diſtribut. fol.* 188. Fr. Luis Lopez 1. *p. inſtruct. cap.* 186. *de tributis, & vectigal. fol.* 440. Hoſtienſis *in ſumma lib.* 3. *de cenſibus num.* 30. & plures alii dicentes tributa, & collectas ſolum imponendas in mercibus, quæ tranſportantur de uno loco ad alium; & ſic *port oriunt*, & *Alcavalam*, aliamve *ſiſſam*, non vero ſuper rebus comeſtibilibus, quibus quis eget ad proprium victum, & familiæ; indéquè eas defraudantes non peccare.

Et pro Cajetano, & aliis facit doctrina Conradi 22
reſponſ. caſuum conſc. n. 135. Ubi interrogans, num licitus ſit uſus, quem habent nonnullæ civitates, & oppida imponendi tributum in pane, carne, aliiſquè rebus ad ſolvenda ſcilicet Salaria Medicorum, Magiſtrorum Scholæ, reparationis Pontium, aut itinerum &c. & negat cum hæc gabellatio neceſſaria, ſit inæqualis, in qua plus gravantur pauperes non gravandi, quàm divites, qui potius debent gravari; & quod tributa tantum imponi poterunt ſuper rebus, quæ inſerviunt negotiationi: nam res, quas quis fert pro victu, ſunt à gabellis exemptæ, qui & loquitur in verbis ſequentibus: *reſpondetur, ſi res vendantur pluris, quam ſi hujuſmodi Collecta non fierent, illicitum eſt, quia non ſervatur diſtributiva juſtitia, cum ad hujuſmodi pecuniæ ſummam imponendam tantùm pauper, quantùm dives pendat; imo plus pauper, quàm dives ſolvit. Dives enim panem non emit, ſed pauper tantùm emit; concludendum ergo eſt, quod ſi talis*

collecta fieri debeat, ſervetur juſtitia diſtributiva &c. & ibi num. 136. *quod ſit juſta forma in illis, ne juſtitia violetur, ne plus minus graventur gravandi, & cogantur ſolvere pro his, quæ ad proprium uſum conſumuntur, evenit ſæpè, ut qui plus indiget, plus ſolvat, ut videre eſt in eo, qui plures habet filios, neceſſe eſt, ut plus provideat, ſic plus gravetur ex vectigali, quod eſt iniquum, & contra charitatem, quod fieri videtur* (Proh, dolor,) *hac noſtra tempeſtate, ut pauperes præ Divitibus civitatum præferant onera,* & ibi, *quod hujuſmodi vectigalia imponi nequeunt, niſi ſuper his, quæ cauſa negotiationis vehuntur; quoniam quæ pro uſu ſuæ familiæ, ab aliquo deferuntur, ex antiquiſſimis legum decretis exempta ſunt; unde in conſcientia non ligant ad aliquod ſolvendum.* De his inquam nullum debetur pedagium; quia non datur, niſi de illis rebus, quæ cauſa negotiationis, ſeu mercimonii vehuntur, ut dixerunt ſupra Hoſtienſis, & alii per *l. omnium Cod. de vectigalib. ex l. univerſis* per quām Toletus *ſupra*, & Sotus *dict. q. 6. art. 3.*

23 Et quamvis tutè poſſint ſententia ſuſtineri nempe, ut tributa, vulgò *ſiſſas, y millones* ſuper carne, vino, aceto, aut aliis comeſtibilibus poſſint imponi, ut praxis obſervat in his Regnis ab anno præterito 1592. ut retuli *ſupra q.* 13. *& q.* 39. & in aliis, non obſtantibus conſiderationibus pro hac ſecunda ſententia politis; & etiam, ſi revera aliqua eſſet inæqualitas inter contribuentes; ſic ut pauperes plus graventur in illis perſolvendis, quam divites. At in caſu, de quo loquimur, etſi ſæpius conferentiato, numquam uſus, ac praxis admiſit propter graviſſimos caſus turbandæ pacis publicæ, ac difficili admodum modo in practican- 24da illius tributi exactione. † Primo patet, quia ſemper in qualibet mundi Republica, ut convenientius amplexum eſt, quod panis non plus pretii valeret, quam oporteret ad commoditatem vendentium, & ementium perſæpius in quam noſtris temporibus experti ſumus ex Careſtia panis, etiam provenientę tantùm ex pretio exceſſivo illius ultra communem taxam, Jurgia, ſeditiones, ac tumultus in oppidis excreviſſe, ſicut de hac curia Matritenſi, civitate Toletana exemplificat R. P. M. Fr. Joannes Martinez *dicto diſcurſo* 5. *de tributo farinæ ex n.* 128. *&* 131. cum aliis, & vidimus etiam in civitatibus Granatens. Hiſpalens. & Cordubæ, ac in aliis, & in aliis conſiderat legendus Archiep. Tapia *ſub dicto lib 4. de legib. q.* 11. *art.* 9 *& n.* 3. cum aliis.

25 E contra etiam multis ab hinc annis in civitatibus, & in oppidis ſingulis noſtri Regni eſſe Horrea publica vulgo *Alondigas*, aut *Alholies*, in quibus aſſervantur innumeri modo tritici deſervientis ad ſubſtentandas ſingulas perſonas cujuſque oppidi præcipuè in annis ſterilibus, ne incolæ fierent mendigi, propriaſque patrias deſererent, ut crebò contingit, quoties deficit prædicta preventio; indéque provenire leges & ordinationes Regias ſtrictè præcipientes, ut uſitantur dicta Horrea, frumentaria, ne diſſipentur, ut ſpecifice cavetur Pragmatica *de los poſitos*, quæ eſt hodie *l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *recopil.* Videndi Tyraquellus *de cauſa pia privilegio* 150. Bobadilla *in politica lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 137. cum multis in gloſſa *ibi*.

26 Nec hoc eſt inventum de novo; nam ut Caſſiodorus refert, Pompeius, & de Auguſto Cæſarem, annis ſterilibus, dabant gratiosè triticum Reipublicæ, ad huncque finem inſtitutam fuiſſe legem Clodiam annonariam deſcribunt, & videndæ ſunt leges, 1. & 2. ubi gloſſa 1. *Cod. de conditis in publicis Horreis lib.* 10. Ubi cum infinitis plura ex antiquitate referens *ibi* legenda D. Franciſcus de Amaya, & per totum titulum *Cod. de frumento urbis conſtant. & de frum. Alexand. eodem lib.* 10. Ubi Doctores innumeri, & idem Amaya, qui alia tradit videnda *in tit. ut nemini liceat in emptione ſpecierum ſe excuſare, & de munere ſitoniæ*; imò & Imperator Conſtantinus inſtituit ut ex Horreo fiſci daretur populo quantitas magna tritici, quod idem poſtea præcepit in majori quantitate præſtari Imperator Theodoſius, in tantùmque practicatum, ut prætenſores Imperii hoc medio uterentur ad labefactandum populum, & ut bene apud degentes in Republica audirentur.

Eſt enim frumentum nervus totius Reipubli- 27 cæ, quo nihil eſt ad vitam conſervandam convenientius, teſte Ariſtotel. *lib.* 6. *politicor. cap.* 8. Valles *de ſacra Philoſophia cap.* 27. Laſſarte *de gabellis cap.* 23. n. 7. Bobadilla *lib* 3. *politicæ cap* 3. *num.* 6. & in quo publica utilitas, quæ ſuprema lex eſſe conſtituta eſt, *l. mulierem* 13. *ff. de accuſation. l.* 3. *in fine ff. ad leg. Jul. de annonis*, quod ſi deficiat in populo, parat tumultus graves ſicut apud Suetonium legimus in arctiori annona ortos, & in Claudio *cap.* 18. teſtatur in arctiori annona ob aſſiduas ſterilitates, Imperatorem in medio foro detentum fuiſſe turba, convitiíſque, ac ſimul fragminibus panis ita inſtructum, ut egre evadere in Palatium valuerit, ſicut & tradiderunt Oroſcius *lib.* 7. & Tacitus *lib.* 12. *annal.* alia tradit videnda D. Franciſcus de Amaya *in l. unica dict. tit. ut nemini liceat à num.* 8. Ubi probat abundè in neceſſitate compellendos eſſe quoſcumque ad vendendū. † Triticum, ne populares fame pereant, quia 28 ut Caſſiodor. adjicit *lib.* 4. *epiſt.* 5. neceſſitas moderamen non diligit, nec leges poſſunt obſervare jejuni populi, & totum ſolet fames contemnere, ut ſuam neceſſitatem expellat.

Unde annonæ prævitio ſemper attenditur, cu- 29 ratur, & multis privilegiis afficitur, vel eleganter inſinuat Lucanus *lib.* 2. ibi *ſumma favoris, annona momenta trahit*, & docent Lucas de Pena *in l.* 1. *n* 4 *cod. quibus muneribus lib.* 10. Corſotus *ſing.* 120. Bald. *conſ.* 406. *lib.* 5. Socinus *regula* 435. Borrell. ad Bellugam *in ſpeculo Princip. Rub.* 1. verſ. *præſidere*, Azevedus *in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. ubi Matienz. *& in l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *recop. in præfat. num.* 4. quam legem omnino leges; quia in ea cavetur ad praxim noſtræ Hiſpaniæ quanta cura ſit adhibenda impoſitis tritici publicis ad fugendam populorum famem, Roland. *conſ.* 8. *n.* 1. *& ſequent. tom.* 3. Caſtillo *de tertiis cum multis cap.* 9. *ex n.* 24. Bobadilla *in politica* cum aliis etiam *dicto lib.* 3. *ex n.* 6. *&* 11. *cap.* 3. *& dicto lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 298. & cum aliis multis Amaya *in dicta l.* 1. *ex n.* 14. qui & *in l.* 1. *Cod. de conditis in publicis Horreis* poſtquam *n.* 1. *&* 2. dicit, quod Horreorum publicorum cura injungitur Præſidi, qui debet ea farta, & teſta habere, & cuſtodita, ne pluviis infecta frumenta depereant, ut etiam commedat Conſult. *in l. ſi in aliam* 7. *§. ædes ſacras, ff. de officio proconſul. & in l.* 18. *tit.* 6. *lib.* 3. *recop & in cap.* 23. *de los corregidores*, ubi Aviles; & Azeved. *in dicta l.* 18. *recopil.* & quod olim curatores operum publicorum fuere, qui etiam vocati Curatores Satorum tectorum in publicis monumentis ex Buleng. *lib.* 4. *de Roman. Imperio cap.* 39. & quod præcipua eſſet neceſſaria cura in Horreis reparandis *l.* 2. *cod. de ſuſceptor. lib.* 10. † Addit ex Seneca *de brevitate* 30 *vitæ*.

vita cap. 19. & ex D. Auguſtino *in pſalmo* 85. Ideò ſic cavetur; quia duæ frumenti partes pluvia, & vetuſta conſumuntur, qua etiam de cauſa in dicta lege Regia 9. *tit.* 5. *lib.* 7. *recopil.* fuit attentè præventum remedium ſuper tritico poſiti conſervando, cum qua diligentia,& cura,in qua ſi deficiant Prætores, præterquam quod erit reſidentiæ caſus, punientur ut negligentes, & idem Amaya *in Rub. dict. tit. cod. de conditis publicis ex num.* 1. explicans ſori eorum differentias, & quod fuerunt aliqua ſubterranea, alia penſilia in editiori parte Domus collocata, quæ Varroni *ſublimia* Vitruvio *ſublimata lib.* 6. *cap.* 9. Collumelæ *penſilia*
31 *dicta.* 4. & 5. † quod Horrea maximè in uſu apud antiquos fuerint, in quibus frumentum, hordeum, vinum, oleum, aliæquè ſimiles ſpecies, verum merces, reſquè aliæ mobiles, quamtumvis pretioſæ ſolebant reponi indequè quædam frumentaria, vinaria, olearia dicerentur: ſic oſtendes ex *l.* 1. *Cod. de locato, l. Dominus* 55. & *ſequent. l. cum in plures* 60. *§. locato ff. eodem l. celſus ff. ad exhibend. in pr. l. ſi verò* 5. *§. horrearius ff. de his, qui dejecerunt l.* 3. *§. effractura ff. de officio Præfecti vigil. l. clavibus* 74. *ff. de contrahenda empt. l. tabernam* 7. *ff. de fundo inſtruct. l. pediculis* 32. *§. idem* 4. *ff. de auro*, & *argento l.* 3. *§. finali ff. de penu legata, l. Titius* 60. *ff. de acquirendo rerum Dom. l. vulgaris* 21. *§. certè* 6. *ff. de furtis l.* 2. *cod. de periculo*, & *commodo rei vendita, l. ſi pignus* 9. *cod. de pignorititia act.* & quod aliqua fuerunt horrea publica in civitatibus minutiſſimis, quæ ferè erant capita provinciarum ex bonis authoribus probans.

32 Et præcipui quidem effectus, quibus condi triticum ſoleret, erant tum ad milites paſcendos, tum quæ ad frumentationem populo exhibendam deſtinabantur, ut conſtat ex Vegetio *lib.* 3. *de re militari cap.* 3. Claudian. *de bello Gildonico verſ.* 52. Simanch us *lib.* 3. *c.* 55. cum multis, explicat idem D. Franc. de Amaya legendus *in dicta Rub. cod. de condit.* & *ibi à n.* 9. & *in l.* 1. *eodem*, ubi addit *n.* 3. & *à n.* 22. quod frumentaria largitio fuit ſolemnis ad conciliandam plebem Romanis, ut obſervarunt Caſaubon *in Sueton. Aug. cap.* 42. ubi etiam Beroal, & Torrent. Lypſiuc *lib.* 1. *elector. cap.* 8. & *lib.* 2. *de magnit. Roman. cap.* 10. Bullenger *lib.* 6. *de Imperio Romano, cap.* 9. & cum aliis idem Amaya *lib.* 3. *obſervat. cap.* 4. *à n.* 27. Cabreros *de*
33 *metu lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 65. † idem Amaya *in dicta l.* 1. *n.* 24. addit, ut creverit prædicta frumentaria largitio ſub Imperatoribus uſque ad Conſtantinum Magnum, qui cœpit donatum frumentum diſtribuere in pane cocto, ut docemur *in l.* 1. *cod. de frum. urbis Conſtant. l.* 1. *cod. de annonis civil. l.* 8. & 9. *cod. Theodoſ.* & quod poſtea auxerit Theodoſ. Major *in l. penult. Cod. Theodoſ. de annonis civicis, juncta dicta l.* 1. *cod. de frum. conſt.* & *ibi n.* 26 addit Amaya ex Caſſiodor. *lib.* 11. *epiſt.* 5. ex Cujacio *in præf.* & *in dicta l.* 1. *de frument.* ex Pancirola *adnot. Imperat. Orient. cap.* 16. & *lib.* 2. *variar. cap.* 209. prædictum morem, cæteros quoque Principes obſervaſſe, & apud nos obſervari per *dict. l.* 9. *tit.* 5. *recopil.* ubi Azeved. *cap.* 6. *num.* 12. & quod hujuſmodi panes dicti ſunt *civiles*, vel *civici*, quia vel ex publico dabantur, vel civibus erogabantur; & ita ſimiliter dicerentur *gradiles*; quia ex quibuſdam gradibus diſtribuebantur & *fiſcales*, quia è fiſco, ut tradiderunt Lypſius *de magnit. Roman. lib.* 2. *cap.* 10 *ad fin.* Cujac. *in dicta l.* 1. *Cod. de condit.* & *in l. hac edictali §. his illud, cod. de ſecund. nupt.* Demonſter. *in Roſin. lib.* 7. *antiquit. cap.* 38. *circa medium*, Salmas *ad Voſpicum fol.* 34. Forner. *in notis ad Caſſiodor. lib.* 9. *epiſt.* 5. Bullenger *lib.* 6. *de Imper. Roman. cap.* 15. & 16. *ad finem*, idem Amaya *in dicto l.* 1. *n.* 26. & 27. & *in dicta l.* 1. *cod. de frum.* verb. *conſt.* & facit *tot. tit. cod. Theodoſian. de annonis civicis*, & *pane gradili* ſuper quo videndus idem Azeved. *in dicta l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 7. Recopil. *in proœm. num.* 10. imo & refert ex Baronio idem Amaya *tom.* 2. *ann.* 201. *n.* 1. in veteri numiſmate videri liberalitatis effigiem in gradibus aliis collocatam, hominibus aſcendentibus panes præbere, & huc pertinere illud Prudentii *lib.* 1. *contra Simach.*

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

Ex quibus, & aliis, quæ relati DD. & alii au- 34
thores bonarum litterarum adducunt de abundantia curanda rei frumentariæ ad populi ſuſtentationem, patet quam impracticabilis ſit collecta imponenda ſuper farina, tritico, aut pane cocto; ſiquidem apud Nos ſic ſterilis, ſive abſondita redderetur annona, ut pauperes, & populares præcipuè perirent fame ex Careſtia propter pretii augmentum, & propter difficilem adminiſtratorum exactionem faciendam in molendinis, ſicut eam ex multis rationibus conſiderat R. P. M. Fr. Joannes Martinez *dicto diſcurſo* 5. *toto §* 5. verſ. 2. *concluſ.* quod eſſe páci inimica nimis, ut conſiderat *toto §.* 6. *ex num.* 128. ſicut patet ex proximè adductis, qui & in toto *diſcurſu* 6. impugnat longè rationes præſentati memorialis, quod per diverſos capitulos honeſtat tributum imponendum quatuor Dragmarum ſuper quamlibet fanecam farniæ *ibi* omnino legendus ex *num.* 9. ubi latè conſiderans, ut multu inpracticabilior ſit collecta in tritico, farina, & pane; quàm vino, ac cæteris mercimoniis, in quibus ſiſæ, & milliones nunc practicantur, videtur claudere diſcurſum (etſi alia poſtea dicat) cum verbis Philonis, quibus præſtatur cauſa, quare fuerit proviſor panis, & non vini proviſor ibi: *puniuntur autem non eodem modo, quandoquidem in harum rerum uſu, eſt differentia, cibus neceſſario ſumitur, vinum minus utile cenſetur: nam ſine mero vivunt homines contenti, fontanis ſitim reſtringere; quamobrem Princeps Poncenarum recipitur in gratiam priſtinam; quippe qui peccavit in minoris negotio momenti piſtorum, Princeps verò non impetrat veniam, uſque ad ultimum ſupplicium procedente ira, aut ſecus hac in culpa graviſſima, nam Ciborum defectus mors ſequitur: quapropter qui hac in re peccavit lege Talionis ſuſpenſus necatur, & quod aliis intulit ipſe patitur; quippe patitur, qui eſurientes, & ob ipſo pendentes diuturna famo cruciavit.*

Si enim, ut jam ſcriptum relinquimus in nulla 35
alimentorum ſpecie fames urgere valet, ſicut in neceſſitate frumenti, & famis, de qua Oroſcius, & tacitus meminere ſupra relati, etiam mentio fiat in actis Apoſtol. *cap.* 11. ubi Agabus, afflante ſpiritu ſancto prædixit futuram famen per totum orbem terrarum, quæ fames cum tantum per ſeptem, aut octo dies Romæ duraverit, grave quidem malum ſit appellata, acſi per paucos dies in illa civitate, teſtante Tacito *lib.* 4. *annalium gravi diſcrimine nutabat, quod decem, aut amplius dierum ſub Veſpaſiano frumentum in horreis eſſet*, & clarius Livius declarans, *decade* 1. *lib.* 2. *pag.* 28. ſicut refert Amaya *in dicta l.* 1. *cod. ut nemini liceat lib.* 10. *n.* 13. in verbis ſequentibus, *cum & foris quieta omnia, & Domi ſanata diſcordia, aliud multo gravius malum civitatem invaſit, Caritas primum annona ex incultis per ceſſionem plebis agris*

fames;

fames; deinde qualis clauſu ſolet, ventumque ad interitum ſervitiorum utique & plebis eſſet, ni conſules providiſſent, dimiſſis paſſum ad frumentum coemendum, & de Careſtia frumenti, aut difficultate in ejus emptione relata damna, potius ſuperveniant in Republica, quàm ex carentia cæterarum mercium, etiam ad victum à natura præparatarum; quid mirum, ut nunquam prædictum tributum poſſit eſſe licitum; & quod Archiep. Hiſpalenſ. *in dicto lib. 4. de legib. q. 11. art. 9. num.3.* dixerit illud tributum ſuper farinam; hoc eſt ſuper communiſſimum alimentum, ſeu victum, durum ſemper viſum fuiſſe; & quod cunctis ſubditis, ſpecialiſſimum, atque ingentem horrorem ingerit, ut ipſa experientia teſtatur, quoties inſinuata eſt hæc impoſitio, addens tributum debere eſſe populis gratum ſecundùm regulas prudentiæ gubernativæ, vel ſaltem non ita horribile, & infectum, ne fraudes, & tergiverſationes quærant; quemadmodum viſum fuit, & ego vidi *in tributo ſalis*, cum tamen ſal non ſit ita neceſſarius, ac panis: ita ille vir Doctiſſimus.

36 Ex quibus provenit quod licet, præter alios, quidam ex votantibus licitam impoſitionem dixerint hujus tributi; tum quia ea licet imponi, ſicut in aliis Regnis practicatur; tum quia hujus impoſitione Reſpublica manebit libera ab aliis ſiſſis, & millionibus; tum quia ſi licet imponi ſuper carne, vino, & aliis ſpeciebus, ſic & ſuper pane, & quia hoc remedium in farina habet eam geometricam proportionem, quæ requiritur in juſtificatione tributi, cum illud libere Rex percipiat, liberando Rempublicam ab ingenti copia exactorum cætera recaudantium cum multis impenſis Reipublicæ, & vicinorum, & ex aliis fundamentis relatis à R. P. M. Fr. Joanne Martinez *ſupra diſcurſu 6. de tributo molendarum* § 4. *ex num.* 55. illud quidem juſtificans ex Petri Greg. Doctrina *lib. 1. de Repub. cap.*4. & ex aliis, cuis, & cæteris contradictoribus, ac fundamentis Memorialis dati noſtro Regi Philippo IV. reſpondens R. P. Sigillatim videndus antea *à num.* 1. & in toto 5. diverſo ſufficienter fundat dictum tributum eſſe injuſtum, vel ſaltem inpracticabile, & nimis horrendum.

37 Et probat ex *à n.* 76. à verſ. *lo en eſto paſo*, ubi referens ab anno 1587. in quo cœptum fuit de imponendo hoc tributo tempore Regis Philippi II. offerentis tunc caſſare, & annullare tributum *Alcavala*, aliaſque collectas illius temporis; dicit eam impoſitionem impugnatam à Regno, nec admiſſam. Et quod licet poſtea anno 1609. tempore Philippi III. de ſimili tributo imponendo, refricatum fuerit, tamen ſemper à Regno impugnatum, & excluſum, & quod ſæpè aliis vicibus, quoties in conferentiam deductum eſt, repulſum fuerit, ſicut in noſtra hera, indèquè R. P. Magiſter concludit quod ſi in illis temporibus conceſſum fuit, ſed non executum fuerit; quia inpracticabile; ſin autem nunquam admiſſum eſt; quia maximè injuſtum, ſeu admodum inconveniens, hoc præcipuè tempore, in quo Vaſſalli contribuentes pauperiores degunt; & ut confundat Theologorum contrariæ ſententiæ, & cæteros ſequaces illius ſuffragii exemplo civitatis Granatenſis confundit illum Doctorem; ſiquidem apparet, ut formata ab illis 16. menſe Auguſti anni 1650. in eodem illo menſe, dicta civitas Granatenſ. arma arripuit, incolæ ad campum pergentes; ſic ut ab eo loci concordarent cum Miniſtris Regiis illius Cancellariæ ſuper ceſſione illius impoſitionis, quæ reſpectu aliarum civitatum etiam ceſſavit.

38 Quod ſi legatur Petr. Gregor. *ſupra* apparet nihil noſtræ ſententiæ obſtare in verbis, quibus fundatue Theologus ibi: *exigitur hic ſapientia, Princeps, prudentia, & conſilium, à quibus rebus potius exigat, quàm ex aliis, & ut potius ex rebus, quæ ad victum facilem pertinent, non exigant, ſed ex his, quæ minus nocere pauperibus poſſunt.* Ex quibus perſpicuè patet quam malè pro ſua ſententia adductus ſit tantus Doctor, nec oberit, ut comprobet juſtificationem hujus tributi ex doctrina Thomæ Sanchez; quia iſte author tantùm loquitur de ſiſſis, ceteriſque collectis impoſitis ſuper carne, vino & aliis ſpeciebus, quas ut injuſtas impugnat dictus Theologus, & tantùm juſtificat hoc farinæ tributum.

39 Et quibus etiam, & aliis, quæ latè ſcribit ruminans, & impugnans fundamenta contraria D. R. P. M. Fr. Joannes Martinez *toto tract.* 5. & 6, ibi ad ſaturitatem legenda, eſt minoris impedimenti ultima tentativa de imponendo alio illo tributo dimidiæ decimationis dicto præterito anno 1655. ſuper quo fuit conferentiatum, & practicatum à Procoratoribus civitatum hic Matriti in curiis exiſtentibus contra Agricolas, & colonos, pro quibus loquens *in toto diſcurſo* 7. R. P. M. per 4. §. §. apertè probat hoc tributum ipſis Agricolis, & incolis eſſe potius graviſſimum quàm cætera, & manifeſtans quanto populi hujus Regni propter tributa hucuſque impoſita in deſolationem, magnamquè ruinam incidiſſe, magis, ac magis hoc tributo profligandos eo, vel maximè, quia temporibus hiſce, ipſi Agricolæ, & incolæ ſunt admodum egeni ex carentia mercium; item & famulorum inſervientium ſalariis, & plurimum onerati tributis, & ſiſſis, quorum cauſa, nec reſpirare valent; ſiquidem in annis fertilibus triticum, & panis vileſcit, & anno ſterili, carent tritico, & pane, cum terra non germinarit, & expenſas grandes pro cultura, & cura impendendo, ſit ut magis, ac magis temporibus profluentibus, ipſi pauperiores degant, & fiant deſertores camporum, ac populorum, vicini deſerant proprium locum, ſicut ponderat depopulationem totius Caſtellæ, & aliarum provinciarum adjacentium.

40 Et inde ego cum illo, & aliis concludendo diſcurſum, auſus ſum firmare, quod ſi dictæ dimidiæ decimationis tributo de novo idem Agricolæ onerarentur forte ante tempus, deterioratio magna contingeret in populis, gravatis Agricolis, & incolis eo novo tributo nimis incomportabili. Nec obſtat dicere ceſſatione aliorum tributorum, pretia cæterarum mercium, quibus egent pro eſu, & veſtitu Agricolæ, coloni, eorum famuli, & ſervitores, commodiora fore, & propter id ipſos Agricolas aleviandos eſſe, tum in ſalariis famulorum, tum in pretio mercimonialium emendarum pro ſubſtentatione domus, & agriculturæ, & non diminuto tritici pretio, aliarumque meſſium, ipſos abundatiores, ac ditiores exiſtere, non obſtante quod ultra decimationem, quam lege divina debent ſolvere Parochis, & aliis de Eccleſia benemeritis, poſſint neceſſitati Regi ſubvenire; quia reſpondetur ex ea impoſitione dimidiæ decimationis integrum onus tributi cadere ſuper agricolas, & colonos, qui permaximè gravarentur cæteris habitatoribus civitatum, & ditioribus alleviatis, quod per iniquum fore nemini dubium poteſt eſſe.

Et

Digitized by Google

Et patet ex verbis S.Joannis Chriſoſtomi *tom.*
41 *2.homil 20.* ex variis in Matthæum ibi: *ſi quis enim diſcuſſerit quomodo miſeris, & ærumnoſis utuntur agricolis, ipſos videbis Barbaris crudeliores: nam famæ deficientibus, & per totam laborantibus vitam continua inſuper, & intolerabilia injungunt tributa, laborioſaque præfiniunt miniſteria, & velut aſinis, vel mulis; imo vero quaſi lapidibus illorum corporibus utuntur, nec minimum quidem ſinentes reſpirare, ſive terra præbeat, ſive non præbeat, ſimiliter, & illos fatigant, nec veniæ quidquam illos indulgent, quo quid ſit inclementius cum per totam Hyemem fatigati, & gelu, & imbre, Vigiliiſque conſumpti: vacuis receſſerint manibus; & inſuper etiam debentes; & pluſquàm fauem hanc naufragium procuratorum quæſtiones, & inde leges, exactioneſque ſimul, & abductiones, & inevitabilia miniſteria timentes, & exhortantes? Quis dicere poſſit quæſtus, quos ab eis negotiantur, & circumventiones, quibus eos defraudant, ex eorum quidem laboribus, atque ſudoribus torcularia replentes, & lacus; ipſos autem nec minimam partem domum referre permittentes, ſed totum fructum in ſua condentes iniquitatis delia, & pauxillum eis argenti pro his erogantes. Porro novas quoque fenerum formas excogitant, nec Græcorum quidem legibus ſancitas, mutuorumque ſcripta multo maledictionis plena componunt. Nec enim quotamcumque totius portionem, ſed dimidiam exigere conantur; & hæc exigitur cum is; & conjungem habeat, & alat infantes, homoque ſit, & propriis aream, ut torcular laboribus impleat, ſed horum, nihil cogitant. Propterea cum Propheta dicendum eſt(obtupeſce cælum, & perhorreſce terra, in quantam feritatem elevatum eſt hominum genus.)*

Sed quia in Divinis literis *cap 47. Geneſis*
42 *verſ.24.* Joſeph tributarit ſubditos Regi in verbis ſequentibus ibi: *quintam partem Regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibam famulis, & liberis veſtris,* Populuſque Ægiptius Joſepho præſtitere inde gratias, videtur hoc quidem tributum Agricolia non eſſe gravoſum, præcipuè ſi conſideremus nec ipſia agricolia moleſtiam infligi ex ea integra decimatione, quæ Jure Divino, & poſitivo Canonico ſolvitur ab agricolis, & terræ cultoribus, ſine colonis, ſcilicet ex decem unum, ſive ex centum decem. Vide aliquid *in c. 1. de offi. Archypresbyt. q.1.ſub n.15.*

Tamen reſpondetur hoc quidem tributum non
43 eſſe imponendum, ut nimis gravoſum agricolis & multò plusquam aliud adductum farinæ, ſeu cætera alia tributa ſiſſarum, millionum, Alcaval, & aliorum, cum hæc recadant etiam ſuper mercatores, Divites, alioſque vicinos, locorum officiales, etſi pauperes modo ſupra dicto; ſed prædictum hoc ultimum dimidiæ decimationis ſuper ſolos Agricolas, qui ſi contribuant, etiam in millionibus, & ſiſſis, ut hodie impediuntur contribuendo in hoc pauperrimi, præſto fient, & deſertores camporum. Quod ſi impoſito hoc tributo, cætera millionum, ceſſarent, ut promittitur, eveniret, quod tantùm agricolæ eſſent tributarii mercatores, ac ditiores alii non item; ob quod etiam agricolæ deſolati proruperent ad deſertionem agriculturæ ab ævo nimis commendatæ, uti prima, & potior Reipublicæ medela, ut jam diximus, & dicitur infra, & multis reprobat hoc tributum, etiam ut impracticabile R.P.M.Fr. Joannes Martinez *in dicto tract.7.* ꝗ.4. qui à *numer.* 59.

* reſpondens verbis Joſeph *in dicto cap.* 47. *Geneſis*, ait unquam in egeſtate illa magna, quando à Mauris devaſtata noſtra Hiſpania, armis opreſſa, ac quotidianis conflictis agitata, ad hoc tributum deventum fuiſſe; etſi alia impoſita reperirentur, cum conſtet illis non ſufficientibus aliquando, ut tempore Regnum Catholicorum Ferdin, & Eliſabeth; occupatum fuiſſe omne argentum Eccleſiarum, & retuli *ſupra in fine q* 39. quo facto inſpicitur, quod ſi de facili dicta dimidia decimatio poſſet imponi, ad eam potius deventum eſſet.

Si enim hoc tributum nunc liceret quando agri- 45
colæ magis depaupertati ſunt, quam erant anno 1619. vivente Rege Philippo III. cujus regnantis tempore, ut vidimus maxima tranquillitate gaudebat tota noſtra Hiſpania; imo & cætera alia Regna huic adjacentia, conſultum Caſtellæ ſupremum conſilium, jam tunc conſiderata depopulatione civitatum, & populorum inter alia, quæ conſideraverat pro reparatione, non ſcriberet ſequens Conſilium in verbis ſequentibus ibi: *el quinto remedio es, que los labradores. cuyo eſtado, es el mas importante dela Republica; por que ellos la ſuſtentan, conſervan, y cultrvan le tierra de ellos depende la abundancia de los frutos, y aun la contribuçion de las cargas Reales, y perſonales. que ſon terribles las que tienen ſobre ſi a cuya cauſa ſeban acavando muy a priſo, para que no vengad en tanta diminuçion, conviene animarlos, y alenterlos dandoles privilegios,* & qualia ea præmeditarentur conferenda agricolis contra gabellas, & exactores narrat idem R.P.M *in dicto*
tract.7. ſub §. 1. & *n.8.* † qui ponderans a tali con- 46
ferentia, & decreto Conſilii uſque ad hæc tempore tranſactos eſſe annos 41. & propter calamitates, belloque orta cum Rege Franciæ, aliiſque confinantibus prope provincias noſtri piiſſimi, & Catholiciſſimi Regis Philippi IV. exceſſiva alia tributa ſiſſarum ſuper ſpeciebus carnis, vini, olei aceti, Sacari, Tabachi, Papyri, ſigillati, ac alia ſpeciebus, ſeu modis, quibus omnes ſubditi, & præcipuè agricolæ ad ſumum gravati ſint, plus aptius, ac fortius poſſumus ac debemus repetere alia dicta Conſilii ſupremi verb, quæ tunc proximè adductis addidit: *a tento a la deſpoblacion, y falta de gente, que es La mayor que ſe a viſto, ni oydo en eſtos Reynos deſpues que los progenitores de V. M. Començaron à Reynar en ellos, porque totalmente ſeba acavando y arruinando eſta Corona, ſin que en eſto ſe pueda dudar no proveyendo nueſtro Señor de el remedio, que eſperamos mediante la piedad, y grandeça de V. Mageſtad y que la cauſa de ella naçe de las demaſiadas Cargas, y tributos impueſtos ſobre los Vaſſallos de V. Mageſtad, los quales viendo que no los pueden ſoportar, es fuerça avan de deſamparar ſus hijos, mugeres, y ſus caſas por no morir de ambre en ellas, y irſe a las tierras de donde eſperan poderſe ſuſtentar, faltando anejio a los labores de las ſuyas, y al govierno de la poca hazienda que tenian, y les avia quedado.*

Si tot tantaque incompatibilia tributa, nunc 47
temporis graviſſima conſiderabantur, & ampliora prope infinitam ſummam ab eo tempore uſque ad præſens impoſita reperireatur; nonne poterimus explorare, quod Salvianus ſuo tempore deplorabat in verbis ſequentibus, ſicut R P.M. repetit gentilibus *in dicto ſuo tract.* & *ibi dicto* ꝗ. 1. *ſub numer.* 11. ea Caſſiani referens ibi: *continuatum exactionis publica patiuntur excidium, quibus imminet ſemper gravis. & indefeſſa præſcriptio, qui Domus ſuas deſerunt, ne in ipſis Domibus tor-*

quantur, exilia petunt, ne ſupplicia ſuſtineant leviores his hoſtes, quam exactores ſunt, & res ipſa hoc indicat, ad hoſtes fugiunt, ut vi n exactionis evadant.

Unde R. P. M magis, ac magis conſiderans improbos labores culturæ, expenſas, ac ſumptus, quos pro cultura, & cura faciunt Agricolæ, & terræ cultores, incolæ vè, potuit *in dicto tract. 7. §. 4. ſub n 35.* tributum dictæ dimidiæ decimationis, ut injuſtum, aut ſaltim horribile impugnare, ut contrarium bono Reipublicæ, regimini, ac ejus tranquillæ quieti, & addere cum Philemoo illud. *Agricola ſemper in proximum annum dives eſt.*

Et ego addens omnium artium nullam hominibus, & Reipublicæ convenientioré cum agricolæ 49 ſint nervi totius Reipublicæ, (ut dicebat Dionyſius Rex Portugaliæ) & membrum principale, teſte Ariſtotel *lib 6. politicor. c. 4. & lib. 7 c. 8.* ad quod conferunt Plato *l b 2. de Repub.* quem refert Juris conſult *in l. 2. ff de nundinis,* Tyraquel. *de nobilitate cap. 32.* & quæ ſcribit Adam *concen lib. 8. polyticor. cap. 1.* quos maximè commendant Eccleſ. *cap. 7.* & Jus Civile eos affecerit maximis privilegiis ut *in l. 1. §. ſed quia 5. & § Labeo 7 cum ſequentib. ff. de aqua pluvia l. fin. cod. de ſervitut. l fin. cod. de teſtam. l. 1. & 2. Cod de ruſtic. l. penult. cod. qui admitti. l. pignorum 8. cum autb. ſequenti, Cod. quæ res pignori l ſi quis id §. dolo ff. de Juriſdict omn. judic. l. 1. cod. Theodoſ. de curſu publico l 3. tit. 10. p. 2.* & de Jure Canonico, ut ex conſtit Clem. V. & Pii V. conſtat, quare fert Petr. Gregor. *de Republica lib. 4. cap 8. n. 6.* aliquid ego *in cap de foro comp q. fin* & in agriculturæ conſervationem multa ſint, & antiquis, & noſtris temporibus conſtituta privilegia, quæ referunt poſt Plat. *in l. exemplo cod de decurionib. lib. 10.* ac notat *ibi* D. Franc. de Amaya *n. 1. & 17.* Tiraquel. *de pen temper. caſu 11.* Menoch. *de arbitr. caſu 194. & 374.* Cujac. & Gothefred. *in tit. cod. quæ res pignor. circa explicationem dicta l. pignorum.* Pichard. *in manuduct. ad praxim 2. p. præcepto. 9.* Bobadilla *lib. 3 Politica cap. 3. n. 61. & ſequent. & lib 5 cap. 9. in princip.* latiſſimè collantes *in treg tract. de re frumentraia cap. 1. & lib. 3. cap 16.* Narbona *in l. 25. tit. 21. lib. 4 Recop.* † imò 50 & conſiderans deſerendi agriculturam dari occaſionem per dictas impoſitiones gabellarum, ut conſiderarunt illi ſapientiſſimi ſenatores, & apertius, ſi hoc tributum imponeretur, & hoc ſtrictius quam conſiderarunt ſcribentes in ſervo adſcriptitio etiam à terra qualibet de cauſa ab ducto, & ut conſideravit Amaya *ſub dicto n. 17.* Et item quod de victa Italia, & provinciis Romanis agri quam multi ceſſerint, & latifundia partim luxu, & otio creſcente, & rerum abundantia agricolationem deſerere, ut ait Columell, *de re ruſtrica lib. 1 in præfat.* quæ tanto in honore, priſcis fuerat, *ut ipſorum tunc manibus Imperatorum, & coerentur agri gaudente terra, vomere Laureato, & triumphali aratore, & eadem cura ſemina tractabant, qua bellum. eademque diligentia arva diſponebant, qua Caſtra, ut his verbis demonſtrat. Plinius lib. 17. c. 3. & 6.* * Et conſueverint prudentiores homines li-

51 beros ad culturam agrorum ſuorum accerſere, in quos fuerint adſcriptitii, Coloni, & inquilini (de quibus dico ad alium propoſitum latè *ſub tit. de ſervis ordin. vel non* (& ut plures colonos Auguſta haberet, fuerit conſtitutum *in l. 4. cod. de agricolis, & cenſit.* in cujus Rubrica videndus idem Amaya ut mater non proſit: imo noceat filiis.

52 Ideò rectè Senatores noſtræ Caſtellæ potuerant ad agriculturam privilegiis invitare agricolas, & homines omnes, conſiderantes utique tot tributis, laboribus, & expenſis profligatos, incidere in lamentum, & in deſertionem agricolationis, ſic bono Reipublicæ communi nocivam, & nociturum, apertius in poſterum, impoſito hoc tributo dimidiæ decimationis, & in memoriam revocantes illud à Menandro narratum, de quodam Patre volente punire filium imprudentem faciente illum agricolam, qui poſt paucos annos in agricultura verſatus, laqueo ſe ſuſpendit, in Tabella relinquens ſcriptum agriculturam eſſe rem infinitam in verbis ſequentibus: *ajunt amatorem quendam à patre terram colere coactum, laqueo finiviſſe vitam, cum in Tabella ſcripſiſſet agriculturam eſſe rem infinitam, & nunquam abſolvi; ſerendum enim, ut metamus, & metendum ut ſeramus abſurdo rei circuitu,* ut P. R. Mag. ponderavit *in dicto tract. 7. §. 3. in fine,* quibus probatur laborioſo agriculturæ miniſterio applicanda eſſe invitatoria collyria, ut homines à tam neceſſarium miniſterium amore, & voluntate trahentur, nec illud aborreant tributis onuſti, ut experientia demonſtret multis ab hinc annis apud 53
Nos regnicolas. * Sicut & demonſtrat in noſtro vulgari idioma verba Pat. Villalobos *in ſumma tom 2 tract. 8. dif. 13. num. 9.* qui loquens generaliter de juſtificatione requiſita in imponendis tributis, & de quarta eorum conditione admonet Conſiliarios Regios præcavendos à collectis imponendis; eo quod nimia extenuant Vaſallos, & Agricolas præcipuè; imo & populos deſertos reddunt in verbis ſequent. *deven advertirlo mucho los conſejos de los Reyes, conſiderando que los tributos adelgaçan muchos pueblos, y aun aſſolan de manera a los labradores, que los lugares que ayer eſtaven empie. y commmero de veçinos. los vemos por el ſuelo, y ellos deeſſas; por que no pueden los labradores tolerar los tributos.* Hæc conſideravit hic auctor ab hinc plus 40. annis, quid enim ſcriberet nunc ſi audiret, ſive videret tractari à peritioribus Theologis, & Juriſperitis de impoſitione ſuper farinam, triticum, molendina, ac dimidiam hanc decimationem, aliaque hujus generis?

Quam plura alia conſideravit legenda omnino 54 pro dilucidatione, ac vera reſolutione integræ noſtræ quæſtionis D. M. R. P. M. Fr. Joannes Martinez, quibus pr... has quidem collectas fore in his Regnis impracticabiles paci, & quieti Vaſallorum inimicas, turbatrices populorum, & excitatrices tumultorum. Quapropter fundamentis contrariis reſpondens, ait non officere, quod in quibuſdam Regnis, provinciis, ſive civitatibus, ut *ſupra in principio* adductum eſt, ſint impoſitæ gabellæ ſuper farinam, triticum, molendina &c. quia ut ipſe ſatisfacit *in ſuo diſcurſu 5. toto §. 7.* ex *numer. 144.* illa dicit eſſe impoſita in ſatis minimis quantitatibus, & quaſi inperceptibilibus, ſicut probat de illa, quæ uſitatur in Regnis Aragoniæ, & Valentiæ. & ſic intelligi tributum illud ſuper panem, de quo loquuti fuere S. Antonin, *ſupra,* & Graſſis *in deciſ. aureis dicto lib. 2. c. 124. num. 8.* quia licet iſte Doctor æquabiliter videatur loqui de tributorum impoſitione uſuali in pane, vino, & carne in verbis ibi *licet de Jure non debeat eſſe gabella de his rebus, quæ invehuntur ad uſus proprios, & familia: tamen quotidianum uſus in contrarium obſervatur, ut ſolvatur pro pane, vino, & carne &c.* nam præter quam quod ut explicet *dict. diſcurſu 5. numer 94.*

dicendo

dicendo illum loqui de tali tributo impoſito ſuper pane in quadam civitate, ſive de tributo, quod ſolvitur de tritico, ut portagium, quod quam imperceptibile ſit, nemo non videt; hoc inquam & in noſtra Caſtella eſſe admiſſum, & practicatum, cum ab Agricolis vendentibus in nundinis, ſoleat ſolvi portagium, aut parva quædam Alcavala, quaſi imperceptibilis, & in nihilo gravans, & in hunc ſenſum explanat cætera tributa in pane uſitata in Regno Siciliæ, & in civitatibus Romæ, & Genovæ.

Et ſic D. Archiepiſcopus Tabia *dicto lib. 4. de legib. quæſt. 11. art. 19. ſub n. 3* dixit nihil urgere, quod in alijs Regnis, & provincijs, ut Roma, Neapoli, Sicilia, Valentia, & alijs impoſitum ſit tale tributum ſuper triticum, farinam, & panem; dicit enim hæc exempla non nocere; tum quia in illis Regnis forte impoſitum eſt hoc tributum cum magno temperamento, & moderatione in quantitate tributi, vel qualitate panis, forſan in ſolo pane oleato, vulgò *regaleda* divitum; tum maximè, quia aliqua ſunt in aliquibus civitatibus, & provincijs ob peculiares rationes gentis vel regionis, quæ alibi practicari nequeunt; propter diverſis circunſtantias regiminis, & ſtatus Regni, & alia referens de impracticabili hoc tributo in hiſce Regnis Caſtellæ, ſuper quod, eo præſente, admodum agitatum fuit in conſiſtorio Toletano anno præterito 1622. poſteàque tractum ad cæteras civitates, ſed nunquam admiſſum, ut ferè impoſſibili in acto practico apud nos, quantumvis permiſſum in relatis provincijs *corpora enim politica*, concludit ibi, & myſtica ſe habent adinſtar naturalium corporum humanorum; quæ licet omnia ſint ejuſdem ſpeciei, & naturæ non poſſunt omnia eiſdem medicamentis curari; licet eædem ſint ægritudines ob diverſas individuorum qualitates, & complexiones, nam & cibus, qui uni ſtomacho arridet: & prodeſt, alteri nauſeam provocat, & obeſt; & inde potiori ratione procedere in corporibus myſticis Reipublicæ, & Regnorum propter valde diſſimiles circunſtantias, quarum non eſſe levem ait illam maximi horroris, & in appetentiæ, ſive repulſæ horum Regnorum ſæpius reſpuentium impoſiti: alia plura adducit *num. 4. & 5.* Ubi addit quod ſi tributum ſuper farinam imponatur; quamvis non diu duret, ſunt obruere penitus Regnum, & quaſi in deſperationem injicere: *ſi enim* ſcribit, *ſingula feorſum tributa ferri vix poſſunt, & apprehenſio ſolius tributi farinæ tantum incutit metum, quid faciet ſimul cum alijs ſiſſis, & reſiſſis.*

56 †Et ego dico quid faciemus de Agricolis, ſi ut ſoli ad contribuendum compulſi obnoxij eſſent præter decimas Jure Divino ſolvendas Papæ, Epiſcopis, Eccleſijs, Parochiis, ac cæteris Eccleſiæ miniſtris, ſine Cenobijs ex nunc gravarentur de novo ad ſolvendam dimidiam decimationem tritici, ac aliarum meſſium, quæ de Campis recolligentur.

57 Nec ultimo obſtat dicere, ut ſicut de Jure Divino, Decimæ prædictis Eccleſiæ miniſtris, & Parochis ſolvuntur, ſic etiam eodem Jure Regi poſſe deberi ex illo exemplo Joſeph relato *in c. 47 Genes. verſ. 24. ſupra* in verſ. *ſed quia*, & in verſ. *tamen*: & quod Pontifices Summi multis ab hinc annis donaverint decimationes diverſas Regibus noſtris Hiſpaniæ, ut ſunt decimæ vulgo *tertias Reales*, in quibus integrum librum confecit noſter eruditiſſimus Hiſpanus D. Joannes de el Caſtillo,

D. Fernaſin. de Leg. Eccleſ.

& Sotomayor; quia reſpondetur illas quidem decimas Eccleſiaſticas deberi Eccleſiæ ab Agricolis, & alijs Satoribus ex debito juſtitiæ, ut dixit D. Auguſtin. relatus *in c. decimæ 16. q. 1.* ibi *decimæ ex debito requiruntur, & quia eas dare noluerint, res alienas invadunt.* nam Juris naturalis, & divini præceptum adeſt, ut populus alat ſacerdotem, ſicut de fide eſſet apparet in Concilio Conſtantienſe definitum, ac probat latiſſimè Caſtro *de hæreſibus* verſ. *decima*, & cæteri de hoc tract. decimarum ſcribentes; item ex verb. D. Pauli I. Corinth. 9 ibi *ſi nos vobis ſpiritualia ſeminavimus magnum eſt, ſi nos Carnalia veſtra metamus?* & ex illo ejuſdem ad Timoth. 1, c. 5. ibi *non alligabis os bovi trituranti*, & ex illo S. Lucæ 10. ibi: *dignus eſt operarius mercede ſua.* Aragon. 2.2 *q* 87. *art.* 1. Covar. *l. 1 variar. c.* 19 *n.* 8. & alij, dicentes ut quoties ſacerdotes egent, ſint obnoxi Parochiani eis facere oblationes, & quamvis in quotta decimationum admittatur illam obligationem, non eſſe Juris Divini, ſed eſſe tam ab antiquo temporè ſtabilitam, & proveniat ab illo Apoſtolorum, ut patet ex Conſt. Clem. *l. 2. c.* 29. 38. & 39. & *l. 8. c.* 36. ſicut dicunt D. Thom. *in* 2. 2. *q* 87 *art.* 1. Cajetan, & cæteri Scholaſtici cum eo ibi, & multò etiam antiquibus tempore; cum hæc quotta decimarum ſolvenda imperata reperiatur etiam in lege naturæ, antequam præciperetur in lege veteri ſcripta, ut patet *Geneſis* 14 & 28. ubi habetur quod Abraham dedit Melchiſedech decimam, & Jacob promiſit Deo decimam totius; quod ab ipſo Deo reciperet; imo & à Gentilibus ſolvi dixit Plinius *l.* 19. *c.* 14. †Nec enim hæc ſic mili- 58
tat obligatio reſpectu dictæ dimidiæ decimationis Regi propter tributum ſolvenda in tritico ordeo, ac cæteris ſeminibus terræ, cum in his Regnis ex alijs contributionibus mercium aliarum extra grana, plus ad æqualitatem cæterorum Vaſſallorum poſſint ſuppleri ſine tali nocumento, quod nunc Agricolis pararetur, ſi ſuper illis tantùm recaderet ea contributio dimidiæ decimationis, ut curiæ propoſuerunt, hæc verò eſſet iniqua admodum in his Regnis, imo & in alijs reſpectu inæqualitatis jam *ſupra* ponderata; & quia hæc contributio properaret ad deſolationem populorum & Agricolarum, ut ſatis, & abundè ex dictis apparet, à R. M. Regius Confeſſarius, & D. Archiep. T. bis.

Nec obſtat illud factum Joſeph. *dict. c.* 47. *Geneſ.* 59
etiam videtur cum illo tempore ex alijs urgentioribus cauſis potuerit eſſe conveniens, ut ſolveretur tale tributum Regi ob evitanda perículoſiora, ac laborioſiora nocumenta, quibus opprimerentur Vaſſalli Regis Pharaonis, & hoc genus tributi tunc electum à Joſepho, etſi gravoſum ob evitanda majora mala, imò patet dictos Vaſallos Pharaoni vendidiſſe omnes poſſeſſiones proprias in fame illa generali Ægypti, omneique illos emi ab ipſo Rege, paſſos fuiſſe taliter, ut omnia eorum bona converſa fuerint in Patrimonium Regale, ut patet ex dicto ſcriptura loc. ibi *& nos, & terra noſtra tui erimus eme nos, in ſervitutem Regiam, emit igitur Joſeph omnem terram Ægypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas.* Unde apparet factum Joſeph, fuiſſe illis nimis favorabile; poterit enim Rex Pharao in illos ſeverius agere, & mediatore Joſepho redditæ fuerunt illis poſſeſſiones, & libertates cum parvo illo tributo quintæ partis, ut ipſe Pharao, ſuumque ejus ſuſtentaretur; & ſic videmus talem actum potius fuiſſe inæſtimabile beneficium, quàm tributum, & ut mihi videtur ad inſtar obligationis feudalis, ſive

emphyteuticalis, per quam Dominus prædij directus recipit aliquid ab uſuario feudi, aut emphyteutis in recognitionem directi Dominij, cum dederit rem ſuam fruendam uſufructuario cum illo onere: alia etiam congerit pro explicatione *dicti cap. 47. Geneſ.* D. R. P. M. Fr. Joannes Martinez *in dicto diſcurſu 7. à n. 50. verſ. el caſo* ad 62. quod factum nihil habuit decimationis.

60 Ad ſecundam quæſtionis partem eſto quod relata tributa ſint licita, & aliquando convenientia; & ſic poſſe ſine periculo imponi: quia jam ex longè, & abundè ex dictis in textu noſtro *à q. 1.* manes explicatum, & reſolutum præcipuè *q. 13. 14. & 39.* contributiones millionum, ſiſſarum, aliarumque impoſitionum, etiam ſuper comeſtibilibus non poſſe imponi à Regibus, & Principibus laicis, taliter ut includatur perſonæ, & communitates Eccleſiasticæ ſine aſſenſu, & voluntate Pontificis ſummi, ut etiam de alijs contributionibus pro reparatione Pontium, Viarum, & aliorum operum publicorum reſolutum eſt ibi etiam *à q. 9. 10. 11. & 12.* evenit nunc reſpondendum has collectationes in tritico farina, Molendinus, atque in dicta dimidia decimatione ſtabiliri, nec ad tempus, aut in perpetuum poſſe contra Eccleſiaſticas perſonas, aliaſve communitates Eccleſiæ, ſine dicto Pontificio conſenſu, quia non minus hæc graviora eſſent Eccleſiaſticis, ac læderent illos, quam lædunt alia tributa hucuſque impoſita, millionum ſiſſarum, Alcavalæ, & aliorum; imo & multò plus ut à ſubjecta materia probatum relinquimus; ut in terminis dicunt idem Archiepiſcopus Tapia *in dicto art 9. n. 6. &* D. P R M Fr. Joan. Martinez *tr. in d. ſin tract.*

61 Et confirmatur ex adductis *in dicta q. 13. 14. & 39.* ubi probavimus poſt longiſſimas contentas Conſiliariorum Regia noſtri circa collectandos Eccleſiaſticos in quodam tributo ſiſiæ Epiſcopi, & Decani, & capitula Cathedralium reſtiterunt, non obſtantibus fundamentis pro Rege conſideratis *ſupra in dicta q. 13. & 14.* quo uſque ad nos pervenit aſſenſus Pontificius, ut retuli *in dicta q. 39.* ubi ad illa ſigillatim reſponſum præbuimus

62 Et quamvis nonnulla hic applicari poſſent ex ſacra ſcriptura, quibus probabant pro Rege ſcribentes collectas, & contributiones ante legem Evangelicam impoſitas fuiſſe ſacerdotibus antiquæ legis ex ſolo mandato Regio abſque Pontificio: tamen ad ea ſcripturæ loca intellectum præſtitimus *ſub dicta q. 14.* ibi legendum, ne aliam repetitionem faciamus.

63 Et ſic pro complemento notandum eſt cum D. Archiepiſcopo Tabia *dict. art. 9. n. 6.* ut præter quam quod, non erit facile facultatem obtinere à ſede Apoſtolica ad hoc tributum conſentiendum, inutilem ferè eſſe prædictam contributionem, ſi Eccleſiaſtici eximantur ab eorum ſolutione; quia præter eorum multitudinem, cæteris paribus, reſpectu habito ad æqualem numerum perſonarum laicarum; quia multùm magis iſti conſumunt farinæ, & panis, quàm laici, cum inter laicos plures ſint parvuli, & fœminæ, & miſerabiles. Eccleſiaſtici vero omnes ſint jam adulti, & amplioris facultatis, quo fieri ait Archiepiſcopus, ut ſi illi excipiantur, quod multùm decidet tributum à quantitate ſperata.

64 *Et addo poſſe itidem conſiderari in eodem ultimo tributo decimationis dimidiæ; ſiquidem videmus plures Eccleſiaſticos, ac communitates Monachorum, & Religioſorum ſerere, metere, ac colligere triticum, aliaque grana, & meſſes qui ſine Pontificio conſenſu ad dictam dimidiam decimationem virtute legis, aut Decreti Regij, non tenerentur ad præſtandam dictam decimationem; præcipuè ſi conſideres etiam plures eſſe poſſeſſiones, quæ etſi coluntur à laicis, pertinent in proprietate ad Eccleſiaſticos, aut ad alios, qui eos poſſident liberas, & exemptas ab omni decimatione, ratione cujus privilegij pluris locant Agricolis, quàm alias locarentur. Quibus, & alijs conſideratis apertè conſtat, cum de inutilitate horum tributorum, tum de difficili exactione eſto licerent &c.

QUÆSTIO LXI.

An Reges Chriſtiani valeant convertere in alios uſus, etſi pios monetam ſibimet conſignatam ſuper redditibus primi anni Epiſcopatus, aliorumvè beneficiorum, ſi in Breve Pontificio conſignationis exprimat Pontifex velle quod talis pecunia, non expendatur in alios uſus, quàm Catholicæ religionis, defenſionis, & propagationis, nec non obedientiæ erga Romanam Eccleſiam conſervationis? Et an ſi Principes decernant, quod ſententiæ in prima inſtantia latæ in cauſis ordinarijs illico executioni mandentur ſic ut appellatio tantùm habeat locum quoad devolutivum effectum, queant obligar, Tribunalia Eccleſiaſticorum, & ſanctæ inquiſitionis, ut in cauſis externis, & civilibus extra fidem, idem decretum practicetur ſine beneplacito Papæ, Epiſcopi, aut Inquiſitorum.

S U M M A R I U M.

1 *Papa Urban VIII. Innocent. X & Alex. VII. conceſſerunt, & prorogarunt gratiam de las meſadas Regi noſtro Philippo IV. & à n. 3.*

3 *Diſpenſandi poteſtas eſt late interpretanda, diſpenſatio ipſa strictè.*

4 *Voluntas teſtatoris difficulter mutari valet à quoquam alio.*

5 *Interpretatio de dubio privilegij, ſive reſcripti pertinet ad ipſum concedentem.*

6 *Rex Philip. IV. convertit pecunias gratia* de las *meſadas in perſolvendis ſalarijs miniſtrorum ſua Regia Capella ſine Papa licentia, & ſuadetur non licitè* num. ſequentibus ad 15. contra à n. 16.

7 L. 27. titulo 28. p. 3.

8 L. 2. §. mutui ff ſi certum petatur.

9 Cap. verum de conditionibus appoſitis.

10 *Modus in conceſſione poſitus, ſi non obſervetur, quando faciet illam irritam, & n. 11.*

12 *Donatarius tenetur alere donatorem, quando in donatione talis obligatio inſcribitur, aliàs donatio revertitur*

13 *Ordinatus ad titulum Patrimonij poteſt illud vendere, ſi poſtea adipiſcatur beneficium ſufficiens, & melius ſi adſit conſenſus Epiſcopi, ut n. 14.*

15 Levitici cap. fin.

16 *Rex loco pecuniæ menſarum ſubrogans pro propaganda Catholica religione, & defendenda Eccle-*

ſia

ſia Romana aliam pecuniam de ſuo Patrimonio, licitè videtur ſibi agratiatam de menſibus poſſe applicare ad alios pios uſus n.20.*& ſic reſolutum* n.28.

17 *Perjurus non cenſetur quiſquis ſolvet aliam ſpeciem meliorem, quàm promiſſam* n 19.

18 *Creditor ſatisfactus dicitur, cui ſoluta eſt pecunia melior.*

21 *Legatum relictum pro redimendis captivis, aut pro fabrica Eccleſiæ, ſatis adimpletur ſi convertatur in excarcerando, vel in ornamentis, & aliis Divino cultui.*

22 Cap.2.Trid.ſeſſ.21.*vide* n.13.& 14.

23 *Fundamenta primæ ſententiæ dicuntur.*

24 L.fin.ff.de u , & habitat.*Vide* ſub n.8.

25 L. fin. cod. depoſiti, l.fin.cod.de compenſat. cap.fin §. ſane de depoſito, l.27.tit.14.p.5.

26 *Rex ſit Dominus pecuniarum ſibi à Pontifice donatarum, qui ſatisfacit ſubrogando alias pro adimplenda cauſa impulſiva.*

27 Cap.debitores de Jure-Jurando.

28 *Pecunia menſium ſuper Epiſcopatibus, & beneficiis Patrimonii Regis, qua de cauſa abſtinentur licitè applicatæ Miniſtris Regiæ Capellæ poſt mult u ſeſſiones monſtratur.*

29 *Sententiæ in cauſis ordinariis, & civilibus appellatione interpoſita, de Jure non mandantur excutioni* n.30.& 31.

30 *Reges non valent immutare ſtylum Tribunalis Eccleſiaſtici, nec S.Inquiſitionis, ut* n.31.

32 *Statutum præcipiens, ut ſententiæ exequatur prius cautione, eſt obſervandum, ut contingit in Regno Majoricarum* n 33 34.*& aliis.*

33 *Sententia exequenda eſt quoties adeſt periculum in mora, vel ſi eſt arbitrorum, aut ſupplicationis* n.34.35.

36 *Stylus in lege Regni innitens eſt obſervandus, etſi Juri non contra dicit Canonico, obſervatur in Curia Eccleſiaſtica in* n.3.& 38.

37 *Inquiſitio Majoricarum eſt in ſtylo exequendi ſententias à ſe latas in cauſis civilibus, &* num.38.

38 *Epiſtola Conſilii ſupremi inquiſitionis refertur, qua ordinatur, ut inquiſitio Majoricenſ. obſervet ſtylum Regiæ Audientiæ in exequendis ſententiis.*

39 *Lex municipalis Regni Majoric. circa exequendas ſententias: non infringit libertatem Eccleſiæ, nec inquiſitionis, & eſt juſta,* n.40.

40 *Decurionum Majoricarum petitio, ut in ſancta inquiſitionis tribunali Majoricarum obſervetur ſtylus illius Regiæ Audientiæ circa exequendas ſententias, refertur.*

1 HIS proximè diebus ad unguem in hac curia Matritenſi diſputatum eſt de caſibus duobus in ſpecie, qui anſam præſtant huic generali inquiſitioni. Primo, quia cum à tempore Urbani VIII. Innocentii X. indultum ſit noſtro Regi Philippo IV. & prorogatum per Alex VII. Pontificem maximum per ſuum breve 22. Aprilis 1660.anno 5.ſui Pontificatus, in quo conceſſit gratiam, quæ vocatur *de las meſadas* in omnibus Epiſcopatibus, & beneficiis, quæ pertinent ad Regiam nominationem, & præſentationem ad ſimilitudinem prædeceſſorum ſuorum, ea nempe ratione; quod ſic noſter piiſſimus Rex, ſicut & ejus Pater, & avus Philip. III. & Philip. II. ac alii progenitores abſumerent ærarium publicum pro propaganda Chriſtiana religione; & quia prædicti Pontifices eam conceſſionem teciſſent, ſub ea tamen allegatione, ut quælibet *meſada* Regi perſolvatur, deductis oneribus, & expenſis à quolibet nominato, atque proviſo, quæ eſt una pars integra de duodecim poſt quatuor menſes illico tranſactos à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & alterius cujuslibet Dignitatis, aut beneficii; ipſemet Alex.VII. ſicut dict. Urban. & Innocent.fecere, poſuit ſequentem clauſulam ibi: *Volumus autem, quod pecuniæ, quas ex præſenti conceſſione percipies, in alios uſus, quam Catholicæ religionis, defenſionis, & propagationis, nec non obedientiæ erga Romanam Eccleſiam conſervationis, pro quibus dumtaxat conceſſio ipſa, ſit, nullatenus convertantur ſuper quo Majeſtati tuæ, ac Miniſtrorum tuorum conſcientiam oneramus* &c. Qua clauſula non obſtante D. Rex Philippus IV. dictas pecunias quotannis procedentes ex ſingulis vacantibus applicavit pro ſolutione Salariorum miniſtrorum ſuæ Capellæ Regiæ. Et quia de hoc facto orta fuit non levis diſſerentia inter peritiſſimos Regis Conſiliarios; ideo etſi jam nunc per ſecuritate talis aſſignationis reſponſum fuerit à majori parte, adhuc libuit referre votantium diſſentientium fundamenta, quibus hinc inde potuerunt moveri.

Secundo, quia per forum Regiæ Audientiæ Majoricarum habetur, ut ſententiæ, etiam in civilibus illico exequantur, nec factum ſic fuerit in quadam cauſa per inquiſitores illius Regni, & in noſtro Conſilio inquiſitionis pars appellata inſtaret pro executione ſententiæ latæ in ejus favorem à dictis inquiſitoribus, quæ obtinuit ponemus in verſ.*ad ſecundam* fundamenta. 2

Pro cujus primi dubii perfecta intelligentia, nobis verſi eſt ſequentes generales, atque doctrinales concluſiones laconicè præfigere. Primâ, quod etſi poteſtas diſpenſandi ſit latè interpretanda, ut nonnulli agnoſcunt per textum *in cap. fin. de ſimonia,* & melius alii per gloſſam *in cap. hic qui* verbo *in poteſtate* in fine 15.q 8. *& in cap. dudum* verſ. *beneficia de præbend lib.6.* Ubi ordinariis, & cum infinitis Thomas Sanchez *lib.8.de matrim.toto diſp.* 2. omnino legendus, & ibi *n.*2.3.4 5.6.ubi limitat: tamen eadem met diſpenſatio taliter debet coarctari, ut ſi aliquid operetur, extendenda amplius non ſit, ut habetur expreſſe *in cap.1. §. ille vero de filiis Presbyteror.* Ubi D D. & Barbola, quia & exorbitat a diſpoſitione Juris communis; & quia lex debet eſſe æqualis omnibus, quæ ſi derogat, aut damnum affert in aliquo Juris communi eſt odioſa; & ob id debat valda reſtringi per textum *in cap. quæ à Jure de regul. Juris lib.6.* & hoc juxta temperamentum, quod ponit in caſibus octo dictus Thomas Sanchez *dicto lib.3.tota diſp.1.& à num.5.* cum infinitis, etiam legendus. 3

Secunda verò erit concluſio *leg.1.ff. de adminiſtrat. rerum ad civitatem pertinentium* ibi: *quod ad certam ſpeciem civitati relinquitur in alios uſus convertere non licet*, Ubi admittunt D D. & per textum *in cap. conqueſtus 16. de foro comp.* Ubi ego poſui nonnulla legenda, & applicanda hic, Lara *de Cappellan. & anniverſar.1.p.toto cap.14.&* 15. ubi cum pluribus ſcribit, quam difficile eſt mutare voluntatem teſtatoris; *non enim ſufficis quod teſtator jubet. niſi fiat, ut jubet ex l. ſed ſi ante ff. ad Trebellian. nam quod teſtator voluit, non quod voluiſſe melius fuiſſet, eſt attendendum*, ut habetur *in l. extraneum cod. de hæredib. inſtituendis* 4

interit (dixit Seneca controverſia 7.) *omne Jus, omniſquè poteſtas ſi vivi neglexerint imperia mortuorum.*

5 Tertia inquam concluſio, nam quoties oritur dubium circa interpretandam mentem Pontificis in quolibet de ſuis privilegiis, ſive reſcripto, recurrendum eſt ad eundem, ut ad fontem, à quo dimanat diſpenſatio, ut docent omnes per textum *in cap. cum veniſſent* 12. *de judiciis*, ubi ego latiſſimè ſcripſi, & cum Barboſa poſuit, quod quando tractatur de aliqua declaratione judiciali, & generali facienda, ſolus Papa, & conditor Princeps legis poteſt ſuam legem interpretari, & non alius inferior quando illa interpretatio, ſeu declaratio eſt judicialis, id eſt generalis, & neceſſaria, ſi ex verbis legis certus intellectus dari nequit à Doctoribus, in quo caſu intendet conditor, ut nemo alius adeatur inferior, qui ejus legem interpretetur, aut declaret.

Quare videtur ex prædictis concluſionibus, ut
6 in ſpecie Breb. Urban. VIII. Innocent. X. & Alex. VII. proximè mentionati gratiam ab ipſis conceſſam Domino Regi Philippo IV. non poſſe in aliũ caſum practicari facto ejuſdem Regis, ſi Pontifex idem Alexand. VII. qui nunc vivit, non conſultatur, ut aſſenſum præſtet, ſive declaret mentem ſuã non deviare ab aſſignatione facta per Regem, ut dictum eſt; quia clauſula Brevis in dicto verſ. *volumus* ſatis clarè manifeſtat Pontificis claram vo-
7 luntatem † abſque eo quod obſtent verba *leg.* 27. *tit.* 28. *p.* 3. *circa finem* ibi, *e ſi en las otras Cartas foretas, o de gracia que el Rey ſaga, naſciere contienda ſobre ellos, deben las otro ſi Juzgar los Jueces antequien pareciesen*; quia ut declarant *ibi* Gregor. *litteras* D. verbo *gratia*, & *ibi gloſſa* 1. verbo *donatio*, Gutierrez *lib.* 3. *pract. cap.* 28. & ego latè ſub *dicto cap. cum veniſſent.* 12. *de judiciis ſub quæſt.* 2. dicta verba ſunt intelligenda, quando dubitatio talis excitatur inter partes litigantes; non inquam ſi tractaretur de valore, & obſervantia ejuſdem privilegii; tunc enim ſpectat ad Principem, qui illud conceſſerit, interpretatio; & ſic fiet, ut cum in caſu adducti brevis, ſit Papa conceſſor, & Rex illius interpretator, qui in eo ſubeſt Pontifici per illa, quæ dixi *in dicto cap. novit.* 13. *de judiciis q.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & in aliis, & *in cap.* 1. *de probationib.* ubi DD. & *in cap. ſolitæ de majoritate, & obedientia, & tota diſt.* 96. per neceſſe videtur, applicatio, ſive aſſignatio facta à Rege noſtro ſit propriiſſima cauſa, ſed contra mentem ejuſdem Papæ concedentis.

Et coadjuvatur prædicta ſententia ex regula
8 textus *in l.* 2. §. *mutui ff. ſi certum petatur*, ubi habetur aliud pro alio ſubrogari, aut ſolvi non poſſe, invito creditore, & ex doctrina *leg. fin. ff. de uſu, & habitatione*, ut probatur quod meliori reſoluta, non liberatur debitor in verbis ſequentibus ibi: *facit autem deteriorem, etiam in meliorem ſtatum commutata*, & per Jura *in cap. commiſſum de ſponſalibus, cap. per tuas de voto*, quibus DD. probant promiſſionem, & Juramentum adimpleri debere in forma ſpecifica, etiamſi aliud opus poſtea promiſſum, quamtumvis melius quis poſt Juramentum adimplere promiſerit, & per textum *in cap. ad noſtram* 1. *de Jure-Jur.* quo probatur promiſſorem non adimplere, ſi utatur compenſatione, & *cap. debitores* 7. *de Jure-Jur.* & per alia, quæ dixi latè *ſub cap.* 2. *dict. tit. de Jure-Jur. quæſt.* 1. *à num.* 1. Ubi latè diſputatum eſt de Juramento complendo in forma ſpecifica.

Item etiam confirmatur ex regula textus *in cap.* 9
verum de conditionib. appoſitis, ubi gloſſa cum concordantibus, & DD. *ibi* docent, quod etſi donatio facta Eccleſiæ, aliovè pio loco ſub modo, aut cordit onc, non impediat tranſlationem Dominiũ, nec revocetur, niſi expreſsè fuerit conventum, Socinus *reg.* 382. *privilego* 60. Joſeph Ludovicus *in deciſ. Peruſina* 95. *num.* 43. nam favore Eccleſiæ ſemper modus præſumitur cauſa impulſiva, ut per Ripam *in l. fin. Cod. de revocand. donat. quæſt.* 52. *n.* 173. Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap.* 14. omnino legendus, Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 48. *numer.* 70. † Tamen ſi modus eſt cauſa finalis,
& non impletur, tunc quidem in ſubſtantia deficit, modo non adimpleto, ut in præcitato caſu noſtri Regis probari videtur per verba jam adductæ clauſulæ *volumus autem quod ſi pecuniæ* &c. quæ importat formam io hoc fuiſſe mandatam reſpectu modo; indéque ab illa non poſſe recedi per textum *in l. ſi quis mihi* §. *ſi coram ff. de acquirenda hæredit.* quare Oldradus poſt Bartol. *in l.* 1. §. *ſi plures num.* 13. *ff. de exercitoria actione*, Barboſa *clauſula* 380. *ſub num.* 1. referens pluries cum multis, & per notata in *l. hoc Jus porrectum Cod. de ſacroſanct. Eccleſiis*, & *in l. cum tu eod. de tranſactionibus*, & *in l. hac conſultiſſima cod. de teſtamentis*, dixerunt dictam clauſulam *volumus autem*, qua uſi ſunt relati Pontifices in dicto Brevi, inducere formam; quæ ſi non fuerit adimpleta, cenſetur mutata ſubſtantia facti, in tantum ut ſi non fuerit forma ſervata, corruat conceſſio.

Ex quibus, & ex aliis videtur affirmandum, 11
quod cum dicti Pontifices donaverint prædictas *meſadas* cum ea conditione, & modo, quod pecuniæ non converterentur in alios uſus, quam Catholicæ religionis, defenſionis, & propagationis &c. ac in verba ſequentia adjecerint ibi *ſuper quo majeſtati tuæ, ac Miniſtrorum tuorum conſcientiam oneramus*, quæ etſi juxta arbitrium boni viri ſumenda ſint, ſecundùm quod cum infinitis explicat Barboſa *de clauſulis clauſula* 24. *conſcientiam tuam oneramus*, & quod commiſſarius cum hac clauſula ſequi debet, non privatam conſcientiam, ſed communem, & publicam, ut inquit Marcheſanus *de commiſſ. p.* 1. *pag.* 202. *num.* 77. *in ultima impreſſione*, negari non poteſt, quin duplici vinculo obſtrictus ſit Rex donatarius per doctrinam Farinacii *in praxi crimin. p.* 1. *quæſt.* 25. *num.* 37. Menochius *conſ.* 95.
n. 124. Surdus *deciſ.* 254. *n.* 35. † Et ut quemad- 12
modum ſi donator in donatione poneret pactum, quod Donatarius teneretur alere donatorem, quo deficiente, revertatur dominium rerum donatarum in addonatorem ipſum; ſic ut ei detur utilis actio, ſpeciali alimentorum favore, Ripa *in l. fin. q.* 38. *cod. de revocandis donationib.* Covarruv. *dicto lib.* 1. *variar. cap.* 14. *num.* 4. Lara *de liberis agnoſcendis in l. ſi quis à liberis* §. *utrum num.* 20. Surdus *de alimentis num.* 8. Barboſa ad alia *in dicto cap. verum*, videndus, & *ſub num.* 4. ita ſimiliter in noſtro caſu, eo quod Pontifices donaverint non alio fine, quàm quod dictæ pecuniæ, quæ procederent *de las meſadas* converterentur in defendenda religione Chriſtiana, & in ejus propagatione, quod nihil aliud videtur, quàm ei in ſpiritualibus alere, & favere, cumque Pontificum Alex. VII. Urbani VIII. Innocentii X. tam clara fuerit voluntas in præcitatis verbis dictæ clauſulæ, videtur à fortiori reſolvendũ nullomodo potuiſſe Regem noſtrum ex proprio motu, & cum conſilio

ſilio ſuorum Miniſtrorum peritiſſimorum dictas pecunias convertere in ſolutione ſtipendiorū ſuæ Regiæ capellæ ſine ſpeciali conſenſu Papæ con-
13 cedentia relatam gratiam. † Cum & videamus in negotio faciliori, & magis factibili dictum conſenſum, ſivè Epiſcopi, proprii Prælati prærequiri, in eo nempè caſu, quando qui ordinatus in ſacris ad titulum Patrimonii, ſeu donationis poſtea aſſecuto beneficio Eccleſiaſtico congruæ ſufficientis, vellet alienare tale Patrimonium, ad cujus titulum fuit ordinatus; nam juxta probabiliorem ſententiam non poterit talis ordinatus ex propria voluntate illud alienare, niſi præhabita licentia ſui Prælati. Epiſcopi, quia etſi talis alienatio videatur abſolutè permiſſa, adepto Beneficio, per verba Trid. *in cap. 2. ſeſſ. 21.* ubi dicitur, ut tale Patrimonium non poſſit alienare; donec ordinatus beneficium ſit Eccleſiaſticum ſit adeptus, vel aliunde habeat unde vivere poſſit, ut ſenſerunt Nicolaüs Garcia *de beneficiis tom. 1. p. 2. cap. 5. n. 186.* Ludovicus de San Joan. *de ſacram q. 2. à n. 10. difficult. 2.* Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 159. n. 14.* Molfeſius *in ſumma tom. 1. tract. 2. cap. 18. n. 31.* Azor *inſtit. moral. lib. 3. cap. 4. q. 3.* Pariſius *de reſignat. beneficiorum lib. 2. q. 6. n. 16.* & alii dicentes ſine Prælati licentia poſſe ordina-
14 tum illud Patrimonium alienare. † Tamen ut diximus crebriori calculo Doctores tenere prærequiri conſenſum illius, inter quos Hugolinus *de poteſtate Epiſcopi cap. 26. §. 13. n. 4.* Gavantus *in enchiridio Epiſcopor.* verbo *ordines majores n. 13.* Præpoſitus *in 3. p. quæſt. unica de ſacram. ordin. dubio. 18. n. 178.* Tybenus *in inſtructione ordinandor. cap. 9. q. 74.* Zenedus *in quæſtionib. canonic. lib. 1. quæſt. 11. n. 9.* Pater Hieronimus Garcia *in ſumma moral. tract. 1. difficult. 2. dubio. q. 5. puncto. 5. q. 38.* cujus verba ad longum refert, & ſequitur Diana *p. 9. tract. 8. miſcellan. reſ. 23.* in verſ. *quid ego ſentiam.*

15 Et inſuper facit contra Regis factum illud ſacræ ſcripturæ *in levitico cap. fin.* ibi *animal. quod immolari poteſt Domino, ſiquis voverit Sanctum erit, & mutari non poterit, id eſt nec melius malo, nec pejus bono*, quibus verbis arguitur ſatis in forma ſpecifica adimplendum eſſe votum, & non per æquipollens juxta plura, quæ adduxi *in dicto cap. 3. de jurejur. ſub dicta quæſt. 1. à n. 1.* & ſic non valuiſſe Regem noſtrum illam procedentem pecuniam ex dictis *meſadas* convertere in ſalario perſolvendo miniſtris dictæ ſuæ Cappellæ, quamtumvis aliam ſubroget de ſuo ærario, ſeu Regio Patrimonio, cum faciat contra expreſſam voluntatem directorum Pontificum.

16 Pro facto inquam noſtri Piiſſimi Regis faciunt non levia fundamenta, inter quæ, quod Rex in dicto caſu non applicat dictam pecuniam taliter miniſtris ſuæ Capellæ, ut ſe excuſet, aut ſubtrahat ab applicanda alia ſimili, ac tanta quantitate in defendenda, atque tuenda; item & propaganda Chriſtiana Religione, ſicut Pontifices meminere in relata Clauſula *nos autem*; indeque fieri, ut Regis conſcientia ſecura & pacata reddatur per regulam textus *in dicto cap. 3. cap. ad noſtram el. 2. de Jurejur. cap. mulier. 22. q. 2. cap. ſcripturæ, cap. licet de regularibus, l. fin. ff. qui ſatis dare cogantur, l. 7. tit. 8. p. 1.* † Ex quibus juribus probatur, ut nec ſit perjurus, nec faciat adversùs promiſſum, aut votum quiſquis juravit facere, aut im-
17 plere, aut ſolvere in una ſpecie, aliam meliorem præſtat, aut ſolvit; quia tunc in dubio cenſetur creditor conſentire, ſi non contradicat expreſsè, ut dixerunt Covarruv. *in cap. quamvis pactum. 1. p. §. 4. n. 6. de pactis lib. 6.* Menochius *de arbitrar. caſu. 338.* Suàrez *lib. 6. de diſpenſatione, & commutatione voti cap. 18* Barboſa *in dicto cap. 3. de Jure-jur. n. 2.* Soto *de juſtitia, & jure quæſtion. 4. art. 3.* D. Thomas *22. q. 88. art. 12. & in 4. dist. 38. q. 4. art. 4.*

Secundo per doctrinam textus *in l. plane ff. familiæ erciſcundæ l. prohibere §. quod plane ff. quod vi, 18
aut clam*, ubi Bart. & *cap. intellecto. 33. de Jure-jur.* quibus probant DD. ſatisfactum eſſe creditori, ſi integrum debitum ei in moneta magis pretioſa
ſolvatur. † Et ſic procedere etiam in juramento, 19
ſeu voto Deo facto perſolvendo, quando aliquid ei offertur pro anima & peccatorum redemptione quod adimpletum videtur ſi in meliori opere perſolvatur, ut jejunio, eleemoſyna, peregrinatione, vel religione ex *cap. 1. & 2. de voto.*

Tertio quia ſubrogando noſter Piiſſimus Rex 20
tantam, aut ampliorem pecuniam pro defendenda religione Catholica, & pro aliis juxta Pontificum voluntatem inſinuatam in relata Bulla, & in dicto verſ. *nos autem*, non liberatur à calumnia, ſi exculparetur illas pecunias procedentes ex dictis *meſadas* converti in opus magis gratum Deo, quale eſt illas convertere pro ſolvendis ſalariis Miniſtrorum ſuæ cappellæ inſervientium ſic immediatè cultui Divino quotidiè præſtito, ac præſtando Deo, de quo hic non diſputamus, ſed addimus, dictum Regem de ſuo Patrimonio, & ærario alias, & in ampliori ſumma ſubrogare pecunias; indeque nullam injuriam irrogare Pontificum voluntati, imò & diciman melius complere, ac perficere, quam relatum eſt in caſibus ju-
ris adductis hic à verſ. *pro facto.* † Et ſic etiam 21
abundantius quàm faciet hæres, ſivè legatarius, quibus à teſtatore relicta eſt aliqua quantitas pro redimendis captivis ſi illam converterent, ne incarcerem quis detruderetur, vel quando quod relictum eſt pro fabrica Eccleſiæ; converteretur in ornamentis, & aliis Divino cultui neceſſariis, quas converſiones licere, communiter docent DD. ſicut de primo caſu cum multis ſcribunt Thomas Sanchez *opuſc. tom. 2. lib. 4. cap. 2. dubio. 9. n. 2.* Diana *p. 4. tract. 4. reſ. 150.* verſ. *nota tertio*, & de ſecundo caſu Covarruv. *in cap. fin. de teſtam. n. 4.* contra Abbatem, idem Diana cum aliis *dicta p. 4. tract. 4. reſ. 140.* verſ. *nota Secundo.* Et certum eſt in his converſionibus, nullam aliam pecuniam ſubrogari pro redimendis captivis, nec pro fabrica juxta expreſſam voluntatem teſtantium; ergo abſque ulla injuria Pontificum noſter Rex potuit relatas pecunias *de las meſadas* aſſignare, pro ut aſſignavit; ſiquidem alias pecunias majoris quantitatis ſubrogat pro defendenda religione Catholica.

Et prædictis adjungitur Nicolai Garciæ do- 22
ctrina ſub verſ. *cumque* & aliorum; quatenus juxta dictum Trid. *in cap. 2. ſeſſ. 21.* dicunt, ſine licentia prælati poſſe ordinatum ad titulum Patrimonii illud alienare, ex quo ſit adeptus beneficium ſufficiens ſuæ ſubſtentationi, quod ſubrogatur loco dicti Patrimonii. Et quod pro titulo ad ordines ſacros conſequendos ordinando aſſignatum antea fuerat: & ob id non eſſe mirandum ut Rex noſter potuerit ad libitum convertere pecunias dictarum menſarum pro ſalariis Miniſtrorum ſuæ cappellæ, cum loco illarum ſubroget tantas imò majores pecunias, ut defendat religionem

Chriſtianam, & eam propagat, ad cujus affectum nihil intereſſe, an ſumptus fiet numero ex pecunia menſarum, an ea alia diverſa.

Itaque ſi hæc ſuſtineatur ſententia, videntur
23 ab hoc propoſito eſſe diverſa ea, quæ continentur in primis tribus concluſionibus generaliter poſitis à verſ. *pro cujus primi dubii:* nam præterquam quod doctrina ea generalis non vulneratur facto noſtri Regis, illa in ſe ſubintelligitur & limitatur juxta caſus, quos poſuit longè dictus Thomas Sanchez cum infinitis *dictis lib. 8. de matrim. diſp. 1. & 2.* Legendus, & quos ego ſcripſi *in dicto cap. cum veniſſent. 12. de judiciis q. 1. & 2.*

24 Nec contradicere præter alia poſita pro prima ſententia, deciſionem textus *in dicta l. fin. ff. de uſu, & habitat*, in qua tantùm juris conſultus loquitur de uſu, in quo nulla eſt nulla translatio Dominii, niſi tantùm uſus, qui non debet eſſe alius, niſi ille qui determinatus eſt. In noſtro autem caſu aliter conſiderari: nam ex quo Pontifices dictas pecunias menſarum donarunt Regi, etſi ſub eo modo, aliavè enndítione, quæ continetur in dicto verſ. *nos autem* invenitur translatio Dominii talium pecuniarum in ipſum Regem per regulam textus *in dictis cap. verum. 5. de conditioni-*
25 *bus appoſitis.* † Et ſimiliter intelligenda fore, *l. fin. Cod. depoſiti, l. fin. Cod. de compenſationibus. cap fin. §. ſane de depoſito, l. 27. tit. 14. p. 5.* in quibus, etſi habeatur, quod Depoſitarius tenetur rem ſibi depoſitam reddere in ſpecie, taliter, ut nulla compenſatione uti poſſit; & ſic Regem noſtrum eſſe ſolum depoſitarium facultate Pontifi-
26 cum. † Tamen adhuc ſub diverſa ratione conſiderari in caſu noſtro, in quo Rex ſit Dominus illarum pecuniarum à Pontificibus donatarum, qui ſatis ſubrogando alias loco illarum pro adimplenda cauſa impulſiva, ſive finali ſummorum Pontificum, dicitur in ſpecie illorum voluntatem complere. Nec enim hic adeſt aliqua obligatio jurata ex parte Regis, qua ſit obnoxius in forma, præciſè adimplere ſpecifica, etſi promiſſum quid
27 contineat. † Illicitum; ut accidit *in cap. debitores de Jure-jur.* ubi qui promiſit uſuras ſolvere, tenetur ad illas, etſi poſtea repetat: quo pacto intelliguntur plura alia jura primæ ſententiæ, quæ probat promittentem cum juramento ſivè voventem, teneri in ſpecie adimplere, nec ſatisfacere aliud pro alio, etſi melius conſtituendo, aut ſolvendo, non conſentiente creditore.

28 Hæc, & alia, quæ poſſent hic adjici pro utraque ſententia reddiderunt admodum dubios Theologos conſummatiſſimos, & jure conſultos peritiſſimo noſtri Regis, qui ſemel, & pluries ſeſſionaliter conſcerentiantes, eam amplexi ſunt partem, nempè factum à Rege poſſe tutè, procedere, non quia Clere fundamentis juridicis ea ſententiæ prævaleat contrariæ, cum pro utraque ex votantibus fuerint nonnulli patroni; & ſic diverſi, & aliquis magni nominis; quia ex quo per miniſtros Eccleſiæ orando exitus militares lucri fiunt in beneficium Reipublicæ; inde in puncto hujus dubii in rem meliorem, & Deo gratiorem aſſignationem factam eſſe verùm quia poſt hæc in aliam, & ultimam ſeſſionem conventi fuerunt in his primis diebus anni præſentis 1661. Domini D. Didacus de Arce Inquiſitor Generalis. P. R. M. Fr. Joannes Martinez Regis confeſſarius R. M. Fr. Nicolaüs Baptiſta Carmelitanus, ſcientiæ peritiſſimus, conſcientiæ amantiſſimus trium Epiſcopatuum nominationis Majoricens. Zamorens & Calagurritan propulſator DD. Antonius de Contreras è conſiliis ſupremi Caſtellæ, & cameræ vir piiſſimus, atque mitiſſimus, & aliqui ad id ſceerunt, ut etiam concurreret D. D. Gaſpar de Sobremonte è dicto conſilio Caſtellæ Doctiſſimus quidem qui Romæ legatus ad Papam extraordinarius ab eo vivæ vocis oraculo accepit reſponſum ſuper dicto dubio, quo Sanctiſſimus Pater interrogatus pro parte Regis ejus conſcientiam ſedavit; itaque junctis fundamentis ſupra relatis pro hac ſententia cum teſtimonio tanti viri, hæc pars amplexa eſt, & rectè, ut ipſi Illuſtriſſimi viri ſenſerunt, quibus ſtandum eſt, præcipuè ſi conſideretur hic non agi de præjudicio tertii; & ſic viro tanto atteſtanti de Papæ reſponſo credendum, per multa, quæ dixi de uni teſti credendo *in cap. 28. de teſtibus*, aliquid *in cap. tua infrà de Clericis perigrinis.*

Ad ſecundam quæſtionis partem de principi- 29
bus decernentibus, quod in cauſis ordinariis ſententiæ in prima inſtantia latæ ſtatim executioni mandentur; ſic ut appellatio à parte condemnata interpoſita, ſolùm habeat locum quo ad effectum devolutivum. Et an talia Regum decreta obligent judices, & partes litigantes in Tribunalibus Eccleſiaſticis ſeu Sanctæ Inquiſitionis, ſine Pontificii Prælati, aut Domini Inquiſitores generalis, aſſenſu, & approbatione? Et ſuppoſitis quæ dixi longè *in cap. dilecto de judic. q. 11. & 12. & in cap. quod Clericis. 9. de foro comp.* ubi etiam adduxi plura de ſtylo obſervando in Tribunalibus Eccleſiæ, qui obſervatur apud Regia Tribunalia circa veſtiendas, & proſequendas cauſas civiles, & criminales, & quæ dixi hic in textus noſtro *tota quæſt. 27.* ubi de ſtatutis factis à Clericis circa ordinationem litis, & num ligent Clericos, &
alibi. † videtur ex dictis in relatis locis, & ex 30
dictis etiam in toto noſtro textus *in toto tit. de judiciis, & tit. de foro comp.* ut nullomodo Reges, ſivè Principes laici ita decernentes, valeant in aliquo immutare ſtylum Tribunalium Eccleſiaſticorum, & S. Inquiſitionis; quia etſi ſacri canones non dedignentur leges civiles ſequi in deciſione cauſarum Eccleſiaſticarum; tamen id procedit in caſibus; in quibus, aut deficit deciſio Pontificia, aut adeſt approbatio ipſorum Pontificum admittentium pro finiendis cauſis, etiam inter Eccleſiaſticos, & exemptos, leges Imperatorum, aliasvè diſpoſitiones Regum ſic interpretantes communiter DD. doctrinam textus *in cap. 1. & 2. de novi operis nunciat*; per quæ jura approbant adductum dicterium nempe *ſacros canones non dedignantur leges ſequi*: Tamen quoties adeſt lex canonica aliquid decernens juxta illam, & non juxta leges, eſt inter Eccleſiaſticos cauſa determinanda, vel juxta conditiones cujuſlibet Tribunalis exempti à Regia juriſdictione, quale videntur eſſe tribunalia Sanctæ Inquiſitionis.

Qua de cauſa, & ea aliis in noſtro conſilio
ſupremo inquiſitionis, potuit legitimè dubitari, 31
numquid ſtylus audientiæ Regiæ Majoricarum in exequendo ſententias latas, etiam in cauſis ordinariis, etſi approbatus; imò præceptus à Regibus valeat extendi ad cauſas ordinarias in ſancto illo Majoricarum Tribunali Inquiſitionis agitatas inter Familiares, & miniſtros laicos Sanctæ Inquiſitionis; ſiquidem talis ſtylus; imò & quodlibet Regium decretum pugnat adversùs apertas leges civiles, & ſacros canones decernentes communi Calculo numquam in civilibus cauſis ordi-

narias

narijs exequendam eſſe ſententiam in prima inſtantia latam, niſi tranſactam in authoritatem rei judicatæ poſtquam fatalia conſumpta, atque finita ſint, juxta ea, quæ longè dixi *in cap. 4 & 5. & ſub. Rub. & alijs de appellationibus*; non enim ſententia exequenda eſt, niſi in caſibus, de quibus latè dixi *ſub. cap. 11 illius tituli*, ubi leges; quæ diſpoſitio videtur eſſe perjudicialis admodum partibus in ſententia gravatis, quæque in deſperationem propter ſententiam executioni mandatam adductæ litem deſerent, omittent. s appellationis remedio uti, quod in jure pro oppreſſis à judicibus primæ inſtantiæ inventum eſt, ut latè dixi ſub dicta *Rub. & tit. de jure jurando.*

32 Sed quia ſtabilita legibus municipalibus Regnorum, & locorum opportet ſequi, & practicari, & appareat de lege municipali Majoricarum in verbis ſuquentib. ibi: *ſancimus præterea, & ordinamus, quod omnes ſententiæ definitivè in cauſis civilibus latæ, vel deferendæ, etiamſi ab eis ad eandem Regiam Audientiam, vel ad Nos, Secundum modum, & formam prædictam ſupplicatum fuerit, executioni demandentur, rejectis illegitimis exceptionibus, præſtita tamen prius cautione per partem, quæ executionem poſtulaverit*, & appareat contra adductam regulam juris in dicto verſ. *ad ſecundam*, & ſequenti adductam, aliam etiam juris diſpoſitionem ut quoties adeſt ſtatutum ordinans quod exequantur ſententiæ, ſit ita obſervandum, & practicandum, ut docent Maranta *de ordine Judicior. p. 6. in verſ. & quandoque appellator n. 336.* Monach. *decis. lucenſ 48 n. 17.* & DD. per doctrinam textus *in cap. paſtoralis § præterea de officio de leg.*

33 Et confirmatur, quia quoties ex ſtatuto vel pacto diſpoſitum eſt, ut non obſtante appellatione fieri poſſit executio, idem practicandum poterit, non obſtante juris præcepto, ut contingit, quando periculum eſſet in mora, Seſſe *de inhibitionibus cap. 23. n. 40* ubi dicit in caſu, de quo *ibi* ſi talis non fieret inhiberet periculum propter quod debebant eſſe remediæ juris ad exemplum ſententiæ, quæ exequenda eſt, ſi periculum ſit in mora; & ob id ſententiam arbitralem in eo caſu diceretur eſſe exequendam, non obſtante appellatione; & item

34 non obſtante apprehenſione. *Et ſic videmus fidejuſſione, ſivè cautione legis Matritenſis exequi in noſtra Caſtella ſententias arbitrorum per *leg 4. tit 21 lib. 4 recop.* Suarez *in l. poſt rem judicatam caſu 8. ff de re judic.* Gregor Lopez *in l. 35 tit. 4. p. 1. gloſſa. 7.* Gutierrez *in l. nemo poteſt. à n. 450. ff de leg. 1.* Valenzuela Velazquez *conſ 11. n. 63.* Mar. Muta *deciſ. 53. n. 27.* Parladorius *lib 2. rerum quotid. c. fin. 1 p § 2 n. 1.* *Et amplius contingere

35 etiam de jure in ſupplicationibus juxta authenticam quæ ſupplicatio, *Cod de precibus Imperator. offerendis*, Afflictus *deciſ. 356. n. 2* Theſaurus *deciſ. 181.* ubi addit, Giurba *deciſ 4 n 17* D Leo *deciſ. 29. n 19. lib. 3.* Cancerius *1 p variar. cap. 17. n. 37. & 3 p cap. 17. n. 125.* Michael. Ferrer. *3. p. obſervat. cap. 341.* Peguera *in praxi tit. de execut. ſentent numero 5.* Fontanella *de pactis nuptialibus clauſula. 4 gloſſa. 18. p. 4. num. 69. & deciſ. 348. à n. 20.*

36 Cum ergo litigantes ambo eſſent illius Regni originarij, naturales, vicini, & indigenæ, videtur ſine dubio illa lege eſſe præciſos, & litigatos ad obſervantiam dictæ municipalis legis per verba textus *in cap. cum veniſſent ad eos, qui mittitur in poſſeſſ. ibi legi Regni inſiſtentes*, per qua DD docent, & ibi Abbas *n. 3.* & ex doctrina textus *in cap. cum cauſa de re judic.* ubi etiam Abbas *n. 4.* Menochius *conſ 991. à n. 11* & alij DD. per gloſſam *in cap. quod Clericis*, ubi Barbatia *n. 36.* Socinus Senior *n. 4.* & alij, juxta quæ ſcripſi videndo.

Quare in cauſa diu agitata in Tribunali S. Inquiſitionis Majoricens. per quam plures annos inter comitem de Ayamans, & D Petrum Sanctum Cilia, & Pax ordinis calatravæ, & maximè dubitatum à me, & à Domino meo D. Didaco de Arze Reynoſo Inquiſitori generali de extenſione dictæ legis municipalis ad praxim Judicum Inquiſitionis, dum non conſtitiſſet de admiſſione talis legis municipalis, etſi in favorem dictæ legis municipalis adducerem tunc ſtylum Inquiſitionis Valliſoletanæ eſſe circa proſequendas cauſas civiles, & in ea ventilatas obſervare eundem ſtylum, quem obſervat Regia Cancellaria ibi exiſtens, in his ſcilicet quæ ſpectant ad ordinatoria 37

proceſſus, * Adhuc quæſiris, & inveniis per me ab anno 1585. uſque ad 56. in multis exemplaribus cauſarum ordinariarum, & civilium in eo Tribunali Inquiſitionis Majoricen. de quo informavi D Dominum Inquiſitorem generalem, & omne conſilium uno aſſenſu, & ore fuit mandatum ut exequeretur ſententia lata ab Inquiſitore Majoricens. & hoc quia à tempore retro per epiſtolam vulgò *carta acordada* 12 Novemb. 1612. Liquet eſſe ſtabilitum, ut obſervaretur in illa Inquiſitione idem ſtylus, qui obſervatur in exequendis dictis cauſis in illa Audientia Regiæ per verba ſequentia ibi; *que ſe guarde la coſtumbre, y eſtilo, que en eſſe Tribunal, y Audiencia Real ſe obſerva y guarda, y aſi lo guardareis en eſta cauſa, y en todas las demas que ſe ofrecieren*, quæ verba indicant jam de eodem ſimili negotio conſultum fuiſſe, noſtrum conſilium ſupremum? & ob id mandaſſe, ſicut debita epiſtola apparet. 38

Et ſic concludimus dictam legem municipalem non infringere in aliquo immunitatem Tribunalis Inquiſitionis, nec Juriſdictionem Epiſcopalem Diœceſis Majoricens. cum tale præceptum Regium, ſeu ſtatutum illius Regni non ſit quod per ſe obligat in injudicatura Inquiſitionis, aut Epiſcopi, ſed amiſſis Inquiſitorum, & Epiſcoporum, qui pro tempore ibi judicarunt, & gubernarunt; ideò ab illis admiſſum; quia non pugnat Juri, nec rectæ rationi; & optimæ gubernationi; & ſic factum; quia dum leges civiles, & ſtatuta municipalia legiſlatorum ſæcularium, non contraveniunt diſpoſitionibus, & reſolutionibus canonicis, docet eas obſervari, & practicari etiam inter Judices Eccleſiaſticos, per plura, quæ jam dixi ſub textu noſtro, ubi Imola *n. 15.* Felinus *à n. 88.* Decius *n. 233* Baldus *in Rub. hujus tituli n. 27. & in cap. 1. n. 7. de alien. feudi*, Bacardi *ad Clarum q. 77. n. 37.* Caſtellus *de libert. Eccleſ. lib. 2. cap 9 n. 8.* del-Benè *de immunit. Eccleſ. cap. 1. dub. 2. ſect. 2. à n. 1.* Amic *conſ. 4. n. 19.* Graff. *de effectibus Cleric. effectu. 2. à n. 112.* 39

Et quia refertur in lite ſic pro parte Decurionum, & Juratorum illius Regni Majoricarum, petitum fuiſſe à Domino Inquiſitore generali, & à noſtro ſupremo conſilio, ne innovaretur in materia ſic ardua, & inconcuſſa; eo quod eſſet accedere in irreparabile, atque maximum præjudicium illius Regni per regulam textus *in l. minime* 40

cum

eum vulgatis de legibus, & juxta quæ optimè con-
cludent Fontanella *decif.* 428. *n.* 17. Gonzalez *ad
regul.* 8. *Cancel gloſſa.* 6. *n.* 209. *ibi*, & quando ali-
qua eſſet difficultas, ſufficeret ſtylus hujus curiæ,
qui pro lege ſervari debet, de quo late dixi *infrà
ſub. Rub. de conſuet q fin.* & docent DD. per tex-
tum *in cap. ex litteris hoc tit. cap. quamgrave de
crimine falſi* Menoch. *decif.* 51. *lucenſ.* Antonius
Theſaurus *decif.* 1. *n.* 9. ideo dicendum eſt ex op-
tima ratione dictam legem municipalem in eo
Regno ſtabilitam eſſe & ex uberiori in illa in-
quiſitione practicari; quia cum de illa ſit appel-
latio interponenda ad noſtrum conſilium, pro-
pter cujus longitudinem, & diſtantiam itineris,
pars ſententia juvata, ſi ea non exequeretur cum
dicta cautione, fortè potentia alterius patris con-
demnatæ litem deſereret; indeque admittimus
quam rectè illam Inquiſitionem conformatam
fuiſſe cum tali lege municipali, & ſtylo illius Re-
giæ, Audientiæ & perinde à noſtro conſilio ap-
probatum nunc, & à tanto tempore, ut relatum
eſt; & ſic videmus non obſtare fundamenta con-
trariæ ſententiæ poſita *ſupra hic* in dicto verſ. *ad
ſecundum*, & ſequenti.

AD TEXTUM
IN CAPITE XI.
Hoc titulo. De conſtitutionib.

PRÆMISSUM.

1 SUpra tam ſub Rubrica, quam ſub cap. præ-
cedenti promiſi *hic* agere de lege pœnali,
cum in nullo alio textu totius hujus tituli com-
modius agi valeat, etſi contextura, & littera non
applicetur ad pecuniarias pœnas, aliasvè in jure
uſitatas contra frangentes leges, ſtatuta, & con-
ſtitutiones; ſed loqui videatur de alia pœna, ſci-
licet propter contumaciam juxta doctrinam, &
materiam textus *in cap.* 1. *de Judicijs*, ubi dicta
de contumacia, ſeu contumace non comparente,
& poſtea pœnitente, & de pœna excommunica-
tionis, ſive ſuſpenſionis, qua punitur ibi Cobul-
deus contumax Epiſcopus, hic admodum appli-
2 cantur. † Verum quia in toto hoc tit. agimus
de ſtatutis, & legibus, & *in cap.* 1. dixerim de
peccato contracto ab eo, qui legem frangit, nec
obedit; & conſequenter deberet tractari de pœ-
na temporali, qua frangens puniri debeat, & hic
de hoc puncto agi poſſit ideo adjunctis quæ *Su-
prà* adduxi *q.* 24. de pœnis impoſitis in ſtatutis
laicis adversùs Eccleſiaſticos, & *q.* 16. verſ. *ad
3 quartam & q.* 40. *& alijs.* † Jam nunc generaliter
poſſumus inquirere de facultate legitimi legiſla-
toris imponendi pœnas in ſubditos legem fran-
gentes, de qua tractatione dico *inà à quæſt.* 1. per
nonnullas quæſtiones ſequentes. Sed ante illam
ut morem ſervemus, atque ſtylum aliqua pro
littera hujus textus duxi notanda.

4 Igitur quod textus iſte loquutus ſit; non de
cenſura, & excommunicatione, ſed de quadam
alias pœna temporali privationis commercij cum
Magiſtris, docet Balboa ex propoſito explanans
textum hunc *in cap.* 1. *de judicijs n.* 63. ubi addit
quod etſi textus hic mentionem fecerit de ex-
communicatione lata propter contumaciam, qua
ceſſante excommunicatus debet reſtitutionem
obtinere, hoc debeat intelligi præmiſſa abſolutio-
ne, juxta conſuetam Eccleſiæ formam, ut *in cap.
cum deſideres de ſent. excommunicationis*, *cap à
nobis* 28 *cap. quamvis* 58. *eodem*, *cap. ad aures*. 14.
de ſimonia. † Et quia idem, Balboa *ibi à n.* 60. 5
agit de illa quæſtione, etiam per textum noſtrum,
an *excommunicatus donec ſatisfecerit ſatisfactione*,
indigeat abſolutione; ideo applicabis quæſtiones,
quas adduxi ſub *dicto cap.* 1. *de Judicijs*, circa
finem.

Et quia Barboſa *hic n.* 1. *& à n.* 8. uſque ad 6
finem, congerit caſus nonnullos de contumacia,
& ego ad ſaturitatem dixerim tum *in dicto cap.* 1.
de judicijs, Tum *in Rubrica, & tit. de contumacia,
& in n. fin.* per gloſſam *in perpetuum*, & *hic
enim punitur* notat quod contumacia non eſt pro- 7
priè crimen, ut tractant Covarruv. *in cap alma
p.* 1. § 9 *n* 5. *col.* 4. Tyraquel *de retractu linag.* §. 2.
gloſſa 2. *n* 5. Perez *l.* 1. *tit* 3, *ordinam pag.* 519.
† Et dicant Corneus *conſ* 95. *n.* 3. *& conſ.* 198. 8
n. 6. *vol.* 4. Bulazon *de different. inter judic. civi-
lis, & crimin. differentia* 192. *n.* 3, quod con-
tumacia lato modo, & per ſe delictum diciturideo
ut melius expendas adjunges quæ ex multis per
amplificationes, & limitationes, & ex diverſis
Doctoribus tradit Gratianus *regula* 504 ubi è
contra conſtituit pro regula, ut contumacia non
ſit propriè per ſe delictum, † Et quia idem Bar- 9
boſa *hic n.* 9. ait quod pœna impoſita pro contu-
macia regulatur ſecundum fines contumaciæ,
ſi cum Bernardo *regula* 538. * Ego dico ex re- 10
gula textus noſtri, quod contumax punitur
ſecundum finis ſuæ contumaciæ, per quam
docent Bartolus *in l. ſi adulterium cum inceſtu* §. 1.
ff. de adulterijs Bald. *in l.* 1. *Cod. de poſtulando*,
Felin. *hic n.* 34. ubi aliqua ſingularia tradit, &
ampliat dupliciter alijs duobus modis limitando,
Gratianus *regula* 107. qui ad hoc comprobandum
ſic tenet, etiam ex textu optimo *in cap.* 2. *de of-
ficio de leg. n* 4. & Tyraquel *de cauſa ceſſant* 1 *p.
n.* 57, cum alijs ubi benè amplia t, & reſtringit
aliqua bona in materia referenda. * Et iterum 11
quia Barboſa *hic n.* 5. in verſ. *communione privatur*
notat quod ſuſpenſio inducta propter contuma-
ciam, cenſetur inducta ad tempus, quo durat con-
tumacia, ut eſt communis intellectus ſecundùm
Covarruv. *de ſponſalib. p* 1. *cap.* 6. *n.* 15. ex addu-
cta ratione in verſ. *& quia.* Sed tu ad ſaturitatem
applicabis aliam regulam contrariam, quam tra-
dit Gratianus *regula* 143. * Nempè ut diſpoſitio 12
pœnalis, quæ nullam temporis præfinitionem
continet, perpetua cenſeatur probans ex Bart.
Baldo, Cyno, & Salicetu pro textum *ibi in ſer-
vis ff. de pœnis, & in l. fin. Cod. ut litè pendente*
quam limitat Felinus hic tripliciter à *n.* 31. &
idem Gratianus declarat. *n.* 2. * Ut ſi poſſit pœ- 13
na aptari ad temporalem, & perpetuam, tunc
in dubio temporalis cenſeatur, ſic cum Angelo de
Clava *in ſua ſumma* verbo *pœna q.* 22. Joan. Ne-
viſan. *in ſua ſilva nupt lib* 6 *verb. in dubio quomodo
Judicandum fol* 242. in parva impreſſione. & in
magna *folio* 150. *n.* 47 † Etenim notat Barboſa 14
hic n. 2. ex verſ. *tam Juris canonici* cum Flamin. *de
reſignat. lib* 7 *q* 3. *n* 6 Sotd. *decif.* 370. *n* 4 quod
actus in dubio cenſetur factus ſecundùm illud,
quod Jus diſponit generaliter & ut tunc ejus em-
phationis debeant an pießi ſicut tenuit alter Pe-

trus

trus Barboſa *in l. 1. ff. ſolutio matrim. p. 1. n. 61.* Valaſc. *conſult. 42. n. 7.* Tiraquel. *in tract. le mort. p. 2. declarat. 2 n 2.*

Et quod arbitrium Judicis extenditur uſquead
15 pœnam mortis dixit Abbas *hic.* de qua quæſtione Gratianus cum infinitis *regula* 44. ubi videbis, & quod pœna à jure ſtatuta ex cauſa moderari poſſit, dixit idem cum multis *in reg.* 344. ubi aliqua videnda, & conſiderata recte applicanda ad textum noſtrum, videbis. Sed quia hæc magis congruunt ad Rubricam, & titulum de pœnis, ideo de his non longius ago, cum revera ſint de lege pœnali.

16 De citatione unica, aut trina movet hic Felinus *n.* 13. & 14. quare adjunges eundem Gratianum cum multis *regula* 66. ubi definit, quod citatio unica ſufficit ex mandato Judicis expreſſo, etiam ubi trina requiritur. & *reg.* 67. quod citatio trina requiritur, ut quis contumax dicatur, quas ampliat, & limitat modis multis. Verùm quia de citatione trina, & ſimplici dixi latè, tum *ſub. dict. cap. 1. de judic.* & *ſub. cap. 1. de cauſa poſſes.* & *propriet.* & generaliter de neceſſitate citandi ad actus Judiciales, *in cap. pen. de foro compet.* & *in cap. 3. de teſtibus*, & *alibi*, ideo *hic* non amplius.

18 Et quia idem etiam Barboſa ex verſ. textus ibi *quam noſtri moris à n.* 3. *ad* 7. dicit quod ſtylus Curiæ facit jus & pro lege obſervatur, & quod ſtylus Judiciorum circa proceſſus, ordinationem, & Judiciorum uſus verſantem pro lege in eodem Judicio obſervandus ſit, etiam in Judicialibus; & quod Judex Judicando contra ſtylum facit litem ſuam; & quod ſententia lata contra ſtylum, ſit etiam nulla; ubi *n.* 7. ponit Doctores aliquos agentes de ſtylo, & ejus vi; ideo applicabis quæ *infrà* dico *ſub. Rub de conſuetudine q. fin.* Ubi ago de ſtylo, & uſu Judiciorum: alia in *cap. quod*
19 *Clericis. 9. de foro comp. q.* 1. & 3. † & de ſententia contra ſtylum lata, ut nulla ſit egi ſub *cap.* 1. *de ſent.* & *re Jud.*

QUÆSTIO I

An legiſlator habeat poteſtatem obligandi ſuis legibus ad culpam, & pœnam ſimul, & ad pœnam ſolvendam tantùm. Et an lex humana obligare poſſit ad ſui obſervantiam cum periculo vitæ Et an leges pœnales queant ad pœnam obligare ſolvendam ante Judicis ſententiam. Et an poſſit dignoſci quando leges pœnales continent ſententiam ferendam, & quando latam. Et an requiratur monitio, ut quis incurrat legis pænam.

SUMMARIUM.

1 *Lex obligans ſolùm ad pœnam poteſt dari, cum pœna incurratur, vel pro culpa, vel pro cauſa, ut* numero 2. & 4. numero. 5.

3 *Pœna poteſt poni à legiſlatore ſine prævia culpa ex eo, quia interdum poteſt dari cauſa ad bonum commune.*

5 *Leges de non ſecandis arboribus nemorum, de non capiendis feris, & piſcibus fluminum, ad ſolam pœnam obligant.*

6 *Legiſlator ſi velit, poteſt ſua lege obligare ad pœnam, & ad culpam. Lex dividitur in purè pœnalem, quæ ſolùm obligat ad pœnam, & in mixtam, quæ ad pœnam, & culpam ſimul, propter tranſgreſſionem præcepti, quæ eſt ſimul præceptiva, & pœnalis* eod. numero. 6.

7 *Pœnalis lex cum periculis non queant obligare?* remiſſivè.

8 *Leges quædam ſunt conſiſtentes in mera privatione, quædam exequentes actionem. Primæ verificantur in excommunicatione; & in aliis cenſuris ſecundæ in actionibus tendentibus ad executionem, ut eſt pœna mortis, flagellationis, & aliarum &c.*

9 *Lex humana, & legiſlator poſſunt obligare in conſcientia ante Judicis ſententiam ad quamlibet pœnam non excedentes limites æquitatis &* n 10.

10 *Legiſlator humanus habet poteſtatem ad culpam ante Judicis ſententiam, & ad pœnas poſitivas* fallit num 11.

11 *Legiſlator quando pœna ſuſtineri non poteſt à Reo abſque culpa, vel quando eſt nimis acerbo, non poteſt obligare ad talem pœnam &* quare n. 13.

13 *Lex humana ſecundum aliquos nequit obligare ad pœnam, quæ requirit actionem ad ſui executionem, nec ad pœnam, quæ conſiſtit in paſſione, ut* numero 14. *ſed aliud dicitur à* n. 15. & 18. & *reſpondetur Cajetano & Soto* n. 10.

15 *Delicti declaratio quoties adeſt per ſententiam; eo ipſo poteſt in pœnam incurri abſque alia condemnatione, ſive executione Judicis,* numero. 16. & 17.

16 *Prælatus ſicut poteſt præcipere, ut ſe ipſum flagellet: ita Judex, aut lex poterunt præcipere, ut ſi aliquis tale crimen commiſerit, aut peccatum, ſe ipſum flagellet.*

17 *Excommunicatus exiſtens in Eccleſia, tenetur foras exire, ſi in ea miſſa, aut officium incipiat, nec acceptare beneficium ſi illud ei offeratur; quod nequit impleri abſque aliqua actione.*

19 *Judex etſi non poſſit aliquem condemnare, ante quam illum audiat, & juxta allegata, & probata, ſatut in lege, quæ eſt* Suprà *omnes Judices imperans hoc, vel illud exequendum neceſſario adimplendum, dum ſit adæquatum, non difficile, & naturæ repugnans, ut criminoſus ſe ipſum occidat, vel mutilet.*

20 *Lex pœnalis, etiam ſi ipſo facto, vel ipſo Jure pœnam Conſtituat, minimè poteſt non obtemperantibus gignere obligationem, qua debeat Rem luere, & ſolvere pœnam in foro conſcientiæ ante Judicis ſententiam &* n. 21.

21 *Pœna*

22 *Pœna conventionalis appoſita in aliquo contractu, non ſolvitur ante Judicis ſententiam, & de quibaſdam dubiis* remiſſivè n. 23. & 26. ad 30. *Ubi qualiter intelligatur.*

24 *Leges pœnales quando contineant, ſententiam latam, aut ferendam, &* n.25.

25 *Lex quoties utitur verbis comminativis alicujus pœna, non obligat in conſcientia uſque ad judic s ſententiam, ſed tantùm ad pœnam ſruen ant: ut cum v. g. pracepit aliquid ſub quadruplici pœna, aut ſub pœna excommunicationis, aut inhabilitationis, qua procedit non ſolùm in pœna legali, ſed & conventionali* num. 26. *Quod ultimum videtur aliter* n.27.28.29.& 30.

28 *Pœna adjecta mutuo, ſicut cuilibet obligationi, poteſt exigi in foro conſcientiæ, ſi non interveniat fraus, aut injuſtitia, ut explicatur de pœna conventionali, qua conſiſtit in lucro immoderato, & in datione quantitatis à ſolito fœnerari. Sed quando id procedit* n. 29. & 30.

31 *Lex quando loquitur verbis, futuri temporis non continet ſententiam latam nec obligat in conſcientia uſque ad judicis ſententiam. Sed qualiter ibi &* n. 32.

33 *Lex quando loquitur verbis præſentis temporis ſeu modo indicativo præſtat intelligi, ut pœna debeatur ipſo Jure.*

34 *Pœnalis lex ipſo Jure privans, & obligans ad pœnam ante judicis ſententiam, quibus verbis concipiatur, &* dict. n.23.& 25.

35 *Pœnalis lex cum vult ipſa facto condemnationem, & pœnæ incurſionem exprimit, ut* n.26.

36 *Sancti Officii inquiſitionis* Carta acordada *contra frangentes ſecretum ſub pœna ipſo Jure lata abſque alia judicis declaratione refertur.*

37 *Lex lata per verba dubia potius intelligitur de pœna ferenda. quam delata ipſo Jure.*

38 *Lex ut obliget ad pœnam ipſo facto, & præſertim in re, in qua reus ipſe ſit habiturus actionem; ut potè exilii ſolutionis pecuniæ, debet loqui verbis .Clariſſimis;, qua Cavillari nequeant ad alium ſenſum.*

39 *Pœna legalis in foro conſcientiæ, an exigi, aut ſolvi debeat?* remiſſivè.

40 *Pœna legis, ut incurratur monitionem, requirit quando lex loquitur negativè, ſecundùm innocentium, alii negant* num 41. *explicatur* n.42.

42 *Monitio requiritur in proferenda ſententia excommunicationis adverſus contumacem.*

1 AD primam quæſtionis partem, quia ſatis reſponderi poteſt ex adducta *ſupra in cap.1.hoc tit.q.2.&* 3. Ubi de lege obligante cum peccato ideò jam breviter reſpondeo poſſe dari legem obligantem ad ſolam pœnam ut docet Doctorum communis cum D. Thoma 2. 2. *quaſt.* 108 *ad* 2. & *q.*186.*art* 9 *ad primum:* & ſic colligit noviſſimè D. Tapia Archiep. Hiſpalen. *p.* 1 *lib.* 4. *de legib.q.*10.*art.*1.*num.*2. ex Regula Juris *cap.*23.
2 *lib.*6. Ubi dicitur quod pœna incurritur, vel pro culpa, vel pro cauſa,* inde notans poſſe imponi à legiſlatore pœnam ſine previa culpa; ex eo quia ſine delicto poteſt dari cauſa conducens ad bonum commune, quæ utilius, & ſuavius dirigitur abſque præcepto actus exercendi à ſubdito.†Et ſic tunc poſſe legiſlatorem obligare ſua lege, vel ſtatuto ad ſolam pœnam, ut de facto comprobat ex regula Sacri Ordinis prædicatorum, in cujus prologo dicitur *noſtræ conſtitutiones non obligant ad* 3
culpam, etiam venialem, ſed ad ſolam pœnam; 4
idemque caveri ait in nonnullis aliis religionibus, †& in Republica etiam civili, ſatis ait eſſe veroſi- 5
mile aliquas leges pœnales obligare ad ſolam pœnam, ut de non ſecandis arboribus memorum, de non capiendis feris, & piſcibus fluminum: * & 6
addens *num.*3. cum Navarro, & per DD. *in cap. fraternitas* 12 *q.* 2.*n.* 22. Ut poſſit legiſlator, ſi velit obligare ſua ad culpam, & ad pœnam, ibi *num.* 4 ponit congruam diviſionem legis impurè pœnalem, de qua nunc loquimur, quæ ſolùm obligat ad pœnam, & mixtam, quæ ſimul obligat ad culpam, & pœnam, propter tranſgreſſionem præcepti, quæ eſt ſimul præceptiva, & pœnalis de qua jam ſub *Rub.* & *ſub cap.* 1. & multis ſequentibus articulis, idem Archiepiſcopus plura alia reſolvit dubia, quæ non tranſcribo.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an lex huma- 7
na poſſit obligare ad ſui obſervantiam cum periculo vitæ, quia jam *ſupra* dixi ſub *Rubrica q.* 16. verſ *ad ſecundam*, ideo non repeto.

Ad tertiam partem an leges pœnales queant 8
obligare ad ſolvendam pœnam ante judicis ſententiam Et ut clarius reſolvam, adverto quaſdam eſſe leges conſiſtentes in mera privatione, quaſdam inquam requirentes actionem. Primæ veri-
ficantur in excommunicatione, ſuſpenſione, & 9
interdicto, & aliis. Secundæ verificantur in actionibus tendentibus ad executionem, ut eſt pœna mortis, flagellationis, & aliarum pœnarum, veluti exilium, pecuniæ ſolutio; ita poſt alios dividit noviſſivè D. Tapia Archiep. Hiſpal. *de legibus dict. lib.*4.*p.* 1. *q.*10.*art.* 8. † ubi *n.* 2. regulam conſtituit generalem, nempe quod *lex humana, & legiſlator poſſunt obligare in conſcientia ante judicis ſententiam, ad quamlibet pœnam, non excedentes limites æquitatis, & cancellos*, addens ſe credere à nemine illam poſſe negari, quia tota Doctorum varietas conſiſtit in judicando, an pœna ſit exceſſiva, & nimis rigida, probatque regulam ex ea ratione.
*Quia legiſlator humanus habet poteſtatem obli- 10
gandi ad culpam ante quamlibet judicis ſententiam, & ad pœnas poſitivas, quia non excedunt limites æquitatis; ergo infert, ut habeat poteſtatem obligandi ad quamlibet aliam pœnam, non excedentem menſuram æquitatis in ſubſtantia, 11
aut in modo. * Ubi *num* 3. concludit, ut quando pœna non poteſt ſuſtineri à reo abſque culpa, vel quia eſt nimis acerba, non poſſit legiſlator ad talem pœnam obligare: & hanc concluſionem tenent ante illum, ut communem Caſtrus *lib.* 2. *de lege pœnali, cap.*5. Cordub a *lib* 2. *quaſt.* 36. Suarez *tom.*5.*diſp.*3 *ſect.*1.*n.* 11. & *ſect.* 3. *n.*9. & *de legib. lib.*5.*cap.*5.*num.*14 Vaſquez 1.2.*tom.* 2. *diſp.* 16. *cap.*2. Navarr. *in cap.*23.*n.*67. & *cap.*25.*num.*117. Covarruv. 2.*p.de matrim. cap* 6.§.8. *n.*10. Sylveſter verbo *aſſaſinus*, Azor *tom.*2. *moral. c.* 7. *lib.*5. præſertim *q.*8. bene exemplis explicat Villalob. *in ſumma p.*1.*tract.* 2.*diſ.* 23. *n* 2. de quo puncto leges plures quas referunt Vaſquez, & Azor.

Et ratio eſt quia, etſi pœna ſit illius, qui eam recipit, non eſt impedimento quominus lex queat hoc, aut illud præcipere, & conſequenter, ut ſiquis tale delictum committat faciat hoc, aut illud, dum ſit ei proportionatum.

Unde

13 Unde licet Cajetanus 2.2.q.62.*art.*3.& *in ſum-*
ma verbo *pœna* Simancas *de Catholicis inſtitut.*
tit 9. à. n. 91. doceat quod lex humana nequit
obligare ad pœnam, quæ requirit actionem ad
ſui executionem ipſo factoante judicis condem-
nationem; eo quod leges pœnales obligant ad
pœnam, pœnaque non dicat actionem, ſed paſ-
ſionem; & quia videtur naturæ abſorſus, ut quis
ſit ſimul patiens, & agens; † imo Sotus *lib.* 1. *de*
14 *juſtitia quæſt.*6. addit plus dicens, leges non poſſe
obligare ad pœnam; quæ conſiſtit in paſſione,
illud tantum admittendo in cenſuris, in quibus
privatur, non de bonis propriis, ſed tantum de
communibus Eccleſiæ, quod non admittit ex in-
habilitate ad votum, nec in aliis pœnis; & quia
nemo debet condemnari antequam audiatur ex
regula textus *in cap.*1. *de cauſa poſſeſſionis*, & *pro-*
priet. Ubi late dixi.

15 Adhuc non eſt diſcedendum à prima relata
ſententia, quia cum Cajetanus, & alii fateantur,
ut quoties adeſt delicti declaratio per ſententiam
eo ipſo queat incurri in pœnam ipſam abſque alia
condemnatione, ſive executione judicis, ſuorum-
ve miniſtrorum. Ergo non aſt cur poſſit negari,
ut hoc idem à lege ſola per ſe, idem imperetur
abſque alia judicis ſententia declaratoria, ſiqui-
dem per ipſam judicis declarationem nulla fit via
ipſi reo, qui remanet obligatus ad exequendam
16 pœnam ipſam in ſe ipſo, † ex quo evenit, ut cum
prædictum mandatum judicis, non judicetur in-
tolerabile. Ergo nec ipſa lex eam obligationem
exequendi imperans; ſi enim prælatus poteſt præ-
cipere ut ſubditus ſe ipſum flagellet, cur enim
non poterit præcipere, ut ſi ipſe tale crimen, aut
peccatum commiſerit, ſe ipſum flagellet; & in-
veritate ipſa videmus ipſas leges ponentes pœ-
nam in rebus privativis † Quia excommunica-
17 tus exiſtens in Eccleſia, ſi mida, aut officium Ec-
cleſia incipit, tenetur foras exire; & ſi ei confe-
ratur beneficium, tenetur illud non acceptare,
quod nequit implere abſque aliqua actione: ſic
Doctores primæ ſententiæ.

18 Et confirmatur eo quod non eſt minus grave,
ut homo privetur ab actionibus, quas exercere
poteſt, ad quas habet Jus, & propenſionem ex
quibus ſpectet fructus, quam ab aliis actionibus
pœnalibus, cum mallet quis ſolvere aliquam pe-
cuniæ quantitatem, quàm privari ſuffragiis com-
munibus Eccleſiæ, & recipiendi fructus benefi-
cii, eligendi, & eligi. Ergo ſi lex ipſo facto poteſt;
& queat obligare ad ſecundum, ſic ut talis pœna
non judicetur acerba nimis, & gravis, etiam po-
19 terit ad primum obligare: ita illi. † Quare non
obſtant Cajetanus, & alii, nec ultima ratio Soti,
quia etſi revera Judex non poſſit aliquem con-
demnare ante quam illum audiat, cum debeat
pronunciare juxta allegata, & probata ex latè di-
ctis *ſub cap. dilecti de judiciis*, ſub *dicto cap.* 1. *de*
cauſa poſſeſ. & *propriet.* idem ſub *Rubrica.* & *tit.*
de probat. hoc non procedit in lege, quæ eſt ſupra
judices omnes, imperans hoc, vel illud exequen-
dum neceſſario adimplendum, dum ſit ad æquan-
tum, non difficile, & naturæ repugnans, ut crimi-
noſus v.g. ſe ipſum occidat, ſive mutilet, quod
eſſet iniquum; ut ponderant relati, & idem Ar-
chiepiſcopus *dicto art.* 8.*n.*3.

20 Et hac inquam occaſione relati Doctores, &
Villalobos *ſupra dicta p.* 1. *tract.* 2. *difficult.*25. &
diſ 26. & Archiepiſcopus Hiſpalens. *dicto lib.*4.
p. 1. *quæſt.* 10. *art.* 9 & 10. agentes cum Molina,
Suarez, Aragon, Soto, Sanchez, Diana, Granado,
Maldero, & aliis de illis quæſtionibus, an leges
pœnales ponentes pœnam, ipſo facto conſiſtentes
in privatione obligent ante ſententiam judicis.
Et an lex pœnalis obligans de facto ad pœnam,
quæ conſiſtit in actione obliget ante judicis ſen-
tentiam, ſub diſtinctione explanantes. † Verum 21
quia de his ampſius, & de aliis, etiam poteſt, ac
debet agi ſub *tit. de pœnis*, ſic pro reſolutione ge-
nerica, dico quod lex pœnalis, etiam ſi ipſo facto,
vel ipſo Jure pœnam conſtituat, minime poſſit
non obtemperantibus, gignere obligationem, qua
debeat reus luere, & ſolvere pœnam in foro con-
ſcientiæ ante judicis ſententiam; ita cum Covar.
Anton. Gomez. Menochio, Mutica, Matienco,
Perez, Mexia, Spino, Gutierez. Penia, Navarro,
Zeuallos, Gratiano, Garcia, Zenado, & cum
Sanchez, & cum Diana *in tractatu* 10 *de legibus*
*p.*1.*re.*23. plures referente, dicit Barboſa *in cap.*
quæ in Eccleſiarum 7. *hoc tit. num.* 6. qui *num.* 7.
ex Vaſquez, & Leſſio contra Molinam, Vallet,
& Rebellum † idem affirmat de pœna conven- 22
tionali appoſita in aliquo contractu, ut non ſol-
vatur ante judicis ſententiam, † & *ibi* ſub *dicto* 23
*num.*7. proponens quæſtionem, an autem qui per
legem pœnalem privatur ipſo facto voce activa,
& paſſiva, teneatur ipſo facto in pœnam ſubire
ante judicis ſententiam, & dicat eſſe quæſtionem
dubiam, pro affirmativa refert Vaſquez, Salas,
Suarez, Becanum, & Villalobos *ſupra* Et pro
contraria quoad vocem activam tradit ſic reſol-
ventes Molinam, Souſam, Malderum, & Gra-
vadum, ad quos ego te remitto, ne diutius hic
agam, cum in *dicto pœnis*, & *ibi in cap. ſuam*
propria agi debeat, ubi de multis pœnarum
ſpeciebus, veluti legalibus, conventionalibus,
& aliis.

Ad quartam quæſtionis partem, num poſſit 24
dignoſci, quando leges pœnales contineant ſen-
tentiam latam aut ferendam. Et affirmativè reſ-
pondeo primò ut quoties lex continet verba ſen-
tentiæ ferendæ, non obliget in conſcientia uſque
ad judicis ſententiam. * Et ſic evenire ut quoties 25
utitur verbis ſimplicibus comminativis alicujus
pœnæ non obliget in conſcientia, uſque ad ju-
dicis ſententiam, ſed tantùm ad pœnam feren-
dam, ut cum v.g. lex præcepit aliquid ſub qua-
druplici pœna, aut ſub pœna inhabilitationis, aut
excommunicationis; ut docent communiter Do-
ctores cum Divo Thoma in 2.2. *q.* 6 *art.* 3 *ibi*
Cajetanus Navarr. *in cap. erat* 12.*q.* 2. Tyraquel.
*de pœnis temper.n.*254. Suarez *de legibus lib.* 5.*c.*6.
n 4. & gloſſa *in dicto cap. erat.* 12.*q* 2. ubi alii Do-
ctores, & eſt communis doctrina ſecundùm om-
nes; eo quod prædicta verba non ponunt execu-
tionis præceptum, ſed tantùm inſtruunt judicem.
Et quod lex poſitiva, ſi imponat pœnam, non obli-
get, ac liget ad ſolutionem pœnæ in foro conſci-
entiæ. Gratianus cum multis *regula* 204.

Et prædictam inquam concluſionem procede- 26
re, non tantum in pœna legali, ſed etiam in pœ-
na conventionali illa inquam, quæ procedit à
conventione aliquorum contrahentium, ut ma-
gis timore pœnæ corroboretur contractus, quam
fractor non tenetur illico ſolvere, uſquequo con-
demnetur, ne tenent Navarrus *in manuali cap.*
23.*numer.*98. Vaſquez 1. 2. *ad diſput.* 173. *cap.* 1.
nam hujuſce pœnæ regulariter non ſolvuntur uſ-
que ad judicis condemnationem; † Video tamen
Barboſã cũ Covarr, Molina, Zenedo, & aliis cõtra

 27

Maranta *in cap. ſua de pœnis num. 6.* dicete quod
pœna conventionalis debetur non ſolùm in foro
externo, ſed etiam in foro conſcientiæ, ſi credi-
tor petat; aut exequatur. † addens quod pœna
28 adjecta mutuo, ſicut alii obligationi exigi poſſit
in foro conſcientiæ, ſi non interveniat fraus, aut
injuſticia. Sic cum Soto *in 4. diſt. 15 quæſt. 2.*
Navarro, Rebuffo, & Gutierez; & limitat
29 *num. 7. & 8.* in pœna Conventionali, quæ con-
tinet lucrum immoderatum; quæ cum cenſeatur
in fraudem uſurarum poſita licitè non petitur,
& in pœna conventionali appoſita dationi quali-
tatis à ſolito fœnerari, quæ non detur; imo,
30 & † Vaſquez ubi ſupra addidit, ut quamvis pœ-
na conventionalis apponatur expreſsè in contra-
ctu, ut debeatur ipſo facto, Verùm ut bene Sua-
rez notat *ſupra* hoc non metitur regula aliqua
certa, cum pendeat à voluntate contrahentium:
Videbis de conventionali, & legati cum multis
aliis Dianam *p. 1. tract. 10. res 23* Ubi cum Gra-
nado Salas de Revello, Sanchez, Molina, Regi-
naldo, Leſſio, & aliis.

31 Et his dicendum ut quando lex loquitur ver-
bis futuri temporis, non contineat ſententiam
latam, nec obliget in conſcientia, uſque ad ju-
dicis ſententiam, ut multis comprobat Tyraquel-
lus, *Ubi ſupra à num. 39.* ut ſit lex v. g. dicat *ex-*
communicetur, ſeu utatur aliis ſimilibus verbis,
quod debet procedere, niſi quando pœna aliàs
eſſet talis, quæ non incurreretur judicis ſententia,
ſi ipſo facto appoſita non eſſet, ut pote, ſi lex di-
32 ceret *ſub pœna irregularitatis*, † quia regularitas
nequit à judice infligi, cum ipſa ſolum incurra-
tur, propter caſum Juris expreſſum, ut latè dico
ſub tit. de homicidio, & per textum *in cap. is cui de*
ſent. excommunic.

Verùm quando pœna à lege imponitur verbo
33 præſentis temporis, ſeu modo indicativo, tunc
debet intelligi. ut pœna debeatur ipſo Jure, quia
lex præcipit lata ſententia, ut ſi v. g. diceret lex
excommunico quemque facientem hoc, vel illud
privo, ſeu *inhabilito*: ita ex communi Doctorum
placito reſolvit Tyraquellus, *Ubi ſupra numer. 21.*
& patet ex relatis verbis, quia ſi ſic non intelli-
gerentur verba, Mendoſa eſſent, † Sed quia ex
34 ſtylo ordinatio in hoc pœnarum genere alia ad-
duntur verba, veluti *noverit ſe eſſe privatum*, vel
excommunicatum, ſeu alia ſimilia, quibus Jus
ipſum utitur; ideo ſi pœna excommunicationis
imponitur, vel ſuſpenſionis, debet expreſsè de
intentione legis, aut imponentis apparere, qui
ſolet uti clauſula ſequenti, contra faciens incur-
rat pœnam excommunicationis latæ ſententiæ,
& † ut conſiderat Villalobos *in ſumma p. 1. tr. 2.*
35 *dif. 24. num. fin.* Verba quibus ſolent illæ pœnæ
apponi à judice ipſo facto ſolent eſſe, latæ ſen-
tentiæ in quam incurrat ante judicis condemna-
tionem. † Et ſic in noſtro inquiſitionis gremio
36 habemus quandam legem *de carta acordada* quæ
legitur quotannis coram omnibus miniſtris. Item
quoties de novo aliquis admittitur ad aliquod
officium, commendans maximè ſecretum inqui-
ſitionis, et præſentans damna innumera, quæ ex
ejus fractione proveniunt, & ipſo Jure abſque
alia declaratione pro prima vice ſuſpendit ad tem-
pus condemnandum in partem fructuum. Pro ſe-
cunda privat ſic, ut nec in conſcientia faciat fru-
ctus ſuos Salarii.

37 Sin autem quoties contigerit dubium eſſe in
verbis legis quæcumque, illa ſint an contineant
pœnam latæ ſententiæ, aut ferendæ, ſunt inter-
pretanda de ferenda ſententia, & non lata, nec
obligare in conſcientia uſque ad judicis ſenten-
tiam, juxta gloſſam *in cap. in pœnis de regul. Juris*
lib 6. gloſſa in cap. cupientes §. ſi vero verſ. priven-
tur de elect. 6. Caſtro *lib. 2. de lege pœnali cap. 1.*
Tyraquel. *ubi ſupra de pœnis temper num. 245.* &
omnes ſic probantes ex regula communiſſima Ju-
ris, ubi cum multis Barboſa, & alii *cap. in pœnis*
mitior pars eſt eligenda de reg. Juris lib 6 quia ſi 38
legiſlator aliud vellet, illud declararet. † Quare
optimè dixit Suarez *de legibus dicto lib. 5. cap. 8.*
num. 5. Ut lex obliget ipſo facto, & præſertim in
re, in qua reus ipſe ſit habiturus actionem, utpotè
exilii, ſolutionis pecuniæ &c. tunc debet ipſa lex
verbis clariſſimis diſponere, quæ cavillari ne-
queant ad alium ſenſum, qui cum hujuſcemodi
leges ſint extraordinariæ, & acerbiores aliis, eſt
neceſſarium, ut pœna in eis poſita ſit nimis clara,
cum alias præſumi poſſit non illud voluiſſe legiſ-
latorem. † Sed an pœna legalis in foro conſcien- 39
tiæ exigi, aut ſolvi debeat, cum multis ad utram-
què partem Zevallos *in pract. quæſt. 687.* & Covar.
in 4. p. 2. cap. 6. §. 8. à num. 10 & 11. Ubi etiam de
pœnis conventionali, & quia *in cap. ſuam de pœnis*
latè dico de prædictis pœnis, ideo non ultra ago. 40

Ad quintam quæſtionis partem, an requiratur
monitio, ut quis incurrat legis pœnam: video Do-
ctores alios affirmare, alios inquam negare; &
quod requiratur monitio quando lex loquitur
negativè, fuit celebris Innocentii doctrina *in cap.*
extirpandæ ante finem de præbendis, Decius qui
communem dicit *conſ. 151. n. 21.* Silveſter verb.
excommunicatio 7. & 20. verſ. ſecundo quæritur,
Socinus dicit communem *conſ. 133 volum. 1. n. 15.*
Præpoſitus *in cap. quidam 5. q. 1.* Bernardus Diaz
in regula 474.

Verùm quod non ſit neceſſaria monitio do- 41
cent Caſtro *de leg. pœnali lib. 2. cap. 5. col. 6.* Cor-
neus *in l. 1. numer. 4. cod. de his quibus ut indignis*,
& hanc dicit veriorem, & tenendam Zevallos
in practicis quæſt. 195. quam ego ſequor. 42

Nec obſtant quæ hic poſſunt applicari dicta
infra in cap. 2. de judiciis quæſt. 23. & quæſt. 24. ubi
an ad valorem cenſuræ prærequiratur contumacia
reſpectu Eccleſiæ communicantis: & *an latæ ſententiæ*
excommunicationis abſque ulla citatione, ſit nulla;
& *quæſt. 26. an abſens. & irrequiſitus poſſit excom-*
municari. Quia ibi dicta procedunt in excommu-
nicatione, quæ medicinalis eſt, requiriquè mo-
nitionem; tum quia in aliis pœnis à lege, ſeu à
judice impoſitis ipſa impoſitio manet ſemper

QUÆSTIO II.

An lex pure pœnalis in materia gravi obliget, in conſcientia. An lex pœnalis mixta obliget ſub textu peccati mortalis. An lex pœnalis ex identitate rationis, ſit excedenda ad alios caſus. Et an qui per legem pœnalem privatur ipſo facto voce activa, & paſſiva, teneatur in conſcientia hanc pœnam ſubire ante judicis ſententiam?

SUMMARIUM.

1 *Lex purè pœnalis ſecundùm quoſdam obligat transgreſſores ad culpam,* ut num. 2. & 3 *alij verò, ut ſolùm obliget ad pœnam* n. 4. 5 & 6. *ſed cum diſtinctione* à n. 7. *ut purè pœnalis obliget tantùm ad pœnam, ſed mixta etiam ad culpam.*

7 *Leges Religioſorum adverſùs non obſervantes ſilentium, & alia, quæ ponunt pœnam in rebus jam alio Jure prohibitis, tantùm obligent ad pœnam.*

8 *Lex purè pœnalis, etſi ex ſe tantùm obliget ad pœnam ex alio capite, obligat ad culpam, ut ſi diſponat ſuper tritici taxa.*

9 *Leges Canonicæ, & Eccleſiaſticæ imponentes pœnam cenſurarum, obligant etiam ad culpam, quia in materia cenſurarum, prædictæ non imponuntur, niſi præcedenti culpa mortali: nam iſtæ non ſunt pœnæ temporales, ſed ſpirituales,* ut n. 10.

11 *Leges impoſitæ inſecantes ligna, & arbores poſitas in loco communi Reipublicæ, à qua prohibentur ſub pœna, contra facientes ſolùm obligant ad pœnam, cum ſint purè pœnales ſine obligatione reſtituendi.*

12 *Reges, & Principes ſive ſæculares judices nunquam expreſſerunt in lege purè pœnali obligationem ad culpam, ut in legibus piſcandi in flumine publico, & venandi in loco mere communi* num. 13.

14 *Pœnæ impoſitæ in lege mere pœnali, propriè non ſunt pœnæ in quantum pœnæ ipſa dicit relationem ad culpam, & vocantur pœnæ in quantum ſunt malum pœnæ, ut infirmitas* num. 15.

16 *Lex mixta ſecundùm aliquos obligat ſub reatu peccati mortalis, quia in hoc dubio facit legiſlator; & præcipit, & ſtatuit pœnam tranſgreſſoribus præcepti,* & n. 17. *alij defendunt, ut tantùm obliget ad pœnam* n. 18. 19 *Ubi de ratione; ſed quidquid in veritate* à n. 10.

20 *Lex purè pœnalis, in quo differat à mixta, ut ſic hæc obliget ad pœnam, & culpam; illa tantùm ad pœnam: Ubi de verbis, quibus utraque fertur à legiſlatore.*

21 *Pœna mitior ex regulis Juris eſt in pœnalibus admittenda, & ſi alias videretur extendi.*

22 *Leges pœnales ex identitate rationis non ſunt extendendæ ad alios caſus etiam ſi concurrat eadem ratio, vel major, ſeu major malitia ipſius actus. Quid in caſu correlativo?* num. 24. *in fine.*

23 *Confeſſarius ſolicitans puerum, ante Bullam Gregor. XV. non erat denunciandus; quia Bullæ aliorum Pontificum erant latæ contra ſolicitantes fœminas.*

24. *Bulla Gregorij XIII. contra Clericos Sodomitas, non extenditur contra Clericum abutentem fœmina in vaſe prapoſtero; bene tamen in caſu correlativo.*

25 *Pœna una eſt, quæ aliquam activam hominis executionem requirit, altera, quæ eam non requirit, ſed in ſola paſſione, vel privatione conſiſtit, qualis eſt pœna inhabilitatis, excommunicationis, privationis, vocis activæ, & paſſivæ. Reus non tenetur ſolvere pœnam ante ſententiam declaratoriam, quæ non poteſt mandari executioni abſque actu hominis, niſi talis appareat legiſlatoris intentio.* dict. n. 25.

26 *Pœnalis lex cum privat aliquem voce activa, & paſſiva, ſecundum aliquo reus tenetur ipſo facto ſubire pœnam,* & n. 27. & 28. *contra Sotum. Explicatur* n. 29. & 30.

27 *Pœnæ ſpirituales in ſola privatione conſiſtunt, ut ſunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, & irregularitates, ſi in lege imponantur per modum latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ ibi.*

Electio irrita eſt ſi fiat cum inhabilitate activæ eligendi, aut paſſivæ electi mis. dict. num. 27.

31 *Incidens in privationem vocis activæ, & paſſivæ, non tenetur ſe privare voce activa, & paſſiva, ſi hoc nequit facere ſine infamia, etiam ſi lex ferat pœnam ipſo facto, & non ſpectata judicis ſententia.*

AD primam quæſtionis partem poteris reſponſum præbere ex dictis *ſupra* q. 1. verſ. *ad tertiam*; & cum ſoleant involvere Doctores hæc duo dubia de lege pure pœnali, & de lege pœnali mixta, quia tamen diverſa ſunt, primò duxi de lege pœnali purè hic agere; & quod abſolutè, & ſine ulla diſtinctione obliget in conſcientia, tenuerunt Suarez *de legibus lib* 3. *cap.* 20. & *lib.* 5 *cap.* 3. Salonius *in* 2 2 *tom.* 2. *q.* 77. *art* 2. *controverſ.* 8. Salas *de legibus diſput,* 10. *ſect.* 5. & *diſp.* 1. *num.* 13. Azor *p.* 1. *lib.* 5. *mor cap* 6. *quæſt* 4. Filiucius *tom.* 2. *tract.* 21. *cap.* 11. *n* 420. Leſſius, *lib.* 2. *de juſtit. cap.* 33. *numer.* 59. *dubio* 8. Medina *in p.* 2. *quæſt* 96. *art* 4. *dubio* 3. Aragon. *in* 2 2. *quæſt.* 62. *art.* 3. Malderus *in p* 2. *q* 69 *art.* 4. Membro 3. Vallerius *in different utriuſque fori*, verbo *lex differentia* 7. *numer.* 3. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 3 §. 8. *quæſt* 2. *num.* 32. & alij; †Quia pœna 2
ſupponit culpam. Et quia lex continens præceptum obligat in conſcientia ratione præcepti; & deinde quia ſi hæc ſententia non eſſet vera, ferè tota vis humanarum legum periret; nam magna pars legum ſervatur ſub tali forma; †Et tandem 3
quia quando tali in re alioqui, non præcepta nec prohibita, legiſlator non vult ad culpam obligare, ſolet id exprimere in ipſa lege: & ſic Sotus *de juſtitia lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 5. tenens vocat errorem, vulgi putantis cum ſua pœna licere cuilibet legem transgredi; & quia pœna, & culpa ſunt correlativa.

Alij inquam abſolutè tenere videntur legem 4
prædictam purè pœnalem non progredi ad culpam, etiam in materia gravi; quia in dubio benignior interpretatio eſt facienda: & quia lex

explicari debet de minori pœna, *cap. in pœnis* ubi *Doctores de regul. Juris lib. 6.* *Et quia ex duobus propoſitis alterum tantùm affirmat, alterum negare videtur ex *l. cum prætor ff. de judicijs*, & *ex cap. nonne de præſumpt.* Ubi latè dixi, quare ſi legiſlator, qui ad pœnam temporalem, & æternam obligare poteſt, ſi ſolius temporalis meminit, ſequitur, ut non videatur intendiſſe obligare ad æternam: ita Navarrus valde notabiliter *in manuali*
6 *cap. 23. num. 55.* *Qui ait leges pœnales humanas imponentes pœnas temporarias, & quaſi civiles, obligare tantùm de facto ad ſolam pœnam; & ſic procedere, tam in legibus canonicis, quam civilibus ex mente D. Tabia Archiepiſcopi Hiſpalenſ. *p. 1 ſum. lib 4. de legib. quæſt. 10. art. 4.* adducens pro illa Jaſonem *in l. cod. de Jure emphit. num. 43.* Ludovic. Gomez *in cap. 2. hoc tit. lib. 6. numer. 60.* & Azor ait non eſſe omnino condemnandum, quia eam ſequutus fuerit *ſupra quæſt. 5 Valens. tom. 2 diſput. 7. quæſt. 5. puncto 6. §. 3. in ſexto ſigno*, ubi cenſet probabilem, ſequitur, & tenet Miranda *in manuali prælator. tom. 2 quæſt. 25. art. 18. concluſ. 2.* Nicodemus de Florentia *in ſpeculo confeſ. cap. 53.* Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 15. cap. 6. ſect. 5. numer. 50.* & alij.

7 Ego inquam utramque ſententiam admittens dico, ut jam dixi quæſt. præcedenti duas eſſe legum ſpecies, unam purè pœnalium, aliam mixtarum legum, de qua ſtatim in verſ. *ad ſecundam*, & de purè pœnalibus, quæ nihil prohibent, ſed tantùm pœnam infligunt, quales ſunt leges Religioſorum adversùs non obſervantem ſilentium, & aliæ quæ ponunt pœnam in rebus alio Jure prohibitis, exiſtimo, ut tantùm obligent ad pœnam, & non ad culpam ex ſe ipſis, cum nihil prohibent: ſic Covarruv. *in reg. peccatum p. 2. §. 5. num. 4.* Caſtro *de lege pœnalis cap. 9.* poſt Cajetan. *in 2. 2. quæſt. 187. art. 5.* Vaſquez *1. 2. quæſt. 12. diſp. 159. cap. 2. num. 11.* Villalobos *in ſumma p. 1. tract. 2. dif. 22. num. 1. & 2.* Ubi ut explicet *num 4.*
8 cum Vaſquez *n. 8. ſupra*, †& *num. 14.* ait prædictam doctrinam eſſe veram, cum lex purè pœnalis de ſe non obliget ad culpam; etſi fateatur, ut ego fateor ex illo capite poſſe legem pœnalem obligare ad culpam, ut ſi diſponeret ſuper tritici taxa juxta quæ adduxi ſub *cap. 1 ſupra hoc tit.* & in alijs rebus; quia etſi tunc nihil prohibeat, tamen quia ponit taxam juſti pretij in rebus vendendis excedenda, peccaret, ut *ibi* dixi, quemadmodum, ut dicit Vaſquez procederet in lege taxante tributa juſta. *Et idem addit Villalobos
9 *ſupra n. 5.* leges canonicas, & Eccleſiaſticas imponentes pœnam excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, degradationis, & aliarum ſimilium obligare etiam ad culpam; & ratio eſt in cenſuris, quia ut omnes fatentur, in materia cenſurarum, prædictæ non imponuntur, niſi præcedente culpa mortali, ut dixi *infra ſub cap 1. de judicijs.* quod eſt
10 diverſum à dubio, de quo loquimur. †Nam iſtæ pœnæ ut *infra* dico in verſ. *ad ſecundam*, non ſunt temporales, ſed ſpirituales, & in verſ. *ad quartam*, vide etiam *q. 3.* verſ. *ad primam*, videbis *ad primam*, videbis *ſupra in cap. 1. quæſt. 3.* verſ. *ad primam.*

Et confirmatur in regibus poſitis in ſecantes
11 ligna, & arbores poſitas in loco communi Reipublicæ, à qua prohibentur ſub pœna contrafacientes, quia ſimiles leges ſunt purè pœnales; quando nulla adeſt obligatio reſtituendi, & ſic non dari peccatum ex his, quæ ex Medina, Caſtro, Leſſiò, & alijs congerit idem Villalobos *in ſumma p. 2. tr. 10. dif. 19.* legendus *ibi*, & per alias difficultates ad alios plures caſus, & *tract. 11.* ubi etiam, an detur in illis reſtitutio, necne. †Et Diana *p. 1 tr. 10. res. 17.* prædictam noſtram defendit 12
ſententiam ex eodem etiam, quia Reges, & principes, ſive ſæculares judices nunquam expreſſerunt, nec interpretati ſunt in ſuis legibus pœnalibus mentem, & intentionem ſuam eſſe, vel fuiſſe per ipſas obligare ſibi ſubditos ad culpam, nec ut conſuetudo ipſa id unquam fuerit interpretata, niſi ſimul cum eis, ſeu ipſorum eſſet aliqua lex Divina, naturalis, aut Evangelica, aut conſtitutio canonica, ex qua id ipſum colligeretur. Et ſic concludit hoc eſſe ſignum conſuetudine ipſa ſupra dictas leges interpretante, quod per eas homines non obligentur ad culpam, ſed tantùm ad pœnam in eiſdem appoſitam; † & hujus generis ſunt, ut exiſtimo leges 13
pœnales contra piſcantes in flumine publico, item venantes in loco, & mare communi &c. Quia ut jam *ſupra* adduxi ſub *dicto cap 1.* leges illæ in ſe ſunt tantùm pœnales, niſi forte ratione damni graviſſimi redundantis in nocumentum graviſſimum Reipublicæ, ut etiam debet intelligi de paſcuis prohibitis ſub aliqua pœna.

Qua retenta opinione non obſtant fundamen- 14
ta contrariæ ſententiæ *ſupra à num. 1.* ſcriptæ, quia ut declarata eſt noſtra ſententia, pœnæ poſitæ in dicta lege mere pœnali, propriè non ſunt pœnæ in quantum pœna ipſa dicit relationem ad culpam, ſed vocantur pœnæ, in quantum ſunt malum pœnæ, ut infirmitas, de quibus autem pœnis dicunt relati Doctores ut non requirant culpam, ſed ſufficere cauſam adeſſe, ut patet ex regula textus *in cap. ſine culpa, niſi ſubſit cauſa non eſt aliquis puniendus, de reg. Juris lib. 8.* & quod relatæ leges Religionis propriè leges non ſunt, ut jam *ſupra* dixi *ſub Rub.* ſed patet exemplis jam poſitis de ſecandis arboribus, venandi, piſcandi, & paſcendi &c.

Nec enim eſt vulgi error contra Sotum *ſupra* 15
dicere legem pœnalem non obligare ad culpam, ſed opinio Doctorum virorum, ut retuli, & probabilis etiam ex mente illorum, qui contrariam ſententiam docent ut dixit Diana *diſt. res. 17. in fine.* Et hanc ſententiam bene explicans defendit in lege mere pœnali cum multis diſtinctionibus D. Archiepiſcopus Tabia, *ubi ſupra dicto art. 4. lib 4. de legib. dict. q. 10. p. 1. ſumma num. 5.* ubi *n. 6.* reſpondet bene contrarijs fundamentis.

Ad ſecundam quæſtionis partem an lex mixta 16
obliget reatu peccati mortalis, & video diverſè Doctores ſentire in hoc dubio ex fundamentis *ſupra* in toto verſ. *ad primam* poſitis; nam quod prædicta lex obligat etiam in conſcientia tenuerunt Becanus *in ſumma Theologiæ p. 2. tract. 3. c. 7. quæſt. 3. numer. 4.* Granat. *in cap. 2. controverſ 7. tract. 4. p. 1. diſput. 4. ſect. 1 numer. 7* Malderus *in p. 2. quæſt 36. art. 4 memb. 2.* Sanchez *in ſumma tom. 2. diſp 159 cap. 2. & 3.* & alij, & hanc ſummè defendit cum Sylveſtro, Armilla, Covarruv. Driedo, Soto, Caſtro, utroque Medina, & ex canoniſtis *in tit. noſtro.* Dominus Archiep. Tapia *dict. art 4. num. 4.* †Eo quod in hujuſmodi legibus 17
mixtis duo facit legiſlator, & præcipit, & ſtatuit pœnam tranſgreſſoribus præcepti; at pœna non tollit obligationé præcepti, ſed hæc obligatio eſt ad culpà cum legiſlator ex vi præcepti interponat

ſuum

ſuam authoritatem præceptivam, qui erigit ſubditum ad obedientiam in foro conſcientiæ, cum ut jam videtur dictum in Rub. verbum præcipere obliget in conſcientia, & ea dictis *ſub. cap.* 1. *hoc tit.* ergo.

18 Contrariam inquam ſautentiam, ut lex etiam mixta pœnalis obliget ad culpam, & in conſcientia, ſed tantùm ad ipſam pœnam defendunt Navarrus, & jam *ſupra* relatis dicentes legem purè pœnalem non obligare in conſcientia, quia in dubio lex debet conſiderari, ut minus pœnalis ex regula textus *in dict. cap. pœnis de regul. Juris lib. 6. l.*
19 *interpretatio ff. de pœnis*, ubi Doctores. * & quia ipſi Principi legiſlatori ſufficit pro gubernanda ſua Republica homines condemnare ad temporales pœnas, abſque eo ut illos condemnet ad æternas, nec eſſe credendum illos velle ad æternas damnare, propter legum fractionem; & relata regula *leg. cum prætor. ff. de judic.* & *cap. nonne de præſumpt.* Ubi qui ex duobus propoſitis eligit unum, videtur negare aliud; item quia conſuetudo ipſa antiqua ſi hoc declaravit in legibus civilibus, in quibus abſque ſcrupulo conſcientiæ, & Navarrus *ſupra in dicto cap.* 23. exiſtunt, & Navarrus *ſupra in dicto cap.* 23. *man. à numer.* 55. dicit ſibi videri magis probabilem, quouſque Eccleſia Romana aliud præcipiat, ſeu declaret, & Azor *lib.* 5. *inſtit. moral. tom.* 1. *cap.* 6. dicit, ut qui hanc ſequatur *non ſit omnino condemnatus*, & facit doctrina Cajetani *in ſumma verſ. præceptum verſ. fin. in cap. etiam fin.* Vilial bos qui ad hanc inclinat *dicto tract.* 2. *lib* 1. *ſumma dif.* 22. *à numer.* 7. dicens negari non poſſe harum plures leges non obligantes ad peccatum exemplificans in relatis legibus de non ſecandis lignis, & arboribus; in montibus, & nemoribus communibus, & in legibus vetantibus venari, & piſcari, item de non paſcendis pecoribus in paſcuis communibus Reipublic, leges etiam prohibentes arma noctu deferre, & ſuper uſu veſtium, & aliæ ſimilea, quæ ut ſupra notat Azor, certum eſt ut tantùm obligent ad pœnam: hanc etiam amplectitur ſententiam Gregor. de Valentia *tomo* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 6. §. 3 *in* 9. *ſigno*, verbo *accedit quod Henricus*, Filiucius *tom.* 2 *tract.* 21. *cap.* 11. *num.* 418. & 420. Ubi hanc eſſe probabilem.

20 Ego verò, etſi conſiderem legem pœnalem mixtam differre à lege purè pœnali, quia hæc jubet, aut prohibet, & deinde pœnam tranſgreſſoribus imponit, ut ſi lex v. g dicerct jubemus, vel *prohibemus*, ne quis arma portet ſub pœna tali; nam ſi lex nihil præciperet, aut prohiberet, ſed ſolùm pœna aliquid facientibus irrogaret, ut ſi diceret qui arma portaverit ſubeat talem pœnam ex quo talis lex eſt tantùm purè pœnalis, ut tradit, ac refert Diana *dicta p.* 1. *tract.* 10. *res.* 20. *in principio*, exiſtimo hujus quæſtionis punctum reſolvendum eſſe juxta quæ adduxi *ſupra in cap.* 1. *hoc. tit. quæſt.* 2. verſ. *ad ſecundam*, & proprius *ibi* in verſ. *ad ultimam*, ubi egi de quæſtione illa, an dignoſci poſſit, quando lex humana obliget in conſcientia & ad mortale. De quo dubio etiam noviſſimè egit D. Archiepiſcopus Tapia *dict. lib.* 4. *de legib. quæſt.* 10. *art.* 5. expendimus ut *ſupra in dicta quæſt.* 2. verſ. *ad ultimam*, qui cum agat *in art.* 6. de alio dubio an lex humana imponens graviſſimam pœnam corporalem obliget ſemper ad culpam, etiam ſi non utatur verbis præceptivis: tamen illum explicabis juxta illa, quæ dixi *in dicto cap.* 1. *hoc tit. dicta quæſt.* 2. *à num.* Ubi egi de illo dubio an lex lata ſub pœna mortis, inducat obligationem peccati mortalis.

Ad tertiam quæſtionis partem an lex pœnalis ex identitate rationis, ſit extendenda ad alios 21
caſus: & quamvis ex regula Juris quod in pœnis, ſit mitior pœna admittenda, nec extendenda videtur pro affirmativa ſententia facere; quia cum lex omnis lata cenſeatur in animæ favorem ad vitanda peccata, ſequitur ut pœna poſita, ſit extendenda ad alios caſus ſimiles, ut notarunt Sanchez *de matrim. lib.* 3 *diſp.* 42. *numer.* 4. ex parte Sa verbo *lex numer.* 9. & aliis, & facit textus ſavor. *in cap. fin. de ſent.* & *re judic.* & *in cap. tenor.*, & *cap. conſanguinei eodem tit.* Ubi quæ ſententiæ propter vitandum peccatum, non tranſeunt in rem judicatam, item *in cap. litteras de reſtitutionem ſpol.* in quibus Juribus lata dixi, & explicui quæ hic valent applicari, & quia ut refert Tapia, & Sanchez, & Suarez, hujuſmodi pœnæ non ſunt odioſæ: ſic *in ſumma p.* 1 *lib.* 4. *de legib. q.* 10. *art.* 17.

Nihilominus dubio noſtro exiſtimo dicendum leges pœnales ex identitate rationis non 22
eſſe extandendas ad alios caſus; non enim pœna unius legis, & unius caſus fuit extenſa unquam ad caſum alium, etiam ſi in hoc ſecundo caſu concurrat eadem ratio, vel major ratio, ſeu major malitia ipſius actus; ſic docent Salas *de legibus tract.* 14. *diſput.* 21. *ſect.* 13. *numer.* 19 *in fine*, Portel. *in actionibus ad dubia regularia* verbo *lex numer.* 13. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *res.* 20. Vallerus *in different. utriuſque fori*, verbo *lex* differentia 5. *numer.* 2. Bonacina *de legibus diſput.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 8. *num.* 23. cum Sairo, Suarez, & aliis. Unde infert Diana quod 23
ante Bullam Gregor. XV. ſi confeſſarius ſolicitaſſet puerum, non erat denunciandus, quia Bullæ aliorum Pontificium, erant latæ contra ſolicitantes fœminas (de quo caſu dixi jam *ſupra*)
* item & quod Bulla Gregorii XIII contra Cle- 24
ricos Sodomitas, non extenditur contra Clericum abutentem fœmina in Vaſe præpoſtero, verum prædictam ſententiam Bonacina, & Valerio in correlativis admittunt; & ideo, ut refert Diana in caſum Sodomiæ reſervatum, incurrat tam agens, quàm patiens: ſic pro exornatione hujus dubii adjunges tradita *ſupra in cap. cognoſcentes*, & *ibi ſub q.* 2. & *ibi quæſt.* 1. de extenſione legis, & leges quæ noviſſimè dicit Tapia Archiep. Hiſpalens. *ubi ſupra*.

Ad quartam quæſtionis partem ut reſpon- 25
deam ſuppono duplicem eſſe pœnam, unam, quæ aliquam activam hominis executionem requirit, alteram, quæ non requirit talem executionem, ſed in ſola paſſione, vel privatione conſiſtit, qualis eſt pœna inhabilitatis, excommunicationis, privationis vocis activæ &c. de quo dixi aliqua ſub *quæſt.* 12. Item ſuppono reum non teneri ante ſententiam declaratoriam ſolvere pœnam, quæ non poteſt mandari executioni abſque hominis actu, niſi talem appareat eſſe legiſlatoris intentionem, ut velit reum illam pœnam ſubire ante judicis ſententiam; ſic communiter Doctores, & Layman *in Theologia morali tract.* 4. *cap.* 15. *n.* 3. cum aliis Malderus *in p.* 2. *q.* 87. *art.* 4. Diana

p. 1.*tract.* 10.*ref.* 23. conducunt, quæ tractat D. Tapia Archiepiſc. Hiſpalenſ. *in ſumma p.* 1. *lib.* 4. *de legibus, q.* 10. *ab art.* 8. Ubi an lex pœnalis poſſit obligare ad pœnam exſolvendam ante judicis ſententiam, ubi *art.* 9. quid de pœna privativa; & *art.* 10. quid de pœnis poſitivis, & *art.* 11. exornans ex aliquibus caſibus, quibus probari videtur per leges obligare pœnas poſitivas ſeu activas &c.

Quibus breviter jactis video in puncto prædi-
26 cti dubii noſtri, eſſe Doctores diſcordantes: nam pro affirmativa ſententia ſunt Salas *de legibus diſp.* 15. *ſect. num.* 29. Vaſquez *in p.* 2. *diſp.* 168. *cap.* 2. *num.* 12. Becanus *in ſumma Theologia p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 7. *quæſt.* 3. *concluſ.* 1. *num.* Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 5. Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 2. *dubio* 2. *num.* 4. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *ref.* 24. noviſſimè D. Tapia Archiep. Hiſpalens. *dicta p.* 1. *ſummæ lib.* 4. *de legib. quæſt.* 10. *art.* 9. qui *num.* 1. ponens generaliter, ut nulla pœna, ſive poſitiva, ſive privativa incurratur ante judicis ſententiam, niſi expreſſè lege ipſa ſit ipſo facto pœna lata per hæc verba *latæ ſententiæ* (quæ ſolent opponi in legibus excommunicationis, ut *ſupra quæſt.* 1. dixi) aut per hæc verba *ipſo facto ipſo Jure*, & ſimilia, quibus ſignificetur non ſolùm comminatio pœnæ ferendæ, ſed pœna ipſo facto lata,
27 & incurrenda ex vi legis, † reſolvens *num.* 2. & 3. quod pœnæ ſpirituales in ſola privatione conſiſtunt, ut ſunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, & irgularitas, ſi in lege imponantur per modum *latæ ſententiæ* ipſo facto incurrendæ, incurrantur reipſa ſtatim, ac lex frangitur, nam iſtæ pœnæ ſunt medicinales animæ contra morbos ſpirituales, cujus medela congruentius applicatur à legiſlatore ſolo paſtorali regimine abſque diſcuſſione judicii; idemque generaliter dicit *num.* 3. ex Cajetano *in* 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 3. & ex communi Doctorum, ut pœnæ temporales privativæ latæ cum particula *ipſo facto*, vel ſimilibus, incurrantur ante judicis ſententiam, & eo quod non deeſt poteſtas legiſlatori laico ſic obligandi ſua lege, ut jam dixi; & ita *num.* 5. reſolvit pœnas privationis activæ, & paſſivæ ex vi legis ante judicis ſententiam, quia ſunt purè privativæ, atque adeò electio ſit illicita, & irrita, ſi fiat cum hac inhabilitate activè eligendi, aut paſſivæ electionis, ut conſuerunt Vaſquez, Suarez, & alii communiter *vide infra q.* 3. *à n.* 1.

28 Quæ ſententia eſt in praxi tenenda, etſi Sotus ante omnes contrariam docuerit *lib.* 1. *de juſt.* 6. *art* 6. & *lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 3. exiſtimet has pœnas temporales quantumvis purè privativas, non incurri ante judicis ſententiam, etiam adjecta in lege particula *ipſo facto*, docens ſpecialiter id de pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, v. g. qua ſolent privari in Academiis ſtudiorum Scholaſtici, qui propter ambitum, ſtatutis privantur Jure ferendi ſuffragium, ſeu eligendi ad Cathe-
29 dras. † Et pro hac ſententia facere videntur plura, quæ dixi *infra in cap. cum non ab homine de judiciis.* ubi *quæſt.* 28. 29. & 30. egi de illis quæſtionibus, an *Clericus perjurus, homicidia, ſive falſans litteras Apoſtolicas, privetur ipſo Jure beneficio, vel poſt judicis ſententiam*, & agens ad utramque partem, reſolvi requiri judicis ſententiam: & licet Villalobos *ſupra* adductus dicat ſolùm Sotum ita ſenſiſſe, & carpat cum Diana *dicta ref.* 24. eo quod Granadus *in p.* 2. *controverſ. tract.* 3. *p.* 1. *diſp.* 13. *ſect. num.* 15. Ledeſma 2. 4. *quæſt.* 19. *art.* 2. Sousa *in explicatione Bullæ Cœn.* 8. *de largit. muner.* §. 6. Molina *de juſtitia tom.* 1. *tract.* 2. *diſput.* 96. *num.* 8. Epiſcopus Antuerpienſis Malderus *in p.* 2. *quæſt.* 96. *art.* 4. *membro* 4. Ubi loquens de hoc puncto ſic aſſerit *probabiliter quidam dicunt ſuffragio activo neminem privari per legem pœnalem ante ſententiam judicis, nec omnes electiones reddantur incertæ, ſecus de ſuffragio paſſivo*; quam ſententiam quoad ſuffragium activum docuit Caſtellinus *in tract. de elect. canon. præludio* 1. §. 6. *num.* 20. cum aliis, de quo etiam legendus eſt Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 30. *num.* 2. Laymon *in Theologia morali tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 5. † & Molina *ſupra* in Sholaribus 30
ad Cathedras eligentibus admittit, ut obſervatum generali conſuetudine univerſitatem. Quod in puncto Juris dum pœna privationis imponitur *ipſo facto*, non admitto ex dictis pro prima ſententia, ſecus ſi talis clauſula poſita non eſſet, ut debent intelligi relata pro hac ſecunda ſententia.

Unum verò notat D. Archiepiſcopus Tapia 31
dicto art. 9. *ſub num.* 5. cum Diana, & Bonacina *de legibus diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 7. *quæſt.* 10. cum quo idem Diana, ut ſtando etiam in prima ſententia ille qui incidit in privationem vocis activæ, & paſſivæ non teneatur ſe privare voce activa, vel paſſiva; ſi hoc nequit facere ſine infamia etiam ſi lex ferat pœnam ipſo facto, & non ſpectata judicis ſententia, quia Jus ad propriam famam tuendam fortius eſt Jure humano imponente talem pœnam, * & omnes reſolvunt,
ut in tali caſu delinquens teneatur quærere diſ- 32
penſationem in foro conſcientiæ.

QUÆSTIO III.

An lex pœnalis v. g. excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, irregularitatiſque obliget ſub mortali. An lex prohibens aliquid ſub pœna mutilationis, perpetui carceris, damnationis ad remes, confiſcationis bonorum, aut amiſſionis multorum bonorum, aut ferre ſclopetum vulgò *eſcopeta* ſub pœna capitis, obliget ſub pœna peccati mortalis. An qui eſt cauſa ne quis condemnetur ad pœnam juſtam impoſitam à lege, teneatur pœnam reſtituere. Et an lex pœnalis privans à bonis, obliget non ſolùm in conſcientia, verùm quod delinquens teneatur in ſe ipſo exequi pœnas à lege impoſitas. Ubi quid de lege imponente privationem bonorum ex cauſis hæreſis.

SUMMARIUM

1 *Lex pœnalis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis obligat ſub mortali, ſed Valentia id tantum admitit in excommunicatione majori, niſi ea ſit tantùm comminatoria, ut* n. 2.

3 *Lex*

3 *Lex probibens aliquid ſub pœna mutilationis, perpetui Carceris, & aliarum gravium, & ſub pœna capitis, verius eſt ut obliget ad culpam letbalem.*

4 *Cauſam dans, ne qui condemnetur ad pœnam Juſtam impoſitam à lege,* Ut ſi fiſcus non accuſet, vel Judex non condemnet, *non tenetur eam ſolvere, niſi poſt Judicis ſententiam; etſi multi aliter ſentiant, qui poterunt admitti in pœnis, quæ in teſtamentis apponuntur* n.5.& 6.

6 *Fœmina, cui legatum eſt relictum, ſi caſtè vivat, non poterit legatum recipere ſi vitam turpem traducat; quia hujuſmodi pœnæ potius dicuntur legata conditionalia.*

7 *Lex pœnalis privans bonis ipſo facto, taliter privat, ut reus teneatur exequi in ſe pœnas etiam ſi requirat actionem ipſius dum clare conſtet in lege, ſeu quando lex ipſa alias remaneret inutilis,, aut inefficax, ſi ita non obligaret in caſibus, in quibus poteſt delinquens, non eſſe difficilis, ut ſpecificantur* n o.8.

8 *Curato beneficio privatur, qui illud habens, promovetur ad prebyteratum. Et quare* numero 10.

9 *Electus in Epiſcopum ſi non conſecretur intra tres menſes, eſt privatus Epiſcopatu. Quare* n. 10. & 11. *Ubi num requiratur ſententia.*

10 *Beneficium nullus poteſt habere abſque ordine requiſito, cum beneficium datur propter officium.*

12 *Rector alienans bona ſui beneficii, eſt privatus eo ipſo facto.*

13 *Simonia confidentialis privat ipſo jure Pio. V.*

14 *Confidentia in beneficiis à Pio. IV. ipſo Jure privant delinquentem. Quid in beneficiis antea poſſeſſis* num.15.*Ubi quod non.*

16 *Recipientes aliquid pro gratia, & Juſtitia in Curia Romana, privantur beneficiis antea habitis à Bonifacio. VIII.& Greg.XIII.*

17 *Aſſaſſinus non incurrit pœnam privationis beneficii ante Judicis ſententiam,*

18 *Examinatores committentes ſimoniam in beneficiorum examine, privantur beneficiis, ſed non ante judicis ſententiam.*

19 *Horas canonicas non recitantes pro rato omiſſionis mulctantur ipſo Jure ad reſtitutionem ex mota Pii. V. Et qua de cauſa* numer. 20. & 21.

22 *Taxa pro pretio rerum pœnalis, lege naturali obligat.*

Hæretici ipſo Jure bonis ſunt privati; ſed num requiratur ſententia. Et de variis pœnis, quibus incurrunt à n.23.& 24. *cum aliis.*

24 *Hæreticus num amittat Dominium à die commiſſi delicti vel, non? Contenditur inter Doctores, expenditur* n. 25. 26. & 27. *cum aliis. Sed* à n. 29. *reſolvitur, ut Dominium amittat bonorum à die patrati delicti, poſſeſſionem non, niſi poſt ſententiam, & applicationem fiſci factam, ut* n. 31. 32. & n. 33.

33 *Hæreticorum bona alia aliquo tertio occupata ante ſententiam, quæ fiſco applicantur, hæretico ipſi ſunt reſtituenda, hæretico apprehenſo, non illico bona ejus adjudicantur fiſco; imò potius à Miniſtris Inquiſitionis, & coram perſona nominata ab hæretico, fit omnium ejus bonorum, & actionem inventarium, & ſequæſtratio apud probum, & fidelem virum ſub ſecuritate de illis reddendis, exceptis ſumptibus Juſtè factis cum aprehenſo hæreticos ſed eo de hæreſi condemnato, applicantur fiſco Regio à die commiſſi delicti. Ubi de praxi* numero, 35. & 36. *cum ſequentibus.*

37 *Filiis hæreticorum de bonis confiſcatis non tenentur præbere dotes, & alimenta, cum damnatus de hæreſi, ex quo exiit à carceribus, tenetur pro, ſe & filiis quærere victum, niſi ex mere miſericordia, ut* n.39. 40.& 41.

38 *Filiis hæreticorum, dum Patres eorum ſunt detenti in carceribus, ſolent aliqua parva alimenta præſtari; item, uxori.*

39 *Inquiſitores poſſunt tradere Orphanos filios delinquentis, & minores, honeſtis perſonis alendos ſimul, & inſtituendos commendare* n. 40.

41 *Inquiſitores pueris, & puellis hæreticorum damnatorum providebunt ex miſericordia; ita ut habeant rationem ſexus, & ætatis, jubendo maſculos jam Corpore validos alicui arti mechanicæ addici, fœminas aliquibus honeſtis Matronis aſſignando, ut eis famulentur, & ab eis in fide inſtruantur. ſubminiſtrando cæteris laborare impotentibus tenuia alimenta aſſignando, ſed non dotes. contra aliques ita ſentientes n. 41.*

3 *Hæreticorum filii quando priventur hæreditate paterna. Quid de Jure imperii, & Jure civili* remiſſivè.

AD primam quæſtionis partem breviſſimè reſpondeo ex adductis *ſuprà q.* 2. ſub verſ. *ad primam*, verſ. *go* in fine, ubi dixi pœnas illas obligare ſub reatu peccati mortalis, 1
cum hoc ut imponatur illud præſupponant, ut potè Doctores agnoſcunt per textum *in cap.* 1. *de ſent excommunic.*, & ego dixi ſub *cap.* 1. *de Judic.*& licet Valentia *tom.* 2. *diſp.* 7.*q.* 5. *puncto* 9. *§.* 13.*in* 4.*ſigno*, contrarium Videatur amplecti; admittens prædictam ſententiam, ſolùm quando ſubjungitur pœna excommunicationis majoris latæ ſententiæ, non ſi ſubjungatur pœna ſuſpenſionis, vel interdicti, vel irregularitatis; quoniam hæc poſſunt etiam incurri, propter veniale peccatum; imo quod interdum irregularitas incurritur abſque ullo peccato, ubi carpit Medinam dicens contra illum non ſatis conſideratè dixiſſe eſſe Judicium obligationis ſub mortali, & tenuerint etiam Salon *in* 2.2. *q.* 77. *art.* 1. *contract.* 8. *n.*8. quo ad pœnam ſuſpenſionis, Azor*p.* 1.*lib.*5. *cap* 6. *q.* 5. & quod pœnam irregularitatis Sairus *in Clavi Regia lib* 3. *cap.* 7. *n.* 25. * imò & idem Valentia idem teneat, quando excommunicatio eſt comminatoria cum Navarro, Caſtro & Cajetano, dicat que probabile Salonius, ſed ego cum Diana *p.* 1. *tract.* 10. *de legibus res* 21. id non admitto quia iſtæ pœnæ ſunt graviſſimæ & ſpirituales, & ſic debent obligare potius, quam pœna mortis, ut ſtatim dico *verſ. ſequenti.* 2

Ad ſecundam quæſtionis partem an lex probibens aliquid ſub pœna mutilationis, etiam ut abundè reſpondeas leges quæ dixi *ſuprà in cap.* 1. *verſ.ad primam*, dum egi de quæſtione illa, an 3

lex lata ſub pœna mortis inducat obligationem peccati mortalis, ubi ex pluribus modernis ad utramque partem agens, & amplectens affirmativam, hic addo Lorcam *in p.3. tom.2. diſp.* 22. *de legibus regul.* 2. Comitolum *in reſponſ. moral. lib.* 4. *q* 17. *n.*8. Sanchez *in ſumma tom.* 2. *lib.*6. *cap.* 4. *n.* 64. Vaſquez *in p.* 2. *tom.* 2. *q.* 96. *art.* 4. *diſp.* 159. *cap.* 3. *n.* 23. Azor *p.*1.*lib.*5.*cap.*6.*q.*5. Salas *de legibus diſp.* 10. *ſect.* 9. *n.* 67. alii apud Sanchez. Et pro negativa addo Valerū Reginald. *in praxi tom.* 2. *lib.*15. *cap.*6. *ſect.*5.*à n.* 50. acerrimè defendentem, quam ſequi videtur Diana *p.*1. *tr.*10. *de legibus res.* 18. Ubi adducit Philiarcum *de officio Sacerdotum tom.* 1. *p.* 2.*lib.*3. *cap.* 2. *dicto* 4. & addo quæ Archiep Tapia *p.* 1.*ſumm.q.* 10. *art.* 6. dum agit, an lex humana imponens graviſſimam pœnam obliget ſub mortali, ſi non utatur verbis præceptivis.

4 Ad tertiam quæſtionis partem an qui eſt cauſa, ne quis condemnetur ad pœnam juſtam impoſitam à lege, teneatur pœnam reſtituere ei, cui eſſet applicanda ut ſi fiſcus V.G. non accuſet, vel ſi Judex non condemnet ad Pœnam lege præſcriptam, ſi cuſtodes Sylvarum, Civitatum non manifeſtent crimina, propter quæ eſſet imponenda pœna pecuniaris. Si teſtis, vel reus Juridice interrogatus crimen neget, ex cujus manifeſtatione condemnaretur ad mulctam pecuniam.

5 Et reſpondendum eſt negando, quia pœna non debetur ante Judicis ſententiam, & condemnationem, quod verum eſt, & notabiliter notandum (etſi non deſint viri docti, qui contrariam ſententiam amplectantur) ita docent Granado *in p.*2.*controverſ.*7.*tract.*3.*p.*1.*diſp.* 14.*ſect.* 2. *n.* 8. Vaſquez *in p.* 2.*tom.*2. *diſp.* 168.*cap.*4.*n.* 30. Salas *de legibus diſp.* 13 *ſect.* 8.*n.* 105. Leſſius *lib.*2. *de Juſt. cap.*13. *dub.* 10. *n.*72. & 73. Emanuel Sa verbo *reſtitutio n.*4 6. & verbo *pœna n.* 14. Diana *dicta p.* 1.*tr.*10.*de legib.ſub.reſ.* 23. dicentes hanc opinionem eſſe multò notandam, cum ex illa excuſabuntur, non pauci ab onere reſtitutionis, quæ eſt tuta in praxi, & probabilis, de quo *infrà* latè ſub *tit.de pœnis.*

6 Sed ex prædictis exiſtimo prædictam ſententiam fore limitandam, ut non procedat in pœnis, quæ in teſtamentis apponuntur, ſicque fœmina, cui relictum eſt legatum, ſi caſte vivat, non poterit legatum recipere, ſi vitam turpem traducat, quia hujuſmodi pœnæ potius dicitur legata conditionalia, quam pœnæ Juxta nonnulla, quæ dixi *in cap. in præſentia de prob.ſub. q.* 20. & *ſuprà in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ*, circa finales quæſtiones.

7 Ad quartam quæſtionis partem, an lex pœnalis privans à bonis, obliget non ſolum in conſcientia, verùm quod & delinquens teneatur in ſe ipſo exequi pœnas a lege impoſitas. In quo dubio breviter dico, ut quoties lex pœnalis ponit privationem, ipſo facto non ſolùm privat à bonis per illam ſignatis, verùm quod obligat in conſcientia, ut delinquens exequatur pœnam inde ſequutam etiam ſi requirat actionem ipſius delinquentis, dum tamen ex verbis legis apertè conſtet de mente legiſlatoris ſic volentis, ac diſponentis, ſeu quando lex ipſa remaneret inutilis, aut inefficax, ſi ita non obligaret: ita docet Suarez *de legibus lib.* 5.*cap.*8.*n.* 9. nam cum, ut *ſuprà* dixi lex poſſit ita diſponere, & ex verbis clare conſtet, quid mirum ut obliget illo modo in caſibus, in quibus delinquens poteſt, non eſſe difficilis ad exequendum ſua propria actione, ut exemplificatur in ſequentibus caſibus.

8 Primus ex doctrina textus *in cap. licet ea non de electione lib.*6. ubi ſtatuitur, ut habens beneficium curatum, ſi intra annum, non promoveatur ad preſbyteratus ſit ipſo facto privatus beneficio. Secundus ex Trid. *ſeſſ.*23. *de reformat.cap.*29.
9 † ubi ſi electus in Epiſcopum non conſecretur intra tres menſes, ſit ipſo facto privatus Epiſcopatu. De quibus duabus pœnis ait Navarrus *in manuali*, incurri ante judicis ſententiam, nec de hac re poſſe ab ullo dubitari ait Vaſques 1. 2. *diſp.* 168.*cap.*4.*numer.* 17. quod debet intelligi, ſi ordinandi voluntariè omiſerint prædictos ordines.
10 † & amplius declarat D. Tapia Archiepiſc. Hiſpalens *p.*1. *ſummæ lib.*4. *de legibus art.* 13. *numero* 2. non id procedere virtute legis humanæ, ſed virtute legis naturalis dictantis neminem poſſe habere beneficium abſque ordine requiſito, cum beneficium detur propter officium, quod ſine ordine preſbyteratus exerceri non poteſt, ſi eſt Parochiale, de quo dixi *infrà ſub. tit.de ætate, ordinand.* & eſt verum cum Eccleſia ſic conferens beneficium ſub tali conditione, & aſſignatione temporis ad ordinandum, velit alias reſcindere collationem. Sed non deſunt Doctores, quos refert Barboſa *de officio parrochi p.*1.*cap.*5.*n.*12. & 13. contra Navarrum, & Vaſquez tenentes, qui non ſunt admittendi, cum aliud ſuadeant verba textus *dict. cap. li et canon.* ibi *nulla etiam præmiſſa monitione ſit præſentis conſtitutionis authoritate privatus*. Villalobos *in ſumma p.* 1.*tract.*2.*dif.* 25. *numero* 6.
11 † tamen de caſu Epiſcopi non conſecrati, cum Tridentinum *in dicto cap.* 2. *ſeſſ.* 23. etſi dicat, ſint ipſo jure privati, & non addit, nulla præmiſſa monitione ſentit Suares *ſup. numero* 13. ut non teneantur Epiſcopi non conſecrati renunciare ante judicis ſententiam declaratoriam, ſequitur Villalobos *Ubi ſupra n. fin.* nec video quod Barboſa *in dicto cap.* 2. de hoc dubio reſolvat.

12 Tertius caſus eſt ex *extravag. ambitios. de rebus Eccleſiæ* adversùs Rectorem alienantem bona ſui beneficii per verba ibi *ipſo facto*, & abſque alia declaratione vacare cenſeantur Villalobos, & Suarez *ubi ſupra*, quam extravagantem longè exornat *ubi* Barboſa, & Doctores *in cap. nulli de rebus Eccleſiæ*, ubi ego plenè.

13 Quartus caſus eſt adversùs committentes ſimoniam confidentialem juxta motum proprium Pii V. per verba illa *præſentium authoritate privamus*: per quæ verba notat Suarez ubi *ſupra n.* 16. cum Navarr. *in manuali cap.*23.*n.* 110. ut teneantur beneficium renunciare, etiam ſi antea idem Suarez *lib.*4. aliter dixerit: ſequitur *ſupra* Villalobos, noviſſimè Archiep. Hiſpalens D. Tapia *dicta q.*10.*art.* 11.*n.*3. ubi dicens notam eſſe amiſſionem beneficii, & pretii contra ſimoniſeos vendentes beneficia Eccleſiaſtica, addens eam pœnam incurri procul dubio ante judicis ſententiam.
14 † Idemque eſſe de lege pœnali edita à Pio.IV. contra confidentias in beneficiis ex citato Navarro *dicto n.* 210. *cap.*23.*man.* qui alis dicens concludit ibi ad privationé hanc inhabilitatis ſequi ex natura rei obligationé reſtituendi pretiū, & dimittédi beneficium, quod propter incapacitatem nunquam fuit acquiſitum, nec legitiſſimè poſſeſſum.

15 Et circa hunc caſum poreſt dubitari quid dicendum de beneficiis antea poſſeſſis legitimè, quibus etiam ibi privantur ex vi ejuſdē legis; & licet Navarrus

varrus affirmet, ut in caſu præcedenti *dicto c.23. manualis n.110.* Tamen melius exiſtimo, ut nulla
lex pœnalis humana obliget ad renunciandum be-
neficium legitimè poſſeſſum ante judicis ſenten-
tiam, ut notant Covar. *p.2. de uſurim.cap.6.§.8.
num 8* Vaſquez *diſput. 163.cap.4.n.15.* Sylveſter
verbo *aſſaſſinus*, & faciunt quæ dixi *ſupra ſub cap.
cum non ab homine de judicijs quæſt.28.29. & 30.*
26 cum alijs. *Unde idem Sylveſter, & Vaſquez
ſupra num. 13. item & Dominicus Soto *lib.1. de
juſtitia quæſt 6.art.6. ad* 8.D. Archiep. Tapia *dicta
quæſt.10. de legib. lib.4 p.1. ſumm. ſub n 4.* dicunt
idem eſſe dicendum de lege edita à Bonifacio
VIII. & confirmata à Gregorio XIII. in quo pri-
vantur beneficijs, quæ antea habebant illi qui ali-
quid pro gratia, aut juſtitia receperint in Curia
27 Romana. *Et de lege, quæ habetur *in c.pro huma-
ni de homicidio l. 6.* quâ privantur ipſo facto bene-
ficijs ij, qui per aſſaſſinos aliquem Chriſtianum
occiderint, vel occidere tentaverint, & qui illos
receperint, vel eis, opem tulerint dicentes hanc
pœnam non incurri ante judicis ſententiam.
28 Quintus caſus eſt in examinatoribus commit-
tentes ſimoniam in beneficiorum examine, qui
debeant renunciare beneficia, quæ habent, ſic ut
nequeant aliter abſolvi juxta Concilij verba *dicta
ſeſſ. 24. cap.18.* ibi, *niſi dimiſſis beneficijs, quæ quo-
modocumque antea obtinebant:* ita Suarez, & Vil-
lalobos *ſupra*, videbis Barboſam *num. 109.* cum
multis Riccio, Garcia, & Bonacina, ſed illa verba
non videntur privare illos ante judicis ſententiam
nec unquam legi, audivi, aut vidi prædictos exa-
minatores renunciaſſe ob id propria beneficia le-
gitimè ante poſſeſſa, ſeu eſſe privatos de facto, &
ſic hunc caſum exiſtimo determinandum ex di-
ctis *num. præcedenti.*
19 Sextus caſus eſt, ut docent Navarrus *in man.
cap.25.n.122.* Vaſquez *dicta diſp.168.cap 4 n.34.
in fine*, Simancas *de Catholicis inſtitut. tit. 9. à
num. 191.* de lege imponente pœnam reſtitutio-
nis beneficiarijs, non recitantibus horas Canoni-
cas, juxta determinationem Concilij Lateranenſis
ſub Leone XX. *ſeſſ. 9. cap. de reformatione curiæ*,
ubi imponitur pœna prorata, non recitantibus
horas Canonicas, de qua Pius V. in quodam motu
proprio relato ab eodem Navarro, quam reſtitu-
tionem in conſcientia obligare dicunt citati, &
20 alij ſummiſtæ, & hoc ſine dubio; *Etſi cum Ca-
jetano D. Archiepiſc. Hiſpalens. Tapia *dict. p.1.
ſumma q. 10. de legibus art. 9.n.1.* aſſignans plures
dicendi modos, exiſtimet hoc non procedere ex
vi ipſius legis humanæ ſic pœnam imponentis,
ſed ex natura rei, quia cum beneficium detur pro-
pter officium quiſquis orare tenetur ratione illius,
ſi non adimpleat, naturaliter debeat fructus malè
21 perceptos reſtituere. *Sed quid ſit, cum hæc diſ-
poſitio poſita ſit à lege humana, credo prædictam
pœnam ab illa potuiſſe imponi, ut de alijs; modo
adductis dictum eſt; fateor tamen legem huma-
nam relatas pœnas aſſignantem conformare ſe
cum lege naturali id dictante.
22 Alios duos caſus ponit idem Dominus Archie-
piſcopus *dicta q.10. art 9.n.5.* Unum de legibus
taxantibus pretia rerum dicens, ut tranſgreſſores
teneantur ad reſtitutionem, non virtute legis hu-
manæ, ſed à natura, ſic pretia taxante, de quo
caſu videbis quæ dixi *ſupra in cap.1. hoc tit. circa
finem, & q 2. in cap 10 hoc tit* Et de alio caſu
dicit *ibi num.6.* numpe de pœna hæreticorum eos
bonis ipſo Jure privante juxta diſpoſitionem tex-
tus *in cap. cum ſecundum leges de hæreticis lib.6.* de
qua dico ſub illo *tit. extra in cap. ad abolendam.* 23
Et quia cum multis agit Diana *p.4 tit.7. à res.1.
& p.7. tit.8. res. 1*, & Auſonius ejus recopilator
verbo *hæreticorum pœnæ* per textum *in dicto cap.
ad abolendam, cap. excommunicamus 1. & 2. de hæ-
reticis in canone 1.* Bullæ cœnæ Domini, ubi de
pœna excommunicationis, & de pœna privatio-
nis Eccleſiaſticæ dignitatis, officij, & beneficij,
& inhabilitas ad ipſa *ex cap. didicimus, cap. puden-
da 24 q.1. cap. præter 32 diſt cap. quo Jure diſt. 6.
dict. c. ad abolendam, dict. cap excommunicamus 1.
de hæret. cap. ut commiſſi eodem tit. lib. 6.* item irre-
gularitas ex *dicto cap. ad abolendam*, & *cap ſalu-
berrimum 1. q. 3.* & de privatione beneficiorum
Eccleſiaſticorum, an ipſo Jure, latiſſimè Nicolaus
Garcia *p. 11. de benef cap.10.§.2. à n.62.* cum infi-
nitis; & quod bona hæretici publicentur à die
commiſſi criminis, ex *l Manicheos, l. cognoſcimus
cod. de hæret. & in cap. cum ſecundum leges de hæret.
lib 6* & in alijs pluribus Juribus, ubi repetentes,
& ego in loco citato, & in *dicto cap. excommuni-
camus 1.* ideo breviſſimè hanc pœnam legalem
ipſo Jure impoſitam explanabo pro breviſſima
etiam intelligentia *dicti cap cum ſecundùm leges*,
& aliorum.
Eſt enim magna inter Doctores contentio, an 24
hæreticus amittat Dominium à die commiſſi de-
licti vel non, & quod illico illud amittat docent
Cajetanus 2 2. q 62. art 3. Soto *lib. 1. de juſtitia
q 6 art.6.* Abbas *in dicto cap excommunicamus*,
Gregor. Lopez *in l 4 tit.2.p.3* Covar. *in 4 decre-
tal.2 p.cap.6.§.8.n.8.* per legem, quæ dicit *ſunt
confiſcata ipſo Jure*, & clarius per verba *leg. 4.
part.7. tit 2.* ibi *vendida, ni donacion, ni cambio, ni
en agenamiento que ubie ſe echo de ſus bienes el que
fueſſe Juzgado por traydor dende el dia que comen-
ço a andar en la trayçion haſta el dia que le dieron
la ſentencia contra el, no debe valeren ninguna ma-
nera, maguer fueſe en la tenençia de los bienes a la
façon que los enagenaſe, pero perdido avia y a el
Sennorio por ſu maldad*, ſequitur hanc Villalobos
in ſumma p.1. tr.2. dif.16. à n 5. & à n. 6. hujus
opinionis infinitos refert Barboſa *in dicto cap. cum
ſecundum leges n.3. & 4.* Ubi quod bona hæreti-
corum confiſcantur ipſo Jure, & quod amittunt
dominium à die commiſſi delicti transferendo
illum in fiſcum: ita ex Surdo, Menochio, Ric-
ciulo, Azor, Sayro, & Peregrino, idem Barboſa
plures caſus adducens cum multis *in cap. vergentis
de hæreticis. & alibi eo tit. & lib.6.* Sanchez latiſſi-
mè *ſupra à cap. 14.* Videbis Quemada *in ſuis quæ-
ſtionibus fiſcalibus, cap 18.* Ubi bene, & quæ ſcri-
bit Molina *de primogen lib. 11. cap.4.* ubi ejus ad-
ditionatores. plures alios Doctores congerunt,
qui omnes expendunt leges Regias, & alias Juris,
quibus aliqui contendunt, non ipſo Jure confiſ-
cata eſſe, & amiſſa, niſi à die ſententiæ declarato-
riæ, ut ſunt *lex 4. tit. 3 p.6. l 4 tit.26. p.7.* quas, &
alias expendes juxta ſtatim dicta à verſ. *& licet.*
Contrariam verò ſententiam, ut veriorem, & 25
probabiliorem, atque receptiorem Simancas *de
Catholicis iſtitut. tit. 9. n. 171. 267. & à n. 229.*
Vaſquez 1.2. *q.96. art.5. diſput. 170. toto cap. 3.*
Franciſcus Beeius *conſ. 57. n.15.* Molina *de juſtitia
tom.1. diſp.95. col.11. verſ. dubium vero eſt.* Sanchez
in præcepta decalogi lib 2. tom 2. c 27. n.2. & 3. plu-
ribus relatis, de hæreſi Sanctarelus *cap. 1. dub. 1.
n.2.* Henriquez *in ſumma, lib. 13. cap 56 §.2. paulò
ante finem*, Avila *de cenſ. 1. p 1. dubio 7. col.3.*

Et

26 Et licet omnes teneant, ut dictum eſt ipſo facto hæreticos amittere bona diſcordent à quo die dominium amittant, vel poſſeſſionem, exiſtimo ſic explicandum cum Archiepiſcopo Hiſpalens. D. Tapia *in ſumma p. 1. lib. 4. de lege pœnali q. 10. art. 11. in fine*, nempè ut prædicta pœna in quantum ad executionem fiſci in bonis hæretici, non habeat locum ante judicis ſententiam, quia *in dicto cap. cum ſecundum leges*, expreſſe cavetur ne confiſcatio bonorum cum effectu fiat ab ullo Principe ſæculari, donec ſententia in hæreticum promulgetur à judice Eccleſiaſtico competente, quales ſunt in Hiſpania inquiſitores Apoſtolici, & privativè excluſis etiam Epiſcopis, qui per ſe ſolos non procedunt contra hæreticos, ut dico plene *in dicto tit. de hæreticis*, & ſic Barboſa *in dicto cap. cum ſecundùm n. 5.* ex Menchaca, Mexia, Zerola, Surdo, & alijs explicat verba textus ibi *ut bonorum ipſorum occupatio*, ut hæreticus non cenſeatur privatus bonis ſuis ante ſententiam judicis declaratoriam.

27 Et ſic non ſunt audiendi nonnulli dicentes, ut leges ponentes ipſo facto pœnam confiſcationis bonorum privent ante ſententiam eo dominio, qui ſatis convincuntur; primo quia ut privatio plenum conſequatur effectum, requirit ſententiam hæreſis declaratoriam incurſæ; & ſic Tyraquellus *in l. ſi unquam*, verbo *revertatur n. 400. cum ſeqq. cod. de revocand.* Riccius *in collect.* 303. Surdus, Caldas Pereira, Peregrinus, Menochius, Bernard. Gravæ, & alij, quos ſequitur Barboſa *ſup. n. 8.* docent abſolutè eſſe neceſſariam ſententiam declaratoriam in caſibus, in quibus lex ipſo
28 jure pœnam inducit. *Et ſic bene Antonius Gomez *variar tom* 3. Simancas *dict. tit. 9. à n.* 161. Penia *in directorio inquiſit. p 9. comment.* 158. Sanchez *dict. lib. 2. cap. 22. n. 6.* Sanctarellus *dicto cap. 21. dubio 15. n. 4.* cum pluribus Zenedua *ad decretum col. 2. n.* 3. Barboſa *ſupra n. 9.* cum alijs dixerunt hæreticos, & alios, quorum bona ipſo jure publicantur, minimè teneri ante judicis ſententiam fiſco, reſtituere ea bona.

29 Unde jam ego exiſtimo in puncto juris reſolvendum prædictum dubium cum ſequenti diſtinctione, & juxta practicam inquiſitionis Hiſpaniæ ex inſtructionibus, & ex modo procedendi, & ſententiandi; nempè quatenus ad privationem dominij declaretur hæreticus, & illud amiſerit à die patrati delicti ipſo jure, quia privatio dominij eſt pœna purè privativa, quæ incurritur ante judicis ſententiam ex vi legis apponentis particulam
30 *ipſo facto*. †Tum etiam quia poſt ſententiam fiſcus repetit omnia bona à die patrati criminis poſſeſſa ubicumque ſint, & reſcindit omnem alienationem ab eo die factam, quod ſignum eſt reum, amittere dominium ipſo facto à die patrati delicti. †
31 Quatenus verò ad poſſeſſionem juxta verum intellectum *dicti cap. cum ſecundum leges*, minimè deſinat hæreticus poſſidere bona habita, & acquiſita, etiam poſt crimen hæreſis commiſſum; quia poſſeſſionis privatio, eſt pœna poſitiva, requirens actionem executivam, qua bona deferantur fiſco, atque ideo ut hæc non incurratur ipſo facto, nec ſint bona fiſco deferenda, uſque ad judicis ſententiam, juxta communem opinionem, & praxim contra Panormit. docent Cajetan. & Sotus jam relati, Sylveſter verb. *aſſaſſinus q.* 5. & verbo *hæreſis*, q 8. *n.* 12. Canoniſtæ *in dict. cap. cum ſecundum leges*; ſic amplectens idem Archiep. Tabia, cum per doctrinam *dict. cap cum ſecundum*, tum per *dict. l. 4. p. 2. n 7.* intelligens illam de quacumque confiſcatione bonorum ob crimen *læſæ majeſtatis*, tam Divinæ, quàm humanæ, vel quodcumque aliud.

Itaque bene Sanchez *ſuprà dict. lib 2. ſumma* 32
cap. 26. n. 12. Ricciulus *de jure perſonarum extra gremium Eccleſiæ lib 5. cap. 5 cap 19 n. 12.* Surdus *deciſ. 247. n. 2.* Burſatus *conſ. 14. n. 18 & 19. lib. 1.* Sarnen. *in reg. de annali q. 52 n. 5.* verſ. *ſecunda ratio eſt* dixerunt non ante hæreticum amoveri à poſſeſſione, quam hæreticus declaretur incurſus per ſententiam, & privatus; tunc enim dicunt ut privatio ſuum plenum conſequatur effectum: nam antequam feratur ſententia declaratoria contra hæreticum, habet ille veram rerum ſuarum poſſeſſionem, Simancas *de Cathol inſtit tit 9 à n.* 173. Surdus *de aliment. tit. 9. q. 32. n. 24.* Ricciul. *dicto lib. 5. cap* 51. *n.* 10. *Sicut ſi de facto occupentur 33
ab aliquo contra occupantem poſſit agi ad reſtitutionem, prout reſolvunt Burſatus *conſ. 43. n. 22.* verſ *crederem lib.* 1. Sanchez, *dicto lib. 2 cap 22 n.* 18. Ricciul *dict. cap. 51 n. 11.* Vaſquez 12. *q.* 96. *art. 5. diſp. 170. cap. 4. n. 5.* Molina *de juſtitia diſp.* 95. *dict. tom.* 1. *in ſolut. ad* 3. & alij alia dico ſub *alleg.* 17. videnda.

Et ſic quotidie apud nos inquiſitores in praxi 34
ſervatur, ut quantumvis teſtibus pluribus de hæreſi alicujus teſtificantibus apprehendatur delinquens ejus bona non illico applicentur fiſco, ſed ſequæſtrantur apud depoſitarium fidelem, ut illa habeat in cuſtodia annumerata coram receptore Sancti Officij, Alguacello majori, & notario ſecretorum, & coram alia perſona ab ipſo apprehenſo delinquente pro ſe nominato, redacta omnia bona ad ſcripturam minutatim, & data copia ſecreti, ut ſic ſemper appareant in propria ſpecie, ſalvo ſi poſtea pro alimentis vendantur nonnullo publico præconio pro alendo delinquente, & quæ ſervando fiunt deteriora: de quibus omnibus ſi illa bona veniant tradenda ipſi reo, etiam redditur ratio totius ſumptus quotidiani illius de tempore, quo fuit incarceratus, & cætera bona ejus ſequæſtrata, libera traduntur.

Sin autem condemnantur de incurſo in hære- 35
ſim ab inquiſitoribus, fit applicatio, juxta praxim noſtræ inquiſitionis Hiſpaniæ modo ſequenti; nempè ut illa bona per ſententiam declaratoriam applicentur fiſco Regio a die commiſſi delicti, quia Rex noſter ab ipſa fundatione Sancti tribunalis Inquiſitionis, nobis Inquiſitoribus ſubminiſtrat neceſſaria, idque etiam in Clericis, quorum bona ex jure canonico deferenda ſunt fiſco Eccleſiæ ut probant Covarruv. *lib. 2. variar. cap. 9. n.* 12. cum multis approbant hanc conſuetudinem Torreblanca de Mexia *lib. 3 cap. 1. num.* 41. Diana *p. 4. tit 8. res* 43. ſic video in praxi, etſi aliquando nonnulla conſumantur bona pro integra miniſtrorum deſervientium Suſtentatione, & ſolutione ſuorum ſtipendiorum, & ſalariorum, & quæ ſuper ſunt juxta annuas rationes miſſas ad tribunal ſupremum remanent in diſpoſitione illius conſilij, & Domini inquiſitoris generalis ad libitum diſtribuentis, & applicantis, prout vult. *Hæc inquam eſt apud nos pra- 36
xis quantumvis videam de jure novo *ex auth. Gazaros l. ultima Cod de bonis præſcriptor*, & *cap. vergentis*, & *dict. cap. ſecundum leges de hæret. lib.* 6. ut applicentur fiſco Eccleſiæ quidquid ſit de conſuetudinibus aliorum Regnorum; item & quantumvis antiquitus *ex l. Manichæos*,

l. cognovi

l.cognovimus Cod de hæreticis, *auth.* idem ex eodem *cap.Judri* 1.*q*.4. bona hæreticorum filiis eorum tradi deberent;nam ut Riciulus *dicto lib*. 5. *de Jure perſonar extra grem. Eccleſ exiſtent. cap*. 28. *num*.7. Barboſa *in dicto cap.cum ſecundum num*. 12. in gloſſa ibi *ipſo Jure*, & ibi *puto* prædictam praxim procedere etiam ſi ille hæreticus Catholicos filios habeat.

37 Etenim ut video practicari, nunquam inquiſitores tenentur filiis hæreticorum de bonis confiscatis præbere dotes, & alimenta,quia ſi parentes omnia bona hypotecarent, & creditores omnia quandoquè bona, non deductis alimentis,aut dotibus, uſurpare poſſunt; quid ni id fieri poterit inde delicto ob bunum commune, ut ſcilicet Patres à tam noxio crimine, ob filiorum ſaltem amorem abſtineant: ſic Auſonius in Dianam verbo *hæreticorum filii num*. 32.ex Sanchez contra Surdum *conſ*.389.*n*.8.Quod ego intelligo de bonis reorum,poſtquam applicata ſunt fiſco ſententia declaratoria, quia à tempore, quo delinquens exiit à carceribus ſecretis, ipſe debet quærere ſua induſtria ſuſtentationem pro ſe, & ſuis filiis, uxore, atque pro cætera familia. † Sed dum eſt
38 detentus in carceribus, bonaque ejus in ſequeſtro, ſolent deſtinari parva; & exigua alimenta pro uxore, & filiis quotidiana eſui, & veſtitui, moderatè quidem; Ac bene poſſent juxta inſtructionem Hiſpalent.apud Quemadam in quæſtionibus fiſcalibus *q*.24.*num*. 11. poſitus in fine libri Doctoris Rojas *de hæreticis*, Domini inquiſitores tradere orphanos filios delinquentis, & minores honeſtis perſonis alendos ſimul, & inſtruendos commendari; * & Pegna *in director. inquiſitor*
39 *lib*.2.*comment*. 9. inquit debere eis miniſtrari tenuem victum de bonis confiſcatis, ſi adverſa valitudine, & inſufficienti ætate laborantes, laborare non poſſint,ſed exiſtimo cum Diana *p* 4.*tr*.8. *reſ*.45.& aliis eum cit.,& Auſonio *dicto n*. 32. in fine, tantum procedere ex mera miſericordia.
40 † Et ego, qui ut promotor fiſcalis, & ut inquiſitor, item & in ſimul, ut Judex pro Rege bonorum confiſcatorum,per novem annos Valliſoleti, nunquam vidi,nec audivi retro actis temporibus in eo tribunali inquiſitionis aſſignatam fuiſſe à Dominis inquiſitoribus pro tali honeſta alimonia aliquam, etiam minimam portionem pro filio, aut filiis,ſeu eorum educatione; etſi credam aliquando in caſu urgenti exercendæ miſericordiæ, bene poſſe practicari,permittique ex tacito aſſenſu Regis, & Domini Generalis Inquiſitores,ſupremique ſanctæ inquiſitionis Conſilii, & melius ſecurius, & æquius fieri, ſi conſulatur D.Inquiſitor Generalis,& Conſilium, narrata neceſſitate, ut jam ſæpius vidi practicari in hoc ſupremo Conſilio ſanctæ inquiſitionis. De hoc puncto ad ſatietatem Sanchez *in ſumma dicto tom*. 1. *lib*. 2. *cap*.16 *n*.26.& cum infinitis Antonius Ricciulus *in tract.de Jure perſonar. lib*. 5. *cap*. 40.*à n*.1. Ubi optime pertractat quæſtionem hanc.

Etenim ut ait Pegna, & ante illum Simancas
41 *de Catholicis inſt.cap*. 29.*n*.12. inquiſitores pueris, & puellis hæreticorum damnatorum providebunt ex miſericordia; ita ut rationem babeant ſexus, & ætatis;nam maſculos jam corpore validos alicui arti mechanicæ jubebunt addici fœminas aliquibus honeſtis matronis, aſſignabunt, ut eis famulentur, & ab eis in fide inſtruantur cæteris, quibus per ætatem,aut incommodam valitudinem laborare non licet tenuia alimenta ex paternis bona ex ſola miſericordia ſubminiſtrabunt. † Qua- 42
re non debent audiri Torreblanca de Mexia *lib* 3. *cap* 11.*num*.46.& 47.Surdus *conſ*.386.*numer*. 8. Plotus inter conſilia criminalia Zileti *lib*. 1.*conſ*. 130.*num* 83.Socinus *lib*.1.*conſ*. 30. *num*.3. & alii affirmantes inquiſitores teneri dare filiis hæreticorum dotes, & alimenta, ex bonis confiſcatis. Quia etſi Jure naturali alimenta filiis debeantur, ſed non procedit in tam immani crimine,ut optimè declarant Ricciulus, & Sanchez jam relati.
† Et his addo cum multis noviſſimè Bordonium 43
de officio inquiſitor cap.12.*num* 111.cum Becano Ruino, Conrado, & aliis, ubi expendit textum *in dicto cap.cum ſecundum leges*: & de quæſtione, quando filii hæreticorum priventur hæreditate paterna:quid de Jure imperii,& Jure civili. Farin. de hæreſi cum infinitis *q*.191.*§*. 1.Sanchez *dict. lib*.2 *ſumm.a dicto cap*. 14. cum pluribus ſequentibus.

QUÆSTIO IV.

An quando dubium eſt nunquam lex, etiam pœnalis, obliget ſub veniali vel ad mortale, intelligatur de mortali. An ignorans excuſetur à pœna legis. Et an transgreſſor legis pœnalis poſtquam à judice ſit condemnatus teneatur ipſe in ſe ipſum exequi pœnam ſeu teneatur ſpectare exactionem juſtitiæ. Et an Judex teneatur imponere pœnam à lege præſcriptam, & qualiter aliud faciendo peccet. Et quid de judice minuente,vel remittente pœnam ante, vel poſt pronunciatam ſententiam. Et an fraudantes tributa dicantur peccare in legem pœnalem. Et an lex pœnalis Pontificia liget ignorantes non publicata.

SUMMARIUM.

1 *Lex imperando, probibendo, aut vetando reum gravem, videtur diſponere quæ in dubio, ſub quo peccato obliget eſt probabile, ut ſolum obliget ad veniale, ſi dubitetur, omnibus bene perpenſis. Et quare.*

2 *Tributum ſolvere non debet dubitans legitimè de ejus juſtificatione ſecundùm aliquos: alii contra probabilius. Et quid in Regnis Hiſpaniæ. Ubi de praxi quæ imponitur in Curiis hic Matriti ſolitis celebrari* n. 3.& 4

5 *Pœna legis num excuſetur per ignorantiam.*

6 *Transgreſſor legis pœnalis poſtquam à judice condemnatus ſit, tenetur in ſe ipſum exequi pœnas, quas alius, niſi ipſe commode exequi non valet, ut exilium eundo, ſolvendo pecuniam mulctæ, ſi ſuſpendendus ſit aſcendendo ſcalam furcæ, & Patibuli, niſi ſpem haberet ſe ſalvandi* num. 7. & 8. *fallit, ut* num 9.

7 *Reus pœna ultimi ſupplicii obnoxius, debet pati pœnam, & actiones neceſſarias ad id exercere,cum debeat mori rationabiliter, ut homo, non ut Brutum irrationale.*

9 Rem

9 *Reus legis tranſgreſſor, à qua impoſita eſt pœna mortis, ſeu mutationis, etſi teneatur pœnam pati, ſed non in ſe ipſo; activè operando, cum qualibet ſententia ad eam actionem obligans, eſſet crudelis, & barbara. cenſeatur lex pœnam in humanam, crudelem, & exorbitantem imponens, non obligat* dicto n. 9. & 10.

10 *Judices non poſſunt obligare reos, ut aſſumant venenum; & quod ſe abſtineant ab eſu, ſi habeant quid manducent, ut fame ſic pereant.*

11 *Judex poteſt damnare Reum, ut ipſe ſua propria actione exequatur in ſe actiones mitiores, pœnaſque leviores, conformes, & proportionatas delicto, qualitati perſonæ.*

Prælati ſolent condemnare ſubditum, ut quod ſe flagellet, quod jejunet. & aliud ſimile faciat dicto n. 11.

12 *Reus damnatus, num teneatur ſententiæ obedire, ſeu poſſit appellare ?* remiſſivè.

13 *Pœnas legis tenetur Judex applicare delinquentibus contra leges, cum ei non liceat de legibus judicare, ſed ſecundùm eas*

14 *Judex excedens pœnam à lege præſcriptam, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem exceſſus Reo faciendam, cum Reus ſolam debeat taxatam à lege* & n. 19.

15 *Judex ſicut aggravando pœnam peccat, ita minuendo impoſitam à lege, cum ſit contra juſtitiam legalem, præbeaturque occaſio multitudini delictorum fallit.* n. 16.

16 *Pœnam legis poterit ſupremus Judex propria authoritate limitare, inferior ſi cauſa adſit legitima, ut minoris ætatis, & ex longo lapſu poſt delictum, & propter alias; dum tamen inferior cauſam exprimat, ut* numero. 17.

18 *Judices Eccleſiaſtici habent ampliorem licentiam minuendi pœnas, maximè quando procedunt ex officio, & non ad petitionem partis.*

19 *Inferior Judex, ſicut ex cauſa minuit pœnam à lege taxatam, ſic & aliam majorem infligare in delictis, nempè extraordinariis.*

20 *Judex quando pœna pendet ab ejus arbitrio, debet potius inclinare, ut infligat mitiorem, niſi inde homines frequentiores eſſent ad delinquendum.*

21 *Judex inferior poſt pronunciatam ab eo ſententiam definitivam, non poteſt minuere pœnam taxatam à lege, vel arbitrariam, ſive eam augere, cum jam ſit functus officio ſuo, pronunciata, & publicata ſententia difinitiva. fallit in crimine hæreſis, ut* n. 22. *ubi quid in praxi.*

22 *Inquiſitores, etſi de jure poſſent pœnam in hæreticum latam minuere poſt ſententiam; ſed hoc in Hiſpanica inquiſitione fit ab Inquiſitore Generali cum conſilio adſtantium conſiliariorum.*

23 *Princeps ſupremus ſine præjudicio tertii, & boni communis, poteſt per modum diſpenſationis minuere pœnam, vel auferre a ſe, vel ab inferiore in ſententia difinitiva latam.*

24 *Judex inferior poteſt pœnam pecuniariam minuere, mutare, aut tollere Cameræ applicandam Regis, ſi Reus ab eo ſit pauper, ut nequeat illam ſolvere & etiam ſi applicetur pœna aliis.*

25 *Judex pronuncians ſententiam cum pœna pecuniaria ſolvenda à Reo intra octo dies, ſin minus ſolvat flagelletur; poteſt nihilominus omiſſa flagellatione redire ad pecuniariam.*

26 *Pœnam num pars remittere poſſit; item & Judex declarare ſententiam ſuam* remiſſivè.

27 *Tributa fraudantes non peccare mortaliter, nec teneri ad reſtitutionem dicunt multi ſatis probabiliter, nec gabellas, & vectigalia, quia tributorum lex eſt purè pœnalis.* n. 28. *contraria ſententia probabilior* n. 29. *Sed diſtinguitur* à 30. n. *Et quæ debeant concurrere?* n 36.

30 *Tributum ex propria formali ratione tributi, non eſt neceſſario pœna, ſed quædam contributio juſtè ſubditis impoſita in ſubſidium curæ, & ſumptuum pro tuendo bono communi, Principi adſcripta.*

31 *Tributorum leges poſſunt eſſe, ſivè præceptivæ ſolum, ſicut quæcumque aliæ explicatur* à n. 32.

32 *Tributi lex purè pœnalis erit lata verbis ſequentibus:* qui ex mercibus venditis, vel rebus tranſportatis non ſolverit decem pro gabella, amittat ipſas. *quæ non obligat, niſi ad ſolvendum tributum vel luendam pœnam.*

33 *Tributi lex præceptiva, & non purè pœnalis obligat ſub peccato mortali & in conſcientia*

34 *Tributorum leges poſſunt obligare ad ſolvenda tributa in conſcientia etiam ſi non petantur, ſi juſta ſint, & niſi conſuetudo eſſet, ut ſi non petantur, non debeantur ſolvi.*

35 *Tributi lex in dubio. num ſit præceptiva. ſeu purè pœnalis, intelligitur præceptiva ſi juſtum eſt tributum.*

36 *Tributa, ut in conſcientia debeantur, & defraudantes teneantur ad reſtitutionem, quatuor concurrere debent cauſæ, juſtitia ſcilicet ex parte cauſæ efficientis, ex parte cauſæ finalis, quod ſit proportio tributi ad ſubditos, & proportio ad materiam tributi & quinta ſcilicet uſus.*

37 *Lex Pontificia non publicata ſi requirit publicationem non obligat ignorantes.*

AD primam quæſtionis partem, etſi affirmativè reſpondeant Layman *in Theologia morali tract.* 4. *cap.* 5. *n.* 6. *ſect.* 1. *numero* 12. *in fine*, Valentia *tomo.* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 6. Soyrus *in clavi Regia lib.* 3. *cap.* 7. *numero* 29. & alii eo quod lex imperando, prohibendo, aut vetando rem gravem diſponat, quæ in dubio cenſenda ſit, ut obliget ad mortalè: argum. eorum, quæ dixi *ſupra ſub cap.* 1. *hoc tit. à quæſt.* 2. Sed nihilominus probabiliter dici poteſt in tali dubio legem tantum obligare ſub veniali, ſi dubitetur omnibus bene perpenſis ex regula juris, in dubiis melior eſt conditio poſſidentis, de qua dixi ſæpius ita Navarrus *in manuali cap.* 23. *numero* 5. amplectitur Diana *p.* 1. *tract* 10. *de legibus reſ.* 25. & confirmari videtur ex his, quæ dixi ſub *dicto cap.* 1. *hoc tit. à quæſtione* 2. cum aliis, ubi quod etiam in materia gravi poteſt legiſlator obligare ſub veniali. 1

Ut de Molina *de juſtitia tom.* 3. *diſp.* 674. *n.* 6. & 7 2

& 7. Aragon. *in* 2.2. *q.* 62. *art.* 3. Cajetan. Salon. & alii quos relati referunt, dixerunt quod quando quis dubitat de juſtitia alicujus tributi, non tenetur illud ſolvere, quia melior eſt conditio poſſidentis.
3 † Sed Leſſius *lib* 2. *cap.* 37. *dubio* 8. *n.* 64. Salas *de legibus diſp.* 15. *ſect.* 10. *n.* 110. & alii contrarium aſſerunt, & poteſt eſſe ratio in hoc caſu, quia ſubditi nequeunt diſputare de juſtitia tributi, quam Princeps imponens debet examinare, cum ut jam *ſup. ſub cap.* 10. dixerim credendum eſt Principi, & ex dictis per D. Tapiam Archiepiſc. Hiſpalens. ex D. Thoma & Suarez *in ſumm. p.* 1. *lib.* 4. *de legibus q.* 11 *art.* 3. Ubi quod judicans Princeps probabiliter, & practice tributum eſſe juſtum, poteſt illud
4 imponere. † Verum quia in his Regnis Hiſpaniæ ut teſtatur idem Archiepiſcopus *ibi art.* 4. *&* *art.* 5. Reges tributa non imponant ſine ſubditorum conſenſu, ut jam etiam dixi *in cap.* 10. *hoc tit ſub q.* 14. *&* *à q.* 10. imo & ſit *lex Regia.* 1. *tit.* 6. *lib.* 6. *recopil.* ſtatuens Regem, non poſſe novum tributum imponere, niſi prius convocato Regno per procuratores, & illis conſentientibus, & acceptantibus tributum ſecundum facultatem, & inſtructionem ſuarum civitatum, ſive communitatum, à quibus mittuntur ad commitia, ſeu congregationem Regni, quam vulgo *Cortes* appellant; ſic ut non ſit hujuſmodi lex intelligenda, ut ſit in voluntate, & arbitrio populi, & procuratorum denegare conceſſionem, quia ſi liquido conſtet de juſtitia tributi, & neceſſitate, cum jam conſentire debeant, & renuant, poſſint à Principe cogi, ſicut è contra tenentur fortiter reſiſtere quando eis conſtat de injuſtitia tributi, ſitque nimium, atque intolerabile gravamen populorum à multitudine, & exorbitantia tributorum, ut ponderat Archiep. ipſe, *dicto art.* 5. *n.* 4. *&* 5. ideo exiſtimo ſi caſus occurrat dubii, ut lex illa non obliget ſub mortali.

5 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ignorans excuſetur à pœna legis, quia jam late, & in terminis dixi ſupra *ſub Rub. q.* 6. verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quintam*, non repeto; & *ibi* dictis addes quæ ex multis, & ſub diſtinctione ſcribit, & reſolvit D. Tapia Archiep. Hiſpalen *in ſumma lib.* 4. *de legib. q.* 10. *art* 18. quæ reducuntur ad dicta ſub relata *quæſtione* 6. *Rubricæ.*

6 Ad tertiam quæſtionis partem an tranſgreſſor legis pœnalis poſtquam à Judice ſit condemnatus; teneatur, in ſe ipſum exequi pœnam, ſeu teneatur ſpectare exactionem Juſtitiæ; igitur cum jam in præcedentibus quæſtionibus aliquid dixerim de prædicta pœna ante Judicis ſententiam, nunc vero de illa poſt damnationem, & ſoleant interpretes longi eſſe in explicatione, ego breviter
7 ſic declaro. † Primo ut reus, qui juſte à judice condemnatus eſt, teneatur per ſe ipſum ad exequendas actiones, quæ neceſſariæ ſunt ad pœnam ſufferendam, quando illas alius commode non poteſt facere, niſi ipſe reus, etenim eſt obligatus exire ad locum ſupplicii, ire ad exilium, ſolvere pœnas pecuniarias, etſi ſuſpendendus ſit, teneatur aſcendere ſcalam furcæ, & patibuli: nam cum ſit obnoxius pati pœnam, ſic & ad actiones neceſſarias, cum debeat mori rationabiliter, ut homo, non ut brutum irrationale: ſic Medina 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *fol.* 684. *col.* 2. *in fine*, Villalobos
8 *in ſumma p.* 2. *tract.* 16. 16. *de reſ. dif.* 10. † Ubi limitat *n.* 20 cum Leſſio *lib.* 2. *de juſtitia cap.* 31. *dificul.* 5. *numero* 4. ut non ſemper ſit obligatus, quia etſi aſſentiri queat, eaſque actiones libenter operari; ſin autem ſpem habeat ſe redimenti, & liberandi, & ſalvandi, etſi eſſet ſub furca, & ſub cultello poſſet fugere, juxta illa, quæ dixi *ſub cap.* 15. *de jure-jur.* dum egi de quæſtione illa, an liceat reo fugere à carcere, Balboa late *in cap.* 8. *ejuſdem tituli à n.* 34.

Sed quando pœna ſit mortis aut mutilationis 9
membri, & alia ſimilis, ſi condemnatur ad ipſam exequendam, ſufficiet ut illam patiatur; non enim poteſt à judice damnari, ut illam reus patiatur in ſe ipſe ipſo active operando, quia quælibet ſententia ad eam actionem obligans, eſſet crudelis, barbara, & inhumana, nec obligaret, ſicut nec lex, quæ pœnam exorbitantem, crudelem, & inhumanam imponeret, docent Caſtro *de lege pœnali lib.* 2. *cap.* 3. Soto *lib.* 1. *de juſtit. q.* 6. *art.* 6. Medina, & Villalobos *ſupra* Vaſquez 1. 2. *diſp.* 183. *cap* 3 *n.* 18. ut citat Villalobos, *&* *q.* 173. *cap.* 3. *n.* 19. ut citat, & ſequitur etiam cum Covarruv. *lib.* 1. *var. cap.* 1. Archiep. Tapia noviſſime *in ſum. p.* 1. *lib.* 4. *de legib. q.* 10. *art.* 10. † qui dicit 10
graviter peccare judicem volentem reum compellere ad eas pœnas exequendas. Et ſic dicunt Vaſquez Caſtro, & Soto ex eadem ratione non poſſe judices obligare reos ut aſſumant venenum, & quod ſe abſtineant ab eſu, ſi habent quod manducent, ut fame ſic pereant; eo quod hæc pœna eſſet etiam crudelis, & inhumana.

Et dicunt prædicti poſſe judicem damnare 11
reum, ut ipſe ſua propria actione exequatur in ſe actiones mitiores, pœnaſque leviores conformes, & proportionatas delicto, & qualitati perſonæ; eo quod tunc non adeſt crudelitas exemplificantes in actibus religionis, ubi ſolent prælati condemnare ſubditum, ut ſe flagellet, & quod jejunet, & aliud ſimile faciat, quia hæ pœnæ non ſunt inhumanæ, ſiquidem ipſi confratres quotidie voluntarie illas exercent. Et addit ipſe Archiepiſcopus *numero fin.* quod ſi in ipſa ſententia præcipitur prompta exequutio per reum facienda abſque alia requiſitione, aut compulſione; tunc teneatur reus parere judici, nulla alia ſpectata miniſtrorum diligentia, quia id poteſt judex injungere, & præcipere ſua ſententia; quod ſi in ipſa id non caveatur, expreſſe ait Archiepiſcopus tunc ſtandum eſſe uſui, & conſuetudini loci, ſicut dicitur in vectigalium ſolutione. † Et Villa- 12
lobos *ſupra dif.* 9. agit cum Innocentio Panormit. Covarruv. Soto, & aliis agit de alia ſi reus damnatus teneatur ſententiæ obedire; ſed ad hoc recurres per illa, quæ dixi *ſub tit. de appellat* ubi *cap.* 3. *quæſt.* 3. ubi an appellet à pœna legis ſeu à mulcta.

Ad quartam quæſtionis partem an judex te- 13
neatur reo delinquenti imponere pœnam à lege præſcriptam, & qualiter ſi id negligat, peccet. Reſpondeo ut cum officium judicis ſit non ferre leges, nec eas mutare, ſed ut ferat ſententiam applicando pœnam legis delinquentibus contra leges, ut patet ex titulis *ff.* *&* *cod. de pœnis. item* *&* *infra de pœnis lib.* 5. ad idque teneatur, ut voluerunt D. Thomas 2. 2. *q.* 66. *art.* 5. *&* *q.* 67. *art.* 4. Sotus *lib.* 3. *de juſtit. q.* 4. *art.* 5. & communiter Doctores, ut dicit D. Tapia Archiep. Hiſpalenſ. *in ſumma p.* 1. *lib.* 4 *de legib. q.* 10. *art.* 13. dicens in hoc ſenſu accipi D. Auguſtin. *lib. de falſa & vera religione cap.* 31 relatus *in cap. in iſtis diſt.* 4. quatenus dicit *quod non licet judici de legibus judicare, ſed ſecundum ipſas*, & D. Gregor. relatus *in cap. ſummopere* 11. *q.* 3. ibi *Divina*, *&*

humana lex reſolvatur, & ſecundum quod tibi con-
14 *ſtitutum eſt proferatur ſententia.* † Ex quo ſit, ut
Judex excedat pœnam à lege præſcriptam pec-
cet mortaliter, & teneatur ad reſtitutionem ex-
ceſſus reo faciendam, quia reus ſolum debet
pœnam taxatam a lege applicatam per judicis
ſententiam. Etenim qui ab alio exigit plus
quam debet, peccat, & tenetur ad reſtitutio-
nem, ut late videre poteris ex late *infra* dictis
ſub tit. de plus petitionibus.

15 Et quemadmodum aggravans pœnam, judex
peccat, ſic & impoſitam à lege minuendo, quia eſt
contra bonum publicum, & juſtitiam legalem, ut
delicta non maneant ſatis punita; & quia præbetur
occaſio multitudini delictorum; & quia judex te-
netur obſervare leges juſtas; cum ergo lex impo-
nens pœnam delinquentibus ſimul ordinet, & ju-
beat, ut per judices deferantur ad debitam execu-
tionem, alioquin eſſent leges penitus inefficaces,
& nullius momenti, ſequitur ut nec poſſit ſine
peccato minuere legis pœnam. De quo puncto jam
alibi dixi qualiter, & in quibus caſibus limitetur.
16 † Etenim judex ſupremus poterit illam limitare
authoritate propria; inferior autem, ſi cauſa adeſt
legitima, veluti ex cauſa minoris ætatis, ut in pue-
ris *infra* de delictis puerorum, & ex infirmitate in
ſenibus ex textu *in §. Divus Adrin. ff. de termino
moto, l. auxilium ff. de minoribus* ibi, *niſi quatenus
interdum miſeratio ætatis ad mitiorem pœnam judi-
cem perduxerit,* item ex in deliberatione actus *l.
abſentem ff de pœnis,* & ex longo lapſu poſt crimen
commiſſum *l ſi diuturno ff. de pœnis;* & quod in pœ-
na pecuniaria ſit cauſa ſufficiens paupertas *l. illici-
tas §. fin. de officio præſidis* de quo qualiter *infra q.
fin. de conſuet. q.* 1. & 2. latiſſime. Itaque propter has
& ſimiles cauſas poſſe judices inferiores arbitrio
prudenti minuere legum pœnas, ut docent de in-
feriore Sotus *dicto lib* 3. *de juſtit. q* 4. *art.* 5. Felinus
in c. 1. *hoc tit. n.* 49. ibi Decius *lect* 2. *n. fin.* Suarez *de
legibus lib.* 5. *cap.* 11. *n.* 8. Caſtro *lib* 2 *de lege pœnali c.*
13. *concluſ.* 2. *n* 10. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *n.* 8. &
alii communiter, quos refert, & ſequitur Villalo-
bos *in ſumma p.* 2. *tr.* 13. *de judice dif.* 17. ubi n. fin.
ait cum Salcedo *in praxi cap.* 144. & Fr. Emanuël.
Rodriguez, & Julio Claro *in praxi q.* 85. *verſ. ulte-
rius quæro.* † Ut in his caſibus teneatur judex infe-
17 rior exprimere in ſententia cauſam quare minuit
legis pœnam ut excuſetur; ſed non id neceſſarium
eſſe ad valorem ſententiæ, prædicti docent & ſuf-
ficere, ut in illa dicat pœnam minuere ob juſtas
cauſas: & ad id leges textum *in l. quid ergo §. pœna
ff. de his, qui notantur in famia,* & *l.* 8. *tit* 31. *p.* 7. &
D. Thom. 2. 2. *q.* 67. *art.* 4. & D. Antonin. *in* 3. *p. tit.*
9. *cap.* 1. & alii communiter à parte loquentes de
judice ſupremo: de quo videbis quæ adduxi *ſub
cap. dilecti* 6. *de judiciis à q.* 5 & uberius *q.* 11. & 12.
18 † Et quod judices Eccleſiaſtici ampliorem licen-
tiam habeant minuendi pœnas, maxime quando
procedunt ex officio, & non ad petitionem par-
tis probant Doctores ex regula textus *in cap. ut
commiſſi §. nec non de hæret lib.* 6. & *cap. etſi Cle-
rici* ubi ego dixi *in §. de adulteriis infra de judi-
ciis*, cum multis Egidius Trulenc. *in opere morali
tom.* 2. *lib.* 8. *cap* 1. *dubio* 12. *n.* 8.

Unde etiam dicendum eſt, ut quamvis regula
19 ſit ut ſi judex excedat pœnam à lege præſcri-
ptam, peccet, & reſtituere teneantur, ut dixi ſub-
dicto verſ. *ad quartam:* tamen ex cauſa poſſit
etiam inferior ultra taxatam à lege aliam majo-
rem infligere, patet, veluti in delictis extraor-
dinarias habentibus circumſtantias, ratione qua-
rum intra eandem ſpeciem multo graviora homi-
nibus, & populo apparent, quam alia delicta pa-
trata ejuſdem generis; nam tunc gravius pu-
niendo judex delinquentem, quam à lege taxa-
tum extat, non dicitur pœnam legis excedere,
cum relinquatur arbitrio judicis gravitas delicti
punienda, cum ſic expediat Reipublicæ, ut in-
dicare videntur dicta lex *quid ergo §. pœna ff. de
his qui notantur infam* gloſſa *ibi* verb. *exceſ-
ſit, dict. l.* 8. *tit.* 31. *p.* 7. Ubi Gregor. Lopez,
Cov. *ſupra,* Sanchez *tom.* 2. *conſil. lib.* 6. *cap.* 1.
dubio 21. *n.* 7. † & D. Tapia *dicto art.* 13. *n.* 3. 20
qui *n.* 7. ait, ut quando pœna pendet ex arbitrio
judicis, ſive quantum ad totam, ſive quantum ad
diminutionem debet inclinare in dubio, potius ad
lenitatem, & clementiam, quam ad rigorem, &
ſeveritatem, ex regula textus, ubi Doctores in
pœnis *de regul. juris lib.* 6. & *in cap. alligant.* 26.
quæſtione 7. ubi ex D. Gregor. dicitur *melius
eſt propter miſericordiam rationem reddere,
quam propter crudelitatem,* niſi inde homines
frequentiores eſſent ad delinquendum, quia
tunc ſunt ſeverius puniendi, ut *infra* dico *cap.
fin. de conſuet.*

Ad quintam quæſtionis partem de judice mi- 21
nuente, vel remittente pœnam ante promulga-
tam ſententiam, colliges ex dictis in dicto verſ.
ad quartam, ſed de judice inferiore poſt pro-
nunciatam ſententiam, regula eſt generalis, ut ſi-
ve pœna ſit per legem taxata, ſive arbitraria, non
poſſit judex poſt pronunciatam ſententiam diffi-
nitivam pœnam reo impoſitam minuere, vel
augere, ut dicunt Panormit. *in cap.* 3. *de pœnis,*
ubi ego late *ibi* Cardinal. Covarruv. *dict. lib.* 2.
variar. cap. 9. *numero* 8. Caſtro *de lege pœnali
cap.* 12. verſ. *tertia concluſio,* D. Archiepiſc.
Tapia *dicto lib.* 4. *de legib. p.* 1. *ſumma art.* 15. ex
eo quod jam judex eſt functus officio ſuo, pro-
nunciata, & publicata ſententia diffinitiva ex re-
gula textus, ubi Doctores *in l. quod juſſit. ff. de re
judicata*. & faciunt quæ latiſſime dixi *ſub tit. de
appellat. infra.*

Sed limitant Doctores doctrinam hanc in 22
crimine hæreſis, ubi poſt ſententiam pronun-
ciatam, & pœnam latam poſſit illam judex mi-
nuere, ut dicunt ex regula textus *in cap ut
commiſſi de hæret. lib.* 6. & ſic quod inquiſito-
res hæreticæ pravitatis, & Epiſcopi de jure
(non vero in Hiſpania, ubi tantum cognoſci-
tur de hoc crimine privative in Sancto Officio
inquiſitionis, una cum Epiſcopo, aut ejus vi-
cario) poſſint pœnas minuere, etiam poſt
ſententiam: ita Barboſa *ibi* in verſ. *pœnam una
cum prælatis* Clarus §. *hæreſis numero* 8. Men-
chaca *illuſtr. quæſtion. cap.* 31. *numero* 3. Pena
in director. inquiſitor. p. 2. *quæſtione* 47. *Scholio*
72. Caſtro *ubi ſupra dicto cap.* 12. Archiep. Ta-
pia *dict. art.* 15. *numero* 2. dicens forte ex ea
ratione, ut facilius hæretici benignitate reſi-
piſcant, & convertantur ad fidem: Sed hanc
praxim reſpectu inquiſitorum inferiorum, non
video practicatam, quia remiſſio pœnæ, aut
diminutio, ſive moderatio reconciliatis, & pœ-
nitentiatis fit à ſolo ſupremo Inquiſitore Gene-
rali, ut jam dixi *in capite cum* 122. *de ſententia,
& re jud. q.* 4. *in fine.*

Reſpectu vero ſupremi Principis, nemi- 23
ni dubium eſt ut ex juſta cauſa abſque detrimento
tertii, aut boni communis, poſſit per modum
diſpen-

diſpenſationis auferre, vel minuere pœnam à ſe, vel ab inferiore in ſententia difinitiva latam: ſic Archiepiſcopus Tapia *dicto art.* 15. *n.* 5 id negans in judice inferiore, & probabis ex his, quæ latè dixi *ſub. dicto c.* 22. *de re judicata à q* 2. tamen idem Archiep. *ex l.* 4. *tit.* 27. *p* 3.* Vbi Gregorius Lopez
24 verbo *majormente* dicit *n.* 3 & 4. quod ſi Judex damnavit aliquem pœna pecuniaria Camaræ applicanda Regis, poſſit Iudex ſententiam mutare, & pœnam tollere, ſi reus ſit adeo pauper, ut nequeat ſoluere, etiam ſi pecunia non applicetur Regi, ſed aliis à Rege; quia lex ait *maximè quando Regi*; ergo & quando applicatur aliis. * Item ſi
25 Iudex, ut fieri ſolet pronunciet ſententiam pœnæ pecuniariæ ob aliqnod crimen ſoluendæ intra 8. dies; ſin autem publice flagelletur reus in mora conſtitutus, aiunt prædicti Doctores poſſe nihilominus Iudicem, non ſoluta pœna intra terminum præfixum redire ad illam, omiſſa corporali, quia flagellatio impoſita fuit comminatoriè, ut facilius, & diligentius reus pecuniam, ſolveret. * alia de parte remittentem pœnam, & de
26 judice declarante ſententiam dubiam refert idem Archiep. *dicto art.* 15. *numer.* 6. & 7. & per alios articulos: alia congerit de lege pœnali videnda *infrà in tit. de pœnis*, quæ hic non repeto cum ſatis de natura hujus legis pœnalis pateat ex adductis

27 Unde ad ſextam quæſtionis partem, ego quod jam ſim loquutus *ſub cap.* 10. *hod tit. à queſtione* 8. de lege tributaria, breviter reſpoodeo, quod fraudantes tributa ſecundum opininnem ſatis probabilem, non peccent mortaliter, ne teneantur ad reſtitutionem, quia cum ſit probabilis illa opinio, quæ dicit leges purè pænales humanas non obligare in conſcientia, ut dixi ſub noſtro capite; ſed tributa, & vectigalia ſuot veluti leges humanæ pœnam imponentes; ergo non obligabunt in conſcieotia: ſic docent in terminis Duardus latiſſimè hanc partem fundans *in Bulla cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 12. *num.* 9. reſpondens argumenta contrariæ ſententiæ Leſſius *lib.* 2. *de juſtitia cap.* 33. *dubio* 8. *n.* 55. Bonacina *de contractibus diſp.* 2. *q.* 9. *puncto* 1. *n.* 3. Angelus abſolutè verbo *pedagium numero* 6 Navarrus *in manuali cap.* 17. *numero* 200. & *cap* 23 *numero* 54. Beja *in reſpon-*
28 *ſo p.* 1. *conſ.* * Dicentes quod et ſit de jure naturæ tributa debeantur Principibus; Sed cum fraudentes dicta tributa non intendant dictæ legi contravenire, ſequi inde ut cum tractetur de lege purè pœnali eorum arbitrio committatur, an velint ſolvere, vel tributa fraudare & ſic exponere ſe periculo luendæ pœnæ cum notabili Principis emolumento: & ſic Emanuel Sa verb. *gabella numero* 6. aſſeruit defraudantes gabellas, & vectigalia, non eſſe à confeſſariis urgendos ad reſtitutionem, uti etiam docuit Epiſcopus Malderus *in* 2. 2. *tr.* 5. *cop.* 6. *dub.* 15. in caſu quo pœnitentes nollent reſtituere; & ſic videtur, ut ſecundum hanc probabilem ſententiam, quam refert Diana *p.* 1. *tr.* 10 *de legibus ret* 29. poſſint ea tributa fraudantes licite abſolvi à confeſſariis.

29 Sed quia communis Doctorum ſententia; imò & probabilior eſt in contrarium affirmativa dicentium juſta vectigalia ita deberi in conſcientia, ut lethaliter peccent ea defraudantes, in materia notabili quæ ſufficiat ad furtum mortale ex ea ratione, quia ſicut Princeps Reipublicæ debet curam, & vigilantiam; ita & Republica debeat Principi congruum dignitati ſubſidium; & ſic qui vectigalia defraudat Principi, juſtum defraudet ſtipendium, & ſic peccet. aeud reſtitutionem teneatur, ut cum Cardinali Lugo dixi *ſupra in dicto c.* 10. *hoc tit. ſub. queſt.* 14. & antea, & in quæſtionibus aliis ſequentibus, & ex aliis rationibus, ut docent Gutierrez *in tract. de gabellis q. n.* 23. & 24. Navarra *de teſt. lib.* 2 *c.* 1. *n.* 66. Sanchez *in ſummi. tom* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 52. Suarez *de legib. lib.* 5. *c.* 18. *n.* 6. Salas *in eodem tractatu diſp.* 15. *ſect.* 16 *n.* 116. Gaſpar Hurtado *de juſtitia, & Jure diſp.* 14 *diſ.* 5. Homobon *de examine Eccleſiaſt. p.* 1. *tr.* 7. *c.* 26. *q.* 120. Graſſus *p. lib.* 2. *c.* 124 *n.* 63. Magala *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17 *n.* 130 Molſeſius *in ſum. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *n.* 16 Hortiz, Vega, Ledeſma, Fernandez, Emanuel Rodriguez, & Vaſquez relati à Diana *ſupra dict. res* 19. *in princ.* ideò de veritate bujus dubii duxi amplius inquirere.

Igitur reſpondendum exiſtimo ſub diſtinctione 30
ſequenti, nempè ut quamvis ad rationem pœnalis legis, nihil peculiare in his tributorum legibus inveniatur, cum tributum ex propria formali ratione tributi, nón ſit neceſſario pœna, ſed quædam contributio juſtè ſubditis impoſita in ſubſidium curæ, & ſumptuum pro tueodo bono communi Principi adſcripta per leges, ſive præceptivæ ſivè pœnales † Tamen quia leges hæ 31
tributorum poſſunt eſſe, ſivè præceptivæ, ſivè pœnales purè, ſicut quæcumque aliæ ut jam ſub hoc textu dixi, cum ex ſe & ex materia ſua indiferentes ſint ad utrumlibet; ſequitur dicendum, ut conſiderat D. Archiep. Tapia *in ſumma dict. p.* 1. *lib* 4. *de legibus quæſtione* 11. *art.* 10. *à numero* 2. & 5. cum Suarez *de legibus lib.* 5. *cap.* 13. *numero* 6. Covar. *in regula peccatum* 2. *p.* §. 5. & ex communi Doctorum placitu ex forma verborum legis tributariæ id inſpiciendum† quia 32
ſi lex feratur ſub hac verborum forma *qui ex mercibus vendictis, vel ex rebus tranſportatis non ſolverit decem pro gabella, amittat ipſas*, tunc lex videatur purè pœnalis, cum ibi oon appareat verbum præceptivum ſed ſola pœna, quæ ſolùm obligabit ad ſolvendam pœnam poſt judicis ſententiam; ſic ut in purè pœnali lege poſſit tributarius eligere quod maluerit; ſciliciter aut ſolvere tributum, aut ſe exponere pœnæ; ita Archiepiſcopus & ego cum illo ſic approbo primam relatam opinionem Duardi, & aliorum.

Quod ſi tributariæ legis verba ſint præceptiva, 34
tunc lex erit mortalis, atque præceptiva, & non purè pœnalis, ut docuerunt Couarruu. & Suarez *ſupra*, quare reſoluit Archiep. *dict. art* 10. *q.* 11. *n.* 4. leges tributorum præceptivas, & juſtas obligare in conſcientia ad ſoluenda tributa: ſi Cardin. Lugo *in* 2. *tom de juſt. diſp.* 36 *ſect.* 4 *n.* 39. Thom. Sanchez *t.* 1. *conſ. lib.* 2. *c.* 4. *dubio* 10. *n.* 2. ipſe Archiep. *art.* 11. † quateous agunt etiam de quæſtiune illa, ân leges tributorum poſſint obligare in conſcientia ad ſolvenda tributa, etiam ſi non petantur, & affirmant in juſtis tributis, niſit adſit conſuetudo, ut niſi petantur, non debeantur ſolui & prædictam ſententiam colligunt relati ex Apoſtolo ad Roman 13 *reddite* (id eſt ſolnite) *omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal*, Vbi tributum dicitur debitum, & ex illo Math. 11. CHRISTUS interrogatus, an licuerit ſolui, Cæſari cenſum, reſpondit *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*: ſic quia ut *ſupra* dixi *in Rubrica*, & *ſub capite* 1. *hoc titulo* & in noſtro textu lex præceptiva Juſta, obligat in conſcientia.

35 † Unde addo quod in dubio an lex hæc ſit præceptiva, ſeu purè pœnalis, intelligatur præceptiva, ſi juſtum eſt tributum, quia procedit ab obligatione adducta naturali ſolvendi Principi tributum à populo in ſubſibium, propter curam, quam impendit tuendo, & defendendo ſubditos ab inimicis invadentibus: & cum his abſolvitur textus iſte.

36 Hinc enim poſſes ioveſtigare de cauſis, quibus adeſt juſtitia in tributis, & cum de eis, & de tributis latè agam *in cap. omnis anima de cenſibus*, hic tantum breviter adverto, quod ut debeantur in conſcientia, & ad reſtitutionem teneantur defraudantes, debent quatuor ſaltem iotervenire cauſæ. Prima juſtitia ex parte cauſæ efficientis; hoc eſt à Principe ſuperiore habente poteſtatem. Secunda ex parte cauſæ finalis, hoc propter commune bonum & utilitatem Reipublicæ, ſic ut ea ceſſante, ceſſet tributi juſtificatio. Tertia, ut fit propoſitio tributi ad ſubditos ſecundùm vires ſingulorum. Quarta propoſitio ab materiam tributi. Additur quinta uſus, nempè, quibus deficientibus tributa eſſe injuſta fatentur omnes ut abundantibus dico *in dicto cap. omnis anima.*

37 Ad ultimam quæſtionis partem an lex Pontificia liget Ignorantes non publicata quia ſatis reſolvitur ex *dictis in rubrica ſub quæſtione 6* verſ. *ad quartam & quintam* ideo nunc tantum adjunges juxta doctrinam ibi traditam Berricellus *de miſſionibus apoſt. p. 2. tract. 3. de legibus quæſtione 78. in fine ex numero* 11. ubi affirmat ut non obliget quando lex requirit publicationem in certo loco diæceſi vel parrochiæ ſic cum valentia *tom 2. diſp. 7. quæſtione 5. puncto 5.* verſ. ſic ergo Vaſquez 12. *tom. 1. diſp.* 156. *numero* 2. Palacio, Caſtro Palao, Sanchez, Baſilio Pontio & Salas dicentes non obligare hac ratione, *Trid. ſeſſ. 24 cap. 1. de reformat. in aliquibus provinciis ubi non fuit publicatum.*

AD TEXTUM

IN CAPITE

Ex Parte Epiſcopi XII.

Hoc titulo. De Conſtitutionibus.

PRÆMISSUM.

Canonicorum diminutio à Canonicis facta, etiam à Papa confirmata, eſt revocanda, ſi redditus Eccleſiæ non erant diminuti & n. 3 & infrà q. 1. 4. *unio, ſive ſuppreſſio Præbendarum, aut beneficiorum fieri non debet, niſi cum redditus diminuti probantur.* dict. n. 1. *Et de materia* remiſſivè n. 5. & q. 1. n. 5.

2 *Beneficia de ſui natura præſumuntur congrua* infrà q. 1. n. 4 *Fructus in dubio potius præſumuntur aucti: quàm diminuti.*

4 *Miſſarum reductio quando fieri poſſit* remiſ.

6 *Actus dicitur nullus, ſi quod mandatum eſt fit ſine conſilio illius, cujus conſilium requirendum erat. fallit ibi* remiſſivè.

Actus contra leges, & ſtatuti prohibitionem factus, non valet fallit ibi remiſſivè

TEXTUS iſtè probat quod diminutio 1
numeri Canonicorum à canonicis facta, etiam à Papa confirmata, eſt revocanda, ſi redditus Eccleſiæ non
erant diminuti, non enim ſupreſſio, ac unio
præbendarum, au beneficiorum fieri debet,
niſi redditus Eccleſiæ diminuti probentur. † 2
Etcoim beneficia de ſui natura præſumuntur
congrua ex *c. nemo de conſecrat. diſt. 1.* imò in
dubio præſumuntur potius aucti. quàm diminuti fructus, ut communiter agnoſcunt Doctores *hic.*; etſi de unione, & ſupreſſione latè *infrà
in cap. ſicut unire 8. de exceſſibus prælator.*

Quibus perſpectis, quatenus hic agi poteſt de 3
reducendo, ac augendo numero canonicorum,
& à quibus fiat, videbis & adjunges dicta *ſupra
in cap. cum M. ferrar. hoc tit.* Item applicabis quæ
dixi de reducendo numero miſſarum, ſeu anniverſariorum numero minuendum *ſub c. conqueſtus 16 de foro comp. ſub. q. 3. & à n. 8.* Item &
quæ noto *infrà in tit. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, ubi ex quibus penſiones imponantur. * Item & quæ dico de unione, 4
ac ſuppreſſione, ſeu diſmembratione beneficiorum *in c. vacata 26. de præbendis*: ad itidem *ibi
in cap. majoribus.* 8.; & de ſuppreſſione, aliquid
dico *infrà q. 1.*

Et quia Felinus *hic* agi de regula, quod actus 5
dicitur nullus, ſi quod mandatum eſt, fit ſine
conſilio illius, cujus conſilium requirendum
erat, ut teneot Vincent. & alii canoniſtæ *hic*,
ideo leges Gratianum *in regula* 10. cum multis,
ubi tripliciter limitat; qui etiam *in regul.* 14. dicit quod actus contra legis, vel ſtatuti prohibitionem factus non valet ex *leg. non dubiam Cod.
de legibus*, & ampliat Felin. *hic.* modis quinque,
ac ipſe Gratianus iterum ampliat tripliciter, ac limitat duodecim modis, quæ non repeto, ne
longus fiam io hac tractatione,

Et ad verba hic *quas à tempore ultimi ſtatuti* po- 6
no nonnullas quæſtiones conducibiles ad materiam de legibus *ſub. quæſt. 1.* verſ. *ad primum*,
& verſ. *ad ſecundum.*

QUÆSTIO I.

An præbendarum ſuppreſſio requirat cauſam, & conſenſum, ſicut & auge. numerum canonicorum in Cathedralibus Diſpoſitio ultima, ut primæ deroget an procedat; ſi prima jurata ſit. An derogatio in ampliſſima forma previlegiorum Societatis JESU, Clericorum regularium valeat ac præjudicet, ſi non fuerit dictis Religionibus intimata, & inſinuata.

SUMMARIUM

1 *Canonici poſſunt jure minuere numerum Præbendarum quando omnes earum redditus non ſufficiant ad ſuſtentandum commode V. G. Canonicos ſexdecim* & n. 2.

2 *Suppreſſio Præbendarum fieri nunquam debet, niſi redditus Præbendarum diminuti probentur* n. 4. 5. & 6. & 11.

5 *Beneficiari plures in dubio non præſumuntur, quam quot poſſunt ex illius redditibus ſuſtentari.*

6 *Intepretatio fieri debet ad favorem cultus Divini, hoc eſt non ſupprimatur numerus Præbendarum.*

7 *Suppreſſio beneficiorum, ut licitè poſſit fieri, debent concurrere cauſæ tres, diminutio ſcilicet, fructuum: ubi de praxi Juſtificandi eam, & quod ſi articulanda non ſimplex; &*

& probanda habito reſpectu quantitatis aſſignata a principio fundationis n 8. 9. & 10.

12 Canonicorum reducendi numerum, ſecunda cauſa eſt, quando fuit in eo exceſſum contra determinationem fundatoris, & tertia cauſa, quando in nimiam multitudinem eſſet effuſus.

13 Suppreſſio num debeat fieri Præbendarum cum conſenſu Epiſcopi, ſed eſt verum quod ſi fiat alicujus Dignitatis cum capitulo in beneficium ipſius, non poſſit eam facere; ſecus ſi in beneficium alicujus Præbendati. n. 14. 15.

16 Suppreſſionem Præbendæ poteſt facere Epiſcopus ſimul cum capitulo: item Dignitatis, aut officii, applicando ejus fructus, non capitulo, ſed inter ſingulos canonicos.

17 Suppreſſionem Præbendarum vicarius Epiſcopi, aut capitulum ſede vacante, & Prælati inferiores, etiam Eccleſiarum collegiatarum, aut juriſdictionem Epiſcopalem habentes, facere non poſſunt n. 18. 19. 20. cum aliis.

20 Suppreſſio Præbendarum, & beneficiorum eſt res difficilis, & quæ expoſcit authoritatem plenam, & cauſas bene diſcuſſas, quas non æque per ſe capitulum conſiderat, ſicut Epiſcopus ſimul cum capitulo.

21 Capitulum ſede vacante non poteſt ſupprimere quodcumque beneficium, & ſibi unire, ſicut ſede plena non poteſt conſentire unioni faciendæ ipſi capitulo directe, & principaliter, requiriturque Papæ authoritas.

22 Vicarius Epiſcopi, nec capitulum ſede vacante, non poſſunt ſuppreſſionem beneficiorum facere, etiam in caſibus, quibus, poſſet Epiſcopus, cujus eſt vicarius.

23 Viſitator Epiſcopi, ſeu capituli, ſede vacante, & adminiſtrator datus loco capituli Eccleſiæ ſede vacante, non poſſunt facere ſupreſſionem beneficiorum, & canonicatuum.

24 Suppreſſio canonicatuum Eccleſiæ collegiatæ ob tenuitatem, ut rite fiat per Epiſcopum, ultra conſenſum capituli, debet intervenire conſenſus Cathedralis, alias ſit nulla ſi de his non conſtet, etſi ab Epiſcopo enuncietur, ſufficiatque tacitus conſenſus; & quod poſt actum ſuperveniat n. 25.

26 Redditus Præbendarum, ut ſuppreſſio legitime fiat, qualiter ſint taxandi, ſeu quæ portio, & quantitas remanere debet ſingulis Præbendis remiſſive.

27 Suppreſſio Præbendarum, ut habeat locum Trid. conſilii deciſio, debet fieri in perpetuum, non ad tempus.

28 Suppreſſio Præbendarum, & beneficiorum ex Trid. cap. 15. ſeſſ. 24. regulariter requirit conſenſum Patroni, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici, ac inferioris collatoris, & electorum; quatenus canonicatus ad alicujus præſentationem, ſeu electionem ſpectant.

Diſmembratio beneficiorum quando fiat? remiſſive dict. n. 28. in fine.

29 Juramentum poſterius, num valeat contra prius præſtitum? remiſſive, & n. 30. 31.

30 Diſpoſitio ultima quando deroget priori? num. ſequentibus.

Ultima derogant prioribus, niſi priora ſint jurata, nempe, ut quoties actus jure validus eſt, & fieri poſſit, ſicque ejus valor pendet ab agentis voluntate, adhuc valeat, D. Firmoſ. de Leg. Eccleſ. licet ſit contra prius Juramentum, & n. 39.

31 Procuratoris revocatio licet de ſe; etſi juramentum prius eſſet de illo non revocando.

32 Conſtitutio ultima valeat contra primo juratam ratione ſecundi juramenti, cum de jure liceat primas leges poſterioribus derogare.

33 Actus ſecundo juratus contra primo juratum, qui non dependet ab authoris voluntate, non revocat primum, & eſt invalidus, cum obſtat legis prohibitio, ut exemplificatur.

34 Societatis JESU derogatio privilegiorum ſecundum plures non fit, item & Clericorum Regularium in ampliſſima forma, niſi dictis Religionibus intimata, & inſinuata, & n. 35. 36. & 37.

35 Gregorii XIII. privilegium datum Societati JESU, videtur non revocandum ſine trina intimatione; & quod revocatio eidem ſocietati inſinuatur & numero 36. Ubi quod dicta inſinuatio fieri poſſit tripliciter, nec ut ſufficiat una intimatio, nec ut fiat per nuncium, ſed per litteras numero 37. ſed aliter videtur in Papa ſucceſſore num. 38. & 39.

36 Privilegia ſocietatis JESU ex ſtylo curiæ videntur ſæpius in Bullis Pontificiis revocata, quando de illis ſit mentio & n. 40.

39 Ultima derogant prioribus de jure, & regulariter in teſtamentis, contractibus, codicillis, ſententia difinitiva, conſtitutione Procuratoris, reſcriptis, legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, fama, mora, opinionibus relatis in dubio.

40 Poteſtas ſuperioris limitari non poteſt à prædeceſſore, cum illa ſit immediate à Deo in ordine ad bonum commune animarum.

QUia ſupra in cap. cum acceſſiſſent, & in dicto 1
cap. cum M. ferrar. hoc tit. egerim late de
augendo numero canonicorum, & Barboſa de dignitatibus, & canonicis cap. 6. poſtquam egerit de illo numero determinando, augendo, porrigat doctrinam, ubicumque de illo diminuendo actum fuerit, cum pariter de utroque ſimul agant, & unica reſolutione concludant Iſidorus Moſcon. de Eccleſiis Cathedral. cap. 15. pag. 291. verſ. augere, Lelius, Zechius c. 24. de canonicis n. 4. verſ. ſecundum, Azor inſtit. moral. p. 3. cap. 11. q. 10. reſolventes, etiam canonicos poſſe jure numerum præbendarum minuere, quando annui earum redditus non ſufficient ad ſuſtentandum commode V. G. canoni-
cos ſexdecim. † & dicat textus noſter quod di- 2
minutio numeri canonicorum revocanda, ſit facta à canonicis, etiam à Papa confirmata, ſi redditus Eccleſiæ non erant diminuti, ut probat ex
textu hic Barboſa n. 1. cum multis antiquis, † pro-
bans num. 2. quod ſuppreſſio præbendarum nun- 3
quam fieri debet, niſi redditus Eccleſiæ diminuti probentur, cum in dubio potius præſumantur
aucti, quam diminuti. † quia beneficia de ſui na- 4
tura præſumuntur congrua, ut ſupra dixi in præmiſſo, & docent Caputaq. deciſ. 62. n. 1. p. 1. Rota in una calagurit. benefic. del Jocano 9. April. 1601. coram Seraph. inter ejus deciſiones impreſſas 1383. & bene Ricius cum eiſdem ad textum noſtrum collect. 1560. dicens ſic fuiſſe reſolutum in Rota in una firmans beneficiorum 3. Novemb. 1590. coram Illuſtriſſimo Merlino ex tradita ratione
Caputaquen, & Barboſæ. † Et quia ſicut in dubio 5

 bene-

beneficiari non præſumuntur plures in Eccleſia,
quam quot poſſunt ex redditibus illius ſuſtineri,
6 Caputaquen *deciſ.* 203. *p.* 1. † Sic & interpretatio
fieri debeat ad favorem cultus Divini; hoc eſt ut
non ſupprimatur numerus, ut dicit reſolutum
Riccius in una calagurit portionis Narboia 3. Ju-
lii 1689. coram Peguia commendans videndum
ad hanc materiam quæ latiſſime refert Seraphi-
nus *in deciſ.* 1387. quibus addo quæ noviſſime
de unione ſcribit Franciſcus Tondutus *p.* 1. *cap.*
37. uti late dico *in dicto cap.* 8. *&* 29. *de præbendis,*
& in dicto cap 8. *de exceſſibus prælator.* alias deci-
ſiones noviſſimas refert Barboſa *p.* 3. *in paſtoral.*
allegat. 67. *n.* 6. 7. *&* 8.

7 Ex quibus fit, ut cum ſupreſſio tendat ad dimi-
nutionem Divini cultus; & ob id difficilius per-
mittatur ex noſtro textu, *& cap. cum acceſſiſſent*
hoc tit. ut eo ipſo cauſam requirat, quæ ſecundum
Petrum Gregor. *cap.* 19. *de beneficiis,* eſt triplex.
Prior eſt fructuum diminutio, ut aſſignatur per
textum *in cap. fin. de verb. ſignif.* cum adductis per
Loterium *de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 28. *à n* 80 † ubi
8 oſtendit qualiter articulanda ſit, & juſtificanda
hujuſmodi fructuum valoris diminutio, dicens
non in genere eſſe articulandum, ſed in ſpecie,
cum ſua cauſa, quæ poterit eſſe temporaria; &
ubi deficit cauſa hæc teſtibus cognita, articulan-
dum eſſe valorem per decem annos continuos re-
tro actos, computato fertili cum ſterili. † Dein-
9 de ſubdit non ſimplicem diminutionem articu-
landum, ſed talem, ut perſona idonea non poſ-
ſit cum fructibus illis vivere, omnia onera adim-
plendo. † Et denique *n* 85. poſt Stephanum *de-*
10 *ciſ.* 1385. *numer.* 3. tenet articulandum, proban-
damque iſtam diminutionem, non ſimpliciter,
ſed habito reſpectu quantitatis aſſignata à prin
cipio fundationis, alias eam eludere. † certum eſt
11 enim ut docent Felinus *in cap. conſtitutis num* 2.
de reſcriptis, Barboſa *in paſtorali p.* 3. *allegat* 67.
n. 5. *in fine,* ſuppreſſionem beneficii nunquam fie-
ri debere, niſi redditus Eccleſiæ diminuti pro-
bentur. † Secunda cauſa reducendi numerum, eſt
12 quando fuit in eo exceſſum contra determina-
tionem fundatoris, quam videtur agnoviſſe Ju-
ſtinianus *in auth. ut determin. numer. Clericorum,*
Lotterius *dicta quæſtion.* 28. *numero* 93. qui *nu-*
mero 94. tradit tertiam cauſam, nempe ubi in
nimiam multitudinem eſſet effuſus.

Et quidquid de jure probetur, an vero tantum
13 Epiſcopo, ſeu ſimul cum capitulo, quid in col-
legiatis, quid in Cathedralibus, & quid quando
bona Epiſcopi; & capituli ſunt communia, Jux-
ta gloſam verbo *menſæ ſuæ,* verſ. *item facit in Clem.*
unica de rebus Eccleſ. non alien: de quo dubio
videndi Garcia *de beneficiis p.* 12 *cap.* 1. *à num.* 2.
& numero 12. Cardin. *in dicta Clem. numero* 1.
Gamb. *de officio legati lib* 5. Rubr. *de diſmem-*
brat. numero 12. Abbas *in dicto cap. cum acceſſiſ-*
ſent hoc tit. numero 3. ubi Decius *numero* 54. †
14 Dices quod ſuppreſſio, & extinctio alicujus
dignitatis, vel præbendæ, non poteſt fieri ab
Epiſcopo ex cauſa cum conſenſu capituli, quan-
do bona Epiſcopi, & capituli ſunt communia,
nec etiam ſi id caderet in utilitatem capituli,
etiam ſi eorum bona ſint diviſa, quia fructus
applicantur ipſi capitulo, ſeu menſæ capituli,
ut tenent Butrius, & Imola *in dicto cap. cum*
acceſſiſſent, ubi Felinus *numero* 22. Decius *nu-*
15 *mero* 57. † Verum ſi ſuppreſſio fiat ab Epiſco-
po ſimul cum capitulo uni præbendæ, ſeu ſin-
gulis ipſius capituli dicit Barboſa *infra* verius
eſſe ut ea ſuppreſſio ſuſtineatur, cum aliud ſit
applicare toti capitulo aliud ſingulis canonicis,
ſeu ſingulis de capitulo, prout tenet Immola,
quem ſequitur Decius *in dicto cap. cum acceſſiſſent*
à numero 54. & Hieronim. Gabriel *lib.* 1. *conſ.*
186. † dicens quod poteſt, item Epiſcopus cum 16
conſenſu capituli ſupprimere præbendam, dig-
nitatem, aut officium ejus fructus applicando,
non capitulo, ſed diſtribuendo inter ſingulos
canonicos, aſſignando ſcilicet cuique canonico,
vel præbendæ certam portionem; quo caſu di-
cit procedere *in dicto cap. cum acceſſiſſent* quidquid
reprobat Moneta *de commutatione ultimar. volunt.*
cap. 12. *quæſt.* 1. *numero* 245 Et hanc ſuppreſ-
ſionem ſic recenſens Barboſa, confirmat *dicta al-*
legat. 67. *num.* 9. *&* 10. illam cum multis ad lit-
teras, confirmans verbis Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat.*
cap. 15. ubi cum infinitis, & *n.* 2. *&* 3. quid in
collegiatis inſignibus, quid in Cathedralibus.

Verum quia verba Trid. ibi *licet Epiſcopis* 17
cum conſenſu capituli, videantur hanc faculta-
tem Epiſcopis concedere, ſolet eſſe dubium ab
interpretibus nunquid vicarius Epiſcopi, aut
capitulum ſede vacante, queant hanc ſuppreſſio-
nem facere, ſive alii prælati. In quo dubio com-
muniter reſolvunt Doctores, ut nec prælatus
ſæcularis inferior Epiſcopo, Juriſdictionem qua-
ſi Epiſcopalem habens, poſſit ſupprimere bene-
ficia, etiam in caſibus, in quibus poteſt Epiſ-
copus in ſua Diæceſi ut reſolvunt Nicolaus Gar-
cia *dicta p.* 12 *cap.* 2. *de benef. à num.* 75. Mone-
ta *in dicto tract. de commut. ultimar. voluntatum*
dicto cap. 12. *à num.* 124 Barboſa *dicta allegatio-*
ne 67. *num.* 11. *& in Trid. dict. cap.* 15. *num.* 5.
& de canonicis, & dignit. *dict. cap.* 3. *num.* 21.
† qui cum eodem Moneta *de diſtributionibus quo-* 18
tidianis p. 1. *cap.* 5. *num.* 30. aut, collegiatæ
Eccleſiæ prælatum hanc ſuppreſſionem facere
non poſſe præbendarum tenuium, licet eſſe
exemptus, & in Eccleſia inſigni r idem repetit
Moneta *de commut. dict. cap.* 12. *à num.* 124. † 19
ubi *num.* 135. id ipſum affirmat de prælatis regu-
laribus circa beneficia regularium ſuarum Eccle-
ſiarum: ſic refert idem Barboſa etiam *in dicto*
cap. 3. *de canonicis num.* 22. *& dicta allegat.* 67.
num. 13. ubi quod nec ſæcularia beneficia in il-
lis regularibus Eccleſiis exiſtentia. † De capitulo 20
ſede vacante idem colligunt etiam Doctores, quia
ex littera Trid. *in dicto cap.* 15. *ſeſſ.* 24. hoc ſolis
Epiſcopis reſervatur ſimul cum capitulo, cum ut
dictum eſt ſuppreſſio beneficiorum, & canonica-
tuum ſit res difficilis, & quæ expoſcit authorita-
tem plenam, & cauſas bene diſcuſſas, quas non
æque capitulum per ſe conſiderat, ſicut Epiſco-
pus ſimul cum ſuo capitulo, docent in terminis
Chuchus *inſtit moral. lib* 2. *tit.* 9. *n.* 87. Azor *inſtit.*
moral. p. 2 *lib.* 3 *cap.* 38. *q.* 9. Monald. *conſ.* 41. *n.* 5.
Aloſius Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiæ p.* 4.
reſol. 535. Moneta *de commut. dict. cap.* 12. *à n.* 17.
quod repetit Barboſa *dicta allegat.* 67 *n.* 12. & cum
relatis *in dict. c.* 15. *Trid. n.* 6. † Ubi *n.* 7. addit 21
capitulum ſede vacante non poſſe ſupprimere
quodcumque beneficium, & ſibi unire, ſicut ſe-
de plena, non poteſt conſentire unioni faciendæ
ipſi capitulo directe, & principaliter; ideoque re-
quiri Papæ authoritatem ex *dicta Clem. ſi una §.*
fin. de rebus Eccleſiæ. Garcia *dict. p.* 12. *c.* 2. *n.* 68.

Ex eodem inferunt etiam Doctores, quod nec vi- 22
carius Epiſcopi, nec capituli ſede vacante, poſſint
præ-

prædictam ſuppreſſionem facere, etiam in caſibus,
quibus poſſet Epiſcopus, cujus eſt Vicarius; ita
Rebuffus *in praxi benef. tit. de forma vicariæ. num.*
102. Sbrotius *de officio Vicarii lib. 2. q.* 116. *n.* 9.
Garcia *dicta p.* 12. *c.* 2. *n* 69. Stephanus Gratianus
diſcept. forenſ. c. 274. *n* 35. Moneta *de commut. ul-
tim. volunt. dict. cap.* 12. *à n.* 129. Barboſa *de canon.
dict. cap* 3. *n.* 14. & *in Trid. dicto cap.* 15. *n.* 8. *in pa-*
23 *ſtorali dicta alleg* 67. *dicto n.* 12 † qui omnes idem
dicunt de viſitatore Epiſcopi, ſeu capituli, ſede va-
cante; item & de adminiſtratore loco capituli Ca-
thedrali Eccleſiæ vacanti dato, ut etiam reſolvit
idem Barboſa *de canonicis cap.* 42. *n.* 222.
24 Et quod ſuppreſſio canonicatuum alicujus col-
legiatæ ob tenuitatem, ut rite fiat per Epiſcopum
docent Sel. *in ſelectis canon. cap.* 34. *n.* 8. atteſtans
deciſum in tropiens. 2. Septemb. 1618. Barboſa
in dict. cap. 15. *Trid. ſeſſ.* 24. *n.* 9. Quod ultra con-
ſenſum capituli, debeat intervenire conſenſus Ca-
thedralis Eccleſiæ; ita ut ſuppreſſio, & unio facta
ſine hujuſmodi conſenſibus, ſit ipſo Jure nulla,
de quibus debet legitime conſtare, nec ſufficere,
ut ab Epiſcopo enuncietur: ſic etiam docuit Bar
boſa cum Moneta *de canonic. dict. cap.* 3. *ſub n.* 25.
25 idem *dicta alleg.* 67. *n.* 14. qui omnes & Moneta
dict. cap. 12. *num.* 251. addunt ſufficere hujuſmodi
conſenſum tacitum, ſeu quod ſuperveniat poſt
actum; licet ex intervallo; & idem Moneta *dict.*
26 *cap.* 12 *à n.* 255. † late tractat quomodo ſint ta-
xandi redditus præbendarum, cum earum aliquæ
ſupprimendæ ſunt, ſeu quæ redditum portio, &
quantitas remanere debet ſingulis præbendis il-
27 lius Eccleſiæ non ſupprimendis; † & *n.* 289. con-
cludit præfatum decretum trid. *in dict. cap.* 15.
non habere locum in ſuppreſſionibus ad tempus,
ſed tantum in perpetuis; & refert idem Barboſa
de can. dicto cap. 3. *n.* 25. *in fine*, videndus ipſe *ibi
dicto cap.* 42 *n.* 3. *verſ.* 4.
28 Item idem Nicolaus Garcia *de beneficiis dicto cap.*
12. *dicto c.* 2. *à n.* 285. Moneta *de commut. ultimar.
volunt. dicto cap.* 12. *n.* 226. Barboſa *de canon. dicto
cap.* 3. *n. pu.* & *dicta allegat.* 67. *n.* 14. dicunt ex *dicto
cap.* 15 *trid ſeſſ.* 24. quod in ſuppreſſione hujuſmo-
di faciendæ, regulariter neceſſarius eſt conſenſus
Patroni, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici, ac inferioris
collatoris, & electorum, quatenus eam nietus ad
alicujus præſentationem, ſeu electionem ſpectent.
Et quia idem Barboſa *in dicta alleg.* 67. *à n.* 16.
alia de diſmembratione, ſeu diminutione benefi-
ciorum ſcribit, quæ adjungere poteſt hic, de qui-
bus ego dixi *in dicto cap. majoribus* 8. *de præb.*
ideo ad ibi dicta etiam de unionibus recurres.
29 Ad ſecundam quæſtionis partem diſpoſitio ul-
tima, primæ derog, an procedat, ſi prima Jura-
ta ſit quia plene poteris tractare ex his, quæ late
dixi *in cap. Clericus penult de Jure Jur.* Ubi de pro-
rogando Juramento ad alios caſus, & magis in ter-
minis ex his, quæ dixi *in cap. tua nos* 11. *eodem
tit. de Jure Jurando.* Ubi an valeat ſecundum Jura-
mentum contra prius præſtitum; & adhibita di-
ſtinctione, quam adducunt Sanchez *de matrimon.
lib.* 6. *diſp.* 13. *n.* 5. Barboſa *in cap. licet mulieres de
Jure Jur. lib.* 6. *ſub n.* 5. & 6. præter alia quæ refe-
runt Covarruv. *in c quamvis pactum p.* 2. §. 2. *n.* 4.
Gutierrez *de Juramento confirm. p* 1. *c.* 74. *à n.* 78.
& 80. idem *ibi cap* 74. Ubi de pactis, & aliis di-
30 poſitionibus. † ut ultima derogent prioribus, niſi
priora ſint Jurata, nempe, ut quoties actus Jure
validus eſt, ac licite fieri poſſit, ſicque ejus valor
pendet ab agentis voluntate adhuc valeat, licet ſit
contra prius Juramentum. † Juxta deciſionem 31
textus, & gloſſæ. Verbo *revocatus in cap. fin. de
procurat. lib.* 6. qui loquitur de revocatione pro-
curatoris, quæ de ſe licita eſt, etiamſi Juramentum
prius eſſet de illo non revocando, & potius, ut ibi
textus loquitur in contractus matrimonialis diſ-
poſitione, quæ debet ſemper eſſe libera ex regula
textus *in cap. gemma de ſponſ. l. Titia ff de verb.*
tunc enim & in aliis caſibus valida ſunt facta per
ſecundum Juramentum contrarium priori, &
frangens prius, ſit perjurii reus, qui non habet
vim reddendi nullum poſteriorem contractum:
† & ſic in terminis noſtræ quæſtionis videtur ut 32
conſtitutio ultima valeat contra primo Juratam
tatione ſecundi Juramenti, cum de Jure liceat pri-
mas leges poſterioribus derogari, ſeu illis abroga-
ri, ut jam dixi *ſub cap. translato hoc tit.* † Verum 33
quando actus Jure invalidus eſt, nec pendens ab
agentis voluntate, obſtante prohibitione Juris il-
lum irritantis, ſolique Juramento confirmandus
erat, ac validus efficiendus, ut contingit in dona-
tione inter conjuges, *l* 1. *ff. de donat inter virum,*
& in alienatione reali dotalis, *l Julianus ff. de fundo
dotali*; tunc ſi Juret quis ſe non facturum id ſi
poſtea faciat, Juramentoque confirmet, hoc poſte-
rior actus contra prius Juramentum invalidus ſit;
& reſolves ut & uberius ſcripſi etiam ad alios
caſus *in dicto cap. tua nos* 11. *de Jure Jurando.*
Ad tertiam quæſtionis partem, an derogatio in 34
ampliſſima forma privilegiorum ſocietatis Jeſu, &
Clericorum regularium valeat, ac præjudicet, ſi
non fuerit dictis religionibus intimata, & inſinua-
ta; video Doctores diſcordes, ſiquidem negativam
ſententiam docent Flavius Cherubinus *in com-
pendio Bullarum tom.* 2. *conſt.* 1. Gregor. XIII. in
qua Gregorius conceſſit, ut nulla derogatio ſub
qualibet ampliſſima forma præjudicet privilegiis
ſocietatis JESU conceſſis, ſi non fuerit intimata,
& dictis Patribus inſinuata, Anton. de Amatis
deciſ. 17 *per totam*, ubi refert ita deciſum à Rota
provinciæ Marchiæ referens verba privilegii Gre-
gorii, Diana *p.* 3. *tr.* 2. *de dubiis regular. reſol.* 68.
Ubi notabiliter extendit ad ſuam religionem re-
gularium Clericorum ex doctrina Peregrini in
compendio ſuorum privilegiorum *p.* 2. *tit. confir-
matio privilegiorum* §. 4 *in Scholio*, † alia inquam 35
adducens *ibi* Diana videnda de aliis commuo ca-
tionibus privilegiorum, & noviſſime docet Pater
Amicus *tom.* 5. *de juſt. diſp* 9. *ſect.* 10. *n.* 148. dicens
illud privilegium Gregorii non revocari ſine tri-
na intimatione, quia ſic cavetur in dicta Bulla
Gregor. XIII. ut nulla derogatio præjudicet pri-
vilegiis ſocietati JESU conceſſis, niſi eidem ſo-
cietati intimata fuerit, & ejus revocatio ei inſinue-
tur; & uberius, ac magis ex propoſito agit idem
Diana videndus *p.* 7. *tract.* 10. *miſcellan. reſ.* 29.
† ubi à verſ. *porro* adducit ut prædicta inſinua- 36
tio fieri poſſit tripliciter, vel præpoſito genera-
li, qui per ſuos Provinciales eam curabit inſi-
nuare ſingulis provinciis, & locis ejuſdem ſo-
cietatis JESU. Secundo Epiſcopis, & ordinariis
locorum, qui nomine Pontificis eam inſinuent
Provincialibus, vel ſuperioribus locorum ipſius
ſocietatis JESU. Tertio talis revocatio publi-
cetur in Eccleſiis Cathedralibus, nulla ſpe-
ciali intimatione facta patribus ſocietatis. Quod
ultimum exiſtimat Diana non valere, cum
ſit contra expreſſam clauſulam prædictæ Bullæ
Gregorii, quæ expreſſe præcipit talem inti-
mationem faciendam eſſe ſocietati. † Et iterum 37

addit, non ſufficere unam intimationem ſocietati f ctam, ſed trinam requiri, nec ſufficere ut fiat per nuncium, ſed requiratur, ut per litteras, quia ſic in eadem Bulla cavetur; & ob id non ſufficere intimationem ſolo verbo factam.

38 Verum cum ipſe Diana in verſ. *dubitatur*, & verſ. *major*, & in verſ. *ſed licet* referat ſtylum Curiæ eſſe, ut ex multis Bullis apparet Pontificiis ut revocentur, ſeu appareant revocata privilegia ſocietatis Jeſu, quando de ipſis expreſſa ſit mentio, & in Bullis ſupra dictis, etiam in fine apponatur clauſula ſequens *ac ſi eis perſonaliter fuiſſent intimata;* ideo exiſtimo, ut licet idem Diana in dicto verſ. *major* contendat, ut valide Pontifex nequeat revocare privilegia ſocietatis Jeſu, non ſervata forma, quæ ex prædicta Bulla Greg. XIII. in revocatione requiritur ex doctrina Patris Amici
39 jam relati. † Tamen cum nemo ſuperior imponat legem, præſtetve privilegia gratioſa, quæ revocare nequeat major, ut Pontificibus limitari poſſet prædicta revocandi facultas ex regula Juris *in l. pacta noviſſima cod. de pactis. l. ſi unus §. pactus ne peteret ff. eodem l. 1. §. fin. ff. de ſtipulatione ſervorum, l. Clari*, & ibi Bald. *ff. cod. de fideicommiſſ.* quæ procedit in contractibus, teſtamentis, codicillis, ſententia definitiva, conſtitutione procuratoris, reſcriptis, legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, fama, mora, opinionibus relatis in dubio; quia in his caſibus regulariter, etiam in dubio ultima derogant prioribus, ut dicunt Doctores, & præcipue Jaſon *in dicta l. pacta ibi* Decius *num.* 3. qui addit alios caſus, idem Jaſon *in l. duobus §. fin. ff. de Jure Jur.* Gutierrez *de Juram, conſ dict. p. 1. cap. 74. n. 1.*
40 & aliis communiter, † & quia idem Diana *dicta p. 7. tr. 16. reſ. 29.* dubitans in dicto verſ. *dubitatur* an poſſint ſucceſſores hujuſmodi forma non ſervata, ſocietatis privilegia valide revocare, reſpondet quod poſſint, cum poteſtas Superioris limitari non poſſit à prædeceſſore, cum illa immediate ſit à Deo in ordine ad bonum commune animarum, in quarum emolumentum convenit, non ſolum ſpecialia privilegia, ſed etiam ſpecialem formam privilegiorum revocare.

AD TEXTUM
IN CAPITE FIN.

Hoc titulo, de Conſtitutionibus.

PRÆMISSUM.

1 *Lex debet eſſe Clara, nec aliquid obſcurum, & ambiguum continere.*
2 *Lex dubia tantum debet eſſe ſibi ipſi.*
3 *Leges conſcribere per ſignorum obſcuritates auſus, pœna falſi punitur, cum lex habens multiplicem ſenſum non poſſit allegari in deciſionem cauſarum.*

1 INfra *ſub quæſtione* 1. aſſigno materiam textus noſtri exornari ex textu, & *ibi* dictis *ſupra ſub cap.* 2. *hoc tit.* Quare nunc pro littera in verbis ibi, *& nihil obſcurum, vel ambiguum continere*, quatenus *hic* Barboſa *n.* 2. notat quod lex debet eſſe clara, nihilque ambiguum, & obſcu-
2 rum continere. † Et quod lex dubia tantum debet eſſe ſibi ipſi ex *l. tanta cod. de veteri Jure enucleando §. contrarium*, probans hæc duo ex Morla *in emporio q. 6. num. 10. & q. 11. tit. 1.* ideo adjunges quod notavi *ſupra in Rubrica* verſ. *lex ut valeat quæ requirat*, & in verſ. *quando conſtat de lege*, & *in cap* 1. verſ. *lex ut obliget an requiratur, ut ſit ſcripta.* † Etenim *in dicta l. tanta §. hoc autem* ſub 3
pœna falſi prohibetur, ne quis leges per ſignorum obſcuritates auſus ſit conſcribere, quia lex habens multiplicem ſenſum, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, Emanuel *de emptſalmis, & incantationibus ſect. 1. cap. 5. num. 23. & 24.* Barboſa *hic num. 4.* Quare recurrendum eſt ad dicta ſupra, *lex an debeat eſſe recepta uſu, ut omnes obliget*, & in Rub. *lex ſi acceptata fuerit à majori parte*, de quibus *ibi q. 5. & 6.*

Et quia per gloſſam *declaramus*, verſ. *quia ad* 4
eum pertinet interpretatio ad quem pertinet conſtituere, & an pro interpretatione privilegiorum ad alium, quam ad concedentem recurri poſſit, de quibus movet hic Barboſa cum multis *num. 5. & 6.* ne longius repetam; & ut abunde reſpondeas adjonges quæ late dixi *in cap. cum veniſſent* 12. *de judiciis*, ubi quis dubia privilegia, ac leges queat interpretari, & etiam adjunges quæ dico *infra in cap. ſi quando de reſcriptis.*

QUÆSTIO II.

An Jubileum grande Pontificis, quo cavetur, ut confeſſarius queat abſolvere à quibuſvis reſervatis in Bulla cœnæ. peccatis, & cenſuris, extendatur etiam ad hæreſim, ſi ſpecialiter de peccato hæreſis reſervato non fiat mentio jubileo? Et an ſi fiat mentio poſſet nihilominus abſolvere ab hæreſi occulta. Et an confeſſarius abſolvens hæreticos in foro conſcientiæ poſſit puniri à Dominis inquiſitoribus. Vel an confeſſarius poſſit abſolvere virtute Bullæ cruciatæ à caſibus contentis in edicto inquiſitorum hæreſi tantum excepta.

SUMMARIUM.

Grande Jubileum Pontificum, quo cavetur, ut confeſſarius queat abſolvere à quibuſvis reſervati peccatis in Bulla cœnæ, & cenſuris, non extenditur jam ad hæreſim ex nova declaratione Pontificis noſtri Alex. VII. ad petitionem D. Inquiſitoris Generalis D. D. Didaci de Reynoſo in his Regnis Hiſpaniæ, niſi ſpecialis mentio habeatur in eo Jubileo de hæreſi, propter ſpecialitatem tanti peccati. n. 2. 3 4. & 6 *Et* ſub n. 12. in fine refertur *aliud noviſſimum Jubileum* 1661.
6 *Facultas abſolvendi ab omnibus cenſuris non extenditur ad cenſuras Bullæ cœnæ Domini nec facultas abſolvendi à cenſuris Bullæ cœnæ Domini extenditur ad crimen hæreſis niſi ſpecialiter loquatur.*
7 *Pauli III. Bulla conceſſa Generali & abbatibus S. Benedicti Valliſoletani, & alii DD. explicantur.*

QUIA

Google

1 QUIA reſolutio hujus dubii multùm
pendet à doctrina textus noſtri, & *dicti cap* 2. *hoc tit.* quatenus *ibi* expendi,
quod hic Pontifex decedit, nempe
quod lex, aut conſtitutio ſi reſpiciat
futura; non trahatur ad præterita niſi de his no
minatim caveatur; de qua regula cum multis
Gratianus *regula* 295 & anno præterito paulo
poſt initium Pontificatus Alex. VII. noſtri Ponti-
ficis maximi, qui nunc vivit, & vivat expeditum
Jubileum, fuerit generale, & pro parte D. Joan-
nis Merinero Epiſcopi hujus civitatis acerrimè
perſuaſum fuerit ex clauſula prædicta generali Ju-
bilæi poſſe confeſſario abſolvere ſacramentaliter,
ſicut à reſervatis peccatis in Bulla cœnæ, ſi& àpec-
2 cato hæreſis, quia nulla erat major ratio de iſto pec-
cato, quàm de illis; & aliis fundamentis, quibus pro-
bavit commune ſic ſentiendum † Et ſic ego illi
proponerem rationes contrarias, & quaſdam de-
clarationes Urbani VIII. & Innocentii X propter
maximam enormitatis ſpecialitatem tanti delicti
hæreſiis, qui ſolet ſerpere, animos pacatus Chriſti-
anorum ſubvertere: allegans illi alias rationes Ju-
ridicas. Poſt modum factum fuit, ut idem Domi-
nus noſter Alex. VII. noviſſimam declarationem
fecit in congregatione Romæ facta ſanctæ Inqui-
ſitionis 23. Martii 1656. quo dictum fuit, præ-
ſente eodem Romano Pontifice, & ſequendo de-
clarationes ſuorum prædeceſſorum, & ſpecialiter
illam Innocentii X. anno 1652. Maii 23. qua de-
claravit, ut nullus confeſſarius queat abſolvere
hæreſis crimen virtute facultatis conceſſæ in dictis
Jubilæis; niſi ſpecialiter concedatur, & expreſsè
facultas abſolvendi ab hæreſi, ut nec etiam tunc,
nec venturis temporibus confeſſarius ullus poſſet
abſolvere à tali crimine virtute talis Jubilæi,
quoties in Jubilæo non adfuerit, aut adſit clauſu-
la expreſſa, ut quam ab illo, etiam crimine ab-
ſolvere confeſſarii; quantumvis in Jubilæo conce-
datur illis facultas abſolvendi à peccatis reſerva-
tis, etiam contentis in Bulla cœnæ Domini, remo-
vendo ita aperte Doctorum dubia, tam in præ-
ſens tempus quàm venturum; † eo quod hære-
3 ſis crimen ſit magis grave, & dignius ſpecialis cen-
ſuræ, quam cætera reſervata peccata. † Et ſecun-
4 dùm hanc noviſſimam declarationem, & ne ulte-
rius aliqui viri docti, & Prælati alegarent ſibi non
conſtare ſuorum Pontificum prædeceſſorum de-
clarationes ſuper caſu prædicto; ob idque non poſ-
ſe certo ſciri Papæ intentionem, ut in dicto tem-
pore dicebant idem Alex. VII. in prædicta ſua de-
5 claratione, † ſic cavit; & ne ignoretur ſututis
temporibus pro inquiſitionibus ſancti officii in
noſtra Hiſpania, affixa fuerunt publica edicta in
valvis Eccleſiarum Cathedralium, publicèque lec-
ta in pulpitis earum; & in cæteris Eccleſiis prin-
cipalium locorum cujuslibet territorii; ut ſic à ne-
mine fidelium ignoraretur, quæ declarationes, ut
ſervantur in ſancto officio Valliſoletano; ſic & in
aliis totius Hiſpaniæ &c. cum epiſtola 31. Au-
guſti juſta tenorem reſcripti Pontificii miſſi Illu-
ſtiſſimo, ac Reverendiſ. D. M. D. Didaco de Ar-
ce, Reynoſo, Hiſpaniarum inquiſitori Generali,
ſapientia, litteris & virtute conſpicuo ſine alio
uſque hæc tempora excellentiori, fidei Chriſtianæ
propugnatori integerrimo.

6 Et hæc dicta eſto quod Alex VII. Urban VIII.
& Inocent X. Pontifices ſummi non declaraſ-
ſent; confirmatur ex doctrina Suarez *de cenſ. diſp.*
22. *ſect.* 3 *n* 3. Layman *lib* 1. *tract.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *tr.* 2.
Sanchez *lib.* 2. *mor. cap.* 12. Thomas del. Bene *de*
Parlam. & immunit. dubitat. 1. *ſect.* 1. *n.* 3. dicen-
tium, quod ex facultate abſolvendi ab omnibus
cenſuris non cenſentur comprehenſæ cenſuræ
in Bulla cœnæ Domini, niſi exprimantur, & quod
in privilegio, ſeu facultate abſolvendi à cenſuris
in Bulla cœnæ Domini non cenſeatur compre-
henſa cenſura propter hæreſim, niſi ſpeciatim ex-
primatur; quia inter cenſuras in genere, cenſuræ
in Bulla cœnæ Domini, & inter cenſuras in Bulla
cœnæ, cenſura ob hæreſim peculiarem rationem
habere ſolent, jam dictam, & dicunt ſic oſtendi e
ſtylo Curiæ Rom. & praxi. Et de fundamentis *à n.* 8.

Nec pro temporibus futuris poſſunt inquam 8
impedimento eſſe quæ docent Gregorius Gobat
de duplici Jubilæo c. 33. *q.* 91. *n.* 248. Lorca *in* 2.
2. *Thomæ q.* 11. *art.* 5 *diſp.* 4. *n.* 11. Boſius *tr. de*
Jubilæo ſect. 1. *caſu* 8. *n.* 2. & alii aſſerentes quod ſi
Pontifices in aliquo Jubilæo concederent abſolu-
tionem ab omnibus caſibus Bullæ cœnæ, caſum
hæreſis tamen poſtea excludendo, ſi poſtea in aliis
Jubilæis dictam abſolutionem, & caſum hæreſis
non excludant, videantur illum utique concedere
nam ſi noluiſſent, id explicarent in aliis Jubilæis,
ut fecerant Et quæ docent Portel *in dubiis regu-*
lar. verb. *diſpenſatio in addition.* Hieronym. Rodri-
guez *in compend. q. regul. reſol.* 52. *n.* 26. Bordon *in*
conſil regular. tom 1. *reſol.* 13. *n.* 14. 16. & 24. Tam-
burin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 12. *n.* 10. & 11.
nempe, ut quia Pontifex Paulus III. conceſſerit
privilegium Generali; & Abbatibus ſancti Benedi-
cti ejuſdem civitatis Valiſoleti, ut pro prima die
Lunæ quadrageſimæ cum eorum ſubditis diſpen-
ſare poſſint ſuper quibuſvis irregularitatibus; eo
quod Pontifex non appoſuerit ibi clauſulam, *ex-*
cepta ſcilicet *irregularitate homicidii voluntarii*,
quam antea poſuerunt Eugenius IV. Sixtus IV.
Pius V. eam nempe: *excepta tamen irregularitate*
homicidii, Bigamiæ, & mutilationis membrorum,
de quibus Pater Lezena *in ſumma q. regul. tom.* 1.
cap. 18. *n.* 50. ut retuli *infra in cap.* 1. *de filiis Preſ-*
byteror q 5. verſ. *ad quintam* paulo ante finem,
ſub verſ. *non quartum*, verbo *hac reſponſio*; quia
cum jam juxta textum noſtrum & *cap.* 2. *hoc tit.*
cum vulgatis, noſter Pontifex Alex. VII. ad tol-
lendas omnes dubietates caverit expreſſè in hac
ſua Bulla, ut ſemper caſus hæreſis cenſeatur ex-
ceptus propter rationes proximè traditas, niſi ex-
preſſa, & ſpecialis mentio fiat de illo crimine hære-
ſis. Hæc ſi poſita ex Gregorio, & aliis non obſtare,
nec reſoluta à Portel & aliis juxta dictam Bullam
Paul III. quæ longè in alio abſimili caſu ſumuntur
nō habere ſpecialitates, quas hæreſis crimē habet.

Et pro communi reſolutione juxta Juris regu- 9
las, ultra dicta *hìc n.* 7. & 9, faciunt ſequentia. Pri-
mo quod commiſſio generalis abſolvendi ab ex-
communicatione, minimè comprehendit illam ex-
communicationem, cujus abſolutionē vero ſimili
conjectura, ipſe delegans nequaquam in ſpecie
commiſiſſet ex regula Juris, quæ docet in generali
conceſſione non venire ea, quæ quis non eſſet in
ſpecie veroſimiliter conceſſurus ex *cap. ex generali*
de reg. Juris lib. 6. ubi gloſſa allegat textum opti-
mum ad præſentē quæſtionē *in c. frater noſter* 16.
q. 1. ubi videtur probari, & *ibi* in verſ. *ſi qua cauſa,*
vel fidei, quo etiam conſtat quod generalis cōmiſſio
facta legato per Summum Pontificem, non exten-
ditur ad cauſas fidei, quæ ſpecialiter Inquiſitori-
bus ſint commiſſæ, ut patet etiam *in cap. ſi Epiſcopus*

de

generali ad Franc. Cabrera noſtri Conſilii ſupremi tum Romæ agente hodie Epiſcopo Salmantino Italico idioma porrectum telato Epiſcopo Valliſolet. memorato ego dico Uberius jam patere ex Bulla noſtri Pontificis Alex. VII. relata hic ex *num.* 1.

14 Ad ſecundam quæſtionis partem, an ſaltim poſſit confeſſarius abſolvere hæreticum ab hæreſi occulta? Et videtur pro affirmativa ſententia reſpondendum ex Leandro *ubi ſupra* & cum Angelo Boſio *in tract. de Jubilæis ſect.* 1. *caſu* 9. *n.* 3. Primo quia id neceſſe eſt ad finem lucrandi pleniſſimam indulgentiam à Summo Pontifice, omnibus Chriſti fidelibus conceſſam; alioqui multi deſtituti eſſent, neceſſaria facultate ad ſe diſponendum pro ejus receptione; ſicque recte poſſit dici quod intentio Papæ ſit per illam exceptionem vel excludere à beneficio abſolutionis ſolum hæreticos notorios, ſeu declaratos, & nominatim denunciatos, quorum crimen cum non contingat, niſi publico ſcandalo aliorum fidelium, merito etiam in Jubilæis reſervetur ipſi Papæ, nec indiſtinctinne committatur omnibus confeſſariis approbatis; quia ad ſui curam indiget peritioribus.

15 Secundo, quia hoc pacto, intellecta prædicta exceptio, aliquid operatur ultra illam, non tamen hæreticos declaratos &c. nam excludit omnes hæreticos notorios, & publicos, licet non ſpeciatim declaratos, & denuntiatos. Tertio, quia hæreſis occulta eſt unum ex delictis in Jure reſervatis Epiſcopo, à quo per *dict. c.* 6. *Trid ſeſſ.* 24. *de reformat.* quilibet Epiſcopus poteſt abſolvere, ſi pœnitens velit reſipiſcere, indeque evenire, ut quando conceditur in Jubilæo facultas abſolvendi ab omnibus caſibus Papæ reſervatis, etiam in Bulla cœnæ contentis, hæreſi excepta, cenſeatur etiam conceſſa facultas abſolvendi ab hæreſi occulta; quia non videtur eſſe intentio Papæ velle in Jubilæo univerſaliſſimo, & pleniſſimo excludere crimen, quod ipſis locorum ordinariis in Jure permittitur; præſertim cum in illa generali facultate abſolvendi à reſervatis, Papæ etiam à caſibus Bullæ, comprehendantur etiam caſus a Jure, ſive ab homine Epiſcopis reſervati.

16 Ultimo quia & abſolute videtur Romæ declaratum anno 1607. in ſacra Pœnitentiaria, & ſervari in praxi teſtantur Filiucius *tom.* 1. *tr.* 8. *c.* 10. *n.* 265. Anton. Riccius *in Cathechiſmo Neapoli l.* 4. *c.* 19. qui aſſerit ita fuiſſe declaratum Placentiæ ab Epiſcopo, & inquiſitore illius civitatis; & quod ſic practicetur à Patribus ſocietis Jeſu, teſtantur Epiſcopus Zerola *in praxi lib.* 2. *c.* 18. Reginald. *tr.* 1. *lib.* 8 c. 5 *ſect* 1. *n* 53. *in fine* Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract* 2. *lib* 8. c. 38. Farinacius *de hæreſi cum Pegna quæſt.* 192. *n.* 65. Pollachus *de Jubilæo ſect.* 4. *n.* 55. & Lorca *ubi ſupra*, ac alii jam adducti: nam ex quo aliquando Pontifices exceperunt crimen hæreſis, ſi poſt modum generaliter in aliquo Jubilæo dent abſolvendi poteſtatem, nulla exceptione facta, videntur plane ex propoſito eam abſtuliſſe, & voluiſſe indiſcriminatim omnia largiri.

17 Nihilominus in dubio noſtro, etiam ſecluſa Bulla Alex. VII. dicendum eſt in puncto Juris multominus poſſe confeſſarium ab hæreſi occulta abſolvere, ſi in Jubilæo crimen hæreſis exciperetur, cum etſi non expiatur ſtylus, & praxis Romanæ Curiæ, hodie non admittat, abſolutionem ab hæreſi occulta, etiam quando, illa non excepta, conceduntur in Jubilæis caſus Bullæ cœnæ: ſic docent *ſupra* adducti, & Diana *p.* 5. *tract.* 12. *reſ.* 35. *in fine*, Suarez *de fide difficult.* 21. *ſect.* 4. *n* 21. Auſon. *in compendio Dianæ* verbo *abſolvere ab hæreſi ſub n.* 74. ubi quod ultra Romæ ſtylum ita declaravit Gregor. XIII. apud Ricciulum *de Jure perſonar. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 7. quibus favent Ragucius Florinus, Sylvius, Novarius, Victorellus, Avila, Portel. Homobonus, Torreblanca, & cum illis Diana *dict. p.* 11. *tr.* 5. *reſ.* 1. *in fine* dicens hanc eſſe probabiliorem ſententiam, etſi contraria ſit probabilis. † imo Trullenq. *in Bulla Cruciatæ lib.* 2. 18 *§* 7. c. 2 *dub.* 7. Ludovicus à Cruz *diſp.* 1. *c.* 3. *dub.* 7. addunt quod licet confeſſarius non poſſit abſolvere ab hæreſi occulta, poſſit tamen per Bullam cruciatam abſolvere receptatores, fautores, defenſores hæreticorum, legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros Schiſmaticos, nigromanticos &c. quia hi non ſunt formaliter hæretici, ut docet etiam Boſius *ſupra caſu* 8. *n.* 4. qui etſi ſenſerit in dubio jam adducto contra noſtram ſententiam; dicit tamen, ut in caſu contingenti conſulat confeſſarius peritiores, vel adeat ſanctam Congregationem. Et videbis late *hic in* verſ. *ad ultimum.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an Confeſſarius 19
ſi abſolvat hæreticos in foro conſcientiæ, poſſit puniri à Dominis Inquiſitoribus? In quo dubio, quia in puncto Juris multi *ſupra* relati docent, ut poſſit licite confeſſarius illos abſolvere virtute clauſulæ uberrimæ ipſius Jubilæi; inde quia utitur opinione probabili, non ſit cur debeat, ac valeat puniri; quia res, quæ culpa carent, in damnum vocari non debent, *cap.* 2. *hoc tit.* nec ſine culpa quiſque puniendus ſit, cum nullus ſit dignus pœna, niſi ob culpam, *l. ſi putatur ff. ad leg. Aquil. cap. ſatis perverſum diſt.* 56. *cap. inventum* 16. *q.* 17. at confeſſarius abſolvens hæreticum, occultum virtute Jubilæi, non committit culpam, quia utitur opinione probabili; ergo non eſt dignus aliqua pœna: & in hanc partem docent Joannes Sanctius *in ſelectis diſp.* 44. *n.* 23. *&* *diſp.* 48. *n.* 52. Moſſetius *in ſummis tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 21. *n.* 63. dum ait, quod autem dicunt, ut Domini Inquiſitores punire ſoleant confeſſarios, non conſtat, & de Jure non procedit, nec improbat Diana *dict p.* 1. *tract* 5. *reſ.* 1 *in fine*, *idem puncto* 4. *tract.* 8. *reſ.* 109. qui utrobique reſolutionem hujus dubii remittit prudentiæ Inquiſitorum Auſonius *ubi ſupra num.* 75.

Adhuc vero, ſecluſa dicta Bulla Alex. VII. verius eſt quantumvis non conſtet de uſu, ut poſſint Domini Inquiſitores punire confeſſarium abſolventem hæreticum in foro conſcientiæ, primo ex jam ante *a n.* 1. dictis, ſecundo, quia ut obſervat Vaſquez *in* 3. *p. tom.* 4. *tract. de excommunic. dub.* 19. *n.* 15. *&* 16. ex Covar. *in dicto cap. alma mater*, Homobonus *in conſult. moralib. volum.* 1. *p.* 4. *reſponſo* 19. Inquiſitores ſoliti ſunt punire hujuſmodi confeſſarios, qui virtute Jubilæi in qua non concluditur in ſpecie crimen hæreſis, audent abſolvere hæreticos occultos; iterum repetit Auſonius *in compendio de officio Inquiſitorum*, verſ. *Inquiſitorum Juriſdictio quoad delicta n.* 82. qui loquitur idem, quod Diana, relinquendo id prudentiæ Inquiſitorum; ſed quidquid ſit jam hodie poſt adductam declarationem Pontificis Alexandri VII ſine dubio tenendum videtur, ut tales ſic abſolventes confeſſarii poſſint puniri ab Inquiſitoribus, utpote pro-

procedentes contra legem expreſſam latam ad tollendas opiniones.

21 Ad ultimam quæſtionis partem, an confeſſarius poſſit abſolvere virtute Bullæ cruciatæ à caſibus contentis in edicto Inquiſitorum, hæreſi tantum excepta? Et pro affirmativa ſententia faciunt dicta hic ſub verſ. *ad ſecundam* verbo *nihilominus*, verſ. *imo*; quia DD. intelligunt omnia hic dicta procedere in crimine hæreſis formaliter; non autem in aliis criminibus ſpectantibus ad Tribunal ſanctæ Inquiſitionis, ut ſunt *ſortilegium, maleficium, ſuperſtitio, magia, adoratio Dæmonum*; *ſolicitatio in confeſſione*, *Blaſfemia hæreticalis*, *lectio librorum hæreticorum, defenſio eorum*, & ſimilia; quia ſi in hujuſmodi delictis, & ſimilibus aliquis non habeat errorem in intellectu, & credat omnia ab Eccleſia determinata, ſed crimina illa committat tantum exterius ob iracundiam, vel ob ſenſualitatem, vel ex aliquo alio motivo, dicunt talem poſſe à quocumque confeſſario abſolvi virtute Bullæ Cruciatæ: ita Homobonus *de examine Eccleſiaſtico p.* 1. *tract.* 5. *cap.* 6. *q.* 31. *in fine*, Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 3. *cap.* 37. *n.* 47. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 2. *in gloſſa littera l.* Farinacius *de hæreſi q.* 180. Suarez *de fide diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 11 Sanchez *lib.* 2. *ſumma cap* 12. *n.* 12. Portel. *in additionib. ad dubia regularia* verb. *libri prohibiti n.* 14. Rodriguez *in addition. ad Bullam Cruciatam p.* 1. *§.* 9 *ſect.* 3. *n.* 95. Duardus *in Bulla cœnæ lib.* 3. *§.* 2. *q.* 8. *n.* 8. Egidius Trulenq. *in Bullam Cruciatam lib.* 1. *§.* 7. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 13. *& in decalogo lib.* 1. *cap.* 3. *dub* 6. *n.* 4. Ludovicus à Cruce *in Bullam cap.* 3. *dub.* 8. *n.* 2. Hurtado *de fide diſp.* 11. *difficult.* 14. Franciſcus Bald. *in Bullam tract.* 6. *cap* 2. *ſect.* 4. *n.* 38. *& ſect.* 5. *n.* 44. & omnes, ac alii ex eo etiam: nam ſupradicta Bulla concedit omnes caſus, excepta hæreſi; nam enim dicunt prædicta crimina ſunt formaliter hæreſis, quæ concedunt poſſe quidem abſolvi à tali confeſſario, cum poſſit abſolvere ab omnibus caſibus contentis in Canone I. Bullæ cœnæ, excepta hæreſi.

22 Nec enim addit Diana cum aliis *dicta p.* 1. *tr.* 5. *reſ.* 7. propter pactum cum Dæmone, nec propter alia peccata ad Tribunal Inquiſitionis ſpectantia propter ſuſpicionem hæreſis, vel ſuperſtitionem religionis hanc Bullæ cenſuram incurri; quia hæreſis non ſunt, cum regulariter in his, ut notavit etiam Filiucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 3. *num.* 29. non interveniat error in fide, ſed potius ex aliqua paſſione afficiantur, & hac de cauſa deſcendit Diana cum Treytas del Rio Raphaël de la Torre, Gipptio, & aliis ad alios ſimiles cauſas, & etiam ad caſum ſolicitationis in confeſſione, dicendo poſſe confeſſarium abſolvere fœminam ſolicitam, quæ non denunciavit, ſi poſtea denunciet, & hoc virtute Bullæ Cruciatæ; ob idque probabilem vocat hanc Leander *de cenſ. tract.* 2. *de excommunic. diſp.* 17. *q* 87. limitans cum multis ex adductis; ſecus dicendum caſu, quo prædicti Apoſtatæ, fautores, & alii in dicto Canone contenti admixtum habeant errorem contra fidem: nam tunc comprehenderentur ſub nomine hæreticorum ob admixtam hæreſim; itaque non poſſe propter eam abſolvi vi dictæ Bullæ Cruciatæ: idem docet Diana *ſupra* cum Sanchez, Alterio, & Suarez.

23 Non deſunt inquam Doctores aſſerentes omnes caſus præter hæreſim formalem contentos in dicto Canone Bullæ Cœnæ Domini, de quibus cum infinitis hic adductis in explicatione dictæ Bullæ, tractant excipi ſicut hæreſis formalis; quia tales caſus comprehenduntur ſub nomine hæreſis, cujus abſolutio eſt reſervata Tribunali ſanctæ Inquiſitionis, numerando caſus jam dictos; item & pertinaciter ſe ſubſtrahentes ab obedientia ſedis Apoſtolicæ: ſic docent in terminis Rodriguez *in Bulla Cruciata §.* 9. *n.* 70. *verſ. excepta la heregia*, & addit ad Bullam §. 9 *n.* 66 *&* 67. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæſt.* 2. Petr. Ledeſma *ſumm. tract.* 1. *cap.* 6. *in fine*, Lucius Turrianus 2. 2. *diſp.* 56. *dub.* 2. verſ. *ſciendum eſt*, Alterius *tom.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 2. *cap.* 9. *in fine*, Fernandez *in examine Theologiæ mor. p.* 3. *cap.* 9. §. 16. Ledeſma *in ſumma tom.* 2. *tract. cap.* 6. in fine, & alii.

Sed quia per verba textus *in cap. accuſatus §. ſane lib.* 6. Ubi cum pluribus Barboſa, & Riccius *Collect.* 1378. Pontifex. Alex. IV. prohibeat Inquiſitoribus ſe intromittere ad cognoſcendum, & puniendum ſortilegia & divinationes, monendo, ut illos ſic delinquentes relinquant ſuis judicibus ordinariis puniendos, niſi talia delicta hæreſim ſaperent manifeſtam; ideo ad propoſiti dubii reſolutionem, etſi non diſpliceat doctrina Gipții; qui abſolute loquendo *de caſibus reſervatis c.* 6. *n.* 86. ut refert Diana *ſub dicta reſ.* 7. *tract.* 5. *p.* 1. relinquit prudenti confeſſario, ut percalleat, ſit nec ne pœnitens vere hæreticus; quia ſi quodcumque prædictorum quantumcumque manifeſtam hæreſim ſapientum fecerit, ſi revera non ſit hæreticus abſolvat illud, quidquid ſit futurum coram Inquiſitore, ſi res aliquo futuro tempore detegeretur: nam talis abſolutio non patrocinatur in foro exteriori: tamen non eſt ſine difficultate dicta Doctrina in praxi: nam ex quo talia delicta ſaperent hæreſim manifeſtam, ut ſupponit Gipțius non eſt cur relinqui debeat judicio confeſſarii, cum *in dicta §. ſane* jam talia delicta ſint de judicio Inquiſitorum. 24

Quod ſi amplius deſideres inveſtigare, an virtute Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur facultas abſolvendi à contentis in Bulla cœnæ Domini excepta hæreſi, poſſit adhuc confeſſarius hæreticum occultum pœnitentem, & emendatum abſolvere, & etiam in Regnis, in quibus ſanctum Inquiſitionis Tribunal reperitur, poſſit confeſſarius abſolvere pœnitentem habentem Bullam Cruciatam à crimine hæreſis externæ occulta præter, ſupra adducta: Leges quæ noviſſime addcit Leander *de cenſuris dicto tr.* 2. *de excommunicatione diſp.* 15. *quæſt.* 85. *&* 86. ex Trulenq. *lib.* 1. *in Bullam* §. 7. *dicta* 7. *cap.* 2. *n.* 7. Quintanna Duennes *in tract. de Jubilæo duarum Hebdomad cap.* 25 *n* 2. Aragon 2. 2. *quæſt.* 31. *art.* 3. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 2. Dianam *dict p* 5. *tract.* 12. *reſ.* 35. *& p.* 8. *tract.* 7. *reſ.* 67. Ludovico à Cruce *in Bullam diſp.* 1. *cap* 4. *dub* 6. *num.* 9. Baldi *in Bulla tract* 6 *cap.* 1. *ſect.* 14. Dianam *dicta p.* 5. *tract.* 9. *reſ* 40. & aliis etiam diſputantibus quid poſſint in prædictis facere Religioſi virtute ſuorum privilegiorum; ubi leges, & ſic de Jubilæo noſtri Pontificis Alex. VII ejuſque Bulla declaratoria circa propoſitum hic à n. 1 amplius non diſputamus, cum ejus deciſione maneant res claræ, & apertæ &c. 25

FINIS PRIMÆ PARTIS.

Digitized by Google

D. D.

NICOLAI RODRIGUEZ

FERMOSINI,

HISPANI,

IN TRIBUNALI VALLISOLETANO

Sanctæ Fidei Inquiſitoris,

PARS SECUNDA,

DE

LEGIBUS ECCLESIASTICIS.

AD RUBRICAM ET TITULUM

DE RESCRIPTIS

ET

CONSUETUDINE.

PRÆMISSUM.

SUPER titulum, & Rubricam hanc ſcripſerunt, præter ordinarios antiquos, Petrus Rebuffus, *repetit. variar. alter in praxi benef.* ubi etiam de differentiis inter privilegium, & reſcriptum, Petrus de Ravena, *in compendio Juris Canonici.* Martin. Meſnatius, *in epitome decretalium.* Guillelmus Durandus *in ſpeculo in breviario aureo Juris Canonici fol.* 5. Dan. Venat. *in analyſi methodica Juris Pontificii pag.* 19. Goſfredus & Hoſtienſis *in ſumma hujus tituli*, Alex. Caſſan. & Anaſtaſius Germon. Cujacius Carthagena. Joan. Banagel, Andreas Valenſ. *in paras hiis decretalium*, Stephanus Ranchin. *in continuatione titulorum decretal.* Quintilianus Mandoſius *in appendice*, Zypeus hic *in annalitica.* Chuchus *inſtit. moral. lib.* 1. *tit.* 4. Navar. *tom.* 1. *conſ.* Sayrus *in floribus deciſ. hoc tit.* Guido Pap. *de reſcriptis tom.* 3. *tract.*

Doct. part. 2. fol. 28. Alex. Trentaſineh. *variar. reſolut. hoc tit.* Rendina *in promptuario receptarum ſentent. tom.* 3. *tit.* 13. Joan. de Graſſis *tom.* 3. *part.* 2. *fol.* 31. Joannes Baptiſta Marcheſanus *de reſcriptorum ſubreptione.* Tuſchus *tom.* 6. *litt. P. à concluſ.* 207. *de reſcriptis utriuſque ſignaturæ.* Joannes Baptiſta. Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia cent.* 2. *diſt.* 16. Menoch *de arbitr. caſu* 200. *&* 201. Villalobos. Suarez Bonacos, & alii *lib.* 1. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 2. *tit.* 20. *de diverſ. reſcript.* Mandoſius *de gratia ſignaturæ.* §. 3. Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *à n.* 165. Perez *in l.* 3. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordinam. pag.* 185. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *à cap.* 31. quam plura Thomas Sanchez *toto lib.* 8. *de matrim.* ubi de diſpenſationibus Diana cum infinitis, *part.* 8. *tract.* 3. *per totum*, quibus omnibus addo ſequentes quæſtiones, quæ tam ad hanc Rubricam, quam ad Rubrum applicari queunt ſuper ſecundo libro decretalium agitatas. Et quia ut *infra dico quæſt.* 2. *num.* 1. *&* 2. diſpenſationum materia ſpectet ad tractationem hanc; ideo leges Theologos cum Divo Thoma 1. 2. *quæſt.* 29. *art.* 4. Fr. Eman. Rodrig. *tom.* 1. *quæſt. regular. q.* 22. *& tom.* 2. *quæſt.* 46. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 10. & alios de eadem materia ſcribentes, Azor. *tom.* 1. *moral. lib.* 5. *cap.* 15. Summiſtæ verbo, *lex & diſpenſatio.*

QUÆSTIONES ALIBI
Tractatæ aſſignantur hic reſumptivè.

1 RESCRIPTUM *impetratum contra violentum poſſeſſorem, an faciat, ut per ipſum conveniatur, qui ſuccedit in vitium*, dixi in cap. quia v.
de jud. quæſt. 1.
2 *Reſcriptum ab uno impetratum, an aliis poſſit*
rem communem habentibus, dixi in dict. cap. quia
3 v. quæſt. 3. † *Et an ſit utrique commune, tam reo,*
quam actori, dixi in cap. 1. de prob. quæſt. 2. n. 3.
verſ. *ad tertiam.*
4 *Reſcriptum Principis an valeat ſi petitorii cauſam*
committat cognoſcendam ante cauſam ſpolii, & poſ-
ſeſſorii, dixi in cap. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.
q. 2. verſ. *ad tertiam.*
5 *Reſcriptum Apoſtolicum propter raſuram in loco*
non ſuſpecto, an dicatur vitioſum, dixi in c. 3. de
fide inſtrum. q. 1.
6 *Reſcripta Principis ſæcularis, aut Pontificia an*
contrahant executionem paratam, dixi in dict. cap.
3. de fide inſtrument. quæſtione 3. à num. 1.
7 *Reſcriptum Principis impediens executionem ſen-*
tentiæ ſupremi Magiſtratus, an valeat, dixi in
cap. quoad conſultationem 15. de re judic. q. 1.
verſ. *ad ſecundam.*
8 *Reſcriptum impetratum ab appellato, præve-*
niendo appellationem, an ſit ipſo jure nullum, dixi
in cap. oblatæ 57. de appell. quæſt. 2. verſ. *ad*
tertiam.
9 *Et an debeat in eo fieri mentio appellationis*, ibi
dixi.
10 *Litteræ Pontificiæ, quæ ſine verbis illis expe-*
diuntur, (Servus ſervorum Dei,) *Careant fide,*
an argui poſſint falſitatis, dixi in cap. porre-
cta 6. de confirmatione utili, vel inutili quæ-
ſtione 1.
11 *Litteris Epiſcopi an credatur, quando contra*
Epiſcopum adeſt præſumptio fraudis, dixi in cap. 7.
12 de probat. quæſt. 2. à num. 1. † Et ibi quid de
epiſtolis, num. 6.
13 *Litteræ Epiſcopi an credantur in ſpectantibus*
ad ejus officium in actu extrajudiciali in dict. c. 7.
de probat. quæſtion. 5. verſ. *ad ultimam*, nu-
mero 6.

Litterarum remiſſorialium praxis tradita eſt à 14
me, in cap. 8. de teſtibus quæſt. 4. num. 37. & 38.
† *qualiter proceſſus fiat virtute litterarum remiſſo-* 15
rialium Curiæ Romanæ ut fiat probatio in aliqua
cauſa, dixi ſub cap. fin. de libelli oblatione
quæſt. 4. §. 9.
Litteræ compulſoriales, an, & qualiter extrahan- 16
tur dixi in cap. fin. de fide inſtrum. quæſt. 1. verſ. *ad*
ſextam num. 18. † *Et qualiter proceſſus fiat vir-* 17
tute litterarum compulſorialium Rotæ ad compulſan-
dos quoslibet actus, inſtrumenta, & proceſſus cum
cauſa per appellationem aut, aliter pendet in Sacra
Rota, dixi in dicto cap. fin. de lib. oblat. quæſt. 4.
dict. §. 9. verſ. *ad ſecundam*, à num. 16. † Et à 18
num. 23. ubi *de litteris remiſſorialibus ad canonica-*
tionem alicujus Sancti.
Litteris ſigillatis an credendum ſit, dixi in c. 3. 19
de fide inſtrum. quæſt. 2. verſ. *ad ſeptimam*, à nu-
mero 30.
Bullis Apoſtolicis an credendum ſit, & qualiter 20
dixi in dict. cap. 3. de fide inſtrum. quæſt. 1. verſ.
ad ſextam. num. 32.
Bullæ penſionum an habeant executionem paratam, 21
dixi in dict. cap. 3. de fide inſtrument. quæſt. 3.
verſ. *ad ſecundam*, n. 17.
Et quia poteris innectere quæ ad privilegia conceſ- 22
ſa à Principibus ſpectant, cum ſint litteræ eorum gra-
tioſæ: applicabis dicenda, & notanda ſub Rubri-
ca, & tit. de privilegiis lib. 5. infra.
Item cum etiam faciant quæ *de diſpenſationibus* 23
à Doctoribus ſolent tractari *adjunges quæſtiones,*
quas ex propoſito tractavi in cap. etſi Clerici de
judiciis quæſt. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. &
29 & in cap. 12. quæſt. 9. de judic. & ad alias
in dicto cap. etſi Clerici, quæſt. 30. & ibi in
verſ. *unde.*
Item applicabis alias quæſtiones, de quibus ex 24
propoſito egi ſub diverſis locis dict. lib. 2. quas
offendes in A, B, C, indicis ſub verbis *Papa, Pon-*
tifex, Rex, Princeps, &c.
Item adverto ſingula hujus tituli jura laconicè 25
tantùm tractari non per extenſum; etſi ex notatis
in illis poſſit ad quodlibet fieri longus Commenta-
rius, ut à quolibet legenti videri poteſt; & ideo
ſic exiſtimavi, ne protrahens ad volumina hanc
tractationem de legibus Eccleſiæ, quæ ſatis repe-
ritur in jam adductis titulis præcedentibus.

Quæstio I.

An impetrans teneatur narrata in reſcripto verificare. An verba narrativa Papæ inducant probationem, & quid de verbis inferiorum. Et an ſola ſupplicatio probet titulum, & quid de aſſertione ſupplicationis. An, & quomodo valor in materia beneficiorum probetur; ubi de regula Cancell. quæ loquitur de valore exprimendo. Et quomodo valor de fructibus beneficiorum probetur?

SUMMARIUM.

1 *Impetrans tenetur narrata in reſcripto verificare, ſi ſint talia, quæ Principem ad facilius concedendum moveant*, n. 2. *& hoc ſi pars opponat*, n 3. & 11.

3 *Impetrans tenetur ea ſolum verificare, quorum falſitas vitiat gratiam, ſeu quorum facilius Principem movent.*

4 *Impetrans parte opponente quæ teneatur verificare*, n. 5.

6 *Doctorem ſe narrans, non ſufficit probare ſe licentiatum.*

7 *Narrativa, ex qua Papa fuit motus ad gratiam facilius concedendam, eſt verificanda, ſi conſiſtit in negativa*, n. 8. & 9.

9 *Negativa non diſpenſationis ex quibus probetur.*

10 *Narrans ſe poſſidere duo incompatibilia ſine diſpenſatione, qualiter hanc negativam probet.*

11 *Narratum obtentorum, num quis probare teneatur.*

12 *Impetrans tenetur probare qualitatem beneficii narratam.*

13 *Valor quando appoſita eſt clauſula*, Dummodo penſio hujuſmodi, & aliæ medietatem fructum non excedant, *à quo probetur.*

14 *Narrativa quæ non eſt de ſubſtantia gratiæ, ſufficit ut juſtificetur de facto cum non agitur de canonicatione gratiæ*, n. 15. *niſi agatur de gravi præjudicio*, à n. 17.

16 *Clauſula* conſtito *in brevi Apoſtolico, juſtificatur de facto.*

18 *Lis ad juſtificandam* ſi neutri *probatur ex commiſſione, & exactis, & exemplificatur*, num. 19.

20 *Verbo narrativa Papæ inducunt probationem ſi agat de ſuo ipſius facto, non ſi de alieno*, n. 21.

21 *Papæ aſſertio teſtificantis de ſuo facto probat.*

22 *Aſſertioni Papæ creditur præſumptivè, dum non conſtat de contrario, ut de aſſertione Principis*, n. 23.

24 *Aſſertio Papæ ſuper reſignatione in ſuis manibus qualiter probet.*

27 *Narrativa verba Papæ quem fuiſſe ſubcollectorem ad effectum conferendi beneficia, non probant.*

27 *Narrativa verba propter aliud probantia, non faciunt fidem, ſecus ſi propter ſe.*

28 *Narrativa Papales non probant aſſignationem penſionis Monacho factam per ſtudium etiam ſi ſuppleant aliquos defectus ex certa ſcientia*, n. 29.

30 *Narrativa Papæ de facto alieno, motu proprio ſtatur, donec probetur contrarium.*

31 *Principis atteſtationi ſtatur, quamvis narret factum prædeceſſoris.*

32 *Notarii verba narrativa in inſtrumento ſententiæ probant declarationem nominis procuratoris omiſſâ relatione curſoris civitatis.*

33 *Legati de latere atteſtatio facit plenam fidem de conſuetudine.*

34 *Verba enunciativa quam fidem faciant remiſſivè.*

35 *Supplicatio ſola probat titulum, & quando abſque litteris*, n. 39. & 40.

36 *Bullæ beneficiorum probant collationem.*

37 *Secretarius num aliquam pecuniam queat recipere pro ſubſcriptione, & regiſtratione Bullarum.*

38 *Bullæ ſunt ſuſpectæ de falſo, quando non reperiuntur in regiſtro.*

40 *Supplicatio ſola ſine litteris ad effectum adjudicationis non probat.*

41 *Narrativa intruſionis non expreſſa in ſupplicatione, etſi in litteris, non eſt juſtificanda, ſecus ſi eſſet in ſupplicatione narrata*, n. 42.

43 *Narrativo intruſionis apponitur de ſtylo.*

44 *Supplicatio ad effectum regulæ de annali, aut ad effectum ſciendi, an careat prorſus titulo juſtificatur.*

45 *Supplicationis aſſertio debet probari per aſſerentem.*

46 *Verbum* ut aſſeris, *aut* ut aſſeritur *in Bullis, ad quam narrativa probationem obliget*, numer. 47.

47 *Verbum* ut aſſeris *parti refertur, quæ debet probare, dum non impetravit beneficium* num. 49.

48 *Supplicatio ſignata à Papa per verba* ut aſſeris *eſt ſubreptitia, non ſi per verbum*, ut aſſeris.

50 *Valor in materia beneficiorum probari debet diſtinctè, & ſeparatim, non in confuſo.*

51 *Valor beneficiorum eſt difficilis probationis.*

52 *Valor probatur per publicam vocem, & famam niſi agatur ad effectum juſtificationis clauſulæ, dummodo centum, ſeu mille remaneant titulari.*

53 *Valor beneficii in conditione poſitus, & qui eſt probandus per aſſenſum, requirit plenam, & concludentem probationem.*

54 *Valoris expreſſio eſt neceſſaria in impetratione beneficiorum, alias eſt nulla.*

55 *Valor expreſſus poteſt probari juramento exprimentis, & in impetratione beneficiorum in forma pauperum, & in proviſione facta à Legato*, n. 56. & 57.

58 *Valor malè expreſſus in primis litteris impedit alias expediri litteras, niſi in prima impetratione adeſſet clauſula*, Cum poteſtate augendi, vel minuendi, uſque ad verum valorem.

59 *Proviſio nulla ob falſum valorem, non ſupplet defectum publicationis.*

60 *Valor verus dicitur deductis expenſis beneficiorum, & oneribus perpetuis impoſitis ſuper eorum fructibus, & pro ſuſtentatione unius Clerici*, n. 61. & 62.

63 *Valor beneficii ut probetur per teſtes, debent*

deponere, deductis oneribus neceſſariis tantum n. 64.

64 *Fructus dicuntur, qui ſuperſunt, deductis expenſis.*

65 *Valor non probatur ex arrendamentis, fallit.* num. 73. *ex impoſitione penſionis ex taxa librorum.*

66 *Valor debet probari de tempore proviſionis percutiendo teſtes tempore gratiæ, n.* 67.

68 *Valor debet probari per eum, qui agit.*

69 *Valor ſemel expreſſus, iterum exprimi non debet, in ſecunda inſtantia poterit probari, ſi in prima non fuit ſufficienter expreſſus, n.* 70.

71 *Taxa non excuſat à mala expreſſione valoris.*

72 *Valor poterit probari per ſimilem expreſſionem prædeceſſorum per arrendamenta, & publicam vocem, & famam.*

73 *Valor per tria arrendamenta prædeceſſorum cum teſtibus de publica voce probatur, n.* 79.

74 *Valor juſtificatur ex ſemiplena probatione, & ex publica fama, & unico teſte, junctis adminiculis,* num. 75. & 76.

77 *Probationes debent in ſuo genere eſſe perfecta, & concludentes.*

78 *Valor beneficiorum probatur ex quali quali probatione, quæ dicitur plena in ſuo genere, ſi ſit perfecta in eo, n.* 79.

80 *Valor obtentorum non eſt juſtificandus, nec ſit neceſſum obtenta exprimere, ſi impetrans ſit paratus ea dimittere.*

81 *Valor plenè per teſtes probatur.*

82 *Valor in conditione poſitus, requirit plenam probationem, & probationibus in perfectis adminiculatis.*

83 *Valor narratus per non exceſſum, non probatur per probationem de aſcenſu.*

84 *Valor beneficiorum probatur ſecundùm communem per quinque annos ante, & poſt ſecundùm alios per annos* 10. n. 85. *utraque vera ſecundùm dicta, n.* 86.

1 HAs quæſtiones, etſi ſub competentibus infra capitibus poſſem adjungere, duxi hic apponere; eo quod generales ſint ad materiam reſcriptorum, in quibus, ſicut in aliis hujus tituli breviter me geram. Ad primam igitur affirmativè reſpondeo, nempe quod impetrans tenetur *narrata in* reſcripto verificare: ſic docent Cardinalis Puteus *in deciſ.* 30. *lib.* 2. Caputaquen. *in deciſ.* 39. *part.* 1. Rota diverſor. *in deciſ.* 41. & 534 *part.* 1. Cæſar. de Graſſis *deciſ.* 49. 56. & 66. & patet ex multis, quæ adducit Nicol. Garc. *de benef. tota p.* 6.
2 & *ſub cap.* 2. & 3. † Quam concluſio eam ſic intelliges, dummodo narrata ſint, taliaque Principem moverunt ad concedendum, vel ad facilius concedendum, ut docuit Bellamera, *in deciſ.* 303. eo quod illo caſu narrata dicuntur pars gratiæ, Riccius *collect.* 1688. *ſuper Rub. eod. de diverſis reſcriptis.* Rota in una Toſculana præceptoriæ 27. Januarii 1563. coram Robuſterio, & iterum in una Salmantina penſionis coram Lanceloto 1572. Aprilis 16. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 314. *num.* 1.
3 Item prædicta concluſio venit intelligenda; ſi pars opponat; quia ſi nulla interfuit oppoſitio, tenebitur impetrans ea ſolum verificare, quorum falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſſio facilius movit Principem ad concedendum; quia ut dico *infra in cap. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* alias ſunt impertinentia; non enim falſa expreſſio, quæ non novit ad facilius concedendum, vitiat gratiam Rota *in deciſ.* 4. & 70. *hoc tit. in antiquis.* Bellamera *deciſ.* 4. Caputaq. *in deciſ.* 310. *num.* 5. *p.* 1. Rota diverſorum *in deciſ.* 331. *p.* 1. & de nonnullis exemplis præfatæ diſtinctionis ſunt videndi Cæſar. de Graſſis *in deciſ.* 47. & Bellamera *in deciſ.* 303.

Dubium verò eſt an parte opponente teneatur impetrans verificare, non ſolum quæ moverunt Principem ad facilius concedendum, ſed etiam quæ ſunt impertinentia, & Puteus *in deciſ.* 24. *lib.* 1. Rota *in deciſ.* 64. *de conceſſ. præb. in antiq.* & *deciſ.* 20. *de præbendis in novis*, dixerunt ut teneatur omnia verificare narrata, uti ex pluribus deciſionibus videtur comprobatum ex relatis à Garcia *dict. p.* 6. *c.* 2. *ſub num.* 61. legendus omnino, qui dum de hoc ultimo puncto agit *num.* 162. & 163 referens quod parte opponente tenetur verificare etiam valorem beneficii, & obtentorum narratum, & qualitatem beneficii narratam, movet quæſtionem advertendo prædictam diſtinctionem, & in adnotari, cum etiam parte opponente non teneatur quis verificare, niſi ea, quorum falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſſio facilius movit Papam ad concedendum; quia alia ſunt impertinentia ex Rota *deciſ.* 4. & 70 *hoc tit.* Ægidio *deciſ.* 4. Caputaq. *deciſ.* 310. *p.* 1. *n.* 5. Rota *deciſ.* 531. *p.* 1. *diverſ.* 4

5 Nec ex his reputanda eſt inutilis præfata diſtinctio eſt enim, ut ſive parte opponente, aut non opponente, teneatur impetrans verificare ea, quorum falſitas vitiat gratiam; quia alias impetrans eſſet inhabilis, ut Clericatum expreſſum, vel diſpenſationem, vel ſi dixiſſet ſe militem S. Joannis Hieroſolymitani, ut dixit Graſ. *in deciſ.* 47. relata Salin; vel quia ſunt fundamentum gratiæ, ut reſervationem, vel devolutionem narratam, vel quia gratia fuit facta ſub conditione, ut in penſione, dummodo remaneant centum pro rectore, ſeu dummodo dimidiam partem non excedat, vel quia alias Papa omnino *non* conceſſiſſet; & etiam ea, quorum expreſſio movit Papam ad concedendum licet aliàs conceſſiſſet, ut Doctoratum, ſeu Bacalaureatum, familiaritatem &c. ut *in deciſ. Ægidii* 303. quam ſequuntur Mandoſius *regula* 16. *Cancel. q.* 20. *a.* 4. *poſt Pariſ. conſ.* 49. *n.* 31. *vol.* 4. † adeo ut narranti ſe Doctorem non ſufficiat eſſe licentiatum, & id verificari gloſſa *in regula* 15. *Cancel.* verſ. *dico tamen.* 6

Quare Felinus *in c. ad aures hoc tit.* idem Ægid. *deciſ.* 76. Put. *deciſ.* 245 *lib.* 1. *n.* 1. Caput. *deciſ.* 128. *p.* 1. Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 13. *n.* 8. dixerunt eſſe juſtificandam *narrativam*, ex qua Papa fuit motus facilius ad concedendam gratiam, etiam quod contineat negativam ut fuit dictum in una Salmantina penſionis 25. Junii 1582. coram bonæ memoriæ Bubalo de impetrante non publicationem reſignationis. † Etenim narrativa conſiſtens in negativa debet probari, ut latè dicunt Mareſcot. *variar. l.* 2. *c.* 1. *à n.* 21. Pariſ. *de reſig. lib.* 10 *q.* 3. *n.* 5. Oliverus Beltram. *in d. deciſ.* Alex. XIII. *n.* 12. referens ſic latè dictum *in* Acherontina Parochialis 19. Aprilis 1613. coram Cardinali Sacrato, ubi fuit dictum id procedere etiam ſi probatio *negativæ* ſit valde difficilis, de qua in genere dixi admodum latè *in capit. quoniam contra falſam*, & *in cap. ſequenti de probat.* † Et addit Caſſador. *deciſ.* 5. *num.* 4. & 5. ſuper regulis dictum in *nullius* Cantoriæ 13. Januarii 1603 coram Litta, ut ex diligentiis factis in regiſtris Cancellariæ, & datariæ probetur negativa, non diſpenſationis, quando diſpenſatio 7 8

ſatio eſt talis quæ non ſolet concedi à Nunciis, nec à Legatis, ſed ſolum à Papa & refert etiam Beltram. *in num.* 13. ſic fuiſſe dictum coram eodem Sanctiſſimo in Burgen. Canonic. 1. Februarii 1608. & in eadem coram R. P. D. Obtembergo 24. Maji 1610. Corneus *conſ.* 191. *num.* 2. *lib.* 1. Mohedan. *deciſ.* 9. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Caputaq. *deciſ.* 45. *in fine*, & 193. *num.* 1. & 2. Alex. Ludoviſ. *dict. deciſ.* 13. *num.* 10. dicentes, ut poſſint omnes gratiæ probari per diligentiam regiſtri, ubi omnes
10 gratiæ appoſitæ regiſtrantur. † Quod idem, & in terminis, ut narrans aliquem poſſidere duo incompatibilia ſine diſpenſatione, debeat hujuſmodi negativam probare, tradit Pariſ. *conſ.* 138. *num.* 1. & 2. *lib.* 4 Rota *deciſ.* 170. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* Oliver. Beltram. *dict. num.* 13. *in fine*, & ad omnia idem Alex. Ludoviſ. cum multis *deciſ.* 242. *num.* 3. & *numer.* 210. ubi Beltram. *num.* 5. & *deciſ.* 288. *num.* 1. ubi quod debet probari reſignationem non fuiſſe publicatam, & *deciſ.* 187. ubi ſi narrativa ſit fundamentum gratiæ, debeat plene juſtificari.

11 In caſu verò quando pars oppoſuerit, tenebitur narrans verificare, nec ſolum omnium narrata, id eſt non ſolùm dicta, ſed etiam valorem beneficii, ut *infra* dicn; imo & obtentorum narratum, quem non tenetur probare, niſi apponatur, ſeu negetur, ut *in deciſ.* 64. *de conceſſ. prabenda in antiquis*, & *collect. deciſ.* 20. *de prabendis in novis* (quamvis contradicat Rota *ibi*) Puteus *deciſ.* 24. *lib.* 1. Felin. *in dict. c. ad aures hoc tit. n.* 4. verſ. *fallit.* 1. Selva *de beneficiis* 3. *p. q.* 12. *qualitate* 2. *ſub n.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 886. *n.* 10. *concluſ.* 887. *num.* 10. & *concluſ.* 888. *num.* 8. & *concluſ.* 1226. *num.* 4. Flamin. Pariſ. *dicto lib* 10. *de reſignat. quæſt.* 3. *num.* 40. Garcia *dicta part.* 6. *de beneſ. cap.* 2. *ſub num.* 263.
12 in verſ. *parte*, † Ubi addit, ut teneatur probare qualitatem beneficii narratam, ut quod non requirit reſidentiam Diœceſim ſuam, ſeu civitatem narratam, quem tenebitur probare, ſi opponatur alias, non niſi narraverit ſe eſſe ex Diœceſi, ubi impetrat beneficium, de quo ipſe latè agit *in p.* 7. *c.* 9. & dicit ſic videri intelligendam deciſionem Salmantinam relatam, & Agrigenti.

13 Unde venit intelligendus Saluſtrius Tyberius in practica auditoris Cameræ *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 8. & 9. dicens de conſilio Dominorum, ab brevitorum de majori parte reſolutum eſſe, & obſervatum, quod quando litteræ penſionis habent clauſulam *dummodo penſio hujuſmodi, & alia forſan aſſignatæ medietatem fructuum non excedant*, agenti ad penſionem, etiam titulario non opponente, neceſſariò incumbat onus verificandi penſionem annis ſingulis, medietatem fructuum, detractis etiam omnibus pro Eccleſiæ ſervitio neceſſariis, non excedere, ſed quando litteræ habent clauſulam, *Quorum fructuum medietatem ipſa penſio, ut aſſeritur non excedit*, ſi de fructuum valore à titulario opponatur, tunc pariter ſpectet ad agentem onus probandi valorem: ſic expendit Nicolaus Garcia *dict. p.* 6. *c.* 2. *n.* 164.

14 Igitur reſolvendum eſt ut quando narrativa non eſt de ſubſtantia gratiæ, ſufficiat juſtificari de facto; Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 137. *n* 7. qui *n.* 6. ait ut juſtificatio litis reſpectu tertiæ perſonæ ſufficit de facto; prout in qualibet alia narrativa, quæ non eſt de ſubſtantia gratiæ, Ægid. *dec.* 116. in fine idem Alex.
15 *deciſ.* 84. † Ubi addit, ut ſufficiat gratiam juſtificare de facto, quando non agitur de illius canonicatione, late Garcia *de beneſ. dict. p.* 6. *c.* 2. *à n.* 205. & 206. ubi plures cumulat, & ampliat Oliver. Bel-
16 tram *dict. deciſ.* 84. Alex. *n.* 6. † Ut etiam clauſula *conſtito* in brevi Apoſtolico ſufficiat juſtificari de facto ad effectum, ut breve poſſit exequi Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 15. §. 1. *n.* 60. 61. & 81. Rota *deciſ.* 884. *ſub n.* 1. *p.* 2. *in recent.*

Prædicta tamen doctrina fallit quando adeſt 17
concurſus alterius tituli dict. Rota *deciſ.* 484. *in* 2. *p. recent. n.* 2. referens fuiſſe dictum in Hiſpalen. beneficiorum 10. Junii, & 7. Novemb. 1611. coram R. P. D. Pamphilio, & coram eodem in Burgen. Canonic. 24. Januarii 1618. proſequitur Beltram. *ad dict. deciſ.* Alex. 84 *n.* 8. ubi alias deciſiones refert concludens ibi ut non procedat relata concluſio, quando agitur de gravi, & perpetuo præjudicio, ut tenuit Rota *in deciſ* 208. *n.* 2. *p.* 1. *diverſ.* & in Algaren. diſmembrat. 11. Januar. 1619. coram R. P Reboleo. †Et idem Alex. *in d. deciſ.* 84. *n.* 1. & 5. dicit quod 18
iis ad juſtificandam gratiam *ſi neutri* probatur ex commiſſione, & actis, & quod ſufficiat verificari de facto, & quod prædicta gratia *ſi neutri*, quoad non jus ſatis juſtificatur ex revolutione, & inſpectione actorum. † Imò idem Gregor. XV. *deciſione* 19
413. *n.* 1. contra quendam, qui prætendebat, ſufficere quod officialis Pampilonem dederit gratiam pro juſtificata; ita ut non ſit alterius juſtificanda, reſolvit cum Dominis de Rota, ut cum dictus Officialis eſſet mixtus executor, & Judicis partes obtineret, non ſit adhibenda fides ejus aſſertioni, quæ exactis non comprobatur per textum *in dict. cap. quoniam contra falſam de probat.* de quo ibi, & *in cap.* 7. *eadem*, & per illa, quæ dixi *in cap. à nobis* 28. *de teſtibus*, in terminis Creſcent. *deciſ.* 5. *n.* 2. *de fide inſtrum.* ut fuit dictum in una Capellan. Placent. 13. Januarii 1597. coram Bonæ memoriæ Cardinali Seraphino.

Ad ſecundam quæſtionis partem an verba Nar- 20
rativa Papæ inducant probationem, affirmativè reſponden per textum *in clem.* 1. *de probat.* ubi gloſſa jura alia refert; dum tamen ſint in litteris Apoſtolicis, quibus fundatur gratia, vel Intentio Papæ proprium factum narrantis: ſic Lapus, Abbas, Imola, Zabarella, Panormit. Paul. Deleazar. Bonifacius de Vitalinis, Vivian. *in rationali lib.* 2. *pag.* 146. Alagona *in compendio pag.* 157. remiſſivè, Caſil. *in annotat. ad Ximenez in concord. p.* 1. & 2. Barboſa *in dict. clem.* 1. *num.* 1. & 2. ubi etiam Rieius, qui *in collect.* 1225. idem repetit † quod in- 21
telligit Tyraq. *de retractu linag.* §. 1. *gloſſa* 14. *n.* 49. quando Papa de ſuo ipſius facto agit, ſecus ſi de alieno, Maſcard. *de prob. concl.* 139. ubi dicit quod aſſertio Papæ atteſtantis de ſuo facto proprio: ita probat, ut in contrarium probatio non admittetur, Zevallos *in pract. quæſt.* 897. *num.* 178. Flam. Pariſ. *de reſign beneſ. lib.* 8. *quæſt.* 11. *num.* 1. Azeved. *ad titul.* 2. *in Rub. n.* 2. 22. *lib.* 6. *novæ reco.* & *lib.* 8. *d num.* 3. *tit.* 1. *eodem. lib.* 6. Rota in Oramen beneficii 24. Octobr. 1611. coram Cardin. Sacrato impreſſa per Farin. *deciſ.* 161. *n.* 1. *p.* 2. *recent.* Jacob. Valdeſ. *de dignit. Regum, Regnorumque Hiſpaniæ c.* 22. *n.* 20. ubi tradit Gallos non admittere deciſionem dictæ *clem.* 1. *de probat.*

Unde ex ea deciſione communiter ſolent Do- 22
ctores dicere, ut aſſertioni Summi Pontificis credatur, de quo puncto dixi late *in dict. c* 28. *de teſtibus q.* 2. *à n.* 1. cum Suarez, Velaſc. Farin. Caſtillo *de tertiis tom.* 7. *c.* 6. per totum alios referentibus, quod intelligunt Barboſa *in d. clem.* 1. *n.* 7. Roman. *conſ.* 369. *n.* 38. Roin. Craveta *de antiquit. tempor. p.* 1. *n.* 13. & *conſil.* 236. *n.* 42. Ant. Gabriel. *commun. opin. de probat. concluſ.* 2 Menoch. *conſ.* 100. *num.* 25. Maſcard *de probat concluſ.* 1227. *n.* 64. & 67. præ-

ſumptivè ſcilicet qu aſque oon conſtat de contra-
23 rio. † Cum revera Pricipis aſſertiu recipiat proba-
tionem in contrarium per indirectum, ut dixerunt
Maſcard. *de prob. coucluſ.*1236. *num.* 39. Rota *de-
ciſ.* 523. *num.* 3. apud Farin. *in* 1. *collect. noviſſim.*
aliàs *part.*4. *diverſor.* ubi deciſum conſtat, quod
contra atteſtatiooem Papæ ſactam motu proprio,
admittitur probatio in contrarium: & ſic inferunt
Sanchez *de matrim. lib.*7. *diſp.*37.*num.*33. Maſcard.
*concluſ.*1371 *num* 44 Barboſa *in dicta clem.* 1. *n.*16.
& 17. quod præſumptio juris, & de jure admit-
tit probationem in contrarium per iudirectum
quod addes ad ea, quæ latè dixi da hac præſum-
ptione, *in c. afferte* 2 *de præſumptionibus.*
24 Sed prædictam concluſionem limitant primo
Riccius *dict. collect.* 1825. verſ. *limita* 1. & Bella-
mera, *deciſ.* 254. dicentes quod verba narrativa
Papæ de reſignatione beneficii in ſuis, vel alterius
manibus facta per procuratorem, non probant
vacationem, nec procuratorium, & reddit ratio-
nem Barboſa *in dicta clem.*1.*num.*14. in fine dicens,
ut licet probet hujuſmodi aſſertio renunciationem,
ſed non item illum fuiſſe verum procuratorem;
& ob randem rationam exiſtimo cum illo, & cum
Flamin.*dict.lib.*8. *de reſignat.q.*11. *n.* 13. ut quoties
Papa aſſerit renunciationem factam fuiſſe in ma-
nibus commiſſarii, aut ordinarii, vel alterius ejus
aſſertioois oon ſtetur.
25 Secus tamen di o cum eodem Flaminio, *dict. q.*
11. *à num.* 1. & Barboſa *num.* 12. ut credatur plenè
Papæ litteris atteſtantibus tale beneficium fuiſſe
in ejus manibus reſignatum, & noo ſulum ſi atte-
ſtetur fuiſſe in ſuis manibus factam reſignationem,
& ab eo receptam, ſed etiam ſi atteſtetur in mani-
bus prædeceſſoris, & per ipſum acceptatam ſic
etiam Flamin. *dict. quaſt.* 11. *n.* 10.
26 Secundo limitant etiam Balbus, *deciſ.* 342.
Riccius *dict. collect.* 1825. *in* verſ. *limita ſecundo*;
quia verba narrativa Papæ dicentis quam ſub col-
lectorem, & propter ea ejus beneficia, tanquam
reſervata conferendo non probeot illum fuiſſe ſub
collectorem ad effectum ad judicationis cujus rei
ratio poteſt eſſe; quia tunc agitur de præjudicio
ejuſdem, ſic dicti ſubcollectoris, in quo poteſt
eſſe aliqua fallacia per dicta in verſ. *ſed.*
27 Itaque bene Balbus *in deciſ.* 91. dixit præfatam
concluſionem etiam limitari in verbis narrativis,
propter aliud probatis, cum non faciant fidem; ſe-
cus ſi propter ſe principaliter: & ampliant hoc di-
ctum Bellam. *in deciſ.* 125. Riccius *ſup.* procedera
etiam per modum cauſæ, etiam ſi in articulis, vel
reſcriptis proferantur.
28 Ultimu limitatur io verbis narrativis Papalibus
in quibus nuocupatur aſſignatio penſionis: nam
non probant penſionem Mona ho factam per ſtu-
dium Rota *in deciſ.* 26. *de reſcriptis in novis.* Ric-
29 cius *dict. collect.* 1825. verſ. *limita quarto.* † Ubi
cum Bellamera *in deciſ.* 158. ampliat procedere
etiam, ſi dictæ Papales narrativæ ſuppleant ali-
quos deffectus ex certa ſcientia.
30 Notabis vero quod narrativæ Papæ da facto
alieno motu proprio eſt ſtandum, donec contra-
rium probetur, Cardinal. *in dict.clem.*1. *de probat.*
*quaſt.*10. Petrus de Anchar. *quaſt.*1.Imola *in*4. *col.*
verſ. *prædicta.* Barboſa *num.* 8. Puteus *deciſ* 101.
aliàs 100. *lib.* 3. *in correctis*; imo Rota *deciſ.* 142.
*num.*6 apud Farinac. *in* 1. *collect. noviſſimarum*, alias
part. 4. *diverſor.* dicit quod in antiquis enuncia-
tiva Papæ, etiam in facto alieno plenè pro-
bat.

De Principe ſupremo poſſes hic etiam dubitare, 31
ſed te remitto ad ea, quæ dixi *in dict. cap.* 28. *de
teſtibus dict. quaſt.* 2. & 3. & *ibi*, dictis addo quod
ſtatur Principis atteſtationi, quamvis narrat factum
prædeceſſoris, ut docent Imola *in dict. clem.* 1. *de
probat. col. penult.* verſ. *idem per omnia*, Cardinalis
*quaſt.*9.Barboſa *num.*10.Pariſ. *conſ* 99. *num.*3. *vol.*
4. Maſcard.*concluſ.*1227.*num.*28. Flamin. *de reſi-
gnat. dict. quaſt.* 11. *num.* 11. & alii.
De aliis inferioribus dubium eſt, an eorum nar- 32
rativis credatur: & repetitis quæ dixi *in cap.* 7. *de
probat.* ubi de narrativa Epiſcopi, ſeu Nuncii nunc
dico quod verba oarrativa Notarii in inſtrumento
ſententiæ probant declarationem nominis procu-
ratoris, omiſſa relatione curſoris civitatis ad ſenten-
tiam, Bellamera *deciſ.* 539. Riccius *d. collect.* 1825.
in verſ. *ſed quæritur*, ubi & idem Bellamera *de-
ciſ.*579. notant quod verba ſemper debent intelli-
gi ſecondùm ſobjectam materiam; & idem Bella-
mera *deciſ.*734. Riccius *in fine dict. collect.* 1825.
addunt quod verba libelli pro libellante ſunt latè
interpretanda, & quod procedat libellus narrans
rem ad me pertinere, & licet in eo non fuerit ex-
preſſum verbum *pertinere.*
Item notant Doctores per gloſſam *reſervaſſe*,
ibi, *ſalva conſuetudine curæ* quod atteſtatio legati 33
de latere facit plenam fidem de conſuetudine: ſic
Barboſa *ibi num.*14. Gunditabus *in tract. de legato
in* 6. *quaſt.p.*1. *col.*4. Alex. *conſ.*106. *num.*23.*lib.*2.
Flamin.Pariſ. *d. lib.*8 *de reſignat. quaſt.* 11. *num.*31.
ubi id procedere ait in iis, quæ veniunt jure or-
dinario ex effectu legatioois: idem dixit etiam
Maſcardus *de probat. concluſ.* 269. *n.* 7.
Verba enunciativa quam fidem, ſeu præſump 34
tionem faciant, dixi latè *infra in cap. illud de præ-
ſumpt. tota quaſt.* 3.
Ad tertiam quæſtionis partem an ſola ſupplica- 35
tio probet titulum, & reſpondent Bellam. *in de-
ciſ.* 112. Verallus *in deciſ.* 301. *p.* 3. Riccius *collect.*
1391. quod ſola ſopplicatio probat titulum autho-
ris. † Et ſic Sayrus *in deciſ.* 1. *de fide inſtrument.* & 36
Rota *in deciſ.* 38. *de probat. in antiquis*, dixerunt
quod Bullæ beneficiorum probant collationem, ſe-
quitur Riccius *ſuprà*, qui cum Sayro *in conſ.* 2. *de
ſimonia.* † Dubitans an Secretarius Epiſcopi poſ- 37
ſit ſcutum unum accipere pro ſubſcriptione Bul-
larum, & earom regiſtratura, & aliud pro ſigillo,
reſpondet negativè, etſi fateatur, ut aliquid poſ-
ſit recipere pro ſcriptura ipſarum: & idem Sayrua
de ſimonia in deciſ. 23. & *ex extravag. Joan.* 22. *de
elect.* ait quod ubi viget conſuetudo, poſſunt be-
neficiati exigere fructus medii tempori; & idem
deciſ. 21. ut Epiſcopus non poſſit retinere fructus
primi anni alicujus benefici, ſeu ſibi illos attri-
buere pro datione poſſeſſionis ei, qui legitimè pro-
viſus eſt. † Et Verallus *in deciſ.* 74. & Riccius 38
cum eo, dicunt quod Bullæ ſunt ſuſpectæ da
falſo, quando nun reperiuntur io regiſtro Bul-
larum. † Etenim ſola ſupplicatio probat abſque 39
litteris, qoando non agitur de caoonicatione, &
quod ſufficiat ad effectum obtioendi abſoluto-
riam; licet ſecus ſit, ſi agatur ad effectum ad
judicationis, docent Alex. Ludoviſius cum mul-
tis *deciſ.* 540. *num.* 6. & *ibi* Beltram. cum aliis
num. 8. & 9.
Et quod ſupplicatio ſola probet abſque litteris, 40
quando non agitur de canonicatione dicunt etiam
Caſſadorus *deciſ.*8.*de reſtit.ſpol.*Mohedan. *deciſ.*2. *in
fine de privileg.* Simnen. *de infirm. reſign. quæſt.* 18.
*ſub num.*4.verſ. *nec obſtat* Alex. Ludoviſ. *deciſ.*540.
num. 6.

Digitized by Google

*num.*6. Gabriel. *conſ.*190. *num.*13. *lib* 1. Seraphin.
*deciſ.*538.*num.*4. *& deciſ.*775.*n.*4. Rota *deciſ.* 407.
n 2. *&* 5. *& deciſ.*530. Alex. Ludoviſ. *n* 8. ubi dicit
quod etiam ad effectum ſimplicis abſolutoriæ ſuffi-
cit ſola ſupplicatio abſque expeditione litterarum;
licet ſecus ſit ad effectum adjudicationis, Garcia
de beneficiis, quem ipſe ſequitur, & Flamin. *de re-
ſignation. lib.* 6. *quæſtion.* 5. *numer.* 66. *in fine*, *&*
num. 67.

41 Et his notandum eſt quod narrativa intruſionis
quæ non eſt expreſſa in ſupplicatione, ſed ſolum
exprimitur in litteris ad effectum evitandæ ſolu-
tionem annatæ, non eſt juſtificanda, Rota *in deciſ.*
531. *num.* 2. *p.* 1. *diverſ.* Oliverus Beltram. *ad de-
ciſ. Alex. Ludoviſ.* 577. *num.* 6. ubi refert ſic fuiſſe
dictum in Abulenſ. beneficior. 30. Octob. 1609.
coram Cardinali Sacrato, & alias ſæpe Gonzalez
ſuper regula 8. *Cancel. gloſſa* 15. §. 1. *num.* 70. & alii
plurimi cumulati per Garciam *de benef. p.* 5. *cap.* 3.
à num. 209.

42 Quod ſi illa eſſet narrata in ſupplicatione, eſſet
verificata, ſicut dicitur de narrativa, quæ nullo ti-
tulo ſuffragante quis poſſideat beneficium; quæ
ſi non eſt expreſſa in ſupplicatione, ſed tantùm in
litteris, non ſit juſtificanda refert Maſcard. *lib.* 2.
cap. 1. *num.*28. & pleoé fuiſſe dictum in Pampilo-
nenſ. beneficiorum 14. Januarii 1613. coram Car-
dinali Sacrato, & in Burgenſ. Canonicatus 9. Fe-
bruarii coram R. P. D. Obtembergo.

Ubi refert dictum quod hujuſmodi narrativa
43 de ſtylo apponitur in litteris ad effectum colorao-
di narrativam intruſionis: elia dicit. Videnda
idem Alex. Ludoviſ. *dict. deciſ.* 577. *num.*6. ubi addit
in fine quod ſi ſint poſita ſequentia verba, (*Licet
dictus Joannes beneficia prædicta poſt vacationem hu-
juſmodi, nullo modo ſaltem titulo canonico de ſuper-
ſuffragante, ſed temeritate propria, & de facto de-
tinuit, & detinet.*)

44 In ſupplicatione ad effectum regulæ de annali,
vel ad effectum ſciendi, an careat prorſus omni ti-
tulo, & non reſpectu poſſeſſionis, & intruſionis,
aliter (ut dictum eſt) ſit dicendum ut diſtinxit Ro-
ta in una Calagurit. beneficii de Ariola 26. Junii
1595. coram Bonæ memoriæ Gipſio.

Ut aſſertio inquam ſupplicationis ſit probanda
45 per aſſerentem, dixit Riccius *collect.*1582. *ad textum*
46 *in l. cum ff. de negotiis geſtis*, † cujus occaſione
quærens quid interſit inter verbum *ut aſſeris*, &
ut aſſeritur adductum in ſupplicationibus refert
ex Rota *in deciſ.* 59. *hoc tit. in antiquis*, quod
verba *ut aſſeritur* in gratia circa expreſſionem va-
loris poſita ſunt generalia, & impersonalia; ideo-
que non adſtringere partes, nec videri prolata per
impetrantem, ſecus in verbis *ut aſſeris*, quæ ad
partem referuntur; & propterea in hoc ſecundo
caſu dixerunt Rota *in deciſ.* 20. *de præbendis in
novis*, Bellamera *in deciſ.* 303. Balb. *in deciſ.* 97.
ut præfata narrativa, ſeu aſſertiva ſit approbanda
per eundem.

47 Unde pulchre Rota *in deciſ.* 77. *hoc tit. in anti-
quis*, dixit verbum *ut aſſeris* parti referri; non item
verba *ut aſſeritur*: & ſic infert Riccius *dict. collect.*
1582. ad *aliam Rota* 60. *hoc tit.* quod ubicunque
præfata verba referuntur parti, tunc ejuſdem
partis, ſit onus talia probare, ſubinferens inde
ad aliam deciſionem omni mente tenendam Cæſa-
ris de Graſſis 2. *de probat.* quanta penſi ex dictis
ducatis 150. ſit reſervata ſuper fructibus Theſau-
rariæ incumbat probatio ſupplicanti per verba re-
lata.

Inferens etiam Riccius, quod ſupplicatio ſigna- 48
ta à Papa per verba *ut aſſeris*, ſit ſubreptitia, ſe-
cus per verba *ut aſſeritur*. † Inde etiam incumbet 49
probatio impetranti quando impetrationi benefi-
cii, dicitur tale beneficium quod *ut aſſeris* jure pa-
tronatus exiſtit; ſecus ſi diceretur quod beneficium
ut aſſeritur de jure patronatus laicorum.

Ad quartam quæſtionis partem an, & quomodo 50
valor in materia beneficiorum probetur lectis quæ
breviter dixi *infra in cap. cauſa* 42. *de te, ib. quæſt.*
1. *num. fin.* & ut ibi dixi cum Nicol Garcia de
benef. dict. p. 6. *cap.* 2. *à num.* 165. plures referens
deciſiones, ubi narratur in reſcripto beneficiorum
valor diſtinctè, & ſeparatim, debet ita probari,
non in confuſo, ſeu omnium ſimul, ut etiam pro-
ſequitur Riccius *d. collect.* 1688. *in fine cod. de diver-
ſis reſcript.* ſi v. g. exemplices narratur quod unum
non excedit centum, & aliud 24. ſic ut nec ſufficiat
probare in confuſo, quod ambo non excedant 124.
eſſe tamen neceſſarium probationem diſtinctam,
juxta narrata ſcilicet quod unum non excedat
centum, & aliud 24. ut fuit dictum in Rota in una
Oppiden penſionis 3. Junii 1585. & in aliis caſibus
deciſum, ut referunt idem Doctores.

Et licet valor beneficiorum ſit difficilis probatio- 51
nis prout quando agitur de probanda quantitate
fructuum, & valoris, Baldus *conſ.* 325. *num.* 5.
lib. 2. Natta *conſ.* 336. *num.* 5. *lib.* 4. ut fuit dictum
in auxiliana honorum 7. Junii 1591. coram Illu-
ſtriſſimo Cardinali Seraphino, ut refert Alex. Lu-
doviſius *deciſ.* 245. *num.* 5. *ibi* Beltram. *num.* 11. † 52
Ubi addit ut licet regulariter valor ſufficienter ut
tradit probetur per publicam vocem, & famam
ſed non procedere, quando agitur ad effectum ju-
ſtificationis clauſulæ, *dummodo centum. ſeu mille
remaneant titulari*: alia repetunt *in deciſ.* 277. *n.* 6.
ubi & *num.* 9. addit Beltram. cum Rota *deciſ.* 380.
& 381. *num.* 2. *&* 3. *p.* 1. *diverſ.* † *& deciſ.* 444. *n.* 1. 53
p. 2. *in recent.* ut ad probandum valorem beneficii
in conditione poſitum, & qui eſt probandus per
aſſenſum Rota requirit plenam, & concludentem
probationem, qui omnes diverſis in deciſionibus
alia probant circa teſtes de valore deponentes, &
tu accipies modo ſequenti.

Etenim in impetratione beneficiorum à ſede 54
Apoſtolica neceſſaria eſt expreſſio valoris, alias
gratia eſt nulla: ſic probat Riccius *collect.* 1075.
ſuper regula Cancel. de exprimendo valore, ubi
ampliat cum Capellana Tholoſana *in deciſ.* 455. ut
procedat, nedum in impetrandis, verum, & in
obtentis. † Item ut hujuſmodi valor expreſſus, 55
poſſit probari juramento ejuſdem exprimentis, ut
tenet Bellamera *in deciſ.* 683. quam notat Riccius
ad celebrem gloſſ. *cap. ſignificatio & l.* 2. *de homici-
dio*, † idemque procedere in impetratione benefi- 56
ciorum in forma pauperum; quia adhuc eſt neceſ-
ſaria valoris expreſſio, ut decidit Rota recte Creſ-
cent. *in deciſ.* 8. *de reſcript.* & idem Creſcent. in
deciſ. 10. *hoc tit.* † addit ut procedat etiam in provi- 57
ſione facta à Legato ſedis Apoſtolicæ, † qui *in de-* 58
ciſione 8. eod. m ait ex eadem Rota ut non poſſint
aliæ litteræ expediti, ſi in primis litteris valor ſit
male expreſſus, quod limitat idem Creſcent. *in de-
ciſ.* 7. quando in prima impetratione adeſſet clau-
ſula *cum poteſtate augendi, vel diminuendi uſque
ad verum valorem, regula non obſtante*, Imo &
Creſcent. idem *dict. hoc tit. deciſ.* 18. † & Riccius 59
cum eo *dict. deciſ.* 1075. *in fine*, *ampliat.* 6. dicens
ut proviſio nulla ob falſum valorem, non ſuppleat
defectum publicationis.

60 Unde ut verus valor expreſſus dicatur debent
deduci primo omnes expenſæ; quia fructus bene-
ficiorum intelliguntur quo ad eorum valorem de-
ductis expenſis: ſic refert deciſum Monald. *in conſ.*
*deciſ.*97. quam notat Riccius *collect.*966. *ſuper dict.*
regul. de exprimendo valore ad textum in l. fructus
61 *ff. ſoluto matr.* † Secundo ut debeant deduci one-
ra perpetua impoſita ſuper fructibus ejuſdem be-
neficii, ſic à Rota deciſum refert Verallus *in de-*
62 *ciſ.* 338. *p.* 3. † Tertio quod debeant deduci
onera impoſita pro ſuſtentatione, unius Clerici
deſervientis curæ Parochiali, ut pulcher decidit
Caſſador. *in deciſ.* 19. *de præbendis*, & *dignit.*
63 † Quare bene Alex. Ludoviſ. *in deciſ.* 357. *num.*
4. dixit quod ut valor probetur per teſtes, debent
64 deponere deductis oneribus. † Non enim fructus
dicuntur, niſi deductis oneribus, idem Alex. Lu-
doviſ. *deciſ.* 273. *num.* 3. *adnotata in l. fundo ff. de*
rei vindicat, latiſſimé Tyraquell. *de retractu lina-*
gier. §.14. *vel* 74. *gloſſa* 1. *à num.* 1. & declarat *ibi*
Beltram. *num.* 11. ex Rota *dec.*444. *p.*2. *n.*5. *recent.*
ut ſolum procedat in oneribus, & expenſis neceſ-
ſariis pro recollectione fructuum, non autem quo
ad alia onera extrinſeca beneficii. Et de regula
quod fructus dicuntur, qui ſuperſunt, deductis ex-
penſis, dixi *in cap.*11.*de reſtit. ſpol.* & *in cap. finem*
litibus de dolo, & *contumacia*, Riccius *in collect.*
1331. *ſuper dict. l. fructus ff. ſoluto matrimonio* ad-
65 ducens plures deciſiones, † addens *deciſione* 411.
ut alias teſtes illum non probent *ibi n.* 3. & *num.*
4. quod valor non probatur ex arrendamentis, &
deciſion. 147. quod non probetur ex locationibus
ibi num. 2. & *in deciſion.* 540. *num.* 1. quod nec
probetur ex impoſitione penſionis; quia penſio
poteſt etiam reſervari ſuper diſtributionibus quo-
tidianis, & *ibi deciſ.* 13. *num.* 4. quod nec probe-
tur verus valor ex taxa librorum Cameræ, & *de-*
ciſ. 419. *num.* 1. ponens plura, ex quibus non eſt
Juſtificatus verus valor, ponit id præſertim; quia
non eſt juſtificatus juxta tempora datæ impetra-
tionis, & *ibi dict. deciſ.* 13. *num.* 1. ut probari de-
beat tempore impetrationis.

66 Jam ergo pro complemento notandum eſt quod
ad validitatem expreſſionis veri valoris, ſunt ad-
vertenda aliqua neceſſaria. Primom quod valor
probandos eſt de tempore proviſionis, ſic ut nec
ſufficiat probare de tempore antiquo, Caputaq. *in*
deciſ. 330. *part.* 3. Riccios *dicta collect.*966. in verſ.
nota.

67 Et facit deciſio Alex. Ludouis *deciſ.* 357. *n.* 4.
quod ut valor per teſtes probetur, debent percu-
68 tere tempus gratiæ † Secundum, ut debeat pro-
bari per eum, qui agit, idem Caputaq. *deciſ.* 132.
& facit regula juris, ut actore non probante, reus
abſolvitur, de qua latiſſimè dixi *in cap. fin. de*
69 *jurejur.* † Et idem Caputaq. *deciſ.* 131. *lib.* 3. ait
quod valor ſemel expreſſus, iterum exprimi non
70 debet. † Et addit Riccius relatus eum Verello *in*
deciſ.. 332. *part.* 3. quod quando valor non eſt ſuf-
ficienter expreſſus in prima inſtantia, poteſt in ſe-
cunda probari.

71 Et ſic licet taxa non excuſet à mala expreſſione
valoris, quando non fuit narratus ſecundum com-
munem æſtimationem, ut dicit idem Alex. Lu-
douis; *deciſ.* 490. *num.* 5. Rota *deciſ.* 42. *hoc tit. in*
antiquis, Caſſador. *deciſ.* 19. *in fine ſuper regula.*
72 † Tamen poterit probari, ſeu excuſari ſecundùm
Rotam; primo per ſimilem expreſſionem præde-
ceſſorum, ſecundo per arrendamenta, tertio per
publicam vocem, & famam: ſic Oliver Beltram
*in dict. deciſ. Alex.*490. *num.* 12. cum Sarneb. Rota
deciſ. 116. *num.* 3. *part.* 2. *diverſ.* † *Et deciſ.* 185 73
*num.*2. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.* & Rota penes Veral-
lum *deciſ.* 78. *num.* 1. *part.* 2. & *deciſ.* 49. *part.* 3.
dixit ſufficere tria arrendamenta prædeceſſorum
cum teſtibus de publica voce, & fama. † Et idem 74
Alex. *deciſ.*471. *num.* 10. & *deciſ.*35. *num.* 1. dixit
ut valor juſtificatur ex ſemiplena probatione. † Et 75
*ibi num.*2. & *dicta deciſ.* 471. *num.* 9. & *deciſ.* 84.
num. 37. † Dixit ut etiam juſtificetur ex publica 76
voce, & fama, & *deciſ.* 143. *num.* 2. addit ut pro
juſtificatione valoris, ſufficiat unicus teſtis, junctis
adminiculis.

Quare & ſi probationes debeant eſſe in ſuo ge- 77
nere perfectæ, & concludentes, ut dixit idem
Alex. Ludouis *dict. deciſ.* 13. *num.*6. ut fuit dictum
in una abulen benef. 30. Octob. coram Blanqueto
1595. † Tamen ait *ibi* cum Ægidio *deciſ.* 764. 78
Caputaq. *deciſ.* 277. *num.* 7. *part.* 1. ut ad valorem
beneficiorum obtentorum ſufficiat levior proba-
tio, quæ revera facta in ſuo genere dicitur plena;
itaque Alex. *deciſ.* 89. *n.*6. probans quod valor ob-
tentorum probatur ex quali quali probatione cum
Ægidio *dec.* 674. & 680. Cotta *deciſ.* 180. Puteo
deciſ. 29. *lib.*1. addit *ibi* ad Alex. Oliver Beltramin
*num.*8. & 9. † quod licet ad juſtificationem obten- 79
torum, ſufficiat qualis qualis probatio, debeat
nihilominus eſſe perfecta in ſuo genera, ut fuit di-
ctum in Gerunden. beneficii 18. Martii 1655. co-
ram Bonæ Memoriæ Andrea addens ex Rota pe-
nes Seraphinum *deciſ.* 102. *num.* 1. ideo non ſuf-
ficere locationes, & arrendamenta. † Sed Alex. 80
dec. 84. *num.* 4. & *ibi* Beltram *num.* 9. dicunt quod
obtentorum dimittendorum valor non eſt juſtifi-
candus, Seraph. *deciſ.* 1470. *num.* 2. & *dec.* 1393.
num. 2. ampliantes cum Rota *deciſ.* 20. *de præb. in-*
novis, ut nec etiam ſit neceſſe exprimere valorem
obtentorum; imo nec ipſa obtenta, quando im-
petrans eſt paratus illa dimittere, etiam ſi illa non
ſint incompatibilia, Marcheſan. *de commiſ. tom.* 1.
fol. 347. qui refert ſic fuiſſe dictum in legionem
Canonic. coram R. P. D. Conino Decano.

Per teſtes inquam plene valor beneficiorum 81
probatur, ut dixit Alex. *ſupra dicta deciſ.* 89. &
docent communiter omnes. † Et Bellarminus ad 82
illum *deciſ.* 277. *num.* 9. dicit quod in conditione
poſitus valor requirit plenam probationem addens
ut tunc probetur ex probationibus imperfectis ad-
miniculatis ex conjecturis, & idem *dict. deciſ.*
13. *num.* 5. & *deciſ.* 147. *num.* 1. & *deciſ.* 153.
num. 4. Ubi Beltram. *ſub n.* 16. † & *deciſ.* 3992. 83
dicit quod narratus per non excuſſum, non juſti-
ficetur per probationem de aſſenſu, ex quibus ad
alia, quæ ſeſe offerant poterit ſatisfieri: alia in-
quam de valore beneficii jam obtenti mentio-
nando dico *infra in cap. ad aures* 8. *quæſt.* 1. verſ.
ad tertiam.

Ad Ultimam quæſtionis partem quomodo va- 84
lor beneficiorum probetur, ſcio apud interpretes
eſſe quæſtionem difficilem; nam prima eorum opi-
nio eſt ut valor probetur per quinque annos ante,
& poſt, tenuit Rota, teſte Seraphino *in deciſ.* 1180.
Rota diverſor. *in deciſ.* 65. *n.* 23. *p.*2. facit Afflictis,
*in deciſ.*316. & ſic fuit reſolutum in una Tiburti-
na Caſtri Aſculani 26. Junii 1598. coram Penia,
quod valor rei immobilis æſtimatur habita ratione
fructuum aliquot annorum præcedentium, & ſe-
quentium tempore contractus, & refert Riccius
collect. 1669. *in l. ad probandum cod. de reſcind. ven-*
ditione, hoc tempus eſſe arbitrarium.

Secunda

85 Secunda verò opinio eſt laicorum dicentium valorem attendendum eſſe ad probandum per decem annos ante gratiam, ut tenet Rota *diverſ. in deciſ.* 497. *lib* 3. *& in deciſ.* 227. *eodem lib.* Cardin. Puteus *in deciſ.* 275. *lib.* 3. Guido Bon. *in deciſ.* 25. *in manu ſcriptis*; ad quod ut dicit Riccius *ſuprà* expenditur *deciſ. ejuſdem* 143. Cotta *in deciſ.* 257. Cæſar de Graſſis *in deciſ.* 118.

86 Ego autem in praxi video valorem in beneficiis Præbendis, & in Capellaniis, ac redditibus aliis Eccleſiaſticis computari à quinque ſingulis annis retroactis, uſque ad annum incluſive, quando movetur quæſtio. Et juxta dictam primam ſententiam, quam amplector, ſolum ea limitatio decennii poteſt admitti, ſecundùm eundem Graſ. *in deciſ.* 188. videlicet quando non datur quinquennium poſt vacationem beneficii, ſed in continenti movetur lis; quia tunc ſufficiunt decem anni: ſic prædict. Archil. de Graſ.

Quæstio II.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare quoties facultas non admittitur. Et an Epiſcopi poſſint diſpenſare in lege Pontificia apponendo pœnam pecuniariam. Et an diſpenſatio à Pontifice conceſſa, & aſſignata, valeat in foro conſcientiæ?

Summarium.

1 *Diſpenſationum omnium conceſſarum, aut concedendarum à Papa, vel Regibus hic in tit. noſtro congruè, & plenè tractari poterat, & quare*, n. 2.

2 *Reſcripta ſunt quædam conſtitutiones ſpeciales.*

3 *Diſpenſare nequit Epiſcopus in Lege Pontificia contra Baſilium, quare* n. 4. *ſed poterit abſolvere, ut* n. 5.

4 *Diſpenſare nequit inferior in lege Superioris.*

6 *Commutandi facultas non cenſetur à Papa conceſſa; ex quo eſt data diſpenſandi inferiori.*

7 *Commutare extra voti materiam plus eſt, quam diſpenſandi.*

8 *Diſpenſando Epiſcopi in Lege Pontificia, qualiter queunt imponere onus mulctæ*, n. 9. 10. 11. & 12. *ubi cum diſtinctione inter leges pœnales, & non pœnales.*

13 *Mulctæ diſpenſationum, ſeu commutationum, debent applicari piis operibus, etiam factæ à Capitulo ſede vacante*, num. 14. 15. & 16.

14 *Emolumentorum nomine intelliguntur pœnæ impoſitæ in obedientibus ratione contumaciæ; & quod percipitur ratione decreti.*

15 *Compoſitiones ſolent fieri à Capitulo in delictis compoſitione dignis.*

16 *Diſpenſatio à Pontifice conceſſa ſignata, valet in foro conſcientiæ, non æquè in foro externo*, n. 17. & 18.

17 *Supplicatio ſignata perficit gratiam; etſi in foro externo uſus ejus non permittatur*, n. 18. & 19.

18 *Litterarum expeditio ſolum continet earum authenticationem.*

19 *Regul. Cancel.* 50. *Greg.* XIII.

20 *Clauſulæ conſuetæ apponi in litteris, non pertinent ad conceſſionem gratiæ, cum tantum ſpectent ad ſtylum Curiæ.*

1 Occaſione noſtri tituli, & Rubricæ agunt communiter *hic*, aut diſperſim Doctores de diſpenſationibus in genere, tam Pontificiis, quam Epiſcopalibus plures caſus cumulando, ut noviſſimè tractant poſt Sanchez *de matrim. toto lib.* 8. latiſſimè ſcribentem Diana *part.* 7. *tract.* 2. ubi de poteſtate Epiſcoporum, quoad diſpenſandum, & abſolvendum vigore Trident. Concil. *cap.* 6. *ſeſſione* 24. *de reform. per* 37. *reſolutiones*, de quo nonnulla dixi *ſub cap.* 4. *de jud. circa finem*, & idem Diana *p.* 8. *toto tract.* 3. *per* 111. *reſolutiones*, ubi plene de diſpenſatione in genere, & ad plures caſus de diſpenſatione Pontificia *ibi dict. p.* 8. *tract.* 1. *in materia Sacramentorum*, noviſſimè D. D. Petrus de Tapia *p.* 1. *ſummæ*, *lib.* 5. ubi de diſpenſationibus, omnes hi alios plures referentes; ideò ego tantundem duxi de præfatis tribus dubiis inquirere; eo quod ſub Rubio alia nonnulla tractentur; etſi non pleniſſimè quemadmodum præcitati; & alii ex propoſito agentes de diſpenſatione contentus hac aſſignatione, quod hic ſit locus aſſignatus in jure, ut abundantiſſimè recolligerentur caſus, qui per diſpenſationem Pontificiam, aut Epiſcopalem ſolent terminari, ut in materia Sacramentorum, cenſurarum, voti, & juramenti, ac inhabilitatum perſonarum ad officia, & beneficia diſperſim variis in locis decretalium Gregor. IX. quarum explanationem aggreſſi ſumus. Etſi replices non congrue poni, eo quod tam antiqui, quam moderni aliter amplectantur reſcriptorum materiam juxta quæ ſcribunt de hac materia agentes hic ubi quotuplicia ſint reſcripta, veluti gratiæ, & juſtitiæ quiſnam ea impetret, contra quem, & ſuper quibus cauſis, ac de aliis, nec ullum verbum de diſpenſationibus habeatur.
2 † Tamen quia reſcripta ſunt quædam conſtitutiones ſpeciales, ut tradunt hic Valenſis, Joan. Bap. Banaſel. Cartujena, & alii, & per hoc dicant continuationem ad titulum *ſuprà* de conſtitutionibus, & legibus, & de his ſcribentes inſimul ſcribant de diſpenſationibus; ideò non incongruè de earum materia poſſet hic latè innecti, cum in diſpenſationibus expediendis revera contingant eadem obreptionis, ſubreptionis, falſitatis; & aliorum, quæ ſolent in reſcriptis contingere: de diſpenſationibus agunt omnes, qui ſcripſerunt de materia de legibus, quibus addo Bonacinam *tom.* 2. *diſp.* 1. *q.* 2. *per tot.* Sanchez *in conſil. lib.* 5. *c.* 1. *dubio* 5. Caſtro Palao *tom.* 1. *tractat.* 3. *diſput.* 6. *per tot.*

3 Ad primam igitur quæſtionis partem, ſuppoſitis quæ dixi *infra in cap.* 4. *de judic. quæſt. penultima & fin.* ubi an Epiſcopus diſpenſet in caſu magnæ neceſſitatis, tunc breviter reſpondeo contra Baſilium Pontium *lib.* 5. *de matrimon. cap.* 8. *num.* 11. dicentem, ut poſſit diſpenſare Ordinarius in lege lata à Concilio univerſali, vel à Superiore, etiam extra caſum neceſſitatis, interim dum facultas ei non adimitur; quia ſi ita contingeret, eſſet, Epiſ-

copo facultas ampla ſubvertendi Superiorum le-
ges, ſic ut etiam ſi facilis eſſet aditus ad Pontifi-
cem poſſet quilibet Ordinarius Epiſcopus ex juſta
cauſa, & de ordinario jure ſuper leges Concilii
generalis diſpenſaret, quod admittendum eſſe non
4 videtur, † quia eo ipſo quod lex editur à Pontifice,
vel Concilio, nec conceditur diſpenſatio, nequit
Epiſcopus diſpenſare; ſic ut cenſeatur reſervata
diſpenſatio Superiori propter illud principium ge-
nerale, quod inferior nequit in lege Superioris
diſpenſare, ut docent Sanchez *de matr. tom.* 2.
lib. 7. *diſp.* 7. *num.* 6. & *tom.* 1. *lib.* 2. *diſp.* 40.
num. 1. Gutierrez *in Canonicis lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10.
Gratianus *diſcept. forenſ. cap.* 379. *num.* 33. Molinus
de ritu nuptiar. lib. 2. *differt.* 21. *num.* 145. Reginald.
in praxi tom. 3. *lib.* 31. *cap.* 27. *num.* 102. Barboſa *de
poteſtate Epiſcopi cap.* 57. *num.* 1. Gaſpar. Hurtad. *de
matrimonio diſputatione* 26. *dif.* 2. Alterius *de cenſu-
ris tom.* 2. *diſputation.* 8. *cap.* 3. verſ. *ſed controver-
ſia.*
5 Unum tamen notant Miranda *in manuali Præ-
lator. tom.* 2. *quæſt.* 30. *art.* 10. *concluſ.* 2. Sanchez *de
matrimon. tom.* 1. *lib.* 1. *diſp.* 61. *num.* 3. Suarez *de
legibus lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 3. Diana, & Gutierrez
ſupra Saytus *de cenſuris lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 2. Henri-
quez *lib.* 10. *cap.* 35. *num.* 2. *in gloſſa litt. D*, & alii
communiter ut ſtando in noſtra ſententia negati-
va, quando Concilium, ſeu Summus Pontifex
cenſuræ abſolutionem non reſervet, videatur
conceſſiſſe Epiſcopi poteſtatem ab illa abſolvendi
quod non implicat negativæ ſententiæ relatæ,
cum aliud ſit diſpenſare, aliud inquam abſolvere:
& ut relata uberius confirmes leges quæ *infra* la-
tiſſime ſcripſi *in cap. cum veniſſent* 12. *de judiciis*
ubi quis poſſit cognoſcere de dubiis privilegio-
rum: aliqua dico *infra in cap. ſi quando hoc ti-
tulo.*
6 Ad ſecundam quæſtionis partem an Epiſcopi
poſſint diſpenſare in lege Pontificia apponendo
pœnam pecuniariam; cumque difficultas hæc
poſſit conſequens conſiderari ad præcedentes, vi-
detur, pro negativa ſententia reſpondendum quia
ex quo Pontifex ſolum concedit inferiori faculta-
tem diſpenſandi in lege ſua ex juſta cauſa, non
inde procedere, ut ei concedat facultatem com-
mutandi legis obligationem in aliam materiam,
alias ſine juſta cauſa poſſet eam legis obligatio-
nem in aliam materiam commutare, ſicut poteſt
Epiſcopus abſque alia cauſa obligationem voti in
aliam commutare: ita docent Thomas Sanchez
lib 8. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 2. latè comprobans,
& cum multis Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp* 6.
puncto 9. *num.* 4. Bonacina *de legib. diſp.* 1. *quæſt.* 2.
punct. 3. *num.* 23. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 10. *p.* 1. *c.* 5.
7 *n.* 180. Diana *p.* 10. *reſ.* 8. & 9. † Plus eſt enim com-
mutare extra voti materiam, quam diſpenſare;
ergo cum ſolum permittatur diſpenſatio, & Trid.
in cap. 18. *ſeſſ.* 25. præcipiat diſpenſationem gratis
eſſe faciendam, & *in ſeſſ.* 21. *cap.* 1. *de reform.*
jubeat dimiſſorias gratis dari, ſequitur dicen-
dum, ut nequeat Epiſcopus pecuniariam pœ-
nam imponere, cum diſpenſat in lege Pontifi-
cia.
8 Nec obſtant Innocentius *in cap.* 1. *obſervat.
jejunii, num.* 2. *ibi* Henricus *num.* 2. Joannes Andreas
num. 2. Cardin. *num* 3. Antonin. *num.* 5. Cajetanus
1. 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *art* 4. *ad finem*, ubi Angel.
num. 10. Sylveſter *quæſt.* 7. *dicto* 2. *num.* 19. Armilla
num. 6. Tabiena *quæſt.* 14. *num.* 15. Suarez *lib* 6. *de
legibus cap.* 16. *num.* 14. Azor. *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 5.
Navarr. *in ſumma cap.* 21. *num.* 22. dicentes, ut li-
ceat Epiſcopis diſpenſando in lege Pontificis im-
ponere onus mulctæ pecuniariæ. † Sed quia Sua- 9
rez *num.* 9. id intelligit tantum in legibus, per quas
ſubditi obligantur ad aliqua onera, à quibus per
diſpenſationem eximuntur, ut lex jejunii, abſti-
nendi ab operibus ſervilibus in die feſto, & in ſi-
milibus. † Secus in legibus illis, quæ non impo- 10
nuntur per ſe ad imponenda onera ſubditis, ſed
propter alios juſtos fines pertinentes ad commu-
ne bonum propter ſervandum debitum ordinem
vel vitanda aliqua incommoda; quemadmodum
talis eſt lex Tridentini, quæ præcipit fieri denun-
ciationes publicè ante matrimonium; quia cum
iſte actus non poſtuletur propter ſe, ſed propter
vitanda pericula, ſubſitque juſta inde cauſa ad diſ-
penſandum, erit impertinens commutatio per impo-
ſitionem eleemoſynæ, cum in hoc nihil deſerviat
ad finem talis legis, † ideo ego abſolutè primam 11
negativam amplectendam, quam etiam tuetur Jo-
annes Sanchez *in ſelectis diſp.* 54. *num.* 40. Se-
cundam inquam libenter amplecterem quoties fie-
ret diſpenſatio ab Epiſcopo in aliqua lege Ponti-
ficia pœnali, veluti ſi diſpenſaret in irregularita-
te orta ex delicto: nam tunc poſſet pœnam pe-
cuniariam imponere non per viam commutationis
partialis, ſed in pœnam delicti; quare bene Dia-
na *dicta reſ.* 9. in verſ. *limitatur* addit ut quando, † 12
delictum præberet juſtam diſpenſandi cauſam ut
concubinatus, aut Virginis deſloratio, tunc poſſet
Ordinarius, non ob diſpenſationem, ſed in pœ-
nitentiam delicti, aliquam mulctam pecuniariam
imponere, ſicut quando aliquis petit diſpenſatio-
nem delicti: poſſit inquam in delicto aliquid im-
poni, & hoc modo excuſabuntur, ſecundùm
Sanchez, & Caſtr. Pal. jam relatos pro noſtra ſen-
tentia, Epiſcopi qui diſpenſantes in aliqua lege
Pontificis in caſu eis permiſſo imponunt aliquam
mulctam pecuniariam per modum cujuſdam com-
mutationis, cum innitantur opinione probabili,
& videatur illis permitti ex tacita Papæ commiſ-
ſione. Nec implicant quæ dixi *in cap.* 8. *licet* 3. *de
feriis ſub quæſt.* 4. ubi egi de quæſtione an dum
Epiſcopus diſpenſat ad laborandum in diebus fe-
ſtis queat imponere aliquam mulctam.
Unum tamen notabis prædictas mulctas, ſive 13
à Capitulo ſede vacante ita impoſitas pro diſpen-
ſationibus, ſeu commutationibus eſſe applicandas
piis operibus, vel pro eleemoſynis diſtribuendis:
ita Diana *dict. reſ. in fine*, & de Capitulo ſede va-
cante, & ejus Vicario Paul. Squillante *de obliga-
tionibus, & privilegiis Epiſcoporum p.* 1. *cap.* 28.
num. 9. cum Proſpero de Auguſta, Genuenſ. &
Merola qui fatentur ut ſtatim queat fieri applica-
tio prædicta à Vicario Capituli, juxta diſpenſa-
tionem Trid. Concil. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de reformat.*
& idem Squillante *num.* 12. † addit nomine emo- 14
lumentorum intelligi etiam pœnas impoſitas in
obedientibus ratione contumaciæ; & id etiam
quod percipitur ratione decreti quod interponitur
& ſic Merola *tom.* 3. *diſp.* 7. *dubio* 1. *num.* 21. aſſerit
applicanda eſſe locis piis juxta diſpoſitionem
Concilii Trid. emolumenta, quæ proveniunt ex
pœnis pecuniariis tempore quo vacat ſedes Epiſco-
palis: & prædictam ſententiam amplectuntur
etiam Diana *dict. p.* 12. *tract.* 8. *reſol.* 10. Riccius *to-
mo* 2 *deciſ.* 289. *per totam*, Genuenſ. *in praxi Ar-
chiep. c.* 69. *n.* 4. Proſper. de Auguſtino *in addit. ad*

Quarantam

Quarantam, verb. *capitulum verſ. prædicta reſtringo*, & affirmans Squillante *ſupra dict. num.* 9. *cap* 18. ſic pluries fuiſſe obſervatum in curia Ar-
15 chiep. Neapoli. † addit quod ſic *ibi*, eſt inveterata conſuetudo pro criminibus dignis compoſitione compoſitiones facere, cum Epiſcopi Juriſdictio ſede vacante ad Capitulum devolvatur, *c. unico*, *& ibi gloſſa de majorit. & obedient.* itaque ſicut licet Epiſcopis compoſitiones facere; ita nec etiam id denegetur Capitulo ſede vacante: nam quouſque durat ſedens, vacans repræſentat Epiſcopum, & agit quæ Epiſcopus facere poterat, ut latè, *infra ſub lib.* 3. dico in ſuis titulis.

16 Ad tertiam quæſtionis partem an diſpenſatio à Pontifice conceſſa, & ſignata valeat in foro conſcientiæ: & licet pro parte negativa poſſent adduci quæ ſignanter noto, *in cap.* 6. 9. *&* 15. *de electione per extravagans injuncta de elect. & in cap. avaritia eodem lib.* ubi patet nullo modo Epiſcopis concedi adminiſtrationem, ſuorum Epiſcopatuum, etiam litteris expeditis dum præſentatæ non fuerint Eccleſiarum capitulis; & quia in foro exteriori aliter Bullæ poſt gratiam conceſſam, &
17 ſignetam non valent. † Verum adhuc aliter exiſtimo dicendum eſſe in foro conſcientiæ; quia ad perfectionem gratiæ ſufficit quod ſignetur ſupplicatio, cum gratia non habeat aliam cauſam efficientem, niſi Pontificis voluntatem, ſeu Principis; quâ poſita, ſeu manifeſtata per ſcripturam, qualis eſt ſignatæ ſupplicationis habetur completa ipſa gratia: nam poſitâ completâ, & perfectâ causâ habetur completus, & perfectus effectus.

18 Et confirmatur quia expeditio litterarum non continet aliquod gratiæ complementum, ſed tantùm authenticationem in foro fori quæ inſeruit,
19 authoritativè conſtat de conceſſione. † Nec obſtat regula Cancel. 50. Gregorii XIII. (quæ hodie eſt 52.) in qua dicitur, quod nulla diſpenſatio; licet aliàs viva voce ſummi Pontificis conceſſe, vel jam per manum ejusdem ſummi Pontificis ſignata cuiquam in Judicio, vel extra judicium ſuffragetur, antequam ſuper ea litteræ Apoſtolicæ ſint expeditæ, ſeu confectæ; quia reſpondetur verba illa extra judicium non extendi ad forum conſcientiæ, ſed tantum ſortiri effectum in foro externo; etiam extra judicium, veluti ſi extra Judicium contentioſum, in quo nullo modo valere queat ea gratia, ad alios nempe effectus vellet impetrans ratione hujuſmodi diſpenſationis litteris nondum expedis admitti ad aliqua officia, ſive ad alios actus in judicio, vel extra, quorum ſecluſa diſpenſatione eſt incapax: ita expendunt, & abundantius Sanchez *de matrim.* cum multis, *lib.*8. *diſp.*29. *num.* 12. agens de intellectu dictæ regulæ Diena *part.* 10. *tract.* 16. *reſ.* 53. alia in confirmationem adducens ex doctrina Molinæ *de juſtitia tract.*2. *diſp.* 81. Baſilio Pontio *de matr. lib.*5. *c.* 5.
20 *n.* 14. † Et iterum confirmatur quia clauſulæ conſuetæ apponi in litteris, non pertinent ad conceſſionem gratiæ, quaſi ſine illis non habeatur conceſſio, ſed ſicut formulæ uſitatæ litterarum; ſunt enim formulæ explicationis, conceſſionis, non autem conceſſionis forma: ita docent Cardinalis Lugus *de juſtitia tom.* 2. *diſp.* 22. *num.* 163. Boſſius *in mor. tom.*3. *tit.*14. § 2. *num.*164. Paſqualigus *in deciſionibus variis deciſ.* 141. dicentes, ut ſupponant conceſſionem factam juxta formam ſupplicationis petitoriæ; quia ſignatio ſupplicationis facit: quod intelligatur conceſſum quid quid in ipſa petitum fuit, pertineantque tantum ad ſtylum Curiæ, quo conceſſio facta expediri, & explicari ſolet.

AD TEXTUM
IN CAPITE I.
DE RESCRIPTIS.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Appellationis reſcriptum quare concedatur, cum liberum ſit cuique appellare.*
2 *Clauſula* appellatione remota, *affectus remiſſivè.*
3 *Speciale mandatum derogat generali remiſſivè.*
4 *Proteſtationis materia inſinuatur.*
5 *Romana Eccleſia omnium mater remiſſivè.*

DE materia hujus textus repetentes Ordinarii latè agunt in ſchola Salmantina pro aſſignatione Veſpertinæ Cathedræ Juris Canonici, & multi adducti à Barboſa *hic*, præter quos Zenedus *collect.* 128. ad decretales, expendit textum Azor. *lib.*5. *mor. cap.*24. ſeptem intellectus aſſignat Sahagun. *hic à num.* 24. idem Barboſe *hic p.* 6. *à num.* 5. dum expendentes verba textu noſtri ibi: *Et litteris Apoſtolicis altera pars munita, quibus ei generaliter eſt indultum, ut libere ſibi liceat appellare*, & difficultatem proponentes; eo quod litteræ illæ fruſtra ſint indultæ, cum liberum ſit cuique appellare, dum offenditur, & opprimitur, juxta quæ longiſſimè dico *in Rubrica, & toto tit. de appellat.* itidem reſpondent, rejectis aliis intelligendi modis, generale reſcriptum liberè appellandi, de quo hic prius emanaſſe, & per illud parti impetranti duntaxat indulgeri jus appellandi in caſibus à jure permiſſis, & non fruſtra; quia illa pars timebat futura judicis gravamina, à quo plures moleſtias reportaverat; & ob id, ut ſe ab eminentibus periculis defenderet, & adversùs judicem ſe muniret, prædictum reſcriptum impetraverit, ut ſic clare conſtitutus ſub Apoſtolica protectione, judex ab illis moleſtiis ſe abſtineret, nec auderet appellationi ſe abnegare: applica quæſtionem *in cap. oblata* 57. *de appellat.* q. 2. verſ. *ad tertiam, & ibi c.* 15. 1

Et quia Barboſa multos refert *hic num.* 2. agentes per verba textus noſtri ibi: *Sublato remedio appellationis*, de effectibus clauſulæ *appellatione remota*; ideo adjunges quæſtionem, de qua dixi *in Rub. de appellat. quaſt.* 1. *an appellatio taliter ſit inducta jure naturali, ut Princeps nequeat ejus remedium auferre*, ubi *num.* 9. expendi textum hunc. Item & quæſtionem, de qua dixi *in cap.* 4. *de foro comp. quaſt.*1 *an appellatio, & revocatio ita æquiparentur, ut delegata cauſa, appellatione remota, intelligatur etiam ſublata recuſatio; & quando utraque verificetur.* Et de aliis affectibus dixi *in cap.* 17. *de re jud. quaſt.* 1. verſ. *ad tertiam*, dum egi de ea, an clauſula appellatione remota operetur tertium non eſſe admittendum ad impediendam executionem: & *in c. inquiſitioni* 71. *de appellat. quaſt.* 1. Ubi poſui illam quæſtionem, an 2

an clauſula appellatione remota poſita io principio, aut in medio, tantum operetur, ac ſi poſito in fine, & ibi verſ. *ad ſecundum*, poſui quos effectus operetur.

3 Et in verſ. ibi, *quia ſpeciale mandatum derogat generali*, communiter aguat Doctores de regula text. *in cap. generi* 34. ut expendo *infra de reg. Juris* ubi quod *generi per ſpeciem derogatur* explicat, & limitat hic Barboſa *à num.* 3. & *in addit.p.*6. expendit *à num.* 8. Vide *infra in cap. Abbatem* 40. *hoc tit.* & infra *in c.* 3. *hoc tit. quæſt.* 2. *à num.* 5. ſub verſ. *clarius* uſque ad finem, & applicabis quæ dico *infra de conſuetudine in Rubric. quæſtion.* 3. *à numero* 7.

4 Et quia per gloſſam hic verbo *mandatum*, & gloſſa ibi, *Niſi proteſtatio* notet Barboſa *hic n.* 10. & 11 quod non eſt neceſſaria proteſtatio, ubi Adverſarius non reperitur; & quod ille, qui impeditus eſt debet proteſtari impedimento; ideo adjunges quæ de vi, ac neceſſitate proteſtatioois adduxi *in cap. fin. de appellationibus.*

5 Item in verbis textus noſtri, & ejus integra ibi, *Cum Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum diſponente Domino, mater eſt* &c. poteris agere de quæſtione, an Eccleſia Rumaoa ſit mater, de qua videbis quæ tradit Faquineus *lib.* 8. *controverſ. lib.* 1. explicans *l.* 8. *cod. de ſumma Trinit.* & *fide Cathol.* item adjunges quæſtionem, de qua *in cap.* 1. *de præſcript. quæſt.* 5. verſ. *ad ultimant*, ubi egi de ea, an Matrix Eccleſia intelligatur de Cathedrali: & quid ſit Eccleſia Catholica notavi *ſupra in cap.* 1. *de ſumma Trinit.* & *fide Cathol. in* §. 6. *una eſt fidelium n.* 1.

AD TEXTUM
IN CAPITE II.
EX PARTE.
hoc titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Clauſula* ſi preces veritate nitantur, *intelligitur in qualibet gratia, in omnibus precibus,* & *in quolibet reſcripto etiam Regis:* & *quomodo ea probetur*, n. 3.

3 *Unius probatio ſatis eſt ad effectum reſcripti quod copulat duo ad eundem effectum.*

4 *Copula requirit ut omnia copulativa vera ſint.*

1 HUnc textum explicavi *in cap. cum non ab homine de judiciis quæſt.* 28. *num.* 28. verſ. *ſed textus*, & *in cap.* 1. *de fide inſtrum.quæſt.* 1. *à n.* 1. & *in Rubr. de confirm. utili quæſt.* 3. *num.* 12. Et quia abunde notat Barboſa *hic de clauſula ſi preces veritate nitantur num.* 1. & *num.* quod intelligatur in qualibet gratia in omnibus precibus, & in quolibet reſcripto, etiam Regis, ac de aliis *à n.* 9. ubi quid deſideretur ad validitatem reſcripti, ac de aliis ideo pro quæſtionibus textus noſtri, de quibus idem Barboſa *hic num.*3. & 4. in verbis ibi, *Quod ſi conſtaret ipſum de perjurii eſſe convictum,* & *perpetuo illi renunciaſſe Prabendæ* adjonges quas adduxi *in cap. cum non ab homine de judic. quæſt.* 28. dum egi de ea, an Clericus perjurus ipſo jure amittat beneficium, aut prærequiratur ſententia privationis, & ea omnia, quæ de perjurio dixi *in cap. brevi* 17. *de jurejurando*, ubi egi de pœna perjurii, & quid antiquitas obſervaret, dixit Rebardus *lib.* 2. *var. cap.* 3. & quod per renunciationem amittat quis beneficium; ideo adjunges notata *infra ſub tit. de renunc.* & *in cap.*2. *de reſtit.ſpol.* videbis præter alios ordinarios Sahagum ad textum noſtrum.

Et quia Barboſa *num.* 10. *fin.* per gloſſam hic & *perpetuo*, notet quod ubi reſcriptum copulat duo ad eundem effectum, ſi alterius probatio ſatis eſt ad victoriam, ſufficiat unum probare; & reſolvat cum Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 4. ut quoties in reſcripto quocumque plures narrantur cauſæ copulative, quarum aliquæ veræ ſint, aliæ falſæ, expectandam eſſe cauſam, qua nititur reſcriptum, ad ea, quæ exiſtente vera, non obſtare falſitatem; ideo adjunges quæ tradit Riccius *ſuper gloſſam hic*, ubi Felinus *num.*23. *collect.* 1686. affirmat quod pluribus narratis in reſcipto ad lites, ſuffiont unum verificare ad movendum Principem ſed videtur ibi probare, ut hoc procedat io reſcriptis ad lites, ſecus in gratioſis, ubi omnia ſunt probanda, & verificanda. 2

Quod ſi dubites quomodo probetur clauſula noſtri textus *ſi preces veritate nitantur*, recurres ad ea, quæ congerit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 35. & *num.* 15. ubi proponit quæſtionem, an deſideretur cognitio Judicialis veritatis precum, ſumptis teſtibus Juramento adſtrictis coram notario; & licet non deſiderari affirmet; quia ſatis eſt, ſi judex ſe extrajudicialiter ioformat, præcipuè in puncto, de quo ibi agit: ſed pro longa diſputatione adjunges quæ dico, *in cap. de cætero de ſentent.* & *re judicata*, ubi ago an executor cognitionem habeat; item & quæ dico *à quæſtione* 3. *in cap. quoties de teſtibus*, ubi ago de neceſſitate jurameoti ad corroborandas teſtium depoſitiones. 3

Et quia hic Barboſa per verba textus noſtri, & ibi *præciſè* agit de natura harum dictionum *numero* 2. & 7. & uberius *in ſuo tractatu de dictionibus uſu frequent. dict.* 110. & 275. ideo nunc adjunges quæ congerit Gratianus *regula* 109. dum ad textum noſtrum cum Felino *hic* §. *copula* affirmat pro regula, ut copula requirit quod omnia copulativa vera ſint ex textu *in l. hæredi plures ff. de condit. inſtitut. in l. ſi quis ita ff. de verb. obligation. in* §. *penultim. inſtituta de hæredibus inſtituendis*, & *in l.* 24. *titulo* 11. *p.* 5. & *in l.* 13. ubi Greg. *tit.* 4. *part.* 6. & de ampliationibus, ac limitationibus, ac de intellectu, prædictus Gratianus cum multis ab eo relatis. 4

AD

AD TEXTUM
IN CAPITE III.
Cæterum, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum poſterius ad lites, non faciens mentionem de primo, non valet ſuper eadem cauſa, & de ratione*, n. 3.
2 *Reſcriptum poſterius, ut deroget priori, debet facere mentionem omnium clauſularum ipſius.*
4 *Ultima quando derogent prioribus, exemplificatur*, n. 5 6. 7. & 8.
5 *Impetrans debet mentionem facere de primo reſcripto.*

1 PER hunc textum communiter Doctores probant non valere, nec priori derogare poſterius reſcriptum ad lites, in quo non fit mentio prioris ſuper eadem cauſa ad alios judices impetratum, intelligens Barboſa *hic num.* 3. & 4. procedere; licet res integra exiſtat, & lis per prius nullatenus ſit inchoata *ex cap. tibi qui*, & *cap.*
2 *duobus hoc tit.* † Item & quod non ſufficiat prioris reſcripti ſimpliciter, & abſolutè in poſteriori mentionem fieri, ſed omnium clauſularum notabilium, quæ in eo continentur, ut ſignificari videtur *in cap. cum dilecta* 22. *in principio hoc tit.* & *in cap. ex litteris de officio delegati*, probans itidem ſubreptitium eſſe *ibi num.* 5. ſicut, & quodcumque aliud ad lites impetratum: quod in praxi abſolute non admittit Barboſa *ſub dicto num.* 5. verſ. *verum*, in reſcriptis juſtitiæ, & ad lites impetratis; etſi verum fateatur abſque dubio procedere in reſcriptis
3 gratiæ. † Cumque *ſub. num.* 1. rationem deciſionis adducat; nempè quia ſic impetrans ſuppreſſit, verum quod exprimere tenebatur; ideo recurres ad notata *infra in cap. ſuper litteris* 20. *hoc titulo*, ubi dico de obreptione, & ſubreptione reſcriptorum.
4 Unde benè de his, quæ ſubſequuntur rectè *hic* agi poteſt, nempè an ultima pacta derogent prioribus ex *l. pacta noviſſima cod. de pactis ſecundum*
5 *dicta ſupra in cap. fin. de conſtit.* † Item quod per conſtitutionem ſecundi procuratoris, primus, revocatus cenſetur, & quod primum teſtamentum, rumpitur per ſecundum, niſi hoc non fuiſſet ritè
6 factum, primum vero ſic, † quod mandatum ſe-
7 cundum tollit primum, † & quod legati ademptio in perſonam primi legatarii inducitur, quando te-
8 ſtator, qui primo legavit, transfert in alium † Et quod primum privilegium tollitur per ſecundum: ſic hæc recolligit Riccius *collect.* 756. ex Rota *in deciſ.* 80. *de reſcriptis in antiquis* ex Anton. Fabro *in deciſ.* 3. *cod. de procur. ad textum in l. ſiquis cum* §. *fin. ff. de procur.* ex Vivio *in deciſ.* 13. & 15. *p.* 1. & *in deciſ.* 337. & ex Verallo *in deciſ.* 200. *part.* 2. alios caſus adducit Gratianus *regula* 404. *à numero* 4.
9 Et ad regulam quod impetrans debeat facere mentionem de primo reſcripto per textum noſtrum, per tredecim ampliationes, expendit Gratianus *regul.* 229. adducens ſeptem limitationes ex Felino, hic aliaſque duas addens *num.* 12. & 13. Et de quibus aliis debeat mentionem facere abundè dico *infra in cap. ad aures* 8. & *in cap. cum adeo* 17. ubi leges. Et ſic regulam generalem textus noſtri confirmat Molina *de primog.* cum multis ab eo relatis *lib.* 2. *c.* 4. *à num.* 51. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 102. *n.* 62. & cum aliis additionatores Molinæ dicentes cum Menochio, & Moneta, procedere etiam ſi reſcriptum impetratum eſſet ab ipſomet impetrante, & etiam in cauſa appellationis: & addunt Menochius *ſupra num.* 66. & 67. Moneta *de commut. cap.* 6. *num.* 333. procedere etiam in impetratione ſecundi reſcripti, quod tendit ad augendam, confirmandamque conceſſionem primam; idemque Menoch. *num.* 69. Moneta *n.* 334. addunt procedere quoad notabiles clauſulas primi reſcripti, quas in impetratione ſecundi, pars narrare debet, & etiam ſi unum reſcriptum ſit ad unum judicem, & alterum ad alium, Moneta *ſupra n.* 332. de limitationibus dico *infra ſub quæſtion.* & *ibi in fine.* Quare ad quæſtiones pro textu noſtro præter *infra* relatas, leges quæ tradit Covarru. *in Rub. de teſtam.* 2. *p. à num.* 19. ubi de ea qualiter teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, poteſt derogari, ac mutari: item applicabis adductam quæſtionem de derogatione ampliſſima privilegiorum Soc. JESU eis non facta intimatione *in cap. penult. de conſtit. q.* 1. verſ. *ad tertiam.*

QUÆSTIO I.

An impetrata diſpenſatione duplici ad eandem rem, poſterior cenſeatur ſubreptitia, niſi mentionem faciat prioris. Quid quando eſt quædam diſſonantia partialis, & contrarietas, ubi de clauſula *motu proprio.* Et an quando prius reſcriptum, ſeu privilegium, ſunt irrita, ſit neceſſarium facere in poſteriori de illis mentionem. Et an reſcripta Principis, quæ generalia ſunt, poſſint vincere municipalem conſuetudinem ſepeliendi mortuum in Civitate.

SUMMARIUM.

1 Cap. penult. de præſcript. & à n. 4. & 9.
2 Cap. 2. de filiis presbyteror. lib. 6. & à n. 3. 5. & 8. & n. 13.
3 *Diſpenſatio ſecunda ad beneficia, de defectu primæ, mentionem debet facere.*
6 *Taciturnitas qualitatis, quam jura exprimi jubent, reddit gratiam ſubreptiam, etiamſi ignoranter ea qualitas tacita ſit.*
7 *Diſpenſatio poſterior abſolutè conceſſa, ſubreptitia cenſetur, non faciens mentionem de prima, etiam conceſſa cum quadam moderatione, & eſt verum etiam in diſpenſationibus conceſſis ab inferioribus*, à n. 13.
9 *Privilegium poſterius abſolutè conceſſum, non faciens mentionem de primo, cum moderatione cenſetur ſubreptitium, idem de gratiis impetratis*, n. 10.

11 *Privilegium ſecundum ex toto jure communi adverſum debet facere mentionem privilegii ſolum ex parte Contrarii.*

12 *Natalium diſpenſatio in Conſanguinitate, non deſiderat ut fiat mentio primæ in ordine ſacro.*

14 *Diſpenſatio amplius conceſſa ex motu proprio, & ex certa ſcientia, eſt etiam ſubreptitia, non facta mentione prioris ſtrictioris.*

15 *Motus proprius non firmat gratiam contra intentionem concedentis.*

16 *Clauſula* motu proprio *in gratia adjecta non inducit diſpenſationem.*

17 *Diſpenſatio ſecunda cenſetur ſubreptitia, non faciens mentionem de prima moderata ex motu proprio*, n. 18. *quando limitatio, apponitur de ſtylo curiæ*, à n. 19.

20 *Diſpenſatio ſecunda ad matrimonium valida eſt, non faciens mentionem de prima limitationibus ſolitis apponi de ſtylo.*

21 *Diſpenſatio poſterior facta ex nova cauſa, valet etiam ſi de prima mentionem non faciat.*

22 *Diſpenſatio ſecunda non cenſetur ſubreptitia, non faciens mentionem de prima, quando utriuſque diſſonantia, eſt ſuper rebus diverſis* num 23. & 24.

23 *Rota in novis* decif. 47.

24 *Subdiaconus diſpenſatus, in ordine, ut ducat uxorem, ſi velit poſtea ducere cum conſanguinea, non eget in ſecunda diſpenſatione, ut faciat mentionem de prima.*

25 *Fæmina diſpenſata, ut conſanguineo nubat ad conſulendum ejus paupertati, ſi ſecundam diſpenſationem impetret, ut alii conſanguineo, ſeu non conſanguineo, nubat; tacitis cauſis primæ, non facit ſecundam ſubreptitiam.*

26 *Reſcriptum poſterius, non eſt ſubreptitium ſi de primo nullo mentionem non facit, idem etiam procedet, ſi mentionem non faciat de clauſula irrita alterius reſcripti* num. 28. *expenditur*, à n. 29.

30 *Reſcriptum ſecundum impetratum ſive à diverſis valet, etiam ſi non faciat mentionem de primo irrito in æquali diſpenſatione, ſecus ſi prima irrita gauderet ampliori privilegio.*

31 *Diſpenſatio ſecunda, cenſetur ſubreptitia etiam conceſſa ſub ampliori forma ſi mentionem non facit de prima limitate conceſſa*, n, 32.

33 L. 3. §. Divus Adrianus ff.de ſepulchro violato, num. 34. & 35.

35 *Reſcripta poſteriora generalia non derogantur primis ſpecialibus, ſicut nec ſpeciales conſuetudines non derogantur per leges generales,*

36 *Mortui in Urbem ſepeliri prohibitum erat* lege 12. Tabul.

AD primam quæſtionis partem quod ſubre-
1 ptitia videatur probari videtur ex textu *in*
cap. penult. de præſcript. quatenus ibi Judicatur
ſubreptitium privilegium recipiendi Sacramenta à
quovis Antiſtite abſolutè conceſſum cuidam Ab-
bati, non facta mentione alterius privilegii prius
eidem Abbati conceſſi; non ita ample, ſed cum
moderatione hac *ſi proprius Antiſtites miniſtrare*
2 *nollet.* † Deinde in textu *in c. 2. de filiis præsbyteror.*
lib.6. ubi deciditur ſubreptitiam fore diſpenſatio-
nem à ſede Apoſtolica impetratam, ut intelligi-
timus obtineat plura beneficia, ſi prius ad unum
diſpenſatum ſecum ſit, nec in poſteriori diſpenſatione mentionem illius defectus faciat; eo quod ſit veriſimile, ut Pontifex prioris diſpenſationis conſcius, non eſſet conceſſurus poſteriorem Couvarru. *lib. 1. variar. c.20. num.*8. M noch. *de arbitrariis lib.2.cent.3.caſu* 201.*n.*39.& *caſu* 203.*n.*33. & 34. Molina *lib. 3. de primog. c.4.num.*51.Mierez *de majerat.in* 1.*edit.q.7.num.unico, col.* 2. Gutierrez *quæſt.canon.lib.*2.*c.*15.*n* 91. Henriq. *lib.7. de indulgent.c.*17.*n.*5. quamvis addat hoc eſſe in forn exteriori, atque *in dict.c.*2. *de filiis presbyter. lib.* 6. peti ut ſaltim in eo caſu fiat mentio prioris diſpenſationis, ut traduot Covar *in* 4. *decret. p.*2.*c.*8.§.7.*n.*5.*verſ.*7. Molina *lib.* 4. *de primog. c.* 3.*n* 43.ubi additionatores Navar. *lib.* 4. *conſil. de conſanguinit.& affinit.in* 1.*edit.conſ.*5.*fin.* & *in* 2.*conſ* 8.*n.*6. Abbas *in dict.cap.pen. de præſcrips n.* 17. & Joan. Andreas *in dict.c.* 2.*n.*2. ubi DD. alli congeſti à Barboſa, & ego alia notavi *in dict. cap. pen.* ubi ſic tenet cum Sanchez referendus, & aliis.

Alii inquam exiſtimant ſubreptionem non dari, 3
nec conſiderari, nec eam probari ex *dicto cap.*2. *de filiis presbytererum lib.* 6. eo quod *ibi* non dicitur prioris diſpenſationis faciendam eſſe mentionem, ſed ſolùm prioris defectus, cum in illo non ſit prius diſpenſatum, niſi quoad unum beneficium obtinendum, ut patet ex illis verbis *diſpenſationem aliam tacito de prædicto defectu poſt modum obtinent*, junctis aliis verbis præcedentibus, ibi: *Si is cum quo fuit per ſedem Apoſtolicam diſpenſatum, ut non obſtante defectu natalium:* & ſic Dominicus *ibi num.* 7. Francus *num.*2.*notab.*3.dixerunt ne in ſecunda diſpenſatione addita primæ, non ſit opus de prima mentionem facere, ſed de primo defectu, & ut refert Sanchez *de matrim. diſp.* 22. *lib.* 8. *num.* 3 eſto quod textus ille peteret prioris diſpenſationis mentionem, loquitur in caſu ſpeciali, quando ſcilicet cum illegitimo diſpenſatur ad duo beneficia, tacita priori ad unicum diſpenſatione; quia difficilius utrumque ſimul, quam utrumvis ſeorſum concederetur, ut explicant illum textum Molina *dicto lib.* 4. *de primog. cap.* 3. *num.* 33. & Alter Molina *tom.* 3. *de Juſtitia diſp.* 650.*n.* 4. de vero intellectu hujus textus dico in verſ. *ad ſecundam.*

Nec itidem contrariam ſententiam probari *ex* 4
dict. cap. penultimo de præſcript. cum textus ille loquatur de caſu quodam ſpeciali; nempè quando per poſterius privilegium derogatur juri proprii Epiſcopi, cujus eſt omnia Sacramenta ſuis ſubditis conferre, quod jus partim ſervatur inviolatum in priori privilegio, utpotè quod ſolum concedebat ab alio recipere, quando proprius miniſtrare nollet, at poſterius concedebat ab alio recipere: ſic in hoc caſu intelligunt textum illum Innocent. *ibi num.* 4. Joannes Andreas *num.* 14. Hoſtienſis *num.* 7. Anton. *num.* 20. Bald. *num.*10. Cardinal. *num. unic.* verſ. *in fine gloſſa ſic patet:* & ſic illum textum ad alias diſpenſationes juri tertii non derogantes, trahere diſſonare rationi, refert Sanch. *ubi ſupra.*

Quare qui ſecundam tenent, ac docent ſen- 5
tentiam dicunt ex textu *in d. c.* 2. *de filiis presbyterorum. lib.* 6. non deduci, ut ex ſola diſpoſitionis natura proveniat, ut ſit ſubreptitia poſterior, quæ mentionem non facit prioris eidem perſonæ conceſſæ, ſolumque ſic cenſeri ex tacita Principis voluntate qua ſubreptitia ibi judicatur; eo quod credatur ut prioris memor poſteriorem denegaret, ut conſtat

ex

ex potiſſima ratione textus illius, ubi Doctores primæ ſententiæ, eam tantum rationem tradunt; quia cum neutra diſpenſatio ab altera pendeat, & utraque a potenti concedere impetrata ſit, ſi utriuſque natura præciſè conſideretur neutra, alterius mentione indigeat, & ob id attenta tali ratione conſiderantes naturam textus illius, & *dict. cap. pen. de præſcript.* ea non probatur ex dictis *n. præced*, & videtur velle Abbas *in dict. cap. penult. n.* 13. ubi ait conceſſo alio privilegio ſuper ſeparatis, vel ſuper eiſdem, non eſſe neceſſe prioris mentionem facere diſpenſationis; quia nullibi cavetur, ſolumque ob odioſam pluralitatem beneficiorum cautum reperiri ait *in cap. ſi motu proprio de præbendis lib. 6. & in cap. in noſtra de reſcriptis*, ſic in ter-
6 minis Puteus *deciſ.* 246, *num.* 2. & 4 *lib.* 1. † Ob quod bene Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 14. Barboſa *in dicto cap. ſi motu proprio n.* 15. per gloſſam ibi *taceatur*, notant ut taci urnitas qualitatis, quam jura ſpecialiter exprimi jubent, reddat gratiam ſubreptitiam, etiam ſi ignoranter ea qualitas tacita fuerit; quod eſt verum, præterquam quod textus *in dicto cap. de filiis presbyt. lib. 6.* loquitur in caſu longè diverſo à primo reſcripto, ut dico, *num. ſequenti.*

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, quid quando eſt quædam diſſonantia, dico cum Joanne Andrea *in dicto cap. 2. de filiis presbyteror.* Abbate *in dicto cap. penult. de præſcript.* Parisio *conſ.* 74. *vol.* 4. *n.* 57. ut quando prior, & poſterior diſpenſatio ſunt circa eandem rem, ac inter utramque eſt diſſonantia, ac partialis quædam contrarietas, quod prior cum moderatione quadam conceſſa ſit, poſterior vero abſolute; & abſque illa, ſubreptitiam eſſe poſteriorem, niſi prioris mentio Principi fiat: ſic relati Doctores, & Thomas Sanchez *dict. lib.* 8. *de*
8 *matrim. quæſt.* 22. *num.* 6. † dicentes hunc eſſe germanum intellectum *dict. cap. 2. de filii presbyt. lib. 6.* nam ideo ibi aſſerunt quod poſterior diſpenſatio cum illegitimo ad duo beneficia cenſetur irrita eo quod non fuit in ea facta mentio prioris diſpenſationis ad unicum beneficium, cum poſterior diſpenſatio amplior, ſit excedatque moderamen prioris; & ſic immerito Doctores allegatos in verſ. *alii*. explicaſſe *dict. c.* 2. ut ſolius defectus, ſit mentio facienda contra communem Doctorum ſententiam relatam.

9 Et de privilegiis eandem doctrinam eſſe ſuſtinendam docent Bartholom. Socinus *conſ.* 246. *n.* 4. *vol.* 2. Menochius *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 203. *n.* 35. Guttierez *lib. 2. canon. quæſt. c.* 14 *n.* 92. Sanch. *ubi proximè*, dicens etiam intellectum relatum in præcedenti eſſe germanum ad textum *in dict. cap. penult. de præſcript.* ubi Innocent. *n.* 4. declarat dicens, ideo ibi in poſteriori privilegio decerni mentionem faciendam prioris, quod prius cum moderatione fuerit conceſſum, poſterius autem abſoluté rationem reddens; quia Princeps certior factus de priori conceſſione limitata, non eam mulctaſſet, quam *ibi* tradunt cæteri Doctores, alia tradit Sanchez, & Abbas *dicto num.* 27. in terminis ait textum illum habere verum, etiam ubi non eſt tertii præjudicium, ſed poterius privilegium eſſe abſque
10 moderatione in priori adhibita. † Et Bellamera idem, *ibi* docet inde inferens cavendum iis, qui ſuper ætate, aut natalium, aut aliorum defectibus, aut alias contra jus commune gratias moderatas, ſeu privilegia immoderata impetrarunt, & poſtea ampliora, ut in poſteriori gratia prioris mentionem faciant ne poſterior ſit ſubreptitia.

D. Formoſin. de Reſcript. & Conſuet.

Imo *ibi*, Imola *n.* 6 infert etiam quod ubi privi- 11
legium, partim jus commune continet, partim autem eſt contra jus ſecundum ex toto jure communi adverſum non valeat, niſi priori facta mentione: & Rota in noviſſimis *hoc tit. tom.* 3, *lib* 3. *deciſ*, 91. *num.* 3. ait hoc procedere in quibuſcumque privilegiis, & conceſſionibus.

Et confirmatur quia in materia legitimationis 12
natalium dicens diſpenſationem in conſanguinitate non eſſe ſubreptitiam, non facta mentione prioris factæ in ordine ſacro; eo quod ipſæ diſpenſationes ſint diverſæ, & per unam non reddi alteram ampliorem. ut Navarius *docet lib.* 4. *conſiliorum tit. de conſanguinitate in* 1. *editione conſ.* 5. *fine in* 2. *conſ.* 8. *fine.* quaſi cenſeat contrarium fore, ubi amplior redderetur, ut bene exiſtimarunt Bartholom, Socin. *conſ.* 65. *n.* 12. *volum.* 3. Ruin. *conſ.* 82. *n.* 13. & *conſ.* 99, *fine*, *vol.* 3. Curtius Senior. *conſ.* 73 *n.* 15. *ad finem*, & *n.* 9. & 17. Tello Fern. *in l.* 12. *Tauri n.* 42. Mathienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 8. *l.* 10. *gloſſa.* 1. *n.* 14. dicentes relatam doctrinam procedere in legitimatione.

Etenim gloſſa verb. *ſedem in dict. c.* 2. *de filiis* 13
presbyteror lib. 6. ubi Dominicus *n.* 7. & Franc. *n.* 5. Sanchez *dict. diſp.* 22. *n.* 7. dicunt hoc non ſolum eſſe verum in diſpenſationibus Pontificiis, de quibus textus *ibi* agit, ſed etiam in diſpenſationibus ab inferioribus conceſſis; eo quod ratio ibi expreſſa militet in his quoque: & addunt *ibi* Domin. *n.* 4. Franc. *dict. n.* 5. Sanchez *dicto n.* 7. ut quamvis ille textus loquatur de impedimento naturali illegitimitatis, ſit etiam, trahendus ex identitate rationis, ut intelligatur etiam de quovis impedimento accidentali: & idem Sanch. *dict. diſp*, 22. *num.* 8. *ex dictis diſp.* 21. *n.* 52. cum Tello Fernand. *in l.* 12.
Tauri n 42. † addit etiam eſſe verum quamvis in 14
diſpenſatione poſteriori amplius conceſſa ſit clauſula *motu proprio*, & *ex certa ſcientia*, cum nihilominus adhuc ſit ſubreptitia, non facta mentione prioris ſtrictioris: non enim motus proprius, etſi ſubreptionem tollat, ſupplet intentionis defectum; eo quod hæc diſpenſatio corruat & defectu intentionis præſumpta. † Non inquam motus proprius 15
firmat, gratiam contra concedentis intentionem, ut tradit Joan. Andreas *in cap. ſi motu proprio n.* 1. *de præb. lib.* 6. quia motus proprius non ſupplet hanc ſubreptionem, docent etiam Abbas *in cap. quia circa num.* 7. *de conſanguinit. & affinitate.* Alex. de Nevo *ibi n.* 8. Præpoſitus *n.* 3. verſ. *ſed de diſpenſatione.* Felin. *in cap. ad aures hoc tit. n.* 9. *caſu* 4. ubi Decius *in nova editione n* 32. Beroius *n.* 59. Selva *de benefic.* 3. *p. q.* 12. *n.* 25. Rebuff. *in concordatis tit. de forma mad. Apoſtol. n.* 50. *in* 2. *effectu*, quem non operatur ea clauſula Stapuleus *de litteri grat. tit. de vi, & effectu clauſul. in clauſula motu proprio, effectu* 7. *n.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 121. *n.* 83. cum aliis Sanchez alia dicens *dict. diſp.* 21. *n.* 51.

Ergo dum gloſſa *in dict. cap. ſi motu proprio*, 16
verb. *beneficium*, in verſ. *cum per hoc ſecum diſpenſatum non ſit*, dum conſtituit clauſulam *motu proprio* in gratia adjectam, non inducere diſpenſationem, de quo Covarru. *in cap. Alma Mater p.* 1. §. 7. *n.* 2. Menochius *proximè relatus n.* 80. Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſul.* 72. *n* 15. & alii citati à Barboſa *in tract. de clauſul. uſufreq. clauſula* 79. *n.* 51. videtur probare ut dicta clauſula *motu proprio*, alias ſubreptiones non tollat, quæ diſpenſatione indigent, ut docent gloſſa *in clementina ſi Romanus Pontifex de præbend.* verbo *invalidum*, Gomez. *in c.* 1. *num.* 19. & 65. *lib.* 6. Rebuf. *in praxi tit. tertia pars ſignaturæ*

num. 15. & io concordatis, *tit. forma mand.* verb. *motu*, vert. *decimo*, Covar. *in dict. cap. alma part.* 1. §. 7. *num.* 40. Menoch. *num.* 81. eo quod clauſula *motu proprio* non inducit diſpenſationem Juxta textum *in cap. non poteſt dict. tit. de præb.* quia ut dicit Barboſa *in dicto cap. ſi motu proprio num.* 14. *in fine*, quidquid contradicat Dominic. *ibi num.* 5. & *in cap.* 1. *num.* 14 *hoc tit lib.* 6. hæc diſpenſatio requiritur ad tollendas alias ſubreptiones inhabilitatem perſonæ concludentes.

17 Dubium vero eſt, num prædicta doctrina de ſubreptione contingat quoties moderamen in priori diſpenſatione apponitur, ex proprio motu illam concedentis, aut ad inſtantiam diverſæ perſonæ ab illa, cui conceſſa eſt, aut ſi ipſa eadem perſona, quæ cum moderamine petierat, nunc impetret abſque ea. Et licet in hoc ſecundo caſu. Felinus *in dict. cap. penult. de præſcript. num.* 2. Ruin. *conſ.* 161. *volum.* 2. exiſtiment eam diſpenſationem reſpectu ejuſdem perſonæ utramque impetrantis

18 non eſſe ſubreptitiam. † Tamen Joannes Andreas *ibi num* 2. Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8. *diſp* 22. *num* 9 Curtiu Senior. *conſ* 73. *num.* 9 & 17. Telo Fernand. *in dict. l.* 12. *Tauri num* 42 dicunt in prædicto caſu aberraſſe authores relatos; & ſic in illo, ſicut in primo diſpenſationem quantumvis ex motu proprio cenſeri ſubreptitiam; quia qualitercumque ſimul cum limitatione Princeps conceſſerit gratiam, non eſt credendum eum ita facile eſſe mutaturum tenorem prioris diſpenſationis.

19 Verum ſi concedens poſteriorem gratiam abſque dicta limitatione, noſſet prioris limitationem; quia ſemper apponitur de ſtylo Curiæ, tunc ut dicit Felinus *in dict. cap. penult. de præſcript. n.* 2. nequibit contraria voluntas conjici, cui innitatur ſubreptio ex taciturnitate: ſequitur Sanchez *dict. diſp.* 22.

20 *lib.* 8. *n.* 10. † Inferens *n.* 11. ut ſi quis impetret voti caſtitatis diſpenſationem cum limitationibus ſolitis apponi de ſtylo curiæ, nempe *ad Unicum Matrimonium*, & *commutatione facta in menſtruas Confeſſiones*; *ac alias pietatis opera*, ſi poſtea tacita hac impetrat aliam abſolutam, hæc poſterior valida ſit; quia cum illa limitatio de ſtylo curiæ ſoleat apponi, non latet Pontificem & quamvis ſingularis diſpenſationis huic perſonæ conceſſæ immemor ſit, ac prædictæ diſpenſationis in ea appoſitæ; cum tamen ſoleat eo ſtylo curiæ apponi, nec Pontifex apponat, ait Sanchez eſſe abſolute ſignum

21 apertum voluntatis concedentis. † Et addit *n.* 12. cum Molina, & aliis exemplificans etiam in majoratibus, ut ſi ex nova cauſa poſterior diſpenſatio fiat, non dicatur ſubreptitia; eo quod primæ mentionem non feciſſet, qui cum multis *num.* 13. & 14. infert ad alios duos caſus diſpenſationis ad nubendum, & ad legitimationem, ubi videbis pro extenſione hujus dubii.

22 Pro complemento hujus dubii notabis ut ſi inter priorem & poſteriorem diſpenſationem, nulla eſt diſſonantia, ſed ſolùm ſint ſuper rebus diverſis; tunc non ſit opus, ut in ſecunda fiat mentio de priori, cum nulla ratio nulluſque textus ad id cogat, cum textus de hac re loquentes agant tantum de duabus diſpenſationibus, quando inter eas eſt diſſonantia quædam, ac contrarietas, ut jam diximus in dicto verſ. *ad ſecundam.* ſic docet Thomas Sanchez, *ſupra dicta diſp.* 22. *lib.* 8. *n.* 5. Abbas *in dicto cap. penult. de reſcript.* Anchar. *conſ.* 131. *in fine.*

23 Nec debet admitti traditum à Rota *in novis tom.* 3. *lib.* 2. *deciſ.* 47. *num. unico.* Mandoſio *in ſignatura gratiæ tit. diſpenſationis*, in fine dicentibus, tunc prioris diſpenſationis in poſteriori mentionem eſſe faciendam, quando diſpenſationes eſſent diverſæ, ſeu ad diverſum finem tenderent; ſecus ſi ad eundem.

Et relatam limitationem confirmant Navar. 24
lib. 5 *fin.* 2 *edit. tit. de privileg. conſ.* 12. *n.* 2. & *lib.* 4. *tit. de conſang. conſ.* 5. *in* 2. *edit. eodem tit. de conſang. conſ.* 8 *fine*, & *lib.* 1. *de reſcriptis conſ.* 6. *n.* 2. Petrus de Ledeſma *in ſumm. Sacram.* ubi *de matrim. c.* 27. *poſt.* 7. *concluſ dub* 3. Vega 1. *tom. ſumm. c.* 88. *caſu* 3. Manuel. 1. *tom. ſumma in* 2. *edit. c.* 238. *num.* 4. quatenus docent Subdiaconum, cum quo diſpenſatum eſt in ordine, ut ducat uxorem, ſi velit, poſtea conſanguineam ducere non teneatur in poſteriori hac diſpenſatione mentionem facere prioris, ſi velit poſtea conſanguineam ducere.

Et ſic benè Sanchez *dict. diſp.* 22. *dict. num.* 13. 25
& ante eum Navar. *conſ.* 5. *de conſang. in* 1. *edition. ſive* 8. *in* 2. *edit.* dixerunt quod ſi fœmina ex diſpenſatione Papæ conſanguineo nubat, & eo matrimonio ſoluto, aliam diſpenſationem obtineat ad nubendum alii conſanguineo, tacita priori, ſive cauſa dotis ſtante, ut fœminæ pauperi conſuleretur, vel ſi hæc poſterior, aut utraque diſpenſatio concederetur, ac petita eſſet, nulla allegata cauſa ſeu majori compoſitione pecuniaria exacta ad publicos uſus, ut non egeat ſecunda diſpenſatio faciendi mentionem de prima; idemque fore, etſi fœmina reſileat, nolens conſanguineo nubere, poſteriorem impetrando diſpenſationem ad nubendum alii; eo quod iſtæ diſpenſationes ſint ſuper diverſis matrimoniis, & neutra habeat connexionem cum altera; non enim prior augetur per poſteriorem.

Ad tertiam quæſtionis partem, an quando prius 26
reſcriptum, ſeu privilegium irrita ſunt, ſit neceſſarium mentionem facere in ſecundo de illis. In quo dubio, quamvis Gofredus, quam refert, & ſequitur D. Antonin. *p.* 1. *ſumm. tit.* 20 in regula *non præſtat*, mentionem faciendam neceſſario eſſe de priori reſcripto irrito; & Corduba *in ſumma q.* 45. *opinione* 2. *puncto* 1. *fin.* agens de diſpenſatione quadam ſubreptitia ad matrimonium obtenta, dicat eam narrandam neceſſario eſſe Pontifici Summo in poſteriori diſpenſatione: tamen verior eſt ſententia contraria, ut non ſit neceſſaria in ſecundo de prima mentio, quia cum prima nullius valoris ſit, eſt habenda perinde, ac ſi non eſſet impetrata ex regula juris non præſtat *de regul Juris lib.* 6. in qua cavetur, ut non præſtet impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum: ſic docet Sanchez *in dict. diſp* 22. *lib.* 8. *de matrim. n.* 21. & gloſſa *in dicta regula*, verbo *non præſtat*, Bellamera *in deciſ* 543. *n.* 5.

† docent idem extendi ad gratias, & privilegia, & 27
de litteris irritis loquentes, gloſſa *in cap ſugeſtume*, verbo *poſterius de Jurepatron.* & gloſſa *in cap. cum noſtris*, verbo *de facto fin. hoc tit.* ubi Abbas *num.* 6. Felin. *n* 2. Decius *in nova edit. n.* 19. & in illis juribus Barboſa cum aliis, & *in cap. oblatæ appellat.* ubi Felin. *num.* 11. *idem in cap.* 1. *n.* 13. *hoc tit.* Dominic. *in cap. quoniam col.* 4. *verſic. ſuper tertio, dict.* 18. Barbat *conſ.* 43. *vol.* 3. *num. fin.* Nevizan. *conſ.* 36. *n.* 16. Rebuf. *de conſtit. Regiis tom.* 2. *in præfat. num.* 95. Maſcardus *cum pluribus de probat. concluſ.* 846. *à num.* 20. Flamin. *de confidentiis beneficior. quæſt.* 46. *num.* 28.

† Et ob eandem doctrinam non eſſe opus 28
mentione clauſulæ irritæ alterius reſcripti tradunt Jaſon. *in l.* 1. *num.* 1. *cod. ſi contrariat.* Molina *lib.* 4. *de primogeniis, ubi addition.* & *cap.* 3. *num.* 32.

Gratian.

Gratian. *reg.* 229. *num.* 12. alter Molina *de juſtit. tom.* 3. *diſp.* 656. *n.* 2.

29 Et licet Decius *in cap. ex tenore in nova editione num.* 15. *hoc tit.* dixerit ut ſi ab eodem impetrante poſterius reſcriptum ſit impetratum non faciens mentionem de primo irrito poſterius non valet, ſi inde contingeret, ut delinquens foret melioris conditionis, ſecus ſi ſecundum impetraret cum eadem moderatione, qua primum impetravit; & abſoluta videtur docere Menochius *de arbitrariis lib.* 2. *caſu* 30. *fin.* procedere non ſolum in litteris gratis, ſed Juſtitiæ etiam, ut quando utrumque reſcriptum, eſt impetratum ab eodem; ita ut in ſecundo, ſit facienda de primo mentione, nulla habita diſtinctione, ne ſit melioris conditionis irrita impetrans, quàm ille, qui valide primum impetravit contra regulam textus *in cap. eum qui*
30 *de præb. lib.* 6. † Tamen ergo cum Sanchez *dicta diſput.* 22. *num.* 22. idem in hoc caſu dico procedere, ac in caſu numero præcedenti adducto; ſcilicet ut ſive ab eodem impetrante, ſive à diverſis quoties prius reſcriptum irritum fuerit, in ſecundo non debeat fieri mentio de eo, dum tamen utraque diſpenſatio ſit cum eadem moderatione, ac prior ſit irrita; ſecus inquam ſi prima irrita inquam majori gauderet privilegio, quam ſecunda, vel ſi primum impetraretur cum limitatione, ſecundùm vero abſolutè ex jam adductis; quæ limitatio videtur difficilis, ex quo primum reſcriptum eſt irritum omnino.

31 Sed quid dicendum eſt quando poſterior diſpenſatio ample conceſſa, eſt irrita eo quod tacita ſit prior ſubreptitia limitata, num poſterior ſit in totum caſſa, an in ea ſola parte; in qua prioris moderamen excedit: & quia dubium hoc reſolvitur ex dicendis *infra in cap. ſuper litteris* 20. *hoc titulo*, & quantumvis pro ea parte, quà non læditur moderamen primi reſcripti, videatur hoc ſecundum excedens valere; eo quod præſumatur partem illam exceſſus voluntariè concedere, ut actus valeat ex qua parte poſſit; argumento eorum, quæ dixi, *in cap. dilecti de dolo, & contu-*
32 *macia.* † Tamen revera ut tale reſcriptum ſecundum corruat in totum, quia, cum ſit unica diſpenſatio, ac ſuper unico impedimento ſubreptio in illa admixta, tacendo veritatem neceſſario explicandam, vitiat totam diſpenſationem, juxta ea, quæ longiſſimè ex multis reſolvit Thom. Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8. *tota diſp.* 18.

33 Ad quartam quæſtionis partem, an reſcripta Principis generalia queant vincere municipalem conſuetudinem ſepeliendi mortuum in civitate: & quia facit difficultatem textus *in l.* 3. §. *Divus Adrianus, ff. de ſepulchro violato*, dum probat conſuetudinem municipalem ſepeliendi mortuum in civitate, non poſſe Principis reſcripta vincere, quæ generalia erant; ex quo Bartol. *gloſſa ibi*, quaſi talis conſuetudo nullam legem, nullumquè Principis reſcriptum vincere poſſit, contra regulam textus *in l. de quibus, & aliis ff. de legibus, l.* 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo, cap. fin. infra de conſuetudine*, quibus, & aliis evincitur conſuetudinem abrogare, derogare, ſeu tollere quamlibet poſitivam legem.

34 Unde etſi Bartol. *in dicta, l. de quibus oppoſit.* 7. Covarruv. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. & relati ab Olſano *collect.* 549. Duarenus *in paraphraſi ad tit. ff. de legibus c.* 12. exiſtiment ex communi Doctorum, ut in ſpecie *dict.* §. *Divus* reſcriptum Principis intervenerit poſt conſuetudinem; & ſic mirum non eſſe, ſi lex poſterior priorem legem, aut conſuetudinem deroget, ut dixerunt Bart. *ſupra oppoſit.* 3. Forcatulus *in necyomantia, dialogo* 1. *à num.* 16. † Tamen quia ex doctrina textus 35
noſtri, & aliorum conſidero reſcripta generalia poſteriora primis ſpecialibus non derogare, ſicut nec ſpeciales conſuetudines per generales leges derogari valent ex regula textus *in cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. *& in dict. l.* 3. §. *Divus Adrianus* in ea lege municipalis conſuetudinis mentionem non fecerit; nec ob id potuiſſe eam conſuetudinem tollere ſuo reſcripto, † exiſtimo reſponderi poſſe 36
congruentius ex ea conſideratione *legis* 12. *tabularum*, qua prohibitum fuiſſe conſtat mortuos in urbe ſepeliri in illis verbis *omnem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito*, qua uti ſancta, & juſta antiqui prudentes per multos annos uſi fuerunt, ut patet ex Cicerone *de legibus lib.* 2. Plutarcho *in vita Solonis*, & ut refert Alex. ab Alexandro *lib.* 3. *genialium c.* 2. *& lib.* 6. *cap.* 13. cumque ea lege poſtea abuterentur multi: & inde Divus Adrianus, teſte Ulpiano *in dicto* §. *Divus* pœnam impoſuerit, non ſolum ſepelientibus in civitate, ſed etiam Magiſtratibus id non prohibentibus; ideo recte videri, ut Ulpianus reſpondiſſet, dicendo reſcriptum illud generale conſuetudines municipales vincere, etiam non facta mentione, non obſtante regula textus *in dict. cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. quia ea conſuetudo contra publicam utilitatem erat inducta; eo quod apud veteres, mortuos in urbe ſepeliri, funeſtum, atque ominoſum reputabatur, atque conſuetudo nulla inde valere poſſet, quaſi injuſta, & rationabilis, ut ipſemet dico: ſic Mogruvejo *in c.* 2. *de probationib. num.* 38. & 39. ubi & improbat aliam communem receptionem Bartoli, & *gloſſæ in dicta l. receptum ab omnibus antiquis*, & interpretantium verba illius legis ibi *quid tamen ſi lex municipalis permittat*, id eſt conſuetudo municipalis, quam appellavit conſultus abuſivè legem, cum verè eſſet conſuetudo ſepeliendi mortuum in civitate.

Quæstio III.

An pluribus reſcriptis à Pontifice impetratis, præferatur poſterius ſeu eorum aliud. Et an quando poſterius eſt impetratum ad primi augmentum, debeat facere mentionem de primo. Et an ſi poſterior diſpenſatio ſubreptitia ſit, eo quod prioris ſtrictioris non ſit facta mentio, valeat, aut utraque irita ſit?

Summarium.

1 *Reſcriptum poſterius in evidentem utilitatem bob irritatur, ſi de primo non faciat mentionem, ſi per viam commiſſionis à ſanctiſſimo impetretur.*

2 *Reſcriptum poſterius per viam gratiæ, quando non faciens mentionem de primo; irritum eſt, aut valeat*, num. ſequentibus.

3 *Reſcriptum ad lites debet facere mentionem de*

primo reſcripto, & de quolibet ejus notabili clauſula, ut quod fuerit impetratum communi conſenſu, & n. 5.

4 *Reſcriptum impetratum ab eodem ad beneficia diverſa, debet facere mentionem de primo.*

6 *Reſcriptum poſterius impetratum ad unum beneficium, vel ad unam, eandemque qualitem; etſi ad diverſos judices derogat priori, ſi de illo mentionem faciat, aliàs nonſic & item ſi pars appouat*, n. 10.

7 *Reſcriptum ſpeciale poſterius, derogat generali priori; & etiam procedit, ſi ſpeciale fuerit prius impetratum*, n. 8.

9 *Largitum à Pontifice ad preces ſupplicantis eſt veluti precarium.*

10 *Littera ſecunda poſt annum valent, non facta mentione de primis, ſi de iſtis impetrans prior non utatur.*

11 *Reſcripto impetrans queit renunciare, ſi videat illud fore ſibi damnoſum, & etiam poſt præſentationem, & citationem expenſis ſatisfactis*, n. 12.

13 *Diſpenſatio poſterior ad augendam priorem, non valet, ſed prima*, n. 15. & 16.

14 Cap. penultim. de præſcriptionibus numero 15.

17 *Impetrans ſecundam diſpenſationem, quando ea non obſtante queat priori uti*, numero 18.

19 *Impetrans ſpeciale reſcriptum, non tenetur de primo generali facere mentionem, vel ſi impetret motu proprio*, n. 20.

1 AD primam quæſtionis partem ſuppono dicendum ax Rota coram Cardinali Seraphino *deciſ.* 443. *num.*2. coram Cardinali Mantica *deciſ.*101 *n.*5. & coram Sanctiſſimo D. Urbano VIII. Bonæ Memoriæ in Ravenatem Pineti 23. Martii 1607. cum aliis per Rub. in ſingulari Rotæ *p.* 4. *fol.* 209. *à num.*94. & per Genuenſ. *in praxi Archiepiſcopali Neapol. cap.* 90. *num.* 5. *in fine*, ut in reſcriptis per viam commiſſionis à Sanctiſſimo D. N. ſignatæ pro confirmatione concordiæ ſuper bonis Eccleſiaſticis in forma ſolita, ſi in evidentem adversùs eam apponi nequit de ſubreptione poſterius non irritetur, cum in his conceſſionibus nihil aliud moveat Pontificem, quàm evidens Eccleſiæ utilitas, tanquam cauſa finalis, & nulla alia ſubreptio debeat attendi, ſi dicta evidens utilitas juſtificetur, quod valde notandum dixit Genuenſ. *ubi ſupra*, & Diana *in p.* 8. *tract.*7. *reſ.* 4. *circa finem*, dixit hoc, & alia ſtatim dicenda, maturè fuiſſe conſiderata à Doctiſſimis Advocatis in quadam Congregatione, eo præſente coram Docto Fereuillio in caſu particulari ex Sicilia illis commiſſo: alia Diana notat videnda in verſ. *in quo magis* ex Genuenſ. *ſupra cap.* 93. *in novis*, & *in cap.* 115. *in antiquis*, & ex Peguera *in deciſ.* 128. *per totam*, & ex Cardinali Mantica *deciſ.* 41. *à num.* 2. & 4. ex Rota *in recent. deciſ.* 473. *num.*4. *part.* 2. & *deciſione* 306. *in principio*, & *in fine p.* 3.

2 Verùm in reſcriptis, in quibus agitur de conceſſione facta per viam gratiæ ſimplicis, & juxta doctrinam textus noſtri, eſtimo reſpondendum

3 juxta diſtinctiones ſequentes. † Nam ut ait Felinus *hic num.* 7. ſi in eadem cauſa ad lites ſecundùm impetretur reſcriptum, debet fieri mentio, nedum de primo reſcripto, ſed etiam de omni notabili clauſula ejus puta quod fuerit communi conſenſu impetratum, ut patet ex textu noſtro, & *ex c. ex conquæſtione de reſtit. ſpoliat.* eo quod jura velint fieri mentionem de prioribus litteris ſpecialiter, *c. in noſtro hoc tit. c. ex litteris de dolo, & contumacia, ac de proceſſu inchoato, c. inter de re judic.* & ubi gloſſa *alleg. concord. c. ut debitus de appell.* ubi gloſſa verbo *ſi dicat*, Panormit. *in c. ſuper litteris hoc tit. in reg.* 6.

Quod ſi impetretur ab eodem ad beneficia 4
diverſa, ſicut Eccleſias in ſecundo, ut debeat fieri de primo mentio, ſicut & de proceſſu ex primo reſcripto ſequuto dixit Panormit. per textum *ibi in dict. c. in noſtra hoc tit. ſub num.* 6. & 7. qui *num.* 5. ubi Joannes Andreas, & Butrius dixerunt, alias neutrum valere, niſi ipſe unum reſcriptum impetraverit per ſe, & aliud impetraverit ejus procuratore ignorante, datur illi optio quonam reſcripio uti velit, juxta textum *in c. gratia hoc tit. lib.* 6.
† Et Panormit. *in dict. c. in noſtra num.* 6. & *in c.* 5
poſt electionem, & *in c. ex parte*. Alten. *de conceſſion. Prabenda*, & Honorius, Banaxel, *in Rub. Juris Canon. lib.* 1. *hoc tit. ſub n.* 22. poſtquam dixit quod reſcriptum poſterius derogat priori, de quo mentionem facit per regulam textus noſtri §. 1. & *in c. inter Monaſterium de re judic. c. coram de officio delegati*, ſi ut dictum eſt in eadem cauſa ad lites impetretur, etiam cum eodem Abbate addit ut ad idem beneficium, poſſint ab eodem plura impetrari reſcripta ex poſtfacto ad cautelam, nulla priorum facta mentione.

Clarius inquam videtur loqui Andreas Valen- 6
ſis *in hoc noſtro tit.* §. 5. *num.* 1. quem ad litteram refert Diana *dict. reſ.*4. *p.* 8. *tract.*7. *miſcellan.* dicentes, ut ſi duo diverſi ad unum, idemque beneficium impetrent reſcriptum, vel etiam ad unam eandem qualitatem diverſa reſcripta ad diverſos Judices, tunc poſterius priori præferatur, ſi modo prioris mentionem fecerit, aliàs prius valere, & poſterius ſubreptitium cenſeri, nec obtinere alicujus firmitatis robur, juxta textum noſtrum, niſi primum fuerit impetratum communi conſenſu partium; quia tunc dicunt non valere ſecundum impetratum per alteram partam, hoc ſubricito ex
hoc noſtro textu, † aut niſi prius ſit generale, & 7
poſterius ſpeciale, cum tunc ſpeciale deroget generali priori, quantum ad ea, quæ in ſpeciali ſpecialiter, & contraria contentis in generali exprimuntur, vel in generali non exprimuntur, licet prioris mentionem non faciat ex regula tex-
tus *in c.* 1. *cap. paſtoralis*, §. *quoniam hoc tit.* † 8
Et addunt id ipſum obtinere quoque, ſi ſpeciale prius fuerit impetratum; quia generi per ſpeciem derogatur ex regula juris *in c. generi de regulis juris in* 6. & quia generalis diſpoſitio, quæ loquitur, non refertur ad ſpecialem præcedentem ex textu *in l. ſancimus legum ff. de pœnis*.

Quod ſi utrumque ſit generale illud attendatur 9
quod eſt magis ſpeciale ſic cum Rebuffo *in tract. de reſcriptis num.* 104. non enim dicunt Valenſis, & Diana relati debere mirum videri, ut per poſterius reſcriptum revocetur prius, cum hoc non fiat ſine cauſa: nam quod ad preces ſupplicantis largitur Pontifex, eſt veluti precarium, quod jure communi revocari poteſt ad voluntatem dantis ex do-
ctrina textus *in l. ait Prætor ff. de precario*. † Imò 10
prædicti Doctores concludunt cum Abbate, & aliis, ut quod dicitur in textu noſtro, nempe ſecundum reſcriptum, non habita mentione de primo non valere, intelligatur ſi pars opponat, adducen-

tes

tes in confirmationem textum *in c. pleruſque hoc tit.* ubi poſt annum valent ſecundæ literæ, quando Adverſarius primis non fuit uſus inferentes inde
11 ſequi, non fuiſſe à principio nullas. † Et poſtremo addunt quod ſi quis impetrato reſcripto, videat ſibi fore damnoſum, non cogatur illud præſentare ex regula textus *in cap. ex conquaſtione de reſtit. ſpoliator.* imo dicunt cum Abbate *ibidem*, ut
12 poſſit ei renunciare, etiam ſi præſentaverit, † & etiam poſt citationem modo parti ſatisfaciat de expenſis, & intereſſe; & aliud eſſe dicendum exiſtimant, ſi parti ſit aliquod jus quæſitum: ita citati Doctores, & alii communiter *hic*: ex quibus ſic breviter notatis abundè videtur intelligi textus noſter.

13 Ad ſecundam quæſtionis partem video diſcordes Doctores loquentes de diſpenſatione, nam quibuſdam placet, ut quando poſterior diſpenſatio amplior, non eſt impetrata ad prioris confirmationem, ſed ad illam augendam, neutram valere, non poſteriorem; quia eſt tacita, prior ſtrictus conceſſa, non priorem; quia per impetrationem poſterioris, illi tacitè eſt renunciatum; quippe ſolus animus ad proprii juris renunciationem ſuf-
14 ficiat. † Ex doctrina textus, *in cap. pen. de præſcript.* ubi deciditur impetrantem privilegium præſcriptioni, adverſum videri renunciare juri præſcriptionis, adducens textus illa ſequentia verba, *præſertim cum coram nobis privilegio ſit uſus*; ob id quia dictio, *præſertim*, denotat idem eſſe in caſu contrario, ut notatur, *in cap. auditis de electione*, & *in cap. quoniam frequenter ut lite non conteſtata*: ſic docent Bellamera *num.* 5. Abbas *num.* 18. & 19. Joan. Andreas *num.* 15. Innocent. *in cap. penult. num.* 5. Hoſtienſis *num.* 11. *in fine*: aliqua dixi *in præfatione ſub num.* 9.

15 Mihi autem potius videtur, ut in caſu, de quo loquimur valeat prima diſpenſatio, quia ſecunda quæ non valet minime derogat priori, ſic ut nec animus impetrantis, cenſeatur eſſe renunciandi priori, niſi quatenus poſterior eſt valida: ſic docent Baldus *in dict. cap penult. de præſcript. num.* 22. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 12 dicentes textum *in dict. cap. penult.* non obſtare; quia ibi eſt ſermo de privilegio valido præſcriptioni contrario: & facit pro hac ſententia textus, *in l. fi. jure* 18. *ff. de leg.* 3. ibi: *Sed vix id obtinere poteſt fortaſſis; ideo quod ita demum a priori teſtamento recedere velit, ſi poſterius validum ſit*: alia addit videnda Sanchez *n.* 19. & 20.

16 Ad tertiam quæſtionis partem, etſi videatur, ut neutra diſpenſatio valeat, non prior; quia per impetrationem poſterioris illi renunciatur, non poſterior; quia eſt ſubreptitia. Tamen ut reſolvatur difficultas dicendum eſt dupliciter poſſe peti poſteriorem hanc diſpenſationem primo modo ad prioris Corroborationem; eo quod ſcrupulus, aut dubium de valore prioris urgeret. Secundo modo ad priorem, quæ limitata erat augendam, & tunc quidem quando primo modo eſt petita, Doctores conſtanter tenent ſolam poſteriorem corruere priori perſeveranti in ſuo valore, quod nec impetrantis, nec concedentis fuerit intentio derogari Juri quæſito per priorem diſpenſationem, tantumque abeſſe, ut impetrans voluerit priori renunciare, quin potius eam intenderit confirmare, ut docent Bellamera, *in dicto cap. penul. de præſcript. n.* 6. Baldus *num.* 13. Joannes Andreas *n.* 16. Hoſtienſ. *num.* 12. Innocent. *ibi. n.* 5.

17 Unde ſi dubitetur quid dicendum ſit, quando quidam impetravit diſpenſationem, & ob aliquos ſcrupulos ſibi objectos impetravit aliam, quæ conceſſa eſt ſibi cum aliquibus moderationibus, num ſi poſtea certior factus de valore diſpenſationis prius impetratæ, poſſit ea uti; & quamvis quidam Juris peritus Romanus id negaverit ductus; eo quod per poſterioris gratiæ impetrationem viſus ſit nolle priori uti, atque gratia ſemel repudiata, non poſſit amplius acceptari. † Tamen 18
ut ait Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrim. diſp.* 22. *n.* 16. integrum erit impetranti uti priori gratia; eo quod non ſit viſus ei renunciaſſe, utpotè qui poſteriorem ad prioris confirmationem impetravit, nam etſi noluerit eo priori uti, non fuit voluntas illa abſoluta, quæ tantùm ex errore proceſſit, ſuppoſito vitio prioris factum dicta *num. præcedenti*, & confirmatus ex pleriſque dictis *infra in tit. de renunciatione*, ubi renuncians regreditur.

Pro complemento ad concluſionem textus no- 19
ſtri, quatenus per eum docent Doctores, ut reſcripta non teneant, ſi de prioribus mentionem non fecerint, ut ibi ampliationibus comprobavi *in præfatione a num.* 1. *uſque ad* 9. *addo* ut limitatur primo, ubi primum reſcriptum unius impetrantis eſſet generale; quia tunc alter impetrans ſecundum ſpeciale, non tenetur prioris generalis mentionem facere: ſic præter ordinarios, *hic* Moneta *in tract. de commut. cap.* 6. *num* 335. additionator ad Molin. *lib.* 2. *de primogeniis cap.* 4. *ſub num.* 51. verſ. *ampliatur.*

Secundo limitant quando ſecundum fuit con- 20
ceſſum motu proprio, Moneta *n.* 336. qui *n.* 337. & additionat. *dict. num.* 51. in fine limitant etiam, ubi primum reſcriptum ad lites fuit ab impetrante ultra annum occultatum; quia ſi adverſarius aliud tunc impetraverit; neceſſe non habet in eo narrare illud primum; ut jam de his limitationibus dixi.

QUÆSTIO III.

An facultas ſecunda ad alienanda bona majoratus valeat, ſi in ea non fuit facta mentio de prima. Etſi affirmativam profitemur, videndum eſt qualiter id procedat. Et an ſemel conceſſa facultate ad rem majoratus hypotecandam, ſit neceſſaria nova facultas ad eam vendendam, die adveniente ſolutionis. Et an ſi teſtator prohibuerit alienationem rerum majoratus, ſit neceſſaria hujus prohibitionis mentio cum Princeps concedit facultatem alienandi bona majoratus?

SUMMARIUM.

1 *Impetrans facultatem ſecundam ad inſtituendum majoratum, tenetur facere de prima facultate ad alium inſtituendum, obtenta;* expenditur. n. 3. *fallit.* n. 4.

2 *Remiſſio ſecunda criminis, non valet, niſi facta mentione de prima* n. 6.

3 *Facultates plures ex una cauſa, non debent concedi ad alienanda, ſeu hypothecanda bona majoratus,*

majoratus, niſi prima non ſufficiat; ſecus ex alia n. 4.

5 Cap. 2. de filiis presbyterorum lib. 6.

6 L. 3. cod. de Epiſcopali audientia.

8 *Majoratus res vendi, pignorari; vel hypothecari poſſunt abſque nova facultate, adveniente caſu reſtitutionis, vel ſolutionis: expenditur* n. 10.

9 *Domini translatio, fienda ſoluto matrimonio, non requirit alium aſſenſum Domini, quàm adhibitum in datione rei feudalis in dotem.*

10 L. ſi pupillorum §. Prætor ait ff. de rebus eorum, & ibi in §. ſi pupillus.

11 *Princeps ex juſta cauſa poteſt concedere facultatem ad bona majoratus alienanda, vel hypothecanda, etiam ſi inſtitutor majoratus expreſsè inhibuerit, ut Regia facultas ad id concedi poſſit.*

12 *Facultas ad alienanda bona majoratus, non requirit mentionem prohibitionis de non alienando, quam impetravit ejus inſtitutor*, n. 15. & 17.

13 *Teſtator in ſecundo teſtamento, ut valeat, debet facere mentionem clauſulæ derogatariæ primi.*

14 *Impetrans ſecundum reſcriptum derogatorium primi, debet facere mentionem de quacumque clauſula notabili adjecta in prima diſpoſitione valida, ſecus ſi invalida, vel quæ exceptione elidi non poteſt* n. 16.

17 *Facultas Principis ad alienanda bona majoratus, non impeditur; eo quod inſtitutor, ne dum prohibuerit, ſed etiam ſi expreſsè dixerit, ut non valeat, niſi mentione expreſsè facta talis prohibitionis, etiam ſi privet majoratu poſſeſſorem aliter, impetrantem.*

18 *Facultatis Regiæ ad alienanda bona majoratus, non obſtantibus quibuslibet clauſulis, etiam pœnalibus, hic ponitur praxis.*

19 *Privilegium novum quando revocet primum; & quod reſcripta accipi debeat ſine tertii præjudicio remiſſivè.*

1 AD has omnes difficultates, qoibus ex regula generali textus noſtri, & aliorum ſatisfit. breviter reſpondendum eſt ad primam; igitur quia quotidie contingit, ut is, qui facultatem ad majoratum inſtituendum obtinuit, atque illud fecit, ſi poſtea alium majoratum inſtituere voluerit, novam facultatem ad inſtituendum ſecundum impetrare ſoleat; ideo ſolet eſſe dubium an in ſecunda facultate ſic impetrata, neceſſario debeat facere mentionem de prima; & reſpondeo cum Molina ut ad id teneatur ex doctrina textus *in cap. 2. de filiis Presbyter. lib. 6.* de quo latè dixi *in quæſt.* 1. & 2. ſic *lib. 2. de primogen. cap. 4. num* 50. & 51. dicens ſic per illum textum tenere Doctores, quatenus *ibi* dicitur, quod diſpenſatio addita primæ diſpenſationi, non valebit, niſi in ſecun-
2 da fiat meotio de prima. † Item quia, ut *infra* dico *in cap. ad aures* 8. *quæſt.* 1. verſ. *ad quartam*, non valet ſecunda remiſſio criminis à Principe facta, in qua non fuit mentio facta da prima; ex quibus Molina *ſuprà num.* 53. refert maximopere da dubio noſtro ſemel controverſum vidiſſe in forenſi ſtrepitu, ubi maximo conatu fuit attentatum, ut non valeret ſecunda facultas ad alienanda ſeu hypothecanda bona majoratus, in qua non fuit facta mentio de alia, quæ ad ipſorum bonorum hypothecam, ſeu alienationem ipſimet majoratus poſſeſſori conceſſa fuerat, de qua dico *infra* in verſ. *ad tertiam*.

Sed exiſtimo ut licet relata concluſio in puncto 3
juris ſit vera, adhuc diſtinctionis federe eſſe reſpondendum: nam ſi ſecunda facultas fuiſſet conceſſa ex eadem cauſa, qua prima, tunc procul dubio relata doctrina tenenda ſit, taliter ut ſecunda facultas, non faciens mentionem de prima, nulla ſit, cum ſi Princeps de eo informatus fuiſſet nullomodo, ac pacto eam facultatem conceſſiſſet ita habet iterum videndus Ludovicus de Molina *lib. 4. c. 3. num.* 40. & 42. dicens, ut nec ex una cauſa debeant plures facultates ad bona majoratus alienanda, vel hypothecanda concedi, niſi prima non ſufficiat: ad quod ait neceſſarium eſſe, ut de
prima Princeps certioretur. † Quod ſi ex alia 4
cauſa conceſſa fuerit, ait ipſe Molina, ſe non videre, quare Principi ſit facienda mentio da prima, cum etſi Princeps de illa fuiſſet certioratus, etiam ſecundam conceſſiſſet; quia ex nova cauſa, debet nova facultas concedi cum utraque de per ſe non valeat, ſi ex cauſa legitimè conceſſa ſit

Et proſequutus idem Molina *dict. c. 3. ſub n.* 42. 5
reſpondet ad textum *in dict. c. 2. fin. de filiis Præsbyteror. lib. 6.* dicens ibi utramque diſpenſationem emanaſſe circa unam, eandem rem, clarumque eſſe, ut difficilius Princeps ſuper duobus ſimilibus defectibus, quam ſuper uno diſpenſet; quem caſum diverſum eſſe à ſecundo noſtræ diſtinctio-
nis ait, patet. † Et ob id in verſ. *non etiam*, reſ- 6
pondet ad textum *in l, 3. cod. de Epiſcop. audient.* nam ſi is, qui ſemel remiſſionem delicti obtinuit iterum delinquat alio ſimili, ut *infra* dico *in dict. cap. 8. quæſt.* 1. dict. verſ. *ad quartam*, indignus efficitur gratia, ac venia ſecundæ remiſſiouis, cum difficilius facta mantione de prima, concederetur ſecunda, ut *ibi* notant Doctores, & Molina explicans, dicit hanc doctrinam non poſſe adaptari ad caſum de quo nunc agitur, cum facultates non ex culpa poſſeſſorum majoratus, ſed ex cauſis neceſſariis concedi ſoleant.

Ad ſecundam difficultatis partem, qualiter di- 7
ctum procedat, jam ex diſtinctione adducta ſatis apparet.

Ad tertiam quæſtionis partem an ex regia facul- 8
tate ad res majoratus alienandas, pignorandas, ſeu hypotecandas, adveniente caſu reſtitutionis, vel ſolutionis, poſſint ipſæ reſcindi abſque nova facultate. In quo dubio reſpondeo affirmativè per textum *in l. ſi pupillorum §. pupillus ff. de rebus, eorum*, ubi diſpouitur, quod ſi pupillus dedit rem pignori ex permiſſu Prætoris, poterit Creditor jus ſuum axequi vendendo pignus abſqoe novo decrato: ſic *ibi* adnotavit Bald. & Imola, & Ludovi-
cus, Romanus *in l. uſu fructu ff. ſoluto matrim.* † 9
inda opioati ſunt quod aſſenſus Domini adhibitus io datione rei feudalis in dotem marito operatur quod retranslatio dominii; quæ facienda eſt ſoluto matrimonio non requirat alium aſſenſum; ſequitur eos Capicius *deciſ.* 282. *num.* 11. & 12. Matthens de Afflict. *in c. imperialem in princ.* verſ. *duodecimo nota num.* 8. & 9. *de prohibita feudi alienat.* idem *deciſ.* 335. *num.* 19. & in rebus majoratus ſic reſolvunt Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 11. p. 6.* in gloſſa verbo *que lo non pudieſe vender*, col. 8. verſ. *etſi data*, Molina *de primog. lib. 4. c. 5. num.* 2. proſequuntur Pater Molina *de juſtitia, & jure tract.* 2. *diſp.* 649. *ex num.* 1. Gujuiba *deciſ.* 31. *ex num.* 4.

Carolus

Carolus de Tapia *deciſ.* 20. Avendan. *tract. de cen-*
10 *ſibus cap.* 62. *num.* 9. † Nec obſtat textus *in dict.*
l. ſi pupillorum §. *Prætor aut ff. de rebus eorum*, ubi
diſpoſitum eſt quod ſi decretum ad rem minoris
pignorandam conceſſum fuerit, non poſſit ejus de-
creti virtute vendi res ipſa; quia reſpondeo cum
eodem Ludovico, Molina *ſuprà num.* 3. & aliis
ab ejus additionatore cum multis *ibi num.* 3.
& 4. textum illum eſſe intelligendum, quando
ſcilicet decretum interpoſitum fuerit ad pigno-
randum, non poſſit à principio res ipſa vendi vir-
tute ipſius decreti. Tamen ſi à principio res ipſa
fuerit pignorata ex poſtfacto ſi intra tempus de-
bitum non luetur jure pignoris, vendi abſque
novo decreto, ita intelligens textum *in dicto* §. *ſi
pupillus*, *dict. l. ſi pupillorum*, dum tamen abſque,
dolo, & fraude venditio ipſa fiat.
11 Ad quartem quæſtionis partem, an ſi teſtator
prohibuerit alienationem majoratus, ſit neceſſa-
ria hujus prohibitionis mentio, cum Princeps
concedit facultatem alienandi majoratum; & præ-
miſſo quod poteſt Princeps ex juſta, & legiti-
ma cauſe concedere facultatem ad bone majora-
tus alienanda, vel hypothecæ ſubjicienda etiam
ſi majoratus inſtitutor expreſſe inhibuerit de regia
ſed ad efficiendum concedi poſſet, vel quod bo-
na mejoratus, etiam ex regie facultete alienari,
non valeant, ex ea ratione; quia in omni diſpoſi-
tione cenſetur authoritas Superioris ſemper ex-
cepte, juxta textum *in c. quemadmodum de jurejur.*
nec poſſit facere quiſquam, ut leges in teſtamen-
to ſuo, non habeant *ex l. nemo poteſt ff. de leg.* ubi
plura Doctores, & ultra omnes ex propoſito
Joannes Gutierrez *in ſuo libro alleg.* cum infinitis
Molina *de primogeniis lib.* 4 *cap.* 3 *num.* 28. alter
Molina *de juſt diſp.* 650. *ex num.* 1. *&* 2. Mieres *de
majoratibus* 4. *p quæſt.* 1. *illatione* 1. *num.* 139. cum
aliis Avendennus optimè expendens, *tract. de cen-*
12 *ſib cap.* 62. *num.* 12. † Reſpondeo ut non ſit ne-
ceſſum quod in derogatione prædicta clauſulæ
prohibitivæ teſtatoris, fiat mentio in Principis
facultate; eo quod talis clauſula derogatoria te-
ſtatoris non eſt efficax ad reſtringendam Principis
poteſtatem, ſitque nullius effectus; & ob id non
egeat ejus mentione in conceſſione reſcripti à
Principe conceſſi: ita in terminis, & in puncto
juris docet Molina *dict. lib.* 4. *de primog. cap.* 3.
num. 32. & ejus additionatores *à num.* 29. *uſque ad*
16. Mieres *in* 4. *quæſt.* 1. *illatit.* 1. *num.* 144. Rota per
Ludovilium *deciſ* 150. Moneta *de commutatione
ultimar. volunt. cap.* 5. *num.* 9. Maria *de ſucceſſione
legati tit.* 2. *p.* 4. *art.* 7. per totum, Avendan. *ſuprà
num.* 22.
13 Nec huic reſolutioni obſtat dicere quod ſicut
idem teſtator, ex quo in ſecundo teſtamento, quod
facit, ut valeat, teneatur facere mentionem clauſulæ
derogatoriæ teſtamenti primi à ſe conditi; ſic ut
aliter primum teſtementum valeat *l. ſi quis in princi-
pio teſtamenti ff. de leg.* 3. *l. ſi mihi*, *&* *tibi* §. *in le-
gatis ff. de leg.* 1. & in terminis reſcripti notant ſcri-
bentes ex gloſſe recepta *in l. pacta noviſſimus* verbo
pacta cod. de pactis; quia ut dixit Felin. *in c. acceden-
tes pen. n.* 4. *de præſcript. n.* 1. de quo *ſuprà q.* 1. privi-
legium ſecundum non faciens mentionem de clau-
ſule derogatoria primi, nullum cenſeatur, & fa-
ciunt dicta in textu noſtro per deciſionem ejus,
& aliàs; ſed reſpondetur prædicta, & alia ad ca-
ſum noſtrum non ſpectare, cum loquantur de
eodem impetrante; nos inquam hic loquimur de
caſu inter teſtatorem, & Principem, cujus poteſtas

taliter eſt abſoluta, ut nunquam ab ullo teſtatore,
majoratus inſtituere poſſit coarctari, quia Principis
legem non potuit imponere; cum ergo clauſula
de qua loquimur ſit derogatoria voluntatis Prin-
cipis, non eſt cur valida ſit, & ob id nec de ea ne-
ceſſum ſit mentionem fieri: ſic reſpondent relati
† Quo fit ut etſi de jure ex textu noſtro, & *cap.* 14
ſuper litteris 20. ac alii noſtri tituli, & ex doctrina
Abbatis per textum *ibi in cap. ex conqueſtione de
reſtit. ſpoliat. num.* 4. Felin. *hic num.* 4. Antonii *in c.
ut debitus honor. de reſtit. ſpoliator. col.* 4. generalis
conſtituatur regula, ut impetrans ſecundum reſcri-
ptum derogatorium primi, debeat facere mentio-
nem de quacumque clauſula notabili adjecta in
prima diſpoſitione, quæ revocari prætenditur; ita ut
aliàs reſcriptum ſecundum ſit nullum, ac ſubre-
ptitium, † idemque videatur in tam notabili te- 15
ſtatoris præjudicio, ut hic accidit; nihilominus cum
ex tali teſtatoris diſpoſitione nunquam debeat vul-
nerari prædicta Principis voluntas, quæ in materia
majoratus, ut plus dependenti ab ejus diſpoſitio-
ne ſine ſcrupulo debet eſſe independenter à teſto-
inſtituente, ſequitur ex dictis non eſſe recedendum
à noſtra dicta ſententia, ut docuit idem Molina *d.
lib.* 4. *de primog.* & ejus Additiun. *dict. c. p.* 3. *n.* 31.
† *&* 34. ubi ait tunc de clauſula notabili in pun- 16
cto juris fieri mentionem in reſcripti impetratione
quando de jure clauſula eſt valida, ſecus autem ſi
nulla ſit, vel ſaltim exceptione elidi poſſit quia
tunc non eſt de illa facienda mentio ulla.
Unde infero ut quantumvis teſtetur dixiſſet, 17
quod non aliter valeat facultas, ſeu Principis re-
ſcriptum, niſi facta mentione de prædicta clauſula
derogatoria voluntatis Principis, eo quod tunc
non videatur agi de Principis poteſtate, adhuc de-
beat valere Principis facultas, etiam ſi prædicta
clauſula mentionem non feciſſet, cum ut diximus
inſtitutor majoratus ſibi poſſit eam legem impo-
nere, quando ab ipſo poſita ſit clauſula derogato-
rie voluntatis, quæ valida erit; ſic ut de illa in revo-
catione ſit facienda mentio, prout reſolvit Bartol.
in dict. l. ſi quis in princ. teſtamenti ff. de leg. 3. ubi
communis cum eo, & Molina *ſuprà num.* 33. non
inquam ex dictis eam Principi imponere; imo nec
poterit majoratus inſtitutor eam clauſulam dero-
gatoriam ponere, etiam ſucceſſoribus ſuis, ut ne-
queant à Principe impetrare facultatem ad bona
ejuſdem majoratus alienanda, vel hypothecanda,
nec ea uti, etiam ſi motu proprio conceſſa fuerit,
& quod ſi contrarium fuerit actum, illico majora-
tus ſucceſſio in ſequentem vocatum transferatur;
quia nihilominus poterit Princeps non obſtantibus
his clauſulis ex cauſa publicæ utilitatis, vel majo-
ratus utilitatis facultatem ad bona ipſius majo-
ratus alienanda, vel hypothecæ ſubjicienda con-
cedere: ſic probans Molina *dict. cap.* 3. *a num.* 36.
ubi numeris ſequentibus agit de praxi, Mieres *de
majoratibus* 4. *p. quæſt.* 9. *&* 1. *num.* 144. Pater Mo-
lina *dict. diſp.* 650. *de Juſtitia*, *&* *jure num.* 5. *per
totum.*
Igitur ut prædicta facultas concedatur poſſeſſori 18
primogenii majoratus, ſolent expreſsè in illa ex-
primi clauſulæ prohibitivæ ipſius majoratus ab in-
ſtitutore poſitæ, ſeu illorum ſubſtantiæ illis ex-
preſsè derogando, vel ex plenitudine poteſtatis,
motu proprio, ſive ex certa ſcientia, & etiam adje-
cta clauſula non obſtante, ſic ut omnis modus, quo
ab inſtitutore prohibitionis fuerit ſcriptus, auferа-
tur, ac ſi ab inſtitutore prædicta clauſula adjecta
non eſſet; & inſuper ut liberetur à pœna inſtitu-
toris

toris ipſe majoratus poſſeſſor ſolet à quodam tertio caute exigere, ut in Regia Camera, ubi ſimiles facultates conceduntur quoddam memoriale (ſic vulgo dictum) introducatur, in quo impetſonaliter, & ſine expreſſione nominis ultimi poſſeſſoris, nec alterius perſonæ impetrantis, narretur, quod in majoratu quem inſtituit N. ſunt clauſulæ talis tenoris &c. Et quod nunc neceſſarium eſt bona ejuſdem alienare; vel hypothecare ex cauſis *hac*, *vel illa* eas exprimendo. Indeque ſupplicatur Regiæ Majeſtati, ut majoratus poſſeſſori proprio motu, & certa ſcientia concedat reſcriptum, in quo derogatur prædictis clauſulis, & concedatur ei licentia, ut abſque incurſione pœnarum in eodem majoratu contentarum, poſſit ad id facultatem impetrare: ſic Molina *dict. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 38. & 39. ubi alia ſcribens ait caute procedendum eſſe in hoc, propter rigorem clauſularum recentium primogeniorum, quæ debent diligentiſſimè examinari ante facultatum impetrationem ab ipſorum majoratum poſſeſſoribus: videndi ſunt etiam idem Pater Molina *dict. diſp.* 650. *num.* 5. & Advendannus *de cenſibus, cap.* 62. *num.* 3. idem tenens in facultate impetrata ab uxore de conſenſu poſſeſſoris majoratus.

19 Ad alia quando privilegium novum revocet primum, ſeu antiquum, & quod reſcripta, & privilegia Principum ſunt accipienda, ut tertio non inferant præjudicium, & juri communi, atque æquitati conveniant *ſub hoc tit.* agitur, & cum multis latè D. Joan. del Caſtillo, *de tertiu ſub cap.* 36. & de aliis ibi.

AD TEXTUM
IN CAPITE IV.
INTER CÆTERAS, hoc titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcripti unum de duobus requiſitis ſufficit probare, ſi disjunctivum ſit, & quare?* numer. 2.
2 *Alternativa affirmans, ſeu negans, & de copulativa*, n. 4.
3 *Dictionis desjunctivæ, ſive conjunctivæ natura quæ ſit?*
5 *Alternativa ex pluribus, ſufficit una vera.*
6 *Alternativa impedit dominii translationem.*
7 *Alternativarum eligendi facultas nequit in alium transferri.*
8 *Dictio* ſeu, *nium ſit disjunctiva, aut copulativa: ubi de dictione*, vel & ſive.
9 *Delictum unum ſolet diverſis pœnis, & ſtatutis coerceri.*
10 *Argumentum à ſimili quem effectum habeat in Jure.*
11 *Filius Sacerdotis poteſt dici ille, qui natus eſt ante patris Sacerdotium.*

1 TExtus hic probat quod quando Papa mandat in reſcripto de duobus inquiri disjunctivè, ad certum effectum conſequandum, ſufficiat alterum probari, multis hic probat Barboſa *num.* 1. & *num.* 3. notans ex gloſſa 2. hic quod nbi in reſcripto, vel diſpoſitione duo, vel plura ſub 1 diſtinctione, ſeu alternativè proponuntur, ſufficit quodcumque ex illis, in quo hujuſmodi reſcriptum, vel diſpoſitio verificatur, † quia in dictione 2 disjunctiva ad verificationem illius ſufficit alteram partem eſſe veram; qui *num.* 5. expendit an textus hic procedat ſolum in disjunctione alternativa affirmante reſolvens contra alios, quos citat procedere textum, ſive in alternativa affirmante, ſive in alternativa negante; quare extra relata ab ipſo erunt applicandæ ſequentes quæſtionis.

3 Igitur de vi conjunctivæ, ſeu disjunctivæ dictionis Doctores per textum noſtrum abundè tractant ad cujus verum intellectum leges Sahagum *bis Azor. lib.* 5. *moral. cap.* 27. & 28. De natura propoſitionis & applicabis notata *ſupra ſub cap.* 2. & quæ de ejus natura tradit Riccius *collect.* 1431. *ad textum in l. Titia textores* §. *nihil ff. de legat.* 1. de qua abundè Barboſa omnia recolligens *in tr. de diction. uſu frequent. dict.* 110. † De alternativa 4 & copulativa applicabis quæ tradit Gomezius *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *à num.* 19 & 20. ubi agit de quæſtione an ſi quis ſtipuleretur copulativè, ſibi, & tertio extraneo. Et an hodie ſi quis mediante ſtipulatione ſimpliciter promittat pecuniam, vel rem Titio, aut Seio alternativo modo, talis promiſſio, actio, vel obligatio ejus quæratur Titio: & leges ipſum in verſ. *pulchrum dubium* ubi poteſt disjunctiva reſolvi in conjunctivam. † Et quod al- 5 ternativa ex pluribus ſufficiat unam eſſe veram probat regulam conſtituens Gratianus ex noſtro textu, & aliis regula 22. ubi limitat modis 8. † qui 6 etiam aliam ponit regulam regul. 23. cum ſex ampliationibus, limitans *à num.* 3. dicens quod alternativa impedit dominii translationem in legatis, donec fiat electio ex textu *in l. apud Aufidium ff. de optione legata.*

7 Et *ibi* regula 24. docet de alia regula, nempe ut alternativorum eligendi facultas, non poſſit in alium transferri ex textu, ubi Bart. & Jaſon. *in l. ſi ſtipulatus fuerim ff. de verb. obligat.* & *in l. ſi ſervus*, & ibi Doctores, & Bart. *ff. eodem*, ubi refert Doctores ampliantes regulam 39. modis, & ponit ad eam limitationes ſex.

8 Dictio *ſeu* an disjunctiva ſit, vel copulativè tractat Covarruv. *lib.* 2. *variarum cap.* 5. *num. fin.* de qua omnia recolligens agit Barboſa *de dictionibus uſu freq. dictione* 363. Igitur propria vis, & ſignificatio ejus eſt, ut disjunctim, ſeu alternativè accipiatur *l.* 1. *ſublata ff. ad Trebell. l. ſiquis ita legaverit ff. de auro, & argento legato, l. generaliter* ubi Bart. *cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. filia*, ubi Bald. *cod. de collat. c. fin.* 75. *dict.* & licet ponatur inter diverſa, ſignificat ſimilitudinem, & conformitatem: & quod licet quandoque ampliet, vel conjugat ſecundùm propriam naturam importat alternativam; & ſic licet verba desjungat, conjungit tamen ſenſum, niſi quando res ſunt diverſæ, & quod quando ponitur inter diverſa, ponitur ampliativè, quod interdum ponitur declarative, ac expoſitive, præcipue quando ſtat inter duas dictiones idem ſignificantes; quia exponit præcedentia, differt tamen à dictione *vel*; quia hæc disjungit verba, & mentem, illa *ſeu* tantum verba, & eſt eadem, ac dictio *ſive*. Ad quæſtionem an hæc dictio *ſeu* habeat vim appliandi legatum, Faquineus *lib.* 5. *controverſ. cap.* 68. de aliis dictionibus applicabis Riccium *collect.* 389. etſi non ad propoſitum.

Et

9 Et quia ut notat Faquincus *lib. 9. controverſ.* Canoniſtæ Doctores per textum noſtrum tractent de dubiu, quod ſo'cat unum, atque idem delictum diverſis pœnis coerceri aliis legibus, ac ſtatutis diverſis; ideo longè agit de pœna, quæ ſit eligenda præ cæteris ac ſtatuenda, ubi doctè deſerit videndus: & applicabis nonnulla *ſub. c. 4. de judic.*

10 Et quia ex finalibus verbis textus noſtri ibi, *Et idem in finalibus obſervandum eſt*; ideo ex multis notat de argumento à ſimili quem effectum habent in jure.

11 Et quatenus ex textu hic verbo *filius Sacerdotis, & in Sacerdotio genitus*, docet Barboſa *numero* 2. quod Sacerdotis filius poteſt diei ille, qui natus eſt ante patris Sacerdotium: applicabis dicta *infra de filiis Preſbyteror.* & ad quæſtionem Suarez *de cenſ. diſputatione 2. ſect. 2. à num.* 10. & de intellectu hujus textus in hoc verſ. Zenedus *in pract. quæſt.* 16. *num.* 15. & de hoc noto *infra in cap. ad extirpandas de filiis Præsbyteror.* quem expendit idem Zeoed.

A D T E X T U M

I N C A P I T E V.

Si quando, hoc Titulo.

D E R E S C R I P T I S.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Pontifex conſulendus eſt ſuper dubiis privilegiorum.*

2 *Præceptum Superioris durum ſeu ex quo ſequitur abſurditas, vel ſcandalum non exequitur.*

1 PRO intellectu hujus textus leges quæ adduxi *in cap. de cætero 5. de re judicata quæſtione* 1. *numero* 19. & quia per huno textum agunt Doctores de conſultando Pontifice ſuper dubiis privilegiorum; ideo applicabis quæ longè ſcripſi ſub *cap. cum veniſſent* 12. *de judiciis q.* 1. & 2. cum aliis.

2 Cumque textus hic probet præceptum Superioris, ubi injuſtum, durum ſeu aſperum apparet, vel ex eo ſequitur abſurditas, ſcandalum, vel inconveniens, nullo modo eſſe exequendum; ideo præter Doctores, quos hic adducit Barboſa *numero* 2. & 3. leges Covarruvias *in regula peccatum* 1. *part. à numero* 5. verſic. *octavo*, ubi dicit non eſſe obediendum Superiori ob ſcandalum ob idque applicabis quæ adduxi *in cap. 2. de præſcript. quæſtione* 1. verſ. *ad tertiam*, ubi dixi de dubio, an teneamur permittere aliquod præceptum ob evitandum ſcandalum. Item applicabis dicta *in cap. de cætero de re judicata*, ubi egi de cognitione, quam habet executor circa exequenda reſcripta, de quo expendens textum noſtrum loquitur Balboa *ibi à numero* 25. & *ibi* dixi *dicta quæſtione* 1. *num.* 19. Et qualiter reſcribendum ſit ad Pontificem de damnis ſuarum litteratum Zevallos *in practicis quæſtione* 857. *à numero* 363. Et aliquid diſponit contra jus idem *à numero* 183. Et pro apparatu textus noſtri videbis quæ longè ſcribit Salzedo *de lege Politica libro* 2. *cap.* 3. 4. 5. & 6. & de noſtro textu præter notata hic à Barboſa leges Sahagum, & Zanedum *in collect.* 3. *ad decretales.*

A D T E X T U M

I N C A P I T E. XI.

Cum Ordinem, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Reſcriptum impetratum contra exemptum in præjudicium ſuæ exemptionis, regulariter non valet, ſi de ipſamet non fiat mentio.*

DE privilegiis ordinis Ciſtercienſium circa decimas, dico *infra in cap. ex parte* 10. *de decimis.* Et quia latè hic de textu ſcribunt Barboſa, & Sahagum, & omnes interpretes generaliter notent quod reſcriptum impetratum contra exemptum, non valeat in præjudicium ipſius exemptionis, ſi de ipſa in reſcripto non fiat mentio & Doctores per gloſſam *hic*, ut tradit Barboſa *numero* 6. intendant hoc textu probare per ſpeciale mandatum non derogari generali; cujus mentionem non faciebat; ideo adjunges notata *ſupra in cap.* 1. & *in cap.* 3. *hoc titulo*, & de hoc textu ſcribit Zenedus. *ad decretal. collect.* 15. 1

A D T E X T U M

I N C A P I T E X.

Eam Te, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M

1 *Reſcriptum, cujus vi Capitulum contulit aliquam Præbendam, permanet etiam reſpectu Epiſcopi.*

2 *Conſecratio requiritur ad hoc, ut quis Pontifex ſive Epiſcopus appelletur.*

3 *Converſi ad finem ſunt honorandi, & promovendi ad Eccleſias remiſſive.*
4 *Neophytus num ad ordines, & Eccleſiam aſſumi valeat?*
5 *Infans num queat nobilitari ante ſeptiennium remiſſive?*
6 *Statuta de actibus puritatis, & nobilitatis, jam hodie ſunt derogata.*
7 *Epiſcopus num propriè quis dici poſſit ante confirmationem, & conſecrationem.*
8 *Tempus datæ conſideratur in reſcriptis.*
9 *Beneficia duo difformia obtineri poſſunt ſub eodem tectu.*

1 TExtus iſte quatenus probat quod reſcripto ad conferendam Præbendam directo ad Capitulum gerens Epiſcopi vices, debet obtemperari ab Epiſcopo poſtea creato, ad quem Præbendarum collatio pertinet; quia mandatum reale fuerat, quod tranſit ad Epiſcopum tanquam ſucceſſorem: ſic reſolvit Barboſa *hic numer.* 1. & 2. cum multis, & Nicolaus Garcia docet objectis reſpondeo *de benef. pag.* 2. *cap.* 2. *à num.* 26. Quare pro amplianda hac materia adjunges dicta *infra in cap. quoniam*, Abbas 14. *de officio deleg.* ubi quando commiſſio ſit perſonalis, quando verò realis, quæ tranſit ad ſucceſſorem in Dignitate. Item adjunges pleraque adducta *ſub cap. quia V. de judiciis*, ubi longe dixi de obligatione, ad quam tenetur ſuccedens. Item poteris hic adjungere quæ tradit Azor. *de officio Epiſcoporum lib* 3. *moral. tom.* 2. *cap.* 37. & 38 29.
2 & 30. † Et quod ad hoc, ut quis Pontifex, ſeu Epiſcopus vocari poſſit, requiratur conſecratio, notans Doctores per textum hunc, de quibus cum multis Gratianus *regula* 92. ubi ampliat dupliciter, & limitat 4. modis: & videbis Garciam *de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *à num.* 19. & 26. ubi expendit textum noſtrum & de Vicario ejus *à n.* 40. ubi ad quæſtiones, nempe quas litteras exequi valeant de conſecratione Epiſcoporum *infra* late *in cap.* 6. *de temporibus ordinat.*
3 Et quia Barboſa in verſ. *pro eo vero quod Judæus num.* 3. dicat ut ad finem converſi, ſint honorandi, propter adeptam ſacri Baptiſmi dignitatem, ſintque capaces beneficii Eccleſiaſtici, qui à Judæis originem ducunt: itemque ipſe Barboſa plura de Neophytis per hunc textum, & ab eis originem trahentibus dixerit de officio Epiſcopi *p.* 1. *tom* 2. *de Epiſcopali munere, gloſſa* 17. *per totam.*
4 Et de Neophytis latè ſcribit Ricciulus *in ſuo tractatu de Neophytis c.* 4. *cum ſequent.* ideo adjunges, quæ tradit Suarez *de cenſur. diſp.* 44. *ſect.* 3. *à num.* 5. ubi agens de irregularitate reſpectu Neophytorum, & an ad ordines queant promoveri ſcribit nonnulla conducibilia ad textum noſtrum: & an Neophyti ad Eccleſiam aſſumi valeant, Barboſa *de Canonicis cap.* 13. *à num.* 27. & 28. & Gratianus *regula* 223. cum Felino, & aliis ex antiquis *hic* per hunc textum probat quod hæreticus, vel infidelis, qui fuit, ſi jam converſus eſt, poſſit promoveri ad Eccleſias, vel Dignitates, ampliat dupliciter, & limitat modis octo, & facit optima lex *partitæ, lib.* 6. *tit.* 24. *p.* 7. *cap. Neophytus* 21. *diſt.* & ſit infero ad ſequentes quæſtiones.
5 An infans poſſit ante ſeptennium nobilitari
6 Narbona *in annalibus à num.* 7. *quæſt.* 36. † Et an Eccleſiaſticæ communitates debeant ſervare in qualitate nobilitatis probanda ſtatuta loquentia de tribus actibus, Salcedo *de lege politica, cap.* 5. latè Scobar. *de puritate ſanguinis*, Carlevalde *de jud. p.* 2. *tit.* 2. *lib* 1. *diſp.* 3. & *a num.* 6. Valenzuela *p.* 1. *conſ.* 90 91. & 92. omnino videndi. Sed cum jam hæc lex ſpecialis 35. *tit.* 7. *de los eſtudioſos generales, lib.* 1. de tribus actibus poſitivis, quæ fuit anno 1623. etſi practicaretur in conſiliis ordinum, & Sanctæ Inquiſitionis, tamen jam ex hac parte derogata eſt, ſive abrogata anno præterito 1656. ſic ut ſemper quicumque ex familia ſit, ſive in ſe, ſive in ſuis aſcendentibus ab utroque latere purus, & nobilitatus, nihilominus, quando prætendit novam gratiam requirentem puritatem, ſeu nobilitatem, debent teſtibus qualificari de novo.
Et quia per verba hujus textus & in verſ. *ante tuam promotionem*, & in verſ. *ante datam litterarum*, & in verſ. *Archidiaconus*, & *Canonicus*, Barboſa *a num.* 5. probet cum multis. an electus, & confirmatus ante conſecrationem dicatur Epiſcopus, ubi diſtinguendo reſolvit: applicabis dicta *ſub tit de elect.* 7
Et an in reſcriptis attendatur litterarum data applicabis notata *infra in cap. Capitulum Sanctæ Crucis hoc tit.* & *in cap.* 2. *de officio deleg.* & quod tempus datæ inſpiciatur in reſcriptis Gratianus ſcribit per textum *in cap. ſequenti*, & alios hujus tituli, ubi ampliat, & limitat *regula* 451. † Et quod beneficia duo difformia ſub eodem textu obtineri poſſint ex vi ſtatuti, conſuetudinis, aut diſpenſationis Epiſcopalis, applicabis notata *infra de præbendis*, & *Dignitatibus ſub cap. de multa* 28. 8 9

A D T E X T V M

I N C A P I T E VIII.

Ad Aures, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Reſcriptum ad beneficium impetratum non valet, tacita dignitate impetrantis.*
2 *Dignitas non in genere, ſed in ſpecie eſt exprimenda in reſcripto.*
3 *Nobilitas non debet exprimi in reſcripto.*
4 *Nobilibus beneficia liberius concedit Papa.*
5 *Probare debet quilibet ſuæ intentionis fundamentum.*
6 *Mandatum non requiritur ad impetrandum non quilibet amicus pro amico id facit.*

PRobat textus hic quod non valet reſcriptum ad beneficium impetratum tacita impetrantis dignitate: & ſic Barboſa reſolvit per omnes hic *numer.* 1. & 2. & *in cap. in noſtra hoc tit.* requiri ſpecialem mentionem dignitatis, ſed dicens *num.* 3. contra alios, ut non teneatur mentionem facere de nobilitate. 1
† Et quod non ſufficiat expreſſio dignitatis in genere, ſed requiratur in ſpecie expreſſio dignitatis patet ex textu *in cap. in noſtra hoc titulo* quia quoties lex expreſſionem verborum pro forma requirit, non ſufficit expreſſio verborum ſub involucro, *cap. ad agendum de procurat. lib.* 6. *l.* 2
ſed

Google

ſed etſi quis §. *quæſitum ff. ſi quis cautionibus* , & Felinus *hic.num.*3. *col.*2. ait ut ea ſit mentio ſpecialis, quæ exprimit circunſtantias, & conditiones, quæ poſſunt Principem alterare : & prædicta doctrina eſt verè contra Barbatiam *hic num.* 3. *col.* 1. Selua *in tract. de benef. p.*3. *quaſt.*11. verſ. 23.*qualitas.*

3 Sed quod expreſſio nobilitatis reſcriptum impetrantis non ſi neceſſaria; quia cum noo dicatur impetratio ſubreptitia; ex eo quod ſupprimantur, quæ ſi expreſſa eſſent, faciliorem redderent Papam ad concedendum; ut eſt caſus à contrario ſenſu *in cap.poſtulaſti infra hoc tit.* ſequitur dicendum, ut cum ex regula textus *in cap. de multa,in*
4 *fine de præb.* † Ut *ibi* dico Papa libentius beneficia nobilibus, quàm ignobilibus conferat, aut concedat, ut multò liberius reſcriptum concederet impetranti, ſi nobilitatem exprimeret hic Joannes Andreas, Butr. *num.* 10. Panormit. *num.* 2. Imola *num.* 5. Felin. *num.* 5. Decius *num.* 3. Ripa *num.* 1. Barboſa *num.* 3. Selua *de benefic.p.*3. *quaſt.*12.Ty*de nobilit. cap.* 37. *num.* 61. quidquid contradicant Hoſtienſ. & Barboſa *hic à num.* 5. Romanus *ſingulari* 37. Ad quæſtiones quod ſubreptitiæ litteræ in beneficialibus ipſo jure nullæ ſint Gratianus *regula* 444. item & per textum hunc quod tempus datæ inſpiciatur in reſcriptis amplians uno modo, & limitans modis octo ſcribit Gratianus adductus *cap. præcedenti dicti. reg.* 45. alia notat Barboſa *hic. à num.* 4 in verſ. *Decani*, de cujus officio dico *infra in Rubrica de officio Archipresbyteri*, & *cap.* 1. *de ætate*, & *qual. ordin.*

5 Et in verſ. *intentionis*, ubi dicit quod quilibet debet probare fundamentum ſuæ intentionis; de qua regula latè dico *in cap. fin.* §. 1. *de jurejurand.*

6 Et idem Barboſa *hic num.* 8. & 9. dicit quod ad impetrandum beneficium ooo requiritur mandatum; quia quilibet amicus pro amico, poteſt ſine mandato impetrate litteras, etſi ad acceptandam collationem; ad iostitutionem, & poſſeſſionem requiratur ſpeciale mandatum.

7 Et videbis plura apud Barboſam *infra in cap. cum adeo* 17. de quibus impetrans reſeriptum ad beneficia, debet mcotionem facere, ubi breviter repeto alia addens.

AD TEXTVM
IN CAPITE IX.
Si autem, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum ſecundum prævalet primo quo impetrans per malitiam ſuam non fuit uſus intra annum.*
2 *Reus, qui tutus eſt in aliqua exceptione poteſt adverſarium provocare ad judicium.*

1 TEXTUS iſte ſimilem habet materiam cum textu *in cap. ex part.* 12. *cap. plerumque* 23. *hoc tit.* ex quibus colligitur prævalere reſcriptum poſterius, oon facta mentione prioris, quod impetrans per malitiam ſuam, D. *Fermoſin. de Reſcript.* & *Conſuet*, vel negligentiam ſuam oſos non fuit intra aonum; ſed quia horum deciſio videtur eſſe contra regulam textus *in cap.* 1. *cap. cæterum* 3. *hoc tit.* videbis *ibi* adducta. † Caoonistæ in textu ſolent 2
dicere quo reus, qui eſt tutus aliqua exceptione, poteſt provocare adverſarium rad judicium de quod Anton. Gomez. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 20. legendus *à num.* 18. & videbis Sahagum ad hunc textum.

AD TEXTUM
IN CAPITE X.
Ad hæc, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Reſcripta ad Judices incertos impetrata, vel ad futura negotia, non valent.*
2 *Recuſatur Judex juſtè propter amicitiam.*
3 *Cancellariæ etymologia, & origo remiſſivè.*

TEXTUS iſte decidit quod non valeot 1
literæ aut reſcripta per quæ incerti Judices dantur, vel futura negotia committuntur, ſatis ultia antiquos notat Barboſa *hic*, quæ pro enodatione hujus textus moveri poſſunt; ſemper enim Judices debent eſſe certi, ut probat : nam ut latè dixi *in cap.* 2. *de libelli oblatione*, libellus oblatus in Judicio, ſi iocertus eſt, repellitur à Judicio; ergo multo magis debebit conſtare de certitudine Judicis, cui negotium tractandum committitur † Et 2
quia Balboa *in c.* 61. *de appell. n.* 17. per hunc textum probat, quod juſtè recuſatur Judex propter amicitiam; ideo leges quæ de hoc puncto, & de Judicum recuſatione late ſcripſi *ſub. c.* 4. *de foro comp.* Et quia hujus textus deciſio limitatur, quando procedit delegatio, & commiſſio ex certa ſcieotia, ideò de virtute, & effectibus clauſulæ ex certa ſcientia, applicabis quæ latè dixi, & notavi *in cap. venerabilibus de confirm. utili, vel inutili*, & Rub. illius tituli.

Cancellariæ etymologia, & origo, quæ ſit, expli- 3
catur multis, quos refert hic Barboſ. *n.* 3. & 4. ubi quid de Cancellarii magni officii præ emiuentia aguot inter quos Covar. *lib. pract. c.* 4. *n.*10. verſ. *ſed hac*, Gregor. *in l.* 4 *hoc tit.*9.*p.*2. verb. *Canciller.*

AD TEXTUM
IN CAPITE. XI.
Ad Audientiam, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum falſa latinitate conſcriptum vitiatur.*

CUM textus hic probet quod raſcriptum 1
falſa latinitate conſcriptum vitietur, intel-

ligens Barboſa hic n. 2. & 4. procedere tam in litteris Juſtitiæ, quam gratiæ; quia in utriſque viget ratio; ideo applicabis quæ dixi, & notavi in cap. ex literis de fide inſtrument. quæſt. 1. ubi egi de quæſtione, an reſcriptum Apoſtolicum propter raſuram in loco non ſuſpecto, dicatur vitioſum.

AD TEXTUM
IN CAPITE. XII
Ex parte, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM.

1 *Attentatorum revocatio remiſſivè.*
2 *Vocatio in Jus remiſſivè.*
3 *Fatalia appellationis proſequendæ remiſſivè.*
4 *Appellationi renunciat, qui ſpoliat adverſarium poſt appellationem.*
6 *Expenſarum condemnatio remiſſivè.*
7 *Eccleſia Matrix quæ dicatur remiſſivè.*

1 TExtus iſte ſimilem habet materiam cum textu *in cap. ſin autem* 9. *hoc titulo*, & *in cap. plerumque* 13. Per verba textus noſtri de multis poteſt inquiri: nam ibi, *Poſt appellationem à ſe factam amovit*, & in verſ. *ideoque*, & ibi, *Revocatis in ſtatum priſtinum omnibus, quæ poſt appellationem ipſum inveneritis attentata*, adjunges quæ latiſſimè ſcripſi de revocatione attentatorum poſt appellationem *in cap. bonæ.* 51. & *in cap. cum teneamur* 17. & quæ notavit *in cap.* 1. *de appell.*

2 Et in verſ. ibi, *Cum authoritate judicum in jus eſſet vocatus*, vide quæ adduxi de in jus vocando *ſub Rubr. de judic.* & *ſub cap. pen. de foro comp.* & *ſub cap.* 1. *cauſa poſſeſſ.*

3 Et ibi, *Cum biennium à tempore appellationis jam fuiſſet elapſum*: per hæc verba ſatis queit diſputari de anno, biennio, & tertio anno, in quibus eſt appellatio proſequenda, & qualiter procedat, de quo dixi latè *in cap.* 4. 5. & 8. *de appell.*
4 † Cumque hic Barboſa *num.* 4. dicat quod appellans videtur ſuæ appellationi renunciaſſe, ſi ſpoliet Adverſarium poſt appellationem; ideò applicabis pleraque, quæ adduxi de renunciatione appellationis, & quibus intelligatur facta *in Rub. ſub quæſt.* 2. *in cap.* 17. *ſub quæſt.* 1. *in cap. ſæpè* 44. *ſub quæſt.* 1. & *in dict. cap. bonæ* 51 *ſub quæſt.* 3. & *in cap. ſolicitudinem* 54. *quæſt.* 1. *de appellation.* & alibi.

5 Et ibi, *Dixit ſe litteras priores habere de quibus nulla mentio in poſterioribus*, habebat: per hæc verba ſatis applicatur materia textus *cap. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* ubi de taciturnitate reſcriptorum, ac de mentione, quæ in ſecundis literis debet de primis fieri, notavi *ſuprà in cap.* 1. & *cap. cæterum* 3. *hoc tit.*

6 Et ibi, *Memorato ſcilicet in expenſis neceſſariis condemnantes*: de condemnatione expenſarum, & quæ neceſſariæ, quæve voluntariæ ſint latè *in c. finem litibus de dolo*, & *contumacia*, & *ſub c. gravis de reſtit. ſpol.* dixi aliqua applicanda.

Et ibi, *Matrici Eccleſiæ*, Matrix Eccleſia quæ dicitur notavi *ſupr. in c.* 1. §. 1. *ſumm. Trinit.* & *fide Cathol.* & tractavi *ſub c.* 1. *de præſcript. q.* 1. verſ. *ad ultimam.* 7

AD TEXTUM
IN CAPITE XIII.
Sciſcitatus, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum Papæ pluribus directum cum clauſula, quod unus, vel plures, ſi aliquis adeſſe nequit intelligitur tam de importentia Juris, quàm facti.*
2 *Judices qui ſemel cæperunt, cognoſcere debet inſimul, & non unus ſine alio ſententiam proferre.*
3 *Judex excommunicatus à principio, vel in medio, facit actum nullum.*
4 *Infamis, ſeu aliàs inhabilis, non excuſatur à judicatura, à muneribus, à Notariatu.*
5 *Proteſtare non ſufficiat, niſi adſit conſenſus ejus cui proteſtatur.*

TExtus hic probat reſcriptum Papæ pluribus Judicibus directum cum clauſula 1
quod *unus, vel plures judicent*, ſi aliquis adeſſe nequiverit intelligi, de importentia juris, quàm facti; quare quia de commiſſione facta delegatis tribus cum clauſula, *quod non omnes*; ideò recurres ad notata *infra in cap. prudentiam* 21. *de off. deleg.* † Et quod ſententiam debeant 2
proferre Judices inſimul, & non unus ſine alio, qui ſimul cœperunt cognoſcere de una cauſa, multis probat Gratianus *regul.* 423. de quo *alibi* dico, notat nonnulla Barboſa ad litteram noſtri textus † Et quia *ſub n.* 5. verb. *infamen* in gloſſa 3
ibi, *ſi medio tempore*, notat quod ſive Judex fuerit excommunicatus à principio, ſive medio tempore ſemper actus per ipſum factus ſit nullus; ideo applicabis quæ abundè ſcripſi *in c. ad. probandum de re jud.* ubi an Judex excommunicatus queat judicare, ſeu actus facere judiciales. † Et quod infamis, vel alias inhabilis non excuſetur à judicatura, 4
ſi ipſi cauſa commiſſa fuit, tradit Felinus *hic n.* 20. ubi ſex limitationes congeſſit, & Decius *n.* 12. & Innocent. & cum aliis Gratianus *regul.* 236. ubi dicit cum Gomez. Ariaz, & Petro Nunnez, quod infames non repelluntur à muneribus; & idem Gratian. multis probat *regul.* 237. quod infamis non prohibetur eſſe notarius: applica aliqua, quæ notavi *infra in c. P.* & *G. de fide inſtrum. ſub. q.* 3.

Item per hunc textum dixit Panormit. *hic* quod 5
proteſtatio neceſſaria eſt impedito; quare adjunges quæ latè dixi de proteſtatione, & ejus effectibus *in c. fin. de appell.* & videbis de hoc cum multis Gratian. *regul.* 396. & 396. ubi tradit de alia regula, quod proteſtare non ſufficit, niſi adſit conſenſus ejus cui proteſtatur.

AD TEXTUM

IN CAPITE XIV.

Paſtoralis, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Litterarum diverſarum cognitio, ſpectat ad omnes earum Judices, & in diſcordia eliguntur arbitri.*
2 *Delegati Judices cognoſcunt, an ſua ſit Juriſdictio.*
3 *Reſcripti tempus à quo currat*, n. 4.
4 *Judex nequit exercere Juriſdictionem ante receptionem, & præſentationem reſcripti.*
5 *Adminiſtratio non datur Epiſcopo ante præſentationem ſuarum litterarum.*

COGNITIO diverſarum litterarum impetratarum, & ſuper earum revocatione, ſpectat ad omnes earum Judices, etſi diſcordent, eliguntur arbitri. Applicabis quæ dixi de revocatione ſententiæ *in cap. ſub. orta* 21. *de re judicata.*

2 Et quia Barboſa *hic num.* 2. firmat quod judices
delegati cognoſcunt, an ſua ſit Juriſdictio, &
pronunciant ſuper exceptionibus ſui fori declinatorii,
& incompetentiæ; ideo applicabis quæ dixi
in *Rubrica de foro comp. quæſt.* 1. ubi dixi de dubio
quis ſit judex, quando duo Judices litigant de juriſdictione
ſibi competenti, & *quæſt.* 3. quando
incompetentiæ exceptione debeat apponi, & ejus
declinatoria: de hac exceptione dixi ſub *Rubrica
de exceptionibus*: item & *in cap. pen. de foro comp.
applicabis quæſt.* 36. ubi dixi de quæſtione, an quilibet
judex præveniendu, poſſit cognoſcere, an ſua
3 ſit juriſdictio, & ab altero inhiberi. † Et à quo
tempore currat reſcripti tempus, per hunc textum
docet Balbos *in cap.* 12. *de appellationib. à num.* 29.
& 32. ubi dicit ex textu noſtro quod ante rece-
4 ptionem, præſentationemve reſcripti, judex non
poteſt exercere Juriſdictionem, ipſum videbis. Et
ſic applicabis dicta *infra in cap. Capitulum Sanctæ
Crucis hoc tit & in cap.* 2. *de officio delegati*, an litteræ
debeant habere vim à tempore datæ, ſeu
præſentationis.

Imò & applicabis quæ dico *infra laté in cap. mo-*
5 *ſti* 9. *& in cap. tranſmiſſam* 15. *de elect.* ubi quod
Epiſcopo non datur adminiſtratio ante præſentationem
ſuarum litterarum.

Ad §. Quoniam ejuſdem textus.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Judices debent eſſe certi, & ſic res ſuper qua ſunt judicaturi; quid de eo qui ad plures cauſas delegatur*, n. 3.
2 *Juriſdictionis perpetuatio circa expreſſa; non operatur regulariter, quoad non expreſſa, etiam in reſcripto ſuper injuria in rem familiarem*, n. 4.
6 *Dictio* penitus *totum excludit, & ad qua ſe extendat*, n. 7. 8. 9. 10. & 11.

PRo intellectu hujus §. & ejus litteræ condu- 1
cit quod adduxi *ſupra in cap. ad. hac.* 10. *hoc
tit.* cum dixi quod judices debent eſſe certi, & ſic
etiam debebit eſſe certa res, ſoper qua tales debent
eſſe Judices ex noſtro textu; & ſic ſuper rebus
expreſſis. † Quare adjunges quæſtionem, de 2
qua Gratianus *regul.* 250. cum Felino, Joanne Andrea,
& communi hic, & per gloſſam, dicens
quod perpetuatio Juriſdictionis circa expreſſa,
non operatur regulariter quoad non expreſſa, 3
† hoc etiam extendens in eo, qui ad plures cauſas
particulariter delegatur. † Et etiam ampliat, *n.* 2. 4
in reſcripto ſuper injuria, in quo non venit actio
aliqua ad vindictam; ſed illa quæ conſequitur rem
familiarem, ſuper qua reſcriptum fuit impetratum
cum Felino *in cap. ſedes n.* 5 *hoc. tit.* quam regulam
limitat Felinus *hic num.* 7. 8. quinque modis, &
Decius *num.* 6. item applicabis quæ dico laté, *in
cap. ſignificaſti de foro comp.* ubi quando prorogatur,
vel non juriſdictio.

In verſ. ibi. *cum generali per ſpeciale procul du-* 5
bio derogatur; notavi *ſupra ſub cap.* 1. *hoc tit. & in
cap.* 3. *eodem*, ubi quando litteræ ſecundæ non facientes
mentionem de primis eas enervent: alia
hic notat videnda Barboſa *num.* 5. ubi contra gloſſam
hic verb. *ambigitur*, dicit deciſionem hujus
textus procedere etiam in cauſa appellationis, ubi
agitur de revocatione litterarum quæ ad diverſos
Judices in eadem inſtantia appellationis datæ ſunt;
ad quod applicabis nonnulla, quæ dixi *in cap.* 17.
& 18. *de teſtibus.*

Et in verbis *penitus enervetur*, quod dictio *pe-* 6
nitus, habeat ad eo præciſam naturam, ut nullam
modificationem, ſeu limitationem admittat, dixit
idem Barboſa *hic num.* 3. cum multis ab eo relatis
& uberius ipſe, *de dictionibus dict.* 249. ubi
agit de hac dictione probans cum multis, † ut 7
idem importat quod omnino ex toto in totum 8
prorſus, & ſimiles. † Et idem quod omni caſu,
† & ipſo jure actus nullitatem, † item & quod 9
ſit excluſiva, rejiciatque minima, † ſitque etiam 10
derogatoria derogatoriarum eo ſcilicet caſu, quan- 11
do teſtator in ſuo teſtamento dixerit volo hoc
teſtamentum penitus valere, † ſed quando pro- 12
pter ſubjectam materiam non ſignificat actum
ipſo jure nullum, docet Cardinalis Mantica, *de
tacitis, & ambiguis convent. lib.* 5. *tit.* 5. *n.* 13. † Et 13
Robleſ. *de præſentatione lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 34. dixit
ut talis dictio omnes caſus ſine diſtinctione
contineat, & Natta *conſ.* 63. *num.* 16. Rota *deciſion.*
526. *num.* 4. *p.* 1. *diverſor.* Seraphin. 2. *deciſione*
447. *num.* 4. Octavian. Vulpell. *de propoſition. &
adverb. ſignif. ſub. hac dict. pag.* 72. dixerunt hanc
dictionem penitus habere adeo naturam præciſam
ut nullam recipiat modificationem ſeu limitationem.

AD TEXTUM
IN CAPITE XV.
Sedes, hoc Titulo.

PRÆMISSUM

SUMMARIUM.

1 *Clauſula* quidam alii, & res aliæ, *non includitur multitudo effrenata.*

2 *Fraus, & dolus, non debet ulli patrocinari.*

3 *Perſona loquentis cenſetur excepta in generali ſermone, & nec comprehenditur perſona, ad quam ſermo dirigitur*, n. 4.

5 *Perſonæ magnæ, non comprehenduntur in generali locutione, niſi in locutione legis, & niſi non alia, quàm perſona loquentis, poſſet comprehendi*, n 6.7.8.

9 *Clericalis ordo nobilitat, & eſt major quacumque alia dignitate, & honore.*

10 *Ordo denominationis, majorem dignitatem arguit.*

11 *Dictio* aliud *quid ſibi velit, nimm univerſalitatem,* n. 21.

1 TEXTUS iſte duo continet quod per clauſulam *quidam alii & aliæ res*, multitudo effrenata non includitur. Nec perſonæ nec res majores expreſſis, ſed pares, vel minores; itaque applicabis quæ dixi *infra in cap. ſignificaverunt nobis* 36. *de teſtibus*, quatenus in verſ. *ibi*: *Pro eo quod voluerunt effrenatam multitudinem teſtium refrenare*: & quod horum occaſione ſcripſi de vitanda multitudine teſtium ad probandum, & de certo numero ſtabilito: alia noſtri textus verba cum gloſſis bene Barboſa expendit ex mutis.

2 Et in verſ. ibi: *Quia fraus, & dolus ei patrocinari non debet*; ad cujus dicterii probationes plura jura, & Doctores affert hic Barboſa *num.* 7. & amplius *in axiom. Juris, axioma* 102. ideo intellectu textus noſtri, & *l.* 1. §. *idem ajunt*, verſ. *denique ff. de aqua pluu. arcenda*: videbis quæ ſcribit Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *quæſt.* 4. *à num.* 27. & 29. & dico *ſub cap.* 20.

3 Ob verba textus noſtri applicabis regulam, de qua teſtatur cum multis Gratianus *regula* 353. quatenus ponit, quod perſona loquentis, cenſetur excepta in generali ſermone ex textu cum gloſſa *in l. ſi mercedem*, §. *fin. ff. de actione empti*, *l. inſulam*, §. *fin. ff. locati*, *l. inquiſitio, cod. de ſolution.*
4 *l. Paulus* §. *fin. ff. de pignoribus*, † amplians *num.* 3. ut ſicut generali ſermone, perſona loquentis cenſetur excepta, ita non comprehendi perſonam ejus, ad quem ſermo dirigitur *ex l. pen. ff. de Senat. l. qui hæredi* §. *fin. ff. de condict. & demonſtrat.* item amplians *num.* 4. cum Afflictis *in deciſ. Neap.* 265. *num.* 15. † Nec in generali locutiona perſonas
5 magnas comprehendi. † Ubi limitat *num.* 5. in
6 generali locutione legis, quæ efficacior eſt: quare adjunges quæ dixi *in cap.* 1. *de prob. in* 2. *p.* an Legiſlatores, & Principes ſint ſoluti legibus † Li-
7 mitat etiam *num.* 6. niſi in tali ſermone non alia quàm perſona loquentis poſſit comprehendi ex Bernardo *regula* 307. † & *num.* 7. vel niſi in gene- 8
rali ſermone, etiam ſe ipſum comprehendat, ut bene tradit Maticnc. *in l.* 6. *tit.* 15. *gloſſa lib.* 5. *recop.* Et ex his applicabis nonnullas quæſtiones, quas ad longum ſcripſi *in cap. cum veniſſent* 12. *de jud.* ubi de Papa Principe, an cognoſcant de ſe ipſis, vel ſecum diſpenſent.

Alia tradit *hic* Barboſa *à num.* 13. ex gloſſa no-
ſtri textus nempè quod Ordo Clericalis nobilitat 9
& eſt major quacumque alia dignitate, & honore ſæculari multis probans: & de ratione applicabis plura quæ, dico *ſub tit. de judic. & foro compet.* & quæ noto infra *in titulis de vita, & honeſtate Clericor. & de immunitate Eccleſiaſt.* & per argumentum ex latè dictis *ſup. de conſtit. in cap. Eccleſia S. M.*

Et quod ordo dominationis majorem digni- 10
tatem arguat; quia prior deſcriptus, dicitur dignior cum pluribus probans *hic num.* 10. ex gloſſa *hic* Barboſa addit ex eadem gloſſa *num.* 14. quod in arbitrio Judicis qui debeant dici majores, quique minores; ad quæ videbis Tyraquel. *de nobilitate, & Jure primog. quæſt.* 19. *num.* 2. & *cap.* 10. *num.* 11. & *in l. ſi unquam* verb. *omnia num.* 31 Menoch. *de arbitr. caſu* 124. *num.* 5. applicabis dicta *de præcedentiis infra in cap. ante penult. de majorit. & obed.* vide *infra cap.* 18. *de argumento ab ordine litteræ.*

Et in eadem gloſſa majores ibi *nec ſemper hoc*, 11
notat *hic* Barboſa *num.* 15. quod dictin *alius* non ſemper refert qualitatem præcedenti ſimilem cum Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 20. *num.* 3. & cum aliis, de qua dictione plura videnda, idem Barboſa *in tr. de dict. uſufreq. dict.* 26. quibus addo Covarr. *in pract. cap.* 35. *num.* 3. *in princ.* ubi dicit quod licet aliquod dictio *alius* implicet ſimiles cauſas, & qualitates, probans ex textu noſtro, & ex gloſſa *in l. fugitivi cod. de ſervis fugitivis.*

Tamen adjiciatur diſtinctioni univerſali com- 12
plecti, ait etiam diſſimiles quaſcumque alias qualitates, ſicut ejuſdem gloſſæ memores reſponderunt Imola *ibi*, Panormitan. *in conſ. ultimo lib.* 1. Socinus *conſ.* 3. *columna ultima lib.* 3. atque ita Romæ ſententiatum eſſe aſſerere refert, ex Ludovico Gumezio *in regula triennali quæſt.* 2. licet Felinus *hic col.* 7. & Jaſon. *in l. ſi unus in fine princip. ff. de pactis*, videantur dubitare, an vera ſit prædicta communis adnotatio; ſed Decius *hic* eam defendit, ut ſaltim procedat, juxta materiam ſubjectam, & perpenſa diligenter ratione legis, & ipſius diſpoſitinnis, de cujus interpretatione tractabitur.

AD TEXTUM
IN CAPITE XII
Ex Tenero, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Impetrans diverſa reſcripta ſuper eodem ad diverſos judices perdit commodum utriuſque.*

2 *Judex*

2 *Judex pronuncians ſententiam nullam, non facit litem ſuam*, n. 3.

1 PROBAT textus hic quod qui contra unum ſuper eodem ad diverſos judices, diverſa reſcripta impetrat, & eis utitur, perdit commodum utriuſque, multis exornat Barboſa *hic num.* 1. qui ex verbis hic *commodo careat utriſque*, notat *numero* 6. quod trahens aliquem coram diverſis judicibus pro eadem cauſa, eam perdit. Quare adjunges ea, quæ dixi latè *in cap. fin. de juram. calum. quæſt. fin.* ubi de pœna temerè litigantium; item *ibi in* §. *pœna q.* 1. adjunges quæſtionem quare actor recuſans ſubire juramentum calumniæ, cadit ab actione ſua.

2 Et quia Felinus *hic* dicit quod Judex non facit litem ſuam pronuncians ſententiam nullam, ut probat etiam optima lex 2. *tit.* 2. *lib.* 2. *fori*, ideo leges quæ ſcribit Gratianus *regula* 301. ubi congerit nonnullos caſus, quando Judex faciat litem ſuam.

3 Ad verba ibi: *Verùm quia ſuper hoc dubitaſtis ſedem duxiſtis Apoſtolicam conſulendam*, adjunges dicta *in cap. ſi quando hoc tit. ſupr.* Et de intellectu textus noſtri dixi *in cap. novit* 13. *de judic. q.* 13. *num.* 16.

AD TEXTUM

IN CAPITE XVII.

Cum adeo, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum non faciens mentionem de beneficio impetrantis, non valet, ubi de aliis, quibus debeat fieri mentio.*
2 *Impetrans beneficium, debet exprimere valorem,*
3 *Impetrans ſi habet præbendam, & Canonicatum debet de utroque mentionem facere, & etiam de beneficio, in quo nullos fructus percipit*, n. 4.
5 *Reſcriptum impetratum ſuper beneficio ab impetrante antea occupato, eſt nullum, ſi de tali occupatione mentionem non faciat.*
6 *Reſcriptum ſecundum debet facere mentionem primi: & de clauſula ſpeciali in eo contenta item etiam ſi primum ſit de conventione partium*, n. 7. *& de impetratione prim ab alio facta*, n. 8. *& omnium, quæ poſſunt Principem movere* à n. 10.
9 *Impetrans gratiam à Principe ſuper pœna, ſi de ea, jam exacta, mentionem non faciat, ſecundum reſcriptum, erit nullum.*
11 *Impetrans debet facere mentionem de ordine annexo præbendæ, ſeu beneficio, & de qualitate naturali*, n. 12. *& de appellatione cauſæ* n. 13. *limitatur*, à n. 14.
14 *Gratia non dicitur nulla; licet in ea non fiat mentio de tranſactione contractu nullo, ſeu electione nulla: & de clauſula alterius reſcripti nulla, nec de nobilitate, vel dignitate* n. 15. & 16.
17 *Beneficia Eccleſiaſtica Laicis conferri non poſſunt.*

PROBAT textus hic quod non valet reſ- 1
criptum impetratum, de beneficio impe-
trantis non faciens mentionem: cujus occaſione
poteris adjicere *ſupra* annotata *in cap. ad aures* 8.
hoc tit. ubi dixi de quibus obtentis, ſeu aliis de-
beat reſcriptum impetrans ad beneficia, mentio-
nem facere: & quia de multis, de quibus impe-
trans debet facere mentionem, veluti de penſione
habita loco beneficii: de præſtimoniis datis in titu-
lum perpetuum: de titulo patrimonii, ad quod
ordinatus eſt in litteris Juſtitiæ, ſecus in litteris
gratiæ: item beneficii manualis, ſit facienda
mentio in impetratione ſecundi; imo quod im-
petrans, debeat exprimere in impetratione ſe eſſe
Clericum, † addo cum Panormitan. *hic*, quod im- 2
petrans beneficium, debet exprimere valorem eo-
rum, quæ poſſidet, aliàs gratiam invalidari, ut cum
multis probat Gratianus *reg.* 228. ubi ampliat quod
impetrans veniam delicti, debet facere mentionem
alterius primi delicti, de quo etiam dixi *ſub. dict. c.
ad aures* 8. *hoc tit.* ubi Felinus hanc regulam quin-
que limitat modis *ibi* videndus, Decius *ibi n.* 10.
Gratianus cum aliis *in dict. regul.* adducentes Ty-
raquell. *poſt leges Conub gloſſa* 5. *n.* 113. *& de pœnis
temper. cauſa* 44. *num.* 39. Roman. *conſ.* 483. Caſſan.
in conſ. Burgundiæ tit. de ſucceſſ. §. 7. verb. *ne ordo-
nançe num* 5. ipſa Grat. repetit etiam *ſub regul.* 229.
num. 11.

Imò & Abbas *hic*, Decius *num.* 2. dicunt quod 3
non ſufficit ſi quis habeat Præbendam, & Canoni-
catum, ut faciat de Canonicatu mentionem, ſed
etiam, & de Præbenda ſimul cum Canonicatu de-
beat fieri mentio: ſequitur Gratianus *d. reg.* 229.
num. 5. † Ubi cum Philippo Decio *in cap. cum te- 4
neamur de præb. n.* 2. ait quod impetrans debet fa-
cere mentionem de beneficio alio, quod habet,
etiam ſi ex eo nullos fructus percipiat.

Et addo etiam ſequentes caſus, nempe quod ſi 5
quis occupavit primum beneficium viventis modo
ſcienter, modo ignoranter, ſi poſteà ſequuta mor-
te, illud impetratur a Papa, tacita prima occupa-
tione, ipſius reſcriptum eſſe nullum, ex Abbate *in
c.* 1. *de conceſ. præbendæ*, Calderino *conſ.* 13. *de
reſcriptis*, Philippo Decio *conſ.* 398. *n.* 3.

Imo & quod non ſolum de primo reſcripto, 6
ſed etiam de clauſula ſpeciali in eo contenta, ut
puta ſi fuit conceſſum, appellatione remota, vel
aliàs Abbas *in cap. cæterùm ſupra hoc tit.* ubi vide-
bis quæ noto, † item ſi primum ſit impetratum de 7
conventione partium, & de hoc non ſit facta men-
tione in ſecundo, bene Doctor Molina *primog.
cap.* 1. *num.* 31. & 35. † Item etiam quod debet 8
etiam mentio de impetratione prius ab altero fa-
cta, Alex. *conſ.* 11. *n.* 17. *limit* 7. & *conſ.* 195. *vol.* 2.
num. 6.

Item addo ſequentes caſus, nempe ut ſi quis 9
impetret gratiam à Principe ſuper pœna jam exa-
cta per fiſcum, ſi non facit mentionem de exactio-
ne, reſcriptum erit nullum, Felinus *in c. poſtulaſti
hoc tit. nu.* 4. cum aliis Gratianus *dict. regul.* 229.
num. 2. † Ubi *num.* 3. addit quod in reſcripto de- 10
bet etiam fieri mentio omnium, quæ movere poſ-
ſunt animum Principis, ſeu reſcriptum conceden-
tis, aliàs reſcriptum eſſe ipſo jure nullum, ut tenet
gloſſa *in c. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* de quo late Ro-
dericus Suarez, qui tradit ſingularia in materia,
Decius *in dict. cap. ad aures* 8. *hoc tit.* ubi ex hoc
multas deciſiones refert Bellon. *conſ.* 18. *nu-
mer.* 6.

11 Et pro materia textus noſtri alia congerens
Riccius *collect.* 822 ad noſtrum textum, ampliat
textum noſtrum, ut etiam de ordine annexo be-
neficio, ſeu præbendæ ſit nececceſſario facienda
mentio ab impetrante ex Rota *in decíſ.* 41. *de re-
ſcript. in antiquis.* Sed contrariam ſententiam te-
nuiſſe eandem Rotam noſtris temporibus in una
Abulen. Canonicatus 16. Junii 1589. coram Gipſio
12 refert idem Ricius. † Et etiam Gratianus *dict.
reg.* 229. *num.* 10. ex Ludovico Romano *conſ.* 194.
dicit quod impetrans reſcriptum, debet facere
13 mentionem de qualitate naturali. † Item addu
quod impetrans reſcriptum, oportet facere men-
tionem de appellatione, & ſtatu cauſæ, ut dicit
Barboſa *in cap.* 2. *hoc tit.* ex Palacios Rub. aliàs
caſum videbis *infra cap.* 19. & *in cap. dilectum* 26.
& *in cap. poſtulaſti* 27. & *in cap. ad audientiam* 31.
& in nonnullis ſequentibus, & *ibi in cap. ſi propo-
nente* 24.

14 Sed regulam præfatam ponens, de quibus non
debeat mentio fieri ab impetrante reſcriptum, li-
mitat modis ſeptem Felinus *in cap. cæterum* 3. *hoc
tit. num.* 20. ubi ponit alias quatuor ampliationes
ultra quas limitabis dicendo, quod gratia, non dici-
tur nulla, licet in ea non fiat mentio de tranſactio-
ne, vel contractu nullo, vel electione nulla, ut latè
per Socinum *conſ.* 120. *num.* 3. *lib.* 4. & *num.* 7.
Hypolit. *conſ.* 120. *num.* 13. & idem de proceſſu
nullo, ut per Mattheum de Afflictis *in decíſ. Neap.*
15 66. *num.* 9. & 11. † idemque de clauſula alterius
reſcripti nulla, ut tradit Molina *de majoratibus*
16 *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 2. † Et quod nec fieri debeat
mentio de nobilitate, vel dignitate, retudit Ripa
ſecundùm communem *in dict. cap. ad aures* 8. *hoc
tit. num.* 68. Gratianus *dict. regul.* 229. videndus
num. 12. & 13. ſed de hoc ultimo aliquid notavi
cum Barboſa *in dict. cap. ad aures*, qui alios Do-
ctores allegat *n.* 2. & 3.

17 Tamen quia ad noſtrum textum ponit pro re-
gula Riccius *dict. collect.* 822. quod beneficia Ec-
cleſiaſtica Laicis conferri non poſſint; ideo leges
quæ noto *infra ad titul. de conſtit. cap.* 2. & quæ di-
cit *num* 11. cum multis, & quæ dixi *in cap.* 3. *de ju-
dic. q.* 5. ubi poſſit cum diſpenſatione. Quibus
omnibus horum occaſione addo Zevall. *in pract.
q.* 523. ubi agit cum Felino *hic num.* 4. de quæſtio-
ne, an Clerico animi diſtinatione Tonſuram, &
habitum gerenti, poſſit beneficia conferri, de qua
noto *in dict. cap.* 2. *de inſtit.*

AD TEXTUM

IN CAPITE XVIII.

Cauſam, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

HUJUS textus deciſio percipitur ex notatis *infra in cap.* 35. *hoc tit.* Et ſic quia ejus litteram ſatis expendit Barboſa, ubi *num.* 4. & 5. cum infinitis ad utramque partem diſputat, an cauſæ cognitio alicui ſimpliciter commiſſa cenſeatur commiſſa definitio, de qua *infra in cap. præterea de officio delegati* & *qua gloſſa præcedat* ibi *quandoque* probet, ut quandoque clauſula præcedens determinet ſequentia prout juris ordo requirit, ut cum infinitis expendit Barboſa *de dictionib.* & *clauſ. clauſ.* 119. cui addo quod dixi *infra in c.* 71. *de appell. q.* 1. *num. fin.* & per eandem gloſſam ibi, *nec orde ſcriptura ſpectatur*, ſolent Doctores diſputare an deſumi argumentum ex ordine litteræ; ita ut primo ſcripti præferantur aliis poſtea ſcriptis: aliquid dico *in princip. Rub. de deſide inſtrum. n.* 47. ideo te remitto ad notata in dictis locis.

AD TEXTUM

IN CAPITE XIX.

Conſtitutus, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Impetrans canonicatum, debet facere mentionem de numero Canonicorum.*

2 *Caſſatis conſuetudinibus, vel ſtatutis à Papa non excluduntur illa, quæ ſunt jurata.*

3 *Clauſula* non obſtante, *non tollit conſtitutionem juratam.*

4 *Diſpenſare nequit Epiſcopus in ſuis juratis conſtitutionibus.*

5 *Juramentum facit ut actus non invalidetur etiam ſi opponatur poſtea clauſula*, non obſtante.

6 *Lex noviter ſtatuens non extenditur ad caſus ſpeciales, & privilegiatos.*

7 *Litteræ ſubreptitiæ in beneficialibus, ſunt ipſo jure nullæ.*

QUIA ſatis, abunde *ſupra in cap. cum adeo* 1
17. & *in c.* 3. & 8. dixi de his, quibus
impetrans debet mentionem face in reſcripto;
ideo addes *ibi* dictis mentionem de numero Ca-
nonicorum quam debuit hic impetrans facere; ob
idque adjunges etiam quæ notavi *in. c. cum ac-
ceſſiſſent.* 8. ubi dixi quando numerus Canonico-
rum, ſeu præbendarum poſſit augeri in Cathedra-
li, vel collegiata, & inſuper dicta *ibi cap. cum
M. Ferrarienſis.*

Et quia Barboſa *hic à n.* 4. in verſ. *firmatus jure* 2
jurando, dicit ut etſi conſuetudines, vel ſtatuta Pa-
pa caſſet, per hoc non intelligitur caſſare conſue-
tudines juramento firmatas, † itaut clauſula *non* 3
obſtante non tollat conſuetudinem juratam, † imo 4
nec Epiſcopus poſſit in ſuis conſtitutionibus jura-
mento firmatis diſpenſare; ideo applicabis quæ di-
co *ſub c.* 1. *de jurejur.* ubi de relaxando, ſeu diſpen-
ſando juramento: & item applicabis quæ notavi
ſupr. in c. ex parte 12. *de conſt.* ubi probatur non
poſſe Canonicos ſine cauſa reſtringere numerum
Canonicorum, ſeu præbendarum. Et quid non
obſtante aliqua conſtitutione à Canonicis facta,
vel confirmatione à nobis ab eiſdem obtenta; ideo
adjunges quæ noto *infra in cap. qualiter* 17. *de
accuſ.* ubi de revocanda ſententia, ſeu moderanda
pœna ab eodem Judice, & ſequentes quæſtio-
nes.

Prima quod juramentum facit ut actus non 5
invalidetur, etiam ſi opponatur poſtea clauſula
non obſtante: ſic gloſſa fin. *in cap. cum non deceat de
elect.*

elect. lib. 6. text. noſtrum, Covar. *in 2. p. Rubr. de*
6 *teſtam. n. 19. & in c quamvis pactum 1. p. §. 3. num. 6.*
Gratianus cum infinitis *regul.* 271. † id etiam pro-
bans cum Fulgoſio, Tyraquello, & aliis; quia lex
noviter ſtatuens, non extenditur ad caſus ſpeciales
& privilegiatos, ut *in l. teſtam. codic. de teſtam.
juncta gloſſa in l. hac conſultiſſima*, ubi Doctores
Cod. qui teſtamenta facere poſſunt.

7 Et quod ſubreptitiæ litteræ in beneficialibus ſint
ipſo jure nullæ ut notatur *ſupra. in cap. ad audien-
tiam, & in cap. ad aures hoc tit.* idem tenuit Gra-
tianus cum multis per textum noſtrum *reg.* 444. de
quo dico *infra in cap. ſequenti*, colligitur *hic* à verſ.
ibi *& de hoc memoratus P. non feciſſet*, & *ibi &
dictas litteras veritate tacita impetrat.*

A D T E X T U M

I N C A P I T E X X.

Super Litteris, hoc Titulo.

D E R E S C R I P T I S.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Subreptio doloſa reſcripti ipſum vitiat in totum; ſed quæ provenit ex ſimplicitate ſolùm vitiat, quatenus fuit cauſa inductiva ſubreptione*, num. 2. & 3. *& qualiter*, num. 5. *& de 2. parte*, à num. 8. & 9. *& de ratione utriuſque*, n. 10.

2 *Impetrans doloſus non debet commodum reportare ex ſua fraude, etiam in aliis caſibus extra reſcripta* n. 4. & 5.

3 *Dolus præcipuus dicitur, cum adverſus Principem committitur in impetratione reſcripti*

6 *Quæſtiones nonnullæ hic aſſignantur.*

7 *Subreptio per fraudem, & dolum, etſi non fuerit cauſa totius reſcripti, id omnino vitiat*

8 *Fraus & dolus non patrocinantur impetranti reſcriptum.*

9 *Impetrans reſcriptum ſimplicitate, quare non dicatur doloſus impetrator ad effectum textus noſtri*, n. 10.

10 *Reſcriptum impetratum ignorantia, ſive ſimplicitate, qualiter ſuſtineatur.*

11 *Pœna debet eſſe conformis delicto; ſic ut puniendus veniat delinquens in eo, quod committit.*

12 *Impetrans ſimplicitate reſcriptum, ſi mendax fuit in omni cauſa reſcripti, ipſum omnino vitiat.*

13 Cap. dicenti §. præſcriptione n. 13. l. præſcriptione cod. ſi contra jus, vel utilitatem publicam.

14 *Fraus, & dolus ſua natura differunt; eo quod non ſemper dolus eſt in fraude* o. 15.

15 *Fraus accipitur pro eventu, vel effectu.*

16 *Falſitas expreſſa, vel veritas ſuppreſſa ex ſimplicitate, etſi vitiet, non tollit, Judex delegatus cognoſcat de qualitate precum, quæ potuerunt movere, ad facilius concedendum, ſeu non exempla ponuntur*, numero 17.

18 *Reſcriptum a Papa concedendum, vel non, quando, & quomodo dignoſci poſſit, &* num. 19.

20 *Reſcriptum præſumitur ſubreptitium, ſi conceditur ſuper re, ſuper qua de ſtylo, vel jure concedi non deberet.*

21 *Delegatus, qui non recipit Juriſdictionem ſuper principali, poteſt cognoſcere an ſua ſit Juriſdictio*, n. 22. *& poterit impetrantem reſcriptum in expenſis condemnare*, n. 22.

23 *Judex per litteras datus, apud quem opponitur exceptio, poteſt de ea & precum veritate, & de validitate litterarum cognoſcere.*

24 *Delegatus, cui facta eſt fides de falſitate reſcripti, nequit ulterius procedere in cauſa, expenditur textus noſter*, n. 25.

26 *Notabilia aliqua pro noſtro textu aſſignantur.*

CUM textus iſte famoſus, ac difficilis inter 1
omnes Doctores reputetur; & habeatur,
ut clavis totius noſtri tituli; imo & celebris ſit in
materia ſubreptionis, ſicut apud civiliſtas textus
in l. 1. cod. ſi contra jus, vel utilitatem publicam,
ut dicit. Riccius *collect.* 325. libuit in eo amplius,
& latius repetere, quam in jam explanatis, & in
ſequentibus, quorum plures expenduntur ex *hic*
jectis. Igitur communi calculo ex verbis hujus ca-
pituli, deducitur concluſio ſequens: *Subreptio
doloſa reſcripti ipſum vitiat in totum; ea autem,
quæ ex ſimplicitate, vel ignorantia eatenus, quate-
nus fuit cauſa inductiva conceſſionis.*

Duplex ergo pars principalis *hic* reperitur, pri- 2
ma conſiſtens in decidendi ratione præter plu-
res aliàs à Doctoribus communiter relatas; nempè
ut doloſa reſcripti ſubreptio, ſive conſiſtens in
exprimenda falſitate, vel tacenda veritate, vitiet
reſcriptum in totum, quod utroque jure cautum,
& receptum eſt ex dolo, vel fraude, non debere
quem commodum reportare, cum ut dico latè
ſub Rub. & titulo infra de dolo, & contumacia,
curarunt admodum utriuſque juris conditores, &
Prætores in obſervatione edicti perpetui, dolum,
& fraudem ſubmovere, ut patet ex textu *in l. 1.
& toto titulo, ff. de dolo malo l. 1. §. ideo in princ.
ff. de dolo mali, & metus exceptione, l. juris gen-
tium, §. ait Prætor, & §. dolo malo, & §. ſed ſi
fraudando ff. de pactis, l. 1. ff. de in integrum reſti-
tutione.*

Quare cum dolus dicatur præcipuus quoties 3
adverſus Principem committitur in reſcripti impe-
tratione, *l. 1. ff. de natalibus reſtituendis l. fin. cod. de
his*, qui à non Domin. manumiſſi ſunt, *l. 1. l. etſi
cod. ſi contra jus vel utilitatem publicam, cap. ſedes
cap. ex tenore, cap. plerumque, cap. ad audientiam
& l. 2. cap. ſi proponente hoc tit.* cum aliis referendis,
ſequitur, ut meritò hic Pontifex Innocentius III.
in verſ. *nos igitur*, reſpondiſſet reſcriptum in quo
impetrans per dolum vel malitiam verum aliquod
ſuppreſſit, vel falſum expreſſit, non valeat ipſo
jure, ſed in totum vitiari in pœnam ipſius doloſè
impetrantis, ut nullum conſequatur præmium, &
commodum ſuæ perverſitatis, † cum revera id 4
etiam præcedat, nedum in impetratione reſcripto-
rum, ſed & in aliis omnibus conventionibus do-
loſis, *dict. l. 1. verſ. neve illis malitia ſit lucroſa, l.
ne ex dolo ſuo 12. ff. de dolo malo, l. ſi renunciandi,
§. Marius, verſ. rectiſſima, ff mandati, l. itaque 12.*

ff. de furtis, *l. ita demum* 31. §. *ne quis deli ſui præmium ferat ff. de recept. arbitru l. verum* 63. §. *tempus* verſ. *nec enim æquum eſt ff. pro ſocio l. ſed etſi* 11. §. *quo* verſ. *plane ff. ad exhibendum l. dubium non eſt* 3. *cod. de repudiis* verſ. *furtum validitatis dict. cap. ſedes hoc tit.* verſ. *quia fraus dict. cap. ex tenore circa finem*, *cap. plerumque* verſ. *cum igitur.*

5 Hanc ergo concluſionem præter alias decidendi rationes, quas referunt Vivianus in rationali ad hunc textum. Antonius de Butrio *num.* 3. Baldus *num* 8. Beroius *in* 1. & 2. *lectura*, Sahagum *num.* 5. Martinus Uranius *num* 4. Jacobus Zochius hic in textu noſtro, *à num.* 20. & alii communiter confirmant jura, quæ refert, & adducit gloſſa *in cap. ſi proponente hoc tit. cap. dudum* 54. verſ. *inſuper de elect. l. fin.* verſ. *qui mancipium alienum cod. de his quia non Dominu*, *cap. dicenti* 16. §. *etſi leges* verſ. *careat penitus impetratis* 25. *quæſt.* 2. gloſſa *hic* verbo *litteras*, & verb. *ſimplicitatem l.* 7. verſ. *encubriendola Verdad. tit.* 16. & *l.* 36. *que ſi carta fuere ganada diciendo mentira* (*hoc eſt proviſion.*) *tit.* 18. *part.* 3. *Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 5. *in fine de reform.* verſ. *per falſitatem*, *aut veri taciturnitatem*: & ſic Abbas *hic num.* 1. Zabarella *num.* 4. Decius Beroius *lect.* 1. *à num.* 4. & *lectura* 2. *à num.* 13. idem Abbas Decius & Felinus late *in dict. cap. ſedes ſupra hoc tit.* & Doctores *in cap. ſi eo tempore*, ubi Franch. *hoc tit. lib.* 6. Rebuffus *tom.* 2. *ad leges Gallicas ſub hoc tit. in præfatione num.* 110. Perez *in l.* 1. *quæſt.* 13. verſ. *tamen ſecundum quos tit.* 12. *lib.* 3. *ordin.* dicunt procedere non ſolùm in ea parte, in qua verum ſuppreſſum, vel falſum aliquod expreſſum fuit, verum etiam ex omnibus aliis ſeparatis, in quibus neutrum intervenit, cum indiſtincte, & quod omnes partes corruant litteræ, ubi in aliqua parte vel articulo illarum per dolum, vel malitiam impetrantis falſum aliquod exprimitur, aut verum ſupprimitur: ſic ex verbis hic *nullatenus*, & *dict. leg etſi legibus*, *cod. ſi. contra jus*, *vel utilitatem publicam*, ibi, *careat penitus impetratis*, quaſi dicat omnibus, quæ impetravit, & *in dicto cap. ſedes*, & utrobique Barboſa, qui *hic num* 4. in fine; ideo dicit procedere; quia ſi reſcriptum vitiaretur tantum quoad eam partem in qua ſubreptio commiſſa eſt, nulla utique pœna videretur, impoſita perverſo impetranti, cum idem omnino dicendum ſit in eo, qui per ſimplicitatem, vel ignorantiam aliquid omiſit, vel falſum expreſſit juxta hunc textum, ut dico *in* 2. *parte.*

6 Sed an dicta procedant, non tantùm reſpectu cauſæ finalis, ſed etiam impulſivæ. Et an tale reſcriptum ſic ipſo jure nullum, & irritum; an verò ope exceptionis, & ſicut in litteris Juſtitiæ, ſic in litteris gratiæ, vel contra, & æque, ut quando
7 exprimitur falſum, ſic quando verum tacetur. † Unum tamen notat Thomas Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 65. ut quando ſubreptio fuit per fraudem, & malitiam, vitientur omnino literæ, quamvis ea non fuerit cauſa totius reſcripti, ſed ſolius formæ ſpecialis probans ex verbis noſtri textus ibi, *in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex illis litteris commodum conſequantur*, & ex verbi final. *dict. cap. ſedes hoc tit.* ibi, *mendax precator careat penitus impetratis.*

8 Non enim fraus vel dolus debet illi ſic impetranti patrocinari, ut tenent Tyraquellus, *de retractu linag.* §. *gloſſa* 9. *num.* 62. Covaruv. *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *num.* 5. Carduſo *in praxi Judicum* verb. *delictum n.* 7. Barboſa cum infinitis *in tract. de axiomatib Juris axiom.* 102. *num.* 1. idem hic, & *in dict. cap. ſedes n.* 7. Bellet. *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore* §. 2. *num.* 5. Farinac. *in praxi crim. p* 1. *quæſt.* 31. *num.* 155. Menochius *de arbitr. caſu* 182. *num.* 60. & *conſ.* 121. *num.* 5. & *conſ.* 136. *num.* 8. & *conſ.* 198. *n.* 13. Surd. *conſ.* 25. *n.* 13. *per reg. textus in l. nec ex dolo ff. de rei vindic. l. penult. ff. de jure dotium*, *l. ſi ex dolo ff. de judic. l. etiam* §. 1. *ff. ſolut matrimon. cap. intelleximus infra de judiciis cap. audivimus de colus*, *deteg.* & *alibi ſæpius.*

Secunda pars noſtræ concluſionis probatur ex 9
verbis hic in verſ. *qui per ſimplicitatem*, *vel ignorantiam*, & ex *dict. cap. dudum de elect.* verſ. *inſuper*, *c. quamvis* & *l.* 2. 38. *in fine de præb. lib.* 6. cujus vera eſt ratio præter alias varias aſſignatas à Viviano *hic* §. *ſed ſi ex ſimplicitate*, & §. *ſequenti*, & *in* §. *ſecus* à dicto Sahagun, & ab eo relati ex *num.* 17. & ab *infra* ſtatim referendis utramque dictam partem corroborantibus, & jam adductis pro prima parte; quia impetrando reſcriptum ſimplicitate, vel ignorantia, ceſſat malitia, vel dolus impetrantis, & conſequenter ceſſabit pœna conſtituta à Pontifice *hic* in dicto verſ. *nos igitur.*
† Etenim prædicta concluſionis pars debet intel- 10
ligi, ut prædictum valeat reſcriptum niſi quando ea expreſſio falſitatis, vel ſuppreſſio veritatis fuerit cauſa inductiva conceſſionis, & Papa nihilominus alias concederet, ſemota tali ſubreptione & ea impetratio procedat ex bona ſimplicitate, oppoſita quidem dolo malo, vel malitiæ, & juſta inquam, & probabili ignorantia, quibus venia, & gratia tribuitur, ſicut in aliis caſibus *in l.* §. *fin. ff. de edendo*, *l. de die*, §. *ſi ſervum*, *ff. qui ſatis dare cogantur l.* 2. §. 1. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit*, *cap. cum univerſorum de rerum permutatione*, cum aliis congeſtis à gloſſa *hic* verbo *ſimplicitatem*, Barboſa *hic num.* 10. Nicolaus Garcia *de beneficiis*, *p.* 6. *cap.* 2. *à num.* 202. explicant utramque concluſionis partem præter ordinarios Ambroſius de Ligiate, & Jacob. Cochius *hic in* 2. *tom. repetition. canonicarum*, Petrus Gregor. *ſuper jus canonic. in lib.* 1. *cap.* 48. *cum duobus ſequentibus*, & *lib.* 2 *c.* 20. *hoc tit.* Menoch. & ab eo relati *lib* 2. *de arbitrariis cent.* 3. *caſu* 201. *n.* 24 Didacus Perez *in l.* 12. *tit.* 12. *q.* 7. *art.* 8. *lib.* 3. *ordinamenti*, Rodericus Suarez *alleg.* 12. *à num.* 31. & *alleg.* 28. *num. fin.* Martin Vranius *in comm. ad textum noſtrum. cap.* 20. Staphileus *de litteris gratiæ tit. de modo*, & *forma impetrandi* §. *præterea à num.* 5. Marius Anton. Cuchus *inſtitut. moral. lib.* 1. *tit.* 4. *à num.* 12. Sahagun. *hic*, & Vivianus, Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *à num.* 1. & 6. & relati à Ximenez *in concord. ad hunc textum*, Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 15. cum infinitis, Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8. *diſp.* 21. & *in ſumm. tom.* 2. *libro* 4. *cap.* 47. Azevedus alios referens *conſ.* 34. Trentacinquius *variarum reſol. tit. de reſcript. reſol.* 5.

Unde rectè Pontifex *hic* utrumque caſum am- 11
plectens, tam doloſi, & fraudulenti, quàm ſimplicis, ſive ignari impetrantis, ea diverſitate reſolvit; quia cum pœna debeat eſſe conformis culpæ, & delicto, puniendusque veniat delinquens in eo, quod commiſit, juxta textum *in l. ſancimus cod. de pœnis*, *cap. litteras* 13. verſ. *in quod deliquit de temporibus ordin. cap. quæſivit* 2. verſ. *ſed. ſi quis*, *de his*, *quæ fiunt à majori parte cap.* evenit ut ſicut in priori parte textus noſtris in verſ. *nos igitur*, pœna doloſè impetrantis ſit, ut ipſe eo totum privetur reſcripto, & ejus commodo: ſic *in.* 2. *p.* in verſ. *inter alios* impetrans mentiens ex ignorantia, vel ſimplicitate

plicitate circa formam ſpecialem in reſcripto com-
prehenſam, eadem forma tantum privetur, non re-
12 ſcripto exequendo in forma communi. † Ut ſic
impetrans tantum puniatur, in quod deliquit, ſic
ut ipſe impetrans mendax eſſet quoad totum
reſcriptum ex eadem ſimplicitate, vel ignorantia
toto privetur, ut docuit Pontifex Innocent. III.
hic in verſ. *ſi verò junctis*; ita Vivianus *hic in §. ſed
ſi per ſimplicitatem*, & *§. non ſpecialı forma*, & *§.
fecis*, Sahagun. & communis Doctorum, & Vra-
nius *hic* Thomas Sanchez *dict. diſp.* 21. *à num.* 44.
dict. lib. 8. *de matrim.* Abbas *num.* 4. Felinus *num.* 6.
Decius *notabili* 3. *in nova editione num.* 8. Cardin.
à num. 5. & 11. *oppoſitione à num.* 10. & relati
ab eodem Sanchez *ſupra numero* 56. & *nume-
ro* 74.

13 Nec hic obſtat contra primam partem textus *in
cap. dicenti §. præſcriptione deductum ex præſcri-
ptione cod. ſi contra jus* & *utilit. public.* ubi proba-
tur reſcriptum doloſum non vitiari in totum quia
omiſſis explicationibus nonnullis aliquorum in-
terpretum; reſpondeo textum illum interpretan-
dum eſſe juxta regulam traditam *in* 2. *textus no-
ſtri*; videlicet quando mendacium ex ſimplicitate
vel ignorantia fuit cauſa concedendi formam ali-
quam: qua ſublata poterit Judex in cauſa princi-
pali pronunciare: ſic amplectuntur ad tollendas
interpretum contentiones ex Baldo, Salicetus, &
alii *in dicta l. præſcriptione*, Imola, & Abbas *hic
num.* 3. Felinus, & decius 4. *num.* 29. & interpre-
tatio 35, Nantua *num.* 9 & 10.

14 Nec iterum tunc obſtant verba *dicti §. præſcri-
ptione*, ibi, *tacendi fraude*, cum fraus ad dolum
pertineat, & ſimplicitati ſit contraria *l. fraudis* 29.
ff. de regu. Juris, quia reſpondeo fraudem, &
dolum ſua natura differri, *l. Juris gentium §. dolo
malo, juncto §. ſed ſi fraudendi ff. de pactis §. in frau-
dem inſtit. quibus manumit. licet vel non, l.* 1. *ibi
poſſe* & *ſine dolo malo aliud agi*, & *aliud ſimulari,
ff. de dolo*; & quod in fraude poſſit eſſe dolus, ſed
15 non ſemper ſit dolus, † ſicut fraus accipiatur pro
eventu, vel effectu; quia fraudari poteſt aliquis ſi-
ne animo, vel dolo fraudantis, *l. ait. Prætor §. ita
demum cum ſeq. ff. quæ in fraudem credit dict. §. ſed
etſi fraudandi*: unde prædicta verba *tacendi frau-
de. dict. §.* præſcriptione non ſignificare, nec pro-
bare dolum impetrantis, ſed effectum; quia con-
cedens fraudatur ex mandacio; evare evenit, ut
non vitiet, niſi quatenus fuit conceſſionis cauſa;
cum itaque in ea ſpecie non fuerit cauſa, ut con-
ſtat apertius ex *l.* 1. *juncta dicta l. præſcriptione cod.
ſi contra jus*, vel utilitatem publicam merito in
illis juribus potuit de cauſa cognoſcere, ut expen-
dit D. Don. Didacus del Coral. Cameræ Auditor
in quadam repetitione brevi ad noſtrum textum,
dum eſſet Salmanticæ in ſcholis profeſſor, & alum-
nus Collegii S. Bartholomæi vir omni laude dig-
nus.

16 Et ut intelligas animadverto circa prædictam
ſecundam partem concluſionis textus noſtri, &
regulam 3. contentam in verſ. *ſi verò*, ut quando
falſitas expreſſa, vel veritas ſuppreſſa ex eadem
ſimplicitate, vel ignorantia, ea falſitate expreſſa,
ſeu veritate ſuppreſſa, faceret ut Summus Ponti-
fex non concederet reſcriptum; tunc quidem
ipſum vitiari, ut dixi. Sed ſervato ſcilicet, ut
Judex delegatus de precum qualitate cognoſcere
valeat in his, quæ potuerunt Papam movere ad
facilius concedendum, ſeu non concedendum, jux-
ta ea, quæ jam ſcripſi *ſupr. in Rub.* & *in cap.* 3. &
aliis. † Et ejus caſus exempla ſunt, ſi impe-
trans dixit appellatum eſſe à ſententia, cum tamen 17
non eſſet, vel quando impetrans tacuit Adverſarii
appellationem, vel non rectè expreſſit *c. bona de con-
firmat. utili, vel inutili*, aut quando tacuit termi-
num fuiſſe præfixum appellanti *cap. ſæpe* 44. *de
appellat.* ut docent Hoſtienſis *hic in §. ſi verò*, Ab-
bas *num.* 4. & 6. Felinus *num.* 6. Decius *in dicto no-
tab.* 3. *in nova editione numer.* 8. & alii jam ad-
ducti.

Sed dubium eſt non leve dignoſcere, quando
Papa fuiſſet conceſſurus, nec ne reſcriptum in 18
prædicta regula dictæ ſecundæ, & tertiæ partis
textus noſtri in dicto verſ. *inter alios*, & dict. verſ.
ſi verò, cum hoc pendeat ab intentione Summi
Pontificis, ejus voluntate, & mente de qua con-
ſtare non poteſt, niſi exprimatur: argum. textus
in cap. ſi verò aliquis 4. *juncta gloſſa ibi* verb. *pro-
pria de ſent. excommunic.* cum ſecretorum cogni-
tor ſolus ſit Deus, *cap. erubeſcant* 32. *dict. cap.
unico*, verſ. *de occultis*, *ut Eccleſiaſtica beneficia*,
& ex aliis

Tamen reſpondeo tunc demum præſumi Sum- 19
mum Pontificem, alias fore conceſſurum reſcri-
ptum, ceſſante ſcilicet ſubreptione, quando con-
ceditur ſuper tali re, ſuper qua concedi debet de
jure, vel de Curiæ ſtylo qui facit jus, ut dico
infra in Rub. de conſuetudine. & probat textus *in
cap. quam gravi* 6. *de crimine falſi*, cum multis
Sanchez *dicta diſp.* 21. *lib.* 8 *de matrim. num.* 16.
Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 15. *concluſ.* 2 *n.* 117.
† Secus autem eſſe, ſi conceſſum eſſet, ſuper re
ſuper qua de ſtylo Curiæ, vel de jure concedi non 20
debet tale reſcriptum, tunc enim præſumitur
ſubreptionem fuiſſe cauſam inductivam ſubſtan-
tiæ reſcripti, ut ex Innocentio docent Jacobus
Cochius *num.* 2. in textu noſtro; Cardinalis *oppo-
ſit* 8. *num.* 10 in quo debet delegatus Judex ani-
madvertere ex dicto verſ. *ſi verò*, ut in utroque
caſu *ex regula* 2. & 3. eadem ratio, quæ delegan-
tem moveret, moveat etiam delegatum; quia de-
legantis vice fungitur *l.* 1. *§. cui mandatum*, & *l. ſi
Prætor* 3. verſ. *partibus ejus fungitur ff. de officio cui
mand. cap. ſanè el* 2. 11. *in ordine*, junctis traditis
gloſſa ibi verb. *vices noſtras de officio*, & *poteſt. Ju-
dic deleg.*

Unde fit ut licet delegatus non recipiat juriſ- 21
dictionem ſuper negotio principali, ut *in* 1. & 3.
noſtri textus regula, adhuc tamen recipiat, ſal-
tim ſuper incidenti ad cognocendum, & pronun-
ciandum, an ſua ſit juridictio, ut conſtat ex tex-
tu noſtro, & ex aliis juribus adductis à gloſſa no-
ſtra verbo *niſi forſitan*, ubi Barboſa hic *num.* 18.
notat quod delegatus poteſt ſententiare ſuper
exceptionibus propoſitis pro impediendа execu-
tione Bullarum Apoſtolicarum, Abbas *in cap.
paſtoralis §. quia verò de off. de leg.* Mynſinger. *cent.*
4. *obſervat.* 93. *num.* 3. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1.
quæſt. 38. *n.* 16. & Marius Anton. *variar. reſol. lib.* 1.
reſol. 39. *num.* 5. cum illis, & Rota *deciſ.* 35. *num.* 1.
& *deciſ.* 202. *num* 1. *p.* 1. *in novis.*

Et ad hoc celebris eſt, à communi allega- 22
tur *hic*, ut teſtantur Sahagun. *num.* 13. Ambroſ. de
Vignate *num.* 13. *hic*, qui plures refert limitatio-
nes inferentes inde, & alii Doctores, ut delega-
tus in hac ſpecie poſſit talem impetrantem in ex-
penſis condemnare: argum. textus *in Clem.* 1. *in fi-
ne hoc tit.* ubi notat Barbatia *à num.* 25. Maranta
de ordine Judicior. p. 4. *diſt.* 8 *num.* 3. Gregorius Lo-
pez *in l.* 13. *tit.* 13. *p.* 2. Joannes Gutierrez *lib.* 1.

pra.3.

pract. quæst. 20. *num.* 5. † Item quod Judex per
23 litteras datus, apud quem contra illas opponitur exceptio, poſſit de ea, & precum veritate, ac ſubinde de validitate litterarum, & viribus ſuæ juriſdictioois, vocatis partibus, cognoſcere, ut late proſequitur Felious *bic à num.* 18. Decius 12. Berojus *lect.* 1. *à num.* 19. & *lect.* 2. *à. num.* 25. & *à num.* 79. poſt alios *bic* Barboſa *num.* 17. Jaſon. & omnes *in l.* 2. *ff. ſi quis in jus vocatus*, Didacus Perez *in l.* 2. verſ. *item tit.* 2. *lib.* 3. *ordinam.* Et quænam debeat Judex litterarum verificare, latiſſimè & ad plures caſus Garcia *de beneficiis p.* 6. *toto c.* 2. cum ſuis §§. Riccius cum multis *collect.* 1588. & adjunges ad materiam Judicium executorum quæ dico *infra latè in cap. de cætero* 5. *de ſent. & re judicata.*

Sed quia dicta in prædictis duobus verſiculis
24 videntur obſcurari ex verſ. *nullatenus de cauſa cognoſcat*, textus noſtri; ideò exiſtimo dicendum quod ſi delegato fuerit fides facta fraudis reſcripti; non poſſit ulterius procedere in cauſa ſibi commiſſa: ita Fulgoſ. *in dict. l. preſcriptione num.* 8. & *in l. etſi legibus num.* 1. *cod. ſi contra jus, vel utilitatem pu-*
25 *blicam*, Balboa *in cap.* 5. *de re judicata*, † dicentes textum oostrum procedere io ſubreptiooe concernente impetratiooem; ſecus ſi merita cauſæ reciperet, ut *in cap.* 1. *de litis conteſt. lib.* 6. quia in primo caſu detecta ſubreptione Judex amplius virtute reſcripti procedere noo poterit, quaſi ex defectu juriſdictionis juxta primam textus noſtri partem; ſecus in ſecuodo: nam cum in eo merita cauſæ falſitas ooo impediat, quominus Judex poſſit de veritate judicare, ut *in dict. cap.* 1. *de litis conteſt. lib.* 6. ideo enim *in* 2. *p.* potuit cognoſcere modo dicto. Et hæc quidem congruuot ad verba textus noſtri ibi: *Nihilominus juxta rigorem juris à delegato Judice in negotio procedendum*, & ibi, *Delegatus non ſequens formam in litteris ipſis adpoſitam, ſecundùm ordinem juris procedat in cauſa, & quando non ibi* in verſ. *ſi verò* uſque ad finem. Hic adjuoges quod de intellecto *dict. cap. ſtatutum hoc tit. lib* 6. dixi *infra quæſt.* 4. ante verſ. *ad ſecundam* in verb. *ſecundo inſero*, & in verbo *verùm.*

26 De notabilibus, ſeu præmiſſis ad veram intelligeotiam textus ooſtri, tam pro ſubreptione, quàm obreptione, dico *infra in quæſtionibus.* Quare nunc adjicies pro vero etiam intellectu quæ duxi *in c.* 3. *de fide inſtrument. quæſt.* 1. *à num.* 1. & *in cap.* 4. *de re judicata quæſt.* 3. *num.* 3. & quæ uoto *infra in c. poſtulaſti* 27. & *in cap. ad audientiam* 31. & *in cap. ſignificante* 34. *hoc. tit.* ubi Barboſa dicit *num.* 4 & 5. quod quando falſitas exprimitur, aut veritas ſupprimitur per ignorantiam, valet impetratio, ubi hujuſmodi ſubreptio oon fuit cauſa conceſſioois, & ſuperior illa ceſſante, æque coooceſſiſſet, ut ootant hic omnes, Felinus *à num.* 2. Decius 6. Berojus *lect.* 1. *num.* 38. Covarrum. *lib.* 1. *variar. c.* 20. *num.* 1. verſ. *ſecundo*, & *num.* 6. alia pro littera textus noſtri dico *infra in quæſtionibus*, & *in fine earum*, aliqua adjicies quæ dixi *in c. veniens* 16. *ſub quæſt.* 1. & 2. ubi de his, quæ fiunt dolo, & de cauſa finali, & impulſiva.

QUÆSTIO I.

An taciturnitas veri, aut falſi expreſſio æquè reſcripta vitiet. Et an omnis expreſſio falſi, reſcriptum vitiet, ſeu diſpenſationes, ac cæteras gratias. Et an taciturnitas veri reddat diſpenſationem nullam quando tacetur aliquid, quod ſecundùm ſtylum Curiæ eſt neceſſario declarandum: ubi quid de conſuetudine.

SUMMARIUM.

1 *Reſcripta principalim corruunt propter expreſſionem falſitatis, aut taciturnitatem veri.*
2 *Reſcripta alia juſtitiæ; & quæ iſta ſint* n. 3. & 4.
5 *Reſcripta alia ſunt gratiæ ad beneficia ſcilicet, alia eorum à ſæcularibus conceduntur*, num. 8.
6 *Reſcripta alia dicuntur contra jus.*
7 *Reſcripta Pontificia alia ſunt per viam brevis, alia per viam cognitionis, alia per viam reſcripti ſpecialiter nuncupati.*
9 *Reſcripta alia dicuntur communia, ſeu mixta*
10 *Reſcripta juſtitiæ, & gratiæ in pluribus differunt, illa non ſunt ipſo jure nulla ratione ſubreptionis; donec de ea opponatur*, n. 12. *hæc ſtatim irrita ſunt*, & n. 11. & 12. & *de ratione*, n. 14. 15. 16. & n. 56.
11 *Reſcriptum ſubreptitium abſolutionis, eſt irritum ipſo jure.*
12 *Textus intelligitur.*
13 *Reſcripta gratiæ facilius irritantur vitio obreptionis, quam juſtitiæ.*
14 *Reſcriptum juſtitiæ ſecundùm, non faciens mentionem de primo, data negligentia convaleſcit.*
15 *Litteræ juſtitiæ comparantur contractibus ſtricti juris, litteræ gratiæ contractibus bonæ fidei.*
16 *Litteræ juſtitiæ facilius dantur, quàm litteræ gratiæ.*
17 *Puritas omnis debet eſſe in ſpiritualibus.*
18 *Litteræ juſtitiæ conceduntur ſecundùm juſtitiam.*
19 *Baccalaureatus narrativa falſo expreſſa utriuſque juris, num vitiet gratiam.*
20 *Presbyteratus falſa narrativa in gratia de beneficio non curato actum non vitiat.*
21 *Beneficia prius obtenta in gratia beneficiali, ſunt narranda, alias gratia eſt nulla, ſed tranſcurſu quadragenali reviviſcit.*
22 *Reſcriptum ſubreptitium, ſeu obreptitium, quare ſic dicatur*, n. 27.
23 Subrepo, *vel obrepo verbum; ſignificat clam: & latenter in cautum aggredi: & an plus peccet obrepens, quàm ſubrepens*, n. 25.
24 *Reſcripta, ſive dicantur obreptitia, ſive ſubreptitia, ex uſu juris eadem ſunt*, n. 26. *etſi in aliquod diſtinguuntur à vi verbi, ut hic*, & n. 28. *ubi aliqui volunt ut expri-*

mens

mens falſum ipſo jure nihil conſequatur; non ſic tacens verum, qui ibi improbantur: vide n. 48. & 49.

26 Obreptitia, ſive ſubreptitia dicuntur indifferenter, & promiſcue reſcripta, etſi aliquando ad tollendas difficultates ſimul apponantur, in litteris, n. 26.

29 Reſcripta non conceduntur, niſi ſtante cauſa finali, aut impulſiva: & quæ ſit quælibet, num. 30. & 31. 32. 33. & 34. efficiens quæ num. 36.

32 Cauſa finalis dicitur ea, ſine qua privilegium non concederetur, & dicitur prima quoad, intentionem ultima quoad executionem, n. 32. & 35. ubi expenditur melius.

33 Finalis cauſa eſt prima omnium cauſarum.

34 Impulſiva cauſa eſt quæ præter finem ultimum movet agentem & n. 37.

36 Finalis cauſa non deprimitur ab eo quod actus non fieret, nec ne ipſa hoc remoto, ipſe non agerem illum actum, &c.

38 Ædictum de poſtulando à fæminis in judicio, à qua cauſa provenit.

39 Simoniacus non eſt ſerviens Epiſcopo minus principaliter propter beneficium.

40 Finalis cauſa ſive pricipalis, non ex eo dicitur, quod quis Prælato inſerviat ſpe beneficium habendi.

41 Cauſa una poſita in reſcripto, illa finalis, & non impulſiva eſt cenſenda, quæ ſi falſa fuerit vitiabit reſcriptum, etiam ſi ſimplicitate obtentum; & quare; numero 41.

43 Cauſa poſita à narrante, etſi in dubio præſumatur finalis, ut aliqui Doctores volunt, verius eſt, ut impulſiva exiſtimetur, ut actus valeat, n. 43.

44 Valeri actus jura maximè favent, etiam in gratiis, & privilegiis: idem intelligitur in legibus & donationibus, numero 45.

46 Qualitas ad movendum Principem, ut diſpenſet, necne ſolum cognoſcitur arbitrio prudentis, & ſub n. 74.

47 Reſcripta vitiantur æque veri taciturnitate, aut falſi expreſſione

48 Obreptio eſt quæ per falſi narrationem factum ſuperiori committitur, ſubreptio quæ per taciturnitatem veri, vel perplexam narrationem.

50 Reſcripti doloſi exceptio oppoſita debet probari: ut improbatur a judice delegato: vide n. 52. & 53.

51 Vitium falſæ narrationis majus reputatur, quàm taciturnitatis veri ad effectum puniendi impetratarem doloſum.

52 Proceſſus fulminatus ex reſcripto ſubreptitio, poteſt irritari in reſcripto juſtitiæ, etiam non oppoſita exceptione ſubreptionis, num. 53. & 54.

53 Judex ex cauſa publica parte non petente ſupplet quæ deſunt advocatis.

54 L. 4. §. hoc judicium ff. de damno infecto.

55 Delegatus Judex poteſt irritare proceſſum factum virtute reſcripti juſtitiæ doloſi.

57 Falſi expreſſio in cauſa finali, vitiat reſcriptum & diſpenſationes, ſi alias Princeps non conceſſiſſet ſecus quando difficulter, num. 57. & 58.

58 Legatum vitiatur ex defectu cauſæ, ſi alias teſtator non legaret.

59 Donatio, ac gratia à Principe conceſſa exigunt eandem libertatem.

60 Donatio procedens ex cauſa impulſiva, non eſt irrita, niſi quando contingit ex cauſa finalis.

61 Taciturnitas qualitatum, quas jura jubent exprimi, reddit gratias, & diſpenſationes nullas, n. 62.

63 Cap. ſi motu proprio de præb. lib. 6.

64 Reſcripta, & litteræ Pontificia habent tacitè eam conditionem, ſi preces veritate nitantur, quàm expendes, ut numero 65.

65 Falſi expreſſio in ſubſtantialibus irritat gratias, ſecus ſi in accidentalibus.

66 Impulſiva cauſa falſo expreſſa, qua ſublata, non moveretur Princeps ad concedendum reſcriptum; aliquando illud irritum reddit, ut hic n. 67.

67 Reſcriptum redditur nullum, quoties impetrans tacet ea, quæ ſi exprimerentur, animum Principis inclinare poterant ad non concedendam gratiam, ſeu concedendam cum aliquo moderamine.

68 Qualitas requiſita ex Curiæ ſtylo, eſt neceſſario exprimenda ad reſcriptum obtinendum, num. 69. item requiſita ex conſuetudine, num. 71. & quidem foro conſcientiæ n. 72. & 73.

69 Curiæ ſtylus facit jus.

70 Voluntas Principis intelligitur talis, qualis eſt juris intentio.

73 Stylus Curiæ ſervandus eſt quoad qualitates ſubſtantiales, non quoad accidentales.

74 Litteræ Juſtitiæ, & gratiæ ſolent expediri juxta Curiæ ſtylum.

75 Curiæ ſtylus non faciat, ſolum jus, quando conſtat, ut ſit receptus.

QUia inter defectus, & vitia multa, quibus 1
multoties reſcripta corruunt ſecundum
gl. am hic verbo litteras, & in cap. cæterum,
verbo judicio, cap. ad audientiam el. 2. verb. irritum,
& verb. mentionem, & in cap. ſi proponente.
verb. minus competens, & in aliis hujus tituli, ubi
Doctores, fit illud frequentius, quod committitur,
quando reſcripta impetrantur, veritate ſuppreſſa,
vel falſitate expreſſa, de quo vitio loquitur, ac intelligitur
textus noſter, & ſimiles relati ſupra in
præfatione; ideo pro perfecta intelligentia reſolutionis
relatæ, ac quæſtionum, quæ ſubſequuntur
duxi præmittenda notabilia ſequentia: ex quibus
aperitur verus ſenſus hujus materiæ.

Igitur præmittitur primo reſcripta alia eſſe gra- 2
tiæ, alia juſtitiæ, priora dici, quæ ad beneficia,
diſpenſationes, & alias quaſcumque gratias, obtinendas
conceduntur; poſteriora, quæ ad lites
foreoſes impetrantur, ut ad committendum cauſam
judici in foro externo decidendum, Menochius
de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 201. num 1. Thom.
Sanchez de matrimonio li. 8. diſp. 21. num. 21. de
his meminit textus in l. legibus cod. ſi contra jus,
vel utilitatem publicam, ubi Bartol. & alii, cap.
ſtatutum 13. cap. paſtoralis 14. & in tit. noſtro, & ut
oſtendit ex communi hic in tit. noſtro Andreas
Valenſis §. 2 num. 2. † dicens talia eſſe cum Pon- 3
tifex de jure partis obſcuro conſultus aperit illud.

Ex

Et quid jodex in judicando ſequi debeat, oſten-
dunt textus *in cap. ex parte* 12. *cap. ſedes* 15. & alii
hujus tituli, aut quando cauſa ad ſe devoluta ju-
dicem aliquem delegat, *cap.* 1. *cap. nonnulli* 28. &
4 aliis hujus tituli, † dicique ſic reſcripta juſtitiæ,
ſeu ad lites; tum quia ad juſtitiæ adminiſtratio-
nem pertioent; & referuntur; tum quia, & hæc
præter jus dentur io caſibus, ſcilicet à jure non
deciſis, tameo dicuntur dari ſecundum jus; quia
vel ad juris interpretatiooem, vel ad debita juris
executiooem dantur.

5 Reſcripta vero ad beneficia vocari reſcripta
gratiæ, probat textus *in cap. gratia hoc tit. lib.* 6. &
in clementina gratia eodem; quia nullam cauſam
habent cur concedantur, quam concedcotis me-
ram liberalitem: ſic Valenſis *dicto* §. 2. *num.* 3. ubi
addit hujuſmodi reſcripta eſſe, quibus mandat ali-
cui providere de beneficio Eccleſiaſtico, *cap. man-
datum* 38. *cap. Abbate* 40. *hoc. tit.* & quod hæc duo
reſcripta nihil aliud ſint, quàm Summi Pontificis
litteræ, ſeu epiſtolæ ad lites, vel ad beneficia, ad
6 ſupplicationem alicujus reſcripti.

Et quamvis alia ſint reſcripta, quibus contra
jus Summus Pontif. ſcribit, aliquod alicui conce-
dendo, veluti immunitatem à collectis, ut *in l.* 1.
& *per totum, cod. de immunit concedenda lib* 10.
aut à decimis, ut dico *infra ſub. tit. de decimis*, &
dixi *in cap. cauſam* 7. *de præſcript.* vel aliquem ſua
lege ſoluendo, vel cum aliquo diſpenſando, ut
7 dicit idem Valenſis *dicto* §. 2. *num.* 1. † Item quod
reſcriptorum Pootificiorum, alia ſint per viam
brevis alia per viam cognitionis, alia per viam re-
ſcripti ſpecialiter nuncupati, idem Valenſ. *dict.* §. 2.
num. 6. *in fine*; & quæ dicuntur cootra jus, vocen-
tor privilegia, ut *infra toto tit. de privileg. lib.* 5.
ſicut videtur de reſcripto Ordiois Cirtercienſ. ha-
bentis privilegium, ne poſſiot conveniri per re-
ſcriptum Papæ; nam eo fiat mentio de eorum or-
8 dine *ex cap. cum ordinem* 6. *ſupra hoc tit.* † & ſint
etiam inter reſcripta gratiæ alia, quæ à ſæculari-
bus conceduntur, ſintqoe remiſſiones gratiæ, &
indulgentiæ, de quibos *ff. ad Sen. Conſ. Turp.* & *cod.
de abolitionib.* ſecundùm quæ dixi *in cap.* 23. *de.*
9 *ſent.* & *re judic.* † Et alia inquam dicatur re-
ſcripta communia, ſeu mixta, ut quidam vocant,
qoæ ſcilicet, tum à Papa, tum à ſæcularibus Prin-
cipibus concedi poſſunt, ut reſcriptum legitima-
tionis, de quo *infra in cap. tanta*, *cap. per venerá-
bilem qui filii ſint legitimi*: idem Valenſis *in Rub.
hujus tituli dicto* §. 2. *num.* 3. *in fine.* Tamen nos in
præſenti tantùm agimus de reſcripto juſtitiæ, ſeu
gratiæ, in quo obreptio, ſive ſubreptio adeſt ob
expreſſionem falſi, aut taciturnitatem veri.

10 Secundo adverto ioter prædicta reſcripta juſti-
tiæ, & gratiæ eſſe quàm plures differentias, quas
coogeſſit Rebuffus *in praxi beneficial. tit.* 1. *diffe-
rentia inter reſcripta gratia*, & *juſtitia à fol. mihi*
107. ubi poneos inter hæc reſcripta 22. *differentias
à num.* 1. ponit eam quam Doctores, *hic* ex pro-
poſito ſcribunt, ut ſic plura inter ſe adverſantia
jora lucem accipiant. Etenim dicunt Doctores
communiter quod reſcripta gratiæ per ſubreptio-
nem obtenta, ſint ipſo jure irrita; ſic ut quid-
quid virtute eorum factum fuerit, nullius pror-
ſus momenti ſit; ſecus autem de reſcriptis juſti-
tiæ, quæ valida ſunt, donec Adverſarius, con-
tra quem impetrata ſuot excipiat allegans ea eſſe
ſubreptitia; indeque evenire, ut proceſſus
ceſſus virtute illorum factus ſit validus ſi de ſub-
breptione minime excipiatur. Prima pars proba-
tur, *ex cap. fin. de filiis Præsbyterorum lib.* 6. ubi lo-
qus textus de diſpenſatione quadam ad beneficia
ſic ait, *veluti per ſubreptionem obtenta nullius pe-
nitus eſt momenti.* ubi Barboſa *num.* 5. Sanchez
cum multis, *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 11. *num.* 3. & 10.
Suarez *allegat.* 12. *num.* 31. Doctores expendentes
textum noſtrum io verſ. *nullus prorſus*, generali-
ter affirmaotes quod reſcripta gratiæ per ſubre-
ptionem obtenta, ſunt ipſo jure irrita, Cardin.
Tuſchus *tom.* 7. *concluſ.* 722. cum aliis ſequeotibus
Velaſc. *conſ.* 72. *num.* 9. Flaminius *de reſignatione
lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 41. & 44. *tom.* 2. *lib.* 10. *q.* 2.
num. 4. Alex. Trentaſinq. *variar. reſolut. lib.* 1. *tit. de
reſcriptis reſol.* 5. *à n.* 2. Menochius *de arbitrariis
dict. caſu* 201. *n.* 3. & 17.

Unde cum idem Menochius *conſ.* 1. *num.* 399. 11
Baptiſta Leonel *tract. de ſubreptione recripti q.* 1
art. 3. Bernard. Grave *ad practicam Cameræ Impe-
rialis lib.* 1. *concluſ.* 24. dixeriot reſcriptum ſubre-
ptitiam, & quidquid ab eo dependet ipſo jure
nullum eſſe, debent intelligi de reſcripto gratiæ,
ut loquendo de reſcripto abſolutioois: idem re-
ſoluit Menochius *conſ.* 343. *n.* 52. imo addit Gon-
zalez *ad regnl.* 8. *Cancel.* § 4. *proœm. n.* 78. & cum eo
Barboſa hic *num.* 7. ut niſi verificentur omnia con-
tenta io litteris gratiæ corruit illa.

Nec obſtat textus noſter in ſecundo ejus caſu 12
ubi habetur quod ſubreptio ooo doloſa, ſive in
tacendo, ſive in exprimendo falſum, non vitiat
reſcriptom, ſi aliàs Papa eſſet conceſſurus; quia
reſpondeo textum hunc loqui in reſcriptis ad lites
quæ non vitiantur, niſi ope exceptionis, citat
Barboſa *hic ſub num.* 6. *lit. A*, ſic Nicolaus Gar-
cia *de benef. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 204. dicens, ut oon
habeat locum in gratioſis ex gloſſa *in cap. ſi motu
proprio* verbo *taceatur præb. lib.* 6. Joannes An-
dreas *hic* & Decius *num.* 18. Berojus, & Sahagun
num. 32. Barboſa *hic num.* 10. dicens cum illis, &
com Aymon. *conſ.* 68. *num.* 22. *volum.* 1. ſic proce-
dere; etſi ſubreptio per ignorantiam, aut ſimpli-
citatem contingat. † Ob idque Farinacius *conſ.* 92. 13
num. 10. & cum eo Garcia *dict. n.* 202. dicunt quod
reſcripta gratiæ facilius irritantur per vitium obre-
ptionis, quam reſcripta Juſtitiæ. & quod talia ha-
beant io ſe tacitam conditionem, *ſi preces veritate
nitantur*: vide *infra q.* 4. *n.* 10.

Secunda inquam pars, ſcilicet, ut reſcripta ju- 14
ſtitiæ per ſubreptionem, aut obreptionem obten-
ta noo ſint irrita, niſi ope exceptionis, probant
Doctores per textum *in cap. ſi autem*, & *cap. pleri-
que hoc tit.* ubi dicitur, ut ſecundum reſcri-
ptum impetratum per ſubreptionem ob primi ta-
citurnitatem convaleſcat, data negligentia in pri-
mo impetratore, in terminis Sanchez *dict. lib.* 8.
de matrim. diſp. 21. *num.* 3. quare Barboſa *in
dicto cap. plerumque num.* 3. qui cum Perez l. 6.
verſ. *quæro* 36. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordinam. pag.* 701. aſſerit
qood reſcripta juſtitiæ pereunt annuo; ſecus eſſe in
reſcriptis g[illegible]iæ, qoæ ſunt perpetua.

Et differentiæ utroromque reſcriptorum ratio- 15
nes ſcribunt Menochius *in dicto cap. fin. de filiis
Presbyter uſque ad num.* 9. Abbas *in cap. ad audien-
tiam* & *l.* 2. *num.* 19. *hoc tit.* Sanchez *dicta diſp.* 21.
lib. 8. *de matrim. num.* 3. *in fine*, Navarrus *in cap. ſi
quando hoc tit. præludio* 1. Menochius *de arbitra-
riis lib.* 2. *centuria* 3. *caſu* 201. *num.* 2. Rebuffus *in
praxi dicto tit differentia inter reſcripta gratiæ*, &
juſtitiæ; primam quod litteræ juſtitiæ comparen-
tur contractibus ſtricti juris, ac litteræ gratiæ
contractibus bonæ fidei: ſic ſicut in his debet
eſſe

eſſe ex uberantia bonæ fidei, ut notatur *in l. bonam fidem, cod. de actionibus, & obligat.* ita & in
litteris gratiæ debeat puritas reperiri; & ob id
ſicut ſubreptio dans cauſam contractui ſt icti juris,
non reddit ipſo jure irritum, ſed irritandum; ſecus
de contractu bonæ fidei, ſimiliter ſubreptio non
reddat ipſo jure irritas litteras juſtitiæ, ſed ope ex-
16 ceptionis irritandas; ſecus de litteris gratiæ. † Se-
cundam; quia facilius dantur litteræ juſtitiæ, quàm
gratiæ, *cap. fin. de crimine falſi*, ubi DD. Tertiam;
quia ingret or videtur obtinere obtinens benefi-
17 cium, & gratiam per ſubreptionem. † Quartem;
quia in ſpiritualibus debet eſſe omnis puritas, ut
autumavit gloſſa *in dict. cap. fin. poſt caſum poſitionem, notab.* 2. ubi Monachus *à num.* 4. Joannes
Andreas, Archidiacon. Dominic. Franc *in fine*, Bal-
dus *in l. præſcriptione num.* 11. *cod. cod. ſi contra jus, vel utilitatem publicam*, Abbas *in cap. quod ſuper his num.* 2. *de fide inſtrument. & in c. quia circa n.* 5.
de conſanguinit. & affinit. ubi Alex. de Nevo *n.* 6.
idem Abbas *in dicto cap. ad audientiam num.* 14.
& ibi Felinus *à num.* 17. Miles *in repertorio lit.* G.
verb. *gratia num.* 3. verſ. *gratia*, ſive ſit *indulgentia*,
& jam relati, atque alii in prædictis juribus de lit-
18 teris juſtitiæ. † Non item; quia hic conceduntur ſecundum Juſtitiam, ut in exemplis poſitis in
principio, quare bene Doctores *in dicto cap. ad audientiam* 31. *hoc tit.* verbo *in irritum*, & ibi: *Tu dicas quod tales*, notant quod reſcripta ad lites,
ſubreptitia non ſunt nulla, ut præter jam *ſupra*
adductos docet Caputaq. *in deciſ.* 25. Riccius *in praxi fori Eccleſ. reſolut.* 577. *num.* 2. Suarez *de religione. tomo* 1. *lib* 4. *de ſimonia cap.* 31. *num.* 16. Me-
noch. *dict. caſu* 201 *num.* 1. 3. *&* 16. Perez *in l.* 1.
quæſt. 8. *&* 9. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordinam.* Sahagun. *in cap. cæterum hoc tit. num.* 6. Navar. *in cap. ſi quando cauſa* 1. *nullit. num.* 3. Farinacius *in praxi criminali p.*
1. *quæſt.* 6. *num.* 96.
19 Unde etſi aliqui contrariam ſententiam de lit-
teris gratiæ dixerint, non debent audiri, nec
Rebuffus, dum *conſ.* 21. reſpondit valere diſpen-
ſationem, ubi impetrans expreſſit ſe utriuſque
juris Baccalaureum; licet non ſit niſi in altero; quia
ipſe contrarium melius tenet in praxi tit. de reſcrip-
tis *perinde valere num.* 42. Nicolaus Garcia *de beneficiis dict. p.* 6. *c.* 2. *num.* 203. qui *num.* 204. convin-
cit etiam Caſſador. *deciſ.* 7. *de conceſſione Præbendæ*
& noviſſime deciſ. Rotæ in cauſa Conchen. Bene-
ficii 11. Maij 1609. coram Domino Sacrato dicen-
20 tes, † quod narrativa falſa Presbyteratus in gra-
tia de beneficio non curato, actu non vitiat gra-
tiam, tanquam ſuperflua, & non habita in conſi-
deratione à Papa, qui nihilominus fuiſſet conceſſu-
rus, cum illa qualitas non eſſet neceſſaria, tam de
jure communi, quam de ſtylo Curiæ; & quod
illa expreſſio non fuit doloſa, ſed ex errore pro-
curatoris.
21 Cum ergo in gratia beneficiali teneatur quis
narrare prius obtenta beneficia alias gratia ſit nulla
ut jam *ſuprà* dixi doceantque Menoch. *de arbitrariis dict. caſu* 101. *à num.* 41. Gonzalez *ad regul.* 8.
Cancell. gloſſa 56. *num.* 154. Tamen advertendum
eſt, ut quamvis ſubreptio vitiet gratiam, ipſo jure
opponi poſſit tantùm uſque ad annos 40. Capu-
taq. *deciſ.* 224. *p.* 3. Barboſa *in dict. cap. ad audientiam num.* 3. *&* 5. quia per tanti temporis ſpatium
præſumitur nova gratia, & confirmatio, Riccius
in collect. deciſ. p. 4. *collect.* 2267. Caſſador. *deciſ.* 3.
de cauſa poſſeſſ. & propriet. ſed an ſint caſus, ubi
reſcripta ſubreptitia Juſtitiæ, ſint ipſo jure nulla,
dico *infra*; interim Falious *in dict. cap. ad audientiam* 31. *à n.* 18.
Præmitto 3. quod à prædicto vitio ſubreptionis, 22
vel obreptionis appelletur ſubreptitium reſcrip-
tum; quia ſic impetrans obrepit & ſubrepit Superio-
ri reſcribenti, vel reſpondenti, ut ſatis colligitur *ex c. cum dilecta* 22. verſ. *per ſubreptionem hoc tit. c. ſi motu proprio*, verſ. *veluti ſubreptitiam de præb. lib.* 6.
dict. cap. fin. verſ. *veluti per ſubreptionem obtenta de filiis Presbyterorum lib.* 6. *Trid. Concil. ſeſſ.* 22. *cap.* 5. *de reform.* verſ. *ſubreptionis*, vel *obreptionis*, *l. ſed ſi hac*
verſ. *per obreptionem ff. de in jus vocando*: ſic Bu-
deus per textum *ibi in l. ſi quis obrepſeris ff. ad legem Cornel. de falſis*, Briſon. & Berutius verbo *obrepere de verb. ſignif.* Perez, Rebuffus, & alii per
Sahagun. *hic*, Petrus Gregor. *cap.* 44. *à num.* 1. &
alii communiter, † rationem aſſignantes quare 23
hujuſmodi vitium ſuppreſſæ veritatis, vel expreſſæ
falſitatis dicatur ſubreptio, vel obreptio per tranſ-
lationem, ſcilicet à verbo *obrepo*, & verbo *ſubrepo*, quod ſignificat clam, & latenter incau-
tum aggredi, & fallere, ut ex multis declarant Bri-
ſonius, Didacus Perez Sahagun. *hic num.* 8. Petrus
Gregor. & alii, Calepinus *in dictionario latino* ver-
bo *obrepo*
Quarto præmitto ioter Doctores eſſe controver- 24
ſum, numquid in jure noſtro differant, quod di-
citur reſcriptum eſſe impetratum per ſubreptionem
aut obreptionem; & licet quidam differentiam
conſtituant; quia ſubreptitia dicuntur reſcripta,
quando Princeps plene intellexit tenorem precum,
ſed in eis tacita eſt veritas neceſſario explicanda,
vel falſum aliquid narratum eſt; obreptitia vero
quando per verborum involutionem, aut cautam
loquelam, puta ironicam, vel callidam effugiunt
deliberatam concedentis conſcientiam, ac plenam
ejus intelligentiam: ita Innocent. *in dict. cap. cum dilecta* 22. *num.* 3. *hoc tit. & ibi* Abbas *num.* 7. Felin.
1. Barbatius *conſ.* 49. *num* 6. *fin. & conſ.* 55. *num.* 1.
volum. 4. & Imola *in dict. cap. cum dilecta* dicit, ut
poſſit tollerari ſic: ſic iſti, & alii colligentes etiam
obreptionem dici, quando falſitas exprimitur ſub-
reptionem, ubi veritas ſupprimitur Abbas *in dict. cap. cum dilecto num.* 15. Menochius *de arbitr. dict. caſu* 201. *à num.* 9. & alii relati à Sagahun. *hic n.* 8.
Rebuffus *tom.* 2. *conſtitut. Regiar. hoc tit. in præfatione num.* 125. ſic colligentes ex textu *in dict. l. ſed ſi hac §. Patronum.* verſ. *dum abrogatur per obreptionem ff. de in jus vocando*, *l. ſi autem* 9. § 1. verſ.
per obreptionem ff. de negotiis geſtis, & aliis adductis
à Beroio *hic num.* 2. Briſonio; & aliis.. † Et quis 25
dicatur plus delinquere obrepens, vel ſubrepens
decidit Biſignet. *deciſ.* 11. *hoc tit.* quem etiam refert
Riccius *collect.* 325. *in fine*, & ad *caſum* dico *infra*
q. 4. *n.* 58.
Sed quidquid omoes dicant, & in rei veritate ali- 26
qua conſtitui poſſit differentia; tamen in uſu pra-
ctico Juris, & Doctorum, exiſtimo relata duo no-
mina eſſe ſynonima; ſic ut pro uno, eodemque vi-
tio ſumantur taliter ut tam ad veritatem ſuppreſ-
ſam, quam ad falſitatem expreſſam promiſcuè re-
ferantur: & ſic eſſe accipienda relata jura à Beroio
& aliis quidquid ſentiant in contrarium alii ut vi-
detur apertè colligi *ex l.* 1. verſ. *obreptione*, &
verſ. *ſubreptione, cod. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur*,
aliis adductis à Diego Perez, & Doctor. Sahagun.
ſuprà, Thom. Sanch. *de matrim. dict. lib.* 8. *diſp.* 21.
num. 2. *in fine*, dixit differentiam inter obreptio-

nem, & ſubreptionem de nihilo ſervire, quoad irritanda reſcripta, nec inter ſe differre; ita ut in differenter, ac promiſcuè dicentur obreptitia, vel ſubreptitia, quoties male impetrantur ſive tacita veritate, neceſſario explicanda, ſive falſum ad rem conferens in precibus, narrando, ut tuentur, Decius *hic num* 4 Rebuffus, & Menochius, *ubi ſupra*, plures allegans *dict. caſu* 201. *à num.* 10.

27 † Et ſic eſt tenendum; licet aliquandu ad majorem, & ſecuriorem declarationem, & ad tollendas interpretum controverſias, utrumque nomen, ſcilicet *ſubreptionis*, & *obreptionis* exprimatur, ut in Concilio Trid. *dict. cap.* 5. & paſſim in litteris Apoſtolicis ſub ea clauſula, in qua obreptionis, & ſubreptionis vitium tollitur.

28 Unde cautè ſunt intelligendi Abbas *in cap. ſedes hoc tit. num.* 4. Tyraquel. *de pœnis tempor. cauſa* 44. *num.* 41. dum conſtituunt diſcrimen inter ſubreptionem falſum exprimendo, & tacendo verum, ut in priori caſu corruat omnino reſcriptum in mendacii pœnam, ſecus in ſecundo; eo quod non ſit ita odioſus, tacens verum, ſicut exprimens falſum; potuit enim taciturnitas eà ignorantia procedere. Non enim hæc doctrina, & ratio reſolvit; quia ut ait Felinus *in dicto cap. ſedes num.* 2. Thomas Sanchez *de matrim. dicto lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 65. *in fine*, qui inſurgendo dicunt, ut falſum poſſet etiam exprimi abſque dolo, & verum quoque ex dolo taceri; & ſic Sanchez exculpans prædictos Doctores, ne videantur loqui contra expreſſam deciſionem textus noſtri, intelligit eos ſenſiſſe tantum magis præſumi dolum ex falſi expreſſione, quam ex veri taciturnitate, cum illa frequentius ex dolo procedat; ſed ſi utramque ex dolo ſit, idem de utraque ſit dicendum.

29 Præmitto quinto reſcripta non concedi, niſi ſtante, & impellente cauſa finali, aut impulſiva; ita ut in litteris quibuscunque cauſa tacita, vel falſo expreſſa, alia ſit finalis alia impulſiva, de quibus Tyraquel. *in tract. ceſſante cauſa*, *tota limit.* 1. dixi nonnulla *in cap. cum ceſſante de ap-*
30 *pellat.* † Igitur cauſa finalis quoad inducendum ſubreptionem in reſcriptis gratiæ, vel Juſtitiæ, ea dicitur, qua non exiſtente, gratiam Princeps minime conceſſiſſet, vel qua ei ſignificata denegaſ-
31 ſet petita. † Impulſiva ea, quæ falſo expreſſa Principem movet ad facilius concedendum petita, vel ſi vera eſt, & ea non taceretur, moveret ad difficilius concedendum, ac revera prorſus concederet gratiam utroque eventu, optime docet Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *num.* 5. *verſ. his ita breviter*; ita dicens Doctores interpretari pro intelligentia textus *in cap. poſtulaſti* 27. *hoc tit.* Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *n.* 8.

32 Itaque Abbas *in dicto cap. poſtulaſti num.* 1. *notab.* 4. *ibi* Decius *in nova edit. notab.* 4. Alex. *conſ.* 161. *fin. num.* 7. Barbatius *conſ.* 49. *num.* 6. *fin. volum.* 4. Jaſon. *in lib.* 1. *num.* 2. *cod. ſi contra jus, vel utilitatem public.* Tyraquel. *ſup. num.* 11. explicant in his reſcriptis cauſam finalem, id eſt, qua non exiſtente, Princeps non concederet impulſivam, quando concederet, ſed non tam facile; imo & Barboſa *in lib.* 1. *num.* 85. *ff. ſoluto matrim.* cum Baldo, & Aymone, dicunt ſimiliter dici cauſam finalem eam, ſine qua non concederetur privilegium, aut diſpenſatio eo pacto, quo conceſſa ſunt, ſed eidem conceſſioni moderamine quædam adhibita fuiſſent, quod vere ea poſſit dici cauſa, ſine qua non concederetur gratia; ſiquidem eo pacto, quo conceſſa eſt, non concederetur.

Et pro uberiori intellectu generaliter dico, ut 33
cauſa finalis ea ſit, & in agendo actu ab agente conſideratur, quæ ipſum præcipuè movet; & in quam ipſius mens dirigitur; finalis inquam vera eſt hæc ultima quoad executionem. Prima tamen quoad intentionem, ut explicant Bart. *in lib. ambitioſa n.* 19. *ff. de decret. ab ord. faciend.* Thom. 1. 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 1. & *art.* 4. & *quæſt.* 18. *art.* 6. *ad ſecundum*: unde ait Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 20. *num.* 2. ut prima omnium cauſarum, ſit cauſa finalis: ſic cum D. Thoma *dict. quæſt.* 1. *art.* 2. erudite, & docte Martinus ab Azpilqueta; alio modo nuncupatus, Navarrus *in cap. inter verba* 11. *quæſt.* 3. *Coroll. pag.* 83. † 34
Et quod cauſa impulſiva ſit illa, quæ præter finem ultimum movet agentem, & cauſam dat actui, & ſine qua non fieret actus; & ideo dicta; quia impellit ad agendum. † Et licet hæc ab aliis dicatur effi-
ciens, non ſat recte licet cauſa efficiens à finali di- 35
ſtinguatur; ſiquidem quod faciendæ rei præbet operam, efficiens eſt, in cujus gratia ſit actus, finis vocatur, eſtque potiſſima cauſarum omnium finis: nam & ſi uſu, & effectu poſtremus ſit omnium, tamen eſt propoſito atque inſtituto primus, ſicut poſt Thomam, docet Rodulphus Agricola *lib.* 1. *dialecticæ inventionis*, *cap.* 14.

Ex his ita intellectis deducitur non eſſe hanc ne- 36
ceſſariam, ſolidamque collectionem, contingente hoc, *actus hic non fieret*; igitur hoc, quo modo contigit eſt cauſa finalis, aut principalis hujus actus: ſic nec iſta, hoc remoto ipſe *non agerem iſtum actum*; ergo hæc eſt cauſa finalis actus. † Eſt 37
equidem impulſiva cauſa, quæ præcurſionem quandam adhibet ad efficiendum, ut ait Cicer. verbis *lib.* 5. *Topicor.* & ideo has argumentationes nimis ſufficienter colligi, exiſtimat Joannes Major *in* 4. *ſentent. diſt.* 5. *quæſt.* 29. verſ. *quinto arguitur*, & *diſt.* 25. *quæſt.* 2. *col.* 4. & probat Covar. *ſub dicto*
cap. 20. *lib.* 1. *variar. num.* 2. † Nam edictum illud, 38
ne fœminæ poſtularent in Judicio, non fuiſſet à Prætore promulgatum, nec ſancitum eo tempore ſi Calphurnia apud eum tam impudenter non poſtulaſſet, & tamen ſcribit J. C. Calphurniam illam nequaquam cauſam finalem Prætori dediſſe, ſed eam fuiſſe primam, principalem finalem, & ultimam Prætoris cauſam, ut imprudentiæ fœminarum obviam iretur; earumque pudicitia, & pudor minime forenſibus acclamationibus læderetur, ut bene Accurſ. notavit. *in lib.* 1. §. *ſexum ff. de poſtulando*, quam late expendi *in cap. tam litteris* 33. *infra de teſtibus. quæſt.* 3.

Et Confirmatur eo quod ſiquis ſerviat Prælato 39
Epiſcopo, principaliter ſpe conſequendi beneficium, & hoc dicatur ſimoniacum, ut Doctores, & gloſſa agnoſcunt per textum *ibi in cap. cum eſſent de ſimonia*; etiam non accedente expreſſa pactione: tamen ſi inſerviret Epiſcopo principaliter ob perſonæ dignitatem, ob ſtipendium pro victu quotidiano conſequendo, & minus principaliter ſpe conſequendi ab eo aliquod beneficium Eccleſiaſticum, etiam *ibi* Doctores dicunt non committi ſimoniam, ut probat ex Felino *ibi*, & Cajetano *in ſumma* verbo *ſimonia* in fine, Covarruv. *dicto lib.* 1. *variar. cap.* 20. *numer.* 2. *in fine* adducens in confirmationem gloſſam *in cap. cum ad noſtram de elect*, & quæ traduntur à Jaſone per textum *ibi in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum petatur*, & per Felin. *in cap. non dubium de ſent. excommun. num.* 2.

† Addens

40† addens hæc ſic intelligenda, ut non exiſtimemus
ſtatim ſpem habendi beneficium Eccleſiaſticum
eſſe cauſam finalem, aut principalem, ex eo quod
alioqui non eſſet quis Prælato ſerviturus, niſi ab
eo beneficii collationem ſperaret: etenim ut ipſe
ait poteſt hoc ita eſſe, & ſimul ſpem, iſtam cau-
ſam impulſivam, non finalem hujus miniſterii
fuiſſe: quare videtur ad punctum, ut hoc totum
in materia noſtra judicetur ex arbitrio ſecundùm
naturam cauſæ.
41 Unum tamen notabis quod ſi in reſcripto ap-
ponatur unica cauſa illa finalis, & non motiva
cenſenda ſit; & ideo ſi falſa fuerit vitiabit reſcrip-
tum; quia cenſetur Papa privilegium, & diſ-
penſationem velle concedere ex cauſa allegata,
etiam ſi ex motu proprio, & ex cauſa ſcientiæ, di-
cat concedere: ſic Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8.
*diſp.*21. cum multis *num.*41. Gutierrez *Canon. quæ-
ſtion. lib.*2. *cap.* 15. *num.*103. & 105. quibus addo
Caſtrum Palaum *in opere morali tom.* 1. *tract.* 3.
*diſp.*6 *puncto* 16. §. 3. *num.* 1. Dianam *p.*4 *reſ.*53. *in*
42*princ.* † & addit bene Gutierrez *num.* 133. proce-
dere etiam ſi per ſimplicitatem, aut ignorantiam
erroremve contingeret ea falſitas; quia conſtat
de voluntate Principis, non aliter diſpenſare in-
tendentis, niſi verificata ea cauſa, & cujus non
aliter diſpenſare intendentis, niſi verificata ea
cauſa, & hujus dicti reddit rationem Sanchez, &
communis Doctorum procedere, tam in diſpen-
ſatione ad matrimonium, quam in aliis reſcriptis
quia Pontifex non vult abſque cauſa diſpenſare
eſto poſſet, inferens ut ſubreptitio ſit diſpenſatio
ſi unica cauſa, qua ductus commiſit, a veritate
deficiat, &c.
43 Quod ſi dubitetur an attentis omnibus circum-
ſtantiis, cauſa in diſpenſatione tacita, vel falsò
expreſſa ſit finalis; ita ut ſine illa diſpenſatione
non concederetur, vel tantùm ſit impulſiva, &
maxime controvertatur, cum quidam affirment
præſumi finalem; inter quos Abbas *in cap. quia
circa n.*6. *in fine de conſanguinit. & affinit.* ibi Alex.
de Nevo *num.* 6. *in fine*, Præpoſitus *num.* 4. verſ.
ſed de diſpenſatione, ajentes in diſpenſatione, vel
alia gratia ſemper præſumendum eſſe Principem
fuiſſe motum ex cauſa expreſſa, ſicut expreſſius
tenent Bald. *conſ.*355. *præmittendum num* 2. *vol.*1.
Bartholom. Socinus *conſ.*273. *in præſenti conſultat.
num.*11. *volum.*2. P. Molina *de Juſtitia tom.* 1. *tr.*2.
*diſp.*173. *col.*9. paulo ante verſ. *quando qualitas*, &
de ratione expreſſa in lege eam præſumi finalem
affirmant multi, quos refert, & ſequitur Tyra-
quel. *in tract. ceſſante cauſa dict. limit.* 1. *num* 21.
29. 30 43. 50. 86. Paulus *conſ.*314. *num.*2. *volum.*1.
Menoch. *conſ.*272. *num.*57. *volum.*3. Gutierrez alios
referens *lib.* 3. *pract. quæſt.* 17. *num.*115. Villalobos
in ſumma tom. 1. *tractatu* 2. *difficultate* 43. *nu-
mero* 7.
44 Tamen exiſtimo verius eſſe in dubio non præ-
ſumi cauſam finalem, ſed impulſivam, ac proin-
de præſumi fore, ut illa cauſa verè expreſſa Prin-
ceps concederet diſpenſationem, ut vel ſic illa
valida ſit; quia valori actus jura maximè favent
atque in dubio eum præſumunt, ita in gratia, ac
privilegiis docent Dinus *in regula docet in fine de
regul. Juris lib.*6. & *ibi* Franc. *num* 3. Bald. *ibi in ad-
dition. ad Joannem Andream*, & *in l. generaliter
num.*2. *cod. de Epiſcop. & Cleric.* Corneus *conſ.* 153.
*in præſenti num.*12. *vol.* 2. Tyraquel. *ceſſante cauſa
dicta limit.* 1. *num.* 14. Rebuffus *in concord. in forma
mandati Apoſtol. paulo poſt princip.* verb. *morum ho-
neſtas*, verſ. *in dubio*, Lnaces *de matrim. Regis
Angliæ dubio* 8. *num.*42. & 43. Staphileus *de litte-
ris gratiæ, tit. de vi, & effectu Clauſularum in
princ. num.* 6. Thomas Sanchez *de matrimon. dict.
lib.* 8. *diſp.*21. *num.*20. *in fine*, dicentes cauſam in
omnibus, ac privilegiis inſertam ſemper in dubio
præſumi impulſivam, & non finalem, & in eo
dubio nullatenus vitiari gratiam ob ejus defectum
aut falſitatem, Corduba *in ſumma quæſt* 45. *opi-
nione* 1. *puncto* 1 *in* 2. *ratione*, verſ. *tambienſe confor-
me*, † atque idem in legibus, & donationibus 45
tuentur gloſſa *l.* 2. *fin. ff. de donationibus*, Menoch.
*conſ.*106. *num.*92. *volum.* 2. cum aliis Tyraquellus
ſupra dicta limit. 1 *num.* 48. Everardus loco à ceſſa-
tione rationis *num.*5. Berthachinus *in ſuo repertorio
litt. C*, verb. *cauſa impulſiva.* Nec hæc doctrina
implicatur ex dictis *ſupra* in verſ. *unum*, cum alio
caſu *ibi* loquamur: & docent hanc Caſtrus *in ope-
re morali tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *p.* 16. §. 5. *num.* 3.
Portel. *in reſponſ. moral. p.* 3. *caſu* 8. *num.*2. & utram-
que vocat probabilem Diana *p.* 4. *tract.* 4. *reſp.*53.
verſ. dico quarto.
Verùm ſi inquiras unde dignoſci poſſit qualita- 46
tem conducere ad diſpenſationem, & ejus gene-
ris eſſe, ut ea expreſſa Princeps gratiam non con-
cederet. Reſpondeo cum Abbate *in cap. conſtitutus
num.* 5. *de religioſis domibus*, & *in cap. ex conqua-
ſtione num.* 4. *de reſtit. ſpoliator.* Felino *in cap. ca-
terum num.* 4. *hoc tit.* Tyraquello *tract. ceſſante
cauſa, limit.* 1. *num.*15. & 18. Covarruvias *lib.* 1.
*variar. n.*5. verſ. *falſitas*, ubi bene expendit Navar-
rus *in dicto cap. ſi quando hoc tit. except.* 3. *num.* 3.
Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. caſu* 201. *à num.* 29. Gu-
tierrez *Canonic. dicto lib.*2 *cap.*15. *num.* 44. & 49.
ipſi, & alii dicentes id prudentis arbitrio relinqui:
etenim ut dicunt Lapus *allegat.* 89. *factum num.* 6.
Felinus *hic*, Bartholom. Socinus *conſ.* 164. *n.* 5. &
*conſ.*169. *num.* 10. verſ. *poſtremo*, *vol.*1. Afflictis *de-
ciſ. Neapolit.*116. *num* 4. Caſſiodor. *deciſ.*12. *n.*14.
de præb. Selva *de benef.* 3. *p quæſt.*12. *num.*51. Re-
buffus *ſupra paulo poſt* 30. *narrandum*, verſ. &
poſtquam aliæ qualitates, Covar. *dict. cap. fin.* verſ.
tertio, Gutierrez *ubi proximè*, Menochius *dict. ca-
ſu* 201. *num.* 31. Pelaez *de Majoratibus in* 1. *part.
quæſt.* 8. *num* 41. & 43 Flaminius *de confidentia
beneficior. quæſt.*46 *num.*41. & 43. prudens autem
hoc arbitrabitur, attento communi Curiæ ſtylo,
& principiis conſuetudine; item & attentis aliis
ſimilibus reſcriptis.
Ad primam jam difficultatis partem reſponden- 47
do, dico ex præmiſſis, quod taciturnitas veri, aut
falſi expreſſio æquè reſcripta vitiant; quia licet
communis ſententia Doctorum hic, & in aliis
juribus fuerit duo jam relata nomina obreptio-
nem, & ſubreptionem differre ſecundum aliquos
quos *ſuprà* retuli in verſ. *tertio præmitto*, † ita ut 48
obreptio ſit illa quæ per falſi narrationem facta
ſuperiori committitur; ſubreptio verò quæ per
taciturnitatem veri, vel confuſam, & perplexam
veri narrationem fit, ut in exemplis adductis à
Beroio *in* 1. & 2 *lectura noſtri textus à num.*1. Pe-
tro Gregorio *lib.* 1. *de reſcriptis cap.* 48. 49. 50. &
aliis. † Tamen verius eſt, ut jam dixi, tam in 49
jure, quam in praxi relata duo nomina pro uno
eodemque vitio accipi, utrumque nomen pro-
miſcuè referri, tam ad veritatem expreſſam ut
conſtat ex doctrina textus noſtri in prima
ejus parte, verſiculo *nos igitur*, quatenus

Pontifex nullam conſtituit differentiam quoad ſubreptionem in taciturnitate veri, vel expreſſione falſi, Doctores per textum *in l.* 1. *cod. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur*, & ex aliis juribus adductis *in* 1. *quæſtione*, multis fundamentis probat. Cardinalis *hic num.* 11. & communis relata à Sahagun. *hic num.* 11. & *in cap.* 1. & videntur ſentire relati à Barboſa *hic num.* 3.

50 Unde fit ut ſi contra reſcriptum obreptione, vel ſubreptione doloſa obtentum, oppoſita fuerit exceptio, & probata, vel aliter facta fides delegato, tunc ipſe indiſtinctè debeat contra reſcriptum, & cognitionem ſuam pronunciare, ut ex noſtro textu in dicto verſ. *nos igitur* deducunt communiter Doctores, ubi Mantua, Decius in præſenti, & Sahagun cum multis *num.* 8. debet enim probari hujus obreptionis, & ſubreptionis exceptio, ut docent Maſcard. *de prob. concl.* 1123. *à num.* 11. Alex. Bauden. *conſ.* 26. *num.* 26. *volum.* 1. Baptiſta Leonel. *tract. de ſubreptione reſcripto q.* 13. *art.* 1. & 2.

51 Quare etſi negari non poſſit, ut quoad alium effectum, quam irritandi dictum reſcriptum, puta quoad pœnæ impoſitionem, majus reputetur vitium falſæ narrationis, quam ſuppreſſionis, ut Doctores agnoſcunt *in l. ſi quis obrepſerit ff. ad legem Cornel. de falſis*; etſi ex ejus deciſione aliter apparere videatur, ut obſervant Menochius cum pluribus ab eo relatis *lib.* 2. *de arbitrariis, caſu* 314. *num.* 10. & 16. Beroius *in* 1. & 2. *lectura num.* 2. & 4. alii relati à Petro Greg. *dicto lib.* 1. *de reſcript. à cap.* 49. Hoſtienſe *in ſumma hujus tituli* §. *quæ pœna, num.* 33. Sahagun. *dict. num.* 8. tamen quoad effectum irritandi reſcriptum, ut dictum eſt æquari taciturnitatem veri, & falſitatis expreſſionem ex dictis.

52 Dubitabis vero num Judex delegatus queat irritare ſubreptitium proceſſum fulminatum ex reſcripto ſubreptitio, etiam non oppoſita exceptione ſubreptionis, & obreptionis; & licet ex regula textus *in lib.* 4. §. *hoc Judicium ff. de damno infecto* cum vulgatis docentibus, ut Judex non debeat impertire officium ſuum non poſtulatum.
53 † Tamen quia ex alia regula juris fit, ut Judex pro officii dignitate, poſſit ſupplere, etiam parte non poſtulante, quæ deſunt advocatis *ex tit.* & *l. unica cod. ut quæ deſunt advocatis*, nec negetur *in dicto* §. *hoc autem judicium*, ut poſſit Judex pro officii dignitate ſupplere quæ juri publico, aut legibus contraria ſunt ex Baldo, & communi *ibi*, & *in cap. conſtitutus* 45. verſ. *ne tamen, cap. oblata* 57. verſ. *ſuperior de appell.* ubi Doctores, & hic
54 Sahagun. *num.* 9. † Sequitur ut cum regula *dicti* §. *hoc autem judicium*, tantùm intelligatur de judicio privato, & noſter caſus de cauſa publica, qua intereſt non fallere Principem reſcribentem ex regula textus cum vulgatis *in cap. ad falſariorum de crimine falſi*, ſequitur bene dicendum, ut licet proceſſus geſtus ex litteris obreptitiis, vel ſubreptitiis, interim dum à parte non excipitur de ſubreptione validus, & firmus reputetur juxta gloſſam, & communem in verb. *hoc tit. lib.* 6. *in*
55 *cap. cæterum* 3. *hoc tit.* † poſſit nihilominus delegatus Judex ex officio ſuo, etiam ſi à principio ſubreptionis, exceptio non fuiſſet oppoſita illum irritare virtute prædicti reſcripti ſubreptitii, ut colligi videtur ex noſtro textu in dicto verſ. *nos igitur*, quatenus ait quod ſi delegato Judici facta fuerit fides de obreptione, vel ſubreptione prædicta, nullatenus de cauſa cognoſcat, juncto *cap. cum dilecta hoc tit.* verſ. *duximus irritandum*, & *in cap.* 2. & gloſſa *ibi* ut lite non conteſt. verbo *caſſabimus*.

Sed prædicta intelliges in non doloſis reſcriptis 56
ut *infra* late expendo *q.* 4. & quando ea ſunt reſcripta Juſtitiæ, & ad lites, ut *ſuprà* dixi *in dict. q.* 1. ſecus ſi ſint gratiæ, ut expendi *ibi*, & probavi quod hæc ſint ipſo jure nulla; eo quod obreptitia, vel ſubreptitia ſint, & item ſi quando ſunt reſcripta Juſtitiæ, fuerint doloſa, ut dixi *in dict. q.* 1. & dico *infra*.

Ad ſecundam quæſtionis partem an omnis ex- 57
preſſio falſi, reſcriptum vitiet, ſeu diſpenſationes, ac cæteras gratias; reſpondeo diſtinguendo inter cauſam impulſivam, & finalem; & dico reſcripta, & diſpenſationes vitiari ex ſolius cauſæ finalis expreſſione, nimirum quando Princeps, ea falſitate non expreſſa, gratiam minime conceſſiſſet multo majori difficultate, ut probant jura *in hoc cap.* verſ. *nos igitur de præb. lib.* 6. ubi ad valorem conceſſionis beneficii ponderat Pontifex non obſtare taciturnitatem veri, quo cognito conceſſiſſet adhuc ibi: *Conſiderantes quod nos expoſito nobis de poteſtate prædicta nihilominus litteras gratioſas dammemus.* Secundo *ex cap. fin. de filiis Presbyteror. lib.* 6. ubi decidit textus non valere diſpenſationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtentam, ſi aliud prius impetraret; niſi prioris mentionem fecerit in illis verbis, *Cum non ſit veriſimile ſedem ipſam cum illo prædictam patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum diſpenſare.*

Et confirmatur ex doctrina textus *in l. cum tale* 71. *falſam cauſam ff. de conditionib. & demonſtrat.*
quatenus docens conſultus tunc vitiari legatum, 58
ex cauſæ defectu, ſi probetur fore, ut cognita veritate teſtator non legaret à fortiori videatur inferre gratias, & diſpenſationes, quæ non omnino gratuitæ ſunt, ſed ad Principis ſpectare officium, & in quibus concedendis, aut denegandi oporteat ipſum duci ratione tunc tantùm vitiari, ac in voluntaria ceſſabuntur, quando ignorantia, aut error Principis verſatur circa cauſam finalem, qua verè cognita gratiam non conceſſiſſet.

Iterum confirmatur; quia eandem libertatem, 59
exigit donatio, ac gratia à Principe conceſſa, cum utraque à mera alterius voluntate procedat; imo majorem poſtulet donatio; utpote quæ nullam debiti rationem habet, quam tamen habet aliquo-
modo diſpenſatio ex juſta cauſa conceſſa. † Sed 60
donatio procedens ex cauſa falſa ſimulata impulſiva, non eſt irrita, ſed tantum ubi cauſa contingit in cauſa finali, ut docent Adrianus *in* 4. *tract. de reſtit. q.* quæ incipit *conſequenter quæro utrum indiſtincte.* Medina *cod. de reſtit. q.* 24. *in ſolutione in* 5. & 5. Navarrus *in ſumma dict. cap.* 17. *num.* 107. Thomas Sanchez aliis fundamentis *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 21. *ſub num.* 11. & 32. ergo gratia Principis, procedens à cauſa impulſiva falſa valebit.

Nec obſtat dicere prædicta etiam abſolutè por- 61
rigi ad cauſam impulſivam, ſicut ad finalem; eo quod eodem modo ſicut in cauſa finali, ita & in impulſiva, tacita veritate, diſpenſatio ſubreptitia indiſtincte dicatur, ſi ea declarata detraheret Principem, vel à conceſſione, vel ſaltem difficilius notabiliter reſcriptum concedere ex doctrina textus *in cap. poſtulaſti hoc tit.* ubi Doctores communiter

&

& *cap. non poteſt iu princ. c. ſi motu proprio de præb. lib. 6. cap. ſi proponente hoc tit.* quatenus probant gratiam, ad ubtinenda beneficia vitiari ex veri taciturnitate, quo expreſſo adhuc gratia concederetur; ergo à fortiuri vitiari cæteras gratias, tacita veritate, cujus expreſſio redderet notabiliter Prin-
62 cipem difficiliorem ad concedendum, † quia reſpondetur ex jam dictis in dicto verſ. *ad ſecundam*; item quia quoties in juribus exigitur ut ea veritas exprimatur, tunc ejus taciturnitas vitiabit etſi conſtet Principem veritate cognita conceſſurum; quia taciturnitas qualitatis, quam jura ſpecialiter exprimi jubent, reddit gratiam ſubreptitiam; eo quod propter formam exigant jura harum quali-
63 tatum expreſſionem. † Ob idque *ex dict. cap. ſi motu proprio de præbend lib.*6. factum fuit ex quantumvis modici beneficii taciturnitate, reddi alterius impetrationem ſubreptitiam; quod ſi ita expreſſum non eſſet, revera modicum illud beneficium impedimentum non afferre, quominus Pontifex conſcius eadem facilitate aliud concederet, docent in terminis Dominicus *in cap. dudum n.* 15. *de præbend. num.*9. & *ibi* Francus ad finem, & *in dicto cap. ſi motu proprio num.* 7. Ripa *reſponſo* 14. *num.*6. *hoc tit.* Felinus *hic num.*2. *limit.*1. & *in cap. ad aures, num.* 12. & utrobique Decius *hic in nova editione num.* 18. & 33. & *in dict. cap. ad aures concluſ.*2.*num.*28. & *num.penult.* Rebuffus *in tract. de nomin. quæſt.*9. *num.* 50. & in concordatis in forma mandati Apoſtolici, Selva *de benefic.*3. *p. quæſt.* 11. *num.*6 Covar. *lib.* 1.*variar. cap.*20. *num.*5. verſ. *verum ut his*, Menochius, relato Socino Juniore *de arbitr. lib.*2. *cent.* 3. *caſu* 201. *num.* 27. Maſcardus *de probat. concluſ.*846. *n.*2. & 3. Gutierrez *Canon. lib.*2.*cap.*15.*num.*38.*juncto cap.* 51. Flamin. *de confident. beneficiorum cap.*46.*num.*53. multis adductis omnino videndus, Thumas Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8. *diſp.* 21. *à num.* 10. 13. 14. 15. 17. 30. & *à n.* 31. & 32.

64 Nec iterum obſtant dicere reſcripta, & litteras Pontificias habere eam conditionem nempè, *ſi preces veritate nitantur*, de qua dixi *ſupr. in cap.* 2. *hoc tit.* indeque inferri ſignum eſſe Pontificem prius narrare io ſuis litteris ea, quæ pars propoſuit, & ſtatim ſubdere, *ſi ita eſt diſpenſa*; & ſic Abbas *in dict. cap. poſtulaſti n.* 1. verſ. *item nota*, Imola *n.* 4. Felinus 1. verſ. *poſſunt etiam dici*, Decius *in cap. cum ceſſante in nova edit. num.* 7. *de appellat.* Beza *in ſuis reſponſis caſu* 62. *fin.* Cardin. *in dict. cap. poſtulaſti num.*4. *notab.* 8. Barbatia *num.* 16. Angelus verbo *reſcriptum num.* 3. & ibi Armilla *num.* 2. Tabiena *quæſt.*3.*num.*4. & alii infiniti relati à Gutierrez, & Sanchez *ubi ſuprà*, per gloſſam *in cap. quia circa*, verbo *falſa de conſanguinit.* & *ibi* Abbas *num.*5. dixerunt abſoluiè, & noo diſtinguentes, an cauſe ſit impulſiva, an finalis, ut vitietur diſpenſatio ex falſitate cauſæ expreſſæ; ſic etiam loquentes in omni genere reſcriptorum, & de omni genere reſcriptorum, & de omni diſpenſatione, & luqnens in legitimatione Velaſcus *conſ.* 60. *num.* 5. *tom.* 1. & loquentes in matrim. Gutierrez *dict. cap.*15.*num.*100. Menoch. *conſ.* 385. *num.* 31. verſ. *non etiam obſtat*, *volum.*4. Covarruv. *in* 4. *p.*2. *cap.*6. §. 10. *num.*14. & Gozadinus *conſ.* 51. *num.*42. addens hoc eſſe verum, etiam ſi io litteris Apoſtolicis addatur, *Et ex aliis cauſis animum noſtrum moventibus.*

65 Quia nihilominus reſpondeo ex jam adductis in dicto verſ. *ad ſecundam*, & quia in terminis prædictæ objectionis conditio in his litteris poſita *ſi preces veritate nitantur*, intelligitur in ſubſtantialibus, id eſt in his, ex quibus gratia pendet ita ut alias oon concederetur, ut docent Speculator *in tit. de diſpenſatione* §. *dicendum reſtat num.* 10. verſ. *quod ſi*, Innocent. *in cap. dudum el* 2. *num.* 15. *de elect.* verſ. *invalidum*, ubi dicunt expreſſionem falſi tunc vitiare, quando eſt in his, quæ circa obtinendam diſpenſationem conſiſtunt, ſcilicet quibus verè expreſſis, ea non concederetur; & videtur tenere Imola *in dict. cap. dudum num.* 18. ubi ait falſitatem vitiari, quando ea non expreſſa denegaretur diſpenſatio, tenet gloſſa *in cap. ex p. el.* 2. verſ. *falſa de converſ. conjug.* Decius *in dict. cap. poſtulaſti in nova editione num.* 11. & 4. & *hic* in gloſſa verbo *litteras num.* 33. & Bernius *in* 2. *lect. num.* 35. Pariſ. *conſ.*4. *num.* 35. *volum.*4. Staphileus *de litteris gratiæ tit. de vi & effectu clauſularum in princ. num.*5. Sylveſter verbo *reſcriptum*, *quæſt.* 6. & 7. Loaces *de matrimonio Regis Angliæ dub.* 5. *num.* 37. 42. 44. 45. & 46. Henriquez *lib.* 12 *de matrimonio cap.* 10. *num* 7.

Nec obſtat huic ſeoteotiæ Menochius, ubi dicit 66
magis ſententiam receptam habere, ut ſubreptitio circa cauſam impulſivam vitiet, *ſupra de arbitrar. dict. caſu* 201. *num.*22. quin ultra quod ſubdit etiam multum, & noo immerito dubitare alios de hac ſenteotia, addit optime Covarruv. *dict. lib.* 1. *var. cap* 20. *num.* 5. verſ. *falſitas* intelligendam eſſe contrariam ſententiam, quando ea cauſa falsò expreſſa talis eſt, ut ſi verè Principi ſignificaretur, gratiam conceſſiſſet eo modo, quo conceſſit; ſecus ſi oon eodem pacto conceſſiſſet, ſed quibuſdam moderationibus adhibitis; quia tunc non verificatur Principem cauſa explicita gratiam conceſſurum, & quia cauſa eſt vere finalis, ut docet Saochez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſput.*21. *numer.* 12. & *num.* 32.

Quare Curtius Junior *conſ.* 27. *in fine*, Craveta 67
*conſ.*294.*col.*4. Mandoſ. *in regul. Cancell. num.* 10. *quæſt.*9. & *quæſt.* 11. *num.*4. Gutierrez *dict. lib.*2. *Canon cap.* 15. *num.*29. Rebell. *de Juſt. p.*2. *lib* 3. *q.* 5. *num.* 25. Rota *deciſ.*65. *num.* 1. *diverſ.* & *deciſ.*269. *lib.*2. & *deciſ.*248. *lib.* 5. *diverſ.* Barboſa *hic ſub n.* 12. dicunt reſcriptum nullum reddi quotieſcùnque impetrans tacet ea; quæ ſi exprimerentur, animum Pontificis inclinare poterant ad gratiam non concedendam, ſeu concedendam cum aliquo moderamine; & ob id bene Maſcard. *de prob. concl.* 846. dixit gratiam probari ſubreptitiam, quoties illa expreſſa in precibus oon ſuot; quæ ſi fuiſſent expreſſa, aut Princeps contenta in illis non conceſſiſſet, vel ſaltem ægrè illa condonaſſet: alia dico *q. ſeq.*

Ad tertiam quæſtionis partem ex dictis affirma- 68
tive reſpondendum eſſe videtur nempe ut ſit neceſſario explicaoda qualitas, quæ ex ſtylo Curiæ Romanæ in ſcriptis eſt exprimenda, nec ſpectandum eſſe, an Princeps ea expreſſa ſimiliter concederet reſcriptum, † quia cum ſtylus Curiæ jus fa- 69
ciat, *cap. quam gravi de crimine falſi* & dico *infra Rub. de conſuet. fin.* & dixi *in cap. quod Clericis de foro comp.* nec ab eo ſit recedendum, ut multis adductis probat Maſcardus *de probat. concluſ.* 1317. *num.* 51. ſic & idem de hac qoalitate eſſe ſeotiendum, ac de ea, quam jura exprimi jubent, docent in terminis Decius *in dict. cap. ad aures in nova editione concluſ.* 2. *num.* 28. *hoc tit.* Rebuffus *in concord. in forma mandati Apoſtolici poſt* 30. *narrandum,*

dum, verſ. *& poſtquam omnes aliæ qualitates.* Menochius *de arbitr. lib. 2. cent. caſu* 201. *num.* 28. Maſcardus *de probat. concl.* 846. *num.* 8. Gutierrez *dict. lib. 2. Canonic. cap.* 15. *num.* 51. Flamin. Pariſius *de reſignatione benefic. lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 14. Garcia *de benefic. tom.* 2. *p.* 8. *cap.* 3. *num.* 20. Caſtrus Palao *ſupra dict.* §. 3. *n.* 3. Salas *de legibus diſp.* 20. *ſeſſ.* 15. *num.* 115. Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. §. *ult. n.* 41.

70 Et confirmatur; quia ut jam dixi quamvis non ex omni taciturnitate veritatis, reddatur gratia ſubreptitia, ſed ſolum quando tacetur veritas, quam jura jubent exprimi, & de jure voluntas Principis præſumitur talis, qualis eſt intentio Juris *l. ex facto in princ.* ubi Bald. *ff. de vulgari* Decius *conſ.* 33. *num.* 5. *volum.* 3. Sanchez cum infinitis, & ex aliis rationibus dicto *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 12. ſequitur ut idem ad ſtylum porrigatur, qui ut dixi, dicitur etiam lex.

71 Et idem de conſuetudine dicendum eſt, ut docent Menochius, Maſcard. & Gutierrez *ſupra*, idem Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *ſub num.* 16. Salas, Caſtrus Palao Garcias, Pontius, & Diana cum illis, *dict. p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 53. in verſ. *dico ſecundo*; quia ut *infra* dico late de conſuetudine, conſuetudo pro lege obſervatur *ex l. minime ff. de legibus.*

72 Nec placet quod ait Henriquez *lib.* 8 *de matrim. cap.* 3. *num.* 7. nempe taciturnitatem qualitatis ex ſtylo Curiæ exprimendæ, non vitiare diſpenſationem in foro conſcientiæ, ſed in ſolo exteroó; ſecus quando jure erat exprimenda qualitas; quia ut docet idem Sanchez, *ſub dicto num.* 16. nulla eſt differentiæ ratio, cum Doctores relati æquent utraſque qualitates, qui addit in utraque foro idem ſervari, ubi non eſt falſa præſumptio, nec lex eſt pœnalis, ut ipſe latè dixit *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 5. *num.* 20. juxta quæ jam dixi *ſupra in Rubr. de conſtitutionibus*, in fine.

73 Minus quoque placet evaſio, qua utitur Zevallos *in pract. quæſt.* 737. *à num.* 20. uſque ad 24, reſpondens in caſu quodam ſpeciali, non obſtare ſtylum Curiæ, juxta quem eſt aliqua qualitas in diſpenſatione exprimenda; eo quod is ſtylus non impugnat neceſſitatem illius obſervantiæ extra curam Romanam, ut cum Baldo, & aliis tradit Rebuffus *in* 3. *tomo conſtit. Regiarum tract. de conſuet. art* 2. *gloſſa* 13. *num.* 57. quia reſpondeo hoc ſolum eſſe verum quoad ſolemnitates accidentales Judicii, ſed quoad qualitates exprimendas in diſpenſa-
74 tione, † ſtylus Curiæ ille eſt generalis, & juxta illam litteræ, juſtitiæ, vel gratiæ quocunque nitantur ſolent expediri, ſic cum multis Doctoribus, quos refert, probat idem Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 19. Abbas *in cap. conſtitutus de religioſis domibus.* Felinus *in cap. cæterum hoc tit.* Covarruv. *lib.* 1. *variar. cap. fin. num.* 5. verſ. *falſitas*, Menochius, Gutierrez, & alii *ſupra*, quatenus ipſi & alii dicunt prudentis arbitrio relinqui, qualiter dignoſcatur qualitas exprimenda, quando nec ex jure, nec ex ſtylo Curiæ, nec Principis conſuetudine id conſtat: idem Sanchez relatus *dicta diſp.* 21. *n.* 16. *in fine.*

75 Et ex dictis etiam ſic teneo, etiam contra Granadum *in cap.* 2. *controverſ.* 7. *tract.* 3. *p.* 2. *diſp.* 17. *ſect.* 6. *num.* 46. docentem tunc ſtylum Curiæ facere jus, quando conſtat eum eſſe talem, ut prudenti arbitrio inducat obligationem, etiam in foro conſcientiæ, quod non ſemper conſtat: ſic cum Henriquez *ſuprà*; item & cum Zevallos, Sayro, qui etiam addidit ſtylum Curiæ variari, Variato Pontifice, & non obligare, niſi ſit ſcriptus, & à Papa approbatus, quod deſeruit, ut non reputetur ſubreptitia diſpenſatio, in qua tacetur verum contra ſtylum Curiæ, niſi certo conſtiterit talem ſtylum eſſe, ut in foro conſcientiæ obliget, & in eo loco, in quo traditur diſpenſatio; quia reſpondetur ex dictis, & defendunt præter relatos, Hurtadus *de matrim. diſp.* 26 *diff.* 4. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *reſ.* 42. Layman. *in Theologia Morali lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 22. *num.* 18. Sanctarellus *variar. reſolut. p.* 1. *quæſt.* 50. *num.* 17.

QUÆSTIO II.

An omnis cauſæ finalis taciturnitas vitiet reſcriptum. Et an quando cauſa demonſtrationis, vel taxationis, aliqua qualitas aſſignatur. Et an ſi plures cauſæ proponantur, quarum utraque eſt ſufficiens per ſe, ſed junctæ integrant, & aliqua earum eſt falſa, corruat diſpenſatio. Et an ſicut in reſcriptis, & gratiis à Principe conceſſis ſubreptio operatur, ſic & in conceſſis ab Epiſcopo, ac alio judice ordinario?

SUMMARIUM.

1 *Cauſa finalis non omnis, quæ tacita fuit irritat reſcriptum impetratum, ſed tunc quando tacentur qualitates intrinſecæ* num. 2. & 5. *& declaratur*, n. 6.

2 *Qualitates deſervientes ad cauſam finalem reſcriptorum, vel ſunt intrinſecæ, vel extrinſecæ, hæc non ſunt neceſſario exprimendæ*, num. 3.

4 *Criminibus magnis irretitus, quæ illum non reddunt beneficii incapacem, optimè impetrat reſcriptum, etſi crimina taceat.*

6 *Gratia ut corruat, tacita veritate, debet habere cauſam, quæ revera influeret in Principe ad non concedendum, non ſi cauſa eſſet debilis, ut hic.*

7 *Narrativa facta de beneficio curato cauſa demonſtrationis, cum eſſet ſimplex, non vitiat reſcriptum.*

8 *Demonſtratio falſa non nocet, quando conſtat de corpore.*

9 *Reſcriptum, etſi vitietur ex errore nominis Diœceſis, fallit ſi conſtet de corpore, ut Papa ſenſit.*

10 *Gratia non redditur invalida, ſi erretur in nomine loci beneficii, vel Eccleſiæ, in qua ſitum eſt beneficium.*

11 *Error nominis proprii, quando conſtat de corpore, non vitiat reſcriptum, ut* numero 12. *ubi ſecus ſi non conſtet, &* numero 13.

12 Cap ſignificante hoc tit.

13 *Privilegium intelligitur juxta ſupplicationem in ſubſtantialibus.*

14 *Reſcriptum non valet quando poſita ſunt nomina*

mina in narrativa taxativè & error in eis committitur n. 16. *ubi de ratione.*
Cap. cui de non ſacerdotali de præhend. lib 6. infra n. 25. & 26.
Cap. ſtatutum h. c tit. lib. 6. infra n. 23.
15 *Diſpenſatio in qua nomen ponitur demonſtrativè, ſeu taxativè differt inter ſe & in quo* num. 16.
17 *Narrativa nominis in quibus intelligatur facta ad reſcripta, ſeu diſpenſationes conſequendas demonſtrative, ſeu taxative,* num. 18. & 19. *intellige ut* a num. 20.
20 *Reſcriptum ſolet à Pontifice concedi impetranti unica oratione, ut* hic.
21 *Narrativa nominis, aut loci ponitur cauſa demonſtrationis duplici oratione, ſed non inde ſit, ut cenſeatur poni taxatione ex unica oratione,* n. 23.
22 *Mandatum facit, ut quandoque minor præbenda, non comprehendatur ſub majori.*
24 *Narrativa, quandoque cauſa demonſtrationis unica oratione intelligitur, & in dubio, ut actus valeat, ſic præſumitur,* num. 25. & 27.
26 *Narrativa plurium cauſarum ad diſpenſationem obtinendam ſecundùm aliquos in omnibus debet verificari, alii non ſic,* n. 27. & 28. dic. ut n. 29.
28 *Clauſula* ſi preces veritate nitantur, *num requirat, ut omnia narrata verificentur, quæ formam inducit,* n. 29. *& intelligitur in ſubſtantialibus,* n. 33.
30 *Diſpenſatio corruit ſi falſa ſit una ex cauſis narratis integrantibus, quarum qualibet per ſe non ſufficit ad eam concedendam aliter quando vera eſt ea, quæ per ſe ſufficit,* n. 31. & n. 32.
34 *Clauſula* ſi preces veritate nitantur, *intelligitur de veritate cauſæ finalis,* n. 35.
35 *Reſcriptum non eſt ſubreptitium, in quo plures cauſæ disjunctivæ narrantur ſi altera vera eſt.*
36 *Falſitas per malitiam allegata, quid operatur remiſſivè.*
37 *Diſpenſatio Monacho conceſſà ad vivendum extra clauſtra valet, ſub narrativa morbi, & neceſſitatis matris.*
38 *Subreptitia dicitur diſpenſatio, cauſa non habita narrativæ,* n. 39.
40 *Subreptitio in reſcriptis, & gratiis ſic operatur ad nullitatem, ſi ab Epiſcopo conſequatur, ac operatur, cum impetrantur à Pontifice, ſive a Principe,* n. 41. *fallit,* n. 42.
Clem. 2. de officio ordin. & n. 45.
42 *Diſpenſatio in voto non nubendi, & non ordinandi impetrata ab Epiſcopo allegata falſa vehementis periculi incontinentiæ, eſt ſubreptitia.*
43 *Litteræ impetratæ ad beneficia ab Epiſcopo, non ſic redduntur ſubreptitiæ, ſicut ſi impetrentur à Papa: & quare?* n. 44. 46. & 47.
44 *Ordinarius ſcit qualitates beneficiorum ſuæ Diœceſis, aut præſumitur eas ſcire.*
45 *Collatio beneficii facta à legato Pontificis habenti aliud, non valet niſi facta mentione de habito beneficio; non ſic ſi ab ordinario fiat* num. 46.
46 *Impetratio ſecundi beneficii, ſi fiat proviſione Epiſcopi, non eget mentio de jam obtentis.*
47 *Epiſcopi, & Ordinarii intelliguntur providere de beneficiis perſonis in propriis Eccleſiis motu proprio, ſed Papa, & ejus legatus Eccleſiæ, & non perſonæ.*

AD primam quæſtionis partem videtur abun- 1
dè reſponderi poſſe ex adductis *ſub quæſt.* 1.
Quibus ſuppoſitis, & quamvis nonnulli abſolutè
exiſtiment omnem taciturnitatem cauſæ finalis vi-
tiare reſcriptum, & gratiam; quia ratio hujus
ſubreptionis, & inefficaciæ gratiæ, tacita veritatis
conſurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe;
ac ſubinde defectus voluntatis concedendæ, San-
chez *de matrim lib.* 8. *diſp.* 21. *ſub num.* 11. *in princ.*
ubi addit, quod ignorantia voluntatem aufert, id
confirmans; quia in cæteris omnibus diſpoſitioni-
bus defectus cauſæ impulſivæ minime obſtat quin
actus omnino validus ſit, ſed ſolius cauſæ finalis
defectus; quia nimirum non exiſtente actus mi-
nime fieret, ut univerſi Doctores docent *in cap.*
poſt translationem de renunciat. cap. etſi Chriſtus de
jurejur. cap. cum ceſſante de appell. l. ſi mulier cod.
de jure dotium l. 1. *§. ſexum ff. de poſtulando*, &
ex doctrina textus *in l. cum tale §. falſam ff. de con-*
dit. & demonſtrationibus, ubi dicitur tunc vitiari
legatum ex cauſæ defectu, ſi probetur fore, ut
cognita veritate, teſtator non legaret: ſic plures
jam *ſuprà* relati in quæſtione præced. quos refert
Sanchez *dict. n.* 11.

Verùm quia alii Doctores, ut refert idem San- 2
chez *num.* 17. *&* 18. *dict. diſp.* 21. exiſtiment non
omnem cauſam finalem vitiare reſcriptum, ego
ſic expendo; nempe ut ſint duplicis generis qua-
litates, quæ cognitæ à Principe ipſum omnino
averterent à conceſſione, quædam extrinſecæ, id
eſt non attinentes ad id, ad quod de jure eſt opus
diſpenſatione; aliæ autem qualitates intrinſecæ,
quæ pertinent ad id circa quod diſpenſatio eſt ob-
tinenda. † Primæ inquam qualitates non ſunt 3
neceſſario exprimendæ, nec earum taciturnitas,
reddit diſpenſationem ſubreptitiam, quamvis his
expreſſis, Princeps non concederet; non enim
hæ cauſæ poſſunt dici in rei veritate cauſæ impul-
ſive diſpenſationis, ne dum finales, † & expendens 4
Sanch. *dict n.* 18. probat exemplo Doctorum qui di-
xerunt, ut irretitus magnis criminibus non redden-
tibus beneficii incapacem, valde iis tacitis, impe-
tret collationis gratiam a Pontifice; quamvis certo
conſtet fore, ut eorum Pontifex conſcius denega-
ret. † Secundæ autem quando ſcilicet taciturni- 5
tas veri contingit in his, quæ pertinent ad diſpen-
ſationem obtinendam; tunc revera vitiari reſcrip-
tum, ſeu diſpenſationem, ut docent Innocent. &
Speculator: & ſic intelligendi alii infiniti quos re-
fert idem Sanch. *dict. lib* 8. *dict. diſp.* 21. *n.* 10.

Quare bene Mandoſius *in regul.* 32. *Cancellar.* 6
quæſt 9. *num.* 10. & Gutierrez cum aliis *lib.* 2 *Cano-*
nic cap. 15. *num.* 29. ajunt id, quod tradunt Docto-
res, nimirum corruere gratiam, tacita veritate,
quâ cognitâ, Princeps non conceſſiſſet intelli-
gendum eſſe, quando ideo removeri Principem
à conceſſione, eſt conforme juri, & ex cauſa juſta,
ac debita procedit ſecus quando procederet ex af-
fectu, aut alia cauſa non conſiderabili, ad diſpen-
ſationem, alias enim dicendum eſſe, referunt non
valere impetrationem beneficii, non exprimendo
Pontifici alium, valde illi familiarem, mox illud
petiturum; quia ſi id noſſet denegaret huic; ita-
que Sanch. *dict. n.* 18. *in fine*, ex doctrina tex-
tus *in c. dudum, §. nos igitur de præb. lib* 6. *&* ex c.

poſtulaſti hoc tit. & ex doctrina Bart. *in l.* 1. *num.* 7. *ff. de vulgari,* ait has qualitates, nempe exprimendas ſuſtineri, quandu ſunt cauſa finalis conceſſionis, uti etiam dixit ibi, *dict. num.* 17. addens Jora expreſsè jubere, ut exprimantur, quando taciturnitas eſt cauſa finalis concedendæ gratiæ; ita ut ea, non exiſtente minima concederetur.

7 Ad ſecundam quæſtionis partem, de qua poſſemus diſputare *infra in cap. ſignificante* 34. *hoc tit.* reſpondeo cum Abbate, *ibi, n.* 6. & 7. & *hic n.* 3. cum Felino, *in dicto cap. ſignificante num. fin.* verſ. *ulterius tangit*, & *hic num.* 3. *limitat.* 4. Beroio *lectura* 44. Rebuffo *in cap. nulla art.* 2. *ſtatim in princip. poſt* 4. *concluſionem,* verſ *notatis* de conceſſione præbendæ; nempe, ut ſi cauſa demonſtrationis, v.g. impetrans beneficium, narret id eſſe curatum, vel dignitatem, cum tamen ſit ſimplex, aut officium non vitiatur diſpenſatio ex expreſſione falſæ cauſæ, quando ea vere expreſſa, facilior eſſet diſpenſatio.

8 Sic ex textu *in l. falſa, ff. de conditionibus,* & *demonſtrat.* & *ex cap. tua de ſponſalibus*; ex quibus conſtat falſam demonſtrationem non nocere, quando conſtat de corpore; ergo cum hic conſtet de corpore; quia impetratur certum beneficium vacans ſequitur ut valeat diſpenſatio.

9 Et confirmatur; quia licet ex *dicto cap. ſignificante*, reſcriptum vitietur ex errore nominis Diœceſis, tamen ejus deciſio non procedit, ſi ex circumſtantiis conſtat de corpore ejus, de quo Papa in reſcripto ſenſit, ita Innocentius, *ibi:* Compoſtella, verſ. *ſed pone.* Panormit. *col.* 2. *num.* 4. verſ. *ſed extra gloſſam* Imola *col.* 1. *num.* 1. verſ. *ſed adverte,* Felinus *col.* 1. *num.* 1. Rota Romana *deciſ.* 54. *alias* 839. *hoc tit. in antiquis*, Ferret. *conſ.* 208. *col. ultima n.* 24. verſ. *Tamen* fallit Rendina *in promptuario receptarum ſententiarum tomo* 1. *tit.* 203. *hoc tit. n.* 2.

10 Et iterum confirmatur ex Abbate, *ibi n.* 5. Felino *prope finem.* Caſſador. *deciſ.* 11. *num.* 3. *de præbend.* Rota *deciſ.* 33. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* & in Mediolan. Archipresbyter. 1. Julii 1616. coram Bonæ memoriæ Ubaldo, & Oxomen. benef. 27. Januarii 1624. coram R. Seulucien. Barboſa *in dicto cap. ſignificante num.* 3. dicentibus, ut ſi erratur in nomine loci vel Eccleſiæ, in quantum eſt aliquod beneficium, non reddatur gratia invalida, ubi apparet de identitate beneficii.

11 Nec obſtant prædictæ ſententiæ, Jaſon. *in l. Gallus in* 1. *lect.* §. *idem credendum num.* 10. *ff. de liberis,* & *poſthum.* Luares *de matrim. Reg. Angliæ dubio* 5. *n.* 28. Gutierrez *lib.* 3. *practicar. quæſt.* 18. *num.* 42. Matienço *lib.* 5. *recopilat. tit.* 2. *l.* 1. *gloſſa* 2. *num.* 3. Fr. Emanuel *in addition. ad Bullam.* §. 2. *num.* 109. dicentes ut quando committitur error in nomine ejus, cui impetratur diſpenſatio, videatur diſpenſatio ſubreptitia, & irrita, ita probantes ex *l. ſi preces ff. de pœnis,* & *ex* § *præterea inſtit. de inutilibus ſtipulationibus*, & ex doctrina Pauli *in l. ſi quis infundi in princ. num.* 5. *ff. deleg.* 1. ubi tradit legatum reddi irritum; quamvis conſtat de intentione legantis circa rem, quam legare voluit, ſi eam non expreſſerit per vocabulum illi convenıens, & ex doctrina, *dicti cap. ſignificante* 34. *hoc tit.* ubi deciditur reſcriptum eſſe ſubreptitium petitum contra G. Remenſis Diœceſis cum tamen eſſet Leonenſis.

12 Reſpondetur enim abſque dubio in prædicto caſu non vitiari diſpenſationem, ſed prodeſſe illi, cui comparata eſt; quamvis in ejus nomine erratum ſit; quia error nominis proprii, quando conſtat de corpore, non vitiat reſcriptum, ut dictum eſt, & probat textus *in dict. l. ſi quis in fundi, ff. deleg.* 1. ibi, *ſi quis in fundi vocabulo erraverit,* & *Cornelianum pro Semproniano nominaverit, debebitur Sempronianum*: & melius ex Juſtiniano *in* §. *ſi quis in nomine inſtituta delegat.* & ex *dict. cap. ſignificante*; quia ratio deciſionis ejus textus eſt, quod ex nullo adjecto conſtare poterat de perſona, contra quam eſt receptum impetratum; & ideo *ibi* Innocent. *numero unico*, Abbas *num.* 4. Imola *num.* 4. Felin. *ſtatim in princ.* Bellamera *num.* 8. Henriquez *num.* 1. Thomas Sanchez *de matrim. dicto lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 37. dixerunt ut non obſtante errore in deſignatione Diœceſis, valeret utique, ſi ex aliis circumſtantiis de illa perſona conſtaret.

Nec obſtat tunc dicere ex ſententia contraria 13
privilegium juxta ſupplicationem intelligi; quia ut reſpondent Hoſtienſ. *hic num.* 12. Antonius *in dicto cap. ſignificante num.* 9. ex Speculatore, Bart. & aliis, Felinus *ibi num.* 1. Milis *in repertorio lit. R, num.* 7. verb. *reſcriptum,* verſ. *reſcriptum ſi continet,* Petrus de Ledeſma *in ſumma de Sacram. matrim. cap.* 27. *poſt* 7. *concluſionem, dubio* 2. Perez ad Seguram *in l. Imperator. num.* 40. *ff. ad Trebell.* illud erit verum de ſubſtantialibus contentis in ſupplicatione, & perſona, cui fuit vere intentio impetrandæ gratiæ, ſi de ea conſtet; quamvis erratum ſit in nomine; & ſic idem Perez affirmat ſe ex multis defendiſſe valuiſſe gratiam à Papa cuidam conceſſam, in cujus Patris cognomine erratum eſt: alia dico *in dict. cap. ſignificante.*

Quod ſi exempla prædicta, ſeu alia ſimilia ap- 14
ponerentur in diſpenſatione, ſive reſcripto impetrato taxationis cauſa; tunc revera non valeret ea diſpenſatio, ſive reſcriptam, ut probant Doctores in principio verſ. *ad ſecundam*, relati ex textu *in cap. cui de non Sacerdotali de præbend. lib.* 6. ubi deciditur mandatum de conferendo alicui præbendam certi valoris, non extendi ad minoris valoris Præbendam, & ex textu *in cap. ſuſceptum hoc tit. lib.* 6. ubi mandato dato de conferendo vacanti per reſignationem, nequit conferri ſi vacet per mortem; cum tamen in utroque eventu vel facilius in priori caſu, vel ſaltim æquè facili in poſteriori Pontifex concederet, & utrobique aſſignat plures Doctores Barboſa dicens *in fine dict. cap. cui de Sacerdotali*, de quibus jam *ſupra* dixi *in principio hujus tituli*, & *in cap. cæterum.* 3.

Sed quare in hoc caſu diſpenſatio ſit irrita; non 15
ſic in primo, ubi fuit facta ex demonſtratione; docent Abbas, Anton. Felinus, & Beroius *hic*, & & *in dicto cap. ſignificante in locis jam relatis*, Rebuffus, & Staphileus adducti; item & Sylveſter verbo *reſcriptum quæſt.* 3. Gutierrez *Canonic. dict. lib.* 2. *c.* 15. *num.* 83. & 84. Covarruv. ex Rotæ *dec. lib.* 1. *var. c.* 20. *num. fin.* id nempe differre, † quia 16
quando gratia demonſtrationis adjicitur, qualitas non reſtringit gratiam; ſed revera eſt animus conferendæ rei, ut eſt in ſe; quamvis falſa ejus qualitas demonſtretur; verum quando cauſa taxationis limitatur gratia ad rem qualitate illa affectam; quare dicunt, ut ſi illa non afficiatur, deficit gratia defectu voluntatis concedentis; quia non poteſt gratia trahi ad beneficium ea qualitate diſtinctum; licet id à Pontifice facilius conceſſum foret.

Hinc enim inquirere poteris, quando cenſea- 17
tur qualitas adjecta demonſtrativè, ſive taxativè:

&

& licet Felinus *hic num.* 4. & Beroius *num.* 45. *in* 1. *lectura*, explicent, ut gratia demonſtrationis cenſeatur apponi, quando ſub diverſis verborum
18 conceptionibus exprimitur, † & taxationis gratia quando ſub una verborum conceptione, ut exemplificat in legatis Thomas Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrim. dicta diſp.* 21. *num.* 36. & magis ad propoſitum allegatorum capitum Beroius relatus, ſit cauſa demonſtrationis, veluti ſi dicat confero tibi tale beneficium, quod fuit erectum in tali Eccleſia pro dignitate, vel tale beneficium, quod
19 eſt dignitas in tali Eccleſia, † item cauſa taxationis, ut ſi dicat confero tibi beneficium talis Eccleſiæ, ſicut etiam prædictam regulam in legatis tradunt Bartol. *in l. inter ſtipulantem §. Sacrament. num.* 6. *ff. de verb. obligat.* & alii quos refert, & ſequitur Tello *in l.* 17. *Tauri num.* 27.

20 Sed quamvis hæc ſic ſe habeant in legatis, & contractibus, nihilominus ad beneficia non ſic adaptari videtur, cum frequentius unica ſola oratione ſoleat impetranti reſcriptum à Pontifice reſponderi, ſi ita eſt, ut narras diſpenſetur, vel conferatur, vel ipſemet conferet: & ſic dicit Sanchez *dict. num.* 36. ut cum ſemper ſit unica oratio cenſeretur tantum qualitas appoſita ſemper per modum taxationis; & ob id inutilem uti pote diſpenſationem eſſe in quo erratum eſt v. g. in gradu, aſſerendo eſſe ſecundum, cum tamen ſit tertius, & impetrationem beneficii eſſe ſemper inutilem, in qua aſſertum eſt id eſſe curatum, cum ſit ſimplex.

21 Unde dicendum eſt ut licet revera dicatur apponi cauſa demonſtrationis, quoties duplex oratio eſt, ſed non eſſe ſufficiens ſignum ad colligendum apponi gratia taxationis unicam eſſe ora-
22 tionem ſed aliunde id petendum eſſe, † quare prædicta jura *in dict. cap. ſuſceptum*, & *in dicto cap. cui non de ſacerdotali* ad hoc comprobandum, reddunt rationem, cur ſub majoris valoris Præbenda, non comprehendatur quæ minoris eſt nec ſub vacatione per reſignationem comprehendatur vacatio per mortem, quod illud mandatum fuerit cujus fines ſtrictiſſime ſervandi ſunt, atque adeo ex ſtricta hac mandati interpretatione colligi eam qualitatem, & modum adjecta eſſe taxationis; & hoc eſſe ſpeciale in mandato optime notant. Decius *in regula in eo, quod plus eſt n.* 14. *ff de regul. Juris*, Pelaez *de Majoratibus in* 1. *editione* 1. *p. quæſt.* 4. *num* 3. Sanchez *dict. diſp.* 21. *ſub num.* 36. & videntur tenere plures relati a Barboſa *in dicto capit. cui non de Sacerdotali in fine.*

23 Unde Beroius *hic in* 2. *lect. num.* 57. & 58. dicit alias placuiſſe ſibi regulam jam primo relatam; nunc tamen non placere, tam in legatis, quam diſpenſationibus, eamque late impugnat, & *n.* 58. concludit, quando aliquid adjicitur in eadem oratione, non ſemper cauſa taxationis apponi, ſed quando proceſſit generalis, vel indefinita diſpoſitio de dando, aut faciendo aliquid, & adjicitur locus ſeu materia, ſuper qua executio fieri debet; ſecus ſi quid tanquam qualitas rei adjiceretur; quia etiam in eadem oratione diceretur fieri cauſa demonſtrationis. † Et ſic amplexus
24 Sanchez addit, ut quamvis in eadem oratione ſoleat Pontifex exprimere beneficium cum ſua qualitate, cum expreſſio illa adjicitur tanquam qualitas rei; non ideo cenſeatur cauſa taxationis, ſed cauſa demonſtrationis appoſita, niſi aliunde colligatur mentem concedentis fuiſſe cauſa taxationis.

Et ſimiliter addunt Beroius, & Sanchez pro- 25
xime relati dicendum eſſe id, quod expreſſum eſt ſtare demonſtrativè, quando requiritur ad certitudinem, & valorem actus demonſtratio, & nulla eſt alia; quia tunc eſt præſumptio valoris actus, quæ ſemper in dubio capienda eſt *l. quoties ff. de rebus dubiis*, & efficiet, ut in dubio ſtet demonſtrative, ſic illi.

Ad tertiam partem quæſtionis quid dicendum 26
eſt, ſi plures cauſæ proponantur in reſcripto, quarum utraque eſt per ſe inſufficiens, ſed junctæ integrant. In quo articulo quidam exiſtimant ut in reſcriptis gratioſis omnes cauſæ allegatæ, debeant eſſe veræ, ne ſint ſubreptitia reſcripta; & non ſic de reſcriptis juſtitiæ, ita Mandoſ. *in addit. ad ultimam allegationem Lapi* 23. Maſcardus *de probat. concluſ.* 325. *num.* 24. Gutierrez *lib.* 2. *quæſtion. Canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 68. ubi dicit diſpenſationem ad matrimonium ſubreptitiam eſſe, ſi vel una cauſa ex pluribus allegatis ſufficientibus falſa ſit; & quamvis ex illis verbis allegatis ſoleat ſemper de ſtylo Curiæ diſpenſari; ex eo, quia hæ cauſæ pendeant ex arbitrio, & voluntate ſolius Principis, & ſermo ſit de gratioſis; quamvis alias diſpenſaverit, exiſtente una, vel duabus ex prædictis; ſed nunc alias diſpenſare vult, niſi exiſtentibus veris omnibus prædictis cauſis in diſpenſatio e narratis.

Alii inquam, quos refert Maſcardus *ſuprà n.* 3. 27
ex doctrina textus *in* § *ſi plures inſt. de excuſ. tutorum*, exiſtiment, ut quoties in quocunque reſcripto plures cauſæ narrantur copulativè, quarum aliquæ veræ ſunt, aliæ falſæ, expectandam eſſe cauſam, qua nititur reſcriptum, atque ea exiſtente vera non obſtare cæterarum falſitatem.

† Alii nempe exiſtimant, ut in quocunque re- 28
ſcripto debeant eſſe vera, quæ narrantur propter illam clauſulam communem, *Super his te diligenter informes, & ſi reperires quod preces veritatè nitantur ſuper quo tuam conſcientiam oneramus diſpenſa*, ubi ponderant verbum *preces*, quod cum ſit pluralis numeri, comprehendit omnia narrata; unde ſi vel unum falſum ſit, nequeunt dici veræ; idemque procedere ex relativo *ſuper quo*, quod eſt collectivum omnium cauſarum præ-
cedentium. † Tum quia cum clauſula illa ſit 29
conditionalis, & inducat formam, formaque in dividuo ſit ſervanda, ut omnes agnoſcunt per jura vulgaria, ut alibi ad alium propoſitum ſæpius dixi, ſequitur, ut hæc ultima videatur verior ſententia, ſive in reſcriptis gratiæ, ſive Juſtitiæ.

His nihilominus ſic jactis, ne longa diſputatione 30
utar ſic ad praxim ſtatuo, nempe ut ſi plures cauſæ proponantur, & utraque ſit inſufficiens per ſe, integrantque unam cauſam ſufficientem, ut tunc ſi aliqua earum ſit falſa, corruat diſpenſatio, cum illis nitatur voluntas diſpenſantis. † 31
Quod ſi una cauſa ſit ſufficiens ex conſuetudine & ſtylo, & ea vera alia autem, quæ additur ſit falſa communior ſententia eſt, ut valeat diſpenſatio, nec vitiari reſcriptum: ita Thomas Sanchez *de matrim. dict. diſp.* 21. *lib* 8. *num.* 32. & 44. legendus omnino cum multis ab eo relatis, quibus addo Suarez *de religione tom.* 2. *lib.* 6. *de voto cap.* 27. *num.* 11. Baſilium Pontium *de matrim. lib* 8. *cap.* 17. §. *ultimo num.* 47. Dianam *p.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 53. verſ.
dico tertio. † Laurentium Portell. *in reſponſis* 32
moralibus p. 3. *caſu* 8. *n.* 2. ubi docet quod quando in reſcripto narrantur plures cauſæ copulativè,

quarum

Digitized by Google

quarum aliæ veræ ſunt, aliæ falſæ, ſpectanda ſit cauſa, qua nititur reſcriptum, eaque exiſtente vera, non obſtare cæterarum fallitatem.

33 Quod eſt verum abſolute, ut loquuntur relati; licet Caſtrus Palao *in opere morali tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.*6. *n.*16. §.5. hoc intelligat de cauſa extrinſeca diſpenſationi, & quæ per ſe non ſolet Principem movere ad diſpenſationem concludendam. Nec obſtat clauſula ponderata *ſi preces veritate nitantur*, quæ debet intelligi quoad cauſas ſubſtantiales, quæ inducunt ad facilius diſpenſandum: ita idem Gutierrez, Sanchez cum multis, *dicto n.* 44. ubi perſiſtit in ea ſententia, ut ſolius cauſæ fina-
34 lis, & ſine qua vitiet falſitas. † Et quod ea clauſula intelligatur de veritate cauſæ finalis, quod amplectuntur loquentes de privilegiis, Navarr. *lib.*1. *conſilior. in* 2. *editione tit. de reſcriptis conſ.* 7. *num.unico* Pelaez *de Majorat.in* 1. *editione* 1. *part. quæſt.*8. *num.* 2. Emman. Sa *ſumma* verbo *gratia num.* 24. & in diſpenſatione matrimoniali Loaces *de matrimon. Regis Angliæ dubio* 5. *num.* 40. Menochius *conſ.*385. *num.*1. 2. & 7. *volum.*4. etenim ut refert Abbas, & alii per textum *in cap. cum jam dudum de præbendis*, & alii, quos refert Maſcardus *dict. concluſ.* 325. *num.* 3. illos ſequens, cum plura copulative narrantur, quæ de jure non ſunt neceſſaria, reſolvatur illa conjunctiva in disjunctivam.

35 Verum eſt etiam, ut cum disjunctive narrantur cauſæ, tunc ſufficiat alteram eſſe veram, ne reſcriptum ſit ſubreptitium, ſic *in cap. inter cæteros hoc tit. gloſſa in cap.*2. verb. & *perpetuo*, ubi Anton. *num.*5. Imola *num.*5. Ripa *num.*60. Felinus *num.*23. *fallent.*3. idem Anton. *in cap. exhibita in fine de judic.* Lapus *dicta allegat.* 23. limitat in fine Bald. *in l. præſcriptione num.* 28. verſ. *item infero*, Cod. ſi contra jus, vel utilit. publicam, Romanus *conſ.*369. *num.*37. Milis *in repertor. littera* G. *num.* 3. verbo *gratia*, verſ. *gratia non dicitur*, & *litt.* R, *num.*7. verb. *reſcriptum* paulo poſt principium, Jaſon. *in l. ſed etſi mihi num.*15. *ff. de verb. obligat.* & *l. dedi in princip. num.* 7. *ff. de condit. cauſa data*, Bellam. *deciſ.* 280. & *deciſ.* 415. *num. unico* Calcaneus *conſ.*10. *num.* 3. Pariſius *conſ.*3. *num.*90. & *conſ.*42. *quantum ad alternativam num.* 8. & 9. *volum.* 4. Joannes Gutierrez *dict. lib.*2. *Canonic.cap.*15. *n.*56. Menochius *conſ.*385. *à num.*1. & 2. *volum.*4. Pelaez *de Majoratu in* 1. *p. in* 1. *editione quæſt.* 8. *num.* 2. Maſcard. *dict.concluſ.*325. *num* 8. Navar. *lib.*5. *conſ. in* 1. *edit. tit.de pœnit.* & *remiſſ. conſ.*20. *num. unico in* 2. *lib.*1. *tit.de præſcript. conſ.* 7. *num. unico*, Reminald. *conſ.*474 *num.*46. *volum.*4. Loaces *de matrim. Regis Angliæ dubio* 5. *n.* 50.

36 Dubium vero eſt an quando per malitiam allegatur falſitas, & in hoc articulo reſpondebis ex dictis *infra ſub quæſt.* 4.

37 Ex jam dictis infero primo ut diſpenſatio Monacho conceſſa ad vivandum extra clauſtrum, allegato proprio morbo, & matris neceſſitate, teſtimonia Regis comprobata, ſit valida; quia cum tota vis, & ſubſtantia diſpenſationis in vera mortis neceſſitate ex proprio morbo conſiſtat, ſatis ſit harum cauſarum veritas: ſic docent Valaſcus *conſult.* 60. *fin. tomo* 1. Sanchez *de matrim. dict. lib.*8. *diſp.* 21. *num.* 44. *in fine.*

38 Secundo infero, ut ſi allegata ſola copula pro cauſa, Papa diſpenſatet cum conſanguineis, ſi ea cauſa non ſit habita, tunc diſpenſatio ſit ſubreptitia; quia allegatur unica cauſa, & ea falſa: & ſic corruere diſpenſationem; ſic docent Corduba *in ſumm. quæſt.*45. *opinione* 2. *punct.*1. Gutierrez *dict. lib.*2. *Canonic.cap.*15. *num.*133. Henriquez *lib.*12. *de matrim.cap.*3. *num.*9. Manuel *tom.* 1. *ſum. in* 2. *edition. cap.*238. *concl.*9. *num. ultimo*, Vega *tom.* 1. *ſumma cap.*88. *caſu* 2. Thomas Sanchez *dict. lib.*8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 45. † Ubi bene de alio 39
caſu inquirit, & reſolvit circa diſpenſationem matrimonialem, ubi ſcilicet allegatur copula, & quod ob id mulier paſſa eſt famæ jacturam, ubi affirmat diſpenſationem valere, ſi ſcandala illa, & infamia vera ſint, ipſum videbis cum aliis.

Ad quartam, & ultimam quæſtionis partem, an 40
ſicut in reſcriptis, & gratiis conceſſis à Principe, ſubreptio operatur ſic, & in conceſſis ab Epiſcopo, ac alio Judice inferiori: in quo dubio Emanuel Sa *in ſumma* verbo *gratia num.* 22. dicit gratias ab Ordinario conceſſas, non reddi ex ſola ſubreptione irritas, ſed à ſolo Pontifice promanantes: & ſic videtur docere Navar. *lib.* 1. *conſ. tit. de temporibus ordin.in* 1. *edition. conſ* 43. *num.* 1. *verſ.*2. *in poſthum.conſ.*2. *num.*1. dicens gratias Ordinarii non fieri nullas ex omni ſubreptione, ſicut gratias Pontificis, probans ſic *ex clem.* 2. *de officio ordin.* ubi deciditur collationem beneficii factam ab Ordinario habenti aliud, illudque tacenti, non eſſe irritam, ſecus ſi à Papa, vel ejus legato fiat.

Nihilominus conſtituta ea differentia, de qua 41
ſuprà ſub principio hujus capitis; nempè ut reſcripta gratioſa ſubreptitia, ſint ipſo jure nulla, non æque reſcripta Juſtitiæ, niſi ope exceptionis, dico juxta ibi dicta, ut quemadmodum dixi de reſcriptis à Papa, & à Principe impetratis ſubreptionem, ſeu obreptionem, ſic etiam in præſenti caſu reſolvendum reſpectu reſcripti ab Ordinario conceſſi, & impetrati; eo quod rationes, quas *ibi* adduxi indiſtinctè loquantur; tum quia cum tales litteræ reddantur nullæ ex defectu voluntatis concedentis, quam aufert deceptio, tacita veritate, vel expreſſa falſitate inducenti ad concedendum, ſequitur ut cum idem voluntatis defectus reperiatur in Pontifice, & in quocunque alio inferiore concedente, idem in utriſque gratiis dicendum ſit. † 42
Tandem; quia nemo diceret diſpenſationem in voto non nubendi, impetratam ab Epiſcopo validam eſſe, allegata falſa cauſa vehementis periculi incontinentiæ, vel tacita circumſtantia neceſſario explicanda, ut ſi ſimul eſſet votum non nubendi & aſſumendi ordinis ſacri: ita in terminis docet Thomas Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſput.* 21. *num.* 4. † Sed ipſe non omnino rejicit primam 43
opinionem relatam, cum doctrina Felini, & aliis relatis *in cap. ad aures hoc tit. num.*35. *concl.*14. Selvæ *de benef.*3. *p. quæſt.*11. *à num.* 56. dicit ibi dictum non eſſe univerſaliter verum, ſed tantum procedere in litteris impetratis ad beneficia, in quibus, aut tacetur verus beneficii valor, aut falſo exprimitur; quia non ob id redderentur ſubreptitiæ, ſicut ſi à Papa impetrarentur, † ex ea differentiæ ra- 44
tione quia cum præſumatur, ut Ordinarius ſciat qualitates beneficiorum ſuæ Diœceſis, & melius, quam privati, ſequitur, ut expreſſio, tanquam cadens ſuper rem non neceſſariam, minime inducat ſubreptionem, litteras vitiantem. Et ob id inquam caute, *ubi ſuprà*, Navar. non ſic conſtituerit univerſaliter inter utraſque litteras differentiam, & diſcrimen, ſed limitatius dicens gratias Ordinarii non fieri nullas ex omni ſubreptione, ſicut gratias Pontificis, loquens tantùm in beneficiis in quibus aliqua ſunt explicanda, dum à Pontifice impetrantur

quæ

quæ non ſunt neceſſaria, dum impetrantur ab Epiſcopo ob rationem proximæ traditam, reſolvens ut non omnis taciturnitas, vel falſi expreſſio, quæ circa illa induceret ſubreptionem irritantem litteras impetratas à Papa inducat quando ab ordinario impetrantur.

45 Quare optime Doctores per dictam *Clem.* 2. *de officio ordinarii*, dicunt quod ſi ab Apoſtolicæ ſedis legato de beneficio facta ſit collatio aliud obtinendi non valeat, niſi de illo, quod obtinet, facta fuerit mentio ſpecialis ut docent etiam Tyraquellus *de jure mariti gloſſa* 7. *num.* 114. Azor. *inſtit.mor.pag.*2. *lib.*6. *cap.*10. *quæſt.* 5. & 6. & alii citati à Barboſa *in cap. ſi motu proprio de præb. lib.* 6.

46† Secus autem in proviſione facta ab ordinario, in qua non eſt opus impetranti facere mentionem de obtentis, ut docent Azor. *dict. cap.*10.*quæſt* 4. Nicolaus Garcia cum aliis de beneficiis, *part.* 11. c.4 *num.*99.Sanct. *variar. reſolut. quæſt.*50. *num.*5. & mihi videtur procedere ex differentia jam tradita inter reſcripta à Papa impetrata, & ab Epiſco-

47 10. † Tum & proprius ad intellectum, *dict. Clem.* 2. nam Epiſcopi, & ordinarii intelliguntur providere in Eccleſiis motu proprio, cum ad hoc teneantur; ſed Papa, & delegati provident perſonis; & non Eccleſiis, ut dicit Cardinalis, *ibi num.*13. *quæſt.* 17. Barboſa *num.* 3. Menuchius *de arbitrariis caſu* 201. *à num.* 154. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancel.* §. 6. *proœm. num.*10. & *gloſſa* 5. *n.* 173. & 184. Felinus *in dict. cap. ad aures hoc tit. num.* 15. verſ. *unde dicit Cardinalis.*

Quæstio III.

An vitium in exprimenda cauſa impulſiva, vel ea tacenda contingens, noceat Principis conceſſioni. Et an litteræ ad beneficium, quod non habet curam animarum, hoc expreſſo valeant. An falſus beneficii valor in litteris expreſſus noceat ſemper. An impetrans à Principe indulgentiam homicii, teneatur mentionem facere prioris veniæ conceſſæ alterius homicidii. Et an petens à Rege licentiam conſtituendi Majoratum, teneatur mentionem facere filiorum omnium, quos habet, eorum numerum exprimens.

Summarium.

1 *Vitium in tacendo, vel exprimenda cauſa impulſiva contingens, qualiter noceat Principis conceſſioni*, remiſſive.

2 *Gratia impetrata ad beneficium, narrativa facta, quod eſt curatum, cum tale ſic non eſſet, dicitur ſubreptitia ſecundum aliquos, & quare*, num. 3. *contra*, num. 4. *vide* à num. 6.

4 *Falſitas expreſſa, quæ non inducit ad citius concedendum, non vitiat gratiam.*

5 *Mentio falſa qualitatis a jure exprimenda, non nocet gratiæ, cum ſit demonſtrationis cauſa, ſecus ſi taxativè*, n. 6.

7 *Mandatum de conferendo alicui Præbenda Sacerdotalis, vel integra, aut certi valoris, fecit ut alia etiam minoris valoris, aut non Sacerdotalis, quare*, n. 8.

8 *Papa mandans provideri alicui de beneficio certi valoris, prohibet, ut nec volenti ei provideatur de minori.*

9 *Argumentum à majori, non valet in mandato.*

10 *Qualitas, quæ ineſt beneficio eſt memoranda ab impetrante, ſi ea non expreſſa Princeps precibus annuiſſet & è contra, ſi ea qualitas non inerat*, n. 11.

12 *Impetrans tenetur exprimere valorem obtenti beneficii, contra*, num. 13. & 14. *reſolves ut* n. 15. & 16.

13 *Valor de ſecundo beneficio impetrato, non eſt punctuatim exprimendus, ſed ut infra*, n. 15. & 16.

16 *Cautio circa valoris expreſſionem eſt, ut moraliter exprimatur, uſque ad certam ſummam.*

17 *Impetrans indulgentiam homicidii, tenetur facere mentionem prioris veniæ, alterius homicidii, ut* num. 18. 19. & 20. *ſecus alterius diverſi delicti*, n. 21.

18 *Diſpenſatio non extenditur ad caſum majorem.*

19 *Impetratio ſecunda reſcripti ad delicti remiſſionem, eſt invalida, ut ſubreptitia ob præſumptam defectum voluntatis ipſius Principis.*

21 *Indulgentia primi delicti, non eget narrativà in impetratione pro ſecundo delicto alterius ſpeciei.*

22 *Libellus ad petendam conſtitutionem Majoratus, num debeat narrare filiorum numerum, quos facultatem impetrans habet*, num. 23. & 24.

24 *Majoratus inſtituendi facultas ſolet à Principe concedi cum ea conditione ut cæteris filiis concedatur congrua pro alimentis.*

25 *Facultas facilius à Principe pro inſtituendo Majoratu, ſolet concedi, quando ob pluralitatem filiorum bona diviſa in partes, ad extraneos poſſit venire.*

26 *Legitimatio facienda filii num requirat mentionem filiorum legitimorum*, num 28. *ubi pro affirmativa ſententia, ſi legitimatio tenderet, ad hoc, ut ſic legitimatus ſub intraret cum legitimis ad patris bona.*

28 *Legitimatus filius non ſuccedit in primo genitura, ſi legitimatur à Principe, vel oblatione curiæ, ſecus ſi ſub ſequenti matrimonio*, num. 29.

30 *Majoratus inſtitutor num debeat dicere ſe tantum unum filium habere, cum a Rege impetrat facultatem.*

PRæmitto ut hæ aliæ quæſtiones, de quibus mentionem facio *in cap.* 17. & *hic* & *in cap.* 27.*cap.*31.*c.*34. & *cap. penult. hoc tit.* poſſint etiam promiſcuè hic, & in prædictis juribus tractari, ſicut & *in cap.* 3. *in aliis ſuprà.* Quare jam ad primam difficultatis partem, præmiſſis, quæ etiam dico *hic*, & *infra in.* 27. 31. & *aliis* ubi quæ ſit cauſa impulſiva. aut finalis, & quod vitium in tacendo verum, ſeu exprimendo falſum in illis inſpiciatur; ideo pro hoc primo dubio ad jam dicta te remitto, & quæ dico in ſequentibus quæſtionibus. 1

Ad

2 Ad ſecundam quæſtionis partem; licet exiſti-
ment nonnulli nullam eſſe gratiam, utpote ſubrepti-
tiam impetratum, ſcilicet ad beneficium, cui non
inerat cura animarum, facta tamen mentione, quod
eam curam haberet; quia etſi facilius Papa con-
ceſſiſſet beneficium à cura animarum immune
comperta veritate, adhuc ex expreſſo falſitatis
prætextu, nocere gratiæ dicunt quia contingit in
his, quæ de jure neceſſario ſunt exprimenda, ut
cura animarum, *cap. cum illis de præb. lib. Clem.* 1.
eodem tit. reg. 63. *Cancellariæ*, Rota *in novis deci-*
3 *ſion.* 292. † ideo inferentes ut ſicut emiſſio ejus
qualitatis, quæ de jure neceſſario eſt exprimenda,
officit gratiæ; quamvis eam nihilominus conceſſiſ-
ſet; ita & eodem modo falſa mentio hujus qua-
litatis noceat, etiam ſi veritate comperta, idem
eſſet Princeps conceſſurus & tenent ſic ex doctri-
na textus *in cap. ſuſceptum hoc lib.* 6. item & *ex*
cap. cui de non Sacerdotali de præb. lib. 6. ubi ſi eſt
mandatum de providendo à Papa beneficium non
ſacerdotale, non eſt cur proviſio fiat de benefi-
cio ſacerdotali, & ex deciſione Rotæ 562. in anti-
quis.

4 Ego vero exiſtimo in hoc dubio contrariam
ſententiam tenendam eſſe; quia cum regula juris
ſit per textum *in cap. in noſtra hoc tit.* quod falſitas
expreſſa, quæ non inducit ad citius concedendum,
non vitiat gratiam ſecundùm Rotam *in deciſ.* 70.
de reſcript. in antiquis, quam referunt Barboſa *in*
dict. cap. in voſtra num. 3. & Riccius *in collect. deciſ.*
p. 5. *collect.* 1981. *ad dict. cap.* ſequitur dicendum ut
quemadmodum jam *ſuprà* dixi non eſſe neceſſari-
um exprimere nobilitatem impetrantis quemad-
morara facilius Papa concederet: ſic è contra hic
nam ex quo conſtat de corpore beneficii ſimplicis
impetrati, etſi ſub falſa demonſtratione habentis
ſcilicet animarum curam, nullusque dolus ex præ-
dicta hac falſæ qualitatis mentione præſumatur
cum ea non expreſſa facilius obtentum eſſet apud
Principem evidenter apparet, ut prædicta expreſſio
non officiat impetrationi, ut docent in terminis
Panormit. *in cap. ſignificante col. penult.* & *in dicto*
cap. 20. *num.* 6. *hoc tit.* ubi Felinus *col.* 2. optimè
Joannes Staphileus *de litteris gratiæ*, & *Juſtitiæ*
fol. 52. *tit. de modo,* & *forma impetrandi*, Dominic.
conſ. 112. Covar. benè *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *ſub n.* 6.
qui perpendentes mentem prædictæ *deciſ.* 562. de-
5 ducunt hanc doctrinam ex ea, † dum probant fal-
ſam mentionem ejus qualitatis, quæ jura expri-
menda erat tunc non nocere gratiæ cum cauſa de-
monſtrationis ſit per textum *in l. falſa ff. de conſtit.*
& *demonſtrat.* non enim dicunt ut ex hac falſitate
Princeps inductus fuerit ad conceſſionem ejus,
quod alioqui ex certa ſcientia minimè conceſſiſſet
quod expreſſius dicit *deciſ.* 16. *de præb.* in antiquio-
ribus & *deciſ.* 582. in antiquis.

6 Verum ſi prædicta demonſtratio fieret v. g. cau-
ſa reſtrictionis, aut taxationis per mentionem di-
ctæ qualitatis: tunc revera quia eo in caſu non
poſſet ipſa gratia trahi ad id beneficium, quod ea
qualitate careret; licet id facilius à Romano Pon-
tif. conceſſum foret, gratia non inquam videret, ut
rectè intelligentibus ſatis notum eſt *ex dict. cap. ſuſ-*
ceptum de reſcriptis & *cap. cui de non Sacerdotali de*
præb. nec gratiam ipſam exequimur in beneficio
ſub ea minimè comprehenſo.

7 Et confirmatur; quia ſi mandatur alicui conferri
Præbenda, non Sacerdotalis, vel integra, aut certi
valoris, non poterit ei conferri, etiam volenti
Præbenda non Sacerdotalis dimidia, vel minoris
valoris ut colligunt Ordinarii, Archidiacon. Lapus,
Abbas, Gemin. Joannes Andreas, Anchar. Butrius,
Dominic. Monach. & Barboſa per textum *ibi in*
dict. cap. cui de Sacerdotali, Ximenez *in concord.* 1.
p. & 2. *in compend. pagina* 392. *remiſſivè*, Caſal. *in*
annotat. Franciſcus Vivianus *in rationali lib.* 3. *pa-*
gina 89.

Item ex eo; quia ſi Papa mandaverit provideri 8
alicui de beneficiu certi valoris, non poterit ei
volenti de beneficio minoris; quia ſic mandatum
debet ſtrictiſſime obſervari: ſic docent Meno-
chius *conſ.* 71. *num.* & 14. Sanchez cum multis *de*
matrimonio lib. 8. *diſp.* 21. *num.* 35. & 36. *verſ. vide*
textum; ſunt enim mandati fines diligenter obſer-
vandi, & cuſtodiendi ut per Menochium *conſ.*
134. *num.* 3. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Perus* 37.
num. 5. & *deciſ.* 117. *à num.* 12 Tyraquel. *in l. ſi un-*
quam verb. *libertis num.* 59. *cod. de revocand. donat.*
Aloyſius Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici de-*
ciſ. 309. *num.* 1. *in* 1. *edit.* Camillus Borrellus *in*
ſumma omn. deciſ. tit. 66. *num.* 437.

Sic ut nec valeat argumentum à majori in man- 9
dato, cujus fines diligenter ſunt obſervandi, ut
per Chald. Pereyra *de emptione*, & *vendit. cap.* 13
num. 55. † Etenim ut conſiderat Covarruv. *dicto* 10
lib. 1. *variar. cap.* 20. *num.* 6. *in fine*, ubi cum bene-
ficio qualitas ineſt, cujus de jure mentio non eſt
in precibus facienda, ea procul dubio exprimi de-
bet, ut dixi ſuperius etiam ſi ea non expreſſa Prin-
ceps precibus adnuiſſet. † Quod ſi aliquid (ad-
dit, precibus exprimatur, quod beneficio petito, 11
nequaquam inerat, & eo non expreſſo, idem
Princeps conceſſiſſet; licet id pertineat ad qualita-
tes jure exprimendas, non vitiari ex hoc gratiam
à Summo Pontifice conceſſam palam ex dicta de-
ciſione Rotæ deducit.

Ad tertiam quæſtionis partem an falſus bene- 12
ficii valor in litteris expreſſus, ſemper noceat; ut
reſpondeam repetitis hic, quæ *ſupra* dixi *in Rubr.*
quæſt. 1. verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad ultimam*; ubi
nonnulla de valore verificando in beneficiis, &
qualiter nunc jam breviter ad dubium eſt reſpon-
dendum, ut impetrans gratiam ad aliquod bene-
ficium à Romano Pontifice, tenetur, non ſolùm
beneficium jam obtentum exprimere, ſed etiam
ejus valorem eo modo, quo *ſuprà* dictum eſt in
præcitatis Rubricæ locis, ut docent gloſſa *in clem.*
1. *de præbend.* & *ibi* Doctores in gloſſa *vel alteri*,
verſ. *vel quantitatem redituum quam habet ex uno*
beneficio Staphileus *de litteris gratiæ tit. de form.*
ſpectativ. §. *nova forma à num.* 43. Selva *de benefic.*
p. 3. *quæſt.* 12. Ludovic. Gomez. *in regul. de valore*
beneficiorum exprim. quæſt. 1. & 5. Covarruv. omni-
no legendus; quia ſubtiliter diſputat cum multis
ex antiquis, & juxta regulas etiam juris civilis
lib. 1. *variar. dict. cap.* 20. *num.* 7. & *libro* 3. *cap.* 13.
numero 1. cum quo ſic docet Barboſa *in dicta*
clem. 1.

Sed immò potius ex multis videtur, quod ipſe 13
Covar. contrariam teneat ſententiam *ſub dict. n.* 7.
quatenus cum Rebuffo, Selva Rota, Oldrado,
Cardinal. Decio, & aliis, dicit ut de jure non ſit
exprimendus valor; eo quod verus valor benefi-
ciorum difficulter queat certitudine probari, au-
thore Ludovico Gomez. *in dicta regula de valore*
exprimendo quæſt. 11. dicens ut error in hoc expri-
mendo minimè ſit conſiderandus, ubi Principis
voluntas conſtat per doctrinam Rebuffi *in tract.*
de nomin. quæſt. 9. *num.* 44. aſſeverantis nominatio-
nem, quæ apud Gallos obtenta fuerit facta men-
tione

Digitized by Google

tione beneficii obtenti, & ejus valoris, majori tamen quantitate opreſſa, quæ verè valuerit admit-
14 tendam eſſe. † Quare Felinus *hic num.* 5. Navar. *conſ.* 1. *de conſtit. quæſt.* 19. *num.* 50. Maſcardus *de probat. concluſ.* 887. dixerunt ut licet impetrans teneatur mentionem facere de beneficio obtento, ſed non de valore ejus: nam ut dixit idem Maſcardus propter non expreſſionem valoris, gratia non probatur ſubreptitia. Et comprobatur; quia in impetrationibus beneficialibus illa tantum ſunt exprimenda, quæ in jure expreſſa reperiuntur, ut dicunt Menoch. *de arbitrariis caſu* 201. *à num.*26.*& num* 156. *Azor. inſtit. moral.p.*1.*lib.*7. *cap.* 23. *quæſt.* 2. Azevedus *in l.* 2. *tit.*1.*lib.*2.*nova recopilat. num.* 19. & ſic dixit Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſp.* 21. *à n.* 12. quod non ex omni veritatis taciturnitate, gratia redditur ſubreptitia; quamvis ea cognita Princeps non conceſſiſſet, ſed tunc ſolùm quando tacetur veritas, quam jura jubent exprimi, quæ de valore non videntur loqui.

Ut cumque verò ſit, cum jam *ſuprà* dixerim *in*
15 *Rub. ſub dict. quæſt.*1. in verſ. *ad quartam*, ab executore gratiarum Apoſtolicarum eſſe probandum beneficii valorem; & videam de ſtylo ſic practicari in his Regnis, procedereque de ſtylo Curiæ Romanæ, & ex regulis Cancellariæ 21. & 61. ubi gloſſa, & Ludovicus Gomez. poſt Felin. *hic n.* 10. *& in cap. cauſam quæ in* 2. *de teſtib.* ubi aliquid dixi Rota *in novis deciſ.* 292. Oldradus *conſ.*216. Cardinal. *num.dict.clem.* 1. *col.*3. Selva *de benefic. part.* 3. *quæſt.*12. *col.* 2. Decius 166. Rebuſſus *ſuprà dict. quæſt.*9. *num.* 29. ſequitur pro prima ſententia reſolvemus cum ea, tamen cautione, de qua dixi *in dict. quæſt.* 1. *Rubrica*, & de qua etiam teſtatur Covarruv. *dicto lib.* 1. *variar.cap.*20.*numer.*7. verſ. *ſolet*, † dum ait quod circa valoris expreſſionem
16 ſolet ea cautio adhiberi, qua valor ſignificatur, uſque ad certam quantitatem, ut v. g. cujus valor centum aureos non excedit, aut quod valet uſque ad centum aureos: additque Covarru. ſic apud Romanam curiam fieri, ut valor beneficiorum, qui parum certus eſſe poteſt, abſque periculo exprimatur, gloſſa inſignis, ubi Doctores *in cap. quamvis*, verbo *uſque ad certum de præb. lib.*6. Cardinalis 1. *notab.* 4. *de conceſſ. præbendæ*, Francus poſt. alios, *in dicto cap.cui de non Sacerdotali de præbend.lib.*6. *col. fin.* Dominic.*conſ.*133.*col.*3. Felin *hic concluſ.*9. *&* 10 Joannes Staphileus *de litteris gratiæ, & Juſtitiæ, folio* 29. *col.* 1. Ludovic Gomez. *in tract. de ſpectativ. num.* 103. & ſecundùm hæc intelligi debent Menochius *conſ.*316.*num.* 12. Flamin. Pariſius de *reſignat.lib.*10.*quæſt.*2. *n.*13. dicentes quod qualitates requiſitæ à Jure vel à Curiæ ſtylo, ſi non exprimantur in litteris vitiant gratiam alia inquam, quæ congerunt Doctores omitto.

Ad quartam quæſtionis partem an impetrans à
17 Principe indulgentiam homicidii, teneatur mentionem facere prioris veniæ conceſſæ alterius homicidii. In quo dubio pro affirmativa ſententia videtur non neceſſarium ut mentio fiat veniæ prioris homicidii ex multis, quæ latè dixi *infra in c.*23.*de ſent. & re judicata*, ubi Princeps aggravat delicta multis modis. Deinde; quia Princeps tutè & abſque animæ reatu poteſt remittere criminis pœnam, quæ in ſatisfactionem Reipublicæ à legibus fuerit inſtituta, ubi ex hoc ipſi Reipublicæ damnum minimè ſequatur, & abſque læſione privati injuriam paſſi ſecundùm D. Thomam 2. 2. *q.* 67. *art.*4.& *ibi* ſcriptores majorem *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 19. Felinus *in cap. qualiter ad corrigendos num.* 36. *de accuſationib.* pulchrè Alphonſus à Caſtro *lib.* 2. *de lege pœnali, cap.* 2. verſicul. *contra hanc ſecundum.*

Sed adhuc juxta regulas textus noſtri *cap.*3.*ſu-* 18
prà & aliorum exiſtimo, ut impetrans veniæ reſcriptum ſecundi homicidii tenetur facere mentionem de primo reſcripto alterius homicidii veniæ; ex eo quia ſi Princeps ſic certior primæ veniæ factus eſſet à conceſſione ſecundi reſcripti, abſtineretur, & retraheretur circa eandem delicti ſpeciem alterius ſcilicet homicidii; quia quemadmodum diſpenſatio non extenditur etiam ad caſum majorem, & habentem in ſe majorem rationem, quam habeat caſus conceſſus, ut dicit Bernard. Diaz *in reg.* 195. Barboſa *in cap.*2. *de filiis Præsbyteror. lib.*6. ſic etiam in noſtro caſu; quia propter ſecundum homicidium conſideratur major ratio difficultatis in concedendo reſcripto veniæ pro illo ſecundo homicidio reſpectu primi jam conceſſi: & ſic in terminis hanc ſententiam abundè tenent, & comprobant Guillelmus à Cuneo *in l* 3. *cod. de Epiſcopali aud.*

Dicens ſecundam impetrationem reſcripti ad 19
remiſſionem delicti, ejuſque abolitionem, uti ſubreptionem, invalidam eſſe ob præſumptum defectum voluntatis ipſius Principis Barbatia *in cap. dilectus in* 1. *de reſcript. num.* 20. Bald. *in dict. l.* 3. Felinus *in cap. poſtulaſti hoc tit.col.* 3. Jaſon. *l. nec damnoſa cod. de precibus Imperat. offer. num.* 3. Ananias *in cap. ad abolendam col.* 2. *de hæret.* Joannes Lupetius *in cap. per veſtras in* 4. *notab. num.* 11. *de donat. inter virum, & uxorem*, Joannes Crotus *in cap. ultimo col. penult de conſtit. lib.* 6. Alciatus *in cap. cum non homine num.* 43. *de judiciis* Ferdinand. Loaces *in tract. de matrimonio dubio* 10.*n.*6. qui ad hoc *leg. Regiam*, eandemque expreſſam conſtitutionem refert *l.* 2. ſcilicet *tit.*1. *lib.* 1. *ordinam.* Covar. *variar. cap.* 20. *num* 8. quibus addo Molinam. *de primog. lib.* 2. *cap.* 4 *num.*52. *& lib.*4. *c.*3 *n.*40.

Et ego cum. præcitatis dico ex adductis *in dict.* 20
cap. 3. *hoc tit.* hanc ſecundam ſententiam veram eſſe; quia ut docent Grammaticus *deciſ.* 59. *n.* 58. Navar. *in cap. ſi quando ſuprà hoc tit. except.* 3. *in princip. & excep.*8. *&* 9. Covar. *dict. cap.* 20 *lib.*1. *variar. numer.* Gutierrez *Canonicar. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. Valaſcus *conſult.* 72.*num.*2. ut impetratio ſalvetur à ſubreptione, ſeu obreptione; ſunt exprimendæ omnes qualitates in ea, quibus moveri poſſet Princeps ad non concedendum, ſeu difficilius concedendum, ut contingaret in ſecundo reſcripto homicidii repetiti.

Ut cumque verò ſequaris, iterum dico, ut 21
noſtra ſententia ſit admittenda, quando in eodem genere delictum reperitur, quaſi contrarium ſit obſervandum, ubi diverſum delictum is, qui veniam impetrat fecerit, ut notanter dicunt Alciatus *ſuprà num.* 43. conſulentes Judici, ne ſtatim propter Guillielmi ſententiam delinquentem puniat, ſed ipſum Principem prius admoneat, ut ei reſcribat quæ fuerit ejus mens in præfati criminis remiſſione; quæ praxis poteſt comprobari ex doctrina textus *dict. cap. ſi quando* 5. *ſupra hoc tit.* & his ibi quæ latè dixi *in cap.* 12. *de judic.* quæ vera ibi dicta ſunt, quoties eſt dubium in verbis legis, ſeu ſuperioris præcepti. Tamen quia in hoc caſu non dubitatur, ſed apertè conſtat

conſtat de præcepto, ſolumque poſſit eſſe dubium
de mente, & voluntate Principis, videtur ut ſic
ſtandum regulis juris, quare Covarruv. *ubi ſupr.*
dict. num. 8. *in fine*, dicit hanc diligentiam conſul-
tationis non eſſe neceſſariam, tametſi videatur
æquiſſima.

Ad quintam quæſtionis partem, an petens à
22 Rege licentiam conſtituendi Majoratum, te-
neatur mentionem facere filiorum omnium, quos
habet: & quia idem Covar. *dict. lib.* 1. *variar. cap.*
fin. num. fin. refert in praxi dubitatum, quid dicen-
dum eſſe de eo libello, quo Rex licentiam exhi-
bet alicui competenti ad conſtituendum primo-
genium ex bonis ſuis, etiam cum præjudicio por-
tionis legitimæ, quæ cæteris filiis jure debetur,
nùm ſi is; qui petit habens v.g. plures filios octo-
dacim, aut duodecim, non facta eorum ſpeciali
mentione; tametſi eorum in genere meminerit
ea libelli, ſeu reſcripti impetratio ſuſtineretur,
23 ſive non. † In quo dubio referens ipſe litem or-
tam, & controverſam, & quòd quibuſdam vi-
ſum fuerit hunc Principis libellum nullum fore,
utpote veritate tacita, obtentum cum forſan Prin-
ceps minimè dictam conceſſiſſet licentiam, vel ei
moderamen aliquod adſcripſiſſet, quo tot filio-
rum præjudicio moderetur: & colligi videtur ex
dictis *ſupra in cap.* 3. & *infra in cap.* 17. ubi pravam
debere fieri mentionem de his omnibus, quæ uti-
que ad concedendum redderent Principem diffi-
24 ciliorem. † adhuc tenet non fuiſſe neceſſariam
mentionem filiorum totſpecialem; quia ut jam
dixi *ſupra dict. cap quæſt.* 3. in verſ. *ad quintam*
& omnes cum Molina, Mierez, & aliis agnoſ-
cùm in erectionem majoratuum Princeps ſolitus eſt
facultates concedere conſtituendi majoratus, ea
appoſita conditione, ut cæteris filiis, qui à pri-
mogenio excluduntur, ejuſque ratione privantur
portione legitima, congrua exhibeantur alimenta
addentes, & nec quidquam ſoleat movere Prin-
cipem major, vel minor filiorum numerus. †
Imò ut reſoluit Covaruv. *in fine*: facilius ſolet
25 Princeps moveri ad permittendum conſtitui pri-
mogenium ex eo patrimonio, quod alioqui in
plures diſtinctum partes ob majorem filiorum
numerum, facilius diſſipatur, ad extraneoſque
alienatione rerum Aviti fundi devenient, quod
ut contra conſervationem familiæ videntur abhor-
rere Regni hujus conſtitutiones, ut patet ex tra-
ditis per Molinam, & ejus Additionator *lib.* 1. *de*
primog. cap. 2. & alibi ſæpius, & ita in caſu noſtræ
quæſtionis ſentio.

Nec obſtat dicere ut ſi quis impetrare velit à
26 Principe legitimationem filii illegitimi, & is
habeat filios legitimos, & naturales teneatur
Principi exprimere quot filios legitimos, & na-
turales habeat expreſſim numerum, aſſignando
certum, ut dixerunt Præpoſitus *in cap. per venera-*
bilem §. *quod autem col.* 15. verſ. *adverte nunc* qui
filii ſint legitimi, ubi late repeto, Curtius Senior
conſ. 19. verſ. *capio tertium*, & *conſ.* 35. *col.* 9. &
conſ. 73. verſ. *nunc impugnari poterit*: argum. *l. nec*
ſi. §. *ultim ff. de optione leg.* ubi Juriſconſultus ſcri-
bit in cauſæ cognitione, quæ adoptioni præmit-
titur agendum eſſe de numero filiorum adoptan-
tis. Quia reſpondeo primo paucos, præter Præ-
poſitum, & Curtium tenuiſſe, exprimendum
eſſe ad eam legitimationem filiorum numerum,
ut dixit Covarruv. Secundo quia etſi *ex authent.*
quibus mod. nat. efficiantur legitimi §. *ſi verò*, apud
utriuſque juris interpretes obſervatum fuerit legi-
timationem filii illegitimi invalidam eſſe, niſi
Principi mentio facta fuiſſet filiorum legitimorum
& naturalium, quos Pater habet, ut latè tractat
Tyraquel. *in. l. ſi unquam cod. de revocandis donat.*
verb. *donatione largitus num.* 254. † Iterumque 27
meminerit idem Covarruv. *in* 4. *part.* 2. *cap.* 8. §. 6.
num. 7. ut tunc ea ſententia tantùm ſuſtineatur,
ubi ſcilicet legitimatio fit ad conſequenda jura
omnia filii legitimi naturalis, & ut ſimul legitima-
tus Patri cum legitimis, & naturalibus ſuccedat:
quod caſu; quia perinde ubi major eſſet filiorum
numerus, major inquam læſio contingeret, ut
ratio dictat; ideò rectè poſſunt Doctores dicere
ſignificandum eſſe Principi legitimaturo illegiti-
mum numerum legitimorum, aliàs & natura-
lium filiorum ad effugiendum eorum præjudicium
in portione legitima contingens.

Sed hæc omnia in caſu noſtro majoratus non 28
ſunt impedimento, tum ex dictis, tum etiam,
quia filius legitimatus non ſuccedit in jure primo-
genituræ etiam ſi major natu ſit, & in ſpecie
docent Imola, & Domini. loquentes in regni
ſucceſſione *in cap. grandi de ſupplenda negligentia*
Prælater. lib. 6. Alex. *in l. Gallus* §. & *quid ſi tantum*
ff. de liberis, & *poſthumis*, ubi Jaſon. *lect.* 1. *nu-*
mero 92. Decius *conſ.* 85. *num.* 8. Joan. Locerier
de primogeniis lib. 1. *quæſt.* 13. Tyraquel. *in eo-*
dem tract. quæſtione 34. *à numero* 48. Carol.
Molin. *in conſuet.* Pariſ. *tit.* 1. §. 8. *num.* 46.
& 47. Gregor. Lopez *in l.* 4. *titul.* 15. *part.* 4. verbo
todas las honrras. † Quod intelligunt Tyraquel. 29
dicta quæſtione 34. *numero* 2. cum aliis, & Molina
de primogeniis lib. 2. *cap.* 11. *numer.* 22. de filio legi-
timato per Principis reſcriptum, ſeu oblationem
Curiæ, alias non inquam per ſubſequens matri-
monium, ut latiſſimè dico *in cap. tanta, qui filii*
ſint legitimi.

Nec iterum obeſt dicere ut ſi majoratus inſtitu- 30
tor in impetratione facultatis Principi non expri-
mit ſe tantùm duntaxat filium non habere, ſit
ſubreptitia facultas, ut de facto teſtatur Mieres
de majorat. part. 1. *quæſtion* 13. *numero* 10. dum ipſe
& Additionatores Molinæ loquuntur *lib.* 2. *cap.* 11.
à numero 11. *ad* 17. fateotes filium unicum Regia
facultate, nedum reſpectu tertii, ſed etiam in
ejus legitima poſſe à parente gravari; quia hunc,
& alios effectus Regia facultas operatur: tamen
Lara *de anniverſariis lib.* 1. *cap.* 4. *numero* 62.
contrarium tuetur: videndi ſunt Caſtillus *tom.* 6.
controverſ. cap. 121. *numero* 58. verſ. *denique*, &
tom. 4. *cap.* 36. *ex num.* 22. & 23. & *tom.* 6.
cap. 145. *num.* 31. Gutierrez *lib.* 2. *practic quæſt.*
67. Angul. *de meliorat. leg.* 11. *lib.* 2. *titul.* 6.
gloſſ. 4. *num.* 21.

QUÆSTIO

Quæstione VI.

An quando ſubreptio fuit facta doloſè, & per malitiam vitiet reſcriptum etiam ſi ea non fuerit cauſa totius reſcripti, ſed ſolius formæ ſpecialis. Et an ſi ſubreptio contingat in quadam reſcripti parte, totum, illud vitiet, tam ſi cauſa ſit impulſiva, quam finalis. Et an doloſa reſcripti ſubreptio in parte tantùm illius, induat ipſo jure irritationem, quid de diſpenſatione in foro conſcientiæ. Et an clauſula *motu proprio*, in gratiis, & diſpenſationibus oppoſita ſuppleat ſubreptionis vitium; ſic ut validum ſit reſcriptum.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum ad lites, & Juſtitiæ ſubreptione impetratum, dum adverſus illud non excipitur, valet ſed ſi dolo, & fraude ſit obtentum, & nullum eſt ipſo jure*, num. 2. & 7.

3 *Clauſula* ſi præces veritate nitantur, *ſubintelligitur etiam in reſcripto ad lites concesſo, & in qualibet gratia, & etiamſi ſit omiſſa conſuetudine*, n. 4.

5 *Reſcriptum Papæ, & regis intelligitur ſecundùm ſupplicationem.*

6 *Dolus dans cauſam contractui, ipſum vitiat,*

8 *Reſcriptum obreptitium, vel ſubreptitium ad lites obtentum ſine dolo, valet, donec exceptione eludatur à judice*, n. 9.

9 *Subreptio non doloſa, ſive in tacendo, ſive in exprimendo falſum, non vitiat reſcriptum, ſi aliàs Princeps concederet.*

10 *Reſcriptum gratiæ dolo obtentum, eſt ipſo jure nullum. & efficacius, quam reſcriptum juſtitiæ*, & n. 11.

11 *Doloſa reſcripti ſubreptio vitiat quoad omnia reſcriptum juſtitiæ, & gratiæ*: intellige ut num. 13.

12 *Reſcripti ſubreptio vitiat omnia reſcripti connexa capitula, ſecus ſeparata, in quibus dolus non adeſt: intellige juxta diſtinctionem*, n. 14.

13 *Reſcriptum ſubreptitium quoad beneficium cum cura, valet quantum ad beneficium ſimplex in quo non fuit ſubreptitium.*

15 *Subreptio reſpiciens certa negotia, ſeu perſonas, vitiat reſcripta quoad omnia ibi contenta.*

16 *Subreptio commiſſa circa canonicatum, vitiat quoad præbendam.*

17 Cap. ſi eo tempore de reſcriptis lib. 6. num. ſequent. & à num. 21. & 23. *intelligitur ut* num. 32.

18 *Reſcriptum alternativum ſuſtinetur, ſi dolus intervenit in una parte, & non in alia.*

19 *Impetrans reſcriptum ad curatum, ſi non eſt legitimæ ætatis illud, ſuſtinetur pro beneficio ſimplici.*

20 *Litteræ ſubreptitiæ dolo omninò vitiantur; quamvis fraus non fuerit cauſa totius, ſed ſolius formæ ſpecialis, ſecus ſi ſimplicitate.*

22 Cap. ei cui de præb. lib. 6. n. 23. *intelligitur.* num. 32.

23 *Reſcriptum ſi exprimit qualitatem beneficii conferendi. v.g ut ſit Sacerdotale, aut curatum, requiris ut tunc cum impetratur ut tunc impetrans ſit in ætate ad illud obtinendum requiſita, aliàs illud nequivit obtinere, etſi tempore vacaturæ, aut collationis, ſiata legitimæ ætatis*, num. 24. *fallit* num. 26.

24 *Collatio, vel reſignatio facta habili, qui tempore datæ, aut ſupplicationis habilis non erat eſt nulla.*

25 *Mandatum providendi de beneficio indefinitè nulla, ejus adjecta qualitate facit habilem ad illud ol conferendum, qui tempore datæ adhuc non erat legitimæ ætatis.*

26 *Mandatum indefinitè conceptum a principio vires accipit cum ex poſt facto ſolum agatur de ejus executione.*

28 *Habilitas impetrantis, non attenditur ſecundùm tempus datæ*: intellige ſupra num. 25. *fallit* num. 30.

29 *Inhabilitates, & defectus ad beneficia, & liter., quadam regnant de jure, & ſtylo impetrationi litterarum èxcommunicatio quadam reſpicientes ſolùm beneficii collationem*, n. 30. *in quibus differant*, n. 31.

31 *Datæ tempus conſideratur in inhabili à jure, vel ſtylo, in aliis tempus præſentationis reſcripti, vel collationis, dum in litteris Apoſtolicis non detur ſubreptio*, & n. 38.

33 Cap. cum in illis de præb. lib. 6. & n. 34.

34 *Beneficiorum appellatione regulariter non veniunt curata, & dignitates, ſi reperitur defectus intentionis & ambitionis, ut* n. 36. *aliàs non ſic*, ut ibi & n. 35.

36 *Litteræ* motu proprio *ad beneficia conceſſæ, tollunt ambitionem, & includunt curata beneficia*

37 Cap. ſi pro Clericis de præb. lib. 6.

38 Cap. ſtatutum hoc tit. in 6.

39 *Canonicus delegatus nominatus in litteris ſi talis erat tempore datæ, non ceſſat ſi tempore præſentationis earum jam non erat Canonicus fallit ut* n. 48.

40 *Judex nominatus in litteris, ſi tempore præſentationis factus ſit inhabilis proprie defectu, nequit eſſe judex.*

41 *Excommunicatus impetrans tempore datæ, ſi tempore collationis eſt abſolutus ab excommunicatione, valet collatio, ut* hic *in fine.*

42 *Reſcriptum ſubreptitium in quadam ejus parte, quatenus in toto vitiatur, ſi cauſa ſit finalis: & quid ſi ſit impulſiva, & impetretur dolo, aut ſimplicitate* hic & n. 43.

43 *Subreptio tacita veritate, ſeu expreſſa falſitate in cauſa tantum impulſiva contingens in quadam reſcripti parte, non vitiat reſcriptum totum, ſed eam tantùm partem, quæ fuit reſcripti cauſa: fallit ſi dolo fieret*, num. 44.

44 *Impetrans reſcriptum contra debitorem aſſerens cauſas tractari de plano; etſi falſo narrat ſubmetur quatenus, ut judex datus procedat ſtylo ordinario.*

45 Diſpenſatio voti caſtitatis, ac peregrinationis Hiereſolimitanæ, allegata falſa cauſa circa alterum, valet ſecus ſi fieret duplicis impedimenti ad matrimonium.

47 Reſcriptum cujus cauſa narrata ceſſat in principali, ceſſat etiam in acceſſoriis, etiam ſi in iſtis non ſit ſubreptio.

48 Reſcripti doloſa ſubreptio tantùm in ejus parte, quare totum vitiet remiſſive, num. 50.

49 Subreptio doloſa reſcripti in diſpenſationibus matrimonialibus in una parte, & ſi ſecundùm Sanchez non vitiet illud in totum, veriùs eſt integrum vitiari, ut n. 50.

50 Pœna incurritur ipſo facto, ut quis privetur acquiſitis, ſecus acquirendis; ut n. 52.

53 Clauſnla motus proprii in gratiis, & diſpenſationibus, ſupplet ſubreptionis vitium, ut n. 55. etiam ſi alias vitium eſſet explicandum, ut n. 56. & quare n. 60.

54 Clauſula motus proprii non præſumitur, & debet eſſe ſcripta manu Principis non alterius inferioris.

55 Motus proprius nequit teſtibus probari, aliter inquam ſi ageretur de probando, quod in inſtrumento amiſſa erat prædicta clauſula.

57 Clauſula motu proprio adjecta in reſcripto, tollit ejus ſubreptionem, etiam ſi de beneficio obtento, ulla reperiatur mentio: quare n. 58.

58 Motus proprii clauſula poſita, facit, ut non deficiat intentio in concedente, ut gratiam ſuum conſequatur effectum.

59 Motus proprius conceſſus ad inſtantiam partis, idem operatur, ac conceſſus ex mera liberalitate Principis.

60 Gratia dicitur motu proprio conceſſa, cum Pontifex exprimit in litteris ſe motu proprio concedere; & ſi petita ſit parte ea clauſula num.

62. Clauſnla motu proprio, non tollit ſubreptionem in tacenda inhabilitate vel ſi læditur jus tertii num. 63. vel ſi tacetur clauſula intrinſeca beneficio: & quando ſubreptio procedit ex ipſa n. 64. & 65.

66 Subreptio contingens ex expreſſione falſæ cauſæ quæ obreptio dicitur non tollitur clauſula motus proprii, ſecus ſi a tacita veritate, quæ dicitur ſubreptio.

67 Clauſula motu proprio in gratia adjecta; non inducit diſpenſationem, nec tollit ſubreptiones, quæ diſpenſatione indigent.

68 Diſpenſatio cum clauſula motus proprii à legato de latere facta, tollit ſubreptionem.

69 Clauſula motus proprii habet locum, ne dum in beneficialibus, ſed in omnibus gratioſis.

70 Clauſula motus proprii, tollit ſubreptionem, etiam quando facilitas conceditur à Principe ad alienanda, ſeu pignoranda Majoratus bona: idem de clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.

71 Clauſula motus proprii in Majoratibus non ſupplet inhabilitates, & defectus perſonales ipſius impetrantis, vel ſi ſint naturales.

72 Reſcriptum in dubio intelligitur conceſſum ad poſtulationem partis, & non motu proprio.

73 Clauſula motu propriu, eſt laté interpretanda.

AD primam quæſtionis partem ut reſpon-
1 deam, adverto primo quod & ſi, ut jam
ſupra dixi in principio noſtri textus, reſcriptum
Juſtitiæ, vel ad lites regulariter valeat interim
quod ope exceptionis eliditur, & annullatur ſecundum communem textus in cap. cæterum hujus tituli, traditis junctis à Martino Vianio ibi à num. 2. & à Sahaguo, & communi Doctorum ibi num. fin. & hic num. 7. Verojo num. 10. & 25. Sanchez
de matrimonio lib. 8. diſp. 21. num. 3. 54. & 76. Ta- 2
men prædictam doctrinam fallere, quando prædictum reſcriptum fuerit impetratum ex doloſa ſubreptione, vel obreptione: nam tunc nullum erit ipſo jure, apparet ex textu noſtro loquente de reſcripto doloſo in prima ejus parte, ad lites ſcilicet impetrato in verſ. nullum ex his litteris conſequatur commodum: & ibi nullatenus de cauſa cognoſcat; quia ut apparet ex juribus traditis à gloſſa, & per textum ibi in auth. ſi qua mulier cod. ad Senat. Conſult. Vellajan. verſ. nullatenus, & à communi ibi Cardinalis n. 5. Sahagun cum aliis hic n. 7. ea verba videntur inducere nullitatem ipſo jure.
Et confirmatur; quia & jam in reſcripto ad li- 3
tes conceſſo; ſubintelligitur; & ſi non exprimatur clauſula illa, ſeu conditio, ſi preces veritate nitantur de qua quæſtione præced. id eſt ſi narrata vera ſunt, & nihil falſum ſit expreſſum, nec verum ſuppreſſum textus, & gloſſa in cap. 2. hoc tit. verbo condititio, & in verſ. ſi preces; etenim ea interveneri intelligitur in unoquoque reſcripto, & mandato; qui in litteris Apoſtolicis ex mente concedentis ſubiotelligitur, & cenſetur appoſita; licet noo exprimatur, Marta de clauſulis part. 2. clauſula 71. Gonzalez in regula 8. Cancel. gloſa 9. in annotation. num. 229. Alex Trentacinq. variar. lib. 1. hoc. tit. reſolut. 7. num. Melchior. Phebus Luſitan. deciſ. 41. num. 2. & 3. Marcheſanus de commiſſionibus part. 1. pag. 573. num. 2. & part. 2, pag. 544. num. 3. Campanil. in diverſorio juris canonici, Rub. 11. cap. 13. num. 193. Menochius Maſcardus, Lancelotus, & Perez, qnos ſequitur
Barboſa in dicto cap. 2. num. 8. † Ubi cum eodem 4
Marcheſano, & Campanillo dicit prædictam procedere in qualibet gratia, & cum aliis, ut procedat in reſcripto etiam Regis, & in omnibus precibus; ita ut appoſita talis clauſula, & conditio, cenſeatur ſemper; licet omiſſa fuerit ex conſuetudine † imo ut nec ſit neceſſum eam adjici quia
reſcriptum Pæpæ vel Regis intelligitur ſecundum 5
ſupplicatiooem, Gutierrez lib. 3. practicar. q. 17. à n. 43. Menochius conſ. 180. num. 1. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 29. num. 3. Surdus de alimentis tit. 5. quæſt. 31. num. 83. & deciſ. 268. num. 15. & deciſ. 291. num. 15. & conſ. 282. num. 28. Cabedus luſitan. deciſ. 72. num. 1. part. 1. & de patronatibus Regiæ coronæ cap. 40. n. 7. Gregor. Lopez in lib. 26. Verbo la reſpueſta tit. 11. part. 5. Didacus Perez in lib. 6 verſ. quaro 38. tit. 12. lib. 3. ordinam. ergo eveniet, ut deficiente prædicta clauſula, & conditione, à qua vim habet reſcriptum, ſicut ab intentione concedentis ipſum reſcriptum valere non
debeat, † item facit regula alia generalis, ut quan- 6
do doctus dat cauſam contractui vitietur contractui, vitietur contractus, juxta legem eleganter cum vulgatis ff. de dolo.
Et ultimo confirmatur ex dicto cap. cæterum, 7
verſ. quod tali dolo vel fraude cap. ſedes verſ. tanquam mendax precator hoc tit. cap. ſignificantibus 38. verſ. cum dicta littera ſuggeſto mendacio, fuerint impetrata, de officio judicis de leg. in quibus, & aliis ſimilibus juribus jam in princip. textus noſtri adductis, & à Sahagun. dict. num. 7. & à communi relata reſcriptum ad lites impetratum dolo vel malitia, nullam ipſo jure cenſetur. Decius in dict.
cap.

cap. cæterum num.25.in nova editione, Tyraquellus
in l.ſi unquam verb. revertatur num.105.verſ. 26.ff.
de revoc.donationib. gloſſa in cap. innotuit. verb nul-
lam de elect. plures refert Tyraquel. ſupr.num.243.
verſ. 76.fallit. & facit; quia ſi litteræ valerent, ipſo
jure magnum commodum conſequeretur impe-
trans contra deciſionem textus noſtri.
8 Quæ ſententia, etſi non impugnetur à Thoma
Sanchez dict.lib.8.de matrim.diſp.21.num.76. cum
Berojo late hic in 1. lect. à num.25. & 26.& 37.&
in 2. lectura num. 70. & gloſſa hic verb. nullatenus;
eo quod hic judex datus cognoſcit de validitate
reſcripti; & quia quælibet lex pœnalis, qualis
hic apparet, numquam vitiat ipſo jure actum, ſed
eorum ſententia locum habebit in reſcripto per
obreptionem, aut ſubreptionem ad lites obtento
ſine dolo, ut dixi in princ. textus noſtri, & ſub
quæſt. 1. Juxta quæ ex multis tradit hic Barboſa n.6.
& 7.ut ibi, retuli, ſecus inquam in reſcripto ad
9 lites doloſo, † quia ipſe num. 10. & Nicolaus
Garcia de beneficiis p. 6. c.2.num.202.cum gloſſa in
verb.taceatur in cap. ſi motu proprio de præbend.
lib. 6.Joanna Andrea hic, Berojo, & Decio n.18.
dicunt, ut ſubreptio non doloſa, ſive in tacendo
ſive in exprimendo falſum, non vitiet reſcriptum,
ſi alias Papa eſſet conceſſurus; ergo è contra,
ubi dolus interveniret, ſubreptio nullum redde-
ret ipſo jure.
10 Præmitto etiam ſecundo noſtri textus deciſio-
nem in §.nos igitur, procedere etiam efficacius in
reſcripto gratiæ ex prædicta ſubreptione doloſa
impetrato: etenim Pontifex comprehendit omnes
reſcriptorum ſpecies dolo impetratas; faciunt
etiam relata in hac quæſtione, & textus in cap. ad
aures in fine hoc tit. ibi: Vires nolumus obtinere,
cap. à Deo 17. verſ. cum enim in litteris, cap. conſtitu-
tus, verſ. quidquid factum eſt occaſione litterarum
irritum decernatis, cap. ad audientiam el. 2. verſ.
carere decernes, cap. in noſtra 32. in fine hoc tit.
dicto cap. ſi motu proprio de præb.in 2. p. de præbend.
lib. 6. cap. 1. & 2, verſ. veluti per ſubreptionem
obtentam de filiis Presbyterorum lib. 6. l. 1. verſ.
nihil videri impetraſſe, ff. de natalibus reſti-
tuendis & ex aliis juribus ſupra in princ. tex-
tus adductis, & in cap. ſi proponente hoc tit.
verſ. illud velnti fraudulenter obtentum dici-
mus non valere: ubi communiter Doctores;
etenim in reſcriptis ad beneficia gratioſis ſubreptio
etiam per ignorantiam vitiat, ut dixit Aymon.
conſ.68. n. 12.vol. 1. Barboſa hic dict. n. 10.
11 Et confirmatur; quia ſi ex dictis in principio,
& q. 1. atque in hac quæſtione doloſè ſubreptio
vitia quoad omnia reſcriptum juſtitiæ, ſeu ad
lites; quod ad obſervantiam juris communis
conceditur, & per jus inter partes adminiſtrari,
& ſervari jubetur l. falſo 2. cod. de diverſis reſcri-
ptis, & aliis adductis à Petro Greg. lib. 1. ſyn-
tagmat. c. 1. à n.14. à fortiori, & multo magis do-
loſa ſubreptio vitiare debet reſcriptum gratiæ,
ſive præter jus, per quod beneficia Eccleſiaſtica
impetrantur, tanquam ambitioſum, ut in cap.
quamvis 4. de præbend. lib. 6. verſ. cum ſint ambi-
tioſa, ſive contra jus commune, ut eſt privilegium,
& diſpenſationes, quæ ſunt odioſæ, ut in dict.
cap. 1. verſ. veluti odioſam, de filiis Preſbyteror.
lib. 6. ubi Doctores.
12 Jam ergo ad primam difficultatis partem, etſi
Abbas hic num. 2. Barbatius num. 25. Berojus in
1. lectura num. 7. & 8. exiſtiment deciſionem tex-
tus noſtri intelligi, etiam ſi reſcriptum contineat
plura capitula ſeparata; ſic ut omnia vitientur per
ſubreptionem doloſam in altero commiſſam: ta-
men alii exiſtimant oon procedere eorum doctri-
nam, quando partes ajuſdem reſcripti, ſunt om-
nino ſeparatæ; ſecus quando altera gratiæ pars
habet connexionem cum altera; quia eandem
cauſam, eundemque finem reſpiciunt; tunc enim
ſubreptio commiſſa in uno, ſolum vitiabit aliam;
quia ut hic Pontifex decernit, hæc irritatio eſt in
pœnam doli, & malitiæ, quæ non debet extendi
ad caſum omnino ſeparatum, † quia cum diver- 13
ſæ gratiæ abſque ulla connexione in eodem re-
ſcripto conceduntur, ſunt virtute duo reſcripta,
ac omnino per accidens, & materialiter unum,
ſic ex doctrina textus in cap. ſi eo tempore hoc tit.
lib. 6 reſcriptum ſubreptitium quoad benefi-
cium cum cura animarum valet, & tenet in alio
capitulo non ſubreptitio, videlicet quantum ad
beneficium ſimplex, & ſine cura animarum, do-
cent Decius hic in nova editione, notabili. 1. n. 7.
& 18. Felin num.2. Francus in dicto cap. ſi eo tem-
pore num. 4. Gutierrez lib.2.canonic. c.15.num 45.
Sanch.legendus lib.8.de matrim.diſp.21.n.61.& 71.
Ego tamen exiſtimo utramque ſententiam eſſe 14
veram ſub diſtinctione ſequenti nampe, ut ſecunda
ſententia procedat in ſubretiooe per ignorantiam
vel ſimplicitatem, commiſſam in aliqua parte, vel
in articulo reſcripti. Prima autem procedet, ubi
intervenit malitia, vel dolus impetrantis; quia
tunc quoad omnes partes etiam diſtinctas cor-
ruunt litteræ; quo caſu procedunt textus noſter:
ibi nullum ex litteris commodum, † cap. ſedes, 15
in verſ. tanquam mendax, ubi ſubreptio reſpiciens
certa negotia, ſeu perſonas, vitiat omnino re-
ſcripta quoad omnia, ibi, contenta dict. cap. con-
ſtitutus hoc tit. in verſ. litteras, & in verſ. quid.
quid occaſione litterarum. † Ubi ſubreptio com- 16
miſſa circa canonicatum, vitiat reſcriptum quoad
Præbendam: ſic Abbas hic.dict. num. 2. Cardinal.
& Maotua, num.4. Decius, & Martinus Vranius
num. 5. & ita diſtinguunt Tyraquellus, de pœnis
temper. cauſa 44.n.41. Perez in l. 5. verſ. ſubreptio
tit.12. lib.3.ordinam.pag.692.col. 2. Azeved.in l.3.
num. 14. tit. 14 lib.4. nova recopilat. Franchis in
dict. cap. ſi eo tempore num. 4. Abbas hic num. 5. &
in dicto cap. ſedes n.2. ubi Felinus num.2. Gutierrez
ubi ſupra Barboſa in dict. cap. ſi eo tempore num. 2.
ita conciliantes textum ooſtrum, & textum in l.
etſi legibus cod. ſi contra jus, vel utilitatem publi-
cam, cum textus in dict. cap. ſi eo tempore.
Alii inquam conſiderant ut ſi prædicta vera ſint 17
pro conciliandis diverſis ſententiis relatis ſed non
concludunt quoad iotellectum dict. cap. ſi eo tem-
pore; eo quod textus ille loquitur io reſcripto al-
ternativo, cum ibi ſuſtineatur reſcriptum ex eo
quod gratia facta fuit ibi ad beneficium, ſcilicet
cum cura animarum, vel ſine cura, ut patet
ex princ. illius textus, ibi: Si eo tempore, quo tibi
beneficium cum cura, vel ſine curà mandavimus
provideri, † & ob id ſuſtineri; quia in alterna- 18
tivis ſufficit alteram partem verificari, vel impleri,
ut probant jura, in l ſi ita quis 63. in fine. l. ſi quis
ita 129 ff.de verb. obligat. c.inter cæteras 4. junctis
traditis gloſſa, ibi, verbo iſtorum hoc tit. c. in alter-
nativis 70. & aliis adductis à gloſſa, ibi ff. de reg.
juris l.23.& 24.tit.11. p.5.l.13.tit.4.p.6. ubi notat
Gregor. verſ. alguna de ellas. † Ideoque in dicto 19
cap. ſi eo tempore, impetrans, ſi tempore im-
petrationis noo aſt legitimæ ætatis quoad ob-
tinendum beneficium curatum, videatur im-

petraſſe in ſolo ſimplici beneficio abſque ulla ſub-
reptione in eo reſcripto commiſſa; quare ſcriben-
tes exiſtimant interpretationem illam in verſ. *ego
tamen* divinatoriam eſſe ad textum *in dict. cap. ſi
eo tempore*, ut jam dixi eſt in ſe vera, nec aliter
poſſe componi diſſidia.

20 Ex dictis ergo dici debet in noſtro dubio prin-
cipali, ut omninò vitientur litteræ quando ſubre-
ptitia fuit per fraudem, vel malitiam; quamvis
ea non fuerit cauſa totius reſcripti, ſed ſolius for-
mæ ſpecialis: ſic docent Abbas *hic num.* 1 *notab.* 2.
Imola *num.* 6. Barbatius *num.* 24. Decius *in nova
edit. num.* 4 *notab.* 1. & *in cap. ſedes num.* 14. *hoc tit.
notab* 4. ſic probantes ex littera textus noſtri, ubi
expreſsè deciditur conſtito hoc diſcrimine inter
litteras ſic impetratas, & quando per ignorantiam
impetrantur ibi in ſuæ perverſitatis pœnam, nul-
lum ex illis litteris commodum conſequitur: &
cap. ſedes in fine eodem tit. in dicto verſ. *mendax
precator careat penitus impetratis*, *dict. l. etſi le-
gibus cod. ſi contra jus, vel utilit. public.* Sanchez
dict. lib. 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 65, & *à num.* 70.
dicens abſque dubio hanc doctrinam eſſe veram
ſive ea ſubreptio malitioſa contigerit, falſum ex-
primendo, ſive verum tacendo; quia expreſſis
verbis idem de utraque ſubreptione diſponitur
hic in verſ. *ſi qui priori modo.*

21 Unde venit diſceptandum dubium, an ſi re-
ſcripto provideri mandatur de beneficio curato ei
qui tempore datæ non ſit legitimæ ætatis, valeat ſi
tempore oblationis eam ætatem nactus ſit, & ne-
gativè reſpondent Sanchez *de matr. dict. lib.* 8.
diſp. 30. *num.* 41. cum multis Flamin. Pariſius *de re-
ſign. benef. lib.* 4. *quæſt.* 1. *à num.* 10. & alij Doctores
per textum *in dicto cap. ſi eo tempore.* in verſ. *cum
22 tempore datæ.* † Cui obſtat textus *in cap. ei cui*
20. in verſ. *ſed aliam de præbend.* 6. colligitur, ut
qui tempore datæ non erat habilis propter ætatis
defectum ad Sacerdotalem præbendam, poteſt
nihilominus eandem obtinere, ſi tempore va-
cationis ipſius ad legitimam perveniat ætatem.

23 Sed utcumque velis arguere *infra* ex deciſione
Capitulum Sanctæ Crucis hoc tit. & *cap ſanè de offi-
cio deleg.* an ad tempus præſentationis ſit attenden-
dum. Ego inquam ad propoſitum exiſtimo ſub
diſtinctione prædicta jura componi: nam ſi man-
datum, ſive reſcriptum exprimit qualitatem be-
neficij conferendi prout quando cavetur, ut con-
feratur Sacerdotalis præbenda, vel beneficium
curatum, tunc revera ad validitatem talis manda-
ti requiri ut tempore datæ ipſius impetrans habeat
ætatem requiſitam ad tale beneficium; ita ut ſi ei
deficiat, licèt ex poſtfacto tempore, quo ipſum
beneficium vacat in ea jam ſit conſtitutus, ta-
men illud obtinere nequeat juxta regulam non
firmatur *de regul. Juris lib* 6. cum multis adductis
per Caldas Pereira *de poteſt. eligendi cap.* 10. *num.* 5.
Menoch. *de ſucceſſ.* §. 10. *num.* 34.

24 Quare dicunt Flamin. *dicto. lib.* 4. *de reſignat.
quæſt.* 2. *num.* 15. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ
gloſſa* 2. *num.* 66. ut ſi poſt receptam ſupplicationem
litterarum, ſuperveniat habilitas; ut quia tunc
quis feciſſet ſe Clericali Charactere inſigni: tunc
collatio, vel reſignatio ab initio nulla non conva-
leſcat; quid in beneficiis attenditur capacitas
tempore datæ, ſeu præſentationis, Rota *deci-
ſione* 69. *p.* 3. *diverſ.* Marian. Antonius *variar. reſol.
lib.* 1. *reſ.* 19. *num.* 1. Barboſa *de officio, & poteſtate
Epiſcopi allegat.* 72. *num.* 78.

25 Quod non ſic procedit quando mandatum
eſt ſimplex, ac indefinitum ex eo; quia non ex-
primitur qualitas beneficij conferendi in ipſo, ſed
ſimpliciter injungitur, ut beneficium indetermi-
natè conferatur, tunc enim cui mandatum eſt
provideri, poteſt illud conſequi beneficium, ad
quod tempore vacationis, legitimam habet æta-
tem; licèt tempore datæ litterarum in ea conſti-
tutus non fuerit, † ea videlicet ex cauſa; quia
mandatum ita indefinitè, ac generaliter conce- 26
ptum à principio vires accipit, & ex poſtfacto
ſolùm agitur de illius executione, fuit enim *in
dicto cap. ei cui*, indefinitè injunctum, ut fie-
ret proviſio de Præbenda, † quare nihil mirum 27
ſi is cui gratia facta eſt poſſit ſpectare, & obtinere
etiam Sacerdotalem, ſi tempore ipſius vacationis
in ætate ad ipſam conſtitutus ſit; licet alias tem-
pore datæ adhuc eam non non habuerit; quia in
propoſitis terminis non agitur de viribus mandati,
ſed de ejus exequutione reſpectu cujus non tem-
pus datæ, ſed præſentationis, ac proviſionis inſpi-
citur: ita in terminis reſolvit, ac diſtinguit Bar-
boſa alia adducens *in dicto cap. ſi eo tempore n.* 51.
† Et ſic Dominicus *in dict. cap. ei cui numer.* 3. 28
Franchis *num.* 8. & reliqui ubi gloſſa verbo. *non
dum*, Rebuffus *in praxi tit. requiſita ad collatio-
nem à num* 32. Staphil. *de litteris gratiæ tit. de vi,
& effectu Clavis* §. *poſt. prædictas num.* 1. dicunt
tempus datæ.

Vera inquam eſt prædicta diſtinctio; ſed ut
clarior fiat intellectus *dict. cap. ſi eo tempore cum* 29
dict. cap. ei cui 20. *de præb.* judico, ut neceſſarium
præmittere quaſdam eſſe inhabilitates, & defectus
qui jure communi, & ſtylo Curiæ attento, im-
petrationi litterarum repugnant tam ad beneficia
obtinenda, quàm ad lites, veluti ſi impetrans ex-
communicatus exiſtit *cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *cap. ſi ab
excommunicato infra*, & faciunt quæ ſcripſi *in
cap. intelleximus de judic. cap. ad probandum
de re judic. cap. paſtoralis*, §. *verùm de ap-
pellat.* † Alias autem inhabilitates, ſeu defectus 30
qui ſolùm beneficii collationem reſpiciunt, ut ſi
defectus ſit minoris ætatatis, juxta textum *in cap.
cum injunctis* § *inferiora de elect.* † inter quas in- 31
habilitates illud maximè intereſſe; quia in priori-
bus conſiderandum eſt tempus datæ, cum conſtet
ex tali inhabilitate reſcriptum non valere, non
ſic in poſterioribus inhabilitatibus, in quibus tem-
pus præſentationis inſpicitur; dummodo in litte-
ris Apoſtolicis vitium ſubreptionis non detur;
quia ſi tale vitium ſubreptionis in impetratione
reperiretur, non tempus præſentationis, vel colla-
tionis inſpicietur, ſed tempus datæ conſiderabi-
tur: ita Barboſa *in dict. cap. ei cui* 29. *de præb. lib.* 6.
num. 5. ubi dicit ſic patere, ſi in ea ſpecie expendas
dari odium impetrentis, qui expreſſit, vel ſup-
preſſit aliquod neceſſarium ex regula textus *in c.
ex tenore hoc tit.*

Unde jam iterum dico textum *in dicto cap. ſi* 32
eo tempore, procedere quando in forma impetra-
tionis vitium ſubreptionis reperitur; textum verò
in dict. cap. ei cui de præbend. lib. 6. quando tale vi-
tium in forma impetrationis non datur, ut dicunt
Abbas *in dicto cap. dilectus de præbend. numer.* 8.
Felinus *in c. eam te hoc tit.* communis ſecundùm
Navarrum *in c. ſi quando hoc tit.* & expendit hic
ſecundo Barboſa prædicta duo jura, juxta proximè
explicatum à verſ. *unde venit in dict. cap. ei cui n.* 6.
ubi in fine ex doctrina Franci *ibi n.* 2. & Dominici
n. 4. † ait non refragari intellectui *dicti cap. ei cui* 33
textum

textum in cap. cum in illis in princip de præb.lib. 6.
quatenus *ibi* ſub nomine beneficii impetrationa,
curarum beneficium non venit ac proinda
videatur dicendum, quod nec comprehenda-
tur appellationc præbendæ Sacerdotalis. Quia
reſpondetur, ut etſi revera quando provideri
mandatur, proviſio non ſit facienda de beneficiis
curatis, gloſſa, *ibi*, verb. *provideri*, Anchar. Do-
minic. Franc. & *ibi*, cum aliis multis Barboſa *n.* 4.
34 *&* 5. † Ubi dicit regulariter appellatione benefi-
ciorum, non venire curata, & Dignitates ſicut per
illum textum docet Gigas *de penſion.quæſt.* 18. *n.* 9.
Corras. *de benef .part .1 .cap.5.num.4.* Franc. Marc.
deciſ. delphin. 525. *part.* 1. Petr. Gregor. *de benefic.
cap.6.num.* 4. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſa* 6.
ex num 1. & alii. † Tamen Barboſa concludit, *in*
35 *dict. num.* 5. ut veritas ſit, nempè quod appellatione
beneficii Eccleſiaſtici ex proprietate ſermonis, cu-
ratum beneficium comprehendatur. Sed hanc re-
gulam limitari juxta primam proximè adductum,
quando reperitur defectus intentionis in conce-
dente mandatum de providendo generaliter ad
beneficia, ſi litteræ ad impetrationem proviſi con-
cedantur, cum ea littera, *dict. cap. cum in illis lit-
teris*, expendat Barboſa eas fuiſſe datas ob ambi-
tionem, quam continent, & ſic dari intentionis
defectum in Pontifice, quo defectu prædicta be-
neficia excludi dixerunt Decius *in cap: poſtulaſti
hoc tit. num.* 6. Staphileus *de litteris gratiæ de modo,
& forma impetrandi in princ.*
36 Ubi *num.*6. advertit ſi litteræ motu proprio con-
cedantur merito beneficia curata includi, ut in illis
proviſio fieri poſſit; cum talia in rei veritate ſub
proprietate beneficii Eccleſiaſtici contineantur;
quia tunc ceſſat prædicta ambitio, ac proinde in-
tentionis defectus.
37 Inde inſero jam ad intellectum textus, *in cap.
ſi pro Clericis de præbend. lib.* 6. quatenus dicit va-
lere impetrationem beneficii curati; licet impe-
trans tempore datæ Sacrorum ordinum defectum
patiatur; eo quod ut dixi conſtet attento jure com-
muni; ut data ætate ſufficienti; ille ſit idoneus ad
curatum beneficium, qui in minoribus ordinibus,
vel prima Tonſura conſtitutus eſt, ex *cap.* 2. *de in-
ſtitut. cap. licet. Canon. de elect. lib.* 6. communis ut
Parochum de jure patronatus, verbo *honorificum
num.* 24. Rebuffus *in praxi tit. requiſita ad bonam
collationem num.* 34. Barboſa *in dict. cap. ei cui* 29.
num. 7. ubi addit proinde, ut ſuppreſſio deficien-
tium ordinum ſacrorum in impetratione beneficii
curati ſubreptionem non inducat, nec, vitiet, ut
textus habet.
38 Secundo inſero ad intellectum textus *in cap. ſta-
tutum in princ. hoc tit. lib.* 6. ut procedat etiam ſi
judex delegatus poſt tempus datæ deſinat eſſe Ca-
39 nonicus; † ſi modo talis erat tempore impetratio-
nis; quia habilitas requiritur tempore datæ, in quo
ſaltem in habitu juriſdictio conceditur; ob idque
ſi tempore datæ Canonicus exiſtat, cum tunc ha-
bilis ſit, merito delegatus eſſe poterit; licet ex
poſtfacto non ſit Canonicus: ita gloſſa in verb.
Canonicis, *dict. cap. ſtatutum*, de quo jam dixi in
princ. hujus textus circa finem ante primam quæ-
ſtionem.
40 Verum hoc, & ibi dictum limitat, & declarat
Barboſa *in dict. cap. ei cui* 29. *de præb. lib.*6. *in fine*,
non procedere, quando ille tempore datæ, habens
qualitatem requiſitam, deſinat illam habere, ob
aliquem defectum, vel incapacitatem ſuperve-
nientem, quæ repugnat juriſdictioni commiſſæ,
veluti ſi poſt prædictum tempus matrimonium ce-
lebraverit argum. textus *in c. unico de clerico conjug.
lib.* 6 & eorum quæ notavi, *in cap.*2. *de judic. & in
illo tit. & tit. foro compet.* † Sed non ſic dicen- 41
dum ait Barboſa ſi tempore datæ exiſtat excom-
municatus impetrans beneficium, & tempore col-
lationis ſit ab excommunicatione abſolutus. Quod
ultimum videtur impugnari ex dictis *ſupr.* in verſ.
vera inquam eſt; niſi explices quod impetrans
tempore datæ talis exiſteret, poſtea tempore col-
lationis jam erat abſolutus; eo quod in principio
fuit habilis, & in fine, licèt tempore medio ſcili-
cet datæ eſſet excommunicatus, & faciunt aliqua
infra in cap. 8. *de ætate ordin.*
Ad ſecundam quæſtionis partem an ſi reſcripti 42
ſubreptio contingat in quadam ejus parte, ipſum
vitiet, ſive cauſa ſit impulſive ſive finalis vide-
tur reſpondendum juxta dicta *ſuprà in princ. hujus
quæſtionis*, à verſ. *jam ergo ad primam*, quatenus
ibi dixi de ſubreptione in articulis ſeparatis; ſeu
conneai, itaque Sanchez *in dicto lib.* 8. *de matr.
diſp.* 21, *à num.* 13. & 56. cum Abbate, Felino,
Decio, Franco, Bellamera, Bartholomæo, So-
cino, Corneo, Pelaia, & Tyraquello, ait, ut
quoties ſubreptio contingit in cauſa finali, ſive
reſcriptum unicam, aut indiviſibilem partem con-
tineat, aut ſi duas partes claudat, & ſubreptio in
cauſa utriuſque finali contingat, ac ideo illa non
exiſtente, nec totum, nec pars concederetur, tunc
omninò reſcriptum ſit nullum, non habito diſ-
crimine ullo inter, ſive per ignorantiam, aut
ſimplicitatem, ſive per fraudem, aut malitiam
ſubreptio contingat, ut probat ex textu noſtro in
verſ. *ſi vero per hujuſmodi*, ubi textus agens de ve-
ritate ſuppreſſa, aut falſitate expreſſa per igno-
rantiam, ſive ſimplicitatem, quando ea ſubre-
ptio eſt cauſa totius reſcripti, ſic ait: *Si vero per
hujuſmodi falſitatis expreſſionem, vel ſuppreſſio-
nem etiam veritatis litteræ fuerint impetratæ, quæ
tacita vel expreſſa nonnullas litteras dediſſemus à
delegato non eſt aliquatenus procedendum*: ſic ſentire
videtur cum infinitis, quos ſupra retuli in alia
quæſtione Barboſa *hic n.* 12. & in confirmationem
adducit Sanchez caſum textus *in dicto cap. conſti-
tutum* 19. *hoc tit.* ubi ejus factum refert, ex eo
nam etiam quando à principio fuiſſet validum
exiſtente cauſa finali vera corrueret, ſuperveniente
ceſſatione ejus cauſæ.
Quod ſubreptio per ignorantiam, ſive ſim- 43
plicitatem admiſſa fuerit, ſive tacendo verita-
tem, ſive exprimendo falſitatem, non fuit
cauſa finali totius reſcripti, ſed partis illius,
quia explicita veritate, non concederetur ea
reſcripti pars, aut reliqua concederetur, uti-
que non vitiari totum reſcriptum, ſed ſolam eam
partem in qua eſt ſubreptio docent Abbas *hic n.* 5.
*& in dicto cap. ſedes num.*2. *hoc tit.* Felin. *ibi num.*2.
Franeus *in d.cap. ſi eo tēpore hoc tit.lib* 6. Gutierrez
*Canonic.lib.*2.*cap.* 25. *num.* 45. Sanchez *dicta diſpu-
tat.* 21 *n.*61. ſequenti exemplo expendens, † quia 44
ſi quis v g. impetravit reſcriptum contra debitorem
ſuum aſſerens ex ignorantia de conſuetudine gratiæ
cauſas tractari ſimpliciter, & de plano; cum ta-
men id falſum eſſet, & ſic propter talem nar-
rativam Pontifex commiſit cuidam cauſam ſim-
pliciter, & de plano tractandam, quia tunc ni-
hilominus litteræ valebant quoad commiſſionem
illi Judici factam ita ut virtute illarum queat de-
legatus procedere in forma communi, ſed dicunt
præcisati ut non valeant litteræ quoad ſpecialem

illum procedendi modum ex eo, quia ſubſtantia illius reſcripti eſt ipſa juriſdictio; forma autem accidentalis eſt ille procedendi modus ſpecialis quem Pontifex delegato conceſſit: unde cum ſubreptio in hoc caſu abſque dolo contigerit, fueritque cauſa ſolius formæ, quæ à reſcriptis ſubſtantia poteſt ſeparari; quid mirum ſi ipſam ſolam formam vitiet, & non alias, ut expreſſe hic in textu noſtro per quam ſic agnoſcunt communiter Do-
45 ctores relati, & alii communiter. † Et de hoc circa cauſam impulſivam plura congerit videnda ex multis idem Sanchez *dict. diſp.* 21. *n.* 73. & 74. ubi *num.* 72. ait ut ſiquis v.g. impetret diſpenſationem voti caſtitatis, ac peregrinationis Hieroſolymitanæ, allegata ſcienter falſa cauſa circa alterum; vera autem circa aliud votum non vitiari diſpenſationem circa utrumque, ſed circa illud in quo cauſa fuit falſa; quia ſunt diſpenſationes omninò ſeparatæ, ſecus ſi duplicis impedimenti ad nuptias, ſcilicet caſtitatis, conſanguinitatis; quia tunc ſubreptio vitioſa in altero, vitiabit totam diſpenſationem, cum ſit reſcriptum ad eandem cauſam, eundemque finem reſpiciens, & quoad utramque partem cenſebitur prorſus unum ita Decius *hic in nova edit. notab.* 1. *num.* 7. & 18.
46 † & idem de dolo circa cauſam impulſivam videtur colligi ex generali doctrina textus noſtri, ubi gloſſa verb. *nullatenus*, Innocentius, Joannes Andras *num.* 22. Imola *num.* 5. Barbatius *num.* 24. Decius *in cap. ſedes hoc tit. in nova edit. num.* 14. *not.* 4. Sylveſter verbo *reſcriptum quæſt.* 6. & 7. Cordub. *quæſtion.* 45. Gutierrez *libro* 2. *Canonic. cap.* 15. *num.* 134.

47 Unum pro complemento hujus dubii notabis ut ſi à negotio, circa quod commiſſa fuit illa ſubreptio non doloſa, dependeant alia negotia, tanquam acceſſoria; tunc enim etiam ſi in his non ſit ſubreptio, corruent pereunte principali, ut dicunt. Abbas *in dict. cap. ſedes hoc tit. num.* 4. Felinus *ibi num.* 2. Francus *in dict. cap. ſi eo tempore num.* 4. *hoc tit. lib.* 6. Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 63. qui longè diſputat *ibi diſp.* 30. & *ſub. n* 13. ubi an evaneſcat diſpenſatio, ceſſantibus poſtea diſpenſationum cauſis per textum *in cap. generaliter* 16. *quæſt.* 1. *cap. tua, de Clericis non reſidentibus cap. Abbate in fine de verb. ſignif.* ex quibus conſtat revocari gratiam, privilegium, ceſſante cauſa & ex *l. tranus* 72. verſ. *ſed cum duo ff. de fide juſſorib.* ubi dicitur quadam obligationem extingui per rationem textus in verbis ibi: *Ut quemad modum incipere alias non poſſunt; ita nec remaneant*, ubi leges gloſſa verb. *remaneant*, & alia infinita, quæ congerit idem Sanchez *dict. n.* 14. cum infinitis, quos refert.

48 Ad tertiam quæſtionis partem, an doloſa reſcripti ſubreptio in parte tantùm ipſius inducat ipſo jure irritationem, ſatis, & plenè reſponſum præbebis ex dictis *ſuprà in tota hac quæſtione*, & *à n.* 1. & 34. quare amplius non inſiſto.

49 Ad quartam quæſtionis partem de diſpenſationibus, ac cæteris gratiis videtur reſpondendum, ut non ſint ipſo jura irritæ omninò, quando ſubreptio fuit doloſa, circa alterius ſolam partis cauſam finalem, quæ vitio caruit, niſi adſit Judicis declaratio: nam ſi v. g. quis impetraverit diſpenſationem in voto caſtitatis, & conſanguinitatis ad ducendam conſanguineam; allegato autem incontinentiæ periculo, quod legitimam diſpenſandi in voto cauſam probet, & falſa fœminæ paupertate ſcienter, quæ cauſa eſt diſpenſandi in conſanguinitate, videtur ut valeat diſpenſatio in ea parte, in qua conſtat de cauſa vera, ſolumque irritetur in cauſa falsò expreſſa: ita docet, & expendit Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 78. ex eo quia textus noſter non decidit, ut ratione ſubreptionis doloſæ in altera gratiæ parte, reddatur altero quoque ſubreptitia, ut vel ſic per neceſſariam conſequentiam deducatùr alteram partem fore ipſo jure in utroque foro irritam, ſed tantùm decidit, ut debeat impetrans carere alterius partis commodo, quæ alias utilis erat, & non quomodocumque decidit debere eo commodo carere, ſed in doli pœnam, † at ſic eſt quod pœ- 50
na non incurritur ipſo jure, niſi quando ea expreſsè in ſtatuto reperitur, ut notant Doctores *in cap. in pœnis de reg. Juris lib.* 6. ergo cum in textu noſtro nullum reperiatur verbum, quo irritetur diſpenſatio pro ea etiam parte, in qua non ſtetit doloſa, ſequitur, ut pœna in eo ſtabilita non extendatur; non enim pœna incurritur, niſi poſt Judicis ſententiam, ſequitur ergo, ut pars utilis reſcripti, & diſpenſationis, non reddatur nulla propter aliam partem doloſam, cum de hac ſolùm ſenſiſſe videatur textus noſter ex regula Juris *utile, vel inutile non debet vitiari*, de qua dixi *infra de confirm. utili, vel inutili*, item & ex aliis fundamentis probari queit relatis *ſupra*, in verſ. *jam ergo ad primam.*

Verùm ego ex *ibi* dictis contendo juxta men- 51
tem textus noſtri, ut quoties dolus, & fraus intervenit in aliqua parte reſcripti totum vitietur juxta qua dixi in dicto verſ. *jam ergo*; ſtaut etiam in foro conſcientiæ ſit irrita diſpenſatio quoad eam partem, in qua non fuit ſubreptitia, ſcilicet quoad votum caſtitatis in exemplo num. præced. relato; etenim ut jam ſæpius dixi litteræ gratiæ potius irritæ ſunt ipſo jure, interveniente dolo, quam litteræ Juſtitiæ; ſed iſtæ ſunt etiam irritæ, ut jam dixi loco citato; ergo.

Nec obſtat dicere quod textus noſtri conſtitu- 52
tio eſt pœnalis, & ſic eam deſiderare Judicis declarationem, ut pœna incurratur ſecundùm aliqua quæ dixi *ſuprà in cap. penult de conſtit.* ubi egi de natura legis pœnalis; quia reſpondeo, ut in præſenti non adſit pœna privans impetrantem res ibi jam quæſita, quod propria pœnæ ratio petit ideoque ſententia Judicis indigeat, ſed ſolo lucro acquirendo privatur impetrans, & id vel voluntate concedentis, qui eam eſſe explicuit in textu noſtro; quatenus dixit ut doloſus impetrans nullum, ex litteris commodum conſequatur.

Ad quintam quæſtionis partem an clauſula 53
motu proprii in gratiis, & diſpenſationibus appoſita ſuppleat ſubreptionis vitium; & quia de vi, & effectibus clauſulæ *ex certa ſcientia*, quæ multùm tendit ad clauſulam motus proprii dixi latè in *Rubrica de confirmatione utili, vel inutili*, etiam circa reſcripta, & gratias: & hac noſtra clauſula motus proprii ſcribant Doctores per textum *ibi in cap. ſi motu proprio de præb. lib.* 6. Vitalis de Camban. *in tr. clauſul. pag.* 13. *col* 1. Celſus Ugon. *in ſimili tractatu* verbo *motu proprio non tollit pagina* 482. Riccius *collect. deciſ. p.* 2. *collect. deciſ. p.* 2. *collect.* 400. & *p.* 4. *collect.* 954 Mata *de clauſul. p.* 1. *clauſula* 32. & Barboſa *de clauſulis clauſul.* 79. cum aliis 27. DD. qui alias plures referunt, † ideò 54
ad propoſitum, & breviter in præſenti reſpondebo, ut licet clauſula *motus proprii*, nunquam præſumatur, ut tradunt Maſcardus *de probat. concluſion.* 1075. Barboſa *ſuprà num.* 9. ex doctrina *dict.*

cap.

cap. ſi motu proprio; eoquod hæc clauſula debet
eſſe ſcripta manu propria Principis concedentis,
Barboſa *num.* 4. ubi dicit quod noo poſſit eſſe al-
terius inferioris, ut multis probat Meoochius *de*
ſucceſſione tit. de potent. lib. 1. §. 6. *num.* 13.
55 † Et quod nec teſtibus poſſit motus proprius pro-
bari, ut docent Monata *de commut. ultimar volunt.*
cap. 6. *num.* 168. Vitalis de Camp. *ſub. num.* 2. Celſus
Ugol. *pag.* 183. *col.* 1. Sanchez cum aliis *lib.* 8. *de*
matrim. diſp. 21. *num.* 6. etſi revera quando ſcriptu-
ra amittitur, in qua dicebatur prædictam clauſu-
lam ſtare teſtibus queat probari io fuiſſe hanc
clauſulam, Sanchez *ſupr. dict. num. 6. ad finem*,
Moneta *dict. cap.* 6. *num.* 168. Barboſa *num.* 11. qui
num. 16. ait ut hæc clauſula tollit ſubreptionis vi-
tium *ex dict. cap. ſi. motu proprio* ubi ipſe etiam, &
Doctores *in clem. ſi Romanus de præb.* Gabriel *tit.*
de clauſulis concluſ. 1. *num.* 21. & *concluſ.* 2. *num.* 24.
Marcheſanus *de commiſſionib. p.* 2. *pag.* 36. *num.* 85.
in 2. *impreſ.* Suarez *de legib. lib.* 8. *cap.* 12. *num.* 11.
Mooeta *ſuprà cap.* 6 *num.* 157. Alex. Trentacinq.
variar. reſolut. tom. 1. *lib.* 1 *reſol.* 5. *tit. à num.* 36.
& alii per relatos.
56 Unde ad difficultatem reſpondeo, ut prædictâ
clauſula taliter ſuppleat ſubreptionis vitium in re-
ſcriptis, & diſpenſationibus, ut licèt aliàs vitium
illud neceſſario eſſet explicandum adhuc tacitur-
nitas non ſit impedimento; quominus diſpenſatio
procedat: ita docet in terminis cum infinitis Tho-
mas Sanchez *de matrim. dicto lib.* 8 *diſp.* 21. *à n.* 47.
57 *ad* 52. † Quare benè probant Doctores per tex-
tum *in dict. cap. ſi motu proprio*, ut ea clauſula adje-
cta in reſcripto, tollat ejus ſubreptionem; licet de
beneficio obtento, nulla mentio reperiatur, ubi Do-
ctores *in dict. clem. ſi Romanus*, in illis verbis: *Si*
Romanus Pontifex de beneficio alicui motu proprio
provideat beneficiis, quæ obtinet, nulla habita men-
tione, proviſionem, ſeu gratiam hujuſmodi fore va-
58 *lidam declaramus*, ubi gloſſa verb. *validam*, ait
quoad vitium ſubreptionis, † ex ea ratione quia
cum ea gratia ex mera liberalitate Principis pro-
cedat, præſumitur fore, ut veritate conſcius æquè
etiam concederet, & probant infiniti relati à San-
chez, & à Barboſa *in dict. c. ſi motu num.* 8. addens
eam etiam, quia ſtante ea clauſula, non deficit in-
tentio in concedente, ut gratia ſuum conſequatur
effectum: ubi intelligit illum textum procedere,
etiam præcedente aliqua partis petitione, ut faten-
tur Gomez. *in c.* 1. *hoc tit. num.* 19. Rebuf. *in con-*
cordatis tit. de forma mandati, verbo *motu proprio*
Covar. dicens communem *in cap. alma mater p.* 1.
§. 7. *numer.* 2. Menochius *de arbitr. caſu* 201. *à*
num. 81.
59 Itaque dicendum eſt ot ſi motus proprius con-
ceſſus eſt ad inſtantiam partis idem operetur, quod
motus proprius conceſſus ex mera liberalitate Prin-
cipis: Gambara *de offic. leg. lib.* 8. *à n.* 61. Seraphin.
deciſ. 365. *num.* 1. & 2. cum aliis Barboſa *dict. clau-*
ſul. 79. *num.* 7. ubi ex Rota reprehendit Alexand.
conſ. 112. *lib.* 7. in verbo *inſerta*, Pariſ. *conſ.* 1. *n.* 76.
libro 1. Bellamera *conſuetud.* 33. *numero* 22.
& 23.
60 Quod ſi dubites quando dicatur gratia motu
proprio conceſſa, reſpondeo ot ſic dicatur quando
Pontifex expreſſit in litteris ſe proprio motu con-
cedere, ut obſervant Doctores *in dict. c. ſi motu*
proprio, Sanchez *dict. diſp.* 1. *num.* 6 *in princ. dict.*
lib. 8. Moneta *dict. cap* 6. *de commut. ultim. volunt.*
num. 168. & alii per eos. † Et in tantum procedit,
61 ut licèt conſtet ab impetrante ita motu proprio pe-
titum, nihilominus Pontifex dicatur motu proprio
ſuo reſcripſiſſe; quia hæc non repugnant, ſed ſig-
nificant Pontificem illis verbis; non illa petitione
ſed proprio motu ductum, ut tenent Decius *in*
c. 2. *num.* 13 *hoc tit.* & *conſ.* 51. *num.* 3. Anaſtaſ. Ger-
mon. *de indultis Cardin.* §. *non itaque num.* 5. Meno-
chius *ſupr. n.* 79. cum aliis Barboſa *dict. clauſul.* 79.
num. 6. & 3. plures hujus clauſulæ effectus ſcribens
in ſequentibus numeris.
Sed prædicta concluſio limitatur primo, ut ea 62
clauſula non tollat ſubreptiooem in tacenda inhabi-
litate perſonæ ut ſi v. g. beneficium obtenturus ſit
irregularis, vel careat legitima ætate. † Secundo
quando taciturnitas illa jus tertii reſpicit; oon enim 63
tollit jus alteri ſpectaos; quia prædicta clauſula jus
io re, vel ad rem alteri quæſito minime aufert
etiam ſi præjudicium hoc verſaretur in ſola poſ-
ſeſſione, cujus notitiam non haberet Princeps † 64
Tertio niſi clauſula intrinſeca beneficio taceatur;
quia tunc gratia noo valet, noo vitium obre-
ptionis, ſed quia noo apparet de concedentis vo-
luntate. † Quarto quando ſubreptio procedit ex 65
re ipſa non enim motus proprius tollit, quominus
poſſit dari de ilia quibus cum multis Sanchez *dict.*
lib. 8. *de matrim. diſp.* 21. *à num.* 47. Barboſa *dicta*
clauſula 79. *à num.* 18. qui ambo cum aliis quin- 66
to limitant, quoties ſubreptio contingit ex falſa
cauſæ expreſſione, quæ obreptio dicitur, ſecus ſi
verùm taceatur, cujus differentiæ rationem ipſi ex
multis dicunt *ibi*, quam jam *ſuprà* ego aſſignavi in
textu noſtro † imò etiam dixi jam cum multis 67
quod clauſula *motu proprio* in gratia adjecta, non
inducit diſpenſationem, nec ut tollat alias ſubre-
ptiones, quæ diſpenſatione indigent, & multis jam
probavi in textu noſtro, & tradit gloſſa *in dicta*
clem. ſi Romanus, ubi Doctores, & Barboſa cum
multis *in dict. cap. ſi motu proprio numero* 13.
& 14.
Notabis verò quod etſi clauſula motu proprio 68
nonniſi à Principe, concedatur: tameo ſi ſub ea
legatus de latere diſpenſet, valeat diſpenſatio ſi-
cut valet ea poſita à Pontifice, ſive Principe; quia
eodem modo tollit ſubreptionem, docet gloſſa
recepta *in cap. fin.* verb. *mentio* de officio legati
lib. 6. aliis allegatis, Rebuffus *in concordatis in for-*
ma mandati ſuper hac clauſula effectu 29. Sanchez
dict. diſp. 21. *num* 48. Monera *dict. c.* 6 *de commut.*
num. 58. Barboſa *dict. clauſula* 79. *num.* 17. † qui 69
ambo, & Gabriel *ſupra concluſ.* 2. *num.* 7. dicunt
hunc effectum habere hujuſmodi clauſulam, non-
modo in beneficialibus, ſed etiam in omnibus
conceſſionibus, gratioſis.
Quare ſi dubites an hæc clauſula ſimili modo 70
procedat io facultatibus Regiis quibus datur li-
centia poſſeſſoribus majoratus ad alieoanda, ſive
pignoranda bona ipſius noo obſtante contraria
inſtitutoris prohibitiooe; reſpondeo & ſimili modo
operari, ſicut jam dixi in aliis diſpenſationibus;
quia ut ait Noguerol. *allegat.* 32. *num.* 211. cum
eodem Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. &
aliis clauſulæ *motu proprio*, & *ex certa ſcientia*, in
facultate Regia appoſitæ excludunt abſque du-
bio vitium obreptionis, & ſubreptionis. † Nec
obeſt dicere ut noo procedat quando facultas 71
fuit impetrata dolo, & fraude; idque ut non
debeat valere etiam ſi adjecta ſit clauſula *de ple-*
nitudine poteſtatis, Juxta ea, quæ tradunt Fr.
Eman. Rodrig. *quæſt. regul tom.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 15.
Barboſa *clauſula* 41. *num.* 38. quin hoc erit verum
juxta limitationes adductas, nempe ut clauſula ea
non

non ſuppleat inhabilitates, & defectus perſonales ipſius impetrantis, veluti ſi Spureus excommunicatus, vel Bigamus ſit; vel defectus naturales ex cauſa naturali deſcendentes; aliter enim procedere dico in defectibus procedentibus ex omiſſa ſolemnitate juris poſitivi, ut advertunt præcitati applicabis nonnulla quæ dixi de impetratione harum facultatum *ſupra in cap.* 3. de quibus Molina, & Additionatores latiſſimè *lib.* 4. *de primogeniis cap.* 4. *à numero* 28. & *cap.* 4.5. & in aliis per totum.

72 Et generaliter pro complemento notabis quod in dubio præſumitur reſcriptum conceſſum ad poſtulationem partis, & non motu proprio; quia nunquam talis clauſula præſumitur Barboſa *in dict. cap. ſi motu proprio*, cum Tyraquello, Valaſco, & Maſcardo, ubi *num.* 4. quod gratia conceſſa motu proprio eſt latè interpretanda, ſic Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *n.* 5.

QUÆSTIO V.

An in dubio præſumatur dolus, & fraus in impetratione reſcripti gratiæ. ſeu diſpenſationis. Et an in dubio præſumatur valida diſpenſatio. Et an ſi contingat reſcripti ſubreptio ex dolo curialis, ſit nullum. Et an taciturnitas ex ignorantia probabili excuſet à ſubreptione in foro conſcientiæ.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum in dubio potius intelligitur impetratum ex ſimplicitate, quam dolo.*
2 *Dolum allegans contra reſcriptum, debet illum probare.*
3 *Dolus, vel calumnia, non debet præſumi, nec dolus in ſubreptione reſcripti*, n. 4.
4. *Excipiens de ſubreptione, aut obreptione tenetur probare.*
5 *Subreptionis exceptio non cenſetur ſublata; licèt per Principis reſcriptum tollantur omnes exceptiones.*
6 *Exceptio ſubreptionis eſt dilatoria, & eſt probanda ante litis conteſtationem.*
7 *Dolus, malitia conſiſtit in animo, probaturque indiciis, & conjecturis, & judicialibus præſumptionibus*, n. 8.
9 *Dolus an intervenerit, Judex arbitrabitur, nisi impetrans dixerit falſum in proprio facto, vel longinquo tempore geſtum.*
10 *Dolus ſecundùm aliquos potius præſumitur in litteris gratiæ, quàm juſtitiæ, & de ratione differentiæ*, n. 11. 12. *& quod æqualiter in utriſque procedat*, n. 13.
14 Cap. accedens de crimine falſi.
17 Cap. ſi proponente hoc tit.
16 *Reſcriptum ad beneficium, in quod impetrans dixit ſe aliud non habere, cum tamen haberet, eſt ſubreptium, ut dolo impetratum eo quod debuit mentionem facere de alio etiam exiguo.*
17 *Proceſſus futurus nullius eſt momenti oppoſita ſubreptione, vel obreptione.*
18 *Ignorantia probatur juramento impetrantis reſcriptum.*
19 *Diſpenſatio ad matrimonium in dubio eſt valida*, & n. 22. *licèt* n. 20. *alii contra teneant, quorum fundamentis reſpondetur* n. 22. 23. & 24.
20 *Culpa eſt rem dubiam attentare, ſi dubium eſt practicum, non ſi ſpeculativum, ut* n. 23.
21 *Pontifex committit ordinario, ut diſpenſet ad matrimonium*, ſi preces veritate nitantur: *explicatur* n. 24.
25 *Diſpenſatio vinculi ſub dubio propoſiti, ut v. g. an votum emiſerit, num valeat: diſtingue ut* hic, & n. 26.
27 *Debiti remiſſio non valet obtenta falſa paupertate expreſſa.*
28 *Conceſſio intelligitur juxta preces in ſupplicatione narratas.*
29 *Reſcriptum non dicitur ſubreptitium, ſi curialis mutavit veram narrativam factam ab impetrante; niſi in eo in quantum mutatio falſa fuit cauſa finalis conceſſionis* n. 31. *licèt contra alii*, n. 30.
31 *Curialis ſollicitator mutans narrativam, non ſic operatur ad ſubreptionem, ut ipſe impetrans verum tacens aut falſum exprimens.*
32 *Reſcriptum impetrare poteſt alius pro alio ſine mandato, ut gratia valeat ſecùs ad effectum inquiſitionis*, n. 33.
34 *Taciturnitas ignorantia probabili excuſat à ſubreptione niſi, contingeret in qualitate, quam jura jubent exprimi*, n. 35. *expende, ut* n. 36. & 37.
36 *Impetrans beneficium non tenetur facere mentionem de aliis, ubi ignorat habere illa*, n. 41.
37 Cap. ad aures, cap. ſi proponente hoc tit. cap. ſi motu proprio hoc titul. lib. 6. & n. 41. & 45.
38 *Beneficium collatum abſenti, non acquiritur ei, donec deceptet, nec vacare dicitur abſentis morte*, n. 39. & 45.
40 *Impetrans in beneficialibus facit mentionem de jure ad rem.*
42 *Taciturnitas excuſat à ſubreptione, juſta ignorantia, ſi ſit ſine tertii præjudicio, & aliis duobus concurrentibus*: n. 43. & 44.
46 *Taciturnitas ex ignorantia probabili, & ſine præjudicio, excuſat à ſubreptione in foro conſcientiæ.*

AD primam difficultatis partem, ſuppoſitis quæ jam dixi *ſupra*, an in dubio præſumatur cauſa finalis, ſeu impulſiva. Nunc breviter 1 reſpondeo ſumendo argumentum ex textu *in cap. ad audientiam de homicidio*, & ex regula in dubiis, *de reg. juris*, in quibus dicitur in dubiis eſſe benigniorem interpretationem amplectendam, ita & hic taliter, ut non præſumatur doloſè reſcriptum impetraſſe, qui exprimens falſum, aut tacens verum, illud eſt conſequutus; cum potius præſumatur feciſſe id ex ſimplicitate, vel ignorantia; quia cum dolus, vel fraus delictum contineat *l.* 1. §. *plane ff. de tutelo & rationib. diſtrahend.* non eſt cur in dubio ea interpretatio ſit admittenda, ſed fugienda juxta regulam, *l. merito ff. pro ſocio cap. fin. de præſumpt. cap. tota miſericordia de regul. juris infra*, ubi gloſſa *cap. præſumitur ignorantia eodem titi. lib.* 6. gloſſa noſtra *hic* verb. *priori modo* Ambroſ. *de lign. num.* 26. Abbas Felio. & Imola *numero* 5. & 7. Baldus *à num.* 20. Mantica 19 Anton. & Butrio *num.* 44. Barbatius *numero* 55. Sahagun,

Digitized by Google

Sahagoo, & Berojus num 7. in 2. lectura, Didacus
Perez in l. 6. tit. 12. lib. 3. ordinam. quæſt. 34. & alii
relati à Thomas Sanchez de matrim. diſp 21. n. 98.
lib. 8. Pelaez de majoratibus in 1. editione 2. p. q. 8.
fin. & q. 9. fine.

2 Unde venit dicendum ut alleganti dolum con-
tra reſcriptum, incumbat probatio ex regula tex-
tus in l. quoties 18. verſ. qui dolo ff. de probat.
juncta l. ait Prætor. 10. §. ita demum, verſ. cæte-
rum, ff. quæ in fraudem cred. cap. 1. de ſcrutin. in
ordine fac; verſ. cum illum, junctis traditis à gloſ-
ſa, ibi Baldus num. 10. & gloſſa hic relata, Inno-
cent. & Imola num. 8. Berojus, & communis ab
eo relata num. 70. Sahagum num. 13. Joannes Gu-
tierrez conſ. 9. num. 7. Grammaticus deciſ. 60. n. 6.
Maſcardus de probat. concluſ. 532. Menochius de
præſumption. lib. 3. præſumpt. 3. num. 14 Odeodon
conſ. 100. num. 32. volum. Buccaran. de differentiis
inter judicia civilia, & crim. differentia 161. n. 6.
Mantica de conjectur. ultimar. volunt. lib. 2. tit. 7.
3 num. 1. † ob id quia dolus, vel calumnia præſumi
non debet ex jam relatis juribus l. dolum cod. de
dolo, l. cum qui temere, ubi Barbosa num. 26. ff.
de judiciis ideo ſubreptionem non præſumi do-
loſam, dixerunt bene jam ſupra adducti, & Fla-
minius de reſignatione lib. 10. quæſt. num. 8. Surdus
deciſ. 307. num. 17. † Et ſic nec dolus in ſubre-
4 ptione reſcripti, Tyraquel. de præſcription. §. 1.
gloſſa verb. ſed. quod pag 87. unde obligatos eſſe
excipientes de ſubreptione, & obreptione ad
probandam exceptionem, ut dixerunt Maſcardus
de probat. concluſ. 1123. num. 11. Alex. Raudens
conſ. 26. num. 26. volum. 1. Baptiſt. Leonel. tract. de
ſubrept. reſcriptor. quæſt. 13. art 1. & 2. Barboſa
5 hic num. 19. & 20 † ubi addit quod ſubreptionis
exceptio non cenſetur ſublata, licet per reſcri-
ptum Principis tollantur omnes exceptiones:
idem docet Aymon conſ. 68. num. volum. 1. † qui
6 conſ. 79. num. fin. aſſerit ſubreptionis exceptionem
dilatoriam eſſe, & apponi, ac probari debere
ante litis conteſtationem; pro quo dicto faciunt
quæ dico infra ſub Rub. de exceptionib. & alibi
ſæpius.

Sed obſtat dicere quod dolus, & malitia con-
7 ſiſtit in animo; & quod ob id videatur impoſſibi-
lis ejus probatio, cum ſolus Deus ſit cordium
ſcrutator, & ſecretorum cognitor. c. erubeſceant 11.
in fine 32. diſt. cap. unico, verſ. de oculis ut Eccle-
ſiaſt. benef. ſine diminutione conferantur, ſicque Me-
nochius de arbitrar. caſu 116. num 21. dixit & inter
ea, quæ difficilem habent probationem comme-
morat dolum; ſed quia gloſſa hic verbo nullae-
nus in fine, ubi latè Abbas num. 7. Berojus hic dict.
num. 70. Thomas Sanchez dict. lib. 8. de matrim.
diſp. 21. dicto num. 68. † dicunt dolum præſumi ex
8 variis circunſtantiis, quod ex indiciis, & con-
jecturis, ac judicialibus præſumptionibus animum
declarantibus ſufficienter probari poſſit, juxta
textum in l. dolum 6. juncta gloſſa verbo convenit
cod. de dolo malo, l. dolus 8. cod. reſcind. vendit.
ubi notat gloſſa, & Albericus plures referens con-
jecturas, ex quibus dolus probatur vel non; &
ibi Alex. juncto cap. ſita 2. & aliis traditis à gloſſa
in cap. accedens de crimine falſi, & à communi,
ſupra, & relati Sahagun. dict. num. 13. ſequitur ut
licet dolus nequeat vere probari, bene tamen ex
iodicii, † quod Judicandum ſpectabit ad judicem,
9 an ille dixerit falſum in proprio facto, an in alieno,
an factum ſit proximo, vel in longinquo tempore
geſtum, ut vel ſic præſumatur ſcientia: & an lit-
teræ ſint magni, aut modici momenti, ut docet
Sanchez ſub dict. n. 68.

Et licet communis relata reſolutio videntur tan- 10
tum procedere io reſcriptis Juſtitiæ, in quibus fal-
ſitas expreſſa, vel veritas ſuppreſſa in dubio
non præſumitur doloſa, dict. cap. accedens de crim.
falſi, niſi illa reſcripta contineant clauſulam inſo-
litam & contra communem ſtylum Curiæ, ut in
cap. 2. hoc tit. non vero in litteris gratiæ, in quibus
potius per malitiam, & dolum præſumitur ſubre-
ptio commiſſa ex cap. ſi proponente, & aliis hoc tit.
& doceant ita Menochius dict. caſu 201. à num. 4.
deciſio Rotæ 4. hoc tit. Innocent. in cap. dilectus el. 2.
iſto tit. Felinus num. 5. Berojus dicto num. 70. Abbas
num. 7. Bellamera in princ. Sahaguo. & ab eo re-
lati, dicto num. 13. hic aſſignantes differentiæ ratio-
nes; quarum præcipua, & magis communis ea
nempe eſt, † quia in reſcripto Juſtitiæ, ſeu ad lites 11
Judex duntaxat datur, qui facile adiri poteſt, &
à contraria parte, ſi ſuſpectus ſit recuſari, ut in l.
apertiſſimi 15. & aliis adductis à gloſſa 2. ibi Cod. de
judic. juncto cap. cum inter 5. de exceptionib. cap.
quod ſuſpecti 15. 3 quæſt. 5. cap: licet ex ſuſcepto 20.
de foro compet. etiamſi Epiſcopus ſit cap. ſi quis con-
tra clericum 4. de foro compet, ubi dixi latiſſimè
de materia recuſationis, ubi gloſſa verbo actor. &
in recripto gratioſo, ſeu ad beneficia tribuatur jus
in re, vel ad reio, ſcilicet ad beneficium vacans,
vel vacatura; & ſic quia lex pro intereſſe illo
præſumat dolum committi in ſubreptione reſcripti
ut colligi videtur ex dict. cap. ad aures, dict. cap.
conſtitutus, cap. ad audientiam el. 2. cap. in noſtra
cap. ſi proponente, & aliis hujus tituli, ſequaturque
inde cum ea differentia relatam procedere doctri-
nam.

Tamen etſi fateri debemus, ac poſſumus cum 12
Rebuffo in praxi beneficiali tit. differentiæ inter
reſcripta gratiæ, & juſtitiæ num. 25. differentia 8.
facilius præſumi dolum in litteris gratiæ quàm Ju-
ſtitiæ; quod hæ multò facilius obtineantur, & ideo
non ſit opus uti dolo ad eas impetrandas, ut etiam
ſequitur Sanchez dict. lib. 8. de matrim. diſp. 21. dict.
num. 68. in. fine.

Sed non eſt concludens prædicta differentiæ 13
ratio ſignata, num. præced. tum ex juribus antea
adductis, quibus probavi in dubio non præſumi
dolo, ſed ignorantia, & ſimplicitate reſcriptum
impetratum; quæ cum præſtent generaliſſimam
regulam, debent in litteris gratiæ procedere, etiam
ſicut in litteris juſtitiæ, vel ad lites; tum etiam quia
textus noſter videtur repugnare, cum in prima
ejus parte procedat, etiam in reſcripto gratiæ, ut
jam ſupra ſcriptum eſt à princ. textus, cum Ponti-
fex comprehendat omnes reſcriptorum ſpecies, &
ex verbis, ibi: poſtquam ſuper hoc facta fuerit fides,
quæ locum habere videntur, ſecundùm quod
noo præſumitur dolus, ſed probari debet apud
Judicem delegatum.

Huic doctrinæ non obſtant textus in dicto cap. 14
accedens de crimine falſi, nec textus in dict. cap. ſi
proponente hoc tit. quia in dict. cap. accedens non
agitur de præſumenda fraude propter ſubreptio-
nem impetrantis, ſed potius de eo, qui utitur lit-
teris falſis, ſecundum terminos textus in cap. ad
falſarium eodem tit. ut tradit Menochius de ar- 15
bitrariis caſu 315. a num. 3. cum aliis, † & in dicto
cap. ſi proponente reſcriptum præſumitur per frau-
dem impetratum; non eo quod gratioſum eſſet;
ſed quia impetrans in ſuo facto certus dixit ſcien-
ter ſe non habere beneficium, cum haberet tem-
pore

Digitized by Google

pore impetrationis ſecundi; & ita mendax præca-
tor, & doloſus impetrator extitit, & cenſetur io
illo caſo ex conjecturis illis ſatis de jure probabili-
16 bus. † Et ſic Barboſa *ibi num.* 2. & Azor. *inſtit.*
moral. p 2. *lib* 6. *cap.* 10. *quæſt.* 3. dixerunt ut impe-
trans reſcriptum ad beneficium, ad quod obtinen-
dum prupoſuerit ſe nullum beneficium habere,
cum tamen haberet unum, licet exiguum credatur
reſcriptum per fraudem obtentum; ideoque eſſe
nullius momenti, cum facienda ſit mentio de be-
neficio tenui, & modico; ita ut alias litteræ ſint
ſubreptitiæ; eo quod beneficium tenue etiam di-
catur beneficium Azor. *dict. lib.* 6. *cap.* 33. *quæſt.* 3.
Menochius *de arbitrariis dicto caſu* 201. *nume-
ro* 42.

Unum tamen advertes quod obreptione, vel
17 ſubreptione oppoſita, proceſſus futurus nullius eſt
momenti: ſic docent Franciſc. Beccius *conſ.* 21.
num. 29. Marius Anton. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 8.
num. 3. Puteus *deciſ.* 240. *num.* 2 *p.* 3. & confirmari
videtur ex his quæ dico de attentatis remiſſive *in
cap.* 1. & latè *in cap. bonæ* 51. *de appellat.*

18 Item notabis ſecundo, ut probatur ignorantia
ad prædictam non doloſam reſcripti impetratio-
nem juramento ipſius impetrantis, niſi eſſet veriſi-
mile ipſum habuiſſe notitiam ita docent aliis cita-
tis Rebuffus in concordatis in forma mandati
Apoſtolici paulo ante clauſulam, *motu proprio*,
verſ. *hæc ignorantia*, Sanchez *de matrim. dict. lib.* 8.
diſp. 21. *dicto num.* 68. *in fine*, qui idem ex alia do-
ctrina generali multis comprobat, *lib.* 1. *diſp.* 62.
ubi de probanda ignorantia agit latè.

Ad ſecundam quæſtionis an in dubio præſu-
19 matur valida diſpenſatio, etiam ad matrimonium.
Et quia dubium hoc videtur diſſolvi ex dictis in
hac quæſtione *à num.* 1. ideo exiſtimo pro ejus va-
lore reſpondendum, eo quod re exiſtente dubia
judicandum eſt pro valore actus, ut magis valeat,
quam pereat *cap. Abbate de verb. ſignif. l. quoties ff.
de rebus dubiis*, docent Remualdus *conſ.* 275. *n.* 17.
volum. 3. & *conſ.* 562. *à rebus num.* 29. *volum.* 5. San-
tius cum pluribus, *tract. de nullit. ſent. tit. qualiter*
ſententia, & proceſſus, qui dicuntur nulli *n.* 127.
ubi ait ſtudendum eſſe oumquid nullitas objecta
poſſit aliquomodo ex jure, vel ex facto offuſcari,
vel ſtatim dubia reddi, vbi addit relatam ratio-
nem Sanchez *dict lib.* 8. *de matrim diſp.* 21. *n.* 25.
cui, etiam relatis addo Bonaciam *de legibus
tom.* 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *puncto* 6. *num* 4. Dianam *p.* 3.
tract. 5. *miſcell.* 2. *reſ.* 9. P. Sanctarell. *tom.* 1. *variar.
reſolut. quæſt.* 59. per totam; quia in re dubia,
quando dubitatur de valore reſcripti, an in eo
intervenerit, ſubreptio, præſumatur noo inter-
veniſſe.

Quare etſi contrariam ſententiam in puncto
20 diſpenſationis matrimonialis, quando dubium
eſt, an ſatis probatur veritas narratorum in actis,
doceant Meoochius *conſ.* 272. *volum.* 3. *numero.* 57.
Barboſa *in l.* 1. *p.* 1. *num.* 84. *ff. ſoluto matrim.* Gu-
tierrez *lib.* 3. *practicar. quæſt. q.* 17. *num* 127. Merola
in ſuis diſp. Theolog. Moral. tom. 1. *diſp.* 3. *cap.* 3.
difficult. 3. *Carol* 14. Coninch. *de Sacram. diſp.* 33.
dubio 6. Gaſpar Hurtad. *de matrim. diſp.* 26. *dif.* 4.
& Petrus de Ledeſma *in ſumm. Sacram.* nbi *de
matrim. cap.* 27. *in fine*, ait cum dubium eſt an ſa-
tis probatur veritas narratorum in precibus; vel
quia dubium eſt an cauſa tacita, vel falſo inter
alias veras, expreſſa ſit finalis, tunc oon eſſe io
eundem matrimonium eo quod culpa ſit rem du-
21 biam attentare, † Et quia Pontifex committit
ordinatio ut diſpenſet, *ſi preces veritate nitantur*,
quæ quando dubium eſt palam videri, ut veritate
non nitantur; & quia cum coſtet de impedi-
mento, & diſpenſatio dubia ſit, ſtabit poſſeſſio
pro impedimento.

Tamen non ex proximè dictis recedendum eſt 22
à prima ſententia, cujus fundamenta, ut dicunt
Diana, Sanctarellus, & alii, debent confeſſarii
menti tenere, cum dubitatio præſens frequenter
accidat ad hoc ut conſulentes pro ea liberet pæ-
oitentes à multis laboribus, quibus ſolent com-
primi, & angi. † Nec obſtant fundamenta relata
contrariæ ſententiæ; quia ut reſpondet Sanchez 23
dict num. 25. ſigillatim ad primum dicit, quod
agere contra dubium ſpeculatium, culpa vacat;
quando oon adeſt dubium practicum, juxta quæ
ipſe latè dixit *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 41. *num.* 8.
cum multis; & ego alibi dixi; non enim in præ-
ſenti dubio adeſt dubium practicum; quia præ-
ſumptio illa, quæ cogit exiſtimare in hoc dubio
diſpenſationem præponderat rationi alteri co-
genti dubitare; atque ita conſtituit probabilem
opinionem valoris dictæ diſpenſationis, lici-
tumque eſſe addit operari juxta opinionem pro- 24
babilem. † Et ex eadem ratione reſpondet ad ſe-
cundum; quia ſtante eo dubio, prævalet pars
pro valore matrimonii, & preces veræ ſunt, cum
etiam cauſa, circa quam eſt ſubreptio, non ſit
finalis, juxta quæ jam dixi ſub *quæſt.* 1. Et ob id
etiam nec obſtare fundamentum; quia poſſeſſioni
illi ſtante pro impedimento præponderat præſum-
ptio valoris actus, qui in dubio, & quantum
fieri poteſt, eſt præſumendus.

Unde venit quid reſpondendum eſt, quando, 25
vinculum, in quo diſpenſandum eſt proponitur
dubio; cum tamen ſit certum; ut ſi quis v. g. pro-
ponat ſed dubitare, an caſtitatis votum omiſerit,
petatque ad majorem conſcientiæ tranquillitatem
diſpenſari ſecum; cum tamen de voto emiſſo cer-
tus ſit, & allegat veram cauſam, ut carnis ſtimu-
los. In quo dubio proponit Thomas Sanchez *de
matrim. dict. lib.* 8. *diſp.* 40. ut dupliciter poſ-
ſint litteræ diſpenſationis expediri, primo in forma
communi afferendo votum ſic: *quidam emiſit vo-
tum caſtitatis*, & tunc ait ut diſpenſatio valeat;
qui in precibus votum certum cootinetur. Se-
cundo narrandu in precibus votum ſub dubio 26
ſic: *quidam eſt dubius an votum caſtitatis emiſe-
rit*, & tunc refert, poſſet quiſquam exiſtimare
validam eſſe diſpenſationem, eo quod ſatis ſit
alteram cauſam verè ſufficientem diſpenſationis
verificari, cujuſmodi eſt grave periculum incon-
tinentiæ ob carnis ſtimulum. Verum ipſe re at-
tente conſiderata credo in hoc caſu ex eodem
Sanchez, ot oullatenus valeat diſpenſatio; quia
eſt error in ſubſtantia rei, in qua diſpenſatur;
Pontifex enim non diſpenſavit in voto certo, ſed
io voto dubio practicè.

Et confirmatur, quia & ſimili modo non vale- 27
ret remiſſio debiti, obtenta allegata vera pauper-
tate, at falſa debiti dubitatione; quia remiſſio
non fuit debiti certi, ſed dubii. † Secundo quia
privilegium, & conceſſio intelliguntur, juxta pre- 28
ces in ſupplicatione narratas, ex dictis *in cap.* 2.
ſed io precibus ſolùm narratur votum dubium;
ergo, &c.

Ad tertiam quæſtionis partem reſpondeo, ut ſi 29
pars ad impetrandum reſcriptum, ſive diſpenſa-
tionem verum propoſuerit, ſed ea ignorante, cu-
rialis vel ſolicitator ſciens, & prudens ſubreptio-
nem

nem commiſerit, tacita veritate, aut expreſſa falſitate, ſit exempta à pœna textus noſtri; eo quod hic dicat Pontifex, & in aliis hujus tituli Juribus impetrantem in ſuæ perverſitatis pœnam nullum ex litteris commodum conſequuturum, ſed in caſu, de quo hic verus impetrans in nulla culpa fuit; ergo non debet eâ pœna affici, ut litterarum commodo prorſus careat, ſed de illo judicandum eſſe, ac de impetrante per ignorantiam: ita videtur tenere Bartholomæus Socinus *conſ.* 270. conſideratis in fine, *vol.* 2. ubi refert Rotam dixiſſe ſic deciſum eſſe ab Urbano Papa in beneficialibus ſuſtinet, Felin *hic num.* 7. verſ. *demum n* 7.

30 Huic tamen doctrinæ videtur obſtare, nempe ut ſit attendenda intentio concedentis, ut jam *quæſt. præced.* dixi, quæ deficit, quoties eſt ſubreptio circa cauſam finalem; ſed æque procedit hoc, quando ipſemet impetrans commiſerit generaliter ſubreptionem, vel alius, eo inſcio, ut probant Doctores per textum *in cap. ſi motu proprio de præb. lib.* 6. ibi, ſecus *ſi ad petitionem illius vel alterius pro eo oblatam*, ubi Anchar. in. *num.* 3. *notab.* 3. Francus *num.* 3. Decius reprobans prædictam Rotæ deciſionem hic innova edit. *notab.* 3. *num.* 9. Corduba *in ſumma quæſt.* 45. *opinione* 1. *ratione* 1. Thomas Sanchez *de matrimonio dict. diſput.* 21. *lib* 8. *n.* 57.

31 Sed quia Navarr. *lib.* 3. *conſil. tit. de regul. conſ.* 7. *&* 8. *num.* 3. *in* 2 *editione, & lib.* 1. *hoc tit. conſ.* 15. *num.* 3. dicit narrationem falſi factam per ſollicitatorem non vitiari tanti momenti, quanti factam per ipſammet partem, exiſtimo adhuc pro prima relata ſententia in hoc puncto reſpondendum juxta relatam deciſionem Rotæ, ut ſit verum in eo ſenſu, ne vitiet totum reſcriptum, quando totius non eſt cauſa, ſecus quando eſſet cauſa totius, ut jam dixi *ſupra*; nempe quando ex integro ſubreptio eſt circa cauſam finalem; & de pœna hujus *infra q.* 7. *n.* 4. *&* 5.

32 Pro complemento notabis quod poteſt aliquis pro alio, reſcriptum impetrare ut probat textus *in l. univerſis cod. de precibus imperat. offerend.* Doctores per textum *in dict. c. motu proprio*, verſ. *vel alterius pro eodem*, gloſſa *in c. ad aures, & in c. nonnulli §. ſunt*, & alii, ubi omnes *hoc tit.* & Doctores *in c. ſi tibi abſenti de præb. lib.* 6. Abbas *in cap. ex ore ſedentis num.* 2. *de his, quæ fiunt à majori parte Capituli, & in dict. c. nonnulli §. ſunt, & alii n.* 3. Alex. *conſ* 13. *n.* 3. Navar. *in c. ſi quando hoc tit.*

33 Quod intelligit Barboſa *in dict. c. ſi motu proprio n.* 12. ad effectum, ut gratia ſuum habeat effectum, ſecus ad effectum inquiſitionis; quia tunc requiritur mandatum.

34 Ad quartam quæſtionis partem, an taciturnitas ex ignorantia probabili excuſet à ſubreptione in foro conſcientiæ: & ſuppoſito quod ad hoc, ut in pœnam textus noſtri incurrat impetrans ſubreptione, debeat impetrare ſciens, & prudens animo malitioſo id faciendo; quia textus noſter expreſsè fraudem exigit, vel malitiam, aliàs inquam quantumvis craſſa ignorantia, & ſimplicitate, modo non ſit ingens temeritas excuſari à prædicta pœna irritationis totius reſcripti ratione ſubreptionis in altera ejus parte cum taciturnitas ex quacunque ignorantia, & ſimiliter falſi expreſſio ex illa non poſſit doloſa, ac malitioſa nuncupari, niſi ingens temeritas in ea ignorantia reperiatur: ita Thomas Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 66 per alia quæ latiſſime ſcribit, *lib.* 9. *de matrim. tota diſp.*

35 32. *num.* 36. *&* 39. † Quod intelligo ſecundùm, quæ *ſupra* jam dixi; quia ſi taciturnitas contingeret in qualitate, quam jura ſpecialiter exprimi jubent, tunc ea reddet gratiam ſubreptitiam, etiam ſi ignoranter ea qualitas tacita fuerit: ita idem Sanchez *ſupr. num* 14. & Barboſa *in dict. cap. ſi motu proprio num.* 15.

Et ſuppoſito etiam quod impetrans beneficium 36 non tenetur facere mentionem de beneficiis obtentis, ubi ignorat habere alia beneficia, Nicolaus Garcia *de beneficiis p.* 1. *c.* 3. *n.* 113. cum multis Selva *in eodem tract. p.* 3. *q.* 12. *n.* 23. alia 89. Ripa *in c. ad aures n.* 12, & Felinus *hic n.* 6. Miles *in repertorio*, verb. *gratia*; imo & dicunt Barboſa *in cap. gratia hoc tit. lib.* 6. *n.* 5. & Bernard. *reg.* 324. per gloſſam illius textus verbo *ignoranti*, quod ignorantia probabilis abſque ſimplicitate excuſat in beneficialibus in materia ſubreptionis, ſicut ipſa ſimplicitas quando ea, quæ debent exprimi, tacentur per ignorantiam.

Quod ſi intelligatur, ut ſonat, videtur implicari 37 cum textu *in c. ad aures c. cum adeo, & cap. ſi proponente hoc tit. & in d. c. ſi motu proprio* in ſecunda parte, & aliis ſimilibus, quibus ut jam dixi in hac quæſtione in impetratione beneficii, eſt facienda mentio de beneficio impetrantis: quare nonnulli dixerunt hoc ultimum eſſe intelligendum de beneficio, de quo quis habet jus in re; non verò ſi habeat tantùm jus ad rem; & ſic cum impetrans in ſpecie *dict. cap. gratia*, non haberet jus in re, ſed ad rem tantum; quia ex illa primi beneficii collatione facta abſenti, & ignoranti ante ſcientiam, & acceptationem, non erat eidem abſenti jus quæſitum in re, niſi in ſecunda ſequuta ratificatione, *c. ſi tibi abſenti de præb. lib.* 6. junctis traditis a Covar. *lib.* 3. *var. c.* 16. & Gutierrez *alleg.* 3. † Non 38 enim beneficium collatum abſenti, ei acquiritur, donec acceptet, etſi interim collatio nequeat revocari Flamin. *de relign. benef. lib.* 10. *q.* 8. *à n.* 5. Sanch. *de matr. lib.* 1. *diſp.* 7. *n.* 20. *& lib.* 3. *diſp.* 36. *n.* 4. etenim collatio facta abſenti ante ejus acceptationem præſtat ei tantum jus ad rem: ſic Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. gloſſa* 26. *n.* 14. ubi *n.* 13. per textum *in d. c. gratia*, & Barboſa *ibi n.* 6. tradunt quod gratia beneficii conceſſa abſenti non præſtat, donec abſens acceptet, addens *n.* 7. cum eodem Gonzalez *gloſſ.* 15. §. 2. *n.* 6 † quod vacare non dicitur benefi- 39 cium per eum, cui facta fuit in abſentia collatio ante acceptationem: quare non eſſe neceſſarium quod mentio fieret de tali beneficio ſic obtento ab impetrante, ſecundùm dicta prædicti DD. habent; & quod textus noſter in ejus tertia parte, & regula procedat, quando ſubreptio commiſſa fuit circa jus in re: argum. eorum, quæ tradidit Archidiacon *in dict. c. ſi motu proprio.*

Tamen interpretatio Verii hic alios referens *n.* 40 45. quam amplexus eſt Thomas Sanchez *de matrimonio dict. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 60. cum aliis in fine videtur convinci ex traditis à gloſſa verbo *obtinet in clem. ſi Romanus de præbend. juncto c. in noſtra* verſ. *niſi fortè expreſſam fecerit mentionem hoc tit.* & traditis ab Abbate *ibi n.* 2. Felino *hic n.* 4. Rebuffo *in concord. de forma mandati Apoſtolici* verſ. *pro expreſſis caſu* 12. Menochius *de arbitrar. dicto caſu* 201. *n* 43. ubi probatur mentionem eſſe faciendam de jure ad rem, & poteſt ex regreſſu cum conceſſione, in quo acquiritur jus ad rem ex traditis à Gomezio *in regula Cancel. de non tollendo jure quæſito q.* 1 verb. *decimo*, & *ultimus caſus*, Reduanus *de ſimonia ment.* 2. *p. à cap.* 18. ſequitur quod in alterius beneficii impetratione mentio de illis neceſſario ſit facienda, aliàs gratiam eſſe ſubrep-

titiam & nullam juxta text. noſtrum, & ſimiles jam adductos à principio.

41 Ego tamen, ut hæ difficultates non obſtent exiſtimo reſpondendum juxta proxime relatum ſub verſ. *& ſuppoſito etiam*, aliis omiſſis interpretationibus, neinpe gratiam beneficialem *in dict. c. gratia* excuſari à vitio ſubreptionis propter impetrantis ignorantiam juſtam, & probabilem; quæ ſi talis eſt, excuſare ſolet, ut *in c. Apoſtolicæ de Clerico excommunicato, c. ſi vero el. 2.* ubi notat gloſſa *ignoravit de ſent. excommunic. c. fin. qui matrim. accuſ. poſſunt*, & aliis: & ſic cum *in dicto c. gratia*, eſſet ignorantia juſta probabilis, & evidens, ſcilicet ab abſentia provenieos, ut colligitur ex illo textu ibi, *ſi tibi abſenti, & ignoranti*, & ibi, *cum tempore impetrationis neſcires*, merito reſpondet Pontifex, *ibi*, talem ignorantiam, quæ aperto jure excuſat excuſare impetrantem, non facientem mentionem da primo beneficio collato tibi abſenti.

42 Quæ doctrina vera eſt, & tenenda, concurrentibus ſequentibus requiſitis, primo quod ignorantia probabilis, & juſta præcedat qualis eſt, quæ conſurgit ab abſentia, quæ ſatis præſumitnr ex juribus adductis. Secundo quod non præjudicetur alicui tertio, & ejus juri jam quæſito, ut *in cap. conſtitutus hoc tit.* ubi ignorantia probabilis non excuſat à vitio ſubreptionis; quia ex illa impetratione, in qua meotio oon fiebat de ſtatuto facto, & habito in Eccleſia ſuper certo Canonicorum numeru irrogabatur magoum præjudicium Eccleſiæ, cui Summus Pontifex in dubio non intendit præjudicare, *cap. ſuper eo de offic. & poteſt. jud. de leg.* & argum. textus *in l. 2. §. ſi quis à Principe, ff. ne*

43 *quid in loco publico.* † Tertio ut qualitas tacita per ignorantiam ſit talis, ut ſi fuiſſet expreſſa, Pontifex vero ſimiliter conceſſiſſet, ut in textu, noſtro in verſ. *inter alias*; licet non ita facile, ut jam in prin-

44 cipio adduxi. † Quarto ut gratia ſic conceſſa non extendatur ad alium caſum ultra expreſſum, & de quo loquitur *dict. cap. gratia*: argum. textus *in c. ſuſceptum hoc tit. lib. 6. & c. cui de non Sacerdotali de præb. lib. 6.* de quorum intellectu jam *ſupra* dixi.

45 Unde cum *in dicto c. gratia*, concurrant prædicta quatuor requiſita ſuſtinetur ipſa gratia, & valet, non facta mentione de beoeficio primo collato abſenti, & ignoranti, ut latè explicant, & bene Abbas *num. 5.* Felinus, & Decius *6.* Menoch. *dicto caſu* 201. *num.* 53. Thomas Sanchez alios referens, & bene improbans alias ſolutiones *dict. num. 60.* bene ibi declarans alia plura jura notatu digna in propoſito, & *lib. 2. tom. 1. de matrim. q. 38. num. 12.* textum difficilem *in c. quia circa de conſanguinitate, & affinit.* ubi gratia, & diſpenſatio obtenta ex falſa cauſa ſuper matrimonio, inter conſanguineos contracto, ſuſtineri videtur contra noſtri textus deciſionem, ut etiam declarant Salcedus, & alii *conſ.* 34.

46 Ex bis beoe poteſt admitti doctrina Navarri *lib. 1. conſ. in 2. edit. tit. de filiis Presbyter. conſ. 1. num. 6.* dum dixit poſſe defendi, ſaltem in foro conſcientiæ, taciturnitatem ex ignoraotia probabili excuſare à ſubreptione, nec quod videatur nocere, adducas textum *in dict. c. gratia*, taciturnitas ex ignorantia coofurgens, quem impugnat Thomas Sanchez *dicto lib. 8. de matrim. per dicta diſt. n. 60. diſp. 21.* dicens *num. 59.* dictum Navarri non eſſe univerſaliter, ſed quando ignorantia, oon eſt cauſa totius reſcripti; quia ut dictum eſt juxta intellectum relatum concurrentibus præhabitis requiſitis, procedet optime Navarri doctrina.

Quæstio VI.

An ſubreptitia ſit diſpenſatio voti, tacito juramento, vel è contra, vel ſi falsò proponatur votum, cum ſit juramentum. An in votorum diſpenſatio taciturnitas veri, & expreſſio falſi irritet vota. Et an ſi impetrans diſpenſationem ponit unam cauſam, quæ falſa eſt pro alia vera non poſita, ut facilius conſequatur diſpenſationem, dicatur diſpenſatio nulla ex tali mendacio. Et an diſpenſatio in uno vinculo, abſque mentione alterius, ſit valida: ubi quid quando in eadem perſona duo ſunt impedimenta.

Summarium.

1 *Diſpenſandi facultas eſt latè interpretanda intra caſus adaptabiles ei, & dum non ſit in alterius præjudicium.*

2 *Diſpenſatio non extenditur de caſu ad caſum non comprehenſum ſublata verborum ſignificatione.*

3 *Diſpenſationis facultas ad vota non extenditur ad juramenta homini præſtita, ſecus ſi Deo,* num. 6.

4 *Diſpenſatio eſt odioſa, & ſtricti juris, quæ ad ſeparabilia non extenditur.*

5 *Reſtitutio in integrum conceſſa favore ætatis ſuper contractu reſcindendo, non extenditur ad acceſſorium.*

6 *Voti diſpenſatio non dicitur ſubreptitia eo quod narrans falſo, dicat eſſe juramentum, vel è contra* n. 7. & 8.

7 *Mendacium non eſt circa quid ſubſtantiale, cum quis narrat pro diſpenſatione juramentum præſtitiſſe, ſi revera præſtitit votum*, n. 8.

9 *Juramenti mentio debet fieri, ut diſpenſatio ad votum, illud comprehendat, quando juramentum non in confirmationem voti, ſed independer ab eo eſt emiſſum.*

10 *Jeſu Societas habet privilegium à Paul. 3. ad diſpenſandum in votis juramento, firmatis.*

11 *Mendacium aliud eſt proprium aliud improprium: & quid utrumque, & ad textum noſtrum*, n. 12.

12 *Mendacium ubi adeſt dolus eſt proprium, ubi adeſt ſimplicitas dicitur improprium.*

13 *Reſcriptum vitiatur ex mendacio proprio, & formali, non ex improprio, niſi intentio alia ſit in concedente*, n. 14.

15 *Taciturnitas veri in votis quando pariat irritationem, &* n. 16.

16 *Votum tacitum data opera ad decipiendum ſuperiorem, ut diſpenſet, ſeu commutet, facis ut ſuperior non diſpenſet: fallit, ut* num. 17.

17 *Falſitas expreſſa, ſive taciturnitas veri circa extrinſeca, non irritat diſpenſationem in votis.*

18 *Impetrans qui ponit ad diſpenſationem conſequendam facilius unam cauſam falſam pro alia vera, ſecundum aliquos, nihil facit, ſed alii è contra, ut in exemplis*, n. 19.

19 *Cauſa*

19 *Cauſa votiva ne fœmina innupta maneat, qualis dicatur in narratvm, ſic ut non vitietur diſpenſatio, aliis non veris narratis*, n. 20.

21 *Narrant duplicem cauſam, ut facilius conſequatur matrimonii diſpenſationem, quarum aliqua eſt falſa; etſi eam vitiet ſecundum aliquos, verius eſt non ut vitietur, ne innupta mulier remaneat*, n. 22. *contraria explicatur ſententia*, n. 24.

23 *Cauſa falſis teſtibus probata qua tamen vera eſt, facit licitam diſpenſationem matrimonialem.*

25 *Diſpenſatio impetrata ex falſa cauſa narrata initi matrimonii, inter conſanguineos valet dum non ſit conſummatum.*

26 *Diſpenſatio in uno vinculo abſque mentione alterius, reddit irritam diſpenſationem ſecundum aliquos, ſecus ſecundum alios, ut* à n. 34.

27 *Narranda ſunt omnia in diſpenſatione, ne vitio notetur.*

28 *Impedimentum, unum ſimul cum alio gravius reputatur.*

29 *Impedimenta ſimul injuncta, reddunt perſonam minus dignam diſpenſatione, ſed non ideo diſpenſationem nullam tacito aliquo*, n. 36. 37. & 38.

30 *Promovere non cenſetur Princeps velle vitioſos & multipliciter crimminoſos.*

31 *Diſpenſatio narrata ſola affinitate, quando adeſt publica honeſtas, num valeat: quid quando adeſt unum impedimentum cum ſolo alio dirimente* o. 32.

33 *Virtus unita fortior eſt ipſa diſperſa.*

34 *Diſpenſatio una pro uno ſolo impedimento, non eſt irrita, ac ſubreptitia, ſi alia non exprimantur; quæ tamen aliis diſpenſationibus tolluntur*, num. ſeqq.

35 *Abſolutionis impetratio ab una excommunicatione*, valet *etiam ſi de aliis non fiat mentio ab impetrante.*

37 *Collatio facta valet irretito pluribus peccatis, quæ ſi à conferente ſcirentur, alias, non præſtaretur.*

38 Cap. ex tuarum de authorit. & uſu pallii.

39 Cap. paſtoralis de privilegiis, cap. poſtulalli hoc tit.

40 Cap. 1. de treuga, & pace.

41 *Impedimenta duo ſi concurrant in eadem perſona diverſa ſpeciei, uno tacito, non corruit diſpenſatio: ubi quid faciendum, cum unum eſt occultum*, n. 42. *ubi de praxi quotidiana Curiæ.*

43 *Impedimenta duo ejuſdem ſpeciei ſi concurrant in eodem ſubjecto, irritant diſpenſationem narrati, tacito altero.*

1 AD primam difficultatis partem, quæ dependet multum à oonnullis, quæ dico *infra ſub tit. de Jurejurande, & in cap.* 10. *de voto, & voti oedemptione*, & ab ea difficultate, an diſpenſandi facultas ſit late interpretanda: & affirmant Doctores ex doctrina textus *in cap. fin. de ſimonia, cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi*, cum infinitis Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *diſp.* 2. per totam, ubi *à num.* 2. temperat in quinqoe caſibus, ſi ſit ſcilicet in præjudicium tertii; & quod non extendatur ad omnes caſus, ſed ad caſus tantùm qui quomodo adaptabiles caſibus in poteſtate expreſ-
2 ſis Felin. *in dict. cap. fin. num.* 8. *limitat.* 1. † Gambara, *de authoritate legati lib.* 10. *num.* 103. benè inferens non extendi de caſu ad caſum non compreheoſum ſublata verborum ſignificatione, quare idem Felinus dixit *in cap. poſtulaſti hoc tit. n.* 11. *limit.* 4. ut extenſio hujus poteſtatis fiat ad conſequutiva, etiam ſeparabilia, in quibus eſt eadem, vel major ratio, quæ ſunt vera quantumcunque regula juris ſit quod reſcriptum, & ipſa diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda, Doctores per textum *in cap.* 1. *de filiis Presbyter. lib.* 6. *§ ille vero*, & aliis vulgatis.

Quare jam ad difficultatem videtur pro nega- 3
tiva ſententia facere; quia ſecundum communem Doctorum opinionem facultas delegata ad diſpenſandum in votis non extenditur ad juramenta; quia ſunt duo vincula expreſſa quæ apertè majora ſunt unico conceſſo; & facit doctrina D. Thomæ 2.2. *q.* 89. *art.* 1. *ad* 2. cum dixit juramentum addi voto, ut per duas res immobiles major firmitas habeatur. Unde videtur etiam dicendum in propoſito noſtri dubii, ut dicatur diſpenſatio ſubreptitia, quia cum ſint diverſa vincula, diſpenſatio in altero vinculo falſo allegato, non extenditur ad alterum verum, vel in uno ſolo vero allegato, non exten-
datur ad utrumque revera concurrens, † eo vel 4
maxime quod diſpenſatio ſic odioſa, & ſtricti juris; nec ad ſeparabilia extendatur: argum. textus *in l. fin. §. Lucius, ff. de conditione indebiti.*
† Ubi reſtitutio io integrum conceſſa minori fa-
vore ætatis ſuper contractu reſcindenda, non 5
extenditur ad acceſſorium, id eſt ad uſuras ſolutos, & ex aliis juribus, quæ hic poſſent congeri & in terminis ſic videtur; quia eſt taciturnitas veri neceſſarii ad diſpenſationem, vel expreſſio falſi circa neceſſariam ejus materiam, cum utrumque vinculum diſpenſatione indigeat; non enim diſpenſantis iotentio extenditur ad vinculum, quod verè ignorat.

Nihilominus credo ad dubium reſpondendum 6
eſſe ſub diſtinctiooe: nam ſive ſit ſolum votum, vel ſolum juramentum Deo factum valebit diſpenſatio utrumvis, falſo loco alterius exprimatur; quia ſunt quoad hoc æquiparata, nec ad diſpenſationem referre, utrum illorum ſit, ſed ſolam ſpectari obligatinnem Religionis ex vinculo Deo factam eum tam voti, quam juramenti ſoli Deo præſtiti, acquiratur Deo tantùm obligatio, quare facultas erga vota extendetur ad juramentum, ut ferè expreſsè docet Cajetan. 2.2. *quæſt.* 89. *art.* 1. paulo poſt principium, & ex aliis fundamentis docet etiam Sanchez *dict. lib.* 8. *de matrim. diſp.* 2. *num.* 18. qui *num.* 19. addit ut ſi privilegium eſſet commutandi, aut diſpenſandi juramenta ſoli Deo facta extendatur ad vota, cum utraque æquiparentur ex virtute Religionis ſoli Deo tanqoam creditori acquiſitam, ſecus ex juramento homini præſtito; quia tunc eſſet diverſa utriusque ratio ſpectans ad præjudicium tertii, ut in principio aſſignavi.

Unde in hoc puncto exiſtimo, ut mendacium 7
non ſit circa quid ſubſtantiale diſpenſationis; ob idque non vitiari diſpenſationem, ut dixit idem Thomas Sanchez *dicta diſp.* 5. *ſub num.* 24. ubi idem credit procedere, ſi juramentum, & votum expreſsè facta de eadem re concurrant, quando juramentum fuit ad voti conſummationem, ut dicit etiam Fr. Eman. *in addit. ad Bull. Cruciatam* §. 9. *n.* 111. quia tunc juramentum eſt voto acceſſorium, quod ſatis tollitur ex diſpenſatione ad votum, quod tantum indiget diſpenſatione, quo ſublato, ceſſat juramentum.

8 Et ob id etiam valida erit diſpenſatio, ſive ſolum votum exprimatur, tacito, aut negato juramento, ſive ſolum juramentum, (quod ut conſtat habet in ſe incluſam promiſſionem) tacito, aut negato voto, cum ea taciturnitas, aut falſitas non ſit circa diſpenſationis ſubſtantialia.

9 Sed quando juramentum non eſt in voti confirmationem, ſed independenter ab eo emiſſum, dico oportere ut diſpenſatio ſubreptione noteтur, ut utriuſque vinculi mentio fiat: quo in caſu exiſtimo procedere fundamenta adducta in verſ. *quare*, juxta Soti doctrinam ſic intelligendam. *lib.* 8. *de juſt. quæſt.* 1. *art.* 8. *ad* 2. dum dixit ut licet vinculum juramenti ſit minus additum voto, nexum facere implicatiorem: videbis quæ docet etiam Ægidius Truleng. *in opere morali lib.* 2. *cap.* 2. *dubio* 43. *à num.* 10. & 11. ubi cum Suarez *lib.* 6. *de voto cap.* 14. & Sanchez *in opere morali lib.* 4. *c.* 47. latè agentibus expendit in quibus non immoror, ipſum Truleng. videbis *de Sacram. lib.* 7. *cap.* 10. *dubio* 4. *num.* 15. ubi cum Sanchez *dicto lib.* 8. *de matrimonio dubia* 2. *n.* 25. & cum Azor.

10 Ex hac quidem cauſa poſſumus exiſtimare Congregationem Societatis JESU, cui Paulus III. conceſſerat facultatem commutandi, vota impetraſſe à Gregor. XIII. ut id privilegium extenderetur ad vota jurejurando firmata, ut conſtat ex compendio privileg. verb. *commutatio* §. 1. & tenent Sorbus, *in compend. mendicantium* verb. *abſolutio* 2. *quoad ſæculares*, in *reſolut.* quas ibi ponit *concluſ.* 8. Manuel. Rodriguez *in Bulla Cruciat.* § 9. *num.* 110. & *in* 2. *tom. ſumm. c.* 100. *fin.* & *quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 63. *à n.* 5. Henriquez *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30. *num.* 5. Azor. *lib.* 11. *inſtitut. moral. cap.* 10. *q.* 2. & *cap.* 18. *quæſt.* 16. & *cap.* 19. *quæſt.* 19.

11 Pro complemento addo hic ad regulam noſtri textus, omiſſa multiplici mendacii diviſione, de qua *in cap. ineſt* 22. *quæſt.* 2. ut mendacium aliud ſit proprium aliud verò improprium; primum quidem, ut ſit falſa vocis ſignificatio, cum voluntate fallendi juxta textum *in cap. Beatus Paulus* 5. §. *ille* 22. *quæſt.* 2. juncto *dict. cap. ineſt*, verſ. *quartum*, quod ſola mentiendi, fallendique fraude committitur. Secundum autem mendacium eſt quod abſque fallendi voluntate profertur, ut apertè colligitur ex *dict.* §. *ille*, *dict. cap. ineſt*, & *cap. his autem*, verſ. *nemo mentiens* 22. *quæſt.* 2. ſic Turrecremata *in dict. cap. ineſt*, & alii Doctores, Navar. *in manuali cap.* 18. *a n.* 1. Cardinal. *hic num.* 7. ubi exempla utriuſque mendacii referunt.

12 Imò & in textu noſtro utriuſque mendacii exemplum conſtituitur proprii quidem mendacii, quando doloſa impetratio fuit, de qua in verſ. *nos igitur*. Improprii quando ex ſimplicitate, vel ignorantia mentitur, ut hic in verſ. *inter alios*.

13† Cumque jam *ſupra* à principio textus noſtri dixerim reſcriptum vitiari ex mendacio; duntaxat proprio, & formali quod includit dolum malum, ex quo reſcriptum impetratum omnino vitiatur, ut apertè colligitur ex textu *hic* in dict. verſ. *nos igitur*, & ex aliis juribus jam adductis, *dict. cap. Beatus Paulus* §. *ille*, ergo, & docent Abbas *hic num.* 3. Veroius 27. *in* 1 *lectura*, & *in* 2. *lect. n.* 34. Chochius 25. & Ambroſ. *de ligatae* 4. Mandoſ. 16.

14† ito & ſimili modo in caſu, de quo hic inquirimus ſit diſtinguendum, niſi intentio deficeret in concedente; quia tunc ſive ex dicto dolo, ſive ex negligentia vitium obreptionis inveniatur) faciet ut reſcripti impetratio inutiliter fiat ex doctrina textus *in l.* 1. §. *cauſa hujus edicti ff. de ædilitio edicto*, ubi nihil refert, ſubreptio contingat dolo, ſive ſimplicitate; quia procedit, quando deficit intentio contrahentium, quod non apparet ſic in textu noſtro in verſ. *ſi vero*.

15 Ad ſecundam quæſtionis partem, an in diſpenſatione votorum taciturnitas veri, & expreſſio falſi irritet vota; quia ex dictis in quæſtionibus præcedentibus, & hic poteris reſpondere; ideo breviter dico quod ſi votum eſt factum abſque licentia ſuperioris, tunc nulla taciturnitas veri, vitiet irritationem; quia cum poſſit ſine cauſa irritare, & nulla ſibi propriatate irritet, eſt viſus tota ſua poteſtate uti. quod procedit, ut ait Truleng. *in opere mor. lib.* 2. *dubio* 43. *num.* 7. quando cum licentia emiſſum eſt, nec tacetur licentia, aut conſtat ſuperiorem, memorem fuiſſe, tunc licentiæ eſſe conceſſæ addens, ut quando ab alio ſuperiore, vel æquali petit irritationem voti, non teneatur mentionem facere licentiæ voti emiſſi; quia nullo jure ad id cogitur per ea, quæ dixit *dubio* 29. *num.* 11. & *dub.* 30. *num.* 8. Sanchez *lib.* 4. *operis moral. c.* 27. *num.* 39. ſecus ſi eſſet immemor.

16 Certum vero eſt ut quando data operâ tacetur votum ad decipiendum ſuperiorem, ut irritationem, diſpenſationem, aut commutationem concedat, prædicta corruant; quia prudenter, & rationabiliter præſumitur noluiſſe ſuperiorem diſ-
penſare. † Tamen ſi nulla circa voti ſubſtantiam 17
falſitate, propoſita tegatur ſuperiori votum proponendo, illi tantum votum in genere, valebit diſpenſatio, ſi nullus alius defectus reperiatur; quia poteſt in genere Prælatus quodcunque votum diſpenſare, aut commutare, ſi legitima adſit cauſa arbitrio ipſius voventis, ſi ſit vir Doctus, aut alterius viri Docti: & ita etiam valebit diſpenſatio; etſi occultetur perſona voto adſtricta; imo ſi falſo dicatur eſſe ſtudioſam, aut doctam, vel ex tali progenie, vel quid ſimile, eo quod nec taciturnitas, vel falſitas eſt circa extrinſeca, & impertinentia ad cauſas hujus relaxationis, etiamſi conſtet denegandam eſſe eam diſpenſationem ſuperiori, ſic non deceptio ſecus ſi quando ſubſtantia voti falſa exprimitur, ut exemplificant Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 24 *num.* 19. idem *lib.* 4. *operis mor. cap.* 47. *num.* 25. 26. & 27. Trulleng. *ſupr. n.* 9. cum Suarez.

18 Ad tertiam quæſtionis partem an ſi impetrans ponit unam cauſam, quæ falſa eſt pro alia vera non poſita, ut facilius conſequatur diſpenſationem dicatur diſpenſatio nulla, ex tali mendacio, ut ſi v. g. aliqua fœmina, quæ remaneret innupta propter deformitatem ponit in petitione quod remaneret innupta ex dotis defectu: in qua difficultate videtur Sanchez ſibi contrarius, quatenus, *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 47 *num.* 17. dicit ut ea diſpenſatio non valeat: ſic etiam docet Gutierrez, *lib.* 2. *Canon. c.* 15. *num.* 103. & 104. & alii dicentes, ut qualiſcunque ſit illa cauſa falſa, ſi illa ſolum proponitur Pontifici, vincetur diſpenſatio; quia Pontifex non aliter diſpenſare intendit, niſi cauſa precibus ipſi propoſita, verificata, concludentes ut ipſa à veritate deficiente, deficiat etiam diſpenſatio, & addit bene Gutierrez *n.* 33. hoc procedere etiam caſu, quo per ſimplicitatem, aut ignorantiam, aut errorem, falſitas, ea contingeret: & faciunt plura dicta in quæſtionibus præcedentibus; & quia unica allegatur cauſa diſpenſationis, quæ eſt timor cælibatus ex doctis defectu, nec ſunt duæ cauſæ, ſed unica aſſignata ejus ratione.

Nihilo

19 Nihilominus video in hoc puncto contrarium docere ipſum Sanch. *lib.*8. *de matrim. diſp.* 19.*n.*29. exiſtimantem eam eſſe validam, ac dotis defectum verificari; quia dos non dicitur abſolutè, ſed reſpectivè, atque illa mulier quo plura habet vitia, veluti ſi ſit grandeva, vel filius ex alio matrimonio habeat, vel ſit deformis, aut de aliquo crimine infamata, ob illudve punita, eo ampliori indiget dote, qua illa compenſentur, ut ſic viro æquali nubat, quamvis his viris ſeclusis, poſſet cum ea dote commode nubere: & addit ut ſevera Pontificis mens eo tendat, ne hæ fœmina innupta maneat, nihilque referre unde id dimanet: ita ille, & Leandrus *de Sacram.tom.*2.*tract.*9. *diſp.*24.*q.*52. Martinus de S. Joſeph. *in monit. confeſſarior.tom.*1. *lib.*1.*tract.*40.*de matrim. n.*4. Diana *p.*10. *tract.* 11. *reſ.*42. dicentes ſufficere, ſanè verum eſſe quod ea innupta maneret aliquo ex præcitatis impedimen-

20 tis. † Et ſic reſpondent fundamentis contrariæ Pontificem ſcilicet non moveri ad diſpenſandum ob defectum dotis, tanqoam ob cauſam finalem, & motivam, cum ſolum ſit cauſa motiva, ne fœmina innupta maneat, & propter hanc concedere diſpenſationem dicunt, & quod ſic defectus dotis expreſſus in petitiona ſolum efficiat, ut Pontifex credat talem fœminam innuptam permanere, niſi cum illa diſpenſet. Et ego juxta intellectum hunc crediderim amplectendam eſſe in praxi hanc ſententiam; etſi in puncto juris, & juxta noſtrum textum exiſtiment magis juridicam primam relatam ex longe ante adductis.

21 Unde infero ad alium nempe caſum, quando ſtante vera una ſola cauſa ſcilicet, vel jactura famae, vel quod culpa intervenisset, ipſe narrans utramque exprimit, ut facilius diſpenſationem conſequatur. In quo dubio etſi Corduba, & nonnulli relati à Sanchez *de matrim.dict. lib.*8. *diſp.*21. *num.* 45. aſſerant quod in caſu, quo quis petit à Pontifice diſpenſationem in ſecundo gradu conſanguinitatis, allegans ex una parte copulam inter ipſos conſanguineos habitam, & ex alio ſcandalum, & infamiam ſequutam, aut ſubſeqoendam, ſi prima cauſa ſit falſa, etiam ſi ſecunda ſit vera, ſunt irrita, & invalida diſpenſatio, ita etiam docetur Eman. Rodriguez *tom.*1.*ſumm.in* 7. *edit. c.*238. *concluſ.*9.*num.fin.* Vega 1. *tom. ſum. cap.*88. *caſu* 2.

22 † Sed nihilominus contraria eſt tenenda ſententia affirmativa, quia Pontifex ſeclusà copulà, ob ſolam jacturam famæ fœminae, ac timorem, ut ob id innupta remaneret, ſolet diſpenſare; itaut copula tacita, adhuc ea diſpenſatio concederetur, & ſic quod non ſit ſubreptitia eo falſo propoſita; ſufficit enim quod cauſa principalis ſit vera; argumento textus *in §. ſi plures inſtituta de excuſat. tutor. cap. inter cæteras hoc tit.* ubi apparet quod quando narrantur cauſæ disjunctivæ, ſufficit quod altera ſit vera, ut *ibi* dixi: docent hanc idem Sanchez *dict. num.* 45. cum Covar. Gallego, & aliis quibus addo Leandrum *de Sacram. tom.*2. *tract.* 9. *diſp.*24.*q.*51. Othogavium *tract.* 4. *de matrim. q.* 9. *num.*12. Bonacinam *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 4. *n.*2. Martin de San Joſeph. *in monit. confeſſor. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 40. *de matrim. n.* 4.

23 Imo Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 17. *§.ult.n.* 41. ait hanc ſententiam procedere etiam, ſi falſis teſtibus ea cauſa probetur; dummodo ea vera ſit, Diana *p.*10.*tract.*11.*reſ.*43. ubi ait ſumi hanc doctrinam ex *cap. poſtulaſti de reſcriptis*, Covar. *lib.*1.*variar. cap.*20. *n.* 5. at ſi una cauſa ſit ſufficiens ex conſuetudine, & ſtylo, & ea vera, alia autem, quæ additur ſit falſa communior ſententia, eſt, quæ docet valere, quod verum dicit Diana, etiam ſi falſis teſtibus ea cauſa probetur; dummodo ea vera ſit, ita cum Pontio.

Nec obſtat Gutierrez *canon. dict. lib.* 2. *cap.* 15. 24
num. 108. quatenus pro prima ſententia docuit diſpenſationem ad matrimonium eſſe ſubreptitiam, ſi vel una cauſa ex pluribus ſufficientibus, falſa ſit; quia ejus ſententia procedet, ut jam alibi dixi, quando duæ cauſæ, quæ integrant ſufficiunt, ſed utraque per ſe non ſufficit. † Et pro noſtra ſen- 25
tentia facit Stephanus de Gaëta, dum dixit valare diſpenſationem impetratam ex falſa relationa initi matrimonii, inter conſanguineos, cum tamen nundum eſſet conſummatum; quia ſimiliter; imo facilius ſolet diſpenſare, non habita conſummatione.

Ad quartam qoæſtionis partem, an diſpenſatio 26
in uno vinculo abſque mentione alterius, ſit ſubreptitia, vel valida. In quo dubio reperio diverſè Doctores ſentire; quia Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.*23.*num.*2. ait eſſe ſubreptitiam; quia frequenter aſſerunt Doctores non valere diſpenſationem in uno impedimento, tacito alio, ut patet ex Panormitano *in cap. non debet de conſanguinitate*, quem multi ſummiſtæ imitantur, & ſuplem. Gabriel *in* 4.*diſt.*41.*art.*3.*dubio* 7. *& in ſimili.* Covar. *in* 4.*p.*2. *cap* 6. §.4. *num.* 11. † Et ducitur Sanchez, 27
eo quod in diſpenſatione, ne ſubreptionis vitio notetur, narranda ſunt omnia, quæ jure jubantur exprimi, ut jam latiſſime dictum eſt, ſed quodlibet impedimentum dirimens jure jubetur exprimi; ergo talis diſpenſatio eſt ſubreptitia; quia ut legitimè impetretur, neceſſum eſt quod proponatur Pontifici totum vinculum diſſolvendum ſecundùm totam gravitatem, quæ extrinſecè poteſt diſpenſationem difficiliorem reddere.

Et facit quia unum impedimentum cenſetur 28
moraliter habere majorem gravitatem in illo genere, quando eſt conjunctum aliis, quam ſolitariè ſumptum, ut probari ſolet ex textu *in cap. ex tuarum de authoritate, & uſu Pallii, & ex cap. paſtoralis de privileg.* & ſecundùm Covar. ex *cap. poſtulaſti hoc tit. & ex cap.* 1. *de trenga, & pace*: aliis pluribus fundamentis comprobant relati à Sanch. *dict. n.* 2.

Et probatur ratione; quia impedimenta ſimul 29
juncta ſine dubio reddunt perſonam minus dignam diſpenſatione etiam in ſingulis: unde etiam ſimul propoſita, magis avertunt animum Principis ad concedendum tale matrimonium, vel habilitandam talem perſonam, ut experientia ipſa, docet, & expreſsè videtur conſentaneum prudentiæ, ut refert Diana *p.*8. *tract.*3. *ſub reſol.* 25. Eſt enim abſurdum admittere validam eſſe diſpenſationem laborantis, v. g. octo impedimentis dirimentibus, decepto Pontifice, petitis ab ipſo octo diſpenſationibus ſeorſum; quippe Pontifex eas facillimo negotio octo perſonis concederet at uni nullatenus, † quia ut rectè ajunt Baldus *in l. Barbarius* 30
num. 8. verſ. 4. *contra hoc ff. de officio Prætor.* Ripa *reſponſ.* 14. *hoc tit. num.* 11. non præſumitur velle Principem promovere vitioſos, ac multipliciter criminoſos. Quare communis eſt Doctorum ſententia, ut in remiſſione pœnarum, cum in aliqua perſona plura ſunt atrociora delicta, ſingula difficilius remittantur in humano judicio per textum *in cap. fin. de conſuetud.* & aliis vulgatis, alias inquam aperiretur via fraudibus, obtinendo per plures diſpenſationes, quod ſæ-

piſſimè Pontifex, re tota intellecta per unam noo concederet.

31 Deinde confirmatur; quia Pontifex diſpenſans in uno impedimento ſibi propoſito decipitur in re neceſſaria, quoties plura ſubſunt impedimenta: quippe merito exiſtimat contrahere volentes nullo alio impedimento laborare: argum. *ex l. qui teſtamentum in princ. ff. de teſtam.* ibi: *Si aliud eos nihil impediat*, & *cap. 1. de ætate & qual. ordinandor. lib. 6.* ibi: *Si aliud obſtat*; itaque Abbas, Alex. de Nevo, Præpoſit. *in dict. cap. non debet*, Stephanus Coſta *tract. de affin. §. inter impedimenta num. 3.* Roſelle, verbo *impedimentum* 13. *num. 2.* Sylveſter, verbo *matrim.* 8 *quæſt. 14. dicto* 3. Tabiena, verbo *impedimentum* 11. Loaces *de matrim. Reg. Angliæ dub. 10. num.* 32. dixerunt non valere diſpenſationem conceſſam, explicata ſola affinitate, quando adeſt publica honeſtas, & Bald. *in l. ſi non lex in princ. ff. de hæredib. inſtit.* ait non valere litteras ſi per eas removeantur cætera obſtantia, noo tamen omnia: & in terminis dubii tenent Gallego *de cognat. ſpirit. cap. 23. num. 6.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. Sacram.* ubi *de matrimon. cap. 27. poſt. 6. concluſ. dif.* 1. Menoch. *de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu* 103. *num* 12. Mandoſius *de ſignatura gratiæ, tit. diſpenſationes matrimoniales*, ad finem, verſ. *reliquum eſt*, Dominic. *conſ.* 33. *à num.* 2. Decius *conſ. 602. num. 19. dub. 19. dub. 7. volum. 5.* Zephalus *conſ. 639. à num. 30. uſque ad 44.*

32 † Imò Covar. *in 4. decret. dict. 2. p. cap. 6. §. 4. fine* Gallego *ſuprà cap* 24 *num.* 7. Ledeſma *quæſt. 56. art. 2 dub. 1. in ſolutione ad 2.* Ludovicus Lopez 1. *p. inſtruct. cap* 296. *col.* 15. verſ. *igitur pro exped. & 2. p. ubi de matrim. cap. 46. impedim 4 fol. 1110. col. fin.* loquentes de duplici impedimento, quorum alterum eſt dirimeos, alterum vero impediens dicunt diſpenſationem eſſe omninò ſubreptitiam,

33 niſi utrumque ſimul exprimatur. † Et facit illud principium phyſicum dictans, *virtutem unitam fortiorem eſſe diſperſa.*

34 Alii inquam dicunt non ſit ſubreptitia diſpenſatio; qoia ſatis eſt in diverſis impedimentis, ut fiat, ſeu proponatur diverſa diſpenſatio, & quod nullo cavetur jure, ut io impetratione diſpenſationis unius impedimenti, mentio de aliis impe-

35 dimentis fiat. † Et ſic Doctores, & gloſſa *in cap. ex parte*, verbo *reddere*, de officio Ordinarii, dicunt ut valeat abſolutionis impetratio ab una excommunicatiooe, non facta mentione de aliis, quibus idemmet ligatur; deinde quia alias cogeretur quis jacturam propriæ famæ, & aliis fundamentis relatis à Sanchez *lib. 8. dict. diſp. 23. de matrim.* probant. Navar. Henriquez, P. Ledeſma, Eman. Rodriguez, Sa, Vega, & aliis, quos ipſe refert Zevallos *in pract. quæſt.* 737. *num.* 27. quibus addo Suarez *de legibus lib. 6. cap.* 24. Salas *eodem tract. diſp* 20. *ſect.* 15. *num.* 122. in verſ. *quæritur*, Dianam *p. 8. tract. 3. reſ. 25.* in verſ. *hic*, & verſ. *nec obſtat*, quorum ratio ea etiam eſt, nam ex una parte nullum eſt jus, quod hanc conditionem univerſaliter requirat, ex alia parte, cum integrum proponatur vinculum per ſecundam diſpenſationem, Principi ſolvendum non eſt, cur ad utilitatem ipſius debeat mentio fieri prioris antea obtentæ.

36 Et ita in hoc puncto ſentio; quia eſto plura vincula ex ſe reddant perſonam minus dignam diſpenſatiooe, diſpenſationemque ipſa conceſſu difficiliorem; ſed quia talis indignitatis expreſſio ad diſpenſationem non facit; valebit diſpenſatio io uno vinculo, tacitis aliis, quando ſine mentione aliorum ſufficienter explicari poteſt; & confirmatur ex dictis *num. præced.* † Item quia qui plura ha- 37
bet peccata, minus dignus eſt beneficio; ſed quia expreſſio talis indignitatis non facit ad collationem beneficii, valet beneficii collatio, etiam ſi ei beneficium collatum non fuiſſet ſi ipſius peccata à collatore ſcita fuiſſent. Deinde quia ut dicunt relati impetratio veniæ diverſorum criminum, ut furti, & homicidii, valet ſeorſum facta, nec in unius impetratiooe eſt neceſſaria alterius mentio.

Nec huic reſolutioni obſtant jura *in dict. cap. ex* 38
tuarum de author. & uſu Pallii, quod allegat Panormit. quia nihil, aut parum facit. † Nec 39
textus *in dicto cap. paſtoralis de privileg.* quod nihil etiam juvat. Nec textus *in dict. cap. poſtulaſti*, quod Covar. quia regula *ibi* conſtituta in beneficiis non habet locum in diſpenſationibus reſpondent Diana *dict. reſ. 25.* ex doctrina Panormit. *in cap. pen. de præſcript.* † Nec textus *in dicto cap.* 40
1. de Treuga, ubi dicitur, quod funiculus triplex difficile rumpitur; quia etſi fateamur, & in præſenti contingat, ut cumulum impedimentorum difficilius tollatur; quia vel requirit unam diſpenſationem difficiliorem, vel cumulum diſpenſationum: tamen non ob id denegari omninò. Et ſic non obſtant alia fuodamenta pro prima ſententia adducta, quæ eliduntur ex dictis pro ſecunda: unde ipſe Sanchez aliquibus modis limitabit ſuam ſententiam, veluti, quando adeſt juramentum, & votum, de quo jam *ſupra* dixi, & in aliis caſibus.

Sed obſtant Magiſt. Texada *in Theolog. moral.* 41
lib. 4. tom. 2. tract. 3. num. 51. qui in caſu quotidiano ſic alloquatur, an quando in eadem perſona duo ſunt impedimenta quorum alterum eſt occultiſſimum; ex cujus revelatione, ſi ſciatur; ſequitur perſonæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia graviſſima damna: & reſpondet cum Ledeſma *de matrim. dict. quæſt. 56. art. fin. dubio. 2.* Eman. Rodrig. *tom. 1. ſumma cap. 238. num. 6.* ſufficere, & ſatis eſſe in narratione ad Pontificem miſſa, impedimentum publicum duntaxat exprimi, tacito altero occulto, cum hac tamen conditione, ut impedimentum occultum proponatur etiam Pontifici in ſacra pœnitentiaria ſimul cum publico, ut utriuſque notitiam habeat, qualiter exigitur, ut valida ſit diſpenſatio. Sed reſpondeo cum Diana *ſuprà*, & Merola *tom. 2. diſp. 4. cap. 6. n.* 451 quod quando in ſacra pœnitentiaria, impedimentum occultum Pontifici proponitur, & exprimitur noo declarantur partium nomina: quare proponendo illud Pontifici in ſacra pœnitentiaria occurritur in convenienti; & propterea ſalvatur quod neceſſarium eſt, ut rectè, & validè concedatur diſpenſatio abſque ullo prorſus periculo incurrendi contrahentes aliquod grave damnum, cum nomina eorum non publicentur, ita Diana, imò & io hoc caſu Sanchez temperans ſuam ſententiam *in dict. diſp.* 23. *num.* 7. dicit eſſe neceſſarium, ut occultum illud impedimentum proponatur Pontifici, ubi late agens ponit exempla, referens caſum ad ſe perventum in illis diebus, idem credens *num.* 8. etſi impedimentum illud occultum eſſet illius generis; ut ex manifeſtatione, infamia non ſequeretur, ut ſi eſſet votum caſtitatis.

Et ſecundùm praxim ſecundæ ſententiæ, refert Navarrus *lib. 4. conſ. in 1. edit. de ſponſalibus num. 1. & tit. de conſanguin. conſ. 1. num. 2. & conſ. 2.*

num.

num. unico, & *conſ.*5. *num.*2 3. & 4. & *conſ.*10.*n.* 1. ubi paſſim contingerit in Curia impetrari diſpenſationem in quodam matrimonii impedimento, non facta mentione de alio; & quod poſtea impetretur diſpenſatio ſuper alio.

43 Prædicta circa relatam noſtram ſententiam mihi admodum vera vidantur, ſi concurrant impedimenta diverſa, ſecus ſi ſint ejuſdem ſpeciei veluti ſi v. g. contingat, ut alter contrahentium, eſſet alteri conjunctus duplici titulu conſanguinitatis in eodem, vel diverſo gradu, ut in tertio ex utroque latere parentis, patris ſcilicet, & matris, vel in tertio ex uno tantum, & in quarto ex duplici latere, vel in tertio ex quarto ex utroque latere bis; quis tunc debent hæc omnia exprimi, debetque fieri mentio multiplicis gradus utroque titulo, alioquin diſpenſationem eſſe ſubraptitiam, exiſtimo cum Sanchez *dict. lib.*8. *de matr. diſp.* 14. & 22. *num.*5. Coninc. *de Sacram diſp.*33. *dub.* 6. Baſilio *lib.* 8. *de matrim. cap.* 17. Hurtado *diſp.* 26. *dif.*6.*num.*28 Bonacina *tom.*2. *diſp.* 1. *punct.*5. *q.*2. *num.*3. verſ. *ſecundo*, Filliucius *tom.*1. *tract.* 10. *p.*2. *cap.*19. *num.*327. verſ. *ſecundo ſi*, Ægidius Coninc. *de Sacram. lib.*7. *cap.*10. *dub.*4. *num.*3. Et eſt ratio; quia etſi tunc impedimenta non differant ſpecie tamen ſunt plura numero habentia vincula validiora; quomodo ego intelligo dictum *dict. cap.* 1. *de Trenga*, & Ægidius cum Filliucio, & Bonacina, ſic teſtatur de praxi ſacræ pœnitentiariæ, & ſtylo Curiæ; & ſecundum hanc explicationem crediderim veram Thomæ Sanchez, & aliorum ſententiam jam adductam.

Quæstio VII.

An pœna falſitatis puniatur impetrans à Papa ſeu à Principe reſcriptum obreptitium, vel ſubreptitium: ubi quid de Curiali mutante narrativam. Et quid ubi narrativa fieret dubitativè: & aliquid de reſcripto *perinde valere*, & *de gratia, ſi neutri*; ac de aliis, quæ ſi non exprimantur, reddant, ſive non gratiam ſubreptitiam. Ubi an de lite debeat fieri mentio, ac de ſtatu proceſſus.

SUMMARIUM.

1 *Impetrans obreptione*, & *ſubreptione reſcripta, non aliis pœnis punitur, quam quod careat impetratis*, n. 3.

2 *Falſificans, ſeu abradens litteras Papæ, aut Principis, punitur, ut falſarius, & amittit cauſam cadens ab ea.*

3 *Subreptitias litteras impetrantes non puniuntur excommunicatione, & aliis pœnis, ſicut eas falſificantes.*

4 *Curialis, ſeu ſollicitator, qui mutat narrativam impetrantis, punitur excommunicatione; quia eſt falſarius, ut* numero 5.

6 *Curiales, ſive ſollicitatores Curiæ dicuntur alias copiſtæ, & quæ perſonæ comprehenduntur in brevi de hoc loquente.*

7 *Menſis narrativa debet fieri ab impetrante beneficium, ne præjudicium, fiat Ordinario.*

8 *Menſis narrativa non debet fieri dubitativè ſed poſitivè, ut* n. 12.

9 *Gratia part, eſt verificatio narrativa.*

10 *Narrativa diſpoſitivè eſt verificanda, ut obvietur fraudibus, etiam in gratiis conceſſis motu proprio*, n. 11.

13 *Menſis narrativa, poſitivè fieri debet, ſive vacatio beneficii ſit de jure, ſive de facto fallit dupliciter, ut* hic.

14 *Narrativa ſunt juſtificanda in gratioſis, maxime quando copulative ſunt, redduntque Principem difficiliorem ad concedendum, aut ſuper quibus Princeps ſe fundavit.*

15 *Ætatis narrativa eſt, ſi conſiſtat in facto proprio eſt verificanda, alias reſcriptum ſit ſubreptitium expreſſione falſa ætatis*, numero 16.

17 *Gratia narrativa etiam ſi ſit negativè concepta eſt verificanda in judicio ordinario, aut executivo.*

18 *Qualitates narratæ, ſunt verificandæ in gratioſis, ſi qualitas ineſt de facto, ſecus ſi ex jure.*

19 *Perinde valere reſcriptum quod ſit remiſſivè.*

20 *Gratia* ſi neutri, *cui conceditur.*

21 *Collatio Ordinarii non faciens mentionem de jurepatronatus, eſt ſubreptitia.*

22 *Subreptitia dicitur gratia, ſi quis non fecit mentionem de qualitate Præbendæ, non ſi quis impetretur beneficium, tanquam curatum cum ſit ſimplex.*

23 *Subreptitia dicitur ob non expreſſionem valoris fallit*, à n. 25.

24 *Gratia regulariter pro abſente ſubjacet ſubreptioni: fallit* n. 31.

25 *Gratia non dicitur ſubreptitia, quando in reſcripto amittitur, conſuetum apponi, & Papa præſumitur de eo habere notitiam.*

26 *Gratia non dicitur ſubreptitia, ſi tacentur ea, quæ jus non mandat exprimi; ut quod quis eſt filius delati de hæreſi*, n. 27.

28 *Gratia non dicitur ſubreptitia, ſi non fiat mentio de qualitate jure minim conſiderata: & quando qualitates æquipollentes ſunt expreſſæ.*

29 *Proviſio Nuntii, quæ dicitur nova proviſio, non eſt ſubreptia, licet non ſit expreſſum de nova proviſione.*

30 *Gratia non eſt ſubreptitia, ſi non fuerit facta mentio de jure quæſito, vel de intruſione.*

32 *Clauſula* motus proprii, *non ſubjacet ſubreptioni.*

33 *Clauſula* amoto, *tollit ſubreptionem taciturnitatis, detentionis, beneficii alterius.*

34 *Clauſula* quod de ſubreptione dici non poſſit, *tollit vitium ſubreptionis.*

35 *Commiſſio non dicitur ſubreptitia, in qua non fuit facta mentio, quod cauſa fuerat inſtructa, ſi in ea adeſt clauſula* cujus ſtatum.

36 *Clauſula* litis ſtatum, *quid operetur*, numero 40.

37 *Proceſſus debet fieri in reſcripto: fallit in geſtis poſt appellationem: & quando actus eſt nullus; & quando quod omittitur non impediret reſcriptum*, & n. 49.

38 *Status Cauſæ eſt facienda mentio in reſcripto.*
39 *Litis, & ſententiæ nullæ, non debet fieri mentio in reſcripto.*
40 *Clauſula* cujus ſtatum, *non operatur, quin capi poſſit poſſeſſio, nec præſervata ſubreptione, ſi non fiat mentio de re judicata,* num. 41.
41 *Judicata res, requirit mentionem in reſcripto: fallit ſi fuerit deducta in controverſiam,* num. 42.
43 *Litteræ Apoſtolicæ non excuſant ab attentatis, quando in eis non fuit facta mentio de lite.*
44 *Litteræ ſunt ſubreptitiæ, non facta mentione litis; ſit ut poſſeſſio poſtea capta ſit attentata, &* n. 46.
45 *Breve, non debet eſſe ſubreptitium, &* numero 46.
46 *Reſcriptum, ſeu breve de capienda poſſeſſione, ſi eſt ſubreptitium, eſt nullum ipſo jure: & quare,* n. 47.
48 Cap. dilectæ 10. de exceptionib. oum. 49. & 50.
49 *Excommunicatio lata poſt appellationem, non eſt in reſcripto exprimenda, valetque, ipſa excommunicatione non expreſſa.*

1 Aliud eſt agere de pœna falſificantis litteras Apoſtolicas, ſeu Principis, aliud inquam per obreptionem & ſubreptionem illas impetrare; etſi Doctores involvant, quia in primo caſu loquitur latiſſimè Farinacius de falſitate, & ſimulatione *quæſt.* 150. cum multis per eum relatis, quem vidi adductum à quodam viro docto ad propoſitum noſtræ quæſtionis. Sed cum eum perlegerim fere illud verbum de puncto propoſiti dubii, afferre video: & ſic videtur juxta regulam textus noſtri, ut impetrans reſcripta, gratias, ſive diſpenſationes per obreptionem aut ſubreptionem, noo puniatur aliis pœnis, quam quod careat impetratis litteris juxta diſtinctiones, de quibus Pontifex fuit uſus in textu noſtro, & in aliis, *ſupra in princip.* adductis alias inquam ſi aliis pœnis puniretur impetrans Pontifex eas alicubi aſſignaret,
2 † ſicut de illis loquitur contra falſificantes, abradentes litteras Apoſtolicas, eiſque malè abutentes ut dico late per textum *in cap. ad falſariorum de crimine falſi,* & dixi *in cap. cum non ab homine de judic. quæſt.* 26. & *quæſt.* 30. & *in cap. ad audientiam, de crimine falſi*, ubi de pœna falſificantis ſigillum Principis; imo & Pontifex *in c. quod ſuper* 4. *de fide inſtrum.* non punivit cruce ſignatos, de quibus, *ibi*, oiſi juxta tenorem textus noſtri etiam ſi per litteras tacita veritate, vel falſitate expreſſa, intenderent à voto abſolvi; etenim ibi puniti tantum fuerunt ut hic, & quod voruo adimplerent antea factum, nec ad aliam pœnam tranſitum fecit ibi Pontifex, ſicut facit contra litteras falſificantes, *in dict. c.* 3. & ad falſariorum de crimine falſi, ubi privat falſificantes à beneficiis, excommunicat, degradat; & ſic degradati, traduntur puniendi judici ſæculari; item *in dict. cap.* 3. in exilium mittuntur, &c. Item falſitatem committens, licet perdat cauſam, ſed non per hoc adverſarius obrinet niſi ſuam probat intentionem, Surd. *deciſ.* 282. *num.* 3. & Beroius ait *deciſ.* 292. quod falſitatem committens in cauſa, cadit ab ea per ſententiam, & Hypolit. *conſ.* 70. *num.* 18. Goozalez *in reg.* 8. *cancel. gloſſa* 57. *n.* 45. dicunt ut falſificans litteras, quæ alias orant nullæ, incidit in falſi pœoam, ac debet pnoiri, Barboſa *in cap. olim* 25. *hoc tit. n.* 56. & 72.

3 Quare optimè S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 35. *cap.* 13. Silveſter verb. *ex communicatio n.* 9. *excommunic.* 4. verſ. & *ſecundo.* Cajetanus *eodem verb. cap.* 26. quos referunt, & ſeqountor Cariolan. *in explicatione ſextæ excommunicationis Bullæ; in Cœna Domini,* verſ. *dubitantur*, Barboſa *in dict. cap. ad falſariorum num.* 5. dicunt quod impetrantes litteras ſubreptitias, vel obreptitias noo ligantur excommunicatiooe, qua ligantur falſificantes litteras Apoſtolicas, *in dict. cap. ad falſariorum*, etſi in dicente falſum non admittatur excoſatio ignorantiæ Barboſa *num.* 11. cum Eman. Rodriguez *quæſt. regul. tom.* 2. *q.* 14. *art.* 1.

4 Et licet ex textu noſtro probent Doctores triplicem relatam concluſionem in principio addictam, commenſuratamque eſſe pœnam ejus juxta commiſſum reſcripti ſubreptitiam dolo, aut ſimplicitate, ut in verſiculis, *nos igitur*, & in *inter alios*, nempe ut ſolum careat impetrans litteris ſic impetratis, nec de alia pœna aliquid Doctores loquantur in textu hic, & in aliis ſimilibus de obreptione, ſive ſubreptione agentibus, ego dixi noo præmittendum caſum ſequentem; ſcilicet quod curialis, aut ſollicitator qui ut facilius diſpenſationem impetret mutans narrationis ſubſtantiam, manet excommunicatus per motum proprium Pii V. ut ait Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 3. *num.* 7. *in fine*, ex quo videtur alia pœna, præter dictam in textu noſtro, puniri falſo impetrantem diſpenſationem: aliquid dixi, *ſupra quæſt.* 5. *num.* 31. & 32.

5 Sed reſpondeo eſto ut verum ſit ſic Bulla Pii V. determinatum adhuc Pontificem ibi non loqui de impetrante per obreptionem, & ſubreptionem tacendo veritatem aut falſum exprimendo, ſed de curiali, vel ſolicitatore mutante hoc eſt falſificante narrativæ ſubſtantiam ſui clientuli: quare non eſt mirum, ut potius puoiatur. Juxta tenorem, *dicti cap.* 3. & *dict. cap. ad falſariorum crimine falſi*, ut conſtat ex tenore ejuſdem motus proprii Pii V. qui nullam excommunicationem imponit, ſed ſolùm decernit, ut pænà falſi plectantur, ut bene expendunt Fr. Eman. Rodriguez *tom.* 1. *ſummæ in* 2. *editione cap.* 238. *in princ.* Vega 1. *tom. ſumm. c.* 88. *caſu* 4. Thomas Saochez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 58.
6 † Et quod ille motus proprius loquitur de procuratoribus, tam ufficii ſacræ pœnitentiariæ, ſeu contradictarum, quam aliis quibuſcunque ſolicitatoribus, quos *Copiſtas* vocant, qui veritatem facti à naeratione, quam à paetibus habuerunt quoad ſubſtantialia, & qualitates neceſſario exprimendas, diverſam faciunt, ſeu quo quomodo invertunt, aut depravant, immutantve.

7 Ad ſecundam quæſtioois partem, quid ſi narrativa fieret dubitativè: ut reſpondeam præmitto juxta verba Regulæ VIII. Cancellariæ verſ. *gratiis omnibus*, quod in omnibus gratiis beneficialibus narrari debet menſis vacationis ſub pœna nullitatis: ſic Puteus *in deciſ.* 445. *lib.* 1. & *dec.* 159. *lib.* 2. & 473. *lib.* 3. Mohedan. *deciſ.* 4. *de conceſſione prabend.* Caputaq. *deciſ.* 136. *part.* 2. & alii communiter ex eo procedere, dicentes ut Papa ſciat an vacatio contigerit in menſe reſervato, vel Ordinario; quia noo inteodit præjudicare Ordinario collatori, Puteus *deciſ.* 59. *lib.* 1. aliquid per Rotam *deciſ.* 724. *num.* 6. *p.* 3. & *deciſ.* 9. *n.* 22. *p.* 2.

8 Unde ad difficultatem dico non eſſe ſatisfactum prædictæ regulæ, ſi narrativa menſis fieret dubitativè, veluti diceretur quod forſan vacuit in tali

tali menſe, Cæſar de Graſſis *deciſ.*2. *à num.*7. *de*
prob. aliquid per Rotam *deciſ.* 112. Riccius *collect.*
1141. nec enim ſufficit dicere quod ut aſſeritur
vacavit in tali menſe; quia per illud verbum
imperſonale *aſſeritur*, de quo dixi *ſupra ſub*
Rub. & *in cap.* 3 *hoc tit.* nihil concluditur;eo quod
menſis vacationis narratus, ſemper debet verifi-
9 cari, & ratio rationis eſt; † quia verificatio nar-
rativæ eſt pars gratiæ: ſic docent Creſcent. *deciſ.*
4. *de conceſ. Præbend.* Mohedan. *deciſ.* 8. *hoc tit.*
Cæſar de Graſſis *deciſ.* 12. & 20. & *deciſ.* 2. *de*
prob. Caputaquen. *deciſ.*240.*p.*2. Caſſador. *deciſ.*4.
de prob. aliquid per eundem *deciſ.*6. *à num.* 2. *de*
Jure Patron. Rota *deciſ.* 60. & 77. *hoc tit. in anti-*
quis, aliquid per eandem Rotam *in antiquior. de-*
ciſ. 212. *p.* 1. *diverſ.*
10 Quæ concluſio ita eſt favorabilis, ut diſpoſi-
tivè debeat fieri narrativa, ut dixit Rota *deciſ* 700.
lib. 1. aliquid *in deciſ.* 264. Riccius *d. collect.* 1141.
verſ. *ampliatur tertio*: & reddunt rationem Rota
*deciſ.*42. *diverſ.p.*2. Caputaq. *deciſ.* 215. *p.* 3. quia
omnis conſtitutio emanata ad obviandum fraudi-
bus eſt favorabilis: ita videtur confirmari ex tex-
tu noſtro, & aliis.
11 Et intelliges ex verſ. & *ampliatur* infra. †
Item extenditur ut procedat non ſolùm in ſuppli-
cationibus, & gratiis factis ad inſtantiam partis,
ſed etiam in conceſſionibus gratiarum, quæ fiunt
motu proprio, Rota *deciſ.* 6. & 7. *de præbend. in*
novis, & *deciſ.*71. *hoc tit. in antiquis*, Mohedan.
*deciſ.*4.*num.*2. & *deciſ* 9. *num.*4.*de privileg.* aliquid
per Puteum *in deciſ.*386. *num.*3.*lib.* 1. licet præfata
cauſa non ſuppleat defectum intentionis nolentis
concedere dictas gratias ſine menſis expreſſione,
Puteus *deciſ.*70 *lib.*3. Achilles de Graſſis *deciſ.* 10.
de præbend. idem Puteus *in deciſ.*307.*lib.*3. aliquid
*in deciſ.*386.*num.*3.*lib.*1.Rota *deciſ.* 33. *à num.*6. *in*
antiquis, Caſſador. *deciſ.*4. *de conceſſ. præbendæ*, &
procedit etiam in gratia novæ proviſionis, Mohe-
dan. *deciſ.* 4. *de conceſſione præb.* aliquid per Rotam
deciſ. 443. *p.* 2.
12 Et ampliatur concluſio, ut intelligatur dictum
ſupra à verſ. *quæ concluſio*, nempe ut narrativa de
menſe fieri debeat diſpoſitive, dicendo affirma-
tivè, ſimpliciter, & abſolute quod beneficium
vacavit in tali menſe, ut patet ex verbis dictæ re-
gulæ 8. Cancel. ibi: *Diſpoſitivè mentionem fieri.* Et
quia hujuſmodi defectus non ſuppletur per clau-
ſulas generales, Creſcent. *deciſ.*15.*de præb.* Mohe-
dan. *deciſ.* 17. *eodem*, Caſſador. *in deciſ.* 5. *eodem*,
Verallus *deciſ.*63.& 253.*p.*1. Card. Puteus *deciſio-*
ne 220. *lib.*1.Bellamer. *in deciſ.* 125. Caputaquen.
*deciſ.*188.*p.*1. aliquid per Rotam *deciſ.* 475. *lib.* 1.
diverſ.
13 Dicta inquam procedunt ſive vocatio ſit de ju-
re, ſive de facto, ut dicunt Rota 102. *lib.* 1. *di-*
verſ. Riccius *dict. collect.* 1141. *circa finem*, qui,
& Puteus *deciſ.* 25. *lib.* 1. limitant primo dicentes,
minime locum habere dictam concluſionem, quan-
do beneficium ſit reſervatum ex alio capite, quam
ratione vacationis in menſe Apoſtolico. Et ſecun-
do idem Puteus *deciſion.* 345. *lib.*3. & Rota *deciſion.*
9. *de jure patron.* in antiquis limitant in proviſio-
nibus, & gratiis Ordinariorum, ut tenent etiam
Baldus *deciſ.*23. quia in Ordinariis regulariter præ-
ſumitur ſcientia de menſe vacationis; quod verius
eſt, ut dixi *ſup. quæſt.* 2. *num.* 43. & alibi, etſi
Puteus *deciſ.*395. *lib.* 3. dicat procedere etiam quia
Ordinarius ſemper providet de motu.
14 Et quod in gratioſis, narrata ſint juſtificanda do-
cent Doct. *in c.* 1. *de litis conteſt. lib.*6. ita ut debeant
verificari quæ reddunt Principem ad concedendum
difficiliorem, vel ſuper quibus Princeps ſe funda-
vit maximè, quando copulativè ſunt narrata,
& quælibet narrativa per ſe non ſufficit, abunde
patet ex dictis *ſupr. in hoc cap.* & in aliis à principio
tituli, & in aliquibus ſequentibus, in terminis
docent deciſum propter Ordinarios *in dict. cap.* 1.
Rota *deciſ.*20. *de præb. in novis*, Bellamera *deciſion.*
76. & *in deciſ.* 303. Veral. *deciſ.* 39. *p.* 1. Puteus
*deciſ.*242.*lib.*1.Rota *deciſ.*4. & 75. *hoc tit. in anti-*
quis, Ægidius *deciſ.*4. & 95. Caſſador. *deciſion.*11.
& *in deciſ.* 12. *præb.* Caputaq. *deciſ.* 310. *p.* 1. &
142. *p.* 2.
Et hæc concluſio extenditur ut procedat etiam 15
quoad narrativam ætatis, quamvis conſiſtat in fa-
cto proprio, Fab.*deciſion.*17. Mohedan. *deciſ.*336.
Riccius *collect.* 1318. ad textum *in dict. cap.* & ad-
dit Caputaq. *deciſ.* 114. *p.* 2. quod gratia redditur
nulla, ſi narrativa ætatis non juſtificetur. † Et 16
Mohedan. *deciſ.* 8. *hoc tit.* Riccius *collect.* 325. ad
noſtrum textum ait ut ſubreptitium ſit reſcriptum
per expreſſionem falſæ ætatis; quia tunc diſpen-
ſationis gratia vitiatur. Et addit ſecundo Cæſar
de Graſſis *deciſ.* 66. ut obtineat etiam quoad nar-
rata in diſpenſatione, quæ ſunt verificanda. † 17
Item ampliant Caſſador *deciſ.* 5. ſuper regul. ut
fuit dictum in una Meliten. Canon. 16. Junii 1586.
coram Cardinali Plato, ut procedat quoque, ſi
narrativa gratiæ, ſit negative concepta; item
ampliant Cæſar de Graſſis *deciſ.*48. Mohedan. *de-*
ciſ. 304. ut procedat non dum in judicio ordinario,
verùm & in judicio executivo, quod notabis ad
ea, quæ longiſſimè ſcribit Nicolaus Garcia *de*
benefic. tot. p. 6. præcipuè *à cap.* 2. *à num.*184. &
200. ubi de textu noſtro, & de executoribus gra-
tiarum Apoſtolicarum, & quæ debeant verifica-
re, aliquid dixi *ſupra in principio.*
Imò & ampliatur prædicta concluſio, ut pro- 18
cedat utique etiam reſpectu qualitatum; quia in
gratioſis etiam qualitates narratæ, ſunt verifican-
dæ, Cæſar de Graſſis *deciſ.*7. *de prob.* quod eſt ve-
rum quando qualitas narrata ineſt de facto, ſecus ſi
ex juris, diſpoſitione; quia tunc non eſt opus eam
juſtificare, Rota *deciſ.*75. & 33. *hoc tit. in anti-*
quis, & limitat etiam Riccius *d.deciſ.collect.*1318.
in caſu deciſ. Rotæ *diverſ.*531. *p.*1. Caſſador. *deci-*
ſion. 100. *de præbend.* & Ægidii *deciſ.* 734. de
aliis, dico *infra* in verſiculo *ad ultimam par-*
tem.
Ad tertiam quæſtionis de reſcripto perinde va- 19
lere, cujus tractatio aliquo modo comprehenditur
ſub lectura, & deciſione textus noſtri ſcribunt
Azor. *lib.*7. *moral.tom.* 2. *cap.*31. *quæſt.*1. & de ma-
teria textus *quæſt.* 2. 3. 4. 5. & 6. Salas *de legibus ſe-*
ction. 5. & Sahagun. & alii practici Romanæ Cu-
riæ, & notat Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 13. *num.*3.
quod perinde valere obtentum lite pendente, non
facta mentione litis, non ſuffragatur, niſi juſtificetur,
ut confirmatur etiam ex dictis in fine hujus quæ-
ſtionis, agit latiſſimè Rebuffus in praxi beneficiali
p. 9. *à fol. mihi* 311. ubi quid ſit, & ad quid practi-
cetur, eum videbis ex propoſito.
Hic etiam applicabis quod ſcribit latè Nicolaus 20
Garcia *de gratia ſi neutri p.* 6. *cap.* 2. *à num.* 110
ex infinitis deciſionibus; ideo ad quid ea veniat,
non tranſcribo: & in aliis deciſ. Alex. Ludoviſ.
*deciſ.*137.*num.*8.& 9. *deciſ.*89. *num.*2. & *deciſion.*
84. *num.* 1. *dict. deciſ.* 89. *num.*3. & *deciſ.*94. *n* 7.
& 8. & quod hæc requirat litem tempore impe-
trationis

tionis

trationis, idem *dict. deciſ.* 94. *num.* 1. cumque hæc
gratia concedatur proviſo Apoſtolico ex ſtylo
datariæ, etiam adverſus proviſum Apoſtolicum,
Alexand. Ludoviſ. *deciſ.* 150. *num.* 3. & *num.* 2.
dicit ut non ſubreptitia, ſi non fuit facta men-
tio, quod colitigans erat proviſus Apoſto-
licus.

21 Ad quartam quæſtionis partem quæ reddant,
vel non ſubreptitium reſcriptum præter adducta
latè *ſuprà in cap.* 3. & 8. & aliis, & in textu no-
ſtro, ne longos commentarior faciam, breviter
dico, ut collatio Ordinarii non faciens mentio-
nem de jure patronatus, eſt ſubreptitia, Verallus
22 *deciſ.* 224. *p.* 3. † Et ubi quis non fecit mentio-
nem de qualitate præbendæ, ſcilicet quia ſit Sa-
cerdotalis, vel electiva: nam tunc gratia dicitur
ſubreptitia, Rota *deciſ.* 41. *hoc tit.* ſed non erit
gratia ſubreptitia; ſi quis impetravit beneficium
tanquam curatum, ſi poſtea reperiatur ſimplex,
ut dixit Rota *deciſ.* 37 *hoc tit. in antiquis*, Riccius
dict. collect. 325. *circa finem*: & ſic ſi Canonicus
præbendatus in impetratione expreſſerit præben-
dam, & non Canonicatum, Rota *diverſ. deciſio-
ne* 72 Biſig et *deciſ.* 11. *de præb.* ſic quamvis repe-
riatur fructuum excedere quantitatem, Biſignet.
23 *deciſ.* 6. *de præb.* † Idem dicitur ſubreptitium ob
non expreſſionem valoris, Creſcent. *deciſion.* 18.
24 *hoc tit.* de his duobus jam *ſupra* egi. † Qui *deci-
ſion.* 10. *de præb.* ait quod regulariter gratia pro ab-
ſente ſubjacet ſubreptioni, & Verall. *deciſion.* 225.
p. 3. generaliter notat quod ubi ſubreptio habet
locum, vitiat ipſo jure; ſed de hoc dixi jam *ſu-
pra* à principio noſtri textus, qualiter intelli-
gatur.

25 Sed è contra gratia non dicetur ſubreptitia,
quando in reſcripto omittitur conſuetum apponi,
& Papa præſumitur de eo habere notitiam Creſc.
deciſ. 14. *de præb.* unde licet in reſcripto fuerit omiſ-
ſum id, quod ſi eſſet expreſſum Papa, vel non con-
ceſſiſſet, vel minus facilè, probatur tamen ſciviſ-
26 ſe pulchrè Verall. *deciſ.* 121. *p.* 3. † Nec dicitur
ſubreptitia ſi taceatur ea, quæ jus non mandat ex-
27 primi pulchrè Mohed *deciſ.* 8. *hoc tit.* † Quare
licet quis non expreſſerit, quod eſſet filius delati
de hæreſi in impetratione diſpenſationis beneficii
gratia non vitiatur, idem & Riccius *ſub dicta*
28 *collect.* 325. † Nec dicetur ſubreptitia ſi non fiat
mentio de qualitate à jure minus conſiderata Ve-
rall. *deciſ.* 224. qui *deciſ.* 221. idem ait quod quali-
tates æquipollentes ſunt expreſſæ; & licet quali-
tates beneficii non expreſſerit; eo quod ſufficiat
ipſum exprimere beneficium, Rota *in deciſion.* 10.
hoc tit. quæ *in deciſ.* 39. *diverſ. hoc tit.* in antiquis
dicit, ut data etiam taciturnitate penſionis, id in-
telligens in Clerico paupere impetrante in forma
communi.

29 Item etiam quod proviſio Nuncii, in qua eſt
facta mentio præſentationis, dicitur nova provi-
ſio, & non eſt ſubreptitia licet non fuerit expreſ-
ſum de nova proviſione, Mohed. *deciſ* 3. *de præb.*
30 † Nec erit ſubreptitia, etſi non ſit facta mentio
de jure quæſito, ut in caſu Mohedan. *deciſ.* 34. *de
præb.* & licet non fuerit mentio facta de intruſione
31 Verall. *deciſ.* 118. *p.* 3. imo, † & Rota dixit *deciſio-
ne* 74. *hoc tit.* ut impetratio pro alieno in abſentia,
ſi ſubreptitia in aliqua parte reperiatur, non no-
ceat abſenti, etſi ut jam dixi regulariter gratia
pro abſente ſubjaceat ſubreptioni; alia ponit
Alex. Ludoviſ. *deciſ.* 150. & alibi ſæpè ubi Oliver.
Beltramin.

De clauſula *motus proprii*, jam *ſuprà* dixi *q.* 4. 32
à num. 45. quod non ſubjacet ſubreptioni, id eſt
quod tollat vitium ſubreptionis, ut etiam dixit
Anton. Faber *deciſ.* 1. *hoc tit.* † Quare nunc addo 33
ut clauſula *anneto*, tollat ſubreptionem taciturni-
tatis detentionis beneficii alterius, ut dixit Rota
in deciſ. 37. *hoc tit.* & cæteri de clauſula hac ſcri-
bentes. † Item & quod clauſula (quod de ſub-
reptione dici non poteſt) tollat vitium ſubrep- 34
tionis, ſcripſit Verallus *deciſion.* 218. *p.* 3. † Nec
dicetur ſubreptitia commiſſio, in qua non fuit fa- 35
cta mentio quod cauſa fuerit inſtructa, ſi tamen
in ea adeſt clauſula *cujus ſtatum* &c. docent Achil-
les de Graſſis *in deciſ.* 9. *hoc tit.* Riccius. *dict. col-
lect.* 325. in verſ. *modo*. † Et dicta clauſula *litis
ſtatum*, operatur, ut cenſeatur facta ſufficiens 36
mentio litis, Gemin. *conſ.* 120. *num.* 6. & fuiſſe di-
ctum in una Zamor. fruct. Novemb. 12. anni 1584.
& in una Milit. 13. Novemb. 1595. Alex. Ludoviſ.
deciſion. 2. *num.* 6. & *ibi*, Oliver. Beltromin. *num.* 16.
Marta *in ſuo clauſular.* 174 *part.* 1. cum pluri-
bus deciſionibus: alia dico *infra* in verſ. *adver-
tendum*.

Unde etſi aliqua jam *ſuprà* dixerim de mentio 37
ne ſtatus cauſæ, & proceſſus facienda, ut reſ-
criptum non dicatur ſubreptitium jam ad ultimam
quæſtionis partem reſpondeo, ut *ſupra ſub c.* 8.
& 17. & in terminis Balboa affirmat regulariter ex
textu noſtro, & *ex cap. cum dilectus hoc tit.* & *in
c. dilecta* 10. *de except. n.* 8. & 9. ubi limitat, veluti
in geſtis poſt appellationem interpoſitam, argum.
textus *in cap. bonæ de confirm. utili.* Secundo
quando actus eſt nullus, ut *in cap. ex tenore cap.
ex parte hoc tit.* Tertio quando illud omiſſum eſt
talis naturæ, quod expreſſum non impediret reſ-
criptum ex communi Doctorum *hic*, & *in cap.
poſtulaſti* 27. *hoc tit.* † Et adjicies quæ congerit
hic Barboſa *à num.* 14. ubi dicit quod eſt facienda 38
mentio in reſcripto de ſtatu cauſæ, nec reddi re-
ſcriptum nullum ſi non fiat mentio de lite nulla
ibi num. 16. & *ibi num.* 23. † Quod non debeat fieri 39
mentio ſi ſententia erat nulla, hæc dicta multis
comprobans: at de prædicta concluſione ſenſerunt
inter antiquos Panormit. *in dict. cap.* 10. *de except.
num.* 3. Imula *oppoſit.* 7. Pariſ. *num.* 7. & Doctores
per jura prædicta *ibi*, & *in cap. inter Monaſterium
de ſent.* & *rejud.*

Advertendum eſt quod licet clauſula *cujus ſta*- 40
tum, de qua ubi proximè præſervet gratiam à
ſubreptione ob non factam mentionem de lite;
non tamen operetur quod capi poſſit poſſeſſio
abſque vitio attentatorum, ut fuit dictum in Tor-
detonen. juris patron. 13. Maij 1616. coram R.P.D.
Pamphilo, & in Conchen. beneficii de Trieſte
1609. Novemb. 20. coram R. Coccino De-
cano.

Et nec præſervat à ſubreptione, ſi non fiat 41
mentio de re judicata; quia res judicata requirit
ſpecificam, & individuam mentionem, Marta
dict. clauſul. 174. *in fine*, & fuit dictum in Abulen.
Capellaniæ 21. Aprilis 1602. coram Cardinali Lan-
celloto Juniori, & in Toletana beneficii 14.
Novemb. 1605. coram Juſto impreſſa penes Mar-
cheſanum *de commiſſione tom.* 1. *fol.* 384. † Quod 42
non procedit, ait Oliverius Beltram. *ſuprà* n. 18. ſi
res judicata eſſet jam deducta in controverſiam;
quia tunc ſufficit facere mentionem de lite per
clauſulam (*cujus litis ſtatum*) ut fuit dictum in
una Burg. præeminentiar. coram R.P. D. Coccino
Decano 3. Martii 1608.

Item

43 Item & ſecundo advertes quod litteræ Apoſto-
licæ non excuſant ab attentatis, quando in eis non
fuit facta mentio de lite, docet Alex. Ludoviſ.
deciſ. 305. *n.* 5. ſic fuiſſe dictum in una Urgellen.
44 Archidiaconatus 13. Aprilis 1599. † Quare ex
his & aliis reſolves quod ſint ſubreptitiæ litteræ,
non facta mentione litis, ſic ut poſſeſſio poſtea ca-
pta ſit attentata, ut fuit reſolutum coram Domin.
Pania in cauſa jam dicta Urgell. ut iterum refert
idem Alex. Ludoviſ. *dict. deciſ.* 2. *n.* 5. quam deci-
ſionem ad litteram, & ex aliis pluribus adducit
Nicol. Garcia *de benef. p.*6.*c.*3. *n.*15. & ſic ipſe *ibi*
*n.*14. Caputaq. *deciſ.*70.*p.*1. Rota *deciſ.* 469. *lib.* 3.
*p.*3. *diverſ.* quæ eſt Paleoti 116. & Lancell *de atten.*
45 *in præfat.c.*4.*n.*413. † Qui etiam *c.* 12. *limitat.*30.
n. 3. ait quod breve non debet eſſe ſubreptitium,
ut etiam dixit Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.* 10. *q.*6.
n. 25.

46 Nota ut quamvis reſcriptum ad lites ſubrepti-
tium non ſit nullum ipſo jure, ut latè jam dixi *in*
princ. noſtri textus, ſed vitietur ope exceptionis, ut
hic, & in c. cæterum, c. ſi autem hoc tit. tamen prædi-
ctum reſcriptum, & breve de capienda poſſeſſione
ſi eſt ſubreptitium eſt nullum ipſo jure; ſic ut
47 poſſeſſio capta, ejus vigore ſit vitioſa. † Quia eſt
extraordinarium, & exorbitans, atque executivum,
ſapitque plus gratiam, quam juſtitiam, ex quo tolli-
tur actio ſpolii, & attentatorum, idem Garcia *ſu-*
*pra n.*16. Gonzalez *in reg.* 8. *Cancel. gloſſa* 9. *in an-*
not. n. 275.

48 Unda pro intellectu *dict. c. dilect.* 6. *except.* dico
quod etſi juxta regulam relatam reſcriptum à mo-
nialibus impetratum Priori de Angles directum,
videretur nullum fuiſſe, & vitioſum propter dictam
regulam, reſcriptum redditur inutile, quoties non
fit plera proceſſus mentio; eo quod ibi ſuppreſſa
49 fuerit excommunicatio monialium. † Tamen ve-
rius eſt, ut excommunicatio non ſit exprimenda,
quando latà fuit poſt appellationem interpoſitam
& *ibi* Barboſa *num.* 2. idem profitetur; eo quod
excommunicatus ad ſui defenſionem omnes, &
quaſcunque exceptiones proponere poteſt, cum
poſſit appellare juxta textum *in c. cum inter eodem*
tit. & juxta quæ dixi *infra in c. intelleximus de ju-*
dic. exceptione non obſtante excommunicationis,
valere reſcriptum in cauſa appellationis, non facta
mentione excommunicationis, reſolvens cum Feli-
no, & Socino, quos ſequitur Anton. Ricciulus *de*
*jure perſonarum c.*38. *n.*29. generale eſſe in omnibus
caſibus ex quibus excommunicatus poteſt impetra-
re in illis valere reſcripta non facta mentione ex-
communicationis.

50. Ex quibus etſi videatur contra affirmare Bal-
boa *ex dict. c. dilect. n.* 9. *in fine*, dum in ſpecie il-
lius dicit fatendum eſſe ut reſcriptum à Monachis
impetratum ad priorem de Germoe directum,
plene vitioſum eſſet; quia ſi Monachi qualitatem
excommunicationis allegatæ expreſſiſſent latam
fuiſſe poſt interpoſitam appellationem nequaquam
illis concederetur; ob idque commiſſam fuiſſe cau-
ſam Decanuliconienſi, ubi explicant Innocentius,
Cardinalis Imola, & Panormitan. *numer.* 3. Pari-
ſius 8. adhuc non impedit cum loquatur de ſecun-
da impetratione, tacita prima ut patet ex littera
propter quod videtur intrare regulam *dict. c. cæ-*
terum cum concordatis hoc tit. aliquid *infra in*
c. 26.

AD TEXTUM
IN CAPITE XXI.

Edoceri, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Abbas convenitur in cauſa Monaſterii per re-ſcriptum, in quo nulla ſit mentio de conventu.*

2 *Prælatus ſolus abſque ſuo conventu poteſt agere & conveniri ſuper bonis ad Eccleſiam, vel conventum ſpectantibus, ſi quoad adminiſtrationem ſunt unita: fallit in arduis negotiis*, n. 3.

4 *Canonici, ſeu alii de univerſitate, num poſſint eſſe teſtes pro ſua communitate remiſſivè.*

5 *Recuſari an poſſit Epiſcopus cognoſcens de bonis ſuæ menſæ remiſſivè.*

6 *Teſtificari an poſſit Epiſcopus pro Eccleſia remiſſivè.*

7 *Canonicus agere poteſt, & experiri in judicio ſine mandato, actione finium regundorum, pro prædiis ſuæ præbendæ.*

8 *Reſcripta habent vim extenſivam aut comprehenſivam ſucceſſoris, ſed non extenduntur ad res, vel perſonas in eis non comprehenſas*, n. 9.

10 *Æconomus, Eccleſiæve, debet eſſe Clericus.*

11 *Viſitatores ordinis S. Jacobi, ſolent jubere in mandatis, quod œconomi Eccleſiarum ſint Clerici, & non Laici: aliud in praxi.*

12 *Procurator Clerici, num poſſit eſſe Laicus, remiſſivè.*

HUNC textum explicavi *in c. cum deputatis* 1
6. de judiciis quæſt. 2. *num.* 9. verſ. *verum,*
& *in c. inſuper de teſtibus quæſt.* 4. *numer.* 14.
Cumque noſtri textus communis ea ſit concluſio
quod in cauſa Monaſterii convenitur Abbas per
reſcriptum, in quo nulla ſit mentio de conventu
nec propter hoc appellari poſſit niſi Abbas per
reſcriptum, in quo nulla ſit mentio de conventu
nec propter hoc appellari poſſit, niſi Abbatis, &
conventus bona eſſent diſtincta omnino; & ob
id probans cum multis Barboſa *hic num.* 1. & 2.
† addat *num.* 3. quod Prælatus ſolus abſque ſuo 2
conventu, vel Capitulo agere, & conveniri poſ-
ſit ſuper bonis ad Eccleſiam, vel conventum ſpe-
ctantibus, ſi quoad adminiſtrationem ſunt unita;
quia omnia adminiſtrat Prælatus, etiam quod in-
ter ſe ſint ſeparata; quia alia ſunt deputata pro
menſa conventus, alia pro menſa Prælati: nam
quoties communia ſunt, poterit Prælatus agere
modo dicto; † præterquam in arduis negociis in 3
quibus exigitur conſenſus utriuſque, ut cum om-
nibus Canoniſtis hic docet.

Ideo adjunges quæ refero *infra ad Rub. & ti-* 4
tulum de his; quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu
Capituli, item & à contrario caſu, ea quæ dico
in c. tertio loco de prob. & in c. nuper 6. c. inſu-
per de teſtibus, ubi num Canonici queant eſſe
teſtes, ſeu alii de univerſitate, capituli, aut
convantus

5 conventus pro rebus communitatis ſuæ. † Item
applicabis quæſtionem num Epiſcopus cognuſcens
de cauſa ſuæ menſæ poſſit recuſari, de qua dixi
6 *in c.* 4. *de foro comp. quæſt.* 30. † Et an Epiſco-
pus poſſit pro Eccleſia teſtificari, dixi *in c.* 7. *de
prob. quæſt.* 2. verſ. *ad alteram*: & applicabis quæ
dico *a quæſt.* 1. *in c.* 9. *de judiciis*, proprius *c.
ſequenti*, verb. *reſtitutis*: & quæ noto *infra in c.
dilect.* 8. *per text. ibi de except.*
7 Item applicabis quæſtionem, quam reſolvit
Balboa *in c. ex litteris* 3. *de prob.* dum *à num.* 36.
ex illo textu ſupponit Canonicum agere poſſe, &
experiri in judicio ſine mandato finium regundo-
rum pro prædiis ſui Canonicatus, & præbendæ,
probans *ibi num.* 17. ex gloſſa illius textus, eo quod
tunc ſimilis eſt aliis Eccleſiæ Prælatis, qui ſine
mandato communi placitum eſt agere poſſe addu-
cens in comprobationem caſum noſtri textus, &
c. inter dilectos de fide inſtrum. cum Panormitano
hic num. 5. Decio *num.* 8. & cum aliis *in dict. c.*3.
8 Alia movet *hic* Barboſa *ſub num.* 3. unum
quod reſcripta habent vim extenſivam, aut com-
prehenſivam, de quibus aliquid *in c. eam te* 7.
hoc tit. & *in c. quia* 5. *de judiciis*, ubi quod re-
ſcriptum extenditur ad ſucceſſorem, ubi latè
9 videbis *quæſt.* 1. † Et applicabis quæ dico *infra
in c. Rodulphus* 35. *hoc tit.* pro extenſione gloſſæ
omnino, quatenus probat quod reſcripta non ex-
tenduntur ad res, vel perſonas in eis non com-
prehenſas.
10 Ad quæſtionem, de qua Innocent. *hic*, quod
œconomus Eccleſiæ, & Epiſcopi debet eſſe Cle-
ricus, Gratianus cum aliis *reg.* 318. contra Panor-
mitanum *ex l.* 61. *tit.* 5. *p.* 1.
11 Secundum quam Viſitatores ordinis Sancti Ja-
cobi, ſolent jubere in mandatis, quod œconomi
Eccleſiarum ſint Clerici, & non Laici; licet de
petitione populorum in conſilio ordinum ſemper
contrarium ſit ſervatum tenendo Abbatis opinio-
nem eo quod ſit facilior, à Laico exactio, & exe-
qnutio, ſed tenendo Gratianus de jure Innocen-
tii opinionem, adducit Gregorium Lopez *in dict.*
12 *l. partita*, eum duobus modis limitantem. †
Quare ad hæc applicabis quæſtionem, quam tra-
ctavi *in c.* 2, *de judic. quæſt.* 12. ubi egi de ea, *An
Laicus poſſit eſſe Clerici Procurator*, & *Aſſeſſor*, *aut
Vicarius Epiſcopi.*

AD TEXTUM

IN CAPITE XXII.

Dilecta, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Proceſſus factus litteris ſubreptitiis irritatur contra formam reſcripti irritus nunciatur.*
2 *Reſcripti forma eſt ad unguem obſervanda.*
3 *Forma commiſſionis eſt obſervanda.*
4 *Formæ defectus annullat actum, & eſt major, quam ſubſtantia,* & n. 5. & 6. *etiam ſi omiſſio formæ fiat ex ignorantia,* n. 7.
8 *Formæ nec addi, nec detrahi poteſt.*
9 *Formæ omiſſio in qualibet parte minima vitiat actum; eſt enim formæ defectus major, quam cauſa efficientis.*
10 *Actus contra prohibitionem legis factus, non valet.*
11 Cap. cum cauſam 14. de ſentent. & re judi-cata.
12 *Judex pronunciare an poſſit contra ſuam ſententiam tranſactam in rem judicatam, ſi pars non oppoſuit exceptionem rei judicatæ.*
13 *Monachus degens in Monaſterio nequit agere in judicio, ſine licentia Abbatis, aliter ſi degat extra.*

CUM communis noſtri textus reſolutio ſit,
quod proceſſus factus per litteras ſubrepti- 1
tias irritatur, ſed factus contra formam reſcripti,
irritus nuncietur. Applicabis ad primum omnia,
quæ dixi *ſupra in cap.*20. *de litteris*, & *reſcriptis
obtentis ſubreptione, aut obreptione.* Ad ſecundum
applicabis omnia, quæ adduxi latè *in cap.* 2. *de
ſent.* & *re jud.* quatenus *ibi* egi de ſententia lata
contra leges, Canones, conſuetudines, extrava-
gantes, ſtylum, aut contra privilegium *ibi q.* 2.
& adverſus alias deciſiones.
Multis probat *hic* Barboſa quod forma reſcripti, 2
ſeu mandati eſt ad unguem obſervanda; ita ut
omnia in contrarium ſint ipſo jure nulla; de quo
dico *infra in cap. fin. de reſtit. ſpoliat. quæſt.* 1. aliqua
dixi *ſub cap.* 20. *q.* 4.
Ob idque tenet cum multis idem *num.* 4. quod 3
quis debet ſervare formam ſuæ commiſſionis, de
quo *infra ſub hoc tit.* & de officio Judicis delegati
cap. 21.
Et *ibi* in verſ. & *forma mandati noſtri exacta*, 4
multis probat idem Barboſa *num.* 8. quod non
ſervata forma corruit actus probans ex regula
textus *in l. cum hi* §. *Prætor ff. de tranſaction.* & *in
l. non dubium cod. de legibus*: unde Gratianus multis
probat *regula* 212. quod formæ defectus annullat
actum probans ex textu noſtro *in cap. venerabilis de
officio delegati*: nam formæ defectus major eſt,
quam ſubſtantia, ut dixit Everard. *in ſuo loco* 53.
ubi latè de materia, Felinus hic ampliat regulam
modis 12. & limitat modis 8. bene Jaſon. *in l. ſi pro-
curator cod. de procurat.* Et an actus contra formam
juramento firmetur, Covar. *in cap. quamvis pac-
tum de pactis lib.* 6. *p.* 2. §. 6. *num.* 2. ubi probat
concludenter quod non. † Nec per æquipollens 5
probat Molina *de primogenitis*; non adimpleri
quod pro forma requiritur *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 37.
quem videbis. † Itaque formæ præverſio actum 6
vitiat, ut eleganter oſtendit Matthæus de Afflictis
in deciſ. Neapol. 355. *poſt num.* 5. † etiam ſi formæ 7
omiſſio ex ignorantia fiat, ut bene oſtendit Mo-
lina *de primog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 17. † Itaque Joan- 8
nes Gutierrez *in l. nemo poteſt ff. de leg.* 1. *num.* 114.
latè agens, & Joannes Matienc. *in l.* 1. *tit.* 4. *gloſſ.* 4.
n. 8. *lib.* 5 *recop.* & *gloſſa* 16. *num.* 4. cum aliis dicunt
nec addi, nec detrahi poſſe aliquid formæ, quia
debet ad unguem adimpleri; ſic ut non ſufficiat
per æquipollens. † Ob idque Matienz. *in l.* 9. 9
tit. 10. *gloſſa* 2. & *in l.* 9. *tit.* 11. *gloſſa* 4. *num.* 11. *lib* 5.
recop. dixit formæ omiſſionem in qualibet parte
minima reddere actum nullum; eſt enim major
formæ defectus, quàm cauſæ efficientis, ut tra-
dunt communiter Doctores ſecundùm Crotum
in l. 1. §. *ſi quis ita num.* 8. *lect.* 1. *ff. de verb. obligat*
& de hoc dictorio plenius *in c. prudentiam* 21.
de

de officio deleg. per verba finalia, ibi, *mandati ſi quidem fines probaretur excedere, ſi quis contra for-*
10 *mam reſcripti accepti, præſumeretur Judicare.* † Et videbis quæ congerit Gratianus, *regula* 14. dum ponit regulam, quod actus contra leges, vel ſtatuti prohibitionem factus, non valet ex *l. non dubium cod. de legibus* de quo *ſub cap. pen. de conſtit. & ſub hoc tit.* ubi idem Gratianus ampliat de facto contra formam mandati, & contra formam reſcripti, *num.* 2. & 3. ubi limitat duodecim modis.

11 His tamen omnibus obſtat textus, *in cap. cum cauſam* 14. *de ſent. & re judic. in ejus* 2. *p.* ubi quod valet ſententia lata non ſervata commiſſionis forma. Sed hanc partem explicavi cum textu noſtro, *ibi in princip. & ſub quæſt.* 1. ſed in terminis expendendo textum illum cum textu noſtro, leges quæ cum multis adducit Balboa, *in dict. cap. cum cauſam à num.* 9. *uſque ad finem*, ubi plures explicationes refert. Sed pro extenſione regulæ, de qua loquutus ſum leges quæ adduxi, *infra in dicto cap. fin. de reſtit. ſpoliat.* & ibi *q.* 1. & 2.

12 Et quia Innocentius hic in fine gloſſæ magnæ, quem dicit ab omnibus approbari, Alexander. *conſ.* 63 *num.* 21. *lib.* 4. dicat quod judex poſſit pronunciare contra ſuam ſententiam translatam in rem judicatam, quando pars non oppoſuit exceptionem rei judicatæ, & per probationes, & inſtrumenta conſtituit de injuſtitia primæ ſententiæ contra regulam juris *in l.* 3. *cod quando provocare non eſt neceſſe, l.* 1. *Cod. ſententiam reſcindi poſſe, l.* 15. *tit.* 11, *p.* 3. ideo leges ad quæſtiones Zevallos *de cognit. per viam viol. p.* 2 *quæſt* 110. & 111. ubi an Eccleſiaſticus exequendo ſuam ſententiam quando appellationi fuit renunciatum vim faciat. Et ao ſi retractat ſententiam translatam in rem judicatam, non oppoſita exceptione; ad quod leges quæ longè dico, *infra in cap. ſuborta* 21. *de re judicata*, & quæ noto ad plures quæſtiones, *in cap. qualiter* 17. *de accuſat.*

13 Et in verſ. *reſtituit*, quatenus, *hic* Barboſa *n.* 7. cum. Petro Barboſa *in l. ſi longius* 6. § *ſi filius num.* 50. *ff. de judic.* notet quod licet Monachus non poſſit agere in judicio ſine licentia Abbatis; ſi tamen degat extra Monaſterium de voluntate Abbatis agere poſſit, & conveniri eo abſente, de tacito ipſius mandato; ideo applicabis plura quæ adduxi *in cap.* 9. *de judic. à quæſt.* 1. 3. & 7. & quæ item dico, *in cap.* 16. *eodem.*

A D T E X T U M

I N C A P I T E XXIII.

Plerumque, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M

1 *Reſcripta jure Canonico ſunt annalia ſi ſint juſtitiæ, ſecus ſi ſint gratiæ; quæ ſunt perpetua.*
2 *Reſcripta ſunt juris ſtricti.*
3 *Annalis, & triennalis poſſeſſionis effectus remiſſivè.*
4 *Proteſtatio non requiritur, cum Adverſarius non reperitur.*

TExtus hujus materiæ principalis expenditur ex notatis *ſuprà in cap. ſin autem* 9. *hoc tit. & in cap. ex parte* 12. *eodem.*

Et qui Barboſa ex verbis hic *infra annum n.* 3. 1
notet quod reſcripta jure Canonico ſunt annalia; & quod ſi ſint Juſtitiæ pereunt anno; ſi reſcripta gratiæ quæ ſunt perpetua commendans, ut videantur quæ ipſe dixit *in cap. cæterum* 3 *hoc titul.* ideo quæſtionem 1. hic ut benè intelligas. † 2
Et quod reſcripta non extendantur, ultra quæ comprehendunt; eo quod ſint juris ſtricti, dixit Balboa *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. à num.* 49. videbis *in cap. Rodulphus*, infra, & ſupra *in cap.* 21. *à num.* 8.

Et cum gloſſa hic *intra*, commendet Barboſa 3
numero 4. ut videatur Tyraquellus *de retractu lignagier.* §. 1. *gloſſa* 10. *num.* 6. ubi tradit *de annali præſcript.* ideo applicabis quæ adduxi *in cap.* 1. *de præſcript.* ubi & de triennali; & quod dixi *ſub Rubrica de cauſa poſſeſſ.* ubi de effectibus annalis & triennalis poſſeſſionis in beneficialibus ad manutentionem, & acquiſitionem juris in re.

In gloſſa verbo *negligentia hic* Barboſa *num.* 5. 4
& 6. dum dicit, quod proteſtatio non requiritur cum Adverſarius non reperitur; imò & quod impunè omitti poſſit, ubi prodeſſe non potuiſſet ideò applicabis quæ longè dixi de neceſſitate proteſtationis, & ejus effectibus *in c. fin. de appell.*

Q U Æ S T I O. I.

An reſcripta ad lites, ſint perpetua, an autem anno expirent?

S U M M A R I U M.

1 *Reſcripta ad lites dicuntur anno perire, ſi impetrans eis non utatur ad effectum impetrandi ſecundùm validum. non facta mentione de primis*, n. 2.

HUjus quæſtionis controverſiam ex hoc 1
textu, & *ex l.* 2. *cod. de diverſis reſcriptis*, excitant Doctores, & quod ſint annalia Jure Canonico, & perennia Jure. Civili dixit Bald. teſte Felino *in cap. ſin autem hoc titulo*; ſed non placet hæc reſolutio; quia non eſt inducenda inter jus Civile, & Canonicum diſcordia, niſi apertè exprimatur: argum. textus *in cap.* 1. & 2. *de novi operis nunciat.* & eorum quæ dico *in c.* 9. *de foro comp.* Quare Petrus Rebuff. *in præfat. hoc tit. n.* 4. dixit reſcripta, quæ jura partium reſpiciunt eſſe perpetua; veluti ſi Princeps alicui concedat ut conveniatur ſub certo Judice; quia decet beneficium Principis eſſe manſurum, ſecus in reſcriptis Juſtitiæ, quæ Judicis comprobatione egent, quia illa fere anno pereunt, vel quidam, ut inquit Rebuffus, intelligunt ea, quæ ad jus reſcribuntur, id eſt ad obſervationem juris, vel elucidationem; illa enim ſunt perpetua, ſicut & Jus; ſed neutra harum placet, licet Menochius *de arbitr. judic. caſu* 202. *num.* 77. primam Rebuffi ſit amplexus.
† Mihi tamen plauſibilior eſt ſententia dicentium 2
reſcripta ad lites perpetua eſſe, & tandiu durare, quàdiu actio, ſeu jus durat ſuper quo impetrantur, ut *in l. falsò* 2. *cod. de diverſ. reſcript.* cæterum ſi dolo, vel negligentia is, qui reſcriptum impetravit, eo

intra annum non utatur, tunc adverſarium ejus experiri poſſe, & aliud reſcriptum impetrare, illudque poſterius valere exiſtimo; licet nullam prioris mentionem faciat, ut dixi *ſupra ſub cap.* 20. *hoc tit.* ita Pontificem in noſtro textu explicant Doctores, Abbas, & Felin. & Bartol. Caſtrenſ. & Jaſon *in dict. l. 2. Cod. de diverſ. reſcript.* Gofredus *in ſumm. hoc tit num.* 48. Menoch. *de arbitr. caſu* 204. *n.* 1. & *conſ.* 100. *n.* 31. & 34. *lib.* 1. Zephalus *conſ.* 304. *num.* 61. *lib.* 3. Decianus *conſ.* 18. *num.* 1. *lib.* 1. Faqoin. *lib.* 8. *controverſ. quæſt.* 65. & ſic impugnatus Cujac. *dum additus de diverſ. reſcript.* dixit jure veteri reſcripta annalia fuiſſe ex textu noſtro.

AD TEXTUM
IN CAPITE XXIV.
Cum Contingat, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius judex debet humiliter exequi, quod ei mandatum eſt à judice delegato.*
2 *Delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa, Juriſdictionem habet ſuper Ordinarium, & quemcumque majorem.*
3 *Ordinarius Judex quid faciet, quando poſtea fuit requiſitus cum litteris alterius delegati, ut exequeretur contrarium, quod exequutus fuerat virtute primi reſcripti,* & numero 4.
4 *Littera prima ſuper ſecundas non revocantur, vel ordinarius dubitet de tali revocatione valent, nec ſecundum mandatum exequitur, donec contentio de juriſdictione terminetur.*
5 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*
6 *Judex pronior debet eſſe ad abſolvendum, quàm ad condemnandum: qui quando agitur de periculo animæ,* n. 7.

1 TEXTUM hunc explicavi, *in cap.* 5. *de re jud. q.* 1. *n.* 12. cumque præcipua hujus textus reſolutio ea ſit quod judex ordinarius cui aliquid mandatur à delegato, debeat humiliter exequi: etſi dubitetur quid faciet quando alius judex delegatus poſt alias litteras, poſt executionem mandat contrarium, & utramque decidat hic Pontifex.
2 † Ideo ad primam partem adjunges quæ noto, *infra in cap. ſanè* 11. *de officio judicis deleg.* ubi dicitur quod delegatus Papæ in cauſa ſibi commiſſa Juriſdictionem habet ſuper Ordinarium, & quemcumque majorem, unde ex ibi notatis recurres poſtea ad ea quæ dixi *dict. cap.* 5. *de re judicata,* ubi qualiter exequutor judex debeat exequi commiſſionem ſibi mandatam, & quam cognitionem ha-
3 beat ſuper eam. † Ad ſecundam verò partem, quid faciat judex ordinarius, quando poſtea fuit requiſitus cum litteris alterius judicis delegati, ut exequeretur contrarium, ac jam exequutus fuerat virtute primi reſcripti, videtur deciſum, tum ex doctrina, *ſupra jacta, in cap. cæterum* 3. *hoc tit.* ubi de reſcripto ſecundo primum revocante aut faciente mentionem de illo, & quod dixi, & dico
4 in aliis juribus concordantibus hujus tituli. † Tum etiamſi litteræ primæ per ſecundas non revocentur, vel de tali revocatione ordinarius judex dubitet, non exequatur ſecundùm mandatum, donec contentio de juriſdictione terminetur, recurres ad ea, quæ dixi conpetentia juriſdictionis inter duos judices, & quod ſuperſedeatur in cauſa principali, quouſque cognitio ſuper competentia finiatur in Rubrica, *de for. compet.* ubi agi, *quæſt.* 1. de eo qui ſit Judex, quando duo judices ordinarii litigant ſuper Juriſdictione ſib competenti. Et ad illam, quam tractavi, *in cap. penult. de foro q.* 26. an quilibet judex præveniendo poſſit cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio. Et quia caſus textus noſtri adeſt in delegante, & ordinario delegato, forte poteris recurrere ad ſedandam contentionem illorum delegatorum ad ſuperiorem utriuſque applicando doctrinam textus *in cap. ſi quando ſupra hoc tit.* & ad eam, late tractavi, *in cap.* 12. *de judiciis,* ubi quis ſit judex dubiis privilegiorum, & legum.

In verſ. *evidenter* multis probat, *num.* 2. & 3. 5
Barboſa quod per inſtrumenta ſit evidens probatio; quia inſtrumentum eſt probatio probata: quare recurres ad plura quæ ſcripſi latè *infra ſub Rub.* & *tit. de fide inſtrument.* & *alibi*: Gonzalez *in reg* 8. *Cancel. gloſſa* 64. *n.* 4. & 5. Caſtillus *quotid. quæſt. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 4. Maſcard. *de prob conclus.* 906. & 1142 & 1326. Barboſa *hic n.* 3.

Et in gloſſa *tunc litterarum,* verſ. *pronior erit ad* 6
abſolvendum quam ad condemnandum, dicit Barboſa *n.* 4 quod judex debet eſſet pronior ad abſolvendum, quàm ad condemnandum: pro intellectu pleno adjunges plura quæ expendo, *in cap. fin.* §. 1. *de Iurejur* & alibi. † Et quatenus *hic* Barboſa li- 7
mitat Regulam, quando de periculo animæ, ut dixit etiam *de axiomat. ututfreq. axiom* 1 *num.* 9. ideo recurres ad ea, quæ dixi, *in cap. litteras de reſt. ſpoliat.* & *in cap. cum conſanguinei* 11. *de re judic.* quibus abunde hanc limitationem poteris extendere.

AD TEXTUM
IN CAPITE XXV.
Olim, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Citationis neceſſitas remiſſivè*
2 *Citatus pluries, & nolens comparere, punitur remiſſivè.*
3 *Falſificans litteras Papæ punitur remiſſivè.*
4 *Beneficium petens intendens ad ſe pertinere, debet neceſſario docere de jure ſuo, nec ſatis eſſe ſi probet reum in eo jus non habere.*
5 *Confeſſio non ſufficit rei dicentis ad ſe beneficium non pertinere, ſed ad petitorem, niſi iſte actor peteret beneficium non ſibi, & tamquam non pertinens ad adverſarium,* numero. 6.
6 *Clauſula* ſi ita eſt, *tacitè ſubintelligitur in quocumque reſcripto, inducitque formam;* & *ſolemnitatem* ſi ita eſt diſpenſatis: *ubi de aliis.*
7 *Clauſula ſi neuter, remiſſivè,*

1 TEXTUS iſte in littera plura continet diſceptatione digna; ſed quia ſigillatim alibi invenies tractata; ideo advertes, ad phraſim quæ ſubſequitur in verſ. *ipſi partes ſemel ſecundo*, *&* *tertio citaverunt &c.* Per hæc verba adjunges plura, quæ de neceſſitate citationis dixi *in cap. 1. de Judic. in cap. penult. à quæſt. 1. de foro comp. in cap. 2. de teſtibus* item *in cap. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ubi de trina citatione, aut unica peremptoria.

2 Et ibi, *quia citatus pluries comparere noluit per ſe, vel per reſponſalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes fecerunt fructus Parretia ſequeſtrari*, cum aliis finalibus verbis textus noſtri ibi: *non tamen propter hoc eadem Eccleſia eſt adverſario aſſignanda* &c. adjunges quæ dixi latè *in dicto cap. 1. de judiciis*, ubi de pœnis, quas punitus Colbudeus, qui citatus ad judicium reſpondit nolle venire ad judicium: & *ibi quæſt. 17. an contumax privetur communione politica*, & *ibi quæſt. 31. an excommunicatus per annum inſordeſcens, privetur beneficio.* Et iterum applicabis quæ dixi *in cap. paſtoralis §. verum de appellat. quæſt. 1.* verſ. *ad ſecundam*, ubi *an potuerit appellans privari à fructibus in ſui beneficii, & aliis proventibus.* Hic etiam adjunges quæ de ſequæſtratione fructuum dixi latè *in tit. de ſequæſtr. poſſeſ. & fruct.*

Et ibi, *nos igitur cum tanta temeritatis exceſſus,*
3 *falſitatis ſcrupulo non careret*: & ibi; *quia licet vitium falſitatis*, & ibi *qui falſitatem hujuſmodi*, & ibi *qui diem, & locum ex litteris illis radens*, & ibi *an de articulo tantum raſura.* Hiſce verſiculis præter adducta *ſupra in cap. ſuper. litteris. 20. hoc tit.* proprius adjunges quæ dixi *in cap. 3. de fide inſtrument. an reſcriptum Apoſtolicum in loco non ſuſpecto propter raſuram, ſit vitioſum*: & quæſtionem, de qua *in cap cum non ab homine 10. de judic. quæſt. 30.* ubi egi de ea, *an falſificans litteras Apoſtolicas, & eis utens, ſit ipſo jure beneficio privatus, an veniat privandus per ſententiam.* Quibus omnibus adjunges quæ *infra* noto ad titulum, & *ibi cap. 1. 2. & 3. de crimine falſi & in cap. ad falſariorum eodem*, & adjunges quæſtionem, de qua *ſupra in dict. cap. ſuper litteris hoc tit. quæſt. 7.* ubi dixi de ea quæſt. *à num. 1.* an puniatur pœnâ falſi impetrans reſcriptum obreptione, vel ſubreptione.

4 Et quia per verba in verſ *non tamen propter hoc* Barboſa *hic num. 3. & 4.* aget, & explicet regulam quod ut obtineat actor contendens beneficium ad ſe pertinere, debeat neceſſario docere de jure ſuo, nec ſatis eſſe ſi probet reum in illo jus non habere intelligens, ubi petens beneficium, illud petit tanquam ſibi debitum; & ita fundatur in jure ſuo, adjunges quæ latè dico *in cap. fin. de jure jur. §. 1. à quæſt. 1.* per totam, ubi ago de regula an abſolvatur reus actore non probante, & ſi nihil reus præſtiterit *& ibi quæſt. 2. & quæſt. 3.* & ad aliam quæ-
5 ſtionem *in cap. 3. de probat. quæſt. 1. per totam*, † videbis quæ cum multis hic adducit Barboſa *dict. num. 3. & 4.* ubi expendit, & exemplificat dicens, ut nec ſufficiat confeſſio rei confitentis beneficium non ad ſe, quin potius ad actorem pertinere; quia adhuc ex tali confeſſione non reſultat titulus, & canonica illa inſtitutio, quam confeſſus & confeſſio præſtare nequit cum actor de jure ſuo non docet; & ſi ſufficiat ad coadjuvandum titulum, & intentionem agentis; item etiam & ſi ſufficere poſſit in beneficialibus contra confitentem, ut is excludatur *cap. per inquiſitionem. 26.* ubi gloſa verb. *recognovit de elect. cap. 2.* ubi gloſa *de confeſ.* de quo videbis quæ
6 *ibi* latè dixi, & in tit. † Sed hæc intelligit *hic* Barboſa *num. 4.* cum Rota, Rebuffo, & Felino *hic. n. 10.* procedere, ubi agens petit beneficium tanquam ſuum vel ſibi debitum; & ita fundatur in jure ſuo, ſecus ſi petat tanquam non pertinens ad adverſarium; & ita non fundatur in jure ſuo, ſed in non jure, ſeu defectu juris adverſarii, veluti, quia agens impetravit beneficium ſibi conferri; ex eo quod alternus quam titulum, vel jus habuit in eo, vel ſi quod habuit jam amiſit, vel amittere debet, ut quia illud obtinuit ante ætatem, vel abſque tonſura; quia erat excommunicatus, vel aliud obtinuit incompatibile, ſive aliter eſſet inhabilis, nam tunc agenti ſatis erit probare, non jus, ſeu defectum juris alterius, quamvis alter de jure ſuo non doceat; quia in illo, & non in hoc fundatur impetratio.

Et in verſ. *ſi eſſet ita*, & ibi utrum clauſula *ſi* 7
eſſet ita: quæ in reſcriptis comprehendat hæc clauſula, agit cum infinitis Barboſa *de clauſulis clauſula ſi ita eſt 154.* ubi *num. 2.* dicit quod hæc clauſula de jure tacite ſubintelligitur in quocumque reſcripto; & *num. 4.* quod inducit formam, & ſolemnitatem ſic concepta *ſi ita eſt diſpenſetis*; & *num. 5.* quod non procedit in his, quæ præſumuntur à jure; & *num. 7.* quod quando gratia eſt de præſenti, non reddit reſcriptum conditionale: & alia de ejus natura ſcribis cum multis ab eo relatis: applica dicta de clauſula *ſi preces veritate nitantur in cap. 28 quæſt. 4. n. 3. & quæſt. 2. n. 33.*

Et de clauſula *ſi neuter* aliqua tangit *hic* Barbo- 8
ſa *ſub num. 4.* ad quam videbis quæ longe congerit ex multis idem Barboſa *de clauſulis, clauſula ſi neutri, ſi nulli 164.*

AD TEXTUM

IN CAPITE XXVI.

Dilectus, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum ſuper reſtitutione beneficii impetratum, non valet, ſi de cauſa motionis, & excommunicationis impetrantis non fecit mentionem.*
2 Cap. dilectæ 10. de exceptionibus.
3 *Viſitator poteſt crimino ſos amovere, & privare Eccleſiis pro gravitate criminum.*
5 *Judex qui ſententiavit, poteſt nihilominus in cauſa appellationis, ſeu nullitatis, aut retractionis audiri, & pro defendenda ſententia à ſe prolata ſe opponere.*
6 *Officio duplici poteſt quis fungi in judicio.*
8 *Excommunicatus quatenus non reſtituatur ſpoliatus* remiſſivè.
9 *Spoliatus, ut reſtituatur, quid debeat probare* remiſſivè.
10 *Retentionis jus an habeat beneficiarius amotus à beneficio*, remiſſivè,

NON valere reſcriptum ſuper reſtitutio- 1
ne beneficii impetratum quod de cauſa amotionis impetrantis & excommunicationis non facit mentionem probat textus, reddens Pontifex rationem in verſ. *nos igitur mandamus quatenus ſi ita eſt litteras ipſas, tanquam per veri ſuppreſſionem*

abſtentas viribus carere decernas. Quam rationem latè exoroabis adductis, *ſupra in cap. ſuper. litteris* 20. & *infra in cap. poſtulaſti* 27. de nullitate reſcripti per veri ſuppreſſionem: item & ex adductis, *in cap.* 3. *cap. ad aures* 9. *cap. cum adeo* 17. ubi plures caſus congeſſi, de quibus, *ut valeat*, reſcriptum debet mentionem facere

2 Sed quia videtur contrarius textus *in cap. dilecta* 10. *de exception.* ubi valet reſcriptum impetratum ab excommunicato, non facta mentione de excõmunicatione; ideo leges pro intellectu horum Jurium Balboam *in dicto cap.* 20. *à num.* 8. & poteris adjungere materiam textus & quæ, *ibi*, noto *in cap. non poteſt. de re Jud.* & quæ dixi *in dicto c.* 20. *hoc tit. q. fin. in fine à num.* 48.

3 Item & de clauſula, *ſi eſt ita*, adjunges notata, *in c.* 25. *præced.* ibi in verſ. *ſi eſſet ita.*

4 In verſ. *viſitationis officio*, colligit & notat *hic* Barboſa cũ Felino, & cũ aliis quod viſitator poteſt criminoſos amovere, & privare Eccleſiis pro gravitate criminum quare adjunges quæ officio viſitatorum Diœceſium dico, *infra in cap. inter cætera de efficio ordinarii.* Sed ad quæſtiones nonnullas adjunges quæ dico, *infra in cap. fin. de temporib. ordinat.* & ad alias. *in cap. penult. & fin. de ætate, & qualit. ordinandor.* proportionaliter applicando.

5 Et ibi in verſ. *quod cum ipſe*, colligit Barboſa poſſe judicem poſtquam definitivè pronunciavit, & judicandi officio fuoctus eſt, audiri in appellationis, ſeu nullitatis, aut retractionis cauſa, & aſſiſtere, & pro defenſione ſuæ ſententiæ ſe opponere, ut fecit Abbas, de quo *hic*, qui per ſententiam Clericos, de quibus in textu amoverat ab Eccleſiis, & ſe contra illos, & contra literas ab eiſdem ſuper reſtitutinne impetrata oppoſuit, & rem detulit ad Papam ex Felino *hic n.* 3. cum aliis: quare adjunges dicta *infra in c.* 17. *de appellat.* ſic Abbas & Felinus *hic*, latè Gabriel *comm. opin. de citat.*
6 *concluſ.* 1. *à n.* 82. † Et adjuges gratianum *reg.* 230. quatenus agit de ea quod poteſt quis in judicio fungi duplici officio limitans ſeptem modis: videbis, *infra in cap. de multa de præbend.*

7 Et in verſ. *excommunicationis, qua tenentur* expendit Barboſa textum noſtrum cum textu, *in c.* 1. *hoc tit. lib.* 6. alia tradit legenda ipſe Barboſa, *n.* 5. & his applicabis notata, *infra in cap. ab excommunicate* 41. *hoc tit.*

8 Et in gloſſa *excommunicationis* 2. & ibi, *quod ſpoliatio non ſit privilegiata*, quatenus Barboſa hic cum Doctoribus notat ſpoliatum repelli à reſtitutione per exceptionem excommunicatonis, quæ obſtat agenti de ſpolio. Ideo de hac exceptione, quæ obſtat ſpoliato, quominus reſtituatur, & quid debeat ſpoliatus probare, adjunges quæſtiones ſequentes; videlicet, *in c. fin. de ordine cognit. an agens recuperandæ teneatur ante reſtitutionem ſuis ſpoliatoribus reſpondere ſuper quæſtione ſpoliationis, &*
9 *quare poſſit ab agendo repelli.* † Et ut obtineatur reſtitutio ſpolii in beneficialibus cauſis, an *ſufficiat probare quaſi poſſeſſionem, & ſpolium in cap. cum ſuper de cauſa poſſeſ. q.* 2. Et an *ſpoliato judicis authoritate onus incumbat probandi ſpoliationis in juſtitiam:* & quid *ſi judex ſe conſtituat ejus adverſarium* dixi *in cap. conquerente de reſtitutione ſpoliator. quæſt.* 4. & *an ſufficit probare quod aliquando poſſedit in cap. ad ſedem* 15. *eadem q.* 1. verſ. *ad ſecundam.* † Et an *habeat beneficiarius amotus à benefi-*
10 *cio jus reſtitutionis propter meliorамenta, in cap. gravis de reſtit. ſpoliat. q.* 5.

AD TEXTUM IN CAPITE XXVII. Poſtulaſti, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Reſcriptum ut ſalvetur à ſubreptione, ſunt exprimendæ qualitates, quæ Papam movere poſſent ad concedendum.*
3 *Ceſſatio cauſæ impulſivæ, num vitiet gratiam remiſſivè.*
4 *Diſpenſatio habetur ſubreptitia, ſi deficiat cauſa, quæ habetur pro finali.*
5 *Adulterinus, ſeu inceſtuoſus, volens diſpenſari, tenetur ſuos defectus narrare.*
6 *Illegitimitatis narrativa eſt Principi facienda.*
7 *Vicarius perpetuus quis dicatur remiſſivè.*
8 *Beneficium quale ſit ſufficiens remiſſivè.*

TExtus hic conſimilem habet materiam cum 1
textus *in cap. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* ubi de reſcripti, & litterarum impetratarum vitio, ſeu nullitate ob expreſſionem falſi, aut veri ſuppreſſionem, & benè expendit Barboſa *hic* cum multis *n.* & 8. ubi dicit quod ut ſalvetur impetratio à ſubreptione ſeu obreptione ſunt exprimendæ omnes qualitates, quibus moveri poſſet Princeps ad non concedendum: quare adjunges caſus hic, de quibus impetrantes reſcripta, debent mentionem facere *in cap.* 3. *cap.* 8. *cap.* 17. *cap.* 19. & latiſſimè *in cap.* 20. & *in cap. præced.* vide dicta *infra in cap ad audientiam* 31. ubi plura de ſubreptione.

Hunc textum explanavi *in cap. nonne* 5. *de præ-* 2
ſumpt. q. 1. *n.* 10. & 17. & ſic ad quæſtions pro ejus materia præter Doctores relatos *in dict. cap. ſuper litteris*: adjunges quæſtionem, quam per hunc textum tractant Doctores, nempè an *vitium commiſſum in exprimenda cauſa impulſiva gratiam vitiet affirmat*, Covar. *variar. c.* 20. per totum, Salas *de legibus diſp.* 2. *ſect.* 15. de quibus, & aliis multis dixi *in dict. c.* 20. ubi videbis.

Cumque Barboſa *hic num.* 4. & 5. affirmet cum 3
Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *n.* 10. quod ceſſatio cauſæ impulſivæ, vitiet reſcripta, de qua *in dict.*
c. 20. *hoc tit.* eam intelliges, ut *ibi* expeodi. † Et cum 4
Gironda *de privileg. n.* 1160. quod quando cauſa habetur pro finali in diſpenſatione, ſi deficiat, ſit
obreptitia, & nulla ipſo facto. † Sicque inferat 5
quod ſpurius, ſi ſit adulterinus, inceſtuoſus vel ex ſacrilegio natus, teneatur hos defectus Pontifici exprimere, nec ſufficere ſi generaliter fateatur ſe illegitimum, vel ſpurium, alias irrita ſit diſpenſatio cum eodem Gironda *ſupr. n.* 1642. ideo ex textu noſtro cum multis Doctoribus longè agit Covar.
in 4. *p.* 2. §. 9. † ubi *à n.* 1. dicit quod in petitione il- 6
legitimationis eſt facienda Principi mentio filii illegitimi, vbi de aliis ad propoſitum *à n.* 2. Quæ omnia etiam poteris explanara per dicta *in dict. c.* 20. & in aliis relatis: & de narrativa filiorum *ibi. q.* 3. verſ. *ad quintam à n.* 22.

Et in verſ. *Vicario perpetuo*, & *ibi* beneficii ſuf- 7
ficientis ſubſidium: quis dicatur Vicarius perpe-
tuus *in fra in tit. de officie Vicarii.* † Et quale ſit ſuffi- 8
ciens beneficiũ *in tit. de præb.* & ibi *in c. ſecundum Apoſtolum:* Vide quæ notat Barboſa *hic n.* 6. & 7. & *n.* 9. ex gloſſa quæ contineantur nomine beneficii. Et applicabis quæ dixi, *ſub cap.* 11. *de temporib. ordin.* ubi de beneficio, & *tit. ad ordines ſufficienti.*

AD

Digitized by Google

A D T E X T U M

I N C A P I T E XXVIII

Nonnulli, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M

1 *Reſcripta, litteræ, ſeu brevia, non impetrantur ultra duas diætas loci, ſeu finis Diœceſis Epiſcopi, ad quem diriguntur.*
2 *Diæta quas leucas comprehendat remiſſivè.*
3 *Diætæ qualiter dentur Judicibus privilegiatis ad exercendam Juriſdictionem contra privilegiatos remiſſivè.*
4 *Diæta intelligitur ſecundum locorum conſuetudinem.*
5 *Dictiones ſunt interpretendæ juxta ſenſum, quo ſunt recepta in provincia.*
6 *Verba dubia ſunt intelligenda juxta ſenſum rectè intelligentium.*
7 *Appellatio vulgaris habetur pro lege.*
8 *Leucæ ad diætas qualiter computentur remiſſivè* & n. 9
10 *Ordinarii poſſunt citare quemcumque à quocumque loco intra ſuam Diœceſim, & ad ſuum ſuorumque delegatorum in judicium trahere, nec procedere, ubi aliter de conſenſu partium,* n. 14.
11 *Conſtitutio Epiſcopi extra Diœceſim vigorem non habet.*
12 *Benedicere nequit Epiſcopus populum extra Diœceſim ad hoc ut tollantur venialia.*
13 *Epiſcopus poterit præſentatum inſtituere, & alia Juriſdictionis voluntariæ exercere extra ſuam Diœceſim, vel ſi permitteretur à Papa, item & poteſt excommunicare ſubditum exiſtentem extra Diœceſim* n. 16. & 17.
15 *Legi prohibitivæ poteſt renunciari.*
18 *Epiſcopus beneficio privare poteſt clericos criminoſos ſubditos, & ex cauſa ad agentes ultra ſuam Diœceſim.*
19 *Derogatæ conſtitutionis debet fieri mentio.*

1 QUIA textus hujus materia eſt, ne litteræ, brevia, ſeu reſcripta impetrentur ultra duas diætas loci, ſeu finis Diœceſis Epiſcopi, ad quem diriguntur, ut aliquis virtute earum conveniatur ab aliquo, ne laboribus, & expenſis fatigati qui citantur liti cedere compel-
2 lerentur, † ideo ultra quæ benè hic congerit, & diſtinguit Baboſa *à num.* 1. de diætis, ac de leucis, quas quælibet continet diæta: videbis quæ latiſſimè dixi *in c. ſanè* 3. *de foro comp.* ubi *an diæta computanda ſit a fine Diœceſis, vel à loco, ubi res ſita eſt, quando ipſa actione petitur reali ibi q.* 10. & *in c.* 5. *eodem, q.* 12. *diæta ex quibus leucis conſtet à n.* 28. & 29. & Latius *in cap. ex parte* 15. *eodem q.*
3 18. *à n.* 8. verſ. *ad tertium,* † & diætæ Judicibus privilegiatis qualiter dentur ad exercendam Juriſdictionem contra privilegiatos *in dict. cap. ex parte dict. q.* 18. ubi dixi de leucis, & aliis
4 in locis. † Et quod diæta ſit intelligenda ſecundum locorum conſuetudinem, & alia addat Balboa *in cap. olim* 6. *de except.* ad textum *ibi* & ad textum noſtrum *n.* 2. & *à n.* 18. ideo illum leges

† ex quo venit applicandum quod ad gloſſam hic 5
notat Covar. *lib. variar. c.* 5. *n.* 1. & 2. quatenus dixit quod dictiones ſunt interpretandæ juxta eum ſenſum, qui vulgari, communi uſu, ac legum provinciæ ſignificatione receptus ſit, † ad quod vide- 6
bis *in cap. ex litteris* 7. *de ſponſalib.* in quod verba dubia intelliguntur in eo ſenſu, quem ſolent rectè intelligentibus generare cum pluribus per gloſſam *hic* Barboſa *n.* 21. ex *l. librorum,* §. *quod autem caſus, ff. delegat.* 3. *labeo, ff. de ſupellectili legata, l. cum autem cod. de donat. ante nuptias.* † Nam vul- 7
garis appellatio, habetur pro lege cum Gonzal. *in reg.* 8. *Cancel. gloſſa.* 11. *n.* 68. & 69. *gloſſa* 13. *n.* 62. † Et quomodo leucæ ad diætas ſunt com- 8
putandæ præter adductos in relatis locis videbis Zevallos *in pract. q.* 89. *à n.* 730. & 733.

Et cum Barboſa *hic à n.* 4 intelligat textum 9
noſtrum, ponens in quibus limiteur uſque ad *n.* 8. ponens etiam plures Doctores *à n.* 9. qui ſcripſerunt de diætis, pluraque dicant Covar. *de leucis, & earum commenſuratione lib.* 2. *variar. c.* 20. *n.* 5. Zevallos *ſupr.* Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 16 & *l.* 15. *tit.* 26. *p.* 2. Bobadilla *in politica lib.* 4. *c.* 5. *n.* 55. & alii per Barboſ. *hic. n.* 12. & alii citati per relatos.
† Et in *n.* 7. hic dicit idem Barboſa quod Epiſcopi, 10
vel ordinarii poſſunt citare quemcumque à quocumque loco intra ſuam Diœceſim, & ad ſuum, ſuorumque delegatorum in Judicium trahere; ideo applicabis regulam, de qua Gratian. *reg.* 166. *per textum,* & Abbatem *hic,* & *in cap. fin. de rerum permut. c. fin. de judic. cap. olim de except.* † amplians 11
quod nec conſtitutio Epiſcopi habebit extra Diœceſim vigorem, & non ſolum in civilibus, ſed in criminalibus, † ita ut nec poſſit extra ſuam Diœce- 12
ſim populum benedicere, ad hoc ut peccata venialia tollantur ex Abbate *in cap. antiqua de privileg.* qui Abbas *in cap. novit de officio delegati,* dixit 13
nec poſſe inſtituere præſentatum; ſed Gratianus cum Beërio *deciſ.* 30. *à n.* 3. contrarium verius dicit eo quod ſit juriſdictionis voluntariæ; & ob id cum multis limitat regulam idem Gratianus dicens non procedere in Juriſdictione voluntaria; de quo late dixi *in cap. poſtulati* 14. *de foro comp. ſub quæſt.* 2. verſ. *ad ſecundum,* dum egi de quæſtione *an judex in alieno territorio judicare poſſit* ibi *à num.* 11.

Nec procedere ubi aliter de conſenſu partium 14
permitteretur Epiſcopo, ut non traheret reum ultra diætam, ut dicit Felin. *hic col.* 3. Gratian. *ſupra n.* 5. & 6. Barboſa *n.* 13. in verſ. *textus noſtri,* ibi: *Niſi de aſſenſu partium fuerint impetratæ.* † Colli- 15
gens cum Tyraq. *de jure primogeniorum q.* 24. *n.* 13. ea verba notari ad hoc ut legi prohibitivæ poſſit renunciari; ad quod applicabis plura, quæ adduxi *in cap. ſignificaſti* 18. *de foro comp.* ubi Juriſdictio qualiter de aſſenſu partium prærogetur; item Gratianus cum Felino *hic* & aliis *n.* 7. *dicta regul.* 266. † Limitat quando committeretur Epiſcopo 16
per Papam cum ſcientia quod eſſet extra ſuam Diœceſim, † item limitat regulam in ſententia ex- 17
communicationis, quam ferre poteſt Epiſcopus in ſuum ſubditum extra ſuam Diœceſim, & territorium ex textus *in cap. cum ſit Romana de appellationibus, cap. tua de Clericis non reſid.* de quo dixi alibi late.

Item & quod Epiſcopus poſſit per ſententiam 18
beneficio privare Clericum, qui commiſit delictum privatione dignum etiam extra territorium ſecundum Panorm. *in dict. c. poſtulaſti* 14. *de foro* cujus applicabis de ratione quæ ibi latè dixi *ſub quæſt.*

quæſt. 1. ubi leges ad bonam quæſtionem. Imo & poterit Epiſcopus in aliqua Diœceſi portare annulos, & celebrare in Pontificalibus juxta gloſſam *in clem. Archiepiſcopo de privileg.* cum multis Gratian *ſupra n.* 10.

29 Et in verſ. ibi *vel expreſſam de hac conſtitutione fecerit mentionem*, expendit Barboſa *hic num.* 14. adducens rationes, quare debeat hic fieri ſpecialis derogatio conſtitutionis textus noſtri, tres rationes colligens, unam Flaminii, aliam Felini *hic num.* 2. aliam Cenedi *ad decretales, collect.* 123. *num.* 3. verſ. *ego tamen*: ex quo veniebat diſputare quando ſit neceſſaria alicujus conſtitutionis ſpecialis derogatio, ad hoc, ut ejus diſpoſitio ceſſet: ad quæ applicabis dicta, *ſupra in cap.* 1. *cap. cæterum hoc tit.* & neceſſarium diverſis in caſibus prærequirit Trid. Concil. & de hoc textu ſcribit etiam Zenedus *dict. collect.* 123. & ad materiam derogationis, ſeu abrogationis legum, leges quæ *ſupra* ſcripſi *in cap. translato Sacerdotio* 3. *de conſtitutionibus.*

Ad §. Sunt, & alii Textus noſtri.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ impetratæ ad lites ſine ſpeciali Domini mandato, non valent, niſi impetrentur per conjunctam perſonam: & quid hodie*, numero.

3 *Lites ſunt reſtringendæ potius quàm laxandæ.*

4 *Litteræ gratiæ, & ad beneficia poſſunt impetrari à tertio ſine ſpeciali mandato*

5 *Mandatum ſpeciale non deſideratur in commiſſionibus cauſarum, quæ Rotæ auditoribus diriguntur.*

1 PRobat textus hic quod litteræ ad lites impetratæ ſine ſpeciali mandato Domini non valent, niſi impetreotur per conjunctam perſonam, multis probat Barboſa, *in dicto cap. nulli à num.* 15. dum interpretatur, ſeu collectat hunc §. ubi *à n.* 16. plura colligit de ſpeciali mandato ad litteras impetrandas excipiens *à num.* 27. per verba, *hic*, niſi forte de illis perſonis extiterit, à quibus non debet exigi de jure mandatum, excipiens conjunctum, pro coojuncto, & amicum. Quare ut uberius intelligas caſus, in quibus ſpeciale maodatum requiritur in quibus non leges dicta, *in c.* 1. & 3. *de procur.* etſi diverſis in locis ſub *lib.* 2. *decretalium* nonnulla de hoc dixerim: quare ad quæſtiooem an conſors ejuſdem litis, poſſit ſine ſpeciali mandato petere reſtitutionem in integrum, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *num.* 6. & ibi pertotum caput agit an ad eam poſtulandam, requiratur mandatum ſpeciale, de quo gloſſa hic *ſine ſpeciali.* † Dicunt tamen Bar-
2 boſa *hic num* 16. *in fine*. Navatus *in cap. ſi quando hoc tit. præludio* 1. *num.* 2. Vantius *in tit. de defectu juriſdict. deleg. num.* 87. Mandoſius *in praxi commiſſionum*, textum iſtum non ſervari in praxi, ſic ut hodie, nec ab extraneis mandatum ſpeciale exigetur ad impetrationem litterarum, de quibus hic applicabis quæ dixi, *ſupra in cap.* 20. *hoc tit. q.* 5. *à n.* 31. & 32. ubi de curiali, & ſolicitatore, ſeu tertio impetrante reſcriptum; item nonnulla, quæ dixi, *in cap.* 9. *de judic. à q.* 6. *ad* 9. ubi de geſtis per procuratorem.

3 Et in verſ. *hic cum autem lites reſtringendæ ſint prius, quàm laxandæ*; ideo applicabis rationem textus, *in cap. finem litibus, de dolo, & contum.* ut ſe hic remittit Barboſa, *n.* 15. ubi ego latiſſimè adnotavi, & dixi. Et ad hunc §. adjunges Barboſam alterum, *in. l.* 3. & 4. *ff. ſoluto matrimonio n.* 4. & *n.* 13.

An diſpenſatio poſſit impetrari abſque mandato ejus, cui impetratur, & agens late per textum noſtrum dicit in hoc caſu non procedere; quia litteræ ad beneficia, poſſunt impetrari abſque tali mandato ſpeciali, aut generali; etſi ad acceptandum beneficium nomine alterius, deſideretur de quo aliquid, *ſuprà* dixi; etſi ad quæſtionem, quam proponit exiſtiment nonnulli, quos refert, *n.* 3. per textum *in cap. innotuit de elect.* in verſ. *cum non* in impatratione diſpenſationis, & aliorum privilegiorum deſiderari ſpeciale mandatum, cæterum, *num.* 4, contrarium probat, explicans textum, *in dict. cap. innotuit*, & amplectens rationem, de qua gloſſa *hic* verſ. *ſine ſpeciali mandato*, ubi reddit diſparitatem quare impetratio ad beneficia non deſideret ſpeciale mandatum ad lites ſic. † Nec 4
ſpeciale mandatum deſideratur in commiſſionibus cauſarum quæ Rotæ auditoribus diriguntur, Paulus Fuſcus *in ſingular. utriuſque juris litt. C. ſingulari* 14. 5

AD TEXTUM

IN CAPITE XXIX.

Dilectus, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Judex quis ſit quando duo ſunt, impetrata reſcripta diverſa remiſſivè: & quid textus hic pronunciet*, n. 2.

3 *Diæta in actione reali eſt computanda à fine Diœceſis.*

4 *Domicilium contrahitur in loco Domicilii, & qualiter aliis de cauſis remiſſivè*, numero 5.

6 *Spoliatus Judicis authoritate agens ad reſtitutionem, tenetur probare injuſtitiam ſpoliantis: ubi de aliquibus dubiis remiſſivè.*

AD explicationem noſtri textus, quaſi conſimilis, eſt ea, de qua dixi *ſuprà in cap. cum contingat*, quis ſit Judex, quando duo reſcripta impetrata, ſunt diverſa: applicabis *ibi* notata. † Et ſic dicat textus noſter, ut cognoſcere debeat de validitate Judex deputatus ſuper appellatione quando occaſione duorum reſcriptorum unius ſcilicet in cauſa appellationis contenditur. Ob idque applicabis quæ dico *infra in c.* 4. *de appell.* & *in c. meminimus* 9. & *in c. præterea* 22. ubi quando Judex cauſæ principalis cognoſcit non obſtante appellationis Judice. 1
2

Et in verſ. *à Diœceſi ubi prædicta Eccleſia erat*; quatenus dicit Barboſa *hic* quod diæta in actione reali eſt computanda à fine Diœceſis; & quod ultra duas diætas litteræ noo ſunt impetrandæ, applicabis quæ ſupra de Diætis, & Leucis dixi in 3

cap.

Digitized by Google

cap. nulli 28. *hoc tit.* aliquid applicabis ex doctrina textus *in cap.* 3. *de foro comp.* & *cap.* 2. & 3. *de libelli oblatione.*

4 Et ibi *Domicilium*, quatenus probat Barboſa *hic num.* 3. cum multis, quod beneficii loco reſidentiam requirentis, Domicilium contrahitur: applicabis quæ in ſpecie dixi *in cap. poſtulaſti* 14. *de foro comp. à num.* 8 *quæſt.* 1. ubi quod ratione
5 beneficii contrahitur Domicilium. † Sed qualiter ratione habitationis, originis, contractus, aliiſve modis contrahatur, bene *ſub cap. ex parte* 10. *eodem* & *in cap.* 17. & uberius *in cap. fin. de foro comp.* & *hic* in gloſſa *Domicilium*, verſ. *ubi majorem partem rerum ſuarum poſſidet*: applicabis quæ late dico *in cap. ſanè* 3. *de foro competenti.*

6 Et in verſ. *ſed dicti Judices*, quatenus Barboſa *hic* cum Maſcardo *de prob. num.* 14. notat quod ſpoliatus Judicis authoritate agens ad reſtitutionem, tenetur probare injuſtitiam ſpoliantis. Ideò applicabis, quæ latè dixi *in cap. conquerente* 7. *de reſtit. ſpoliat. quæſt.* 4. vbi egi de ea, *Spoliato Judicis authoritate, an incumbat onus probandi injuſtitiam ſpoliationis*: & *quid ſi Judex ſe conſtituat ejus Adverſarium.* Et aliam nempe *Spoliatus quid debeat probare, ut reſtituatur*, latè *in cap. cum. olim* 17. *eodem.* & *an debeat probare, aliquando ſe poſſediſſe*, *in cap. cum ad ſedem* 15. *eodem quæſt.* 1. verſ. *ad ſecundam.* Et applicabis eam, *An ſpoliatus à Judice nulliter procedente, non ſervato ordine juris, ſit ante omnia reſtituendus, cum conſtet non eſſe retractandam ſolutionem ordine juris prætermiſſo nec ſpoliatum ante omnia in hoc caſu reſtitui*, de qua dixi *in dict. cap. conquerente de reſtit. ſpol. quæſt.* 1.

AD TEXTUM

IN CAPITULUM XXX.

Sanctæ Crucis, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Præſentatio reſcripti coram executore, facit ut illud præferatur alii reſcripto expedito ſub eadem data.*

2 *Reſcriptum prius in data prævalet ſecundo, & poſteriori etiam ſi exceſſus ſit tantum horæ unius*, n. 3. & *etiam ſi in ſecundo fiat mentio de primo, non tamen de clauſula ejus eleelegantì*, n. 4. & n. 15.

5 *Reſcripti primi revocatio debet fieri in primo reſcripto.*

6 *Reſcriptum pro validitate actus, valet, quando non conſtat de prioritate duplicis reſcripti contrarii exemplificatur*, n. 7.

8 *Datæ tempus inſpicitur in reſcriptis etiam in gratioſis*, n. 10. & *in dilatione quinquennali*, num. 11.

9 *Tempus præſens inſpicitur in æſtimatione beneficii.*

12 *Datæ tempus attenditur in privilegiis.*

13 *Marchio prior creatus præfertur ſecundo, etiamſi, iſte prius adipiſcatur poſſeſſionem.*

14 *Tempus inchoationis mandati inſpicitur in commiſſario executore, aliàs commiſſio expirabit, ſi non dum inchoato mandans moriatur.*

16 *Tempus Judici aſſignato ad cauſam decidentem incipit à præſentatione reſcripti.*

17 *Datæ tempus præfertur in gratioſis verè attenditur tempus præſentationis reſcripti.*

18 *Gratia à Principe conceſſa, debet intelligi ſecundùm uſum Principe eam concedentis.*

19 *Capitulum quid ſibi velit remiſſivè.*

20 *Collectivo nomine vocati ſi plures ſunt pro uno reputantur.*

21 *Commiſſum pluribus per unum non expenditur.*

22 *Conjuncti dicuntur verbis plures vocati ad hæreditatem, vel legatum per nomen collectivum in æqualibus portionibus.*

23 *Cenſura lata poſt appellationem, quos habeat effectus remiſſivè.*

24 *Abſolutio ſimplex continetur ſub appellatione abſolutionis, non ea, quæ datur ad cautelam.*

25 *Datæ tempus impetrationis attenditur in reſcriptis, ut falſitas narratarum ſeu veritas conſideretur.*

TEXTUM hunc explicavi *in cap. imputari de fide inſtrum. quæſt* 2. *num.* 8. Sed 1
loquitur de diverſis reſcriptis ſuper eodem beneficio impetraris, & dubitatum eſſet quod eorum eſſet præferendum num primum in data, vel quod primum fuit in præſentatione; ideo adjunges quæ noto *infra in cap.* 2. *de officio deleg.* & quæ *hic*, & *ibi* notat ex pluribus Barboſa, dum *à num.* 2. ſequentes concluſiones facit, nempe gratias pares, ſi duo habuerint, ille præferatur, qui prævenit
in præſentatione ſuæ gratiæ coram executore. † 2
Et quod res, privilegium, ſeu reſcriptum prius in data prævaleat ſecundo, & poſteriori; quod datæ tempus non ſignatæ ſupplicationis attendatur, ut quis poſſit facere fructus ſuos; quod proviſus prior ſit præferendus poſteriori: hæc omnia multis probat & reſoluit aliqua dixi *ſub cap.* 20. *hoc*
tit. † Et quod reſcriptum prius in data prævalet 3
ſecundo probat Gratianus *reg.* 404. cum multis per textum noſtrum, & *cap. ſi duobus*, ubi gloſſa *hoc tit.* & *l.* 27. *tit.* 18. *p.* 3. quod ampliat uno modo Felin. *num.* 4. & Jaſon. *in l.* 1. §. *editiones ff. de edendo a.* 5. ampliat etiam ſi una hora, nam ratione unius horæ dicitur reſcriptum
poſtetius. † Et cum multis aliis Gratianus *ſupra* 4
num. 2 ampliat etiam ſi in ſecundo reſcripto eſſet mentio facta de primo ſi non ſit facta mentio de clauſula eleganti, quæ in primo inſerta fuiſſet ex textu *in cap.* 2. *de dolo & contum.* per quem ita tenet *in cap. ſignificavit n.* 3. *de ap-*
pell. & eſt *lex* 29. *tit.* 18. *p.* 3. ubi cavetur de- 5
beri in ſecundo reſcripto expreſſè fieri primi revocationem: videbis Malinam *de major.* 2. *p. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 31. Et regula ampliatur ut procedat etiam in alia qualibet diſpoſitione ut *in l. qui prior*, & *cap. qui prior de reg. juris*, ubi Dinus & Boer. latè in addditionibus.

Prædictam regulam limitat Felinus *ſub dicto* 6
num. 4. tribus modis. Tum & quarto limitatur quando non conſtat de prioritate, nam tunc ſemper ſtatur reſcripto in quo continetur ille actus,
qui facit utrinque valere, † ut puta ſunt duo in- 7

ſtrumenta unum teſtamentum filli, aliud inſtru-
mentum emancipationis ejuſdem filii: nam ſtatur
inſtrumento emancipatinnis, ut teſtamentum valeat
quia tale reſcriptum, per quod utrioque validatur
præſumitur prius confectum, ut docent Cinus, &
Bald *in l.cum teſtam. §. hæc verba ff. de hæred. inſt.*
Alex. *in l.divortio, col. 4. ff. ſoluto matrim.* cum aliis
Gratian, *ſupr. n.4.* qui limitat uſque ad modos octo
de quibus nonnullis, & aliis *ſub c. 3. hoc tit.*
8 Et quod tempus datæ in reſcriptis inſpiciatur
dixit idem Gratian. *reg.451.* idemque, & in benefi-
ciis probat per textum *in c. eodem, & in c. ſit ibi c.*
9 *duobus, & c. ſi eo tempore hoc tit. lib. 6.* † & exempli-
ficat, ut in æſtimatione beneficii: nam tempus præ-
ſens, & non futurum inſpicitur cum Oldrado
conſ. ad aures hoc tit. & Baldus *in c. conſtitutus hoc*
10 *tit.* ampliat procedere regulam in privilegio. † Et
quod in gratioſis tempus datæ inſpiciatur & atten-
datur tenet Riccius *collect.* 476. per textum *c. cum*
11 *te, & c. conſtito hoc tit.* † Ubi com Guido Pap. *de-*
ciſ. 109. infert quod tempus dilationis quiquenna-
lis à die datæ, non à die præſentationis currere
incipiat. Et itidem ait quod in privilegiis attendi-
12 tur tempus datæ de Franchis *in deciſ. 67.* † Ubi
fuit dictum quod duobus creatis Marchionibus
verum unquam prior altero; licet poſterior creatus
prius litteras executoriales pro ſui poſſeſſione ob-
tinuiſſet, non tamen veniebat præferendus primo
creato; licet poſterior fuiſſet in poſſeſſione, & non
alia quidem ratione; quia in privilegiis attenditur
tempus datæ.
13 Felinus verò *in cap. cum te*, limitat modis ſex *à*
14 *n.* 63. benè Abbas *in c. cum dilectus el 2. hoc tit.* †
Ubi etiam *n.8.* limitat quando gratia non eſt perfe-
cta ſed mandatur fieri: nam tunc inſpitur tem-
pus inchoationis mandati, quia ſi Commiſſarius
non inchoavit exequi, gratium expirat per mor-
tem concedentis, ubi alia ſingularia adducit viden-
15 da, † imò multi adducti à Gratiano *in dict. reg.*
n. 8. dicunt reſcriptum tunc vim obtinere quando
fuerit præſentandum; & ſic non à tempore datæ,
ſed à præſentatione vires accipere benè expendit
16 Panormit. *hic* de quo *in dict. c. 2. de off. deleg.* † ex
quo benè poteris adjungere quæ ſcribit latè Bal-
boa, dum per textum *in c. ſuper eo 11. de appell.* di-
cit quod tempus à Judice aſſignatum ad cauſam
decidendam, incipit à præſentatione reſcripti
quem liges *à n.* 29. uſque ad 32. ipſum applicabis
in c. ut debitus honor 56. *eodem tit.* & quæ ipſe dixit
in c. 1. de foro comp. à n. 9.
17 Imò & aliis modis præfata regula, de qua Ric-
cius limitatur, ut per eum *dict. collect.* 476. dum do-
cet limitari, quando Princeps aliud expreſſe vo-
luerit, ex Antonio Fabro *in deciſ. 3. cod. de precib.*
imper. offerend. & etiam ait non procedere in caſu,
de quo Franchis *in deciſ.* 326. nec in alio caſu ejuſ-
dem *in deciſ.* 490. qui *in dict. deciſ.* 326. dicit quod
tempus datæ attenditur in gratioſis, ſed tempus
præſentationis in reſcriptis juriſdictionalibus; &
in dict. deciſ. 590. ubi dicens quod tempus datæ in
18 gratiis debet attendi, ait *n.* 2. † quod gratia à Prin-
cipe conceſſa intelligitur ſecundum uſum Princi-
pis eam concedentis, & ad materiam videbis quæ
dicit Afflictis *deciſ.* 1.
19 Ad verbum textus noſtri hic *Capitulum*, adjun-
ges quæ de oratione indefinita dixi *ſuprà in cap.*
cum omnes de conſt. & quæ longè ſcribit Covar.
lib. 1. var cap. 13. ubi etiam de univerſali, & quæ
ibi dicit *n.* 10.
20 Item quatenus incipit concluſio noſtri textus *ſi*
plures impetrant, adjunges quod dixit Felinus *hic*
num. & cum infinitis Gratianus *regula* 492. nem-
pè quod vocati nomine collectivo, ſi plures ſint
ſimul cum alio tertio, illi plures reputantur pro
uno tantùm, faciunt jura *in l. Titius, & in l. inter-*
dum, & in l. liber homo §. ſi Titium ff. de hæred. inſti-
tuend. † Et Tyraquel. *de privileg. piæ cauſæ am-* 21
pliat. privileg. 166. etiam ubi quid pluribus com-
mittitur: nam poteſt per unum tantùm expediri,
ſed omnes debent concurrere; quia una tantùm
perſona illi plures cenſentur, ut *in l. pedius §. 1.*
ff. de arbit. niſi ubi verſatur animæ favor. Sed re-
gulam limitat tribus modis Anton. Gomez *tom. 1.*
var. cap. à n. 3. & Jaſon. modis ſeptem *in l. fin. cod.*
impuberibus, & aliis n. 5. Bernardus limitat mo-
dis 4. *regul.* 132. vide notata a Doctoribus *ibi in c.*
prudentiam 21. *de officio deleg.* ubi ego latè dico de
hoc puncto.
Unde colliguntur relati à Gratiano *ſuprà dicta* 22
reg.492. n. 1. quod conjuncti verbis dicuntur plures
vocati ad hæreditatem, vel legatum per nomen
collectivum; & ſic omnes ſimul admitti ad por-
tionem, quod limitat Socinus *conſ.* 108. *lib. num.* 1.
quando vocati eſſent omnes pro æquali portione
& etiam aliis duobus modis reſtringit Zabarella
conſ. 60. col. pen. Corn. *conſ.* 240. *lib.* Gozadin.
conſ. 67. Decius *conſ.* 320. *n.* 6. Jaſon. *in l. qui filialibus*
c. ſi quis ita ff. deleg. 1. n. 19. ubi limitat regulam non
§. ſibi locum vindicare in filiis naſcituris. Et quæ di-
cuntur nomina collectiva, tradit Felinus *hic ſub*
dict. n. 1.
Et in verbis ibi *Qui poſt appellationem ad nos* 23
interpoſitam in eos ſuſpenſionis, & excommunicatio-
nis ſententias protulerunt: ad hæc verba applicabis
quæ latè indico *in cap. paſtoralis §. verum de appell.*
ubi quos effectus habet cenſura lata poſt appel-
lationem, aut an ſuſpendatur ſi ab ea appel-
letur
Et in verſ. *Præfatas ſententias juxta formam* 24
Eccleſiæ relaxetis. His enim verbis probat Covar.
omninò videndus quod appellatione abſolutionis
continetur abſolutio ſimplex, non autem ea, quæ
ad cautelam datur *ibi in c. Alma Mater p. 1. §. 7.*
n.7. concl. 4. quem ſequitur Barboſa *hic n.* 7. cum
Ricciulo, & Navar. quibus adjungo eundem: ex
quibus adjunges queſtionem, an impetratio litte-
rarum ab excommunicato ad beneficia ſit nulla
Covar. *dict. §. 7. à n.* 3. qui potius hoc tribuit *c. ſeq.*
Covar. *dict. 1. p. §.* & *ibi* in verſ. *tertio.*
Pro complemento noſtri textus dico, quod in 25
reſcriptis attenditur tempus datæ id eſt impetratio-
nis, vel conceſſionis, quo literæ dantur, & manant
à Superiore; ut per Rebuff. *in praxi tit. different.*
inter ſcripta gratiæ n. 53. Mandoſ. *in reg.* 18. *Can-*
cel. q.18. à n.15. Perez *in l. 19. 14. tit. 21. lib. 3. ordi-*
nam. ſic ut circa reſcripti ſubreptionem ſemper
debeat attédi tempus datæ, vel impetrationis;
ita ut ſecundùm illud, conſiderari debeat veritas,
aut falſitas narratorum; nec ſufficiat ſi ante impe-
trationem vera fuerint, vel poſt eam vera exiſtant,
ea, quæ tanquam vera, & exiſtentia exprimuntur; ſi-
cut nec ſat eſt, quod antea non fuerint, vel poſtea
non exiſtant; & quod tanquam non exiſtentia ab
impetrante negata, vel ſuppreſſa ſunt, ut probat
textus *in c. conſtitutos* 19. *hoc tit.* Baboſa *in c. 7.*
hoc tit. Navar. *in c. ſi quando eodem exceptione* verſ.
habemus, Pariſ. *conſ.* 45. *lib.* 4. *n.* 2.

AD

Google

AD TEXTUM
IN CAPITE XXXI.
Ad Audientiam, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM

1 *Obreptione, vel ſubreptione oppoſita, proceſſus futurus, nullius eſt momenti.*
2 *Subreptio poteſt opponi uſque ad 40. annos quamvis vitiet gratiam ipſo jure expende, ut* hic n. 3. & 4.
5 *Subreptitiæ litteræ in beneficialibus, ſunt nullæ.*
6 *Subreptione quando ipſo jure vitiet, quando non & quando opponatur remiſſive: & an expreſſione cauſæ, vitiet diſpenſationem ipſo facto,* n. 7. *vel ope exceptionis,* n. 7. *remiſſivè.*
8 *Litteris impetratis renunciam propter annuam penſionem, hoc tacito litteræ ipſæ ad beneficia non valent.*
9 *Penſio num dicatur beneficium,* numero 10. & 11.
12 *Renuncians beneficium aut penſionem ut habeat aliquod beneficium, non dicitur ſimoniacè renunciare.*
13 *Renunciare poteſt litteris ſimpliciter ſine Superiore, & ſine eo nequit beneficio renunciare: limita, ut* n. 13.

1 PRo materia hujus textus applicabis quæ
latè dixi *ſuprà in cap. ſuper litteris*, per id quod
ex gloſſa hic verb. *in irritum*, in verſ. *tunc dicas
quod tales*, cum multis dicit Barboſa *num. fin.*
nempè quod reſcripta ſubreptitia ad lites non
ſunt nulla, niſi ope exceptionis qui itidem in
verbis *revocande in irritum*, hic *num. 6.* notat quod
obreptione, & ſubreptione oppoſita, proceſſus
futurus, nullius eſt momenti. De quo puncto
applicabis quæ *ſupr.* latius dixi *in dict. c. ſuper litte-*
2 *ris q. 7.* verſ. *ad ultimam.* † Quare refert Riccius
collect. 1267. ad textum noſtrum cum Imola *ibi*,
nempè ut ſubreptio poſſit opponi uſque ad 40.
annos, quamvis vitiet gratiam gratiam ipſo jure
Caputaq. *deciſ.* 224. *p.* 3. verùm addit ut tanti tem-
poris ſpatium præſumatur nova gratia, & confir-
3 matio, Caſſad. *in deciſ. 3. de cauſa poſſeſſ.* † Ta-
men adverti idem Riccius cum Puteo *deciſ.* 377.
quod nec intra quadraginta annos de ſubreptione
dici poſſit: ſi in litteris ſit appoſita clauſula *de*
4 *ſubreptione.* † Quod intelligit verum concurren-
te clauſula ſublata, quæ relevet impetrantem ab
onere probandi, & admittit parti, & Judici fa-
cultatem aliter impetrandi, & judicandi, etiam
quod verſemur in gratia conceſſa ad poſtulatio-
nem partis, ſecus ſi clauſulæ iſtæ non eſſent ſi-
mul junctæ, ut tradit idem Puteus *in deciſ.* 213.
lib. 2. & fuit in Rota deciſum in una Calagurit. ju-
5 riſdictionis 30. Maii 1580. coram de Rubeis. †
Et quod ſubreptitiæ litteræ in beneficialibus ſint
nullæ, Gratianus ex noſtro textu *regula* 444. de
quo *in cap. ad aures hoc tit.* & *in dict. c.* 20. quam
regulam Felinus ampliat hic ſex modis, & limitat
duplici; & Petrus Rebuffus *in praxi benef. 1. p. de
differentiis inter reſcripta gratiæ, & Juſtitiæ pa-
gina* 107. ubi ſex modis ampliavit. † Et quando 6
ſubreptio ipſo jure vitiat, quando ope exceptio-
nis poſuit, Oldradus benè *conſ.* 81. & *conſ.* 257. &
quando exceptio ſubreptionis oponatur, Anna,
& *ibi* Bolognet. *in addit. conſ.* 6. Abbas, qui
benè de materia *in c. cum dilecto num. 7. de reſcript.*
& *in c. cæterum num.* 6. quid in gratia, benè ipſe
in c. tua nobis n 2. & 3. *de off. Vicarii* Mierez *de
major. 1. p. quæſt. 3. num.* 11. & *quæſt. 4. n.* 2. Et
reſolves juxta quæ longè ſcripſi *in. ſuper litteris*
20. *hoc tit.* ubi cum maxime diſtinctione. † Et an 7
ſubreptio in expreſſione cauſæ, vitiet diſpenſa-
tionem ipſo facto, vel ope exceptionis, Panor-
mit. *in. c. quia circa de conſang. & affin.* Decius *in c.
conſtitutus num. 2. de reſcript.* Tyraquel. *de penis
temper. cauſa 44. n.* 37. & deinceps, & *in tract. ceſ-
ſante cauſa, lim. 1. n.* 3. & hæc omnia ex multis aliis
exornat Gratian. *ſuprà*: applicabis etiam dicta *in
c. poſtulaſti hoc tit.* & latiſſimè reſolvi *ſub dict. c. 20.
hoc tit.*

Cumque textus iſte dicat quod ſi habens litte- 8
ras Papæ ad beneficium eis renunciat, propter
annuam penſionem, non valeant litteræ benefi-
ciales, hoc tacito impetratæ; ideò adjunges notata
ſuprà in c. 17. de his, de quibus impetrans debeat
facere mentionem, ut reſcriptum valeat. † Item 9
per hunc textum diſputant Doctores an penſio ſit
beneficium Eccleſiaſticum; imò Riccius ex hoc
textu *collect.* 960. colligit quod penſio non eſt be-
ficium Eccleſiaſticum; eo quod ad titulum pen-
ſionis quis ordinari non poſſit, niſi neceſſitas, aut
commoditas Eccleſiæ aliud ſuadeat; prout Epiſ-
copus judicaverit, ut diſponitur in Trid. *ſeſſ.* 21.
c. 2. de reform. † Et ex conſtitutione Pii IV. & V. 10
loquente de confidentiis beneficiorum, quæ non
habet locum contra transferentes penſiones per
confidentiam, ut fuit reſolutum in una Burgen.
prætenſæ confidentiæ 5. Jun. 1591. coram Pegna;
deinde quia ſimonia ſi ſit in ordine, vel benefi-
cio annexam habet excommunicationem; non
tamen ſi ſit impenſione, Sayrus *in deciſ. 17. de ſi-
monia*, quam ſoponit Riccius *ſupr.* ad ornatum
textus *in Extravag. cum deteſtabili.* † Quæ vi- 11
dentur contraria his; quæ notat cum multis Bar-
boſa *num.* 2. dum ait quod renuncians litteris ad
beneficium, ut habeat aliquod beneficium, aut pē-
ſionem, non dicitur ſimoniacè renunciare; quia eſt
quædam permutatio rei ſpiritualis, cum ſpirituali
ex Abbate *hic*, & Flamin. *de reſign. tom. 2. lib.* 14.
q. 7. n. 25. Azor. *inſt. mor. p. 3. lib. 7. c. 27. q. 9.* † adver- 12
tentes quod licet quis non poſſit renunciare be-
neficio ſine authoritate ſuperioris. † Limitans 13
cum Abbate *hic n.* 6. & Flamin. *dict. q. 7. n.* 28. Azor.
dict. q. 9. ut non poſſit quis renunciare ad benefi-
cium litteris eo pacto, ut recipiat pecuniam vel
pro alia qualibet re temporali. Tamen ſi advertas
non ſunt contraria ſi legeris eundem Azor. *lib.* 3.
tom. 2. mor. c. 5. & quæ copioſè adducit Nicol. Gar-
cia *de benef. 1. p. c. 5. per totum*, dum agit an penſio
ſit beneficium. Et de renunciantibus beneficia ad
caſum textus noſtri videbis quæ noto *infra in c.
ſane 7. de renunciat.*

AD

AD TEXTUM IN CAPITE XXXII.

In Noſtra, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Impetrans reſcriptum tenetur facere mentionem de aſſignatione Eccleſiæ, quam nondum obtinuit.*

2 *Reſignatarius debet exprimere in litteris beneficia, quæ habet nomen Dignitatis exprimendo.*

3 *Impetrans debet facere mentionem Sancti ipſius beneficii, dum non ſit in Eccleſia Cathedrali; quod ſi non exprimatur; non inde redditur ſubreptitium reſcriptum, n. 4. ubi de ratione.*

4 *Error in nomine, ſeu cognomine, non vitiat actum quando ex aliis conjecturis conſtare poſſit de identitate, & de certitudine perſonæ, n. 5. ubi ponitur exemplum.*

6 *Error in pronomine, ſi conſtat de perſona, non intereſt: & quid de errore conſtituentis in procuratorio, n. 9.*

7 *Nomina omnia impetrantis, non ſunt exprimenda, quando conſtat de perſona uno ſolo nomine adjecto.*

8 *Nominis propii error, ſi pronomine aut cognomine conſtet de perſona non vitiat.*

10 *Error perſonæ quando ex aliis conſtare non poteſt, excuſat à caducitate.*

11 *Error non præſumitur, niſi probetur, probaturque juramento eiuſdem perſonæ citantis.*

12 *Monachus præfici nequit Eccleſiæ ſæculari, & collegiatæ.*

1 AD textum hunc faciunt quæ adduxit *ſupra in cap.* 3. 8. 17. & aliis hujus tituli, ubi adduxi caſus, in quibus in impetratione reſcripti eſt neceſſarium fieri ab impetrante mentionem de obtentis, ſeu aliis qualitatibus: quare etiam dixi *hic* Pontifex, ut fiat etſi quis adhuc non obtinuerit, dum tamen ſit aſſignatus alteri Eccleſiæ. Et pro extenſione faciunt notata ſupra *in cap. ſuper litteris* 20. *cap. poſtulaſti*, *cap. ad audientiam* 31. ita, & quæ noto *infra in cap. de multa de præbendis*, ubi de prohibita multiplicitate Eccleſiarum, ſeu beneficiorum.

2 Et cum hic Barboſa dicat *num.* 4 quod Reſignatarius debet exprimere in litteris beneficia, quæ obtinet; item & exprimere in ſpecie nomen
3 Dignitatis, quam habet. † Addatque *hic num.* 5. ut eum impetratur beneficium, ne impetratio reddatur ſubreptitia, neceſſe ſit exprimere nomen Sancti ipſius beneficii, dummodo non ſit in Eccleſia Cathedrali in qua de ſtylo Curiæ neceſſum eſt nomen Sancti ipſius beneficii exprimere ex
4 Rendina, Riccio, & aliis. † Tamen ipſe Barboſa videndus *num.* 6. dicit ſe ſcire ex ſtylo Curiæ non reddi prædictam impetrationem ſubreptitiam non expreſſo nomine Sancti Eccleſiæ, ubi ſitum eſt: nam quotidie vidiſſe teſtatur expediri Bullas hoc modo. Beneficium ſimplex in parochiali, ſeu alia Eccleſia loci N. Diœceſis N. eo quod ſufficiat ut conſtet de corpore beneficii vacantis per obitum N. licet non exprimatur nomen Sancti, & etiam ſi erretur nomen loci, aut Diœceſis, ſi ex aliis circumſtantiis condet de identitate cum multis aſſerens, quod error in nomine. ſeu cognomine non vitiat actum, quando ex aliquibus conjecturis conſtare poterit de identitate perſonæ, ut jam *ſupra* dixi *in cap. ſuper litteris* late & *infra in cap. ſignificante*, *c. Rodulphus*

Unde infero quod error in nomine non vitiat, 5
quando conſtat de certitudine perſonæ: ſic Riccius *collect. ad textum ſi quis in fundi vocabulo ff. deleg.* 1496. inferens ad pulchram deciſionem Rotæ 16. hoc tit. in novis ubi fuit dictum quod error in nomine; nempè quod in mandato ad reſignandum, & in Bulla reſignationis exprimatur Franciſcus Berardinus, ſchala & nihilominus appellatur Joannes Berardinus, non vitiat, cum ex aliis circunſtantiis, & ex nomine officii, & dignitatis conſtet de identitate perſonæ reſignantis. † 6
Nec errari ait, cum error ſit in pronomine ſi conſtat de certitudine perſonæ: ſic ex deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. 171. † Ubi non ſunt exprimen- 7
da omnia nomina unius perſonæ, quando ex expreſſione unius nominis poteſt haberi certitudo, † & ſic dixit Bellamera *deciſ.* 643. quod error no- 8
minis proprii poſſeſſoris in commiſſione, ſi per cognomen, & alias circonſtantias conſtet de corpore, non vitiat; imò & *in deciſ.* 184 † dixit quod 9
error conſtituentis in procuratorio, ſi aparet de cognomine, & non apparet fictus, non vitiat proceſſum. † Et ſic Caputaq. *in deciſ.* 182. *p.* 1. 10
& latiſſime Rota Romana *collect. deciſ.* 896. dicunt quod error perſonæ, quando ex aliis conſtare non poterit, excuſat à caducitate: & infra *ſub cap. ſignificante* 34 dico de quæſtione, an ſit valida diſpenſatio, quando erratur in nomine Diœceſis, & de aliis: tradit alia Barboſa *ibi à n.* 2. & applicabis quæ tradit Pichard. *in §. nomine inſtitution. de legatis.*

Cumque error non præſumatur, niſi probetur 11
ut dicit eadem Rota *collect. deciſ.* 991. & dubites qualiter præfatus error probetur, advertes probari per juramentum ejuſdem perſonæ citantis, Rota *in deciſ.* 3. *de jurejur.* in antiquis & aliis modis, quos proſequitur Bellamera *deciſ.* 497. de quo eſt pulchra deciſio Capell. Tholoſan. 99.

Item quia Felinus *hic num.* 41. dicit quod Mo- 12
nachus non poſſit præfici Eccleſiæ ſæculari, & collegiatæ ſine diſpenſatione: ideò adjunges quæ & ad utramque partem retulit Zevallos *in pract. quæſt.* 281. item agit de alia *quæſt.* 181. an beneficia juris patronatus abſque conſenſu Patroni poſſint reſignari, de qua dico *infra de renunciat.* ſed etſi non ad aptabiles quæſtiones attamen quodammodo applicari valent.

AD

AD TEXTUM IN CAPITE XXXIII

Ex Parte Decani, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Mandati procuratorii revocatio, remiſſivè.*

2 *Mandatum probatur præſumptionibus, & conjecturis; veluti expenſis factis, item judicio cœpto, & proſequuto ſine contradictione alterius partis, ſi procurator produxit examen teſtium, & alia jura pro ſua parte, & aliis duobus modis*, num. 3 4 5. & 6.

4 *Reſcriptum quando erratur in nomine contractus, ſeu in foro contrahentis non valet.*

5 *Textus hic expenditur.*

6 *Reſcriptum non vitiatur ex errore poſito in Bulla in Curia Curalis Scriptoris Curiæ, ut ſi pro affinitate poſuit conſanguinitatem.*

7 *Diſpenſatio ex falſo nomine expreſſo, ſi conſtat de perſona, non vitietur etiam in Sacramentorum collatione.*

8 *Impetratio valet veritate tacita, aut falsò expreſſo, quoties hujuſmodi ſubreptio non fuit conceſſionis cauſa.*

1 HIc agitur de materia revocationis mandati procuratorii; ſed quia multa quæ ſpectant ad effectus hujus revocationis noto infra in cap. ex inſinuatione 3. infra de procuratorib. ideo nunc nil addo Barboſæ *hic* nonnulla ſcribenti, niſi tantùm quæ ſubſequuntur tradita à Riccio
2 *in collect.* 1483. ad text. noſtrum, dum dicit. † Mandatum probari præſumptionibus; & conjecturis, ſicut pluries decidit Rota Rom. ut referunt Puteus *deciſ.* 362. Caputaq. *in deciſ.* 91 *lib.* 2. Ob idque ponit Riccius quinque conjecturas, quibus probatur mandatum. Prima expenſæ factæ in lite: nam hæ faciunt præſumere mandatum, in terminis Crescent. *in deciſ.* 1. *de præſumpt.* & plures decidit Curia Archiep. Neapol. ut apparet ex eodem Riccio *deciſ.* 29. qui *dict. collect.* 1483. infert ex illis apparere Bartoli Canonicatam opinionem communiter receptam *in l. cum ſervus ff. de verb. oblig.* † Secunda quando ſcilicet apparet judicium fuiſſe cœptum, & continuatum contra eum uti procuratorem ſine contradictione, Anton. Faber. *in deciſion.* 3. *cod. de procur.* † Tertia eſt ſi ipſa produxit examen teſtium, & alia jura in favorem principalis, quæ veriſimiliter non potuit aliunde habere idem Faber *deciſ.* 23. *cod. eodem*, *in deciſ.* 15. & latiſſimè Paleotus *in ſua deciſ.* 71. † Quarta quia ſolvit ſuam partem extractus Caſſador. *in deciſ.* 3. *num.* 4. *de procuratoribus.* † Quinta cum quis comparet in cauſa faciendo plures proteſtationes, Farinacius *in deciſ.* 350.

AD TEXTUM IN CAPITE XXXIV.

Significante, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Reſcriptum non extenditur ultra id quod continetur in illo.*

2 *Diſpenſatio non irritatur; eo quod erretur in nomine Diœceſis: & de ratione*, n. 3. *ſed contra*, n. 4.

DE intellectu hujus textus dixi *in cap. quia* 1
5. *de jud. quæſt.* 3. ubi egi de illa quæſtione, *An reſcriptum ab uno impetratum, proſit aliis rem communem habentibus*, de qua quæſtione benè, & latè Faquin. per textum noſtrum *lib.* 2. *cap.* 66. item expendi hunc texum *in cap. de mutuis portionib. quæſt.* 1. *num.* 14. cumque hic agatur de non extendendo reſcriptum ultra id quod in eo exprimitur, adjunges etiam quæ dico *infra in cap. Rodulphus* 35. *hoc tit. ſtatim ſequenti.* Et nonnulla *ſupra ſub c. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* ubi expendi textum hunc affirmant Innocent. *in dict. c.* 20. *num.* 3. verſ. *& nota*, ubi Ioannes Andreas *num.* 5. Abbas *num.* 3. Decius *in nova edit. num.* 13. alios referens *hic num.* 13. & colligitur ex gloſſa *hic* verbo *non de Remenſi*, Sanchez *de mar. num. ſeq.* relato.

Diſpenſatio an valida ſit, quando erratur in 2
nomine Diœceſis; etſi negent Sanchez *de matrim. tom* 3. *diſp.* 21. *num.* 39. Moneta *de communic. ultim. volunt* & Villalobos *in ſumma tom.* 1. *tr.* 2.
dubio 43. *num.* 11. † Tamen Diana *part*, 10. *tr.* 10. 3
reſ. 36. Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 15. §. *ultim. num.* 43. Salas *de legibus diſp.* 20. *ſect.* 16. *num.* 123. Sanctarellus *variar. reſolut. p.* 1. *quæſt.* 63. per totam Layman. *in Theologia Morali lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 32. *num.* 27. affirmativè reſpondents quando erratur in nomine, & in Diœceſi quia tunc conſtat intentionem Papæ eſſe, ut ſolus proprius petentis ordinarius cum illo diſpenſet. Has inquam rationes refert etiam Sanchez *ſupra*, ſed nihilominus acerrimè ſuam contrariam defendit ſententiam, conſtituens differentiam, quando erratum eſt in proprio nomine officialis veræ Diœceſis, qui vocatus fuit, v. g. *Petrus*, cum nomen ejus eſſet Joannes, tunc enim ait; quia conſtat de perſona, non eſt cur reſcriptum non valeat.

Sed quando erratum eſt omnino in Diœceſi; 4
quia v. g. narrans dixit, ſe eſſe Diœceſis Salmanticæ, cum eſſet Cordubenſ. & reſcriptum impetravit etiam Officiali Cordubenſ. nam tunc in omnibus fuit erratum; & ſic oitens in adductis *num.* 1. ait ut error quantumvis culpa vacet, non efficit quod reſcriptum extendatur ad caſum, qui ſub verbis ejus non comprehenditur. Et in confirmationem ex relatis Doctoribus *dict. num.* 1. adducit ſequentia exempla. Primum nam ſi impetrans narravit in reſcripto Titium ſibi obligatum ex mutuo, petens, ut cogatur ſatisfacere, & erravit in cauſa debiti, utpotè quod ex alio contractu conſurgit, non poſſit eo reſcripto juvari. Secundùm Baldi *in l. præſcriptione. num.* 51. *cod. ſi contra jus*, ubi reſcriptum ſubreptitium vocat, ſi quis in civitate Peruſina ſe mutuo dediſſe nummos cuidam, narret, & impetret reſcriptum deſtionans in ea Civitate Judicem, qui debitorem compellat

compellat ſolvere; quia (ait) ſi Princeps noſſet contractum cum eo initum eſſe, qui alias non ſubeſt Juriſdictioni Peruſinæ, non commiſiſſet illi cauſam; quia ubi quiſquam ſortitur forum ordinarii, ſortitur etiam forum delegati, ut optimè tradit Innocent. *in cap. dilecti* 17. *de foro comp.* His enim exemplis multùm probabilis redditur ſententia Sanchez, habita ratione differentiæ jam relata; ſecus enim eſſet, ſi erraretur in nomine propriæ Diæceſis, ſed non in nomine, ſive perſona Judicis nominari in ipſo reſcripto; quia tunc jam apparet de intentione impetrantis; applicabis aliqua, quæ dixi ſub *dicto cap. dilecti de foro competenti*, & *ſub cap. cautio.* 14. *de fide inſtrument.*

5 Ob idque, & ex dictis *ſub c. in noſtra* 32. inferes cum Diana ad aliam quæſtionem, an diſpenſatio ſit nulla, ſi erratur in nomina perſonæ *p.* 7. *tr.* 10. *reſ.* 34. ubi de aliis diſputat, ac contra alios recentiores, defendit ſuam relatam opinionem, reſpondens ad textum noſtrum hic, nempe irritum declarare reſcriptum, non quia erratum fuit in nomine Diæceſis, ſed quia ex aliis circunſtantiis, non potuit ſciri perſona pro qua reſcriptum impetratum fuit, ubi etiam ſatisfacit rationi alia contrariorum: applicabis dicta *infra in c. pen. hoc tit.*

6 Ex quibus infero, quod reſcriptum non vitiatur ſic ut à Commiſſario executioni mandari non poſſit, ſi error aliquis in curia ſcriptoris irrepſerit, ut ſi v. g. Papa commiſit officiali, quod ſi preces veritate niti cognoverit cum Titio, & Caja, Apoſtolica authoritate diſpenſar, ſed erratum fuit in Bulla Pontificia: nam pro tertio gradu affinitatis poſitus fuit tertius gradus conſanguinitatis: ſic Diana *dict. p.* 1. *tract.* 20. *reſ.* 36. verſ. *nata*, Layman. *in Theologia Morali tractat.* 4. *libro* 1. *cap.* 32. *num.* 26.

Diſpenſatio an vitietur ex falſo nomine appoſito in reſcripto. Et licèt negativam ſententiam tueatur Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 21. *num.* 38. loquens de matrimonio, ſed Diana *dict. p.* 7, *tr.* 10. *reſol.* 35. affirmat cum Petro à Sancto Joſeph. *in idea Theologiæ Moral. lib.* 1. *cap.* 11. *reſol.* 5. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 6. *punct.* 16. §. 2. *num.* 8. & cum aliis, eo quod ex communi Legiſtarum axioma, valet legatum, etſi teſtator in nomine Legatarii erraverit, modo de perſona conſtet: & iterum adducit Diana textum noſtrum in confirmationem, & pro ſententia Sanchez adducit Patrem Amicum *de juſtitia diſp.* 6. *ſect.* 8. *num.* 143. eo quod in gratiis concedentis, præſumitur Pontifex, ſi aliunde contrarium non conſtet, attendere ad merita cauſæ; propter quæ gratia petitur cujuſcumque tandem perſonæ, ſint merita; & ob Diana putat utramque ſententiam probabilem: & Sanchez hanc admittit in aliis Sacramentis, in quibus attenditur ad cauſam, non ad perſonam, negat in matrimonio; quia ibi reſpicit perſonam.

8 Cumqua Barboſa *hic num.* 4. dicat quod falſitas, quando exprimitur, aut veritas ſuprimitur, valeat impetratio, ubi hujuſmodi ſubreptio; non fuit cauſa conceſſionis, & explicet textum noſtrum cum textu, *in cap. ſuper. litteris* 20. *hoc tit. hic n.* 5. ideo leges ipſum utrobique, & quæ adduxi *in dict. cap.* 20.

AD TEXTUM

IN CAPITE XXXV.

Rodulphus, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum impetratum contra homines Diæceſis, non comprehendi homines civitatis.*

2 *Diæceſis appellatione in materia favorabili comprehenditur civitas, ſecus in odioſis.*

3 *Civitatis appellatione in beneficialibus, comprehenditur Diæceſis, item in favorabilibus, non in odioſis*, n. 4. *cum diſtinctione*, n. 5.

6 *Reſcriptum de maſculino, extenditur in fœmininum, niſi aliter appareat de voluntate concedentis.*

7 *Reſervatio facta per regulam* 4. *Cancellariæ, de beneficiis unicorum ſub collectorum in quacumque civitate, vel Diæceſi, indicat, ut in eadem Diæceſi, & civitate, non ſit niſi unus ſubcollector.*

8 *Deſtrictus venit civitatis appellatione*, & num. 11.

9 *Delicta facta in caſibus quoad pœnam infligendam, cenſentur perpetrata in Civitate.*

10 *Civitate interdicta, etiam interdicuntur ſuburbia.*

11 *Conſuetudines Neapolitanæ, comprehendunt caſalia, ſeu deſtrictus.*

12 *Deſtrictus non probatur per teſtes, qui ignorat iter, nec ſi deponat teſtis de publica voce, & fama.*

13 *Menſuratio non admittitur ad probandum, quod locus eſt in diſtrictu.*

14 *Deſtructuales non veniunt appellatione oppidorum.*

15 *Delegatus ad cauſam proprietatis, non cognoſcit de poſſeſſione, vel è contra.*

16 *Verba juris* revocetis in irritum quatenus ſi eſt ita mandamus, *ſumuntur pro verbis* quaſi in irritum declaretis.

AD hunc textum, quatenus dicit, quod per reſcriptum impetratum contra homines Diæceſis, non poſſint conveniri homines civitatis, quatenus inde inſpicitur non eſſe extendendum reſcriptum; eo quod reſcripta delegatoria ſunt ſtricti Juris, & reſcripta beneficialia, ſint ſtrictè intelligenda, ut cum nonnullis probat hic Barboſa *num.* 2. 3. 4. applicabis nonnulla, quæ adduxi *infra in cap. quia v. de judic. ſub. q.* 1. & *qu.* 3. item applicabis quæ dico *infra* de prorogatione juramenti, quod eſt ſtrictè intelligendù *in cap. penult. de jurejur.* & quæ Doctores adducunt per textum *in cap. ſi civitas de ſentent. excomm. lib.* 6. de quo Covar. *in cap. Alma Mater* 2. *p.* §. 1. *à num.* 8. & applicabis ad quæſtionem Gomezium, *tom.* 3. *var. cap.* 1. *à num.* 52. 53. 54. & vide *infra ſub cap. fin.* † Et quod Diæceſis appellatione in materia favorabili comprehendatur civitas ſecus in odioſis; & quod, † civitatis appellatione in beneficia. 1 2 3

neficialibus comprehenditur Diœceſis, multis probat Barboſa *hic videndus n.* 5. & d. bene expendens; ob idque applicabis quæ de oratione indefinita, & univerſali & quæ ſub ea intelliguntur, dixi *in c. cum omnes circa finem de conſtitut.*

4 Cum ergo Riccius *collect.* 1387. ad textum *in cap. ſacrorum, 63. diſt.* dicat quod appellatione civitatis, veniat Diœceſis, ſi ſumus in materia favorabili, ſecus in odioſa ex Beltramera *decis.* 141. †
5 Et iterum diſtinguat in materia odioſa, quod aut verbum *Diœceſis* profertur à lege, vel conſtitutione generali, & ſimiliter veniat civitas ſic cum Balbo *in decis.* 6. per textum *in c.* 1. *de rerum permut.* aut profertur in reſcriptis, ſeu diſpoſitionibus particularibus, & tali caſu minimè comprehendi civitatem appellatione diœceſis, dixit Faber. *decis.* 6. *cod. de verb. ſignif.* † Ex his enim videbis
6 quæ dicit Barboſa *in cap. sequenti, num.* 5. quatenus notat extenſionem reſcripti de Maſculino ad fœmininum, idemque in qualibet alia diſpoſitione niſi appareat de contraria reſcribentis, ſeu diſponentis voluntate: aliquid, ibi dico *sub numer.*

Quare idem Riccius *ſupra* dixi in terminis re-
7 gulæ quartæ Cancellariæ reſervantis beneficia unicorum ſubcollectorum, in quacumque civitate, vel Diœceſi, non potuiſſe eſſe unum ſubcollectorem in civitate, & alium in Diœceſi; & quod aliis dicerentur eſſe duo ſubcollectores in eadem Diœceſi contra mentem, & litteram dictæ regulæ quartæ, ut fuit dictum in una Calagurit. beneficior. Decemb. 1602. coram Lancelloto.

Ex his notabis quod appellatione civitatis, ve-
8 nit deſtrictus Robertus *lib.* 2. *decis.* 3. † propterea-
9 que delicta facta in caſibus quod pœnam infligendam cenſeri perpetrata, & jam in civitate, ut do-
10 cuit de Franchis *decis.* 129. Sic *in dict. cap. ſi civitas de ſent. excommunicat. lib.* 6. decidit quod interdicta civitate, intelligantur interdicti ſuburbia. Itaque idem de Franchis *in decis.* 604. dixit
11 quod conſuetudines Neapolitanæ comprehendunt etiam caſalia, ſeu deſtrictus.

Ob idque in materia diſtrictus applicabis ſe-
12 quentia, primo quod diſtrictus non probatur per teſtes, qui ignorant iter, & deponunt in confuſo, Seraphinus *in decis.* 1482. nec probatur per diſpoſitionem teſtis de publica voce, & fama per verbum eſt tantum ſuper deſtrictu, ſeu diſtantia loci
13 idem *in decis.* 1370. Nec ad probandum quod locus ſit in deſtrictu admitti menſurationem, idem *in decis.* 1370. Item quod appellatione oppida-
14 norum non veniunt deſtructuales, ut fuit dictum in una Salmantin. Juriſdictionis 3. Junii 1580. coram Seraphino, ut patet *in decis* 467. & facit deciſio Gratiani 90.

Ad textum noſtrum applicabis quod dicit
15 Balbus *in cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. num.* 48. & 49. 50. ubi quod Judex delegatus ad cauſam proprietatis non cognoſcit de poſſeſſione, vel è contra virtute reſcripti; eo quod ex noſtro textus *in cap. dilecta*, & *in cap. ſignificavit hoc tit.* reſcripta non poſſunt extendi ad ea, quæ non ſunt expreſſa, Cujus ratione applicabis quæ dico *infra* per textum *ibi in c. fin. de jud. tota quæſtion.* 1. & *in cap.* 2. *de cauſa poſſeſſionis.*

Et verba *hic in cap.* 34. antecedentis, & *c. signi-*
16 *ficavit* 36. *ſequentis hoc tit.* ibi: *Ideoque mandamus, quatenus, ſi eſt ita revocetis in irritum.* declaranda ſunt quaſi in irritum declaretis cum jura hæc loquantur de actibus ipſo jure nullis; ſic intelligens Balboa ea jura cum *c.* 1. *de appellat. ibi n.* 44.

AD TEXTUM
IN CAPITE. XXXVI.
Significavit, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM.

1 *Succeſſor conveniri non poteſt, ſi anteceſſor moriatur re integra.*
2 *Clauſula re integra quam virtutem habeat remiſſivè.*
3 *Maſculinum in qualibet expoſitione extenditur ad fœmininum.*
4 *Succeſſor in Dignitate, vel beneficio, an queat præſcribere rem defuncto mala fide poſſeſſam remiſſivè.*
5 *Præſcriptio bonorum majoratus an poſſit ſucceſſori docere, quando contra poſſeſſorem perficitur.*
6 *Poſſeſſio an poſſit quæri ex pluribus cauſis remiſſivè.*
7 *Comitis Dignitas quæ? remiſſivè.*
8 *Fructus pendentes beneficii an ad defunctum vel ſucceſſorem pertineant remiſſivè.*
9 *Præſcribere num poſſit in Comitatu in beneficiis remiſſivè.*
10 *Impetrans beneficium ad juſtificationem ſui tituli, non tenetur docere de titulo ſui anteceſſoris.*

TEXTUS hic probat quod convenien- 1
dus per clauſulam *ſi moriatur re integra*, ſucceſſor conveniri non poſſit: de intellectu hujus textus dixi *in cap. quia* 5. *de reſcriptis quæſt.* 1. *num.* 26. applicando quæſtionem *ibi* poſitam; cumque Barboſa hic ex verſ. *fratre ſuo*, tria dicat, nempè quod ſuccedens in comitatu tenetur ſolvere debita prædeceſſoris, quid de ſuccedente in Regno; & quid de ſuccedente in feudo *num.* 1. 3. & 4. ideò applicabis infinita, quæ ſcripſi *infra in cap. quia* 5. tam de his caſibus, quàm de aliis, ad quos manet obnoxius 2
ſuccedens alicui. De virtute clauſulæ *re integra* noto *infra in cap. gratum*, & *relatum de officio deleg.* Et quatenus idem Barboſa *hic num. fin.* verſ. 3
ſucceſſerat, notat quod in reſcripto, & alia quælibet diſpoſitione, niſi aliud conſtet, maſculinum comprehendit fœminum; ideo applicabis omnia, quæ noto *ſuprà à sub. cap. ſignificante* 34. & *in c. Rodulphus* 35. ubi agitur de reſtringendo, aut extendendo reſcripto, ultra in eo expreſſa.

Ad quæſtiones pro completa hujus textus ma- 4
teria adjicies, quæ ſubſequuntur: An *ſucceſſor in Dignitate, vel officio, qui minimè perſonam defuncti, vel anteceſſoris repreſentat poſſit præſcribere rem à defuncto, vel anteceſſore mala fide poſſeſſam, etiam ſi ſit ſucceſſor univerſalis*; quam tractat Balboa videndus *in cap.* 5. *de præſcript. a num.* 109. & antea, de qua dixi *ſub dictotit.* ad quod applicabis quæſtiones, de quibus *ibi in cap.* 4. *quæſt.* 2.

verſ. *ad ſecundam*, ubi egi de illa: An *ſucceſſor poſſit præſcribere quartas a prædeceſſore malâ fide poſſeſſas.* Et ad aliam: An *ſucceſſor incipere poſſit præſcribere rem vitioſam defuncti*, *in cap. ſi diligenti. 17. quæſt.* 2. verſ. *ad ſextam eodem titulo.*

5 Et an, *Præſcriptio bonorum Majoratus poſſit ſucceſſori nocere, quando contra poſſeſſorem perficitur*, dixi *in cap. quamvis* 25. *quæſt.* 5. verſ. *ad quintam*, dum egi latè de illa, An *ſententia lata in cauſa Majoratus contra poſſeſſorem noceat ſucceſſori*; &
6 Balboa *in c.* 10. *de præſcript. à num.* 44. *Poſſeſſio an poſſit quæri ex pluribus cauſſis*, longè Anton. Gomez. *in l.* 40. *Tauri, l.* 45. *num.* 67. de quo dixi *ſub Rub. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ſed ipſum videbis ad quæſtiones *in l.* 40. *à n.* 72. ubi, An *ſucceſſor Majoratus, teneatur ſolvere debita prædeceſſoris*: & de aliis *à num.* 73. Et videbis quæ congerit Covarr. *pract. cap.* 38. & *ibi num.* 6. applicabis eundem *lib.* 3. *var. cap.* 5. & *ibi num.* 5. & 6. & quæ ego dixi *ſub dicto cap. quia v. de jud.* ubi de multis dubiis dixi.

7 De Comitis dignitate per hunc textum Maſtrillus *de Magiſtr. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 7. ad quod videbis quæ latè adduxi *in cap.* 4. *ut lite non conteſtata quæſt.* 4. ubi, An *Comet, & Vicecomes habeant aliquam poteſtatem, & quali potiantur Dignitate.*

8 Froctus beneficii pendentes ad quem pertineant an ad ſucceſſorem, vel hæredes prædefuncti latè dixi *ſub dict. cap. quia v. de jud.* quare applicari poteſt Covarruv. *var. cap.* 15. ubi agit de quæſtione, An *fructus rei venditæ ſpectant ad emptorem* & *ubi num.* 14. *Quid de fructibus Majoratus ejus anni, quod poſſeſſor. mortem objerit.*

9 Per hunc textum poteris applicare quæſtionem de qua Garcia *lib.* 5. *de benef. cap.* 5. *à num.* 9. ubi, An *ſufficiat ut quis ſit bonæ fidei poſſeſſor comitatus ut queat validè præſentare.*

10 Item & poteris hic applicare Riccium multa congerentem, dûm expendens allegationem Lapi 89. affirmat quod impetrans beneficium ad juſtificationem ſui tituli, non tenetur ducere de titulo ſui anteceſſoris, per cujus mortem illud impetravit, ſed ſufficiat probare quod prædeceſſor longo tempore beneficium poſſederit; quia eſt pronunciandum ſuper jure prædeceſſoris; & ob id non requiri plenam ejus probationem, & allegans multos ampliat quatuordecim modis, & limitat modis ſex, ubi leges. Et pro uberiori declaratione & extenſione hujus dubii adjunges quæſtiones ſequentes, de quibus *in cap.* 17. *de præſcript. quæſt.* 1. verſ. *ad quartam*, & verſ. *ad quintam*; nempè an *tituli demonſtratio requiratur in præſcriptione ſervitutum.* Et an *tituli allegatio, & probatio ſit neceſſaria in aliis præſcriptionibus.*

AD TEXTUM
IN CAPITE XXXVII.
Ex Inſinuatione, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ executoriæ non valent, in quibus impetrans falsò dixit monitoria præceſſiſſe, expenditur, ut n.* 2.
2 *Monitio debet præcedere.*
3 *Inſtrumentum faciens mentionem alterius, non facit fidem, ſi relatum ſit confectum ab alio Tabellione, ſecùs ſi ab eodem.*
4 *Litteræ executoriales, ſi nullam fecerunt mentionem de monitoriis, ſunt exequendæ.*

COMMUNIS eſt concluſio hujus textus, ut non valeant executoriæ, in quibus impetrans falsò dixit monitorias præceſſiſſe. Et ſecundùm hanc lecturam applicabis dicta *ſuprà in cap. ſuper litteris* 20. *hoc tit.* 11. & de neceſſitate ut in ſecundum reſcripto fiat mentio de primo, *in cap. cæterùm* 3. *hoc tit.* Item quod ſicut impetrans debet facere mentionem de multis, quæ retuli *ſuprà in cap.* 17. 19. & aliis ita ſimiliter poterunt *ibi* dicta pro exornatione hujus textus applicari. 1

Et in verſ. *Quo circa mandamus, quatenus ſi nulla monitoriæ ſuper hoc præceſſerint executoriis ſuperſedeatis eiſdem*: applicabis quæ dico *in cap.* 1. *de judiciis*, de neceſſitate monendi, ad exequendam cenſuram. Item longè quæ dixi de præcedentia correctionis fraternæ quæ eſt tanquam monitorium *in cap. novit* 13. *de judiciis à quæſt.* 17. cum pluribus ſequentibus. Item & plura, quæ ſcripſi de monitoriis *in c. ad noſtram de jurejur.* 2

Et in verſ. ibi, *Dummodo eædem executoriæ de monitoriis fecerint mentionem*: per gloſſam *hic* verbo *monitoriis in fine*, & ex ea notat Barboſa, quod ſi quis in aliquo inſtrumento faciat mentionem alterius inſtrumenti non creditur niſi exhibeat primum, quando coram alio Tabellione fuit confectum inſtrumentum de quo fit mentio, ſecùs vero, ſi ab eodem Tabellione fuerit conſcriptum *ex auth. ſi quis in aliquo cod. de edendo*, per quam textum tenet Covar. *in pract. cap.* 21. *num.* 2. verſ. *quod ſi fuit* & alii relati à Barboſa *hic num.* 2. quare adjunges quæ dixi de fide inſtrumenti ad illud ſe referentis *infra in cap.* 3

Et in verſ. *Alioquin in exequutionis negotio juxta directum ad nos pro ipſo mandatum ratione prævia procedatis*; quod litte executoriæ abſque mentione monitoriarum, ſi de iſtis nulla fuerit facta mentio ſint exequendæ procedendo in negotio juxta earum tenorem applicabis quæ notavi *ſuprà in c. cum contingat* 23. *hoc tit.* & quæ notavi *infra in c. prudentiam de off. deleg.* & quæ dixi latè *in cap. cætero de ſent. & re jud.* ubi officio exequutoris id exequendo commiſſionem ſibi datam. 4

AD

AD TEXTUM
IN CAPITE XXXVIII.
Mandatum, hoc Titulo.

PRÆMISSUM
SUMMARIUM.

1 *Papa in ſuis reſcriptis, non intendit gravare eundem collatorem: nam præjudicium grave fit ordinario ex præventione Papæ in ſuis menſibus* n. 2.
3 *Mandata Apoſtolica remiſſivè.*
5 *Principis mens ſemper debet attendi, quam quilibet probare debet.*
6 *Verba reſcripti, ſunt ſequenda.*
8 *Bullæ, & brevia.*

1 TEXTUS iſte dicit Papa in ſuis reſcriptis
non intendit gravare eundem collatorem
ſuper proviſione duorum; ob idque ſecundum
impetrantem repelli ſive primus ſpectet, ſive
ſit jam gratiam conſequutus. † Et ſic hic notat
2 Barboſa *n.* 4 cum Gonzalez, *in reg.* 8. *Cancel.*
quod præjudicium grave ſit ordinariis ex præ-
ventione Papæ in ſuis menſibus. Et occaſio-
ne horum applicabis Doctrinam textus *in cap.*
dilecto filio 25. & *in cap. dilectus filius* 27. *de*
præbendis, & *in cap. propoſuit de conceſſione præ-*
benda, ubi dico de poteſtate Principis ſuper tol-
lendo jure quæſito, de quo *in cap. per venerabi-*
lem, qui filii ſint legitimi.
Cumque Barboſa *hic num.* 2 adducat Doctores
3 ſcribentes de mandatis Apoſtolicis, ad Rebuf. *in*
praxi tit. de mandat. Apoſtolic. Petr. Greg. *lib.* 12.
Syntagm. cap. 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 32.
† Et cum dicat, *num.* 3. in verbo, *alio jam bene-*
4 *ficio*: vide & *cap. ſeq.* verſ. *de mandatis*, hujus
textus diſpoſitionem habere locum etiam in pen-
ſione ideo adjunges quæ notavi, *ſupra in cap.*
ad audientiam 31. *hoc tit.* in verſ. *cumque textus*
iſte.
Et cum etiam ex verſ. ibi *intentio mandatoris*,
5 inferat quod intentio attendi debet; & quod mens
Principis debet attendi, cui verba ipſa reſcripti,
ſeu mandati, cedunt, quam quilibet probare de
bet, ut probat cum Mantua *dialogo* 62. Gigante
de penſ. quæſt. 23. *num.* 1. Bald. Beccio, Surdo, ideo
adjunges nonnulla dicta ſub. *cap. ſuper litteris* 20.
hoc tit. & quodlibet eam debent probare Argel. *de*
contractu legitimo q. 13. *n.* 64.
Item & in gloſſa ibi *non fuerit* in verſ. *item in-*
6 *intentio mandatis*, notet Barboſa, *hic num. fin.*
quod reſcripta ſint ſtricti juri; ob idque à verbis
reſcripti non eſſe recedendum multis comprobans;
ideo adjunges quæ dixi *ſupra in cap. ſignificante*,
cap. Rodulphus, *cap. ſignificavit hoc tit.*
Et pro ampliori explanatione hujus textus ad-
7 junges dicta, *in cap. ſeq.* & dicta *infra in cap. Ab-*
batem 40.
8 De Bullis, Brevibus, & mandatis Apoſtolicis
per textum noſtrum ſcribunt Doctores; quare de
mandatis Apoſtolicis videbis Rebuffum, *in praxi*
benef. tit de mandatis Apoſtolicis, Petr. Gregor.
Syntagm. Juris lib. 17. *cap.* 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 2.
lib. 6. *c.* 32. Et quæſtiones plures de litteris Pon-
tificiis, veluti remiſſorialium; compulſorialium,
& de aliis videbis ſub. Rub. hujus tituli *à n.* 10.
ubi *num.* 20. & 21. de Bullis Apoſtolicis, de brevi
bus in forma dignum, aut in forma gratioſa, &
de eorum executione, latè Gacia, *de benef p.* 6.
cap. 2. *per totum*: videbis Cujacium.

QUÆSTIO I.

An proviſus à Papa de aliquo beneficio præferatur proviſo à legato, vel Ordinario: ubi quid de poſſidente prius?

PRÆMISSUM.

1 *Proviſus à Papa in concurſu, data in omnibus paritate, eſt præferendus.*
2 *Proviſus à Papæ legato, data paritate, præfertur proviſo ab ordinario collatore, non ſic proviſa a Papa* n. 3.
4 *Legatus poteſt prevenire Epiſcopum, & quemlibet ordinarium.*
5 *Proviſus ab ordinario, præfertur proviſo à Papa in eadem die, & hora; non ſic ſi uterque proviſus cœpiſſet poſſeſſionem &* num. 6. ubi *qui ſi unus provideatur cum hora, aliter* n, 7. & 8.
7 *Anterioritas conſideratur per horam.*
8 *Clauſula gratificationis conceſſa ſub eadem hora, eſt, potentior.*
9 *Poſſeſſio capta poteſt diem proviſionis, præfertur proviſioni ejuſdem Diei, in qua nondum capta fuit poſſeſſio.*

IN hac quæſtione dices quod in concurſu, facta 1
in omnibus paritate proviſus à Papa eſt præfe-
rendus; ſic ut unus habeat collationem benefi-
ciis à Papa, alius verò ab Ordinario neutro poſſeſ-
ſionem obtinente, ſi non apparet de prioritate,
præferatur qui à Papa impetravit, propter præro-
gativam concedentis: ita Gonzalez *ad regul.* 8.
Cancel. §. 3. *proœm. num.* 11. & *gloſſa* 15. §. 2. *num.* 63.
Barboſa *in cap. per tuas* 7. *de majer.* & *obed. à n.* 4.
& 6. Riccius ad illum textum, *collect.* 442. † Ubi 2
idem dicit de proviſo à Papæ legato propter con-
ferentis ampliorem dignitatem: & idem Gonza-
lez *dict.* §. 3. *proœmial. num.* 119. Barboſa *in cap. ſi*
à ſede 31. *de præbend. lib.* 6. *n.* 5. *ex gloſſa ibi*, verbo,
legato, † dicunt quod etſi proviſus à Papa præ- 3
feratur proviſo à Legato, vel Nuncio; quia Le-
gatus de latere concurrere poteſt Ordinariis, ut
dixit etiam Rebuffus *tract. nominat. quæſt.* 17. *n.* 16.
verſ. 2. idem Gonzalez §. 3. *proœm. num.* 54 & §.
3. *proœm. n.* 7. † ſic ut Legatus prævenire poſſit 4
Epiſcopum, & quoslibet Ordinarios; ſed nun-
quam concurrere cum proviſo à Papa.
Fallit dictum quando proviſus ab Ordinario 5
cœpiſſet poſſeſſionem, dum in eadem die facta
fuerit utraque proviſio, nec conſtet quæ fuerit
prior proviſio facta. Tamen ſi in eadem die, &
momento, uterque proviſus cœpiſſet poſſeſſio-
nem, adhuc credo præferendum eſſe proviſum

à Papa, ut dixit Gonzalez *dict.* §. 3. *proœm.*
6 *num.* 113. Tamen ſi in eadem die fuerint proviſiones una cum hora, ſed proviſus cœperit poſſeſſionem, dico quod etſi Caſſad. *in deciſ.* 20. *de præb.*
7 dixerit, ut præferatur proviſus cum certa hora; † eo quod anterioritas conſideratur etiam per horam copiosè Marta *in deciſion. Piſan.* 75. Afflictis *deciſ.* 387. verius tamen eſſe, ut præferatur poſſidens, ſi cum æqua collatione probetur; quia poſitio horæ ſolam facit præſumptionem; ſed non concludi neceſſariò, cum potuerit eſſe prior alia proviſio ſine hora poſſeſſionis, inquam effectus magnus eſt; ſi quidem propter illum poſſidentis proviſio præſumitur anterior, Caputaq. *in deciſ.* 47.*p.*2 & *in deciſ.* 236. *p.* 3. & dicit Rota *in deciſ.* 10. *de præb. ut antiquus*, & in terminis præfatis caſus Rotæ, teſte Puteo, *in deciſione* 321. *libro* 2. Riccius *ſuprà*.

Quod ſi cum æquali collatione concurrat pro-
8 batio poſſeſſionis utriuſque captæ ſub eodem die, tunc erit præferendus proviſus cum hora; quia tunc concurrunt duo vincula ex parte unius ſcilicet horæ, & poſſeſſionis, quæ fortiora ſunt uno ſcilicet poſſeſſionis refert deciſum in terminis Mohedan. *in deciſ.* 12. *de reſtit. ſpoliat.* Hartam *in decis.* 11. *de appell.* Etenim prærogativa poſſeſſionis ſolùm eſt potentior clauſula gratificationis conceſſo ſub eadem data; ut cenſuit Rota in una Hiſpalenſ. benef. 2. Maii 1603. coram Juſto Puteus *in deciſ.* 299.

Verùm ſi dubites quid dicendum, quando poſ-
9 ſeſſio non ſit capta eodem die proviſionis factæ; ſed poſtea, an tunc talis poſſeſſio habeat dictam prærogativam, ut ratione poſſeſſionis præſumatur anterior: & in hoc puncto Puteus *decis.* 125.*lib.* 1. Riccius *dict. collect.* 1442. concludunt quod ſic; eo quod textus *in dict. cap. per tuas de majoritate*, loquitur indiſtinctè, & quod aliàs eſſet magna reſtrictio ejus; & quia nunquam ille textus verificari in proviſione Apoſtolica, facta de beneficio vacante extra Curiam, cum impoſſibile ſit eodem die capere poſſeſſionem, ut fuit reſolutum in dict. Hiſpalen. 2. Maji, & dicunt Caſſador. *in deciſ.* 25. Mohedan. *in decis.* 8. *de præbend.* Sarmen. *in deciſ.* 32.

AD TEXTUM

IN CAPITE XXXIX.

Litteris, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ monitoriæ unius primi Pontificis, præferuntur litteris alterius ſucceſſoris Pontificis executoriis ſuper proviſione ejuſdem beneficii.*
2 *Succeſſor tenetur adimplere factum prædeceſſoris, & ejus locationi ſtare.*
3 *Princeps tenetur ſtare contractui inito cum ſubdito.*
4 *Verba ambigua magis cenſentur principaliter relata ad perſonam, quàm ad Dignitatem, ut privilegium potius dicatur perſonale quàm reale.*

AD textum hunc quatenus agit de an- 1
teponendis litteris monitoriis unius, & primi Pontificis, aliis litteris executoriis Pontifici ſucceſſoris ſuper proviſione ejuſdem beneficii, applicabis dicta *ſuprà in principio cap* 37. & *dicto cap. ſequenti*: item applicabis quæ dixi *in cap. mandatum.* 38.

Et ibi, *Cum factum prædeceſſoris*, cum notet 2
Barboſa hic quod ſuceſſor tenetur adimplere factum prædeceſſoris; & quod Prælatus tenetur ſtare locatum ſui prædeceſſoris; ideò adjunges dicta *ſupra id cap. ſignificavit hoc tit.* & quæ latiſſimè tractavi *in cap. quia* 5. *de judiciis.* † Et quia 3
hic num. 4. dicat Barboſa quod Princeps tenetur ſtare contractui inito cum ſubdito; ideò adjunges quæ dixi latè per textum *ibi in cap.* 1. *de probationibus.*

Et in verſ. *ut. G. Clericum*, notat Barboſa *hic* 4
num. 2. cum Petro Barboſa *in l. quia tale num* 41. *in fine ff. ſoluto matrimonio*, quod ſi verba ambigua ſunt, magis debent cenſeri principaliter relata ad perſonam, quàm ad Dignitatem, ut privilegium potius dicatur perſonale, quàm reale. Cui dicto adjunges quæ dico *infra in cap. quoniam Abbas de officio delegati*, & quæ dixi *in cap. ſi diligenti*; de privilegiis perſonalibus, aut realibus *infra* de foro competenti.

AD TEXTUM

IN CAPITE XL.

Abbatem, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Litteræ ſpeciales derogant aliis generalibus, ſi directæ ſunt ad unum beneficium, in quo ſolùm poſſunt verificari, ſallit n.*2.
2 *Clauſula*, ut pro alio ſcriptum non eſſet, *adjecta in poſterioribus litteris, ſalvat jus priorum.*
3 *Clauſula*, ſi pro aliis non ſcripſerimus, *reducitur etiam ad numerum ſingularem, & facit ut gratia poſterior ſit nulla; licet tantùm pro uno fuerit ſcriptum: intellige ſi ab eodem Papa, non ſi a ſucceſſore*, n. 4.
5 *Clauſula*, ut pro alio ſcriptum non eſſet, *vel* ſi pro aliis non ſcripſerimus, *tacitè inſunt etiam, ſi non apponentur in litteris.*
6 *Mandatis duobus non intendit Papa gravare collatorem ordinarium.*
7 *Mandata de providendo, & executores mandatorum Apoſtolicorum, & ſpectativarum remiſſivè.*

TEXTUS iſte quatenus videtur aliud de- 1
cernere, ac diſponitur *in cap.* 1. *hoc tit.* ex gloſſa finali in princ. ubi de derogatione litterarum generalium per alias ſpeciales; ideo adjunges *ibi* dicta, & quæ *hic* notat Barboſa *num. fin.* dum probat, quod litteræ, de quibus hic erant ambæ ſpeciales; quippe quæ ad unum tantùm beneficium dirigebantur, & in eo, ſolùm poterant verificari, & dici, ait poſteriores generales, tanquam incertæ, & indeterminatæ; quia

Digitized by Google

quia ſcilicet ad certum aliquod beneficium, vel certæ perſonæ non referebantur.

2 Deinde quia ut advertit ex Verojo hic per illam clauſulam, *ut pro alio ſcriptum non eſſet*, adjectam in poſteribus, ſalvum fuiſſe jus priorum, quibus per illam non derogatur ex vi clauſulæ, & non ex regula *dicti cap.* 1. & pro ampliatione adjunges quæ dico, *infra in cap. 2. de libelli oblat.* ubi de repulſione generalis, & incerti libelli: videbis etiam dicta, *ſupra in cap. mandatum.* 38.

Quod fit ut ſi ſcribatur cum ea clauſula, nempè,
3 *ſi pro aliis non ſcripſerimus*; licet loquatur in numero plurali, reſolvatur tamen in ſingularitates; itaque eveniet ut gratia poſterior cum iſta clauſula ſit nulla; licet tantum pro uno fuerit ſcriptum, docet Baldus, *in cap. mandatum* 38. *num.* 4. *in fine*, & *num.* 5. cum aliis per Tyraquel. *in l. ſi unquam*, verbo, *ſuſceperis liberos num.* 255. & 256. cum pluribus adductis à Gonzalez *in reg. Cancellariæ gloſſa* 21. *à num.* 6. Theodoſ. de Rubeis *in ſingul. Rota tom. 2. part. 4. clauſula* 773. *num.* 10. dum tenet hanc clauſulam verificari, etiam ſi pro uno tantum ſcripſerit Caſtillus *in controverſ. tom. 6. c.* 120. *n.* 34.

4 Sed Barboſa *de clauſulis, clauſula* 167. *num.* 2. Gemin. *conſ.* Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 1. *littera C. concluſ.* 327. *num.* 2. Rota *deciſ.* 141. *num.* 2. *p.* 2. *in poſthumis.* Farin. *alias part.* 4. *recent.* intelligunt de eodem Papa; non vero ſi prædeceſſor ſcripſiſſet. Quod mihi verum etiam videtur, ſi ab alio Papa ſcriptum fuiſſet ex verbis textus *in cap. litteris* 39. *hoc tit.* dum in ultimis verbis, *factum prædeceſſoris proſequitur Pontifex ſucceſſor.*

5 Advertes vero prædictas clauſulas tacita ineſſe; & ob id intelligi, etiam ſi non opponantur Rebuffus *in repetit. cap. nulla in clauſula* 10. verſ. *advertatis*, de conceſſione præbendæ oſtendens.
6 † Quod Papa non intendit gravare Ordinarium collatorem duobus mandatis: idem Rebuffus in forma mandati Apoſtolici in verbo, *pro alio non ſcripſerimus*, Theodoſ. Rub. *in ſingul. Rota tom.* 2. *p.* 4. *clauſula* 773.

7 Et ex verbis, *facere provideri*, poteſt agi de mandatis de providendo, & executoribus mandatorum Apoſtolicorum, & expectativarum, de quibus ſcripſerunt Staphileus, Gomez, Rebuffus, Corraſius, & Anton. Chuchus, quos, *hic num.* 2. citat Barboſa dicens ex Tridentino. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. jam hæc mandata ceſſaſſe, neceſſe in uſu, nec de conceſſis cuiquam licere uti. Itaque adjunges quæ noto, *infra in cap.* 2. & *in cap. temere* 13. *de conceſ. præbendæ*: applicabis nonnulla de mandatis Apoſtol. notata *in c.* 38. & 39. *ſupra.*

AD TEXTUM

IN CAPITE XLI.

Ab excommunicato, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum directum excommunicatori, ut abſolvat excommunicatum ſi contra Concilium, eum excommunicavit, datis executoribus, qui, eo non parente, exequantur, non excommunicatori, ſed executoribus cognitionem demandat.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione, non pertineat judici excommunicanti: & de nonnullis quæſtionibus*, n. 3. *remiſſivè.*

4 *Reſcriptum ab excommunicato impetratum, quare nullum ſit, & à n.* 5. *ubi limitatur, &* ibi à n. 7. 8. & 9.

5 Cap. 1. de reſcript. lib. 6. n. 8. & 9.

6 *Excommunicatus actor condemnatus poteſt appellare, & num agere de nullitate remiſſivè.*

7 Cap. 1. de exceptionibus lib. 6. *remiſſivè.*

8 *Acta Judicialia facta ab excommunicato, non ſunt nulla, donec apponatur de excommunicatione.*

9 *Penſionis reſervatio facta excommunicato, nulla eſt virtute gratioſi reſcripti.*

10 *Reſcriptum indultum conceſſum excommunicato, vel indulgentia motu proprio, nullum eſt ipſo jure, etiam impetratum ad inducendam litis pendentiam.*

11 *Sententia lata virtute accepti impetrati ab excommunicato, nulla eſt.*

12 *Abſolutio ſuperveniens, non revalidat reſcriptum impetratum ab excommunicato.*

13 *Clauſula in reſcriptis gratiæ apponi ſolita*, teque & à quibuſcumque excommunicationis, &c. *aufert quodlibet impedimentum procedens ex excommunicatione: niſi per integrum annum manſerit in excommunicatione*, n. 14.

15 *Reſcriptum poteſt impetrare excommunicatus in illis caſibus, in quibus poteſt eſſe in Judicio.*

16 *Excommunicationis abſolutio ad cautelam, non præſtetur ab ipſo judice excommunicante, ſed etiam ab aliis.*

17 *Ignorantia in facto proprio non præſumitur ſic, ut non ſit tolerabilis, niſi factum ſit implicitum, vel intricatum, vel ſi procedit à tempore antiquo: fallit in facto nimis gravi*, n. 18. & 19.

20 *Ignorantia in facto proprio de tempore antiquo, quando adeſt Juramentum in facto illo non eſt tolerabilis*

ALIQUID pro textu noſtro notavi, *in c. dilectus* 26. *hoc tit. ibi*, & in verſ. *excommunicationis*, textus iſte comminatur cum textu, 1
in c. 1. *hoc tit. lib.* 6. & utrobique Doctores, etſi utriuſque concluſio, differat in aliquo ſiquidem in illo agitur de nullitate reſcripti impetrato ab excommunicato; hic autem ad quem judicem dirigatur executio reſcripti ab excommunicato impetratu. Et ob id dixit Pontifex *hic*, quod reſcriptum directum excommunicatori, ut abſolvat excommunicatum, ſi contra concilium eum excommunicavit, datis executoribus, qui, eo non parente, exequantur non excommunicatori, ſed executoribus cognitionem demandat. † Quare 2
pro exacta explicatione textus noſtri adjunges, quod ſolet diſputari à Doctoribus, an abſolutio ab excommunicatione, pertineat judici excommunicanti, aut alio; & ſic videbis Covar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 12. *per totum in* §. 11. *à n.* 10. proſequitur latiſſimè omnino videndus præter alios modernos, Suarez *de cenſuris tota diſp.* 7. & non extra propoſitum adjunges quæſtiones, quæ ſubſequuntur.

Digitized by Google

3 Abſolutionem petens, an videatur excommunicationem fateri: & quid ſi negat excommuoicatiooem, & ad cautelam petat abſolvi, an videatur fateri, divi *in cap. venerabilis de exceptionibus quaſt.* 4 *a num* 1. & *ibi*, io verſ. *ad ſecundam*, quæ valent applicari; eo quod ab excommunicato, qui ſe dicebat excommuoicatum contra Concilium Lateranenſe, fuie impetratum reſcriptum, ut abſolveretur. Et ſi adjuoges alias quæſtiones, an ſententia cenſuræ lata cootra juſtitiam legalem, valeat. Et an ſeotentia abſolutionis lata contra jus litigatoris, aut legis, ſit valida. Et an ſententia excommunicationis lata ex falſa cauſa valeat: & quid de abſolutione, leges quæ dixi *infra in cap.* 1. *de re judic. quaſt.* 3. verſ. *ad tertiam, ad quartam, ad quintam*, & ibi verſ. *quatenus.*

4 Et quatenus ex *dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. apparet ut reſcriptum ab excommunicato impetratum, ſit nollum, aut veniat annullandum. Et quara hic excommunicatus impetrans reſcriptum, ut obſolvatur, valeat; ideo applicabis quæ longiſſimè adduxi *in cap. intellleximus de judiciis*; quatenus ibi dixi excommunicatum in ſui defenſionem poſſe comparere in judicio, veluti appellando, aut exceptiones oppooendo, *ibi quaſt.* 7. 13 cum aliis.

5 Eſt enim verum reſcriptum impetratum ab excommunicato eſſe ipſo jure nullum ex *dict. cap.* 1. *de reſcriptis lib.* 6. ubi Barboſa plures adducit, ſed limitatur primo in reſcripto gratioſo, non autem ad litem; quia textus ille de eo, qui eſt ad litem tantum, loquitur Balbus, *decis.* 29. item limitatur cum Verallo *decis.* 90. part. 1. diceote quod textus ille locum ſibi non vindicat, quando excommunicatus impetrans reſcriptum, illud præſentaſſet Auditori Rotæ ex ea ratione; quià Auditores Rotæ habent ordinariam juriſdictiooem, ut refert deciſum Rota, *deciſ.* 13. *de probat. in antiquis.* Item limitatur ſi excommunicatus, eſſet abſolutus, ut tradit Riccius *collect.* 1148. *ad textum in dict. cap.* 1. & in Curia Archiep. Neapol. *deciſ.* 22. & limitat novem modis Barboſa videndus *in dict. cap.* 1. *de reſcript. a num.* 19. plura cumulans per totum, ubi *num.* 6. videtur ſentire coutra dictum ex Balbo, & Riccio.

6 Unde applicabis ad bonas quæſtiones Balboam *in cap.* 11. *de except. à num.* 11. ubi agit de illa quæſtione, an ſicut actor excommunicatus, & à judice condemnatus poteſt appellare, & agere appellationem proſequendo, poſſit ſimiliter de nullitate agere, & ſuper ex reſcriptom impetrara: & Hoſtienſis affirmat *in cap. quoad conſultationem de re judic.* tamen Felinus, Joannes Andreas, & Panormitanus *ibi*, & Dominicus *in dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. id negant: nam etſi poſſit appellare, ſed non agere de oullitate; quia in ſenteotia oulla, nullum eſt periculum rei judicatæ; aliter enim diſtinguendo reſolvit idem Balboa *in dict. c.* 11. *à num.* 14. ſed quia in terminis egi, videbis *infra de eadem quaſt.* quæ adduxi *in dict. cap. intelleximus dict. quaſt.* 13.

7 Ad aliam eum applicabis *in cap.* 2. *de except. à num.* 27. *&* *à num.* 28. quatenus expendit textum *in cap.* 1. *de exceptionibus lib.* 6. de cujus intellectu dixi *in dict. cap. intelleximus de judic. quaſt.* 17. *a num.* 2. *&* 10. *&* *ibi quaſt.* 18. *num.* 4. *&* *in cap. cum*
8 *non ab homine* 10. *eodem. quaſt.* 31. *à num* 12. † Igitur inferunt nonnulli ad textum *in cap.* 1. *de reſcriptis*, ut quemadmodum, non oppoſita exceptione excommunicationis adversùs actorem, ab eo acta judicialia, ſunt valida, *ſic*, & eodem modo reſcriptom ab eo impetratum validum eſſe, cum facilius quis ad impetrandum, quam ad agendum admittitur, ut vulgo traditur *in cap. cauſam quæ hoc titulo*, & notat Felinus *in cap. edoceri ſupra hoc tit. num.* 5. verùm, etſi gloſſa *in dict cap.* 1. *de reſcript. lib.* 6. reſpondeat ſpeciali ratione, eam oullitatem ibi induci, Balboa *ſupra in dict. cap.* 2. *num.* 19. ait nollitatem reſcripti abſque ulla ſpeciali ratione ioſtitutam eſſe, cum excommunicatus oullum actum publicum gerere poſſit; ſed impetratio reſcripti eſt actus Eccleſiaſticus, publicus; ergo non poteſt ab excommuoicato geri, ubi expeodit textum *in dict. cap.* 1. *de except.* † Colligens *ibi num.* 30. textum *in*
dict. cap. 1. *reſcriptis*, procedere non ſolùm 9
in litteris, & reſcriptis juſtitiæ, ſed etiam gratiæ; ideo ut reſervatio penſionis facta excommonicato virtute reſcripti gratioſi, nullius ſit momenti, ut teſtatur Covarru. *in cap. Alma Mater part.* 1. §. 7. *num.* 3. Gigas *de penſ. quaſt.* 14. *ad finem*, & probat Barboſa *ibi in dict. cap.* 1. videndus *à n.* 3. *&* 6. cum aliis, ubi plura ſpecialia reſcripta, quæ impetrantur ab excommuoicato, nulla dicitur,
† ſic ut *num.* 12. dicat, ut reſcriptum, quo excom- 10
municato, cooceditur indultum, vel iodulgentia motu proprio, ſit nullum ipſo jure, & *ibi n.* 13. & etiam ſi impetratum ſit ad inducendam litis pendeotiam, † ſic ut ſententia virtute reſcripti
impetrati ab excommunicato contra illum lata, 11
ſit nolla, & nec revalidet abſolutio ſuperveniens
reſcriptum impetratum ab excommunicato. Et 12
nec poſſit concordare de Judice, nec conveoire quod cauſa pro ipſo, vel contra ipſum committatur alicui: ita ille *numero* 14. *&* 16. *&* 18.

Unde Balboa *in dict. c.* 2. *de exceptionib. ſub dict.* 13
num. 30. dicit ut ſit utiliſſima clauſula in reſcriptis gratiæ apponi ſolita, videlicet, *teque* *&* *à quibuſcumque excommunicationis*, *&* *c.* quia certum eſt, hujuſmodi clauſulam aoferre omne impedimentum procedens ex qualibet excommunicatione, ut cum
multis concludit; † quamvis non procedat in eo, 14
qui per integrum annum permanſit in excommunicatione ſecundùm regulam Cancellariæ Julii 3. quam in propoſito reddit Rebuffus *in concordata in forma mandati Apoſtolici* verbo *inodatus*, Staphileus *de ſignat. Juſtitiæ num.* 14. ad quod ultimum adjunges *quaſtione* 31. 32. 33. *&* *fin. cap.* 1. *de judiciis.*

Item ad verba textus noſtri ibi: *Sine difficul-* 15
tate abſolvat eumdem, *&* *aliis deputatis Judicibus, qui eo non parente, mandatum Apoſtolicum exequantur*, cum certum ſit juxta textum noſtrum, ut excommuoicatus io illis caſibus in quibus poſſit eſſe in judicio poſſit in eiſdem impetrare reſcriptum ex regula *l. oratio ff. de ſponſalib.* & cum aliis docet Barboſa *in dict. cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. *num.* 21. idem addens procedere etiam in actibus reſpicientibus legitimam defenſionem. Et ibi *num.* 22. quando excommunicatio procedit ex dolo, & induſtria excommunicantis, ut factum videtur hic, & in aliis dependentibus ab ipſa cauſa excommunicationis, ut *ibi num.* 24. & in aliis caſibus *n.* 23. *&* *à numero* 15. per Barboſa congeſtis; & quæ
cum eo dixi *in cap. intelleximus de judic.* † Ideo 16
poteris adjungere quæſtiooem ſequentem; nempè an abſolutio excommunicationis ad cautelam ſit præſtanda ab ipſo judice excommunicante,

vel

vel alio Judice ordinario, ſed etiam ab aliis Judi-
cibus delegatis: de qua quæſtione præter adducta
à Covar. & Suarez in locis jam ſupra relatis adjun-
ges, & videbis quæ latè ſcribit Balboa *in cap. 9.*
de except. à num. 19. ad 24. videndus antea: & quæ
ego dixi ibi, & *in cap. 6. eodem*, item & *ſub cap.*
paſtoralis §. verùm de appellationibus quæſtione
fin.

17 Item in textu noſtro, verb. *qui de facto*, plura
congerit Barboſa hic cum moltis, probans *n.* 2.
& 3. quod ignorantia in facto proprio, non præ-
ſumitur; ita ut nec ſit probabilis, aut tolerabilis
18 in eo; † niſi factum ſit implicitum, & intrica-
tum, vel niſi in eo, quin in multis negotiis eſt im-
plicatus, vel quando procedit à tempore longin-
quo, antiquo, vel diuturno, quæ tunc eſt tole-
19 rabilis, † niſi factum ſit nimis grave, & notabile;
quia tunc etiam, data longinquitate temporis, præ-
ſumitur quis illud ſcire, ut notant Maſcardus *de*
probat concluſ. 735. *& concluſ.* 879. *num.* 40. *con-*
cluſ. 1122. *num.* 21. Gutierrez *de juram confirmat.*
20 *p.* 3. *cap.* 18. 6. † Ubi *num.* 3. aſſerit, quod ig-
norantia in facto proprio de antiquo, non eſt to-
lerabilis, quando adeſt juramentum in facto illo.
Quare adjunges quod notavi *ſub cap.* 20. *hoc tit.*
verſ. *& quia impetrant reſcriptum*, ubi adduxi
Thomam Sanchez latè ſcribentem *lib.* 9. *de matr.*
diſp 32. *quæſt.* 6. *per totam*; *& quæſt. fin.* ubi quod
excuſet, vel non ignorantia juris, vel facti: &
Covar *in dict. cap. Alma Mater de ſentent. excom-*
munic. p. 1. §. 7. *à num* 3. agit de quæſtione illa. An
ignorantia excommunicationis conſtituat excom-
municatum beneficii capacem, ubi etiam alia
tradit.

21 De clauſula *ſi eſt ita*, de qua hic videbis quæ
ſuprà dixi, cum pluribus Barb. *clauſ.* 154. & de
clauſula, *motu proprio*, ſolita in reſcriptis apponi,
plura videnda ponit Riccius *collect.* 400. *ad textum*
in cap. ſi motu proprio de præbend. lib. 6. & dixi *ſub*
dict. cap. 20. *hoc tit.*

A D T E X T U M

I N C A P I T E XLII.

Si Proponente, hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Reſcriptum non tenet quando impetrans benefi-cium, qui aliud habebat, licet exiguum illud tacuit.*

2 *Mentio facienda eſt in reſcripto beneficii quantumvis exigui: quid de beneficio manuali,* n. 9.

3 *Tonſuratus beneficium poſſidens gaudet privilegio Clericali in qualibet cauſa civili, & capitali.*

4 *Epiſcopus poteſt quem ordinare ratione beneficiis etiam tenuis.*

5 *Forus acquiritur ratione beneficii.*

6 *Taciturnitas beneficii obtenti, vitiat gratiam, niſi ignoranter non fiat expreſſio, & quando eſſet adjecta clauſula,* quod obſtantiæ beneficiales.

7 *Clauſula quod obſtantiæ beneficiales, quid operetur,* & n. 8.

9 *Præceptoria ſunt manualia beneficia.*

10 *Alienigena impetrans beneficium falsò, dicens ſe eſſe Clericum talis Diœceſis, vel non facta mentione de loco ſuæ originis, vel de ſua Diœceſi, gratia eſt ſubreptitia; fallit ut* num. 13.

11 *Beneficia oriundis potius quàm exteris conferuntur.*

12 *Expoſiti etiam ſint irregulares, & inhabiles ad beneficia, & officia publica remiſſivè*

13 *Narrans in ſupplicatione ſe eſſe Clericum alicujus Diœceſis, ſi Domicilium tantùm, vel beneficium in ea haberet, gratia non eſt nulla.*

HUJUS textus concluſio quatenus dicit 1
quod ſi impetrans reſcriptum ad beneficium,
dixit ſe non Beneficiatum; cum tamen haberet
beneficium; licèt exiguum, illud reſcriptum
non valere, abundè expenditur ex adductis *ſupr.*
in cap. ſuper litteris 20. *& ex cap.* 23. *& in cap.* 27.
nam ſicut *in dicto cap.* 20. ubi per expreſſionem
falſi, reſcriptum nullum eſt. ut *ibi* latè probant
Doctores citati ex eadem falſa expreſſione, & hic
etiam ſit reſcriptum falſum. Et ob id etiam appli-
cabiſ quæ notavi *ſupra in cap* 8. *& ſub cap.* 17. & in
aliis juribus hujus tituli: De neceſſitate, quam
habent impetrantes reſcripta ad beneficia, ut in
illis faciant mentionem de obtentis beneficiis, &
penſionibus, & *ibi in cap. ad audientiam* 31. *cap. in*
noſtra 32. *cap. ex inſinuatione* 37. ubi de impetran-
te reſcripta, falsò dicente minatorius, proceſ-
ſiſſe.

Etenim quantumvis exigui beneficii eſt mentio 2
facienda in reſcripto imperato, probat Barboſa
hic num. 3. adducens Tridentinum Concilium *ſeſſ* 23.
cap. 6. † Ubi concedit tonſurato, & poſſidenti 3
beneficium, ut gaudeat privilegio Clericali in
qualibet cauſa civili, & capitali, etiam ſi quod-
cumque, quamvis exiguum poſſideat beneficium
ibi num. 4. & Garcia *de beneficiis p.* 1. *cap.* 6. *n.* 37. *&*
p. 2. *cap.* 2. *num.* 3. & cum aliis, de quo latè dixi
ſub cap. 1. *de foro comp.*

Itaque etiam Barboſa *hic n.* 5. dicit, ut Epiſcopus 4
poſſit etiam ratione beneficii, etiam tenuis ordi-
nare in ſacris, ſi in ejus Epiſcopatu, ſit ſitum tale
beneficium, de quo latiſſime dico *ſub* 11. *de*
temp. ordin.

Acquiritur enim forus etiam ratione beneficii 5
juxta dicta *in cap. poſtulaſti* 14. *de foro comp.* ſic re-
ſolvit cum eodem Garcia *dict.* 2. *p. cap.* 2. *num.* 8. &
Campadillo *in diverſorio Juris Canonici Rubr.* 9.
num. 12. *& Rubr.* 8. *cap.* 5. *numer.* 19. quidquid in
contrarium teneant ab ipſo Barboſa relati.

Ex his infero ad, quæ Riccius congerit *col-* 6
lect. 968. ad textum *in cap. gratia*, nempè quod
taciturnitas beneficii obtenti, vitiat gratiam, quod
limitat ſi ignoranter non fuerit facta expreſſio, ut
in textu *ibi* & dicit Balbus *in deciſione* 22. † Li- 7
mitat ſecundo notabiliter, & ut menti teneatur
quando in impetratione addicta eſſet clauſula
quod obſtantia beneficiales, *&c* quia non tenetur
exprimere obtenta, quæ propterea operatur, ut
gratia non ſit obreptitia, vel ſubreptitia: ſic ex mul-
tis deciſionibus, quas refert deciſum eſſe Riccius
† qui etiam dicit eam non operari, ubi non eſt 8
narrata intruſio; & hoc propter intereſſe dataríæ,
cum qua eſſet facienda compoſitio, ſi fuiſſet

narrata, Caſſadorus *deciſ.* 7. *de præb.* Cardin. Puteus *in deciſ.* 131. *lib.* 1. & ſic reſolutum ſuiſſe, tradit Riccius in certa cauſa Vargelen. Abbatiæ 6.
9 Martii 1589. coram Seraphino. † Limitat tertio principalem concluſionem Riccius *ſupra*, cum Aquil. de Graſſis *in deciſ.* 8. *de præb. & Dignit.* ſi beneficio manuali non fieret mentio; quia tunc non vitiatur gratia; & propterea infert idem Riccius, quod præceptoria Sancti Joannis ſunt manualia, & non comprehenduntur in diſpoſitione *cap.* 2. *de præb. lib.* 6. ſic cum eodem Graſ. *in deciſ.* 9. *eodem tit.* ad quod facere dicit optimam deciſionem Mohedan. 10. *de cauſa poſſeſſion. & prop.*

10 In gloſſa *hic* de mentione ibi: *Si de terra eſt oriundus*, notat Barboſa *hic num.* 7. quod ſi forenſis, vel alienigena impetret beneficium falsò dicens ſe eſſe Clericum talis Diœceſis, vel non facta mentio, de loco ſuæ originis, ſeu de ſua Diœceſi, gratia ſit ſubreptitia: cum multis Garcia *de benefic. p.* 8. *cap.* 9. *num.* 16. applicabis nonnulla, quæ dixi *ſupra in cap.* 34. *&* 35. *hoc tit.* †
11 Etenim cum aliis multis dicit Barboſa *hic num.* 8. procedere; quia beneficia oriundis potius, quàm exteris ſunt conferenda: ad quod applicabis quæ noto per textum *ibi in cap. ad decorem de inſtitu-*
12 *tionibus.* † Et adjicies pro exornatione hujus dicti *quæſt.* 8. de qua *in cap. deputati* 16. *de jud.* ubi egi de ea, an, *Expoſiti, & quorum origo incerta eſt ſint irregulares, vel inhabiles ad officia publica.*

13 Unum tamen notat Barboſa *hic ſub dict. n.* 8. in verſ. *quid*, quod ſi quis exprimat in ſupplicatione ſe eſſe Clericum alicujus Diœceſis, cum revera ex ea oriundus non eſſet, ſed Domicilium vel beneficium in ea tantùm obtineat, gratiam non eſſe ſubreptitiam ex Rota *in deciſ.* 76. aliàs 628. *ſub hoc tit.* quam ſequitur Rebuffus *in repet. cap. nulla* 2. *de conceſſ. præbendæ in* 3. *qualit.* Mandoſius *ad regul.* 16. *Cancel. q.* 42. *n.* 8. & ex aliis apud Garciam *p.* 5. *de benef. c.* 4. *n.* 43. *in fine*, Campanil. *in diverſorio Juris Canonici*, *Rubrica* 11. *c.* 13. *num.* 105.

A D T E X T U M

I N C A P I T E XLIII.

Quia Nonnulli, & fin. hoc Titulo.

P R Æ M I S S U M.

S U M M A R I U M.

1 *Reſcriptum cedi non poteſt, expenditur*, numero 2.
2 *Reſcriptum ſuper certo ſubjecto conceſſum, non extenditur ad futura ſubjecta ſeparata, cum non trahatur ad lites futuras, ſicut nec mandatum procuratorium limitatur*, numero 4.
4 *Sententia ſi ferri poteſt ſuper jure ſuperveniente, extenditur reſcriptum.*
5 *Exceptio ut cauſæ continentia non dividatur, impedit litis ingreſſum.*
6 *Continentia cauſæ quando dividi poſſit, ſi pars debiti ab uno petatur coram uno Judice, & alia pars coram alio.*
7 *Citatus ad unam cauſam, num ſit obnoxius reſpondere ſuper alia.*
8 *Litterarum abutens commodo eis caret.*
9 *Condemnare tenetur Judex victum in expenſis ſi petita fuerint*, & n. 11.
10 *Clauſula* Jus, & Juſtitiam miniſtrare, *quid importet remiſſivè.*
11 *Reſcripti virtute, qui Judex non eſt condemnat in expenſis.*

TEXTUS iſte enumerat plures caſus, quibus invalidantur litteræ, & reſcripta impetrata ſi in illis utantur modo indebito, & extra tempus, ſeu cauſam ipſarum; etenim ſatis littera explicat caſus, & Barboſa *hic* expendit: nam in verb. *aliis ejuſdem nominis tradunt*, dicit *num.* 3. ex Tyraquello *de retract. linag.* §. 16. *gloſſa* 1. *num.* 45. quod reſcriptum cedi non poteſt. † quod comprobatur ex dictis *ſupra cap.* 34. ubi quod reſcriptum impetratum contra hominem alicujus Diœceſis, non extenditur ad hominem ejuſdem nominis alterius Diœceſis: & *ibi in cap.* 35. *& cap.* 36. ubi ſatis probatur reſcriptum eſſe ſtricti juris, & eſſe perſonaliſſimum, hic videtur probari; ſed tunc objicies quæ dixi *in cap. quia* 5. *de reſcr.* per textum *ibi q.* 1. *& quæſt.* ubi de obligatione ſucceſſoris virtute reſcripti impetrati contra prædeceſſorem, ſed clara eſt ſolutio. 1 2

Item ex verbis hic, *Ad futuras trahunt controverſias*, notat Barboſa *hic* reſcriptum ſuper certo ſubjecto conceſſum, non extendi ad futura ſubjecta ſeparata à ſubjectis de præterito; quia reſcriptum non trahitur ad lites futuras; prout non trahitur mandatum procuratorium, niſi aliud exprimatur. † Sed limitat textum noſtrum *n.* 4. non precedere, quando ſententia ferri poteſt ſuper jure ſuperveniente ex eadem ratione; quia reſcriptum non extenditur. Quare pro exornatione applicabis quæ dixi *in cap. dilecti* 6. *de jud. quæſt.* 13. ubi egi de quæſtionibus illis. *An agens ad unam rem aliam probans, debeat obtinere.* Et *An actio propoſita, quæ verè tempore litis non competebat, valida efficiatur ex jure ſuperveniente.* 3 4

Et in verſ. ibi: *Coram diverſis Judicibus*: ex his verbis notat Barboſa *hic* cum multis, quod exceptio, ut cauſæ continentia dividi non debeat, impediat litis ingreſſum, cum continentiæ cauſa dividi non debeat; ideò adjunges aliquid, quod ſub Rubrica de exceptionibus adduxi de hac exceptione, ne cauſæ continentiæ dividatur; de cujus problemate latiſſimè videbis quæ adduxi ex textu *ibi in cap. de judic. tota quæſt.* 1. aliquid *ſub. c.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & prop.* † Quod ſi dubites cum gloſſa *hic* verb. *per varias litteras*, quatenus dicit ut creditor, qui partem debiti petit coram uno Judice, non poſſit aliam partem petere coram alio, ne cauſæ continentia dividatur an hoc habeat locum coram pluribus Ordinariis, an coram pluribus delegatis, & licèt de iſtis tantùm ſenſerint Butrius, Gemin. & Cardin. *in cap. diſpendia hoc tit. lib.* 6. verius eſt tamen, ut procedat etiam coram Ordinariis, ex identitate rationis, quam expendit *hic* Panormit. ſic tenet cum aliis Balboa *in cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ.* intelligens reſpectu unius ſummæ eodem tempore debitæ, ſecus ſi eſſent diverſæ ſummæ, vel una pars debita hodie, alia verò poſt tempus; quia tunc poterit hodie unum 5 6

Judicem

Judicem adire, & conſequuta ſolotinne, partis debitæ pro altera alterius temporis, poſſit alium Judicem addire: nam tunc cauſæ continentia, non dividitur; eo quod reſpectu ſummæ diverſæ, & temporis cauſæ cenſentur.

7 Item idem Barboſa hic movet quæſtionem *num.* 7. an citatus ad unam cauſam ſit obnoxius reſpondere ſuper alia in eodem termiou, & ſe remittit ad Afflictis *in cap.* 1. *num.* 33. de milite Vaſallo, qui contumax eſt *lib.* 2. *fol.* 58. ad Decium *in cap. cum. parati num.* 8. *de appell.* ad Jaſonem *in l.*2.§.3.*ff.caut.* ad Perez *in l.* verſ.*quæro* 9.*tit.*2. *lib.*3. *ordinam.* ad Tyraquel. *de retract. lınagier.* §. 35. *gloſſa* 4.*num.*28.& ad alios: ſed *de hac quæſt.* dixi *in dict. cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. quæſtione* 7.

8 Et *ibi* in verſ. *litterarum commodo careat*, notat Barboſa *hic num.* 8. ut mereatur carere litterarum commodo, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate probans ex Gonzalez *in reg.* 8. *Cancellariæ*, *gloſſa* 57.*num.*2. Tuſcho *tom.*6. *litt.P.concluſ.*754. Suarez *de legibus lib.*8. *cap.*36. & ſe remittit Barboſa ad ea, quæ dicit *in cap.suarum de privilegiis*: ſed applicabis quæ dixi *ſub. cap. pen. de præſcript.* & *alibi ſub. hoc tit.*

In gloſſa ibi: *dummodo*, Barboſa *num.* 10.11 9
& 12 notat quod Judex tenetur condemnare victum in expenſis, ſi petitæ fuerint; † & quod 10
virtute clauſulæ *Jus*, & *Juſtitiam miniſtrari*, poſſit
Judex in expenſis condemnare; & quod Judex, à
quo gravare fuit interpoſitum, poſſit in expenſis condemoare, quando Judex, ad quem condemnatiooem omiſit, pluribus hæc comprobans ea, & alia de condemnatiooe expcoſarum inter leges in his quæ adduxi *in cap. finem litibus de dolo*, & *contumacia* & *alibi*: & de prædicta clauſula dixi *in Rubrica de libelli oblatione quæſtione* 1. *num.* 10.

Et in verbis hic *in expenſis*, notat Barboſa hic 11
cum Maranta *de ordine jud.p.*4.*diſt.*8.*num.* 2. quod qui noo eſt Judex virtute reſcripti condemnat in expenſis. Et ob id explicabis quod adduxi *in c.* 2. *de judic. quæſt.* 20. dum egi de quæſtione illa. *An Judices Regii, poſſint in expenſis condemnare Judices Eccleſiaſticos, non deferentes juſtæ appellationi & eos qui malè ad eos recurſum introduxerunt.* Et ad textum applicabis quæ de alternativo libello dixit Balboa per huoc *in cap.*2.*de libello oblat. c.* 2. *à num.* 87. ubi ego dixi, Die Beatæ Mariæ Magdalenæ 1657.

A D

AD RUBRICAM, ET TITULUM DE CONSUETUDINE.

PRÆMISSUM.

CUm ergo jam *ſub lib. 2. decretalium*, latè ac diſperſim ſecundùm ſubjectam materiam jurium tangentium hanc, diſputaverim de aliquibus quæſtionibus de vi ac effectu conſuetudinis; ideò, ne repetitiones faciam ſub hoc tit. eas tibi aſſigno, ut facilis poſſis te habere in conquirendis, quæ faciunt pro plena hujus tituli materia.

QUÆTIONES ALIBI Tractatæ aſſignantur hic

1 *COnſuetudo an facere poſſit ut Laicus cognoſcat de cauſis* Clericorum, dixi *in cap.* 2. *de Judiciis q.*3.

2 *Conſuetudo, an poſſit laico juriſdictionem tribuere, ut in aliquo caſu ſpeciali judicet de Clericis*, dixi *in cap.* Clerici 8. *de judic.*

3 *Conſuetudo an facere poſſit, ut ſecularis judex, judicet inter Clericos in minoribus conſtitutos, in dicto cap.*8.*q.*4.

4 *Conſuetudo fundata, privilegium trahendi cauſas ad tribunalia laica, an ſit revocata per Bullam in Cœna Domini*, ibi *in dicto cap.* 8. *de Judic. quæſt.* 5.

5 *Conſuetudines Laicorum, & Clericorum, quæ mixtæ ſunt, an valeant, etiam ſi ſint contra libertatem Eccleſiaſticam*, dixi *in cap.* 8. *de Judic. quæſt.* 7.

6 *Conſuetudine an effici poſſit, ut Principes Laici acquirant jus collectandi Eccleſiaſticos*, ibi *in dict.cap.* 8. *de Judic q.* 8.

7 *Conſuetudo Judiciorum introducta in foro ſæculari, an obliget Eccleſiaſticos*, dixi *in dicto cap.* 8. *de Judiciis q.* 15.

8 *Conſuetudo loci an ſervanda ſit inconcernentibus proceſſum*, in *cap. quod clerici* 9. *de foro comp. quæſt.* 3.

9 *Conſuetudo, & privilegium, an æquiparentur in jure*, in *cap. novit.* 13. *de Judic. q.* 55. & dixi *in cap. cum contingat de foro comp. quæſt.* 5. vide *infra.*

10 *Conſuetudo an facere poſſit. ut actor clericus*
11 *conveniat laicum coram Judice Eccleſiaſtico* † *Et quid de Pontifice hoc faciente* dixi *in cap. ſi Clericus Laicum de foro competenti, quæſt.* 2. *& ibi à num.*

12 *Conſuetudo, ſeu præſcriptio, an facere poſſint, ut Eccleſiaſticus acquirat Juriſdictionem in Laicos, etiam inſcio Principe*, dixi *in cap. licet. ex ſuſcepto de foro comp. q.* 2.

Conſuetudo quare efficere poteſt, ut clericus conveniatur coram his, quibus ſervit cum nunquam poſſit coram laicis conveniri, dixi *in cap. cum contingat de foro comp. q.* 1. *à num* 8. in verſ. *quod conſuetudine.* 13

Conſuetudo, privilegium, & præſcriptio, an æquiparantur circa inducendam Juriſdictionem; ita ut quidquid poſſit fieri privilegio, poſſit etiam fieri conſuetudine, ſeu præſcriptione, dixi *in dict. cap. cum contingat* 13. de *foro comp. q.* 5. 14

Conſuetudo, an poſſit vincere legem ſcriptam, 15
dixi *in cap.* 1. *de probationibus, q.* 3. *Et an lex* 16
improbans conſuetudinem reprobare cenſeatur præteritam, etiam immemorialem, futuram ſimul dixi *in cap.* 2. *de probationib. q.* 3. verſ. *ad ſecundam à num.* 3.

Conſuetudo, ut valeat an requirat ſcripturam, 17
dixi ſupra de *conſtit.in Rub. q.*2.ſub verſ. *ad ſecundam*, verſ. *ex quo infero.*

Conſuetudo, an poſſit auferre Juramentum de calumnia, in Rub. *de Juramento Calumniæ q.*5. 18
à n. 8.

Conſuetudine, an poſſit fieri ut Clericus conveniat laicum coram Judice Eccleſiaſtico, dixi *in cap. ſi clericus* 5. *de foro comp. q.* 2. 19

Conſuetudinis, ſeu præſcriptionis ratione, an poſ- 20
ſit Eccleſiaſticus acquirere Juriſdictionem in Laicos, etiam inſcio Principes, dixi *in cap. licet ex ſuſcepto de foro compet q.*2. † *Et quid ſi Laici libere ſe ſub-* 21
mittant Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, nulla præhabita conſuetudine, ibi, *q.* 3.

Conſuetudine ſtante appellandi a Judice Laico ad 22
Eccleſiaſticum, an valeat appellatio: ibi, *quæſt.* 13.

AD

AD RUBRICAM.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Scribentes de conſuetudine, & uſu.*

2 *Conſuetudo inducitur duobus actibus, ſi actus animo fiant ut ea inducatur; item ſi fiant ſcientibus, & conſentientibus omnibus,* n. 3. *item ſi fiant incontinenti non ex intervallo,* n. 5. *& debent eſſe illi boni actus judiciales,* num. 7.

4 *Articulus firmatus ſuper conſuetudine, debet concernere actus, & eorum frequentiam.*

5 *Conſuetudo non inducitur in terris Imperii, ſi actus non fierent intra* 10. *annos, & in terris Eccleſiæ intra annos* 4.

6 *Conſuetudo, ut ſuſtineatur, debet ſaltem eſſe decennalis.*

8 *Conſuetudo non inducitur, actibus mulierum.*

9 *Conſuetudo, quæ inducitur actibus, debet eſſe facto in univerſum, non facti à ſingulis.*

10 *Conſuetudo non inducitur ex his; quæ variè ſunt ſervata.*

11 *Conſuetudo debet attendi etiam in appellationibus & in electionibus,* n. 17.

12 *Conſuetudo poteſt inducere, ut Epiſcopus pro jucundo adventu, poſſit creare novum Canonicum, etiam ſi numerus ſit taxatus, & juratus & præbendæ non ſint diſtinctæ.*

13 *Conſuetudo poteſt indicere, ut ſcholares pro debito, ſeu delicto in ſcholis capi nequeant.*

14 *Conſuetudo maximè attenditur in Dignitatibus, & præcedentiis, & in honoribus ferendis,* n. 15.

16 *Conſuetudo poteſt inducere, ut Canonicus lite pendente, habeat, diſtributiones quotidianas.*

18 *Conſuetudo inducere poteſt, ut in quibuſdam caſibus clericus reconveniatur coram Judice ſæculari.*

22 *Conſuetudo, ut antiquior habeat portionem pinguiorem valet.*

23 *Conſuetudine poteſt induci, ut valeat pactum de futura ſucceſſione; & quid pleuè credatur privatæ ſcripturæ,* n. 24.

25 *Conſuetudo, attenditur in Soccidis, animalium.*

26 *Conſuetudo poteſt inducere, ut locans feudum reſervata ſibi tertia parte fructuum, non debeat deducere ſumptus factos per laboratorem.*

27 *Conſuetudo poteſt facere ut acquiſita per conjuges, æqualiter dividantur.*

28 *Conſuetudo appellatur jus non ſcriptum, nec ad ejus eſſentiam requiritur ſcriptura.*

29 *Conſuetudo eſt, quod moribus utentium eſt introductum.*

30 *Conſuetudo in reſcriptis redacta non amittit vim conſuetudinis.*

31 *Feudi, etſi ſcripti ſint, adhuc retinent nomen uſus.*

32 *Leges fori, licet ſcriptæ ſint appellantur conſuetudines.*

33 *Conſuetudo, & lex conveniunt in cauſa materiali, & habent ſic æqualem, differunt in cauſa formali, ut* num. 34. 35. *&* 36.

36 *Lex momento perficitur, conſuetudo tractu temporis.*

37 *Judicandum eſt ſecundùm conſuetudinem, & Judex judicans contrafacit litem ſuam,* num. 44.

38 *Arbiter juris tenetur judicare ſecundùm jus commune, vel ſtatutum, ſeu conſuetudinem, etiam juris communis derogatoriam.*

39 *Conſuetudo jus appellatur, ſic ut appellatione legis, ea veniat,* n. 40.

41 *Conſuetudo habet vim legis conſtitutæ, & imitatur jus,* n. 42.

43 *Conſuetudinis tranſgreſſor punitur, ut legis fractor.*

45 *Conſuetudo venit juris appellatione.*

46 *Conſuetudo dicitur altera natura.*

47 *Conſuetudo, & ejus virtus; ac lex ipſa.*

Super hanc Rubricam ſcripſerunt omnes, quos 1
refert Barboſa, & præter antiquos, & modernos ſcriptores ad hunc titulum, ediderunt tractatus ſpeciales, Rochus de Curte Albertus Brunus, & Petr. Rabeta *tom.* 3. *tract. Doctor. folio* 381. *de conſuetudinis jure.* Anton Pyagius, Salazar. *de uſu, & conſuetudine,* Maſcard. *de probat. à concluſ.* 423. Tuſchus *litt. C, à concluſ.* 722. Carraſcus *ad aliquas leges novæ recopil. cap.* 8. *de conſuetudinibus validis, vel. non,* Legiſtæ *in l. de quibus ff. de legibus, & in l.* 1. *cod. quæ ſit longa conſuetudo, & in §. ex non ſcripto inſt. de jure naturali,* Conan. *in comment. Juris lib* 1. *c.* 10. verè *conſuetudo.* Et omnibus addo Dianam, & multos, quos ipſe refert, *part.* 6. *toto tractatu* 5. ubi proſequitur materiam per 32. reſolutiones.

De actibus neceſſariis ad inducendam conſue- 2
tudinem Riccius, *collect.* 109. ad gloſſam textus *in l.* 2. *cod. de Epiſcopali audientia*, quæ cenſet bonos actus ſufficere, quod intelligunt Cacheranus, *deciſ.* 99. Rota Genueſ. *deciſ.* 17. ſi actus eo animo fiant, ut inducatur conſuetudo alias ſecus.

Item ſi actus illi fuerint facti ſcientibus, & 3
conſentientibus omnibus, Bellamera *deciſ.* 65.
† Et ob id dixit Joannes Gulla, *deciſ. diverſorum* 4
Franciæ 91. quod articulus formatus ſuper conſuetudine, debet concernere actus, & eorum frequen-
tiam. † Item bini actus eam inducunt, ſi fierent 5
in continenti; non autem in intervallo, Vivius, *in deciſ.* 323. Quod ſi non fierent intra tempus decem annorum in terris Imperii, ſeu in terris Eccleſiæ intra tempus, ſeu ſpatio 40. annorum, eam non inducere, dixit Gomez Leo *in deciſ.* 77. & 14.
Rota *diverſ. Franciæ.* † Itaque ut patet ex Sera- 6
phin. *in deciſ.* 695. fuit dictum in una Hiſpalen. Iuris nomin. 6. Novemb. 1583. quod ad hoc, ut relata principalis gloſſa *dict. l.* 2. procedat, neceſſe eſt, ut conſuetudo, ſit ſaltem decennalis, de quo videbis Dianam cum multis, *ſuprà reſ.* 2. ubi de ea quæſtione, *quænam dicatur conſuetudo legitimè præſcripta*: & reſ. 3. ubi diſputat, *an tempus decem annorum ſufficiat ad inducendam conſuetudinem, non ſolùm inter præſentes, ſed etiam inter abſentes,* & reſ. 5 *an tempus determinatum, ut conſuetudo legitimè*

gitimè præſcripta procedat, etiam in foro conſcientiæ:
& 1aſ. 7. *quænam frequentia actuum introducet con-*
ſuetudinem.

7 Quod ſi dubites an illi bini actus debent eſſe
Judiciales vel ſufficiaot extra Judiciales, aut an
aliquando onus actus ſufficiat. Ad primum reſ-
pondet Balbus *in deciſ.* 121. & cum eo Riccius *ſu-*
pra verſ. *limita* 7. conſuetudinem induci per biouin
actum judicialem ſecus extra judicialem: quare
adjunges quæſtiones, de quibus *infra*; *& reſol.* 9.
& *ibi*, *reſol.* 11. *quomodo.* Et adjicies quæ conge-
rit Barboſa, *hic à n.* 5. ubi quid de uno actu ha-
bente tractum ſucceſſivum.

Etſi dubites quinam poſſint inducere conſue-
8 tudinem, advertes non induei à mulieribus per
earum actus, ut tenet Balb. *in deciſ.* 171. quam com-
mendat Riccius *dict. collect.* 109. verſ. *limita* 8. ad
textum *in l. de quibus ff. de legibus*; ideò adjunges
quæ dico, *infra quæſt.* 2. & quæ diſputavi, *in cap.*
illud 11. *de præſumpt. quæſt.* 3. verſ. *ad ſecundam*,
ubi egi de ea, *an mulierum uſus poſſit inducere con-*
ſuetudinem. & quæ diſputavi, *in cap. tam litteris*
33. *quæſt.* 3. verſ. *ad ſecundam n.* 41. *an mulieres poſ-*
ſint ad eſſe cum viris ad ſtatuta condenda.

9 Quid ſi dubites, an debeant eſſe actus ab indu-
centibus conſuctudinem facti, ut in univerſum,
vel ſufficiant facti à ſingulis; provt ſingulis: quare
Bellamera, *in deciſ.* 626. & cum eo Roccius *dict.*
collect. 109. verſ. *limita* 4 dixeruot in juribus con-
cernentibus ſingulos, ut tales, & non ot univerſos
factum unius alteri non nocere, nec ex illis actibus
conſuetudinem aliquam induci: & ſic adjunges
quæ adducit idem Diana, *dict.* 6. *p. reſ.* 31. *tract.* 5.
dum diſputat de ea quæſtione, an conſuetudo par-
ticularis attendenda ſit, ubi adeſt univeſalis. Et
an ſit conſuetudu extendenda de loco ad locum;
& *ibi reſ.* 18. dum agit de ea, *an non uſus poſſit in-*
troducere conſuetudinem.

10 Notabis vero quòd ex his, quæ variè ſervata
ſunt, aut fuerint non inducitur conſuctudn, niſi
varietatis certa; & determinata cauſa probetur ut
fuit dictum in una Melitena Præcedentiæ 5. De-
cemb. 1578. ut refe unt Seraphin. *deciſ.* 361. Ric-
cius *dicta collect.* 109. *in fine.* Quare adjunges ap-
plicando, quæ de varietate teſtium dixi, *in cap.*
per tuas de probat. à quæſt. 3. *& in cap. litteras de*
præſumptionibus.

11 Et quod conſuetudo debeat attendi docet Ric-
cius *collect.* 2073. ad Rubr. *ſuper* 4. *diſtinct.* & ſic
ea attenditur in appellationibus: nam illa poteſt
dies, & tempus ad appellandum augere, Afflictis
12 *in deciſ.* 321. † Item poteſt inducere conſuetudo,
ut Epiſcopus pro jucundo adventu, poſſit creare
novum Canonicum, etiam ſi numerus ſit taxatus
& juratus, ſi præbendæ non ſint diſtinctæ, Rota
Rom. *in deciſ.* 11. *hoc tit.* in antiquis; quod adjun-
ges ad notata *ſupra*, & *in cap. cum M. de conſtitut.*
† Tertiu poteſt induci conſuetudo, ut ſcholares
13 pro aliquo delicto, ſeu debito in ſcholis capi ne-
queant Rota Peruſina *in deciſ.* 22. quod adjunges
pro ampliatione eorum, quæ *ſub. tit. de foro comp.* &
ibi *in cap. ex parte q.* 14. dixi.

14 Item conſuetudo maximè attenditur in Digni-
tatibus, & præcedentiis, Grammaticus *in deciſ.* 64.
Riccius *ſupr.* verſ. *quarto*, ubi limitat in caſu ſuæ
deciſ. 3. *de prob.* Ob idque adjunges quæſtionem,
de qua Diana cum multis *dict. p.* 6. *tr.* 5. *reſ.* 29. tra-
dit, dum agit de quæſtione an in materia præce-
dentiæ, ſit attendenda conſuetudo; & ſic etiam
adjunges plura quæ dico de materia præcedentia-
rum *infra in cap. ſtatuimus* 15. *de majorit. & ob.*
Et ſic attenditur conſuetudo in honoribus ferendis 15
Franc. Marc. *in deciſ.* 36.

Item poteſt inducere conſuetudo, ut Canoni-
cus lite pendente, habeat diſtributiones quotidia- 16
nas, Boerius *in deciſ.* 340. quod an verum ſit noto
infra *in cap. de cætero* 7. *de Cleric. non reſidentibus.* †
attenditur etiam io electionibus, Franciſcus Mar-
cus *in deciſ.* 559. ad quod adjunges quæ latè dico 17
infra ſub. cap. Eccleſia Sutrina per textum ibi, *de*
cauſa poſſeſſ. & pro. † Item inducere poteſt, ut 18
in quibuſdam caſibus Clericus conveniatur co-
ram Judice ſæculari; de quo videbis quæ noto *ſub*
cap. fin. de jud. q. & ſub cap. 5. *de foro comp.* & ſub
Rub. de mutuis petitionibus.

Item induci poteſt conſuetudo in danda copia 19
libelli, cujus expenſis, an actoris, vel rei, ſolvenda
Capella Toloſana *in deciſ.* 91. † item & in tributis
ſolvendis Franciſcus Marcus *in deciſ.* 888. Riccius 20
ſupr. verſ. *decimo.* † Item in portionibus diſtri-
buendis † Ob idque valeat conſuetudo, ut an- 21
tiquior habeat portionem pinguioram, Bellamera 22
in deciſ. 229. ad quod adjunges quæ noto *infra in*
cap. 1. *de Parochis.* † Item & ut conſuetudine 23
queat validari pactum de futura ſucceſſione,
Franc. Marc. *deciſione* 148. contra ea, quæ
notu *in cap. cum contingat de jurejur.* & notant Do-
ctores *in cap. quamvis pactum de pactis lib.* 6. † 24
Item ut conſuetudine poſſit effici, quod priva-
tæ ſcripturæ plenè credatur; quod adjunges pro
extenſione ad ea quæ de fide ſcripturæ privatæ
dixi *ſub cap.* 2. *de fide inſtrum.* † Item attendo in 25
Soccidis animalium; Franc. Marc. *in deciſ.* 888.

Item poteſt conſuetudo ioduci, ut locans feudum 26
reſervata ibi tertia parte fructuum, non debeat
deducere ſumptus factos per laboratorem de
conſuetudine; quia operas videtur pro illa parte
fructuum ponere Franc. Marc. *in deciſ.* 888. quod
dictum adjunges ad ea, quæ plenè dixi *ſub cap.*
gravis 11. *de reſtit. ſpol.* † Itemque conſuetudine 27
induci poſſit, ut requiſita per conjuges æqualiter
dividantur, Rota, Rom. *in deciſ.* 12. *de conſ.* in anti-
quis, quod de jure noſtro non videtur eſſe ſpecia-
le, cum ſic practicetur: alia plura queunt conſue-
dine induci dictum eſt *ſupra* & dico ſub Rubro.
Unde operæ pretium eſt, ut videas quæ noviſſimè
ſcribit Salzedo, *de leg. polit. lib.* 1. *c.* 8. ubi latè agit
de valore conſuetudinis.

Sed ſi dubites an conſuetudo appelletur jus non 28
ſcriptum, reſpondeu affirmativè *ex l. diuturna ff.*
de legibus, & ex §. conſtat, & ex §. eò non ſcripto
inſt. de jure gent. & civili; non enim ad eſſentiam
conſuetudinis ſequiritur ſcriptura, ut Doctores
affirmant *in l. de quibus ff. de legibus, & in l.* 2 *ff. de*
vulgari & pupilari, Panormit. *in Rub. de conſt. ad*
finem, ubi Felin. *num.* 11. † Unde Imperator Juſti- 29
nianus *in dict. §. ex non ſcripto*, vocat conſuetudi-
nem, quod moribus utentium eſt introductum,
cujus occaſione adjunges quæ ſcribit Revardus
lib. 3. *conject. cap.* 9. ubi de moribus; item & quæ
ſcribit *in lib. de authoritate prudentum tom.* 2. *c.* 14.
ubi de jure non ſcripto; item *ibi cap.* 16. ubi de
conſuetudine, quem videbis pro vera juriſpru-
dentia ax antiquitate.

Tamen, etſi verum ſit, ut conſuetudo appelle- 30
tur jus non reſcriptum, tameo ſi fuerit io ſcriptis
redacta, non amittet vim conſuetudinis: ita Bar-
tol. *in d. l.* 2. *ff. de vulgari num.* 2. & Oroſcius *in l.*
idem ff. eodem, & in l. diuturna ff. de legibus. Quod
ſequendum etſi minus benè Ripa *in dict. l.* 2.

ff.

*ff. de vulgari num.*14. & Jaſon. *ib num.* 12. credide-
31 rint veriorem eſſe contrariam ſententiam. † Nam
tenendum eſt, ut dico, & ſatis probatur ex ſequen-
tibus, primo ex feudis; quia etſi ſcripti adhuc re-
32 tinent nomen uſus. † Et ſic de jure noſtro Regio
probatur ſecundo: nam leges fori, licet ſcriptæ
ſint, nihilominus conſuetudines appellantur, cum
ad ſui eſſentiam, & validitatem in uſu receptas
eſſe requiratur, ut per Rodericum Suarez, *in ſua
repetitione in proœmio fori*, *pag.*2. Gregor. Lop. *in
l.*7.*tit.*2.*part.* 1 *gloſſa* 2. ubi eſt bona lex in materia,
& per eundem Gregor. Lopez *in l.* 8. *gloſſa magna
tit.* 12 *part.*5. Oroſcius, *in dicta l. de quibus n.* 40.
Aviles, *in capitibus Prætor. cap.*19. *gloſſa fin. n.* 3.
Gratianus *reg* 95. *ſub num.* 15. ubi hoc amplectitur;
licet aliter Montalibus ſentiat *in l.*10. *tit.* 11.*part.*2.
& in ſuo repertorio, verbo *lege*, & *legum fori de-
ciſiones*, conſuetudines appellat. Covarru. *in* 4.*de-
cret.*2.*p.cap.* 7.§. 1. *in princ.* Matienc. *in l.* 2. *tit.* 9.
gloſſa 1. *num.* 16. *lib.* 5. *recopilat.* Burgoſ. de Paz. *in
l.* 1. *Tauri num.* 267. ubi communem eſſe tradidit
hanc limitationem.
33 Sed cum conſuetudo, & lex differant, & con-
veniant, reſpondeo quod conveniunt in cauſa
materiali; & ſic æqualem habere vim, probatur
ex *l.* 2. *Cod. quæ ſit. longa conſuetudo*, & ex dicendis
infra in cap. fin. hoc tit. tamen differunt in cauſa for-
mali; quia lex, jus ſcriptum, eſt conſuetudo jus
non ſcriptum, ut dictum eſt, † item lex expreſſio
34 conſenſu conſentis conſuetudo tacito conſtat,
35 † illa verbis, hæc rebus ipſis inducitur, & factis
exprimitur, ut patet ex exemplis poſitis à verſ. &
36 *quod conſuetudo debeat attendi.* † Item etiam lex
momento perficitur, hæc tactum requirit, ut pa-
tet ex adductis à num. 1. ubi de tempore ex actibus,
quo conſuetudo inducitur videbis Oroſcium ſic
optime has differentias ſcribentem, *in l.* 2. *ſed. ea
n* 3 *ff. de legibus.* Alia ſingularia de conſuetudine
tradit Doctor. Molina *de primog. lib* 2.*cap.* 6. *n.* 13.
& 14. et Philippus Decius *in Rub. de conſtit. col.* 1.
limitat modis quatuor & ſemel ampliat, & ad
propoſitum videbis optimas, *leges* 4. & 6.*tit.*2.*p.*1.
ubi benè loquitur Gregor. Lopez.
37 Dubitabis num ſecundùm conſuetudinem ſit
Judicandum; ad quod ſatisfacies ex dicendis, *ſub
Rubro*, *& in dicto cap. fin. hoc tit.* & ex nonnullis
quæſtionibus *ſupra in principio ante Rubrica*, aſſig-
natis & colliges ex dictis latè, *ſupra in c.*1.*de re jud.*
38 Sed an arbiter juris teneatur judicare ſecundùm
jus commune, vel ſtatutum, ſeu conſuetudinem,
etiam juris communis derogatoriam. Et reſpondeo,
ad id teneri, ut docent Paulus poſt gloſſam *ibi in
l. præſcriptione col. pen. cod. ſi contra jus*, *vel utilita-
tem public.* Abbas in Rub. noſtra multos tenentes,
enumerat Romanus *in Rubrica de arbitris col.* 5.
verſ. 15. cum multis aliis Gratianus, *reg.* 43. ubi
ampliat dupliciter, & limitat modis ſex legendus
poſt Bernard. Diez, qui ampliat uno modo, &
limitat modis quinque, *in reg.* 103. ubi ejus addi-
tionator, Salcedo, qui multis allegationibus de-
monſtrat prædictam regulam communem eſſe.
39 † Et probatur; quia conſuetudo jus appellatur,
ut ex textus ultra omnes, *in cap.* 1. *diſt.* de quo
loquitur Decius *in Rubrica de reſcript.* & eſt tex-
40 tus *in l.*7. *tit.*2.*part.*1. † Nam ut ait Felinus *in c.*1.
num. 2. *de ſponſalibus*, quod appellatione legis ve-
niat conſuetudo tradens quàm plura corollaria ex
deciſione hujus Regulæ. † Etnim ut dicit Bart.

*in l.*1.§. *denique ff. de aqua pluvia arcenda*, con-
ſuetudo habet vim legis conſtitutæ. † Imo Panorm. 42
in cap. uxore n. 3. *de ſepulturis*, dicit quod conſue-
tudo imitatur jus, ita conſuetudinis tranſgreſ-
ſor puniatur, ut tranſgreſſor legis. † Et Judex, qui 43
contra jus conſuetudinarium judicat faciat litem 44
ſuam, ſicut ſi contra jus ſcriptum judicaſſet, ut
per Jaſon. *in auth. jubemus cod. de judic. n.*2. † appel 45
lationeque juris venire conſuetudinam, dixit opti-
mè Barboſa *in addition. ad Bartol. in l. quicumque
cod. de ſervis fugitivis litt.* G. & *H.* nec mirum dicit
Gregor. Lopez *in ſumma tit.* 1. *p.* 7. *gloſſa* 1. multa
de conſuetudine ponens, ut dicatur jus, † cum 46
etiam dicatur altera natura, † eſt inquam conſuetu-
do ejus virtutis, ac eſt lex ipſa, ut dicit Joannes 47
Oroſcius *in l. legis virtus ad finem ff. de legibus*, &
eſt optima *lex* 6. *tit.* 2.*p.* 1. ut ex notatis *in cap. fin.
hoc tit.* ſatis apparet.

QUÆSTIO I.

An quilibet uſus, inducat conſuetudinem: ubi quid de actibus facultativis. Et an deſideretur longus & continuatus uſus ut ea induci poſſit. Et an ut fundetur conſuetudo requirat frequentiam diverſorum actuum. Et quod confirmetur judicio contradictorio. Et an per ſolum unum actum contrarium, interrumpatur conſuetudo?

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo obligat conſiſtens in frequentia actuum inductorum ex tacito conſenſu populi*, & n. 2. & 3. & *quare vocetur jus non ſcriptum*, n. 4.
2 *Conſuetudo eſt, quaſi communis aſſuetudo.*
4 *Freqnentia actuum conſuetudinem inducit, quatenus eſt facti*, & *tacitus conſenſus populi*, *quatenus eſt juris.*
5 *Conſuetudo tria continet, actuum frequentiam; habitum generatum*, & *jus ex utroque collectum, item intentionem introducendi.*
6 *Uſus quilibet non inducit conſuetudinem, ſed qui moribus utentium*, & *tacito conſenſu populi eam introducit.*
7 *Conſuetudo potius ex conſenſu populi, quàm Principis introducitur, ſufficiatque in ea ſola ſcientia judicium*, & *officialium*, n.9.
8 *Conſuetudo nunquam de uſu deformi introducitur, niſi quando actus non eſſent inter ſe incompatibiles*, & n. 57.
9 L. 5. tit. 2. p. 1. l. 11. tit. 1. lib. 7. ordinam. l. 1. & 2. tit. 1. lib. 7. recopil.
10 *Conſuetudo immemorialis, non requirit oſtenſionem conſenſus Principis.*
11 *Conſuetudo non inducitur ex actibus facultativis, ſi ſit reſtrictiva liberæ facultatis:* & *quid requiratur*, n. 13.
12 *Manutenibilis poſſeſſio non datur ex actibus facultativis: fallit* n. 17.
14 *Facultativa materia quando non dicatur*, n. 15. & 16.
18 *Conſuetudo, ut legitimè præſcripta dicatur; quod tempus, ſeu arbitrium requirat*, n. ſeq.

19 *Tempus longum inter præſentes, eſt* 10. *annorum, inter abſentes* 20.

22 *Conſuetudo, ſive inter præſentes, ſive abſentes introducitur ſemper decennio ſecundum communem.*

23 *Conſuetudo dicitur longa in jure,* & n.26.

24 *Conſuetudo ſemper introducitur inter præſentes, quia populus ſemper eſt præſens, nec introducitur contra extraneos.*

25 *Tempus ad inducendam conſuetudinem, non eſt determinatum in jure.*

26 *Diuturnum tempus etiam ſignificatur biennio, & quinquennio, aliquando ſignificatur annis* 40.

27 *Conſuetudo deſiderat annos* 30. *ſuper eo, ſuper quo populus nequit ſtatuere, veluti ſi eſſet in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ,* & oum. 30. *ſed an verum* n. 31.

28 *Tempus ad inducendam conſuetudinem, & arbitrarium, modo brevius, modo longius ſecundum negotii qualitatem,* num.29.& 30. *quod videtur fieri ut in præſcriptione* n. 33. & 34.

31 *Tempus ad conſuetudinem, ubi conſtat de conſuetudinis duratione, eſt ſufficiens decem annorum in qualibet materia.*

32 *Conſuetudo, ut ſit legitima, non metitur per tempora preſcriptionis, ſed* n. 33. *videtur aliud.*

33 *Conſuetudo abrogans legem Eccleſiaſticam, potius eſt in ejus favorem, perficiturque decennio.*

34 L. 2. cod. quæ ſit longa coοſuetudo, l. de quibus ff. de legibus, l. diuturna eodem.

35 Cap. fin. hoc tit. cap. 1. eodem lib.6. cap. cum à me de electione.

36 *Conſuetudo requirit frequentiam diverſorum actuum, ſed quot,* n.37.38. 39.40. & 41. *ubi quando ex uno continuato,* & numero 42.

39 *Actus duo judiciarii faciunt actionem ſolitam, ac proinde conſuetam.*

40 *Actus utendi beneficio continuè, & ſucceſſivè, dicitur unus, ſicut utendi ponte,* n. 41. *explicatur* n.42. & 43.

42 *Actus continuus ad præſcribendum dicitur ſolum ille, qui habet continuatam poſſeſſionem; non enim eget humana operatione præcisè.*

44 Cap. Abbate de verb. ſignif. n. 53.

45 L. ſi quis alia §. 2. ff. quemadmodum ſervitutes amittantur n. 54.

Proteſtatio requiritur in præſcriptione.

46 L. cum de conſuetudine, ff. de legibus, & n. 55.

47 L. 5. tit. 2. p. 1. & n. 56. & ſupr. n. 9.

48 *Conſuetudo queit legitimè introduci ex ſola frequentia diverſorum actuum; abſque eo, quod fiat in contradictorio judicio, & de ratione,* n.50.& 51.

49 *Conſuetudinis animus, non minus actibus extrajudicialibus, quam judicialibus declaratur.*

51 *Conſuetudo non differt à lege, niſi tanquam tacitum, & expreſſum.*

52 *Conſuetudinis inductio non requirit actiones judiciales, ſed vulgares.*

53 *Frequentia actuum debet eſſe uniformis ad conſuetudinem viſitatorum, alias erit dubitatio quid populus præſenſerit.*

59 *Conſuetudo unico actu contrario, ſeu difformi, non fiat, etiam ſi mille actus fient pro ea, dum ille actus fiat à populo, & ea nondum ſit perfectè introducta,* n.60.

VT ad has, & alias difficultates breviter reſpondeamus, jactis, & præmiſſis, quæ proximè dixi in Rubrica, præmitto cum Chriſtinæo *volum* 4. *deciſ.* 212. *à num.* 42. & cum Stephano Nathen. *tit.* 9. *de Juſtitia vulnerata cap.* 1. *à num.* 5. qood com conſuetudo vim legis habeat, & obliget judices ad ſe, ei conſormandum, & conſiſtat in materia, quæ eſt frequentia actuum; quod ita ſæpè factitatum, quod ita conſuetum ſit fieri, † ſitque conſuetudo quaſi commonis aſſuetudo item conſiſtat in forma quod illi actus frequentes tales ſint, ut ex iis elici poſſit tacitus populi conſenſus, qui conſuetudini vigori rem tribuit, ex tacita videlicet populi conventione, applicando conſenſum populi ſupradictis actibus, tanquam formam circa materiam. † Et itidem requirat conſuetudo quateous eſt obligatoria, & in futurum obſervanda, actuum frequentiam, videlicet tot, & tales, qui veriſimiliter ad ootitiam populi pervenire queant. † Et frequentia actuum inducat conſuetudinem, quatenus eſt facti, & tacitus populi conſenſus ioducat eam, quatenus ei juris; ideoque vocetur jus non ſcriptum. † Indeque Oldradus *conſ.* 254. optimè dicit nempè ut conſuetudo tria contioeat. Primo actuum frequentiam. Secundo habitum generatum. Tertio jus ex utroque collectum. Et deſuper requirat Barboſa *in cap fin. hoc tit. num.* 18. ut actus ad conſuetudinem inducendam requiſiti facti fuerint modo, & intentione ioducendi coοſuetudinem; ideo benè de aſſignatis, & aſſignandis quæſtionibus hic inquirimus, præter alias ſub Rubro poſitas.

1, 2, 3, 4, 5 (margin)

Ad primam igitur partis quæſtiooem, habita differentia, inter ſtylum, coοſuetudinem, & uſum, de qua *infra* ſub quæſtione fin. hujus Rubricæ. Reſpondeo non quemcumque uſum veram eſſe conſuetudinem, cum ad illam de jure deſiderentur plura, quod moribus ſcilicet utentium, & tacito populi conſenſu ſit introducta, *l. de quibus ff. de legibus, l. quod major ff. ad municip.* † Adeo ut ad inducendam conſuetudinem, potius populi, quam Principis deſideretur conſenſus ut notat gloſſa *in cap. in iſtis* 4. *diſt.* quamvis jure Regio ſcientia, & patientia Regis deſideretur, ut *in l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 7. *ordinam, l.* 1. & 2. *tit.* 1. *lib.* 7. *recopilat.* Avendannus *de exequend. mandatis cap.* 8. *num.* 3. & alii communiter; ſic ut oon ſit neceſſaria expreſſa Principis ſcientia, ſed ſufficiat tacita. † Igitur Bartol. *in l.* 2. *n.* 22. *ff. ſoluto matrim* Decius *conſ.* 215. *num.* 2. verſ. *ſecundo hoc idem*, Afflictis *deciſ.* 280. *num.* 9. Aymon. *conſ.* 96 *num.* 5. dicunt, ut nunquam ex uſu diformi introducitur conſuetudo. Ludoviſius *deciſ.* 162. *num.* 8. ubi dicit ſic dictum io una civitatis Caſtellæ bonorum 27. Junii 1578. coram Cantucio, & in una meliten præcedentiæ 5. Decembris ejuſdem anni coram Patriarcha Alexandrino; ſed Beltramin. Oliverius *dict. deciſ.* 162 *num.* 14. extendens limitat, ut ſi actus difformes, non eſſent inter ſe incompatibiles: tunc eorum deformitas non impediat conſuetudinem, ſic cum Decio *conſ.* 11. *num.* 12. verſ. *advertendum*; & quod ſic fuit ſequuta Rota, *deciſ.* 356. *num.* 4. *part.* 1. *in recentior.* vide *quæſt.* 6.

Quare

9 Quare benè Azevedus *in l. 14. tit. 15. lib. 4. re-
copilat.* dicit hoc modo intelligendas eſſe præ-
dictas leges Regias Partitæ; ita ut ſufficiat ſola
ſcientia officialium, & judicum, & ad minus ta-
citus legalis Principis conſenſus: pro quo faciunt
Bald. *conſ.* 340. *lib.* 5. Caſtrenſis *conſ.* 204. verſ.
10 *ad ſecundum*, † adeo ut quotieſcumque præ-
ſcripto, vel conſuetudo, eſt immemorialis, non
ſit neceſſarium oſtendere Principis conſenſum:
nam temporis antiquitas habet jus conſtitutum
l. 2. §. ductus aquæ ff. de aqua pluvia: copiosè oſten-
dit Covarruv. *in regula poſſeſſor. 2. part. in princ.
num.* 8. & relatio Gutierrez *in pract. lib. 1. quæſt.* 85.
num. 1. & faciunt quæ dixi *in cap. ante pen. de
probat*; ſed de hoc conſenſu Papæ, ſeu Principis
uberius dico *infra in cap. fin.*
11 Iterum adverte ut in facultativo actu non poſ-
ſit fieri fundamentum ad inducendam conſuetu-
dinem, Caldera *conſ.* 1. *&* 3. *hoc tit.* Decius *conſ.*
175. *num.* 6. latè Roland. *conſ.* 53. *num.* 38. *lib.* 2.
Alex. Loduvis. *dict. decis.* 162, *n.* 10. ubi Beltram.
num. 16. cum Rota, Surdo, & aliis, ait quod ex
actibus facultativis non inducitur conſuetudo
reſtrictiva liberæ facultatis, qui optime ex multis
12 expendens, † addit quod ex dictis actibus nec de-
tur poſſeſſio manutenibilis, non obſtante quo-
cumque lapſu temporis, etiam immemoriabili
13 cum Surdo *conſ.* 127. *num.* 83. † Etiam dicit quod
ut acquiratur poſſeſſio; & inducatur conſuetudo,
ſeu præſcriptio, etiam in actibus facultativis, eſt
neceſſe quod præcedat prohibitio, ſeu contradi-
ctio, cum ſubſequuta acquieſcentia ex Paulo,
Seraphino, & Gonzalez *in regula* 8. *Cancell.
gloſſa* 5. §. 6. *& num.* 37. pergens ait; quia
14 ſæpè oritur difficultas, † an materia ſit faculta-
tiva; primo ſciendum eſſe, ut non dicatur, quan-
do præcedit titulus: nam tunc actus ſequentes
præſumuntur facti in vim tituli præcedentis ad
excluſionem talis actus voluntarii: ſic cum Me-
nochio, & ex deciſione ſpeciali in una Calagurit.
Juris viſitandi de Aquila 13. Februarii 1617. co-
15 ram R. P. Peruſino. † Et ut ſecundo excludatur
præſumptio facultatis ex pluralitate actuum ge-
ſtorum per longum temporis intervallum cum
Ripa *in cap.* 3. *de cauſa poſſeſſ. num.* 55. & Graſſis
deciſ. 1. eodem, Seraphino *decis.* 212. *num.* 2. *&
deciſ.* 323. *num.* 4 & ſic fuiſſe dictum refert, Bel-
tram in Oliver. *dict. num.* 16. in Toſculana Silva-
rum 6. Junii 1616. coram, R. P. Veſpio; etenim
dicit ut toties multiplicata gratia, non ſit præſu-
menda, ut dicit Rota, *decis.* 397. *num.* 3. *part.* 2.
in recent. † Item tertio dicit ut non præcedat
16 dicta regula favore cauſæ piæ, & Divini cultus;
tunc enim non cenſebitur actus facultativus, nec
materia facultativa; ut dixit Rota *decis.* 470. *n.* 7.
17 *in fine, part.* 1. *recent.* † Hæc inquam Oliverius
Beltram. *dicta decis.* 162. ſub. *dict. num.* 16. adver-
tit dicens, ut etſi ipſe *ibi* dixerit non dari poſ-
ſeſſionem manutenibilem in actibus facultativis.
Tamen hoc procedere quando conſtat clarè ma-
teriam eſſe facultativam; cum alias prætextu ma-
teriæ facultativæ non ſit ita de facili manutentio
deneganda; niſi præſumptio ſit valdè vehemens:
ita ex Seraphino *deciſ.* 323. *num.* 3. Et de hoc arti-
culo ſunt videndi Decius *cons.* 8. *num.* 4. Surdus
cons. 127. *num.* 81. Rota *decis.* 77. *dict. num.* 5. *p.* 1.
diverſ. Rota *decis.* 536. *ſub num.* 4. *part.* 2. *in re-
centioribus*, Paulus de Caſtro *in l. qui hominibus
num.* 2. verſ. *ſed tamen ff. de ſervit. urbanor.* Sera-
phin. *decis.* 1086. *num.* 1. Rota *decis.* 530. *num.* 2.
& part. 2. *in recent.* quæ multis extendere valebis
ex his, quæ dixi *in cap.* 12. *de præſcript.* ubi an
præſcriptio habeat locum in facultativis: & *ibi*
dicta poteris ſatius intelligere ex hic dictis, An-
dreas Valenſis *hic* §. 2. *ſub. num.* 5. cum Farinacio
deciſ. 112. reddens rationem; quia multa per pa-
tientiam tolerantur; quæ ſi in judicium dedu-
cantur, exigente juſtitia, tolerari non debent,
cap. cum jam dudum de præb.
Ad ſecundam difficultatis partem, etſi Silve- 18
ſter, & alii ex antiquis ab eo relati verbo *conſue-
tudo quæſt.* 2. exiſtiment diſtinguendum eſſe inter
conſuetudinem præſcriptam inter præſentes, &
inter abſentes, ut in illa decennium ſufficiat; in
hac vero viginti anni deſiderentur, † eo quod at- 19
tenta juris diſpoſitione, longum tempus appelle-
tur inter præſentes decem annorum, inter abſen-
tes verò viginti, ut *in* §. 1. *inſt. de uſucap. & ex l.* 5.
tit. 2. *part.* 1. ubi dicitur conſuetudinem introduci
propter uſum populi 10. vel. 20. annorum, juxta
late dicta *infra* de præſcriptionibus. Et ita loquitur
Silveſter, dicens requiri in abſentia Principis 20.
annos, ſive ad legem inducendam, ſive abro-
gandam. † Imo Tannerus *tom.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. 20
dubio 1. *num.* 8. ſic ait, aliqui addunt ad præſcri-
ptionem contra jus canonicum requiri 40. anno-
rum ſpatium, contra jus civile 10. inter præſen-
tes; 20. inter abſentes, quibus adſtipulantur
Azor. *tom.* 1. *moral. lib.* 5. *cap.* 16. *quæſt.* 3. Molina
tom. 1. *tract.* 1. *de Juſtitia, diſp.* 7. & alii; eo quod
longum tempus inter præſentes ſit decenium, in-
ter abſentes biennium, ut tradit *lex. fin. cod. de
præſcript. longi temporis.*
Video enim alios etiam Doctores diſcordes 21
eſſe: nam Conanus *lib.* 1. *comment. n.* 6. & Hoto-
man. *in dict.* § *ex non ſcripto inſt. de jure naturali*,
aſſerunt requiri tempus immemoriale, eujus nulla
extat memoria: & quale hoc ſit dixi *infra ſub
cap. fin. de præſcript.* & alibi *in eo tit.* Alii inquam
diſtinguunt: nam conſuetudo eſt præter legem
civilem, vel contra legem civilem; & in hoc
caſu decennium ſufficere dicunt, vel eſt contra
legem Canonicam; & tunc quadraginta annos
requiri autumant ſic Schneidubius *in dicto* §.
ex non ſcripto num. 5. & præter alios Tannerus, *ubi
ſupr.* imo & abſolute dicunt Panormit. *in cap. cer-
tificari de ſepulturis*, Barthol. *in dicta l. de quibus
num* 14. Albericus *ibi num.* 81. Iaſon. *num* 43.
Alex. *conſ.* 5. *num.* 11. quod ſi ſit præter legem, decem
anni ſufficiant; ſi verò contra legem quadraginta
anni requirantur non diſtinguentes inter jus Cano-
nicum, & civile.
Nihilominus quia conſuetudo differt à præſcri- 22
ptione, exiſtimant alii ſecundùm regulas juris, non
habita diſtinctione inter abſentes, & præſentes
longo tempore hoc eſt annorum decem ſufficien-
ter introducit conſuetudinem, ut reſolvunt Bartol.
Albericus, & Jaſon. *ubi ſupra Panormit*, *in cap.
fin. hoc tit. n.* 14. Alex. dicens communem *cons.* 133.
Curtius Junior *cons.* 42. *n.* 7. quibus accedunt Præ-
poſitus *in part. D. Thomæ quæſt.* 97. *dubio* 1. *n.* 10.
& dubio 2. *num.* 13. Jacob. Gordon. *in ſumma tom.* 2.
lib. 2. *quæſt.* 14. *cap* 4. *num.* 14. *&* 15. Megalius *in
promptuario*, verb. *conſuetudo num.* 5. *&* 8. Bonellus
Bonacina, Maſcardus, & Sa, quos refert, & ſe-
quitur Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *puncto*
2. § 2. *num.* 5. quia jura tantum requirunt longum
tempus, quod eſt decennii ad conſuetudi-
nem inducendam, & Suarez *de legibus lib.* 7.
cap. 18. *numero* 11. commendat notandam

diſtinctionem inter leges Canonicas, & civiles: nam in iſtis idem tempus ſufficit ad legem abrogandam, quod ad introducendam, annorum ſcilicet decem; qua jus civile in hoc diſtinctionem non facit.

23 Et ſic optimè Doctores appellant hanc diuturnam conſuetudinem. *in l. diuturna ff. de legibus*, longam in *l.1. cod. quæ ſit. longa conſuetudo*; & ſic *in c. Cumana de electione*, appellatione conſuetudinis, ſolùm legitimè præſcripta continetur: ita ibi omnes, & Alex. *conſ.173. in princ. lib.6.* Berojus *conſuet.157. lib.3.* Decius *conſ.486 num.26.* præcipuè, quoties mentio conſuetudinis à Canone, vel à le-
24 ge, facta eſt. † Nec enim, ut ait Bart. *in dicta de quibus ff. de legib. num.14.* præfatum diſtinctionis membrum inter abſentes non habet locum in propoſito noſtro: nam populus ſemper eſt præſens, conſuetudo enim nunquam præſcribitur contra extraneos, ſed inter ipſoſmet cives inducitur, & comprobat cum Bart. & aliis Gregor. Lopez *in l.5. tit.2. quæſt.1. gloſſa 4.* Burgos de Paz *in l.1. Tauri num. 207.* Albericus *in dicta l. de quibus n.81.* Corneus *conſ. 292. lib.1. ad finem*, & facit regula textus *in l. proponatur ff. de judic.*

25 Ego inquam; quia conſidero, ut non inveniatur in jure expreſſum decennium, ut neceſſarium ad præſcribendam conſuetudinem, ſed ſolùm jura de tempore diuturno mentionem facient exiſtimo, ut verius tempus præſcriptionis conſuetudinis, non eſſe in jure determinatum. †
26 Nam diuturnum non ſemper ſignat decennium ut *in l. cum Domini 56. ff. locati*, ubi diuturnum tempus ſignificat biennium, & *in l.3. §.2. ff. de re militari*, ubi ſignat quinquennium; imò, & aliquando longum, & diuturnum ſignat 40. annos, ut notat Cujacius *lib. 18. obſervat. cap.18.* arg. textus *in l. 2. cod. de præſcript. 30. vel 40. annor. l. qui in*
27 *provincia 57. in §. in lib. 2. ff. de ritu nuptiar.* † Et ſic Romanus *ſingul. 101. & 102.* ait ut communis relata doctrina non eſt indiſtinctè admittenda; quia quando conſuetudo induceretur ſuper eo, ſuper quo populus, non poteſt ſtatuere; tunc neceſſarium eſſe 40. annorum ſpatium, veluti quando conſuetudo populi eſſet in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ, ut notat Menoch. *de arbitr. lib.2. cent. 1. caſu 83. num.6.* qui dicit aliàs decennium ſufficere, ſive ſit contra legem, ſine præter legem, Bertrand. *conſ. 139. lib.6. num.1.* Duennas *regul. 138.* Maſcardus *de probation. concluſion. 424. num.32.*

28 Quare dicendum eſſe arbitror tempus ad inducendam, & corroborandam conſuetudinem, eſſe omninò arbitrarium, ſcilicet ut hoc totum negocium relinquatur arbitrio prudentis, & Docti viri qui perſpectis omnibus circunſtantiis, judicet quando conſuetudo tantùm temporis viguerit, ut meritò credatur adeſſe notabilem, tacitum conſenſum Principis, ſeu Legiſlatoris, nolentis ulterius obligare ſuam legem; ſic ut quandiu non conſtiterit conſuetudinem duraſſe per tempus ſufficiens, ſpectandum ſit tempus decem annorum: nec ultra aliud docent in terminis Menochius *de arbitrar. cent. 1. caſu 83. à num.6.* Corraſius *in dict. l. de quibus num. 8. ff. de legibus*, Duarenus *de leg. cap.11.* Antonius Faber. *in l. quod non ratione n. 38. ff. de leg.* Conan. *lib.1. commentarior. cap.10.* Granadus *in cap.2. D. Thomæ tract.3. p. 2. diſp.16. ſect. 1. num.9.* cum Soto *lib.1. de juſt. quæſt.7. art.2.* Medina *ad articul.3. quæſt. 97.* Baſilius Pontius *de matrim. lib.6. cap.5. num.8.* Monteſinus *in p.2. tom.2. diſp. 23. quæſt.3 num.225.* Silvius *in p. 2. D. Thomæ tract. de legib. quæſt.7 art. 2.* † Cujacius *lib.2. obſervat. c.1.* 29
Lorca *in p.2. D. Thomæ tom.2. de legib. diſp.29. n.2.* qui omnes dicunt id relinqui Judicis arbitrio, qui pro negocii qualitate, modo brevius, modo longius tempus neceſſarium eſſe ad inducendam conſuetudinem arbitrabitur; quia ut rectè dicit Corraſius *ſupra* in minoribus rebus, rectè arbitrabitur Judex conſuetudinem decem formari juxta communem opinionem; in majoribus verò majus tempus ſpectabit. † Nam ſi de introducta con- 30
ſuetudine contra Eccleſiam agatur, 40. annorum ſpacium neceſſarium eſſe dicendum ſit, ut advertit Panormit. *in cap. fin. hoc tit. num. 11.* Baldus *in dicta l. de quibus num. 27.* Jaſon *num.48.* ſed ut ait Menochius *ſupra num. 6.* hæc ultima doctrina non videtur procedere in conſuetudine introducta inter ſubditos Eccleſiæ, quoad bona temporalia; quia tunc illud tempus ſufficit in bonis Laicorum: ſic ex multis reſolvens.

Tamen; quia hæc diſceptatio videtur regularis 31
juxta regulas temporis ad præſcribendam, tam res Laicorum, quàm Eccleſiæ, de cujus temporis differentia pleniſſimè dixi *ſub. Rubrica, & tit. de præſcript.* ubi de triennali, decennali, vicennali tricennali, quadragennali; item centenario, & immemoriali tempore, juxta rerum præſcribendarum diverſitatem, & ex ea doctrina non regulari tempus ad inducendam conſuetudinem; ideò Granadus ubi *ſupra in p. 2. D. Thomæ cont. 7. p.2. diſp.16. ſect.2. num.9.* dicendo ut quoties non conſtat conſuetudinem duraſſe per tempus ſufficiens tunc ſpectandum tempus annorum decem, quod vocant longævum, & ſufficiens ad præſcribendum, ac proinde ad abrogationem legis, quæ minus requirit, addit, longius tempus, & multò magis tempus 40. annorum nullo modo requiri etiam ad conſuetudinem legitimè præſcriptam contra legem Eccleſiaſticam. † Sic ut non ſolùm 32
Vaſquez, ſed etiam alii graves Doctores rectè docuerint; quia id jure non habetur; quia licet ad præſcribendum contra bona Eccleſiaſtica, id ſpatium exigatur in jure, longè diverſam eſſe dicunt rationem in conſuetudine: nam præſcriptio tollit jus quod Eccleſia habebat ad bona Eccleſiaſtica, etiamſi hæc non conſentiat; ideoque voluerit Jus Canonicum in favorem bonorum Eccleſiaſticorum, tam longum temporis ſpatium requiri; ſed conſuetudinem ſolùm tollere obligationem legis, quatenus affert tacitum ſaltem conſenſum Principis, qui ſufficienter cognoſcitur in decennio.

Quare non debet repudiari Caſtrus Palaus, qui 33
tom.1. tract. 3. diſp. 3. puncto 2. §.2. num.9. dixit, ut conſuetudo abrogans legem Eccleſiaſticam, non ſit contra Eccleſiam, ſed potius pro illa, cum conſenſu ipſius Eccleſiæ tradito *in cap. fin. hoc tit.* hæc abrogatio procedat, ſed præſcriptiones, quæ ſunt in favorem Eccleſiæ, & non contra illam non indigent ſpatio annorum 40. ſed decennio perficiuntur, ut tradit Rota *in novis p.2. decif. 375. num.8.* apud Farin. ergo; tamen cum infiniti reſolvit Diana *p.6. tr.5. reſ.2. & 3.* de jure civili conſuetudinem, contra illam legem decennio eſſe præſcriptam per textum *in dicta l. 1. cod. quæ ſit longa conſuetudo, & ex l. ſed. ea, quæ ff. de legibus*; ſed contra jus canonicum, & Eccleſiam debere eſſe quadragenarium, ex *authentica quas actiones cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* hancque opinionem ait ſæpius fuiſſe ab Eccleſia canonicatam

à Sacra Rota, ut patet in una Gerunden. admi-niſtrationis, die 13. Maii 1630. coram Veroſpio apud Guerelios Venetos, *deciſ.* 375. *num.* 10. hanc ſic tenent Ferdinandus Oterus *in dicto cap. fin. hoc titulo*, Corneus *lib.* 2. *conſ.* 193. *num.* 14. Alex. *lib.* 2. *conſ.* 68. *num.* 7. Socinus Senior *conſ.* 160. *lib.* 2. *num.* 19. Ruinus *lib.* 4. *conſ.* 115. *num.* 1. De-cius *conſ.* 134. Aretinus *conſ* 44. *num.* 1. Ciarlinus *in diſput. forens. cap.* 15. *num.* 86. Baldel. *lib.* 5. *diſput.* 47. *num.* 13. Leſſius *lib.* 2. *de Juſtitia cap.* 6. *dubio* 14. *num.* 47. & *dub.* 8. *num.* 45. Rebellus *de Juſtitia part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 12. Laiman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 24. *num.* 6. Reginald. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 247. Malderus *in part.* 2. *D.*
34 *Thomæ quæſt* 97. *art.* 3. *num.* 1. *in fine*, † ob quod poteſt dici ſic commenſurandum arbitrium judi-cis, & boni viri prudentis de jure; quantumvis differant præſcriptio, & conſuetudo, nec eſſe praxim oppugnatione dignam, propter difficulta-tem aliter arbitrandi.

Nec his omnibus obſtat quod in quibuſdam
35 juribus conſuetudo dicatur *longævum uſus*, *l.* 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*, vel *inveteratu*, *dicta l. de quibus ff. de legibus*, aut *vetuſtate probata*, Iſi-dorus *lib.* 5. *ethymolog. cap.* 3. vel *longa*, *dict. tit. cod. quæ ſit longa conſuetudo*, ac *diuturna*, *l. diu-turna*, *ff. de legib.*; quia reſpondetur in illis locis non deſignari tempus neceſſarium ad ejus intro-ductionem, ſed ſolum tempus; quod poſtquam introducta fuit, duravit, aut durat; quia ſcilicet pleræque conſuetudines, non tantum receptæ ſunt à decem annis, quod tempus in juris texti-bus, (dicitur longum, & diuturnum,) ſed plu-rimæ ab hominum memoria; atque ita invetera-tum longævum, & longum, & diuturno eſſe ac-cidentia conſuetudinis, non etiam ad ejus ſub-ſtantiam, vel introductionem requiſita.

36 Nec etiam obſtat quod *in cap. fin. hoc titulo*, & *in cap.* 3 *eodem lib.* 6. & *in cap. cumana de electio-ne*, velit Pontifex conſuetudinem, ut derogari poſſit Juri Eccleſiaſtico, eſſe legitime præſcri-ptam; quia ſenſus eſt, quod debeat eſſe legitimè introducta; ita Andreas Valenſis *in hac Rubrica* §. 2 *num.* 4. ubi addit quod licet quædam jura, ve-lint conſuetudinem longi temporis, habere vim legis, aut etiam legem tollendi, ſed eas non de-finire quantum debeat eſſe tempus ad conſuetu-dinem introducendam, & dum longum tempus in jure, vocatur tempus decem annorum, id in-telligi de tempore requiſito ad præſcribendas quaſdam res, quod vocatur longum, ad diſtin-ctionem alterius temporis brevioris, putà qua-driennii ſufficientis ad præſcriptionem quarun-dam aliarum rerum, ut in *tit. de quadriennii præ-ſcriptione*; & ita concludit *ſub num.* 2. *dict.* §. 2. ut licet ad præſcriptionem determinatum ſit tempus utroque Jure Civili, Canonico; imo, & Jure Regio, ſed neutro definitum quantum requiratur ad conſuetudinem, quæ vim legis habet, & ſpe-ciem juris conſtituit, atque à præſcriptione differt multum.

Ad tertiam quæſtionis partem, an requiratur
37 frequentia diverſorum actuum, ut conſuetudo legitimè inducatur, & omnes fatentur requiri ex textus *in dicta l.* 1. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*, *l.* 3. *cod. de ædificiis privatis*, & probat Duvallius *in part.* 2. *D. Thomæ tract. de legib. quæſt.* 7. *art.* 2. à
38 ſolo nomine *conſuetudo*. † Tota verò difficultas eſt in quodam numero, & cujus qualitatis eſſe debeant. Et quamvis aliqui dixerunt duos ſuffi-cere actus, ut in criminalibus cauſis videtur *ex cap. fin.* 25. *quæſt. ultima*, ſed hæc opinio fallit ſic abſolutè cum non in omnibus caſibus, ex duobus actibus populi conſenſus deduci poſſit, ut notat Bart. *in dicta l. de quibus*; quia ex illis non oſtenditur actuum frequentia, ut *in l. item apud Labeonem*, §. *aliud eſt ff. de injuriis*; ſed An-gelus in verb. *conſuetudo*, ſequutus Panormitan. *in dict. cap. fin. hoc tit.* affirmat duos, aut tres actus ſufficere quando Princeps ſcit, & tolerat: idem videtur dicere Silveſter verb. *conſuetudine* 7. & Duvallius *ſupra*, dixit ut in cauſis civilibus requi-rantur quatuor. † Imo addit quod ſi duo illi actus ſint judiciarii, ſufficiant; idem ſi ſint notorii;
tum quia conſuetum idem eſt, ac ſolitum. † Duo 39
enim actus judiciarii faciunt actionem ſolitam, ac proinde conſuetam; quia Jaſon. *in dicta l. de qui-bus num.* 51. iſtud expreſsè affirmat, quem ſequi-tur Emanuel Sa, verb. *conſuetudo*; ſed Monteſi-nus *in p. D. Thom. tom.* 2. *diſp.* 22. *q.* 13. *num.* 22. 4-aſſerit, quod conſuetudo fit ex frequentatione plurium actuum; ſic ut non ſufficiat unus, aut binus actus, ſed requirantur plures; & eorum frequentatiu: & Leſſius *lib.* 2. *de juſtit. cap.* 6. *dub.* 14. *num.* 10. ducit ut conſuetudo dicatur contraria, ſufficere bis, ter contractum actum eſſe.

Ego autem attenta diverſitate Doctorum;
imo & quod Sylveſter *num.* 6. & Angelus *num.* 7. 40
dixerunt in aliquo caſu ſufficere unum, aut bi-num actum ad conſuetudinem inducendam, ut quando, v.g. Ille actus habet cauſam ſucceſſivam, vel permanentem diuturnam, ut ſi beneficium aliquod Eccleſiaſticum detur Sacerdoti religioſo, qui illud obtineat per annos viginti, aut plures; quia talis actus videtur ſufficere ad conſuetudinem, ut colligitur ex *cap. cum de beneficio de præb. lib.* 6. & hunc dicendi modum referant Bart. *in dicta l. de quibus*, & Panormit. *in dicto cap fin. hoc tit n.* 17. probantes ex *dicto cap cum de beneficio*; item etiam per unum actum ædificandi Pontem, quo acqui-
ritur jus, ſi Pons aliquo tempore duravit, † exiſti- 41
mo in præſenti dubio dicendum hoc totum relin-queodum arbitrio judicis, qui prudenter diſtin-guet, quando frequentia actuum inducat con-ſuetudinem: ſic teſtantur Corneus *conſ.* 179. *lib.* 3. Maſilius *in l. quæſtiones num.* 44 *ff. de quæſtionibus*, & relati à Menochio *de arbitr. caſu* 81. *num.* 4. Duaren. *de legib. c.* 12. Tiraquel. *de primog. quæſt.* 9. *num.* 1. & praxi ſervandum eſſe teſtantur Gregor. *in l.* 1. *tit.* 2 *p.* 1. verb. *de aquellas cauſas*, Diana. *p.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 7. verb. *ſed circa*, verb. *unde*, Baſilius Pontius *de matrim. lib.* 6 *c.* 6. *num.* 1. cum Conano, Duateno Scheneidovino, & aliis penes ipſum.

Nec enim exempla de uno actu convincunt, 42
quæ ſolum habent locum in præſcriptione ordi-naria, in qua non eſt neceſſarius præciſè actus conſiſtens in humana operatione, ſed ſufficiat continuata poſſeſſio, quam vocant Theologi ha-bitualem; eo quod præſcriptio plerumque ver-ſatur circa res, aut perſonas; & ſic quando in illa unus actus ſufficit, non dicamus actus propriè durare, ſed ejus effectum, qualis eſt poſſeſſio,
† imo & in prædictis exemplis moraliter interve- 43
nire actuum frequentiam, videlicet utendi bene-ficio, aut Ponte. Quare Monteſinus *ubi ſupra* in prædicto exemplo, *cap. cum de beneficio*, ſibi vi-deri, ait ut in illo caſu conſuetudo poſſit obtinere vim legis, quantum ad hoc, quod eſt facere perſonam aliquam habilem ad ob-tinendam præbendam, vel aliquid aliud.

Sed io conſuetudine habente legis vim obligantis communitatem ſemper fieri ex actuum frequentatione; etenim ut alii Doctores relati docent, implicat conſuetudinem introduci ſine actuum multitudine, cum conſuetudo debeat eſſe diuturna, quæ talis dici nequit; niſi per actuum ſucceſſionem. Et ſecundùm hanc expoſitionem intelliguntur infiniti relati à Zevallos *in præctic. quæſt.* 357. qui ad utramque partem diſputavit *ibi* videndus.

44 Ad quartam quæſtionis partem, an dictum de
frequentia diverſorum actuum juxta proximè re-
ſolutum dubium in verſ. *ad tertiam*, requiratur ut
confirmatur judicio contradictorio. Et pro affir-
mativa ſententia facit primo textus *in cap. Abbate*
de verb. ſignif. ubi allegatur contra quandam con-
ſuetudinem inſufficientem eſſe; quia non fuit ju-
45 dicio contradictorio introducta. † Et ſic in præ-
ſcriptione requiritur proteſtatio per textum *in l. ſi*
quis alia §. 2. *ff. quemadmodum ſervitus amittatur.*
46 † Item facit textus *in l. cum de conſuetudine ff. de*
legibus, dum docet, quod quando quis allegat
conſuetudinem prius inquirendum eſt, amiſit in
47 contradictorium judium. † Tertio *ex l.* 5. *tit.* 2.
p. 1. ubi dicitur quod conſuatudo decem, vel 20.
annorum ſervanda eſt, ſi eo tempore lis aliqua
talem conſuetudinem fuerit judicata, & addidit
duas ſententias neceſſarias eſſe his, & aliis argu-
mentis probant gloſſa *in* §. *ex non. ſcripto inſt. de*
Jure naturali, & *in dicta l.* 1. *cod. quæ ſit longa con-*
ſuetudo, & *in cap fin. hoc tit.* & *in c. fruſtra diſt.* 8.
Bartol. & Jaſon *in dict. l. de quibus*, & relati ab
Alex. *conſ.* 132. *lib.* 1. *num.* 4 Sylveſter verbo *con-*
ſuetudo quæſt. 4. Aotonin. *p.* 1 *tit.* 16. *cap. unico* §. 4.
& alii.

48 Sed ego exiſtimo abſolutè dicendum, ut con-
ſuetudo introduci legitimè poſſit ex ſola frequen-
tia diverſorum actuum ſine ulla corroboratione
contradictorii Judicii; quia rerum judicatarum
authoritas non inducit conſuetudinem, ſed eam
ſupponit, & probat, quare textus, *in l.* 28 *ff. de legi-*
bus, dixit, ut conſuetudo à rerum à judicatarum au-
thoritate ſecernitur per particulam, *aut*, quæ
49 disjunctionis nota eſt. † Deinde quia vera cau-
ſa conſuetudinis, eſt Principis, aut populi conſen-
ſus qui non minus animum ſuum actibus extraju-
50 dicialibus declarare poſſunt. † Item ex eo; quia
multò majoris authoritatis, videtur eſſe longo
tempore, & ſine dubitatione confirmatus uſus,
quam quod in contradictorio judicio fuerit ob-
tentum. Deinde quia ſi ad inducendam conſue-
tudinem eſſet neceſſaria interventa contradictio
in judiciis, ſi nunquam ea interveniret, nunquam
poſſet introduci conſuetudo, quod eſt contra juris
diſpoſitionem. Quinto; quia ut Panormit. putat
hujuſmodi requiſitum continet in ſe implicatio-
nem; quia ſi requiſita ſententia in judicio con-
tradictorio, evenit, ut ſententia jam ſupponat præ-
ceptam conſuetudinem; & tunc apertè conſtare
judicium contradictorium non eſſe neceſſarium
ad conſuetudinem inducendam, vel ſi ſententia
deſideretur ad illam perficiendam, tunc repugnare
ut detur prima ſententia juſta in favorem conſue-
tudinis: nam ante illam nulla eſt conſuetudo; ſi
per ſententiam declaratur conſuetudo perfecta
vel alia ſententia ſic confirmatur; neceſſario inde
dicendum erit conſuetudinem etiam ante primam
ſententiam eſſe perfectam: nam ſententia non
perficit conſuetudinem, ſed declarat jam perfe-
ctam eſſe.

Unde cum conſuetudo, non differat à lege niſi 51
tanquam tacitum, & expreſſum, ut dixi in Rubrica, & patet *ex dicta l. de quibus ff. de legibus*, ſequitur ut ſicut lex inducitur abſque aliquo judicio contradictorio, itaſimiliter, & conſuetudo, pro qua facit textus *in l. an in totum, cod. de ædificiis privatis, dict. l.* 1. *cod. quæ ſit longa conſuet. l. ſed et ff. de legib.*

Sequitur dicendum ad inducendam conſuetu- 52
dinem non requiri actiones judiciales; ita ut decreto & ſententia judicis in aliqua cauſa, vel cauſis juxta conſuetudinem pronuncietur, ſed ſufficere actiones vulgares, & extrajudiciales. Itaque hanc ſententiam probant Panorm. *in dicto cap. fin. hoc tit. n.* 16. & adducti à Maſcardo *de probat. dict. concluſ.* 427. *num.* 3. Menchacha *lib.* 3. *de ſucceſſion. creatione* §. 2. *num.* 144. Anton. Faber. *lib.* 1. *jurisprudentiæ prio* 11. *illat.* 1. Cujacius *lib.* 20. *obſerv. c.* 20. Donellus *lib.* 1. *commend. cap.* 10. & *ibi* Oſvald. *litt. H.* Gilhnus *lib.* 10. *obſervationum, cap.* 31. *n.* 8. ſicque in Camera Imperiali judicatum dicit Gaillius *lib.* 2. *pract. cap.* 2. *num.* 8. Salazar *de uſu*, & *conſuet. lib.* 1. *cap.* 7. & ex Theologis docent Præpoſitus *in p.* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *dubio* 1. *num.* 8. ubi Silvius *art.* 2. *concluſ.* 8. Gordonus *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt* 14. *cap.* 5. *num.* 19. Granado *p.* 2. *controv.* 7. *tract.* 3. *p* 2. *diſp.* 16. *ſect.* 2. *num.* 15. Lorca *diſp.* 29. *num.* 3. Vaſquez *diſp.* 177. *cap.* 6. Ponuus *lib.* 6. *de matrim. cap.* 6. *num.* 2. Suarez *lib.* 7. *de leg. cap.* 11. *num.* 2 Salas *in tract. diſp.* 19 *ſect.* 11. *num.* 93. & alii plures, & ita quamvis Cæſar. Varcio *decis.* 98. *num.* 12. Ludovico Cencio *deciſ* 9. *num.* 11. Vaſquez *tom.* 2. *in l.* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *diſp.* 177. *art.* 3. *c.* 6. Oſvald. cum Jaſio, & Vultejo ad Donel. *lib.* 1. *comment. cap.* 10. *litt.* G. Bobadilla *in Politica lib.* 2. *c.* 10. *num* 4. cum. Molina, & Gregorio Lopez Valenzuela *conſ.* 34. *num.* 16. dicant ad introducendam conſuetudinem requiri duos actus judiciales ſententia definitiva excutos pro ea tam præſtant intelligi ut *numeris ſeqq.*

Nec obſtant fundamenta contrariæ ſententiæ
non textus *in dict. cap. Abbate de verbor. ſignif.* quia 53
in contextura illius non fit ſermo de conſuetudine
ſed de quodam jure præſcripto eligendi de quo
non licet argumentari ad conſuetudinem. Dein-
de; quia verba *ibi* non ſunt in deciſiona, ſed in
allegatione partis, contra quam lata fuit ſententia
ut ex eodem textu conſtat; adeo ut rectè Panorm.
dixerit *ibi. num.* 13. potius contrarium ex illo textu
deduci etiam in præſcriptione.

Nec etiam obſtat textus *in dicta l. ſi quis alia*, 54
dict §. 2. *ff. quemadmodum ſervitus amittatur*, quia non facit ad propoſitum cum non loquatur de conſuetudine, ſed de amiſſione ſervitutis, quæ fit per non uſum, & dicit Conſultus non amitti per non uſum, quando non incurrit utendi occaſio; quod ad dictum *quæſt.* 2. ubi ego da ea, ao non uſus poſſit introducere conſuetudinem.

Nec textus *in dict. l. cum de conſuetudine ff. de* 55
legibus; quia reſpondeo textum *ibi* non probare judicium contradictorium, eſſe neceſſarium ad perficiendam conſuetudinem, ſed ſolum ait hoc eſſe explorandum; quia multum conferre poteſt ad probandam conſuetudinem, ut rectè Menchaca ſcribit *lib.* 3. *de ſucceſſion. creatione* §. 21. *n.* 114. & qualiter probetur, dico *infra ſub quæſtione fin.*

Nec iterum obſtat *dicta l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. quia licet
laborent interpretes putantes eam loqui de præ- 56
ſcriptione revera, ut ex ea videbis, loquitur de
conſue-

Conſuetudine; non enim in præſcriptione neceſſaria eſt ſententia; & licet, Burgos de Paz dixerit, *in l.* 1. *Tauri num.* 147. ſpeciali jure Hiſpaniæ neceſſarias eſſe duas ſententias in contradictorio judicio, ut conſuetudo confirmetur; & ſic videatur concipi ex verbis dictæ legis prætoriæ: tamen quia ex jam dictis adeo illo intellectus abſurdus eſt, ut nequaquam defendi poſſit, ſequitur, ut omiſſa etiam alia interpretatione Franciſci Suarez *lib.* 7. *de legib. cap.* 11. *n.* 7. dicendum eſſe ex Gregorio Lopez *in dict. l.* 5. *tit.* 2. *part.* 1. in verb. *fueren.*
57 *dados*, † fatendo libenter hujus legis difficultatem, non eſſe ſimpliciter ſervandam, ut ſonat; cum alias, ut dictum eſt nunquam poſſet dari verà conſuetudo contra legem. Durum enim eſſet (inquit Gregor.) ita reſtringere materiam conſuetudinis, ut per ſolas ſententias includatur. Eſt ergo prædicta lex prætoria intelligenda, ut procedat quando quis eo modo voluerit probare conſuetudinem, videlicet per ſententias, quo caſu, dum ſententiæ deſiderantur, ſuſtinetur; ſed ſi non ſit iſte modus probandi, ſed alius, ut dico, *infra*, ex quo poſſit populi conſenſus induci, non erunt neceſſariæ ſententiæ. Et ſecundùm hæc debent intelligi, & interpretari plures relati a Zevallos, *in practicis q.* 358. ubi cum infinitis ad utramque partem pro hac noſtra reſolvit cum Graveta, Corneo,
58 Vivio, Maſcardo, Burſato, & Menchaca. † Hæc enim frequentia diverſorum actuum debet eſſe de actibus uniformis, & uſitatis quia ex actibus, quide formiter ſic ceſſerunt, remanet dubium, quod populus ſervare voluerit, cum ſicut lex ita, & conſuetudo debeat eſſe clara, & certa, non obſcura: ita *ex l. nemo* §. *temporalis ff. de reg. juris.* Farin. 2. *p. deciſ.* 112. *num.* 5. lata Rota Rom. *deciſ.* 19 *num.* 6. & cum Craveta, & Menochio valenſis, *hic* §. 2. *n.* 5. conſuetudo, quæ non fuit, conformis, non attenditur, Surdus *conſ.* 449 *num.* 7. cum. multis.

Ad quintam quæſtionis partem an per ſolum
59 unum actum contrarium, interrumpatur conſuetudo. Et ſuppoſito cum Suarez *de legib. lib.* 7. *c.* 8. *num.* 14. tempus conſuetudinis ad abrogandam legem, non debere interrumpi, juxta quæ latiſſimê dixi de præſcriptione, *in cap.* 8. & 10. ideo reſpondeo breviter, ad dubium, ut unicus actus contrarius probet non obſtare conſuetudinem etiam non obſtantibus, mille actibus, qui ſtant pro conſuetudine: ſic docent Surdus, *volum.* 3. *conſ.* 293. *n.* 23. & 24. Scraderius, *de feudis p.* 10. *ſect.* 20. *num.* 157. *in fine.* Caſtrus Palao, *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *puncto* 2. §. 2. *num.* 11. ſic affirmans ex Reginaldo, & Salas, & Bonacina, idem docent Baſſeus, *in floribus Theolog. pract.* verb. *conſuetudo num.* 11. Diana *part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 4. & ſic firmaſſe Sacram Rotam in una Viterbienſi decurſus aquarum die 15. Martii 1604. dicit Gregor. XV. *in deciſ.* 162. *num.* 9. & ibi Oliverius Beltram *num.* 15. cum Surdo, & Scraderio, *dict. ſeſſ.* 20. *num.* 157. verſ. *uſque ad eo*, dicens, ut unicus ſolus actus contrarius, vel difformis illam
60 interrumpat. † Et amplius ad corroborationem adjunges quæ dixi *in cap.* 8. *de conſtit. q.* 1. verſ. *ad tertium*, ubi egi de illa quæſtione, *an actus contraventionis unus ſufficiat, ut amittatur privilegium*: appellat hanc quæſtionem difficilem Stephanus Natten noviſſima, *de vulnerata Juſtitia tit.* 9. *cap.* 1. *num.* 8. verſ. *hinc*; ſed quia non diſtinguunt Doctores, quos refert ipſe, tamen dubitationem ponens, an ille actus contrarius debeat eſſe à tota, vel majori parte communitatis, vel ſufficiat ſi ab uno homine concludit ut debeat eſſe communitatis illius conſuetudinis; ſic ut nunquam ſufficiat actus unius particularis, & ego adjuvo ſequenti ratione; quia ſi ut introducatur, debet eſſe per uſum populi; ergo & idem, ut interrumpatur; & tunc ſi nondum perfecta fuit conſuetudo, quia ſi jam perfecta eſt, non interrumpatur ex uno actu contrario, ut probat cum Bonacina, *de legib. diſp.* 1. *q* 10. *fin.* §. *puncto* 1. *num.* 33. & aliis.

QUÆSTIO. II.

An ut conſuetudo introducatur, actus debeant eſſe omnino voluntarii, & ex intentione introducendi eam, & qualiter hoc cognoſcatur. Quinam eam introducant, in qua ætate, & adverſùs quos in introducatur. Et an non uſus queat introducere conſuetudinem ubi quid in Religioſis? Et an conſuetudo contra regulam. & conſtitutionem Religionis excuſet ſubditos?

UMMARIUM.

1 L. quod non ratione ff. de legibus n. 5.
2 *Conſuetudine non diſpoſitum, nec nos diſponere debemus.*
3 *Conſuetudo introducitur per actus voluntarios, non errore, nec metu, nec ignorantia, &* num. 4.
4 *Conſuetudinis vis tota eſt in conſenſu populi.*
5 *Conſuetudo errore populi introducta, nec ad diſſimiles caſus prodeſt, exemplificatur,* n. 6. 7. 8. & 9.
6 *Conſuetudo inducta ex aliqua cauſa exiſtimata vera, aut licita, ſi ita non fuerit, non valebit, errore detecto.*
7 *Conſuetudo celebrandi feſtum talis ſancti in aliquo loco; eo quod exiſtimaretur ibi ſepultum ſi ita non ſit, ea non valet.*
8 *Conſuetudo, & auriga non ſit obligatus de periculo vini, quod in plauſtro defert, ſi Dominus vini defert, nulla eſt.*
9 *Conſuetudo non inducitur; eo quod populus conſueverit non extrahere frumentum à civitate, credens ſibi prohibitum, ſi appareat contrarium.*
10 *Facta exequuta juxta exiſtimatam conſuetudinem, non irritantur eo quod error detectus ſit.*
11 *Error communis Jus non facit.*
12 *Conſuetudo inducitur, quando actus fiunt intentione eam inducendi, non ſi ex devotione,* num. 14.
13 *Conſuetudo ex devotione incepta poteſt ex animo vere introduci tempore.*
14 *Conſuetudo non inducitur ex devotione ſalutandi Virginem ad ſonum campanæ, nec jejunandi in Sanctorum vigiliis, nec ſumendi aquam benedictam in ingreſſu Eccleſiæ, nec panem Benedictum in diebus Dominicis, nec cinerem Benedictum in die cineris, & Ramum in Dominica Palmarum, &c.*
15 *Conſuetudo non introducitur; eo quod ex Urbanitate*

nitate aliquem ſalutet populus, ſeu beneficium præſtaret tempore multo.

16 *Conſuetudinem habens recitandi officium Beatæ Mariæ in choro, vel extra ex devotione, peccat, ſi illud omittat.*

17 *Conſuetudo recepta in aliquo populo agendi diem feſtum, & audiendi Sacrum, vel jejunare, obligat.*

18 *Conſuetudo ex animo introducta, intelligitur ſi concurrant conditiones quatuor, ut n.* 19. 20. 21. & 22.

23 *Conſuetudo ſi dubitetur quo animo inducta potius ex devotione cenſetur.*

24 *Obligari nemo præſumitur in dubio.*

25 *Conſuetudo introduci poteſt à quocunque populo, & non à privatis hominibus,* numero 27.

26 *Conſuetudo introduci queit à communitate Eccleſiaſtica, ſed non a familia particulari,* num. 27.

27 *Familia particularis, quando in primogeniis, & aliis introducere queat conſuetudinem.*

28 *Conſuetudo à ſeniori parte populi introducta, etſi minor ſit, valet.*

29 *Communitas populi Laicorum, poteſt introducere conſuetudinem circa rem Eccleſiaſticam, ut in jejunio, & obſervatione alicujus feſti.*

30 *Mulieres, ſicut nec legem faciunt, ſic nec conſuetudinem, niſi inter ſe ipſas tantum,* num. 31. *ubi exemplificatur.*

32 *Conſuetudinem introducere nequeunt pueri, ebrii, amentes, & alii.*

33 *Actus unius perſonæ non infertur ad conſuetudinem.*

34 *Ætas* 21. *annorum requiritur in hominibus conſuetudinem introducentibus.*

35 *Conſuetudo tantum queit introduci adversùs ſubditos, & non obligat extra territorium,* num. 37.

36 *Conſuetudo, num obligat Principem, vel ſenatum, ſeu, an illa, quæ civitatis eſt obliget forenſes, remiſſivè.*

38 *Conſuetudo non obligat exteros, & peregrinos, niſi veniant animo commorandi.*

39 *Conſuetudo obligat quemadmodum, & lex extendens ſe ad Regnum, vel provinciam, ſeu territorium ſpeciale.*

40 *Conſuetudo Laicorum qualiter obliget clericos indirectè.*

41 *Conſuetudo introduci nequit ex non uſu, qui præcisè non uſus eſt, nec æquivalet uſui contrario* n. 42. & 43.

42 *Lex cenſetur ſervari uſu ex præſumptione juris, donec contrarium probetur, & qualiter,* num. 44.

45 *Uſum contrarium, quando non uſus involvat.*

46 *Non uſus rarò contingens non derogat legi, & ex quibus actibus aliquando conſuetudinem introducat.*

47 *Privilegium Principis quoto tempore ex non uſu amitatur: ubi de nundinarum privilegio: & quæ requiratur ad amiſſionem,* num. 48.

49 *Privilegium numquam amittitur, ſi non offeratur occaſio eo utendi.*

50 *Privilegia Religioſorum per non uſum non amittuntur, niſi tranſactis annis ſexaginta, vel centum; ubi de nonnullis, ſic conceſſis*

51 *Conſuetudo poteſt abrogare conſtitutionem, & regulam alicujus Monaſterii, ſi non eſt contra ſubſtantialia,* n. 52.

AD primam quæſtionis partem quod non requirantur actus voluntarii videtur probari ex textu *in l. quod non. ratione ff. de legib.* ibi *Quod vero quod non ratione introductum eſt, ſed errore primum conſuetudine, deinde obtentum in aliis actibus ſimilibus non obtinet;* quæ verba ſignare videntur conſuetudinem, errore inductam validam eſſe, quoad illam materiam, circa quam inducta eſt non tamen eſſe extendendam ad ſimiles, ut notat Bartol. *in l. de quibus num.* 11. *ff. de legibus*, Panormitan. & Butrius *in cap. fin. hoc titulo*, nam cum ſit ſtricti juris, ut notant Bartol. *in l.* 1. §. *hoc interdicto ff. de itinere, actuque privato*, Natta *conſ.* 555. *poſt num.* 5. in ea nihil ſuppleri debebit ultra ſolitam obſervantiam: ſic Alex. Ludoviſ. *decis.* 16. *num.* 6. † Ubi addit quod 2
ubi non diſponit conſuetudo nec nos diſponere debemus, ſic cum Baldo *conſ.* 175. *circa finem lib.* 2. Aymon. *conſ.* 30. *n.* 5.

Adhuc verò eſt abſolutè dicendum ad indu- 3
cendam legitimam conſuetudinem requiri actus voluntarios, & conſequenter non ex errore, nec ignorantia eos poſſe ſufficere. Et eſt ratio; quia hujuſmodi actus conſuetudinem non inducunt, niſi ratione conſenſus populi ut jam dixi *quæſt.* 1. ergo quoties actus non fuerint voluntarii, quibus declaretur conſenſus non inducent conſuetudinem, cum conſenſum non pariant probat gloſſa *in dict. cap. fin. tit. & in cap. fruſtra diſt.* 8. Innoc. *in Rub. de conſ. n.* 4. Bartol. *in l.* 2. *cod. quæ ſit. longa conſuetudo q.* 17. † Et aperte probatur ex textus *in* 4
dict. l. de quibus de legib. quatenus docet totam vim conſuetudinis eſſe in conſenſu populi; ſed cum eis per errorum tollatur, *l. ſi per errorem* 15 *ff. de juris. omnium Judicum*, ut etiam ſignat textus *in l. ſed & ea ff. de leg.* ſequitur ut debeant eſſe tales actus omnino voluntarii; adeo ut ſi per vim, aut metum gravem, populus aliquid faceret etiam per longum tempus, utique talis non ſit conſuetudo ſufficienter introducta, ut habetur ex ſacra Congreg. Rotæ in una Giennenſi portionis Die 13. Novemb. 1613. coram Burato *p.* 1. *deciſ.* 19. *n.* 11. Diana *p.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 9. Præpoſitus *in p.* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *dub.* 1. *num.* 6. Granado *in p.* 2. *D. Thomæ controverſ.* 7. *tract.* 3. *p.* 2. *diſp.* 16. *ſect.* 2. *num.* 16. ubi ſic ait neceſſe eſt ad obligationem conſuetudinis eam non eſſe introductam errore facti, vel juris; ſi enim populus putaverit propter aliquam deceptionem obligari ſe, aut dari cauſam, quæ verè non datur non manebit obligatus; debet in quam conſuetudinis obligatio oriri ex libera libera voluntate eorum, qui ſe obligare voluerunt; error enim impedit liberum conſenſum.

Nec obſtat Bart. & antiquorum ſententia per textum *in dict. l. quod non ratione*; quia rejecta Sua- 5
rez *interpretatione lib.* 7. *de legib. c.* 14. *a num.* 3. dicentis textus illius verba intelligi, non de vera conſuetudine, ſed de præſcriptione, cum ibi de conſuetudine ſit mentio; & quia in præſcriptione non ſit locus exceptioni de caſu ad caſum; quantumvis ſimilem adeo ut fatua eſſet alias juri conſulti dubitatio exiſtimo reſpondendum juris conſultum in ea lege docere, conſuetudo illa non obtineat in illis caſibus ſimilibus, id eſt in illis caſibus qui poſt compertum errorem contingunt nam talis conſuetudo non poteſt rationem vin-

cere-

cere verbum enim *in aliis ſimilibus*, intelligendum
eſt, non tantùm in genere ſed in ſpecie, quaſi ſen-
ſus ſit conſuetudinem errore populi introductam
non ſolùm non poſſe ad conſequentiam produci,
ſed in ſimilibus caſibus obὸnere, in quibus antea
obtinuit : ſic interpretatur Anton. Faber. *in dicta
l. quod non ratione.*
6 Unde venit dicendum quod ſi conſuetudo ali-
qua eſſet inducta; quia credebatur, tale vel tale
opus non eſſe prohibitum jure eo ipſo, quod con-
ſtaret eſſe prohibitum non obligaret conſuetudo
7 illa; quippe quæ ob errorem inducta eſt; † & ſi-
militer ſi conſuetudo eſſet inducta celebrandi fe-
ſtum talis Sancti in aliquo oppido; quia exiſtima-
bat ibi eſſe ſepultum corpus ejus; ita ut hæc fue-
rat adæquata cauſa celebritatis ſi conſtaret eam
fuiſſe deceptionem; quia ibi Sanctus ille ſepultus
non erat ceſſabit conſuetudinis obligatio : videndi
ſunt Suarez *dict. lib. 7. de legib. cap.* 12. Cordonus *in
ſumm. tom.* 1. *lib.* 2. *q.* 14. *c.* 5.
8 Et facit aliis duobus exemplis gloſſa *in dicta l.
quod non ratione*, & Panormit. *in dict. cap. fin. hoc
tit.* Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 30. *punct.* 2.
§. 3. *num.* 11. videlicet, ut ſi conſuetudo ſit aurigam,
obligatum non eſſe de periculo vini, quod in
plauſtro defert, ſi Dominus uni plauſtrum com-
mittatur; eo quod exiſtimet nullum jus habere,
nulla eſt conſuetudo; quia fundamentum illius,
eſt error, quo ceſſante, evaneſcit conſuetudo;
9 ſecus ſi ex errore alio aducta foret. † Et hac ra-
tione dicunt Suarez *num.* 5. adversùs Rochum, &
Diana, *dict. part.* 6. *tract. ſub. reſolut.* 9. quod ſi po-
pulus conſuevit non extrahere frumentum è civi-
tate; quia credebat id ſibi eſſe prohibitum, non
ideo conſuetudinem obligantem, eſſe quia non
obtinuit ab illa actione animo inducendi conſue-
tudinem obligantem, eſſe quia non obtinuit ab
illa actione animo inducendi conſuetudinem, ſed
animo obſervandi legem, quam ſibi eſſe poſitam
exiſtimabat.
10 Pro complemento notabis quod ea facta, quæ
durante errore, obſervata ſunt, non revocantur,
ſicut quæ decreta ſunt à ſervo, qui communiter,
& Liber, & Prætor exiſtimabitur, ut *in l.* 3. *ff. de offi-
11 cio Prætor.* † non quia communis error jus faciat,
ut vulgus, *in l.* 3. *perperam putavit*, ſed propter
publicam utilitatem, ut *in dict. l.* 3. *l. Pater furioſo
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*, ut ſubvenia-
tur illis, qui juſto, & probabili errore decepti
ſunt : argum. textus, *in l.* 3. §. 1. *ff. ad Macedonian* :
ſic Doctores, qui etiam in hoc ſenſu intelligunt
textum *in l.* 3. § *fin. ff. de ſuppellectili legata.*
12 Ad ſecundam partem difficultatis; quia inter
conditiones conſuetudinis, ea etiam eſt, quod
aliquid obſervetur ex conſuetudine, tanquam
neceſſarium, & non ſolùm ex devotione; ut tra-
dit Monteſinus *in part.* 2. *D. Thomæ diſp.* 23. *q.* 12.
num. 223. ut ſit habeat legis vim, ideo bene Sacra
Rota in una Giennenſi potionis 31. Novemb. 1613.
coram Buratto, *p.* 1. *deciſ.* 19. *num.* 14. ſtatuit con-
ſuetudinem tunc induci, quando actus efficiuntur
animo, & intentione, eam inducendi, uti etiam
ex jam dictis apparet.
13 Quare ſic tenentes Villalobos *in ſumm. part.* 1.
tract. 2. *dif.* 38. *num.* 10. Montes, *ſupra.* Bellarm.
lib. 4. *de Romano Pontifice cap.* 18. Suarez *d. lib.* 7.
cap. 14. *num.* 6. Salas *in eodem tract. de leg. diſp.* 19.
ſect. 11. *ſub. num.* 92. Azorius *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 18.
quæſt. 5. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 494.
num. 2. Præpoſitus *in part.* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97.
art. 2. *concluſ.* 8. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3.
punct. 2. §. 3. *n.* 12. Diana *dict. part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 10.
Ubigens *in part.* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *art.* 2. *n.* 24.
dicunt ad judicium ſaciendum de conſuetudine
attendendum eſſe; quia intentione fuerit in-
cœpta, & continuata addentes requiri, ut tem-
pore requiſito ad præſcriptionem, continuata fue-
rit conſuetudo animo inducendi obligationem,
etiam ſi à principio ex devotione fuerit incœ-
pta.
Verum ipſi Doctores reſolvunt quod ſi tan- 14
tùm ex devotione fuerit incœpta, & continuata,
tunc nullam obligationem ex ea conſuetudine in-
duci; quemadmodum eam non inducit conſuetu-
tudo Salutandi Virginem ad ſonum Campanæ,
jejunandi in ſanctorum Vigiliis, ſumendi aquam
Benedictam in ingreſſu Eccleſiæ, panem Benedi-
ctum in diebus Dominicis, & cinerem Benedi-
ctum prima die Quadrageſimæ, & Ramum in
Dominica Palmarum, recitationem matutini ante
miſſam. † Vel ſi ex Urbanitate, aut liberalitate 15
alicui obſequium, vel beneficium præſtaret po-
pulus, etiam multo tempore, ſic prædictis, & aliis
exemplis declarantes, & ſic Monteſinus, *ſupra*,
† addidit ut qui habent conſuetudinem recitandi 16
officium Beatæ Mariæ in choro, vel extra cho-
rum propter ſolam devotionem, non peccent
omittendo illud; quia non eſt conſuetudine re-
ceptum apud illos, quod illud recitare ſit neceſſa-
rium. † Sed dicit cum Soto, ut quando conſue- 17
tudine receptum ſit in aliquo populo agere diem
feſtum, & audire Sacrum determinato aliquo
die, vel jejunare aut abſtinere ab uſu carnium;
ita quod ſit receptum iſtud conſuetudine, & tan-
quam neceſſarium ad non peccandum, & tunc ta-
lem conſuetudinem habere legis vim ſic etiam
relati.
Sed tertiam quæſtionis partem etſi Ubigens 18
in part. 2. *D. Thomæ dict. quæſt* 97. *art.* 3. *concluſ.* 3.
num. 29. exiſtimet ut prudentis arbitrio relinqua-
tur cognitio, quando conſuetudo, fuerit intro-
ducta animo inducendi obligationem; ſed quia
in eo agnoſcendo poteſt eſſe magna confuſio;
ideo exiſtimo breviter ſic tenendum; dum tamen
prudentes conſiderent ex quatuor conditionibus
poſſe deduci introductam conſuetudinem animo
obligandi veluti ſi conſuetudo ſit rei gravis dif- 19
ficilis, & communiter ſervata à populo; quia
non ſolet populus convenire uniformiter in his
actibus, niſi quando ſe obligatum ſentit. † Vel
ſi viri timorati male ſentiant de his, qui non ſer- 20
vant conſuetudinem, vel communiter populus
ſcandalizatur. † Vel ſi Prælati & ſuperiores pu-
niant violantes conſuetudinem. † Vel ſi materia
conſuetudini, vel ejus obligatio multum confe- 21
rat reipublicæ : ita explicant Suarez *de legib. dict.* 22
lib. 7. *cap.* 15. *num.* 13. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3.
puncto 2. §. 3. *num.* 13. Præpoſitus *in p.* 2. *D. Thom.
quæſt.* 97. *dub.* 1. *num.* 7. Megalius *in promptuario*
verb. *conſuetudo num.* 5. Jacobus Gordonus *in ſum.
tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *quæſt.* 14. *num.* 16. dicentes ut
quælibet harum conjecturarum, ſit non leve ju-
dicium, inductæ obligationis in ea conſuetu-
dine.
Quod ſi dubites quod dicendum eſt, quando 23
eſt dubium, an conſuetudo ſit introducta animo
inducendi obligationem. Reſpondeo cum Baſſeo,
in floribus Theologiæ practicæ, verbo *conſuetudo
num.* 7. Diana *part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 12. quod in du-
bio, an conſuetudo fuerit inducta animo ſe obli-
gandi,

gandi, ſeu ex devotiona, potius ex devotione
inductam præſumi, quia nemo videtur velle ſibi o-
nus imponere, nec obligare, niſi aliter conſtet de ip-
ſius voluntate. Et ſic Doctores reſolvunt, ut ſi non
ſtet de animo, & cæteris paribus adhuc dubium
ſtet, tunc habenda ſit talis conſuetudo devotio-
nis potius, & boneſtatis, quàm juris, & obliga-
24 tionis. † Ex ea regula generali, quod in dubio
nullus præſumitur ſe obligare: ſic etiam docent
Suarez dict. lib. 7. cap. 15. num. 15. Villalob. in ſum.
tom. 1. tractatu 2. differ. 39. num. 3. Caſtr. Palans
tom. 1. tract. 3. diſp. 3. punct. 2. §. 3. num. 13. Bonacina
de legibus diſp. 1. quæſt. 1. puncto ultimo, §. 3 num. 21.
Ubigens in § 2. D. Thomæ quæſt. 97. art. 3. num. 29.
non enim ait Baſſeus quælibet conſuetudo obligat
ſub peccato mortali, ſed ea ſolum, quæ inducta
fuit per modum præcepti, &c.

25 Ad quartam quæſtionis partem, quinam queant
introducere conſuetudinem; reſpondeo quod
etſi nonnulli exiſtimarent eam introduci tantùm
à populo Romano, verius tamen eſt, ut ea intro-
duci poſſit à quocumque populo, & Republica
qui etſi legem ferre non poſſit, poteſt tamen con-
ſuetudinem introducere vim legis habentem ex
doctrina textus in l. omnes populi ff. de Juſtitia, &
in l. an in totum ff. de ædificiis privatis; non enim
perſona quælibet particularis queit introducera
26 eam, niſi populus. † Imò etiam communitas Ec-
cleſiaſtica, quæ ſufficit ad eam introducendam
contra jus Canonicum; quia etſi Clerici de facto
nequeant leges facere; ſunt tamen capaces ad
eas faciendas & ſimiliter communitas populi Lai-
corum: ſic Bartol. Jaſon. Panormitant. Roque, &
Suarea quos refert, & ſequitur Villalob. in ſumm.
p. 1. tract. 2. diffic. 33. num. 4. idem. Suarez lib. 7. de
legib. cap. 9. Caſtrus Palaus num. 1. tract. 3. diſp. 3. Sa-
las diſp. 19. ſect. 11. à num. 90 Diana p. 6. tract. 7.
ref. 14. Et dicens cum multis Molina de primogen.
quod conſuetudo non poteſt introduci, niſi à Po-
pulo vel ejus majori parte: ſic lib. 2. cap. 6. num. 3.
qui dum laté agens de ea quæſt. à num. 1. duas con-
27 trarias opiniones referens. † An una familia, ſeu
progenies poſſit conſuetudinem introducere, ut
in ea jure primogenituræ ſuccedatur ſequutus à
n. 2. & 3. negativam ex jactis ſundamentis; quia
ſcilicet conſuetudo non poteſt, niſi à populo, vel
ejus majori parte introduci non inquam à parte
aliqua civitatis, niſi ea pars habeat juriſdictionem,
vel tacito conſenſu populi ſit confirmata; quæ ſi
immemorialis ſit præſumitur ex tanti temporis
lapſu, ut venerit in populi notitiam: & hoc in
caſu admittit conſuetudinem unius familiæ, quæ
juriſdictionem non habet, ſi conſtituat tertiam,
vel quartam partem civitatis cum majori parte
populi, limitans num. 7. per leg. 13. Tauri, quam latè
extortat in conſuetudine immemoriali, in qua ſo-
la familia poterit talem conſuetudinem introducere,
etiam quod non conſtituat tertiam, vel quartam
partem civitatis; & eſto quod non juvetur à ma-
jori parte populi, & hoc ut ait num. 13. quia
conſuetudo immemorialis, vicem legis conſtitutæ
atque privilegii habet, ut infra dico, & Molinæ
additionatores, dicunt ut ea ſit potentior privile-
gio, & ipſe ibi à num. 9. latè agit de ea quæſtione
an conſuetudo immemorialis, de qua in dicta l. 41.
Tauri, vera conſuetudo ſeu præſcriptio appellanda
ſit; ſed Barboſa in cap. fin. hoc tit. num. 20. refert ex
Menochio Valaſco, & Cotta, ut una familia poſſit
conſuetudinem introducere, & ego intelligo de
conſuetudine, tantùm particulari, veluti uſus.

Et Monteſinus in p. 2. tom. 2. diſp. 23. quæſt. 13. 28
num. 222. dicit quod licèt conſuetudo ſit introdu-
cenda à majori parte communitatis, quæ poteſt
illam inducere, ſed quando eſt contra legem prio-
rem, & minor pars ſeniorum prudentiorum, ac
præcipuorum civium, ſciente Principe, aut Superio-
re, recipit talem conſuetudinem, nec Princeps punit
alios, cum poſſit tunc, quia videtur in hoc conſen-
tire, poſſit talis conſuetudo habere vim legis; quia
quamvis ſit à minori ſecundùm numerum; eſt ta-
men à majori ſecundùm qualitatem; & addit, ut
poſtquam conſuetudo eſt tacita, vel expreſsè ap-
probata à Superiore, teneantur cæteri abſque du-
bio illam ſervare, ita ut ſi ſit generalis conſuetudo
Regni, aut Provinciæ, omnes illius Regni, aut
Provinciæ, teneantur ſervare, ſin autem alicujus
ſpecialis oppidi, omnes Oppidani.

Item communitas populi Laicorum poterit in- 29
troducere conſuetudinem circa rem Eccleſiaſti-
cam, veluti in jejunio, ſeu in obſervatione alicujus
feſti, quia fieri cenſetur ex tacito Prælati Eccleſiæ
conſenſu: ſic Villalobos ſupra, quia etiam addit ut
communitas mercatorum queat inducere conſue-
dinem in ſuis commerciis, in aliis non item, cap. 3.
infra hoc tit. & ex dictis ſuprà de conſtit. in cap.
Eccleſia Sancta Maria, & in cap. 2. quæſt. 3. & in
cap. 8. de jud.

Dubium eſt an mulierum communitas queat 30
inducere conſuetudinem habentem obligandi
vim. Et quia mulierum cætus dicitur incapax ad
plura requiſita juris juxta nonnulla, quæ dixi, &
notavi ſuprà in Rub. num. 8. & ſub Rubrica de æta-
te, & quæſt. ubi quod mulieres nequeunt ordinari,
ideò videtur ut nunquam mulieres poſſint intro-
ducere conſuetudinem habentem obligandi vim.
Sed quia per text. in cap. dilecta de majorit. & obed.
videtur, ut præcepta Abbatiſſarum obligent com-
munitatem, ſicque juriſdictionalia exercere ſecun-
dùm quæ latè ſcripſi in cap. novit de judic. quæſt. 9.
à num. 26. uſque ad finem. † Reſpondeo ad du- 31
bium in præſenti cum Suarez dicto lib. 7. de legib.
cap. 9. Caſtro Palao tom. 1. tract. 3. diſp 3. punct. 3.
Salas diſp. 19. ſect. 11. à n. 90. Diana dict. p 6. tract. 5.
ref. 14. & 15. Villalobos, dict. diffic. 38 num. 4. Mon-
teſinus dict. p. 2. diſp. 23. q. 13. n. 220. ut quamvis
verum ſit quod mulieres regulariter non poſſint in-
troducere conſuetudinem generalem obligantem
omnes, etiam viros ſicut regulariter non ſunt ha-
biles ad condendas leges, benè tamen per ipſas
mulieres introduci poſſit conſuetudo habens vim
legis obligantis ipſas, & non viros, ut ſi in aliquo
loco eſſet conſuetudo, quod mulieres audirent
Sacrum in Sabbato, vel jejunarent feria ſexta in
honorem Beatæ Mariæ, & exemplificant Bartol. in
dicta l. de quibus ff. de legib. Suarez, & Villalobos
ſupra in Monaſterio Monalium, dum accedat taci-
citus, ſeu expreſſus populi conſenſus.

Nec omnes etiam viri, aut major errorum pars 32
alicujus Regni, Provinciæ, ſeu populi, aut com-
munitatis, ſunt habiles ad inducendam conſuetu-
dinem, niſi in id concurrant habentes aſſenſum
plenum, quare pueri, ebrii, amentes, & alii hujuſ-
cemodi, ſicut non ſunt habiles ad præſtandum
conſenſum, ita nec ad faciendam legem, & con-
ſuetudinem. Ob idque dici debere ut major pars
non debeat computari ex parte iſtorum: ita ut di-
cunt Diana dict. ref. 15. & expreſſius Monteſinus
dict. quæſt. 13. ſub dicto num. 220. † Ut cumque 33
tamen ſit de ſuper dictis unum concludes ut nun-
quam ex actu unius perſonæ inferatur benè ad
conſuetu-

conſuetudinem ex traditis per Rochum *de conſuetudine num.* 370. *& ſub num.* 380. Alex. Ludoviſ. *decif.* 162. *n.* 12.

34 Ad quintam quæſtionis partem de ætate, in qua debent aſſe homines conſuetudinem introducentes, ſuppoſitis quæ dico in verſ. *ad quartam*; nempé ut debeat iotroduci à majori parte populi, cum quod exorditur D. Didacus de Narbona *à num.* 21. *quæſt.* 3. noſtram difficultatem dicens *num.* 2. ut quia conſuetudo debet eſſe rationabilis, ut jam *ſupra* dixi, & dico *in cap. fin. hoc tit.* & infaotes ante lapſum ſeptennii, nullam rationem habeant; ideò inhabiles eſſe ad eam iotroducendam: nam, ut dicit Conanus, *lib.* 1. *comment. cap.* 10. *propè medium*, conſuetodo eos tantùm ſuis legibus implet à quibus conſtituitur, quod in infantibus non procedit. Tota ergo difficultas eſt de conſtitutis ultra eam ſeptennii ætatem; ſed vera reſolutio eſt, ut licet quis coofuetudine obligetur ab ipſo obligationis initio, ſic frangens legem peccato irritatur. Sed quia ad introducendam conſuetudinem plena jodicii ratio, & prudentia debet intervenire; ideò mirum non eſſe, ut major prærequiratur ætas; & ſic quemadmodum ad legis conſtitutiooem videtur habilis ille, qui reſpectu legis naturalis, talis habetur; ita & ille ad inducendam conſuetudinem admittetur. Et comprobatur; quia conſuetudo debet eſſe virorum prudentum conſultum, ut legem definit Conſultus *in l.* 1. *ff. de legibus.* Ergo cum conſuetudo obliget legis inſtar, ſequitur, ut alio qui immeritò lex appellaretur ex Julbn. *in §. conſtat inſt. de jure natur. gent. & civili, cap. conſuetudo* 5. *diſt.* 1. & ob id Diana *p.* 2. *tract.* 12. *reſ.* 17. verſ. *non gravior* Villalobos *in ſumm. tom.* 1 *tract.* 24. *dub.* 20. *num.* 9. Narbona *dict. quæſt.* 3. *à num.* 5. *&* 8. requirunt in eam introducentibus annos 21. cum in illa cenſeatur Legislatot non imprudens, juxta illud ſcripturæ *n.* 1. *ubi cum præcepto Dei Populus Iſraeliticus numeraretur tantùm qui viginti annis extiterant in populum reputabantur*, quaſi hac ætate minores populi vix eſſe credentur.

35 Ad ſextum quæſtionis partem, adverſùs quos introducatur conſuetudo, breviter reſpondeo, hoc judicium eſſe faciendum juxta illa, quæ dixi *ſub. Rub. de conſtitutionibus*, ubi quemadmodum lex obligat ſubditos; ita & conſuetudo, habita ſolùm differentia, circa modum inducendi, obligandi, & tempus ad id præciſum, de quo jam dixi in hac, & præced. quæſtione. In hac enim parte obligandi ſubditos conſuetudu legi æquiparatur; ita ot ſicut lex obligat ſubditos, ſic & conſuetudo, & ſicut lex non obligat extra territorium, pro quo fertur, ita nec conſuetudo. 36 † Quare ſi dubites an conſuetudo obliget Principem, vel Senatum Supremum, recurres ad dicta *ſub cap.* 1. *de probat.* & ad repetita *ſub tit. ſupra de conſtit.* & *ibi ſub præmiſſo cap. cum omnes* 6. *num.* 9. & *ibi in cap.* 1. *q.* 5. verſ. *ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam.* Item ſi dubites an conſuetudo civitatis, vel territorii obliget forenſes, applicabis quæ dixi *in dicta Rubr. de conſtit. tota quæſt.* 14. ubi ao peregrini advenæ, forenſes, ac alii ſimiles obligentur legibus, ac ſtatutis populi, ubi degunt. 37 † Et an conſuetudo obliget cives extra territorium, aliqua *ibi in Rub. ſub. q.* 9. *&* 10. in quibus omnibus, & ſimilibus alia circa coofuetodinem non refero; quia eadem ratio militat ad obligandum, ac in legibus, vel ſtatutis ſcriptis, propter rationem fundamentalem quod conſuetudo legitimè introducta, eſt vera lex, & ab eadem poteſtate, & juriſdictione procedit ſolùmque differt in modo, ut dixi, qui non variat rationem obligandi in omnibus.

Itaque evenit, ut quæ de lege humana uberius dixi *in dicta Rubrica, & tit. de conſtitut.* Doctores ad conſuetudinem applicent, inter quos Suarez *de legib. lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 8. & Azorius *lib.* 5. *inor tom.* 1. *cap.* 18. *quæſt.* 13. Salas *de legib. dict. diſp.* 19. *ſect.* 16. *num* 106. & alii docentes conſuetudinem non ligare exteros, & peregrioos, niſi vemant animo commorandi, juxta quæ dixi longiſſimè *in dicta Rub. quæſt.* 14. oec ſubditos extra territorium, ut fatentur omnes per textum *in cap.* 1. *de conſt. lib.* 6. de cujus materia plane dixi *ſub dict. Rub. & tit.* 38

Unde dici debet ut quemadmodum lex univerſalis totius Eccleſiæ obligat omnes Chriſtianos indiſtinctè, vel ſi tantùm lex ſit ſolius Regni alicujus, aut Epiſcopatus, obligabit tantum omnes iſtorum diſtrictuum reſpectivè ad incolas; & ſic de cæteris commonitatibus, juxta quæ dixi *ſub dicta Rub. & in cap.* 1. *& dict. cap. cum omnes*, ita ſimiliter dicatur de conſuetudine univerſali quæ, qualis ea poſſit eſſe, dico *infra quæſt. ſequenti*, tenent relati Suarez, Azor. & Selas; item, & Diana *p.* 6. *tract.* 5. *reſol.* 17. qui etſi dubitet *ibi quæſt*, 16. an conſuetudo Laicorum, poſſit Clericos obligare, & dicat non obligare in materia civili, in qua requiritur aſſenſus Principis ſæcularis; aliter verò in materia Eccleſiaſtica, ſeu ſpirituali, accedente Prælati ſpiritualis conſenſu, ut latius ſcribunt etiam Suarez, *dicto lib.* 7. *de legib. cap.* 16. *à num.* 9. Salas *dict. diſput.* 19. *ſect.* 15. *num.* 115. Azorius *tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 18. *quæſt* 12. Gordono *in ſumma tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *cap.* 6. *num.* 21. Ubigeoſ. *in p.* 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *n* 32. Silvius *in p.* 2. *D. Thomæ, quæſt.* 97. *art.* 2. *concluſ.* 10. 39

† Diceotis ut conſuetudo Laicorum non poſſit obligare Clericos, niſi, vel indirectè, ſicut in materia, quæ concernit ſimul Clericos, & Laicos, vel niſi interveniat tacitus conſenſus Eccleſiaſtici Superioris, ideò adjunges quæ latiſſimè per quæſtiones dixi *ſub cap. Eccleſia Sancta Maria* 10. *de conſtit.* & aliquas quæſtiones adjuncta, ſignanter tantùm alibi tractatas *in cap.* 8. *de judic.* & *alibi ſuprà in principio Rubricæ, hujus tituli de conſuetudine.* 40

Ad ſeptimam quæſtioois partem, an non uſus queat iotroducere conſuetudinem: & adjunctis hic, quæ ſolent Doctores tractare ex reg. textus *in cap. penult. de reſcript.* ubi etſi aliter Pontifex ibi loquatur, ea occaſione Doctores diſputaot, nempè an privilegium amittatur non uſu, ſicut etiam de reſcripto *in cap. plerumque*, *& in cap. ſin autem ſuprà de reſcript.* jam breviter ad propoſitam difficultatem reſpondeo, ut merè non uſus nullo modo queat conſuetudinem inducere, ac inferre, quæ habeat legis vim, cum ſolus uſus, ut jam dixi *q.* 1. eam inferat; eatenus enim conſuetudo, acquirit juris robur, quatenus eſt in uſu, quod eſt tenendum ut docent Lorca *in p.* 2. *D. Thomæ, tom.* 2. *diſput.* 29. *memb.* 3. *de legib.* Diana *p.* 6. *tract. reſ.* 18. *in fine*, oec obſtat Villalobos *in ſumm.* qui *tom.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 39. *num.* 12. dicat, ut non uſus continens actum tacitum contra legem, inducat conſuetudinem, in contrarium plura exempla adducens, quia ea poſſunt tendere ad aliam difficultatem, ſcilicet, an ex non uſo, ceſſet legis obligatio, ad quod applicabis quæ latè dixi *in Rub. de conſtit. quæſt.* 4. & melius *quæſt.* 5. *aliqua quæſt.* 7. & *alibi in eo tit.* † Et ad propoſitum idem Lorca, Burgos, *in l.* 1. *Tauri*, 41 42

Panormit.

Panormit. *in cap. quamvis de Clerico conjugato*, Sylveſter in verb. *conſuetudo quæſt*. 8. afferunt non uſum, ſi præcisè non uſus ſit; & non æquivaleat uſui contrario, atque illum involvat, nullo tempore diuturno ſufficiens ſit, ut deroget legi; quia ut dixi conſuetudo, uſus eſt, quæ in non uſu nequit conſiſtere.

Eſt enim juris præſumptio leges uſu ſervari,
43 donec contrarium probetur, Cinus *in l.2. cod. quæ ſit longa conſuetudo*, Stephanus Natten. *de Juſtit. vulnerata tit.9.cap.2. num.* 3. ubi ex Jaſone *in l. illam. num.* 8. *de collat.* & ex aliis refert illud vulgatum. *Quod lege non cavetur, in practica non habetur* Ubi Capeſſenſ. nova intendentes ſine cauſa.
44 † Addit *num.* 4. prædictam præſumptionem ejus eſſe roboris, ut obſervantiam legis ſcriptæ contrariam alleganti, non ſufficiat ſolùm probatio, non uſus, ſed & neceſſe ſit, ut probetur, & caſum in lege, vel conſtitutione comprehenſum eveniſſe; & tamen longo retro tempore contrarium obſervatum fuiſſe: argum. *l. ſancimus cod. de teſtam.* Hondend. *conſ.*110. *num.*12. *volum.*1. nam lex per non uſum, non, ſed per contrarium uſum tollitur Felin. *in cap.* 1. verſ. *limita ſecundo de Treug. & pace* Farin. *conſ.* 38. *num.* 108. ubi tradit quod non ſufficiat dicere quod talis lex non ſit uſu recepta; adeo ut ſi civitas non uteretur hac, vel illa lege corpore juris inſerta; quia forte caſus hujus, vel illius legis non eveniret non tollatur; quia requiritur non uſus habens contrarios uſus, Jaſon. *l.* 38. *n.* 33. *ff. de legibus*. Gail. *lib.*2. *obſervat.*6. *num.* 3. & idem Natten. *dict. cap.*2. *num.*6. addit nec ſufficere actus in contrarios eſſe factos, niſi probetur quod habuerint effectum; & quod talis obſervantia venerit ad majorem partem populi qui, & alia ſcribit, & leges Ciriacum *ſub centr.* 57. ubi quando privilegium amittitur per inuſum, aut non.

Sin autem dubites quando non uſus involvat
45 uſum contrarium, reſpondeo breviter cum eodem Lorca, & aliis, quod tunc non uſus involvit uſum contrarium, quando lex præcipit affirmativum, & prævalet non uſus ejus, tunc enim hoc in caſu ceſſatio ab opere, & non uſus, uſus quidam erit; ſed hoc dicit eſſe intelligendum, quando ceſſat præcepti uſus, occurrentibus occaſionibus, & materia agendi: quo pacto poterit intelligi relatus
46 tus Villalobos *ſuprà*. † Qui etiam, item & Lorca dicunt quod ſi materia rarò occurrat, non uſus inſufficiens eſt, ut legem abroget, v.g. lex eſt, ut Hermaphroditus deputetur ſexui prævalenti; nam tunc hujus legis non uſus, qui provenit ex raro eventu non poterit legi derogare: ita relati Doctores; imò idem Abbas, & Azorius *dict. lib.*5. *mor. tom.* 1. *c.*4. *quæſt.*6. dicunt, ut in caſu, quo non uſus introducat conſuetudinem, ſi Legislator ſit, & non punit ſufficient duo actus, aut tres, ſed ego exiſtimo relinquendum eſſe arbitrio prudentis, juxta quæ retuli *ſupra quæſt.*1. de actuum frequentia ad conſuetudinem induendam.

Ex his inquam notabis quod privilegium ex
47 non uſu decem annorum amittatur, ut conſtat *ex l.* 1. *ff. de nundinis*, ubi Nevius *à num.*1. Briſonius *lib.*1. *ſelectar. antiquit. c.*15. *l. fin.* ubi Bartol. & Carolus Tapia *ff. de conſtit. Princip. l. limitatio §. earum ff. de Public.* qui dicunt nundinarium privilegium tolli non uſu decennio: & in terminis hujus dubii Felinus *in cap. cum acceſſiſſent de conſt.* ubi quando amittatur per non uſum, vel per contrarium, & è diametro adverſantem conceſſioni
48 uſum. † Sed Doctores dicunt, ut ad emiſſionem privilegii propter emiſſionem decennalem, requiratur etiam oblata facultas utendi privilegio cum ſubſequuta negligentia atque omiſſione, ut innuit gloſſa penult. juncto Panormit. & Felino *in cap. privilegia de privileg.* Bart. Rebuffus, & Alciatus *in l. filius cod. de decurion. l. uſum aquæ*, ubi Platea, & Bolognet. *cod. de aqua ductu*. † Sed ſi privilegio 49
non utantur privilegiati: eo quod non ſe obtulit occaſio utendi; aut quia non potuerunt eo uti tunc durabit privilegium, ut Doctores agnoſcunt per textum *in l. ſi unus ex ſociis §. fin. & l. ſequent. ff. de ſervit. ruſticor. prædior.* vel quando Princeps in privilegio à ſe conceſſo, ait, ut poſſit privilegiatus uti eo quomodolibet, & quando voluerit: ſic Azor. *dict. lib.*5. *mor. tom.*1. *c.*4. *quæſt.*8. Villalobos *in ſumma dict. part.* 1. *tractatu* 2. *difficultate* 39. *num.* 14.

Iterum notabis privilegia per non uſum non
amitti, niſi per annos ſexaginta; quia ſic cavetur in 50
quodam privilegio conceſſo Cœnobio Sancti Benedicti Civitatis Valliſolet. quod ad litteram refert Pater Eman. Rodriguez *tom.*1. *quæſt. regular. quæſt.*8. *art.*3. qui etiam refert aliud *tom.*3. *quæſt.*51. *art.*5. conceſſum ab Eugenio IV. Religioſis S. Pauli extra muros Romæ, ubi cavetur, ut illud non amittatur, niſi ex non uſu centum annorum: ita etiam Villalobos *diffic.* 39. *num. fin.* Joannes de la Cruz *lib.* 2. *cap.* 3. *dubio* 2. Portel. *de dubiis regular.* verſ. *privilegium num.* 58. & alii communiter dicentes, ut contra bona Religioſorum, non præſcribatur, niſi eo tempore; & ſic nec contra ipſa privilegia, quæ ſunt bona etiam Religionis & Diana *p.*3. *tract.* 2. *reſ.* 88. refert ex Portel *in additionibus ad dubia regularia* verb. *privilegium in* 4. privilegium Eugenii IV. conceſſum Congregationi Sanctæ Juſtinæ Benedictinorum, ut poſſent uti ſuis privilegiis, etiam ſi contra illa habuerint uſum contrarium; cujus verba Bullarii, refert Rodriguez *fol.* 194. *col.* 1. ibi: *Ut ſic, quandoque contigerit per aliquem, aut plures actus contraria hujuſmodi, aut quæcunque alia privilegia gratias, immunitates præfatæ Congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocumque, cujuſcumque conditionis, gradus, ſeu ſtatus, exiſtat ex negligentia, vel ignorantia præſentium, vel futurorum, quibus hæc conceduntur, aut alia quavis cauſa, propter aliquam fuerit attentatum, vel pro tempore obſervatum ignoranter, vel ſcientem nullum tamen præjudicium decretis, privilegiis, indultis, gratiis, volumus generari, ſed in ſuo vigore, ac robore permanere*: Quod valde notandum dicunt pro conſolatione regularium.

Ad ultimam quæſtionis partem, an conſuetu-
do contra regulam, & conſtitutionem Religionis, 51
excuſet ab eorum obſervantia? Reſpondeo breviter ſub diſtinctione: nam ſi conſuetudo introduceretur contra bona ſubſtantialia Religionis, nullo modo valeat, cum eſſet deſtruere ipſam Religionem conſiſtentem in obſervantiam trium illorum votorum, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis.
† Tamen ſi ea conſuetudo eſſet contra alia ad- 52
hærentia ipſi Religioni, ut quod carnes non comederentur tali, vel tali tempore, ſecundùm regulam alicujus Monaſterii certum eſt, ut conſuetudo legitimè introducta, poſſit eam regulam, ſive conſtitutionem abrogare ex his, quæ dico *infra in cap. fin. de conſuetudine legem abrogante*: ita probant Sanchez *lib.*6. *moral. cap.*2. *num.*26. Lezana *in ſumma tom.*1. *cap.*7. *num.* 17. Tamburin. *de jure Abbat. tom.*3. *diſp.*4. *quæſt.* 5. *n.* 3. Peyrinus *de ſubdito q.*1. *cap.*8. *§.*4. Reginald. *tom.*1. *lib.*18. *n.*396. Pelicarius

tius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. *num.* 54. Diana cum Maſcardo, Bonacina, & cum Suarez *de legib. lib.* 7. *cap.* 8. *num* 9. Leſſio *lib.* 2. *dub.* 4. *cap.* 6. & Garcias *in polit. regular. tom* 1 *tract.* 5. *diſ.* 1. *dubio* 4. *n.* 1. & 2. ex eo; quia jura, quæ fieri poſſunt per privilegium, induci poſſunt per conſuetudinem legitimè præſcriptam, cum conſuetudo vim habeat, & juris novi condendi, & abolendi antiqui: & in terminis; quia prædictæ obſervantiæ continentur in regula non tanquam, quid ſubſtantiale Religionis, ſed quaſi leges adjunctæ; ob idque tantum obligare, quamdiu habent vim legis, ſicut cæteræ leges civiles, & Canonicæ, ſed quo tempore dico, *infra ſub dict. cap. fin. hoc tit.*

Quæstio III.

An conſuetudo particularis attendenda ſit, ubi adeſt univerſalis. Et an conſuetudo unius communitatis obliget alteram. Et num conſuetudo poſſit extendi de loco ad locum. Et an conſuetudo poſſit extendi de loco ad locum. Et an conſuetudo immemorialis cenſeatur revocata per clauſulam generalem, revocantem conſuetudines?

Summarium.

1 *Conſuetudo particularis facit, ut non attendatur univerſalis,*
2 *Conſuetudo generalis totius Archiepiſcopatus, non attenditur quando in loco particulari viget contraria.*
3 *Conſuetudo vicinorum locorum, eſt obſervanda, quando non eſt in loco illo aliqua ſpecialis,* n. 5. & 15.
4 *Conſuetudo particularis in concurſu prævalet generali.*
5 *Leges Regni vicinioris in dubio ſunt obſervandæ, ubi lex non eſt particularis,* numero 15.
6 Cap. ſuper eo de cognatione ſpirituali n. 9. 12. & 17.
7 *Conſuetudo unius communitatis, non obligat alteram.*
8 *Conſuetudo Epiſcopatus Romani, quatenus eſt particularis Eccleſia, non obligat alias.*
10 *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam,* n. 11.
11 *Uſu de caſu ad caſum non extenditur, ſi eſt juri contrarius, vel præter illud.*
12 Cap. cum eo de cenſib. cap. cum olim hoc tit.
13 *Conſuetudo æquivalet veritati, & ſic extenditur aliquando de loco ad locum, ut hic.*
14 *Conſuetudo unius civitatis, non habet vim abrogandi legem in alia.*
15 *Judex recurrere debet ad conſuetudinem vicinarum civitatum rationabilem, quando deficit lex in propria civitate.*
16 *Conſuetudo ſi ſubeſt eadem ratio in eadem civitate porrigitur ad diverſum caſum de æquitate, non de jure.*
18 *Conſuetudo immemorialis quando ex clauſula,* non obſtante qualibet conſuetudine, *abrogatur, vel non,* numeris ſequentib.
19 *Trid.* ſeſſ. 13. cap. 7. & cap. 16.
20 *Clauſula* non obſtante quacunque conſuetudine, *ſupponit ſcientiam Principis.*
21 *Conſuetudo ſive præſcriptio immemorialis habet vim privilegii, & tituli, quæ non ceſſat ex clauſula* non obſtante, *niſi eſſet irrationabilis, & improbata,* n. 22. & 24.

AD primam difficultatis partem, cum generi per ſpeciem derogetur juxta alia, quæ dixi *ſub tit. de conſtitut.* de vi legum ſpecialium reſpectu generalium aliarum legum, nunc breviter reſpondeo, quod ubi adeſt conſuetudo particularis, non attenditur Univerſalis, aut loci Dominantis. † ſic 1
ut non ſit attendenda conſuetudo generalis totius Archiepiſcopatus, quando in loco particulari viget contraria conſuetudo: nam ad eam, tanquam loci Dominantis recurritur tantummodo in ſubſidium, deficiente conſuetudine particulari, ut notant D. D. per text. *in cap. ſuper eo de cenſibus* in verſ. *illud obſervare tenetur, quod in vicinis.* † Et 2
ſic Boerius *deciſ.* 203. *num.* 6. Fredericus de Senis *conſ.* 91. verſ. *tertio probo,* Cabellar. *deciſ.* 107. *num.* 1. dicunt quod in dubiis, vicinorum conſuetudo locorum, eſt obſervanda, ubi non adeſt particularis, & ſpecialis illius loci: & addit idem Cabellar. ut ſufficiat quod talis conſuetudo ſit probata per decem annos, *ibi, n.* 2. 3

Igitur in concurſu conſuetudo particularis prævalet generali, ut etiam dixerunt Bartol. *in l.* 2. *num.* 41. *cod. quæ ſit longa conſuet.* Pariſius *conſ.* 25. *num.* 42. *lib.* 4. & Sacra Rota *in una* Calaguritana Decimarum die 19. Martii 1610. & in una Pampilonen. Vicariæ de apre, die 3. Martii 1617. coram Cabellario *deciſ.* 95. *num.* 3. & *deciſ.* 419. *num.* 4. quas refert & ſequitur Diana *p.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 31. & in una Placentina decimarum die 10. Martii 1628. coram Coccino Decano, apud Quærilios Bonetos, *deciſ.* 169. *n.* 8. ubi plures aliæ deciſiones Rotæ adducuntur. Et ſic deſumitur ex doctrina Valaſc. *de partit. cap.* 19. *num.* 11. Caved. Luſitan. *deciſ.* 211. *in fine p.* 1. Rebuffi *in comment. ad l.* 114. *in fine ff. de verb. ſigniſ. pag* 455. Gutierrez *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 17. Peregrin. *variar lib.* 1. *ad Rubricam de officio judicis ordinarii num.* 7. † dicentium 4
quod in dubio ſervandæ ſunt leges Regni viciniori, & ſecundum eas judicandum, ubi non eſt lex particularis. 5

Ad ſecundam quæſtionis partem an conſuetudo unius communitatis obliget alteram: & videtur pro affirmativa ſententia reſpondendum ex doctrina textus *in cap. ſuper eo de cognatione ſpirituali*: ubi præcipitur cuidam Epiſcopo conſuetudinem ſuæ Metropolitanæ Eccleſiæ, vel aliarum circumjacentium inquirere, & diligenter imitari. Ergo videtur quod conſuetudo unius Diœceſis, etiam obliget vicinam, & præſertim ſi ſit conſuetudo Eccleſiæ Metropolitanæ. Etenim ut dixi *ſupra in princip.* & dicunt Silvanus *conſ.* 60 *num.* 10. Menochius *conſ.* 312. *num.* 13. & *conſ.* 390. *num.* 22. & *conſ.* 395. *num.* 9. & 10. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1415. *num.* 12. Gama Luſitan. *deciſ.* 16. *num.* 6. & *deciſ.* 144. *num.* 10. Valaſcus *conſult.* 51. *num.* 48. & *conſult.* 70. *num.* 5. Chaldas Pereira *de poteſt. eligendi cap.* 13. *ad fin.* Beroard. Gravæ *ad practicam Cameræ Imperialis lib.* 1. *concluſ.* 16. *num.* 15. Camillus Borrel. *in ſumma omn. deciſionum, tit.* 14. *n.* 11. conſuetudo loci vicini attenditur. 6

Adhuc verò reſpondeo juris regulam eſſe, ut
7 conſuetudo unius communitatis, non obligat al-
teram diſtinctam, quia una non habet poteſtatem
imponendi alteri legem, nec ad hoc cenſetur, ut
Princeps præbeat ſuum conſenſum, † adeoque
8 verum eſſe ut conſuetudo Epiſcopatus Domini,
quatenus eſt particularis Eccleſia, non obligat
Eccleſias alias, ut notat Panormit. *in cap. fin. de
feriis*: ſic docent etiam Ubigers *in p.3. quæſt.* 97.
*art.*3. *concluſ.*3. *difficult.*5. *num.* 30. Diana *part.* 6.
*tract.*5. *ſub reſ.* † Qui duo, & alii reſpondent per
9 textum *in dict. cap. ſuper eo*, negando conſequen-
tiam; quia nulla eſt ratio cur magis conſuetudo
unius Epiſcopatus, quæ illius eſt propria, vel
etiam Eccleſiæ Metropolitanæ, modo ejus tan-
quam particularis Epiſcopatus habeatur, propria
obligat alios Epiſcopatus, quam quod propria
illarum ſtatuta obligant Eccleſiarum Epiſcopatus
alios: & ſic dicunt textum *in dict. cap. ſuper eo*,
loqui de conſuetudine, quæ quidem eſt totius
Provinciæ, quæ in aliqua Diœceſi ita nota non
erat; quia forte non accideret multis annis caſus,
in quo praxis conformis, vel contraria tali con-
ſuetudini, poſſit oſtendi; tunc enim dicunt, ut
voluerit Pontifex Conſuli Epiſcopos vicinos, &
maximè Metropolitanum, & communi eorum
conſuetudini inſiſti, quæ ſcilicet ab illis obſerva-
tur, tanquam conſuetudo totius Provinciæ, &
non tanquam propria illius, vel hujus Eccleſiæ
tantùm; ſed quia ex reſolutis *à num.* 1. & in verſ.
ad tertiam, ſtatim ſequenti, adhuc hæc declaratio
obſcuretur, exiſtimo diſtinguendum, ut illico in
dicto verſ.

Ad tertiam quæſtionis partem, communis eſt
10 Doctorum aſſertio, ut conſuetudo non extenda-
tur de loco ad locum, nec de perſona ad perſo-
nam, ut jam *ſub quæſt.* 1. dixi *ex l.* 3. §. *ſi quis hoc
interdicto*, & *ibi* Bartol. *ff. de itinere, actuque pri-
vato*, & *ex l. jus ſingulare l. quod vero contra ff. de
legibus*, ubi Doctores, Aretin. *conſ.* 122. *num.* 4.
Decius 483. *num* 22. Purpuratus *conſ.* 522. *num.* 12.
† Et ſic Salas *de legibus diſp.*19. *ſect.*14. *num.*10. ait
11 communiter dici uſum, & conſuetudinem, quæ
juri communi repugnat, vel præter illud eſt non
extendi de loco ad locum, nec de perſona ad per-
ſonam, nec de caſu ad caſum, & obſervat Menoch.
de retinend. poſſeſſ. remedio 5. *n.*92. cum Alex. Pari-
ſio, & aliis; eo quod conſuetudo, & præſcriptio
habeant tantum de potentia, quantum de uſu,
& actu, ut ex Baldo, & aliis comprobat ibi-
dem.

Sed quia hæc ſic abſoluta doctrina videtur im-
12 pugnari ex *dict. cap. ſuper eo de cognatione ſpirituali*
& *in cap. cum eo de cenſibus*, & *in cap. cum olim in-
fra hoc tit.* & quia quando eadem ſubeſt ratio, &
æquitas conceditur extenſio uſus, & præſcriptio-
nis, ut poſt Jaſonem, Pariſium, & Bartul. affirmat
Menoch. *dict. rem.*5. *de retinenda n.*65. † Nam ut
inquit Craveta *conſ.* 238. conſuetudo æquivalet
13 veritati. Et videtur ſequi, ut quando in propria
civitate non fuerit conſuetudo certa, vel ſtatutum,
ſive lex de re aliqua, debeat attendi vicinarum ci-
vitatum, ſi rationabilis ſit, & amplectenda, juxta
prædicta jura ubi Panormit, & alii jam adducti;
exiſtimo, ne obſtent dicta, & reſoluta *à n.* 1. &
ſub dict. verſ. *ad ſecundam*, nempè, ut illa extenſio
de loco ad locum, &c. ſit ea tantùm, qualem fa-
ciunt Doctores de interpretatione non authenti-
ca, juxta quæ notavi *ſub cap.* 12. *de Judic.* ubi dixi
de interpretatione, & epicheia legum: ita Diana
*dict. p.*6 *tract.*5. *reſ.*31. *in fine*, ubi etiam dicit eſſe
tantum indicia. † Nam conſuetudo unius Civita- 14
tis, vel Provinciæ, non habet authoritatem indu-
cendi, vel abrogandi legem in alia; licet in dubio
aſſumi poſſit ad explicandam legis vim, vel con-
ſuetudinem alterius Civitatis, vel Provinciæ.

Et licet Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 3. 15
*punct.*4. §. 1. *num.*3. teneat, quod ſi in aliqua civi-
tate non fuerit ſtatutum, aut lex, aut conſuetudo,
quibus cauſa decidatur, debeat recurrere Judex
ad conſuetudinem vicinarum civitatum, ſi ratio-
nabilis eſt, juxta *dict. jura in cap. cum de eo, de
cenſibus, dict. cap. cum olim, hoc tit.* † idemque 16
eſſe circa diverſum caſum in eadem civitate, ſi
ſubeſt eadem ratio, & æquitas ex dictis à Meno-
chio *dict. num.* 65. ſic, ut fiat extenſio uſus, & præ-
ſcriptio: tamen ut rectè docet Salas *de legib. diſp.*
19. *ſect.* 14. *num.* 102. hoc eſſe intelligendum,
non de obligatione, ſed de convenientia, &
æquitate; quia conſuetudo unius civitatis, ad alia
authenticè non extenditur, nec de uno caſu ad
alium, ut dictum eſt. † Et hoc modo de Caſtrus 17
Palao *in dicto loco intelligit*, etiam textum *in dict.
cap. ſuper eo de cognatione ſpirituali*, dicens, ut non
loquatur de præciſa obligatione, ſed de æquitate:
ſequitur etiam idem Diana *dict. tract.* 5. *ſub reſol.*
17. Ubigers *in p.3. art.4. q.97. concluſ.*3. *diffic.* 5.
num. 30. concludentes conſuetudinem non exten-
di de loco ad locum, nec de perſona ad perſo-
nam, nec de caſu ad caſum; qua diſtinctione fa-
cilè intelliguntur jam omnia relata ſub hac quæ-
ſtione.

Ad quartam quæſtionis partem, an conſuetudo 18
immemorialis cenſeatur revocata per clauſulam
generalem revocantem conſuetudines. Et quia
video de hoc dubio uberrimè diſputantes Docto-
res ad utramque partem pro affirmativa, gloſſa
in clem. fin. de rebus Eccleſiæ; & pro negativa
Garcia *de benefic. tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 194.
& 195. plures deciſiones adducens, & Gonzalez
*in reg.*8. *Cancell. gloſſa* 33. *num.* 5. & Narbona *ad
l.*59. *gloſſa* 1. *num.*240. *lib.*2. *tit.*4. *recopil.* referens
plures declarationes Sacræ Congregationis aſſeren-
tes Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. & *ſeſſ.*
24. *cap.* 4. & aliis in locis in clauſula *non obſtan-
tibus conſuetudinibus*, in contrarium non includere
immemorialem conſuetudinem, † faciunt pro 19
hac Trid. etiam in aliis, locis præcipuè *ſeſſ.* 13.
*cap.*7. *de reformat.* ibi: *Vel conſuetudine etiam im-
memoriali*, & *c.* 16. ibi: *Non obſtante quacunque
conſuetudine, etiam immemoriali*, ex quo tollitur
omnis conſuetudo antiquiſſima Sacerdotum, qua
alii, aliis mutuo confitebantur ante Concil. abſque
alia approbatione: ſic ex Toleto Fagundez *in
præcepto* 2. *lib.* 2. *num.* 94. ubi ſimiliter aſſerit ab-
rogatam eſſe conſuetudinem, qua olim ſolebant
Parochi committere ſuas oves cuicunque Sacer-
doti volebant; ex quibus locis immemorialem
improbari; quia ſemper iniqua erat, ut *infra dico.*
† Et licet clauſula *non obſtante quacunque conſuetu- 20
dine*, demonſtret Principem habuiſſe notitiam
contrariæ conſuetudinis, ut fuit reſolutum in
una Toletana, admiſſionis 17. Junii 1609. impreſ-
ſa apud Farin. *deciſ.* 192. *p.* 1. *recent. num.* 6. adhuc
tamen immemorialis, ſi de ea non fit mentio non
comprehendetur ut cenſuit in Theatina juriſdict.
5. Decembr. 1614. impreſſ. à Farin. *deciſ.* 610. & in
alia Marciſen. *juriſdict.* 1609. *April* 26. ab eo-
dem Farinacio impreſſa *deciſ.* 248. Barboſa *infra
num.* 6.

Ideo

21 Ideo ego ſic teneo; quia cum latè dixi *in cap. fin. de præſcript.* & *alibi in eo tit.* pro conſuetudine immemoriali, item & præſcriptione ſimili, juſtus præſumatur titulus, & habeat vim privilegii à Principe, ut etiam dixi *ſub c. 8. de judic.* ſequitur dicendum, ut virtute clauſulæ præcedentis, dicta conſuetudo non abrogatur, cum nec privilegium cenſeatur derogatum ex clauſula generali derogante conſuetudinem; ſic etiam docent hanc ſententiam Menochius *conſ. 93. num. 7. & conſ. 96. num. 65. & conſ. 291. num. 96.* Covar. *lib. 3. variar. cap. 35. num. 5.* Afflictis *deciſ. 254.* Gordonus *in ſumma tom. 1. lib. 2. quæſt. 14. c. 8. num. 27.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 3. punct. 4. §. 1. num. 10.* Diana *dict. part. 6. tract. 5. reſol. fin.* referens ita determinatum à Sancta Congregatione ſub die 4. Maij 1573. teſte Bellarmino, in jam relatis Concilii locis, *in cap. 5. litt. S, & in cap. 4. litt. Z*, Rota in una Placentina Canonicatus die 25. Maij 1612. apud Poſthumas Farinacii *tom. 2. deciſ. 286. num. 1.* licet plures relati à Barboſa *clauſula* 87. *num. 2.* contrarium dicant qui intelligi debeot, ut ſtatim diſtinguitur.

22 Contrariam inquam ſententiam, quam etiam tenent Cardin. & Imola *in dicta clem. fin. de rebus Eccleſiæ*, Azevedus *in l. 3. tit. 1. lib. 2. recop. num. 21.* Pelaez de Mierez *de majoratibus part. 4. quæſt. 20. num. 51.* Rochus de Curte *in cap. fin. hoc titulo, à num. 125.* Felinus *in cap. cauſam de re judic. n. 12. & in cap. dilecti num. 3. de majoritate, & obedientia*, Ruinus *conſ. 156. num. 8.* Sanctarellus *variar. tom. 1. quæſt. 15. num. 12.* dicentes procedere quan-
23 do additur dictio univerſalis, † quam ego intelligerem ſic procedere, quando videlicet, conſuetudo eſt iniqua, & irrationabilis; quia tunc cenſetur ex dictione univerſali damnata, & reprobata, ut intelligunt Sanctarellus *variar. reſol. tom. 1. quæſt. 4. num. 37.* Et firmavit Sacra Rota in una Cracovienſi juris legend. die 21. Maij 1627. coram D. Coccino Decano apud Goerilios Venetos *deciſ. 71. num. 3. & 7.* Diana *ſupra*, & eſt videndus Narbona *de appellatione Vicarii part. 2. num. 19 fundam. 4.* quibus utraque ſententia ſuſtineri valet.

24 Itaque regula generalis erit ut conſuetudo immemorialis nunquam cenſeatur ſublata, etiam ſi appoſita clauſula *non obſtante quacunque conſuetudine*, niſi expreſſa mentio de ea fiat, ut contingit in relatis locis Trident. *ſeſſ. 13.* ſic ut non comprehendatur in revocatione cujuſcunque conſuetudinis, etiam cum dictione univerſali, ob ejus maximam excellentiam: ſic Boer. *deciſ.* 39. & cum infinitis Barboſa *in dicta clauſula* 87. *à n.* 1. 8. & 9. & 10. ubi limitat quando eadem ratio militat in immemoriali, ac in aliis conſuetudinibus, veluti ſi ſit irrationabilis, & iniqua, quæ tunc taliter auſertur, ut nequeat de novo introduci; quod ſi iniqua, & improba non fuerit, tunc non comprehenditur, ut patet in Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap.* 20. ibi, *& aliis quibuſcunque conſuetudinibus*: nam immemorialia ibi non auſertur, ut dicit *ibi* Barboſa, *& ſupra num. 6.* cum Gonzalez, Gratiano, & ſic deciſum in Sacra Rota ſæpius, ſic Barboſa *hic à n. 6.* cum aliis.

QUÆSTIO IV.

An conſuetudo nondum præſcripta valeat introduci in aliquo caſu accedente Principis voluntate, Et an ut conſuetudo legitimè introducatur, debeat adeſſe à principio, & ſemper bona fides, ſicut in præſcriptione. Et an ut conſuetudo bene procedat, requirat quod actus quibus ea conſtat careant omni malitia. Et num conſuetudo poſſit in actu ſolemni reſtringere teſtium numerum. Et an in materia præcedentiæ attendatur conſuetudo.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo poteſt nondum decennio expleto, ſeu quadragenario, introduci, ſciente Principe, ſive Pontifice*, n: 2.
3 *Conſuetudo præſcripta ſonat idem, quod inducta.*
4 *Conſuetudo poteſt vincere legem, etiam ſi à principio fuerit incæpta mala fide utentium, & quare?* n. 8.
5 *Præſcriptio debet toto tempore eſſe cum bona fide præſcribentis*, & num. ſeqq.
6 *Conſuetudo, & præſcriptio, in quibus differant: & quare hæc ſemper bonam fidem requirat*, n. 12.
8 *Actus, ex quibus conſuetudo conſtat, non requiritur, ut careant omni malitia, ad hoc ut ea habeatur, ut rationabilis.*
9 *Conſuetudo contra legem à principio, ſemper videtur initiari actu peccaminoſo, alias potius appellatur deſuetudo, quæ non ſufficit ad abrogandam legem.*
10 *Abrogatio legis fieri poteſt per actus à principio malos, quo concurrunt, tanquam cauſa per accidens.*
11 *Actus conſuetudinem introducentes, ſecluſa lege contraria, ſemper à principio debent eſſe boni.*
12 *Factum ab omnibus recte fieri dicitur.*
13 *Conſuetudo immemorialis, ſemper præſumitur rationabilis.*
14 *Conſuetudo in actu juris ſolemni, poteſt reſtringere teſtium numerum.*
15 *Conſuetudo regionis inſpicitur quoad ſolemnitatem actus.*
16 *Conſuetudo æquiparatur ſtatuto.*
17 Cap. cum eſſes de Teſtamentis.
18 *Conſuetudo in materia præcedentiæ, num admittatur remiſſivè.*

AD primam difficultatis partem; ſuppoſitis 1
nonnullis, quæ dico *infra in c. fin. de abrogatione legis per conſuetudinem.* Item an præciſè tacitus, ſive expreſſus Principis conſenſus in ejus introductione, & validitate prærequiratur; videtur ut non ſufficiat Principis ſcientia, nondum completa decennali præſcriptione conſuetudinis, ut dixit Panorm. *in d. c. fin.* ſive nondum completo tempore quadragenario contra leges Eccleſiaſticas; & movetur ex deciſione illius textus, quæ abſolutè

Digitized by Google

eſiderat in conſuetudine, ut poſſit legem derogare illas duas conditiones; quod videlicet ſit rationabilis, & legitima præſcripta.

2 Adhuc verò dicendum aſt, ut aliquando ſufficiat ad derogandum legem conſuetudo, nondum præſcripta, dato quod Princeps ſciat talem eſſe conſuetudinem, probare videtur D. Thomas 1. 2. *quæſt*.97. *art*.3. *ad* 3. ubi ad hunc effectum non exigit præſcriptionem conſuetudinis, ſed ſufficientem indicationem conſenſus Principis: & probat Sotus *lib*.1. *de juſt*, *&* *jure quæſt*. 7. *art*. 2. & facit Doctrina Butrii *in dict. cap. fin*. ubi docet quod ſi Papa ſciat conſuetudinem contra legem Eccleſiaſticam, ſufficiat tempus decem annorum ad hoc ut poſſit illam derogare, ſequitur Silveſter verbo
3 *conſuetudo quæſt*.4. & *ibidem* Angelus *num*. 8. † Et quod verbum conſuetudo præſcripta ſonet; id eſt introducta, ut dixi *quæſt*. 1. verſ. *ad tertiam*, ſub verſ. *nec obſtat*.

4 Ad ſecundam quæſtionis partem, reſpondeo ut poſſit conſuetudo vincere legem, ut etiam ſi fuerit incœpta mala fide utentium, ut fatentur omnes Theologi 1.2. *quæſt*.97. *art*.3. cum adductis à Vaſquez *diſp*. 277. Sanctio *de matrim. lib*. 7. *diſp*.4.*n*.14. Salas *de legib. tract*.14. *diſp*.19, *ſect*. 5. per totam; & quod alias nunquam conſuetudo prævaleret contra legem; quia ferè omnis recepta
5 eſt, & continuata actibus malis. † Nec obeſt ut præſcriptio, quæ uſu temporis introducitur, ſemper, & integro tempore, debeat eſſe cum bona fide, & actibus à principio juſtis, juſta ea, quæ dixi longiſſimè *in Rub. & tit. atque, in cap. fin. de præſcriptionibus*.

6 Verùm ut ſatisfiat adverto eam eſſe inter conſuetudinem, & præſcriptionem differentiam; quia præſcriptio aufert Dominium rei à vero Domino ſine conſenſu ipſius legis miniſterio; quod rectà potuit humana lex introducere propter publicam utilitatem, ut in princip. *inſtit. de uſucapion*. atque ideo neceſſaria fuit bona fides: nam alias facile unus quiſque raperet, & longo tempore poſſideret, & præſcriberet, potuit ergo lex rectè ſtatuere jus præſcriptionis, ſed non illud concedere cum
7 mala fide. † Quod non eſt ſic in conſuetudine; quia quod hæc, ſive uſus vincat legem, non tam procedit ex virtute propriæ conſuetudinis, quam ex tacito conſenſu Principis, populi, uſum approbantis. Unde quamvis alias uſus cum mala fide incipiat, accedente conſenſu Principis efficitur licitus, quia & tunc incipit ceſſare lex antiqua: & hac ratione uſus mala fide inceptus poſtea purificatur, ſed præſcriptio, quæ mala fide incipit, nunquam purificari valet ex ratione relata; & ex his, quæ dixi in præcitatis locis, præcipue, *in dicto cap. fin. de præſcript*. quæ omnia confirmantur ex dictis in verſ. *ad tertiam*, ſtatim ſequenti: & ſecundum hæc diſtinguit videndus omnino Balboa *in c*. 2. *de probat. à num*. 43. *ad* 45. ubi arguit ex textu *in c. violatores* 25. *quæſt*. 1. *& in cap. qui reſiſtit* 11. *quæſt*.3. & ex gloſſa celebri, *in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit*. poſt dicta à Soto, *lib*. 1. *de Juſt.quæſt*.7.*art*.2. Covar. *in reb. peccatum p*.2. §. 9. *num*. 8. Caſtro *de juſta hæreticorum punit. cap*. 15. Tyraquello *ad connubiales n*. 9. *à n*. 2. Sarmiento *de redditibus p*. 4. *c*. 1. *à num*. 12. Sanchez *de matrim. lib*.7. *diſp*.4. *à num*. 14. Zenedo *ad decretales collect*. 84. Azorio, Salas, Menchaca, & alii ex doctrina, *D. Thomæ* 1. 2. *quæſtione* 77. *articulo* 3. *ad ſecundum*, & expendo, *ſub quæſtione ſeq*. Et optimè in hunc modum diſtinguunt Cardinalis Lugo *de Juſtitia tom*.1. *diſp*.6. *ſect*.7. *n*.96. dicens quod lex debuit ita conſulere præſcribenti, ut tamen conſuleret illi contra quem præſcribitur at in conſuetudine aliter, cum ordinetur ad bonum ſubditorum quæ ſi legem non vinceret redderet ſubditos laqueatos in conſcientia, & ob id ut debeat legislator condeſcendere infirmitati & obligationem legis auferre cum totum in majus ſubditorum bonum redundet cum aliis infinitis expendit Berricel *de miſſionibus Apoſtolicis p*. 2. *tit*. 3. *q*. 87. *de legibus n*. 8. *&* 9.

Ad tertiam quæſtionis partem ex proximè dictis, 8
reſpondeo non requiri quod actus ex quibus conſuetudo conſtat careant omni malitia, ut habeatur ipſa rationabilis: ſic docent Lorca *tom*. 2. *diſp*.20. *num*.2. *in fine*, Joannes Ubigets *in p*.2. *quæſt*. 97. *art*.5. *num*.15. *&* 17, Suarez *de legibus lib* 7. *c*. 18. *num*.8. † quatenus dicunt neceſſarium eſſe quod
tales omiſſiones, quibus lex abrogatur ſint peccaminoſæ; ſaltem in principio; quaſi ſi ex aliqua rationabili excuſatione, non declararent voluntatem legi contrariam; ut ſic occurreret neceſſitas excuſans; tunc enim non eſſet deſuetudo; ſed potius non uſus legis, qui ex omnium ſententia non ſufficit ad legis abrogationem inducendam. Quod ſi verò tam frequentes ſint hujuſmodi occaſiones, ſive neceſſitates, ut poſſint oſtendere legem eſſe incommodam, aut inutilem, tunc conſuetudinem non proprie abrogare legem; ſed quia manifeſtatur ejus inutilitas hinc per ſe emori, & ceſſare: ita Suarez ſentit *ibi num*. 15. dicens Cajetanum, & omnes ita ſentire. 9

Sed quod per actus malos, ſaltem ab initio le- 10
gis abrogatio fieri poſſit, mirum videri non debet; quia actus illi non concurrunt tanquam cauſa per ſe iſtius abrogationis, ſed tanquam cauſa per accidens, & ſine qua non: nam cauſa per ſe eſt legem aliquando cædere conſuetudini inolitæ; quæ ſubnixa ſit, probabilibus ſaltem rationibus, ob quas legislator poſſit rationabiliter legem mutare, quod ſecundùm rectam rationem ordinatum eſt, ut ſuccurratur ſubditorum infirmitati, & regimen communitatis ſit ſuavius; interim verò dicunt præcitati, quod tandem reſultat ex hujuſmodi conſuetudine, non eſt malum; ſcilicet quod ſimiles actus poſtea ſine malitia fiant ablata, nimirum lege: & in hoc conſentire cenſendus ſit Princeps legem abrogando; & hoc modo expendo relatum Suarez ne dicamus contraria in D. Thom. 1. 2. *quæſt*. 97. *art*.1. *ad* 2. & communi Theologorum; quia ſatis eſt, ut inquit Diana ſub *diſt.p*. 6. *tract*. 5. *reſ*.1. circumſtantiis omitti legis juſſionem, quibus cum alioquin Princeps vellet legem obligare, ſi populo contrarium non videretur conſultius.

Quare hoc modo dicunt idem Doctores, & 11
Diana *p*.6.*tract*. 5. *ſub reſolut*. 9. ut licet conſuetudinis illius actus; quibus conſtat ſint irrationabiles; prout fiunt (quia videlicet contra poſitam legem) non tamen in ſubſtantia ſive ab extrinſeco: nam poſſunt licita fieri, ſublata ſcilicet lege, neque in termino, aut effectu; quia Princeps propter iſtam conſuetudinem prudenter, & rationabiliter poteſt legem abrogare; & ſic conſuetudine completa, & lege abrogata, actus poſtea licita fieri, & jus quoque ad illos poſtea libere faciendos rationabile eſſe; quia non eſt, niſi quædam carentia, ſive ſolutio à lege prohibente, quæ

rationabi-

rationabiliter auferri potuit, Cajetan. 12. *q.* 97. *art.* 3. nemine contradicente, Diana *dict. part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 1. dicentes, ut alias nunquam conſuetudo eam vim obtinere poſſet, cum ſemper neceſſarium ſit, ut dixi, actus illos contra legem geſtos, initio illicitos eſſe: donec conſuetudo illos excuſans jam inoleverit, præſcriptaque ſit priori lege abrogata; & ſic improbatur Bartol. *in dict. l. de quibus ff. de legibus num.* 11. dum exigit in conſuetudine principium rationabile: & eodem modo debet improbari Leſſius *lib.* 2. *de Juſtitia cap.* 6. *dubio* 14. *num.* 46. quem improbant Cardinalis Lugo *de Juſtitia tom.* 1. *diſp.* 7. *ſect.* 6. *num.* 96. Caſtrus Palao *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *punct.* 1. *num.* 3. Diana *part.* 8. *tract.* 7. *miſcell. reſ.* 37. Suarex *lib.* 7. *de legib. c.* 18. *num.* 14. & bene expendit etiam Andreas Valenſ. *in Rub. hujus tituli* §. 7.
12 *num.* 6. † Ubi plures ponit differentias inter præſcriptionem & conſuetudinem, Barboſa, & gloſſa fin. *in c. fin hoc tit.* reddentes ratiooem; quia in præſcriptionibus ſi mala fides ſufficeret, redundaret in damnum innocentium, quibus ſæpè res auferrentur ſuæ: quare debuerit lex ſic bonam fidem in præſcribente poſtulara; non item in conſuetudine, cum ad bonum civium, quando jam conſtat per longam experientiam legem non obſervari pertineat, ut per principem ſuccurratur infirmitati legem auferendo, auctorizando obſervantiam, & conſuetudinem, cum id totum redundet io majus ſubditorum bonum.

Unde rectè dicunt Caſtrus Palans *tom.* 1. *diſp.* 3. *tract.* 3. *puncto* 2. §. 1. *num.* 5. ex Alex. Avendaño, & Salas, & Baſilius Lexion *lib.* 6. *de matrim. cap.* 5. *num.* 5. ex Bartolo *in l. de quibus ff. de legibus*, quod ab omnibus fit recte fieri præſumi, ſi quando toto tempore neceſſario ad præſcribendum conſuetudo prævaluit, reſolventes poſteros conſuetudinem, à ſuis majoribus introductam, obſervantes à culpa excuſari, nec iovestigari teneri do illius injuſtitia, ſed poſſe illam præſumere: & Villalobos *in ſumm. part.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 38. *num.* 9. cum aliis Diana *ſupra dicta reſ.* 9. & *reſ.* 1.
13 *in fine*, † addentes quod ſi coofuetudo eſt immemorialis præſumenda eſt juſta, & rationabilis, etiam ſi eſſet contra diſpoſitionem legis anterioris; quia ratione dicunt temporis diuturni, præſumitur in ea juſtus titulus *ex l.* 2. §. *ductus aquæ ff. de aqua quotidiana*, & aliis vulgatis juribus, quæ retuli *ſub dict. cap. fin. de præſcript.* Sed quia hæc, & antecedens difficultas pendet ab eo, quod dico *infra* in principio quæſtionis, an conſuetudo debeat eſſe rationabilis, & quando dicatur talis; ideo ad *ibi* dicta iterum recurres, & ad ea, quæ dico ſub *c. fin. hoc tit.*

14 Ad quartam quæſtionis partem reſpondeo affirmativè dicendo, ut poſſit conſuctudo in actu à jure ſolemni reſtringere teſtium oumerum: argum. eorum, quæ dixi *in c. quod clerici* 9. *de foro compet.* quia ut *ibi* dixi, & *ſub cap. dilecti* 6. præcipuè *part.* 11. & 12. *de judic.* & ut docent Bar-
15 tol. & alii *in l. omnium cod. de teſtam.* † regulare eſt quoad ſolemnitatem actus inſpici conſuetudinem regionis per text. *in l.* 1. *in fine*, *ff. de ventre inſpiciendo*: & colligitur ex his, quæ dico do ſtylo *infra in hac Rubr. quæſt. fin.* Et eſt ratio; quia quemadmodum ſtatuto potuit augeri teſtium numerus juxta quæ dico latè *in cap.* 28. *de teſtibus*, & *alibi in ille tit.* ubi ultra numerum duorum, vel trium teſtium, alii recipiuntur: ſic è contra fieri poſſe conſuetudine, exiſtimo, ut teſtium numerus reſtringatur; quia ut fatentur omnes *in l. omnes populi ff. de Juſtitia*, & *Jure*, ibi: *Legibus, vel moribus*, & Bartol. *in dicta l.* 1. *præcipuè num.* 42. verſ. *mihi videtur.* 16

Conſuetudo æqniparatur ſtatuto; ſic nt quemadmodnm ſtatutum inducere poteſt, ut teſtamentum valeat cum minori numero teſtium, quàm ſeptem, qui requiruntur de jure *in dict. l. omnium cod. de teſtam.* & *princip. inſtituta eodem*; ſic etiam & conſuetudo.

Unde poſſemus nunc incidere in exploratione 17
textus *in c. cum eſſes de teſtament.* & *c. relatum eodem*; ſed quia de illorum intellectu dixi abundè in illis, & dixi. Dico prn præſenti dubio, ut talis conſuetudo oon dicatur contra diſpoſitionem, cum *in dicto c. cum eſſes*, & relatum patent de jure, teſtamentum valere factum coram duobus teſtibus, & Parocho; ſic etiam ut ſi deficiat Parochus dicant *ibi* repetentes Abbas *num.* 10. Covarruv. *num.* 13. Roland. *conſ.* 92. *à num.* 42. *lib.* 3. Clarus *in praxi*, verb. *teſtamentum quæſt.* 56. Diana *dicta part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 30. quod itidem valeat ibi teſtamentum, ſi in eo adſint quatuor teſtes; quia eorum illi duo ſuppleot Parochi præſentiam; nec poſſe exiſtimant talem conſuetudinem dici contra jus, etſi ſint aliqui Doctores pro contraria, quos refert Craſſus *q.* 56. *n* 9. etiam ſi adeſſet in contrarium communis opinio; dummodo non eſſent contra legem, vel canonem expreſſum, vel contra rationem legis expreſſam. Puteus *deciſ.* 240. *lib.* 3. Cardinalis Seraphinus *deciſ.* 645. *n.* 1. uti etiam firmavit Sacra Rota in nna Leodien. Dominii coram Cavallerio *deciſ.* 497. *à num.* 1. die 4. Martii 1619.

Ad qnintam quæſtionis partem, an in materia 18
præcedentiæ, attendatur conſnetudo; quia de hac dico *infra in c. ſtatuimus* 15. *de majoritate*, & *obedientia*, ubi abunde ago de præcedentiis: & quid in illis poſſit conſuetudo; ideo ad *ibi* dicta te remitto.

QUÆSTIO V.

An conſuetudo, ut legem vincere queat ſeu, ut ſuſtineatur, tanquam lex debeat eſſe rationabilis. Et quando dicatur talis. Et an ſit tantæ vis, ut utique vincat legem poſitivam contrariam. Et quam vim habeat conſuetudo ſemel introducta. Et an quî debeat eam probare, ubi qualiter probetur conſuetudinem extare. Et quid dicendum quando adeſt dubium, nùm conſuetudo ſit rationabilis.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo ut legem vincat, debet eſſe rationabilis, & legitimè præſcripta, nec deſinit eſſe talis; etſi à principio ſit cum mala fide,* oum. 2.

3 *Conſuetudo quande dicatur rationabilis, explicatur* num. *ſequentibus, ex quatuor dicendi mediis, &* num. 7. *ubi de vero intellectu.*

7 *Conſuetudo tunc dicetur rationabilis, quando*

lege deficiente, honeſtum eſſet, quod ea introduceret, num. 9. *& quam Eccleſia approbat*, o. 8.
8 *Conſuetudinis bonæ Comites ſunt tres.*
10 *Bartol, improbatur exigens in conſuetudine à principio fidem bonam, ut rationabilis dicatur.*
11 *Conſuetudo contra honeſtatem dicitur dupliciter.*
12 *Conſuetudinis rationabilis arbitrium, ſi pendet à judice, ipſe conſiderabit quæ hic referuntur, ut illam rationabilem declaret.*
13 *Conſuetudo habet virtutem vincendi legem*, o. 18. & 22.
14 *Bonum unum ex multis malis fieri nequit*, num. 22.
15 *Legem ferre pertinet ad poteſtatem gubernativam, & legiſlativam*, n. 23.
16 *Legem Eccleſiaſticam violantes anathemate damnantur*, n. 24.
17 *Cenſuræ Eccleſiaſticæ, etſi jure poſitivo inductæ, non abrogantur conſuetudine*, n. 28.
18 *Lex humana, ſive civilis, aut Canonica, poteſt contraria conſuetudine abrogari.*
19 L. 2. cod. quæ ſit longa conſuetudo n. 20. 21. cap. cooſuetudinis diſt. 2.
21 L. 3. §. Divus Adrianus ff. de ſepulchro violato, *remiſſive.*
22 *Lex poſitiva dupliciter oritur à naturali.*
25 Cap. ſi quis omnem 1. q. 7.
27 *Conſuetudo ſemel introducta eſt ab omnibus obſervanda ſicut & lex, & utraque obligat in conſcientia*, n. 28.
29 *Conſuetudo difficulter probari queit; ſed qui fundatur in ea, illam probare debet, & qualiter*, oumeris ſequentib.
31 *Conſuetudinis immemorialis probatio, non curat de ejus initio, alia probari debent, ut hic.*
32 *Conſuetudo ordinaria plene eſt probanda, uen teſtimonio unius.*
33 *Conſuetudinis teſtes qualiter debeant deponere: & quid de teſtibus ſingularibus*, num. 34. & 36.
35 *Teſtes deponentes à viſu de quadraginta annis; ſeu de immemoriali, debent habere annos* 54.
36 *Teſtes de auditu alterius non probant conſuetudinem, ubi quid de immemoriali.*
37 *Conſuetudo in dubiis præſumitur rationabilis.*

1 AD primam quæſtionis partem; quia Docto-
res longe aguot, *infra in cap. fin.* & huc
etiam ſpectet tractatio ex jam dictis; reſpondeo
quod ut conſuetudo legem vincere queat debet
eſſe rationabilis, & legitimè præſcripta, ut pa-
2 tet ex jam *ſupra* adductis. † Et licet ab initio cum
mala fide incipiat, ſive ejus primi actus malitiam
peccati habeant, non inde irrationabilem dici con-
ſuetudioem, ſatis expeodes ex dictis *quæſt. præced.*
in verſ. *ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam*: ſic etiam
DD. tenent *in l. de quibus ff. de legib.* & aliis *ibi*, &
in l. 2. cod. quæ ſit longa conſuetudo: ſic Mayol.
conſ. 118. *num.* 52. Cardinal. Tuſchus *concluſ.* 795.
num. 14. Barboſa *in dict. c. fin. n.* 11. quibus addo
Dianam *p.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 1. *in principio.* Et in hac
generali concluſione nemo dubitat quare ſi oppo-
nas peccato introducentes conſuetudinem, irra-
tionabiliter agere, ſicque deficere conſuetudinis
rationem ſatis reſpondebitur, *ibi*, ex dictis, *ſupra*
in d. l. quæſt. 4. in dicto verſ. *ad ſecundam, & tertiam*, & ex dicendis *infra* in verſ. *ad ſecundam, &
tertiam*, ſtatio ſequentibus.

Ad ſecundam quæſtionis partem, quando di- 3
catur conſuetudo rationabilis, in quo dubio repe-
rio multipliciter Doctores reſpondere nam primo
Navarrus *commentario de ſpoliis* §. 14. dixit conſue-
tudinem rationabilem eſſe, quæ noo eſt contra
legem naturalem, & divinam: directè, vel indi-
recte, (de qua dico, *infra in dict. cap. fin.*) &
probans aſſertum variis fundamentis, illud præci-
puè, affert nam argumentum de conſuetudine;
ſcilicet ad legem humanam valet, ſed lex humana
noo poteſt ſtatuere aliquid, quod repugnet legi
naturali, aut Divinæ, *c. ſunt quidam* 27. *quæſt.* 1.
clem. Paſtoralis de re jud. ergo idem eſſe dicendum
ait de conſuetudioe.

Alii ſecundo dicunt quod conſuetudo, tunc 4
eſt rationabilis, quando oon eſt contra legem hu-
manam, præcipuè Canonicam, juxta gloſſam *in
dicto cap. fin. hoc tit.* verb. *rationabilis*, & facit textus
infra in c. ad audientiam, ubi quædam conſuetu-
do dator minus rationabilis; quia eſt contra in-
ſtituta Canonica.

Alii tertio dicunt quod nunquam dicitur, nec 5
cenſetur conſuetudo irrationabilis, ſeu diſſonans
rationi niſi quando refragatur Juri Divino, aut
naturali, quaſi videatur admitti licere ſemper con-
tra poſitivum jus: ita Gerſon *de vita ſpirituali
animæ, lectione* 4. *Corollar.* 13. *Alphabeto* 62. *litt.*
P. P. Gabriel *in* 4. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *art.* 3. *dubio* 6.
Navar. *lib.* 3. *conſ. tit. de cenſib. in priori edition.
conſ.* 7. *numer.* 3. *in poſteriori autem edit. conſ.* 3.
num. 3.

Alii quarto exiſtimant hoc relinquendum eſſe 6
judicis arbitrio, qui conſiderabit ao finis conſue-
tudinis ſit bonus, vel malus; ſic Abbas *in dicto
c. fin. hoc tit.* Scheuoeudovimus, *inſt. de jure natu-
rali* §. *ex non ſcripto num.* 4. *in fine*, Veſembechius
in paratitlis ff. de legib. n. 9. verb. *materiam circa
quam*, & præſtant rationem *in c.* 1. *de conſtitut.
num.* 223. Corradus *conſ.* 220. *n.* 1. & relati à Me-
nochio *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 1. *caſu* 83. Covar. *in
pract. q.* 3. Gregor. *in l.* 3. *tit.* 2. *p.* 1. cum ſæpè eveni-
at, ut irrationabilis ſit etiam contra ſolam legem
poſitivam, ſecundum quæ dico, *infra* in dicto verſ.
ad tertiam.

Ego tamen, ne omne id deferam judicis arbi- 7
trio, exiſtimo dicendum cum Barboſa *in dict. cap.
ſub dicto num.* 12. tunc dici conſuetudinem rationa-
bilem, & rationi congruentem, quando de ea
re, de qua eſt conſuetudo juſta, eſſet lex denuo
edita priori mutata, ſi qua eſſet, vel minime mu-
tata; ſi nulla exiltebat: ſic cum Silveſtro, *in
ſumm.* verbo *conſuetudo* q. 1. Soto *de juſtitia lib.* 1.
quæſt. 7. *art.* 2. verſ. *quam vero longum*, item quæ
continet bonum, honeſtum, & honorabile, Cur-
tius *in dict. c. fin. ſect.* 2. *n.* 24. Moneta *de diſtribut.
quotid. part.* 2. *q.* 12. *n.* 8. † Ubi etiam dicit quod 8
ſimiliter ea rationabilis eſſet conſuetudo, quæ
haberet illos tres comites; nempe *ut religioni con-
veniat, congruat diſciplinæ*, & *ſaluti proficiat*, ut
habetur, *in c. conſuetudo diſt.* 1. item & illa, quam
Eccleſia approbat, vel ſaltem quæ peccatum,
nec continet, nec nutrit, Rebell. *de obligat. juſt.
p.* 1 *lib.* 1. *q.* 5. *n.* 4. ubi etiam aſſerit quod per contra-
rium irrationabilis dicitur conſuetudo, quæ pec-
catum nutrit, ut ſi inhoneſta, & turpis ſit, vel
ſit ſcandaloſa, vel cum aliquem indebitè gravat,
vel

vel ſi bono communi, aut libertati Eccleſiaſticæ adverſetur.

9 Imo in proxime dicta incidentes, Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp.* 14. *n.* 14. Granado, *tract.* 7. *p.* 2. *diſp.* 56. *ſect.* 1. *num.* 2. Monteſinus *in p.* 2. *D. Thomæ tom* 2. *diſp.* 23. *q.* 13. *num.* 210. Diana *dict. part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 1. & alii ſic expendunt, ut cum dicimus rationabilem debere eſſe conſuetudinem; non ita intelligendum eſſe, quaſi irrationabilis ſit omnis conſuetudo; eo ipſo quod eſt contra legem ſic enim nulla rationabilis eſſet conſuetudo, quæ pugnaret cum lege, quam evertere molitur; ſed ita intelligendum, ut alias, & ſemota ea lege, quam evertit turpitudinem, aut deformitatem non contineat, ſive contra legem Divinam, aut naturalem, aut rationis æquitatem, quæ lex, aut æquitatis ratio vigeret.

10 Nec Bartolus facit contra dum *in l. de quibus ff. de legibus n.* 11. exigit in conſuetudine principium rationabile; id eſt, ut non ex errore, ſed ex certa ſcientia introducta ſit conſuetudo; quia etſi verum ſit, ut jam *in prima quæſt.* dixi actus ad introducendam conſuetudinem debere eſſe voluntarios, & cum eo fine geſtos, nec admitti ſi ex errore fiant, aut metu: tamen non attenditur, ut latè dixi *q.* 4. *præced.* verſ. *ad tertiam* conſuetudinis principium; quia ſæpe ignorare neceſſe eſt in vetuſtis rebus principium, quo introductæ ſunt, *l. ſi arbiter.* 28. *ff. de legibus*; non inquam negatur poſſe conſuetudinem initio ob repugnantiam ſolius poſitivæ legis eſſe vitioſam, modo ſimul honeſtati poſſit aliqua ratione, ob quam accedente ſaltem tacita voluntate Principis, rationabilis, ac juſta eſſe valeat, Tannerus *tom.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *dub.* 1. *n.* 7. Monteſinus *dicta diſp.* 23. *quæſt.* 13. *num.* 229. Granado, & Sanchez *ſupra num.* 14. & Diana, ubi refert celebrem deciſionem Sacræ Rotæ in una Hiſpalenſ. voti die 28. Aprilis 1597. coram Gipſio apud Poſthumas Farinacii *tom.* 1. *deciſ.* 18. *n.* 1.

11 Igitur pro declaratione notabis conſuetudinem eſſe contra honeſtatem dupliciter. Primo quaſi actus, quibus inducitur conſuetudo, ſint contra rectæ rationis dictamen; poſtquam jam in conſuetudinem abierunt: & hoc modo *infra* in dict. verſ. *ad tertiam*, referam nonnullos actus lege poſitiva inductos, non everti conſuetudine adverſa eo quod in illis adeſt utique ratio perpetua. Secundo quando actus illis ante legitimam conſuetudinis præſcriptionem iniqui fuerunt, quod eſt fatendum, ut facti contra legem ex dictis *in dict. quæſt.* 4. verſ. *ad tertiam*; ſed jam tempore ea conſuetudo præſcripta legem vincit, eaque honeſta redditur: & ſecundum hoc intelliguntur dicta hic & in dict. verſ. *ad tertiam.*

12 Unde ſi velis amplecti dictum eorum, qui *ſupra* in verſ. *alii quarto dixerunt*, relinquendum eſſe hoc totum Judicis arbitrio, utpote jam eſt relatum *ſupra quæſt.* 1. & 2. circa actus, quibus conſuetudo introducitur, & velis etiam ſequi Michaël Graſſ. *tom.* 1. *com.* Spinum *de teſtam. Rub.* 14. *n.* 10. Sayrum *in Clavi Regia lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 6. verſ. *ſicut* Zevallos *in practicis quæſt.* 359. tunc neceſſum eſt, ut animadvertat ad omnia relata, ut ſic rectè arbitraretur ſuper ratione conſuetudinis, ut rectè etiam docuit Moneta *de diſtribut. quotid. p.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 8. ubi dicit Judicem informando animum ſuum ponderare debere, utrum finis conſuetudinis ſit bonus; & an ea ſit aliqua juſta ratione inducti: & utrum jus approbet ſimilem conſuetudinem, vel reprobet: & ſecundùm hæc intelliguntur Zevallos *in pract. quæſt.* 359. & alii ab eo relati diversè loquentes, diſputantes ex textu *in c. fin. hoc tit.*

Ad tertiam quæſtionis partem, an conſuetudo 13
ſit tantæ vis, ut vincat ſemper legem poſitivam; & videtur quod non ex doctrina D. Thomæ 1. 2. *dict. quæſt.* 96. *art.* 3. quia lex humana, derivatur à lege æterna, & naturali; tantùm enim habet de virtute lex, quantum de Juſtitia; ſed lex naturæ, inquit D. Thom. eſt prima regula Juſtitiæ; ergo omnis lex poſitiva ſolum habet vim legis; quatenus à lege naturæ derivatur; ergo conſuetudo, quæ contra legem poſitivam introducitur, non poterit habere vim legis, quaſi contra legem na-
turalem. † Et confirmatur; quia ex multis ma- 14
lis non poteſt fieri unum bonum, ſed ille, qui primo incipit contra legem facere, legis eſt tranſgreſſor; ergo multiplicatis pluribus actibus malis non poterit fieri aliquod bonum, & conſequenter
nec juſta introduci conſuetudo. † Tum etiam; 15
quia, ut jam *ſupra* dixi *ſub Rub. de conſtitutionibus* ferre legem pertinet ad poteſtatem gubernativam & legislativam, quæ reſidet penes publicas perſonas, publicam habentes illam poteſtatem; ſed perſonæ privatæ populi, à quibus, ut latè dixi *in Rub.* & *à q.* 1. conſuetudinem introducunt; ergo.

Iterum facit quia violantes legem Eccleſiaſti- 16
cam, anathemate damnantur, *cap. ſi quis omnem in princip.* 1. *quæſt.* 7. ſed contra legem Eccleſiaſticam non poteſt introduci conſuetudo, ſine ejuſdem legis violatione; ergo contra illam nunquam
poterit introduci conſuetudo. † Et confirmatur 17
fortiter; quia cenſuræ Eccleſiaſticæ quoad formam, & pœnam jure poſitivo Eccleſiæ ſunt introductæ, *c. ſacro* 48. *de ſent. excommunic. cap. quærenti de verb. ſignif. c. fin. de ſent. excommun. lib.* 6. ſed conſuetudine tolli non poſſunt cenſuræ, *c. cum inter infra hoc tit.* ergo. Et confirmatur; quia licet diſtributiones quotidianæ, debeantur reſidentibus tantùm in Eccleſiis juxta præceptum Canonicæ Legis, nihilominus, ut abſentibus præſtentur, nulla conſuetudine valet induci, *c. unico de Cleric. non reſid. lib.* 6. ita etiam jura poſitiva ſtatuerunt ut renunciatio beneficiorum fieret in manibus Superioris, *cap. admonet, c. quod in dubiis de renunciat.* quod nulla contraria conſuetudine abrogatur ut *infra in c. cum venerabilis hoc tit.* item & *ex c. ex parte, hoc titulo*, ubi dico in alia ſpecie.

Nihilominus generaliter dicendum eſt legem
humanam, ſive civilem, ſive canonicam poſſe 18
contraria conſuetudine abrogari ut patet ex dictis *in Rubrica,* & *à q.* 1. communi Theologorum cum D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. & *in c. fin. hoc tit.* & *in dict. l. de quibus ff. de legib. l.* 3. & 5. *tit.* 2. *p.* 1. ſæpè enim evenit ut leges non ſolum contrariis legibus, ſed etiam contrario populi uſu, quaſi per conſuetudinem abrogentur: nam quemadmodum lege alia poſteriori; queit abrogari; ſic & conſuetudine legitimè præſcripta *ex dict. l. de quibus ff. de legibus* Gregor. *in l.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 1. Tuſchus *concluſ.* 806. & 814. Rebuffus, Spino, Chaldas, Azorius, & Sayrus, & cum illis Barboſa *in dict. c. fin. hoc tit. num.* 10. ubi longè expendit dicentes conſuetudinem rationabilem, & legitimè præſcriptam præjudicare juri humano, & habere vim abrogandi juſtam civilem, vel canonicam contrariam, quæ ante conſuetudinem obligavit.

Nec obſtant huic reſolutioni textus in *dicta l.* 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*, & *in c. conſuetu ſi-*

nis diſt. 2. quibus probatur conſuetudinem quantumvis longævam, nunquam habere poſſe tantam authoritatem, ut rationem vincat, aut legem, & licet ut diſſolvant hæc jura plurimum laborent Doctores adducti à Matheatio *de via*, & *ratione juris c.* 23. *à num.* 29. Duaréno *de legibus c.* 12. & *lib.* 2. *diſp. c.* 32. Forcatul. *dialogo* 1. *num.* 16. Hotoman. & *epitom. de legib. num.* 10. Oſvald. ad Donel. *lib.* 1. *comment. c.* 10. *litt. M*, & erudite ſatis ex Theologis Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 67. *a.* 7. & 8. Suarez *de legib. lib.* 7. *c.* 18. & 19. poteris tripliciter reſpondere. Primo ex gloſſa, & Bart. *ibi*; nempe ut *dict. l.* 2. loquatur de conſuetudine ſpeciali quæ legem generalem vincere nequit, juxta textum *in l. venditor. §. ſi conſtat ff. communia prædior.* intelligentes textum *in dict. l. de quibus de conſuetudine*
20 *generali*, reſpectu legis generalis. † Cujacius autem *lib.* 2. *de feudis c.* 1. Duaren. *dict. c.* 12. Pichardus *in §. ex non ſcripto inſt. de jure natur. gent.* & *civili num.* 3. exiſtiment ut nequaquam *dict. l.* 2. negarit legem derogari poſſe ſequenti conſuetudine, ſed ſolum quod ſi lex, & conſuetudo ſimpliciter & de per ſe conſiderentur, & de utriuſque virtute contendatur; tunc dicat Imperator legem à conſuetudine non ſeparari, ſed æqualem eſſe utriuſque poteſtatem; ita ut conſuetudine legem, & lex conſuetudinem vincere poſſit, ut recte advertit *ibi* Oſvaldus, & in confirmationem adducunt Robertus *lib.* 2. *rerum judicatarum*, & Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæſt.* 71. Gratian. *regul.* 94. textum *in c.* 1. *de feudi cognitione in uſibus feudor.* in illis verbis: *Legum autem Romanarum, non vilis eſt authoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant, aut mores &c.* ſed Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *diſp.* 177. *quæſt.* 7. *num.* 62. ait verum ſenſum *dict. l.* 2. deſumendum ex particula ibi: *Sui momento*; ſic ut ſenſus ſit conſuetudinem ſui momento; id eſt propria virtute non vincere legem: nam is effectus non eſt ex propria virtute conſuetudinis, quatenus ſolus populi uſus eſt, ſed quatenus voluntate Principis tacitè confirmantis fulcitur. Et ſi tunc retenta hac explicatione objicias textum *in dicto c.* 1. *de feudi cognitione in uſibus feudorum*, reſponderi poteſt omiſſa, explicatione Cujacii ibi, quod textus ille loquitur de conſuetudine Longobardorum, & de legibus Romanis, quibus Longobardi utebantur pro ſua voluntate, pro neceſſitate, cum non eſſent ſubditi Romanis; ideoque recte dictum *ibi* eſſe, leges Romanorum, non tantam habere authoritatem, ut conſuetudines Longobardorum vincere poſſint quia extra Romanum Imperium leges illæ nullam vim habebant; ſicut ſi hodie in Hiſpania diceremus Romanorum legem non habere vim abrogandi conſuetudines Hiſpaniæ alias adducunt interpretationes Revardus *de authorit. prud. cap.* 16. Everardus, *centuria* 1. *antinomiarum cap.* 19.

21 Nec regulam relatam etiam implicari *ex l.* 3. §. *Divus Adrianus ff. de ſepulchro violato*, ubi habetur, ut conſuetudo municipalis ſepeliendi mortuum in civitate, non poſſit vincere Principis reſcriptum. Sed quia jam reſpondi illum textum explanando *ſupra de reſcript. in c.* 3. *q.* 1. *à n.* 33. ideò non repeto.

22 Quibus jactis jam non obſtat fundamentum primo relatum in verſ. *ad tertiam*, quia reſpondeo legem poſitivam dupliciter à lege naturali derivari poſſe, vel tanquam concluſio quæ deducitur per legitimum ſillogiſmum à principiis legis naturalis, veluti non eſſe occidendum; quod ex illo principio oritur, nemini faciendum eſſe malum. Vel ſecundo derivatur à lege naturæ per modum determinationis, v. g. lex naturæ habet puniendum eſſe delinquentem, ſed quod tali pœna puniatur determinatum eſt à lege poſitiva; utrumque ergo derivatur in illa à lege naturæ; ea tamen, quæ primo modo derivantur totam virtutem accipiunt ab ipſa lege naturali. Ea vero, quæ ſecundo modo deducuntur principaliter dependunt à lege humana: quare quoties lex poſitiva à lege naturali primo modo dependet, conſuetudo adverſus illam nullam poteſt habere poteſtatem; ſecus verò ſi ſecundo modo, id eſt per modum determinationis, ut recte explicuit Vaſquez 1, 2. *q.* 95. *art.* 2. *diſp.* 154. *c.* 3.

Nec primæ confirmationis argumentum obſtat 23
cum reſolvatur ex dictis *ſupra quæſt.* 4. verſ. *ad ſecundam*, & verſ. *ad tertiam*, & ex his, quæ reſolvit Barboſa *in dicto c. fin. hoc tit. ſub num.* 10. ubi poſitæ difficultati, quod conſuetudo inducitur per actus populi contrarios legi obliganti, ſubditi ſic agentes, peccent contra legem juſtam ex illo Pauli XIII. & *ex cap. violatores* 25. *quæſt.* 1. & ex doctrina *c. fin. de præſcript.* ubi dixi eſſe peccatum omne, quod non eſt ex fide, & narrans doctrinam Cajetani, Driedi, & Sarmienti, dicentium conſuetudinem poſſe incipere, & introduci per actus illicitos; & ita cum peccato, ſed eo modo, quo dixi
in dictis verſiculis ſub dicta quæſt. 4. † Nec obſtat 24
ſecunda confirmatio in verſ. *tum etiam*; quia ex
ibi dictis, & *hic* manet reſolutum. † Nec tertium 25
adductum in verſ. *iterum facit ex dict. cap. ſi quis omnem quæſt.* 7. nam omiſſa antiquorum ſententia, dicentium textum illum non eſſe intelligendum de violatione legis Eccleſiaſticæ, ſed traditionis Eccleſiæ: nam ut vulgò notatur *in c.* 1. *de conſtit.* omnis lex directivè obligat in foro conſcientiæ omnes ſubditos indirectè ex adductis à Zenedo *collect.* 34. *ad decret.* & ego *ibi*, Sotus *lib.* 1. *de Juſtitia quæſt.* 6. *art.* 4. & communis Theologorum ſententia dicentium ex D. Thom. 1. 2. *quæſtion.* 96. *art.* 4. & *ibi* copiosè Vaſquez *diſp.* 158. eandem remanere difficultatem in transgreſſione traditionis & legis Eccleſiaſticæ: quare receptum eſſe, ut inchoantes actus conſuetudinis contrarios legibus ſemper mortaliter peccent; & ſic neceſſario explicandum eſſe, ſecundùm diſtinctiones poſitas *in dict. q.* 4. ſub relatis verſ. *ad ſecundam*, & *ad tertiam*
† Nec obſtat ultimum fundamentum in verſ. &
confirmatur, de excommunicatione diſtributioni- 26
bus, & aliis *ibi* poſitis, quia patet eorum reſponſio ex dictis *infra in cap. cum inter* 5. *hoc titulo.*

Ad quartam quæſtionis partem, quam 27
vim habeat conſuetudo, ſemel introducta, facile eſt reſponſum ex proxime dictis, ac in Rub. & relatis reſponſis. Et ſic breviter dico, ut conſuetudo ſemel introducta ſit ab omnibus obſervanda ſicut & lex, *ex l. diuturna ff. de legib.* adeo ut æqualiter ſit conſuetudo ſervanda in judiciis, ſicut lex, ſive in civilibus, ſive in criminalibus, ut notant
Bart. *conſ.* 318. *volum.* 2. † Utraque enim, & 28
lex, & conſuetudo æqualiter obligant in foro conſcientiæ, & vel jam dixi in verſ. *ad tertiam* ſub hac quæſt. tantæ vis eſt conſuetudo, ut poſſis legem vincere modo ibi expoſito. Et Gellius appellat conſuetudinem *lib.* 12. *noct. Atticarum*, tanquam rerum omnium Dominam.

Ad quintam quæſtionis partem, an qui dicit 29
conſuetu-

Digitized by Google

conſuetudinem ſtare, debeat eam probare, debeat
& qualiter; & ſuppoſito quod omnes fatentur,
difficulter conſuetudinem poſſe probari, ut dicunt
Fulgoſius *conſ.6. in fine* Decius *conſ.215.num.2. in*
fine, Aymon *conſ.325.n.1.* Alex. Luduviſ. *deciſ.162.*
num.13. & noviſſime Stephanus Natten. *de Juſt.*
vulnerate tit.9. cap.1. ſub num.7. offerens ex com-
muni Doctorum conſuetudine difficillimam eſſe
probationem, & ferè impoſſibilem, eamque al-
leganti probationem, incumbere, ut etiam dicit
idem Alex. Ludoviſ. *in dict. deciſ. 162. num. 1.* ex
gloſſa *in l.1.* in verbo *probetis*, *cod. quæ ſit longa*
conſuet. Corneus *conſ.174.n.5.lib.2.* Pariſius *conſuet.*
25.n.18.lib.1. Rim.Sen.*conſ.307.n.16.* Decius *conſ.*
483. à n.28. Roland.*conſ.53.n.33.* Burſatus *conſ.57.*
30 *n.20.* Roman. *ſingul. 369.* † Igitur ut clare, & bene
probetur debet eſſe magna Advocati cura in for-
mandis articulis, ut plene reſultet probatio conſue-
tudinis juxta Bartoli doctrinam *in l. 1. q.27. cod.*
quæ ſit longa conſuet. Guid. Pap. *ſingul.26.* & relato-
rum à Maſcardo *de prob. concl. 323. num. 19.* Me-
noch. *conſ.8.num.16. & lib.2. præſumpt.8. num. 8.*
Stephanus Natten. *ſupra dict. cap. 1. ſub num.6.* ex
doctrina Barboſæ *in dicto cap. fin. hoc tit. num. 9.*
ubi qualiter articuletur conſuetudo immemoria-
lis, ad quod applicabis, quæ ego dixi de præſcript.
immemoriali probanda *ſub dict. cap. fin. de præſcr.*
31 videndus eſt Chriſtianus *deciſ.185. n.30.* † Etenim
ibi Natten. ait quod etſi in conſuetudine imme-
moriali non debeant quæri actus; id tamen intel-
ligendum eſſe de actibus initialibus, & ex quibus
inducta eſt conſuetudo; quia in immemoriali im-
poſſibilis eſt eos invenire: qua ratione etiam ſi
reſpectu actuum, qui induxerunt conſuetudinem
& ex quibus originem traxit, ſufficere dicit quod
deponant teſtes ſe audiviſſe à majoribus ita de
facto obſervatum fuiſſe: tamen quoad actus
continuationis conſuetudinis, & qui ſunt intra
memoriam hominum debeant deponere ſe vidiſſe
ſuis temporibus ita obſervari; debent enim in ali-
quo gradu temporis teſtificari de viſu, prout impo-
ſitione affirmativa facti, etiam immemorialis, de-
bent teſtes deponere de aliquo eventu facti ejus-
modi, itaque debere ait conſtare de facto, quod
evenerit intra memoriam hominum, ſic ut licet
noſtræ conſuetudines ſint immemoriales in effectu
nihilominus eo non obſtante neceſſe ſit ut pro-
bentur per turbas, quæ deponant juxta ſtylum no-
torium ſe vidiſſe ita obſervari, & notent exempla
prout tradunt Faber. Imbert. allegati à Chriſtianeo
laté agente *dicta deciſ. 185.* & quando dicatur ſic
conſuetudo talis, expendit cum multis Barboſa *in*
dict. cap. fin. à num. 5. ad 9. & Gregor. XV. *in dict.*
deciſ. 162. num. 4. cum aliis dicit ut conſuetudo
interpretativa probari debeat in caſu etiam ſpeciali,
de quo agitur.

32 Unde cum ad probandam etiam quamlibet
conſuetudinem, etiam ordinariam dicunt Docto-
res plenam requiri probationem, ideò dicendum
eſt nunquam ſufficere teſtimonium unius, adeo ut
nec ſit locus juramento ſuppletorio ex Alex. *con-*
ſuet.173. lib.6. ex ea ratione, quia neceſſum eſt ut
conſuetudo ſit pluribus nota, ita ut etſi duo teſtes
faciant plenam probationem, unius tamen teſti-
monium non faciat ſemiplenam, ex eo quod ſuſ-
pectus creditur, cum ſit unicus in re, quæ neceſſa-
riò pluribus debuit eſſe nota, ut obſervat Cacialu-
pus in *l. admonendi n. 162. ff. de jurejur.* Ob id-
que Doctores dicunt juramentum ſuppletorium
non habere locum.

Etenim, ut cum infinitis probat Barboſa *in dict.* 33
cap. fin. hoc tit. à num. 17. cum teſtes examinati de-
beant deponere de viſu actuum ex quibus dicunt
inductam fuiſſe conſuetudinem, & quod debeant
eſſe conteſtes, & non ſingulares, & deponere quod
illi actus fuerint facti eodem modo, & intentione
introducendi conſuetudinem, debeantque etiam
non interrogati reddere rationem ſui dicti, conclu-
dens, ut ad probandam conſuetudinem, debeant
teſtes de tribus copulative deponere, nempe de vi-
ſu actus, cujus conſuetudo allegatur de ejuſdem
actus frequentia, ac de temporis diuturnitate, ex
quibus elicetur tacitus conſenſus totius vel majo-
ris partis populi, qui eſt cauſa mediata conſuetudi-
nis. † Et quamvis ſufficere teſtes ſingulares dixerit 34
Purpuratus *in l.1. ff. ſi certum petatur n.105.* Corneus
conſ.89. lib.1. contraria tamen opinio eſt receptior
ex Barboſa relato, & multis per eum, & Antonio
Gab. *lib.1. commun. tit. de teſtib. concluſ.2. num.28.*
etſi tempus in conſuetudine acquirenda, debeat
eſſe annorum 40. de eo vidiſſe deponere, ut dixit
Barboſa *in dicto c. fin.* ut ad deroganda jura Ec-
cleſiæ, *num.15.* cum Menochio, & Valaſco. † Et 35
quando de hac qualitate deponunt, ſeu de imme-
moriali debent teſtes ad minus habere annos 54.
ut ad minimum deponant de 40. annis D. D. *in*
cap. & ibi gloſſa *de præſcript. lib.6.* Natten. *ſup. ſub*
dict. num.6. cap.1. de Juſtitia vulnerata tit. 9. Vide
q. 6. de ſtylo.

Quare dicendum eſt ut non probetur conſuetudo 36
ſi teſtes deponant de auditu alterius, ut reſpondit
Conſultus Alex. *conſ.45. lib.2.* ut notatur vulgo *in*
l. teſtium cod. de teſtibus in c. præterea eodem l. 28.
tit.16. p. 3. Barboſa *hic dicto num.15. in fine*, cum
Maſcardo *concluſ. 424. num. 55.* nam ad proban-
dam conſuetudinem neceſſe eſt, ut teſtes deponant
ita ſæpè vidiſſe obſervari à certis perſonis, quas
exprimere debent, ſed hoc inquam cum agitur
de probanda conſuetudine immemoriali, non re-
quiritur; quin tunc ſufficit teſtimonium de auditu;
ſic ut teſtes debeant exprimere perſonas, à quibus
audierunt: & ita ſuo tempore vidiſſe nec audiviſ-
ſe quidquam in contrarium addentes, quod talis
eſt, & ſemper fuit publica vox, & fama juxta quæ
laté notavi *in cap. licet ex quadam de teſt. l. ſi arbi-*
ter ff. de probat. Guid. Papa *conſ. 244. num. 2.* Du-
ennas *reg.299.* & relati à Maſcard. *concluſ.429. per*
totam, & Chriſtianeus *deciſ. 212.* Natten. *ſupr. ſub*
dict. num. 6. ſic tenentes dicunt quod teſtes dicant,
quod ipſi ſic teneant, & ſemper audiverint, quia
non creditur teſtibus niſi de his, quæ ſenſu cor-
poreo perceperunt, non quæ judicio intellectus
percipiuntur, vel de ſua opinione, etiam ſi dicant
ſe non ita credere, vel dicerent ſimpliciter eandem
eſſe conſuetudinem, quia atteſtantur hoc modo de
jure, & non de facto, addens, ut teſtis debeat teſti-
ficari factum, non jus, nec ſufficiat ſi dicant eam
eſſe notoriam, ſi etiam non deponat de caſu Noto-
rii, nec quod dicat, ut ſemper audiverit, cum id in
effectu ſit teſtimonium de auditu: alia dicat etiam
dicit *dict. num.6.* qui *n.7.* ait, ut res judicata conſue-
tudinem non faciat ſed tacitus conſenſus populi:
de quo applica, *dicta q. 1. verſ. ad quartam.*

Ad ultimam quæſtionis partem, an conſuetudo 37
præſumenda ſit rationabilis in dubio, id eſt ex-
pediens bono communi, reſpondeo affirmativè,
quia ſic debet aſſirmari in favorem conſuetudinis
jam introductæ: ita Sanchez *de matrim. lib.7. diſp.*
14. n.14. Suarez *de legib. lib.7. c.6. n.15.* Diana *p.6.*
tr.5. reſ.1. verſ. ni tandem, qui etiam dicunt, & alii,
quod

Digitized by Google

quod ſi conſuetudo non ſolum ſit contraria legi, ſed à lege prohibita, aut reprobata, tunc pro lege judicandum, & quod conſuetudo ſit irrationabilis ex textu *in c. 3. de eo qui nititur in poſſeſſ.* quia reprobatio conſuetudinis, eſt certa Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 3. puncto* 2. §. 1. *n.* 5. *&* Salas 2. de quo videbis *in c. fin. q.* 4.

Quæstio VI.

An ſtylus judicialis, in quibuslibet tribunalibus faciat jus conſuetudinarium. Et an probetur, ſicut conſuetudo, & an ab uno Advocato, ſive Doctore, aut gloſſa?

Summarium.

1 *Stylus, eſt quadam ſpecialis loci conſuetudo, ſi ſit præſcriptus*, n. 11.

2 *Stylus Curiæ habet vim legis, & obligat exteros, ut* n. 10.

3 *Sententia lata contra ſtylum, eſt ipſo jure nulla.*

4 *Stylus qui contradicit conſuetudini, prævalet, tollit ſolemnitatis citationem, & poteſt allegari in deciſionem cauſarum*, n. 5. & 6. & 9. *ubi de aliis effectibus.*

7 *Legis diſpoſitio, ſeu hominis intelligitur ſicut ſolitum eſt fieri.*

8 *Styli interpretatio eſt ſtricta, & odioſa non extendenda, habet tantùm de potentia, quantum de actu.*

12 *Stylus ut probari valeat, plura requirit: & probatur ſicut conſuetudo*, num. 13. & num. 19.

14 *Judex poteſt ſe informare de ſtylo, quando de eo in Curia dubitatur: & aliqua de ſtylo remiſſivè.*

15 *Stylus loci contractus non attendatur remiſſivè: & quid in examinandis teſtibus virtute remiſſorialium*, n. 17.

16 *Narrare debet in precibus impetrans ea, quæ ſint de ſtylo Rotæ.*

18 *Conſuetudo, uſus, mos, & ſtylus, in quo differant.*

19 *Styli probatio non eſt ita difficilis, ſicut conſuetudinis, requirit tamen actuum uniformitatem, cum reſpuat actus difformes.*

20 *Doctori præcellenti, ſeu Advocato atteſtanti de conſuetudine, & ſtylo ſolum creditur præſumptivè: & quid in foro conſcientiæ*, numero 21.

1 PRO complemento hujus Rubricæ, poſſes dubitare, an ſtylus judicialis in quibuslibet tribunalibus obſervatus faciat jus; & quia in hoc puncto videtur eſſe quædam conſuetudo particularis, ſeu loci; ideò adjunges in comprobationem quæſtiones, quas adduxi *ſupra in cap. 8. de judic. quæſtione* 15. ubi de ea, *An conſuetudo judiciorum introducta in foro ſæculari, obliget Eccleſiaſticos*, & eam, de qua dixi *in cap. quod Clerici 9. de foro comp. q. 3. An conſuetudo loci ſervanda ſit in concernentibus proceſſum.* Et quia de ſtylo tractavit in hac Rub. Andreas Valenſ. §. 4. ideo non impropriè de illo hic fit diſquiſitio, quare ultra quæ ipſe tradit cum Bartolo *in l. de quibus ff. de legibus*, & Farinacio 2. *p. deciſ.* 88. *num.* 1. *& deciſ.* 704. *n.* 6. *& deciſ.* 212. *n.* 2. *& deciſ.* 486. *num.* 7. *& deciſ.* 293. ubi de ſtylo probando, & in quo differunt conſuetudo, & ſtylus *ibi num.* 3. ideo
accipies ſequentia. † Eſt enim breviter dicendum
quod ſtylus Curiæ habet vim legis, & ſic ejus ob- 2
ſervantia eſt de ſubſtantia, ut docet Balbus *in deciſ.* 29. Riccius *collect.* 1206. *ſuper proœmio rituum magnæ Curiæ Vicariæ.* † Itaque provenit, ut ſen-
tentia lata contra ſtylum, ſit ipſo jure nulla, ut de- 3
ciſum refert Guid. Pap. *in deciſ.* 198. quam notabis ad ampliationem textus *in c. 1. de re jud.* de quo ego dixi *ibi*, Riccius *ſuprà & collectione* 794.

Ex his infero quod ſi ſtylus contradicit conſue- 4
tudini, prævalet ſtylus, ut decidit Guido Papa *dict. deciſ.* 292. quam notat Riccius *dict. collect.* 1216. ad doctrinam Bart. *in dict. l. de quibus ff. de legibus*, qui infert ad deciſionem ejuſdem Guid. Papæ 152. plures alios effectus habere ſtylum congerit idem Riccius *dict. collect.* 794. ad textum *in l. quid ſi nobis §. aſſidua ff. de edilitio edicto.* † Nempe quod 5
poſſit tollere citationis ſolemnitatem, ſed non ipſam, ne ſit contra ea, quæ adduxi *in c. 1. de*
cauſa poſſeſſ. † Imò quod poſſit allegari in deci- 6
ſionem cauſarum, dixit Capella Tholoſana *in deciſ.* 115. ſicque poterit allegari pro jure, ſive tendat ad litem ordinandam, ſive decidendam Afflictis *in deciſ.* 253. Guid. Pap. *in deciſ.* 198. Rota Ge-
nuenſ. *in deciſ.* 206. † Et ob id Cardinalis Put. po- 7
tuit dicere *in deciſ.* 353. *lib.* 3. ut diſpoſitio legis, ſeu hominis, ſit intelligenda, ſicut ſolitum eſt fieri.

Verum quia in ſtylo odioſa eſt interpretatio, 8
eaque ſtricta Flam. *de reſignat. lib. 3. quæſt.* 18. *n.* 76. evenit ut non extendatur de caſu ad caſum, nec de loco ad locum, *l. de quibus ff. de legibus*, nec habeat locum, niſi in caſibus obſervatis, Cravetta *de antiquitate temporum p. 4. in princ. à num.* 42. & noviſſimè D. Stephanus Natten. *tit. 9. p. 2. c. 3. de ſtyli, & ſtatuti interpretatione num.* 1. ubi latè agens adducit in confirmationem illam Theoricam militantem in materia conſuetudinis, quod tantùm habeat de potentia, quantum de actu, & non ultra, & quod reſtringatur per actus, quibus inducitur, nec excedat proprios terminos, qui *c.* 2. carpit in eos qui vigore ſtyli, & conſuetudinis dicunt leges evacuari: & *in cap. 1. à num.* 2. contra illos, qui ut applauſum faciant, rurſus vim ac virtutem ſtyli protrudunt quemadmodum caſus deciſos de ſtyli effectibus, refert Riccius *p. 4.*
collect. 794. † Ubi & inter alia quod poſſit alle- 9
gari in deciſionem cauſarum, & quod vicem legis obtineat, ac Judex contra ſtylum judicans, litem ſuam faciat, prout à contumacia excuſatur non citatus juxta ſtylum Curiæ, & Hunnius *in*
Ciclopedia p. 2. tit. 2. allegans multas deciſiones, † ait 10
quod ſtylus judicii obliget etiam exteros, ſeu forenſes, quoad proceſſum, & ordinatoria judicii, non etiam quoad litis deciſoria, D.D. *in l. cunctos populos, cod. de ſumma Trinitate, & fide Cathol.* de quo dixi *in*
c. 9. de foro comp. † Sed quia ipſe Natten. *dict.* 11
c. 1. num. 3. & Scaccia *de judic. lib. 1. c. 51. n.* 31. dicunt hodie tot cœpiſſe eſſe ſtylos, & opiniones ut nullus ſit ſtylus, novavè opinio; ideò Gratianus *diſcept. forenſ. c.* 153. *à num.* 12. dixit ut & quandoque ſtylus & aſſerta obſervantia tranſeat in vim conſuetudinis; ſed ita ſi ſit præſcriptus, & venerit in populi notitiam aut majoris partis; & quia ſtylus non præſumitur debeat probari, ſed

quando

quando tradit, Maſcardus *de probat. concluſ.* 1338. ubi & quod Judex ſuper ſtylo non concernente cauſam poſſit ſe informare nemine citato: alia
12 plura Natten. *cap.* 1. *à num.* 4. † Multa ergo requiruntur, ut ſtylus probatus dicatur, primo quod à Judice aliquo majori habentem poteſtatem condendi legem fuerit introductus. Secundo ut deducantur, & oſtendantur caſus in quibus dicitur fuiſſe obſervatum? & argui poſſit, an actus ſint ſimiles, quibus cenſeatur inductus. Tertio ut ſtylus plenè, & perfectè probetur, quando reſpicit deciſoria cauſæ; & propterea teſtes debeant cum juramento de ſtylo deponere, niſi de ſtylo deponere, niſi ſtylus ſit antiquus, & inveteratus, & invariabilis; ſuſtinetur enim ſi ſit contra jus, quando concernit tantum ordinem, & modum procedendi; cum tunc agatur ſolum de modico præjudicio; non enim tunc requiritur ut ſit obtentus in contradictorio judicio; multa referunt ad propoſitum, Menochius *conſ.* 75. *num.* 93. *lib.* 2. Klock. *de contrib. cap.* 20. *num.* 9. ubi à n. 92. quod obſervantia ſubſequuta docet quid actum fuerit, & quid comprehendatur in generalitate, Farinacius *p.* 1. *deciſ.* 196. Meinſ. *tom.* 3. *deciſ. Cam. Imperial.* 14. *à num.* 13. ubi quod obſervantia ſubſequuta declaret conſuetudinem, Alderad. Maſcard. *de generali ſtatut. interpret. concluſ.* 2. à *num.* 159. & *concluſ.* 3. *per totam*, Craveta *de antiquitate tempor. p.* 4. *§. tranſeo nunc ad quartam numer.* 36. & noviſſime Stephanus Natten. *de Juſtitia vulnerata dict. tit.* 9. *cap.* 1. *ſub num.* 3. omnino videndus *in*
13 *dict. cap.* 2. & 3. † Igitur quia faciunt dicta de probanda conſuetudine *ſupra quæſt.* 5. ſub verſ. *ad quintam*; ideo ad alia dubia noſtræ quæſtionis progrediamur.

14 Unde infertur quod quando dubitatur de ſtylo alicujus Curiæ, poteſt Judex ſe informare, nemine citato, Rota Genuenſ. *in deciſ.* 206. aliquid per Magon. *in deciſ. Lucan.* 87. Riccius *dict. collect.* 794. qui alios plures congerit caſus. De ſtylo Curiarum plenè tractavit Joſeph. Ludovicus *in deciſ. Peruſ.* 96. & *Lucan.* 36. Et an ſtylus Judicis delegantis attendendus ſit, Franciſcus Marcus *in deciſ.* 666. *p.* 1. ad quod applicabis nonnulla dicta *in c.* 5. *de re judic.* ubi de ſtylo ab executore ſervando; & alia tradita *in cap.* 14. *de foro comp.* ubi de ſtylo inter Judicem requirentem, & requiſitum. Item applicabis quæ de litteris requiſitoriis latè dixi *infra ſub cap.* 8. *de teſtibus.*

15 Sed an ſtylus loci contractus, vel judicii, in cujus territorio bona ſunt ſita, debeat attendi, dixit Guid. Pap. *in deciſ.* 162. ſed hoc ſatis percipies ex his, quæ late ſcribo, *in cap. ſane* 3. *c.* 14. *c.* 17. & *c. fin. de foro comp.* ubi de foro ratione rei, contractus, delicti; Domicilii, &c. De ſtylo Rotæ ſcribit videndus ad caſus idem Riccius *collect.* 1404.

16 † Qui idem *in collect.* 1838. ad textum *in l. quæ ſit longa conſuetudo in cod.* dicit quod ſtylus facit legem. Et ob id qui in precibus non narrat, quæ ſunt de ſtylo Curiæ, faciat gratiam ſubreptitiam, & vitioſam, ad tradita *ſupra in cap.* 3. 8. 17. 19. 20. 23. 27. & aliis *de reſcriptis*: alia refert videnda idem Riccius *de ſtylo Sacr. conſ. Neapol.*

17 Qui etiam *in dict. collect.* 1404. aliqua præſcribit de examinandis teſtibus hic in partibus Hiſpaniæ virtute litterarum remiſſorialium Rotæ; de quo ſtylo videbis quæ dixi latè *in cap. fin. de libelli oblat. quæſt* 4. §. 9. *à num.* 1. *ibi à num.* 16. verſ. *ad ſecundam*: ubi de ſtylo procedendi virtute aliarum litterarum compulſorialium: *Alia de conſuetudine loci, originis, contractus, & judicii vide infra ſub cap.* 6. *hoc tit.* ibi videnda.

De differentia quam inter ſe habent conſuetu- 18
do, uſus, & mos, dixi *ſupr. Rub. de conſtit. quæſt.* 2. ſub verſ. *ad ſecundam* in fine verbo, & *ſic poſſes dubitare.* Et pro ampliori hujus Rubricæ, & tituli materia, adjunges quæ noviſſimè congerit ex bonis litteris Solorzano *emblema* 43. *tempori cede*; ſed quia ſtylus, conſuetudo, & obſervantia differunt, ut tradit Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 8. ideo dices primo quod ſtylus ſit in ſcribendo, conſuetudo in aliis actibus. Secundò quod ſtylus propriè verſetur circa modum procedendi in judicio conſuetudo verò circa definitionem, & deciſionem cauſarum, & quod ſtylus impropriè verſetur circa deciſoria cauſæ. Tertio differt a conſuetudine, eo quod ſtylus ſit particularis conſuetudo generalis, quæ inducitur ex actibus populi, & quod ſtylus nihil aliud ſit, quam praxis Curiæ recepta, ac obſervata, & quod licet obſervantia ſumatur pro conſuetudine, ut *in l. cod. quæ ſit longa conſuetudo*, proprie tamen factum reſpicit, & concernit uſum alicujus judicii, vel tribunalis. Uſus enim non tam de frequentia actuum, quam de ſingulis actibus dici poteſt; mos verò non dicetur proprie de uno actu, ſed de frequentia actuum. Aliquid dico *infra in cap. fin. de differentia inter non uſum & deſuetudinem.*

Ad ſecundam quæſtionis partem videtur ut ad 19
probandum ſtylum, debeat fieri illis probationibus quibus debet probari conſuetudo; ideo prætermiſſis quæ Maſcardus jam adductis dicit de ſtylo probando *de probat. concluſ.* 1338. dicit idem Natten. *dicto cap.* 1. *ſub num.* 7. ut etſi ſtylus, ſeu obſervantia, quatenus tranſitum fecit, ſeu in vim conſuetudinis tranſivit, ſatis difficulter probari queat tamen facilius tanquam reſpiciens ordinatoria judicii, & conſuetudo vera reſpiciat deciſoria, quia ſtylus, ut dictum eſt à Judice, conſuetudo verò à populo ſed ait in utroque requiri, ut & ſtylus, & conſuetudo ſit invariabilis: quippe cum ex actibus difformibus, & variis nullus ſequatur effectus, ut dixi *quæſt.* 1. & dicit idem Natten. cum Craveta *conſ.* 313. *num.* 4. ſiquidem ut ait Bald. *in l.* 1. *col.* 13. *cod. qui admitti &c.* non poſſit formale, & certum eſſe quod non eſt fixum, ſed in ſe habet varietatem & deformitatem: nam ubi non eſt uniformitas, ibi de præterito ad præſens, & è contra nihil inferri poſſit, idem Bald. *in l. ſi fundum, cod. de rei vind.* docent prædicta Meiſner. *tom.* 3. *deciſ. Camerali Imper.* 18. *à num.* 36. cum aliis quæ congerit Mynſinger. *ſingul.* 6. *obſerv.* 42. ubi ad propoſitum docet ex actibus populi differentibus, non probari conſuetudinem: *vide aliquid ſub q.* 6.

Ad ultimam quæſtionis partem; licet Bartol. 20
in l. de quibus num. 22. dicat credendum eſſe Advocato præcellenti, ſive Doctori atteſtanti de conſuetudine & ſtylo & ita teneant Maſcard. *ſupra*, & Gomez. relatus à Villalobos *in ſumm. tom.* 1. *tr.* 2. *diffic.* 39. *num.* 11. ubi adducit Jaſonem, Navarrum & alios relatos à Maſcardo tenentes contrarium ego inquam dico ut in foro externo verior ſit ſententia negativa ex jam dictis verſ. *ad quintam*, & hic in verſ. *multa*; niſi tamen atteſtarentur de conſuetudine illius loci in quo Advocatum vel practicum: agit ita Stephanus Natten. *ſuprà in dicto cap.* 1. *tit.* 9. *ſub num.* 7. aliter non inquam exiſtimo credendum quantumvis Chriſtianeus *volum.* 1. *deciſ.* 185. *num.* 30. ut ipſe refert *dict. c.* 1. *ſub num.* 6. docet ut ſi valde ſit peritus Advocatus vel

Digitized by Google

vel procurator atteſteturque ita eſſe conſuetudinem non ſpecificando actus, vel tempus valeat ejus depoſuio. Solùm ergo credetem cum Sanchez credendum eſſe Doctori teſtanti de conſuetudine præſumptivè, non concludenter, ita *tom. 2. de matrim. lib. 7. diſp. 16. num* 8. Salas *de legib. diſp.* 19. *ſect.* 18. Diana *p. 6. tract. 5. reſ* 28. ubi deciſum refert in una Rom. Theſauri 1606. Julii coram Gregor. XV. *deciſ.* 278. *num.* 5. & in una Parmenſ. die 14. Aprilis 1600. coram Seraphino *deciſ.* 1349. *n.* 5. & in una Pecuniariæ die 23. Junii 1602. coram Coccino apud Durandum *deciſ.* 137. *n.* 27. idemque exiſtimo de gloſſa atteſtante, ut æquiparet
21 Natten. *dict. num.* 7. † Et licet etiam in foro conſcientiæ idem dicant nonnulli, ſed Granado *in p. 2. D. Thomæ controverſ. 7. tract. 3. p. 2. diſp. 16. ſect. 1. num.* 12. ubi ait ut teſtimonio præcellentis Doctoris affirmantis eſſe conſuetudinem, non ſervandi legem, ſit ſtandum; ſic ut poſſit lex ſine ſcrupulo non ſervari: ita etiam dicunt plures recentiores ut Suarez *lib. 6. cap.* 11. *de legib. num.* 8. Salas *eodem tract. diſp. 19. ſect.* 19 *num.* 108. idem Diana dicens hanc ſententiam valde probabilem; ita ut illi poſſit credi quantumvis conſuetudo ſit contra jus, ſeu abrogandam legem, probans eum Granado ex eo quia authoritas unius præcellentis Doctoris rem facit probabilem quamdiu oppoſitum apertè non conſtat: & ſic ſi teſtatur eſſe ſufficientem conſuetudinem ad ceſſationem legis, id eſſe probabile, reputant, dummodo contrarium non probetur clarè ac proinde non ſervari dicunt; ſed tu cogita in hoc foro per proximè dicta de foro externo.

A D T E X T U M
IN CAPITE I.
De Conſuetudine, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo qua gravatur Eccleſia improbatur.*
2 *Conſuetudo quod Clerici in majoris ſuccedant ſeu liget Clericos ad teſtandum, an valeat.*
3 *Conſuetudo Deo, & rationi obſiſtens, non valet.*
4 *Conſuetudo inducta in bonum commune, etſi minus principaliter lædat Eccleſias, ſuſtinetur, & ſic valeat, illa, qua inductum ſit, ut emphyteuta Eccleſiæ, non cadat emphytheuſi, etiam ſi ultra trienuium, penſionem ſolvere omiſerit, & quod ſit valida quæ decimas, & oblationes tollit.*

1 TEXTUS iſte, dum improbat conſuetudinem, quà gravatur Eccleſia, poteſt exornari ſatis ex notatis in *cap.* 3. 4. 5. *penult. & fin. hoc tit.* & comprobari poteſt ex notatis *ſupra in cap. quæ in Eccleſiarum* 7. *& in cap. Eccleſia Sancta Mariæ* 10. *de conſtitut.* cum his, quo dico *infra in cap. 2. de judic. quæſt.* 3. *& in toto cap.* 8. *eodem*, ubi plura de conſuetudine improbata, ſi lædat Eccleſiæ, aut Clericorum immunitatem de quo etiam alibi pluribus in locis *ſub eodem tit. & in tit. de foro comp.* Quare ad materiam hujus textus leges Azor. *lib.* 5. *moral. cap.* 27. *cum ſequentibus*, Vaſquez 1. 2. *quæſt* 96. *art.* 6. *diſp.* 167. *cap.* 1. Salas *de legibus diſp.* 19. *per totam, & diſp.* 13. *ſect.* 7. Donel. *lib. 3. commentarior. cap.* 10. Balboam *in dict. cap. 2. & cap. 8. de judiciis*: multis comprobat Barboſa *hic num.* 1. *&* 2. & hanc partem præter illos defendunt Duennas *regula* 143. & cum infinitis aliis Gratianus *reg.* 115. per textum noſtrum, & *in cap. 3. novit, c. gravamen de ſent. excommun. cap. cum cauſam de re jud. in extravag. 11. hoc tit.* & per jura Regni *in l. 4. tit. 2. lib. 1. & l. 3. tit. lib. 1. recop. & in l. 2. & tit. 9. p. 1.* ubi Gregor. Lupecius, & ex textu, ubi Philippus, Decius *in auth. caſſa cod. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Sed an valeat conſuetudo quod Clerici in majoriis non ſuccedant, tanquam inductiva gravaminis, videndus eſt Paulus de Caſtro *conſ.* 164. *num.* 3. *lib. 2. in præſenti cauſa, quæ vocatur.* Et ao liget Clericos ad teſtandum, & qualiter Molina *de primog. lib. 2. cap. 10. num.* 53. cum aliis ad quod applicabis plura, quæ dico, *in cap. cum in officii*, & *alibi infra de teſtam.* † Etenim conſuetudo Deo, & rationi obſiſtens non valet, ut per Burgos de Paz, *in l. 1. Tauri num.* 300. *&* 302. cum aliis: alia inquam in corroborationem de ſtatutis lædentibus Eccleſiis, ac de eorum improbatione adducit idem Gratianus *dict. reg.* 115. ac idem de conſtitutionibus *à num.* 1. ubi *ſub num.* 18. miratur hodie ſine conſuetudine videris Eccleſias, Clericos, res quæ Eccleſiaſticas gravatas reſciens quo jure & ego neſcio cum his temporibus in pejus proceſſerit; ad quod applicabis relata jura *in num.* 1. & quæ in illis latiſſimè dixi, ut *in dict. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus.* 2
3

Cumque hic Barboſa *hic num. 2. 3. & à num.* 4. affirme: quod conſuetudo, qua inductum fuerit, quod emphytheuta Eccleſiæ non cadat emphytheuſi, etiam ſi ultra triennium penſionem ſolvere omiſerit ſit valida; & dicat *dict. num.* 4. quod ſit valida conſuetudo, quæ decimas perſonales, & aliquando prædiales primitias, & oblationes, vel quæ in ſimplicibus beneficiis tollit neceſſitatem reſidendi, etſi Eccleſiis ſit oneroſa; ideo cum alia in contrarium adducat reſolvit textum noſtrum in verbo *remittere*, & in verbo *inducere noſcuntur* procedere, ac loqui in conſuetudine, quæ ex nulla cauſa poteſt honeſtari quæque directè, & principaliter gravat Eccleſiæ; quod ſi ſit inducta in bonum commune, etſi minus principaliter, & indirectè lædet Eccleſias tunc validam eſſe: argum. eorum, quæ dico *infra in cap. ſi diligenti de foro competenti.* 4

A D T E X T U M
IN CAPITE II.
Ex Litteris. hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſio traditur per terra ſcortationem, & dari quæit abſque actu corporeo*, n. & 6.
2 *Conſuetudo valet per quam Eccleſia, vel locus religioſus acquirit Domicilium, & poſſeſſionem rei ſine ſolennitate legali.*

4 *Miſſa*

4 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto elapſo anno, ſtatim legis imperio conſtituitur verus poſſeſſor.*
5 *Poſſeſſio transfertur per ſolam clauſulam conſtituti, & per reſervationem uſufructus.*
6 *Lex poteſt abſque actu corporeo communicare poſſeſſionis effectus.*
7 *Dominium, & poſſeſſio quid, & quæ differentia inter utrumque remiſſivè.*
8 *Poſſeſſoria remedia competunt illis, in quos poſſeſſorio legis miniſterio transfertur.*
9 *Conſuetudo, aut lex poteſt introducere, ut majoratus poſſeſſio transferatur in ſucceſſorem abſque ullo actu apprehenſionis corporali: idem de hæreditate,* n. 55.
10 *Poſſeſſionis; Dominii traditio remiſſivè.*
11 *Poſſeſſio ſolo viſu procuratori non traditur, nec nuncio. Et num de beneficio fiat ſolo conſpectu* n. 23. & 25.
12 *Melioratio ut ſuſtineatur, ſatis eſt traditio alicujus rei, etiam in Majoratibus. Et num per traditionem melioratio tertii fiat irrevocabilis facta ſub conditione per contractum inter vivos remiſſivè,* n. 13.
14 *Donatio tertio facta abſque traditione, num valeat.*
15 *Dominium tranſit abſque traditione ex pacto,* l. quoties cod. de donat.
16 *Princeps ſine traditione transferre poteſt Dominium ſine titulo venditionis, donationis, aut privilegii.*
17 *Emptor primus, qui ſpeciali jure acquiſivit Dominium abſque traditione, præfertur emptori poſteriori, cui primo data eſt poſſeſſio, & vide,* infra n. 44.
18 *Dominium transfertur abſque nova traditione ex pacto adjectionis in diem, vel legis commiſſeriæ, ſed non ex pacto retrovendendi: & quæ iſta ſint pacta remiſſivè?*
19 *Collatio Canonica abſque corporali apprehenſione, jus perfectum tribuit beneficiato poſt acceptationem: ubi an ante poſſeſſionem queat adminiſtrare,* n. 20.
21 *Poſſeſſio beneficii non transfertur per ſolam inveſtituram, niſi fiat per traditionem annuli, vel per impoſitionem pilei.*
22 Cap. ſi quis deinceps 16. q. 7.
24 *Traditio inſtrumenti num inducat acquiſitionem poſſeſſionis remiſſivè,* & num. 47. *affirmativè.*
25 *Beneficii poſſeſſio acquiritur extra ejus conſpectum, quoties per peſtem, aliamve juſtam cauſam non eſt tutius acceſſus ad illud.*
26 *Dominium, & poſſeſſio, quando ex titulo contractæ ſocietatis abſque traditione acquirantur.*
27 *Hypothecæ jus an ſine traditione tranſeat remiſſivè.*
28 *Servitutum traditio qualiter fiat incorporalibus remiſſivè.*
29 *Titulus ſolus ſine traditione transfert Dominium in Eccleſiam, & in relictis favore piæ cauſæ, & civitati,* n. 30. *fallit in ejus procuratore,* n. 34. *& in Clericis,* num. 35. *& cum venditur res aliena,* n. 39.
31 *Spiritualia ſine traditione transferuntur.*
32 *Fiſcus ſine traditione, ſtatim acquirit Dominium bonorum caducorum: quid in donatione, vel ex pacto,* n. 33.
34 *Votum Religionis non transfert Dominium abſque traditione.*
36 *Publiciana in quaſi Dominio, quando transferat poſſeſſionem.*
37 *Dominium transfertur rei, ſoluto pretio, ſeu habita fide de eo: quid in permutatione,* numero 38.
39 *Dominium rei alienæ legatæ non transfertur in legatorium.*
40 *Eccleſia quamtumvis ad acquirendum ſine traditione ſit privilegiata, ſed non ſic in probando Dominio.*
41 *Poſſeſſio in Eccleſiam ſine traditione non transfert, etſi aliter de Dominio,* n. 48.
42 Gloſſa in cap. mulier 18. q. 3.
43 *Poſſeſſio non dicitur abſque traditione transferri, quoties abſque ea Dominium transfertur.*
44 *Traditio rei an operetur prælationem illius, cui tradita eſt.*
45 *Traditio rei propriæ tanquam ſi aliena eſſet, non transfert Dominium.*
46 *Poſſeſſio quibus modis probetur remiſſivè: & quod probetur per inſtrumentum,* n. 47.
48 *Poſſeſſio in hæredem, num ſine apprehenſione transferatur,* n. 49. 50. 51. & 52.
53 *Poſſeſſio in hæredem, dicitur nova poſſeſſio.*
54 *Hæres dicitur poſſidere animo, & corpore alieno, videlicet Coloni, etiam ſi actualem poſſeſſionem, non ſit adeptus.*
56 *Fictionis materia, ub tractatur remiſſivè.*
57 *Poſſeſſio ficta, multis in caſibus datur, quæ quaſi poſſeſſio vocatur, ut in incorporalibus.*

PROPONIT Pontifex hic quandam ſingu- 1
lerem modi tradendi poſſeſſionem nempè
per ſcortationem. † Et ſic dicit quod conſuetudo, 2
per quam Eccleſia, vel locus religioſus, acquirit
Dominium, & poſſeſſionem rei ſine ſolemnitate
legali valet. † Et ſic colligit Barboſa *num.* 2. cum 3
multis ab eo relatis, quod poteſt dari vera, &
propria poſſeſſio abſque actu aliquo corporeo,
ſeu vera aut interpretativa de tentatione. Et ſic 4
etiam contingere, *in deciſ. textus in cap. contingit
de dolo*, ubi miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,
elapſo anno, ſtatim ex legis imperio verus
conſtituitur poſſeſſor; de quo latiſſimè dixi *in cap.
quoniam frequenter*, §. *in aliis, ut non conteſtata*,
ubi videbis, † item contingere, *in deciſ. textus in* 5
l. quod meo 38. *in princ. ff. de acquirenda poſſeſ.* ubi
poſſeſſio transfertur per ſolam clauſulam conſtitutis &, *ibi n. fin.* ſicut per reſervationem uſus fructus *in l. quiſquis cod. de donat.* notans Barboſa *ſub
num.* 5. verſ. *& licet:* † Quod etſi controverſum 6
ſit, an lex ſine corporeo actu veram transferat
poſſeſſionem, aut poſſit transferre; tamen à nemine
dubitari poſſe legem abſque actu corporeo
communicare ſuos effectus civiles ei quam poſſeſſorem
facit, ut præ cæteris, negant poteſtatem
legis ad conſtituendam veram poſſeſſionem
fatentur Gilquenius, *de præſcriptionib. part.* 2.
memb. 2. *cap.* 11. *num* 5. Aveodan. *in l.* 45. *Tauri
gloſſa* 6. *num.* 5.

Unde quia egi latiſſimè de poſſeſſione, & Do- 7
minio, & differentia, quæ verſatur inter hæc; & de
modis acquirendi, *in Rub. de cauſa poſſeſ & propriet.*
per tres quæſtiones ſequentes, *in c. audita* 4. *de reſt.
ſpol. q.* 2. quatenus egi de queſtione, an interdictum
retinendæ competat, contra quemlibet inquietantem,
vel moleſtantem; licet non afferat ſe poſſi-

dere ubi dixi *à num.* 11. qualiter uſusfructuarius,
& uſuarius poſſideant, & *à num.* 18. quid de em-
phiteuta, & *num.* quid de feudatario, & *n.* 20.
quid de colono, *num.* 21. quid de precario, ac de
aliis ideo applicabis ad materiam textus noſtri,
ibi, & *alibi* dicta.

8 Cumque tiam hic idem Barboſa *num.* 5. probet
cum multis, quod poſſeſſoria remedia, tam reti-
nendæ, quàm recuperandæ, competant illis, in
quos poſſeſſio legis miniſterio transfertur; ita
etiam ut probat *num.* 6. quod & poſſint agere illi,
in quos legis miniſterio, poſſeſſio transfertur re-
medio adipiſcendæ poſſeſſionis, & interdicto quo-
rum booorum ideo ut hæc omnia remedia inter-
terdictorum & ut ad alia etiam poſſeſſoria, &
reſtitutoria remedia recolligas, recurres ad ea, quæ
dixi ſub integro *tit. de reſtit, ſpoliator.* ubi abundè
9 tractavi. † Hæc ſunt præcipua, quæ congerit Bar-
boſa *hic* adddens *num.* 4. quod Majoratus poſſeſſio
iotroduci poteſt, ut transferatur in ſucceſſorem
lege, vel conſuetudine abſque ullo actu appre-
henſionis; & ſic transferatur in hæredem abſque
corporali apphehenſione, ſicut in Regno Franciæ
conſtitutum eſt; ſed de hac traditione Majoratus
videbis quæ benè diſputat Covar. *lib.* 3. *variar. c.* 5.
à num. 5. ubi interpretatur textum *in l.* 45. *Tauri*,
46. *& l.* 49. *& dict. num.* 6. & verſ. *& præterea:* &
de hic latiſſimè Molioa cum multis, *lib.* 4. *de pri-
mog. toto cap.* 12. dum agit de ea quæſtione; quare
mortuo ultimo Majoratus poſſeſſore, in ſequen-
tem poſſeſſorem Dominium, atque poſſeſſio ci-
vilis, & naturalis booorum Majoratus, ipſo jure
transferantur, latè agens.

30 Quare jam pro ampliſſima tractatione hujus
textus noſtri, videbis ad materiam Azor. *lib. mo-
ral. cap.* 32. Molin. *de Juſtitia, & jure tom.* 1. *tract.
diſp.* 13. *de requiſitis ad traditionem*, Dominii Trul-
lenque *in opere morali lib.* 7. *dub.* 4. & Anton. Fabr.
de erroribus pragmaticorum decade 75. ubi conge-
rit plura de apprehenſione poſſeſſionis ſine actu.
Et leges in Doctoribus ſtatim citandis quæſtiones
accomodatas ad hujus textus materiam.

11 Poſſeſſio an ſolo viſu tradatur, tractat Zeval-
los, *in pract. quæſt.* 797. & melius *quæſt.* 156. ubi
poſtquam egit de quæſtione, utrum per procura-
torem ex clauſula conſtituti, quæratur Domino
poſſeſſio, ad utramque partem agens in verſ. *&
utrum*, allegat diſputantem Menchacam, *lib.* 3.
de ſucceſ. cratione §. 21. *num.* 229. qui negat viſu
ſolo poſſeſſionem tradi procuratore; ſeu nuncio:
& pro hac ſententia adducit textum *in l.* 3. §. *Ne-
ratius ff. de acquirenda poſſeſ.* & ſequitur Anton.
Gomez videndus *in l.* 45. & pro hac parte eſt textus
in l. 6. *tit.* 30. *p.* 3. ubi conſtituitur diſtinctio.

12 Ao in melioratione ſit neceſſaria traditio uni-
verſalis, vel ſufficiat alicujus rei: quid in Ma-
joratu, Gutierrez, *lib.* 3. *pract. cap.* 65. qui diſpu-
tans longè, docet affirmativam contra alios, *à*
13 *num.* 10. qui etiam *in quæſt.* 66. † agit de illa, an
melioratio tertii facta ſub coodítione per contra-
ctum inter vivos, efficiatur revocabilis ſtatim per
traditionem veram, vel factam, quas benè diſpu-
tat pro *legib.* 44. *tauri*, *& l.* 4, *tit.* 7. *lib.* 5. *reco-
pilat.*

14 Donatio tertio facta abſque traditione, an
tranſeat in eum ſicut ei acquiritur actio perſonalis,
& contra alios affirmativam tenentes eſt, *ex l. quo-
ties cod. de donat*, *ex l.* 1. *cod. de donat.* quæ ſub
modo ex *l.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. negativam docet Covar. le-
geodus, *lib.* 1. *var. c.* 14. *à n.* 3.

Dominium an in Eccleſiam tranſeat abſque 15
traditiona ex pacto, *dicta leg. quoties Cod. de do-
nat.* affirmat idem Covar. *dict. lib.* 1. *variar. cap.* 14.
n. 14. *ex textu in l. ultim. cod. de Sacroſanct. Eccleſ.
& textu optimo in l. ſi partem in fine ff. quemadmo-
dum ſervit. amittantur.* Et ipſum Covar. leges pro
intellectu *dicta. l. quoties*, nonullas quæſtiones
ogitantem, *lib.* 2. *variar. cap.* 19. ubi *num.* 4. diſpu-
tat. an in Eccleſia Eccleſiaſticiſve perſonis ven-
dentibus, locus ſit deciſioni, *dict. l.* & affirmat.
† Et *ibi num.* 3. latè examinat aliam quæſtionem 16
an Princeps venditionis donationis aut privilegii
tiulo Dominium transferat ſine traditiooe, &
affirmat in privilegio, & non ſine controverſia in
contractibus. † Item ibi *num.* 2. agit de alia, an 17
eadem res duobus vendita, quorum prior Domi-
nium ſpeciali jure acquiſivit abſque traditione, is
præferatur poſteriori, cui reali facta fuerit tradi-
tio: ſic per gloſſam *in cap. ſi tibi abſenti de præb.
lib.* 6. affirmat.

Dominium an transferatur abſque nova tradi- 18
tione ex pacto adjectioois in diem; vel legis com-
miſſoriæ, ac pactum retrovendendi, longè diſpu-
tat Covarru, *lib.* 3. *variar. cap.* 8. *à n.* 1. ubi in pacto
adjectionis & legis commiſſoriæ affirmat *n.* 1. &
n. 2. negat in pacto retrovendendo, de quibus
pactis duobus dico latè de lege commiſſoria *in
cap. ſignificante* 7. *de pignoribus*, de retrovendendo
in cap. ad noſtrum, 5. *de emptione*, *& venditione.* 19

Collatio Canonica abſque corporali appre-
henſione, an jus perfectum tribuat poſt accepta-
tionem affirmat Covar. *dict. lib.* 3. *variar. cap.* 16. *à
n.* 1. *ex textu in dicto cap. ſi tibi abſenti de præbend.
lib.* 6. ubi *num.* 13. ait quod poſſeſſio beneficii ap-
prehenſa ipſa Eccleſia, à qua titulum, & nomen
habet beneficium, traosfert etiam poſſeſſionem
omnium rerum ad beneficium, pertinentium. † 20
qui etiam diſputat *à num.* 6. an habens Canoni-
cam collationem poſſit adminiſtrare propria ap-
prehenſione, ante apprehenſionem poſſeſſionis,
ad quæ ajunges quæ *infra* dico *in tit. de conceſſ.
præb. & de inſtitutionibus.*

Poſſeſſione beneficii an per inveſtituram tradatur 21
hic movet Barboſa *num.* 7. per gloſſam hic *ſignum*
in verb. *inveſtitura*, remittens ſe ad Tyraquellum
plures allegantem *la mort in præfatione decl.* 1. *n.* 5.
ſed leges Covarru. *dict. lib.* 3. *variar. cap.* 16. *n.* 10.
& tu videbis quæ dico *infra de conſtitutionibus*; &
in terminis intelligens gloſſam *hic* Balboa *in c.* 3.
de except. à n. 8 9. *&* 10. dicit per inveſtituram non
transferri poſſeſſionem niſi fiat per traditionem,
annuli, vel per impoſitiooem pilei, † ita etiam in- 22
telligens textum *in cap. ſi quis deinceps* 16. *quæſt.* 7.
qui docet inveſtituram eſſe ſignum adeptæ poſ-
ſeſſionis aliàs enim ſolum habere vim collationis,
& inſtitutionis Canonicæ, juxta textum *in dicto
cap.* 3. *de except. & in cap. pro illorum de præbend.*
ſic cum Rebuff. *de pacificis poſſeſſoribus num.* 151.
Staphileus *de ſpectativis num.* 21. † Ubi etiam ad- 23
dit an talis poſſeſſio poſſit in conſpectu apprehen-
di, *num.* 11. intelligit textum *in l. clavibus ff. de con-
contrahenda empt.* † & *num.* 12. diſputat de alia, 24
an traditio inſtrumenti inducat acquiſitionem
poſſeſſionis, ubi intelligit textum *in dicta l.* 1 *cod.
de donat.* ubi in verſ. *acquiritur.* † Dicit quod ac- 25
quiritur beneficii poſſeſſio extra ejus conſpectum,
quoties per peſtem, aliamvè juſtam cauſam non
eſt tutus acceſſus ad illud beneficium, nec ad Ec-
cleſiam nec ad ejus aſpectum ipſum videbis plura
dicentem *dict. ib. n.* 12. *& ibi n.* 13.

Dominum

26 Dominium, & poſſeſſio, an acquirantur ex ti-
tulo contractæ ſocietatis abſque traditione, Covar.
dict. lib. 3. var. cap. 19. num. 1. videtur affirmare per
textum *in l. 2. §. fin. pro ſocio, & ex l. 46. tit.* 10. *p.* 5.
ſicque amplecti omnium calculo *in l. traditioni-
bus cod. de pactis*, & per gloſſam 1. *in dict. l.* 2. ſed
in bonis acquiſitis poſt contractam ſocietatem vi-
detur negare, etſi lege ſocietatis ſint inter eos
dividenda ex textu optimo *l. ſi quis ſocietatem ff.
pro ſocio.*

27 Hypothecæ jus an ſine traditione tranſeat, An-
tonius Gomez *lib. 2. variar. cap.* 15. *num.* 23. qui
28 videtur affirmare. † Ubi *num.* 25. docet qualiter
fiat traditio in ſervitutibus incorporalibus: appli-
cabis quæ dixi de ſervitutibus præſcribendis *ſub c.
de quarta* 9. & quæ requirantur *ibi ſub cap. fin. q.* 4.
de præſcript.

29 Titulus ſolus ſine traditione, an Dominium
transferat in Eccleſiam videtur affirmari ax jam
adductis per Covar. & ita proſequitur Gratianus
reg. 467. cum multis ab eo relatis, Bartol. DD.
per illum textum *in auth. ut Eccleſia Romana*, &
probant ex hoc noſtro textu Doctores, & *ex l. fin.*
30 *cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* ſic affirmantes. † Quæ
concluſio ampliatur etiam in relictis favore piæ
cauſæ, Tyraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 107.
idemque eſſe in civitate, tradit Joannes Faber. *in*
31 *§. interdum inſt. de rerum diviſ. num.* 2. † Item in
ſpiritualibus; quia ea ſine traditione transferantur
ut docent Panormit. *in cap. cum M. ferrar. de con-
ſtit. num.* 30. Jaſon. *in dict. l. traditionibus num.* 20.
cod. de pactis, Hermoſilla cum multis *in l.* 50. *ti-
tul.* 5 *p.* 5. *num.* 20. 21. 22. *fol.* 227. ubi Decius, ubi
idem ait de beneficialibus, & matrimonialibus;
& quod is præfertur cui prius res donata eſt; idem-
que contingere in omnibus caſibus, & perſonis
quibus Dominium abſque traditione transfertur;
quia is præfertur, cui prius fuit vendita, *ibi. n.* 26.
32 † Et idemque eſſe in fiſco ad quem ſine traditione
ſtatim bonorum caducorum tranſit, Jaſon. *in dict.
l. fin. num.* 7. quippe cum de fiſco ad Eccleſiam be-
nè arguatur ut patet ex nonnullis, quæ dixi *ſub
tit. de præſcript.* & affirmat receptum Boërius *de-
ciſ.* 277. *num.* 10. Gregor. Lopez *in l.* 19. *gloſſa mag-*
33 *na tit.* 8. *p.* 5. † Imò & Covarruu. *dict. lib.* 1. *var.
cap.* 14. *num.* 14. ampliat ut procedat non tantùm
in donatione vera, ſed & in ea, quæ oritur ex
pacto donationi privato factæ adjecto: & plura
ſcribit ad propoſitum D. Franciſcus de Amaya *in
toto titul. cod. de bonis vacantib. libro* 10. *lib.* vi-
denda.

34 Prædicta regula limitatur quando venditio ce-
lebratur cum procuratore Eccleſiæ, Bernardus *re-
gula* 107. Nec etiam procedit in voto; quia etſi
quis ingrediatur Monaſterium, non ex eo Domi-
nium abſque traditione tranſfertur, Bart. *in auth.
ingreſſi cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* Caſtillus *in l.* 45.
35 *Tauri num.* 36. † Tertio limitatur in Clericis, in
quos abſque traditione, non tranſfertur Domi-
nium, benè Angelus *conſ.* 48. *quidem Franciſ.*
36 *num.* 3. *circa finem.* Quarto limitat benè Jaſon.
in §. ſed. & iſta quidem inſtit. de actionibus num. 36.
& 75. in quaſi dominio & Publiciana quando au-
tor vendens, vel donans non haberet Publicianam,
ſecus ſi eam haberet: nam tunc illa tranſiret ipſo
jure in Eccleſia, declarat etiam Gregor. Lopez
in l. 1. *gloſſa fin. in fine tit.* 11. *p.* 1. *per illam legem.*
37 † Quinto ut etſi regula procedat ſoluto pretio,
vel de eo habita fide, ſecus erit alia gloſſa *in d.
l. fin.* verb. *in rem*, & *ibi* Bart. *cod. de Sacroſ.* Baldus
in l. Ancillam cod. de actione vend. † Qui idem *in* 38
l. ad finem cod. de rerum permut. limitat in permu-
tatione; ſed ipſe *in dict. l. fin.* ubi benè Jaſon. *col.* 3.
contrarium tenet. † Item limitatur regula quan- 39
do donatur, ſeu venditur Eccleſiæ res aliena, ſi-
cut Legatario, inquam non tranſfertur Dominium
rei alienæ legatæ, gloſſa *in cap.* Raynaldus *de te-
ſtam.* verb. *medietatem*, ubi Lanfrancus *in ſua re-
pet. col.* 3. *in fine*, Didacus del Caſtillo *in dict. l.* 45.
Tauri num. 37. † Octavo limitatur in eo nempè 40
quod etſi Eccleſia fruatur dictis in regula, ſed non
erit privilegiata in probando Dominio, Gulielm.
Benedict. *in cap. per veſtras*, verbo, & *uxorem no-
mine Adalaſiam de donat. inter*, *deciſ.* 5. *num.* 455.
hæc omnia cum multis aliis ab eo relatis Docto-
ribus recolligit Gratianus, *ſupra dicta regu-
la* 467.

Dubium verò eſt juxta dicta *ſupra in principio* 41
an etiam ſicut contingit, ut Dominium in Ec-
cleſiam transferatur ſine traditione; ſic etiam
contingat in poſſeſſione. In quo dubio Abbas
hic num. 6. negat ſequitur cum multis aliis Gratia-
nus *dict. reg.* 467 *ſub num.* 10. † Expendens contra- 42
riorum ſententiam fundatam in gloſſa *cap. ſi qua
mulier* 18. *quæſt.* 3. & Guilliem. Benedict. *ſupra in
dict. cap. per veſtras* verb *mortuo*, Joan. de Caſtillo
in dict. l. 45. *Tauri num.* 3. allegantis *dict. l.* 1. *tit.* 11.
p. 1. cui reſpondent Gratianus *ſupra*, & Antonius
Gomez *in dict. l.* 45. *Tauri*, eam tantùm loqui in
Dominio non poſſeſſione. † Et facit ea ratio: 43
nam quoties Dominium ſine poſſeſſione in ali-
quem transfertur, non transfertur poſſeſſio ſecun-
dùm gloſſam *in l. cum duobus §§.* idem reſpondit
verb. *Dominium ff. pro ſocio*, Bartol *in l. commiſſa ff.
de Publiciana*, ſicut in fiſco, & in re dotali, benè
oſtendit Melchior. Pelaez *de Majoratu* 3. *p. q.* 19.
num. 2 & 3. ſic videtur ex hoc textu probari ibi:
Modicum terræ, & ibi: *Quod ſcotatio dicitur, non
tam factæ donationis, quàm traditæ poſſeſſionis, ſit
ſignum evidens*; Riocius verò *collect.* 1719. ad tex-
tum *in dict. l. traditionibus*, poſtquam dixit quod
Dominium abſque traditione non transfertur, &
poſuit quinque caſus, in quibus transferatur, limi-
tans illam regulam; inter quas jam relatam de
Dominio quod transfertur in Eccleſiam; dicit
contra alios, ut in caſibus, in quibus transfertur
Dominium ipſo jure abſque traditione, etiam
transferatur poſſeſſio. Sed pro compoſitione ſic
contendentium leges latè loquentem Gutierrez
in §. ſui inſt. de hæred. qualit. & diſ. à num 98. & ap-
plicabis quæ ego latè dixi *in Rub. de cauſa poſſeſſ.
& prop. quæſt.* 2. *à num.* 18. ubi de pluribus caſibus,
quibus Dominium transfertur ſola voluntate Do-
mini; & quæ ſint poſſeſſio, uſus, uſusfructus, &
emphyteuſis &c.

Traditio rei, an operetur prælationem illius, cui 44
tradita eſt, etiam ſi alius ſit tit. anterior, affirmat
textus *in dict. l. quoties cod. de vend.* & *in dicta l.
ſive autem §. ſi duobus ff. de Publiciana l.* 7. *tit.* 7. *p.* 7.
benè Gregor. Lopez *l.* 15. *tit. de las herencias, lib.* 3.
fori, Montalb. *in l.* 50. *tit.* 5. *p.* 5. ubi benè Greg. pro-
bat Gratian. *reg.* 471. ubi ſemel ampliat, & limitat
cum Socino, & aliis multis novam modis *in regu-
la* 22. ipſum videbis & Hermoſillam *ſupr. num* 31.
† Item ipſe Gratianus *in regula* 472. ponit aliam 45
regulam nempè quod traditio rei propriæ, tanquam
ſi aliena eſſet non transfert Dominium, Bart. per
text. *ibi in l. ſi procuratorem ff. de acquirendo rerum
Dom. gloſſa in l. ejus qui in provincia*, ubi Bart. Bald.
& DD. *ff. ſi certum petatur gloſſa in lege* 1. *ff.*

de inoffícioſo, & ipſe Gratianus ampliat ſemel, & limitat, modis ſeptem, ut per eum videbis.

46 Quod ſi dubites quibus modis probetur poſſeſ-
ſio, leges pleraque, quæ dixi *ſub cap. licet* 9. *de*
prob. ubi & de duobus probantibus poſſeſſionem,
quis præferatur: & de hoc dubio plenè Antonius
Gomezius *in l.* 45. *Tauri numero* 193. *alias nu-*
mero. 201.

47 Et quod probetur poſſeſſio per inſtrumentum
dixit Riccius *collect.* 1484. ad textum *in l. prælia*
ff. de acquir. poſſeſſ. ubi Doctores per inſtrumen-
tum ſcilicet captæ poſſeſſionis, quod etiam ſu-
fficit ad manutenendum alia, & hæc ex nonnul-
lis deciſionibus probat.

48 Poſſeſſio an transferatur in hæredem abſqua
apprehenſione, & Riccius *collect.* 840. *in l. quia*
univerſas §. *per colonum ff. de acquir. poſſeſſ.* negat
transferri, niſi apprehendatur; quia licet poſſeſ-
ſio animo retineatur; non tamen ſola animo adi-
49 piſci poſſit, de quo *alibi. ſub lib.* 2. dixi latè. † Et
ampliat procedere in filio hærede; quia in eum
non tranſit ſine apprehenſione, pulchrè Joſeph.
Ludovic. *deciſ.* 69. quæ facit ad limitationem tex-
50 tus *in l. in ſuis ff. de liber. & poſth.* † Item dicit
procedere in juribus incorporalibus; quæ non
transferuntur in hæredes, niſi apprehendantur,
51 Caputaq. *in deciſ.* 101. *p.* 1. † Quod limitat Riccius
quando defunctus ſuo animo poſſidebat, & cor-
pore alieno; putà per Colonum: nam tunc per
ipſum Colonum dici hæredi acquiri ſine corpora-
li ipſius apprehenſione, Afflictis *in deciſ.* 155 &
52 325. † Item limitat eo in caſu, quando quis
conſtituit ſe poſſidere nomine alicujus ac ejus hæ-
redum: nam ait transferri, licèt non apprehen-
datur; proptereaque poſſe hæredem agere poſſeſ-
ſeſſorio recuperandæ Balbus *deciſ.* 12. Benint. *de-*
ciſ. 12. aliter enim limitat Cardinalis Puteus *in de-*
ciſ. 462. *lib.* 2.

53 Notabis vero quod poſſeſſio, quæ eſt in hære-
dem, dicitur nova poſſeſſio, ut tradit Capicius
in deciſ. 1. Riccius ſupra verſ. *ad ornatum dict. col-*
54 *lect.* 940. † Item ſecundo notabis quod hæres di-
citur poſſidere animo, & corpore alieno; videli-
cet Coloni, etiam ſi actualem poſſeſſionem, non
ſit adeptus Magon. *in deciſ. Lucan.* 38. *n.* 15. quam
notabis ad text. *in l. cum hæredes ff. de acquirenda*
poſſeſſ. quæ omnia applicabis ad dictum Barboſæ
55 *hic dicto num.* 3. † Ubi dicit lege, ac conſuetudi-
ne fieri poſſe, ut poſſeſſio in hæredem tranſeat ſine
corporali apprehenſione. Ad quæſtionem appli-
cabis Pichardum *in manuduct. ad praxim p.* 2. *præ-*
cepto 1. *numero* 8. & 10. ubi quas actiones hæ-
res habeat, ut exequatur hæreditarios debi-
tores.

56 Et quia de materia fictionis ſolent Doctores
agere occaſione hujus textus ideo leges quæ noto
infra in cap. præterea 40. *appellat* imo Gutierrez
ſupra in dicto §. *ſui à dicto num.* 65. ubi *à num.* 99.
57 ut componat gloſſa inter ſe contrarias. † Dicit
multis in caſibus dari poſſeſſionem fictam, quæ
quaſi poſſeſſio vocatur, ut incorporalibus, refe-
rens nonnullos modos, quibus conſequitur ſe-
cundùm jam dictos, ſic illam vocantem; quia et-
ſi revera facti poſſeſſio non ſit, ſi tamen talis, ut
habeat poſſeſſionis effectus, qui *num.* 71. tradit
quinam effectus ſint iſti. Et hæc ſufficiant ſit præ-
libata pro materia textus noſtri, quæ ſi extende-
rentur longos commentarios deſiderarent. Et
nec extendo ne demarer à conſuetudinis materia,
quantumvis anſam ad diſputandum de Dominio,
& poſſeſſione ac de modis ea acquirendi Pontifex
obtulerit occaſionem.

AD TEXTUM

IN CAPITE III.

Ad Audientiam, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Conſuetudo ut in cauſis Eccleſiaſticis, dictum pro ſententia teneatur non valet*, n. 4. & 5.
2 *Sententia à non ſuo Judice non tenet.*
3 *Juſtitia juſtè lata ab incompetenti Judice, poteſt comprobari eiſdem actis.*
4 *Conſuetudines Laicorum, non ligant Clericos* num. 5. & 6. *de eorum incapacitate remiſſivè.*

TEXTUS iſte dicit quod non valet conſue- 1
tudo, ut in cauſis Eccleſiaſticis dictum po-
puli pro ſententia teneatur, probat cum multis
hic Barboſa *num.* 1. † Ubi *num.* 2. præſtat ratio- 2
nem ex eo textu; quia ſententia à non ſuo Judice
lata nullam obtineat firmitatem. † Addens *num.* 3
3. quod ex eiſdem actis poſſit ſententia juſtè lata
ab incompetente Judice comprobari. Occaſione
horum adjunges quæ dico latè *infra in cap. at ſi Cle-*
rici 4. *de jud.dic.* & *in toto tit. de foro comp.* fallit. *in Rub.*
quæſt. 2. verſ. *ad quartam* ibi: *Item communitas*
Laicorum. 4

Sed quia ex generalitate hujus textus videntur
improbari conſuetudines Laicorum reſpectu Cle-
ricorum, & rerum Eccleſiaſticarum; ideò adjun-
ges plures quæſtiones, quas *ſuprà* notavi ante
principium Rubricæ, & plures etiam, quas latè
diſputavi *in cap.* 8. *de judiciis*, & *in cap.* 9. *de foro*
compet. ubi Barboſa. Item applicabis notata *ſupra*
in cap. quæ in Eccleſiarum 7. & *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ* 10. *de conſtitut.* ubi adduxi quæſtiones
plures improbantes leges ſtatuta, & conſtitutio-
nes Laicorum diſponentes de Clericis; & rebus Ec-
cleſiæ. † Et quod conſuetudines Laicorum non 5
ligent Clericos, dixit Salas *de legibus diſp.* 14 *ſect.* 8.
† De incapacitate Laicorum, tam in judicando, 6
quàm in aliis diſpoſitionibus reſpectu Clericorum
& rerum Eccleſiaſticarum, videbis *in cap. novit.*
13. *de jud.* & *in cap. qualiter eodem, in cap.* 1. & 2.
de foro comp. in cap. 8. *cap. ſi diligenti*, & in aliis plu-
ribus ejuſdem tituli.

AD TEXTUM

IN CAPITE IV.

Quanto, hoc Titul.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Jus naturale eſt immutabile, ſicut ejus auctor eſt immutabilis*, & n. 4.

2 *Conſuetudo*

2 *Conſuetudo contra jus Divinum, & naturale improbatur? & quare n. 3*

3 *Conſuetudo eo habet vim derogandi legibus; quia ipſarum conditores Juſtis de cauſis conſentientes eidem conſuetudini deferunt, quaſi conſenſu deficiente, ea deficiat.*

4 *Conſuetudo nulla queit introduci contra jus Divinum obligans, ſive poſitivum, ſive naturale.*

5 *Confirmationis Sacramenti, quis ſit proprius miniſter, ubi remiſſivè ad quæſtiones.*

6 *Confirmans Epiſcopos ſubditos alienæ Diœceſis, num peccet, remiſſivè.*

7 *Confirmari an poſſint filii Principum ante uſum rationis, vel ſi immineat mors, Et in qua ætate remiſſivè.*

8 *Eligens unum ex duobus eminentibus, quæ illicita eſſe videntur num peccet.*

9 *Neceſſitas legem non habet.*

1 TEXTUS iſte ſubtilis eſt, & in quo plura de conſuetudine adversùs jus Divinum improbanda expoſcebat tractari; cumque talis conſuetudo nequaquam valere poſſit, nec ea introduci, ſive jus Divinum ſit, ſive naturale; eo quod conſtet tale jus immutabile eſſe, §. *ſed & naturalia inſtituta de jure naturali*, ſicut & ejus autor eſt immutabilis *cap.* 1. ibi, *in commutabilis* 2 *de ſumma Trinit. & fide Catol.* † ideo rectè talis conſuetudo improbatur, ut apparet, latiſſimè ex 3 dictis *cap. pen. & fin.* † item etiam quia conſuetudo eo habet vim derogandi legibus; quia ipſarum conditores juſtis de cauſis conſentientes eidem conſuetudini deferunt. quaſi conſenſu de- 4 ficiente, poteſtas conſuetudinis deficiat, † ac ſubinde eum autor legis Divinæ nunquam tale jus derogandi reſpectu ſuæ legis tribuiſſet, quinimo contrarium appareat ex illo Lucæ 21. *Cælum, & terra tranſibunt*, evenit dicendum ut nulla queat introduci conſuetudo contra jus Divinum obligans, ſive poſitivum, ſive naturale, tradit Barboſa in *Rubrica hic num.* 8. & 9. & plura dixit Balboa in lectura, quam dictavit diſcipulis ſuis in Cathedra decreti Salmanticæ ad materiam de legibus, & conſuetudine, de qua dico *infra ſub cap. fin.*

5 Itaque; quia Barboſa hic congerit nonnulla, tam de Miniſtris Sacramenti Confirmationis, ac ordinis, dicens hoc non Sacerdoti ſimplici, ſed ſolis Epiſcopis pertinere. Ideo nunc præter ab ipſo relata adjunges Doctores diſputantes de diverſis quæſtionibus aptiſſimis ad materiam, repetitionem hujus textus; itaque leges Covarruv. *lib.* 1. *variar. toto cap.* 10. optimè diſputantem de Sacramento Confirmationis ad interpretationem textus noſtri, ubi *num.* 6. probat, quod ſolus Epiſcopus non Sacerdos, ſimplex ſit miniſter hujus Sacramenti; & *num.* 14. quod Confirmationis Sacramentum non poſſit ab alio, quàm Epiſcopo miniſtrari, etiam ratione præſcriptionis immemorialis, & alia curioſa agitat, & de materia latiſſimè, præter Summiſtas, congerens plures conciliare deciſiones Baſilius Pontius de Leon *in ſuo tractatu de Confirmationis Sacramento*, quem leges *tota* 4. *part. à cap.* 1. ubi diſputat de quæſtione, an ſolus Epiſcopus, an etiam Presbyter ſit ordinarius Miniſter hujus Sacramenti. Et *cap.* 2. an quilibet ſit ſufficiens; etſi Presbyter peccat conferendo. Et *cap.* 3. an Presbyter ſaltem ex diſpenſatione poſſit eſſe Miniſter Confirmationis. Et *cap.* 4. an ut Presbyter poſſit eſſe Miniſter Confirmationis, requiratur diſpenſatio Pontificis, aut ſufficiat Epiſcopi. Et *cap* 5. & an conſuetudo Græcorum in hac parte ſit licita, & unde emanaverit. Et *cap.* 6. qua ratione conveniat Epiſcopo eſſe Miniſtrum Sacramenti Confirmationis. Et an Presbyter poſſit facere chriſma, videbis Azor. *inſtit. moral. lib.* 5. *tom.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. & videbis *quæſt.* 4. 5. & 6. qui *lib.* 3. *tom.* 2. *cap.* 48. agit de poteſtate ordinis. Videbis ad materiam textus Chuch. *inſtit. moral. lib.* 4. *tit.* 11. & *lib.* 5. *art.* 3. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 4. *cum ſequent.* noviſſimè diſputat, ac ſcribens exornat Barboſa *in paſtorali tota allegatione* 30. an Epiſcopus ſit proprius Miniſter Sacramenti Confirmationis, latè dico *infra ſub cap.* 1. *de Sacram. non iterandis.*

6 Epiſcopus ſi confirmet ſubditos alienæ Diœceſis, an peccet, Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſ.* 50. & *part.* 2. *tract.* 17. *miſcell.* 8. *reſ.* 17. & ad quæſtiones bonas circa materiam videbis eum, *part.* 3. *tract.* 4. *à reſol.* 19. *uſque ad* 28. Et ad alias applicabis eum & quas dixi *ſub cap.* 11. & *aliis de Epiſcopo ordinante alienos ſubditos in tit. infr. de tempor. ordin.* item & ſub *tit. de qualitate, & ætate ordinandor.*

7 Confirmari an poſſint filii Principum ante uſum rationis, vel ſi imminent mors, Diana *p.* 5. *tract. miſcel.* 2. *reſ.* 93. Et qua ætate confirmentur pueri *in ſuis annalibus anno* 7. *quæſt.* 4. Narbona: applicabis aliqua, quæ dico *infra ſub Rubrica, & tit. de ætate ordinandor.* ubi an infantes poſſint tonſurari, ſive ordinari; & de his agi infra *ſub cap.* 1. *de Sacramentis non iterandis.*

8 Et in verſ. ibi: *Tutius tamen eſt ea ſine periculo, vel ex neceſſitate, quæ legem non habet omittere.* Per hunc textum, & *in cap. juvenis de ſponſalibus*, diſputat Covarruv. videndus *in* 4. *part.* 2. §. 7. *à num.* 9. an ex duobus neceſſario imminentibus; quæ tamen illicita eſſe videntur, peccet qui alterum modo tutius elegit; ubi *num.* 10. diſtinguit dubium ſpeculativum à dubio practico, de quo dixi aliqua *ſub cap.* 2. *de præſcript. & alibi.* Et applicabis quæſtionem, de qua *in Rubrica de conſtitutionib. quæſt.* 16. *à n.* 1. ubi egi de illa, quæſtione, *an lex humana poſſit eligere minus malum ut evitet majus.*

9 Et quia de intellectu hujus textus in quantum ad improbandam conſuetudinem presbyterorum volentium adminiſtrare hoc Sacramentum Confirmationis ago infra *in cap. unico de Sacra Unctione* §. *per frontem quæſt.* 8. & *de materia hujus Sacramenti*, ibi de qua ſolent, D D. hic agere ideo ad ibi dicta te remitto, & ad ea quæ dixi de improbata conſuetudine infra *in cap. fin. hoc tit. quæſt.* 4.

AD TEXTUM IN CAPITE V.

Cum Inter, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo per quam violatur, interdicti ſententia non valet.*
2 *Conſuetudo, quæ auſert cenſuras Eccleſiæ non valet, vel quæ mandat diſtributiones quotidianas dari non reſidentibus.*
3 *Conſuetudo nunquam derogat legi, quæ habet rationem perpetuam.*
4 Cap. unico de Cleric. non reſident. lib. 6.
5 *Conſuetudo poteſt, ſicut lex introducere, ut diſtributiones dentur abſentibus infirmis, vel ad utilitatem Eccleſiæ.*

1 TExtus iſte probat ut non valeat conſuetudo, per quam interdicti ſententia violatur; eo quod irrationabilis ſit, ut probat hic Barboſa *in fine*; quia derumperetur nervus Eccleſiaſticæ diſciplinæ ex hoc textu. Et ſic applicabis quæ dico *infra cap. ex parte hoc tit.* ut improbatur conſuetudo quæ inducit ad peccandum. Et applicabis quæ dicit Balboa *ſub cap. 2. & ſub cap. 8. de judiciis*: nam ut dixi *in dict. cap. 2. ſub. q. 3.*
2 † Conſuetudo inducta contra legem, rationem perpetuam habentem, qualis eſt auferendi cenſuras in Eccleſia, impediendi reſidentiam in ea nunquam probari poteſt. Aliqua videbis *infra ſub cap. fin.* Non enim in omnibus caſibus conſuetudo poterit vincere legem cum certum ſit, ut nequeat tollere cenſuras Eccleſiaſticas quamvis aliàs inventæ ſint à jure poſitivo, ut ait textus noſter quod
3 procedit. † Nam quoties lex poſitiva habet perpetuam rationem; veluti immunitas, authoritas, & libertas Eccleſiaſtica conſuetudo non poterit illam vincere: argum. eorum, quæ dixi *ſupra in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. quæſt. 16. in fine*, ubi egi, *An conſuetudine poſſint acquirere Principes Laici jus collectandi Eccleſiaſticos.* Et hujuſmodi ſunt cenſuræ Eccletiaſticæ, in quibus conſiſtit nervus
4 Eccleſiæ. † Et hoc modo lucem accipiunt textus *in cap. unico de Cleric. non reſidentibus lib. 6. & cap. Clerici de judiciis*; non conſuetudine fieri poteſt, ut diſtributiones quotidianæ præſtentur non reſi-
5 dentibus, & abſentibus. † Nec obſtat dicere poſſe id ſtatui lege *ex dict. cap. unico*; quia reſpondetur ſolùm *ibi* in verſ. *qui verò*, proponi duos caſus ſpeciales, in quibus abſentibus debentur diſtributiones ex diſpoſitione legis, vel propter neceſſitatem corporalem; ſed in his etiam caſibus, id etiam fieri poterit conſuetudine, ut notat Decius *in cap. omnes de conſtit. in 2. lectura num. 2.* Covarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 5.* verſ. *tertio eadem ratione infertur.* Et ſic in aliis caſibus, ubi militat ratio perpetua, non poterit conſuetudo induci contra legem, ut etiam patet in caſu *cap. cum venerabilis hoc tit.* Et leges Covar. *in cap. Alma Mater p. 2. §. 2. à num. 6.* ubi quis poſſit decernere Eccleſiaſticum interdictum per textum. Sed quia ex verbis *hic*, ſatis, ſuperque multa generalia interdicti Eccleſiaſtici poſſis aggregare; ideò leges quæſtionem, de qua *in cap. 9. de jurejur. q. fin.*

AD TEXTUM IN CAPITE VI.

Cum Olim, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Dignitas, quæ erigitur in Epiſcopatu de licentia Papæ, debet erigi ſine præjudicio aliorum, & ſalvis favorabilibus, & rationabilibus conſuetudinibus.*
2 *Dignitas Eccleſiaſtica dignoſcitur ex conſuetudine, vel conſtitutione Eccleſiæ; ſic ut prima Dignitas ſic cognoſcatur, etſi aliter fuerit de jure.*
3 *Dignitas nova, ut de novo in Eccleſia creetur, quid conſiderandum remiſſivè.*
4 *Conſuetudo facit ad præcedentiam Dignitatum remiſſivè.*
5 *Conſuetudo ſignat locum ſedendi, eundi, & ſtandi, & in omnibus: quid de primogenitura inter titulatos, & eorum præcedentiis.*
6 *Præcentor dicitur Cantor, qui in arte muſica incipit in choro vulgo* Sochantre.
7 *Succentor eſt qui in muſica reſpondet præcentori.*
8 *Concentor eſt qui in arte muſica conſonat præcentori, & ſuccentori.*
9 *Primicerius quis dicatur in Eccleſia? remiſſivè.*
10 *Cantor quam Dignitatem habeat in Eccleſia?*
11 *Præpoſitus quis dicatur in Eccleſia?*
12 *Conſuetudo Regni; ſeu loci attenditur ſubſidium.*
13 *Obſervantia, ſeu fama loci vicini attenditur, quando dubitatur de eo, quod ſit in loco contentioſo.*
14 *Stylus præſumitur talis, qualis eſt in loco vicino, ut valeat ſententia, & acta.*
15 *Conſuetudo patriæ ſequenda eſt.*
16 *Statutum caſtri, vel civitatis ambiguum declaratur per ſtatutum loci vicinioris, loquens de materia clarè.*
17 *Conſuetudine deficiente ſunt obſervandæ leges Regni vicinioris in caſu dubio.*
18 *Dignitates novas nequit Epiſcopus conſtituere in aliqua Eccleſia ſine licentia Apoſtolica.*
19 *Epiſcopus reſtaurare antiquam Dignitatem ſi procedat Capituli conſenſus, & dos congruè, aſſignetur.*
20 *Conſuetudo attendenda reſpectu loci, veluti ſi ſimus in materia dotali, etiam ſi ſint jugerum terræ.*
21 *Conſuetudo loci contractus, eſt attendenda in menſurando, & loci, in quo quis condit teſtamentum, n. 22. & quid ubi ſunt conſuetudines diverſæ & faciat teſtamentum ſecundùm conſuetu-*

conſuetudinem unius loci, n.23.*quid in judiciis.*

1 CUM Dignitas aliqua erigitur de licentiâ
Pontificis in Epiſcopatu debet erigi in præ-
judicio aliorum, & ſalvis rationalibus, & approbatis
2 conſuetudinibus, † inferens ex hoc textu Barboſa *n.2*
Dignitas Eccleſiaſtica dignoſcitur ex conſuetu-
dine, vel conſtitutione Eccleſiæ; ſic ut ea pluri-
mum operetur ad dignoſcendum quænam ſit pri-
ma Dignitas in aliqua Eccleſia, taliter ut potius
attendatur ſolitum ipſius Eccleſiæ, quàm jus
3 commune. † Ex his duo conſiderabis, unum de
creando Dignitatem novam, quare applicabis
notata, *ſupra in cap.cum M. de conſtitut.* ubi de
augendo numero Canonicorum in aliqua Eccle-
4 ſia. † Alterum nempè de conſuetudine ad præ-
cedentiam Dignitatum, & hac occaſione appli-
cabis plura, quæ annoto *infra in cap.ante pen.de
majorit.& obed.* ubi de præcedentiis inter perſonas,
Dignitates, & communitates, & quid in eis con-
ſuetudo, ſeu actus conſuetudinarii diſponant.
5 † Itaque Salgadus *de protectione Regia tom* 1.*p.*2.
*cap.*9.*num.*18. *in fine*; & Barboſa *hic* cum aliis
*num.*3. colligunt cum Baldo per hunc textum,
quod conſuetudo ſignat locum ſedendi, eundi,
& ſtandi. Et de jure primogenituræ inter titulatos,
ac de eorum præcedentiis, & quid poſſit conſue-
tudo, & quid in materia ſeſſionis locorum ea at-
tendi debeat ex Baldo, & aliis, optimè Maſtril-
lus *de magiſtr.p.*4.*cap.*14. quam videbis ad plura:
adjunges quæ tradit Barboſa *de poteſt. Epiſcopi p.*1.
*tit.*3.*c.*8.*a num.*64. ut quod conſuetudo ſervanda
ſit in honoribus deferendis, idem *hic num.*10. ait
quod quiſque honorandus eſt ſecundum Dignita-
tem ex Tyraq.*de nobilitate ſub cap.*20.

6 Ibi in verſ.*præcentorem*, & ibi: *Dignitatem, quam
habent alii præcentores*, quis ſit *præcentor.* Azor.
*lib.*3.*moral.c.*22. & *vocabularium utriuſque juris*,
verb.*præcentores* ex textu noſtro, & *ex cap. cleri-
cus* 21.*diſt.* dicuntur cantores, qui in arte muſica
incipiunt in choro in Eccleſia collegiata, ut hic,
quorum duo ſunt genera cantorum in arte muſi-
ca, præcentor qui vocem cantando præmittis,
7 vulgo *Sochantre.* † Et ſuccentor qui ſubſequen-
8 ter canendo reſpondet, † & additur concentor,
qui conſonat prædictis: unde cum multis ab eo
relatis leges Barboſam, *p.*1. *juris Eccleſiaſtici*
9 *cap.*28. † Ubi agit de primicerio cantare, &. præ-
poſito, & quæ officia peragant in Eccleſiis; &
*num.*10. ubi dicit quod præcentor, & cantor, idem
ſunt, quod primicerius, ubi *num.*11. dicit quale
10 ſit officium ſuccentoris † & *n.*12. Cantor quam
11 Dignitatem habet; item & *à num.*14. † Præpo-
ſiti quod officium, ſeu Dignitatem habent, ubi
leges & plures ab eo relatos de quo leges quæ dico
*ſub cap.*1.*de ætate ordinandor.* ubi de præpoſito, &
*in cap.*1.*de officio Primicerii ubi de præcento can-
tore ſuccentore & concentore latè.*

12 In verſ.*in aliis Eccleſiis Anglicanis*, notat plura
Barboſa *hic* ex multis ad probandum quod con-
ſuetudo Regni, ſeu loci attenditur in ſubſidium.
13 † Et quod fama, aut obſervantia loci vicini at-
tenditur quando dubitatur de eo, quod fit in loco
vicino, ut valeat ſententia, & acta. † Et quod
14 conſuetudo patriæ ſequenda ſit ad ornatum bo-
rum, adjunges quæ dixi *ſupra in c. quod clerici* 9.
de foro comp. & *ibi q.*3.*ubi an conſuetudo loci ſer-
vanda ſit in concernentibus* [illegible]. Item appli-
cabis quæ dixi de *vicinis in cap. quoſdam* 7. & *in
cap. quanto de præſumpt.*

Et ſic etiam aliis probat ſtatutum caſtri, vel 16
civitatis ambiguum declarari per ſtatutum loci vi-
cinioris, loquens de materia diſtincta, & clarè
quoad ea quæ ſint intacta, & determinata à jure
communi, vel conſuetudine. † Et addit quod 17
deficiente conſuetudine ſunt obſervandæ leges
Regni vicinioris in caſu dubio, & ſecundùm eas
Judicandum Et ſic hac occaſione adjunges quæ de
ſtylo dixi *ſupra ſub Rub. in fine*, & ad quas leges re-
currendum ſit deficientibus municipalibus leges
quæ plenè dixi *in cap.* 15. *de teſtibus quæſt.* 1. *in
fine.*

Et etiam pro exonatione hujus textus adjunges 18
quæ noto, *infra in cap. cum dilectus* 8. ubi dicit
textus quod conſuetudo, eſt optima legum in-
terpres.

Et ibi gloſſa *conceſſimus*, notat Barboſa *num.*7. 19
quod Epiſcopus non poteſt conſtituere novas
Dignitates in aliqua Eccleſia, vel Cathedrali ſinè
authoritate Apoſtolica. † Ubi adducit Felinum
dicentem *in cap. cum acceſſiſſent à num.* 14. *de con-
ſtitut.* quod Epiſcopus poteſt antiquam Dignita-
tem reſtaurare, ſi accedat Capituli conſenſus; &
congrua dos aſſignetur; & ſic adjunges quæ ad-
duxi ſupra *in cap. cum M. ferrar. de conſtitutio-
nibus* ut notavi, *ſupra in princ.*

Conſuetudo an ſit attendenda in materia præ- 20
cedentiæ notavi, *ſupra à num.* 1. ut propriè repe-
tas, de quo Diana *part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 29. ſed latè
dico, *infra in dicto cap. antepen. de majoritate*, &
obed. & de conſuetudine attendenda reſpectu
loci, applicabis gloſſam *cap. nonnulli de reſcript.*
& quæ docet Riccius *collect.* 2057. *ad text. in l.*1.
cod. de ſumma Trinitate, & fide Catholica, ubi
exemplificat, dicens, quod ſi ſumus in materia
dotali, ut in lucro dotis ſit attendenda conſuetudo
in civitate Originis uxoris, quod limitat, *ibi*, cum
Franciſco Marco *in deciſ.* 66. Ubi ut ſervetur loci
viri conſuetudo, ſi adſit in civitate viri, quod
lucratur tertiam, vel nihil ſi mulier decedat ſine
liberis. † Et quod ſequatur conſuetudo loci con- 21
tractus, etiamſi ſint jugerum terræ ſitæ in aliquo
alio loco: nam in menſurando eſt attendenda
conſuetudo loci contractus: ſic cum Pedemont.
deciſ. 114. etſi Dominorum pars contrarium te-
nuerit.

Item quod ſit attendenda conſuetudo, in quo 22
quis condit teſtamentum, etiam quoad bona, quæ
non in loco conditi teſtamenti ſunt.

Et propterea ſi ſunt conſuetudines diverſæ in 23
duobus locis, in quibus bona poſſideat teſtator,
& faciat teſtamentum ſecundùm conſuetudinem
unius loci, tunc teſtamentum operetur ſuum effe-
ctum, etiam quoad bona ſita alio in loco, ubi
diverſa eſt conſuetudo. † Item quod in litis ordi- 24
nariis, & in appellatione, quæ etiam eſt de or-
dinariis, ſit ſervanda conſuetudo loci, judicii,
etſi in deciſoriis ſit ſervanda ea, quæ eſt loci
contractus. † Et applicabis quæ de ſtylo dixi *ſu-* 25
pra ſub Rub. in fine.

AD TEXTUM IN CAPITE VII.

Cum Venerabilis, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM

1 *Conſuetudo efficere nequit, ut quis dimittat Dignitatem ſine licentia ſuperioris.*

2 *Electus nequit adminiſtrare, non habita confirmatione, nec electus in Epiſcopum, dum litteræ expeditæ non ſunt, remiſſivè.*

3 *Conſuetudo publica faciendi actum, excuſat à delicto, etiamſi ea ſit irrationabilis, vel reprobata à lege, & à pœna temporali, ſed non ab æterna*, n 4.

5 *Conſuetudo non valet contra legem expreſsè conſuetudini derogantem, niſi inducta ſciente, & patiente Papa, vel ſuperiore.*

6 *Privilegia debent attendi ſtrictè, quantumvis minus lædant.*

7 *Privilegium non ſubdito conceſſum, ubi agitur de modico, revocari poteſt.*

8 *Papa, vel Princeps ſcribens cum intentione præjudicandi, ſi non apparet de quantitate, intelligitur de minori, & parvo præjudicio.*

1 DUo diſtincta dicit textus hic, nempè ut quis non poſſit dimittere Dignitatem ſine Superioris licentia, nec id aliqua induci conſuetudine. Ad hoc adjunges quæ dico *infra de renunciat.* de qua nonnulla *in cap.* 2. *&* 3. *de reſtit. ſpol.* & applicabis nonnulla de textu *in cap. ſi diligenti de foro comp.* ubi Clericus nequit proprio ſuo foro renunciare, de quo etiam *in cap.* 1. *eodem*,
2 ubi qualis aſſenſus petatur. † Aliud nempè dicit ut non poſſit electus adminiſtrare, non habita confirmatione, à Superiore. Occaſione horum adjunges quæ *infra* latiſſimè dixi *in cap.* 9. *& cap.* 15. *de electione*: ubi an electus in Epiſcopum queat adminiſtrationi ſe ingerere litteris non expeditis & præſentatis. Et applicabis nonnulla, quæ *ſupra* dico *ſub cap.* 1. *hoc tit.* ubi an ſine traditione poſſeſſio, ſeu Dominium transferatur in Eccleſiam.

3 Et Barboſa *hic num.* 4 in gloſſa *emigraſſe*, & ibi *ſed forte*, notat quod conſuetudo faciendi actum, ſi publica ſit, excuſat à delicto; quamvis conſuetudo irrationabilis ſit, vel reprobata à lege, aut
4 etiam injuſta, ſaltem in foro contentioſo. † Et quod conſuetudo injuſta quoad forum temporale valeat mero jure, & excuſet à pœna; ſecus de æterna, & Divina, multis comprobans; ideo applicabis notata *infra in cap. penult.* ubi de improbata conſuetudine ratione peccati. His etiam per hanc gloſſam adjunges Covar. *in cap. quamvis pactum de pactis lib.* 6. 2. *p. cap.* 2. §. 7. *à num.* 11. verſ. *quid de conſuetudine*, ubi agit de quæſtione an conſuetudine blaſphemandi excuſet à pœna exteriori.

5 Notat etiam Barboſa per hunc textum & gloſſam *num.* 5. *&* 6. quod conſuetudo non valet contra legem expreſsè conſuetudini derogatam, niſi quando eſt inducta, ſciente, & patiente Papâ, vel illo, qui legem poteſt tollere. Et quod conſuetudo futura nequit etiam procedere adversùs legem, quæ ipſam conſuetudinem ſimpliciter improbavit, ut multis probat; quibus adjunges quæſtiones ſequentes quæ dico *infra* de lege abrogante conſuetudinem, & de aliis *in cap. fin. hoc titul.*

Et ibi in verſ. *ſine præjudicio alieno*, notat Barboſa *num.* 6. quod privilegia ita ſunt reſtringenda, ut attentis & maturè perpenſis verbis & mente concedentis in ea accipiantur ſenſu qui minus alterius verbis lædat. Quare adjunges notata *ſuprà* de reſtrictione reſcriptorum *in cap. ſignificante, cap. Rodulphus, cap. ſignificavit de reſcriptis*: alia dicit idem Barboſa *hic num.* 8. *&* 9. ubi ex gloſſa *hic* præjudicium, verb. *quia pro modico.* † Dicit privilegium non ſubdito conceſſum, ubi agitur de modico revocari poſſe. † Item quod quando Papa, vel Princeps ſcribit cum intentione præjudicandi, ſi non apparet in quanta quantitate ſit interpretandum in minori, & parvo præjudicio, &c. Ad quod exornandum adjunges notata *infra in cap. dilecti* 6. *de donationibus, & in cap. ex parte de cenſibus*, ubi in quibus fiat intepretatio pleniſſima, & in quibus mediocris, aut minima. 6 7 8

AD TEXTUM IN CAPITE VIII.

Cum Dilectus, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo eſt optima legum interpres, privilegiorum, ſcripturarum, contractuumque.*

2 *Conſuetudo & rei natura dant interpretationem diſpoſitioni ſimplici.*

3 *Conſuetudo interpretativa tanti effectus eſt, ut unico introducatur actu nec oportet ut ſit præſcripta.*

4 *Conſuetudo parem vim habet cum lege, habet vim pacti, fortiorque ea eſt.*

5 *Conſuetudo facit licitum quod aliàs erat illicitum.*

7 *Conſuetudo poteſt inducere ut una Eccleſia de gremio alterius teneatur ſibi Prælatum eligere.*

8 *Conſuetudo num poſſit tollere libertatem in eligendo, vel reſtringere ad certas perſonas.*

PROBATUR ex hoc textu vulgatiſſimum quoddam axioma, nempè quod conſuetudo eſt optima legum interpres: & inde probari ut ſit etiam interpretativa privilegiorum, & ſcripturarum, & contractuum quæ facit partes contrahere ſecundùm eam. † Itaut vulgò dici ſoleat quod conſuetudo & rei natura dant interpretationem diſpoſitioni ſimplici: ſic recolligit cum multis ab eo relatis Barboſa *hic à num.* 6. qui *ſub num.* 8. dicit ut ſic tanti effectus hæc conſuetudo interpretativa, quod ex unico actu inducatur nec oporteat eſſe præſcriptam. Quibus omnibus addo Dianam *p.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 24. ub dicit duplici modo intelligi 1 2 3

intelligi regulam, *Quod conſuetudo habet vim interpretandi legem.* Item applicabis alia notata *ſupra in cap. cum olim 6. hoc tit.* ubi quod conſuetudo eſt attendenda reſpectu loci, & vicinitatis. Et quod conſuetudo ſit interpretativa privilegiorum, & contractuum, atque optima legum interpres; & quod quælibet diſpoſitio recipiat interpretationem ab ea, faciatque contrahere partes ſecundùm eam: benè ex multis Barboſa *axiom.* 56. *n.* 48. *& fin.*

4 Item addit Barboſa *hic num.* 10. quod conſuetudo parem vim habet cum lege de quo dico *infra in cap. fin.* & notavi *ſupra ſub Rub.* & probat ſimiliter quod habet vim parti, ſit que ſortior pacto.

5 † Et *num.* 11. dicit quod conſuetudo fecit licitum quod alias erat illicitum ſed de quo ſit intelliges ex notatis *ſupra ſub cap. præced.* verſ. *& Barboſa* & ex notatis *infra ſub cap. pen. & fin.* facit enim de non licito licitom, & è contra ac proinde excuſat ab omni pœna, ſi fiat actus non licitus, Bartol. *in l. fugitivum §. apud Labeonem ff. de edilitio edicto* Gutierrez. *practicar. lib.* 3. *quæſt.* 29. Tuſchus *concluſ.* 60. *num.* 18. quod declarat cum aliis Barboſa *axioma.* 56. procedere quoad pœnam temporalem; quia quod pœnam peccati, & ſpiritualem conſuetudo non facit da illicito licitum contra legem ex gloſſa, *in cap. denique 4. diſt. & in cap. cum venerabilis hoc tit.* Felinus, *in cap. ex tenore num.* verſ. *de clara*, de reſcriptis Berojus *conſuet.* 167. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 46. *num.* 2. Cepola *conſuet.* 40. Craveta *conſ.* 6. *num.* 103. Tuſchus *dicta concl.* 806. *num.* 21. *&* 22 quæ adjicies ad ea, quæ dico *in cap. fin. hoc tit. quæſt.* 1. quibus & hæc ampliantur

6 Textum hunc interpretatus ſum *infra in Rub. de litis conteſtatione q.* 3. *n.* 2.

7 Sed quia ex verbis noſtri textus alia tractatur deciſio, nempè quod conſuetudine poteſt induci, ut una Ecleſia de gremio alterius, teneatur ſibi Prælatum eligere: de quo plenè per Barboſam *hic*; ſed tu recurres ad textum, & *ibi* notata, *in cap. cum terra infra de electione.* Et præter relata ab eo, ego præcipuè ad verſ. *quia nobis*, adjungo quæſtiones ſequentes, quas per eum tractant Doctores. Primo an electio facta ab excommunicato, ſit nulla, de qua Suarez per textum, *hic de cenſuris diſp.* 14. *ſect.* 2. *à num.* 6. ad quam, & ad alias ſimiles vide plura, quæ dixi *ſub cap. ad probandum de re Judicata.* Item an collatio facta ſuſpenſo valeat, tractat Garcia, *de benefic.* 2. *part. cap.* 15. *per* totum & ego latè *infra ſub cap.* 3. *de ætate ordin.* Et leges Barboſam *in cap.* 9. *exceptionib. à num.* 26. ubi ex hoc textu probat cautum eſſe ſuſpenſos, nec eligere, nec eligi poſſe, de quo *in cap. cum inter*, *cap. illa quotidiana & in*

9 *Rub quæſt. de elect.* † Ad bonam quæſtionem, & propria hujus textus videbis Covarru. *in* 4. 2. *p.* §. 5. *cap.* 3. *à num.* 8. & 9. an conſuetudo poſſit tollere libertatem in eligendo, vel reſtringere ad certas perſonas dicit ibi breviter affirmans: videbis, *in dicto cap. cum terra & cap.* 2. *de electione*, ubi Pontifex vocat pravam eam conſuetudinem; ſed quod poſſit inducere ut ex certo genere perſonarum fiat electio: ex hoc textu probat Covarru. & *in dicto cap. cum terra* Barboſa *num.* 2. ubi ait multo minus porrigi ad ſuperiores Juxta ea, quæ reſolvunt Panormit. *in cap. licet num.* 7. *eo tit.* Navarr. *conſ.* 5. *illo* Fr. Eman. Rodrig. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 103. & teſte Caſtellan. *de electione cap.* 114. *num.* 60. *in fine*; refert Barboſa ut Sacra Congregatio Concilii Tridentini requiſita, an ſtante libertate electionis, liceat Prælato Superiori proponere duo, vel tres, ex quibus neceſſario unus eligatur; & quod reſponderit non licere: alia dico in illo textu.

AD TEXTUM

IN CAPITE IX.

Cum conſuetudinis, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Capitulum ſine Epiſcopo nequit ſtatuta, ſeu conſuetudines novas facere.*
2 *Capituli major pars nequit tollere conſuetudinem nutriendo utilitatem privatam.*

QUATENUS ex hoc textu probatur quod capitulum ſine Epiſcopo, non poſſit ſtatuta, ſeu conſuetudines novas facere aut antiquas immutare, & ſatis advertat Barboſa *hic*; ideo ſolum dico, ut adjungas ad hunc textum *infra* notata *ſub tit. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli.* Et etiam adjunges notata *ſupra in cap. cum omnes*, ubi quod abſque rationabili cauſa, non poteſt major pars capituli tollere conſuetudinem, utilitatem privatam nutriendo. Et applicabis dicta de abrogatione conſuetudinis, *ſupra in cap.* 6. verſ. *in aliis Eccleſiis*, & quæ de authoritate conſuetudinis uſuque longævi *ſupra in Rubrica*, dixi, de quibus etiam *in cap. fin. hoc tit.* 1 2

AD TEXTUM

IN CAPITE X.

Cum Ex parte, hoc Titulo.

PRÆMISSUM.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo improbatur; per quam quis inducitur ad peccandum & de ratione*, n. 8.
2 *Lex improbatur, quæ præbet delinquendi occaſione &* o. 8.
3 *Conſuetudo non valet, ut vir, qui bona ſua expendit, poſſit expendere bona uxoris, nec ut uxor ad altera ſi dimittatur, habeat partem bonorum viri* n. 4.
5 *Prodigus quis dicatur, & de ejus pæna, remiſſivè.*
6 *Vigilantibus, & non dormientibus jura ſubveniunt.*
7 *Societas inter virum, & uxorem quoad bona remiſſivè.*
8 *Conſuetudo dupliciter Iniqua conſideratur intrinſecè vel extrinſecè & qualiter differat.*

TEXTUS iſte improbat conſuetudinem, per quam quis inducitur ad peccandum, & ſic probat Barboſa *hic n.* 2. ut non valeat conſuetudo 1

tudo præbens delinquendi anſam, etiam ſi ſit im-
memorialis; cujus occaſione applicabis quæ longè
dixi *in cap. fin. de præſcript. ubi de improbanda præ-
ſcriptione cum peccato, & mala fide.*

2 Et probat rationem Barboſa *hic num.* 3. id eſſe,
quemadmodum, improbatur lex, quæ delinquendi
occaſionem præbet, ut percipies ex adductis, *ſu-*
3 *pra ſub tit. de conſtit.* † Cumque Pontifex exem-
plificet duobus in caſibus; *Nempè ut non valeat
conſuetudo, quod vir qui diſſipavit bona ſua poſſit
expendere bona uxoris*, ad quam partem notabis
adducta *infra in cap. etſi neceſſe* 5. *& cap. per veſtras*
4 7. *de donationib. inter.* † Et ſecundo exemplificat,
*ut nec uxor adultera, ſi dimittatur, habeat par-
tem bonorum viri.* Ideò etiam applicabis notata *in-
fra in cap. plerumque* 4. *de donat. inter.* Et pro in-
tegra deciſione textus noſtri applicabis notata *in
cap. Quintavallis* 23. *cap.* 12. §. *illi*, *cap. quemad-
modum* 25. *de jurejur.* ubi improbantur illicita ju-
ramenta, ne peccaminoſa.

5 In gloſſa *prodigalitas*, & ibi, *prodigus eſt*, &
ibi, *avarus eſt*, dicit Barboſa *hic num.* 4. & 5. qui
ſunt iſti. Et in verbis textus noſtri ibi: *Prodiga-
litatis vitio, vel in curia à num.* 5. ex quo notatur
prodigi pœna; ideò adjunges bonas quæſtiones,
quas longè ſcripſi *in cap. veritatis de dolo, & con-
tum. quæſt.* 4. 5. *& 6. per totum*, & ad aliam *in cap.
cauſam* 9. *de judic. quæſt.* 4 an prodigus poſſit eſſe
6 judicio ſine Curatore. † Item notat Barboſa
ex gloſſa *hic num. fin.* ex dicto verb. *in Curia*, illud
axioma quod vigilantibus, & non dormientibus
jura ſubveniunt multis comprobans; ſed de eo
proprius *in cap. vigilantibus de præſcript.* Ex his
ad textum hunc quæſtiones ſequentes.

7 Societas an inter virum, & uxorem ſit con-
tracta in bonis acquirendis: videbis notata *infra
in cap.* 2. *de donat. inter*, de quo plenè videbis
Covaruv. *in* 4. *p.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ibi à num.* 1. eum
applicabis *lib.* 2. *var. quæſt.* 16. *n.* 9. ad quæſtionem
de qua dixi *ſupra in cap.* 2. *hoc tit.* item applicabis
l. 14. 15. & 16. *Tauri*, ubi Anton. Gomez. agit de
prædicta ſocietate bonorum, de qua *in dict. cap.
plerumque, & cap. per veſtras de donationib. inter*,
dico latè.

8 Ut tamen dicta *num.* 1. & 2. intelligantur
adverto diſtinguendum cum Berricelo, *de miſſioni-
bus Apoſtolicis p.* 2. *tract.* 3. *de legib. quæſt.* 37. *n.* 5 h.
in verſ. *ad primum*, nempè vel intrinſecè, aut ex-
trinſecè inter quod ea eſt differentia, ut conſuetu-
do intrinſecè iniqua quæ ſcilicet ex objecto eſt ini-
qua, & nutritiva peccato ſanè nec per mille annos
præſcribi poſſit; conſuetudo tamen iniqua extrin-
ſecè quæ in ſe honeſta eſt ex objecto at ex motivo
& fine extrinſeco iniqua eſt, ut ad fouendum ſchiſ-
ma, aut hæreſim hæc durante eo perverſo motivo
utique præſcribi non poſſit, ſed poſt longiſſimum
tempus ſive immemoriabile ceſſante eo pravo fi-
ne, & motivo comportari bona fide nihil cogitan-
tes de eo motivo ſimpliciter ſequuntur exempla
ſuorum prædeceſſorum tunc præſcribi poſſe ait,
remoto fine extrinſeco iniquo remanet conſuetu-
do intrinſecè, & ex objecto honeſta atque adeo
apta, ut præſcribi poſſit ita Berricelus, & aptius pa-
tet ex dictis *infra in cap. fin. hoc tit. q.* 6.

AD TEXTUM
IN CAPITE FIN.
De Conſuetudine, hoc Titulo.
PRÆMISSUM.
SUMMARIUM.

1 *Textus iſte clavis noſtri tituli.*
2 *Conſuetudo non valet contra jus naturale, Divi-
num, vel poſitivum, niſi ſit rationalis.*
3 *Conſuetudo, rationalis non eſt, quando permit-
tit aliquid contra jus Divinum, vel qua per-
mittit aliquid contra jus Divinum, vel qua
permittit uſuras, vel contra Eccleſias, &
perſonas Eccleſiaſticas.*
4 *Conſuetudo non eſt rationalis, in qua cavetur,
ut inſtrumentis non apponatur dies, nec
hora: quidquid de loco loci bipariter appo-
nendo*, n. 5.
6 *Conſuetudo ludi ultra id, quod non debet ob-
ſervari, eſt reiicienda.*
7 *Conſuetudinis effectus plures, & quæſtione re-
miſſivè*

TEXTUS iſte eſt, ut clavis totius tituli, 1
& in quo poterant repeti omnia requiſita,
quæ debet habere conſuetudo ut ſit bona, &
contra, quæ ſit valida diſponere: de quibus plura
jam *ſub Rubrica, & ſub Rubro*, abundè notavi,
quæ jungi valent.

Igitur probat hic textus quod non valet con- 2
ſuetudo contra jus naturale, aut jus Divinum, vel
poſitivum, niſi ſit rationabilis, ut multis *hic* pro-
bat Barboſa *num.* 3. qui docet *num.* 11. & 12 ubi
demonſtrat quæ dicatur rationabilis conſuetudo,
& præter eum, & ab eo relatos, adjungo pro hac
parte Dianam *p.* 6. *tract* 5. *reſol.* 1. de conſuetudine,
ubi adducens quænam ſit conſuetudo rationabilis
ponit duas opiniones, & tertiam amplectitur ex
Sanchez *lib.* 1. *de de matrim. diſp* 4. *num.* 14. & alia ad-
duces ex multis, & ego expendi *ſupra ſub quæſt.* 5.
in Rub. à n. 1.

Et Riccius *collect.* 2056. *ad text. in cap. poſtulaſti* 3
de foro comp. ponens regulam, ut conſuetudo de-
beat eſſe rationabilis, limitat dicens eam talem
non eſſe, quando permittit aliquid contra jus
Divinum: & illa permittit uſuras, ad dicta
infra in cap. debitores de jurejur. item ea, quæ eſt
contra Eccleſiam, Eccleſiaſticaſque perſonas, ut
jam ſupra dixi, *ſub cap.* 3. & 4. † item ea, qua 4
cavetur, ut in publicis inſtrumentis, non appona-
tur dies, nec hora; † quamvis conſuetudine in- 5
duci poſſit, ut locus loci bipariter apponendus
eſt in inſtrumento non opponatur ex Puteo *de-
ciſ.* 336. *lib.* 1. quod junges ad tradita de hoc *ſub
tit. de fide inſtrument.* † Item ut debeat reiici con- 9
ſuetudo ludi ultra id, quod non debet obſervari:
ſic cum Capell. Toloſ. *in deciſ.* 195. Quæ dicatur
rationabilis Zevallos *in pract. q.* 359.

Ad aliam partem textus noſtri in primis ejus 7.
verbis ibi: *Tanto ſunt graviora peccata quanto
diutius &c.*

De effectibus conſuetudinis dico *infra quæſt.
fin.* verſ. *ad quintam*, & quid ea poſſit, & qualiter
introdu-

introducatur, Felicianus de Vega *in cap. 8. de judic.* per totum & *à num.* 10. ubi & ego; an ſit de ſubſtantia conſuetudinis, quod ſit ſcripta Zevallos *in pract. quæſt.* 620. de quo *ſupra* dixi *in Rubr. de conſtitut. q.* 2. ſub verſ. *ad ſecundam*, verſ. *ex quo inſero*. An regulares poſſint uti ſuis privilegiis etiam ſi habuerint uſum contrarium, Diana *dict. part.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 88. Et an ut lex per non uſum careat autoritate requiratur tempus. Diana *p.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 7. Et eum in verſ. ibi: *Nemo ſana mentis intelligit naturali jure quacumque conſuetudine poſſe aliquatenus derogari*, & præſtet rationem hic Pontifex; ideò videbis quæ de lege naturali ſcribunt Azor. *lib. 6. mor. c.* 1. Molina *de Juſtitia tom. 6. tr.* 5. *diſp.* 47. 48. & 49. jus naturale an poſſit ignorantia ignorari, Vaſquez 1. 2. *q.* 76. *art.* 2. *diſp.* 122. per totam, & *diſp.* 95. *art.* 2. *diſp.* 154. *per totam*. De lege naturali, Divina, & poſitiva Salas. *de legib. diſp.* 4. 5. & 6. & 19. *per totam*. An Deus poſſit diſpenſare in præceptis Decalogi, Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 106. *art.* 8. *diſp.* 175. *cap.* 1. *uſque ad* 4. An Papa diſpenſet in jure naturali *à num.* 3. & *num.* 4. ubi nec detur contra jus Divinum: & *à num.* 5. ubi de diſpenſatione in jure humano, Covarruv. *in* 4. § 9. *cap.* 6. *a num.* 3. & *in cap. quamvis pactum p.* 2. §. 4. *à num.* 5. qualiter conſideretur naturalis in contractibus, & aliis: ubi *à num.* 6. *de jure naturali*, & *gentium*, Covar. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 11. *à n.* 3. & 4. Thomas Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp.* 7. ubi *à num.* 14. expendit, quando ex aliquo contractu oriatur obligatio naturalis, quando verò civilis. De præceptis Decalogi, & ejus obligatione naturali Molina *de Juſtitia ſupra diſp.* 56. & 57. & videbis quæ dico *infra quæſtione* 3. *à num.* 1. Sed quia horum occaſione diſputari queit de lege æterna; ideo videbis eundem Molinam *de Juſt. dict. tom. 6. tract.* 5. *diſp.* 46. & de lege gratiæ idem *diſp.* 65. De hac lege applicabis nonulla, quæ *ſupra* adduxi *in Rub. de conſtitut. quæſt.* 1. *à n.* 1. & de lege gratiæ, ſeu veteri, dixi ibi *in cap. translato* 3. ubi de abrogatione veteris legis. De quibus omnibus quæ apta ſunt ad materiam textus noſtri, multi alii moderniores ſcripſerunt *in tract. de legibus*, & *conſuetudine*.

Quæstio I.

An conſuetudo diuturna in peccando augeat pœnam. An pœna ſit minuenda, ubi à patrato ſcelere, multùm temporis interceſſerit?

Summarium.

1 *Conſuetudo delinquendi facit delictum nimis atrox & auget pœnam quoad Deum, ut* n. 7, & 11.

2 *Statuti iniquitas, nunquam tranſit in judicatum.*

3 *Peccata quo diuturniora eo graviora ſunt*, & num. 5.

4 *Conſuetudo prava temporis curſu non firmatur*, & n. 5.

5 *Nequitia miſeros facit.*

6 *Legem injuſtam lapſus temporis, non validat.*

7 *Delictum antiquum mitiori pœna, quàm ordinaria punitur*, & n. 13. & 14. *ubi expenditur*, & *melius* à n. 20.

8 *Peccata diuturnitate temporis in foro animæ, magis ſordeſcunt, in foro fori alleviantur.*

9 *Conſuetudo in delictis excuſat.*

10 *Ebrietatis peccato, nullus punitur in Germania.*

11 *Fornicationis ſimplicis in nonnullis Regnis pœna non eſt impoſita.*

12 *Peccatorum multitudo pudorem tollit.*

13 Cap. 8. Ezechiel. n. 14. & 15.

14 *Delicta ſucceſſiva magis puniuntur, quam tranſitoria: & quæ iſta dicantur?* n. 21.

15 *Detenti diu in mala exercitatione, non facilè corriguntur.*

17 *Caſſiod.* cap. 5. Epiſtola 38.

18 *Morum emendatio difficile luctamen.*

19 L. ſi diuturno ff. de pœnis, & n. 23. & 24. 28. 30. & 34.

20 *Mores ſuos pravos emendans, mitius punitur expende, ut* n. 25.

21 *Diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget.*

22 *Peccata tanto ſunt graviora, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.*

24 *Diuturnitas temporis minuit pœnam in delictis levibus, & poteſt prodeſſe in atrocioribus ad gratiam. Principis, ſeu commutationem & qualiter*, n. 25. & *minuit etiam in gravioribus*, n. 26.

26 *Homicida ex diuturno tempore queit admitti per Judicem ad compoſitionem pecuniariam*

27 *Diuturnitas temporis minuit pœnam delinquentis etiam proceſſati, & accuſati, & magis illius, qui fuit in carceribus, ſeu exul à Patria*, n 28. *non ſic ſi condemnatus fuerit*, num. 29.

30 *Delinquens in reatu quando eſſe dicatur*, & num. 31.

31 *Reatus quando in delinquente dicatur*, & num. 33.

32 *Reatus factus, num differat à recepto inter reos.*

33 *Reatus dicitur ſtatus, & conditio, in qua durante accuſatione rei ſunt donec abſolvantur, vel condemnentur, ut dum patiuntur, ut* hic

35 *Diuturnitas eſt, vel decem annorum, vel ſaltem annorum octo.*

AD primam partem quæſtionis, quæ excita- 1
tur ex primis verbis textus noſtri in verſ.
tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius, &c. videtur abſolutè reſpondendum cum Farinacio *de delictis*, & *pœnis quæſt.* 18. *num.* 80. ut conſuetudo delinquendi faciat delictum minus atrox, & pœnam augeat; qui in praxi *quæſt.* 20. *à num.* 43. plenè tradit per quot actus inducatur conſuetudo peccandi, & quomodo, & quando excuſet conſuetudo loci in delictis, & quibus; quæ omnia videbis pro exacta explanatione materiæ textus no-
ſtri in prædictis verbis. † Sed interim notabis 2
cum Felino *in cap. cum omnes num.* 4. *de conſt.* quod iniquitas ſtatuti nunquam tranſeat injudicatum, ſicut ad propoſitum, de quo hic ponderat noviſſimè Stephanus Natten. *de Juſtitia vulnerata tit.* 20. *cap.* 2. *ſub n.* 1.

Etenim

3 Et enim Zaſius *conſ.* 14. *à num.* 106. *&* *conſ.* 15.
num. 3. *l.* & Doctores *per diſtinct.* 8. *&* *cap. non de-*
bes de conſanginit. & ex noſtro textu dicunt quod
peccata quo diutuniora, & graviora ſunt; &
4 addis Graveta *conſ.* 314. *num.* 4. *&* 5. † quod prava
conſuetudo temporis curſu non firmatur: & ob
id ait Stephanus Natten. *dict. num.* 1. quod Ca-
rol. V. *art.* 118. *conſtit. crimin.* abrogarit multas con-
5 ſuetudines. † Etenim, ſit ut inquit Boet. 4. *conſo-*
lat. 4. nequitia miſeros facit, ſequetur inde, ut
miſerior ſit diuturnior, cum peccatum, quo an-
tiquius eo gravius eſſet ſolent, Craveta *conſ* 146.
num. 4. *&* *dict. conſ.* 314. *num.* 5. ubi loquens de con-
ſuetudine nutritiva peccati, dicit nequidem anti-
quiſſimo tempore juberi, aut confirmari ex re-
6 gula textus *in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. Quia lapſus
temporis, legem injuſtam non validat, gloſſa *in*
cap. inter cætera 16. *quæſt.* 3. Craveta *dict. num.* 5.
qui pulchrè exornat ex Fabiano Juſtin. in Tobian.
tract. de ſuperbiæ gradibus cap. 9. Et ſic S. Cypria-
nus contra Pompejum - Epiſcopum Stephanum
relatus ab Annæo Roberto *lib.* 2. *rerum judicata-*
rum cap. 1. dicit ut conſuetudo ſine veritate vetu-
ſtas erroris ſit: & in Jaſone *volum.* 3. *conſ.* 64. *n.* 15.
temporis præſidium dicitur impium.

7 Sed Barboſa *hic num.* 2. cum Tyraquello *de*
pœnis temperandis cauſa 29. *num.* 3. & Zenedo *ad*
decretal. collect. 16. *num.* 4. diſtinguendo explicet
quod diuturnitas temporis auget peccatum quoad
Deum, & in foro animæ, ſed reſpectu civilis
pœnæ, aut criminalis imponendæ, quando de-
lictum eſt antiquum, non debeat pœnâ ordinariâ
puniri, ſed mitiori per textum *in l. diuturno ff. de*
8 *pœnis*, dum aliis à Zenedo relatis. † Ideò eveni-
re addo, ut quemadmadum in foro poli peccata,
& crimina diuturnitate temporis magis ſordeſcunt
ſic in foro ſori diuturnitate temporis allevientur;
imò quandoque extinguantur, ut *in l. ſi dubium ff.*
de pœnis, ut declarat Tyraq. *ubi ſupra* qui & cau-
9 ſa 4. † docet quod conſuetudo in delictis excuſat
10 Stephanus Natten. *ſupr. dict. cap.* 2. *num.* 4. † Idem
dicit, referens, ut in Germania nullus propter
11 ebrietatem puniatur. † Et in aliis Regnis prop-
ter fornicationes ſimplices, nemo ſubeat pœnam;
ſic ut exclamare liceat, cum Cicer. in Verrem, O,
Conſuetudo peccandi, quantam habes jucundita-
tem in improbis, & audacibus, cum pœna obfuit,
& licentia conſequuta eſt prius. Et illud *prius* de-
clarat Natten. ut procedat in conſuetudine publi-
12 ca injuſta, ſecus ſi ſit privata. † Etenim ut ait
Seneca pudorem tollit multitudo peccatorum,
& deſinit eſſe probri loco communa male-
dictum.

13 Sed replicabis dicendo primo quod tempus ex-
tennet, culpam, actumqua commendet, ut dixit
Sa *reſ.* 64. & ſic peccatum diuturnitate extenuari,
pœnam civilem augeri diuturnitate contra dictum
num. præced. Ex illo Ezechiel *cap.* 8. *mulieres ſeden-*
tes plangentes Adon idem aliorum abominationes
ſuperarint, vel magis peccarint, quàm qui ſtantes
idolo cultum exhibuere, tamen hæc non obſtare
dices, non illud, *quod tempus pœnam extenuat*;
quia illud Stephanus Natten. *dict. cap.* 2. *de juſtitia*
vulnerata ſub num. 4. declarat dicens, ut prava
conſuetudo excuſat a pœna exteriori; licet non
excuſet à peccato, & culpa: ſic Barboſa in *cap.*
denique num. 3. *diſt.* 4. ubi plures allegat Doctores
14 † Nec ob id dices magis obſtare ſecundam ar-
gumenti partem; quia revera quando delictum
eſt antiquum, ſcilicet commiſſum jam ſupra de-
cem annos eo caſu non debet quis puniri pœnâ
ordinaria ut dictum eſt, ſed mitiori, aut nulla ex
dicta *l. diuturno, & l. ſi dubium ff. de pœnis*, quando
ſcilicet delicta fuerunt momentanea & tranſitoria
ut homicidium, &c. & quæ ſemel ſunt perpetrata.
Verùm ſi ſucceſſiva ſunt, ut matrimonium pro-
hibitum, hæreſis, aut alia id genus, eo gravius
erit puniendus peccato quo diutius permanſerit
ut hic reſolvit Barboſa *dict. num.* 2. ex traditis per
Tyraquel. *dict. cauſa* 29. *num.* 3. *de pœnis temperan-*
dis: quo in cauſu debet explicari *dict. cap.* 8. *Eze-*
chiel. ſicut etiam, & in jure noſtro contingit, ut
delicta, quæ tractum, & cauſam ſucceſſivam ha-
bent, magis ſunt punienda; ut dicunt Craveta
dict. conſ. 314. cum Cothon. *volum.* 1. *reſp.* 32. † 15
In quibus delictis dixit Lucas de Peña *in l. ſi quis*
cod. de ſervitut. ſeveritate utendum eſſe, addens
juxta S. Ambroſium dicentem, ut diu in mala
axercitatione detenti non facilè corrigantur. † Et 16
ſic etiam explanari dictum *ſupra*, ex Farin. *dicta*
quæſt. 18. quod conſuetudo delinquendi faciat de-
lictum magis atrox, pœnam augeat. † Et illud 17
Caſſiodori V. Epiſtol. 38. nempè; † *emendatio mo-* 18
rum difficilo luctamen, erunt, ait ſi negligantur, &
robora. Et ut amplius aſſequaris leges Farinac. *de*
de inquiſit. quæſt. 10. ad caſus occurrentes: an, &
quando ex diuturnitate temporis pœna minuatur;
& *num.* 20. & 351. de pœna ſpirituali, & aliàs à
num. 84. junctis quæ tradit Matheſilanus *ſingul.* 77.
& *ibi* additio.

Ad ſecundam quæſtionis partem, an pœna ſit 19
minuenda ubi à patrato ſcelere multùm temporis
interceſſerit; quia ex dictis abundè reſponſum
præſtatur ideò tantùm adducam, & explanabo,
quæ ſolent Doctores inter ſe pugnantes cumula-
re pro explicatione *dicta l. ſi diuturno, ff. de pœnis*
cum textu noſtro, pugnant ergo Doctores ſuper
intellectus illius dicterii *in reatu eſſe longo tempore*
etenim Alciatus *lib.* 2. *parerg. cap.* 19. Corraſius *li-*
bro 2. *Miſcellaneorum cap.* 20. Budeus *in annotatio-*
nibus, ad textum *in dict. l. ſi diuturno*, quos ſe-
quutus eſt Covaruv. *lib.* 2. *variar. reſol. cap.* 9. *n.* 2.
dicunt *reatus, Eſſe ſtatum, & conditionem, in*
qua rei ſunt; donec vel abſolvantur, vel condem-
nentur olim inter eos relati in conſpicua, & miſe-
randa calamitate erant capillo ſubmiſſo, quem non
antea fas erat reſcindere, quam omnium ſententiis
abſolverentur ſqualore, & illuvie confecti, prolixa
barba habitu ſordido pannoſo. & ut Budeus ait mi-
ſericordiæ aucupatore. Accurſius, *verb.* Bartol. &
ſequaces antiqui, docuerunt prædictæ legis autho-
ritate minuendam eſſe pœnam ei, crimen ad-
miſit ſi longum tempus præterierit; quod videtur
non ita ſequuti recentiores eo quod dixerint *Gra-*
vius ulciſcenda crimina quæ diu impunita fuerunt,
tarditatemque ultionis gravitate, compenſandam
eſſe.

Nihilominus rectè, tam antiqui, quàm mo- 20
derni præſenſerunt quicumque juxta diſtinctionem
jam in primo dubio relatam: nam in delictis ſemel
commiſſis, quæ in hoc propoſito noſtro momen-
tanea appellarunt, dixerunt veteres minuendam
eſſe pœnam ſumma quidem ratione, & æquitate,
ſi videlicet ex eo tempore, quo crimen quis ad-
miſerit vitam ſuam, ac mores correxerit, & virtu-
tis argumentum præbuerit nam pœna conſtituitur
in emendationem hominis, ut inquit Paulus *in l.*
ſi pœna ff. de pœnis. † Secus tamen dixerunt in 21
delictis ſucceſſivis; id eſt in quibus quis diu præ-
ſtiterit eo gravius coercendus eſt valuti in hæreſi,
adulterio.

adulterio, & ſimilibus; quia diuturnitas, tempo-
22 ris, non minuit peccatum, ſed auget, † nam ut
docent textus noſter *dict. cap. non debet de conſan-
guinit. cap. cum haberet de eo, qui duxit, quàm
polluit per adulterium, cap. non ſatis, & cap. cum
Eccleſia de ſimonia, cap. ſicut nobis in fine de regula-
rib. cap. ſchiſma* 24 *quæſt.* 1. & præclare Celſus *in l.
infitiando §. infans ff. de furtis*, ibi: *& quid tam
ridiculum eſt, quam melioris furis conditionem eſſe
propter continuationem furti exiſtimare*, tanto ſunt
graviora peccata, quanto diutius infelicem ani-
mam detinent alligatam.

23 Igitur ex his videmus veteres inquam ſenten-
tiam *dictæ leg. ſi diuturno* rectè percepiſſe, ſed re-
centiores ejus verba rectius explicaſſe, & ne con-
trarii videantur exiſtimat Faquineus *lib.* 9. *contro-
verſ. cap.*38. recentiores loquutos fuiſſe de delictis,
& criminibus ſucceſſivis; dum probant gravius
punienda eſſe crimina, quo diutius impunita man-
ſerunt, tarditatemque vindictæ gravitate com-
penſandam. Veteres inquam de delictis momen-
taneis: nam ubi emendatio conſpicitur, non vi-
detur pœna eſſe neceſſaria; ſed ne juſtitia offen-
datur ſtatui poſſe dicunt, verumtamen mitior, vel
clementior ob ſpecimen virtutis editum: videbis
Tyraquellum *de pœnis temper. ſuper cauſa* 39. Ant.
Gomez *tit. de delictis cap.* 1. *num.* 7. Clarum *in pra-
xi crim. q.*60. verſ. *præterea poteſt*, Rolandum à
Valle, *conſ.*63. *lib.* 3. *num.* 10. Grammaticum *conſ.*
39. *num.*1. Afflictis *deciſ.*288. & cum hac declara-
tione tranſit etiam Theſaurus *deciſ. pedemont.* 76.
num. 6. & alii plures relati à Farinacio *de inquiſit.
dicta quæſt.* 10. *num.* 86. & ante *num.* 84. ubi de
prædicta regula.

24 Sed quia Clarus dicta *quæſt.* 60. in dicto verſ.
præterea, lic tenens adhuc dixerit quod non vidit
ſervari eam regulam; nempe ex diuturnitate tem-
poris, pœna delicti ſit minuenda, præterquam in
levibus delictis, libet bene etiam in atrocioribus
diuturnitas temporis poſſit prodeſſe ad obtinen-
dam gratiam, ſeu commutationem à Principe;
ideo potuit Farinacius, *dicta quæſt.*10.ſub *n.*86. in
verſ. *certe*, non acquieſcere diſtinctioni jam à no-
bis relatæ, dum non credit verum quod diutur-
nitas temporis in præfatis ſucceſſivis delictis, non
minuat pœnam; quia etſi fateatur, ut dum quis
permaneat in delicto, illud iterando, quod non
ſolùm non mitius, ſed gravius puniri debeat; &
perinde ſequi quod ſi per diuturnum tempus ab
eo delicto ſe abſtinuerit, non debeat mitius pu-
niri; ſed tu inquam quidquid commulat Farina-
cius, expende, ut *ſupra* & ſimul etiam cum ipſo
25 dicta *quæſt.* 10. *n.* 91. † quatenus dixit ut tunc de-
mum diuturnitas temporis pœnam minuat, dum-
modo delinquens ipſe à tempore delicti perpetrati
in poſterum fuerit bonæ, & laudatæ, vitæ, nec
aliud delictum commiſerit ſecus ſi aliter cum Ty-
raquello *dict. cauſa* 29. *num.* 4. dicente ut non
alia ratio melior queat excogitari pro intellectu
dictæ leg. *ſi diuturno*, etiam in reo non exiſtente
in carcere, nec accuſato, quam ſi delinquens poſt
commiſſum delictum diutius ſe ab aliis delictis
abſtinuerit, magis, & potius [illegible]etu ignorantia,
infirmitate, & aliis id genus, quam dolo, & con-
ſuetudine deliquiſſe præſumendum ſit; quia ex
ſequentibus actibus præcedens animus dignoſci-
tur, *l. ſi his*, qui ubi Bald. & DD. *ff. de adulter.* §.
fin. ubi gloſſa in verbo *ut appareat auth. de reſtit.*
& ea quæ, parit & perinde ut apparera ſatis

emendatus videatur qui poſt delictum commiſ-
ſum bene, honeſtèque vixerit §. 1. verſ. *hunc au-
tem nobis in auth. de Monachis*: quæ emendatio, ut
præclarè dixit Tyraquellus, operatur pœnæ di-
minutionem: tamen ubi quis poſt delictum com-
miſſum inhoneſtè vivendo, alia commiſerit ſcele-
ra diuturnitatem non operari diminutionem pœnæ
credunt relati Farin. & Theſaur. *in dict. deciſ.* 76.
num. 5. ubi refert alios.

Quare idem quantumvis Clarus dixerit ſolùm 26
in delictis pœnam minui adhuc ex dictis credo quod
non aliud ſit à jure ſtatutum, non ſolùm poſſit,
ſed etiam debeat Judex ex diuturnitate pœnam
minuere, etiam in gravioribus delictis; propte-
reaque poſſe Judicem iſto caſu homicidam ad pe-
cuniariam compoſitionem admittere, dicunt Af-
flictis *deciſ.* 287. *à num.* 1.Roland. *conſ.*63. *num.*10.
volum. 3. ſicque procedere in homicidio Gramma-
ticus *conſ.*39. *num.*1. Bartholom. Tege *in ſuis tracta-
tibus crim. p.* 16. *num.*9. & 10. Boſſius *in tit. quo-
mod.proced. per action.in delictis num.* 18. Carer. *in
practica in tract. de homicid. & Aſſaſſin. §. Trigeſima
excuſat diuturnitas*, &c. *à num.*1. Folierius *in pract.
crim.* verb. *vel carcerantur n.* 19. ubi dicitur quod
imponitur alia pœna, quam pecuniaria & Thau-
ſaur. *in dict. deciſ.* 76. *pedemont. num.*1. & *num.*2.
verſ. *& ita vidi in Senatu*, ait ſæpius ſic fuiſſe
practicatum, & judicatum in Senatu illo Pede-
montano.

Quod ſi dubites, num dicta regula etiam lo- 27
cum habeat, quando delinquens fuit etiam accu-
ſatus, & proceſſatus, ſed per ejus abſentiam non
potuit ſibi imponi pœna; quia ut dixit Anton.
Gomez. *dict.cap.*1.*lib.*3. *variar. num.*8. *in fine*, poſt
Bartol. & Anchatran. tunc non minuitur pœna
propter temporis diuturnitatem. Tamen contra-
rium in praxi verius eſt; num ut dicit Covar. *dict.
lib.*2.*var.cap.*9.*ſub num.*2. ex textu *in dicta l. ſi diu-
turno*, communiter per DD. concludens ut is qui
poſt longum tempus alicujus facinoris accuſatus,
mitiori pœna puniatur: & Anton. Theſaur. *dict.
deciſ.*76.*poſt num.*2.Clarus *dict. quæſt.*60. verſ. *præ-
terea*, poſt Farin. *dict. quæſt.* 10. *de inquiſitione ſub
num.* 87. bene, † explicantes dicunt diſpoſitionem 28
dict. l. ſi diuturno, non poſſe habere locum niſi
quando reus ſit in reatu putà, vel quod ſit præ-
ſens in carcere vel quod ſit abſens proceſſatus, &
accuſatus; quia ſi diuturnitas temporis debet di-
minuere pœnam ei, qui poſt delictum ſemper
commode, & ſine ullo damno (cum non eſſet
accuſatus) permanſerit in loco commiſſi delicti,
& forſan ſui Domicilii, & originis quanto magis
ad favorem ejus, qui exiſtens proceſſatus, & ac-
cuſatus, diu abfuit à loco ſui Domicilii, & patria
cum tot incommodis, & damnis; imo addit Farin.
multo magis procedere, & vidiſſe in gratiis à Prin-
cipe conceſſis, ſemper rationem haberi quod de-
linquens diu in contumacia, & banno extra pa-
triam ſurdidatus permanſerit, quaſi quod commiſ-
ſi delicti pœna partem ſubtulerit.

Aliud in quam eſſet ait Farinac. *ibi in fine dict.* 29
*num.*87. per alia, quæ *ibi* adduxit *dict. quæſt.* 10.
num. 28. verſ. *amplia*, quando non ſolùm accuſa-
tus, & proceſſatus eſt delinquens, ſed etiam con-
demnatus ſententia: nam tunc tenebitur Ju-
dex non obſtante qualibet temporis diuturnitate
exequi ſententiam, ſi condemnatus ad ejus manum
devenerit; licet bene poſſet pœnam temperare
non ex ſe, ſed Principe conſulto.

30 Iterum ſi pro majori exornatione *dictæ legis ſi diuturno*, dubites quid ſit eſſe *in reatu*, juxta jam addocta in princip. verſ. *ad ſecundam*, & quando nomen rei dicatur eſſe inter reos: advette in reatu tunc cicetur delinquens conſiſtere ſecundùm communem, & practicam opinionem, quando cum præſente, vel carcerato, lis eſt conteſtata per Judicis interrogationem, & illius reſponſionem.

31 † Item quod eu abſente reatus inſpicitur quando vigore ſtatutorom, ſeu conſuctodinis volentium, contumacem baberi reum pro confeſſo pro rei parte, ſunt propoſitæ exceptiones concernentes merita cauſæ. Sin antem fuerint propoſitæ exceptiones dilatoriæ, ſeu declinatoriæ non inducatur reatus, niſi Judex ſuper illis tacitè procedendo ad ulteriora, vel expreſsè ea rejiciendo pronunciaverit: ita Clarus *in pract. quæſt.* 14. verſ. *ſed hic incidenter*, bene declarant Benedictus de Plumbin. *in l. penult.* §. *ad crimen à n.* 68. *de publicis judiciis*, Marianus Socin. *in cap.* 1. *n.* 65. *de mutuis petit.* Angelus *de maleficiis*, in verbo, *& ad quærelam num.* 62. Blanc. *in pract. criminal.* §. *datis defenſio-*
32 *nibus num.* 1. *& num.* 2. † Ubi videtur facere differentiam quando quis dicatur *factus reus*, & quando *receptus inter reos*, Cynus omnino *in l.* 1. *num.* 9. *cod. de his, qui accuſare non poſſunt*, Salicet. *ibidem num.* 15. Franc. Marcus *deciſ.* 725. *part.* 1.

33 Unde jam rectè concludimus, ut cum reatus ſit ſtatus, & conditio, in qua durante accuſatione rei ſunt, donec abſolvantur, vel condemnentur: quo tempore quando præſertim ſunt præſentes, & carcerati cauſam agant ſqualore, & illuvie confecti prolixa Barba, habitu ſordido, & pannoſo miſericordiæ aucupatore, ut *ſupra* dixi, & repetit Farinacius *de inquiſit. dict. quæſt.* 10. *num.* 89.
34 *in fine.* † Merito dicendum eſt Modeſtinum *in dicta l. ſi diuturno ff. de pœnis*, decreviſſe ob eum ſtatum, & diuturnam illam calamitatem, pœnam fore minuendam; ſecùs ergo ubi delinquens in reatu non fuerit; propterea male, & perperam egerit: & licet ex his non admittant à nobis adductam jam diſtinctionem, Tyraquellus *de pœnis temperandis dicta cauſa* 29. *in fine*, additio ad Gomezium, *ubi ſup. dicto cap.* 1. *lib.* 3. *variar. num.* 7. *litt.* C, & Covarruv. *dict. lib.* 2. *var. reſol. cap.* 9. *ſub dict. num.* 2. dicentes non adaptari ad litteram dictæ legis ſi diuturno. Tu tamen ab ea nunquam recedas; quantumvis in verb. *reatus* admittas proximè adductam explicationem.

35 Unum tamen notabis ut jam dixi, quod in puncto, de quo ſumus loquuti huc uſque in hac quæſtione, diuturnitas temporis erit, vel decem annorum, ut communiter Doctores relati reſolvunt, vel ſaltim annorum octo, ut voluerunt Grammaticus *conſ.* 39. Farinac. *de inquiſit. dict. q.* 10. *n.* 85.

QUÆTIO. II.

An conſuetudo delinquendi augeat pœnam delinquenti, quando, & quomodo: ubi quid in minimis. Et quando dicantur delicta pluries commiſſa Et quando, vel unica vel pluribus pœnis puniantur. Et an couſuetudo peccaminoſa vincat legem?

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo delinquendi facit ut reus gravius puniatur.*

2 *Delictum ſæpius commiſſum, poteſt mereri pœnam capitalem; etſi tantum ſimplex, illam meretur: explica ut* n. 3.

4 *Pœna augetur propter antiqua delicta, etiam præſcripta, & commiſſa in diverſis territoriis.*

5 *Fur, qui duo furta commiſit ſi tertium perpetretur in diverſo territorio, punitur, ac ſi triplex commiſiſſet in eodem territorio,* numero 6.

6 *Delicta plura, ut ultimo agraventur, nonnulli requirunt præmiſſam accuſationem, ſeu punitionem priorum; item ut quod ſint ejuſdem territorii; ſed tu expende, ut* n. 7. & 15. 16. & 17.

7 *Delinquendi aſſuetus quando quis dicatur.*

8 *Conſuetudo delinquendi præſumit contra reum etiam in procedendo.*

9 *Lex multùm præſumit contra eum, qui conſuetus eſt delinquere.*

10 *Delictorum frequentia, denotat incorrigibilitatem.*

11 *Malus ſemel, talis ſemper præſumitur in futurum.*

12 *Conſuetus non delinquere, mitius punitur.*

13 *Punitio delictorum debet eſſe cum relatione anteactæ vita.*

14 *Simoniacus, quem alias vita commendat, mitius punitur.*

15 *Delicta repetita, ut gravius puniantur, quid in praxi requirant* n. 33.

16 *Furtum qualificatum, quali pœna plectitur, ex arbitrio judicis pendet, qui aliquando pro primo ultimum ſupplicium imponit,* n. 17. & 18.

17 *Fur non punitus pro primo, & ſecundo furto poſtea adhuc pœna mortis puniri, &* numero 18.

19 *Furto quantumvis gravi poteſt fur decennio ad triremes condemnari.*

20 *Pœna mortis ſtatuto poſita furanti in quantitate, juſtis de cauſis queit moderari.*

21 *Delicta ex more mitius puniebantur, quam legibus plecti ſolerent.*

22 *Severitas* [illegible]*va crudelitas, niſi ſe cohærent intra congruentes nocentium pœnas.*

23 *Triremium pœna eſt laborioſa nimis, vilis, & infamis, condignaque eſt hominibus, etiam qualitatis in gravibus delictis.*

24 *Malus*

24 *Malus ſemel, ſemper præſumitur talis in eodem genere mali: expende ut n. 28.*

25 *Fama mala in genere alicujus hominis, facit indicium contra eum, ſi ſit in eodem genere; etſi inquiſitum, nihil reſultet, adhuc ſuſpicio oritur.*

26 *Malus in uno habet contra ſe non modicam ſuſpicionem, quod ſit malus in aliis: fallit* num. 49.

27 *Filii præſumuntur laborare pluribus delictis ex una ſpecie delicti paterni.*

28 *Malus de præſenti non præſumitur malus de futuro, ſed oritur aliqua in eum nihilominus ſuſpicio.*

29 *Vidua fornicatrix, præſumitur talis in præteritum marito vivente.*

31 *Delinquere conſuetus acrius punitur ſi ſit major* 25. *annorum, non è contra.*

32 *Pueri, qui paſſi ſunt ſe invicem cognoſci, combuſti non fuerunt, ſed fuſtigati; benè tamen poſſunt puniri ex reiteratione acrius,* num. 33.

34 *Delicta levia ex iteratione non puniuntur gravius,* n. 35.

35 *Furta levia repetita gravius puniuntur: explica, ut* n. 41.

36 *Delictorum graviorum pœna augetur, non minimorum.*

37 *Furans plures parvas quantitates, peccat mortaliter, etſi alias plura venialia peccata non faciant unum mortale: expende ad ſorum externum, ut* numero 38. 39. & 40.

38 *Minimorum non curat Prætor; ſed qualiter* n. 39. & 40.

39 Cap. unum §. in nomine autem criminis diſt. 25.

40 *Læſionis modica cauſa à jure communi non recedimus.*

41 L. ſcio ff. de in integrum reſtitutione, l. ſi oleum §. fin. ff. de dolo, l. res bona ff. de contrahent. emptione, l. 1. §. illud ff. de conjug. cum emanc. liber. l. quamvis ff. ut in poſſeſſ. legeatur, l. 1. §. cum dicitur ff. ſi cui pluſquam, l. ſi proprietarius, *verſ.* eadem ff. de damno infecto.

42 *Minimum in pluribus attenditur; ut* num. 43. *in quibus etiam ut in gravibus arbitrabitur Judex,* n. 48.

43 *Minimi ratio attenditur, quando ſequeretur abſurdum, & præjudicium fieret majoribus rebus.*

44 *Delictum continuatum gravius punitur.*

45 *Facinoroſus homo ex multis delictis, etiam diverſis aggravatur ad pœnam.*

46 *Delictum reiteratum, ſæpius fit majus.*

47 *Delictum pluries commiſſum tot inducit delicta, quot reiterationes, & ſic tot requirit purgationes.*

49 *Malus ſemel ſi à delicto patrato ceſſet per triennium bene ſe gerens, habetur ut bonus, &* num. 50. *ubi habetur talis à primo die ipſius triennii.*

50 *Inquiſitus bonæ famæ repertus, non eſt obnoxius ex mala fama, in qua erat ante triennium.*

51 *Delictum continuatum non efficit plura, ſi medio tempore præceſſit abſolutio, vel alia proviſio,*

52 *Delicta plura, quando dicantur ab uno commiſſa, &* n. 53.

L. nunquam plura delicta ff. de privatis delictis.

53 *Delinquere pluries dicitur in legem, qui eadem die ex intervallo facit contra ejus tenorem.*

54 *Delicta plura non dicuntur patrari, cum ex uno ictu aliquis vulnera plura patitur.*

55 *Delicta ſucceſſiva etiamſi plura una puniuntur pœna, etſi commiſſa ſint ex intervallo.*

56 *Furta plura ſucceſſive commiſſa, veluti à Macellario carnes vendente, pro unico reputantur.*

57 *Adulterium cum una continuatum, una punitur pœna; etſi plura adulteria videantur.*

58 *Delictum majus abſorbet alia ejuſdem generis, quando delicta patrata ſunt eodem tempore.*

59 *Falſitates plures ad eundem finem commiſſæ, una pœna puniuntur.*

60 *Injuriæ plures uno ictu factæ, una puniuntur pœna, quæ regulariter eſt arbitraria,* n. 70.

61 *Blaſphemiæ plures uno tempore in Deum prolatæ, una puniuntur pœna.*

62 *Vulnerans cum inſultu, & armis, una punitur pœna, ſcilicet vulneris non inſultus, & delationis armorum.*

63 *Delicta plura, quando diverſis puniantur pœnis, ſit pœnæ ſint reiterabiles, & compatibiles, ſecus ſi eſſet pœna mortis,* numero 64.

65 *Pœnarum incurſus aliquando exercetur ob gravitatem facinoris incipiendo à minori pœna.*

66 *Multiplicatur pœna, ſi pro quolibet v. g. ictu, vulnera, aut alapa impoſita eſt à lege, vel ſtatuto, ſecus ſi loquatur ſimpliciter, ſcilicet* pro vulnere, & num. 67. 68. 69. & 70.

70 *Pœna gravior ex pluribus vulneribus uno ictu incuſſis, poteſt imponi.*

71 *Pœna delicti non determinata, erit arbitraria.*

72 *Alapa regulariter pœna arbitraria punitur, quæ extendi poteſt ad mortem, conſiderata perſona delinquentis, & patientis, & loco.*

73 *Injuria in dubio non præſumitur facta judici, ut tali, ſed ut perſonæ privatæ.*

74 *Peccaminoſa conſuetudo, num vincat legem remiſſivè.*

AD primam difficultatis partem ex dictis videtur reſpondendum quod delinquendi conſuetudo facit, ut reus gravius puniatur juxta text. *in l. 3. cod. de Epiſc. audient. in l. capitulum §. ſolent. & in §. graſſatores ff. de pœnis in l. 3.* verſ. *ſi plures ff. de re militari, in l. ſervos cod. ad leg. jul. de vi in l. 1. ff. de jure patronat. l. quicumque verſ. 1. cod. de ſervis fugitivis, in l. 1. cod. ſi ſuper exactor. lib. 10. in l. omnes §. dectatores cod. de collation. eodem lib. in l. 2. cod. de primicer. lib. 12. in l. 3. cod. de domeſticis, & protector eodem lib. & in l. fin. cod. de commeat pariter lib.* 10. & de Jure Canonico *in c. ita nos* 25. *q.* 2. *& in c. pervenit* 27. *q.* 1. DD. in relatis

juribus, & multi ex antiquis in aliis, quibus accedunt Rochus de Curte *hic in textu noſtro in* 1. *notabili*, Carrerus *in pract. tract. de homicidio*, & *aſſaſſino* §. *circa igitur tertium quibus ex cauſis pœna augetur*, & *cap.* 1. *à num.* 1. Marſil. *ſingul.* 378. *num.* 3. Grammaticus *voto* 9. *num.* 22. & 25. & *voto* 17. *à num.* 7. Anton. Gomez. *de delictis tit. de homicidio cap.* 3. *num.* 60. *in fine*, & *tit. de furto cap.* 5. *num.* 5. cum multis aliis Farinac. *in praxi*
2 *tit. de delictis quaſt.* 23. *à num.* 1. † qui cum infinitis etiam ampliat in tantum, ut licet unum delictum de per ſe non mereatur pœnam capitalem, ſive corporalem, ſed tantum pecuniariam; ſæpius tamen commiſſum, poſſit pœna mortis naturalis puniri; quia conſuetudo delinquendi, facit delictum, alias non capitale reputari capitale *l.* 1. *cod. de ſuper exactor. lib.* 10. *dict. l. omnes* §. *delatores eodem lib.* ſic Marſillius, Brunus, Carrerus, Nobellus, & plures alii præter antiquos, quos congerit idem Farinac. *ſupra num.*2. ubi poſtquam dixerit etiam cum aliis, nemine Doctoeum diſſentiente puniendum eſſe gravius conſuetum delinquere, quam qui ſemel tantùm deliquiſſet; quia
3 geminatio delicti, quamvis levis, facit illud maximum, ut latè per Marſil. *in l. quæſtione à num.* 2. *ff. de quæſtion.* & *in ſingulari* 378. Maſcard. *de probat. lib.*2. *concluſ.*838. *num.*1. † quod ego intelligo ſi delicta eſſent capitalia: nam in praxi raro videmus, ut ex multiplicitate delictorum non capitalium, morte puniantur delinquentes: ita Farin. cum Carrer. & Gramm. & cum Julio Claro *q.* 84. qui teſtatur onnquam fuiſſe viſum aliter Mediolani, nec Romæ: *ita num.* 7. & ob id *num.* 5. explanando advertit prædictam ampliationem procedere tantum poteſtativè, non neceſſitate; cum tamen loquantur Doctores per verbum *poteſt*, & non per verbum *debet*. Etenim verbum *poteſt* affirmativè prolatum neceſſitatem non importat, Bartol. *in l.* 2. §. *credendum*, *col.*1. *ff. ſi certum petatur*, *juncta l. Prætor in princ. ff. de edendo l.* 1. §.1. *ff. quod quiſque juris.*

4 Sed ſi dubites num prædicta regula ceſſet in delinquente, qui ſemel punitus pro delictis jam commiſſis, de novo poſtea delinquit, & num ut gravius puniatur, debeat eſſe confeſſus, vel convictus, aut ſententiatus, vel ſufficiat probatio omnium delictorum. Et breviter reſpondeo ad primum dubium, ut cum ſit communis doctrina interpretum, quod pœna augeatur etiam propter antiqua delicta præſcripta, & propter delicta commiſſa etiam in diverſis territoriis: licet Judex unius loci non poſſit cognoſcere de criminibus alibi commiſſis extra ſuum territorium ut *in l. fin. ff. de juriſd. omn. judic. in l.*3. *ff. de officio Prætor.* & *in auth. qua in provincia ff. ubi de crim. agi oporteat*, ſicut & dixi *in cap. poſtulaſti* 14. *de foro compet.* & *ex reg. textus ibi in cap.* 17. & *in cap. fin.* tamen ſi reperiatur delinquens in manibus judicis illius territorii, in quo ultimum delictum eſt commiſſum, ut cum multis omnia hæc explanat idem Farin. *dicta quæſt.*23. *à num.*11. ſic & eodem modo debeat puniri per conſuetudinem delinquendi, etiam ſi de primis delictis, jam fuerit delinquens abſolutus a Principe per gratiam.

5 Et ita fur, qui duo furta in aliis locis commiſerat, ſi modo tertium faciat in territorio judicis, poterit tanquam pro tribus puniri, ut reſolvunt Anton. Gomez. *lib.*3. *variar. cap.*5. *n.*8. ibi Aillon. *num* 9. Covarruv. *lib.*2. *variar. cap.* 2. *num.*7. Clarus *in* §. *furtum n.* 11. Menochius *de arbitr. caſu* 295. *num.*18. Baiardus ad Clarum *ſupr. à num.* 54. Tuſchus *littera S*, *concluſ.*560. *num.*19. & *à num.*24. Cantera *Rubrica de furtis cap.* 8. *num.* 10. Azevedus *in l.*7. *tit.*11. *lib.* 8. *recopilat. à num.* 106. ubi etiam ampliat, quamvis pro duobus primis fuerit jam punitus, & etiam pro illis fuerit abſolutus per gratiam Principis, ampliat, & limitat Farin. *in praxi q.* 167. *ex n.* 50.

Unde licet ad ſecundum dubium *num. præced.* 6
reſpondeant communiter DD. quos, ut quis ex cauſa ultimi delicti gravius puniatur, debeat delinquens de primis eſſe confeſſus, convictus, ſive condemnatus, & punitus juxta textus doctrinam, ubi videtur probari *in l. capitalium* §. *ſolent ff. de pœnis*, ut docet etiam cum multis idem Farinac. *dict. quæſt.*23. *num.*8. & 9. referens ex aliis pleriſque ſic procedere, cum alias ſine tali punitione reiterando, delictum non poſſit dici incorrigibilis, nec aliàs puniri, & ex regula textus *in cap. cum non ab homine de judic.* adhuc tamen verius eſt in praxi, ut ſi tam prima, quam ſecunda delicta ſint commiſſa in eodem territorio, tunc neceſſario dicendum eſſe ſecundum delictum aggravari per primum nondum punitum; & ſic tenendum Judico cum Gomezio *in dicto tract. de delictis c.* 5. *tit. de furtis num.* 9. verſ. *advertendum*, qui ſuſtinendo in verſ. *ſed his non obſtantibus*, contrariam
ſententiam plura jura adducit, † & alia explicans 7
ait illam ſuſtineri in pluribus delictis non punitis, & commiſſio in diverſis territoriis; eo quod tunc poſteriora non aggravent prima delicta, ſed Farin. *dict. quæſt.* 23. *num.* 14. videtur etiam tenere pœnam aggravari proptee delicta alibi in alieno territorio commiſſa, cum reus fuerit in manibus judicis illius territorii, in quo eſt commiſſum ultimum delictum; ſecus verò ait ſi fuerit inventus in manibus judicis illius territorii, ubi commiſſum eſt primum delictum; quia tunc ait cum eodem Gomezio, ſub dicto verſ. *ſed his* paulo ante medium, ſecundum delictum primum non aggravare ex illa regula quod priora delicta aggravant ultimum, ſed non poſteriora primum: quare in hoc ultimo dices ut ſufficiat probatio omnium delictorum, ut pœna gravior inferatur delinquenti: & licet multis etiam aliis Farinac. *num.* 33. probet quod ad hoc, ut quis dicatur aſſuetus delinquere, non ſufficiat ut ſit diffamatus, ſeu inquiſitus, & malæ famæ ad effectum, ut poſſit acrius puniri, vel torqueri, ſed quod ſit convictus, ſeu confeſſus vel condemnatus: mihi tamen ex dictis aliud videtur in praxi quotidiè agitatum ex proximè dictis; itaque Paul. Merenda *in conſil. crimin. diverſ.* 90. *à num.*24. *volum.*2 videtur dicere ut mala fama inquiſiti probari poſſit per extrajudicialem judicis informationem abſque judicis, & judicii ordine, & confirmatur ex dictis *infra*.

Ex his venit dicendum quod ſicut delinquendi 8
conſuetudo nocet reo, ne dum in condemnando,
ſed etiam in procedendo, † quia lex multum præ- 9
ſumit contra eum, qui conſuetus eſt delinquere, ut *in l. ſi cui* §.1. *ff. de accuſation. in l. non omnes*, §. *à*
barbaris ff. de re militari. † Et delictorum frequen- 10
tia denotet incorrigibilitatem delinquentis, † & 11
ſemel malus, ſemper talis præſumatur in futurum, *ex regula ſemel malus*, ubi Doctores, de quibus dixi *in cap. mandata*, & *cap. ſcribam de præſumpt.* & quod hæc ſit juris præſumptio, &

non

non hominis, ut latè dixit Menochius *de præſumptionibus, lib. 5. præſumpt.* 32. *à num.* 1. & 17. cum
infinitis Farin. *dict. quæſt.* 23. *à num.* 20. ubi contra
multos in verſ. *veritas*, ait prædictam ſolam præ-
ſumptionem abſque aliis adminiculis non eſſe ſuf-
ficientem, ut delinquens torqueatur: è contra
12 ponit, *n.* 32. verſ. *amplia.* † Ut ſicut conſuetudo
delinquendi facit augere pœnam, ita è contra non
conſuetus, alias delinquens mitius puniri debeat
ex *l. non omnes in princ. ff. de re milit.*

13 Ubi ſcribitur in punitione delictorum, haben-
dam eſſe rationem anteactæ vitæ, textus *in l. de-
ſertorem §. is, qui ad hoſtes*, verſ. *ſed etſi ex impro-
viſo*, ibi: *inſpecto ejus vitæ præcedentis actu ff. eo
tit. cap. eos, qui* 1. *q.* 7.

14 Ubi mitius agitur cum ſimoniaco, quem aliàs
vita commendat: *cap. niſi ſpecialis de officio de-
legat.*

15 His tamen non obſtantibus, video ut practici
Doctores concludant nullo modo poſſe ad gravio-
rem punitionem delinquentis procedi propter re-
petita delicta, niſi de primis fuerit accuſatus, pro-
ceſſatus, ſive condemnatus ex jam adductis, qui-
bus addo reſumptivè quæ longè in quodam ſuo
manuſcripto reſolvit D. D. Chriſtophorus Moſco-
ſo, & Corduba hujus conſilii ſupremi Caſtellæ,
& inquiſitionis, occaſione cujuſdam delicti exi-
ſtimati peculatus in hoc etiam ſupremo Conſilio
Regni Aragoniæ controverſia excitata contra Mi-
16 chaelem de Aquilar. & Joſephum Lozano, † eo
quod furtum commiſerint cujuſdam magnæ quan-
titatis continuo de bonis civitatis. Et cum du-
bium eſſet, num pœna mortis puniri deberent,
& conſules in partes diverſas opinarentur, alii
dicentes crimen illud non eſſe peculatus propriè,
ſed furti; & inter hos etiam quidam diſſentientes
cum aliqui dixiſſent pro uno furto quantumvis
gravi, & continuato, non eſſe reos delinquentes
pœna puniendos mortis; quia jure digeſtorum *in
l. fin. ff. de re furt, l.* 1. *cod. de defenſoribus Belnea-
riis*, Avio Gellio, *lib.* 11. *noctium atticarum, cap.
fin.* Epiphanius *in §. pœna manifeſti inſtit. de oblig.
quæ ex delicto naſc.* Fornerius *lib.* 1. *lection. cap.*
15. Melchior. Junio *quæſtion politicarum cap.* 98.
Anton. Guibertus *in Pol. Hiſtoriæ cap.* 18. Oſvald.
cap. 29. *lib.* 15. *litt. N.* talis non eſt conſtituta
pœna; imo nec jure Canonico, aut Regio ſit ſta-
bilita: ſic contra Baldum, & alios dicentes furto
qualificato poſſe delinquentem ultimo ſupplicio
puniri. Contrarium eſſe verius, & ita practicatum,
cum multis ſequitur ex Farinacio *in practica quæſt.*
167. *num.* 33. Azevedo *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *reco-
pilat. num.* 103. Gribelto *deciſ.* 94. Mario Muta *de-
ciſ.* 48. Giurba *conſ.* 93. *num.* 1. idem Farin. *q.* 23.
Cantera *in Rub. de furtis c.* 8. *num.* 10. Tuſchus *litte-
ra* F, *concluſ.* 564. *num.* 46. Molina *de Juſtitia tom.*
3. *diſp.* 695. *num.* 9. Eleganter Queſada *in ſuis quæſt.
cap.* 19. Vela *de delictis cap.* 12. verſ. *ſed ſi unum*
Zevallos 741. Gratian. *reg.* 209. *num.* 11. ubi de
fœmina furante Pichard. *in manuduction.* 3. *pag.*
17 §. 4. *n.* 613. † Ubi cum aliis pluribus totum hoc
judicis arbitrio relinquit, qui aliquando pro primo
furto ultimum ſupplicium imponat, aliquando
nec pro tertio, æſtimata perſona furantis, & ejus,
cui res fuit ablata, item ipſa re furata loco, &
tempore furti commiſſi. Quare Faquineus *lib.* 1.
controv. cap. 1. verſ. *cæterum illud* Farinaceius *dict.
quæſt.* 20. & *num.* 9. & *dict. quæſt.* 167. *ex n.* 68. &
conſil. 30. *num.* 2. Baiardus ad Clarum §. *furtum
num.* 49. Antonius Gomez *dict. cap.* 5. *de furtis n.* 7.
& 9. & *ibi*, ejus additionator Aillon cum multis
dicunt prædictam doctrinam conſonam eſſe juri,
prout colligitur ex Zevallos, & Gregorio Lopez
in l. 1. *tit.* 17. *p.* 2. *gloſſa* 2. Faquineo *lib.* 9. *controverſ.
cap.* 91. & 92. Abiles *in cap. Prætor. cap.* 1. *verbo de
rechamente à num.* 13. dicentes, ut ſi fur non fuerit
punitus pro primo, & ſecundo furto, adhuc pœnâ
mortis puniri poſſit; & quod hæc doctrina, quate-
nus quod ex pluralitate delictorum aggravetur
pœna, etiam in aliis delictis, docent relati, &
Farinacius expreſsè *ſub dict. q.* 23. cum multis ab
eo relatis.

Quare etſi ad pœnam mortis preciſum eſſe vi- 18
deatur, ut ex tribus furtis duo prima præcedentia
punita fuerint, ut tradunt Fulgoſius *conſ.* 157. *co-
lumna penul. in princip.* verſ. *ſimiliter.* Tyberius
Decianus *lib.* 3. *conſ.* 24. *à n.* 16. Boerius *deciſ.* 219.
n. 2. ubi teſtatur quod ita omnes Doctores tenent
in auth. ſed novo jure, Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 1.
concluſ. 560. *n.* 7. idem D. Moſcoſo: tamen reſo-
lutio jam adducta arbitrariâ ſumpta, mihi admo-
dum placet. † Et ob id infero eum eo poſſe furto, 19
quantumvis gravi ex qualitate perſonarum ad tri-
remas decennio delinquentem condemnari juxta
deciſionem Senatus Siciliæ, quam, quam refert
Giurba *conſ.* 93. *num fin.* qui condemnavit furem
ex pluribus furtis qualificatis, & continuatis de-
cennio ad triremes, & adducit Moſcoſo verba
leg. 8. *tit.* 11. *lib.* 8. *recopilat.* ibi *mandamos, que anſi-
enlos hurtos calificados, y robos, y ſalteamientos
encaminos, o eu Campo, y fuerca, y otros delictos
de otra qualquier calidad las penas ordinarias laſeant
commutadas en maudar les ir a ſervir a las Gale-
ras por el tiempo, que pareziere ſegun la calidad.
de lo dhos delictos.*

Et ſic fieri, ut etſi per ſtatutum etiam Juratum, 20
damnetur pœna capitali mortis, ita in quantitate
delinquens, ut tenent. Bald. Fulgoſ. & Salicetus,
in dict. auth. ſed novo jure. Covarruv. *dict. lib.* 2. *var.
cap.* 9. *num.* 7. verſ. *quo fit.* Farinac. *dict. q.* 167. *n.* 40.
Gabrielo *deciſ.* 94. Linglois *deciſ.* 22. *q.* 6. *n.* 2. ut in
Regno Valentiæ per foros obſervatur, quibus
pœna mortis venit puniendus propter furtum ma-
gnæ quantitatis: tamen juſtis de cauſis dicendum
poſſe à judice pœnam illam moderari, Roman.
conſ. 429. Petrus Caballus *reſolution. criminali, caſu*
18. *n. fin.* & ita fieri poſſe ex permiſſa commuta-
tione dictæ legis partitæ; imo, & deberi judices
benigniorem pœnam imponere, dicit idem Do-
min. Moſcoſo cum Budeo *in annotation. ad pan-
dectas in l. fin, ff. de ſenatoribus* ibi: *neceſſe eſſe ju-
dicis ex legis præſcripto judicare, nec legitimam pœ-
nam excedere; imo minorem eligere ex l. interpre-
tatione ff. de legib.* & Alex. *conſ.* 5. *num.* 14. *lib.* 1.
† Valenzuela Velaſquez *conſ.* 91. *num.* 48. ubi ex 21
Julio Capitolino, quod Marco Antonio mos erat
minori ſupplicio puniri omnia crimina, quam le-
gibus plecti ſolerent, & ex Lactantio Firminiano.
† Quod ſeveritas niſi ſe intra congeuentes nocen- 22
tium pœnas cohæreat, fit ſæva crudelitas. † Et 23
quod pœna triremium ſit condigna, eo quod ex
variis accidentibus ſoleat evenire mors, dicunt
Vincentius de Franch. *deciſ.* 139. *n.* 2. quæ eſt labo-
rioſa nimis, & vilis, ut ex multis obſervat D. So-
lorzano *de jure indiarum lib.* 1. *c.* 13. *n.* 66. imo &
infamis, pluſque Reipublicæ utilis, Anneo Robert.
lib. 4. *judicatar. c.* 16. *in princ.* Maſtrill. *deciſ.* 26. *à
n.* 38. Fontanel. *dec.* 168. *à n.* 10. additque D. Moſco-
ſo in hominibus qualitatis; & ſanguine cognatorum
tentis in Republica, & civitate ut erant jam ad-

ducti bomines de peculatu incuſatis, pœnam con-
dignam fuiſſe, pœnam triremium decem anno-
rum haberi, ut mors dilatata, & ſenſibi-
lior.

24 Et dicta ſupra coadjuvantur: nam etſi revera
regula ſit, ut tunc demum ex conſuetudine de-
linquendi oriatur præſumptio ex regula, *Semel
malus ſemper præſumatur malus*, dummodo ſimus
in eodem, vel ſimili genere mali, ſecus ſi in
diverſo *ex l. ſi cui §. 1. ff. de accuſat. l. non omnes §.*
25*à barbaris ff. de re milit.* † Indeque provenire, ut
mala fama iu genere alicujus hominis, faciat con-
tra ipſum indicium, quando mala fama eſt iu eo-
dem genere delicti, de quo Reus inquiritur; ſe-
cus ſi de diverſo, ut cum infiniiis probat Farina-
cius *dict. quæſt. 23. num. 30. & 31.* tameo ipſe *n. 32.*
ait negari non poſſe, ut etſi contra inquiſitum
in diverſo genere delicti, uon oriatur præſumptio
ſeu indicium, adbuc oriatur aliqua ſuſpicio per
regulam quod qualem quiſque vitam antea aſſe-
quutus eſt talem eſſe, cum de præſenti ſuſpica-
mus *ex l. deſertorem ff. de re milit.* & ex dictis juri-
bus *l. famoſi ff. ad legem Jul. Majeſt. l. 3. §. 1. ff. de te-
ſtibus*, de quo dixi *in c. 4. & 5. de præſumpt. & in
cap. penult. & fin.* & ſic Alciatus *regula 2. præ-*
26*ſumpt. 7. num. 2.* verſ. *adde tamen.* † Dixit quod
qui eſt malus in uno, habet contra ſe non modi-
cam ſuſpicionem, quod ſit malus in aliis propter
27magnam connexitatem, quam habent inter ſe, †
ut probatur à fortiori *in cap. ſi gens Anglorum 56.
diſt.* ubi ex una ſpecie delicti paterni præſumun-
tur filii laborare pluribus, & diverſis delictis multis
alia addens comprobat Fariu. qui *ſub dict. num. 33.*
28verſ. *limita 3.* † Dicit ut licet ſemel malus ſemper
præſumatur malus, cum etiam in delictis de
præterito præſumitur in futurum, ſed uou ſic eſſe
ut de præſenti malus, præſumatur etiam ma-
lus, fuiſſe in præteritum, ut declarant Alcia-
tus *dict. præſumpt. 7. num. 30.* verſ. *quarto in-
tellige*, per ea, quæ dixit Salicetus *in l. fin. cod.
de quæſt.* ſed nou uegat Maſcard. *de prob. concluſ.
103. à num. 45.* ut licet non oriatur in præteri-
tum præſumptio delicti; bene tamen oriatur ſuſ-
picio per textum *in §. fin. in auth. de teſt.* & per *l.
ſi is qui cod. de adulter.*

29 Quibus cavetur quod vidua fornicatrix, præſu-
mitur idem fuiſſe, marito vivente: videbis Meno-
chium *lib. 5. præſumpt. 32. à num. 19. & 44.* ubi la-
te pro, & contra agit Alciat. *dict. reg. 2. præſumpt. 9.*
30*in fine.* † Dicentes de præſenti etiam in præteri-
tum aliquo modo præſumi.

31 Relatam regulam, ut conſuetus delinquere
acrius puniatur, procedit iu majoribus 25. annorum
ſecus iu minoribus, quibus delicta non gravari ex
iteratione ſenſit Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Lucana
17. à num. 81.* allegans Clerum *in praxi quæſt. 60. in*
32*princ.* ibi *Sed in omnem caſum*, † ubi quidam pueri,
qui paſſi ſunt ſe carnaliter coguoſci, non fuerint
flamis combuſti; & ſic pœnâ ordinariâ puniti, ſed
tantummodo fuſtigati; & licet Carrer. *in practic.
crim. tract. de homicidio §. circa igitur tertium*, quidem
ex cauſis pœna augeatur *num. 11.* poſt Marſil. *in
ſingul. 378.* in fine minori ex reiteratione non au-
33geatur pœna corporalis. † Sed contrarium dicen-
dum erit, ut tradunt Hypolitus Rimin. *conſ. 245.
num. 3. lib. 3.* & Farinac. cum eo *dict. quæſt. 24. n. 34.
& quæſt. 92. à num. 138. de pœnis temper.* dum di-
cunt quod licet minor ex quocunque iterato de-
licto, nou poſſit pœnâ ordinariâ puuiri, ſed mitius
cum illo agi debeat, poſſit tamen propter iteratio-
nem pœna aggravari, etiam corporalis, à qua non
diſſentit Clarus *ſupra*, poſtquam vult poſſe impo-
ni pœnam fuſtigationis, quæ corporalis eſt illis
pueris, qui ſæpius paſſi ſunt, ſe carnaliter cogno-
ſci. Et hæc amplius intelliges ex his, quæ dico
infra in tit. de delictis puerorum.

Ad ſecundam partem, num pro delictis levibus 34
repetitis debeat ſic aſſuetus delinquere, gravius pu-
niri, & videtur quod nou: uam levia, & minima
delicta non ſic couſiderantur, ut ex repetitione
graviora fiant; hæc enim in foro animæ plura
peccata venialia tranſeunt in mortale: quare vi-
detur bene amplecti Carrerus *in pract. crim. in tr.
de homicidio §. circa dict. num. 11.* poſt Marſill. *in
dict. l. ſingulari 378. in fine num. 5.* ita docet Farinac.
dict. quæſt. 23. num. fin. † Dicens non obſtare quod 35
in furtis etiam minimis, pœna augetur, & jam
uſque ad mortem ex eo quod dicunt Grammatic.
voto 4. num. 25. & voto 17. num. 5. Covar. *lib. 2. var.
reſ. dict. c. 9. n. 7.* Maſcardus *concluſ. 838. num. 6.
de prob.* Anton. Gomez. *dict. c. 5. ſub n. 8.* Octaviam
Vulpelius *reſp. 16. num. 3.* Sed reſpondetur quod
etſi in furtis minimis ita coutiugat non ex eo ſit in-
ferendum generaliter ad alia delicta; quia furtum
ſemper de ſui natura reputatur turpe, & grave de-
lictum, etiam quod minima res furto ſubtrahatur
Farin. *dict. num. fin.* cum Carrero. † Dicens ideo 36
ſolùm ex iteratioue delictorum gravium, pœnam
augeri, nou autem minimorum, aut levium, ſub-
dentes amplius quod iu pœnis impoſitis ipſo jure
pœna nou augetur propter iterationem delicto-
rum.

Et facit iu furtis; nam quantumvis regula ve- 37
ra ſit, ut ex multis peccatis venialibus, non fiat
unum mortale & reſpectu plurium furtorum mi-
nuatim factorum dixerit Angelus *in mor. cap. 9.
folio 74.* eo quod nemini ſurans minuatim gravem
injuriam infert tamen adhuc dici debet ut qui à
pluribus ſurripit quantitates parvas quibus unam
facit magnam, peccat lethaliter cum obligatione
reſtituendi, ut doceut Sotus *lib. de Juſtitia q. 3.
art. 3. ad 3. puncto 2.* Corduba *in ſumma quæſt. 3.*
Petr. Navarro *de reſtit. lib. 3. cap. 1. num. 57.* Aran-
go. *2. 2. quæſt. 67. art. 7.* Villalobos *in ſumma p. 2.
tract. 13. diſ. 4.* de quo etiam ſunt videndi Meno-
chius *de arbitrar. caſu 72. num. 12.* Pichard. *in §.
Gallinarum inſtit. de rerum diviſ.* Farin. *dict. q. 167.
ex num. 76. & quæſt. 174. ex num. 70.* Molina *de Ju-
ſtitia tom. 3. diſp. 685. & 689.* Leſſio *de Juſtit. lib. 2.
cap. 12. dubio 7. 8. & 9.* Ægidius Trullench. *in Deca-
log. lib. 7. cap. 5. dubio 2. num. 6. & 8. & Rub. 4. per
totum*, Baeza *de inope debitore cap. 12. num. 10.*
Etenim axioma juris vulgare ut de minimis non
curet Prætor *ex l. ſcio ff. de integr. reſtit. l. 4. in fine
ff. de edilitio edicto*, late Craveta *conſ. 182. num. 14.
& 15.*

Verùm quia iterum pungit difficultas ex textu 38
in cap. unum §. in nomine autem criminis diſt. 25.
ubi dicitur quod, *Humanum eſt peccare, Angeli-
cum ſe mendare, & Diabolicum perſeverare*, &
propterea peccatum veniale geminatum fieri mor-
tale, videtur ut etiam generaliter aſſiduitas pec-
candi, ſive delinquendi tranſeat ad majorem
pœnam, & jam in venialibus, & parvis, quan-
tumvis dicat Covar. *lib. 1. var. cap. 1. num. 2.* quod
levitas materiæ excuſat à mortali; ergo regula
debet etiam procedere ex dicto textu iu delictis
minimis repetitis; quia ut dicunt Decius *in cap.
cum non ab homine de judiciis num. 7.* Hypolitus,
ſingul. 338. Barboſa *in dict. cap. unum num. 4.* per
gloſſam

gloſſam ibi *criminale*, aſſiduitas in criminibus
magis punitur, cum propter conſuetudinem de-
linquendi augeatur pœna; itaque illam extendi
etiam ad lævia repetita, ſicut procedit in magnis,
ſervato tamen modo pœnæ juxta arbitrium
culpæ.

40 Quare ego exiſtimo hæc omnia quoad forum
externum, & ponitionem judicialem modo expo-
ni ſequenti, ſcilicet, ut cum agitur de jure ſpeciali
contra juris communis regulas, puta per viam re-
ſtitutionis in integrum nulla ſoleat de minimis eſſe
Prætoris cura; nam pro modica læſione à jure
41 communi non recedimus, † ſic exiſtimo procede-
re regulam relatam *dict. l. ſcio, & l. ſi oleum, §. ulti-
mo ff. de dolo, & in l. res bona ff. de contrab. emp.* &
alii ſimiles, ſed ubi agitur de jure communi, du-
bium non eſt, ut etiam de minimis curetur juxta
jura ſic intelligenda *in l. 1. §. illud ff. de conjugio cum
emanc. liberor. & in l. quamvis, ff. & in poſſeſſ. legat.
& l. 1. §. cum dicitur, ff. ſi cui pluſquam, l. ſi proprieta-
rius in fine primi reſponſi*, verſ. *eadem*, *ff. de damno
infecto*, etiam ſi ſumus in pænalibus, puta in furto
quod committitor in Anſere, vel Gallina, vel uno
Ovo, *l. naturalem*, *§. Gallinarum*, *ff. de acquirendo
rerum Dom. dict. §. Gallinarum inſt. de rerum diviſ.*
ita Bartol. *num.* 1. verſ. *nota quod de minimis*. Albe-
ricus de Roſete *col. 2. num. 1.* ad dictam *l. ſcio*, Imo-
la *in cap. majoribus col. 1. num. 3.* verſ. *& poteſt adde-
re de præb.* Curtius Junior in auth. præterea *col.* 3.
num. 8. verſ. *tu conſidera*, cod. unde vir, & uxor, &
alii, quos refert, & ſequitur, Rendina *in promp.
recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 100. *num.* 13. Andreas Gailius
lib. 2. *obſervat.* 102. *num.* 4. Andreas Ferrar. *lib.* 1.
rerum quotid. cap. 1. cum aliis, quos refert Oſvald.
ad Donel. *lib.* 21. *comm. cap.* 9. *litt.* C, verſ. *ſed &
42 vulgaris diſtinctio eſt.* † Ubi latè quod in pœnali-
bus axioma procedat, & Sebaſtian. Medicis *de
regulis juris regula* 5. *per totam*, aſſignat caſus infi-
nitos, in quibus minimum attenditur, Hieronym.
Bucaron. *de dif. inter Judicem crim. & civilem*,
diff. 167. *num.* 8. ubi pro regula conſtituit, quod mi-
nima in delictis, & pœnalibus ſunt in conſidera-
tione: latiſſimè Camill. Gall. *de verb. ſignif. lib.* 10.
43 *cap.* 2. *num.* 9. & *cap.* 25. *num.* 32. † Ubi quod mi-
nimi ratio habetur quando abſurdum ſequeretur
& *num.* 8. quando per minimi conſiderationem
fieret præjudicium rebus majoribus: & *num.* 22.
& 23. quando diſpoſitio loquitur conditionaliter;
& *num.* 24. quando aliquid pro forma requiritur,
cum formæ nihil addi, vel detrahi poſſit: & *n.* 25.
quando minimum ad majorem ſummam re inte-
gram requiritur: & *num.* 16. quando eadem pro-
portionaliter in minimo, quæ in magna militat ra-
tio: de quo ultimo Sebaſtian. Medicis *dict. reg.* 5.
num. 4. & Marius Giurba *de conſuet.* Meſſaneus,
cap. 6. *gloſſa* 6. *num.* 11. Barboſa *axioma* 150. ubi
alia tradit videnda.

44 Unde evenit ut ſicut graviora; & atrociora
delicta gravius puniuntur, ut patet ex dictis, &
docet idem Barboſa *axioma* 68. *num.* 4. ubi qua
menſura, & dicat etiam *num.* 6. ut delictum con-
tinuatum gravius puniatur cum Alex. Beroio,
Silvano, Claro, Hyppolito, Caſſaneo, Men-
chaca, Perez, Sebaſtiano Nævio, & Farinac. *in
praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 30. *num.* 67. ubi addit *litt.* R.
& *num.* 129. Giurba *conſ. crimin.* 47. *num.* 3. Carol.
de Graſſis *exceptione* 14. *num.* 33. & *ſequentibus*,
ubi de exceptione ad ſtatutum excludens omnes
exceptiones, Cardin. Tuſchus *tom.* 2. *littera* D,
concluſ. 163. *per totum*, † ubi *num.* 11. ſubdit
quod homo facinoroſus ex multis delictis, etiam
diverſis aggravatur apud judicem, ut poſſit pœ-
nam augere ſecundum qualitatem criminum mul-
tiplicium, Anton. Monach. *deciſ. lucen.* 54. *num.* 8.
& 9. † Ubi quod delictum ſæpius reiteratum, fit 46
majus, & ſolitus delinquere, gravius peccet,
† imo delictum pluries commiſſum, ſeu reitera- 47
tum, tot inducere delicta, quot ſunt reiteratio-
nes, ac proinde tot requiri purgationes, & tot
pœnas imponendas eſſe, ut ait Geminianus *conſ.*
106. *à num.* 5. † Ergo cum ex dictis *num. præced.*
eadem militet ratio juris communis de minimis 48
delictis, ac in gravibus repetitis, ſequitur dicen-
dum, ut proportionabiliter quoad pœnas aggra-
vandas debeat etiam Judex arbitrari in minimis, &
parvis delictis, ac in gravibus repetitis, aſſuetis,
& continuatis.

Pro complemento notabis quod ſi quis à primis 49
delictis patratis triennio ſteterit, in quo nullum
aliud delictum admiſerit eiſdem ſpeciei, gerens
ſe per dictum triennii tempus bene, & laudabi-
liter, tunc ceſſet præſumptio quod ſemel ma-
lus, iterum præſumatur malus, textus eſt *in §.
ſancimus*, verb. *nequaquam*, & *ibi* Angel. *in auth.
de Monachis*, ibi: *Triennalis temporis teſtimonium*,
& *collat.* 1. ſic cum Com. Mandoſ. Corneo, Me-
noch. & aliis infinitis, Farin. *in praxi dict. quæſt.*
23. *à num.* 26. ubi *num.* 27. cum aliis multis,
† dicit quod ſi inquiſitus, qui alias fuerit malæ 50
famæ probaverit per triennium ſe bene vixiſſe,
ſuiſſeque bonæ vocis, & converſationis, & famæ,
illa mala fama contra illum probata nihil ei no-
ceat; quia cenſetur in totum purgata; ſic cum
Saliceto *in l. ſi minorem poſt num.* 2. *ff. de in integr.
reſtitut.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 222. *num.* 12.
alios referens; etenim Gomezius *in regul. Cancel.
reg. de triennali in fine*, verſ. *nec mirandum*, Car-
dinal. Alvanus *in lucubrat. ad Bartol.* in *l. Caſſius à
num.* 17. *ff. de ſenatorib.* Maſcard. *concluſ.* 465. *à
num.* 10. & plures alii, quos ſequitur Farinac. *dict.
quæſt.* 3. *num.* 27. 28. & 29. dicunt ut eo tempore
ſic præſumatur de malo effectus bonus; imo dicit
Menochius *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 32. *à n.* 31.
in totum procedere etiam quod emendatus in
iſto triennio non feciſſet magnam pœnitentiam in
Monaſterio, ac etiam quod non probaſſet ſe abſti-
nuiſſe ab illo delicto quando ſibi occaſio venit; &
num. 19. ubi quod iſtud triennium currat à die ha-
bitæ gratiæ, ſeu condemnationis.

Et ſic & jam dico cum Geminiano *conſ.* 106. *à* 51
num. 5. delictum continuatum non effici plura,
quando intervenit medio tempore, vel abſolutio,
vel alia proviſio; prout illum refert Cardin. Tu-
ſchus *tom.* 2. *littera* D, *concluſ.* 169. *per totam*, ubi
n. 9. poſt Socinum *conſ.* 62. *à num.* 8. *lib.* 1. limitat, &
declarat; & *num.* 7. poſt Petrum de Ancharran. *con-
ſuet.* 4. limitat prædicta in his quæ non ſunt reite-
rabilia, vel in iis, quæ reſpiciunt aliquem titu-
lum præcedentem, Barboſa *dict. axioma* 68.
num. 8.

Ad tertiam quæſtionis partem, quando dicantur 52
delicta pluries commiſſa. Et quando, vel unica,
vel pluribus pœnis puniantur breviter ex jam ad-
ductis reſpondeo ſub diſtinctione, ſuppoſita re-
gula textus *in l. nunquam plura delicta ff. de priva-
tis delictis*, quatenus generaliter probat quod plu-
ra delicta, non unicâ, ſed pluribus pœnis plecti
debent quæ procedit non ſolùm in delictis univerſi
generis ex intervallo commiſſis; in quibus nulla
eſt difficultas ex eo textu ubi Doctores, ſed etiam

in delictis diverſi generis, ſimul, & eodem tem-
pore commiſſis: ut quoties ex iteratione criminis
ſimul, ſive ſtatim, ex intervallo diſtincta, & di-
verſa oriuntur crimina, quæ non uti unicum, ſed
tanquam plura crimina punienda veniunt; idem-
que procedet in pluribus percuſſionibus, ſeu vul-
neribus alicui illatis: pro quibus ſic percutiens,
vel vulnerans ex intervallo, puniendus ſit pro nu-
mero percuſſionum illatarum, & vulnerum, DD.
per textum *in cap.* 1. *de pœnis*, & *in cap. Apoſtolicæ*
verſ. *de ſervit*, & ibi Ancharran. *in 6. notabili de re*
judic. & *in cap. ſicut*, ibidem Bartol. *in l. inficiando*
53 *infans num.* 5. *ff. de furtis.* † Ubi propterea ſcribit
pluries delinquere eum, qui eodem die ex interval-
lo adverſùs legem pretium vini definientem, adje-
cta pœna, pluribus, vel eidem certas, & diſtinctas
vini menſuras vendiderit; & ſic etiam procedera
omnes fatentur, ut indicare videtur gloſſa *in dict.*
l. nunquam, præſertim quando propter iteratio-
nem delicti reiteratur læſio partis offenſæ, cum
multis Farinac. *in praxi crim. dict. cap.* 22. ubi *n.* 5.
ampliat in pluribus delictis commiſſis ad eundem
finem, & effectum, quæ ſive amplius ſint diverſi,
generis, ſive ejuſdem, ſive tam ex intervallo
patrata fuerint, plura reputantur delicta, & non
unica; indeque pœnæ multiplicationem ſuccedere
argum. textus *in l. ſi adulterium cum inceſtu in prin-*
cip. ff. de adulter. & *in cap. cum pro cauſa de ſent.*
excommunic. gloſſa in dicta l. nunquam, & *in illud*
§ fin. ff. ad Leg. Aquil. & licet Socinus *conſ.* 62. & re-
lati à Bertazolio *in conſ.* 14. *n.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 520.
lib. 2. hoc ultimum non amplectantur; ſed Dida-
cus Covar. *variar. lib.* 2. *c.* 10. *ſub num.* 8. verſ. *ha-*
ctenus, & ſub verſ. *ſecundo* & *illud cenſeo*: ibi etiam
ſi repetitio criminum fiat ad eundem effectum,
docet relatam noſtram ſententiam, & plures alii
quos ſequitur idem Farin.

54 Relata verò regula limitatur primo quando ex
unico ictu plura vulnera inferuntur, ut puta cum
vidente, ſeu alio inſtrumento bifurcato; quia
tunc licet plura ſint vulnera, ſed reputantur pro-
no crimine pro quo tantum ponitur pœna, dixit in
practica ſervari Vivius *in comm. opin.* ſub verſ. *ſta-*
tutum imponens: & ſic amplectitur idem Farinacius
dict. quæſt. 22. *num.* 16. contra Clarum, & Joſeph.
55 Ludovic. *in deciſ. Lucenſ.* 61. *num.* 3. *in p.* 1. †
Item idem Farinacius *num.* 17. & 18 idem decernit
in delictis ſucceſſivis, etiam ſi ſint plura: nam
iſta unâ tantum pœna puniri debent, etiam quod
plura ſint, & ex intervallo commiſſa juxta textum
in dict. l. ei §. infans ff. de furtis, ubi exiterata rei fur-
tivæ contractione, unicum tamen & non plura
56 ſunt furta ut etiam conſideravit D. Moſcoſo in
præcitato ſuo manuſcripto quatenus exculpat con-
tinuationem ſurrandi contra fiſcalem prætenden-
tem pœnâ mortis puniri hominis jam relatos ſi-
cut puniuntur ei, qui tria patrarunt furta tribus
vicibus ſeparatis; quia ut conſiderat cum Giurba
conſ. 93. *num.* 9. ſic conſiderante pro quodam latro-
ne in quem fiſcalis maximopere prædictam infligi
pœnam curabat; eo quod plura feciſſet furta. Cui
ſatisfaciens Giurba reſpondet verbis ſequentibus,
Non obſtat primum; quia unum eſt factum eo-
dem contextu, & propoſito continuatum; licet
diverſis horis, diverſiſque vicibus eidem, aut
diverſis Dominis ſurripuerit reus ſic comprobans
cum Bart. Baldo, Bartazolo, Belogneto, Baronio
& aliis quibus addo furta Macellariorum, & Ta-
bernariorum publicè carnes, & vinum minuta-
tim vendentes, & parvas quantitates quotidie fu-
rantes ab uno, & diverſis. † Et facit ad idem *l.* 57
maritum, *§. ſex menſium*, *ff. de adulter.* ubi pariter
quod ex continuatione adulterii cum una, & ea-
dem perſona, unicum reputatur adulterium gloſ-
ſa *in l. vulgaris in verbo fuerit*, *ff. de furtis*, quæ
dicit in ſpecie quod licet cum quis alienam uxo-
rem pluries cognoverit continuatione nequaquam
plura videantur adulteria; ſit tamen talis conti-
nuatio, unicâ tantum pœna punienda, pluribus
comprobat contra alios idem Farin. qui *num.* 19.
† Limitat quando delicta diverſi generis etiam 58
ſunt patrata, non ex intervallo, ſed eodem
tempore ad eundem effectum; quia tunc majus
delictum abſorbet minus: & late agens ad utram-
que partem curans multis declarare exemplis *ſub*
num. 25. reſidet in hac reſolutione contra alios ſed
dicit ut licet ea pœna ſit unica; bene tamen poſ-
ſit aggravari ab aliis delictis ad principale delictum;
licet non de neceſſitate concurrentibus. † Itaque 59
n. 26. 27. & 29. exornat dicens ut falſitates plures
ad eundem finem commiſſæ, unica puniantur
pœnâ; ſecus ſi ad diverſum finem, & in di-
verſa cauſa.

Item etiam procederenit quando plures injuriæ 60
eodem impetu illatæ ſive ejuſdem, ſive diverſi
generis ſint quæ unicâ pœnâ punienda veniunt.
† Idemque procedere quando blaſphemiæ plures 61
eodem impetu in Deum prolatæ ſunt; & ob id
idem Farinacius hæc multis comprobans ait *n.* 22.
23. & 24. prædicta regula procedere; dummodo
plura ea delicta, vulnera ſive injuriæ tendant ad
eundem finem neceſſarium. † Et ob id *num.* 20. 62
magis declarans dixit quod vulnerans cum inſultu
& armis, tenetur unica pœna, ſcilicet vulneris,
non autem inſultus & delationis armorum; quan-
tumvis delatio armorum de per ſe unam pœnam
conſtituat, & inſultus aliam cum utraque in ef-
fectu vulneris concurreret.

Et ſecundùm hæc exiſtimo limitari prædictam 63
regulam generalem, alias inquam ſecundùm regu-
lam erit reſpondendum: nam ſemper pluribus
pœnis, plura delicta erunt punienda, etiam ſi
ſint momentanea cum jam tunc dicantur diverſa,
idem Farin. *d. q.* 22. *ſub n.* 17. *in princ.* per ea, quæ *n.* 4.
pluribus Doctoribus comprobavit qui *n.* 30. am-
pliat illam ut procedat in omnibus caſibus in qui-
bus plura delicta pluribus puniuntur pœnis, ſi ta-
men pœnæ ſint reiterabiles, & compatibiles ut putà
in pecuniariis, vel in pœnis exilii ad tempus im-
poſitis à lege, vel ab homine: nam tunc poterunt
multiplicari, tam in quantitate pecuniarum quam
in exilii tempore pro quantitate delictorum. † Se- 64
cus inquam in pœnis non iterabilibus, & inter ſe
incompatibilibus, ut puta ubi pro uno delicto
eſſet imponenda pœna mortis, & pro alio pœ-
na flagitionis, & triremium, vel pecunia-
riæ.

Nec huic reſolutioni obſtant Doctores *in l. omi-* 65
nes cod. de dilat. lib. 10. Angel. *in dict. l. nunquam*
plura, *ff. de privatis delictis*, Annania *in cap. fin.*
de colluſ. detegenda, Carrer. cum aliis *in practica*
crim. tract. de homicidio, *§. circa ſecundum juxta*
legem Manſi num. 44. dicentes quod quando con-
currunt plures pœnæ, una ſcilicet major puta
mortis, altera minor, ſit incipiendum à pœna mi-
nori deinde deveniendum ad majorem & de facto
ſervari teſtetur Cæpola *in auth. ſed novo jure*, *n.*
42. *cod. de ſervis fugitivis*, ex Bart. *in dicta l. om-*
nes, incipiendo v. g. à pecuniaria pœna progre-
diens ad verberationem, triremes & exilium, ac

deiode

dcinde ad mortem : tamen idem Farinacius *dict.*
*quaſt.*22. *ſub num.*31. clamans,eit valde ridiculum
fore, ſi temporibus hiſce, hæc praxis eſſet in viri-
di, etſi fateatur vidiſſe juxta Cepolam *dict. n.* 42.
ut antequam furca ſuſpenderetur quidam ei delin-
quenti manum fuiſſe prius amputatam in loco
commiſſi ſceleris: & amplius dicit aliquando vi-
diſſe in quibuſdam delictis, & mali exempli reos
prius fuſtigari, deinde vel relegari vel ad triremes
tranſmitti, ut puta in his qui committunt aliquam
magnam falſitatem, vel Cameram Apoſtolicam
defraudant & his ſimilibus arbitrio boni pruden-
tisque Judicis, & in aliis etiam atrociſſimis, ut puta
aſſaſſinis, qui mediante pecuniâ aliquem magnæ
authoritatis virum occidunt in ejus Domo animo
ipſum derobandi. Tamen idem Farinac. cum relatis
Doctoribus concludit hanc pœnarum multiplica-
tionem ſic receptam eſſe, non ex multiplicitate de-
lictorum, ſed propter criminis atrocitatem & ut
facinoroſi perterriti ab atrocitate pœnarum, abſti-
neant ſe ab atrocibus delictis.

66 Dubium vero eſt an regula procedat in delictis
commiſſis, etiam eodem tempore, quando
ſcilicet ex quolibet delicto, reſultat effectus di-
ſtinctus & ſeparatus veluti cum quis percuſſerit
aliquem aut vulneraverit plures Bartol. *in dict. l.*
nunquam plura poſt num. 4. & poſt Dinum & oltra
Alban. dixit ut teneatur de pluribus percuſſioni-
bus, & vulneribus ad pœnam, quæ à lege vel
ſtatuto cuilibet vulneri, ſeu percuſſioni inflicta
eſt; ita ut pœna ſit moltiplicanda pro quantitate
vulnerum & percuſſionum, & addit quod alias
eſſet deſtruere totum mundum, Paul. de Caſtro
in dicta l. quicumque num. 4. *cod. de ſervis fugitivis*
Anania *in cap. in tantum num.*5. *de colluſ. detegenda,*
67& alii. † Sed Bald. *in dict. l. quicumque n.* 5. Joan-
nes Andreas *in regula in delictis. de regul. Juris in* 6.
Covar. *dicto lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 10. verſ.
quartum ſi ejuſdem actus, & in verſ. *ſexto his præ-*
miſſis, & alii dixerunt in iſto caſu unum tantùm
crimen cenſendum eſſe & non plura ſaltem quoad
publicam vindictam, & punitionem; licet propter
reiterationem percuſſionum, aut vulnerum gravior
ſit imponenda pœna, ut videtur probari *in dict. l. il-*
lud §. *fin. ff. ad leg. Aquil.* & ut ſenſit gloſſa *in dict.*
l. nunquam plura, in verſ. *ob aliud*, ad finem, ibi
etiam Angel. *in* 2. *col.* ubi ſcribit ita ſervari in to-
68to orbe. † Verum Jacob. de Arene *in l. apud La-*
beonem §. *convitium ff. de injuriis*, diſtinguit de ſta-
tuto loquente in rem, vel in perſonam vel impo-
nendo pœnam vulneranti, vel percutienti, ut
hoc in caſu vera ſit proximè ſecunda relata opinio
ſed quando pœna imponitur in rem, veluti pro quo-
libet vulnere, pro qualibet alapa vel qualibet per-
cuſſione tunc pœna multiplicetur ſecundum primam
opinionem: tamen Clarus *in praxi q.* 84. verſ. *ſcias*
etiam, & verſ. *hac autem*, Cardin. *in clem.* 1. §. *ſi*
qui de privilegiis indiſtinctè, ſive lex, aut ſtatutum
loquatur in rem, ſive in perſonam ſemper ex reite-
ratione delictorum ejuſdem generis, etiam eodem
tempore ſequuta imponi debere dicunt plures pœ-
nas pro quantitate delictorum.

69 Ego tamen exiſtimo dicendum, ut ſi in lege,
vel ſtatuto imponatur pœna pro qualibet v. g. ala-
pa, ſeu vulnere tunc ſolum, non habita diſtinctio-
ne, pœna debeat multiplicari ex illa particula
qualibet, ſeu *quolibet*, quæ ſeparatim per omnia
prædicta ſervatur, & actum inſolidum ſignificet,
ſecundum gloſſam, Bartol. & Doctores *in l. ſi pluri-*
bus ff. de leg. 2. cum aliis per Rolandum *conſ.*70.
num 44. *volum.* 3. Socinus *conſ.*50. *à num.* 1. *lib.* 1.
Oſaſcus *deciſ. pedem.*23. *num.*11. † Quod ſi lex70
vel ſtatutum loquatur ſimpliciter non adjecta illa
dictione, tunc ſive in perſonam, ſive in rem, di-
cendo tantùm pro vulnere, pro alapa, vel per-
cuſſione ſolvantur ſcuta centum ex reiteratione
delictorum eodem tempore, tunc revera unam
tantum pœnam conſtitui voluiſſe Legislatores cre-
dendum eſt pro multiplicatis vulneribus, alapis,
& percuſſionibus, ac pro uno tantum cum omnes
illæ actiones proveniant ab eodem motu delin-
quentis abſque interverſione actus. Sed non nego
poſſe pœnam graviorem imponi, etſi non plures
ut poſt alios hanc difficultatem agitantes reſolvit
Farinac. *dict. quaſt.* 22. in praxi legendus *à num.* 8.
12. & 13. † Qui *num.* 14. & 15. addit, ut quando71
pœna delicti non eſt determinata à jure, vel ſta-
tuto, ſed eſt arbitraria, veluti injuriarum pœna,
quæ regulariter eſt arbitraria, tunc ob publicam
vindictam, & opinionem, non, niſi unicum ori-
ri delictum quoad pœnam, credit; licet forſan
dicantur reſultare delicta ex pluribus percuſſioni-
bus, ſeu vulneribus, ſeu alapis in continenti, &
eodem tempore inflictis. † Et in terminis quod72
alapa puniatur pœnâ arbitrariâ, etſi extendi que-
at uſque ad mortem quia eſt atrox injuria docent
ex multis Pichard. *in manuduction. p.* 3. §. 4. *num.*
6. Valenzuela *conſ.*142. *tom.*2. *ex num.*55. Barboſa
in cap. 11. *de pœnis num.* 5. conſiderata tamen
perſona inferentis hanc injuriam, & eam recip-en-
tis, & loco, ubi fuit illata Aillon. ad Anton. Go-
mez. *lib.*3. *variar. cap.*6. *ſub num.*5. † Addens ut73
in dubio injuria non præſumatur facta Judici, ut
Judici, ſed ut privatæ perſonæ.

Ad quartam quæſtionis partem, an conſuetudo74
peccaminoſa vincat legem, reſolves ex traditis
ſupra in Rubrica ſub quaſt. 4. & 5. & ex *infra di-*
cendis.

QUÆSTIO III.

An conſuetudo poſſit vincere legem naturalem, ſeu legem Divinam aliquando. Et quid de lege poſitiva? Et an conſuetudo poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem contrariam. Et an detur conſuetudo aliqua, quæ ex præciſa legis poſitione, nequeat abrogari: ubi de Epiſcopo abrogante conſuetudinem ſui Epiſcopatus?

SUMMARIUM.

1 *Alimenta jure naturali filiis debentur*, numero 9.
2 *Homicidium jure naturali eſt prohibitum, & conſuetudine impunitum effici poteſt ut* numero 11.
3 *Poſſeſſio jure naturali in alium transferri non poteſt, niſi per traditionem expenditur*, n. 16. 17. 18. & 19.
4 *Jura naturalia ſunt immutabilia.*
5 *Lex naturalis una eſt omni tempore, & ſtatu naturæ humanæ, & dicitur lex Dei*, numero 8.

6 *Conſue-*

6 *Conſuetudo nullam habet poteſtatem, ut abroget, ſeu deroget legi naturali, ut n. 19. & 20. niſi ut a n. 48. & 52.*

7 *Naturalis lex ſemper obligat in conſcientia foro.*

9 Auth. ex complexu codic. de inceſtis nuptiis.

10 *Jus Canonicum ſequitur naturæ legem.*

11 *Homicidium in aliquibus caſibus introduci queit, dictante lege naturæ, ut in deſenſionem, n. 36.*

12 Cap. 2. hoc tit. & n. 15.

13 *Donationis cauſa formalis conſiſtit in traditione.*

14 L. Scia 42. ff. de donat. cauſa mortis.

15 *Traditio fundi, intelligitur tradita una gleba terræ.*

16 *Poſſeſſionis adquirendi modus, ſæpè à jure civili procedit.*

17 *Conſuetudo, vel lex inducens modos tradendi fictos, nihil juri naturali præjudicat.*

18 *Poſſeſſio qualiter acquiratur per actus non naturales, conſuetudine interveniente.*

19 *Derogatio juris naturalis tunc impedit conſuetudinis valorem, quando ejus derogatio peccatum eſt, n. 20.*

21 *Naturale jus proprium hominibus eſt lex à natura hominum mentibus inſita: explica, ut* num. 22.

23 *Naturalis legis præcepta reducuntur ad illud jus naturæ bonum faciendum, malum vitandum. Et quare dicantur prima principia,* numero 24. *& quæ illa ſint,* numero 25.

24 *Naturalis legis attributum eſt immutabilitas quoad prima principia, ſecus quoad ſecunda, ut* n. 26.

26 *Præcepta ſecunda legis naturalis, ſive concluſiones, quæ ex primis dependent in particulari, mutari queunt, propter ſpeciales cauſas impedientes obſervantiam talium præceptorum, contingentes potius ex parte rerum quam ipſius legis, &* à n. 34.

27 *Mutatio poteſt contingere dupliciter in aliqua lege vel per additionem, vel per ablationem, &* n. 30.

28 *Additio jure naturali, rectè contingere poteſt.*

29 *Civile jus contingit in addendo aliqua jure naturali, & Divino.*

30 *Legis mutatio propria eſt ea, quæ contingit per ablationem legis, quæ abſolutè, nec univerſaliter contingit, & quare?* numero 31.

31 *Naturæ lex eſt veluti proprietas naturæ rationalis quæ non tollitur.*

32 *Lex naturalis prout eſt in Deo non tollitur, & in homine intrinſeca proprietas non mutatur.*

33 *Præcepta naturalia negativa pro ſemper obligatione affirmativa ſemper, ſed neutra mutatur.*

34 *Depoſitum, etſi ad reddendum lex obliget naturalis petenti Domino, ſed non ſi potatur ad damnum Reipublicæ eadem lege natura,* num. 38.

35 *Secretum naturale revelari poteſt, ſi neceſſum eſt defenſioni innocentis.*

37 *Conjugi cum ſorore in caſu neceſſitatis generis humani liceret, aliàs non.*

38 *Naturalia præcepta impropriè aliquando dicuntur mutari.*

39 Cap. quemadmodum de jurejur.

40 *Lex deſinere eſſe poteſt dupliciter, uno modo per mutationem intrinſecam ipſius, alio extrinſecè per mutationem alterius; hocque modo contingere valet in lege naturæ, ſed non primo modo.*

41 *Naturalis legis nonnulli caſus videntur mutati, præcepto juris civilis, ut diviſio Dominii rerum, ſervitutis inducta contra libertatem & alii* n. 43. 44. *ubi de legitima, & matrimonio.*

45 *Teſtamentum, & donatio naturali lege fieri licent, jure civili nonniſi cum aliqua ſolemnitate.*

46 *Diſpenſare poteſt Pontifex in jure naturali, & Divino non abrogando in totum, vel in parte ſed declarando ejus obligationem in caſu aliquo locum non habere.*

47 *Papa poteſt jus divinum declarare, interpretari, remittere, amplificare, augere & mutare ut* n. 49. & 50.

48 *Præcepta juris naturalis, quæ pendent à priori conſenſu voluntatis humanæ poſſunt per homines diſpenſari indirectè, ex remiſſione, materiæ.*

49 L. manumiſſiones, l. jus civile ff. de Juſtit. & jure.

50 *Medicina alia præcepta tradit pro ſanis, alia pro infirmis ſed regula medicinæ non mutatur.*

51 *Jus naturale idem ſemper exiſtens aliud præcipit in hac occaſione aliud in alia propter ſolam materiæ variationem.*

53 *Conſuetudo nihil introducere poteſt contra mandatum legis Divinæ: & quare?* numero 54.

54 *Tacitus Dei conſenſus non admittitur contra jus Divinum, ſicut admittitur contra jus humanum tacitus conſenſus hominum.*

55 *Conſuetudo immota cenſetur quæ contra fidem Catholicam, nihil uſurpare dignoſcitur.*

56 Cap. quanto hoc tit. n. 57.
Cap. ſuam, cap. Apoſtolicam de ſimonia num. 48.
Cap. 1. diſt. 95.

57 *Sacerdotes ſimplices ſunt incapaces miniſtrandi Sacramentum confirmationis.*

58 *Jura Epiſcopalia, etſi ſæpe præſcribi, aut acquiri valeant conſuetudine, ſed non ea, quæ Epiſcopis competit ratione ordinis.*

59 *Oblationes prohibentur conſuetudine introduci, niſi ſint voluntariæ.*

60 *Conſuetudo non valet contra jus naturale, & Divinum.*

61 *Jus naturale qualiter dicatur dici quod in lege, & Evangelio continetur: explicatur,* n. 62. 63. 64. *dic ut* n. 65.

65 Diſt. 1. & 5. *ſummarium declaratur.*

66 *Conſuetudo dicitur forma, & quaſi alteram jus naturale, habens parem vim cum lege.*

67 *Conſuetudo prævalet juri ſcripto, ubi ſonat inturpe & eſt potentior ſtatuto, & poteſt introducere quidquid poteſt concedi privilegio, & poteſt quidquid pactum quidquid præſcriptio & ſtatutum.*

68 *Conſuetu-*

68 *Conſuetudinarium jus videtur habuiſſe exordium, ex quo Cain civitatem ædificaſſe legitur, & poſtquam homines cœperunt in unum convenire.*

89 *Lex poſitiva dupliciter à lege naturali procedit, vel ut infallibilis concluſionis, vel per modum determinationis, & hoc modo vincitur conſuetudine.*

70 *Conſuetudo poterit vincere legem eam prohibentem: & quare?* n. 71. *& quando non,* n. 72. 73. & 74.

72 *Conſuetudo poteſt vincere legem eam improbantem, ut irrationabilem, quando cauſa talis improbationis ceſſat, &* n. 73.

83 *Conſuetudo, quæ reprobatur non inde fit; quia eſt contra jus naturæ, aut Divinum, ſed aliquando propter aliquam notabilem indecentiam, pericula, aut incommoda graviora communitatis, quæcum tempore poſſunt muta.ri.*

75 *Conſuetudines locorum ſpeciales, non cenſentur ſublatæ per legem generalem poſteriorem, & quare?* num. 76. *& vide* quæſt. 4. n. 18. & 19.

77 Cap. 1. de conſtit. lib. 6.

78 *Conſuetudo, quæ præſcripta non eſt, non eſt jus, nec tribuit facultatem utendi illa.*

79 *Conſuetudo introduci non poteſt reſiſtente Principe.*

80 *Epiſcopus poteſt tollere conſuetudinem; ſicut legem ſui Epiſcopatus.*

1 AD primam, & ſecundam difficultatem, ut plenè reſpondeas adjunges nonnulla, quæ adduxi *ſupra ſub tit. de ſumma Trinitate*; item & *in Rubrica de conſtitut. quæſt.* 1. ubi de immutabilitate legis naturalis, & perpetuitate legis divinæ. Quibus junctis, & aliis alibi poſitis, breviter in propoſitis difficultatibus erit loquendum. Et quo ad primum ut conſuetudo poſſit vincere legem naturalem, videtur ſuaderi ex ſequentibus: nam alimenta jure naturali filiis debentur, *l. ſi quis à liberis, ff. de liberis agnoſcendis*, ſed contraria conſuetudine poteſt tolli hæc obligatio, ſicut & lege, civili ſublata eſt, ut *in auth. ex complexo*
2 *cod. de inceſtis nupt.* ergo: † Secundo quia homicidium jure naturali eſt prohibitum *ex cap. 1. cum aliis 50. diſt. cap. 1. & per totum de homicidio*, ſed conſuetudine homicidium impunitum effici poteſt, ut in exercitationibus Reipublicæ, *l. qua actione §. ſi quis in commutatione, l. ſi ex plagiis §. fin. ff. ad leg. Aquil. cap. dilectiſque cap. ſignificaſti de homicidio*; ergo conſuetudo po-
3 tens eſt contra jus naturale. † Tertio quia poſſeſſio jure naturali in alium transferri non poteſt, niſi per traditionem, *l. qua ratione §. hac quoque, l. traditio 20. ff. de acquirendo rerum Domino, l. traditionibus cod. de pactis*, ſed conſuetudine fieri poteſt, ut abſque traditione transferatur poſſeſſio, ut dixi *ſupra in cap. 2. hoc tit.* per textum *ibi*; ergo conſuetudo poteſt derogare juri naturali.

4 Sed quia jam latiſſimè dixi in præcitatis locis
5 naturalia jura immutabilia eſſe, † unamque eſſe legem naturalem in omni tempore, & ſtatu naturæ humanæ, ut inquit Ariſtotel. *lib. 5. Ethicorum*, ibi: ubique *& ſemper eadem*, & Cicero apud lactantium, ibi: *omni tempore, & omnes gentes* ex ea ratione; quia hæc lex non ſequitur ex aliquo ſtatu naturæ, ſed ex ipſa ſtatura rationali. † Ideo dicendum eſſe patet ex doctrina Ju- 6
ſtiniani, *in §. jus naturale & §. ſed naturalia quidem jura inſtit. de jure natur.* cum infinitis relatis juribus ab interpretibus ibi: conſuetudinem nullam habere poſſe facultatem, ut abroget, ſeu deroget legi naturali, † ſic ut lex naturalis ſemper obli- 7
get in foro conſcientiæ, ut tanquam certum de fide, docent communiter Theologi ex dicto Paul. *ad Rom. cap. 2.* ibi: *Quicumque, qui ſine lege peccaverunt, ſine lege peribunt*, non alia ratione, niſi quia legem naturalem tranſgrediuntur. † Et ra- 8
tio eſt, quia hæc lex naturalis, dicitur lex Dei, quare per neceſſe omnes ea obligare dicendum eſt.

Nec obſtant relata argumenta, non primum 9
ex *auth ex complexu*; quia reſpondetur nempe ut ſit opinio communis Doctorum quod alimenta non debentur Jure Civili Spuriis, ut tradunt relati à Covarruv. *in 4. part. 2. cap. 8. & 6. à num. 6.* Lara *in dict. l. ſi quis à liberis §. idem reſcripſit à num. 4 ff. de liberis agnoſcend.* etſi Jure Canonico contrarium ſit ſtatutum *in cap. cum haberet de eo, qui duxit quam polluit per adulter.* copiosè Bartol. *in l. 2. p. 4. à num. 64. ff. ſoluto matrim.* idem ſequitur *lex. 5. tit. 19. p. 45.* etenim filiis deberi alimenta jure naturali palam eſt; ſic ut non obſtante quacumque lege civili, & naturali, contraria ſemper illa deberi dicendum ſit, Fellus Fern. *in l. 10. Tauri num. 7.* ſic ut Jus Canonicum in hac parte debeat obſervari in utroque foro, ut dicit Fortunius *de ultimo fine juris à num.* 109. Ripa *in l. 1. n. 66. ff. ſoluto matrim.* Matienc. *in l. 8. tit. 8. lib. 5. recopil. gloſſa 1. à n. 1.* † quia Jus Canonicum ſequitur 10
naturæ legem.

Nec obſtat ſecundum; quia etſi homicidium 11
lege naturæ prohibitum ſit ex his, quæ notavi in præcitatis locis, & inſuper latè dico infra *in tit. de homicidio.* Sed quia in aliquibus caſibus introduci queit, diſtante eadem lege naturæ, ſequitur, ut abſque ulla mutatione illius legis procedat, ſed tantùm ex parte materiæ, ut explicat Auguſtin. bene exemplo, quod de ſe bonum eſt; quamvis infirmum malum non ſit mutatio ex parte boni, ſed ex parte ſubjecti recipientis, de quo videndi ſunt Covarruv. *in clem. ſi furioſus 3. part. §. unico, n. 2.* & alii.

Nec obſtat tertium ex deciſione textus *in dict.* 12
cap. 2. hoc tit. ubi propoſitum eſt conſuetudine Regni Daciæ, ſine traditione transferri rei donatæ poſſeſſionem, † quod difficile eſt, cum in Jure 13
noſtro formalis cauſa donationis in traditione conſiſtat, ut notat Gomezius *in l. 45.* & patet ex *l. 47. tit. 28. part. 3.* quamvis receptum ſit ex fictis traditionibus jure antiquo, Dominium ex donatione transferri, de quo Duaren. *ad titul. de donat. cap.* 4. Cujacius *lib. 19. obſervat. cap.* 18. † Nec obſtat 14
textus *in l. ſeja 42. ff. de donat. cauſa mortis*; nam ex eo quod Juris conſultus traductionem, & uſusfructus, reſervationem, vel inductionem in fundum vacuum interveniſſe proponat, non ſequitur, viris, qui rem donando, uſumfructum ſibi ſervando, non videatur rem tradidiſſe.

Et quia *ſupr. in dict. cap. 2. de nonnullis fictis tra-* 15
dendi modis, dixerim, & de illis, & aliis loquantur Accurſius, *in l. 3. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Tyraquel. *de jure conſtituti 1. p. num. 25. & 3. p. limit. 1. 6. & 7.* Gomezius *in dict. l. 45. Tauri à n. 55.* Rebardus *in 12. tabulis cap. 6.* Briſonius *lib. 1. ſelect.*

30 Iterum ſi pro majori exornatione *dictæ legis ſi diuturno*, dubites quid ſit eſſe *in reatu*, juxta jam adducta in princip. verſ. *ad ſecundam*, & quando nomen rei dicatur eſſe inter reos: adverte in reatu tunc dicetur delinquens conſiſtere ſecundum communem, & practicam opinionem, quando cum præſente, vel carcerato, lis eſt conteſtata per Judicis interrogationem, & illius reſponſionem.

31 † Item quod eo abſente reatus inſpicitur quando vigore ſtatutorum, ſeu conſuetodinis volentium, contumacem haberi reum pro confeſſo pro rei parte, ſunt propoſitæ exceptiones concernentes merita cauſæ. Sin autem fuerint propoſitæ exceptiones dilatoriæ, ſeu declinatoriæ non inducatur reatus, niſi Judex ſuper illis tacitè procedendo ad ulteriora, vel expreſſè ea rejiciendo pronunciaverit: ita Clarus *in pract. quæſt.* 14. verſ. *ſed hic incidenter*, bene declarant Benedictus de Plumbio. *in l. penult.* §. *ad crimen à n.* 68. *de publicis judiciis*, Marianus Socin. *in cap.* 1. *n.* 65. *de mutuis petit.* Angelus *de maleficiis*, in verbo, & *ad querelam num.* 62. Blanc. *in pract. criminal.* §. *datis defenſio-*

32 *nibus num.* 1. & *num.* 2. † Ubi videtur facere differentiam quando quis dicatur *factus reus*, & quando *receptus inter reos*, Cynus omnino *in l.* 1. *num.* 9. *cod. de his, qui accuſare non poſſunt*, Salicet. *ibidem num.* 15. Franc. Marcus *deciſ.* 725. *part.* 1.

33 Unde jam rectè concludimus, ut cum reatus ſit ſtatus, & conditio, in qua durante accuſatione rei ſunt, donec abſolvantur, vel condemnentur: quo tempore quando præſertim ſunt præſentes, & carcerati cauſam agant ſqualore, & illuvie confecti prolixa Barba, habitu ſordido, & pannoſo miſericordiæ aucupatore, ut *ſupra* dixi, & repetit Farinacius *de inquiſit. dict. quæſt.* 10. *num.* 89.

34 *in fine.* † Merito dicendum eſt Modeſtinum *in dicta l. ſi diuturno ff. de pœnis*, decreviſſe ob eum ſtatum, & diuturnam illam calamitatem, pœnam fore minuendam; ſecùs ergo ubi delinquens in reatu non fuerit; propterea male, & perperam egerit: & licet ex his non admittant à nobis adductam jam diſtinctionem, Tyraquellus *de pœnis temperandis dicta cauſa* 29. *in fine*, additio ad Gomezium, *ubi ſup. dicto cap.* 1 *lib.* 3. *variar. num.* 7. *litt.* C, & Covarruv. *dict. lib.* 2. *var. reſol. cap.* 9. *ſub dict. num.* 2. dicentes non adaptari ad litteram dictæ legis ſi diutorno. Tu tamen ab ea nunquam recedas; quantumvis in verb. *reatus* admittas proximè adductam explicationem.

35 Unum tamen notabis ut jam dixi, quod in poncto, de quo ſumus loquuti huc uſque in hac quæſtione, diuturnitas temporis erit, vel decem annorum, ut communiter Doctores relati reſolvunt, vel ſaltim annorum octo, ut voluerunt Grammaticus *conſ.* 39. Farinac. *de inquiſit. dict. q.* 10. *n.* 85.

Quæstio. II.

An conſuetudo delinquendi augeat pœnam delinquenti, quando, & quomodo: ubi quid in minimis. Et quando dicantur delicta pluries commiſſa Et quando, vel unica vel pluribus pœnis puniantur. Et an conſuetudo peccaminoſa vincat legem?

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo delinquendi facit ut reus gravius puniatur.*

2 *Delictum ſæpius commiſſum, poteſt mereri pœnam capitalem; etſi tantum ſimplex, illam meretur: explica ut* n. 3.

4 *Pœna augetur propter antiqua delicta, etiam præſripta, & commiſſa in diverſis territoriis.*

5 *Fur, qui duo furta commiſit ſi tertium perpetretur in diverſo territorio, punitur, ac ſi triplex commiſiſſet in eodem territorio,* numero 6.

6 *Delicta plura, ut ultimo agraventur, nonnulli requirunt præmiſſam accuſationem, ſeu punitionem priorum; item ut quod ſint ejuſdem territorii; ſed tu expende, ut* n. 7. & 15. 16. & 17.

7 *Delinquendi aſſuetus quando quis dicatur.*

8 *Conſuetudo delinquendi præſumit contra reum etiam in procedendo.*

9 *Lex multùm præſumit contra eum, qui conſuetus eſt delinquere.*

10 *Delictorum frequentia, denotat incorrigibilitatem.*

11 *Malus ſemel, talis ſemper præſumitur in futurum.*

12 *Conſuetus non delinquere, mitius punitur.*

13 *Punitio delictorum debet eſſe cum relatione anteactæ vita.*

14 *Simoniacus, quem alias vita commendat, mitius punitur.*

15 *Delicta repetita, ut gravius puniantur, quid in praxi requirant* n. 33.

16 *Furtum qualificatum, quali pœna plectitur, ex arbitrio judicis pendet, qui aliquando pro primo ultimum ſupplicium imponit,* n. 17. & 18.

17 *Fur non punitus pro primo, & ſecundo furto poſtea adhuc pœna mortis puniri, &* numero 18.

19 *Furto quantumvis gravi poteſt fur decennio ad triremes condemnari.*

20 *Pœna mortis ſtatuto poſita furanti in quantitate, juſtis de cauſis queit moderari.*

21 *Delicta ex more mitius puniebantur, quam legibus plecti ſolerent.*

22 *Severitas [illegible]æva crudelitas, niſi ſe cohærent intra congruentes nocentium pœnas.*

23 *Triremium pœna eſt laborioſa nimis, vilis, & infamis, condignaque eſt hominibus, etiam qualitatis in gravibus delictis.*

24 *Malus*

24 *Malus ſemel, ſemper præſumitur talis in eodem genere mali: expende ut n. 28.*

25 *Fama mala in genere alicujus hominis, facit indicium contra eum, ſi ſit in eodem genere; etſi inquiſitum, nihil reſultet, adhuc ſuſpicio oritur.*

26 *Malus in uno habet contra ſe non modicam ſuſpicionem, quod ſit malus in aliis: fallit* num. 49.

27 *Filii præſumuntur laborare pluribus delictis ex una ſpecie delicti paterni.*

28 *Malus de præſenti non præſumitur malus de futuro, ſed oritur aliqua in eum nihilominus ſuſpicio.*

29 *Vidua fornicatrix, præſumitur talis in præteritum marito vivente.*

31 *Delinquere conſuetus acrius punitur ſi ſit major* 25. *annorum, non è contra.*

32 *Pueri, qui paſſi ſunt ſe invicem cognoſci, combuſti non fuerunt, ſed fuſtigati; benè tamen poſſunt puniri ex reiteratione acrius,* num. 33.

34 *Delicta levia ex iteratione non puniuntur gravius,* n. 35.

35 *Furta levia repetita gravius puniuntur: explica, ut* n. 41.

36 *Delictorum gravium pœna augetur, non minimorum.*

37 *Furans plures parvas quantitates, peccat mortaliter, etſi alias plura venialia peccata non faciant unum mortale: expende ad forum externum, ut* numero 38. 39. & 40.

38 *Minimorum non curat Prætor; ſed qualiter* n. 39. & 40.

39 Cap. unum §. in nomine autem criminis diſt. 25.

40 *Læſionis modicæ cauſa à jure communi non recedimus.*

41 L. ſcio ff. de in integrum reſtitutione, l. ſi oleum §. fin. ff. de dolo, l. res bona ff. de contrahent. emptione, l. 1. §. illud ff. de conjug. cum emanc. liber. l. quamvis ff. ut in poſſeſſ. legatur, l. 1. §. cum dicitur ff. ſi cui pluſquam, l. ſi proprietarius, *verſ.* eadem ff. de damno infecto.

42 *Minimum in pluribus attenditur; ut* num. 43. *in quibus etiam ut in gravibus arbitrabitur Judex,* n. 48.

43 *Minimi ratio attenditur, quando ſequeretur abſurdum, & præjudicium fieret majoribus rebus.*

44 *Delictum continuatum gravius punitur.*

45 *Facinoroſus homo ex multis delictis, etiam diverſis aggravatur ad pœnam.*

46 *Delictum reiteratum, ſæpius fit majus.*

47 *Delictum pluries commiſſum tot inducit delicta, quot reiterationes, & ſic tot requirit purgationes.*

49 *Malus ſemel ſi à delicto patrato ceſſet per triennium bene ſe gerens, habetur ut bonus, &* num. 50. *ubi habetur talis à primo die ipſius triennii.*

50 *Inquiſitus bonæ famæ repertus, non eſt obnoxius ex mala fama, in qua erat ante triennium.*

51 *Delictum continuatum non efficit plura, ſi medio tempore præceſſit abſolutio, vel alia proviſio,*

52 *Delicta plura, quando dicantur ab uno commiſſa, &* n. 53.
L. nunquam plura delicta ff. de privatis delictis.

53 *Delinquere pluries dicitur in legem, qui eadem die ex intervallo facit contra ejus tenorem.*

54 *Delicta plura non dicuntur patrari, cum ex uno ictu aliquis vulnera plura patitur.*

55 *Delicta ſucceſſiva etiamſi plura una puniuntur pœna, etſi commiſſa ſint ex intervallo.*

56 *Furta plura ſucceſſive commiſſa, veluti à Macellario carnes vendente, pro unico reputantur.*

57 *Adulterium cum una continuatum, una punitur pœna; etſi plura adulteria videantur.*

58 *Delictum majus abſorbet alia ejuſdem generis, quando delicta patrata ſunt eodem tempore.*

59 *Falſitates plures ad eundem finem commiſſæ, una pœna puniuntur.*

60 *Injuriæ plures uno ictu factæ, una puniuntur pœna, quæ regulariter eſt arbitraria,* n. 70.

61 *Blaſphemiæ plures uno tempore in Deum prolatæ, una puniuntur pœna.*

62 *Vulnerans cum inſultu, & armis, una punitur pœna, ſcilicet vulneris non inſultus, & delationis armorum.*

63 *Delicta plura, quando diverſis puniantur pœnis, ſi pœnæ ſint reiterabiles, & compatibiles, ſecus ſi eſſet pœna mortis,* numero 64.

65 *Pœnarum incurſus aliquando exercetur ob gravitatem facinoris incipiendo à minori pœna.*

66 *Multiplicatur pœna, ſi pro quolibet v. g. ictu, vulnera, aut alapa impoſita eſt à lege, vel ſtatuto, ſecus ſi loquatur ſimpliciter, ſcilicet* pro vulnere, & num. 67. 68. 69. & 70.

70 *Pœna gravior ex pluribus vulneribus uno ictu incuſſis, poteſt imponi.*

71 *Pœna delicti non determinata, erit arbitraria.*

72 *Alapa regulariter pœna arbitraria punitur, quæ extendi poteſt ad mortem, conſiderata perſona delinquentis, & patientis, & loco.*

73 *Injuria in dubio non præſumitur facta judici, ut tali, ſed ut perſonæ privatæ.*

74 *Peccaminoſa conſuetudo, num vincat legem remiſſivè.*

AD primam difficultatis partem ex dictis videtur reſpondendum quod delinquendi con- 1
ſuetudo facit, ut reus gravius puniatur juxta text. *in l. 3. cod. de Epiſc. audient. in l. capitulum §. ſolent. & in §. graſſatores ff. de pœnis in l. 3.* verſ. *ſi plures ff. de re militari, in l. ſervos cod. ad leg. jul. de vi in l. 1. ff. de jure patronat. l. quicunque verſ. 1. cod. de ſervis fugitivis, in l. 1. cod. ſi ſuper exactor. lib. 10. in l. omnes §. dellatores cod. de collation. eodem lib. in l. 2. cod. de primicer. lib. 12. in l. 3. cod. de domeſticis, & protector eodem lib. & in l. fin. cod. de commeat pariter lib. 10.* & de Jure Canonico *in c. ita nos* 25. *q. 2. & in c. pervenit* 27. *q. 1.* DD. in relatis juribus,

juribus, & multi ex antiquis in aliis, quibus accedunt Rochus de Curte *hic in textu noſtro in t. notabili*, Carrerus *in pract. tract. de homicidio, & aſſaſſino §. circa igitur tertium quibus ex cauſis pœna augetur, & cap. 1. à num. 1.* Marſil. *ſingul.* 378. *num.* 3. Grammaticus *voto* 9. *num.* 22. & 25. & *voto* 17. *à num.* 7. Anton. Gomez. *de delictis tit. de homicidio cap.* 3. *num.* 60. *in fine, & tit. de furto cap.* 5. *num.* 5. cum multis aliis Farinac. *in praxi*
2 *tit. de delictis quæſt.* 23. *à num.* 1. † qui cum infinitis etiam ampliat in tantum, ut licet unum delictum de per ſe non mereatur pœnam capitalem, ſive corporalem, ſed tantum pecuniariam; ſæpius tamen commiſſum, poſſit pœna mortis naturalis puniri; quia conſuetudo delinquendi, facit delictum, alias non capitale reputari capitale *l.* 1. *cod. de ſuper exactor. lib.* 10. *dict. l. omnes §. delatores eodem lib.* ſic Marſillius, Brunus, Carrerus, Nobellus, & plures alii præter antiquos, quos congerit idem Farinac. *ſupra num.* 2. ubi poſtquam dixerit etiam cum aliis, nemine Doctorum diſſentiente puniendum eſſe gravius conſuetum delinquere, quam qui ſemel tantùm deliquiſſet; quia
3 geminatio delicti, quamvis levis, facit illud maximum, ut laté per Marſil. *in l. quæſtione à num.* 2. *ff. de quæſtion. & in ſingulari* 378. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 838. *num.* 1. † quod ego intelligo ſi delicta eſſent capitalia: nam in praxi raro videmus, ut ex multiplicitate delictorum non capitalium, morte puniantur delinquentes: ita Farin. cum Carrer. & Gramm. & cum Julio Claro *q.* 84. qui teſtatur nunquam fuiſſe viſum aliter Mediolani, nec Romæ: ita *num.* 7. & ob id *num.* 5. explanando advertit prædictam ampliationem procedere tantum poteſtativè, non neceſſitate; cum tantum loquantur Doctores per verbum *poteſt*, & non per verbum *debet*. Etenim verbum *poteſt* affirmativè prolatum neceſſitatem non importat, Bartol. *in l.* 2. *§. credendum, col.* 1. *ff. ſi certum petatur, juncta l. Prætor in princ. ff. de edendo l.* 1. *§.* 1. *ff. quod quiſque juris.*

4 Sed ſi dubites num prædicta regula ceſſet in delinquente, qui ſemel punitus pro delictis jam commiſſis, de novo poſtea delinquit, & num ut gravius puniatur, debeat eſſe confeſſus, vel convictus, aut ſententiatus, vel ſufficiat probatio omnium delictorum. Et breviter reſpondeo ad primum dubium, ut cum ſit communis doctrina interpretum, quod pœna augeatur etiam propter antiqua delicta præſcripta, & propter delicta commiſſa etiam in diverſis territoriis: licet Judex unius loci non poſſit cognoſcere de criminibus alibi commiſſis extra ſuum territorium ut *in l. fin. ff. de juriſd. omn. judic. in l.* 3. *ff. de officio Prætor. & in auth. qua in provincia ff. ubi de crim. agi oporteat*, ſicut & dixi *in cap. poſtulaſti* 14. *de foro compet. & ex reg. textus ibi in cap.* 17. & *in cap fin.* tamen ſic ſi reperiatur delinquens in manibus judicis illius territorii, in quo ultimum delictum eſt commiſſum, ut cum multis omnia hæc explanat idem Farin. *dicta quæſt.* 23. *à num.* 11. ſic & eodem modo debeat puniri per conſuetudinem delinquendi, etiam ſi de primis delictis, jam fuerit delinquens abſolutus à Principe per gratiam.

5 Et ita fur, qui duo furta in aliis locis commiſerat, ſi modo tertium faciat in territorio judicis, poterit tanquam pro tribus puniri, ut reſolvunt Anton. Gomez. *lib.* 3. *variar. cap.* 5. *n.* 8. ibi Aillon. *num.* 9. Covarruv. *lib.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 7. Clarus *in §. furtum n.* 11. Menochius *de arbitr. caſu* 295. *num.* 18. Baiardus ad Clarum *ſupr. à num.* 54. Tuſchus *littera S, concluſ.* 560. *num.* 19. & *à num.* 24. Cantera *Rubrica de furtis cap.* 8. *num.* 10. Azevedus *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *recopilat. à num.* 106. ubi etiam ampliat, quamvis pro duobus primis fuerit jam punitus, & etiam pro illis fuerit abſolutus per gratiam Principis, ampliat, & limitat Farin. *in praxi q.* 167. *ex n.* 50.

Unde licet ad ſecundum dubium *num. præced.* 6
reſpondeant communiter DD. quos, ut quis ex cauſa ultimi delicti gravius puniatur, debeat delinquens de primis eſſe confeſſus, convictus, ſive condemnatus, & punitus juxta textus doctrinam, ubi videtur probari *in l. capitalium §. ſolent ff. de pœnis*, ut docet etiam cum multis idem Farinac. *dict. quæſt.* 23. *num.* 8. & 9. referens ex aliis pleriſque ſic procedere, cum alias ſine tali punitione reiterando, delictum non poſſit dici incorrigibilis, nec aliàs puniri, & ex regula textus *in cap. cum non ab homine de judic.* adhuc tamen verius eſt in praxi, ut ſi tam prima, quam ſecunda delicta ſint commiſſa in eodem territorio, tunc neceſſario dicendum eſſe ſecundum delictum aggravari per primum nondum punitum; & ſic tenendum Judico cum Gomezio *in dicto tract. de delictis c.* 5. *tit. de furtis num.* 9. verſ. *advertendum*, qui ſuſtinendo in verſ. *ſed his non obſtantibus*, contrariam ſententiam plura jura adducit, † & alia explicans 7
ait illam ſuſtineri in pluribus delictis non punitis, & commiſſio in diverſis territoriis; eo quod tunc poſteriora non aggravent prima delicta, ſed Farin. *dict. quæſt.* 23. *num.* 14. videtur etiam tenere pœnam aggravari propter delicta alibi in alieno territorio commiſſa, cum reus fuerit in manibus judicis illius territorii, in quo eſt commiſſum ultimum delictum; ſecus verò ait ſi fuerit inventus in manibus judicis illius territorii, ubi commiſſum eſt primum delictum; quia tunc ait cum eodem Gomezio, ſub dicto verſ. *ſed his* paulo ante medium, ſecundum delictum primum non aggravare ex illa regula quod priora delicta aggravant ultimum, ſed non poſteriora primum: quare in hoc ultimo dices ut ſufficiat probatio omnium delictorum, ut pœna gravior inferatur delinquenti: & licet multis etiam aliis Farinac. *num.* 33. probet quod ad hoc, ut quis dicatur aſſuetus delinquere, non ſufficiat ut ſit diffamatus, ſeu inquiſitus, & malæ famæ ad effectum, ut poſſit acriùs puniri, vel torqueri, ſed quod ſit convictus, ſeu confeſſus vel condemnatus: mihi tamen ex dictis aliud videtur in praxi quotidiè agitatum ex proximè dictis; itaque Paul. Merenda *in conſil. crimin. diverſ.* 90. *à num.* 24. *volum.* 2. videtur dicere ut mala fama inquiſiti probari poſſit per extrajudicialem judicis informationem abſque judicis, & judicii ordine, & confirmatur ex dictis *infra*.

Ex his venit dicendum quod ſicut delinquendi 8
conſuetudo nocet reo, ne dum in condemnando, ſed etiam in procedendo, † quia lex multum præ- 9
ſumit contra eum, qui conſuetus eſt delinquere, ut *in l. ſi cui §.* 1. *ff. de accuſation. in l. non omnes, §. à barbaris ff. de re militari.* † Et delictorum frequen- 10
tia denotet incorrigibilitatem delinquentis, † & 11
ſemel malus, ſemper talis præſumatur in futurum, *ex regula ſemel malus*, ubi Doctores, de quibus dixi *in cap. mandata*, & *cap. ſcribam de præſumpt.* & quod hæc ſit juris præſumptio, & non

non hominis, ut latè dixit Menochius *de præſumptionibus, lib. 5. præſumpt.* 32. *à num.* 1. & 17. cum infinitis Farin. *dict. quæſt.* 23. *à num.* 20. ubi contra multos in verſ. *veritas*, ait prædictam ſolam præſumptionem abſque aliis adminiculis non eſſe ſufficientem, ut delinquens torqueatur: è contra
12 ponit, *n.* 32. verſ. *amplia.* † Ut ſicut conſuetudo delinquendi facit augere pœnam, ita è contra non conſuetus, alias delinquere mitius puniri debeat ex *l. non omnes in princ. ff. de re milit.*

13 Ubi ſcribitur in punitione delictorum, habendam eſſe rationem anteactæ vitæ, textus *in l. deſertorem §. is, qui ad hoſtes*, verſ. *ſed etſi ex improviſo*, ibi: *inſpecto ejus vitæ præcedentis actu ff. eo tit. cap. eos, qui* 1. *q.* 7.

14 Ubi mitius agitur cum ſimoniaco, quem aliàs vita commendat: *cap. niſi ſpecialis de officio delegat.*

15 His tamen non obſtantibus, video ut practici Doctores concludant nullo modo poſſe ad graviorem punitionem delinquentis procedi propter repetita delicta, niſi de primis fuerit accuſatus, proceſſatus, ſive condemnatus ex jam adductis, quibus addo reſumptivè quæ longè in quodam ſuo manuſcripto reſolvit D. D. Chriſtophorus Moſcoſo, & Corduba hujus conſilii ſupremi Caſtellæ, & inquiſitionis, occaſione cujuſdam delicti exiſtimati peculatus in hoc etiam ſupremo Conſilio Regni Aragoniæ controverſia excitata contra Mi-
16 chaelem de Aquilar. & Joſephum Lozano, † eo quod furtum commiſerint cujuſdam magnæ quantitatis continuo de bonis civitatis. Et cum dubium eſſet, num pœna mortis puniri deberent, & conſules in partes diverſas opinarentur, alii dicentes crimen illud non eſſe peculatus propriè, ſed furti; & inter hos etiam quidam diſſentientes cum aliqui dixiſſent pro uno furto quantumvis gravi, & continuato, non eſſe reos delinquentes pœna puniendos mortis; quia jure digeſtorum *in l. fin. ff. de re furt*, *l.* 1. *cod. de defenſoribus Belneariis*, Avio Gellio, *lib.* 11. *noctium atticarum*, *cap. fin.* Epiphanius *in §. pœna manifeſti inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc.* Fornerius *lib.* 1. *lection. cap.* 15. Melchior. Junio *quæſtion politicarum cap.* 98. Anton. Guibertus *in Pol. Hiſtoriæ cap.* 18. Oſvald. *cap.* 29. *lib.* 15. *litt. N.* talis non eſt conſtituta pœna; imo nec jure Canonico, aut Regio ſit ſtabilita: ſic contra Baldum, & alios dicentes furto qualificato poſſe delinquentem ultimo ſupplicio puniri. Contrarium eſſe verius, & ita practicatum, cum multis ſequitur ex Farinacio *in practica quæſt.* 167. *num.* 33. Azevedo *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *recopilat. num.* 103. Gribelto *deciſ.* 94. Mario Muta *deciſ.* 48. Giurbu *conſ.* 93. *num.* 1. idem Farin. *q.* 23. Cantera *in Rub. de furtis c.* 8. *num.* 10. Tuſchus *littera F, concluſ.* 564. *num.* 46. Molina *de Juſtitia tom.* 3. *diſp.* 695. *num.* 9. Eleganter Queſada *in ſuis quæſt. cap.* 19. Vela *de delictis cap.* 12. verſ. *ſed ſi unum* Zevallos 741. Gratian. *reg.* 209. *num.* 11. ubi de fœmina furante Pichard. *in manuduction.* 3. *pag.*
17 §. 4. *n.* 613. † Ubi cum aliis pluribus totum hoc judicis arbitrio relinquit, qui aliquando pro primo furto ultimum ſupplicium imponat, aliquando nec pro tertio, æſtimata perſona furantis, & ejus, cui res fuit ablata, item ipſa re furata loco, & tempore furti commiſſi. Quare Faquineus *lib.* 1. *controv. cap.* 1. verſ. *cæterum illud* Farinacius *dict. quæſt.* 20. & *num.* 9. & *dict. quæſt.* 167. ex *n.* 68. & *conſil.* 30. *num.* 2. Baiardus ad Clarum §. *furtum num* 49. Antonius Gumez *dict. cap.* 5. *de furtis n.* 7. & 9. & *ibi*, ejus additionator Aillon cum multis dicunt prædictam doctrinam conſonam eſſe juri, prout colligitur ex Zevallos, & Gregorio Lopez *in l.* 1. *tit.* 17. *p.* 2. *gloſſa* 2. Faquineo *lib.* 9. *controverſ. cap.* 91. & 92. Abiles *in cap. Prætor. cap.* 1. *verbo de rechamente à num.* 13. dicentes, ut ſi fur non fuerit punitus pro primo, & ſecundo furto, adhuc pœnâ mortis puniri poſſit; & quod hæc doctrina, quatenus quod ex pluralitate delictorum aggravetur pœna, etiam in aliis delictis, docent relati, & Farinacius expreſsè *ſub dict. q.* 23. cum multis ab eo relatis.

Quare etſi ad pœnam mortis preciſum eſſe vi- 18
deatur, ut ex tribus furtis duo prima præcedentia punita fuerint, ut tradunt Fulgoſius *conſ.* 157. *columna penul. in princip.* verſ. *ſimiliter.* Tyberius Decianus *lib.* 3. *conſ.* 24. *à n.* 16. Boerius *deciſ.* 219. *n.* 2. ubi teſtatur quod ita omnes Doctores tenent *in auth. ſed novo jure*, Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 1. *concluſ.* 560. *n.* 7. idem D. Moſcoſo: tamen reſolutio jam adducta arbitraria ſumpta, mihi admodum placet. † Et ob id infero cum eo poſſe furto, 19
quantumvis gravi ex qualitate perſonarum ad triremas decennio delinquentem condemnari juxta deciſionem Senatus Siciliæ, quam, quam refert Giurba *conſ.* 93. *num. fin.* qui condemnavit furem ex pluribus furtis qualificatis, & continuatis decennio ad triremes, & adducit Moſcoſo verba *leg.* 8. *tit.* 11. *lib.* 8. *recopilat.* ibi *mandamos, que anſi en los hurtos calificados, y robos, y ſalteamientos encaminos, e en Campo, y fuerça, y otros delictos de otra qualquier calidad las penas ordinarias ſeſeant commutadas en mandar los ir a ſervir a las Galeras por el tiempo, que pareziere ſegun la calidad de lo dhos delictos.*

Et ſic fieri, ut etſi per ſtatutum etiam Juratum, 20
damnetur pœna capitali mortis, ita in quantitate delinquens, ut tenent. Bald. Fulgoſ. & Salicetus, *in dict. auth. ſed novo jure.* Covarruv. *dict. lib.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 7. verſ. *quo fit.* Farinac. *dict. q.* 167. *n.* 40. Gabrielo *deciſ.* 94. Linglois *deciſ.* 22. *q.* 6. *n.* 2. ut in Regno Valentiæ per foros obſervatur, quibus pœna mortis venit puniendus propter furtum magnæ quantitatis: tamen juſtis de cauſis dicendum poſſe à judice pœnam illam moderari, Roman. *conſ.* 429. Petrus Caballus *reſolution. criminali, caſu* 18. *n. fin.* & ita fieri poſſe ex permiſſa commutatione dictæ legis partitæ; imo, & deberi judices benigniorem pœnam imponere, dicit idem Domio. Moſcoſo cum Budeo *in annotation. ad pandectas in l. fin, ff. de ſenatoribus* ibi: *neceſſe eſſe judicis ex legis præſcripto judicare, nec legitimam pœnam excedere; imo minorem eligere ex l. interpretatione ff. de legib.* & Alex. *conſ.* 5. *num.* 14. *lib.* 1.
† Valenzuela Velaſquez *conſ.* 91. *num.* 48. ubi ex 21
Julio Capitolino, quod Marco Antonio mos erat minori ſupplicio puniri omnia crimina, quam legibus plecti ſolerent, & ex Lactantio Firminiano.
† Quod ſeveritas niſi ſe intra congruentes nocen- 22
tium pœnas cohæreat, fit ſæva crudelitas. † Et 23
quod pœna triremium ſit condigna, eo quod ex variis accidentibus ſoleat evenire mors, dicunt Vincentius de Franch. *deciſ.* 139. *n.* 2. quæ eſt laborioſa nimis, & vilis, ut ex multis obſervat D. Solorzano *de jure indiarum lib.* 1. *c.* 13. *n.* 66. imo & infamis, pluſque Reipublicæ utilis, Anneo Robert. *lib.* 4. *judicatar. c.* 16. *in princ.* Maſtrill. *deciſ.* 26. *à n.* 38. Funtanel. *dec.* 168. *à n.* 10. additque D. Moſcoſo in hominibus qualitatis, & ſanguine cognatorum potentis in Republica, & civitate ut erant jam adducti

ducti homines de peculatu incuſatis, pœnam con-
dignam fuiſſe, pœnam triramium decem anno-
rum haberi, ut mors dilatata, & ſenſibi-
lioe.
24 Et dicta ſupra coadjuvantue: nam etſi tevera
regula ſit, ut hoc demum ex conſuetudine de-
linqoendi oriatur præſumptio ex regula, *Semel
malus ſemper præſumitur malus*, dummodo ſimus
in eodem, vel ſimili genete mali, ſecus ſi in
diverſo *ex l. ſi cui* §. 1. *ff. de accuſat. l. non omnes* §.
25 *à barbaris ff. de re milit.* † Indeque provenire, ut
mala fama in genere alicujus hominis, faciat con-
tra ipſum indicium, quando mala fama eſt in eo-
dem genere delicti, de quo Reus inquiritur; ſe-
cus ſi de diverſo, ut cum infinitis ptobat Farina-
cius *dict. quæſt.* 23. *num.* 30. & 31. tamen ipſe *n.* 32.
ait negari non poſſe, ut etſi contra inquiſitum
in diverſo genere delicti, non oriatur præſumptio
ſeu indicium, adhuc oriatur aliqua ſuſpicio per
regulam quod qualem quiſque vitam antea aſſe-
quutus eſt talem eſſe, cum de præſenti ſuſpica-
mus *ex l. deſertorem ff. de re milit.* & ex dictis jure-
bus *l. famoſi ff. ad legem Jul. Majeſt. l.* 3. §. 1. *ff. de te-
ſtibus*, de quo dixi *in c.* 4. & 5. *de præſumpt.* & *in
cap. penult.* & *fin.* & ſic Alciatus *regula* 2. *præ-
26 ſumpt.* 7. *num.* 2. verſ. *adde tamen.* † Dixit quod
qui eſt malus in uno, habet contra ſe non modi-
cam ſuſpicioоem, quod ſit malus in aliis proptee
27 magnam connexitatem, quam habent inter ſe, †
ut probatur à fortiori *in cap. ſi gens Anglorum* 56.
diſt. ubi ex una ſpecie delicti paterni præſumun-
tur filii laborare pluribus, & diverſis delictis multis
alia addens comprobat Farin. qui *ſub dict. num.* 33.
28 verſ. *limita* 3. † Dicit ut licet ſemel malus ſempee
præſumatue malus, com etiam in delictis de
præterito præſumitur in futurum, ſed non ſic eſſe
ut de præſenti malus, præſumatue etiam ma-
lus, fuiſſe in præteritum, ut declarant Alcia-
tus *dict. præſumpt.* 7. *num.* 30. verſ. *quarto in-
telligo*, per ea, quæ dixit Salicetus *in l. fin. cod.
de quæſt.* ſed non negat Maſcard. *de prob. concluſ.*
103. *à num.* 45. ut licet non oriatur in præteri-
tum præſumptio delicti; bene tamen oriatur ſuſ-
picio per textum *in* §. *fin. in auth. de reſt.* & per *l.
ſi is qui cod. de adulter.*
29 Quibus cavetue quod vidua fornicatrix, præſu-
mitur idem fuiſſe, marito vivente: videbis Meno-
chium *lib.* 5. *præſumpt.* 32. *à num.* 19. & 44. ubi la-
te pro, & contra agit Alciat. *dict. reg.* 2. *præſumpt.* 9.
30 *in fine.* † Dicentes de præſenti etiam in præteri-
tum aliquo modo præſumi.
31 Relatam regulam, ut conſuetus delinquere
acrius puniatur, procedit in majoribus 25. annorum
ſecus in minoribus, quibus delicta non gravari ex
iteratione ſenſit Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Lucana*
17. *à num.* 81. allegans Clerum *in praxi quæſt.* 60. *in
32 princ.* ibi *Sed in omnem caſum*, † ubi quidam pueri,
qui paſſi ſunt ſe carnalitee cognoſci, non fuerint
flamis combuſti; & ſic pœnâ ordinariâ puniti, ſed
tantummodo fuſtigati; & licet Carrer. *in practic.
crim. tract. de homicidio* §. *circa igitur tertium*, quidem
ex cauſis pœna augeatur *num.* 11. poſt Marſil. *in
ſingul.* 378. in fine minori ex reiteratione non au-
33 geatur pœna corporalis. † Sed contrarium dicen-
dum erit, ut teadunt Hypolitus Rimin. *conſ.* 245.
num. 3. *lib.* 3. & Farinac. cum eo *dict. quæſt.* 24. *n.* 34.
& *quæſt.* 92. *à num.* 138. *de pœnis temper.* dum di-
cunt quod licet minor ex quocunque iterato de-
licto, non poſſit pœnâ ordinariâ puniri, ſed mitius
cum illo agi debeat, poſſit tamen propter iteratio-
nem pœna aggravari, etiam corporalis, à qua non
diſſentit Clarus *ſupra*, poſtquam vult poſſe impo-
ni pœnam fuſtigationis, quæ corporalis eſt illis
pueris, qui ſæpius paſſi ſunt, ſe carnalitee cogno-
ſci. Et hæc amplius intelliges ex his, quæ dico
infra instit. de delictis puerorum.

Ad ſecundam partem, num pro delictis levibus 34
eepetitis debeat ſic aſſuetus delinquere, gravius pu-
niri, & videtur quod non: nam levia, & minima
delicta non ſic conſiderantur, ut ex repetitione
graviora fiant; nec enim in foro animæ plura
peccata venialia tranſeunt in mortale: quare vi-
detur bene amplecti Carrerus *in pract. crim. in tr.
de homicidio* §. *circa dict. num.* 11. poſt Marſil. *in
dict. l. ſingulari* 378. *in fine num.* 5. ita docet Farinac.
dict. quæſt. 23. *num. fin.* † Dicens non obſtare quod 35
in furtis etiam minimis, pœna augetue, & jam
uſque ad mortem ex eo quod dicunt Grammatic.
voto 4. *num.* 25. & *voto* 17. *num.* 5. Covar. *lib.* 2. *var.
reſ. dict. c.* 9. *n.* 7. Maſcardus *concluſ.* 838. *num.* 6.
de prob. Anton. Gomez. *dict. c.* 5. *ſub n.* 8. Octaviam
Vulpelius *reſp.* 16. *num.* 3. Sed reſpondetur quod
etſi in furtis minimis ita contingat non ex eo ſit in-
ferendum generaliter ad alia delicta; quia furtum
ſemper de ſui natura reputatue turpe, & grave de-
lictum, etiam quod minima res furto ſubtrahatue
Farin. *dict. num. fin.* cum Carrero. † Dicens ideo 36
ſolùm ex iteratione delictorum gravium, pœnam
augeri, non autem minimorum, aut levium, ſub-
dentes amplius quod iu pœnis impoſitis ipſo jure
pœna non augetur propter iterationem delicto-
rum.

Et facit in furtis; nam quantumvis regula ve- 37
ra ſit, ut ex multis peccatis venialibus, non fiat
unum mortale & reſpectu plurium furtorum mi-
nuatim factorum dixerit Angelus *in mor. cap.* 9.
folio 74. eo quod nemini furans minuatim gravem
injuriam infert tamen adhuc dici debet ut qui à
pluribus ſurripit quantitates parvas quibus unam
facit magnam, peccat lethaliter cum obligatione
reſtituendi, ut docent Sotus *lib. de Juſtitia q.* 3.
art. 3. *ad* 3. *puncto* 2. Corduba *in ſumma quæſt.* 3.
Petr. Navarra *de reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 57. Aean-
go. 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 7. Villalobos *in ſumma p.* 2.
tract. 13. *dif.* 4. de quo etiam ſunt videndi Meno-
chius *de arbitrar. caſu* 72. *num.* 12. Pichard. *in* §.
Gallinarum inſtit. de rerum diviſ. Farin. *dict. q.* 167.
ex num. 76. & *quæſt.* 174. *ex num.* 70. Molina *de Ju-
ſtitia tom.* 3. *diſp.* 685. & 689. Leſſio *de Juſtit. lib.* 2.
cap. 12. *dubio* 7. 8. & 9. Ægidius Trullench. *in Deca-
log. lib.* 7. *cap.* 5. *dubio* 2. *num.* 6. & 8. & *Rub.* 4. *per
totum*, Baeza *de inope debitore cap.* 12. *num.* 10.
Etenim axioma juris vulgare ut de minimis non
curet Prætor *ex l. ſcio ff. de integr. reſtit. l.* 4. *in fine
ff. de edilitio edicto*, late Craveta *conſ.* 182. *num.* 14.
& 15.

Verùm quia iterum pungit difficultas ex textu 38
in cap. unum §. *in nomine autem criminis diſt.* 25.
ubi dicitur quod, *Humanum eſt peccare, Angeli-
cum ſe mendare*, & *Diabolicum perſeverare*, &
propterea peccatum veniale geminatum fieri mor-
tale, videtur ut etiam generaliter aſſiduitas pec-
candi, ſive delinquendi tranſeat ad majorem
pœnam, & jam in venialibus, & parvis, quan-
tumvis dicat Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *num.* 2. quod
levitas materiæ excuſat à mortali; ergo regula
debet etiam procedere ex dicto textu in delictis
minimis repetitis; quia ut dicunt Decius *in cap.
cum non ab homine de judiciis num.* 7. Hypolitus,
ſingul. 338. Barboſa *in dict. cap. unum num.* 4. pee
gloſſam

gloſſam ibi *criminale*, aſſiduitas in criminibus
magis punitur, cum propter conſuetudinem de-
linquendi augeatur pœna; itaque illam extendi
etiam ad lævia repetita, ſicut procedit in magnis,
ſervato tamen modo pœnæ juxta arbitrium
culpæ.

40 Quare ego exiſtimo hæc omnia quoad forum
externum, & punitionem judicialem modo expo-
ni ſequenti, ſcilicet, ut cum agitur de jure ſpeciali
contra juris communis regulas, puta per viam re-
ſtitutionis in integrum nulla ſoleat de minimis eſſe
Prætoris cura: nam pro modica læſione à jure
41 communi non recedimus, † ſic exiſtimo procede-
re regulam relatam *dict. l. ſcio*, & *l. ſi oleum*, §. *ulti-
mo ff. de dolo*, & *in l. res bona ff. de contrah. emp.* &
alii ſimiles, ſed ubi agitur de jure communi, du-
bium non eſt, ut etiam de minimis curetur juxta
jura ſic intelligenda *in l. 1. §. illud ff. de conjugio cum
emanc. liberor.* & *in l. quamvis, ff.* & *in poſſeſſ. legat.*
& *l. 1. §. cum dicitur, ff. ſi cui plusquam, l. ſi proprieta-
rius in fine primi reſponſi*, verſ. *eadem*, *ff. de damno
infecto*, etiam ſi ſumus in pœnalibus, puta in furto
quod committitur in Anſere, vel Gallina, vel uno
Ovo, *l. naturalem*, §. *Gallinarum*, *ff. de acquirenda
rerum Dom. dict.* §. *Gallinarum inſt. de rerum diviſ.*
ita Bartol. *num.* 1. verſ. *nota quod de minimis.* Albe-
ricus de Roſete *col. 2. num.* 1. ad dictam *l. ſcio*, Imo-
la *in cap. majoribus col. 1. num.* 3. verſ. & *poteſt adde-
re de præb.* Curtius Junior in auth. præterea *col.* 3.
num. 8. verſ. *tu conſidera*, cod. unde vir, & uxor, &
alii, quos refert, & ſequitur, Rendina *in promp.
recept. ſent. tom. 1. tit.* 100. *num.* 13. Andreas Gailius
lib. 2. obſervat. 102. *num.* 4. Andreas Ferrar. *lib. 1.
rerum quotid. cap.* 1. cum aliis, quos refert Oſvald.
ad Donel. *lib. 21. comm. cap. 9. litt.* C, verſ. *ſed* &
42 *vulgaris diſtinctio eſt.* † Ubi latè quod in pœnali-
bus axioma procedat, & Sebaſtian. Medicis *de
regulis juris regula* 5. *per totam*, aſſignat caſus infi-
nitos, in quibus minimum attenditur, Hieronym.
Bucaron. *de dif. inter Judicem crim.* & *civilem*,
diff. 167. *num.* 8. ubi pro regula conſtituit, quod mi-
nima in delictis, & pœnalibus ſunt in conſidera-
tione: latiſſimè Camill. Gall. *de verb. ſignif. lib.* 10.
43 *cap. 2. num.* 9. & *cap.* 25. *num.* 32. † Ubi quod mi-
nimi ratio habetur quando abſurdum ſequeretur
& *num.* 8. quando per minimi conſiderationem
fieret præjudicium rebus majoribus: & *num.* 22.
& 23. quando diſpoſitio loquitur conditionaliter;
& *num.* 24. quando aliquid pro forma requiritur,
cum formæ nihil addi, vel detrahi poſſit: & *n.* 25.
quando minimum ad majorem ſummam re inte-
gram requiritur: & *num.* 16. quando eadem pro-
portionaliter in minimo, quæ in magna militat ra-
tio: de quo ultimo Sebaſtian. Medicis *dict. reg.* 5.
num. 4. & Marius Giurba *de conſuet.* Meſſaneus,
cap. 6. gloſſa 6. *num.* 11. Barboſa *axioma* 150. ubi
alia tradit videnda.

44 Unde evenit ut ſicut graviora; & atrociora
delicta gravius puniuntur, ut patet ex dictis, &
docet idem Barboſa *axioma* 68. *num.* 4. ubi qua
menſura, & dicat etiam *num.* 6. ut delictum con-
tinuatum gravius puniatur cum Alex. Beroio,
Silvano, Claro, Hyppolito, Caſſaneo, Men-
chaca, Perez, Sebaſtiano Nævio, & Farinac. *in
praxi crimin. p. 4. conſ.* 30. *num.* 67. ubi addit *litt.* R.
& *num.* 129. Giurba *conſ. crimin.* 47. *num.* 3. Carol.
de Graſſis *exceptione* 14. *num.* 33. & *ſequentibus*,
ubi de exceptione ad ſtatutum excludens omnes
exceptiones, Cardin. Tuſchus *tom. 2. littera* D,
concluſ. 163. *per totam*, † ubi *num.* 11. ſubdit
quod homo facinoroſus ex multis delictis, etiam
diverſis aggravatur apud judicem, ut poſſit pœ-
nam augere ſecundum qualitatem criminum mul-
tiplicium, Anton. Monach. *deciſ. lucen.* 54. *num.* 8.
& 9. † Ubi quod delictum ſæpius reiteratum, fit 46
majus, & ſolitus delinquere, gravius peccet,
† imo delictum pluries commiſſum, ſeu reitera- 47
tum, tot inducere delicta, quot ſunt reiteratio-
nes, ac proinde tot requiri purgationes, & tot
pœnas imponendas eſſe, ut ait Geminianus *conſ.*
106. *à num.* 5. † Ergo cum ex dictis *num. præced.*
eadem militet ratio juris communis de minimis 48
delictis, ac in gravibus repetitis, ſequitur dicen-
dum, ut proportionabiliter quoad pœnas aggra-
vandas debeat etiam Judex arbitrari in minimis, &
parvis delictis, ac in gravibus repetitis, aſſuetis,
& continuatis.

Pro complemento notabis quod ſi quis à primis 49
delictis patratis triennio ſteterit, in quo nullum
aliud delictum admiſerit eiſdem ſpeciei, gerens
ſe per dictum triennii tempus bene, & laudabi-
liter, tunc ceſſat præſumptio quod ſemel ma-
lus, iterum præſumatur malus, textus eſt *in* §.
ſancimus, verb. *nequaquam*, & ibi Angel. *in auth.
de Monachis*, ibi: *Triennalis temporis teſtimonium*,
& *collat.* 1. ſic cum Com. Mandoſ. Corneo, Me-
noch. & aliis infinitis, Farin. *in praxi dict. quæſt.*
23. *à num.* 26. ubi *num.* 27. cum aliis multis,
† dicit quod ſi inquiſitus, qui alias fuerit malæ 50
famæ probaverit per triennium ſe bene vixiſſe,
fuiſſeque bonæ vocis, & converſationis, & famæ,
illa mala fama contra illum probata nihil ei no-
ceat; quia cenſetur in totum purgata; ſic cum
Saliceto *in l. ſi minorem poſt num. 2. ff. de in integr.
reſtitut.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 222. *num.* 12.
alios referens; etenim Gomezius *in regul. Cancel.
reg. de triennali in fine*, verſ. *nec mirandum*, Car-
dinal. Alvanus *in lucubrat. ad Bartol. in l. Caſſius à
num.* 17. *ff. de ſenatorib.* Maſcard. *concluſ.* 465. *à
num.* 10. & plures alii, quos ſequitur Farinac. *dict.
quæſt.* 3. *num.* 27. 28. & 29. dicunt ut eo tempore
ſic præſumatur de malo effectus bonus; imo dicit
Menochius *de præſumpt. lib. 5. præſumpt.* 32. *à n.* 31.
in tantum procedere etiam quod emendatus in
iſto triennio non feciſſet magnam pœnitentiam in
Monaſterio, ac etiam quod non probaſſet ſe abſti-
nuiſſe ab illo delicto quando ſibi occaſio venit; &
num. 19. ubi quod iſtud triennium currat à die ha-
bitæ gratiæ, ſeu condemnationis.

Et ſic & jam dico cum Geminiano *conſ.* 106. *à* 51
num. 5. delictum continuatum non effici plura,
quando intervenit medio tempore, vel abſolutio,
vel alia proviſio; prout illum refert Cardin. Tu-
ſchus *tom. 2. littera* D, *concluſ.* 169, *per totam*, ubi
n. 9. poſt Socinum *conſ.* 62. *à num.* 8. *lib.* 1. limitat, &
declarat; & *num.* 7. poſt Petrum de Ancharran. *con-
ſuet.* 4. limitat prædicta in his quæ non ſunt reite-
rabilia, vel in iis, quæ reſpiciunt aliquem titu-
lum præcedentem, Barboſa *dict. axioma* 68.
num. 8.

Ad tertiam quæſtionis partem, quando dicantur 52
delicta pluries commiſſa. Et quando, vel unica,
vel pluribus pœnis puniantur breviter ex jam ad-
ductis reſpondeo ſub diſtinctione, ſuppoſita re-
gula textus *in l. nunquam plura delicta ff. de priva-
tis delictis*, quatenus generaliter probat quod plu-
ra delicta, non unicâ, ſed pluribus pœnis plecti
debent quæ procedit non ſolum in delictis univerſi
generis ex intervallo commiſſis; in quibus nulla
eſt difficultas ex eo textu ubi Doctores, ſed etiam

in delictis diverſi generis, ſimul, & eodem tempore commiſſis: ut quoties ex iteratione criminis ſimul, ſive ſtatim, ex intervallo diſtincta, & diverſa oriuntur crimina, quæ non uti unicum, ſed tanquam plura crimina punienda veniunt; idemque procedet in pluribus percuſſionibus, ſeu vulneribus alicui illatis: pro quibus ſic percutiens, vel vulnerans ex intervallo, puniendus ſit pro numero percuſſionum illatarum, & vulnerum, DD. per textum *in cap.1. de pœnis*, & *in cap. Apoſtolicæ verſ. de ſervit*, & ibi Ancharran. *in 6. notabili de re judic.* & *in cap. ſicut*, ibidem Bartol. *in l. inficiando*
53 *infans num.5. ff. de furtis.* † Ubi propterea ſcribit pluries delinquere eum, qui eodem die ex intervallo adverſus legem pretium vini definientem, adjecta pœna, pluribus, vel eiſdem certis, & diſtinctas vini menſuras vendiderit; & ſic etiam procedere omnes fatentur, ut indicare videtur gloſſa *in dict. l. nunquam*, præſertim quando propter iterationem delicti reiteratur læſio partis offenſæ, cum multis Farinac. *in praxi crim. dict. cap.22.* ubi *n.5.* ampliat in pluribus delictis commiſſis ad eundem finem, & effectum, quæ ſive amplius ſint diverſi generis, ſive ejuſdem, ſive tam ex intervallo patrata fuerint, plura reputantur delicta, & non unica; indeque pœnæ multiplicationem ſuccedere argum. textus *in l. ſi adulterium cum inceſtu in princip. ff. de adulter.* & *in cap. eum pro cauſa de ſent. excommunic. gloſſa in dicta l. nunquam*, & *in illud § fin. ff. ad Leg. Aquil.* & licet Socinus *conſ.62.* & relati à Bertazolio *in conſ.114. n.2. lib.1.* & *conſ.520. lib.2.* hoc ultimum non amplectantur; ſed Didacus Covar. *variar. lib.2. c.10. ſub num. 8.* verſ. *hactenus*, & ſub verſ. *ſecundo* & *illud cenſeo*: ibi etiam ſi repetitio criminum fiat ad eundem effectum, docet relatam noſtram ſententiam, & plures alii quos ſequitur idem Farin.

54 Relata verò regula limitatur primo quando ex unico ictu plura vulnera inferuntur, ut puta cum vidente, ſeu alio inſtrumento bifurcato; quia tunc licet plura ſint vulnera, ſed reputantur pro uno crimine pro quo tantum ponitur pœna, dixit in practica ſervari Vivius *in comm. opin.* ſub verſ. *ſtatutum imponens*: & ſic amplectitur idem Farinacius *dict. quæſt.22. num.16.* contra Clarum, & Joſeph.
55 Ludovic. *in deciſ. Lucenſ. 61. num.3. in p.1.* † Item idem Farinacius *num.17.* & 18 idem decernit in delictis ſucceſſivis, etiam ſi ſint plura: nam iſta unâ tantum pœna puniri debent, etiam quod plura ſint, & ex intervallo commiſſa juxta textum *in dict. l. ei §. infans ff. de furtis*, ubi exiterata rei furtivæ contractione, unicum tamen & non plura
56 ſunt furta ut etiam conſideravit D. Moſcoſo in præcitato ſuo manuſcripto quatenus exculpat continuationem furandi contra fiſcalem prætendentem pœnâ mortis puniri hominis jam relatos ſicut puniuntur ei, qui tria patrarunt furta tribus vicibus ſeparatis; quia ut conſiderat cum Giurba *conſ.93. num.9.* ſic conſiderante pro quodam latrone in quem fiſcalis maximopere prædictam infligi pœnam curabat; eo quod plura feciſſet furta. Cui ſatisfaciens Giurba reſpondet verbis ſequentibus, *Non obſtat primum*; quia unum eſt factum eodem contextu, & propoſito continuatum; licet diverſis horis, diverſiſque vicibus eiſdem, aut diverſis Dominis ſurripuerit reus ſic comprobans cum Bart. Baldo, Bartazolo, Belogneto, Baronio & aliis quibus addo furta Macellariorum, & Tabernariorum publicè carnes, & vinum minutatim vendentes, & parvas quantitates quotidie furantes ab uno, & diverſis. † Et facit ad idem *l.* 57
maritum, §. ſex menſium, ff. de adulter. ubi pariter quod ex continuatione adulterii cum una, & eadem perſona, unicum reputatur adulterium gloſſa *in l. vulgaris in verbo fuerit, ff. de furtis*, quæ dicit in ſpecie quod licet cum quis alienam uxorem pluries cognoverit continuatione nequaquam plura videantur adulteria; ſit tamen talis continuatio, unicâ tantum pœna punienda, pluribus comprobat contra alios idem Farin. qui *num. 19.*
† Limitat quando delicta diverſi generis etiam 58
ſunt patrata, non ex intervallo, ſed eodem tempore ad eundem effectum; quia tunc majus delictum abſorbet minus: & late agens ad utramque partem curans multis declarara exemplis *ſub num. 25.* reſidet in hac reſolutione contra alios ſed dicit ut licet ea pœna ſit unica; bene tamen poſſit aggravari ab aliis delictis ad principale delictum; licet non de neceſſitate concurrentibus. † Itaque 59
n. 26. 27. & 29. exornat dicens us falſitates plures ad eundem finem commiſſe, unica puniantur pœnâ; ſecus ſi ad diverſum finem, & in diverſa cauſa.

Item etiam procederenit quando plures injuriæ 60
eodem impetu illatæ ſive ejuſdem, ſive diverſi generis ſint quæ unicâ pœnâ punienda veniunt.
† Idemque procedere quando blaſphemiæ plures 61
eodem impetu in Deum prolatæ ſunt; & ob id idem Farinacius hæc multis comprobans ait *n.22.* 23. & 24. prædicta regula procedere; dummodo plura ea delicta, vulnera ſive injuriæ tendant ad eundem finem neceſſarium. † Et ob id *num.* 20. 62
magis declarans dixit quod vulnerans cum inſultu & armis, tenetur unica pœna, ſcilicet vulneris, non autem inſultus & delationis armorum; quantumvis delatio armorum de per ſe unam pœnam conſtituat, & inſultus aliam cum utraque in effecto vulneris concurreret.

Et ſecundùm hæc exiſtimo limitari prædictam 63
regulam generalem, alias inquam ſecundùm regulam erit reſpondendum: nam ſemper pluribus pœnis, plura delicta erunt punienda, etiam ſi ſint momentanea cum jam tunc dicantur diverſa, idem Farin. *d. q.22. ſub n.17. in princ.* per ea, quæ *n.4.* pluribus Doctoribus comprobavit qui *n.* 30. ampliat illam ut procedat in omnibus caſibus in quibus plura delicta pluribus puniuntur pœnis, ſi tamen pœnæ ſint reiterabiles, & compatibiles ut puta in pecuniariis, vel in pœnis exilii ad tempus impoſitis à lege, vel ab homine: nam tunc poterunt multiplicari, tam in quantitate pecuniarum quam in exilii tempore pro quantitate delictorum. † Se- 64
cus inquam in pœnis non iterabilibus, & inter ſe incompatibilibus, ut puta ubi pro uno delicto eſſet imponenda pœna mortis, & pro alio pœna fugitionis, & triremium, vel pecuniaria.

Nec huic reſolutioni obſtant Doctores *in l. om-* 65
nes cod. de dilat. lib. 10. Angel. *in dict. l. nunquam plura, ff. de privatis delictis*, Annania *in cap. fin. de colluſ. detegenda*, Carrer. cum aliis *in practica crim. tract. de homicidio, §. circa ſecundum juxta legem Monſi num.* 44. dicentes quod quando concurrunt plures pœnæ, una ſcilicet major puta *mortis*, altera minor, ſit incipiendum à pœna minori deinde deveniendum ad majorem & de facto ſervari teſtetur Cæpola *in auth. ſed novo jure, n.* 42. *cod. de ſervis fugitivis*, ex Bart. *in dicta l. omnes*, incipiendo v. g. à pecuniaria pœna progrediens ad verberationem, triremes & exilium, ac

deinde

Digitized by Google

deinde ad mortem : tamen idem Farinacius *dict.*
*quaſt.*22. *ſub num.*31. clamans, ait valda ridiculum
fore, ſi temporibus hiſce, hæc praxis eſſet in viri-
di, etſi fateatur vidiſſe juxta Cæpolam *dict.* *n.* 42.
ut antequam furca ſuſpenderetur quidam ei delio-
quenti manum fuiſſe prius ampotatam in loco
commiſſi ſceleris: & amplius dicit aliquando vi-
diſſe in quibuſdam delictis, & mali exempli reos
prius fuſtigari, deinde vel relegari val ad triremes
tranſmitti, ut puta in his qui committunt aliquam
magnam falſitatem, vel Cameram Apoſtolicam
defraudant & his ſimilibus arbitrio boni pruden-
tiſque Judicis, & in aliis etiam atrociſſimis, ut puta
aſſaſſinis, qui mediante pecunia aliquem magnæ
authoritatis virum occidunt in ejus Domo animo
ipſum derobandi. Tamen idem Farinac. cum relatis
Doctoribus concludit hanc pœnarum multiplica-
tionem ſic receptam eſſe, non ex multiplicitata de-
lictorum, ſed propter criminis atrocitatem & ut
facinoroſi perterriti ab atrocitata pœnarum, abſti-
neant ſe ab atrocibus delictis.

66 Dubium vero eſt an regula procedat in delictis
commiſſis, etiam eodem tempore, quando
ſcilicet ex quolibet delicto, reſultat effectus di-
ſtinctus & ſeparatus veluti cum quis percuſſerit
aliquem aut vulneraverit plures Bartol. *in dict. l.*
nunquam plura poſt num. 4. & poſt Dinum & ultra
Alban. dixit ut teneatur de pluribus percuſſioni-
bus, & vulneribus ad pœnam, quæ a lege vel
ſtatuto cuilibet vulneri, ſeu percuſſioni inflicta
eſt; ita ut pœna ſit multiplicanda pro quantitate
vulnerum & percuſſionum, & addit quod alias
eſſet deſtruere totum mundum, Paul. de Caſtro
in dicta l. quicumque num. 4. *cod. de ſervis fugitivis*
Anania *in cap. in tantum num.*5. *de colluſ. detegenda*,
67 & alii. †Sed Bald. *in dict. l. quicumque n.*5. Joan-
nes Andreas *in regula in delictis. de regul. Juris in* 6.
Covar. *dicta lib.*2. *variar. cap.* 10. *num.* 10. verſ.
quartum ſi ejuſdem actus, & in verſ. *ſexto his præ-
miſſis*, & alii dixerunt in iſto caſu unum tantùm
crimen cenſendum eſſe & non plura ſaltem quoad
publicam vindictam, & punitionem; licet propter
reiterationem percuſſionum, aut vulnerum gravior
ſit imponenda pœna, ut videtur probari *in dict. l. il-
lud* §. *fin. ff. ad leg. Aquil.* & ut ſenſit gloſſa *in dict.*
l. nunquam plura, in verſ. *ob aliud*, ad finem, ibi
etiam Angel. *in* 2. *col.* ubi ſcribit ita ſervari in to-
68 to orbe. † Verum Jacob. de Arena *in l. apud La-
beonem* §. *convitium ff. de injuriis*, diſtinguit de ſta-
tuto loquente in rem, vel in perſonam vel impo-
nendo pœnam vulneranti, vel percutienti, ut
hoc in caſu vera ſit proximè ſecunda relata opinio
ſed quando pœna imponitur in rem, veluti pro quo-
libet vulnere, pro qualibet alapa vel qualibet per-
cuſſione tunc pœna multiplicetur ſecundum primam
opinionem: tamen Clarus *in praxi q.* 84. verſ. *ſcias
etiam*, & verſ. *hæc autem*, Cardin. *in clem.* 1. §. *ſi
qui de privilegiis indiſtinctè*, ſive lex, aut ſtatutum
loquatur in rem, ſive in perſonam ſemper ex reite-
ratione delictorum ejuſdem generis, etiam eodem
tempore ſequuta imponi debere dicunt plures pœ-
nas pro quantitate delictorum.

69 Ego tamen exiſtimo dicendum, ut ſi in lege,
vel ſtatuto imponatur pœna pro qualibet v. g. ala-
pa, ſeu vulnere tunc ſolum, non habita diſtinctio-
ne, pœna debeat multiplicari ex illa particula
qualibet, ſeu *quolibet*, quæ ſeparatim per omnia
prædicta ſervatur, & actum inſolidum ſignificet
ſecundum gloſſam, Bartol. & Doctores *in l. ſi pluri-
bus ff. de leg.* 2. cum aliis per Rolandum *conſ.*70.
num 44. *volum.*3. Socinus *conſ.*50. *à num.*1. *lib.*1.
Oſaſcus *deciſ. pedem.*23. *num.*11. † Quod ſi lex 70
vel ſtatutum loquatur ſimpliciter non adjecta illa
dictione, tunc ſiva in perſonam, ſive in rem, di-
cendo tantùm pro vulnere, pro alapa, vel per-
cuſſione ſolvantur ſcuta centum ex reiteratione
delictorum eodem tempore, tunc revera unam
tantum pœnam conſtitui voluiſſe Legislatores cre-
dendum eſt pro multiplicatis vulneribus, alapis,
& percuſſionibus, ac pro uno tantum cum omnes
illæ actiones proveniant ab eodem motu delin-
quentis abſque interverſione actus. Sed non nego
poſſe pœnam graviorem imponi, etſi non plures
ut poſt alios hanc difficultatem agitantes reſolvit
Farinac. *dict. quaſt.* 22. in praxi legendus *à num.* 8.
12. & 13. † Qui *num.* 14. & 15. addit, ut quando 71
pœna delicti non eſt determinata à jure, vel ſta-
tuto, ſed eſt arbitraria, veluti injuriarum pœna,
quæ regulariter eſt arbitraria, tunc ob publicam
vindictam, & opinionem, non, niſi unicum ori-
ri delictum quoad pœnam, credit; licet forſan
dicantur reſultare delicta ex pluribus percuſſioni-
bus, ſeu vulneribus, ſeu alapis in continenti, &
eodem tempore inflictis. † Et in terminis quod 72
alapa puniatur pœnâ arbitrariâ, etſi extendi que-
at uſque ad mortem quia eſt atrox injuria docent
ex multis Pichard. *in manuduction. p.* 3. §. 4. *num.*
6. Valenzuela *conſ.*142. *tom.*2. *ex num.*55. Barboſa
in cap. 11. *de pœnis num.* 5. conſiderata tamen
perſona inferentis hanc injuriam, & eam recipien-
tis, & loco, ubi fuit illata Aillon. ad Anton. Go-
mez. *lib.*3. *variar. cap.*6. *ſub num.*5. † Addens ut 73
in dubio injuria non præſumatur facta Judici, ut
Judici, ſed ut privatæ perſonæ.

Ad quartam quæſtionis partem, an conſuetudo 74
peccaminoſa vincat legem, reſolves ex traditis
ſupra in Rubrica ſub quaſt. 4. & 5. & ex infra di-
cendis.

QUÆSTIO III.

An conſuetudo poſſit vincere legem na-
turalem, ſeu legem Divinam aliquan-
do. Et quid de lege poſitiva? Et an
conſuetudo poſſit abrogare legem
prohibentem conſuetudinem contra-
riam. Et an detur conſuetudo aliqua,
quæ ex præciſa legis poſitione, ne-
queat abrogari: ubi de Epiſcopo ab-
rogante conſuetudinem ſui Epiſco-
patus?

SUMMARIUM.

1 *Alimenta jure naturali filiis debentur*, nu-
mero 9.

2 *Homicidium jure naturali eſt prohibitum, &
conſuetudine impunitum effici poteſt ut* nu-
mero 11.

3 *Poſſeſſio jure naturali in alium transferri non po-
teſt, niſi per traditionem expenditur*, n.
16. 17. 18. & 19.

4 *Jura naturalia ſunt immutabilia.*

5 *Lex naturalis una eſt omni tempore, & ſtatu
naturæ humanæ, & dicitur lex Dei*, nu-
mero 8.

68 *Conſuetudinarium jus videtur babuiſſe exordium, ex quo Cain ciutatem ædificaſſe legitur, & poſtquam homines cœperunt in unum convenire.*

89 *Lex poſitiva dupliciter à lege naturali procedit, vel ut infallibilis concluſionis, vel per modum determinationis, & hoc modo vincitur conſuetudine.*

70 *Conſuetudo poterit vincere legem eam probibentem: & quare?* n. 71. *& quando non,* n. 72. 73. & 74.

72 *Conſuetudo poteſt vincere legem eam improbantem, ut irrationabilem, quando cauſa talis improbationis ceſſat, &* n. 73.

83 *Conſuetudo, quæ reprobatur non inde fit; quia eſt contra jus natura, aut Divinum, ſed aliquando propter aliquam notabilem indecentiam, pericula, aut incommoda graviora communitatis, quocum tempore poſſunt mutari.*

75 *Conſuetudines locorum ſpeciales, non cenſentur ſublata per legem generalem poſteriorem, & quare?* num. 76. *& vide* quæſt. 4. n. 18. & 19.

77 Cap. 1. de conſtit. lib. 6.

78 *Conſuetudo, quæ præſcripta non eſt, non eſt jus, nec tribuit facultatem utendi illa.*

79 *Conſuetudo introduci non poteſt reſiſtente Principe.*

80 *Epiſcopus poteſt tollere conſuetudinem; ſicut legem ſui Epiſcopatus.*

1 AD primam, & ſecundam difficultatem, ut
plenè reſpondeas adjnnges nonnulla, quæ
adduxi *ſupra ſub tit. de ſumma Trinitate*; item &
in Rubrica de conſtitut. quæſt. 1. ubi de immutabi-
litate legis naturalis, & perpetuitate legis divinæ.
Quibus junctis, & aliis alibi poſitis, breviter in
propoſitis difficultatibus erit loquendum. Et
quoad primum ut conſuetudo poſſit vincere legem
naturalem, videtur ſuaderi ex ſequentibus: nam
alimenta jure naturali filiis debentur, *l. ſi quis à
liberis, ff. de liberis agnoſcendis*, ſed contraria con-
ſuetudine poteſt tolli hæc obligatio, ſicut & le-
ge, civili ſublata eſt, ut *in auth. ex complexo*
2 *cod. de inceſtis nupt.* ergo: † Secundo quia ho-
micidium jure naturali eſt prohibitum ex *cap.* 1.
cum aliis 50. *diſt. cap.* 1. *& per totum de homi-
cidio*, ſed conſuetudine homicidium impuni-
tum effici poteſt, ut in exercitationibus Reipu-
blicæ, *l. qua actione* §. *ſi quis in commutatione*,
l. ſi ex plagiis §. *fin. ff. ad leg. Aquil. cap. dilectuque
cap. ſignificaſti de homicidio*; ergo conſuetudo po-
3 tens eſt contra jus naturale. † Tertio quia poſ-
ſeſſio jure naturali in alium transferri non poteſt,
niſi per traditionem, *l. qua ratione* §. *hac quoque*,
l. traditio 20. *ff. de acquirendo rerum Domino*,
l. traditionibus cod. de pactis, ſed conſuetudine
fieri poteſt, ut abſque traditione transferatur poſ-
ſeſſio, ut dixi *ſupra in cap.* 2. *hoc tit.* per textum
ibi; ergo conſuetudo poteſt derogara juri na-
turali.

4 Sed quia jam latiſſimè dixi in præcitatis locis
5 naturalia jura immutabilia eſſe, † unanique eſſe
legem naturalem in omni tempore, & ſtatu na-
turæ humanæ, ut inquit Ariſtotel. *lib.* 5. *Ethico-
rum*, ibi: ubique *& ſemper eadem*, & Cicero
apud Lactantium, ibi: *omni tempore, & omnes
gentes* ex ea ratione; quia hæc lex non ſequitur
ex aliquo ſtatu naturæ, ſed ex ipſa ſtatura ratio-
nali. † Ideo dicendum eſſe patet ex doctrina Ju- 6
ſtiniani, *in* §. *jus naturale &* §. *ſed naturalia quidem
jura inſtit. de jure natur.* cum infinitis relatis juribus
ab interpretibus ibi: conſuetudinem nullam ha-
bere poſſe facultatem, ut abroget, ſeu deroget
legi naturali, † ſic ut lex naturalis ſemper obli- 7
get in foro conſcientiæ, ut tanquam certum de
fide, docent communiter Theologi ex dicto Paul.
ad Rom. cap. 2. ibi: *Quicumque, qui ſine lege pecca-
verunt, ſine lege peribunt*, non alia ratione, niſi
quia legem naturalem transgrediuntur. † Et ra- 8
tio eſt, quia hæc lex naturalis, dicitur lex Dei,
quare per neceſſe omnes ea obligare dicendum
eſt.

Nec obſtant relata argumenta, non primum 9
ex *auth. ex complexu*; quia reſpondetur nempe ut
ſit opinio communis Doctorum quod alimenta
non debentur Jure Civili Spureis, ut tradunt re-
lati à Covarruv. *in* 4. *part.* 2. *cap.* 8. *&* 6. *à num.* 6.
Lara *in dict. l. ſi quis à liberis* §. *Idem reſcripſit à
num.* 4 *ff. de liberis agnoſcend.* etſi Jure Canonico
contrarium ſit ſtatutum *in cap. cum haberet de eo,
qui duxit quam polluit per adulter.* copiosè Barrol.
in l. 2. *p.* 4 *à num.* 64. *ff. ſoluto matrim.* idem ſequi-
tur *lex.* 5. *tit.* 19. *p.* 45. etenim filiis deberi alimenta
jure naturali palam eſt; ſic ut non obſtante qua-
cumque lege civili, & naturali, contraria ſemper
illa deberi dicendum ſit, Fellus Fern. *in l.* 10. *Tauri
num.* 7. ſic ut Jus Canonicum in hac parte debeat
obſervari in utroque foro, ut dicit Fortunius *de
ultimo fine juris à num.* 109. Ripa *in l.* 1. *n.* 66. *ff.
ſoluto matrim.* Matienc. *in l.* 8. *tit.* 8. *lib.* 5. *recopil.
gloſſa* 1. *à n.* 1. † quia Jus Canonicum ſequitur 10
naturæ legem.

Nec obſtat ſecundum; quia etſi homicidium 11
lege naturæ prohibitum ſit ex his, quæ notavi in
præcitatis locis, & inſuper latè dico infra *in tit.
de homicidio.* Sed quia in aliquibus caſibus intro-
duci queit, diſtante eadem lege naturæ, ſequi-
tur, ut abſque ulla mutatione illius legis proce-
dat, ſed tantùm ex parte materiæ, ut explicat
Auguſtin. bene exemplo, quod de ſe bonum eſt;
quamvis infirmum malum non ſit mutatio ex parte
boni, ſed ex parte ſubjecti recipientis, de quo
videndi ſunt Covarruv. *in clem. ſi furioſus* 3. *part.*
§. *unico, n.* 2. & alii.

Nec obſtat tertium ex deciſione textus *in dict.* 12
cap. 2. *hoc tit.* ubi propoſitum eſt conſuetudine Re-
gni Daciæ, ſine traditione transferri rei donatæ
poſſeſſionem, † quod difficile eſt, cum in jure 13
noſtro formalis cauſa donationis in traditione con-
ſiſtat, ut notat Gomezius *in l.* 45. & patet ex *l.* 47.
tit. 28. *part.* 3. quamvis receptum ſit ex fictis tra-
ditionibus jure antiquo, Dominium ex donatione
transferri, de quo Duaren. *ad titul. de donat. cap.*
4. Cujacius *lib.* 19. *obſervat. cap.* 18. † Nec obſtat 14
textus *in l. ſeja* 42. *ff. de donat. cauſa mortis*; nam
ex eo quod Juris conſultus traductionem, & uſus-
fructus, reſervationem, vel inductionem in fun-
dum vacuum interveniſſe proponat, non ſequi-
tur, viris, qui rem donando, uſumfructum ſibi
ſervando, non videatur rem tradidiſſe.

Et quia *ſupr. in dict. cap.* 2. *de nonnullis fictis tra-* 15
dendi modis, dixerim, & de illis, & aliis lo-
quantur Accurſius, *in l.* 3. *ff. de acquirend. poſ-
ſeſſ.* Tyraquel. *de jure conſtituti* 1. *p. num.* 25. *&* 3.
p. limit. 1. 6. *&* 7. Gomezius *in dict. l.* 45. *Tauri à
n.* 55. Rebardus *in* 12. *tabulis cap.* 6. Briſonius *lib.* 1.
ſelecti

Digitized by Google

*ſelectar. cap.*7. dicendum eſt ut textus *in dict. cap.*
2. *hoc tit.* reſpexerit , ubi donator fundos Ec-
cleſiæ donatos fingitur tradidiſſe una Gleba fundi
ad Eccleſiam delata , vel in manu Prælati tradita;
ſie ut hæc conſuetodo reſpexerit ad jus Romano-
rum antiquum teſte Gellio *lib.* 2. *noct. atticarum* ;
tom etiam dum actione vindicationis agebatur una
Gleba fundi ad Prætorem delata.

16 His ergo jactis reſpondetur ad argumentum, ut
quamvis poſſeſſio ſit juris gentium, ſed modus ac-
quirendæ poſſeſſionis ſæpè à jure civili inventus
agnoſcatur , ut *in* §. *ſingulorum* , cum ſequentibus,
17 *inſt. de rerum diviſ.* † Quare lex, vel conſoetudo
inducens bos modos tradendi fictos, nihil juri na-
turali præjudicet , ut notat Mulina *lib.* 3. *de pri-
mogen. cap.* 12. *num.* 16. & alii communiter expli-
cantes *dict. l.* 45. *Tauri.*

18 Nec obſtabit textus ſi dicas poſſeſſionem acqui-
ri per actus non naturales ut *in l. qua ratione* §.
*hæc quoque ff. de acquirendo rerum Dom. l. lege in
princ. & in* §. *adipiſcimur ff. de acquirenda poſſeſ.*
quia reſpondetur primo , ut hæc inductio non ſit
juris naturalis præcepta ; ſecundo nam eſto quod
eſſet adhuc poſſit conſuetudo inducere aliquid con-
tra tale jus.

19 Quia derogatio joris naturalis tunc impedit
conſuetudinis valorem quando ejus tranſgreſſio
peccatum eſt, ut notat Gomezius *in dicta l.* 45.
Tauri n. 111.

20 Etenim ex textu oostro habemus , ut conſuetu-
do non deroget juri naturali, ſeu Divino , quando
ejus tranſgreſſio peccatum inducit, ut multis pro-
bat hic Barboſa *num.* 1. quomodo putn amplecten-
dom illud axioma Doctorum , quod non valet
conſuetudo , quæ eſt contra jus naturale , de quo
Michael de Graff. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 1. *tit.*
17. *num.*308. *pag.*243. Duennas *regula* 137. Joan-
nes Garcia *in l. veluti num.* 25. *ff. de Juſtitia, &
Jure* , Joſeph. Gonzalez *lib. unica variar. cap.* 38.
Sayrus *in Clavi Regia lib.*3. *cap.* 11. *num.* 4. Azor.
*inſtitut.moral.p.*1.*lib.*5.*cap.*17. *quæſt.*2, *&* 3. Petrus
Rebuff. *in repetit. l. quod juſſit notab.* 1. *numer.* 38.
ff. de judiciis , Martin. Mouter. *deciſione* 17.
num. 40.

21 Sed quia adhue poteris dubius manere quando
poſſit eſſe aliquod jus naturale cujus tranſgreſſio
non ſit peccatum; & quod lege civili, ſive con-
ſuetudine queat abrogari, ſuppoſitis diſtinctioni-
bus , quas adduxi de jure oaturali reſpectu exem-
plorum, quibus illud ad diverſa explicat cum in-
finitis idem Barboſa legendus *in cap. jus naturale*
7. *diſt.* addens *num.*8. ut jus naturale proprium ho-
minibus , ſit lex à natura bominuoı mentibus
22 inſita. † Id eſt illa conſcieotia naturaliter indita,
quæ ad injuria arcet improbos , & in ſollicitudi-
ne mala vexat etiam Tyrannos oon judiciis, ſed
continuis cruciatibus mentis, de quibus , & aliis
attributis jam dixi *ſub dict. quæſt.* 1. *in Rub.de con-
ſtitut.* ubi etiam adduxi ex doctrina textus *in l.* 1.
§. *hujus ſtudii* ibi : *Collectum eſt enim &c. ff. de Ju-
23 ſtitia, & Jure* , & ex D. Thoma , & Soto. † Illud
naturale jus, quod inſtigat *ad bonum faciendum* ,
& *malum vitandum* , de quo idem D. Thom. 1.2.
*quæſt.*94.*art.*12. ad hoc unicum præceptum reliqua
omnia legis naturalis reduci, cum illud nihil aliud
ſit, quam recollectio quædam plurium præcepto-
rum naturalium, quæ in duplici notantur diffe-
rentia , vel quatenus dicuntur prima principia ,
quæ ſunt propoſitiones quædam de ſe notæ &
quibus aſſentimur abſque aliquo rationis diſcurſu,
vel quatenus ſunt concluſiones , quæ ex illis pri-
mis principiis dedocentur , quæ dicuntur ſecunda
principia, uti jam expendi, *ſub dicta q.* 1. ne am-
plius repetam.

Itaque cum aliud attributum legis naturalis ſit 24
immutabilitas, ut docet Juſtinianus *in dict.* §. *ſed
& naturalia* ibi: *Firma atque immutabilia* , Gra-
tianus *princ. diſt.* 5. *& in cap. ultim.* 6. *diſt.* ibi :
Manet immobile , & de hae lege naturali intelli-
gaotur verba aurea Auguſtini *lib.*2. *confeſſ. cap.*4.
*Hæc lex ſcripta eſt in cordibus hominum , quam nec
ulla quidem delet iniquitas* ; ut explicat D. Thom.
dict. quæſt. 94. faciantque alia elegantiſſima ver-
ba Ciceron. *lib.*2. *de Repub.* quem ad idem propo-
ſitum adducit Covar. *de ſponſ. p.*2. *cap.* 6. §.9.*num.*
3. & expendens Barboſa *in dict.* §. *jus naturale
num.* 15. dicat ut hæc concluſio quoad primo prin-
cipia apud omnes ſit immutabilis , quæ nullo in
caſu deficere , ac variari poſſunt. † Ergo cum 25
illa pendeant ab illo primo priocipio per ſe nato;
videlicet *bonum eſt faciendum* , quidquid homo
appetit ſub ratione boni , vel veri , vel apparentis
appetere certum ſit ; ſequuntur inde ſtatim con-
cluſiones legis naturalis, nempe : *Deus colendus ;
Parentibus & patriæ obediendum*; & ex illo alio
inquam priocipio noto *malum eſt fugiendum*, illæ
ſcilicet , *nihil illicitum eſt admittendum* , & ſic *in-
juria nulli inferenda* atque illud *quod tibi non vis
alteri ne facias* de quo Gratian. *in princ. diſt.* 1. ex
Thobia *cap.* 4. & Matth. *cap.* 7. & conſeqoenter
etiam proveniunt illæ *Depoſitum eſt reddendum* ,
adulterium non eſt faciendum , & ſimiles ut proſe-
quitur Sayrus *in Clavi Regia libro* 3. *cap.* 2. *nu-
mero* 16.

Quibus ſuppoſitis dices ut etſi circa ſecunda 26
prædicta præcepta , ſive concluſiones , quæ ex
illis proxime deducuntur, mutatio nequeat con-
tingere eum rectum ſit in communi quod præci-
pit lex naturalis , ut bene ſentit Cicero *lib.* 3. *de
Repub.* ſed non inquam negandum poſſe tamen
mutari in particulari propter aliquas ſpeciales
cauſas impedientes obſervantiam talium præcep-
torum; vel quia mutatis rebus , circa quas ver-
ſatur, deficit neceſſitas conſequentiarum , per
quas illa præcepta ex jure naturali deducuntur;
ſic tamen ut magis ex parte rerum quàm ex parte
ipſius legis contingat mutatio , ut explicat D.
Thom. 1.2. *dict. quæſt.*94. *art.*5. † Conſtat enim 27
legem naturalem omnino eſſe immutabilem ; quod
ut intelligas ſcire oportet mutationem contingere
poſſe dupliciter in aliqua lege , vel per additio-
nem , vel per oblationem. † Additio inquam 28
ut advertit D. Thom. *dict. art.*5. non eſt mutatio ;
quare bene potuit dicere Ulpianus *in l. jus civile ff.
de Juſt. & Jure.* † Jus civile conſiſtere in addendo 29
aliqua juri naturali ut contingit etiam in jure
Divino quod multa addiderit juri naturali , &
utrique jus Canonicum.

Nos inquam inquirimus de propria mutatione 30
legis, quæ ſit per ejus ablationem, tollendo obli-
gationem legis naturalis de qua abſoluté dicen-
dum eſt , u nequeat contingere per ſe ipſa , nec
in univerſali nec in particulari manente naturâ ra-
tionali. † Quia cum lex naturæ ſit veluti pro- 31
prietas oaturæ rationalis, hæc natura de medio
tolleretur & lex naturalis qooad exiſtentiam ſuam
deficeret , & ſolum per eſſentiam in mente Dei
maneret ſi mutationem reciperet , ut docent D.
Thom.

Thom. *dict. quæſt.* 94. *art.* 4. & 5. & *quæſt.* 100. *art.* 8.
& 22. *quæſt.* 66. *art.* 2. ad primum ex D. Auguſt. *de
vera religione cap.* 31. & *lib.* 1. *de libero arbitrio c.* 9.
Ariſtot. *lib.* 5. *Ethycor. c.* 7.
32 Etenim ſi conſideretur lex hæc naturalis prout
eſt in Deo, certum eſt ut ſit immutabilis, ſi prout
eſt in homina idem dici debere exiſtimo; quia
cum ſit intrinſeca proprietas neceſſariò fluens ex
natura humana, maneute naturali deficere non
potarit; nulla inquam lex defieit, niſi quia, vel
à Legiſlatore revocatur, vel deficit ejus Juſtitia,
33 neutrum in lege naturali locum habere poteſt. †
Ergo & oſtenditur facta diſtinctiona inter præce-
pta affirmativa, & negativa: nam cum hæc rea
prohibeant intrinſecè mala, defieere non poſſe
conſtat; nunquam verò bonum eſſe poteſt, quod
negativa præcepta obligent ſemper, & pro ſemper.
Affirmativa autem, licet ſamper obligent, non
tamen ſemper, & ob id fieri ut etſi hæc naturalia
uno tempore obligant, & non in alio non prupte-
rea recipiant mutationem; quia hæc eſt ejuſdem præ-
cepti oatura; cum affirmativum ſolùm obliget pro
illis occaſionibus in quibus omiſſio talis actus eſſet
par ſe; & intrinſecè malus, ut omnes agnoſcunt
34 Quod ſi inſurgas ex doctrina D. Thomæ *in d.*
1.2. *dict. quæſt.* 94. *art.* 5. jam relata, nempè legem
naturalem quoad prima principia eſſe immutabi-
lem, ſed non ſie quoad concluſiones illorum, in
aliquibus, quæ propter cauſas occurrentes poſſint
mutari ex eo exemplo legis naturalis præcipentis
depoſitum eſſe reddendum petenti Domino: de
quo, & aliis *in l.* 1. *ff. depoſiti*, quæ non obligat
35 quando petitur ad damnum Reipublicæ. † Item
& de præcepto naturali ſervandi ſecretum, quod
negati unum eſt non revelandi, & tamen violari
poſſe conſtat, ſi ad defenſionem, vel innocentis
neceſſe ſit, de quo aliqua dixit *ſub cap. ad noſtram*
20. *de jurejur.* aliqua *in cap. ſuper eo* 22. *de teſtibus*
36 *in fine*, ubi de ſecretorum fide. † Item in illo præ-
cepen Decalogi *non occides*: nam in propriam de-
37 fenſionem, licitum eſt occidere. † Et in præce-
pto non contrahendi cum ſorore, quod naturale
eſt, ſed in caſu neceſſitatis generis humani non obli-
gat, ut de facto contigit in principio creationis.
38 Adhuc inquam ex his dabemus dicere D. Tho-
mam potius declarare legis naturalis immutabili-
tatem quàm illam lædere. Etenim dum dicit Sanctus
aliqua præcepta oaturalia mutari poſſe, intelligitur
loquutus de mutatione impropria par ſolam materiæ
intrinſecam mutationem; indeque fieri, ut quamvis
depoſitum in prædicta ſpecie non eſſet reddendum
non ideo naturale præceptum mutari credimus,
quia nunquam fuerit poſitum pro illo caſo, quan-
do intereſt Reipublicæ, ne seddatur depoſitum.
39 Sicut in ſpecie textus *in cap. quemadmodum de ju-
rejur.* qui non implet promiſſum, non videtur fidem
fallere; quia caſus ille non apparet ſub obligatione
promiſſionis comprehenſus, ut ibi latiſſimè expli-
cavi.
40 Quod idem videmus dicendum in cæteris exem-
plis poſitis, & fit clarior ex ſequenti conſideratio-
ne: nam lex duplicitar poteſt mutari; & deinde eſſe
uno modo per mutationem ſui ipſius intrinſecam,
alio modo intrinſecè tamen per mutationem alte-
rius, ut v. g. Pater deſinit eſſe Pater priori modo
deſinit eſſe Pater abſque aliqua mutatione ſui per
mortem filii. Mutatio ergo priori modo contingere
poteſt in lege poſitiva: nam ea lex omnino tollitur
vel contraria lege poſteriori, vel conſuetudine, ut
diximus *ſupra a Rubrica hujus tituli*, & *infra à
quæſtione ſequenti*; ſecus verò in lege naturali, in
qua ſolùm poteſt contingere mutatio poſteriori
modo per mutationem materiæ, qua mutata, ni-
hil de lege naturali detrahitur, ſed ſolùm fit, ut hic,
vel ille caſus non cadat ſub obligatione legis natu-
ralis propter aliquam occurrentem circumſtantiam.
Et ſecundum hæc exiſtimo expendenda quam
plura difficilia, quæ in materia de legibus, ſolent 41
Doctores diſputare quatenus loquentes de immu-
tabilitate legis naturalis adducunt nonnullos caſus,
qui cum fine legis naturalis, legis civilis præcepto
videntur mutati; nonnullos adducit Juriſconſultus
in dict. l. bona fides, ff. depoſiti alius etiam, nam
cum jure naturali omnia eſſent communia omni-
bus hominibus factum eſt ut rerum dominia divi-
derantur, aliquando jure ipſo naturali *ex l.* 1. *ff. de
acquirendo rerum domin.* & *§. ſingulorum inſt. de re-
rum diviſ.* aliquando jure gentium adjudicetur *in
l. ex hoc jure ff. de juſt. & jure*, aliquando ad jus
humanum, ubi *in cap. quo jure* 8. *diſt.* ut etiam con-
tingit in uſucapionibus, & præſcriptionibus ut latè
dixi *in Rub. illius tituli.* † Item in ſervitute, quam
cootrarium de jure gentium fuiſſe inductam, inquit 42
Juriſconſultus *in l. libertas ff. de ſtatu homin.* & *in
§. ſervitus inſt. de jure perſ.* & contra jus naturale,
quo homines liberi naſcerentur, *l. manumiſſiones,
ff. de Juſt. auth. quibus mod. natur. efficiantur legitimi
§. liceat col.* 6. & *in dict. cap. jus naturale diſt.* ibi:
Omnium una libertas. † Ex alia, quæ adducit, & 43
explicat Barboſa *ibi à num.* 16. ubi *à num.* 21. de
aliis veluti de legitima debita liberis *ibi à num.* 23.
uſque ad finem explicat. † Et idem in jure con-
trahendi matrimonium quod omnibus per pro- 44
prium conſenſum jure naturali permittitur & ta-
men hodie ex Trid. *cap.* 1. *ſeſſ.* 24. *de reform.* non
permittitur, niſi fiat præſente Parocho, & teſti-
bus. † Item in condendi teſtamentum, vel donan- 45
di res ſuas, quod naturali ratione fieri poteſt *l.* 1.
*cod. de Sacroſanct. Eccleſ §. per traditionem inſt. de
rerum diviſ.* quæ tamen jure humano immutatæ
ſunt ne fiant, niſi certis ſolemnitatibus concurren-
tibus, ſed inquam eadem lege naturali impallenta
ut hominum malitiis obviaretur longiuſque expli-
cant Doctores Theologi cum D. Thoma 2.2. *quæſt.*
66. *art.* 2. & 1. 2. *dict. quæſt* 94. *art.* 5. *ad* 1. Con-
radus *de contract. quæſt.* 10. Covar. *in reg. peccatum*
2. *p.* §. 11. *num.* 3. Navarrus *in c. ita quorundam de
Judæis notab.* 11. Sotus *lib.* 4. *de juſtit. quæſt.* 4.
art. 1. Molina *in eodem tract. diſp.* 3. videbis alia,
quæ dicit Fortunius Garcia *in dict. l. manumiſſio-
nes de Juſtitia num.* 8.
Unde jam legitimè poſſemus pergere ad alias 46
quæſtiones, num queat Pontifex abrogare, ſeu diſ-
penſare in jure naturali ſed tu accipies ſecundum
doctrinam, quam hic refert, & docet Barboſa *num.*
4. in gloſſa *poſſe aliquatenus derogari*; qua notat quod
Summus Pontifex diſpenſara poteſt in jure natura-
li, & Divino, non abrogando in totum, vel ex
parte id jus in quo diſpenſat, ſed declarando ejus
obligationem per veram diſpenſationem in caſu
aliquo ſpeciali locum non habere hunc, vel illum
à juris Divini rigore eximeodo ex cauſa urgenti,
ut explicant Covarru. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *n.* 8. *verſ.
Henricus tandem*, Sanchez *de matr. lib.* 8. *diſp.* 6.
num. 5. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 18. *quæſt.* 1.
† Ubi etiam juncto *lib.* 5. *cap.* 3. per totum com- 47
munem oostrorum ſententiam, qui contra Theolo-
gos aſſerunt poſſe Papam jus Divinum declarare,
interpretari, remittere, amplificare augere, & mu-
tare: de quo jure dico in verſ. *ad ſecundam.*
Itaque ut clarius impendas, adverto, quod præ- 48
cepta juris naturalis, quæ in ſua obligatione præ-

ceptiva pendent à priori conſenſu voluntatis hu-
manæ, poſſunt interdum per homines diſpenſari
non directè tollendo obligationem legis naturalis
ſed mediante remiſſione materiæ, ut in voto, &
juramento, quo potius videtur diſpenſatio in facto
quàm diſpenſatio in jure; ut notat Suarez *de voto*
lib. 6. cap. 9. & hoc modo fieri poſſe in materia le-
gis naturalis per jus humanum talem mutationem
ut ratione illius etiam varietur juris naturalis obli-
49 gatio, admittunt omnes. † Et hoc ſanè ſenſu intelli-
genda variare jura, & Doctores dicentes per jus gen-
tium, vel civile detrahi aliquid à jure naturali, ut
in dict. l. manumiſſiones, l. jus civile ff. de Juſt. &
Jure, quibus addendi ſunt Donell. *lib. 1. comment.*
c. 12. & *ibi* Oſvald. Anton. Faber. *in Papinianea tit.*
9. princ. 2. illat. 1. Morla *in emporio fol. 10. num* 33.
Menoch. *de recuper. rem. 9. num. 6.* Madera *lib. 1.*
50 *variar cap. 4.* † Ex ea ratione; quia hic mutationis
modus non repugnat neceſſitati, & immutabilitati
Juris naturalis, quod Auguſtinus exemplo medicinæ
declaravit: nam ſicut medicina alia præcepta tradit
pro ſanis, alia pro infirmis quædam pro fortibus,
quædam pro debilioribus; propterea tamen regu-
51 læ medicinæ in ſe non variantur, † ita & jus
naturale idem ſemper exiſtens aliud præcipit in hac
occaſione, aliud in alia; tunc obligat; & non
antea ſine ulla ſui mutatione propter ſolam mate-
52 riæ variationem. † Secundùm quæ poterit conſuetu-
do aliquid introducere ſicut lex civilis ex variatione
quidem materiæ non item derogando juri naturali.
53 Ad ſecundam quæſtionis partem, etiam ex noſtro
textu reſpondendum eſt, ut non poſſit conſuetudo
aliquid introducere contra mandatum legis Divinæ
ex eo; quia cum hæc dependeat à ratione Divinæ
Sapientiæ ex D. Thom. 1.2. *quæſt* 95. *art.* 1. ſequi-
tur, ut à nullo alio poſſit mutari, niſi ab ipſo Deo,
54 à quo accepit virtutem. † In hac enim ſpecie tacitus
Dei conſenſus non eſt admittendus ſicut de tacito,
conſenſu Principis temporalis, jamdixi *in Rub.* quia
ideò in aliis legibus humanis admittitur, eo quod ſic
à lege humana diſpoſitum eſt ex quo provenit ut
dicamus in conſuetudine dari tacitum legalem Prin-
cipis conſenſum, ex quo totam ſuam virtutem acci-
pit conſuetudo qui conſenſus tacitus Dei, nunquam
inductus legitur Divina lege indeque eſſe, ut conſue-
tudo nullam poſſit habere vim contra legam Divi-
55 nam; & ita omnes admittunt *hic.* † Et huc accedere
videtur Gregorius ſcribens univerſis Epiſcopis Nu-
mediæ, *lib. 1. Epiſtol.* 75. relatus *in cap. nos. conſuetu-*
dinem diſt. 12. dum ait immotam permanere conſue-
tudinem, quæ contra fidem Catholicam, nihil uſur-
pare dignoſcitur: de quo videbis nonnulla per
Tyraquel. *de nobili. cap. 10. num. 1. & de jure primo-*
gen. q. 40. n. 158. Menoch. *de arbitrar. cent. 1. caſu*
83 Paulus Fuſcus *de viſitatione lib. 1. cap. 18. n. 31.*
56 Nec huic generali aſſertioni obſtant jura *in cap.*
quanto hoc tit. quatenus ibi habetur, ut conſuetu-
dine poſſit Præsbyter adminiſtrare Sacramentum
Confirmationis; cujus de jure Divino eſt tantùm
Miniſter Epiſcopus ſolus, ut patet *ibi*, & *in cap.*
manus de conſecrat. diſt. 5. & *in cap. 18. alumnum*
Apoſtol. Nec textus *in cap. ſuam cap. ad Apo-*
ſtolicam de ſimonia, quibus etſi jure Divino ſit
prohibita ſimonia, ut *in cap. 1. cum aliis 1. quæſt. 1.*
tamen conſuetudine fieri poteſt, ut in prædictis
juribus aliquid exigatur pro exercitio Sacrorum.
57 † Quia ad textum *in dict. cap. quanto*, & *cap. 1.*
diſt 95. breviter reſpondeo nulla conſuetudine in-
troduci poſſe, ut ſimplex Sacerdos poſſit mini-
ſtrare Sacramentum Confirmationis; qui ſim-
plices Sacerdotes hujus miniſterii ſunt incapaces.

† Nam etſi ſæpè jura Epiſcopalia præſcribi poſſint *c.* 58
auditis, c. cum olim, ubi latè dixi *de præſcript.* ea tamen
munera, quæ Epiſcopis competunt ratione mune-
ris Epiſcopalis à Sacerdotibus ſive præſcriptione,
ſive conſuetudine etiam immemoriali acquiri non
poterunt; & ſic contingit in poteſtate admini-
ſtrandi Sacramentum Confirmationis, quæ lege
ordinaria præcisè pertinet ad Epiſcopos ratione
ordinis Epiſcopalis, ut etiam cavetur in Trident.
ſeſſ. 7. canone 3. copioſè Simancas *de Dignit. Epiſco-*
porum cap. 5. Covar. *lib. 1. variar. cap. 10. per totum*,
ubi expendit *dict. c. quanto*, Suarez 3. *p. quæſt. 72.*
art. 11 ſub Rubrica & tit. de Sacram. non iterandis
ubi dicam aliter fieri poſſe privilegio Pontificio, &
quare. † Et ſic nec textus *in dicto cap. ſuam*, & *cap.* 59
ad Apoſtolicam de ſimonia; quia etſi revera oblatio-
nes prohibitæ nulla conſuetudine poſſint introduci
cap. non ſatis de ſimonia: tamen textus *in dict. cap.*
ad Apoſtolicam, loquitur de oblationibus in qui-
bus nulla contrahitur ſimonia, quales ſunt obla-
tiones voluntariæ; ſed de eorum jurium latiori In-
terpretatione dico *ibi* amplius.
Itaque jam benè pro his duabus difficultatibus poſ- 60
ſumus concludere cum ea generali concluſione dedu-
cta ex textu noſtro; nempè ut conſuetudo non vale-
at contra jus naturale ſecundùm Duennas *regula*
137. Michael Graſ. *tom. 1. comm. opinion lib. 1. cap.*
17. jam *ſupra* relati, Azor. & Sayrus, quibus addo
Brunen. à Sole *in locis communibus*, verbo *conſue-*
tudo, Cardoſ. *in praxi judic. eodem verbo*, Farin.
fragment. crimin. p. 1. litt. C, num. 714. ubi *num.*
716. & Barboſa *in c. conſuetudo 5. dict. 1. num.*
3. addunt quod nec valeat contra jus Divinum.
Hactenus verò diximus nullam conſuetudinem
poſſe derogare juri naturali, ſeu Divino, de quo 61
factæ ſunt duæ concluſiones diſtinctæ, ut etiam
inſinuantur in primis noſtri textus verbis; ſed
Gratianus *in ſummario diſtinctionis prima*, videtur
hoc confundere, cum dicit, ut naturale jus ſit quod
in lege, & Evangelio continetur ergo videtur
virtutem legis naturalis, pertinere ad legem ſci-
licet veteris teſtamenti, & ad Evangelium: & ſic
ſub una tantùm concluſione relata, ſatis explicari
debuiſſe, & non eo modo, ut de lege naturali
dictum eſt. † Doctores ſolent in varias ire ſen- 62
tentias, ut hanc difficultatem præſcribant ſenſum-
que Gratiani percipiant quidam per gloſſam *ibi*
dicentem Gratianum non deſcribere Jus natura-
le, ſed Jus Divinum poſitivum, quos merito fallit
ibi Turrecremata *num.* 83. † alii aliter, dicentes 63
omne Jus Divinum eſſe naturale, quorum ſen-
tentia eſt omnino falſa, ut bene probat Navarrus
in princip. de pœnit. dict. 5. num. 7. † Et nonnulli alii 64
veritati proprios accedentes, intelligendo prædi-
cta verba Gratiani, legenda eſſe per Parentheſim
quaſi valit Gratianus jus naturale eſſe, quo
quis jubetur aliis facere quod ſibi vult fieri, ut jam
ſupra dixi, & jus in lege, & Evangelio contineri,
ut dixit Navar. *ſupra num. 9. in fine*, Sotus *de Juſt.*
lib. 1. quæſt. 4. ad 1. Antonius de Fuentes *canonicar.*
lectionum lib. 1. cap. 1. & Barboſa *in ſummario dict. 1.*
diſt. num. 4. dicit hanc interpretationem benè defen-
di poſſe, niſi ipſe Gratianus mentem ſuam aliter ex-
plicaſſet *in prin. diſt. 5. verſ. ſed cum jus naturale.*
Quare verò omiſſis prædictis, & aliis interpre- 65
tationibus, exiſtimo dicendum cum Navarr. *in pract.*
de pœnit. diſt. 5. num. 9. Soto *de Juſtitia lib. 1. quæſt.* 4.
art. 4 ad 1. Barboſa *dict. num. 4.* & plures alii cum
Sancto Thoma 1.2. *quæſt. 94. art. 4. ad* 1. noviſſimè
Gratianum dicere, ut omnia, quæ in lege,
& Evangelio continentur, ſint jus naturale,

ſed

ſed è converſo omne jus naturale in lege, & Evangelio contineri, quatenus *ibi* Deus præcipit, ut unuſquiſque alteri faciat quod ſibi vult, & ne faciat alteri quod ſibi fieri non vult, & in his duabus, ut bonum faciamus, quod in poſteriori inſinuatùr contineri omnia præcepta legis naturalis, dicunt, & patet ex jam longè adductis à verſ. *ſed quia dubim*, & conſequenter in lege, & Evangelio, quibus hoc præcipitur totam legem naturalem contineri, non abs re dixiſſe Gratianum probant dicentes in hunc ſanè ſenſum verba dicta poſuiſſe, ut ipſemet declaravit *in princ. dict.* 5. *diſt.* verſ. *ſed cum naturale*, & *in cap. ultimo*, verſiculo *his itaque diſtinctione* 6.

66 Ad tertiam quæſtionis partem quid de lege poſitiva, ſatis, & abunde reſpondebis ex his, quæ jam ſcripſi *in Rubrica*, & *ibi quæſt.* 4. & 5. & *in toto noſtro titulo*; & ob id amplius non repeto. Solùm enim addo quod conſuetudo dicitur forma, & quaſi alterum jus naturale, ac proinde omnia poſſit, Bald. *conſ.* 433. *lib.* 3 Surd. *de alimentis tit.* 1. *num.* 7. Cardinalis Tuſchus *tom.* 2. *lit.* C. *concluſ.* 806. *num.* 16. Franciſcus Nuonez de Velaſc. *in Dialogis de contentione militiæ Dialogo* 3. quæ æquipollet veritati *ex l. ff. de ſervitut.* & *aqua*, Baldus *conſ.* 289. Tuſchus *ſupra num.* 17. Joannes Anton. Mangil. *de imput. quæſt.* 77. *num.* 25. habetque parem vim cum lege *ex. l. de quibus ff. de legibus*, *ex* §. *ex non ſcripta inſtitut. de jure naturali*, ex noſtro textu, *dict. cap. conſuetudo diſt.* 1. & *l.* 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*; & ſic veniat appellatio ne juris, Menchaca *quæſt. freq. cap.* 3. *numero* 32. cum aliis Barboſa *axiom.* 56. *numero* 5.

67 Ubi dicit quod prævalet juri ſcripto, ubi ſonat inturpe *ex dict. l. de quibus cum l. ſeq.* ſitque potentior ſtatuto, ut dixerunt Joannes Maria *novar. quæſt. forenſ. quæſt.* 103. *num.* 2. Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellariæ gloſſa* 45. §. 14. *num.* 78. & idem Barboſa aliis infinitis *num.* 7. ut poſſit introducere quidquid poteſt privilegio concedi, & *num.* 9. ut poſſit quidquid pactum poteſt quando ſcilicet ab eodem procedunt, poſſitque etiam quidquid poteſt

68 præſcriptio, & quidquid ſtatutum, &c. † Et tanta eſt conſuetudinis antiquitas, ut crediderit Gratianus *in cap. non eſt diſtinctione* 6. §. *his itaque*, verſ. *ex quo Cain*, jus conſuetudinarium ab eodem tempore exordium habuiſſe, ex quo Cain civitatem ædificaſſe legitur; & ſic poſtquam homines convenientes in unum cœperunt ſimul habitare, Barboſa *ibi num. fin.* Navarrus *in cap. novit. de judic. notab.* 3. *num.* 154. Rochus *de conſuetudine in præfatione numero* 2. Rebuffus *tom.* 3. *ad leges Gallicas in præfatione, titulo de conſuetudine.*

69 Sed pro contraria ſententia, ut conſuetudo non legem poſitivam vincere poſſit, facit doctrina Divi Thomæ 1. 2. *quæſt.* 27. *art.* 3. eo quod lex humana derivatur à lege naturæ, & Divinâ, ut inquit Auguſtinus *lib.* 1. *de libero arbitrio*, ex eo Divi Thomæ 1. 2. *quæſt.* 95. *articulo* 2. dum videtur probare quod lex poſitiva ea hactenus habet legis virtutem, quatenus à lege naturæ derivatur; ita ut ſi ab ea differat, non ſit lex, ſed potius corruptio. Verum fatendo quod omnis lex oritur à ratione, & voluntate Legiſlatoris, lex Divina, & naturalis à Deo, lex civilis ab hominibus. Tamen hoc breviter expendes dicendo legem poſitivam dupliciter à lege naturali derivari poſſe, vel per modum cujoſdam infallibilis concluſionis deductæ à lege naturali per legitimum ſyllogiſmum, veluti, *Non eſſe occidendum, quod ex illo principio deducitur nemini faciendum eſſe malum.* Vel ſecundo derivari à lege naturali per modum determinationis v. g. lex naturæ habet delinquentem puniendum eſſe, ſed quod tali, vel tali pœna puniatur, determinatum eſt à lege poſitiva. Qua diſtinctione evenit ut illud, quod primo modo à lege naturæ derivatur, totam virtutem accipit à lege naturæ; ideoque immutabile eſſe; ſed illud, quod, derivatur ſecundo modo principaliter à lege poſitivâ pendet indeque fieri, ut contrariâ lege, ſive conſuetudine mutari poſſe, ut explicuit Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 2. *diſp.* 154. *cap.* 3. Balboa *in cap.* 2. *de probat. num.* 41. & ex jam adductis infertur.

70 Ad quartam quæſtionis partem, an conſuetudo poſſit abrogare legem prohibentem conſuetudinem contrariam; ut ea diſſolvam ſolent diſtinguere nonnulli Doctores inter legem prohibentem introduci conſuetudinem, & inter legem reprobantem illam ſic ut adverſus legem prohibentem conſuetudinem futuram, poſſit præſcribi conſuetudine, ſecus adverſùs legem improbantem conſuetudinem; quia non obſtante prohibitione conſuetudinis, poteſt eſſe conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta, quod non accidet in conſuetudine improbata, ut irrationabilis, qua rationabilis eſſe non poterit: ſic docent Suarez *lib.* 7. *de legibus cap.* 7. *num.* 2. & *cap.* 19. *num.* 18. Salas *in eodem tract. diſputatione* 19. *ſect.* 7. *num.* 71. & ſic Ubigerſ. *in p.* 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *num.* 43. docuit quod lex, quæ tantùm revocat conſuetudinem antecedentem, vel tantùm prohibet nudè futuram abſque illius reprobatione, non impedit quominus poſſit conſuetudo etiam abrogare talem legem † Ex eo 71 quia cum tali revocatione, & prohibitione poteſt ſtare quod conſuetudo ſit rationabilis; cum lex nudè revocando, vel prohibendo conſuetudinem, non declaret ſufficienter contrarium; poteſt enim Legiſlator habere juſtam rationem ſic ordinandi, & ſtatuendi id, & ex altera parte poterunt etiam occurrere aliquæ rationes probabiles, ob quas ſine iniquitate, & cum aliquo fundamento poſſit aliter ipſe ordinare, & conſtituere.

72 Sed quia video aliter aliquos Doctores ſentire reſpectu legis improbantis etiam conſuetudinem futuram; ita ut aliquando poſſit conſuetudine abrogari. Ego ſic ſtatuo cum Azorio *tom.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 17. *quæſt.* 10. Baſiliu Pontio *de matrim. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 9. Sanchez *libro* 7. *diſput.* 4. *num.* 14. Ubigerſ. *in part* 2. *D. Thomæ quæſt.* 97. *articulo* 3. *num.* 42. ut ſi lex improbat conſuetudinem propter aliquas circumſtantias, quæ illam irrationabilem faciunt, tunc tandiu lex eam improbet, quandiu vis illarum circumſtantiarũ eſt in viridi; quia hoc ipſo quod lex reprobat conſuetudinem declarat illam eſſe irrationabilem, aut corruptelam, & de qua dicitur communiter, ut nihil poſſit valere ſive ad legem inducendam, ſive abrogandam; quod ſi ratio, ob quam illa futura conſuetudo à lege improbatur, ut irrationibilis ceſſet, tunc revera dicendum, ut poſſit adhuc nova conſuetudo legitimè præſcripta vincere legem eam improbantem.

73 Quia non omnis conſuetudo, ideò reprobatur quod ſit contra jus naturæ, aut jus Divinum, ſed aliquando propter aliquam notabilem indecentiam, vel propter plura pericula, aut graviora incommoda communitatis, quæ cum tempore poſſunt mutari; ac proinde quæ uno tempore eſſet irrationabilis conſuetudo, poſſit alio tempore eſſe rationabilis & ut ſic deſinat eſſe reprobata: & ita exiſtimo cum Caſtro Palao *tractatu* 3. *diſp.* 3. *puncto* 4. §. 2. *num.* 7. Diana *parte* 6. *tract.* 5. *reſ.* 21.

74 Haoc eandem doctrinam etiam procedere,
tam in lege prohibente, ſeu revocante, quàm in
reprobante cum legis potentia ad improbandam
conſuetudinem futuram dependeat a duratione
rationis, in qua fundatur; & ſic credo quod va-
leat in perpetuum lex poſitiva improbare con-
ſuetudinem futuram, quoties perpetua fundatur
ratione, ut de cenſurarum, ac diſtributionum le-
ge, jam dixi per textum *in c. cum inter* 5. *hoc tit.*
75 Ad quintam quæſtionis partem an detur con-
ſuetudo aliqua quæ ex præciſa legis poſitione ne-
queat abrogari; & ſuppoſita doctrina textus *in
cap.* 1. *de conſtit. lib.* 6. *& in cap. cum. conſuetudine
hoc titulo*, & Doctorum *ibi*, quod per legem ge-
neralem à Principe ſtatutam, non cenſeantur ſu-
blatæ locorum conſuetudines ſpeciales, quæ ante
ipſam legem vim conſenſu populi habebant, ut
per Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 4. *ad finem*,
76 Barboſa *in dict. cap.* 1. *num.* 6. † Et juxta hunc di-
cendi modum poteſt intelligi Suarez *de legibus lib.*
7. *cap.* 20. *num.* 12. dum probabiliter exiſtimavit
non eſſe reſtringendam regulam illius textus ad con-
ſuetudinem præſcriptam, ſed intelligendam eſſe de
conſuetudine rationabili, & honeſta, & tam publico
uſu, & tanto tempore firmata quod ſufficeret ad
legem introducendam, ſi Princeps illam ſciret; eo
quod prudenti arbitrio veriſimile ſit Principem fuiſ-
ſe in illam conſenſurum, ſi illam ſciret; tunc enim
ait ob contrariam rationem non eſſe veroſimile vel-
le contra illam obligare per legem generaliter la-
tam, ſeu velle illam tollere, dum illam ignorat,
niſi expreſſius id declaret: nam in talem conſuetu-
dinem, & verba dicti Capituli 1. optimè caduot.
77 Unde non obſtant Maſcard. *de probat. conclu-
ſione* 423. *num.* 17. Diana *parte* 6. *tract.* 5. *reſol.* 24.
Caſtrus Palao *tom* 1. *tract.* 3. *diſp.* 5. §. 1. *num.* 8. pro-
babilius cenſentes regulam *dicti cap.* 1. *de conſtit.
lib.* 6. intelligi de ſola conſuatudine præſcripta.
78 Quia conſuetudo quæ præſcripta non eſt, non
eſt jus, nec facultatem tribuit illa utendi, ut di-
xi *ſupra in Rub.* & quia, ut *ibi* dixi ſola conſuetu-
do præſcripta prævalet adverſùs legem; & ſic ſo-
79 la illa impediat obligationem legis ferendæ. † Et
quia conſuetudo introduci non poteſt, reſiſtente
Principe; & quia eſt res odioſa impedire legem
conſuetudine; nam hæc intelliguntur de conſue-
tudine æquè generali, ut lex eſt; & hoc eſt juxta
regulam textus noſtri, & *l. de quibus ff. de legibus
& l.* 1. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*, quibus, ut *in
dicta Rubrica* dixi cavetur ut ſicut lex queit vin-
cere conſuetudines contrarias: ſic etiam, &
conſuetudo leges, de quo etiam cum multis Bal-
boa *in cap.* 2. *de prob. à num.* 36. ubi benè ex-
pendit aliqua jura quorum nonnulla jam ibi ex-
plicavi. Et hæc amplius declarantur ex dictis
infra quæſtione ſequenti, verſiculo *ad ultimam.*
80 Ad ultimam quæſtionis partem breviter dico
cum Granado *parte* 2. *Divi Thomæ contract.* 7.
part. 2. *diſputatione* 16. *ſection.* 3. *numer.* 18. Diana
parte 6. *tractat.* 5. *reſol.* 25. *in fine*, ſicut Epiſ-
copus poteſt revocare ſuam conſtitutionem, ac le-
gem ex dictis *ſupra in Rubrica de conſtitutionibus*,
& in cap. 3. *quæſt. fin.* ubi de doctrina; ita, &
tollere conſuetudinem ſuæ Diœceſis propriam,
quia eſt ſimilis legi.

QUÆSTIO V.

An ſi lex improbet conſuetudinem per verba generalia, intelligatur non ſolùm de conſuetudine præterita, ſed etiam de futura. An conſuetudo legitimè præſcripta, poſſit abrogare aliam conſuetudinem. At an conſuetudo poſſit lege abrogari. Et an conſuetudo prior maneat abrogata ſi in ipſa, non efficiatur mentio de conſuetudine in contrarium.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudine præterita cenſetur etiam futura ſecundùm aliquos, verùm contra, ut* n. 2. & 3. & *diſtingues, ut à* n. 5.

2 *Clauſula generalis derogatoria conſuetudinis, non porrigitur ad improbandam conſuetudinem futuram*, n. 3.

3 *Conſuetudinem improbare, eſt quid odioſum.*

4 Cap. unico de Clericis non reſid. lib. cap. Clerici de judic.

5 *Lex improbans conſuetudinem, ut de futura non intelligatur, quibus verbis fiet.*

6 *Lex improbans conſuetudinem per verba univerſalia porrigitur ad futuram; ubi quæ verba ita ſignificent.*

7 *Conſuetudo in futuram reprobata, ut irrationabilis intelligitur etiam de futura.*

8 Lex 2. cond. quæ ſit longa conſuetudo.

9 *Conſuetudo; etſi non vilis, authoritatis ſit, ſed non adeo, ut legem vincat tantùm habet locum in lege abrogante conſuetudinem, ut perpetuo irrationabilem.*

10 *Lex improbans conſuetudinem, nùm comprehendat immemorialem.*

11 *Conſuetudo legitimè præſcripta poteſt aliam abrogare, ſervata proportione univerſalis ad univerſalem, & particularis ad particularem,*

12 *Conſuetudo particularis derogat univerſali pro loco, ubi adeſt.*

13 §. penult. inſt. de jure naturali.

14 *Conſuetudo, quæ conſurgit ex actibus privatorum, nùm legem vincat.*

15 *Conſuetudo lege abrogatur, eſt omnino contraria, ſecùs ſi eſt compatibilis.*

16 *Conſuetudo ſpecialis alicujus loci, non abrogatur lege generali lata pro provincia, ſecùs ſi conſuetudo ſit generalis Regni, aut provinciæ, & quæ differentia utriuſque*, n. 17. & 18.

19 *Conſuetudo generalis tollitur lege generali de ea mentionem non faciente, non ſic ſpecialis loci.*

20 *Conſuetudo ſpecialis loci cenſetur ignorari à Principe, & populo.*

21 *Lex ſpecialis non derogat loci conſuetudini probabiliter, ſed non certè, ut* numero 22.

22 *Statutum ſpeciale non derogat conſuetudini ſpeciali loci; niſi Princeps fiat conſcius.*

AD primam partem quæſtionis videtur reſ- 1
pondendum cum Barboſa *in cap.* 1. *de conſtitutionib. lib.* 6. *num.* 2. quod damnata conſuetudine præterita, cenſeatur quoque futura damnata, ſic cum Tyraquello *in præfatione de retractu n.* 18.

&

& 19. & ſic videtur dicendum in caſu noſtri dobii nam ex quo lex improbat generaliter conſuetudinem, videtur ut non ſolùm de conſuetudine præterita, & præſenti ſit loquuta, verùm & de futura; & ſic de utraque conſuetudine improbata iotellexerunt Zevallos cum multis in practicis quaſt. 704. per totam, Burgoſ. de Paz. in l. 1. Tauri num. 464. & 479. Covarr. variar. cap. 13. num. 14. Sanchez tom. 2. lib. 7. diſp. 4. num. 13. contrà gloſſam in clem. ſtatutum verb. conſuetudine de elect. gloſſa verb. expreſsè in dict. cap. 1. Covarru. latè diſputat ubi ſupra varias aſſignando concluſiones, quibus iotendi abſolvere hanc quæſtionem, quem ſequi videntur Armendar in addition ad recopil. lege. Navarra in addition. num. 186. Menchaca uſufrequent. lib. 1. cap. 3. numero 10. & de imprubata conſuetudine, & de validitate ipſius, cum multis Salzedo de lege politica cap. 8. per totum, & à n. 52.

2 Nihilominus ſencio contrarium poſſe optimo jure defendi; quia cum jam ſupra quaſt. praced. dictum ſit, legem improbantem conſuetudinem futuram poſſe nihilominus contraria conſuetudine abrogari, ceſſante circunſtantia, ob quam reprobat. Ergo evidenter apparet, ut clauſula generalis derogatoria non porrigatur ad improbandas abſolutè conſuetudines futuras: quare Suarez libro 7. de legibus cap. 7. à numero 2. exiſtimavit gloſſæ ſeotentiam admmittendam.

3 Quia improbare conſuetudinem eſt quid odioſum; & quia illis verbis ſolùm intendit legislator tollere conſuetudinem contrariam ſuæ legi. Deinde quia cum vult legislator extendere legem ſuam ad conſuetudinem futuram, de ea expreſsè loquitur clare improbando, vel dicendo, *nolumus contra legem hanc aliquam conſuetudinem valere*: ita etiam Villalobos in ſumma tom. 1. tractatu 2. diſ. 39. num. 8. cum Abbate, & Diana p. 6. tract. 5. reſ. 23. & ſic Dominic. in dict. cap. 1. col. fin. de conſtit lib. 6. Abbas ibi num. 8. & col. ultima, exiſtimantes ſublata conſoetudine, ſolùm prohibitam ceoſeri, quæ eſt de præterito, non verò de futuro, & ex nova cauſa emergentem.

4 Et ita intelliguntur jura in c. unico de Cleric. non reſid. lib. 6. & in cap. Clerici de judic. quatenus de præterita conſuetudine, & non de futura intelliguntur à Doctoribus, ut probat textus in dicta clem. ſtatutum, & ibi gloſſa de electione, & hoc dum lex, quæ improbat conſuetudinem, non fundatur ratione perpetua, ut probat D. Thom. 1. 2. quaſt. 97. Soto lib. 1. de Juſtitia quaſt. 7. art. 2. Covar. infra lib. 3. variar. cap. 13. ſed quoties lex damnat conſuetudinem ut injuſtam, tunc ejus prohibitio utramque claudat, & futuram, & præteritam ſecundùm reſoluoooem dictam *ſupra quaſtione pracedenti*, verſiculo *ad quartam*.

5 Ego tameo ut clarius expendam dico, ut ſint attendenda verba quibus lex improbans conſuetudine utitur quia; ſi referantur ad conſuetudinem, quæ tunc temporis vigebat, non cenſebitur prohibita de novo emergens rationabilis, & ex nova cauſa, veluti ſi lex conciperetur per illa verba: *Non obſtante prædicta conſuetudine, vel quidquid in contrarium vigeat conſuetudo, quam, ut irrationabilem abrogamus*, vel ſimilia verba, prout etiam videre eſt, in cap. unico, de Cleric. non reſident. lib. 6. cujus diſpoſitio ſolùm loquitur in conſuetudine vigente tempore, quo ille deciſio, & ad eandem reſtringitur, ut patet in princ. ibi: *Conſuetudinem, quæ in quibuſdam partibus*. Et eſt ratio, quia lex improbans conſuetudinem de præterito, ſeu de præſenti, ſolum videtur tantummodo improbare irrationabilem, & ex injuſta cauſa introductam. Unde cum ſit exorbitans à regulis juris, quæ dictant cuicumque rationabili conſuetudioi ſtandum, de qua in textu noſtro, & in l. de quibus ff. de legibus, cum aliis, ſequitur ut non debeat extendi ad conſuetudinem futuram rationabilem, & ex juſta cauſa introductam: argumento textus in cap. non debet in principio de conſanguinitate, & affinitate, & ut facit textus in l. ſi quis in principio ff. de leg. 3. dicto cap. 1. de conſtitut. lib. 6.

Tameo ſi lex per verba univerſalia, vel æquipollentia abſolutè prohibet quamcumque conſuetudinem, veluti ſi concipiatur ſequentibus verbis: *omni ſublata conſuetudine*, vel *non obſtante quacumque conſuetudine*, vel *omnem conſuetudinem improbantes*: tunc revera lex improbans porrigitur ad conſuetudinem futuram; quia tunc videtur ut comprehendat etiam coofuetudinem novam, & ex nova cauſa emergentem; eo quod lex de ſui natura, ut ſupra dixi in Rubr. & tit. de conſtitut. & ibi in cap. 2. & cap. fin. ubi gloſſa verbo futura, in futurum, & ad futuros caſus ordinatur. 6

Deinde quia eo ipſo quod conſuetudo futura etiam improbatur, videtur, ut in futorum nunquam rationabilis reputatur, cum ſuppoſita præſumptione, injuſta & minus rationabilis præſumitur, cum ſit legis authoritate deſtituta, cujùs prohibitio non ceſſat, quantumvis ratio ceſſat in caſu particularis: ita Barboſa de clauſulis, clauſula 87. numero 12. ubi addit rectè procedere. 7

Et ut ſic intelligatur, lex 2. cod. quæ ſit longa conſuetudo; ita ut ceſſet labor gloſſæ, & Doctor. ibid. ſi intelligatur textum illum procedere lege abrogâte ipſum conſuetudinem, ita ut ſenſus ſit quod etſi alias regulariter coofuetudini ſit vilis authoritas, attamen non poſſit legem aut ratiooem cui innititur vincere illam, ſcilicet per quam prohibetur & abrogatur eadem met conſuetudo, quantumcumque de novo, & ex nova cauſa emergat: in qua ſpecie magis propriè verificari, ait verba illa: *Rationem vincere, aut legem* eum qua ex diametro pugnat. Sed hæc iotelligo procedere præſumptivè; quia ſi coo ſtaret de juſtificata, & legitimè præſcripta oova conſuetudioe; itaut ea introducta nitatur ratione; tunc intelligetur, ut ceſſaverit ratio, ſeu circunſtantia fundamentalis qua nitebatur lex abrogans, improbans quamlibet conſuetudinem, etiam futuram juxta quæ diſtinxi *ſupra ſub quaſtione pracedenti*, in verſ. *ad quartam*. 8 9

Sed num hæc procedant, etiam in conſuetudine immemoriali, videbis dicta ſupra in Rub. q. 3. verſ. ad quartam. 10

Ad ſecuodam quæſtionis partem, an conſuetudo legitimè præſcripta, poſſit abrogare aliam conſuetudinem, affirmativè breviter reſpondeo ex jam latè dictis in Rub. & in textu noſtro, dum tamen ſervetur proportio, id eſt univerſalem per univerſalem, particularem per particularem in eodem loco. Et ratio; quia ita comparantur conſuetudioes inter ſe, ſicut leges, vel & conſuetudo ſervata proportione. 11

Imò dicunt omnes cum Hoſtienſi in ſumma eodem titulo, §. quæ cui præjudicet; porrigentes ad diverſas, in quibus non ſint contrariæ cum etiam univerſalis conſuetudo derogetur pro particulari alicujus loci pro illo etiam loco, & univerſalem derogare particulari: & hoc modo intelligitur Barboſa in dict. cap. 1. de conſtit. lib. 6. num. 5. qui cum Azor. lib. 5. inſtitut. moral. p. 1. cap. 16. quaſt. 3. & 4. dicit quod conſuetudo generalis, hoc 12

eſt ubique introducta, tollit legem præcedentem, ſecus ſi ſit ſpecialis alicubi, & non ubique locorum recepta, & *infra* expendo in verſ. *ad quartam.*

13 Unde infert Diana cum communi *dict. p.6.tr.5. reſ. 27.* ut quod dicitur *in §. penult. inſt. de jure naturali; ea quæ civitas conſtituit ſæpè mutari ſolent, vel tacito conſenſu populi, vel alia poſtea lege lata*: ita in conſuetudinibus procedere, ſicut eſt verum de his, quæ jure ſcripto ſunt conſtituta; quia non minus; imò magis videtur poſſe mutari tacitum contrarium, quàm expreſſum per tacitum: & concludit quod ut hæc contingant, debent conſuetudines eſſe contrarias; quia ſi poſſunt ad concordiam reduci, ſunt obſervandæ, ſicut in legibus eſt commune Doctorum axioma.

14 Sed adhuc poſſumus dubitare quod nunquam conſuetudo poſſit abrogare legem poſitivam ex eo fundamento; quia ille ſolus poteſt legem derogare qui aliàs habet poteſtatem legis condendæ ſed conſuetudo conſurgit ex actibus privatorum; ergo nunquam poterit legem vincere: nam privati legem facere non poſſunt. Adhuc dici debet ut conſuetudo habeat vim abrogandi legem ex dictis *hic*, *& in Rub.* Quare ut non obſtet argumentum præmitto dicendum multos hæreticos noſtri temporis negare in Principibus, & in Pontifice poteſtatem condendæ legis, aſſerentes nullam eſſe legem, niſi naturalem, aut Divinam; quem errorem acerrimè reprehendit Caſtro *lib. 1. de lege pænali*, *& de hæreſi*, verb. *Lex Eccleſiaſtica hæreſi* 3. Driedo *de ligert. Chriſt. cap.* 1. *& cap.* 9. Roſſenſis contra Lutherum *art.* 27. Vaſquez *ſuper* 1.2. *tom.* 2. *diſp.* 152. *cap.* 2. & Balboa *in cap. 2. de probat. num.* 47. probantes ut cum poteſtas condendi leges apud Rempublicam reperiatur, ipſa etiam poſſit inducere conſuetudinem, quæ aliàs à multitudine introducitur: quod ſic intelliges dicendo quod ſi multitudo eſt libera à Principe, non eſt dubium; & ſic fit ut etſi privatæ perſonæ eam nequeant introducere aliter enim fiat in toto populo, vel ejus majori parte, ut jam dixi *ſub Rub. quæſt.* 1. *& quæſt.* 2. nam Reſpublica, quæ non habet Principem ſuperiorem ipſa ſibi legem conſtituit, ut dixi *ſupra in Rubr. de conſtitut. quæſt.* 3. *&* 12. & ſic introducere conſuetudinem ſine alio conſenſu. Quod ſi Reſpublica ſubdita eſt Principi, adhuc poterit eam introducere, tacito ſaltim conſenſu Principis ut dixi *in Rub. & infra q. fin. à n.* 1.

15 Ad tertiam quæſtionis partem, an conſuetudo poſſit lege abrogari cum jam ex latè *in Rub.* & in textu noſtro adductis pateat, ut ſicut conſuetudo poteſt legem tollere, ita & multo magis lex queat tollere, & improbare conſuetudinem ex proximè dictis: & *ex d.l. 2. quæ ſit longa conſuetudo*; ideo breviter reſpondeo ut ſi lex ex diametro, & clarè ſit conſuetudini contraria, tunc procedat reſolutio affirmativa communis: ita Diana *dicta p. 6. tr. 5. reſol.* 25. ubi dicit quod ſi conſuetudo compati poteſt cum lege, etiam ſi verba legis eſſent reſtringenda, conſuetudo eſt obſervanda, cum conſuetudo præſcripta ſit quoddam jus, ut jam dixi, & debeat juris correctio vitari.

16 Ad quartam quæſtionis partam an conſuetudo prior maneat abrogata, ſi in ipſa, non efficiatur mentio de conſuetudine in contrarium: & licet abſolutè affirmet D. Antonin. & ſic colligatur *ex dict. cap. de conſt. lib.* 6. nihilominus diſtinguendum puto cum Monteſino *in p.2. D. Thom. quæſt. 2. diſput. 23. de legib. quæſt. 13. num.* 151. nam aut conſuetudo eſt generalis in tota provincia, aut Regno aut ſpecialis alicujus oppidi, aut loci, vel determinati ſtatus perſonarum; & quidem ſi conſuetudo ſit generalis, abrogetur per legem ſubſequentem; quamvis illius non fiat mentio; ſi autem ſit ſpecialis non poſſit abrogari per legem ſubſequentem, niſi expreſsè fiat conſuetudinis mentio per verba abrogativa, & hoc eſt quod dicitur *in dict. c.* 1.

Et eſt differentiæ ratio; quia ut Legislator abrogot priorem conſuetudinem per legem ſubſequentem, opus eſt ut noverit conſuetudinem, ſecus de conſuetudine: etenim conſuetudo generalis præſumitur jure nota à Legislatore ſed quando eſt ſpecialis poteſt ignorari in particula: & ſic præſumitur ſi ejus in lege non fiat mentio ſubſequenti, atque adeo in hoc caſu conſuetudinem ſpecialem non abrogari dicit etiam Diana *dict. p. 6. tract. 5. reſ.* 22. 17

Et huc etiam ſpectat quod jam dixi *in quæſt. præced.* cum Barboſa *in dict. cap. 1. de conſtit. num.* 6. & Covar *dict. lib. 3. var. cap. 13. num. 4. ad finem*, per legem ſcilicet generalem à Principe ſtatutã, non cenſeri ſublatas conſuetudines locorum ſpeciales, quæ ante ipſam legem vim conſenſu populi habebant. 18

Quare notandum duxi, ut licet per legem generalem abrogetur conſuetudo æquè generalis illi oppoſita etiam ſi illius non fuerit mentio facta, nec lex habuerit clauſulam derogatoriam: ſed hoc non procedere quoad conſuetudinem alicujus loci, nec quoad ſtatutum non continens jus commune, niſi talis ſtatuti, aut conſuetudinis fiat mentio ſpecialis, vel ſaltem in genere apponatur clauſula derogatoria cujuſcumque conſuetudinis vel ſtatuti in contrarium, ut explicavi in verſ. *ad* 19
primam. † Et eſt ratio; quia Princeps, vel Po- 20
pulus cenſentur ignorare locum conſuetudinem, & ſtatura, ut omnes agnoſcunt per textum *ibi in dict. cap. 1. de conſtit. lib. 6.*

Unde ſecundo inferunt, ac notant Doctores ut ſit etiam probabile quod lex ſpecialis facta à Principe, val Pontifice pro aliqua civitate, vel provincia, non deroget conſetudini illius provinciæ, niſi expreſsè apponatur clauſula derogatoria. 21
† Idemque inferunt de ſtatuto facto ab aliqua 22
civitate, vel populo (ad cujus valorem Principis conſenſus requiritur) nempe tale ſtatutum non derogare conſuetudini contrariam, niſi Princeps fiat conſcius talis conſuetudinis derogandæ; quia ſi forte ſciret conſuetudinem non præſtaret conſenſum ſtatuto, ac proinde ut ignorantia conſuetudinis, cui opponitur ſtatutum reddat conſenſum invalidum: ſic docent adducta in his notabilibus, Suarez *dict. lib. 7. de legib. cap. 20. num.* 7. 8. *&* 15. Diana *dict. p. 6. tract. 5. ſub reſ.* 25. Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 3. puncto 5. §. 1. à num. 1. uſque ad* 7. ſed hujus notabilis doctrina non eſt ſic certa, ut adducta in primo propter dicta *ſupra* in verſ. *ad ſecundam.*

QUÆSTIO. V.

An utique verum ſit quod, ut conſuetudo introducatur, ſive abrogetur, debeat concurrere ſaltem tacitus conſenſus Principis, ſeu ſufficiat uſus ſolius populi, provinciæ, ſeu Regni. Et an ut una conſuetudo abroget aliam contrariam, requiratur tempus idem, ac eſt neceſſarium ad introducendam

con-

Digitized by Google

conſuetudinem adverſus legem. An conſuetudo poſſit pœnam legis, ejus obligatione manente. Et an queat abrogare legem quoad culpam manente obligatione, quoad pœnam. Et quoſnam alios effectus pariat conſuetudo. Et in quo differant deſuetudo, uſus, & contraria conſuetudo: ubi de ritu.

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo ut introducatur, qualiter debeat intervenire conſenſus, ſaltem tacitus Principis,* numeris ſequentibus, & numer.4. & 5.
2 *Conſuetudo ſolo miniſterio Regis abſque alio requiſito, potuit introduci, ut à populo decennio, legitima haberetur.*
3 *Conſuetudo ſecundùm aliquos requirit conſenſum Principis expreſſum: explica, ut* n. 4. & 5.
4 L.de quibus ff. de legibus.
5 *Conſuetudo num de jure canonico non expoſcat conſenſum Principis,* & n.6. 8. & 9. *ubi quod ſufficit tacitus, etſi expreſſus requiratur in aliquibus caſibus, de quibus Rota,* n.6.7.& 8.
6 *Conſenſus tacitus eſt permiſſio patientis aliquid fieri.*
9 *Conſuetudo inducitur frequentia actus: & quando ſic dicatur.*
10 *Actus ad conſuetudinem ſufficit, ut fiant ſcientibus auditoribus*
11 *Conſuetudo eodem tempore abrogat aliam conſuetudinem, ac legem, & quale tempus hoc ſit in conſuetudine præter jus, & contra jus,* n.12.& 14.
14 *Conſuetudo univerſalis, inducit jus commune.*
15 *Conſuetudo poteſt tollere legalem pœnam manente legis obligatione, etſi alii contra teneant,* n.16.
17 *Conſuetudo excuſat à cenſura dantes aliquid ob ingreſſum in aliquid Monaſterium; etſi non à peccato, & de aliis pœnis,* numero 18.19.
18 *Filii Clericorum olim naſcebantur ſervi in pœnam paternæ incontinentiæ, quæ conſuetudine eſt abrogata, manente culpa.*
19 *Deſuetudo aliquas pœnas ipſo facto impoſitas abſtulit.*
20 *Culpa, eſt cauſa adæquata pœnæ.*
21 *Conſuetudo abrogans legem, abrogat culpam impoſitam in ea: fallit in aliis pœnalibus non cohærentibus ipſi legi ut* n.22.
23 *Conſuetudo excuſat à pœna, & parit effectus plures, ut* num. 24. 25.26. 27. & 28. *& alii.*
32 *Conſuetudo poteſt inducere, ut antiquior partiarius optet.*
33 *Conſuetudo facit ut procedatur ſine ſcriptis inter Religioſos; & ut comburantur proceſſus; & quod poſſit Prælatus teſtari ad pias cauſas,* n.34.
35 *Conſuetudo poteſt inducere ut poſſeſſio defuncti, tranſeat in hæredes ſine apprehenſione.*
36 *Deſuetudo non uſus, & contraria conſuetudo, quæ ſint in quo differant,* n.37.& 38.
39 *Servanda ſunt non facta, ſed quæ fieri debent.*
40 *Ritus duplex eſt: unus de jure, de facto, ut de ſtylo dicitur.*
41 *Stylus curiæ Romanæ in reſcriptis, maximè debet attendi, facitque jus, allegari poteſt in deciſionibus, cum jus non eſt contrarium*
42 *Stylus ſervatus in curia Romana, porrigitur extra ſtatutum Eccleſiæ, ubi agitur de interpretatione litterarum.*
43 *Ritus videtur ſignificare uſum, & obſervantiam, ſicut ſolemnitatem, actus, aut jus quoddam non ſcriptum.*
44 *Conſuetudo vincet legem, etiam ſi Princeps ex deſidia annuat.*
45 *Lex ſemel à Principe revocata, etſi injuſtè ceſſat.*
46 *Conſuetudo abrogat legem etiam ſi Princeps incepta conſenſum præbeat, vel coactus: propter pacem Reipublicæ.*

AD primam difficultatis partem, etſi ſupra
ſub Rnbrica dictum ſit inter requiſita con- 1
ſuetudinis introducendæ eſſe unum, ut accedat ſaltem tacitus Principis conſenſus; ſed quia hic in textu noſtro, ubi de tota conſuetudinis introducendæ, agitur, nihil caveatur de prædicto ſaltem tacito conſenſu Principis, nec in *dicta l. de quibus*, ſed tantum, *ibi*, habeatur quod conſuetudo rationabilis, eſt legitima præſcripta poteſt legi derogare abſque alio adminiculo, quam prædictis duobus, ut ſenſiſſe videntur Malderus *in part.2.D.Thomæ quæſt.97.art.3.num.*3.quaſi miniſterio legis ita cautum reperiatur, cum jure ſcripto ſtatuatur, ut hujuſmodi conſuetudo habeat legis vim. Et ſic Malderus ad dubium reſpondet, conſuetudinem legitimè præſcriptam, inducere legem, ſive ſæcularem, ſive Eccleſiaſticam, ſine perſonali conſenſu Principis, aut Papæ, & ſufficere conſenſum, qui per ipſum jus datur; quia per jus Principis cenſetur continuo loqui: & ſic Suarez *lib.7.de legib.cap.*13. *num.*6. Sanchez *de matrim. lib.7.diſp.4.num.*11. videntur ſuſtinere etiam ſi ſit circa Sacramentalia ea conſuetudo; quippè cum Princeps in textu noſtro generaliter decreverit conſuetudine poſſe legem ſtatui, & abrogari: nam talis voluntas, ut eam facultatem obtineat conſuetudo, eſt tacita ſcientia, & tollerantia conſuetudinis in poſterum legitimè introducendæ, ut eas vires ſortiatur abſque alia ſpeciali ipſius conſuetudinis in Principe notitia. † Et hanc videtur am-
plecti Caſtrus Palaus *tract.3.diſp.3.puncto* 2.§.4. 2
*num.*3. quia Princeps, ſupremus Rex, ſcilicet, aut Papa optimè poterat lege ſua ſtabilia, ut quoties populus in aliqua conſuetudine rationabili decennio duraverit ea conſuetudo pro lege ſuſcipiatur; ſed facta hac lege, nemini dubium erit, ut ea decennalis conſuetudo vim legis habeat ex probatione legali ſupremi Principis; ſed hoc ipſum factum eſt noſtro jure canonico in textu noſtro, *in dict.l. de quibus*. Ergo non eſt cur alia debeat expoſtulari approbatio: & ſic potuerunt dicere Silveſter, & Angelus in verb.*conſuetudo*, conſenſum tacitum intervenire poſſe ſine Principis ſcientia. Et ob id etiam quidem invaluere dicendo in ipſa legum inſtitutione interveniſſe conventionem, & conſenſum Principis ut conſuetudine lex abrogari poſſit optimè diſputando defendit ſuam Leonardo in ſuo Parergon poſt diſceptationem *de juram.calum.* inter diſputationes vel ob dictum ex Jaſone Rolando Scradero Artamano Piſtor & aliis ex eo quia cum Rex permitti tacite ne ſua lex obſervetur videtur eam abrogare ac alii Marc. *in tom.2.ſummæ ref.*18.*num.*2. eleganter Oſvald.ad Donel. *lib.cap.*1. *litt.*T.

Verum alii infiniti Doctores pluribus fundamentis conantur defendere ut ad inducendam conſuetudinem, requiratur Principis conſenſus, ſic ut non ſufficiat præſumptus Principis approbantis conſuetudinem: ita Baſilius Pontius invehens contra Sanchez *de matrim. lib. 6. cap. 6. n. 5.* ubi ſic ait: *Nec verò ſatis eſt ad conſenſum Principis approbantis præſumendum generalis illa doctrina textus noſtri*, contra Sanchez aliud deducens *ex reg. dict. l. de quibus*, dicens ut textus noſter ſolùm tradat illam generalem doctrinam, quæ explicat vim conſuetudinis approbatæ à Principe; ſic ut nec præſumi poſſit, ſolo generali jure explicato in textu noſtro, voluiſſe Principem tacitum ſuum conſenſum in quavis ſpeciali conſuetudine præſumi poſſe cum multis conſuetudinibus ſe ſe opponat, & tenent Monteſinus *in p. 2. tom. 2. diſp. 23. quæſt. 13. num. 220.* Vaſquez *tom. 2. diſp. 177. cap. 2. & 3.* Lorca *tom. 2. diſp. 29. de legib. num. 2.* qui dicit ſequi, ut neceſſarium requiri ſcientiam, qua Principi innoteſcat conſuetudo.

4 Ego in quam exiſtimo de jure civili requiri ſaltem Principis conſenſum tacitum præcipuè in conſuetudinibus univerſalibus, ſive generalibus, quibus aliqua lex generalis conſuetudine abrogatur, qui etſi juxta doctrinam cum Sanchez, Malderi, & Palai, videatur ſufficere ille, qui ſubintelligitur ex primordiali authoritate conſuetudini conceſſa ab ipſis Principum legibus; quia ſic omnes intelligunt *dict. l. de quibus ff. de legib.* cum concordantibus; quia cum hæc lex rendeat ad bonum publicum, & in utilitatem privatorum, ſequitur ut debeat concurrere ille tacitus conſenſus in ipſo actu introducendæ conſuetudinis. Et hoc modo amplector intelligi primam opinionem cum Baſco *in floribus Theologiæ pract.* verb. *conſuetudo n. 12.* Azorio *tom. 1. lib 5. inſt. moral. cap. 18. quæſt. 1.* Salas *de legibus diſp 19. ſect. 3. num 20. & 37. & ſect. 4. num. 37. & 40.* Villalobos *in ſumm. tom. 1. tract. 2. diſp. 38. num. 6.* ut jam *ſupr.* dixi *ſub. dict. Rub.* Et ſic quantumvis Vaſquez *in p. 7. diſp. 177. c. 2. & 3.* & Baſilus *ubi ſupra num. 7.* exigant perſonalem Principis conſenſum; quia non omnis conſuetudo approbatur à Principe, ſed multæ conſuetudines permittuntur tantùm, aliæ approbantur, ob idque dicant ex doctrina univerſali textus noſtri, non poſſe præſumi in quavis conſuetudine approbationem, & probabiliter ſentiant, ut dicit Diana *p. 1. tract. 3. tract. 5. miſcel. res. 75.* tamen ibi ex Sanchez, Suarez, & Salas, *ubi ſupra*, & cum Azor. *tom. 1. inſtit. mor. lib. d. cap. 18. q. 1.* & aliis penes ipſos dicit contrariam longè probabiliorem ex eo, quia in textu noſtro ſtabilitur conſuetudinem rationabilem, & legitimè præſcriptam, juri poſitivo derogare; & quod autem ſit rationabilis, non pendere ex ſcientia, & voluntate legiſlatoris, ſed ex natura ipſius rei, cujus eſt conſuetudo: eſſe autem legitimè præſcriptam, & haberi ex curſu temporis; inferunt ergo relati, ut cum nulla alia conditio ad ſtabiliendam conſuetudinem, requiratur jure canonico gratis, & ſine fundamento expoſtulari Principis ſcientiam, & ejus novum conſenſum & quia de hoc dubio in principe & proximè ſequenti in Papa longè ad utramque partem reſoluit Berricellus *de miſſionibus Apoſtolicis l. 2. tract. 3. de legib. quæſtion. 87. ex numer. 2. & ex numer. 12.* cum infinitis ex modernis ideò illam leges quatenus plura ex dictis de hac conſuetudine repetit ut reſpondeat ad quæſtionem de qua dico *infrà q. 6.*

5 Dubium verò non levè eſt inter Doctores, an de jure noſtro canonico, ſufficiat duplex aſſignatum requiſitum ex textu noſtro, vel requiratur expreſſus Pontificis conſenſus; ita ut tacitus concurrens in actu, non ſufficiat; & in hoc dubio video Doctores diſcordes; quia Vaſquez *p. 2. quæſt. 97. diſp. 157. cap. 12.* Monteſinus *ſup. p. 2. tom. 2. diſp. 23. quæſt. 13. num. 228.* cum aliis, dicunt ut licet authoritas Pontificia data ſit à Chriſto immediatè Pontifici; cujus cauſa dicunt Doctores contrariæ ſententiæ, requiri expreſſum Pontificis conſenſum. Tamen quia Pontifex poteſt juſtis de cauſis legem à ſe latam abrogare, vel à ſuo prædeceſſore: & itidem ſicut conſuetudo approbata conſenſu tacito Principis ſæcularis, abrogare poteſt legem ſæcularem; ita etiam approbata tacito conſenſu Pontificis, poſſit legem canonicam abrogare; ſic etiam docet Lorca *in p. 2. tom. 2. diſp. 29. de legibus, membro. 2.* Ubi diſſentit à Sacra congregatione expreſſum conſenſum exigente, ſic etiam reſolvens contra Antoninum exiſtimantem requiri conſenſum expreſſum, ut conſuetudo leges Eccleſiaſticas abroget; quia dicit loca non differre in hoc legem civilem, & canonicam; nam verus conſenſus eſt, & voluntarium, ac liberum cenſetur; quod tacitè approbatur juxta nonnulla, quæ dixi *ſup. cap. 1. de fore comp. quæſtione fin.* † *Eſt enim* (ait Lorca) *conſenſus tacitus permiſſio; quia ſcilicet ſcit quod agitur, & non reprimit, ſed fieri patitur* & hanc partem contra plures quos refert Berricellus *ſuprà d. n. 2. ipſe ſic tenet num. 12.* cum Sanchez, Maldero, Bonacina Alex. Socino Covar. Suarez Salas, Azor. & cum aliis noviſſimè etiam Thomas del-Benè *de immunit. Ecleſ. cap. 8. dubio. 11. ſect. 2. numer. 7. & 8.* Caſtrus Palao *tom. 1. tract. 3. diſp. 3. puncto 2. numero 3.* Et alii rationes & fundamenta ponentes & Berricellus reſpondet *ſub d. numero 12.* fundamentis adverſæ ſententiæ quæ faciliter explanantur ex hic adductis quæ etiam repeto. 6

Et ita de jure exiſtimo tenendum, etiam canonicis diſpoſitionibus, etſi fateor plures exigere expreſſum Pontificis conſenſum ad hoc, ut conſuetudo abroget leges Eccleſiaſticas, ſit tenens deciſum, refert à Rota Diana *p. 6. tract. 5. res. 13.* in una Triveranſis Abbatiæ Sancti Maximi 24. Januarii 1625. coram Doctiſſimo Domino Coccino, quam referens ad litteram; idem procedere ait; quia ſummus Pontifex non habet poteſtatem à populo, ſed immediatè à Deo, & ideò non ſit populus, qui inducit conſuetudinem contra canones, ſed autoritas Papæ permittentis, ut dixit Abbas *hic numer. 8.* Salas *de legib. quæſtione 97. tract. 14. diſp 19. ſect. 6. num. 56. verbo hac ſententia.* Dried. *de libert. Eccleſiaſt. cap. 11.* & quia requiritur in Papa certa ſcientia, nec ſufficiat error, & itidem requiratur voluntas inducendi conſuetudinem, quæ deduci nequit, niſi adſit expreſſus Papæ conſenſus, gloſſa *in cap. leges*, verbo *abrogatè*, *diſt. 4.* Archidiacon. *in cap. cum de beneficiis numer. 2. de præb. lib. 6. cap. conſequens, & cap. nolite 11. dict. cap. facta 9. quæſtione 3. cap. illud, cap. ridiculum diſt. 12.* Joannes *in dict. cap. cum de beneficiis*, Gemin. & Franc. *numero 3. & 4.* S. Auton. in *in ſum. p. 1. tit. 16. cap. unico §. 2.* Salas *ſuprà numero 62.* Caſtellinus *in tract. de elect. cap. 4 in fine*, Maſſobius *in praxi habendi concurſum Prælat. numero 88.* Joannes Maria Novarius *in lucerna regularium* verb. *electio numero. 34.* qui etiam referunt idem deciſum in Rota Romana obſervationis contractus 23. Octobr. 1551. coram Chiſanon, relata apud Verallum *deciſ. 204. numero 3. p. 3.* & in alia Romana concordiæ Sancti Petri, 12. Februarii, 9

Digitized by Google

bruarii. 16 10. coram Dominn Cavallerio: & alia in confirmationem adducit dict. Sacra Rota in relata Treverens. prnpter cujus anthoritatem, ſic
8 Diana. proſequitur. † Sed quia ſi ita ſemper exigeretur, deſtrueretur uſus conſuetudinis introducendi in foro Eccleſiæ, cum difficolter queat ſciri conſenſus Papæ axpreſſus, videtur in juro non recedeodnm à prima opinione, habita ſolum differentia, inter conſuetudinem civilem, aut Eccleſiaſticam in tempore, ut dixi *ſuprà in Rubrica*, & ex dictis in verſ. *adſecundam* ſtatim ſequenti. Et ſic mihi videtur prædictas deciſiones Rotales, & jura, quibus ſundantur, ſub intelligi tantùm de caſibus particularibus, juxta nonnulla, quæ adduxi *ſub. quæſt.4. præced.*

Er pro complemento notabis cum Azorio *p.1.*
9 *lib.5. mor. cap.4.q.6.* Panormitano *in cap.1. de trenga, & pace*, Bart. *in dict. l. de quibus ff. de legib.* & aliis, ut ſciente Principe, & non contradicente, ſufficiant duo actus, vel tres facti contra legem; qnia ad inducendam conſuetudinem, ut ſuprà dixi *in Rub. quæſtione* 1. binus actus ſufficit, & frequentia actus contingit, quando bis fit; eo quod frequenter fit, quod bis fit, nt docent Sa, verb. *lex numero* 1. Reginald *tom. 1. lib.13. cap. 16. numero* 162. Rodriguez *quæſt. regular. tom.1. quæſtione 6. art.12.* Miranda *in manuali prælator. tom.2. quæſtione* 24. *art.1. concluſ.3.* † Imò idem Rodriguez, Burgos de Paz *in l.1. Tauri numero* 232. Diana *p.1. tract.*
10 10. *reſ.7. in fine.* dicunt non eſſe neceſſarium, ut prædicti actus fiant in præſentia legislatoris, vel eo ſciente, ſed ſatis eſſe fieri, ſcientibus auditoribus Regiis vel Epiſcoporum. Menochius *conſ.107.n.* 93. Gutierrez *lib.1. pract.q.85. & lib.3.q.42.n.9.* Melchior. Reyonoſo *obſervatione* 57. *n.2.* Steph. Gratian. *tom.5. diſcept. foreſ c.965. n.8.* Zevallos *in pract. q.357. n.3.* ibi *ſufficit ſcientia officialium & ſuorum judicum.*

11 Ad ſecodam quæſtionis partem de tempore, qno una conſuetudo adverſus aliam contrariam, poſſit introduci, Caſtrus Palaus *tom. 1. tr.3.4. diſp.3.* §. 2. *punct.5. n.5.* putat idem tempus eſſe neceſſarium ad abrogandum conſuetudinem conſuetudine ac fuit requiſitum ad illius introdnctionem, & aſſignat tempus decem annorum, ſivè in temporalibus, ſivè in Eccleſiaſticis; eo quod leges expoſtulantes tempus quadragenarium ad præſcriptionem, loquantur de præſcriptione juris contra Eccleſiam, Eccleſia contradicente, quod non accidit in conſuetudine legali, quæ non præſcribit contra Eccleſiæ mandatum ex repugnantia Eccleſiæ, ſed potius ex ejus conſenſu, & voluntate, ex hoc inferens non eſſe idem tempus expoſtulandum, ac in præſcriptione.

12 Et ita Suarez *dict. lib.7. de legib. cap.20.n.21.* refert ex Felino, & Panormitano, ubi reddit rationem; quia poſterior conſuetudo non eſt contra Jus. ſic declarans; nam prior conſuetudo fuit contra Jus. & ſic poſterior, & ſecundum illud antiquius Jus, quod per priorem conſuetudinem fuit revocatum; ita nt ad illud facilius ſit regreſſus vel prior conſuetudo fuit prærer Jus; & ſic etiam poſterior erit præter Jus. indeque ſemper in poſteriori conſuetudine ſufficere annos decem, dixerunt.

13 Sed Rochus, & Barboſa, quos ſequitur Diana *p.6. tr.5. ſub. reſol.27.* non approbantes diſcurſum relatum Abbatis, & Felini; item & Caſtr. Pal. ſolum videntur approbare, ſi prior conſuetudo fuit contra Jus commune, quod non fuit omnino ablatum illa conſuetudine; quia non fuit univerſalis, Sed particularis, quæ illi derogavit: tunc enim ait Diana probabile eſſe, ut poſterior conſuetudo decem annis præſcripta ſufficiat; quia non eſt ſimpliciter contra Jus, cum ſemper maneat Jus commune, ad quod per aliam conſuetudinem ſit regreſſus.

Quod ſi prior conſuetudo non fuit contra Jus, 14
ſed præter Jus, & poſterior ſit contra Jus, tunc revera ſpectandum erit tempus canonicæ præſcriptionis; quia prior conſuetudo induxit Jus, cui eſt contraria poſterior, quæ non eſt conformis alicui Juri; item etiam ſi prior conſuetudo fuit univerſalis, & poſterior particularis, erit id evidentius; quia conſuetudo univerſalis, Jus commune inducit: & idem videri dicunt ſi prior fuerit particularis ejudem loci, & juri communi non contraria: nam conſuetudo contra ſimile ſtatutum, eſſet contra Jus, & poſtularet tempus canonicæ præſcriptionis: & ſic idem procedere in conſuetudine, cum ſit ratio æqualis; itaque etiam Suarez, & Diana cum illo cenſent, nt ſi prior conſuetudo fuit univerſalis, & abrogavit omnino Jus univerſale antecedens, tunc neceſſariam eſſe præſcriptionem 40. annorum contra talem conſuetudinem; quia poſterior conſuetudo jam eſt omnino contra Jus inductum per priorem conſuetudinem; aliud enim Jus antiquius utraque conſuetudine perinde ſe habet, ac ſi non præceſſiſſet; quia omnino ſublatum eſt. Eſt enim verum ex Sacra Rota, ut nulla valeat conſuetudo in materia Ecleſiaſtica, niſi ſit quadragenaria.

Ad tertiam quæſtionis partem, reſpondeo poſſe 15
legalem pænam per contrariam conſuetudinem derogari, & manere legem quoad obligationem ad culpam, ut confirmari valet ex dictis *ſup. quæſt.1.* & eſt ratio; quia poteſt aliquando rationabiliter auferri obligatio ad pœnam, aliàs ipſo facto incurrendam, etiam ſi lex maneat: nam ita Pontifices aliquando etiam expreſſis conſtitutionibus ordinarunt, nec in id tendere poterit, ut delicta maneant impunita; ſed ut aliis pœnis, & remediis, ſivè mediis magis oportunis pro ratione temporis, & perſonarum cohibeantur, & caſtigentur: ſic hanc docent Navar. *in man. cap.27.n.250.* Gordonus *in ſumma tom.1. lib.2.q.14. cap.6.n.22.* Montoſinus *in p.2. tom.3. diſp.23. quæſtione 13. numero 132. &* 133. Suarez *dict. lib.7. de legib. cap.19. numer.3.* Salas *eodem tract. diſp.19. ſect.9. numer.75.* Azorius *tom.1. moral. lib.3. cap.18. quæſtione* 10. Ubigers *in p. 2. quæſt. 97. art.3. numer.35.* Præpoſitus *in p.2. D.Thom. quæſt. 97. dub. 2. num.11.* Silvius etiam *ibi q.97. art. 2. concluſ.6.* Caſtrus Palaus *tom. 1. tract. 3. diſp. 3. punct. 4. §. 2. n. 3.* & alii.

Nec eſt audiendus Caſtro *de lege pænali cap.* 16
22. qui cum aliis tenet contrariam ſententiam, aſſerentes non poſſe conſuetudinem pœnam lege impoſitam abrogare, niſi in ſimul ipſam legem, ſeu ejus obligationem eo fundamento probantes; quia faciens contra legem, committit culpam; ergo aſtringitur pœna; quia pœna eſt propter culpam: & ſic inferunt, ut conſuetudo queat auferre pœnam legis, manente legis obligatione. Sed reſpondetur nihil obſtare quominus illud quoque poſſit fieri per aliquam conſuetudinem, & conſenſum tacitum ſuperioris, ſivè perſonalem ſivè legalem ex jam dictis.

Itaque prima ſententia etiam confirmatur ali- 17
quibus deciſionibus canonicis, primo per *extravag.1. de ſimonia*, ubi per conſuetudinem contrarium excuſantur à cenſura ibi poſita, dantes, vel accipientes aliquod ob ingreſſum in aliquod Mo- 18
naſterium, non autem à peccato mortali. † Et aliis exemplis; quia olim filii Clericorum naſcebantus

bantus

bantur ſervi ipſo jure in pœnam paternæ incontinentiæ, *cap. cum multis diſt.* 15. & tamen per deſuetudinem abrogata eſt pœna, manente obli-
19 gatione ad culpam, ut *ibi* notat gloſſa. † Etetiam in *extravag. de rebus Eccleſiæ non alien.* variæ imponuntur pœnæ ipſo facto quæ in aliquibus locis per deſuetudinem ceſſarunt, manente adhuc lege, ejuſque prohibitione, ut ibi Doctores fatentur; & ſic apparet ex his, ex Barboſa *numero* 2. hic in textu noſtro ſuprà *ſub. dict. quæſtione* 1.

20 Ad quartam quæſtionis partem, an è contra poſſit conſuetudo legem abrogare quo ad culpam, manente obligatione pœnæ; & licet videntur negativè reſpondendum; quia ceſſante cauſa adæquata, ceſſat effectus; & ſic ſi propter conſuetudinem ceſſat culpa, neceſſario debeat ceſſare pœna, ſivè lata, ſivè imponenda; quia culpa eſt cauſa adæquata pœnæ; ſic ut conſuetudo aliter introducta, ſit irrationabilis; & quia principali irritato, ſeu ceſſante ceſſat incidens ex his, quæ dixi *cap. cum ceſſante de appellat.* & ex traditis ſuprà *in cap. translato* 3 *de conſtitut.* nihilominus video Doctores exiſtimantes contrariū.

Ego inquam primam libenter admitto, quan-
21 do pœna ipſa ſupponit culpam; quia quando eſt talis non potuit lex abrogari quoad obligationem directionis, quin etiam derogetur quoad hujuſmodi pœnam, ut contingit in cenſuris Eccleſiaſticis; quia tunc lex, quæ v. g. prohibet aliquid ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, non poteſt abrogari, quoad prius, quin etiam abrogetur quod incurſionem talis pœnæ; quia hæc pœna intrinſecè ſupponit culpam, & inobedientiam, quæ locum non habebunt, ſi lex non obliget ad ſimpliciter
22 abſtinendum ab eo, quod vetat. † Verùm ſi pœna reſpectu aliarum legum non ſit omnino cohærens, & inſeparabilis, ut contingere poteſt in legibus prohibentibus piſcari, venari, ſeu paſcua quia tunc poteſt contingere, ut iſtæ leges, quæ ex ſua natura magis ſunt pœnales, quàm directoriæ ad peccatum, ut contraria conſuetudine ex tacito Principis conſenſu, ipſæ leges ceſſent, & maneant ſub obligatione pœnarum, quæ in ipſis fuerunt impoſitæ. Et ſub hac diſtinctione audiuntur Doctores contrarium dicentes, ut diſtingunt Gordonus *in ſumm. tom.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *cap.* 6. Salas *de legibus, dict. diſput.* 19. *cap.* 9. *num.* 77. Diana *part.* 6. *tract.* 5. *reſ.* 20. Suarez *lib.* 7. *de legibus, cap.* 19. *num.* 11. & 12. Ubigerſ. *in part.* 2. *quæſt.* 97. *art.* 3. *num.* 37. & 38. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *punct.* 4. §. 2. *num.* 4. & alii. Et pro extenſione applicabis quæ dixi latè *ſupra de lege pœnali in cap. ex parte* 11. *de conſtit.*

Ad quintam quæſtionis partem quoſnam alios
23 effectus pariat conſuetudo, reſpondeo cum Riccio *in l. de quibus collect.* 376. Carrocio *deciſ.* 11. Fabro *deciſione* 5. *quæ ſit longa conſuetudo*, & *ibi, deciſione* 1. ut conſuetudo excuſet à pœna ſicut dixi.

Secundo poteſt inducere, ut teſtes audiantur
24 etiam poſt didicita teſtificata, de quo dixi nonnulla *in cap.* 17. & 18. *de teſt.*

Tertio ut poſſit tollere præſcriptionem, Do-
25 ctores per gloſſam *ſu. hic.*

Quarto, ut ab interlocutoria vivæ vocis ap-
26 pelletur, Camera Imperial. in verbo *conſuetudo.*

Quinto, ut uxor ſuccedat viro, liberis extan-
27 tibus, Rota *deciſ.* 1. *hoc tit. in novis*: & ſic practicatur Aragoniæ.

Sexto ut appellatio, omiſſo medio valeat, Mynſingere. *obſervat.* 66. *cent.* 1. de quo dixi late in *cap.* 7. *de appell.*

Septimo quia poteſt in parte tollere jus na- 28
turale, Rota *deciſione ſeptima, in antiquis hoc titulo*; de quo dixi *ſupra ſub quæſtione* 1. *à numero* 1.

Octavo quia in judicio obſervari debet, Vi- 29
vius *deciſ.* 397. ut apparet ex dictis *in Rubr.* & *toto tit.*

Nono; quia venit obſervanda etiam, non 30
obſtante vero legis intellectu, idem Vivius *deciſione* 66.

Decimo quia in ſolutione quotæ decimæ, 31
ipſa prius inſpici debet, Anton. Faber. *deciſione* 3. quæ ſit longa conſuet. dixi nonnulla *ſub cap.* 7. *de præſcript.* & dico *in tit. de decimis.*

Item etiam conſuetudo poteſt inducere, ut 32
antiquior partiarius optet Canonicatum; quod procedit etiam ſi ille eſſet Archidiaconus, Achiles de Graff. *deciſione unica, hoc titulo*, ad quod applicabis quæ de optione in præbendis, dixi *ſub cap.* 8. *quæſtione* 2. *verſ. ad quartam de conſtit.*

Item etiam poteſt facere ut procedatur in- 33
ter Religioſos ſine ſcriptis, comburique proceſſus, idque, ne eorum delicta fiant manifeſta, Puteus *deciſione* 446. 1. *part.* 1. applica aliqua, quæ dixi *in cap.* 16. *de judic.* & *in cap.* 3. *de appellat.*

Et quod poſſit Prælatus teſtari pro anima, 34
& ad pias cauſas de fructibus, & rebus mobilibus Eccleſiæ licet regulariter, ſecus Franc. Marcus *deciſ.* 446. *p.* 1. de quo dico *in cap. cum in officiis* 7. *cap quamvis de teſtamentis.* † Item po- 35
teſt inducere ut poſſeſſio defuncti tranſeat ad hæredes etiam ſine apprehenſione, idem *deciſ.* 65. *p.* 1. quod eſt notandum pro limitatione textus *in l. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ.* & faciunt quæ dixi *ſupra in cap.* 2. ex his etiam poteris ad alios plures effectus, & caſus conſuetudinis, progredi.

Ad ultimam quæſtionis partem ſuppoſitis quæ 36
ſupra dixi *in Rub.* & *ibi quæſt.* 6. *in fine*, ubi dixi de differentia inter conſuetudinem, uſum, morem, & ſtylum, jam nunc breviter reſpondeo cum Caſtrenſi *in dicta l. de quibus col.* 3. *ff. de legibus*, quod non occurrit uſus, in quo oporteat legem ſtatutam, vel conſuetudinem obſervari, etſi hoc per mille annos contigerit, non propterea debeant cenſeri abrogata.

Sed deſuetudo eſt quando caſus contigit, 37
ſed non fuit ſervatum ſtatutum, vel lex, ut exemplificat Caſtrenſis in ſatisfactionibus, quas actor præſtare debet, cum dat libellum per *auth. generalem cod. de Epiſcopis*, & *Cleric.* quia illæ à longiſſimis temporibus non petitæ deſinunt eſſe authenticæ, & in non uſu.

Contraria verò conſuetudo ſecundùm Cynum 38
in l. 2. *cod. quæ ſit longa conſuetudo*, eſt, quando uſus ſeu actus, ex quibus ſtatutum, vel conſuetudo reſultat, ſunt contra juris communis diſpoſitionem; ſic, ut illud quod jus præcipit; conſuetudo, ut vel ſtatutum excuſet, vel è contra: unde ſi ſtatutum caſu contingente, non ſervetur à majori parte populi, deducitur contrarius uſus: quo caſu ſufficeret quod non fuerit obſervatum per annos decem; ſed Stephanus Natten. *dict. Juſt. vulnerata titulo* 9. *cap.* 2. *ſub numero* 9. intelligit, ut verum ſit quoad eos, qui ſtatuendi poteſtatem habeat abſque Superioris licentia; non verò in ſtatutis ſcriptis, & Principis authoritate confirmatis, & comprobatis, quæ inde vim, & authoritatem habuerunt nam in illis populus non poteſt inducere deſuetudinem, imo ſi aliquod eſſet ſtatutum bonum, & rationabile, quod per deſuetudinem, aut contrarium uſum, non amplius ſervaretur, reintegrari debet; prout

ita

Google

ita ſupremum conſilium Medinienſe cenſu ut referert, prædicta comprobando, Chriſtianeus *in præludio ad conſuetudines*, Mechlin. *num.* 11. & aliqua argumenta contra non uſum, quod exinde legibus, & conſuetudinibus non derogetur, adducit Zaſius *conſ.* 5. *à num.* 102. junctis traditis *conſ.* 14. *à num.* 104. ubi etiam dicit quod ſtylus contra conſuetudinem pugnans, & inſolitus in fraudis præſumptiones incidat. † Quodque ea ſervanda ſint, non quæ facta ſunt, ſed quæ fieri debeant, & *conſuet* 15. *numer.* 35. quod jura publica privatis obſervantiunculis, non lædantur.

40 De ritu dices, ut quemadmodum duplex dicitur ſtylus, unus de facto veluti cum ſumitur pro modo, ac formula, quaſi artificiali procedendi in cauſis, vel negotiis, Bart. *in l. de quibus ff. de legib.* alius de jure; quia ex hujuſmodi formula, & modo procedendi, naſcitur jus ſtyli, ut dixi *ſupra in Rubrica quæſt.* 6.

41 Et ſic Andreas Valenſis *in Rubrica hujus tituli*, §. 4. *num.* 1. & 2. dicit ſtylum Curiæ Romanæ facere jus, & maxime in reſcriptis attendi debere, *cap. quam gravi* 6. *de crimin. falſi*, allegarique poſſe in deciſionibus, quando jus non eſt contrarium *cap. ex litteris de conſtit. cap. litteras* 2. *de juram calumniæ.*

42 Et quod ſtylus ſervatus in Curia Romana neceſſariò ſervetur in aliis Inferioribus ex Farinac. *part.* 1. *deciſione* 212. *numero* 1. etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum maximè ubi agitur de interpretatione litterarum Apoſtolicarum, vel ſtatuti à Sede Apoſtolica confirmati idem Farin. *p.* 1. *deciſ.* 196 *num.*2. Vallenſis *ſupra*, qui *num.* 4. ait ut allegans ſtylum alicujus Curiæ, debet eum probare, de quo modo dixi latè *in Rub. dict. quæſt. fin.* qui dum agit de ritu *ibi num* 4. *in fine*, dicit quod dictum de ſtylo in duplici adducta exceptione facti, & juris.

43 Idem dici poſſit de ritu, qui videtur ſignificare uſum, & obſervantiam circa ſolemnitatem alicujus actus, aut jus quoddam non ſcriptum, ortum ex tali obſervantia ſolemnitatis circa tales, aut tales actus.

44 Pro complemento integræ noſtræ materiæ notabis cum Lorca *p.* 2. *tom.* 2. *diſput.* 29. *de legibus*, *membro* 2. quod quamvis Princeps ex deſidia annuat, & non reprimat legis tranſgreſſores, quando reprimere, & conſervare legem tenebatur. Nihilominus ex regula textus noſtri conſuetudo vincet legem, licet Princeps revocet legem injuſtè,

45 & abſque cauſa. † Si tamen ſemel revocaverit abolita manebit.

46 Et addit cum eo Diana *dicta parte* 6. *tract.* 5. *reſ.* 15. *in fine*, ut ſit eadem ratio, ſi ineptè conſenſum præbeat conſuetudini legem abroganti; dummodo conſuetudo ſoli legi poſitivæ, & non naturali contraria ſit per illa, quæ dixi *q.*2. *à num.* 1. Et ambo etiam dicunt, ut licet irrita ſit conſuetudo, cui Princeps reſiſtit ſecundùm dicta *quæſt. præcedenti*. Sed quia aliquando cedere oportet multitudini; etiam ſi contra legem injuſtè relevet propter pacem Reipublicæ, & ad vitanda majora mala, & jam ſi coactus Princeps; & quia non poteſt populum reprimere, tandem tacitè, vel expreſsè conſentiat, hoc non obſtante conſuetudinem manere ſtabilitam.

QUÆSTIO VI.

An conſuetudo immemorialis contra Sacros Canones à Græcis introducta, durante ſchiſmate, ut diſpenſandi in Pontificiis legibus, aut ſimilis valida ſit, & excuſet à peccato?

SUMMARIUM.

1 *Conſuetudo immemorialis contra Canones à Græcis introducta, durante ſchiſmate, qualiter ſuſtineatur* ex numero 4. 6. 7. & 8. *ubi* num.9. *de centenaria, & quadragenaria.*

2 *Conſuetudo immemorialis num requirat ad valorem, ſcientiam approbativam Papæ, vel ſufficiat permiſſiva.*

3 *Conſuetudines plures reprobatas fuiſſe tempore ſchiſmatis legitur.*

4 *Conſuetudo, dum non patet de motivo malo præſumitur juſta.*

5 *Poſteri conſuetudinem obſervantes receptam à prioribus præſumuntur bene operari & ſine peccato, &* n. 6.

8 *Conſuetudines Græcorum honeſtati non repugnantes, ſervantur de jure.*

10 *Conſuetudo Græcorum potens eſt contra Canones reprobantes, & quare.*

DOctores negantes poſſe hanc conſuetudinem introduci contra Sacros Canones, ſe fundant in regula textus noſtri, qua irrationabilis conſuetudo nullo, nec immemoriali tempore poteſt præſcribi ex verſ. in princ. adducto, de quo in quæſt. ibi: *Tanto ſunt graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam*, ſed conſuetudo inducta durante ſchiſmate ex ipſius ſchiſmatis motivo, ſcilicet ob independentiam, quam ſchiſmatici putant ſe habere à Romano Pontifice, cui denegant obedientiam, eſt conſuetudo ſchiſmatica & iniqua; ergo nullo tempore, nec immemoriali præſcribi poterit. 1

Et ex eo etiam, quia cum conſuetudo contra Sacros Canones requirat ſcientiam, & tolerantiam approbativam Pontificis ſeu Principis juxta quæ dixi *ſupra in Rubr. quæſtione* 4. verſic. *ad ſecundam*, expreſſam, ſive ſaltem tacitam (juxta duas contrarias opiniones) & cum ea introducta, durante ſchiſmate à ſchiſmaticis, nec expreſsè, nec tacitè conſenſus Papæ illam adjuvet tolerantia approbativa, ſed tantùm permiſſiva, quia prohibere non potest, nec ſchiſmaticos cogere ad Canonum obſervantiam; prout in ſimili docent Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 32. cum multis Diana *part.* 1. *tractatu* 2. *reſol.* 5. & *part.* 4. *tractatu* 1. *reſol* 1. Peregrinus *de immunit. Eccleſ. cap.* 2. *numero* 34. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *de immunit. Eccleſ. diſputatione unica, puncto* 18. *numero* 3. 2

Et ſic tempore ſchiſmatis plurimas conſuetudines immemoriales à Græcis introductas, eſſe reprobatas doceat Berricel. *de miſſionibus Apoſtol. tit.* 3. *de legibus*, *quæſtione* 87. *num.* 3. verſ. *probatur tertio*, ſequitur dicendum hanc conſuetudinem, ut omnino reprobatam, nunquam poſſe introduci, juxta quæ jam abundè dixi de lege reprobante conſuetudinem, *hic* 3

quæſ-

quæſtione 4. & ita tenent Layman. *libro* 1. *tractatu* 4. *cap.* 11. *num.* 8. verſic. *loquor. autem* in verbis ſequentibus: *quod in contemptum Eccleſiæ Catholicæ cedere videtur, ſi Peregrinus Catholicus poſt habito propriæ Eccleſiæ legitimo more in obſervationibus Eccleſiaſticis ſe conformat illegitimæ conſuetudini ab hæreticis pertinaciter retentæ, ac defenſæ*, & ex aliis Rebellus *de obligation. juſt. in prælud. libro* 1. *quæſtione* 5. *numero* 14. ſub verſiculo *interdum*, ibi: *Quæ de cauſa in terris hæreticorum conſuetudo totius populi comedendi Carnes diebus vetitis, & violandi jejunia, nec per mille annos continuata Eccleſiæ præcepta abrogaret.*

4 Nihilominus in caſu propoſitæ quæſtionis probabilius eſt, ut prædicta immemorialis conſuetudo ſuſtineatur contra Sacros Canones introducta à Græcis durante ſchiſmate, ut diſpenſandi in Pontificiis legibus, aut ſimilis, ſic ut illa, excuſet à peccato, cum poſſit eſſe inducta ob remotiſſimarum regionum diſtantiam. Et ſic dicunt Doctores, ut ſi talis conſuetudo non probetur inducta ex motivo ſchiſmatis, debeatque præſumi inducta ex motivo honeſto, & rationabili, cum conſuetudo ſemper in dubio debeat præſumi juſta, & rationabilis excuſans à peccato, & expediens communi bono, in qua etiam, ut dico in textu noſtro ſupra ratione diuturni temporis, præſumitur juſtus titulus.

5 Ob quæ poſteri conſuetudinem ita introductam à ſuis majoribus, obſervantes excuſabuntur à culpa, qui nec tenentur inveſtigare de illius Juſtitia cum poſſint eam præſumere, ut docent Cajetanus 1. 2. *quæſt.* 97. *articulo* 3. ſupplementum Gabrielis *in* 4. *diſtinctione* 42. *art.* 3. *dubio* 6. Salas *de legibus, diſputatione* 19. *ſectione* 18. Suarez *de legibus libro* 7. *cap.* 6. *num.* 15. Valentia 1. 2. *diſputatione* 2. *quæſt.* 5. *puncto* 8. Sanchez *de matrimonio libro* 7. *diſputat.* 14. Caſtrus Palaus *tom.* 1. *tractatu* 3. *puncto* 2. §. 1. *num.* 5. Diana *part.* 6. *tractatu* 5. *reſolut.* 1. & 9. Thomas del Bene *de immunitat. Eccleſ. cap.* 8. *dubio* 2. *ſect.* 2. *num.* 5. Aretinus *conſ.* 23.

6 Imò etſi à prioribus Græcis motivo ſchiſmatis introducta fuiſſet & eo durante ſic ex hiſtoricis libris pateret nihilominus dicunt interpretes ut etſi hæc per plura ſæcula duraverit præſumendum eſſe poſteros non ex motivo ſchiſmatis, ſed ex alio honeſto motivo ſaltem bona fide ſequentes majorum diuturnam obſervantiam in ea duraſſe: nam in vetuſtis rebus ſæpè principium quo inductæ ſunt, ignoratur *ex l. arbiter* 28. *ff. de probatione*; quia fuiſſe pravum conſuetudinis initium, non obſtat illius legitimæ præſcriptioni cum poſteri jam bona fide obſervent.

7 Et confirmatur ex his, quæ latè ſcripſi, *ſupra in Rubric. ſub quæſtione* 4. dum ponens differentiam inter præſcriptionem, & conſuetudinem, dixi quod præſcriptio non procedit unquam cum mala fide ex regula *text. in cap. fin. de præſc.* ubi latè, & quod conſuetudo, etſi ſemper ab initio incipiat contra legem cum mala fide eam tamen vincit, taliter ut etſi primo introducentes conſuetudinem peccent non ſic poſt diuturnum tempus eam conſuetudinem obſervantes; & noſtra ſententia valet confirmari; ſecundo ex his, quæ dixi *infra de Sacra Unctione in tractatu de Confirmationis Sacramento quæſtione* 9. ubi quod Græci Præsbyteri ſola conſuetudine poſſunt illud Sacramentum miniſtrare; etſi *in cap. quanto hoc titulo*, prohibeatur Latinis.

Et iterum confirmatur; quia anno 1213. Innocent. III. in Concilio Lateranenſ. *cap.* 4. *in cap. licet de Baptiſmo*, ſtatuit omnes Græcorum conſuetudines honeſtati non repugnantes, ſuſtinendas eſſe quæ eſt tolerantia approbativa; nec enim diſtinguit Innocent. ex quo motivo ſui initio fuerint introductæ dum Eccleſiaſticæ honeſtati non repugnent: idem fave Innocentius IV. *in litteris* datis ad Epiſcopum Tuſculanum Legatum in Regno Cypri, ut affert Quaranta in Bullario verbo *Græcorum ritus*, & Eugenius IV. in Concilio Florentino non prohibuit Græcos quominus ſuos ritus retinerent, & Clemens VIII. in Conſtitut. 47. de quibus, & aliis dixi *ſub dicta quæſtione* 9. *de Sacrament. Confirm.* & in aliis. 8

Ex his, & aliis in terminis latè ſcribens acerrimè defendit hanc partem Berricelus *de miſſionibus Apoſtolic. part.* 2. *tractatu* 3. *de legibus quæſt.* 87. *& ibi ex numero* 6. & Paſqualigius *in praxi de jejunio deciſione* 120. ubi ait: *Quod ſi in terris hæreticorum non eſſet receptum novum Kalendarium, poteſt Catholicus juxta Kalendarium vetus obſervare jejunia; quia in ea conſuetudine hæretici*, juvat etiam Divi Auguſtini Doctrina, Epiſtol. 118. *cap.* 6. in verbis ſequentibus: *Ipſa quippe mutatio conſuetudinis etiam quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat*, multis inquam exemplis videndis confirmat idem Berricelus *ſub numero* 9. in verſiculo *ſed id fiet*, ubi exiſtimat per immemorialem vel annos centum in caſu dicto poſſe illam conſuetudinem introduci, exiſtimans nullo modo per tempus quadrageſimale, quando ex motivo ſchiſmatis introducitur; quia modicum videtur, ut pravum ſchiſmatis, aut hæreſis motivum, & initium oblivisceretur, & obliviſcatur, & ex ſimplicitate, & alio motivo honeſto, à poſteris obſervetur. 9

Etenim etſi regula ſit, quod conſuetudo reprobata potens; non ſit contra Canones, vel quæ habet malum intrinſecum, tamen conſuetudo Græcorum in noſtro dubio ſuſtinetur, abſque obſtantia ſententiæ contrariæ; quia in conſuetudine hac, non adeſt iniquitas intrinſecè mala, juxta diſtinctionem quam poſui *ſupra in cap. ex parte hoc titulo numero* 8. & quia licet lex Canonica reprobet aliquas conſuetudines, ut in textu hoc *ſupra ſub q.* 4. *quæſtione* 4. tamen conſuetudines Græcorum, non inquam prout fecit Innocent. III. ſupra relatus, ut ſuaviter Græci trahantur ad Catholicæ Eccleſiæ unionem juxta quæ dico *infra de Sacra Unctione dicta quæſtione* 9. *de Confirmatione*, alia explicat Berricelus *ex num.* 14. *dicta quæſtione* 87. ubi uberius exemplificat. 10

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google